... & amplius complectitur feuda conceſſa , etiam cum clauſula , *pro ſe , & haeredibus ex corpore*.Ibid.

... prædicta licèt vocet ſorores ad ſucceſſionẽ fratris, non tamen intelligitur vocare cognatos,cùm ſorores ibi vocatæ non ſint cognatæ fratri, ſed agnatæ,tanquàm ex eodem patre procreatæ.Ib.prag.11.n.6. 283

... prædicta procedit in feudis antiquis.Ibidem num.59. 290

Ex

Digitized by Google

Index locorum.

Ex Cap. Regni.

Cap. Regni Item ſtatuimus an ſit noui iuris inductiuum. de Cleric. ſeù Diac. ſaluat. prag. 1. num. 3. 170

Ex Conſuet. Neapol.

Conſuet. Sed ſi morienti vti limitetur. Quæſt. Illuſtr. n. 39. 800

Conſuet. Si quis, vel ſi qua nùmquid ceſſet, Auo, vel Aua, cæteriſquè aſcendentibus vlterioris gradus in medio exiſtentibus, quemadadmodùm ceſſat, patre, aut matre exiſtente in medio. Ibid. n. 1. & 2. fol. 796. & num. 14. 16. & 19. 797. & 798

Et adducitur deciſio Regentis Reuerterij. Ib. fol. 802

Ex Doctoribus.

Afflicti doctrina in dec. 265. n. 64. oppugnatur. de Abol. prag. 2. n. 60. 17

Et declaratur. de Perſeq. malef. prag. 1. num. 3. fol. 624

* .. Deciſ. 383. n. 6. declaratur. de Affiſt. prag. 1. num. 15. 81

... conſideratio confutatur circà modi defenſiui variationem. de Conſernator. pragm. 1. ſub num. 5. 190

... error detegitur in intellectu l. fin. in fin. C. de Compenſat. Ib. n. 6.

... loca quàmplura declarantur. de Feud. rubr. num. 32. 244

... intentio in §. Titius dilucidatur. Ib. num. 45. fol. 247

... authoritas in deciſionibus maxima eſt, nõ ſic in lecturis, præſertim ſuper feudis, quæ ſcripſit in ætate decrepita. de Fide memorial. prag. 1. n. 42. 331

... opinio reprobatur. Ib. n. 36.

... error. de off. Proc. Cæſ. prag. 37. §. & ſimiliter, ſub n. 11. 534

... deciſio 124. reijcitur. de Ord. iud. pragm. 11. num. 32. 609

* ... in Conſt. Pœnam eorum, n. 20. opinio reijcitur. de Sent. foriud. rubr. ſub n. 36. 692

Albericitraditio in l. creditores, C. de pignor. vnà cum Affict. in duobus locis ingeniosè refellitur. de Conſervat. prag. 1 ſub n. 3. 190

Alexandri opinio in conſ. 26. nu. 9. verſ. non obſtat, lib. 5. exponitur, aliorumq; Doctorum opiniones enucleantur. de Feud. rubr. nu. 46. fol. 147

Andr. dictum in cap. 1. §. præterea ſi vaſallus, nu. 20. verſ. in 2. quæſt. quæ ſit prima cauſa benef. amitt. explicatur. de Bonis prodit. prag. 1. nu. 138. 123

... diſtinctio circà illam quæſtionem, an clerici trahantur ad iudicia ſæcularia pro rebus feudalibus recenſetur. de Cler. ſeù Diac. ſalu. prag. 2. num. 15. 171

... dictum in §. Titius explanatur. de Feud. rub. num. 44. 247

... in cap. imperialem, §. præterea Ducatus, nu. 38. verſ. ſed ſi dicatur locus corrigitur. Ibid. prag. 4. n. 98. 271

... lapſus detegitur. Ib. prag. 11. num. 24. & 26. fol. 286

... locus declaratur. Ib. prag. 25. n. 26. 317

... in cap. 1. in fin. de inueſt. de re alien. fact. dictum recenſetur, & declaratur. de Titul. abuſ. prag. 1. n. 158. 762

Antonij de Alexandro in Conſuet. Si quis, vel Si qua, in apoſtill. incip. Nota ittam rationem locus adducitur, & ampliatur. Quæſt. Illuſtr. num. 13. 797

Apicell in addit. ad Patr. ad Tutam. pauper. tit. de Moratoria, n. 540. reijcitur. de Viſit. prag. 3. nu. 13. 788

Baldi locus declaratur. de Appell. rubr. n. 19. 43

... doctrina commendatur. de Conſeruat. prag. 1. num. 11. 191

... ſententia recẽſetur. de Iur. & exact. fiſc. prag. 1. num. 98. 383

... doctrina in auth. quæ ſupplicatio, n. 2. declaratur. de Off. Proc. Cæſ. prag. 37. §. & ſimiliter, num. 8. & 10. 534

Bartoli dictum in extrauag. ad reprimendum an ſit verum. de Bon. prodit. prag. 1. nu. 53. & 55. fol. 114

... diſtinctio affertur. de Inſtrumen. liquid. rubr. num. 30. 358

... in l. 1. §. hoc interdictum, num. 10. in fin. ff. de itin. actuq; priuat. declaratur. de Iuriſd. inuic. non turb. n. 18. 395

Boer. dec. 25. loquitur in burgenſaticis, non autem in feudalibus. de Bon. prodit. pragmat. 1. num. 106. 120

Camerar. intentio in l. Imperialem cart. 79 lit. V. col. 4 in fin. explicatur. de Feud. prag. 4. nu. 39. fol. 261

Carauit. Rit. 265. n. 23. reijcitur. de Suſp. Off. prag. 2. & 3. n. 4. 725

Catalan. interpretatio ad prag. 2. de Abol. declaratur. Ib. n. 3. 4. & 5. 12. & 13

Clar. in §. homicidium, verſ. priuatur etiã loquitur in burgenſaticis, non autem in feudalibus. de Bon. prod. prag. 1. n. 106. 120

Conatruu. locus pract. qq. c. 9. nu. 4. declaratur, & quæ ſit diuerſitatis ratio affertur. de Suſp. Off. prag. 2. & 3. n. 15. 726

Decian. locus in tract. crim. tit. de mandat. ad homicid. mediante pecunia, c. 30. nu. 14. vol. 2. declaratur. de Abol. prag. 2. n. 73. 19

* Duarẽn. diſtinctio lib. 1. diſput. anniuerſ. c. 39. affertur. de Accuſat. prag. 1. n. 3. 20

Flamin. de Rubeis egregia traditio circà præcedentiam, ſiuè prærogatiuam inter nobiles, diuites, & literatos. de Admin. Vniuerſ. prag. 2. ſub n. 6. 22

Follerij lapſus notatur. de Guidat. pragm. 1. nu. 46. fol. 344

Fontanellæ locus de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. p. 1. n. 156. explanatur. de Suſp. Off. prag. 2. & 3. num. 13. 726

Fran-

Digitized by Google

Index locorum.

Franch.dec.64.n.13.lapſus denotatur. de Iur. & exact.fiſc.prag.1.ſub n.100.in fin. 384
... dec.88.diſtinctio adducitur.Patign.de Milit. prag.11.n.12. 445
... dec.505.declaratur.Vbi de delict.quis,prag. 1.num.69. 774
Giurb.in Conſuet.Meſſan. c.1.gloſ.2 p.1. n.63.lapſus denotatur.de Iur.& exact.fiſc.prag.1. ſub n.100.in fin. 384
Harthmann. Piſtor.lib 1.quæſt. par.1. quæſt.38 opinio dicentis,in feudis nouis pretij partem deberi ſecundogenitis remedio querelæ inofficioſæ donationis reijcitur. de Feud.prag.25. num.30. 317
Io.Monac.reprobauit ſemetipſum in eo, quod dixerat in fauorem dignitatis Cardinalis. de Schol.doct.rubr.n.30. 677
Lancellott.fœdus lapſus. de Off Proc.Cæſ.prag. 37.§.& ſimilitèr,ſub n.11. 534
Menoch.de arbitr.caſ.203.n.19.reijcitur.de Viſit. prag.3.n.13. 792
Napodan.dictum in Conſuet.Si quis,vel ſi quæ in 1.gloſ.poſt nu.125. verſ.vndè ego dico explanatur.Quæſt.Illuſt.n.3. 797
... dictum in eadem gloſ.nu.153. verſ. ſimilitèr pone declaratur.Ib.n.6.& 7.
... locus in Cõſuet.Filiusfamilias,glo.pen.verb. ſi nolit exponitur.Ib.n.11.
... in Conſuetud. Si teſtator, verb.proximior es per Regentem Reuerterium adductus,explicatur, & contrà dictum Regentem retorquetur. Ib.n.20. 798
... alia loca adducuntur,& declarantur.Ib.n.21. 23.27.& n.32.37. 799.& 800
* Parladorij traditio differ.31.n.7.8.affertur.de Admin.Vniuerſ.prag.2.n.5. 22
Ponte diſtinctio relertur,& reijcitur.de Feud.rubr.n.58.59.61.64. 249.& 250
... opinio,poſſe ex equi contrà milites,etiam de perſona reprobatur. Patign.in pragm.11. de Milit.n.42. 451
Rauennat.opinio circà intellectum ad cap. quia vna,extrà de priuil.de Iur.& exact. Fiſc. prag. 1.nu.97. 383
Salyceti traditio in l. creditores, C. de pignor. vnà cum Affict in duobus locis ingeniosè refellitur. de Conſeruator.pragm.1.ſub num.3. fol. 190
... & alij recentiores ibid. hallucinantur circà ſenſum illius tex.Ib.n.8. 191
Tiraquell. ratio de retract. conſangu. ad fin. tit. nu.22.reprobatur. de Iur.& exact.fiſc.prag.1. nu.100. 384

Digitized by Google

SCIPIONIS ROVITI
I. C. NEAPOLITANI,
OLIM INTER PRIMARIOS ADVOCATOS CELEBERRIMI,

Priùs Regij Conſiliarij, deindè Regiæ Cameræ Præſidentis munere functi.

Poſtremò Collateralis Conſilij, & Regiam Cancellariam Regentis

Super eiuſdem Regni Pragmaticis COMMENTARIA *incipiunt.*

ACCESSERE VOTA EIVSDEM D. REGENTIS
AB ALEXANDRO FILIO EXTENSA,

ET ADDITIONES IOANNIS LAGANARII I.C. NEAPOLITANI
Super ijſdem Commentarijs ſuis locis repoſitæ.

PROOEMIVM.

RERVM SVMMA.

1 *Author ad Pragmaticarum interpretationem cur proceſſerit, ratio aſſertur.*
2 *Pragmatica quid ſit, & vndè dicatur.*
3 *Sanctio propriè qua dicatur.*
4 *Sanctio eſt vna ex partibus, ex quibus lex, vel Pragmatica conſtituitur.*
5 *Proœmium legis quid ſit, quid conſtitutio, quidnè ſanctio declaratur.*
6 *Legum promulgandarum introductio, vt Reipublicæ fructum afferat, quæ, quot, & qualia conſiderentur, traditur, remiſſiuè.*
7 *Pragmaticæ plures renouatæ in hoc volumine adſunt.*
8 *Pragmaticæ renouatæ non ſolùm poſt renouationem, ſed etiam à tempore earundem editionis ligant.*
9 *Pragmaticarum volumen tùm à Proregibus, tùm etiã ab ipſo Rege immediatè editas Pragmaticas, à Proregibus tamen executoriatas continet.*
10 *Rex abſens vbi nouam vult promulgare legem, Proregi ſuum conſilium communicare conuenit.*
11 *Contrauenens Pragmaticis an mortaliter peccet, remiſſiuè.*
12 *Pragmaticæ abrogatæ cur in hoc tractatu fuerint inſertæ, ratio.*
13 *Lex recepta per populorum non vſum haud abrogatur, ſed contrarius exquiritur vſus.*
14 *Author eum ordinem in rubricarum iſtius voluminis collocatione obſeruauit, quem Iuſtinianus in Codicis, & Summus Pontifex in ſexti Decretalium compilatione obſeruaſſe deprehenduntur.*
15 *Pragmaticæ ſi aliquo modo poſtpoſitæ in hoc volumine reperiuntur, non eſt Compilatori tribuendum, & quarè.*
16 *Pragmaticæ ad ſui ſubſtantiam ſcripturam haud exquirunt, licèt ſcriptura ſit de forma accidentali illarum ad inducendam obligationem.*
17 *Pragmaticæ quàm plures huiuſcè voluminis vulgari ſermone editæ cur fuerint, ratio.*
18 *Proreges in Pragmaticarum promulgatione poſſunt tradere generalem formam conſentaneam prioribus legibus, non autem contrariam.*

1 NE paruulum illud talentum, quod mihi à Domino traditum eſt, in ſubterraneis cuniculis cum ſeruo nequam abſcondiſſe videar, dùm cum duplicato ſuperlucro illud ad inſtar cæterorum reſtituere mea demerita non conceſſerint, volui ab eruginis ſaltem corroſione liberum pro viribus ſeruaſſe videri: Ea igitur, quæ ad elucidationem Pragmaticarum huius Regni ſummis vigilijs ex Aduocationis munere quaſi furtim ſubtractis pro mea eruditione excerpſi, modò ad aliorum vtilitatem in vnum redacta in lucem edere non pigebit. Inuocato tamen priùs Numine ſanctiſſimi nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Sapientia, & Veritas eſt.

Et quia agitur de interpretatione Pragmaticarũ huius Regni, nè ſub ignorantia ipſius rei, de qua-

Digitized by Google

principaliter agitur, vt agemus, necessariò loco præfa-
2 tionis præmittendum esset; quid sit Pragmatica, & vndè dicatur, & quia nostræ intentionis non est, longas disputationes interferere, sed id tantùm, quod necessaria animaduersione dignum est, breuissimè adnotare, idcircò sufficiat remissio ad *gl. in c. 1. vers. pragmatica*, quæ est *gl. fin. extra de rer. permut.* & ad *Card. Zabar. in cap. super literis* post *nu. 11. in 1. quæst. vers. constat autem extra de rescript.* & deniq; ad *Cosmam Caymier in glos. super Pragmat. sanction. cap. vlt. in vers. pragmaticam* fol. mihi 159. *Garz. de Hispan. nobil. inscript. nu. 8. & 16. Gothofr. in prax. ciuil. lib. 1. tutul. de const. Princ. rubr. de pragmaticis sanction.* fol. mihi 163. *circ. fin.* nouissimè explicat ordinatè, & succincte *Paciro. in suo Thesaur. variar. lect. c. 36. lib. 1. Parlad. diff. quotid. 64. in fin.* & ista concludunt, vt sit, quæ emanat super causa definienda cũ consilio Procerum, non ad singulorum preces, sed alicuius corporis, & vniuersitatis.

Sanctio verò tunc propriè dicitur, quandò in ipsa
3 lege adijcitur pœna, quod prosequere, vt notatur in *Suma 5. dist.* & per *gl. in verb. sanctionem in Extrauag. execrab. Ioan. XXII.* Quę quidèm sanctio est vna ex
4 tribus partibus, quibus quęlibet lex, seù Pragmati-
5 ca constare debet; nempè Proœmio, Constitutione, & Sanctione, nàm Proœmium est, quod tanquam caput legis præponitur, eiusq. causam, occasionem, rationem, iustitiam, æquitatem, necessitatem, vtilitatem, & alia huiusmodi demonstrat, vt tantò facilius à populo recipiatur. Constitutio verò est ipsa dispositio principalis, quasi corpus legis, in quo substantia eius, & virtus insunt. Sanctio autem est conclusio, seù finis legis, in quo, vel spes præmij proponitur parentibus, & obseruantibus, vel metus pœnæ non parentibus, aut vtrunq. vt constat ex *Hopper. de vera iurisprud. lib. 1. tit. 21. & lib. 3. tit. 112. & seqq.* & ad vnguem obseruatum apparet in singulis ferè Pragmaticis huius voluminis.

In legibus tamen de nouo edendis quæ, quot, &
6 qualia sint consideranda, & attendenda, vt illarum introductio in Rempublicam fructuosa sit, & perbellè, & exactè explicat idem *Hopper. de vera iurisprud. lib. 4. tit. 3. Simanc. lib. 4. de Repub. c. 10. & seq.*

Et quoniam in hoc volumine adsunt quàm plurimæ Pragmaticæ renouatæ; & propterea posset du-
7 bitari, à quo tempore ligauerint, an scilicet ab eo tempore, quo fuerunt editæ, vel potiùs à tempore, quo fuerunt renouatæ, idcircò similiter loco Præfationis adnotandum est, quòd ligauerunt Pragmaticę sic renouatæ, nèdum post renouationem factam, verùm etiam ab ipso initio, quo fuerunt editæ, vt per *Çanalc. de vsufru. mulie. relict. nu. 251.*

Item, quia in volumine harum Pragmaticarum insitæ sunt, nedùm Pragmaticæ códitę ab huius Re-
9 gni Proregibus mediatè, sed etiam immediatè ab ipso Rege, quæ in Regno sunt à Proregibus executoriatæ, est notandum, quòd quandò Rex absens à
10 Regno vult aliquam nouam legem in eo Regno cóstituere, debet in primis suum consilium communicare Proregi ibi existenti, vt probat *text.* optimus *in auth. vt iudic. fine quoque suffrag. §. hac autem omnia in prin.* ibi, *& tuæ celsitudini communicantes.*

Contrauenientes autem his Pragmaticis peccant
11 mortaliter, quandò lex præcipit, & apponit pœnam grauem, vt declarat *Marchis. q. 46. Villad. in for. iud. A lib. 2. tit. 2. l. 2. in gl. n. 4.* quando se fundat in peccato.

Nec reprehendas me, aut primum Compilato-
12 rem, quòd in hoc volumine inseri, & imprimi permiserim nonnullas Pragmaticas abrogatas, nedùm per non vsum, seù per contrarium vsum, sed etiam per posteriores Pragmaticas; cùm id necessariò, & consultò factum fuerit, vt nihil antiquitatis penitùs ignoretur, *Iustit. de testament. in princ.* prout in simili respondet *Andr. in rubr. de pact. tenen. & eius viol. in fin.* Sed in hac nouissima compilatione multæ ex eis non fuerunt impressæ.

Et dùm dixi: per non vsum, seu per contrarium
13 vsum, id dixi ad denotandum, quòd ad abrogandã legem receptam non sufficit non vsus populorum, sed requiritur contrarius vsus, vt benè declarat *Andr. cod. tit. de pact. tenen. cap. si verò violator, vers. si rusticus n. 18.*

Illud tamen aduertas, quòd in situatione Rubricarum huiusce voluminis non fuit obseruatus ordo materiarum, prout obseruarunt *Compilatores Digestorum, & Codicis*, sed sub simplici ordine alphabeti-
14 co fuit diligenter obseruatum, vt sub qualibet rubrica pragmaticæ priores in tempore præcederent posteriores, & sic ordinatæ fuerunt, prout docet *Iustinian. in compil. Codic. in 1 const. de nou. Cod. compon. & Io. Andr.* attestatur, ita obseruatum fuisse in compil. *Sexti Decretal.* per *Bonifac. VIII.* vt in *proœm. Sexti, in glos. super verb. successiuè*. Si tamen fortasse re-
15 periès aliquas Pragmaticas postpositas, quæ erant præponendæ, & aliquas præpositas, quæ erant postponendæ, hoc non incuriæ Compilatoris adscribas; nam interdum hoc ferò contigit, vt aduertit *glos. in auth. de nupt. in princ. in verb. maioris*, quod nulla di-
16 ligentia euitari potuit in compilatione huius voluminis, quod in dies suscipit incrementum ex nouis Pragmaticis, quæ eduntur, in quibus licèt non requiritur scriptura de forma substantiali, vt tradit *Felin.* ex communi *DD.* opinione in *rubr. extra de constitut. col. 2.* illam tamen requirit de forma accidentali ad inducendam obligationem, quia antè scripturam nõ ligat, vt post *Gregor. Lopez glos. 1 in l. 3 tit. 1. part. 1. & Didac. Perez in rubr. lib. 1 ordin. titul. 4. vers. secundò dubitatur*, explicat *Villadieg. in foro iudic. lib. 2. tit. 1.*
17 *lib. 10. in fin.*

Et nè mireris, quòd maior pars Pragmaticarum huius voluminis vulgari idiomatè edita sit; nam id consultò factum est, & maxima cum prudentia Regnantis, ad euitandum varias interpretationes, &
19 infinitas controuersias, quæ ex legibus latinè scriptis quotidiè oriuntur, & vt illæ perspicuæ, & manifestæ sint, nedùm peritis, sed etiam imperitis, & illiteratis, asserit *Demosth. in Timocratem*, & prosequitur *Melchior Iunius quæst. politic. part. 3. q. 88. Castell. de Bouadilla in proœmio Politicæ n. 15.*

Nec desinas aduertere, quòd huius Regni Prore-
18 ges in Pragmaticarum promulgatione tanquàm repræsentantes Præfectum Prætorio possunt tradere generalem formam, quæ sit consentanea priscis legibus, aut constitutionibus, non autem contrariam, nisi subsequatur Regis confirmatio, ita probat *Petr. Fab. lib. 1. Semestr. c. 2. vers. Quod autem Cassiodorus* per *text. in l. 2. C. de Præfect. Prætor. Illir. & in l. apertissimi, C. de iudic.* sed passim totum contrariũ obseruatum videbis in toto hoc volumine, ob amplissimam potestatem Proregibus traditam, etiam in legibus condendis in earum commissione, quam ad verbum pro formula habes descriptam apud *Surgen. de Neapol. Illustr. c. 14. in fin.*

AD-

ADDITIO.

A IDem probat *Anna in repetit. c.1. n.137. de vaſal. decrep. etatis.* At quæſtio hæc, An lex humana obliget ad peccatum mortale, eſt tàm difficilis, vt *Nauar. in manual. confeſſ. cap.23. num.48.* & alij Theologi ab ipſo relati optauerint deciſionem à Sacro Conc. Trident. pro aliquali tamen cognitione vide *Couarr. in 2. part. relect. regulæ peccatum, §.5. de reg. iur. in 6. Nauarr. in d. cap.23. & Vaſq. lib.1. controu. cap.29.* qui latiſſimè, hac de re diſſerunt, & inter ſe conuenire videtur, poſſe nimirum legem humanam, Eccleſiaſticam, vel ſecularem tranſgreſſorem obligare, nedùm ad veniale, ſed etiam ad mortale peccatum, ſi tamen legiſlator id intendat agere, voluerit q. tranſgreſſorem obligare ad peccatum, pro qua intentione, & voluntate cognoſcenda valdè laborat *Nauar. à num.50.51. & ſeq. & Couar. loc. citato.* Nam in dubio minimè credi poſſe, legem etiam Pontificiam voluiſſe obligare ad peccatum, ſed dumtaxat ad pœnam temporalem, ſi ea nominatim, & certò ſit diffinita, vel arbitraria, ſi certa non appareat, tradit *Burſat. conſ. 200. n.47. vol.2. Vaſq.* tamen *d. cap.29. in princ.* aſſerit, leges ciuiles regulariter obligare in foro animæ, & ſic ad peccatum, ſi tamen non ſint iniquæ, & latæ ſint ab habente poteſtatem eas condendi, ex authoritate multorum *DD.* quos allegat. Verùm *ibidem* ſubtiliter fundare conatur, hanc poteſtatem obligandi in foro animæ, & ſic ad peccatum, & ad pœnam æternam, deficere in Principe ſeculari, qui à Populo poteſtatem habet in ſubditos, vt à *num.2. cum ſeq.* Ideòque *num.20.* concludit, id non poſſe effici à ſola lege humana, niſi quatènus cum ea lex, & præcepta Diuina, vel iuris naturalis concurrant, cùm nulla lex humana efficaciter vim legis habeat, niſi ſit iuſta, vt autem iuſta ſit, neceſſe eſt, vt deriuet à principijs iuris Diuini, vel naturalis, ſeù gentium primæui, & ſic lex humana recipiens vim, & efficaciam à lege, præceptiſq; Diuinis, quæ poſſùt ad peccatum obligare, validè ad peccatũ obligabit. Vide *Ant. de Ballis lib.5. ſuper prag. Regn. Sicilie in præl. n.160.* concludente cũ *Diuo Thoma, Soto,* & alijs, quòd lex ciuilis, ſeu pragmatica præceptiua, ſi eſt de materia graui, obligat in foro conſciẽtiæ ad peccatũ mortale, & ad reſtitutionem, ſecus quando eſſet leuis materiæ, quia tunc ligat ad veniale, niſi contrauentio fieret cum contemptu, pluraquè exempla ponit vtriuſq. caſus ſub *num.* 160. & quomodò hic contemptus debeat concurrere, & intelligi, benè declarat *Burſat. d. conſ.200. num.§3. & ſeq. vol.2.*

B An autem bannum, ſeù pragmatica liget ſcientes antè promulgationem, *Anna* tenet, quòd ſic in *repetit. cap.1. num.138. de vaſall. decrepit. etat. & in ſingu. 51.* vbi dicit, quòd bannum, quòd frumentum vendatur certo pretio ligat ſcientes, etiam antè publicationem, quod etiam confirmat *Nicol. Eoſanus de iure Vniuerſ. part.1. cap.3. num.65.* vbi dicit, quòd ſi in conſilio Ciuitatis fuerit tractatum, & ratiocinatum de imponendo certum pretium frumento, quia nimis carò vendebatur, & vnus ex Conſiliarijs antèquam hoc fieret, totum ſuum frumentum vendiderit caro pretio, ſi poſteà facta eſt ordinatio, per quam vilius pretium frumento eſt ſtatutum, emptor poterit agere contra venditorem, & reſcindere venditionem, tanquàm factam in fraudem legis futuræ, pro quo allegat *Bart. in l. quæro 40. ff. de action. empti, Dec. conſ.115. in princ.* qui allegat hanc *Bar.* authoritatem in caſu conuentionis fraudulentæ, & *Anna* opinionem ſcenitur *Ant. de Ballis in præl. pragm. Regni Sicilie num.155.* licèt dicat, magis communem opinionem eſſe contra, ex *Gabriele lib.6. comm. concluſ. tit. de legib. & conſtitut. concluſ.4.* ponitq. tria requiſita, vt lex noua obliget. Primũ, quòd ſit conſtituta. Secundũ, quòd ſit promulgata, & Tertiũ, quòd ſit recepta, quæ etiam refert *D. Capiblanc. de Baron. tom.2. cap.32. num.7.* Eſt ergo neceſſaria publicatio, prout fundat etiam *D. Regens infra in prag. 10. num. 5. de extraction.* & vbi debeat publicari in Prouincia, vel etiam alibi, *de Franch. deciſ.360. n.3.* & an in Regno præſumatur publicatio, ſi pragmatica reperitur inſerta in volumine pragmaticarũ Regni, idẽ *Ant. de Ballis* tenet, quòd ſic, ex quo, tẽpore, quo fiunt, mittuntur de Ciuitate in Ciuitatem per Regiam Curiam cum Curſoribus, vt vbiq. publicentur, *de Franch. d. deciſ.360.* & qui aſſereret, non eſſe publicatas, probare deberet, *Iaſon in l.4. §. cõdemnatum, ff. de re iudicat.* An autem bannum Protegis, aut alterius Superioris, etiam cum *clauſula omni tempore valiturum* duret, ſitq. validum poſt annum, negat *Giurba conſ. crimin.52. num.23.* idq. fundare conatur, nedùm de iure Regni Siciliæ, ſed etiam de iure communi, ex *Turr.* & *Caſtill.* quos allegat, & longè melius probat de iure communi *D. Capiblan. de Baron. in pragm.14 num.67. & tom.2. cap.88. ſub nu.2. verſ. contrariam ſententiam,* ac *num.6.* & 9. Secus verò dicit in pragmatica, ſi cum voto Regij Collateralis Conſilij fuerit edita, *Giurba d. conſ.12. num.* & *Capiblan. d. cap.88. num.10.* quia eſt perpetua, & ſic puto, quòd etiam bannum emanatum cum voto Collateralis Conſilij ſit perpetuum, prout benè fundat *D. Capiblanc. d. cap.88. num.3. verſ. Non obſtant, & ſub num.11. ver. Banna ergo.* Sed quid ſi bãnum ſit omiſſum poni inter volumen pragmaticarum, an nihilominùs habeat vim legis. *D. Regens conſ.93. vol.2.* fundat, quòd ſic, ſi tamen compilatio non eſt facta cum clauſula annullatiua aliorum, quæ non ſunt poſita, non tamen poteſt exigi pœna ob præſumptam ignorantiam *d. conſ.93. num.7. & in d. pragm.10. num.6. de extract.* Io. Lagan.

Rubr. de Abolitionibus,

RERVM SVMMA.

1 *Abolitionum circa materiam aliqua remiſſiuè.*
2 *Abolitio vbi accuſationem, vel inquiſitionem impediat remiſſiuè.*
3 *Abolitio generalis crimen falſi an comprehendat.*
4 *Abolitione Principis delinquentes liberati ob crimen adhuc infamia ſunt aſperſi.*
5 *Abolitio publica ex cauſis à Principe conceſſa, non crimen, ſed illius accuſationem tollit.*
6 *Abolitio conceſſa bannitis per contumaciam abolet crimen.*
7 *Abolitione conceſſa cum clauſula,* quòd delinquentes infra certum tempus procurent remiſſionem, *& pars calumniosè nolit concordare, petens exceſſiuum pretium pro intereſſe: Iudex quid facere poſſit, exponitur.*
8 *Abolitione conceſſa cum clauſula,* quòd inquiſiti infra tempus pro remiſſione habenda conceſſum ad loca habitationis partis offenſæ non accedant, *de qua habitatione intelligitur.*
9 *Abolitionibus in concedendis Principis ſuperiorem non recognoſcentis poteſtas.*
10 *Abolitiones concedere ad Principes tantùm ſuperiorem haud recognoſcentes, non autem ad Barones, & ad alios ſpectat, & ratio affertur.*

11 *Abolitiones in hoc Regno Barones ratione inueſtiturę de delictis facere, & pœnas commutare valent.*

12 *Abolitiones concedendi prærogatiua Auguſta, vel Regina gaudet.*

13 *Abolendi in Principe poteſtatem habente, an cauſa iuſta, partiſque offenſa conſenſus requirantur, rem ſi-ſiuè.*

Abolitio generalis emanans à Principe an præiudicet Baronibus, remiſſiuè.

In hoc Regno fuit facta declaratio per viâ legis, cuius rationes fuerunt per duos Regentes reaſſumptæ.

AD materiam huius rubricæ vide nonnulla, quæ frequenter accidere ſolent, adducta per *Campag.*
1 *in cap. Regn. Miſericordiam, verſ. & circa iſtam materiam num.* mihi 8. *cum ſeq. vſq; ad fin. Iul. Clar. pract. q. §9. per tot. Greg. Syntag. iur. vniuer. lib. 32.* vltra tradita per *DD in rub. C. de abolit. & C. de general. abol.* & ornatè per *Villadieg. in for. iudic. lib. 2. tit. 2. §. num. 1. cum ſeqq. & per Farinac. in fragm. par. 1. verb. Abolitio, & per Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 36.*

2 Et generalis abolitio, vel ſpecialis impedit accuſationem, ſeu inquiſitionem *Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 3. c. 35.*

3 Semper tamen a generali abolitione intelligitur exceptum crimen falſi, ſecundum *Intrigl. ſing. 124. lib. 1.* ſed contrarium voluit *Angel. conſ. 254. Boer. deciſ. 217. num. 21.*

4 Non tamen eſt prætermittendum, quòd licèt delinquentes per huiuſmodi abolitiones Principis liberantur à delictis per eos patratis, non propterea liberantur ab infamia per crimen contracta, immò ſequuta abolitione criminis, tantò magis remanent infamia notati, vt eſt particularis *text. in l. fin. C. de general. abolit.* faciunt tradita per *Alberi. de ſtatut. p. 4. q. 72.* & propterea inquit *Andr. in tit. quæ ſint regal. in verb. & bona committentium* poſt *num. 35.* quòd
5 quando Princeps concedit abolitionem publicam ob res proſperè geſtas, vel ſimilem cauſam, non abolet crimen, ſed accuſationem.

6 Quod eſt notabiliter limitandum, vt nõ procedat reſpectu illorum, qui ſunt banniti per contumaciam, & in contumacia conſequuntur abolitionem, ſecundùm *Alex. conſ. 112. vol. 2.* quem ſequitur *Peregr. de iur. fiſc. tit. 2. num. 24. lib. 5.* Pro regula tamen faciunt latè adducta per *Alber. de ſtatut. p. 4. q. 72.*

7 Et quia in his abolitionibus generalibus, quæ à Principibus ſolent concedi ex cauſa publicæ lætitiæ, paſſim ſolet apponi clauſula, *quòd reſpectu illorum delinquentium, qui nõ habent remiſſionem partis offenſæ, valeant illam procurare infra certum tempus*, ita vt ſequuta remiſſione partis infra illud tempus, gaudeant indulgentia, & abolitione generali; idcirco curioſum eſt inueſtigare, quid ſi pars offenſa nolit ſe concordare per calumniam, petendo pretium exceſſiuum pro remiſſione; an Iudex poſſit moderare illud, & reducere ad iuſtum pretium, & cogere partẽ offenſam ad faciendum remiſſionem pro pretio ab ipſo taxando? & in hac quæſtione reperio, quòd *Petrus Rebuff. in l. vnic. num. 38. C. de ſent. quæ pro eo, quod int. profer.* per illum *text.* ait, quòd Princeps poteſt taxare, & ita ſeruari vidit, & *Senat. Pedem.* dùm quædam pars offenſa pro concedenda remiſſione petiiſſet octingentos aureos pro intereſſe, & iniuria, illud tanquam exceſſiuum moderatus fuit, & facto depoſito iuſſit, abolitionem factam obſeruari, etiam ſi pars læſa pacẽ facere recuſaſſet, cùm id videretur calumniosè facere: Ita teſtatur *Theſaur. deciſ. 21.* poſt *num. 3. verſ. idcirco.* ſed modò videas *Gaſp. Theſau. q. for. 26. lib. 4.* Conſert ad hanc deciſionem authoritas *Lucæ de Penn. in l. 1. colum. penul. in fin. C. de deſertorib. lib. 12.* num. 11. quòd vbi offenſor vult debitam ſatisfactionem læſo impendere, poteſt offenſus ad concordiam recepta ſatisfactione compelli, per *text. in cap. ſi quis conſtitutus 90. diſt.* Eſt bene verum, quòd hic temporis ad obtinẽdam remiſſionem curſit de momento ad momentum, *Borrell. conſ. 19.*

8 Et inuper, quia in caſu propoſito ſolet in huiuſmodi abolitionibus generalibus apponi clauſula, *quòd infra tempus conceſſum ad procurandum remiſſionem partis inquiſiti non poſſint accedere ad localitates quibus permanebunt partes offenſæ*, prout obſeruatum fuit in abolitione, ſeu indultu concello per recolendæ memoriæ D. Philippum II. Regem Catholicum in anno 1554. tempore, quo cœpit poſſeſſionem huius Regni per reſutationem ſibi factam ab Inuictiſſimo Cæſare Carolo V. eius genitore, de quo habetur in regeſtro ſub die 25. Nouembris. Idcirco ad releuamen miſerorum aduertendum duxi, quòd hoc non intelligitur de illa rata, & momentanea habitatione, quam faceret aliquis in loco, ſed ſolùm de ea, quæ fit animo reſidendi, prout in propriis terminis ita notabiliter aduertit *Caraut. in pragmat. 1. §. 13. num. 9. & 10. infra de Senat. Conſ. Maied.* quibus conferuntur tradita per *Foller.* in propriis terminis in *Commentarijs ad pragm. 1. infra de ex. dil. q. 22. nu. 45.* vbi loquitur de tranſeunte per locum, vbi habitant partes offenſæ.

Non tamen eſt ſilentio prætercundum, quòd poteſtas ſupremi Principis nõ recognoſcentis ſuperiorem magna eſt in concedendis huiuſmodi abolitionibus, vt conſtat ex *gloſ. in l. 2. C. de in ius vocando, l. 1. §. qui vltrò*, vbi *Bart. ff. de quæſtion. l. relegati, ff. de pœnis, Tiraq. de pœn. temper. in præfatio. num. 2. Cacher. deciſ. 101. Clar. pract. crimin. q. 6. num. 15. cum ſeqq.*
10 ex quibus communi conſenſu conſtat, quòd id pertinet ſolùm ad ſupremum Principem; non autem ad Comites, & Barones, & alios recognoſcentes ſuperiorem, prout nuncupatim tradiderunt *Bart. in l. non omnes, §. qui transfugis ff. de re milit. l. ambitioſa nu. 8. ff. de decret. ab ord. faciend. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol. cap. 13. nu. 38. Azeued. lib. 8. recopil. ll. Hiſp. tit. 25. l. 1. num. 7.*

Ratio eſt, quia committere crimina, & peccata eſt contra legem *Innoc. in cap. cùm P. tabellio num. 2. extra de fid. inſtr.* ſed Comites, & Barones, & alij ſuperiorem recognoſcentes non poſſunt legem derogare, ergò nec crimina remittere *Cacher. d. deciſ. 101. num. 4. Azeued. vbi ſupra num. 9.*

11 Quod intelliges de iure communi, ſecus autem in hoc Regno Neapolitano, vbi ex forma, & tenore inueſtiturarum quam Barones poſſunt facere gratias delictorum, & commutare pœnas, antè tamen ſententiam, iuxta tradita per *Præſid. de Franch. deciſ. 170.*

Et hæc ſunt indubitata, quemadmodùm eſt etiam
12 indubitatum, quòd hæc prærogatiua pertinet etiam ad ipſam Auguſtam, ſiuè Reginam in iucundo eius aduentu, quia gaudet priuilegio Auguſti, ſeu Regis nuriti, vt conſtat ex *Franc. Marc. dec. Delphi. 153. p. 2.*

Difficultas eſt, an in Principe, qui habet hanc po-
13 teſtatem abolendi, crimina recuſitatur etiam cauſa legitima, & conſenſus partis offenſæ, in qua difficultate ego non inſiſto, nam illam diffuſè proſequitur *Ioſeph. de Seſſe de inhibition. cap. 1. §. 5. num. 11. cum ſeqq. vſq; ad fin.* vbi melius, quam alius, quem viderim, hanc materiam enucleat, *& dec. 178. 2. par.* alia dixi in *Pragm. 7. num. 17. infra de compoſit.* An autem huiuſmodi abolitiones criminum factæ per ſupremos

nos Principes vasallis Baronum, præiudicent Baronibus, explicat *Gasp. Thesaur. q. for. 71. lib. 4.* & in hoc Regno fuit facta declaratio per viam legis, vt *in pragm. 2. vers. declaramus infra cod.* rationes, quibus fulcitur ea declaratio reassumpsit *Regens Constant.* ex manuscriptis *Regentis Moles in l. 1. nu. 87. ad 105. C. pen. fiscal. cred. prafer.* Alia ad materiam pertinentia tangit *Farin. fragm. par. 1 lit. A. n. 1. & seqq.*

Prag. I. de Abolitionibus.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica continens indultum generalem, quandò fuerit edita, & quarè.*
2 *Crimina, quæ per huiusmodi indultum excludantur.*
3 *Peccatores tripliciter reuocantur ad vitam.*
4 *Principis proprium quid sit.*
5 *Respublica ex quibus regitur.*
6 *Iudex, vt bonus dijudicetur, quid agere teneatur in causis, & quæ sint Principis, Iudicisue in subditos partes, perbellè exponitur.*
7 *Indulti nomen non esse latinum, ex Grammaticis Author subijcit.*
8 *Gratia, vel indulgentia, de qua hic, latissimè interpretanda venit, & quarè.*
9 *Gratiam istam non esse contra vtilitatem publicam, principaliter disseritur, ideòq. latè interpretatur.*
10 *Indulgentiam concedens non potest ita eam interpretari, vt diminueretur eius effectus in casu, qui aliàs reuocari non valeret.*
11 *Gratia à Principe concessa quando possit reuocari, remissiuè.*
12 *Indulgentia generalis, vt hæc est, tollit crimina, & ad omnia delicta etiam atrocissima extenditur, nisi specialiter excipiantur, vel aliter ex concedentis mente appareat.*
13 *Indulgentia generalis etiam ad accusationes nondùm propositas porrigitur.*
14 *Indulgentia extenditur, vt supra, si motu proprio concederetur, essetq; generalis.*
15 *Abolitio publica, seu generalis secundùm Grammaticos quæ dicatur.*
16 *Abolitio quid sit secundùm Nostrates.*
17 *Abolitio, quam differt* gloss. in rubr. C. de abolit. *delicta non tollit, sed instantiam dumtaxat differt.*
18 *Abolitio, antiquitus à Principe ob lætitiam concessa durabat, ipsa existente lætitia, qua cessante reuertebatur ad accusationem.*
19 *Abolitio, vt supra, concessa non extenditur ad crimina notoria falsi, & ad alia, & vti differat ab indulgentia generali, plenè discutitur.*
20 *Crimen læsæ Maiestatis propriè quando dicatur.*
21 *Indulgentia generalis quandoq; est odiosa, & per consequens strictè interpretatur.*
22 *Indulgentia, de qua hic, quas personas comprehendat, & nùm qui maledicit Principi, vel illum verbis offendit, læsæ Maiestatis crimen committere dicatur.*
23 *Statuto si cauetur, contrahentem cum bannito ob rebellionem esse grauiter puniendum, comprehenditur contrahens cum bannito attentante, & non perficiente rebellionem, & ratio.*
24 *Crimina hæresis, & falsæ monetæ exceptuantur ex indulgentia, de qua hic, & de qua falsa moneta intelligatur.*
25 *Crimen assassinij etiam excipitur, & de quo assassinij crimine sit intelligendum.*
26 *Offensio, & violentia contra Regios Ministros, atq. Officiales quoquè exceptuatur.*
27 *Minister quis dicatur, & de quibus ministris, & officialibus loquatur hæc gratia, asseritur, & n. 29.*
28 *Indulgentia ista de qua violentia, & offensione, & de quibus offendentibus loquatur, & an comprehendantur tentantes offendere, & n. 30. 31. & 35.*
32 *Offensa quæ dicatur.*
33 *Carcerati, qui effractis carceribus effugiunt, vel qui eis auxilium præstant, an dicantur committere offensam, violentiam in Officiales, & nùm includantur sub ista indulgentia, late discutitur.*
34 *Indulgentia ista an comprehendat Officiales Baronum.*
36 *Gratia concessa accedentibus ad Regia seruitia, à qua non erat exceptuata offensio, & violentia facta Regis Officialibus, nùm per huiusmodi indulgentiam censeatur reuocata quòad istum casum, declaratur.*
37 *Barones an gaudeant tali indulgentia quòad illicitè à suis vasallis extorta.*
38 *Indulgentia ista excludit eos de Cæsareo occidentes, & vulnerantes illos, qui sacratissimum Domini corpus exportabant.*
39 *Delinquentes in officio excipiuntur ex hac indulgentia, & de quibus delictis intelligatur.*
40 *Crimen sodomiæ an sit exceptuatum ex ea, bellè discutitur.*
41 *Fures, latrones, falsarij, & alij habent hanc indulgentiam quòad pœnam, non quòad rerum furtiuarum restitutionem.*
42 *Contrauenientes Regio Banno super modo vendendi frumentum, & hordeum antè publicationem istius gratiæ, an censeantur indulsati.*
43 *Indulgentia generalis, vt hæc, comprehendit non tantùm corporales, sed etiam pecuniarias pœnas, & bona à Fisco vigore sententiæ confiscata.*
44 *Ius quæsitum denunciantibus virtute supradicti banni Regij, quibus quarta pars concedebatur, an remissum videatur per hanc indulgentiam.*
45 *Ius quæsitum non posse per Principem tolli, vti intelligatur, exponitur.*
46 *Gratia concessa pro delicto per verba generalia, an extendatur ad bona alteri quæsita.*
47 *Indulgentia ista vtrum comprehendat Baronum vasallos.*
48 *Indulgentia hæc an extendatur ad clericos inquisitos, discutitur.*
49 *Barones hodiè forindicatis gratiam concedere valent.*
50 *Delinquens si præter aliam pœnam esset priuandus officio, an per hunc indultum videatur restitutus ad dictum officium.*
51 *Delinquens opponendo exceptionem istius indulgentiæ, an statim sit dimittendus, & de quibus delictis intelligi debeat.*
52 *Indulgentia publicata in Ciuitate Neapolis, si eodem die delinquentes capiantur per Prouincias, an sint liberandi.*
53 *Delinquentes sub spe istius indulgentiæ nùm debeant ea gaudere, et ex quibus sub illa spe deliquisse dignoscatur, exponitur.*
54 *Delinquentes gaudent hoc indultu, si Partis remissionem habent, & quomodò dicta remissio probari possit, disputatur.*
55 *Concordia Partis offensæ hodiè in Regno dupliciter probatur.*
56 *Vulneratus mortiferè si remittat vulneranti, & deindè moriatur, an remissio iuuet ad consequendam indulgentiam.*
57 *Remissio facta à patre pro offensa facta filiofamilias, an sufficiat pro habenda ista indulgentia.*
58 *Remissio Domini, Mariti, vel Baronis de offensa facta ser-*

ſeruo, vxori, vel vaſallis, an ſufficiat remiſſiue.

49 *Remiſſio Prælati pro offenſione facta Clerico, Monacho, vel Eccleſiæ, vtram ſit ſatis remiſſiue.*

50 *Remiſſio Partis offenſæ, quando inquiſitus facilis defenſionibus non bene purgauit indicia, quæ non ſufficiebant pro tortura, ſi fuerit exulatus ad tempus, an requiratur.*

HAuendo la Maeſtà, &c. Hæc pragmatica cõtinet indultum generalem huius Regni conceſſum per Illuſtriſſimum Cardinalem Pacechum tunc in
1 hoc Regno Locumtenentem Generalem in anno 1554. tempore, quo Inuictiſsimus D. Philippus II. immortalis memoriæ cœpit poſſeſſionem illius per reintrationem ibi factam à Sereniſsimo Imperatore Carolo V. eius genitore, exceptis crimínibus hæreſis, læſæ Maieſtatis, falſæ moneræ, aſſaſsinij, & violẽtiæ, ſed offenſæ contra Regios Miniſtros, & Officiales ſuſtitiæ. Hanc pragmaticam ſuis doctiſsimis commentarijs exornauit eximius ille Doctor Petrus Follerius ad interceſsionem Magni illius Regentis Franciſci Antonij Villani, quos manuſcriptos mihi tradidit ſummus Præſidens S.C. Vincentius de Frãchis, vt, nẽ diutiùs deliteſcerent, curaſſem illos imprimendos cum aliorum Commentarijs à me ſimul collectis in prima horum meorum Commentariorũ editione, ſed tunc eius inſsis ſatisfacere non licuit, quia opus iam perfectum è prælo ſubductum reperiebatur, libet nunc eius votis etiam poſt mortem annuere, & propterea integros, vt iacent, hic imprimendos curaui, vt infra.

FRANCISCO ANTONIO VILLANO REGIO COLLATERALI CONSILIARIO, Regiam Cancellariam Regenti Iuriſconſultorum facilè Principi.

Petrus Follerius V. I. D. S.P.D.

PLeriq; *quidem, Excellens Vir, me adeò exorarunt, vt ad generalem criminum indulgentiã nouiter emanatam, aliqua pro eius faciliori intelligentia recolligerem, vt id ęquiuitus effecerim, recollegi, itaq; breui temporis curriculo ſummatim aliqua: rudi quidem Minerua, non accurata, ſubtiliq; ratione dicendi, pro materia enim ſubiecta, petenda ſunt orationes, vt inquit* Ariſt. 2. Eth. c. 11. *quæcunq; tamen ea ſint, tibi Viro prudentiſſimo trãſmittenda duxi, vt nomine tuo tueantur. Suſcipe igitur, & me, vt ſoles, ama; Vale Salerni. Die 13. Decemb. 1554.*

Nec defectum, neq; exceſſum, ſed mediũ quodq; eſſe eligendum, inquit *Ariſt. in lib. Eth. cap.* 1. eamq; mediocritatem, quæ ab Homero demonſtrata eſt, maximopere extulerunt Peripatetici, omnia enim temperata introducit in fortibus viris Homerus, & Vlixes planè reiecit nimia, ac mediocria probat, cũ Diomedem, valdè, vel laudare, vel vituperare vetat: Menelaus quoq; planè dicit, ſe ſuccenſere ijs, qui hoſpites immodico, vel amore, vel odio proſequantur, modum enim eſſe optimum, ac mediocritatem in primis præſtandam in ferendis ſupplicijs, optimi quiq; prudentes definuerunt, de quo *Senec. in Hercul. & eod.*

Quiſquis, inquit, medium defugit iter
Stabili nunquam tramite curret,
Dum petit vnum præbere diem,
Patriaquè puer concitat axes.
Hæc procul ſolitum percurrit iter,
Sed Phœbus ignota ſecat
Sydera flammis, errante rota,
Secum pariter perdidit orbem
Medium cæli cum peregerat iter,
Tenuit latias Dedalus oras,
Nulliquè dedit nomina ponto,
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patria ſquè puer
Deſpicit alas, Phœboquè volat
Proximus; ipſe dedit ignoto
Nomina Ponto.

Hinc æternum diuinæ iuſtitiæ, & proprium ſemper extitiſſe ſacris memorari literis; reuocare peccatores ad vitam, via, ac ordine triplici, vocibus .ſ. præ-
3 conum, vatum, prædicatorum largitate quoq; benifica, flagello deniq; ſi duo priora non corrigãt, quod elarè *Vulpianus* edixit *in l. 1. ff. de iuſtit. & iur.* ibi: *Bonos non ſolùm metu pœnarum, verùm præmiorum quo-*
què exortatione efficere cupientes. Sic enim proprium Principis eſſe debet, vt iniectis paternam exhibeas
4 prouidentiam: *in auth. de mand. Princip. §. feſtinabis*, & dolore, ac inuitum trahi ad pœnas, quod etiam *Poeta lib. 6. Aeneid.* ſentit. *Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.* Et Solon dicere ſolebat, his duobus, .ſ. præmio, &
5 pœna omnem Rempublicam contineri; Proindè qui
6 bonus Iudex haberi vult, cum cum primis conſiderare oportet, ne quid, aut durius, aut remiſsius decernat, quàm cauſa ipſa poſtulat, & pro documento iniunctum Cæſari Imperium adepto in exemplo ad
» Cæſarem *Senec. de Republ.* Neq; quiſquam re ad cru-
» deles pœnas, aut acerba iudicia inducat, quibus Ci-
» uitas vaſtatur magis, quàm corrigitur, ſed vt prauas
» artes, malaſq; libidines à iuuentute prohibens; ea
» vera clementia erit, pacem concordia ſtabiliuiſſe:
» neq; barbara arte cędem cęde, & ſanguinem ſanguine expiandum. Ego enim cuncta Imperia crudelia,
» magis acerba, quàm diuturna arbitror. Hæc ibi, teſte *Gulielm. de Benod. in repet. c. ſp. Raymut in quæſt. an licet. occide. pecca. n.* 46. de quo inſuper diuine admodum loquitur ille *Magnus Greg. in 4. part. & lib.* 20. *Moralium.* Omnis, inquit, qui rectè iudicat, ſtateram in
» manu geſtat, in vtroq; penſo iuſtitiam, & miſericor-
» diam portat; ſed per iuſtitiam peccati ſententiam,
» per miſericordiam peccati temperat pœnam; vt iuſto
» libramine quædam per æquitatem corrigat, quędam
» verò per miſericordiam indulgeat; qui Dei iuſtitiam
» oculis ſuis præponit, ſemper timens, & tremens in
» omni negotio formidat, ne de iuſtitiæ tramite recedat,
» & vndè non iuſtificatur, indè protinùs condemnatur; Diſciplina enim, vel miſericordia multum deſtituitur; ſi vna ſine altera teneatur, vndè circa ſubiectos meſſe debet Iudicibus, & iuſtè conſulens miſericordiæ, & piè ſęuiens diſciplinæ; hic eſt, quod ſemiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in ſtabulum ductus eſt, *Luc.* 10. adhibetur vinum, & oleum,

&c

» quæ virum mordeantur vulnera, & per oleum fo-
» mententur; quatènus vnuſquiſq; qui ſanandis vulneri-
» bus præeſt, in vino mentem diſtrictionis adhibeat, in
» oleo molliciem pietatis; per vinum mundantur pu-
» trida, per oleum ſananda tangentur; miſericordia eſt
» ergo lenitas cum ſeueritate, & faciendum quoddam
» ex vtroque temperamentum, vt neq. multa aſperita-
» te exulcerentur ſubditi, neq. nimia benignitate ſol-
» uantur. Sit ergo in Iudice, & Principe diſtrictio iu-
» ſtitiæ, quæ ferat; ſit & conſolatio baculi, quæ ſub-
» ſtentet, ſit itaque amor, ſed non emolliens; ſit & ri-
» gor non exaſperans, ſit zelus, ſcilicet iuſtitiæ, ſed
» non immoderatè ſeuiens, ſit pietas, ſed non
» plus quàm expediat, parcens: igitur in regimine de-
» bent vtrumque Iudices miſcere, vt nec diſcipline de-
» ſit miſericordia, nec miſericordiæ diſciplina. Vtrunq.
enim hucuſque Illuſtr. & Reuerendiſs. Card. Pace-
chus, qui re, & nomine pacem, & concordiam huic
Regno dedit, ſeruauit, & nunc in hac indulgentia
7 criminum, quam pleriq. appellant indultum (licèt in
lingua latina non ita dicatur, vt videre licet apud
Grammaticos) prudenter ſeruauit, quædam reti-
nendo, quædam verò largitate benefica indulgendo,
8 debet enim gratia iſta, ſicù indulgentia latiſſimè in-
terpretari, *l. beneficium, ff. de conſt. princ.* tùm maximè,
quia motu proprio proceſſit, vt benè concludunt
Angel. & DD ibid. Io. Andr. in cap. 2. ad fin. extra de
immun. Eccleſ. & ibi Panorm. col. 2. & poſt eos *Iaſ. in*
l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. num. 27. eſt enim fauorabilis,
cùm ob fauorem, & vtilitatem publicam emanauit,
& proindè fauorabilis dicitur *l. qui exceptionem, & ibi*
Bart. & Bald. ff. de cond. indeb. & Bald. in l. 1. col. 19.
verſ. ſed hic quæro de effectu, ff. de ſumm. Trinit. & fid.
Cath. & ſic extendi, & latè interpretari debet, nec
9 dici poteſt, hanc indulgentiam eſſe potiùs contra
publicam vtilitatem, quia publicè intereſt maleficia
puniri, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* quia id obſoſum
eſt, cùm id dici debet eſſe contra publicam vtilita-
tem, quod de directo principaliter, & immediatè eſt
contra publicam vtilitatem, quod eſſet, quandò per
indulgentiam remitteretur pœna delicti inchoandi,
tunc enim remitteretur dolus futurus, & daretur
materia delinquendi, quod fieri non debet, *l. ſi vnus*
§. illud, ff. de pact. & l. ſcire oportet. ff. de tut. & curat.
dat. ab eis, quia non debet iniuriarum naſci occaſio,
vndè iura naſci debent, *l. meminerint, C. vndè vi*, hac
ſiquidem indulgentia remittitur pœna delicti con-
ſumati, quod licèt puniri interſit Reipubl. non tamè
principaliter, & immediatè, ſed ſecundariò. Ideò ta-
le intereſſe non attenditur, ſecundùm *Angel. Bal. &*
reliquos Scribentes in l. reſcripta, C. de precib. Imper.
offer. & ſic verum eſt dicere, hanc indulgentiam latè
debere interpretari. Ita tamen, vt ſecundùm iura, &
10 quòad verba illius pariantur, intelligatur, quod
adeò procedere ſcias, quòd ipſe concedens non poſ-
ſet interpretari eam, quando ita interpretaretur,
quòd diminueretur eius effectus, in caſu, quo aliàs
non poſſet reuocari, ſecundum *Felin. in cap. nouit pri-*
ma reg. & limit. ext. de indic. & quando Princeps poſ-
11 ſit reuocare gratiam à ſe conceſſam, ponit latè *Fe-*
lin. in d. cap. nouit, & poſt eum latè *Philip. Dec.* & no-
uiſſimè *Barth. Caſſan. in conſuet. Burg. in tit. des inſti-*
tutes, & diroicts & deiceltes rubr. 5. nu. 187. in proprijs
terminis loquens, & vide *Capyc. deciſ. 133.* eſt tamen
aduertendum, quòd in iure reperitur indulgentia
criminum generalis; reperitur quoquè abolitio pu-
blica, ſeù generalis, & ne æquiuoces terminos, quan-
dò datur indulgentia criminum generalis, pro-
12 ut hæc eſt, exinguis crimina, & ad omnia delicta
de ſui natura extenditur, niſi aliqua ſpecialiter ex-
cipiantur, vel aliter appareat de intentione conce-
dentis, adeò quòd extenditur ad delicta liquida, &
13 notoria, aliaque atrociſſima, vt eſt crimen falſi, cri-
men læſæ Maieſtatis, & alia quoq. niſi ſpecialiter
excepruentur, & etiam extenditur ad accuſationes
non dum inſtitutas, ſecundùm *Bart. & ibi DD. in l. de*
pupillo, §. ſi pluribus, ff. de nou. oper. nunc. & ibi latè
Alex. & voluit notabiliter *gloſ. in l. ſi decueris, C. de*
falſ. & Ang. de Arim. in add. 1. ad Ang. de malef. in
gloſ. nec non ad quærelam, & hæc intelligas vera ſe-
14 cundum *Iaſ. ibid.* ſi motu proprio concederetur in-
dulgentia, & non ad petitionem Partis, & ex certa
15 ſcientia, & etiam eſſet indulgẽtia generalis. At abo-
litio publica, siuè generalis, licèt ſecũdum Gramma-
ticos dicatur criminis remiſsio, accuſationiſq. per-
emptio ſecundùm *Quintil. lib. 11. cap. 2. aduerſus Ti-*
rannum, qui ſub pacto abolitionis damnationem de-
16 poſuerat, agit competitor, & ex Noſtratibus *Cyn. in*
l. 1. C. de aboli. dicit, quòd abolitio nihil aliud eſt, quã
nomen rei aboleri inter reos, & eum à iudicij inſtan-
17 tia abſoluere, & pro hoc diffinitio abolitionis, quã
ponit *glo. rub. C. de abolit.* nihilominus propriè intel-
lecta, vt in *ff* & *C. eod. tit.* non extinguit crimina, ſed
tantùm inſtantiã differt, ſolebat enim concedi prop-
ter aliquam lætitiam per Principem, & ideò reorum
18 nomen abolebatur per ipſam publicam, & legalem
abolitionem cum licentia redeundi ad accuſationẽ
intra 30. dies, & ſic non eſt abolitio ſimplex, ſed con-
ditionata, adeò quòd poteſt redire ad eandem accu-
ſationem, finita lætitia, ob quam Princeps eam con-
cedat intra ipſos 30. dies *l. ſi interueniente, ff. ad Turpil.* & declarat optimè *Bar. in l. aut priuatim, ff. eod. tit.*
& hæc abolitio ſic intellecta, quæ non eſt indulgen-
19 tia, non extenditur ad delicta notoria, & liquida, *l.*
fin. C. de abolit. & hæc habentur per *Ang. in lib. male-*
f. in ver. necnon ad quærelam. Item minimè extendi-
tur ad crimen falſi *l. Lucius, & ibi Bart. & Alex. ad*
Turpil. in indulgentia criminum generali non intel-
ligitur hic caſus exceptus, vt hic, item minimè ex-
tenditur ad accuſationes nondum inſtitutas, *l. 1. &*
2. de generr. abolit. hæc autem indulgentia extenditur,
vt dixi ſupra. Item hæc abolitio non extenditur ad
crimen læſæ Maieſtatis ſecundùm *Ang. in diſp. incip.*
renouata guerra. In indulgentia generali comprehẽ-
deretur, ſi ſpecialiter non exciperetur, ſecundùm
Alex. vbi ſupra, excipitur, vt vides, inter alia hic cri-
20 men læſæ Maieſtatis, quod intelligo de vero, & pro-
prio crimine læſæ Maieſtatis, quod eſt, quando Prin-
ceps principaliter, & de directo offenſus fuit, nam id
dicitur propriè læſæ Maieſtatis crimen ſecundùm
Bal. in l. 1. circa fin. C. de priu. carc. vbi id optimè con-
cludit, & *Alber. Brun. conſ. 69. col. 2.* de quo alàs di-
xi in *practica mea cauſar. crim. in verb. item commiſit*
crimen læſæ Maieſtatis, debent illa verba intelligi in
proprio ſignificata ſecundum *Bart. in l. ita vulnera-*
21 *tus verſ. item nota, quòd verba legis, ff. ad l. Aquil.* &
licèt dixerim hanc indulgentiam fauorabilem, &
proindè extendendam, reſpectu tamen caſuum ex-
ceptorum dicitur odioſa, & ſic ſtrictè interpretanda
erit, nec conuenit, quòd vnum, & idem ſit partim
odioſum, partim verò fauorabile, diuerſis tamen reſ-
pectibus, per ea, quę voluerunt *Bal. Salyc. Raph. Fulg.*
Paul. Caſtr. & alij recentiores in l. 2. per gl. in ver. libe-
22 *ros ante fin. C. de in ius voc.* comprehenduntur tamẽ
in iſta gratia, ſeu indulgentia omnes, qui fortè ma-
ledixerint Principi, quiquè eum tamen offenderint
verbis tantùm, quos dixi in *practica mea cauſarum*
crim. non committere crimen læſæ Maieſtatis, quod

& pul-

& pulchrè voluit *Aymon Cravet. in suo cons.6. lib.1. & Bald. in cap.1. §. si voluerit, de Cap. qui cur. venat.* comprehenduntur quoque illi, qui tantum attentauerint aliquid moliri contra Principem, ad aliquid tamen non procedentes, sed in meris tantùm cogitationibus perstiterẽs, licèt fortè verbis expressérint cum vno solo ista quòd non cum pluribus, idq. dici potest tractatus, per ea, quæ voluit *Andr. de Iser. in cap.1. §.*
23 *si voluerit, de Cap. qui cur. ven. & Nellus in tract. bannitorum 3. par. 2. temp. q.59.* vbi dicit, quod si stat statutum, quod contrahens cum bannito ob rebellionem puniatur certa grauiori pœna, si quis contraxit cum eo, qui fuit bannitus, quia attentauit rebellare Castrum, non debet puniri pœna illius statuti, quia aliud est rebellionem fecisse, aliud attentasse *l. fin. ff. de rer. diu.* rebellio enim denotat rem perfectam *l.1. in fin. ff. quod quisq. iur.* cuius dictum dico intelligendum, retentis terminis eius, quod optimè declarat *Andr. de Iser. in loco citato*, excipiuntur etiam ex-
24 pressè crimina hæresis, & falsæ monetæ, intellige tamẽ, quãdo fuerit falsificata moneta argentea, vel aurea, at secus si fuerit falsificata moneta ænea, quæ sex pro vno tornesio valent, nam hic casus non cõprehenditur sub exceptione, per ea, quæ consuluit *Alex. in cons. 104. lib.1. incip. statutum loquens*, non enim statutum, & à fortiori gratia, in his, quæ alias sunt odiosa, comprehendit vilissima, & minima, vt notat *Dec. in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de leg.1.* de modicis enim non est faciẽda vis, secundum *Bald. in l. fin. C. de adil. actio.* & tetigit latè *Affl. in Const. Adulterinam monetam*, & sic qui aliàs fecerunt monetam æneam censentur indultati. Item excipitur expressè
25 crimen assassinij, de eo crimine assassinij, quod esset consumatum, seu saltim de luctum ad actum proximum, per ea, quæ voluit *Nellus in loco* superius cit. *& Bart. & Alex. in l. non solùm, §. mandatum, ff. de iniur. & in l. Cicero, ff. de pœnis, & Affl. in Const. Asperitatẽ 2. not.* & per *Carpyc. in decis. 155. & 126. Marsil. in l. qui falsam, ff. de fal. & Do. Thom. Gram. voto nono, & voto octauo, & 11.* item intellige, quando foret acceptata promissio pecuniæ per mandatarium, facta oblatione per mandantẽ, vt benè explicat *Do. Thom. Gram. in d. voto 11.* quia tunc propriè dicitur crimen assassinij, in alijs non concurrentibus prædictis requisitis habet locum indulgentia, eò quia non dici-
26 tur aliàs crimen assassinij. Item excipitur expressè ab ipsa indulgentia crimen violentiæ, seu offensæ contra Regios Ministros, & Officiales ad iustitiam, est enim verbum satis latum illud, *Mini-*
27 *stros*, nam ille dicitur Minister, qui seruit, & ministrat secundùm *Cic. 1. de oratore 98.* Infimi homines
» mercedula adducti Ministros se præbent in iudicijs
» oratoribus. *Idem pro Cluentio 32.* Ministri publici
» mortis, atque ei Deo veteribus institutis, religioni-
» busque larinatum consecrati. Vndè intelligitur excepta omnis violentia, & offensa facta quibuslibet, quoquo modo ministrantibus, & seruientibus Regij; putarem tamen, non intelligi de seruientibus, & alguzerijs Regiarum Prouinciarum, & aliarum Curiarum Regiorum Capitaneorum terrarum, sed de Regijs Ministris Reg. Cam. Sum. Sacri Regij Cõsilij, Collateralis, & de S. Clara, & Magnæ Curiæ Vicariæ. Isti enim propriè dicuntur Ministri Regales, si credi-
28 mus *Boer. in decis. 8. in 1. lib.* Item intelligo, si violentia, vel offensa eis foret facta intuitu officij, vel in eius exercitio, at secus si ex priuata inimicitia, & extra officij exercitium, nec eius intuitu, per ea, quæ voluit *Andr. de Iser. in Constit. Vt participatio, & in Constit. Eos tantùm*, & post eum *Cappye. in decis. 130.*

num. 7. & Affl. in d. Const. 3. q. licèt ipse aliter distinguat.
29 Item intellige de illis Ministris, qui tempore offensionis, & violentiæ erant in officio, non autem de illis, quorum officium erat finitum, per ea, quæ scribit *Bal. in l. Tribunus, ff. de testib. militari*, nisi fuissent offensi Officiales stantes in iudicatu, ex causa præterita officij, non aliàs, secundùm *Bald. in l. obseruare, §. proficiscet 7. quæst. de offic. proconsul. & lega.* Item intellige de
30 grauiori offensa, seu violentia, at secus de leui, per ea, quæ voluit *Bald. in l. si quis in hoc genus, C. de Episc. & cler. in fi.* & contulit *Marsil. in cons. 103.* Itẽ intelligo
31 de offendentibus, & committentibus violentiã in Officiales scienter, & dolosè, cognoscẽtibus, & offẽdẽtibus eos, vt Officiales, at secùs si nõ vt Officiales offendentes, qui minimè deferebant signa, quòd essent Officiales, vt erat fortè moris, secundùm *Flor. in l. si putator, ff. ad l. Aquil.* quod & probat *text. in l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, ff. de iniurijs.* Item intelli-
32 go de offensa, & violentia factis in personam, licèt aliàs offensa dicitur quicquid meretur pœnam *l. in testamento, ff. de manum. test.* & not. *Bar. in l. licitatio, §.*
33 *quod illicitè, ff. de public.* An si carcerati effregerint muros carcerum, & fugerint, dicantur violentiam, seu offensam in Officiales commisisse, ita quòd non includantur in ista indulgentia, & videbatur dicendũ, quòd sic, quia etiam dicitur quis offendi propter fugam, probat *text.* & ibi not. *Alex. in l. si pecuniam, §. sed si acceperit, ff. de cond. ob caus.* sed contrarium teneas, quia licet fugè, & per consequentiam, & sic secundariò propter fugam carceratorum, & fracturam carcerum offendatur Officialis, non debet haberi consideratio ad istam offensam, ad effectum, vt excludantur ab ista indulgentia, sed ad eam offensam debet haberi consideratio, quæ fieret principaliter in offensam Officialis, arg. notat. per *DD. in l. rescripta, C. de prec. Imp. offer.* & sic etiam dicendum est de præstantibus opem, ac causam dantibus fracturæ, & fugæ carceratorum. Item non intelligitur iste casus exceptus in offendente Officiales Baronum, sed
34 tantùm procedit in offendẽte Officialem Regium, quod patet, quia sub vna determinatione ponuntur Ministri, ergo pariformiter debent determinari, *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. substit.* & tamen loquendo de Ministris, loquitur de Regijs, pariformiter ergo intelligitur de Officialibus ad iustitiam. Itẽ
35 intelligo de illis, qui verè, & realiter offenderint Officiales, & secùs si tantùm attentauerint offendere, nec offenderint, licèt ad actum proximum deuenerint, quia nec offensa in personam dicitur insultus secundùm *Guliel. de Cun. in l. si qua per calumniam, C. de episc. & cler.* notat. *in l.1. §. hoc autem, ff. de ijs, qui deiecer. vel effun.* & faciunt quæ dixi supra in crimine læsæ Majestatis, & ex hoc intero, quòd omnes illi, qui coadunati fuerũt anno elapso in platea Salernit. animo, & proposito insultandi Capitaneum Toralbam, intelliguntur indultati, licèt peruenissent ad locum, maximè quia id non tractabatur, vt principaliter, & de directo offenderetur Regia Maiestas; Sed
36 dubitari occurit, nam Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis nonnullas indulgentias, & gratias concessit delinquentibus accedentibus ad seruitia Regia, quatuor tantum casibus exceptis, inter quos non erat iste, an videatur nunc reuocasse illas indulgentias, quòad hunc casum exceptum nunc? & breuiter dicendum est, quòd non, quia res non est integra, sed acquisitum est ius illis, vt notat *Felin. in cap. nouit de iudic. & ibi Philip. Dec.* & maximè quia videtur illas indulgentias concessisse in remunerationem, & satisfactionem seruitiorum, & sic irreuo-

ca-

nabiles ſunt, arg. *l. ſi paſtum, & ibi gloſ. & Bart. ff. de donat.* & per *Anet. & Salyc. in d. cap. nouit*, & in ſpecie, ac in indiuiduo per *Caſſan. in Conſuet. Burg. in tit. des iuſtices, & droytes, & deicelles rubr. 1. §. 5. nu. 190.*

37 Vtrùm Barones intelligantur indultati de omnibus illicitè extortis à vaſallis, dicas, quòd non, quia dicuntur deliquiſſe in officio; vt per *Par. de Put. in lib. ſind. de offic. ſind. verſ. an ſi poteſtas condemna-*

38 *tus*, ibi: *priores habentes arbitrium, quia comprehenduntur in exceptione*, excipiuntur etiam omnes illi de Cæſareo, qui occiderunt, & vulnerauerunt portantes ſacratiſſimum Corpus Chriſti, & pro certo fuit caſus atrociſſimus, de quo alias dixi in *practica mea cauſ. crimin. in fragmentorum parte, in tit. de ſacrilegio*, ſimilem cauſam legimus apud *Platin.* tempore Paſchalis II. Pontificis clxvj. contigiſſe in perſonam dicti Pontificis, qui dùm eſſet in proceſſione cum toto Clero, & Populo, cum Reliquijs Sanctorũ, Hericus IV. poſitis militibus ſuis in Stationibus, vnà cum Pontifice ad dexteram Templi ingreditur, in quo poſt orationem à ſe factam ad altare, à Pontifice petit, vt illos confirmaret, quibus ipſe Epiſcopatus dederat; Paſchalem id facere recuſantem, intromiſſis militibus, dato ſigno vnà cum Cardinalibus, ſtatim capit, eumq; cum magna parte Cleri ſpoliati priùs in Caſtra producit, aliq; ſcandala venerunt, ac maxima diuinorum ſucceſſit turbatio, ibidem legi-

39 tur. Item excipiuntur expreſsè omnes illi, qui in officio deliquerunt, qui etiam intelliguntur de iure, excepti à quibuſlibet impetrationibus, per *text. in l. mancipia, C. de ſerv. fugit.* & idem notatur per *Par. de Put. in lib. ſind. in verb. negligentia*, niſi expreſſim nominentur, quod intellige, vt ſupra, & hæc exceptio extenditur, nedùm ad Officiales ordinarios iuſtitiæ, ſed etiam ad arbitrantem delinquentem in arbitrando, ſecundùm *Abb. in cap. vno delegatorum extra de offic. deleg.* intellige tamen de delictis commiſſis prætextu officij, vt de ſententijs malè latis, baraptarijs, & ſimilibus, at ſecùs de delictis commiſſis, non contemplatione officij, vt de adulterio, homicidio, & ſimilibus commiſsis, non contemplatione officij; iſta enim delicta commiſſa non dicuntur in officio facta, nec ipſius prætextu, ideò veniũt, & comprehenduntur in hac indulgentia, per ea, quæ ſcribit *Par. de Put. in tract. ſind. in tit. de ſindic. in verb. Iudices ad ſindicatum verſ. ſindicator officialis.*

Viſo de caſibus excepris per ipſammet indulgen-

40 tiam, quæro, an crimen ſodomiæ intelligatur exceptum? & videbatur dicendum, quòd ſic, nam ex forma *Regiæ Pragmaticæ de ſodomiâ* apparet, Principem velle, dictum crimen cenſeri excluſum à quibuſuis aſſecurationibus, & guidaticis factis, ergò videtur rem eſſe claram; in contrarium dico, quia hæc indulgentia eſt generalis, & excipit aliquos caſus, qui etiam de iure erant excepti à generali abolitione, ergò videtur voluiſſe omnes alios caſus includere in hac indulgentia, *l. quæſitum §. denique, & ibidem Bart. ff. de fund. inſtr. l. nam quod liquidè in fine de pen. leg. l. legata inutiliter in princ. & ibidem Bart. in fin. ff. de legat. præſtand.* licèt poſsit contrarium dici, quòd licèt regula firmetur per exceptionem in non exceptuatis, non tamen extenditur, & dilatatur, vt comprehendantur caſus, qui de ſui natura non comprehenduntur in regula, ſecundùm *Bar. in l. generaliter, §. vxori, ff. de vſufruct. legat.* videtur enim exceptio poſita ad abundantem cautelam, vt eſt *gloſ. in l. fin. ff. quod quiſq; iuris*, quam *gloſ.* ſequitur, & ad hoc pondernunt *Franciſcus de Aretio in conſil. 8. in-*
cip. abunde erit caſus, & conſ. 144. viſa conſultatione
col. 4. & iſtam partem ſequitur *Petr. de Anchar. in rubr. de reg. iur. in 6. & alij DD.* ſequuntur, quos citant *Alex. & Iaſ. in d. l. fin. ff. quod quiſque iuris*, ſed primã partem tenent *Lap. & Gemin. in cap. qui ad agendum §. 1. in vlt. col. de procur. in 6.* quia aliàs exceptio non eſſet de regula, prout eſſe debet; idem tenuit *Imol. in l. fin. col. 12. ff. qui, & a quibus app. non lic. & Alex. & Iaſ. in d. l. fin. ff. quod quiſq; iuris*, & idem per omnia firmat *D. Iacob. de S. Georg. ibid.* vbi reſpõdet ad omnia contraria, & dicit, hanc opinionem eſſe verioré, & idem voluit *Soc. in conſ. 25. lib. 1. 7. & 8. col.* vbi pluries dicit, quòd ſi quis includit vnum, & eſt in poteſtate includentis includere, inclusio vnius eſt omniũ aliorum excluſio, per *l. cùm delanionis §. cui fundus ff. de fund. inſtr.* ſicquè tenendum, quòd præter caſus exceptos per verba ipſius indulgentiæ, omnes alij exceſſus intelliguntur remiſsi, etiam quod de iure cõmuni excluderẽtur à generalibus abolitionibus criminum. Item hæc *Pragmatica de ſodomia* excludit ipſum crimen à guidaticis, & aſſecurationibus, quæ differunt à generali indulgentia, maximè motu proprio, & ex certa ſcientia Principis emanata. Item

41 cenſentur indultati falſarij, vt ſupra dixi, fures, latrones, diſrobatoreſq; ſtratarum, intelligendo quòad pœnam corporalem, non tamen quòad reſtitutionem rerum furto ſubtractarum, ſecundùm *Angel. in l. venia C. de in ius voc.* & ſequitur *Caſſan. in Conſuet. Burg. in tit. des iuſtices, & deicelles rubr. 1. §. 5. nu. 161.* Nũn-

42 quid videantur indultati omnes illi, qui antè publicationem huius indulgentiæ contrauenerunt banno Regio, ſuper meta venditionis hordei, & frumenti, & videtur, quòd ſic, tum quia, vt dixi, gratiæ Principũ ſunt largiſsimè interpretandæ, & extendendæ, vt ſupra dixi, tum quia, validum eſt argumentum à ſufficienti partium enumeratione *l. patre furioſo ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* & taliter arguendo conſtat, hunc caſum omninò includi, nam aut volumus dicere, quòd non includatur ratione nimij exceſſus, & cũ non ſit de caſibus exceptuatis, regula generalis ſtat firma in non exceptuatis, per ea, quæ ſupra dixi, & per ea, quæ volunt *Spec. in tit. de offic. omn. iud. §. poſtremò col. 6. verſ. quinò dicamus*, & tunc comprehendit omnes caſus, qui ſub regula generali poſſunt includi *l. quis ſic, & ibi Alex. ff. ſol. matr.* aut verò volumus dicere, quòd non includatur ratione parui exceſſus, & tunc abſurdum eſt dicere, quòd Princeps voluerit remittere graues exceſſus, & retinere minimos, quia concedens, id, quod maius eſt, videtur conceſsiſſe id, quod minus erit *l. in eo, quod plus* cum ſimilibus, *ff. de reg. iur.* aut volumus dicere, indulgentiam indulgere tantùm crimina, delicta, & exceſſus, & hoc non eſſe delictum, & abſonum eſt dicere id, cùm verbum *delictum* eſt genus generaliſsimum, continens omnes exceſſus prouenientes ex animo, ſiuè qualitercunq; & etiam exceſſus, pro quibus venit imponenda pœna pecuniaria, vt in ſpecie dixit *gloſ. in l. 1.* & probat *tex. C. ſi aduerſus delictum.* Item cùm pœna veniat applicanda Fiſco, & quilibet de populo admittitur ad accuſandum, eſt delictum publicum, non obſtante, quòd pœna pecuniaria veniat imponenda, ſecundùm *Bald. in rub. C. qui acc. non poſſ. et Bart. in rub. ff. de popular. actio. et in l. 1. in fin. ff. de iur. fiſc. et l. 1. ff. de pub. iudic.* Ergò cùm ſit delictum, continetur in hac indulgentia, & maximè propter verba generalia, ibi: *de qualſiuoglia delitto et exceſſo*, aut volumus dicere quòd hic caſus non comprehendatur, cùm tractetur de commodo pecuniario Fiſci, & tunc quia gratia emanauit proprio motu, & pœna non eſt incorporata Fiſco, non eſt dubium, quòd includatur, per ea,

quæ

quæ volunt DD. maximè *Aug. & Bal. in l. rescripta C.*
43 *de precib. Imp. offer.* Immò, quod plus est, quandò in-
dulgentia est generalis, per verba ampla, & dice-
retur, *quod cancellentur acta, & sententia*, prout
hic, nedum extenditur ad pœnas corporales, sed
etiam ad pœnas pecuniarias, & bona confiscata per
Fiscum virtute sententiarum, desuper latarum, vt
notabiliter tenuit *Petr. de Anch. in cons. 408. probata*
tanti, & Felin. in cap. super eod. col. 2. extra de offic.
delcg. & in cap. inter pen. col. vers. limita secundò ex-
tra de maior. & obed. & habetur per *Bald. in titul.*
de pac. constan. in ver. de plenitudine gratiæ nostræ reci-
pimus, & Barb. in cap. testimonium penult. char. ex-
tra de testib. & in cap. eam te col. 12. extra de rescript.
& *Ias. in l. posthuma col. vlt. C. de bon. poss. contra tab.*
& in l. si tibi decem, §. quædam, ff. de pact. & nouissimè
Cassan. in loc. cit. num. 146. tanto magis clarior redditur
hæc hæsitatio, quia ex verbis indulgentiæ, si rectè
ponderentur, id clarè probatur, ibi: *Anteponendo il*
commodo publico alla commodità del suo Regio Fisco,
& sic per illa verba manifestè patet, in gratia ipsa
voluisse includere etiam delicta, super quibus tra-
ctatur de commodo pecuniario, & vtilitate Regij
Fisci, & proindè omnibus partibus enumeratis con-
cludo, hunc quoq. casum comprehendi in ipsa indul-
44 gentia.; sed quia ex tenore dicti banni conceditur
quarta pars pœnæ denunciatoribus; vtrum per hu-
iusmodi gratiam videatur etiam remissum istud ius
competens ipsis denunciatoribus, & videtur, quòd
non, cùm gratiæ, rescripta, & priuilegia Principum
concedi debeant sinè alterius injuria, & damno, *l.*
nec annis, C. de emancip. lib. & volut *Par. in l. meritò, ff.*
nè quid in loc. publ. & *Bald. in cap. propterea, quid sit*
iuuest. in vsib. feud. in cap. inaudita, in verbo non intelle-
ximus, ext. de resti. spol. & hoc tanto magis procedit
in casu isto, cùm expressè dicatur, quòd debeat præ-
cedere partis concordia, scù remissio; sed tenendo
contrarium, dico, quòd indulgentia requirit concor-
diam partis offensæ, quod non est trahendum ad
45 hunc casum. Item licèt verum sit, Principem non
posse tollere ius alteri quæsitum, id verum est, nisi il-
lud ius faciliùs tollatur, quàm si actio acquirenti
esset acquisita, *l. si filius, §. erit differentia, ff. de fidei-*
com. libe. l. si quid in bello, ff. de captiu. & postlim. re-
uers. Bart. in l. si in insulam 6. oppos. prima partis, ff. de
ver. obl. Paul. de Castr. in cons. 57. primò videndum est
de intellectu, & cons. 440. lib. 1. & Aym. Crau. cons.
135. num. 28. lib. 1. Item id, quod dicitur, quòd Prin-
ceps non potest tollere ius alteri quæsitum sinè cau-
sa, verum est, quandò vni personæ particulariter au-
ferre vellet, at secus, si generaliter, non magis respi-
ciendo vnum, quàm omnes, secundùm *Bart. in cons.*
172. dubia col. 1. & voluit *Crau. in d. cons.* Item ex cau-
sa publicæ commoditatis hoc facere similiter potest,
per *not.* per *Bart. & alios in l. fin. ad fin. C. si contra ius,*
vel vtilit. publ. per *Innoc. & alios in cap. quæ in eccle-*
siarum ext. de const. & in cap. in nostra de iure iur. pie-
nè prosequitur *Cassan. vbi supra num.* 163. pro qui-
bus etiam faciunt dicta per *Ias. Bald. & Alex. in l.*
Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de liber. & posthum. &
Felin. in cap. inter, extra de maior. & obed. limit. 1. &
Anchar. in cap. quamuis col. 2. de rescript. in 6. & Bald.
in l. si pater, ff. de adopt. & Aegid. de Bellamera decis.
742. *conclusio patet.* In quibus locis habetur, quòd il-
46 le, qui habuit gratiam de delicto per verba genera-
lia, & libera, censetur etiam restitutus ad bona alteri
acquisita, ex iure tamen, quod trahit effectum ab ip-
sa condemnatione, de quo per *Cassan. vbi supra n. 46.*
& sic in hanc partem pro nunc inclinarem; saluo
47 semper meliori consilio. Item aduertendum est,
quòd præsens indulgentia extenditur etiam ad va-
sallos Baronum, quia Princeps etiam in præiudiciũ
48 Baronum potest indulgere, vt latè congerit *Cassan.*
in loco superiùs citato nu. 14. Non tamen ista indul-
gentia extenditur ad clericos delinquentes, quia
Princeps sæcularis non potest gratiam concedere
clerico, & quia minimè posset eum absoluere de cri-
mine, secundum *Bald. in Auth. clericus, C. de episc. &*
cler. contra *glos.* ibi, & tenet *Stephan. Aufrer. in repet.*
clem. 1. de offic. ord. 11. q. & seq. Cassan. vbi sup nu. 196.
sed si clerici incidissent in aliquam pœnam applican-
49 dam Curiæ sæculari, videntur ab ea indultati; Nun-
quid Barones possint concedere indulgentiam fo-
riudicatis, aliàs vidi dubitari, tamen quia hodiè
communiter habent merum, & mixtum imperium;
& etiam regalia, & ex consuetudine consueuerunt
similia facere, non est dubitandum, quòd possint in-
dulgere, vt latè per *Cassan. vbi supra num.* 10. §. 5.
[sed obstant tradita per *Præs. de Franch. decis.* 370.
quid enim si ex aliquo delicto quis veniebat priuan-
50 dus officio, vltrà aliam pœnam, nunquid ex hac in-
dulgentia censeatur restitutus ad officium? dicas,
quòd sic, si delictum, pro quo priuabatur officio non
sit in officio commissum, secundùm *Io. Fabr. in §. cùm*
autem Instit. quibus mod. ius patr. potest. soluit. per *l.*
si aliquid, C. de suscept. & arch. lib. 12. & sequitur *Cas-*
san. vbi supra num. 147. Item aduertendum est, quòd
51 opposita per delinquentem exceptione istius in-
dulgentiæ, non potest ampliùs procedi, sed statim
debet dimitti, vt ex verbis ipsius colligitur, & voluit
Par. de Put. in lib. sindic. in verb. compositio in fin. in-
telligitur tamen de delictis antè indulgentiam com-
missis, secundùm *Bald. in cap. quæsitum de Capi. qui*
cur. ven. & DD. in l. rescripta, C. de prec. Imper. offeren.
& est *text. in l. 2. C. de gener. abolit.* quid enim si publi-
52 cata indulgentia in Ciuitate Neapolis eodem die
publicationis capiantur per Prouincias aliqui, an
debeant liberari, & dicendum est, quòd sic, per ea,
quæ voluit *Oldrad. in cons. 56. et Cassan. vbi supra nu.*
184. Vnum tamen summoperè adnotandum est,
53 quòd omnes illi, qui fortè deliquerint sub spe, & cõ-
fidentia istius indulgentiæ, non debẽt modo aliquo
gaudere gratia. Vt quia aliqui scientes appuntatum
in Sacro Regio Consilio Collaterali de concedendo
indulgentiam post aduentum Illustrissimi Mar-
chionis Piscariæ, deliquerint, scientes de proximo se
consequuturos gratiam, isti enim non debent gau-
dere ista indulgentia, quia natura æquum est, eum
non esse inpunitum, qui hac spe audacior factus est
l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. esse inf. fuer. & voluit *Masuer.*
in tit. de priuil. in prin. & not. *Bar. in d. l. 2. §. 1.* & plenè
Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius in quæst. an li-
ceat occidere peccatores num. 35. cum seq. & voluit
etiam *Cassan. vbi supra num. 15. fol. 62.* quod quidem
ex pluribus cognosci poterit, v. g. quia parum post
aduentum Illustriss. Marchionis Piscariæ quis deli-
quent ex veteri, & antiquata inimicitia, at secus si ex
casu inopinato, & in rixa, isto enim casu, ex quo pu-
blicatum erat, quòd concedebatur indulgentia, cen-
setur in fraudem deliquisse, arg. not. in *l. plerique*, &
ibi *Bart. ff. de rit. nupt.* & per *Alex. in l. 1. §. qui Præses,*
ff. de verb. oblig. Item si verbis declarasset, & ex aliis
54 coniecturis. Item est aduertendum, quòd delin-
quentes gaudent indulgentia; ita tamen si fuerit cõ-
cordata pars offensa, sed vtrum de tali cõcordia de-
beat apparere publicum instrumentum, vel sufficiat
probari per testes, vel per alios actus exteriores, &
dicendum est, quòd sufficiat probari per testes, vel

per

per actus exteriores, vt quia secum bibit, vel eum cepit per manum, & simulta, & per testes, quòd dixerit in pluribus partibus, quòd remittebat, indulgebatq. delinquenti, arg. not. in *l. 1. ff. de pact. & Instit. de inut. §. fin. ff. eod. tit. l. non solùm*, nam iste casus non est de casibus requirentibus scripturam, de quibus habetur per *Specul. in tit. de instr. edit. §. restat. vers. sed si vnus per glos. c. 1. de censib. in sexto*, & videtur casus in *l. in ipsius C. famil. hercis.* & voluit in individuo *Nellus de S. Gemin. in 3. par. 2. temp. fol. 389. nu. 98.* hoc tamē verum est, nisi per statuta Terrarum aliud sit ordinatum ad obuiandum fraudibus, vt est ordi-
55 natum in Regno per *Ritum M. C. V. in cap. Item iermat ipsa Curia, nullum denunciatum sub tit. de composi.* per quem datur modus, qualiter debeat constare de concordia partis offensæ, & dicit, quòd duobus modis potest constare. Primò, per comparitionem partis offensæ, declarantis penès acta, quòd amplius non vult iustitiam de eius offensore, sed ei parcit. Secundò, per publicum instrumentum in actis præsentatum.

Quid enim, si aliquis mortiferè vulneratus remi-
56 serit vulneranti, an si postea ex illo vulnere sequatur mors, prosit illa concordia ad consequendum indulgentiam? in quo dicendum est, quòd aut remissio est generalis, comprehendens etiam mortem, si sequeretur ex vulnere, & res est clara, secundùm *Bart. in l. damni, §. Sabini, ff. de damn. infe.* & similiter si certum est de mente contrahentium, quòd voluerint pacem, & concordiam facere, non solùm de vulnere, sed de morte; idem dicendum esset, aut remisit vulneratus simpliciter iniuriam, & tunc si vulnus erat mortale, omnia videntur remissa, aut non erat mortale prima facie, & non includitur mors, *l. si vulnerato, ff. ad l. Aquil.* quia de ea non videtur cogitatum *l. qui cum tutoribus, ff. de transact.* pro quo vide *Nellum de S. Gem. in loco supra citato num. 40.* aut remisit actionem iniuriarum, & non videtur remissa mors, sed vulnus tantùm.

Quid enim, si fuerit facta offensio filiofamil. remi-
57 sit eius patri, an sufficiat illa remissio? in quo *Ang. in l. sed si vnus, §. si filio, ff. de iniur.* dicit, quòd aut statutum loquitur in rem, puta quia diceret, *cancelletur quia, si habuerit pacem*, & hic sufficit illa remissio, si verò statutum dicat, *quòd si habuerit quis concordiam partis offensæ, cancelletur*; & tunc quia filius est, non sufficit illa remissio patris, quod latiùs prosequendo *Nellus in loco* supra citato *num. 47.* dicit, quòd aut tractatur de iniuria verbali, & tunc sufficit remissio patris, aut de offensa personali, & tunc non sufficit patris, quia ipse filius est principaliter offensus. & sic vtroque modo nō est ille, de quo statutum loquitur, quod tārò magis procederet in terminis nostris, quia requiritur concordia partis offensæ. Et quid si sit il-
58 lata iniuria vxori, seruo, vel vasallo, an sufficiat remissio Mariti, Domini, & Baronis? vide *Bart. & ibid. Alex. in l. 1. §. vsquè adeò, & 9. idem aut, ff. de iniur. &*
59 quid si facta est offensa Clerico, seu Monaco, aut Ecclesiæ; an sufficiat remissio Prælati, vide *Bald. in l. qui accusare, C. eodem, & glos. in cap. accedentibus extr. de priuil.* & maximè *Abb. in cap. Parochiano, & in cap. contingit de sentent. excom. & Boer in dec. 121.*

Quid si aliquis inquisitus de aliquo delicto, & ha-
60 bitis defensionibus, non perfectè purgauit infamiam, nec etiam sunt talia, quòd potuisset torqueri, fuit exulatus ad tempus, an si vult gaudere indulgentia, sit necesse, quòd habeat remissionem partis? & videbatur, quòd non, quia delictum non est verificatum, nec constat, partem esse offensam ab eo, cùm inquisitus nunquàm acceptauerat delictum, & si Iudex eum condemnauit in exilium, potiùs fuit grauatus, & non censebitur declaratum, delictum esse verum. De alijs pertinentibus ad hanc materiam dixi in recollectis meis ad Regū proclama de forijudicatis, multa alia potuissem dicere, quę non potui propter breuitatē temporis, per noctem, & diem. Laus Deo, & B. Luciæ, cuius festum hodiè celebratur, sub die 13. Decembris 1554. Hæc *Petr. Faller.*

Prag. II. de Abolitionibus.

RERVM SVMMA.

1 *Indultus, de quo hic, quando fuerit concessus.*
2 *Crimina quæ ex hoc indultu excipiantur.*
3 Io. Aloysij Catalani *ad hanc Pragmaticam interpretatio declaratur n. 4. & 5.*
6 *Indultus iste eatènus suum operatur effectum, quatènus à parte offensa fuerit facta remissio in tempore.*
7 *Pars offensa si declaruerit se nunquam remissuram, & instet procedi contra inquisitum, non expectato tempore ad procurandam remissionem concesso, ex eo eius instantiæ sit deferendum.*
8 *Inquisitus an possit renunciare indultui.*
9 *Indultus iste excludit nonnullos casus partis remissionem non requirētes, inter quos connumeratur pronoeatio, vel diffida, simplex insultus cum exaginatione armorum prohibitorum, non sequuto vulnere, vel percussione.*
10 *Insultus factus sclopo rotato, pilaque emissa in aliquē, non subsequuta in insultati personam percussione, an comprehendatur inter casus hic declaratos, vt in eis partis remissio minimè exigatur, n. 20. & 29.*
11 *Offensio facta cum sclopo, vel archibusio per pilæ emissionem, vulnere, vel percussione non subsequuta, an dicatur facta in personam. & n. 16.*
12 *Dictio* Vbi *in hoc textu posita vti exponatur, & ad quæ referatur, & n. 13.*
14 *Insultus quilibet de iure communi cum armis, licèt si percussio sequuta non fuerit, per illam solam delationem armorum puniatur pœna legis Iuliæ de vi publica, tamen de iure Regni non puniatur pœna corporali, nisi sit sequuta percussio.*
15 *Exceptionis natura est, vt firmet regulam in omnibus, quæ non sunt excepta.*
17 *Iniuria qualibet etiam verbalis dicitur offensio facta personæ.*
18 *Pace facta cum promissione de non offendendo in personam, si fiat insultus cum armis, cum insequutione, vestium scissione, iaculatione, aut saxi proiectione, archibusi, vel balistæ exoneratione, an dicatur facta offensio in personam.*
19 *Persona an dicatur facta offensio, si quis exonerando archibusium in alium occidat equum, quem ille equitabat.*
Excommunicationem quis non incurrit, si animo offendendi Clericum hastam vibrauerit, vel manum eleuauerit, & nec personam, neq. vestes illius tetigerit, ibid. in fin.
21 *Insultus dici nimimè potest, nisi sit factus animo deliberato, & n. 32.*
22 *Insultus omnis præsumitur excogitatus, & asserenti contrarium incumbit onus probandi.*
23 *Dictio* simplicis *hic posita cur sit.*
24 Indulgentiæ *verbum latam interpretationē patitur.*
25 *Diffida, vel prouocationis certamine non sequuto pœna qua sit.*
26 *Arma prohibita aspartens, qua pœna puniatur, & an*

partis

partis remissio requiratur.
27 Offensa leuitas potius, quàm pœna facit, nè partis remissio exigatur.
28 Iniuria atrox respectu personæ quandò dicatur.
30 Insultus appensatus conuocatis hominibus cum armis prohibitis ad domum alicuius intus illam clausis ianuis morantis factus, adeò quòd insultans non potuerit introire, & per hoc conuitijs, & iniurijs vociferatis in personam Domini dictæ domus discesserit, non illato vulnere, vel percussione, an commmeretur inter casus, in quibus partis remissio haud exquiritur, & ab hoc excipiatur indultu. nu. 32. 34. 41. 42. 43. 50. 51. & 52.
31 Insultus coadunatis hominibus armatis cum verbis iniurijosis, & atrocioribus non manet in suibus simplicis insultus, sed transit in crimen legis Iuliæ de vi publica.
35 Insultum si quis contra aliquem facit sinè armis, & illum tangit, ex illa impetuosa manus iniectione resultat iniuria, & pœna iniuriarum tenetur.
36 Constitutio Asperitatem declaratur.
37 Insultus factus cum armis, siuè cum ense, & gladio, siuè quocunq; alio armorum genere, tàm per vnum solum, quàm per plures armatos coadunatos comprehendit crimen legis Iuliæ de vi publica, cùm non possit dari insultus absq; armis, nisi detur etiam crimen illud, nu. 40.
38 Verbum telum comprehendit omne instrumentum, quod manumittitur ad offendendum.
39 Armorum omne genus inducit crimen legis Iuliæ de vi publica.
44 Clausula in fine posita respicit singulos casus præcedentes sub vnica oratione, & structura verborum.
45 Indulgentia Principis motu proprio concessa latissimè patitur interpretationem.
46 Iniuriæ plures in ipso actu repetitæ vnicum conuicium continent.
47 Iniuria verbalis etsi grauissima semper est minor iniuria reali, quæ manu fit.
48 Iniuria si sit verbalis datur actio ciuilis ad æstimationem, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, imò expressè est prohibitum, vt pro iniurijs verbalibus non recipiantur querelæ, si verò iniuria sit realis, tùc competit actio criminalis.
49 Euaginatio ensis contra aliquem idem operatur, ac realis pulsatio, vel offensio.
53 Violentia facta ad domum, portam, alterius ve fenestram, personam minimè tangens, statuti pœna nequaquam plectitur.
54 Vasallus feudatarius insultans dominum, seu domum, vel castrum Domini venit feudo priuandus, prout donatio per talem insultum à donatario commissum reuocari valet.
55 Vulnus proditoriè illatum, ab huiusmodi indultu non excludatur.
56 Vulnus proditoriè illatum quandò dicatur.
57 Feudum amittitur, si quis proditoriè occidat fratrem, vel nepotem.
58 Homicidium vt non dicatur proditorium, quæ considerentur.
59 Proditio semper est annexa amicitiæ.
60 Afflicti d. Ferrara in decis. 265. n. 64. oppugnatur.
61 Indultus alius quandò fuerit concessus, & num similis præcedenti sit.
62 Inquisitus de vulnere illato mediante pecunia de mãdato alicuius ad vulnerandum tantùm, non autem ad occidendum facto, habita partis remissione, an hoc gaudeat indultu, n. 64. & 68.
63 Assassinium ineſt in qualibet delicto patrato mediante pecunia, & præcipuè in vulnere illato etiam absquè animo occidendi.
65 Assassinium duplici modo sumitur in iure nostro, & nu. 67.
66 Assassinium non dicitur, si mandatum non sit ad mortem, sed ad vulnerandum tantùm, etiam si interueniat pecunia.
69 Superfluitas cùm sit vitiosa, non præsumitur.
70 Mandatum factum ad sfrisandum aliquem in facie non arguit animum occidendi.
71 Mandatum sinè sit ad occidendum, sinè ad vulnerandum tantùm, si fiat mediante pecunia, & mors ex vulnere sequatur, semper est assassinium.
72 Inquisitus de vulnere illato mediante pecunia an hoc gaudeat indultu, duo distinguuntur casus.
73 Tiberij Deciani *locus* in tractatu criminali titul. de mand. ad homicid. mediante pecunia c. 30. nu. 14. vol. 2. *declaratur*.
74 Vulnus proditorie si est illatum, statim ex illa qualitate proditoria præsumitur animus occidendi.
75 Animus occidendi ex qualitate armorum arguitur.
76 Indulgentia ità demùm delinquenti prodest, si partis remissionem, vel concordiam obtineat.
Principis, publica vtilitatè suggerente potest delicti pœnam abolere; saluo tamen partis interesse, siuè damno. ibid.
77 Remissio partis an requiratur in crimine falsi, in casu, quo non habuit effectum non consumatum, remissiuè.

NVper per Regiam Catholicam Maiestatem, &c.

Pragmatica hæc continet indultum amplissimum
1 cõcessum ab Inuictissimo Rege nostro Philippo III. tempore, quo adeptus fuit possessionem Regnorum paternorum ex hæreditaria successione, & contraxit fælicissimas nuptias cum Serenissima Regina Margharita ab Austria, exceptis criminibus læsæ
2 Maiestatis, diuinæ, & humanæ, falsæ monetæ in fabricando, tondendo, seù diminuendo, homicidij tertia vice patrati, vulneris proditorie, sclopo rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediante, vitij nefandi, vsus veneri cum Sanctimoniali, difrobationis stratarum, recaptus, adulterationis sigilli Principis, & cuiuscunq; Regij Tribunalis, propinationis veneni cũ morte subsequuta, cædis Officialis Regalis, seditionis populorũ, falsi testimonij in causa capitali, & exẽptionis reorũ in causa capitali. Necnon exceptis delictis ab Officialibus in exercitio officij, & falsitatibus à Notarijs in instrumentis, aut scripturis publicis commissis; ex quibus patet, quantùm differat hic Indultus, ab illo, qui fuit concessus tempore, quo Rex Philippus II. glorioſissimæ memoriæ suscepit Regni gubernacula, de quo *in pragmat. supra eodem*, vbi satis pauciora delicta fuerunt reseruata.

Hanc pragmaticam copiosissimis commentarijs
3 illustrauit Præstantissimus I. C. *Io. Aloysius Catalanus* Neapolitanus ex nobilitate Auersana, filius Regij Consiliarij Antonij Catalani, qui *Tractatus de Amnestia, Abolitione, & Indultu* titulum inscripsit, & verè tractatus ille est omni doctrina, & lepore refertus, sed vnica tantùm animaduersione apud me notandus, siquidem dùm in hoc indultu excipiuntur committẽtes supradicta crimina reseruata, inter crimina excepta, & delinquentes excluſos sunt illi, qui committũt eẽdem Officialis Regalis, & qui mouent seditionem populorum, & formalia verba indul-

ſultus ſint videlicèt. *Eadem Officialis regalis, qui ſeditionem mouent populorum. Ipſe* autem c. 38. volens ea declarare, illa deſcripſit in hunc modũ, videlicèt. *Eadem Officialis regalis, qui ſeditionem populorum.*

Ex qua deſcriptione in duobus oritur æquiuocatio: Primò, in particula *Eadem*, quam ipſe deſcripſit *Eadem*, & taliter ſumpta remanet ſinè vllo ſenſu, & ſinè conſtructione. Secundò, in conſtructione illius verſiculi, dùm præſupponit; quòd illud verbum *qui*, ſit relatiuum ad verbum præcedens *Officialis regalis*, & in progreſſu ſui *Commenti* ad illa verba agit de ea ſeditione populorum, quæ ſit commiſſa ab Officiali regali tantùm, ex qua intelligẽtia reſultat, quòd ſi ſeditio eſſet commiſſa ab Officiali Baronali, vel à perſona priuata, non eſſet excluſa ab indultu: quod eſt prorſus contrarium verbis, & menti ſtatuẽtis, eſt contrarium verbis, nam dùm antecedens eſt collocatum in numero ſingulari *ſ. Officialis regalis*, relatiuum debebat ſubſequi, & correſpondere ſimiliter in numero ſingulari, & tamen contrarium conſtat ex ipſimet verbis à ſeipſo deſcriptis, quia relatiuum ſequitur in numero plurali, vt conſtat ex verbo *mouent*, quod eſt numeri pluralis, & regula grammaticalis eſt, vt relatiuum cum ſuo antecedente cõcordet in genere, & numero; ergò illud relatiuum *qui* collocatum in numero plurali non poteſt habere relationem ad illud verbum antecedens *Officialis regalis*, quod eſt numeri ſingularis.

Eſt contrarium menti, nàm intentio ſtatuentis eſt certa, quòd voluit excludere crimen ſeditionis populorum, quod de per ſe eſt crimen atrociſsimum, à quocunq; ſit commiſſum, iuxta *l. 1. & 2. C. de ſeditio.* & ideò ſiuè ſit Officialis Regius, ſiuè Baronalis, ſiuè etiam priuatus abſq; vllo Officio; qui mouet ſeditionem populorum, eſt excluſus ab indultu. Hæc tamen æquiuocatio non ei eſt imputanda, ſed literæ depranatæ ſui contextus, quam non potuit, nec alius quiuis potuiſſet meliori interpretatione ſaluare. Conſimilis indultus paucis diuerſis ſatis eodem tẽpore fuit conceſſus Regno Siciliæ vlterioris, quem ſuis lautis lucubrationibus dilucidauit Eruditiſsimus *D. Garſias Maſtrillus* præclari nominis Iuriſconſultus, cuius nõnulla alia huius generis ſcripta volitãt in ſcholis, & in palatijs per ora virorũ: ita vt nihil deſiderari poſſit; libuit tamẽ aliqua, vt mihimetipſi morem gererẽ, breuitèr in hac materia conſiderare.

Hic indultus eatènus operatur effectum ſuum, quatènus inquiſiti obtinuerunt remiſſionem à partibus offenſis infra terminum in eo expreſſum: hinc poſſet probabiliter dubitari, quid ſi pars offenſa, ad quam ſpectat ius remittendi, ab initio declarat animum ſuum, quòd nullo vnquàm tempore faciet remiſſionem, & propterea inſtat, eſſe procedendum contra inquiſitum, non expectato termino ad procurandum remiſſionem, an ſit eius inſtantiæ deferendum? probabiliter poteſt dici, quòd non, ex traditis per *Corſet. in ſing.* incip. *Poteſt circa med.* & indè etiam colligitur, an inquiſitus poſſit renunciare indultui, licèt contrarium ſuaderet doctrina *gloſ. in verb. dùm tax at in fin. cap. fin. de conſuet. in ſexto.*

Verùm in hoc eodem indultu ſunt excepti nonnulli caſus, in quibus non requiritur partis remiſſio, deſumpti (vt credo) ex doctr. *Iul. Clar. pract. crim. q. 19. poſt n. 4 verſ. ſunt tamen alij*, & in ſpecie declaratur, inter caſus, in quibus remiſſio partis non requiratur, comprehendi caſum prouocationis, ſiuè diffidæ, ſimplicis inſultus cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſequutæ non fuerint. Poſſet modò ex verbis facillimè dubitari. An inſultus ſactus ſcoplo rotato, & pila emiſſa in aliquem exonerato, nulla tamen ſequuta percuſſione in perſonam inſultati, ſit comprehenſus inter caſus à Regio generali indultu declaratos, vt in eis non requiratur partis remiſſio? ſatis doctè, & concinnè diſputatus fuit articulus per conſultiſſimum *Fabium de Luca in ſuis allegationibus* inſertis per *Catalan. in tract. de indultu fol.* 215. qui eam opinionem approbauit. ſ. non requiri partis remiſſionem, vti comprehẽſum in caſibus declaratis in indultu. Ego verò vltrà eius doctiſſimas conſiderationes aduerto, quòd ſi qua dubitatio excogitari poteſt in hoc articulo, ad vnam ſolam redigitur. An. ſ. offenſio facta cum ſcoplo, ſeu archibuſio, vt vulgò appellatur, per ictus, ſeu pilæ emiſſionem, vulnere tamen, ſeu percuſſione non ſequuta, dicatur offenſio facta in perſonam, nec nè. Nàm ſi erit facta in perſonam offenſio; certè hic caſus eſt expreſsè ab indultu incluſus, quòd ſi non erit offenſio facta in perſonam, erit abſq; vlla penitùs dubitatione excluſus, & vt id omnibus pateſiat, neceſſariò ſubiungẽda duxi formalia verba indultus huic articulo deſeruientia, videlicèt.

Declarãtes etiam inter caſus, in quibus remiſſio partis non requiratur, comprehendi caſum prouocationis, ſeù diffidæ, ſimplicis inſultus cum euagination e, ac delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſequutæ non fuerint.

Ponderanda etenim eſt hæc clauſula in fine poſita, quæ limitat, & declarat ſingulos caſus præcedentes, vt. ſ. comprehendantur in hac declaratione omnes, & quæcunquè offenſæ, quæ poſſunt interuenire in ſingulis his tribus caſibus. ſ. prouocationis, ſeu diffidæ, inſultus cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorum, citrà tamen vulnera, aut percuſſiones; ergò vbi datur offenſa, quæ tangat perſonam, erit in declaratione incluſa, & inter hos caſus comprehenſa. Illa enim dictio *vbi* exponitur ideſt, *in quo*, vt in *l. 1. ff. de except. rei iud.* notat *Briſſon. de verb. ſignif. in diction. vbi*, & refertur a ſingula præcedentia, *l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.* cum ſimil. Nec vim facio, an referatur ad omnia præcedentia, etiam remota, vel ad proximiora tantùm; Nam vtroq; modo habeo intentum, quia ſi referatur ad ſingula præcedentia, etiam remota, idem eſt, ac ſi Rex munificentiſsimus in indultu dixiſſet, vt inter caſus, in quibus non requiritur partis remiſſio, comprehendatur caſus prouocationis, ſiuè diffidæ, in qua vulnera, & percuſsiones ſequutæ non fuerint. Item ſimplicis inſultus cum euaginatione, in quo vulnera, & percuſsiones ſequutæ non fuerint. Item delationis armorum prohibitorum, in qua vulnera, & percuſsiones ſequutæ non fuerint, & proindè comprehendit inſultum cum euaginatione, & cum omnibus alijs actibus ex inſultu dependentibus, vſq; ad vulnera, aut percuſsiones excluſiuè.

Si verò referatur ad proxima præcedentia, tunc includeret ſolùm delationem armorum prohibitorum, & quicquid ex ijs ſequutum fuerit, citrà tamen vulnera, & percuſsiones; Ergò ex mente, & verbis Indultum concedentis, clarè dignoſcitur, quòd illa ſola offenſa ſequuta ex omnibus his tribus delictis, aut ſaltim ex illo vltimo. ſ. delationis armorum prohibitorum, eſt ab indultu excluſa, quæ tangit perſonam, non autem illa, quæ perſonam non tangit.

Nequè hoc factum fuit ſine concludenti ratione, nam licèt de iure communi quilibet inſultus factus cum armis, etiam ſi percuſsio ſequuta non fuerit, per illam ſolam delationem armorum puniatur

pœna *l.Iul. de vi publ.* vt in *l.1.& 3. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. armatos ff. eod.* & tradidit *Barthol. de Capua in Conſtit. Varietates pœnarum in princ. Petr. de Monteforte in Conſt. Aſperitatem pœnarum in princ. & Vin. deciſ.161.par.1.* Tamen de iure Regni etiam inſultus factus cum armis non punitur pœna corporali, niſi ſequuta ſit percuſsio, vt eſt *tex. in Conſt. Iuſtitiarij nomen*, iuncta declaratione *gloſ. in Conſtit. Si quis in poſterum in gloſ. in verb. quas pœnas verſ. credo tamen*, quam ſequitur *Petr. de Monteſor. in d. Conſt. Iuſtitiarij nomen in verb. panam*, ergò etiam in conceſsione indultus gratioſi erat conſtituenda differentia inter vnum, & alium caſum, & ſic non poteſt negari, meo exiguo iudicio, quòd quælibet offenſa ſequuta ex illis tribus caſibus, ſeù eorum vltimo, ſi perſonam offenſi non tangat, eſt ab indultu remiſſa, & abolita, abſq; vlla alterius remiſsione.

Confirmantur hæc ex natura eiuſdem clauſulæ in fine poſitæ, quæ continet exceptionem à regula præcedenti; excipit enim à caſibus ſub regula declaratis caſus, in quibus ſequuta ſint vulnera, aut per-
15 cuſsiones, ſed de natura exceptionis eſt, vt firmet regulam in omnibus, quę non ſunt excepta *l. nàm quod liquidè §. fin. primo resp ff. de pœnu leg. Iquæſitum §. denique ff. de fun. inſtr. & inſtrum. leg. Bart. in l. maritus C. de procur. Cœſar.* pulchrè *lib.2.var.cap.5.num.6.* Ergò dùm à regula excipiuntur caſus, in quibus ex diffida, inſultu, aut delatione armorum ſequuta ſunt vulnera, & percuſsiones, cenſentur ſub regula inclusi omnes actus, qui non incutiunt vulnera, aut percuſsiones.

Si igitur hoc eſt verum, videamus modò, an ictus
16 ſcopiętæ cum pila in alios emiſſus, non tamen ſequuto ex indè vulnere, vel percuſsione, dici poſsit offenſio facta in perſonam, nec ne? & ſi authoritatibus *Doctorum* credendum eſt, verq; nullo modo dicitur offenſio facta in perſonam, licèt ſit offenſio perſonalis, quia perſonam non tangit, ita .n. patet ex *Gul. de Cun. in l. ſi qua per cuſtiniam C. de Epiſc. & Cler.* quem ſequitur *Bal. ibid. nu.2. in fin. & num.3.* vbi tra-
17 dunt pro regula, quòd quælibet iniuria, etiam verbalis, dicitur offenſio facta perſonæ, ſed offenſio facta in perſonam dicitur illa tantùm, per quam tangitur perſona, idem *Bal. in rub. ff. ſol. matr. nu.5. Bart. in l. licitatio §. quod illicitè num.5. ff. de publ. & vectig.* vbi concludit, quòd quotieſcunq; requiritur, quòd ſit nocitum perſonæ, requiritur, quòd corpus tangatur, hanc eandem regulam admittit *Vulpell. conſ.82. n.5. & 6.* qui propterea in *tract. de pace, & promiſſ. de non offenden.* infert in ſpecie ad caſum noſtrum, vt ſcili-
18 cèt facta pace cum promiſsione de non offendendo in perſonam, ſi quis faciat inſultum cum armis, cum inſequutione, vel admenatione, aut veſtium ſciſsione, iaculatione, aut ſaxi proiectione, archi perforati, quem archibuſium vocant, aut balliſtæ exoneratione, & ſimilibus, in quibus tamen perſona non tangitur, non dicitur offenſio facta in perſonam, quia perſonę tactus requiritur in tali offenſa; ita adamuſsim tradit *Vulpell. in d. tract. de pac. q.91. antè, & poſt n.8. Anchar. Rhegien. q.53. n.14 cum ſeqq. lib.3.*

Hanc eandem opinionem in caſu fortiori .ſ. in
19 quo quis exonerando archibuſium in alium, occidit equum, quem ille equitabat, latiſsimè approbauit, & veram eſſe demonſtrauit *Honded. conſ.103. per tot. & ſignanter nu.10. & 42. & ſeq.* poſt *Hiero. Gabr. conſ. 171. lib.1.* qui ſimiliter conſuluit in caſu inſultus facti cum archibuſio exonerato, perſona tamen non offenſa, ſeu percuſſa, & nouiſsimè hanc eandem opinionem approbatam reperio per *Farin. in pract. crim. par.2. q.107. art.14. n.162.166.* & in ſpecie de exoneratione archibuſij *n.174. & ſeq.* latiſsimè corroborat *Caball. reſol. crim. caſu 152.* faciunt tradita per *Ant. Monac. deciſ. Bono. 68. 69. & 70.*

Quò fit, vt ſi exoneratio archibuſij abſque vulnere, & percuſsione non poteſt dici offenſio facta in perſonam, neceſſariò dicendum eſt, quòd hic caſus remanet ſub regula illorum caſuum, qui non requirunt partis remiſsionem, nó autem ſub exceptione, quæ offenſam in perſonam tantùm includit, ceterùm autem citra tactum perſonæ excludit. Sic videmus, quòd ſi quis vibrauerit haſtam, baculum, fidium, aut aliud inſtrumętum offenſiuum contra alterius animo illum percutiendi, aut manum aperta eleuauerit pro illum percutiendo, ſi tamen non pertigerit tangendo perſonam, aut veſtes, nó incidit in excommunicationem, vt affirmat *Grat. in.* qui alios citat *diſcept. 837. in princ.*

Dicet fortaſsè Fiſcalis, quòd hic caſus non poteſt
20 remanere ſub regula indultus, tùm ex qualitate ipſius criminis, tum etiam ex qualitate, & grauitate pœnæ: ex qualitate criminis, quia inſultus factus cum exoneratione archibuſij, ſeu ictu ſcopiętæ, eſt inſultus excogitatus, ſiuè ex proposito, & animo deliberato patratus, qui propterea non poteſt comprehendi ſub regula indultus, quæ loquitur de ſimplici inſultu, quaſi quòd ſimplex inſultus includat inſultum factum in rixa tantùm, non autem inſultum appenſatum: ex qualitate verò, & grauitate pœnæ, quia pro ictu ſcopiętæ emanato ad nocendum, etiam nulla ſequuta percuſsione, eſt impoſita pœna mortis naturalis, vt in *prag. 1. de ictu ſcopiet.* ſed pro inſultu etiam excogitato, ſi non ſit ſequuta percuſsio, non eſt impoſita pœna corporalis, vt per *gloſ. in Conſtit. Si quis in poſterùm in gloſ. quas panas, & Petr. de Monteſor. in Conſt. Iuſtitiarij.*

Sed è contra reſponderi forſaſsè poſſet, quòd hæ conſiderationes nihil dubitationis afferre poſſunt concluſioni ſuperiùs firmatæ, nàm qualitas appenſamenti, ſeu inſultus excogitati, quæ continebat in ictu ſcopiętæ, non deeſt in ſimplici inſultu, qui eſt expreſsus ſub regula, & verbis indultus, non enim poteſt
21 dici inſultus, ſi non ſit factus appenſatè, & animo deliberato, prout manifeſtè probatur in *l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn.* vbi *Bar. num.3.* ad literam exponit, quòd quotieſcunq. ſit aliquod maleficium in rixa, in illo maleficio non poteſt dici inſultus commiſsus; ecce igitur, quòd inſultus nullo modo conuenit maleficio commiſſo in rixa, ſed tantùm in maleficio commiſſo ex propoſito, vt exemplificat *ibid. Bart. in prin.* Illud idem tradidit apertiſsimè *And. in Conſtit. Iuſtitiarij nomen in princ.* inquiens, quòd inſultus omnis eſt excogitatus, & propterea *gloſ. ibid. in verb. inſultus in princ.* ait, quòd omnis inſultus præſumi-
22 tur excogitatus, & licèt *gloſ. & Andr. ibi* dicant, quòd aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, non propterea infertur, quòd poſsit dari inſultus abſque appenſamento, nam probata rixa, illud maleficium non dicetur ampliùs inſultus, ſed mera rixa, & punitur minori, aut leuiori pœna, prout caſus, vel culpa præceſsit; ita manifeſtè colligitur ex *d. gloſ. in d. Conſt. Iuſtitiarij nomen in verb. inſultus verſ. ſi quæris*, vbi recurrit ad diſtinctionem in *diſt. l. reſpiciendum §. delinquunt.* Ergò dùm in indultu eſt facta expreſsio ſimplicis inſultus, illa expreſsio non includit appenſamentum, & delictum ex propoſito, ſed exprimendo inſultum, ex hoc ſolo de vi, & proprietate ipſius inſultus expreſsit qualitatę appenſamenti; & illa ad-
23 iectio *ſimplicis* fuit apposita ad excluſionę alterius

ſpe-

ſpecies delicti, quæ reſultare potuiſſet ab ipſo inſultu, puta, ſi ſequuta fuiſſent vulnera, aut homicidium, prout neruosè oſtendit *Fab. de Luca* eruditiſſimus in dictis ſuis *alleg.* impreſſis *n.* 13.

Corroboratur hoc motiuum, quia ſi hæc ponderatio eſſet vera, vt .ſ. in indultu comprehendatur ſolus inſultus in rixa, non autem appenſatus, idem dicendum eſſet in alijs caſibus, in eadem declaratione expreſſis, vt .ſ. cenſeatur excluſum appenſamentum, & ex hoc ſequeretur, quòd ſi quis appenſatè, & animo deliberato aliquem diffidauerit, ſeu prouocauerit ad duellum; non poſſet gaudere indultu abſquè partis remiſsione, quod omninò contrarium mihi videtur, & menti, & verbis indultus ſatis generali-
24 bus, & liberalitati ipſius indulgentiæ, quę potiùs latam, immò latiſſimam interpretationem pati debet, quàm ſtrictam, ex reg. *text. in l. fin. ff. de conſtit. princ.*

Ergò ſi caſus prouocationis, & diffidę nõ patietur hanc reſtrictionem, multò minus illam pati debet caſus inſultus, qui eſt comprehenſus eadem oratione, & vnica ſtructura verborum, nè vna determinatio contingat plures caſus diuerſimodè determinare, contra *text. in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill.* Qualitas verò, & grauitas pœnæ impoſitæ pro ictu ſcopiçtæ nihil negotij faceſsit in hoc articulo; nam hoc motiuum haberet aliquam vim, ſi caſus expreſsi ſub verbis indultus non punirentur eadem gratitate pœnæ, qua ictus ſcopiçtæ punitur, ſed hoc omninò erroneum eſt, nam quicquid ſit de pœna inſultus, tamen reſpectu prouocationis, ſeu diffidæ, qui eſt
25 vnus de caſibus expreſsis, eſt impoſita pœna mortis naturalis, etiam non ſequuto certamine, & ſic nullo ſequuto vulnere, aut percuſsione, vt *prag. 1. de duell.* & tamen hic eſt vnus caſus expreſſus, in quo non requiritur partis remiſsio. Reſpectu itidem aſportationis armorum prohibitorum, qui ſimiliter eſt vnus
26 de caſibus in indultu expreſsis, non poteſt dubitari, quin reſpectu alicuius generis armorum ſit impoſita pœna mortis naturalis pro ſimplici aſportatione, vt in ſciopis paruulis ſtatutum eſt in *Prag.* edita per Comitem Oliuares ſub die 31. Martij 1596. quæ nũc eſt 11 *ſub rub. de armis.*

Non ergò leuitas pœnæ eſt in cauſa, vt non requi-
27 ratur partis remiſsio, ſed potiùs leuitas offenſæ, quia quotieſcunq; offenſio perſonam non tangit, pro leui reputatur, vt manifeſtè probatur in *l. ſed eſt quæſtionis ff. de iniur. in prin.* vbi reputatur leuis iniuria, quæ non eſt facta corpori, etiam ſi ſcindantur alicui veſtimenta, ſi tamen reſpectu perſonæ non ſit atrox, & atrox iniuria reſpectu perſonæ dicitur, quotieſ-
28 cunq; fit Magiſtratui, aut parenti, vel patrono, ſecus ſi alteri cuicunq; fit in *l. prætor edixit §. fin. verſ. perſona atrocior ff. de iniur. l. capitalium 28. §. omnia ff. de pœnis, M. Tull. in orat. pro Sex. Roſcio Amer. Forcat. lib. 2. de Gal. Imp.*

Et hæc perſuadere videntur, pro ictu ſcopiçtæ in aliũ emiſſo ad nocendum, non autem ſequuto vulnere, aut percuſsione non requiri partis remiſsionem,
29 ad finem gaudendi regia generali indulgentia: quandò autem caſus accident, eſt diligentiùs veritas indaganda.

Ex eiſdem verbis probabiliter poſſet dubitari, an
30 ſi commiſſus ſit inſultus appenſatus, coadunatis hominibus armatis, etiam armis prohibitis ad domum alicuius exiſtentis intra illam ſuam domum, ſed ianuis clauſis, ita vt inſultans non potuerit introire; & propterea nonnullis conuitijs, & iniurijs vociferatis in perſonam Domini diſceſſerit abſq; alicuius vulneris, aut percuſſionis inſertione; an, inquàm, hic caſus ſit comprehenſus inter ſupradictos, in quibus non requiritur partis remiſsio?

Et prima facie videbatur dicendum, quòd etiam attenta dicta clauſula, partis remiſsio omninò requiratur, ex quo appellatione ſimplicis inſultus, qui eſt in dicta clauſula cõprehenſus, non veniat caſus noſter ex pluribus. Et primò, quia fuit factus inſultus animo deliberato, quaſi quòd ſimplex inſultus is tãtùm dicatur, qui fit in rixa, & caſu; non autem animo deliberato, quia ille dicitur inſultus excogitatus, vt *in Conſt. Iuſtitiarij nomen.*

Secundò, quia interuenerunt etiã arma prohibita,
31 proùt ſunt ſclopi, & illa clauſula *inſultus* comprehẽdit tantùm inſultum factum cum enſe, dum ſubnectuntur illa verba, *cum euaginatione*, quę non poſſunt exemplificari, niſi in enſe, vel gladio, & ſimilibus, iuxta *Conſtitutionem Aſperitatem.*

Tertiò, quia interuenerunt etiam verba iniurioſa, & atrocia, & coadunatio hominum armatorum, propter quæ inſultus non permanſit in finibus inſultus ſimplicis, ſed tranſiuit ad alias ſpecies delicti, nempè crimen iniuriarum, & legis Iuliæ de vi publica, *l. 1. per tot. tit. ff. ad l. Iul. de vi pub.*

E contra verò infraſcripta ſuadent contrarium,
32 nempè etiam caſum noſtrum eſſe comprehenſum ſub ſimplici inſultu in indultu expreſſo, & propterea nullã requiri partis remiſsionem, & vt veritatẽ hanc veluti digito demonſtrem, aliqua neceſſariò præmittenda duxi, vt aſſumpta indubitata, quę fo: taſsè omnẽ dubitandi anſam in hoc articulo adimere poſſent.

Primum igitur aſſumptum eſt, quòd non poteſt dici inſultus, niſi ſit tactus animo deliberato, & ap-
33 penſatè, nam aliàs ſi impetus quiuis eſſet factus in rixa, non poſſet dici inſultus, ſed rixa ſimpliciter, per ea, quæ ſuperiùs deduxi in *quæſt. præced.*

Secundum aſſumptum eſt, quòd inſultus non datur ſinè iniuria, & propterea non poteſt conſiderari inſultus, quin ſimul, & ſemel iniuria ex inſultu emer-
34 gat, ſiquidèm pro inſultu non eſt alia pœna ſtatuta, quàm pro qualitate, & atrocitate iniuriæ, quæ ex ipſo inſultu reſultat; ita apertè docet *Bonifac. de malef. in rubr. de inſultu in princ. nu. 2.* qui propterea exemplificando ait, quòd ſi quis facit inſultum contra ali-
35 quem ſinè armis, & illum tetigit, ex impetuoſa manus iniectione, etiam inermis, reſultat iniuria, & tenetur pœna iniuriarum, iuxtà *text. in l. item apud Labeonem in princ. verſ. ſi quis ff. de iniur.* vbi *Iuriſconſ.* ait, quòd eleuatio manuum aduerſus aliquem habetur pro illata iniuria, etiam ſi percuſsio non ſit ſequuta, in autem tetigit, ſimiliter iniuriarum tenetur, & examinabitur iniuria, an ſit atrox, vel non, & pro qualitate, & atrocitate iniuriæ fit condemnatio. Ecce igitur, quòd inſultus etiam ſinè armis, & ſine percuſsione continet iniuriam, & tamen non poteſt dari inſultus magis ſimplex, quàm is, qui factus eſt ſinè armis, & ſinè percuſsione, & adhùc inſultans tenetur actione iniuriarum; ergò non datur inſultus ſinè
36 iniuria. Cui aſſumpto non obſtat *tex. in Conſt. Aſperitatem*, vbi videtur conſiderare caſum extractionis armorum contra aliquem ſinè offenſione, nam *gloſ. ibi in verb. offenderit* declarat *tex.* vt intelligatur de offenſione facta cum percuſsione, non autem de ipſa iniuria, inquiens, quòd non poteſt negari, quin ſit quis offenſus per ſimplicem inſultum cum armis. Hinc eſt, q̃ Imperator Federicus, dùm voluit elaborare in ſtatuendo certam pœnam pro offenſionibus factis cum armis, quæ ex inſultu procedunt, neſciuit aliam certam regulam tradere, niſi iuxtà diuerſas qualitates iniuriarum, & perſonarum, vt in *Con-*

ſtitut. Varietates pœnarum, & Conſtitut. Vt dignitatum.

Tertium, & vltimum aſſumptum eſt, quòd inſul-
37 tus factus cum armis, ſiuè cum enſe, & gladio, ſiuè quocunq; alio genere armorum, tàm per vnum ſolum, quàm per plures armatos coadunatos comprehendit crimen *l. Iuliæ de vi publ.* & non poteſt dari inſultus cum armis, niſi detur etiam ſub eodem maleficio crimen *l. Iuliæ de vi pub.*

Vtrumq; dictum in hoc vltimo aſſumpto probat mihi in indiuiduo *text. l. 1. in prin. verſ. eadem lege ff. ad l. Iul. de vi publ.* cuius verba ſunt hæc: *Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit*, pondero illud
38 verbum *cum telo*, nam telum appellatur omne inſtrumentum, quod manu mittitur ad offendendum, & ſic nèdum ferrum, ſed etiam lapis, & lignum dicitur telum, *l. ſi calumnietur verb. telum ff. de verb. ſign.*
39 & ſic omne genus armorum inducit crimen *l. Iuliæ de vi publ.* quod apertiſſimis verbis declarauit *Iure conſul. an l. armatos ff. eod. tit. de vi publ.* vbi *gloſ.* con ordantes allegat, *Barth. de Capua* explicitè *in Conſtit. Varietates pœnarum in princ. Carau. rit. 68.* quod procedit, etiam ſi nulla ſequuta ſit percuſsio, vt tradit *Petr. de Montefor. in Conſtit. Aſperitatem pœnarum in princ.* & hoc quòad primum caput huius tertij aſſumpti.

Pro ſecundo verò capite pondero præcedentia
40 verba ibi, *qui pubes*, & ſic *text.* loquitur per verbum numeri ſingularis; ergò vnus ſolus armatus in publico committit crimen *l. Iuliæ de vi publ.* quod fuſiùs comprobat *Carau. rit. 88. num. 12. & ſeq. & Petr. de Montefor. in Conſtit. Si quis aliquem cum armis*, vbi atteſtatur, quòd ſic dicitur communiter, & non eſt neceſſaria coactio, ſeu coadunatio hominum armatorum ad inducendam vim publicam, quia vnus ſolus armatus operatur hũc effectum, & nè ſuper hoc dicto remaneat aliqua dubitandi occaſio; videatur, quæſo, *Theſaur. deciſ. 35.* vbi poſt longè, latèq; diſputatum articulum concludit, ita fuiſſe deciſum per illum Senatum Pedemont.

Infero modò ex omnibus, & ſingulis prædictis,
41 quòd dum inter caſus, in quibus non requiritur partis remiſsio, cõnumeratur in indultu ſimplex inſultus cum euaginatione, ſub hoc ſimplici inſultu cum euaginatione ex proprietate verborum, & ſic ex vi comprehenſiua, non autem extenſiua, comprehenditur inſultus, qui eſt factus animo deliberato, nèdum in rixa; quia ille propriè dicitur inſultus. Item comprehenditur iniuria illata, nèdum verbalis, ſed etiam realis, prout eſt iniuria, quæ fit cum euaginatione gladij, & ſub eo includitur etiam crimen *l. Iuliæ de vi publ.* quia inſultus cum euaginatione non poteſt fieri ſinè armis, & ex ſolo interuentu armorum in publico reſultat vis publica, quod vltimũ in proprijs terminis declarauit *Viu. in deciſ. 161. in fin. par. 1.* qui omninò, rogo, videatur. Item includitur inſultus factus etiam cum armis prohibitis, & quocunq; genere armorum.

Quò fit, vt ſi hæc omnia ſunt de iure vera, prout
42 ſunt veriſsima, caſus noſter videtur remanere ſinè vlla prorſus hæſitatione, ſiuè illum conſideremus de per ſe, tanquàm inſultum, ſiuè velimus conſiderare tanquàm vnitum cum iniurijs, diffida, ſeù prouocatione, & cum ipſa lege Iulia de vi publica, etiam conſideratis armis prohibitis, quæ in ipſo actu interuenerunt? ſiquidèm ſi conſiderabimus caſum noſtrum de per ſe ſolùm tanquàm inſultum, ita vt cum ipſo inſultu ſint confuſa reliqua crimina iniuriarum, diffidæ, vis publicæ, & delationis armorum, quæ cum inſultu interuenerunt, iuxtà *text. in l. nunquam plura ff. de priu. delict. & ibi Bart.* latè *Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 10. num. 8. Clar. pract. crim. quæſt. 84. verſ. ſcias etiam cum ſeq.* & tunc quia hæc omnia delicta remanent ſub ſimplicis inſultus cum euaginatione, qui includit ſub ſe iniurias, & verbales, & reales vſq; ad euaginationem incluſiuè, nec non & ipſam vim publicam; profectò remanent ſub prouiſione facta de ſimplici inſultu cum euaginatione; vt .l. nulla requiratur partis remiſsio; aut verò conſiderabimus ſingula crimina de per ſe ſeparata, & ſinguliter expreſsè comprehenditur; nam quatènus in caſu noſtro interuenit prouocatio, ſiuè diffida, mediantibus verbis iniurioſis, & hoc expreſsè eſt prouiſum in indultu, vt non requiratur partis remiſsio, quatènus verò interuenit delatio armorum prohibitorum, hæc ſub eodem indultu, & ſub eadẽ clauſula continetur; ergò nullus datur aditus ad requirendam partis remiſsionem, quia ex omni latere eſt præcluſa via illam requirendi, ut appetendi.

Quæ omnia tantò fortius procedent in caſu no-
43 ſtro, ponderando vim, & efficaciam illius clauſulæ appoſitæ in indultu, poſt enunciatos illos tres caſus, in quibus non requiritur partis remiſsio, *ſ. vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſequutæ non fuerint*: nam cum
44 hæc ſit clauſula in fine poſita, vtiquè reſpicit ſingulos caſus præcedentes ſub vnica oratione, & ſtructura verborum, ad regulam *text. in l. talis ſcriptura, §. fin ff. de leg. 1. l. Seio §. Caio ff. de fund. inſtruct. & inſtr. leg. Bart. in l. 3. §. critq, differentia num. 1. verſ. aut in æquatur ff. de vi bon. rapt. Capyc. deciſ. 109. num. 9. & 13.* & alibi latiſsimè per *DD.* Ergò idem eſt, ac ſi ſub vnoquoq; caſu hanc clauſulam Legislator expreſsiſſet, vt ſupra deduxi; ſecundùm quam declarationem ſequitur, quòd quicunquè actus interueniat, ſiuè antè, ſiuè poſt prouocationem, ſeù diffidam, aut inſultum ſimplicem cum euaginatione, aut delatione armorum, dùm tamen non ſint ſequuta vulnera, aut percuſsiones; reſpĩnet ſub illa generali regula, vt non requiratur partis remiſsio, ſumus enim in indulgentia Principis motu proprio conceſſa, in qua
45 eſt facienda latiſsima interpretatio, *l. fin. ff. de conſtit. Princip. cap. cùm dilecti extra de donat. Natt. conſil. 340. num. 9. volum. 2. Burſat. conſil. 334. num. 6. & 7.* Ergò cùm in caſu noſtro nec vulnera, nec percuſsiones ſequutæ fuerint; cæteri omnes actus, citrà vulnera, aut percuſsiones, non poſſunt operari, vt requiratur partis remiſsio.

Nec erit conſtituenda vis in qualitate iniuria-
rum, quæ in ipſo actu inſultus aſſeruntur probatæ, tanquàm eſſent de grauioribus, & atrocioribus, nam ex eis non reſultat aliud, quàm iniuria merè verbalis, & ſic vnicum conuicium, quatùmuis eſ-
46 ſent pluries in ipſo actu repetitæ, vt conſtat ex *Bartol. in l. item apud Labeonem §. ait prætor in princip ff. de iniur. Couarr. lib. 2. variar. cap. 10. num. 8.* Quæ
47 quidem iniuria verbalis, & ſi grauiſsima ſit, tamen ſemper eſt minor iniuria ipſa reali, quæ manu fit, nam pro iniuria verbali competit tãtummodò actio
48 ciuilis ad æſtimationem, tàm ex diſpoſitione iuris communis, vt *in §. pœna autem, Inſtit. de iniur.* quàm de iure Regni, vt *in Rit. 311. verſ. ſtatuentes etiam*, vbi *Carau. num. 7. & 8.*

Immò per *pragm. 36. num. 43. de offic. Magiſtr. Inſtit.* expreſsè prohibetur, vt pro iniurijs verbalibus non poſsint recipi querelæ, at quandò iniuria eſt realis, & facto irrogatur, ſecùs eſt, quia tunc competit actio criminalis, nempè legis Corneliæ, tàm de iure communi, vt *in l. lex Cornelia in princip. ff. de iniur.*

vbi

vbi concludit *Iureconſ.* quòd omnis iniuria, quæ manu fit, lege Cornelia punitur, & *in §. & lex Cornelia Inſtit. eod.* quàm etiam de iure Regni, vt per *Caran. d. rit. 311. num. 8.* & tamen verba indultus expreſsè includunt iniuriam realem, & manu factam, dùm in-
49 cludunt inſultum cum euaginatione. Euaginatio enim enſis contra aliquem idem operatur, ac realis ipſa pulſatio, & offenſio, prout notabiliter tradit *Alex. ad Bart. in prima apoſtil. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn.* & habetur, ac ſi eſſet iniuria realis, vt patet ex *Aret. conſ. 34. per tot.* & ſignanter poſt *num. 3. verſ. ex his*, & dicitur iniuria illata facto, non minus, ac ſi eſſet ſequuta realis pulſatio, vt pulchrè docet *Farin. in praxi. part. 2. quæſt. 105. num. 7.* Ergò multò fortiùs includunt iniuriam merè verbalem, qui eſt caſus noſter.

Non obſtant modò illa tria in contrarium pon-
50 derata, nam primum de inſultu appenſato ceſſat ex diſpoſitione iuris per deducta in primo aſſumpto, quia quilibet inſultus eſt appenſatus, & excogitatus.

Secundum verò de qualitate armorum ceſſat ex
51 deductis in tertio aſſumpto in primo capite, quia non minus committitur vis publica in inſultu facto cum enſe, quàm cum quouis armorum genere.

52 Tertium verò, & vltimum de transfuſione in crimen iniuriarum, & vis publicæ, & ſic in aliam ſpeciem delicti ceſſat ex deductis in ſecundo aſſumpto, & in ſecundo capite tertij aſſumpti, quia non datur inſultus cum armis, quin contineat crimen iniuriarum, & vis publicæ, & exprimendo inſultum cum euaginatione, cenſetur etiam expreſſa iniuria, & vis publica.

Concludo igitur ex omnibus prædictis, caſum hunc eſſe in indultu expreſsè comprehenſum, & nulla egere partis remiſsione, pro qua concluſione videatur, rogo, *Petr. Caball.* poſt hæc ſcripta editus
53 *reſol. crimin. caſu 93.* vbi concludit, violentiam commiſſam ad domum, portam, aut feneſtram alicuius, ſi perſona non tangatur, non puniri pœna ſtatuti.

Nolo tamen omittere, quòd ſi vaſallus feudata-
54 rius inſultum faceret in Dominum, ſeù domum, vel caſtrum Domini, committit grauem iniuriam, per quam feudo priuatur, *cap. 1. §. ſimiliter ſi Dominum, quib. mod. feud. amitt.* & ſi donatarius inſultum fecerit in donantem, ſeu in domum donantis, committit iniuriam atrocem, ob quam reuocari poteſt donatio, *l. fin. C. de reuoc. donat.* in alijs verò eſt minor iniuria, *gloſ. in verb. ſciens in d. c. 1. §. ſimiliter ſi dominum*, vbi A latè *Andr. num. 21.*

Inter caſus autem ab hoc Indultu excluſos con-
55 numeratur vulnus proditoriè illatum, quod anſam præbuit dubitandi, & differendi, quod vulnus dica-
56 tur proditoriè illatum, an ſcilicet quodlibet vulnus clàm, vel à retro illatum, etiam ab inimico, vel potiùs illud, quòd eſſet ab amico tantùm, & ſub ſpecie amicitiæ illatum? allegationes pro, & contra habes impreſſas per *Catal.* hic in *verb. vulneris proditoriè cap. 31.* ſed tandèm iunctis Tribunalibus Sacri Conſilij, & Regiæ Cameræ fuit determinatum, illud dici vulnus proditoriè illatum, & delictum proditorium, quod eſt commiſſum contra amicum ſub colore, vel ſimulatione amicitiæ, iuxtà opinionem *Bart. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis*, vt ex relatis, & diſcuſsis per *Præſ. de Franch. deciſ. 713. vol. 4. & Gizzarell. deciſ. 16. nu. 4.* quicquid in contrarium pro opinione *Couarr.* conſideret *Gambacurt. de immunit. Eccleſ. lib. 3. par. 4. cap. 28.*

His ego nunc addo *Salon. de Pace Bargenſ. conſ. 22. num. 15. & 16. Gutierrez lib. 1. pract. quæſt. q. 2. Leon. conſ. 91. num. 8. & Andr. in cap. 1. §. item ſi fratrem, verſ. prorſus num. 26. quib. mod. feud. amitt.* vbi dum *text.* inter caſus, ex quibus amittitur feudum enumerat, *ſi quis proditorie occidat fratrem ſuum, vel nepotem, Andr.* volens declarare illud verbum
57 *proditorie*, inquit, proditoriè, deſt ſinè diffidatione, vel quandò ſinè alterius offenſa occidiſſet; ecce igitur, quàm manifeſtè *Andr.* declarat hoc verbum *proditorie*, ſecundùm interpretationem factam noſtris temporibus; nam *text.* loquitur de homicidio commiſſo in perſonam amici, & non inimici, nempè, fratris, vel nepotis, & vult, quòd ſemper tale homicidium ſit proditorium, tanquàm in amicum patratum, & ad excludendam proditionem, duos tantùm
58 caſus conſiderat, ſcilicèt quandò cum diffidatione occidet, nam ſi interuenerit diffidatio, ille potuit ſe defendere, & ſic ceſſat proditio, vel quãdò cum offenſa alterius. ſ. occiſi, eũ occidiſſet, hoc eſt, quia occidẽs habuit offentam per prius ab occiſo, & ſic ex offenſa recepta ceſſabat amicitia; nam tunc offendens debebat ſibi præcauere ab offenſo, & ſic manifeſtè vult *Andr.* quòd quotieſcunquè inter aliquos intercedit cauſa inimicitiæ, etiam ſi ſint fratres carnales, tunc ſi alter ab altero occidatur, delictum non poteſt dici proditoriè commiſſum, & nota illa verba, quæ ſubdit *Andr.* ibi, *quòd alia cauſa inter ſic coniunctos apparere non poterat*: nam ex eis reſultat, quòd quæcunquè alia cauſa occidendi, quæ poteſt apparere, excludit qualitatem proditoriam. Illud idem clariùs tradidit ipſemet *Andr. in cap. 1. §. 1. num. 3. an ille, qui interf. fratr. Domini ſui*, vbi volens declarare conſimilem *text.* loquentem de occidente fratrem, vel alium hominem proditoriè, ſubdit, *tradendo enim, non diffidando, vel ſine cauſa alio animo, voluntariè*; ergò quotieſcunquè adeſt cauſa, ceſſat proditio, etiam ſi nõ adeſt diffidatio, & *in cap. 1. §. 1. num. 13. propè fin. verſ. item hodie, quib. mod. feud. amitt.* ait, quòd in communi vſu hominum, & loquela dicitur proditio, attentare ali-
59 quid mali in domo amici, & ſic proditio eſt ſemper annexa amicitiæ, & propterea caueas ab *Afflict.* qui in *deciſ. 265. nu. 64.* aliter intelligit doctrinam *Andr. in d. §. item ſi fratrem*, dùm putat, *Andream* ſimplici-
60 ter velle, tunc quem proditoriè occidere, quandò ſine diffidatione occidit, & contra *Andr.* adducit *Bart. in extraua. ad reprimendum*, & vt ego ponderaui ſupra; *Andr.* & *Bart.* ſunt eiuſdem opinionis, hanc eandem opinionem ſectatur *Anton. de Ballis* modernus Siculus *variar. tract. lib. 5 tit. de inſultu in Eccleſia, fol.* mihi 231 *num. 10.* viden tamen poſſunt quæ tradit *Bouadilla lib. 2. Polit. cap. 14. nu. 36. & ſeq.* Vide nunc *Farinac. conſ. 136. vol. 2.* omiſſo *Mario Italia de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 4.* vbi aduerſari conatur *Ambroſin.* in conſim. *tract. cap. 6. nu. 34. Caball. de homicid. num. 396. cap. 594.* & caſus in hoc indultu excepti comprehendunt non ſolùm ipſos principales delinquentes, ſed etiam eorum receptatores, *Grizzarell. deciſ. 74.* quot autem modis dicatur proditoriũ delictum, explicat *Gambacurt. d. lib. 5. p. 4. cap. 27. 28. 29. & 30.* & affirmat quinque modis, ſi veneno, ſi incautus à tergo, vel ex facie abſque diffidatione, vel per inſidias, aut ſub colore amicitiæ occiditur.

Alia Pragmatica ſub die 14. Septembr. 1605. vt in margine huius pragmaticæ continet generalem
61 indultum huic Regno conceſſum per Sereniſſimum Regem noſtrum Philippum III. tempore natiuitatis Principis Hiſpaniarum ſui primogeniti, ſub eadem forma, continentia, & tenore in effectu,

ſub quibus fuit conceſſus indultus contentus in preſenti pragmatica,& dùm in vtroque indultu excluditur caſus vulneris illati,aſſaſſinio mediante, etiam ſi mors ſequuta non fuerit, contigit dubitari; nùm
62 inquiſitus de vulnere illato mediante pecunia demandato ipſius inquiſiti ad vulnerandum tantùm, non autem ad occidendum,poſſit hoc indultu gaudere,obtenta partis remiſſione?

Ex primo intuitu videtur dicendum,quòd non,ex quo hic caſus videtur expreſsè in verbis indultus excluſus,ibi,*vulneris proditorie,ſclopo rotato,aut aliter illati,vel aſſaſſinio mediante, etiam ſi mors ſequuta non fuerit*, ergò ſi eſt excluſum vulnus illatum mediante aſſaſſinio, inquiet Fiſcus, quòd hic eſt caſus noſter, vbi vulnus fuit illatum mediante pecunia,
63 quia in quolibet delicto patrato mediante pecunia inest aſſaſſinium,& præſertim in vulnere illato; etiã abſque animo occidendi, vt in ſpecie tradiderunt, *Alexand.conſ.166.nu.5.vol.7.Tiber. Decian.in tract. crimin.tit.de maad.ad homicid. mediante pecunia cap. 30.num.14.vol.2.*

Addet fortaſsè Fiſcus, quòd quatènus hæc opinio in ſimplici vulnere abſque animo occidendi habe-
64 ret difficultatem,hæc difficultas eſſet attendenda, quandò ageretur de puniendo aliquem pro aſſaſſinio, aut de excludendo remiſſionem petitam à clerico propter qualitatem aſſaſſinij, iuxtà diſpoſitionem *text.in cap.pro humani de homicid. in 6.* at in caſu indultus, nempè ad excludendum inquiſitum ab indultu,videtur hoc indubitatum, quia ſupradicta verba indultus excluſiua huius caſus loquuntur de ſimplici vulnere;etiam nullo conſiderato animo occidendi, prout in primo caſu, ſcilicèt vulneris proditorie illati, ſiquidem vulnus proditorium dicitur, etiam quod infertur abique animo occidẽdi, ergò ſi in hoc primo caſu non conſideratur animus occidendi, vt inquiſitus de vulnere proditorio excludatur ab indultu,eodem modo & in ſecundo caſu collocato ſub eadem oratione, vnica ſtructura verborum,& vnica determinatione, quia vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualitèr determinare,vulg.*Liam hoc iure,ff.de vulg. & pupill.*

Verùm enimuerò infraſcripta argumenta, & ra-
65 tiones contrarium de iure ſuadere videntur; quandòquidem aſſaſsinium dupliciter tantùmmodò in iure ſumitur, & conſideratur; propriè ſcilicèt,& ſecundùm iuridicam interpretationem, & alio modo vulgariter ſecundùm communem vſum loquendi, ſed impropriè. Aſſaſsinium propriè ſecundùm iuridicam interpretationem dicitur, quotieſcunque adſunt tria requiſita,ſcilicèt mandatum ad occidendum hominem Chriſtianum, datio, ſeu promiſsio pecuniæ, aut alterius rei ex parte mandantis, & acceptatio ex parte mandatarij, ac mandati executio, deueniẽdo ad actum proximũ, iuxtà declarationem factam in hoc Regno per *Prag.* 1. *de aſſaſſinio*, quòd
66 ſi mandatum non ſit ad mortem, ſed ad vulnerandum tantùm,etiam ſi interueniat pecunia,& executio mandati per vulnus illatum, non poteſt dici aſſaſsinium;ita ad literam probatur *in d.cap.pro humani*,per illum *text.* infraſcripti *Doctores* punctualiter declarant.

1 *Campagn.in cap. Regni Frequens, & ineffrenata, num.68.circa fin.verſ.quod autem.*
2 *Rimin ſen.conſ.55.num.14. & 15.* iuncto *verſ.ſed cùm huic*,propè *fin.conſilij vol.1.*
3 *Alciat.conſ.11.num.17.lib.1.*
4 *Vulpell.conſ.143.num.1.*
5 *Honded.conſ.95.num.65.vol.2.*
6 *Ant. Gabr. tit.de malef.concl.1.nu.29.& 30.*
7 *Maſcard de probat.concl.138.n.11.12.& 13.*
8 *Baiard.ad Clar.in §.aſſaſſinium n.2.*
9 *Intrigliol deciſ.40.num.50.*
10 *Gaiz. Maſtril.* in interpretatione horum verborum noſtri indultus, ſeu contimilis emanati in Regno Siciliæ vltrà Farum *cap.29.n.11.*
11 *Rebuff.in 2.tom.Conſtit.Gall.tit.de immun. Eccleſ. gloſ.5.nu.16.*
12 *Intrigliol.* iterùm *de caſibus conſcientiæ caſu 13, num.23.& 24.*
13 *Brun.à Sole quæſt.legal.34.num.37.in fin.*
14 *Farinac.conſ.99.num.52.Carol. de Graſſ. de effect. cleric.effect.1.n.691.Petr.Cabal.de omni gener. homic. num.499.*nouiſsime *Ricc.deciſ.232.*

Aſſaſsinium verò impropiè ſecundùm communẽ,
67 ſeu vulgarem vſum loquendi conſideratur quòad illos,qui in ſtrata publica itinerantes cum armis aggrediuntur, vulnera inferunt, & bona furripiunt, ita in ſpecie declarat *Riminald. ſen. conſ.161.num.3. vol.3.*vel qui clàm proditorie, & cum magna copia ſociorum aliquem occidunt,ſecundùm *Farinac.* qui alios refert *præt. crimin. quæſt.123. num.162.* Item & qui clàm,& per inſidias nullis dictis, & de retro aliquem occidunt,*Tiber.Decian.lib 9.cap.30.num.4. in fine.*

Dùm ergo verba indultus excludunt vulnus illa-
68 tum mediante aſſaſsimo, neceſsariò fatendum eſt, quòd intelligantur de aſſaſsinio ſumpto vno ex prædictis duobus modis;de hoc vltimo modo ſecũdùm communem vſum loquendi non poſſunt vllo modo intelligi: nam aſſaſsinium tali modo ſumptum nil aliud eſt,quàm delictum,quod committitur per ſpoliatores viatorũ, & diſrobatores ſtratarum, qui ſunt ſpecificè ab eodem indultu excluſi paulò inferiùs,& ſic verba in indultu repititiua eiuſdem ſpeciei deli-
69 cti eſſent ſuperflua, quæ ſuperfluitas eſt vitioſa, & propterea non præſumenda;immò reijcienda, & reſecanda *l.fin.§.in refutatorijs, C. de appellat.* ergò inuitis dentibus contrarium dicendum eſt, quòd illa verba,*mediante aſſaſſinio*,non poſſunt verificari, niſi in aſſaſsinio primo modo ſumpto,ſcilicèt propriè, & ſecundùm iuridicam interpretationem, quod continet mandatum ad occidendum, non ad vulnerandum tantùm,prout eſt caſus noſter.

Quòd autẽ in caſu noſtro fuerit mãdatũ ad vulnerandũ tantũ,& quòd tã in mãdãte,quã in mãdatario nullo modo adfuerit animus occidendi, nedùm indubitatum poteſt eſſe in facto ex confeſsione mandatarij, ſed dignoſcetur apertiſsimè ex loco perſonæ, vbi vulnus fuerit illatum, nempè in facie, quo-
70 tieſcunque enim datur mandatum alicui ad ſfriſandum in facie,vt vtar proprijs verbis *DD.* non arguitur vnquàm animus occidendi, prout in ſpecie tradidit *Dec,conſ.622. Clar.pract.crim.q.89.verſ.pæne circa fin.*

Non obſtant motiua pro parte Fiſci conſiderata; nã quòad primum,quatènus adducit pro eo *Alexan. d.conſ.166.nu.5. vol.7.* longè fallitur, nedùm ex his, quæ ab alijs conſiderantur,& ſignanter ab *Honded. conſ.93. num.65.* vbi expreſsè reprobat *Alex.* ſed etiam quia (& hoc à nemine fuit animaduerſum) *Alexander* loquitur in eo caſu, in quo ex vulnere iam ſequutum fuit homicidium, vt manifeſtè declarat *in final. verb. ſui conſilij*, quo caſu ſiuè mandatum ſit ad occidendum, ſiuè ad vulnerandum tan-
71 tùm, ſi fiat mediante pecunia, & mors ex vulnere ſequatur, ſemper eſt aſſaſsinium, quantumcunq. mandatum fuerit ad vulnerandum tantùm.

nàm

ni sequuta morte habetur,ac si mandatum fuerit ad homicidium,quia vulnera non dantur ad mensuram, & potuit,& debuit mandans cogitare, quod euenire potetat ita in specie in hac materia assassinij tradidit *Campag.in d.cap. Regni Frequẽs,& ineffrenata num.68.in fin.*cui conuenit *Alciat.cons.23,nu.7. lib.7. Cepol. cons.4 crimin.43.Boss. de mand.ad homicid. nu.10. Clar.pract.crimin.quæst.89.vers.pone*, omnes mouentur per *text.in cap.final.de homicid.in sexto*,qui est satis particularis. Quicquid in contrarium asserat nouissimè *Carol. de Grass. in suo tractat. de effectibus cleric.effect.2.num.694.*

Quò sit,vt in hac materia sint distinguendi quatuor casus principales,secundùm *Campin d.cap.Frequens,& ineffrenata num.68.*qui vere reduci possunt ad duos tantum : nam aut mandatum est factum
72 mediante pecunia ad occidendum, aut ad vulnerandum tantùm. Primo casu siuè sequatur homicidium,siuè vulnus tantùm, semper est proprium, & formatũ crimẽ assassinij,quia omnia concurrũt. Secundo verò casu, si vulnus tantum est illatum, & ex eo mors non est sequuta,& sic non sunt excessi fines mandati,non est crimen assassinij, quia nec mors sequuta est,nec fuit animus occidendi, si verò sequuta est mors,attento effectu,est verè, & propriè assassinium,& habebunt locum omnia,quæ tradita sunt in crimine assassinij.

Ergò non est mirum,si *Alex. dicto cons.166. nu.5. vol.7.*non facit differentiam inter mandatum ad occidendum, & mandatum ad vulnerandum tantùm: nam dum in casu suo iam secuta fuerat mors, idem ius erat in vtroque mandato, quod non est in casu nostro,in quo mandatarius non excessit fines mandati,nec ex vulnere sequuta est mors.

73 Quò verò ad *Tiber.Decian.* licèt possem audactèr dicere,quòd de eius opinione non est curandũ,dum sine lege, auctoritate, aut ratione loquitur contra tam apertam communem *Doctorum* opinionem in contrarium,nulla de eis facta mentione, tamen quia de tanto Viro non est credendum,quòd sic oscitanter locutus fuerit in re tàm graui,aduerto quòd *Decian.*in effectu noluit dicere; quòd sit proprium assassinium, quandò interuenit mandatum ad vulnerandum tantùm,nam *ipsemet* fatetur, quòd in eo casu non imponatur pœna mortis,sed voluit dicere idẽ, quod dixit *Anton.Gabr.de malef.d.conclus.1,num.30.* vt hoc casu licèt mandatum sit ad vulnerandum tantùm,tamẽ puniatur pœna grauiori,quàm pro vulnere simplici ob interuentum pecuniæ, ita in specie seipsum declarat idem *Decian. d. cap.30. num.41.* & secundùm hunc intellectum *Decianus* potest allegari pro communi opinione, prout ita allegauit eum *Honded. dicto cons.93. num.65.*aliàs si admitteremus, quòd *Decian.* intelligeret assassinium propriè,quandò mandatum est ad vulnerandum tantùm,cuius declaratio,vt scilicèt non puniatur eo casu pœna ordinaria,sed mitiori,nullo modo posset subsistere, quia non datur medium, vt sit assassiniũ, & non puniatur pœna mortis, quia, eò ipso, quòd quis est declaratus assassinus,nèdùm si est in fortijs,debet morti tradi, sed si reperiatur extra carceres,potest à quocuuque impunè offendi,tanquàm diffidatus, iuxtà dispositionem *text. in dict.cap. pro humani*, vbi *Doctores* omnes.

Remanet igitur primum motiuum omni ope destitutum.

Secundum verò motiuum sua propria mole dilabitur,nam fateor,quòd si in primo casu, dùm indultus loquitur de vulnere proditorio, intelligitur de vulnere illato absque animo occidendi, etiam in secundo casu potest verificari in vulnere mediante assassinio absque animo occidendi,sed hoc assumptum falsum est in primo casu,nam eò ipso, quòd vul-
74 nus est proditorie illatũ,statim ex illa qualitate proditoria præsumitur animus occidendi, ita manifestissimè tradidit *Blanc.de quæstion.num.191.* quem sequitur nouissimus *Additionator ad practicam Carer. in repertor.in verb.animus occidendi*, quod est etiam indubitatum in casu nostro ex ipsis verbis indultus,tàm ex ijs,quæ immediatè subnectuntur post primum casum vulneris proditorij, videlicèt *sclopo rotato*, quod solùm de per se sufficit ad arguendum
75 animum occidendi ex qualitate armorum, vt *in l.1. ff.ad l.Cornel. de sicar.* quàm ex alijs, quæ subduntur post vtrumque casum,scilicet vulneris proditoriè, & mediante assassinio,ibi,*etiam si mors sequuta non fuerit*, quasi dicat, sufficit, quòd ab initio adfuit animus interendi mortem, licèt mors sequuta non fuerit, quæ verba in terminis terminantibus ponderat *Garz. Mastrill.d. cap.29. nu.11.* ergò quemadmodùm in primo casu vulneris proditorij intelligitur animus occidendi, vt excludatur ab indultu, eodem modo & in secundo casu vulneris, mediante assassinio,intelligitur de assassinio cum animo occidendi,vt sit vn. eademq. determinatio, quæ ratio adducebatur pro Fisco, & modò retorquetur conclusiuè contra Fiscum.

Videtur igitur concludendum ex prædictis, quòd inquisitus de mandato ad vulnerandum tãtùm, mediante pecunia, & morte indè non sequuta, debeat
B gaudere hoc indultu,stante concordia facta cum ipso vulnerato.

Notabis tamen,quòd Catholicus,& Religiosissimus Rex quantùmuis has indulgentias concesserit ex causa publica,non tamen voluit,eas prodesse, nisi accedente partium concordia, & remissione, quasi
76 quòd etiam summo Principi,& Superiorem non recognoscenti non liceat remittere pœnam,nisi de consensu partis,& cuius interest,etiam pecunialiter delictum puniri, ad quam quæstionem est videndus *Andr. in tit. quæ sint regal. in verb. & bona committentium num.73.*& ibi etiam *Liparul.in littera A. & Afflict.& Luc.de Penn.in l.fin.C.de condit.in publicis horreis*, iterùm *Andr. in cap.1. num.5. de statutis, & consuetud.contr.libert. Eccles. Reg. de Pont. de potest. Proreg.tit.de prouis.fieri solit.§.4.num.6. cum seqq. fol.* mihi 25. qui concludunt, posse accedente publica vtilitate remittere pœnam delicti, sed non damnum partis.

Hinc in facti cõtingentia fuit dubitatum valdè in Sacro Consilio, nùm in crimine falsi in casu, quòd non habuit effectum consummatũ,requiratur etiam
77 partis remissio, & fuit resolutum, quòd sic,ex motiuis ponderatis, me assidente in Sacro Consilio, in decisione causæ Horatij Tropeiani,quam inserui *in pragm.4.n.29.cum seqq.infra de falsis.*

ADDITIO.

A AN autem partis remissio necessaria sit, si querela tempore indultus non fuerit proposita, luculentèr,ac satis doctè tradit Doctissimus, ac integerrimus *D.Reg.Capyc. Latro in dec.71.*& si dicat, casum nó fuisse decisum,vbi etiam tractat,an generalis abolitio includat accusationes non dùm institutas,quod etiam explanat *Anton. de Ballis in tract. crim.lib.4.de quæst.part.quæs.10.tit.de indult. general. num.31.*& sic *ibid.*exarat, an sufficiat inquisitio in-

stitu-

ſtituta per Fiſcum,licèt pars non dùm quærelam expoſuiſſet.

8 Et ad indultum ſeu criminis abolitionem obtinendam,vel ad guidaticum conſequendum quid exprimere, & narrare debeat in precibus indultandus, vel guidandus, plenè docet Idem Doctiſſimus, ac integerrimus *D. Regens Capyc. Latro d. deciſ.71. ſub num.*15.16.*&* 17.Vbi etiam,an ſufficiat dicere,quòd vult indultari pro omnibus delictis hucuſque patratis,& *D.Capiblan. de Baron. tom.*2. *cap.*31. *num.*6. *& ſeq.*Vbi etiam tractat,an Baro poſſit guidaticum concedere vaſallis inquiſitis,non tamen ſoriudicatis, & affirmatiuam ſententiam ſequitur cum *D. Regente de Ponte,Fabro,*& aliis,dummodò adſit iuſta cauſa,& fiat ad tempus.In indultu tamen negat, illum poſſe à Barone concedi,ſed ad ſupremam Principis poteſtatẽ ſpectare,prout benè etiam probat *D.Regẽs ſupra allegat. de abolition.n.*10.ex *Bart.in l. non omnes, §.qui tranſfugis, ff. de re milit.*& alijs,quos citat,licèt id dicat procedere de iure communi,ſecus verò de iure Regni,in quo Barones ex communi forma, & tenore inueſtiturarum poſſunt commutare pœnas, vt *num.* 11. Verum cum verò etiam attento iure huius Regni,ad finc difficultate procedere docet *D. Regens Merlin.* vir ſanè eruditiſſimus, & integerrimus *controuerſ.forenſ.lib.*1.*cap.*33. *nu.*8. *& ſeq.* & teſtatur, ſic fuiſſe iudicatum per M. C. referentem in Collaterali Conſilio,traditq; *ibidem* praxim indultum obtinendi à Collaterali Conſilio, ad quod ſpectat illum concedere,*D.Regens Tapia de præſtan.Regal.Cancell.tit.de poteſtat.Reg. Cancell.ſub nu.*61. per vnum,vel duos ex ſocijs,vel conſcijs offerentibus ſocios tutelare,*D.Paſcal.de vir.pati.poteſt.part.*4.*cap.* 3.*num.*6.A delictum in verum ponere,quod ex communi vſu omnium Tribunalium Italiæ eſt interpretatum,vt ſufficiat ad indulgentiam conſequendam,

3 reum dare legitima indicia ad torturam, ex *Giurba conſ.crim.*22.Id,quod vindicabit ſibi locum,ac procedet nedùm in vero, & puro indultu, ſed etiam in guidatico concedendo cum diffuſione indultus, nam hoc guidaticum etiam à Principe concedi debet,à quo expediendus eſſet indultus,*Capiblan. dict. cap.*31.*num.*18.*&* 38. *Io.Laganar.*

De Accuſat.Pragmat.I.

R E R V M S V M M A.

1 *Accuſatio ſit ab eo qui ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam,& qui ſub ſuorum, vel conſanguineorum nomine contineantur.*

2 *Accuſatore mortuo an eius hæredes in proſequenda accuſatione citari,vel admitti debeant.*

3 *Accuſatus ab vno, an ab altero de eodẽ crimine, vel diuerſo accuſari valeat, prout cuius quæſiti reſolutione ſubijcitur inſignis* Duar.*diſtinctio.*

4 *Abſolutus ab vno crimine, vtrum ab alio de eodem crimine accuſari poſſit,remiſſiuè.*

LEgislatoris eſt,&c. Accuſatus ſuum accuſatorẽ,cuiſque familiam,& ſuos pendente accuſatione de nullo crimine poteſt accuſare ad finem procedẽdi,niſi vt accuſatus præſtet cautionem de ſtando iure, prima accuſatione finita, ſi tamen delictum occurrat poſt primam accuſationẽm propoſitam poteſt accuſare etiam ad finem procedendi.H.D.

Quid ſit ſtatutum de iure communi,vide *text. in l.*1. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.Tiber.Decian. tom.*1. *tract. crimin. lib.*3. *cap.*24. & quid per Conſtitutiones,vide *Conſtitutionem Si ciuiliter agens, & ibi Aſflict.*

Et dùm in hoc *textu* dicitur, quòd accuſatio eſt

1 facienda ab eo,qui proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriarum, ad dignoſcendum, qui comprehendantur appellatione ſuorum, & propinquorum, vide *Marant. in* 6.*part. princ. ſui ſpecul. in princ.* dùm agit materiam inquiſitionis,*num.* mihi 62. *&* *Iul. Clar. pract.crim.quæſt.*14.*verſ.volo etiam* concludentes, comprehẽdi coniunctos, vſque ad ſextum gradum,

2 ſed accuſatore mortuo an ſint citandi eius hæredes in proſequutione accuſationis, & admittendi? *Chriſtofor. Schunaz. obſeruat.* 35. concludit, quòd ſic, & ita decitum atteſtatur per Cameram Imperialem.

An autẽ accuſatus ab vno,poſſit ab alio de eodem

3 crimine,vel diuerſo accuſari,eſt materia *text.in l. qui de crimine, C.de accuſat.* ad cuius enucleationẽ vide *Gomeſ. variar.reſolut.tom.*3. *de delict. cap.*1. *num.*35. qui dat Iudici electionem inter extraneos ante litem conteſtatam, idem in coniunctis diſpari gradu, aliàs omnes concurrunt, nili alter litem conteſtatus ſit, *& Duaren lib.*1.*diſput. annuerſ. cap.*39. omnes admittit, ſi inter ipſos conueniat.

Sed an abſolutus ab vno crimine,poſsit ab alio de

4 eodem crimine accuſari,materia eſt *text. in l. ſi cui §. iiſdem ff. eod. & in cap.de his, extra eod.tit.* ad cuius materiæ ornatum pro limitationibus, & declarationibus videndi ſunt *Felin.*latè *in d.cap.de his,Iul.Clar. pract.crimin.q.*57.*Campagn. in cap. Regni Item ſi qua vniuerſitas num.*7.*&* *ſeq.Ioa.de Amicis conſ.*32. omninò *Couarr.lib.*2.*variar.reſolut.cap.*10. *Marant.in* 6. *par.ſui ſpecul.in princ.num.*mihi 49. *cum ſeq. Foller. in pract. crimin. canon. part.*3. *in verb. vel abſoluantur, Bertazol.conſ.crimin.*129. *&* 171. *vol.*1. *&* *conſ.*396. *vol.*2.latè *Boer.deciſ.*289.*Gomeſ.var.reſol.tom.*3. *de delict.cap.*1.*nu.*40.*Pancirol. conſ.*115. *Burſat. conſ.*33. *lib.*1.*Ant. Gamma deciſ.*53.*num.*2.latiſsimè *Farinac. pract.crimin.tit.de inquiſit.quæſt.*4.*per tot.* plures autem limitationes in actu practico habes apud *Caraut.Ritu* 193.

De Actuar.Scribis,& eorum ſalario. Pragmat. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Subactuariorum,& Scribarum materia,remiſſiuè.*

NVmerum,&c. Actuariorum, & Subactuariorum M.C. V. numerus non excedat octauum.H.D.

1 De his Subactuarijs meminit *Luc. de Penna in l. comperimus* propè *fin.C.de proxim.ſacr.ſcrin.lib.*12.

De Scribis verò latè agit *Gregor.Tholoſ.ſyntagm. iur.vniuerſ. lib.*47. *cap.*41. & plura pro, & contra Actuarios,& Scribas habes apud *Bonadil. lib.*3. *cap* 14.*num.*35.*ad* 48.

De Actuar.Scrib.&c.Pragm.IX.

R E R V M S V M M A.

1 *Actuarius de iure communi valet actum factum ab eius Scriba ſubſtituto ſignare.*

2 *Actuarius de iure Regni non poteſt obligationes penès acta Curiæ ſtipulatas per ſuum Scribam ſubſtitutum ſignare.*

Digitized by Go

Notarij ſubſcriptio in aliquibus actibus eſt adeò neceſſaria, vt non poſſit per æquipollens adimpleri.ibid.
Eidem ſemper magis creditur, quàm ſuo Scribæ, ſiuè Coadiutori.ibid.

ITem,eſſa fedeliſſima Città, &c.

Obligationes capiantur per Magiſtros actorum, & non per Scribas.H. D.

De iure communi poteſt Actuarius ſignare actum
1 rogatũ à ſuo Scriba ſubſtituto, ac ipſemet Actuarius illum rogaſſet, *Mobedan. deciſ.*347. quod modò per hanc pragmaticam corrigitur quòad obligationes tantum, quæ ſtipulantur penès acta Curiæ,
2 ergò in reliquis actibus ſeruabitur ius commune, quod nõ reperitur immutatum, vide *Borrell. de Magiſtrat. edict.lib.2. cap.12.num.*13. qui loquitur de ſubſcriptione neceſſaria in aliquibus ſcripturis, ſcilicèt legi, edicto, literis Principum, contractibus ũ
m. nu Notariorum, conſilio Sapientis, nec poſſe adimpleri per æquipollens, vbi requiritur, ſemper tamen magis credendum eſt Actuario, quàm Scribæ,
A ſeu Coadiutori, *Coccin.deciſ.Rot.*226.

ADDITIO.

AHVius occaſione ſcias, quòd Iudex, ſeu Capitaneus vnius Terræ non poteſt exercere ſimul officium Actuarij in conficiendo acta, ità vt ſi per ipſum ſcribantur, ſunt nulla, niſi officium ſit tenue, & parui reditus, *Campan.in cap.Regn.Item,quòd prædicti Iuſtitiarij*, & per *Capibl.in pragmatic.*8. *part.*1. *num.*368. Io. Lagan.

De Adminiſtrat.Vniuerſit.Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Electio ſindicorum,& Officialium Vniuerſitatum ſi ſit facienda,an in ea duæ ſaltem Vniuerſitatis partes,& Capitaneus interuenire debeant,remiſſiuè.*
2 *Electio eſt facienda iuxtà ordinem ſeruari conſuetum.*
3 *Ciues originarij in electione Officialium Vniuerſitatis præferuntur Incolis,etſi Incolæ ſint magis idonei.*
4 *Ciues originarij filios habentes præferuntur aliis non habentibus.*
5 *Dignior meritis facultatibus,& nobilitate inter habentes filios præfertur.*
Munerum diſtributio,vt æqualiter fiat inter Nobiles, & plebeios, qui nam mos ſit inoleuit, ſecundum Parlador.ibid.
6 *Idonei qui magis cenſeantur inter nobiles,diuites, & literatos remiſſiuè.*
Egregia Flamin. de Rub. traditio circa huiuſmodi præcedentiam,ſiuè prærogatiuam.
7 *Pulchrior eſt præferendus data paritate in omnibus eligendis.*
8 *Diuites ad Vniuerſitatum regimina ſunt ſemper deputandi.*
9 *Naturales,& ſpurij non niſi in defectum legitimorum ad Vniuerſitatis regimen admittuntur.*
10 *Viles, & infames ad Vniuerſitatum officia non ſunt admittendi.*
11 *Damnatus pœna atrocis iniuriæ haud admittitur ad Vniuerſitatis munera.*
12 *Optimus, & dignus eligi debet, nec in electione eſt ſeruandum tempus, vel ordo.*
13 *Electi ad Vniuerſitatis officia in quibus caſibus non debent illa exercere,remiſſiuè.*
14 *Officium idem continuare, vel reiterare, aliis idoneis exiſtentibus nemo cogi poteſt.*
15 *Officium vbi quis ſemel exercuit, nequaquàm poteſt, niſi tranſacto quinquennio ad idem promoueri, vel triennio ad aliud,niſi deficiant alij idonei,& habiles.*
16 *Ordo quis, & modus in hac Officialium electione ſeruari debet,remiſſiuè.*
17 *Electus poteſt appellare, ſi non fuerit obſeruatus ordo ſeruari conſuetus,& eius appellatio recipienda venit.*
18 *Electus ad officiũ, ex cauſa inimicitiæ, vel ab inimico, appellare valet, & expenſas in cauſa appellationis factas à nominantibus recuperabit.*
19 *Electus obſeruato ordine ſeruari conſueto ſi nolit exercere,vti contra eum procedatur,remiſſiuè.*
Li ad Magiſtratum cum concord. C. de decur. lib. 10.*intellectus remiſſiuè,ibid.*
Electus carcerari non poteſt.ibid.
20 *Electus ad Vniuerſitatis officium non tenetur alia ſub re extraordinaria munera, nec à propria extrahi patria poteſt.*
21 *Electio Officialium Vniuerſitatis fieri debet ſecundùm ordinem in ea ſeruari conſuetum, & quæ ſit differentia inter ſolitum,& conſuetum.*
22 *Conſuetudo inducitur per binum actum cum curſu longi temporis.*
Verbum ſolitum, vel ſolet, an reſpiciat ius, vel factum,ibid.in fine.
23 *Officiales eligi per prædeceſſores tantùm, Vniuerſitate minimè congregata,ſi ſit ſolitum, an dictum ſolitum ſeruari debeat,nu.*25.26.& 34.
24 *Electio à tota Vniuerſitate facta an cenſeatur, ſi eſſet facta ab vno,ſeù pluribus,qui per prius ab Vniuerſitate eligendi facultatem habuerint.*
27 *Nominare,& eligere an ſit idem n* 30.& 31.
28 *Nominatio in materia officiorum triplex eſt, & n.*29.
32 *Intellectus ad l.* exactores C. de ſuſcept. præpoſ.lib. 10.*aſſertur,& n.*33.
35 *Electio facienda per ſuffragia ſingulorum ciuium vno die inchoata, & non completa, an ſequenti die erit denuò incipienda, vel cœpta continuanda, remiſſiuè.*
36 *Suffragia in electione facienda quo ordine ſint danda, remiſſiuè.*
37 *Decurio expulſus,ſi poſtea reſtituatur,an recuperet locum ſuum,remiſſiuè.*
38 *Officia ſi ſint diuiſa inter nobiles,& populares,forma, quæ ſit ſeruanda in electione,remiſſiuè.*
39 *Suffragia æqualia ſi in electione adſint,quis erit præferendus,quidue faciendum.*
40 *Electio aliqua de cauſa ad Superiorem deuoluta,ſi effectum non conſequatur,an denuò ad ipſum Superiorem redibit,vel potiùs ad Vniuerſitatem,ſeù ciues.*
41 *Electio ad regimen Vniuerſitatis, vt rectè procedat, quæ ſint neceſſaria,remiſſiuè.*
42 *Electio, & alia parlamenta publica an in Eccleſia, & alio loco ſacro fieri poſſint.*
43 *Electionis factæ nullitate pendente electus an debeat abſtinere.*
44 *Eligentium vota non debent eſſe conditionalia, alternatiua, vel incerta, ſed ſimplicia, aliàs electio eſſet nulla,quod procedit, etiam ſi in electione interueniãt impuberes,vel alij voto priuati, & n.*45.
46 *Baro in electione,confirmatione, vel reformatione Officialium Vniuerſitatis an aliquod ius prætendere poſſit.*
47 *Baro ſi ſit in quaſi poſſeſſione confirmandi Officiales, an ſit in ea manutenendus.*
48 *Baro ſi habet priuilegium eligendi Officialem vnum de nominatis per Vniuerſitatem,& in dicto priuilegio adſit clauſula,quòd ſi nullus ex nominatis Baro-*

roni

reni placuerit, Vniuerſitas alios eligere debeat, *an quoties Baro dixerit, nominatos ſibi non placere, toties Vniuerſitas alios nominare teneatur.*

49 *Baro, qui habet poteſtatem confirmandi Officiales, an ad ſui libitum poſſit illos confirmare, qui habent minora ſuffragia, reiectis habentibus ſuffragia in maiori numero.*

Verbum, placet, *ſimpliciter prolatum importat boni viri arbitrium, ibid. ante n. 50.*

50 *Baro habens prædictam confirmandi poteſtatem, ſi vota ſunt æqualia, an poſſit, cui vult gratificare, & ad quæ ei deſeruiat, remiſſiuè nu. 51.*

Electus ante dictam confirmationem non poteſt adminiſtrare, ibid.

52 *Confirmatio Baronis Officialis ab Vniuerſitate electi pretio redempta, eſt nulla.*

53 *Confirmatio Baronis excommunicati, contumacis, vel in longinquis partibus exiſtentis, non relicta legitima perſona pro eo, an ſit expectanda.*

54 *Vniuerſitate habente eligendi Officialem facultatem pro exercenda iuriſdictione, electus adminiſtrare nequit abſq; Baronis confirmatione, in quare attenditur conſuetudo.*

55 *Poteſtas Officialium Vniuerſitatis legitimè electorum, ad quæ extenditur, remiſſiuè.*

56 *Officiales Vniuerſitatis de delicto per eandem patrato, ipſi tanquam priores puniri debent.*

57 *Filiuſfam. in electione Officialium de regimine Vniuerſitatis, ſiue in alijs rebus concernentibus adminiſtrationem eiuſdem Vniuerſitatis explicandis, an vocari debeant, & alia remiſſiuè.*

VOlumus, &c. Electio Sindicorum, & Officialium Vniuerſitatis fiat per ciues more ſolito, & confirmatio illorum fiat per eos, ad quos ſpectat. H.D.

1 Dùm in *text.* dicitur, quòd electio fiat interuenientibus his, qui ſecundùm Vniuerſitatis conſuetudinẽ interuenire debent; quæro, an debeant interuenire ſaltim duæ partes totius Vniuerſitatis; vide *text. & ibi gloſ. in l. nominationum C. de decur. lib. 10. gloſ. in l. 2.*
A *C. eod. Franc. Marc. deciſ. 780. num. 6. part. 1. & deciſ. ſeq.* ſed requiritur interuentus Capitanei, *Præſ. de*
B *Franch. deciſ. 446.*

Item dùm in *text.* dicitur, quòd hęc electio debeat
2 fieri ſecundùm ordinem ſeruari conſuetum, concordat cum diſpoſitione iuris communis, vt *l. item eorũ in princ. & ibi Bart. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. Aret. l. 2. §. prius eodem. fin. ff. de vulg. ſubſtit. Albert. Brun. in tract. de forma rubr. qui poſſ. dar. vel toll. form. col. 2. verſic. & multa exempla, Anton. Gabriel. lib. 6. tit. de conſuet. concl. 1. nu. 40. Ronchegall. in l. nemo eſt, qui neſciat n. 28. verſ. electio decurionum ff. de duobus reis*; ſed aduerte, quòd circa hunc ordinem eſt data certa
3 forma à iure; nempè ſi in eadem Vniuerſitate adſint
C ciues originarij, & incolæ tantùm, originarij præferuntur incolis, etiam ſi incolæ eſſent magis idonei,
4 & inter originarios debet præferri is, qui habet filios, prout ex multorum authoritatibus docet *Menoch. præſumpt. 12. lib. 5. num. 5. & 6. poſt Caſſan. in Catalogo gloriæ mundi part. 11. conſid. 22. & conſid. 22.*
5 inter habentes filios eſt præferendus dignior meritis, & facultatibus *l. ad ſubeunda C. de decur. lib. 10.* & nobilitate, vt in *auth. de defenſor. ciuit. in princ. & in §. 1. in auth. vt omn. obed. iudic. proinde l. honores ff. de decur. Parlador. differ. 31. n. 7.* vbi *n. 8.* tradit, quid moribus ſeruetur, vt æqualiter diuidantur inter nobi-
6 les, & plebeios munera. Inter nobiles autem, ac diuites, vel literatos, qui cenſeantur magis idonei, pulchrè explicat *Crauett. conſil. 459. lib. 3.* qui loquitur in verbis ſtatuti diſponentis, præferri primo loco literatum, ſecundo loco ditiorem pauperi, tertio loco venientes ex antiquiori familia, cæteris paribus, & diffuſiſſimè *Flamin. de Rub. conſ 65. volum. 2.* vbi agit de præcedentia in his officijs, & concludit, præferendum gerentem antiquiorem Magiſtratum, maximè in Ciuitate, vbi eſt ſedes Principis, vel habentem minorem dignitatem, ſed cum maiori adminiſtratione, maximè in proprio ter-
7 ritorio, vel qui conſuetudine præcedere conſueuit contra maiorem dignitatem, data tamen paritate in omnibus, tortaſsè eſſet pulchrior præferendus, ex doctrina *Bald. in proœm. decretal. Rex pacificus n. 61. & Tiraquell. de legib. connub. lib. 2. nu. 47.* regulariter ta-
8 men ad regimen Vniuerſitatis ſemper deputari debent diuites, qui ſunt domini prędiorum ruſticorum, per *text. in l. fin. in C. de debit. ciui. lib. 11.*

Naturales verò, aut ſpurij non admittuntur, niſi in
9 defectum legitimorum, *l. 3. §. ſpurios ff. de decur.* ſed nullo modo viles, ſeu infames, prout ſunt caupones,
10 ſtabularij, & id genus, *Gutierrez conſ. 31.* ratio differentiæ eſt, quia naturales, & ſpurij reputantur inter honeſtos, ſi parentum vitia non ſectantur, *capit. vndecunq; & ſeq. 56. diſt.* & tradidit *Andr. in cap. 1. §. iniuria n. 13. de pac. iuram. firm.*

Nec etiam admitti debet is, qui atrocis iniuriæ
11 pœna eſt damnatus, quia infamis eſt, vt eſt *text. & gloſ. in l. Diuus ff. de iniur.* & generaliter nec tempus,
12 nec ordo omninò honorandus eſt in his electionibus, ſed qui apparuerit optimus, & dignus eligendus eſt, §. *fin.* propè *princ. & ibi gloſ. in verb. tempus in Auth. de Monachis.* Verùm ſi in his electionibus, quę fiunt per totum corpus Vniuerſitatis, quod repræſentatur tàm per nobiles, quàm per plebeios, contingat, quòd in electione alicuius ſint vota æqualia nobilium, & plebeiorum, tunc voces nobilium eſſent præferendæ, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. c. 8. nu. 16. Parlador. differ. 31. n. 9.*

Plures aũt caſus in iure expreſſos, in quibus electi
13 ad hæc officia nó tenentur, nec debẽt exercere, enumerat *Auend. de exeq. mandat. c. 19. n. 24. verſ. tertius caſus cum ſeqq. lib. 1.* .ſ. ſi eligatur nobilis ad officiũ vile, ſi indignus, infirmus perpetuo morbo, in exiliũ miſſus, alibi electus, vel eodem tempore alibi electus euitabit locum originis, excommunicatus, priuatus ab honoribus futuris, priuilegium habens à Principe, vel duodecim filiorum.

Nemo tamen eſt cogendus idem officium conti-
14 nuare, ſeù reiterare, vbi alij ſunt idonei, *l. quis tàm C. de decur. lib. 10. leg. fin. C. de muner. non continuan. eod. lib. l. penult. C. quemadmod. ciuil. muner. indicens. lib. eodem.*

Hinc eſt, quòd qui vnum officium ſemel exercuit,
15 non poteſt ad idem officium iterùm promoueri durante quinquennio, nec ad aliud durante triennio, *leg. 2. C. de muner. & honor. non contin. lib. 10.* qui *text.* nẽdum procedit, quando ipſemet electus contradicit, ſed etiam ſi contradiceret Vniuerſitas, vel quilibet alius de populo, cùm id ſit officium, quod ſinè ſumptu exercetur, vt per *Præſ. de Franch. deciſ. 264.* latè *Cravet. conſ. 459. lib. 3.* & limita, niſi in defectum aliorum idoneorum, & habilium aliud Reipublicæ vtilitas ſuadeat, vt fundauit de iure *Garz. de Nobilit. gloſ. 35. n. 63.* & fuit iudicatũ per Regium Collaterale Conſilium in reformatione electionis, & regiminis Ciuitatis Neritoni die 24. Nouemb. 1603. cuius verba inferiùs deſcribentur in *prag. 5.*

Et generaliter quis ordo, & qui modus ſit in hu-

16 iuſmodi electione ſeruandus, vide *gloſ.* magiſtralem *in d.rubr. C.quemadmod. ciuil.muner. indicent. lib.*10. *Bouadil.lib.*3.*c.*8.*n.*6.*cum ſeqq.*

Præmoraudum eſt, quòd ſi hic ordo, & modus non
17 fuerit obſeruatus, meritò poterit electus appellare, cuius appellationi eſt deferendum *l.vnic.C.de potior. ad muner.ne munoid lib.*10. & ſimiliter poterit appel-
18 lare is, qui, ab inimico, & inimicitiæ cauſa fuerit ad Officium nominatus, & electus *l. vnic. C. ſi propter inimicit. in creatio facta ſit eod. lib.* & ſũptus erogatos in appellationis proſecutione recuperabit à nominatoribus *l. vnic.C.de ſumpt.recuper.lib.eod.* Quòd
19 ſi ſecus, hoc ordine, & modo electi nolint exercere, quomodò contra ipſos ſit procedẽdum, vide *text. in l. ſi ad magiſtratum, in l. quidam ignauiæ, in leg. ex omnibus, & in leg. quamuis promiſſum C. de decurion. lib.*10. pro quorum declaratione vide *Bart. in l.*1. *C. de immunit.nemin.conced.l.*1. *& ibidem Luc. de Penn. in verbo tributarie lib.*10. poſt *Gugliel.de Cun. in l. nemo ne.n.*1. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* nec etiam poſſunt carceran, *Mau.in de cauſ.exequut. limit.*19. Debent
20 tam alacriter munus iniunctum acceptare, quia durante officio ſunt immunes ab omnibus oneribus extraordinarijs *leg. Curiales C.de decur. lib.*10. & non poſſunt extrahi a propria patria, *leg. Curiales la ſecund.*1 *C.eod.* Alias prærogatiuas, & priuilegia enumerat *Bouadil. d.c.*3. *lib.*3. *nu.*18. *per tot.cap.* & inter alias *n.*32. vt præferantur in emptione rerum comeſtibilium, vt pro iuſto pretio res melioris conditionis habeant.

Item dum in hoc *text.* dicitur, quòd electio hæc de-
21 bet fieri ſecũdùm ordinem, & modum in ipſa Vniuerſitate ſeruari conſuetum, aduerto, quòd de iure communi generaliter electio quorumcunq; Officialium debet fieri ſecundùm antiquam conſuetudinẽ, *leg. penult. C.de iure fiſc. lib.*10. eſt tamen diligenter notandum, quòd non ſinè myſterio in hoc *text.* dicitur, quòd electio debet fieri ſecundùm ordinem, & modum conſuetum, non autem dicitur, quòd debet fieri ſecundùm ſolitum, quia inter ſolitum, & conſuetum magna eſt differentia. Nam Solitum dicitur id, quod obſeruatum eſt in vltimo actu proximè præcedenti *l. Mella §. ſed ſi alimenta ff. de aliment. & cibar. legat.* Conſuetum verò dicitur id, quod diutius, & lõgo tempore conſuetum eſt fieri, nec debent attendi vltima tempora duorum, vel trium annorum, *capit. Cumana extra de elect.* Non enim dicitur quid conſuetum, niſi ſit continuatè factum *l. qui Sabinum ff. de legat.*3 *l. Seio §. medico ff. de ann. legat.* facit *l. certa §. fin.* ibi, *ſed ſi ea, quæ legauit ff. de legat.*1. *l. ſi quis ædes ff. de legat.*3. *l. ſi quid earum §. fin. cum l. ſeq. eod. titul.*
22 Nec dicatur, quòd conſuetudo inducitur per binum actum, iuxta *gloſ. final. in princ. in l.*3. *C. de Epiſc. aud.* quia hoc eſt verum, ſi cum bino actu concurrat curſus longi temporis, ſ. decem annorum, vt per *DD. in l. de quibus ff. de legibus*, & per *Io. Andr. & Abb. in cap. fin. col. antepenul. extr. de conſuet.* prout in ſpecie aduertit *Berous conſ.*157. *n.*16. *vol.*3. & propterea dũ quidam particulares Terræ Ebuli conquærerentur in S.C. quòd diutiùs ſemper in electione Officialium de regimine illius Vniuerſitatis erat obſeruatum, vt eligeretur certus numerus electorum, nulla facta expreſſione, ſi omnes, aut aliqui ipſorum erant nobiles, vel populares, & tribus annis retrò cẽptum erat obſeruari contrarium, ſcilicèt exprimendo, quòd tres ex eis erant de nobilibus, & tres de ciuibus, quod tanquàm innouatum contra formam diutiùs obſeruari confiteram non debebat fieri, præſertim, quia ex hoc dabatur occaſio diſcordijs ciuilibus, ſi aliquis, qui prætendebat, ſe eſſe nobilem, fuiſſet electus vt popularis, & è contrà, aliquis popularis fuiſſet electus, & nominatus vt nobilis, me patrocinante pro dictis particularibus fuit obtenta prouiſio à Domino meo Regio Conſiliario Theodoro cauſæ Commiſſario, domi prouidente, quòd nihil innouarent contra formam hactènus obſeruari conſuetam; aduerſus quam prouiſionem dum comparuiſſent nonnulli, qui prætendebant, ſe eſſe nobiles, & fouebant illam nouam formam electionis cum diſtinctione nobilium, & popularium die 31. Auguſti 1592. referente eodem Regio Conſiliario Theodoro fuit per S.C. prouiſum, quòd electio fiat abſq; expreſſione illorum verborum, pro nobilibus, & pro ciuilibus, nõ obſtante contraria obſeruantia proximorum annorũ præcedentium, licèt in contrarium adducerent *Capyc.deciſ.*163. ad quæ eſt etiam videndus *Reg. Lanar. conſ.*83. *nu.*2. *cum ſeqq.* qui dicit, ſolitum intelligi de perpetuo, eò quòd ad ius ſpectat, & conſuetudinem de conſueto præſcripto, latè *Carov. de locat. & conduct. part.*1. *q.*5. *per tot. fol.* mihi 9. *ter.* qui concludit, per vnicum actum tolli aſſuefactionem, ſeù conſuetum particularis perſonæ.

Hùc etiam cadit illa quæſtio, an ſi ſolitum ſit, Of-
23 ficiales eligi per prædeceſſores tantùm, non congregata Vniuerſitate, talis conſuetudo ſit ſeruanda? & doctiſs. *Præſ. de Franch. in deciſ.*210. retulit, per Sacr. Conſ. fuiſſe deciſum, quòd non, ea ratione, quia illa verba *pragm. ſecundum modum ſeruari conſuetum*, intelliguntur de modo à iure approbato, quaſi quòd ille modus, vt ſcilicèt prædeceſſor nominet ſuum ſucceſſorem, non reperiatur à iure approbatus, quod antè ipſum ſcriptum reliquit grauiſsimus ille Doctor Hiſpanus, nempè *Auendan. de exequend. mand. lib.*1. *in cap.*19. *num.* 23. At ego licèt ſummoperè ſemper detulerim authoritati, non minùs ipſius doctiſs. *Præſidis*, quàm totius S.C. in hoc tamen non poſſum mihimetipſi non ſubſiſtere, nàm hic modus videtur mihi expreſsè approbatus per plura apertiſsima iura, prout *in l.*2. *§. ſed etſi ſucceſſorem ff. ad munic. l. ordine verſ. in eum, & l. libertus §. fin. verſ. nominati ff. eod l. fin. verſic. ſanè nominator C. de fil. famil. & quemadmod pro iis patres tene. lib.*10. facit *tex. in l.*2. *C. de decur. eod. lib. & in l. vnic. C. de ſumpt. recuper. lib.*10. *& in l.*2. iuncta *gloſ. in verſ. creatorem cum duab. ll. ſeqq. C. quo quiſq; ord. conuenien. ſit lib.*11. *& totus titulus C. de peric. nomin. lib.*11. vbi eſt optima *gloſ. in leg.*2. *in verb. denominauerit.* Nec dicatur, quòd prædicta iura loquuntur de nominatione tantum ſucceſſoris facta à ſuo prædeceſſore, non autem de ipſa electione, prout dicebat *Auendan. vbi ſupra*, nam ſi prædicta iura intelligerentur de ſimplici nominatione, ſeù propoſitione facta à prædeceſſore, eaq; poſtmodùm comprobata à tota Vniuerſitate, vtiq; non eſſet congrua illorum iurium determinatio, quòd prædeceſſor nominans teneatur de culpis, & defectibus ſucceſſoris ab ipſo nominati, quia electio non poteſt dici facta ab ipſo nominante, ſed potiùs ab Vniuerſitate, quæ perſonam approbauit nominatam, prout eſt particularis deciſio *Bart. in l. vnã ex familia §. ſi de falcidia n.*1. *ff. de legat.*2. quem omnes ſequuntur, & ideò periculum non debet eſſe nominantis.

Idem ſi electio eſſet facta ab vno, ſeù pluribus,
24 quibus Vniuerſitas per priùs dediſſet facultatem eligendi, nam cenſetur electio facta à tota Vniuerſitate *l. item eorum §. ſi decurionem ff. quod cuiuſq; Vniuerſitatis nomin. Caldas Pereyra de iur. emphyt. par.*3. *cap.*16. *num.*3. facit *tex. in cap. fin. in prin. de præbend.*

& dignit.in 6. fatendum est ergò, quòd prædicta iura loquuntur de ipsa totali electione facta à nominante, dùm totum periculum ad nominantem spectat.

Nupèr post horum primam editionem prodijt in
25 lucem *tract.de potest.Prorcg.à D.Ioanne Francisco de Ponte Marchione Murconi* editus in otio, quo fruebatur post tot emeritos Magistratus, & honestissimâ missionem ab Inuictissimo Rege nostro impetratam tempore, quo vti Decanus Supremi Collateralis Consilij Regentem Regiam Cancellariam, & Regium à latere Consiliarium grauissimum agebat, qui sub *tit.de abundantia Ciuitatis*, §.1.*num.6. cum tribus seqq.* impugnat hanc meam animaduersionem, inquiens, quòd iura à me allegata loquuntur in simplici nominante, seù potestatem nominationis habente, vel in nominante successorem, & maxima est differentia inter nominantem, & eligentem, secundũ *glos.in l.2.C.de peric.nomin.lib.11. Bald.in l. si ad scribatum, C.de appellat. & ibi Salycet.* Nec refert, quòd nominator teneatur pro successore ab eo nominato, nàm intelligentur iurà illa, quando nominatus fuit confirmatus a Consilio, seù Vniuersitate sub fide, & approbatione nominantis, quo casu non est mirum, quòd nominans pro eo tenebitur, & decisio *Bart.* quã allego in *l.vnum ex familia, §. si de falcidia, ff.de leg.2.* idipsum decidit, dùm dicit, quòd si adunantia generalis eligit illum, quem priores nominauerunt, certè electus videtur ab adunantia specialiter nominatus, ergò qui nominat, non eligit, & aliud est nominare, aliud eligere, & sic hæc *Pragmatica*, quæ loquitur de electione, non recipiet intellectum à iuribus loquentibus de nominatione; Illud verò, quòd ponderauit *ex ead.decis.Bart.* quòd cùm videatur Vniuersitas eligere, licèt alius nominet, propterea non deberet ad aliquid teneri nominans, non concludit articulum, si eligentes sequuti fuerunt fidem nominantis, & cõsisi approbatione illius, nominatum ab eo elegerunt; sicut quando quis nominat alium in officio, quod cõfertur ex sola nominatione, nàm semper pro eo tenebitur, iuxtà *text.in l.exactores, C.de suscept. & exact. lib.*10. quia datur officium vigore nominationis. Hęc ad literam scripsit doctissimus ille Vir, cuius grauissima authoritas maximum quippè robur addere potest decisioni S.C. superiùs à me citatæ.

Sed, vt ansa præbeatur subtilioribus veritatem
26 magis funditùs indagandi, liceat mihi nonnulla alia in medium afferre pro resoluẽdis argumentis à Domino meo in contrarium adductis.

Aduerto igitur in primis, quòd quatènus eius
27 principale fundamentum consistit in illo axiomate, quòd scilicèt iura per me citata loquuntur in simplici nominante, & aliud est nominare, & aliud eligere. Hoc non est ità vndequaq; irrefragabilitèr verum, nàm multotiès idem est nominare, quod eligere, vt probat *text.* expressus iuncta *glos.in verb.nominationem in l.2. C.de decur.lib.*10. *Salyc.in l.si ad scribatum in princ.C.de appellat.* Et propterea ad euitandum æquiuocationem est sciendum, quòd nominatio in
28 materia officiorum sæcularium triplex est. Vna, ex qua nullum tribuitur ius electo, vt putà, si in aliquo Collegio, siuè Vniuersitate ageretur de electione alicuius ad aliquod officium, cuius electio spectat ad Vniuersitatem, seù Collegium, vt vniuersos, vnus ex congregatis nominauit Titium tanquàm personam aptam ad exercendum illud officium, certè ex illius nominatione nullum oritur ius electo, nàm non importat aliud illa simplex nominatio, quàm meram propositionẽ illius personæ per nomẽ, & cognomen, & quemadmodùm ille proposuit vnum, alius potest proponere alium, & sic de singulis, non erit illa nominatio, quæ tribuit ius, sed electio, quam facit Vniuersitas, seù Collegium, aut maior pars congregatorum, ità probat *tex.in l.1.§.solent, & ibi Bart.ff.quand. appell.sit.*

Alia est nominatio, quæ tribuit ius, sed non per-
29 fectum, vt putà, quæ eget confirmatione superioris, & hæc dicitur electio, quia superior, ad quem spectat confirmatio, non potest eligere alium, quàm nominatum, licèt ex iusta causa possit denegare confirmationem, & non aliter; vt infrà exemplificabo, & de hac nominatione loquitur propriè *tex.in l.exactores, C.de suscept. præpos. lib.*10. vbi *Io. de Platea* optimè declarat.

Tertia est nominatio, quæ tribuit ius perfectum, cùm non egeat aliqua confirmatione, ità explicat *Bart.in d.l.1.§.solent*, sequitur *Rebuff.in tract.nominat. q.1.n.17.18.& 19.*

Modò de his tribus speciebus nominationum illa
30 prima species, quæ nullum tribuit ius, differt ab electione; nàm non eò ipsò, quòd quis ab vno de Collegio, seù Vniuersitate nominatus est pro idoneo ad aliquod officiũ, dicitur electus, sed requiritur, quòd electio fiat à tota Vniuersitate, seù à maiori parte, vt *in d.l.1.§.solent, ff.quando appell.sit, l.nominationum, & ibi glos.C.de decurion. lib.*10.

In reliquis verò duabus speciebus, in quibus no-
31 minatio tribuit ius, aut perfectum, aut imperfectum, nominare idem est, quod eligere, vt probatur *in auth. vt ind.sine quoquo suffrag. §. ius iurandum verò, vers. posita, & ibi glos.in verb.nominandis, l.2.* iuncta *glos. in verb.nominationem, l.si ad Magistratum, l.nominationum, & ibi glos.1.in princ.C.de decur. lib.*10. *l.3. §. illud etiam, C.de canon.largition.titulor.lib.*10. & in his duabus speciebus, quia nominatio est idem, quod electio, semper his, qui nominat successorem, seù aliũ Magistratum, tenetur de culpis, & defectibus suorũ nominatorum, vt probant omnia iura per me citata, at in prima specie, in qua nominatio nullum tribuit ius, sed requirit electionem totius, vel maioris partis Collegij, seù Vniuersitatis, non reperitur iure cautũ, quòd is, qui nominat, subeat periculum à se nominati, quantumuis Vniuersitas, & Collegium eius fidem in eligendo sequuti fuerint, quia *text. in dicta l.exactores, C.de suscept. præpos. lib.*10. quem ipse ad hoc
32 probandum adducit, potiùs, pace sua, probat contrariũ, quatènus enim ille *tex.* vult; vt nominantes ad illa officia teneantur de gestis, & administratis per nominatos ab eis, non obstante, quòd fuerint confirmati consensu, & iudicio totius Curiæ, non loquitur de ea nominatione simplici, quæ nullum tribuit ius, prout est quæstio nostra, sed in ea nominatione, quæ tribuit ius imperfectum, nàm eget confirmatione totius cœtus Curiæ, & sic de secunda specie nominationis, quæ idem est, quod electio, & sic ille, qui nominat in casu illius *text.* verè, & propriè eligit, & ideò non mirum, si is, qui nominauit, tenetur de malè gestis à nominato; reliqui enim de cœtu confirmãt tantummodò sub fide, & approbatione nominantis, sed non eligunt, & ideò ipsi non tenentur, prout in specie, quòd eligens tantùm, & non confirmans teneatur, voluit *Luc.de Penn.in d.Lexactores, in verb. discrimen.et ibi Io.de Plat.* post *nu.*1.

Quòd autem *text.in d.Lexactores* propriè loqui-
33 tur non de simplici nominatione, quę differt ab electione, sed de illa nominatione, quæ idem est, quod electio; probatur apertè *in l.super creandis, C.de iur. Fisc.lib.*10. qui loquitur de ijsdem susceptoribus, de quibus loquitur *tex.in d.Lexactores*, quem citat *glo.*1.

ibi

ibi, & dicit in specie, quòd eligebant præsentibus multis publicis personis, & fiebat periculo eligentis, & comprobat *Bartol. in l. 3. §. illud num. 3. C. de canon. largit. titul. lib. 10.* Quò fit, vt decisio *Bartol.* tam punctualis à me adducta nullo modo patiatur intellectum traditum à Domino meo, & successiuè iura à me ponderata, quòd consuetudo, vt Officialis eligat sibi successorem, non sit à iure improbata, remaneat intacta, & illæsa. Nunc addo *glos. in l. non tantùm §. fin. ff. de decur. Bartol. in dict. l. super creandis C. de iure fisc. lib. 10.* qui ad literam asserunt, in electione Officialium seruandam esse antiquam consuetudinem, *& Bald. in dict. l. super creandis in princip.* ait, quòd nulla lex ita benè exprimit, sicut illa, quòd consuetudo concedit ius nominandi, & eligendi.

Et pro confirmatione non omittam, quòd ab hac
34 opinione non videtur adhorruisse idem Sacr. Consil. dum contendente Vniuersitate Terræ Faræ Sancti Martini, quòd electio illorum de regimine deberet fieri per prædecessores tantùm, iuxtà antiquum solitum, non autem per totam Vniuersitatem, Barone verò asseuerante contrarium, ad relationem olim Consiliarij Ferdinandi de Haro, qui residebat in eadem aula cum Domino de Franchis aulæ Decano, fuit interpositum decretum, quòd capiatur informatio, & interim pro illo anno electio non fieret per veteres tantùm de regimine, sed per totam Vniuersitatem congregatam, ex quo quidèm decreto resultat, quòd Sacr. Consil. non habebat reprobatum à iure illud solitum allegatum ab Vniuersitate, quòd prædecessores eligerent successores, nam aliàs non prouidisset, quòd de suo solito caperetur informatio, si post probatum solitum, illud vti à iure reprobatum non debuisset obseruari, quia frustrà fit, quod factum non reluat, & dum pro illo anno tantùm voluit, quòd electio fieret per totam Vniuersitatem, & non per veteres de regimine, clarè cognoscitur, intentionem, & mentem Sacr. Consil. fuisse expressam, quòd si interim fuissent receptæ probationes de solito antiquo, vtiquè pro sequentibus annis iussisset, illud obseruari; sed quia nullæ fuerunt factæ probationes, non fuit facta alia prouisio; Ita apparet ex processu inter Vniuersitatem prædictam, & Io. Felicem Vahgnanum tunc Baronem, penès Antonium Milonum tunc Actorum Magistrum, nunc est Scipio de Scacciauento, vbi comparitio Vniuersitatis allegantis hoc solitum est fol. 27. decretum verò prædictum est fol. 26. à ter.

In illis verò locis, in quibus hæc electio est facien-
35 da per suffragia singulorum ciuium, si contingat, quòd vno die fuerit inchoata electio, sed non completa, die sequenti erit denuò inchoanda, & cœpta
36 non continuanda, docet latè *Barz. decis. 58.* & in dandis suffragijs esse incipiendum à junioribus, declarat *Aules in c. 44. Prætor in prima glos.* vbi etiam *num. 3.*
37 dicit, quòd Decurio expulsus, & postea restitutus non recuperat locum suum; sed quandò officia sunt
38 distincta inter nobiles, & populares, secluſa consuetudine promiscuè omnes admittuntur, *Barz. de nobilit. glos. 35. n. 69.*

Et si in tali electione reperiantur suffragia æqua-
39 lia, cui dabitur prælatio? dic, quòd Superior statuet Vniuersitati terminum ad eligẽdum denuò, vel ad concordandum, quod si non fecerint, credo, quòd Superior ipse poterit eligere vnum de illis, qui habent suffragia æqualia, ita vt electio in hoc casu deuoluatur ad Superiorem, per ea, quæ in simili tradit *glos. in capit. duobus, in verb. teneantur, de rescript. in sexto*, & hoc est speciale, nam regulariter si electio non sortitur effectum, debet fieri noua electio per eosdem electores, ad quos electio spectat,
40 *capit. si electio*, vbi *DD. de elect. in sexto*, verùm si nec electio facta per Superiorem habebit effectum, vt quia electus legitimè se excusauerit, vel repertus fuerit incapax officij, an electio semel deuoluta ad Superiorem, denuo ad eum redibit, vel potiùs ad Vniuersitatem, & Ciues? credo, quòd redibit ad Vniuersitatem, ex traditis per *glos. in dicto capitul. si electio, in verbo integrum, de elect. in sexto*, & iudicio meo, vtrunquè probatur optimè *in capitul. si Compromissarius eodem titul. de elect. in sexto*, faciunt tradita per *Odoffred. in l. 1. num. 2. in fin. versicul. Or signori ff. si quas in ius vocat. non ier.*

Et vt huiusmodi electiones ad regimen Vniuer-
41 sitatum rectè procedant, quatuordecim aduertentias, & requisitiones concurrere debere, considerat *Auendan. de exequend. mand. lib. 1. cap. 19.*

An autem hæc electio, & alia publica parlamen-
42 ta possint fieri ab Vniuersitatibus in Ecclesia; seù alio loco Sacro? & videtur quòd non, per *text.* specificum *in cap. decet, de immunitat. Eccles. in sexto*, veritas tamen est, quòd & publica parlamenta, & cæteri actus extraiudiciales validi sunt, etiam si celebrentur in Ecclesia, licèt celebrantes peccent; ita voluit *Bald. cons. 278. vol. 1.* approbatus *à Nauarr. in cõment. de orat. & hor. canon. c. 5. nu. 31. vers. tertiò sequi-*
D *tur*, & est *glos. in eod. cap. decet §. fin. in verb. processus.*

Est tamen diligenter menti tenendum, quòd si
43 electio facta, allegetur nulliter facta, electi pendente nullitate debent abstinere ab administratione, vt per eundem *Præs. de Franch. decis. 419. nu. 1.* si tamen nondùm cœperint possessionem, *Bonadil. lib. 3. cap. 8. num. 57.* faciunt tradita per *Gabed. decis. Lusit. 112.*
44 *part. 1.* Pro validitate verò huiusmodi electionis est omninò cauendum, nè vota ciuium eligentium sint conditionalia, alternatiua, vel incerta; nam haberentur pro nullis, & inualidis, ex quo vota debent esse simplicia, per *text. in cap. 2.* vbi *glos. in verb. incerta, de elect. in sexto*, & latè tradidit *Præs. de Franch. decis. 438.*

Idem si interueniant impuberes, qui cùm ca-
45 reant discretione, non habent votum in suffragijs præstandis, *l. spurij minores ff. de decur. l. 3. §. impuberes ff. de iure immunit. capitul. ex eodem in princip. de election. in sexto*. Idem si interueniant alij, qui essent priuati voto, adeò, vt electio dicatur facta nemine discrepante, etiamsi discreparent huiusmodi vota, quæ facerent maiorem partem populi; ita constat ex *glos. in capitul. quorundam oculos in verb. numero, & in verb. in discordia de electio. in sexto.*

Et quia *in fin. text.* dicitur, quòd electi de-
46 bent confirmari per eos, ad quos de iure, vel consuetudine spectat; quæro, an Baro possit prætendere aliquod ius in electione, seù confirmatione, aut reformatione horum Officialium? *& Guid. Pap. quæstion. 631.* post *numer. 4. in 3. puncto* ex multis probat, quòd sic. Sed *Albert. Brun. in consil. 138. volum. 2.* consuluit, quòd non, est tamen ve-
47 rum, quòd si Baro sit in quasi possessione huiusmodi confirmationis, erit in ea manutenendus, vt per eundem *Præs. de Franch. dict. decision. 210. post num. 5.* caueant tamen Barones, nè huiusmodi confirmationes sint venales, prout plerunquè fieri conquaritur *Imperator in l. si quos spontanea C.*

C de

de decurionib. libr. 10.

Huic tamen quæſtioni non impertinenter alia
48 ſubnectitur, an ſi Baro habet priuilegium eligendi aliquem Officialem de pluribus ſibi nominatis ab Vniuerſitate cum expreſſa clauſula in priuilegio; quod ſi nullus ex nominatis ſibi placuerit, debeat Vniuerſitas alios nominare, & ſic ſucceſſiuè, donec vnus ex nominatis ſibi placuerit, & acciderit caſus, quòd Vniuerſitas primo loco nominauerit aliquos, quos Baro replicauerit, ſibi non placere; & iterum Vniuerſitas alios elegerit, quos nequaquam Baro acceptabiles reputauerit; & propterea tertiò Vniuerſitas alios nominauerit, an, inquam, licebit Baroni etiam hac tertia vice, & vltrà replicare, quòd electio ſibi non placet; & propterea teneatur Vniuerſitas quartò, & pluries reiterare nominationem? in hac quæſtione reperio, quòd *Siluan. in conſil. 34.* reſpondit, quòd non tenetur nominare vltrà tertiam vicem, ad euitandum infinitatem.

Huic quæſtioni oportunè conuenit alia quæſtio, quæ quotidiè vſu euenit, ſed ad illius deciſionem pauci animaduerterunt; an ſcilicèt in alijs locis, in quibus confirmatio Officialium Vniuerſitatis ſpectat ad Baronem, eaquè eſt facienda paucorum de pluribus ad idem officium electis, & inter
49 hos electos non ſinguli habent æqualia ſuffragia, ſed aliqui in maiori numero, aliqui verò in minori, an, inquam, in hoc caſu poſſit Baro ad ſui libitum confirmare illos, qui habent minora ſuffragia, reiectis illis, qui habent ſuffragia in maiori numero? & proculdubio dicendum eſt, quòd non, ſed debet eligere habentes maiorem, & ſaniorem partem ſuffragiorum, niſi eis obſtet aliqua legitima exceptio. Quo caſu poteſt confirmare habentes minorem partem ſuffragiorum, ſi ſint idonei, ita eſt *text.* formalis *in capitul. dudùm lo primo*, vbi omnes *Canoniſta extra de elect.* & ita ſcio, pluries fuiſſe iudicatum per Sacr. Conſil. prout ſic etiam iudicatum fuit die 4. Julij 1617. referente Domino Didaco Salinas dignuſſimo Senatore Hiſpano in cauſa Vniuerſitatis Ceruinariæ cum Marchione Vulturariæ eius vtili Domino, licet fuiſſet producta copia cuiuſdàm ſententiæ reintegrationis antiquæ, in qua dicitur, Baronem habere facultatem de octo electis datis in liſta per Vniuerſitatem, eligere quatuor, quos voluerit, & ita etiam fuerat iudicatum in eadem cauſa retroactis temporibus ad relationem Domini Fulvij Conſtantij, tunc Regij Conſiliarij, & prædictæ cauſæ Commiſſarij. Actuarius eſt Galterius in proceſſu inter Io. Vincentium Scalaleonem, & prædictam Vniuerſitatem, & fuit ponderatum, quòd illa facultas eligendi, quos voluerit, de iure includit licitum tantùm, non autem libitum, iuxtà auream doctrinam *Bald. in l. fin. in princip. num. 6. C. de contraben. emption.* faciunt tradita per *Bartol. in l. alio in princip. num. 9. & 10. ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. ſi ſic 78. ff. de legat. 1.* quid autem de verbo *placuerit*, vide *Caldas de iur. emphyt. lib. 1. quæſt. 11. num. 14.* affirmantem, importare ſimpliciter prolatum arbitrium boni viri, faciunt tradita per *Nattam in repet. clem. ſæpè §. nam ſic num. 139. & ſeq. de verb. ſignific.* ſed interpoſita reclamatione à prædicto decreto iunctis Conſiliarijs duarum aularum fuit reuocatum, & data libera facultas eligendi, quem voluerit, licèt in ſententia reintegrationis non adſit verbum *liberè*, quod requirit *Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verb. videbitur*, At pro primo decreto adde *Paul. Staibān. conſil. 52.* nuper impreſſo, *Hott. conſil. 1. circa fin. verſ. ſupereſt.*

Quid ſi vota ſint æqualia, & iura æqualia, an po-
50 terit Baro gratificare cui vult? declarat *Azeued. ad Decur. Piſanam lib. 2. c. 17.*

Nec dicatur, quòd in præcedenti caſu confir-
51 matio erit inutilis Baroni, nam ad multa deſeruiet, quæ colliguntur ex *Ioann. de Plat.* & alijs in *l. ſi quos ſpontanea C. de decur. lib. 10.* & ſignanter ad perfectionandum actum, & vt electus poſſit adminiſtrare, *Graff conſil. 2. de elect. tom. 2.* Si tamen
52 huiuſmodi confirmatio Baronis fuiſſet pretio redempta, eſſet nulla, vt per *gloſ. in dict. l. ſi quos ſpontanea, & ibi Scribentes.*

Verùm hæc confirmatio Baronis fortaſſe non erit
53 expectanda, quandò ipſe Baro eſſet excommunicatus, aut contumax, vel abſens in longinquis partibus, non relicta perſona legitima, ex traditis *in cap. vnic. §. fin. & ibi DD. ne ſede vacante in 6.* & confirmant tradita per *Tiraq. de legibus connub. gloſ. 8. in verb. de ſan. mari. nu. 4.*

Hæc omnia benè procedunt in Officialibus de-
54 regimine Vniuerſitatis, qui non ſunt confirmandi à Baronibus, niſi extet conſuetudo, vt hic; at ſi Vniuerſitas haberet ius eligendi aliquem Officialem, non ad regimen Vniuerſitatis, ſed ad exercitium iuriſdictionis, tunc nullo modo poſſet adminiſtrare abſq; confirmatione Baronis, vt poſt latiſſimè diſputatū articulum concludit *gloſ. in extrauag. Ioan. Eccleſiæ Romanæ in verb. debeat*, & in tali confirmatione attenditur conſuetudo, vt in alia *gloſ. ibid. in verb. conſueuerit cōfirmari*, & optimè probatur in *§. ſus iurandum verò in auth. de defunct.* optimè *Ripa de remed. ad conſeru. vber. num. 189. & ſeqq.*

Ad quæ autem extendatur poteſtas horum Offi-
55 cialium Vniuerſitatum, poſtquam ſunt legitimè electi, docet amplè *Azeued. ad Decur. Piſan. c. 18. lib. 2. Tepat. in ſuo compen. iur. lib. 1. tit. de Official. & Conſiliar. Vniuerſitatum.*

Conſulo tamen, vt quilibet procuret, quantùm in
56 ſe eſt, euitare huiuſmodi officia in adminiſtratione Vniuerſitatum, quia vltra diuerſa incōmoda, & pericula, quæ ſubire tenentur, ſi contingat fieri aliquod delictum per Vniuerſitatem, ipſi tanquàm priores, & maiores debent puniri, vt declarat *Andr. in c. 1. poſt n. 2. de pac. iur. firm.* ad quod eſt videndus *Reuard. lib. 3. c. 8. n. 92. cum ſeqq.*

Et an in electione horū Officialium de regimine
57 Vniuerſitatis explicāda per Conciliū Vniuerſitatis, E vocari debeant filijfam. & alias quæſtiones in actu practico refert *Luc. de Penn. in l. nominationum forma col. 2. & 3. C. de decur. lib. 10.* Plura alia ad hanc materiam habes apud *Gabed. dec. Luſit. 84. part. 2. Auend. de exeq. mand. p. 1. c. 19. n. 13. in fin. cum plurib. ſeqq.*

ADDITIO.

A CIrca hoc vide *D. Capiblan. de Baron. tom. 2. c. 71.* vbi docet praxim, & requiſita conuocationis Parlamenti, ſeù Conſilij publici pro electione Officialiū Vniuerſitatis, & *Nicol. Loſa. de iur. Vniuer. p. 1. c. 3. n. 56. & ſeqq.* qui loquuntur in proprijs terminis electionis Officialium de regimine Vniuerſitatis, & cōcludūt, debere interuenire duas partes ex tribus, ac idē *Loſanus n. 75.* latè probat, quòd ad hoc vt Conſiliū, ſeu Parlamentū, quod vocant Vniuerſitatis, dicatur legitimè cōgregatū, & Decurionū decreta valeant, requiritur, quòd vocentur omnes Ciues Vniuerſitatis, ac Conſiliarij, ſeù Decuriones, ad Cāpa-

pæ

ne ſonũ,vel voce Præconis,iuxtà conſuetudinẽ loci, & quòd fiat de ordine, & mandato Magiſtratus, & licèt non omnes veniant, tamen videntur omnes facere,quod faciunt qui veniunt, ſi tamen duæ partes ex tribus veniunt, idq; probat quamplurimis iuribus, & *DD.* authoritatibus, quas tranſcribere non curo, ijs tantùm addo *Capyc. deciſ.4.* vbi *Maſull.* & cęteri,& quod facit, & concludit maior pars iſtarum duarum partium,dicitur factum ab omnibus, & valet quòad omnes, *Alex.in l.iuriſgentium,§.finali num.* 12.*ff.de pactis, Corn.conſ.*148.*num.*5. *lib.*1. Præiudicat enim maior pars minori in negotijs tangentibus ſingulos vti vniuerſos,*D.Franch.deciſion.*2.*num.*1.*& Capyc.dict.deciſ.*4.*num.*1. licèt ſecus in tangentibus ſingulos vti ſingulos,*D.Capib.de Baron.tom.*2.*cap.*73. *num.*2. *&* 9. & Emint. quondam *Cardinalis de Arctio* vir, qui maxima doctrina, & integritate reſulſit inter *Conſil.Domini Regentis* 33. in ordine *volum.* 2. *num.*1.*&* 7. Nec ſufficit, quòd in inſtrumento dicatur,*Conuocatis,& Coadunatis Ciuibus,vel Conſiliarijs,* niſi dicatur interfuiſſe duas partes ex tribus omnũ Ciuium,& Decurionum,ſeù Conſiliariorum conuocatorum,vt moris eſt,*Paul.Caſtr.in l.nulli num.*7. *in fine,ff.quod cuiuſq;Vniu.Alex.conſ.*195.*num.*4. *vol.*7. ex doctrina *Oldradi in conſ.* 100. qui loquitur in Capitulo Canonicorum, & latè proſequitur *Loſæus d. cap.*3.*num.*77.reiecta opinione Canoniſtarum,tenẽtium, quòd quando Vniuerſitas eſt congregata more ſolito, & legitimè, iuxtà conſuetudinem loci, & non omnes facientes duas partes ex tribus venerint, nihilominùs illi, qui venerunt, poſſunt negotia, & actus Vniuerſitatis explicare, & eorum geſta valebunt,de quo per *Abbat.in cap.cùm omnes de conſtit.* Nam veritas eſt in contrarium, vt per *Eum* ſub *dict. num.*77. Et iure,ſi Canoniſtarum opinio eſſet vera, poſſentq; perpauci, quatuor ſcilicèt, vel ſex,qui venerunt Vniuerſitatis negotia tractare,& expiere,deſtrueretur planè ſupradicta concluſio iuribus,& infinitorum *DD.* calculo firmata, quòd ſcilicèt, tàm in Officialium electione, quàm in quouis alio Vniuerſitatis negotio pertractando requiritur concurſus, & interuentus duarum partium ex tribus Ciuium Vniuerſitatis vocatorum.Et ſtari dicto Notarij aſſerentis, adfuiſſe duas partes ex tribus, donec contrarium probetur,notauit *Capyc.*in relata *deciſ.*4. *nu.*5. pro hac materia omninò videndus.

Verùm quòd tàm in conuocatione Conſilij,quàm in electione Officialium attendenda ſit loci conſuetudo, tradit *Gabriel. comm. opin. lib.*6. *tit. de conſuet. concluſ.*2.*num.*40.*&* 41.ex *Bar.in l.omnes populi, ff.de inſt.& iur.& in d.l.item eorum,ff.quod cuiuſq.Vniu.*

B Niſi tractetur de intereſſe ipſius Capitanei,vel etiã Baronis,*Loſæus de iure Vniu.c.*3.*n.*67.*D.Capibl.de Baron.d.c.*72.*n.*8.*& Auend.de exequ.mand.c.*19.*n.*7. *in fine,verſ.Quod autem dixi.* Et in dies per Sacr. Conſ. expediuntur prouiſiones, quando tractatur de aliquo grauamine proponendo,vel lite aliqua mouenda contra Capitaneum, vel Baronem, quòd liceat Vniuerſitati ſe congregare abſq; interuentu Capitanei,& ità fuit annis elapſis ordinatum per Dominum Regentem tunc Conſiliarium, & Commiſſarium grauaminum Vniuerſitatis Tortacæ contra Magnificum Baronem, me patrocinante pro Vniuerſitate, in Banca de Ferrarijs, nunc de Spera. In terra autem, in qua eſſet diuiſa iuriſdictio ciuilis à criminali, eſſentq; duo Capitanei, ciuilis ſcilicèt vnus,& alter criminalis,quis eorum deberet conuocare conſilium,& in eo interuenire,dic,quòd vtrũq; aget Capitaneus ciuilis, *Capyc.deciſ.*27. *num.*22.etſi dicat,quòd Capitaneus criminalis, ſi velit etiam intereſſe, non poterit ſibi denegari aſſiſtentia, cùm etiam ipſe ſit de Vniuerſitate, quod etiam fuiſſe approbatum per Sacrum Collaterale Conſilium refert *D.de Franch.deciſ.*388.*num.*1. & quis eorum debeat præcedere,tractat idem *Præſes ibidem.*

C Congruit Doctrina *Paul.de Caſtr.in l.nulli* 4. *n.*12. *ff.quod cuiuſq. Vniu.nom.*vbi etiam *gloſ.* quam refert *Nicol.Loſæus de iur.Vniu.p.*1.*c.*3.*n.*54. quòd .ſ. ſunt potiùs eligendi ad officia illi, qui ſunt de corpore Vniuerſitatis, quàm exteri, & qui non ſunt de ipſa Vniuerſitate,prout ſunt Incolæ, id, quod optimè, validiſq, iuribus, ac *DD.* authoritatibus probat *Anna allegat.*57.*à num.*7.*ad* 19.& cęteris prętermiſſis,& longè plura ad rem hanc conferentia adducit *Surd.in tract.de alimen.tit.*1.*quæſt.*93. benè fundans, eleemoſynam, honores, officia, beneficia, ordines, ac annonam eſſe potius diſtribuendam, & concedendam ciiubus,quàm exteris,& incolis,etiam ſi iſti ſint illis magis idonei,prout de filijs Officialium ad paterna munera vocandis, cum prælatione cæteris fortè concurrentibus,etiam magis habilibus, benè, ac ſatis elegantèr tradit *D. Fuluius Conſtan.* Corleti Marchio, Collat. Conſil. Regens Decanus, vir quidem non minus doctrina, quàm probitate micans in doctiſſimis *commentarijs ad tres libros Codicis in l.*1.*&* 2.*n.*26.*C.de filijs official.lib.*12.

Et ad id, quod dicit D. Regens, quòd inter originarios præferri debeat is, qui filios habet, referri quoq; poſſet lex Iulia,quam tradit *Gell. lib.*15. *c.*15. Octauij Auguſti, tradita *à Petr. Vander. de priuileg. credit.c.*5. edita ad dirimendas Officialium controuerſias circa præcedentiam. Hac,inquam, lege cautum erat,vt priori ex Conſulibus ſumendi faſces poteſtas eſſet,qui plures liberos, quàm Collega in poteſtate haberet,aut bello amiſerit, ſi verò par vtriq; eſſet filiorum numerus,tunc qui maritus, aut in numero maritorum eſſet,quòd ſi ambo mariti,totidẽq; liberorum partes eſſent, tunc qui maior natu eſſet, prior faſces ſumeret,ex qua ſanè lege plenè conſtat, hanc præcedendi auram, ſiuè fumum antiquiſſimis etiam temporibus viguiſſe, ac ſemper ambiiſſe,quẽlibet altero maiorem videri,ac ad filiorum procreationem iura, patreſq; conſcriptos ſemper proſpexiſſe,cùm Reipublicæ intereſſit,ciuibus repleri,nedùm ad munera Vniuerſitatis ſubeunda, ſed quod magis eſt,ad Dei honorem,& famulatum.Porrò ſi homines in Mundo deficerent, quis vellet ſacrificia Deo offerre? ideoque plures pœnas impoſitas fuiſſe legitur apud Antiquos, his, qui ab vxore ducenda abhorrebant, quas refert *Petrus Vander. loco* relato, multaq; præmia referebant hi, qui vxorem ducebant, quæ breuitatis cauſa tranſcribere non curo, præterillud, quod erat optimum, vt cùm per ſingulas domos exigenda quædam pecunia, ſeù vectigal inueſtigaretur,conſultò ſanè prętereiebatur, eratq; immunis domus illius, qui proximè vxorem duxiſſet, tantus erat matrimonij fauor, & filiorum deſiderium, & per hoc fuerunt tot priuilegia mulieribus,& earum dotibus tributa.

D Et *Nicol.Loſæus de iure Vniu.part.*1.*cap.* 3.*num.*73. ſecundùm *Bald.*authoritatem in *l.*2.*n.*6.*C. de ſacroſ. Eccleſ.*huiuſmodi negotia tractari poſſe in Eccleſia,ac etiam ea poſſe fieri die feſto,vt dicit *Capibian. de Baron.d.cap.*72.*num.*6.*tom.*2.

E Filiusfamilias de iure communi vocandus eſt ad
a Parlamentum,ſeù Conſilium Vniuerſitatis pro electione Officialium facienda,ac etiam eligi poteſt ad officia Vniuerſitatis,*l.illud notandum* cum *l.ſequenti,*

ff.quod cuiusq. Vniu. l. filios in potestate, C. de decur. lib. 10. *& l.* 3. *§. quod pater ff. de muner. & honor. & Nicol. Losa. de ap.* 3. *p.* 1. *n.* 26. quod etiam probari potest per *pragmatic.* 5. *§.* 16. *hoc eod. tit.* per quam prohibetur, simul, eodemque tempore eligi patrem, & filium ad officia Vniuersitatis, ergò si diuinctim, & diuersis temporibus eligantur, valida erit electio, per argumentum à contrario sensu, quod est validissimum, *l.* 1. *§. huius rei ff. de offic. eius, & Everard. in loc. à contr. sensu*, licèt *D. Regens infra in d. pragm.* 5. *§.* 16. *num.* 28. contrarium probet de iure communi in continuatione, quando scilicèt vno anno pater fuisset electus, & sequenti filius eligeretur, nam esset continuatio honorum, quæ a iure reprobatur, ex *tex. in l.* 1. *C. de muner. & honor. non contin.* vbi *glos. in ver. cõtinuatio*, in his omnibus, quæ publici iuris sunt non curatur de patria potestate. *Imam quod ff. ad Senat. Conf. Trebell. glos. in d. l. illud, & Paul. Castr. in d. l. nulli num.* 11. *ff. quod cuiusq. Vniuers.* Quinimmò possunt pater, & filius simul, & semel Parlamento interesse, potestque vnus alteri vocem suam, seù suffragium præbere. *d. l. illud notandum*, cum *l. item eorum, ff. quod cuiusque Vniuers.* non enim quasi domestica persona, sed quasi decurio videtur dedisse, vt expresse dicit *tex. in d. l. item eorum*, Non refragante in hoc prædicta *Regia pragmatica* 5. *§.* seu *cap.* 16. *hoc eod. tit.* quia tanquàm correctoria iuris communis non extenditur vltrà casum expressum. *D. Regens in pragm.* 1. *num.* 21. *de assass.* licèt non possit tamen pater decurio filium destinare pro negotijs Vniuersitatis tractandis, iuxtà *pragm.* 4. *sub eod. tit.* Nec solùm pater potest filio in electione suffragium tribuere, & filius patri, sed etiam duo fratres, si consilio interfint, potest vnus alteri vocem præbere, relatis iuribus, et si non possit eodem tempore vtereuè ad Vniuersitatis officia eligi, vetante sic prædicta *Reg. pragm.* 5. *§.* 16. sub pœna nullitatis, & inualiditatis electionis. Congruit hic quærere de duobus. Primum est, An si filius Vniuersitatis administrationem susceperit patre volente, & consentiente, vel si ex post facto pater electionem in personam filij ratam habuerit, insolidum cum ipso filio Vniuersitati pro filij administratione tenebitur, eritq. obligatus. Secundum, an Vniuersitatis Administratores teneantur cauere de benè administrando, & Vniuersitatem saluam fore, & quomodò fideiussores teneantur, & an pro sorte tãtùm, non autem pro vsuris, nec pro pœnis. Circa primum affirmat *Nicol. Losa. de iure Vniuers. p.* 3. *cap. vltim. num.* 26. idque multis iuribus probat, & ego verum putarem, nedùm si pater expressè consenserit, vel postea electionem filij ratificauerit, verùm etiam si non consenserit expressè electioni in personam filij, sed tantummodò non contradixit, ità probat *text. in L.* 3. *§. quod pater, ff. de muner. & honor.* & notauit *Andr. de Barulo in L.* 1. *& in l. filios, C. de decur. lib.* 10. quia non potest pater filium abstrahere à functione munerũ Vniuersitatis, vt in *d. §. quod pater, in fi.* & sic in hoc casu etiam pater tenebitur, nisi expressè contradixerit, vt suprà, quo tantùm casu tenebitur de peculio, vt per *Andr. de Barul. in d. l. filios.* Aduertant ergò patres, vt expressè filio ad officia accedenti contradicant, nisi velint pro ipso teneri; Quòad secundum idem *Losa loco* relato *sub nu.* 24. & 25. dicit, quòd Administratores Vniuersitatis tenentur cauere de benè administrando, & Rempublicam, q. saluam fore, licèt fideiussores non teneantur vltrà sortem, per iura, quæ allegat, attamen ego credo, quòd tenétur tantùm jurare de rectè administrando, omni fraude remota, prout placet *Ripa de remed. ad conseruan. vbertatem num.* 4. & ità hodiè seruatur, juxtà *text. in Lubenus per hanc, C. de erogat. militar. annona lib.* 12. Si tamen pro his Administratoribus intercesserit aliquis fideiussor de benè, & fideliter administrando, habebit hic fideiussor beneficium discussionis principalium, etiam si tali beneficio renuncierit, prout notat *D. Regens infra super prag.* 5. *nu.* 20. *hoc eod. tit.* Io. Lagan.

Pragm. IV. De Administrat. Vniuersit.

RERVM SVMMA.

1 *Decuriones iure communi non solùm eorum coniunctos possunt eligere, & destinare pro negotijs Vniuersitatum, sed vnum ex seipsis quoq; idq; corrigitur hic.*

2 *Rectores Ciuitatũ sunt prohibiti accedere ad Superiorem pro negotijs ipsarummet Ciuitatum, coram quibus habent negotia propria.*

Negotia propria parui momenti non habentur in consideratione.

A Nostra notitia è peruenuto, &c

Sindici destinandi Neapolim pro negotijs Vniuersitatum non sint filij, aut aliter coniuncti Decurionibus, & eligantur in parlamento publico. H. D.

Hæc Pragmatica corrigit ius commune, per quod
1 ust permissum Decurionibus, nedùm eligere eorum coniunctos, sed vnum etiam ex seipsis; vt per *Licent. de Pisa in sua Decur. Pisan. lib.* 2. *c.* 10.

Et dùm in eadem Pragmatica ponderatur, quòd
2 Sindici taliter destinati ibi tractent eorum negotia particularia; priusquàm Vniuersitatis, est aduertendum, quòd de iure communi Rectores Ciuitatum prohibentur pro negotijs Ciuitatis accedere ad Superiorem, coram quo habent negotia propria, vt probat *Azened. ad Decur. Pisan. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 4. *vers.* 6. sed latiùs videas *Bonadil. lib.* 5. *c.* 4. *nu.* 54. *per tot.* affirmantem, non posse tractari negotia propria, nec aliorum, nisi sint accessoriè, & parui momenti.

Pragmat. V. De Administr. Vniuersit.

RERVM SVMMA.

1 *Priuilegium pecunia Fiscalis, vt Exactores non possint illã ad proprium cõmodum conuertere, nec alijs mutuare, est cõmunicatum hodiè pecuniæ Vniuersitatis.*

2 *Baro an valeat contra vasallos hanc Pragmaticam contrauenientes procedere.*

3 *Baro an possit cognoscere de delicto quod per nouam legem fit delictum, dùm antea non erat.*

4 *Quadrupli pœna, de qua hic distributio vti facienda sit.*

5 *Sindicus non potest expendere vltra medium aureum, absq; mandato Electorum in scriptis, & in hoc mandato an interuenire debeant singuli Electi, vel maior ipsorum pars, remissiuè.*

6 *Vniuersitatis introitus in quibus casibus sint expendendi, remissiuè.*

7 *Administrator non tenetur edere suæ administrationis libros, nisi aduersario declarante se approbare partitas tàm pro se, quàm contra se notatas.*

8 *Administrationis libros editos an possit aduersarius pro parte acceptare, & pro parte negare.*

9 *Computorum in redditione administrationis, quæ seruari debeant, remissiuè.*

10 *Administratores non debent participare de afflictibus Vni-*

Vniuerſitatum nec per ſe, nec per intermediam perſonam, & quandò videantur participare per intermediam perſonam, remiſſiuè.

11 *Adminiſtrator ſi antè aſſumptum officium participabat, an patiatur pœnam, de qua hic.*

12 *Adminiſtratores Vniuerſitatum non poſſunt vendere fructus immaturos antè recollectionem, idq; fallit, vbi Sindici, & Electi obligarentur proprio, priuato, & principali nomine, quia tunc tenet contractus reſpectu particularis obligationis ipſorum.*

13 *Licitatores, qui totam affictus præcedentis mercedem non ſoluerint, non admittuntur.*

14 *Capitanei locorum iure communi quoq; incontinenti, ſummariè, ſimpliciter, & de plano omnibus expoſitis exceptionibus poſſunt compellere Vniuerſitatum debitores ad ſoluendum, & n.16.*

15 *Exactor vti verſabitur circa exactionem collectarum impoſitarum pro bonis, ſi vnus in quinterno ſit deſcriptus, & alter poſſideat, remiſſiuè.*

17 *Vniuerſitas poteſt agere actione perſonali contra tertios poſſeſſores bonorum, quæ fuerunt debitoris pro rata, etſi regulariter non habeat tacitam hypothecam.*

18 *Vniuerſitas præfertur omnibus chirographarijs creditoribus.*

19 *Vniuerſitas hodiè reſpectu adminiſtrantium bona ipſiuſmet Vniuerſitatis, tacita hypotheca fruitur.*

20 *Fideiuſſor, qui interceſſit pro adminiſtrantibus bona Vniuerſitatis de benè, & fideliter adminiſtrando, gaudebit principalium diſcuſſionis beneficio, etſi renunciauerit, quod tamen duplicem admittit reſtrictionem.*

21 *Succeſſores in officio tenentur liquidari facere predeceſſorum computa infra menſem.*

22 *Quantitatum ſignificatarum in beneficium Vniuerſitatis nihil relaxari poteſt, quod fallit in caſu l. aduerſus C. de vſuris.*

23 *Cines aggregati per priuilegium, etiam tenentur ad collectas*

24 *Vniuerſitas pro exactione collectarum an poſſit incipere ab exequutione, pignus capiendo, & perſonam carcerando, remiſſiuè.*

25 *Debitor Vniuerſitatis ex cauſa collectarum non poteſt compenſare cum eo, quod ſibi debetur ex alia cauſa.*

26 *Contribuere an teneatur ciuis, cum quo Vniuerſitas litigat, impoſitis collectis pro expenſis dictæ litis.*

27 *Filiusfam. durante patria poteſtate an poſsit eſſe de regimine Vniuerſitatis.*

28 *Perſonæ prohibitæ eſſe de regimine Vniuerſitatis vno, eodemq; tempore, an poſsint eſſe vna poſt aliam.*

29 *Minores arcentur à regimine Vniuerſitatis, niſi penuria adeſſet maiorum, vel in contrarium vigeret conſuetudo.*

Fratris electio viribus non ſubſiſtit ob alterius fratris interuentum.

30 *Debitor Vniuerſitatis, vel litigator ſi ſit electus ad illius regimen, & poſt electionem factam, vel reliqua reſtituat, vel liti finem imponat, an firma erit electio.*

Electio, quæ ſit iure proprio diſtinguitur ab ea, quæ ſit iure alieno.

31 *Inhabilis tempore imbuſſulationis, ſi tempore, quo extrahitur à buſſula, eſt habilis, an repellatur ab adminiſtratione.*

32 *Debitores Vniuerſitatis, & eius litigantes an debeant carere voce actiua, atq; paſſiua.*

33 *Vniuerſitas an debeat ſubminiſtrare expenſas minori parti adeunti Superiorem pro irritanda electione malè facta, remiſſiuè.*

34 *Electus ſi antè litem finitam renunciet, an debeat ad officium admitti, remiſſiuè.*

35 *Inquiſitus criminaliter non poteſt eligi ad regimen Vniuerſitatis.*

36 *Filius, vel frater carnalis committentis recaptum non poteſt ad aliquod officium, vel dignitatem aſpirare.*

37 *Vniuerſitates, & Platea non poſſunt ſe congregare pro facienda donatione, abſq; Proregis licentia, quæ ſi nõ eſt coarctata, ſed ſimplex, non requiritur aliud decretum.*

38 *Decuriones poſſunt Principi donare, Vniuerſitate non congregata, ammo diſſentientes pro dicta donatione facienda collectari poſſunt.*

39 *Vniuerſitates poſſunt donare Baroni, vt eligat eam in ſuam cameram reſeruatam.*

40 *Sindici, & Electi an poſsint concedere alicui immunitatem collectarum, vel gabellarum, debitum, aut pœnam remittere, minorare, aut componere.*

41 *Barones adſtringuntur ad obſeruari faciendum ſingula huius Pragmaticæ capita.*

Computorum reuiſio cuius expenſis ſit facienda.

42 *Liquidatio computorum adminiſtrantium, ſeu exactorum Vniuerſitatum procedit etiam reſpectu ciuium particularium, qui nomine Vniuerſitatis pecuniam mutuo acceperunt.*

43 *Vniuerſitas petens rationum redditionem de pecuniis mutuo acceptis à ciuibus nomine Vniuerſitatis, tacitè dicitur ratificare illorum obligationes.*

44 *Rationibus ſemel redditis, & liberatione conſequuta, quis non tenetur illas iterum reddere, niſi apparente læſione, quod hodiè non obſeruatur.*

45 *Partitæ aliquæ ſi ſunt falſæ, an reliquæ falſæ quoq; reputentur, remiſſiuè.*

46 *Verbum* inuiolabiliter *in hac Pragmatica poſitum, quid importet, & n.48.*

47 *Terminus an ſit dandus in reuiſione computorum, remiſſiuè.*

49 *Pœna arbitrium Regi, vel Proregi reſeruatum, an tranſeat in Baronem, & eius Iudicem.*

50 *Baro per iuriſdictionem Regem repræſentat, & dicitur ordinarius Iudex vaſallorum.*

51 *Pœna, quæ præter expreſſam imponitur arbitraria, non poteſt priorem excedere.*

52 *Pœna varia, ſi ob diuerſas iuriſdictiones imponatur, altera per alteram non tollitur.*

PErche habbiamo inteſo, &c.

Hæc Pragmatica continet plura capita, in quibus ſtatuitur certa forma, quam obſeruare debent Officiales in adminiſtrandis rebus Vniuerſitatis, eamq; copioſis commentarijs ornauerunt primo loco *Petr. Foller.* ſecundo verò *Io. Paul. Montan.* ac nouiſſimè *Michael Zappullus* cõpater meus amabiliſſimus poſt hæc mea ſcripta editus, ad quos me remitto. Nolui tamen aliqua notatu digna prætermittere, & ideò

1 dũ in 2.§. dicitur, quòd Sindici, Aerarij, & Exactores non poſſunt vti ad proprium commodum pecunia Vniuerſitatis, nec illam cuilibet mutuare, eſt notandum, quòd hoc eſt priuilegium pecuniæ Fiſcalis, per *tex. in l.1.C. de his, qui ex publicis ration. lib.10.* quod hodiè per hãc Pragmaticam eſt communicatum pecuniæ Vniuerſitatum, immò pecuniam ad vnum vsũ deſtinatam, non poſſunt in alium conuertere, vt in *l.1.C. de expenſ. Iudor. lib.10. l.1. & 2. & l. legatam ff. de admin. rerum ad ciuit. pertin.* cum alijs congeſtis per *Ferdm. Loazes in alleg.* ſeu *conſil.* pro *Marchione de Velez in prima dubit. motiu. vlt. pro Marchione n.106. fol.* mihi 232.

Item eſt aduertendum, quòd dùm in eodem 2. §.

adijcitur pœna contrauenientibus in quadruplum,
2 ſub expreſſa declaratione, quòd medietas applicetur Regiæ Curiæ, *Foller.n.7.* dubitat, an Barones poſſint procedere contra ſuos vaſallos contrauenientes virtute huius Pragmaticæ, & inclinat in partem negatiuam, præſertim quando Regia Curia præueniſſet, ſed fallitur hic *Foller.* nàm ſuæ opinioni valdè obſtant adducta per eundem *Foller. in ſua præct. crim. in verb. audiantur excuſatores num.* mihi 132. *Præſ. de Franch. dec.* 434. *Theſſ. dec.* 132. & quotidiè practicatur
3 contrarium; In eo tamen articulo ad quem hæc quæſtio reducitur, an. ſ. quandò, ex nouam legem fit delictum id, quod anteà non erat delictum, Baro de illo poſſit cognoſcere, eſt omninò videndus *Surd. conſ.* 152. *vol.* 2. *Pancirol. conſ.* 185. *num.* 17. *Menoch. conſ.* 604. *volum* 7. latiſſimè *Gaſpar Theſar. in duobus conſiliis impreſſis inter ſuas additiones ad dict. dec.* 132. *ſui patris*, *Mart. conſ.* 117. qui affirmant pro Barone, & nouiſſimè pro eodem *Peregrin. conſ.* 25. *vol. n.* 5.

Circa verò diſtributionem huius pœnæ quadrupli, de qua in hoc *text.* inuenio, quòd *Montan.* hic *n.* 31. putat, illam faciendam eſſe hoc modo, vt ſ. pœna
4 hæc quadrupli diuidatur in 12. partes, quarum quatuor ſint Accuſatoris, quatuor Curiæ, & quatuor Vniuerſitatis, ſed hoc videtur mihi maximi figmentum; nàm verba *Pragmaticæ* ſunt adeò clara, vt nullo egeant declaratione, ſiquidèm de prædicta pœna ſunt faciendæ quatuor partes, quarum vna applicabitur Accuſatori, reliquæ verò tres partes diuidentur pro medietate inter Curiam, & Vniuerſitatem, & ſic de pœna 25. vnc. in Pragmatica contenta, quæ ſummam capiunt duc. 150. applicabuntur Accuſatori duc. 37. cum dimidio pro ſua quarta parte, reliqui verò duc. 100. & 12. cum dimidio integri diuidentur inter Vniuerſitatem, & Curiã, adeò vt duc. 56. tar. 1. gr. 12 capiat Vniuerſitas, & totidem Curia; doctrina verò *Cagnol. in l. aliud, §. refertur, ff. de reg. iur. num. 6.* adducta per *Montanar.* nullo pacto accomodari poteſt huic diuiſioni, ſed pro mea diuiſione vide *text. in §. 6. in fin. infrà hac eadem pragm.*

Et dùm *in §. 3.* diſponitur, quòd Sindicus non poſſit expendere vltrà medium aureum abſq; mandato
5 Electorum in ſcriptis, poteſt probabiliter dubitari, an in hoc mandato debeant interuenire ſinguli Electi, vel ſufficiat maior pars illorum, in qua dubitatione *Dec. conſ.* 296. affirmat, maiorem partem ſufficere.

Pro ratione tamen decidendi ad hunc *text.* & pro eius limitatione vide *Auiles in cap.* 30. *prætor. in gloſ. libramento*, qui ibidem in *gloſ. inſta* declarat, in ou-
6 bus caſibus debeant expendi introitus Vniuerſitatis, latiùs *Bouadill lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 6. *cum ſeqq. vſq; ad finem.* Et circà partitas minutas ſtandum eſt libro expendentis, idem *Bouadill. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 73. cum iuramento tamen affirmat.

Et dùm *Foller. in §. 5. in fin. verbis* concludit, quòd in redditione computorum, quæ fit per Adminiſtratores, introitus, & exitus ſunt ità connexi, vt confeſſio introitus non præiudicet, niſi acceptetur exitus, & è conuerſo, eſt addendus *Franc. Marc. in deciſ. Delphin.* 60. *par.* 1. vbi voluit, quòd Adminiſtrator non te-
7 netur edere libros ſuæ adminiſtrationis, niſi priùs aduerſarius declaret, ſi vult ſtare tàm partitis ſcriptis contra ſe, quàm pro ſe, quod eſt ſummè notandum; Sed limita, vbi fides libri redderetur ſuſpecta ex alijs partitis erroneis deſcriptis, vt per *Farinac. deciſ. Rot. R. m.* 643. & in omnem caſum non poterit exequi pro partitis introitus contra Adminiſtratorem, niſi diſpunctis priùs omnibus partitis exitus. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 21. vbi *num.* 23. diſtinguit. affirmando, vbi eſſet inſtrumentum guaretigij, ex quo liquidum
8 conſtaret, ſi tamen ipſi non nam edti ſint, an poſſit aduersarius in parte acceptare, in parte verò negare, dependet à veritate, vt per *Sebaſt. Medic. de reg. iur. par.* 2. *reg.* 2. *ampl.* 51. vide tamen *Tiraquell. in præſat. ad l. ſi vnquam num.* 53. *C. de reuocand. donat. Rota Genu. dec.* 77. *num.* 15. omninò *Surd. conſ.* 543. *num.* 5. *volum.* 4. *Petr. Io. Anchar. Rhegien. quæſt.* 55. *Matthæſil. not* 78. *Vinacciſ.* 132. *volum.* 1. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 13. *per tot. Ludouiſ. deciſ. Rot.* 377. & quæ ſint ſe-
9 quenda in huiuſmodi redditione computorum, latiſſimè tradit *Foller. in Conſt.* 1. *Peruenit ad audientiam d. num.* 50. vſque *ad* 69. qui ponit quatuor regulas: Primam, vt liber fideliter conficiatur, ratio reddatur, & reliqua reſiduantur. Secundam, vt liber clarè omnia contineat. Tertiam, vt ſcripta probentur. Quartam, vt contra non exhibentem iuretur in litem, & pro hac deciſione *Foller.* addo *Nicol. de Neap. in l. 1. in fin. C. de apoch. publ. lib.* 10. de veritate tamen *deciſionis Delphin.* 60. vide *Solam ad nona decret. Sabaud. par.* 3. *tit.* 24. *gloſ.* 22. *num.* 15. *cum ſeqq.* qui ſaltim admittit quòad libros, quibus de iure communi non creditur, *Bouadill. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 72. dat exequutionem, ſi credat., & debita ſunt recognita.

In §. 6. vbi diſponitur, quòd Adminiſtratores non
10 participent in affictibus Vniuerſitatum, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam, ſcias, quòd vrgens præſumptio fraudis erit, ſi emptor ſit coniunctus Adminiſtratori, vt per *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 459. *num.* 4. & ſi antè aſſumptum officium quis
11 participabat, non habet locum hæc pœna, *Foller. in Conſtit. Iuſtitiarij per prouincias num.* 35. ſed *Bouadill. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 38. *&* 39. negat exercitium, quæ quidèm prohibitio eſt etiam de iure communi in quadruplum, vt in *l. non licet, ff. de contr. empt. l.* 2. *§.* 1. *ff. de admin. rer. ad Ciu. pertin.*

In §. 7. In quo diſponitur, nè Adminiſtratores vendant fructus immaturos antè recollectionem factam,
12 limita, vt non procedat, quandò Sindici, & Electi obligarent ſe, ipſorum proprio, priuato, ac principali nomine; nam tunc reſpectu priuatæ, & particularis obligationis ipſorum contractus tenet, argum. *text. in l. et ſi is, C. de præd. minor.* per quem *text.* rata me Aduocato fuit iudicatum per S.C. referente Regio Cõſiliario D. Franciſco Bernaldo à Guiros in cauſa Vniuerſitatis Poſtilioni cum D. Laura Beltrana Baroniſſa, quæ emerat à Sindicis, & Electis, etiam proprio nomine obligatis certam ſerici quantitatem, iuxtà vocem faciendam in menſe Iulij anno 1595. Actuarius eſt Figliola, pro qua deciſione eſt videndus *Iacob. Mandell.* vulgò nominatus *Albenſ. conſ.* 470. *num.* 5. *volum.* 3. pro ornatu verò illius *text.* nè id obiter omiſerim, eſt videndus *Hieronym. Laurent. deciſ. Auen.* 103. *num.* 6. *Ari. Pinell. in l.* 2. *part.* 3. *cap.* 1. *n.* 17. *&* 18. *C. de reſcind. vendit. Ann. alleg.* 17. & pro intellectu *text.* omninò *Cranett. de indemnitate mulieris num.* 10. *cum ſeqq.* At per *pragm.* 12. *infr. eod.* eſt prouiſum, vt nec etiam obligatio particularium teneat pro debitis Vniuerſitatum contractis abſquè decreto, tu latiùs declara hanc materiam cum *Rodric. de exequut. ſentent. cap.* 4. *nu.* 31. *cum ſeqq.* quando Vniuerſitas eſt in mora, vel non habet bona, vt poſſint capi etiam de perſona.

In §. 8. in quo cauetur, vt affictus gabellarum, &
13 introituum Vniuerſitatis fiant legitimis ſubhaſtationibus præcedentibus, eſt diligentiſsimè aduertendum, quòd inter licitatores non ſunt admittendi hi,

hi qui integram mercedem affictus præcedentis nõ exoluerint, vt est *text. in l. locatio*, aliàs *licitatio*, §. 1. *ver. reliquatores, ff. de publ. & vectig.* iuncta declaratione *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 1. cap. 7. vers. in qua quidem re.*

In §. 11. in quo præcipitur Capitaneis locorum,
14 quòd ad omnem requisitionem Electorum inconmenti, summariè, simplicitèr, & de plano cogant debitores Vniuersitatis ad soluendum, addo, quòd illud idem erat statutum de iure communi, vt per *Thesaur. decis. 164. num. 2.* vbi etiam declarat, quòd Exactor in
15 exactione collectarum impositarum pro bonis, exigit à descripto in quaterno, & non à possessore, &
16 aduertas, quòd contra Arrendatores gabellarum Vniuersitatum procedi debet ad exactionem, reiectis omnibus exceptionibus, duplici ratione considerata per *Ioseph. de Sess. de inhibit. cap. 4. §. 2. num. 31.* & dum *Foller. num. 35.* concludit, quòd si Officiales requisiti à Sindicis sint negligẽtes in cogendo debitores ad soluendum, teneantur de proprio, ego addo *Cl. per. in cons. cau. fiscal. cau. 14 q. 1. n. 5.*

Et dùm idem *Foller.* ibidem concludit, quòd Vni-
17 uersitates regulariter non habent tacitam hypothecam in bonis debitorum suorum, aduerte, quòd adhùc est cõsultum Vniuersitatibus, quia poterit Vniuersitas actione personali agere contra tertios possessores bonorum quę fuerunt sui debitoris pro rata, ex mirabili priuilegio inducto à *l. 2. C. de debitor. Ciuit. lib. 11.*

Item Vniuersitas licèt non habeat tacitam hypo-
18 thecam, tamen habet priuilegium prælationis, & præfertur omnibus creditoribus chirographarijs, *l. pen.*
19 *ff. de priu. cred.* Hodie tamen respectu eorum, qui administrant quolibet modo bona Vniuersitatis, est introducta etiam tacita hypotheca in beneficium Vniuersitatis per nouellam *pragmaticam* publicatã sub die 31. Maij 1597. quæ in noua compilatione per nos facta, est collocata sub hoc *tit. decima* in ordine.

Quod legitimè introduci potuit, vt firmat *Scharf.* damnatæ memoriæ *cons. 83. num. 6. cent. 2.* & procedit etiam de iure communi, ex traditis per *Negus. de pignorib. 4. memb. 2. part. num. 119. Azened. in comment. ad ll. recollect. de nouo additas c. 13. num. 2. vers. item est, & aliud, Bonad. lib. 3. cap. 8. num. 91. in fin. in glos. in lit. K. & lib. 5. cap. 4. num. 80. Escobar de ratioc. cap. 39. num. 6. & 7.*

Est tamen summoperè adnotandum, quòd si pro
20 his Administratoribus interceſſerit aliquis de benè, & fideliter administrãdo, hic fideiussor habebit beneficium discussionis principalium, etiam si tali beneficio renunciauerit, si credimus *Suar. tit. de los emplacimient. c. quæritur vlteriùs num. 11.* quod tu declara secundùm *Bonad. lib. 5. cap. 1. num. 85.* scilicèt si esset fideiussio nimis ampla, vel constaret de inopia principalis.

Item *in §. 12.* in quo grauantur successores in offi-
21 cio, vt liquidari faciant compura prædecessorum infra mensem, adde *c. 41. inter Cap. & priuil. Neap. concessa per Regem Catholicum fol.* mihi 61. secundùm nouissimam impressionem.

In §. 13. vbi prohibetur, relaxari quicquam de-
22 quantitatibus significatis in beneficium Vniuersitatum, est addenda limitatio in casu *l. aduersus, C. de usur.* & amplia in omnibus alijs debitis Vniuersitatis. *Aulles in c. 30. Prator. in glos. gractas.*

In §. 15. in quo prouidetur, quomodò sint distribuendæ gabellæ, & collectæ Vniuersitatum, adde,
23 quòd ad huiusmodi collectas tenentur etiam ciues allecti, siue aggregati per priuilegium, vt per *Conrad. in templ. iudic. lib. 1. c. 1. §. 4. vers. 21. nu. 10.* & pro exactione harum collectarum posset Vniuersitas inci-
24 pere ab executione, pignus capiendo, non autem personam carcerando, vt per *Claper. in centur. cam. fisc. cau. 48.* semper verò est memoriæ tenendum,
25 quòd debitor ex causa collectarum nõ potest compensare cum eo, quod sibi ab Vniuersitate debetur ex alia causa, vt per *Bar. in §. 1. in auth. de collator.* la-
B tè docet *Lancellot. de attentat. cap. 4. limit. 25.* si tamen collectæ imponuntur pro expensis litis, quam Vni-
26 uersitas haberet cum aliquo ciue, in his expensis nõ debet contribuere ciuis, cum quo est lis, *Bertrand. cons. 126. num. 8. volu. 1. par. 2.* tradunt *DD.* per illum *text. in l. Imperatores, ff. de administr. tutor. Parlador. quæst. quotid. 11.* & latius *differ. quot. d. 8. n. 11. & 12.*

In §. 16. vbi statuitur, ne vno, eodemq; tempore
27 possint eligi ad regimen Vniuersitatis pater, filius, vel fratres germani; quæro, an filiusfamilias possit esse de regimine Vniuersitatis, durante patria potestate? & dicendum est, quòd sic, per *text. in l. filios in potestate, C. de decur. lib. 10.* quemadmodùm & illiterati possunt similitèr esse de regimine, vt est *text. in l. expertes, C. eod.* & eodem modo cęci etiam vtroque lumine, iuxtà *text.* eum *glos. in l. infamia, C. eod.* & pro principali dispositione huius §. faciunt tradita per *Pereir. decis. Lusit. 80.*

Nota tamen, quòd dùm personæ hic enumeratæ
28 prohibentur esse de regimine vno, & eodem tempore, à contrario sensu videntur habilitatæ, vt possint esse de regimine vnus post alium immediatè sequendo, & ità fuit decisum per S. C. in causa regiminis Vniuersitatis Castellanetæ, referente humanissimo, magnæq; authoritatis Consiliario Fabio Riccardo, nunc Sacri Consilij Decano. Actuar. Burrello; sed in contrarium videtur mihi dispositio iuris communis, vt per *glos. in l. 1. C. de muner. non contin. lib. 10. in glos. in verb. continuari*, quæ dispositio hic non est innouata, nec alterata, nec correcta, & in specie ponderat *Auendan. de exequend. mandat. lib. 1. cap. 19. num. 24.*
29 *in 7. concluſ.* esset tamen limitanda in casu *Alber. de statut. par. 2. quæst. 15.* dummodò frater non interueniat in electione facta ab alijs Decurionibus, aliàs nõ valeret, quàmuis eligentes essent sex, minores tamen non possunt esse de regimine, nisi adsit inopia maiorum, vel in contrarium esset consuetudo, vt est *text. in l. 2. & ibi glos. C. qui æt. vel prof. se excus. lib. 10.* idem dicas de maiori annis 55. per *text. & glos. in l. fin. C. eod.*

In §. 17. & 18. in quibus prohibentur debitores Vniuersitatis, & litigantes cum ea eligi ad reginen
30 illius; quæro, quid si post electionem factam in personam debitoris, aut litigantis cum Vniuersitate, electus reliqua restituat, vel lis finiatur, an electio firma remanebit? veritas colligitur ex adductis per *Iacob. de Aren. in tract. de bannit. num. 35. cum seqq.* cui adde *Bald. in l. fin. num. 5. vers. tertiò quæro, C. de condit. ex cauſ. Imol. in l. vsusfructus vlt. not. ff. de stipul. ſeru.* & veritas est, quòd attenditur tempus electionis, vt est *text. in cap. eo tempore, de rescript. in 6.* quæ opinio practicatur, teste *Ann. singul. 252.* facit *text. in l. rescripto, vers. debitores, ff. de muuerib. & honorib.* quicquid in contrarium motiuet, nulla de his facta mentione *Fontanell. de pact. nuptial. claul. 3. glos. 2. nu. 33. in fine.* Addo nunc *Alber. de statut. lib. 4. quæst. 91.* vbi etiam *num. 10.* tenet, quòd hoc casu deuoluatur electio ad eosdem Decuriones iure proprio eligentes, secus alieno, & omninò videas *Felin. in cap. post cessionem num. 2. in fin. extr. de probat.* qui idem confirmat, sed pro illis locis, in quibus imbussulantur fa-

milię

milię longè ante tempus actualis administrationis, prout obseruatur in Ciuitate Capuæ, & Castri maris
31 de Stabia, est animaduertendum, quòd si quis tempore imbussulationis est inhabilis, sed tempore, quo debet extrahi à bussula, est habilis, non poterit repelli ab administratione, vt per *Intrigl. singul. 80. lib. 1.* & propterea sequitur, quòd tempore imbussulationis debent imbussulari tàm habiles, quàm inhabiles, reseruata exceptione inhabilitatis ad tempus extractionis à bussula, & licèt contrarium videatur determinare *Bald. in rubr. C. de cond. ob turp. caus. colum. fin.* tamen eius dictum conciliatur secundùm distinctionem *Nelli de S. Gemin. in tract. de bann. in 1. p. 3. temp. quæst. 18.* quòd aut inhabilis prohibetur imbussulari, & procedit dictum *Bald.* aut prohibetur eligi, & tũc procedit opinio *Intrigliol.* Limita disposita in his duobus §§. vt non habeant locum in debitore modicæ quantitatis, ex traditis per *Bald. in auth. sed iam necesse num. 1. C. de donat. antè nupt.* per *gloss. ibi in vers. etsi debitor, Boer. decis. 349. nu. 8. vers. quinimmò, Peguer. dec. 6. n. 9.*

Et quia verba horum duorum §§. quatènus prohibent, debitores, & litigantes admitti ad officia Vniuersitatis, sonant in vocem passiuam tantùm, adeò quòd non propterea prohiberentur habere
32 vocem actiuam in ipsa electione, est sciendum, quòd sub die 24. Nouemb. is 1613. in causa Particularium Neritoni cum Vniuersitate Ciuitatis Neritoni super reformatione electionis ad relationem Reg. Fuluij Constantij Marchionis Corleti maximi nominis fuit judicatum in Collaterali Consilio, quòd debitores Vniuersitatis, & litigantes cum ea careant vtraq; voce, actiua, & passiua in electione Officialium de regimine, penès M. A. de Ligorio Regium Scribam à mandatis, cuius verba sunt hæc,

In causa Particularium Ciuitatis Neritoni cum ipsamet Ciuitate super reformatione electionis ipsius Ciuitatis Neritoni, vt in actis Die 24. Nouemb 1613. Neap.

Facta relatione Sæ Excellentiæ in Collaterali Consilio per Illustrem Marchionem Corleti Regentem Regiam Cancellariam, ac Regium Collateralem Consiliarium, & præsentis causæ Commissarium fuit prouisum, & decretum, quòd electio regiminis Ciuitatis Neritoni fiat in hunc, qui sequitur modum, videlicet.

Decuriones veteres inter se conuenientes nominent nouos, vnusquisq; successorem, & ex nominatis ij, qui à Collegis omnibus, vel à maiori eorum parte approbati fuerint, proponãtur in publico Consilio Ciuitatis, & habentes maiora suffragia, quæ secretè ferantur, electi remaneant, quòd si nominati omnes, vel eorum aliqui repulsam tulerint, in eorum locum alij proponantur, donec fuerint nominati per Vniuersum Consilium, vel maiorẽ partem admissi.

Idemq; seruetur in nominatione Syndicorum, Auditorum, atq; omnium aliorum Magistratuum, ac Officialium Ciuitatis prædictæ, qui omnes à Decurionibus nominentur tantùm, & suffragijs secretis Consilij approbentur.

Seruetur etiam in eligendis Magistratibus vacatio munerum, ita vt ad idem officium per quinquennium, ad diuersum per triennium eadem persona non admittantur, nisi in defectum idoneorum, atq; habilium Reipublicæ vtilitas aliud suadeat, quo casu accedente Consilij consensu possit fieri electio, non habita ratione vacationis prædictæ.

Debitores Vniuersitatis, ac litigantes cum ea nec ipsi eligantur, nec in aliorum electione suffragij ferendi ius habeant, & forma prædicta in omnibus ex nunc in antea electionibus fiendis seruetur, non obstantibus consuetudine, decretis, ac ordinationibus contrarijs quibuscunq; firma tamen remanẽte pro præsenti anno electione tam facta, hoc suum, &c.

Gorostiola Regens.
Constant. Reg. *De Castellet Reg.*
Marc. Ant. de Ligorio Regius Scriba à Mand.

Pluriès tamen contingit, quòd fiunt electiones
33 contra formam traditam per hanc pragmaticam, & propterea minor pars cõtradicens cogitur adire Superiores pro irritanda electione perperàm facta, & tunc probabilis est dubitatio, an ipsa Vniuersitas teneatur subministrare expensas, vel potiùs cedent damno minoris partis contradicentis, tu distingue secundùm *Licent. de Pisa in sua Decu. Pisan. lib. 2. c. 16.* post *gl. fi. in cap. cupientes, de elect. in sexto, Bonad. lib. 3. c. 8. num. 62.* & de eo, qui litigat cum Vniuersitate an teneatur contribuere in expensis Vniuersitatis contra se, *Parl. q. quotid. 11.* tenet, quòd non. Idem decisum fuit per Senatum Dolanum, teste *Grimello decis. 69.* adde *Rot. Rom.* apud *Ludouis. dec. 263.*

Quid autem, si antè quàm lis finiatur, electus ipse
34 renunciet liti, an stante renunciatione, debeat admitti ad officium? vide *gl. in auth. minoris debitor, in vers. prohibetur, C. qui da. tut. vel curat. poss.*

Non tamen obliuioni tradas, quòd inquisitus cri-
35 minaliter nullo modo potest eligi ad regimen Vniuersitatis, vt est *text. in l. vnic. C. de reis postul. lib. 10.*
36 item filij, atq; fratres carnales committentium crimen recapti similiter nõ possunt admitti ad aliquod officium, dignitatem, & honorem vbiq; locorum, vt in *pragm. 10. §. pen. infrà de exul. Bonad. lib. 3. cap. 8. num. 66.*

In §. 19. vbi interdicitur Syndicis, Electis, & Vniuersitatibus actus donationis; adde, quòd hodiè
37 Vniuersiates, & Plateæ nec possunt se congregare pro donando, absq; expressa licentia Proregis, vt in *pragm. 8.* incipiente *Ancorche* secundùm nouissimã nostram compilationem *infra eod. tit. Regens Tapp. decis. S. C. 30.* Quæ quidèm licentia Proregis, si non est restricta ad explorandum tantùm voluntatem Vniuersitatis, sed est simplex ad se congregandum pro donatione facienda, seu alium actum alienationis, habebit vim decreti, quod de iure requiritur in alienationibus rerum Vniuersitatis, nec alio decreto opus esset, vt per *Bart. in l. actor ff. rem rat. haber. & Capyc. dec. 4 n. 9.*

Quod limita, vt non procedat in donatione, quæ
38 fieret Principi, nam illam facere possunt solùm Decuriones, etiam non congregata Vniuersitate, & ad eam possunt omnes collectari, etiam dissentientes, vt per *Thess. dec. 157.*

Item limita in donatione, quæ fieret ab Vniuersi-
39 tate Baroni, vt ab eo eligatur in suam cameram reseruatam; nam talis donatio valet, vt concludit *Albert. Brun. in cons. 22. num. 3. inter consil. feudal. diuersorum,* & fuit iudicatum per S. C. iunctis Aulis, referẽte Regio Consiliario Theodoro in causa Vniuersitatis S. Seuerini cum D. Ferdinando Gõzaga, Actuario Galterio; ad quę faciunt tradita per *Addentes ad Bertazol. in consil. crim. 420. vol. 2. & in vlt. addit.* & dixi in *pragm. 3. n. 11. vers. ab hoc tamen onere, infrà de militib.* Item limita in aliquibus rebus conestibilibus, quas in transitu alicuius Officialis itinerantis afferret Vniuersitas, moderatè tamen, secundùm *Benadil. lib. 5. c. 4 n. 48.*

40 An autem Syndici, & Electi possint cõcedere alicui immunitatem collectarum, siuè gabellarum? vide *text. & glo. in l. 1. & 2. C. de decurion. lib. 10.* & nota,

tu, quòd Syndici, & Electi nèdum Vniuersitatis debitum remittere, seu minorare, sed nec etiam pœnam de iure, vel statuto quæsitam possunt remittere, aut componere, vt probat *Iacob. Rebuff. in l. vnica C. de pistorib. lib* 11. per illum *text.*

In §. 20. In quo adstringuuntur Barones ad obseruari faciendum singula capita huius pragmaticæ in sua cuiuslibet iurisdictione; adde, quòd hæc auctoritas spectabat ad Barones etiam de iure communi, vt per *Cranett. consil.* 238. *& Frecc. de subfeud. lib.* 2. *author.* 18. *Bouadill. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. *Escobar de ratiocin. cap.* 42. *num.* 6. *vers. sed modò*, vbi dicit, quòd reuisio fit facienda expensis petentis, seù morosi, & desidioli debitoris.

Dum verò in *eod.* §. agitur de liquidatione computorum Sindicorum, & aliorum Administratorum, seù Exactorum Vniuersitatum; adde, quòd idem dicendum est, etiam respectu ciuium particularium, qui nomine Vniuersitatis ab alijs pecuniam mutuo acceperunt, vt per *Laurent. in decis. Auenion.* 13. vbi *num.* 4. dicit, vnum summoperè notandum in hac materia, scilicèt, quòd Vniuersitas petendo rationes reddi de pecunijs mutuo receptis per ciues nomine Vniuersitatis, videtur tacitè ratificasse illorum obligationes. Et semel redditis rationibus, & liberatione obtenta, non tenetur illas iterùm reddere, nisi apparente læsione, *Borrell. cons.* 18. sed Reg. Camer. passim destinat Comissarios pro reuisione computorum Vniuersitatum, etiam nulla apparente læsione, quæ practica comprobatur ex traditis per *Bouadill. lib* 5. *cap.* 4 *nu.* 75. *& 76.* & in visione, & reuisione horum computorum possunt interuenire etiam ciues particulares, idem *Bouadill. ibidem num.* 5. & aliquos casus, in quibus sunt admittendæ partitæ rogatæ per Sindicos, & Electos absque decreto Regio, collegit *Bouadill. lib.* 5. *cap* 5. *num.* 17. *cum seqq.* alia vide apud *Borrell. de magist. edict. lib.* 4. *cap.* 13.

Si aliquæ partitæ in computis adiectæ sint falsæ, reliquæ etiam partitæ ex hac falsitate admixta, nùm reputabuntur falsæ? vide eundem *Laurent. decis. Auen.* 53.

In §. 21. vbi mandatur, significatos inuiolabilitèr adstringendos esse ad soluendum, scias, quòd verbũ *inuiolabilitèr* in proprijs terminis huius pragmaticæ notat executionem cum cautione absquè appellatione, *Præs. de Franch. decis.* 347. vbi etiam declarat, quòd in reuisione computorum non fit dandus terminus in causa.

Importat enim, vt non admittatur appellatio ab his significatorijs antè effectualem solutionem, vt ex ordine Ducis Alcalanorum olim Proregis, immortalis memoriæ, directo Sacro Consilio die vltimo Nouembris 1569. Registrato in *Regist. Curiæ* 13. qui quidèm ordo est conformus iuri communi, vt *in* §. *Decuriones, & ibi glos. in verb. repetitionem in auth. de sanctiss. Episc.* latè docet *Gutierrez quæst.* 37. *lib.* 1. *practic. Bouadill lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 84. *Escobar de ratiocin. cap.* 31. & ideò talitèr significatus, non sufficit, quòd constituat se in vinculis ad finem obtinendi reuisionem, sed debet cum effectu soluere, quod malè seruatur.

Quatènus in finalibus verbis huius pragmaticæ vltrà pœnam expressam sit reseruata alia pœna arbitrio Suæ Maiestatis, & Proregis, dubitari poterit, an hoc arbitrium debeat esse solius reseruantis, nec possit per alium exerceri, ex reg. fortè *l. si quis arbitratu, ff. de verbor. obligat.* quam *Tiraquell.* exornat *in l. si vnquàm, in verb. reuertatur, num.* 302. *C. de reuocand. don.* vel etiam hoc arbitrium transeat in Baronem, siuè eius Iudicem? & videtur, quòd sic, siquidem non est personale, sed aptum transire ad Iudicẽ, à Rege deputatum: hinc *glos. in l. fin. C. qui bon. ceder. poss. in verb. à nostra Maiestate* notabiliter supplet, *vel ab aliquo Iudice*, ità vt licentia ibi reseruata, & concedenda à Rege possit etiam concedi à Iudice, quod magis admittendum est in pœnis infligendis, cùm Rex nunquàm iudicet, sed ordinatum iudicium sit penès suos Iudices, quò fit, vt declaratio pœnæ dùm transit ad Iudicem, transire debeat ad Baronem, ad quem transit cognitio vasalli delinquentis, cùm Rex in iurisdictione repræsentetur per Baronem, & ipse Baro dicatur Iudex ordinarius à Rege deputatus suorum vasallorum, vt *Andr.* tradit *in cap. 1. §. hæreditatem de pace tenend. & in Constit. Regni Officiorum periculosa, Reg. de Ponte in eod. tit. de prouis. fier. solit. §. 4. num.* 67. *&* 68. & quicquid iudicat quilibet Iudex Regni, ipse Rex iudicare videtur, idem *Andr. in c. 1. n.* 48. *quæ sint regal.*

Fit etiam hoc probabilius ex eo, quia dùm ad pœnam expressam additur alia pœna arbitraria, hæc pœna potest dici etiam expressa, quia debet esse similis, nec potest excedere pœnam declaratam, vt punctualis est *glos. in l. si fugitiui in verb. alia pœna, C. de seru. fugit.* vbi *Bald.* notat *num.* 7. quòd Iudex debet procedere de similibus ad similia, *Salyc. ibid. num.* 3. *vers. quæro* subdit, exemplificatiuam *aliam* esse similium implicatiuam, & ex hoc etiam non potest dici hæc pœna arbitraria.

Accedat, quòd nouum esset in Regno, vasallum Baronis cognitum, & punitum à suo Iudice, posse cognosci etiam à Iudice Regio, licet enim hoc quandoque contingat in Iudicibus diuersæ Iurisdictionis, ad *text. & ibi Abb. in cap. statuimus extrà de maled. Bald. in l. placet, C. de Sacrosanct. Eccles. & Felin. in cap. de his col. fin. extra de accusat.* ex quo dùm diuersæ pœnæ imponuntur per diuersas leges, vna non tollit aliam, sed ambæ concurrunt, vt *Abb.* notat *in cap. suæ de procurat. & Bald. & Salycet.* ponunt in *l. qui sepulchra, C. de sepul. viol. & Afflict. in Constit. Multæ leges in* 2. *not.* tamen nunquàm fuit admissum, nec obseruatum in Iudice Baronis respectu Iudicis Regij, cùm vnica sit iurisdictio, quinimmò eadem penès Baronem tanquàm concessa à Rege, à quo fluunt, & refluunt iurisdictiones omnes, vt *Omnes* vbiq; tradunt, cogita.

ADDITIO.

A *Cranett. de antiquit. tempor. vers. quartò limitatur, nu.* 47. vbi alios allegat, & *Nicol. Genu. de script. priuat. lib.* 4. *tit. de libr. tutor. num.* 27. vbi ponit alia requisita, etiam in summis magnis, & tradit *Escobar de ratiocin. cap.* 10. *num.* 59. satis benè, vbi etiam dicit, quòd si Administrator sit mortuus, ità vt non possit iurare, eius libro fieri debet in partitis verisimilibus, quia ex morte non parum fidei adhibetur scripturis mortuorum, ex *Bart. in l. admonendi num.* 27. *ff. de iureiur. Bald. Dec. Castr.* & alijs, quos allegat *n.* 60. 61. *&* 62. vbi etiam notat, quid concurrere debet, vt fides adhibeatur partitis libri Administratoris mortui.

B *Peregrin. de iur. Fisci lib.* 6. *tit.* 7. *sub nu.* 15. vbi etiam alios casus, in quibus compensatio cessat, refert.

C Et adde *Cacher. decis.* 95. *num.* 11. 12. *&* 13. *cum. seqnen.* copiosè tractantem. An autem hæc immunitas à collectis præscriptione acquiri possit, & quanto tempore inducatur, & quæ requirãtur, & quid in collectis impositis propter onera, & sumptus bellicos,

cos, latissimè, satisquè eleganter tractat *Thesaur. quæst. foren. lib. 1. q. 8. à num. 6. ad finem*. Et an etiam emptione hæc immunitas acquiri possit, idem *Cacher. dict. decis. 95.*

D Et *Escobar de ratiocin. cap. 25. à num. 10. ad 14.*

E Dicentem, quòd non, si partitæ verè probabuntur, propter iuramentum præstitum, partitas esse veras, cùm iuramentum sit indiuiduum, *cap. fraternitatis, de hæret. Iuris iurand. C. de iureiur.* Io. Lagan.

De Administrat. Vniuersit. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Syndicus, vel Procurator destinandus Neap. ab Vniuersitate debet eligi congregato Consilio, quod in quo loco sit congregandum, remissiuè.*

2 *Procurationis mandatum vt sit legitimum, qui, & quot homines debent interuenire, & concurrere, remissiuè.*

3 *Procurator electus de Administratoribus eiusdè Vniuersitatis, an habebit salarium.*

4 *Procurator electus, cui debetur salarium, an teneatur contribuere in collecta imposita pro eius salario cum alijs ciuibus.*

1 PErche, &c. Syndicus, aut Procurator Neapol. destinandus ab Vniuersitate est eligendus congregato Consilio. H.D.

Quæro, hoc Consilium in quo loco debeat congregari ab Vniuersitate? vide *text. & Luc. de Penn. in l. si quid extraordinarium C. de leg. lib. 10.*

Sed duæ ex tribus partibus debent interuenire, &
2 concurrere ad faciendum legitimum mãdatum procurationis, *Barsat. cons. 159. vol. 2.*

Quid si Procurator electus sit de Administratoribus eiusdem Vniuersitatis, an ei debebitur salarium?
3 *Guid. Pap. decis. 68.* tenet, quòd non, quem sequitur
4 *Escobar de ratioc. c. 27. n. 27.* sed ij Procuratores, quibus debetur salarium debent contribuere cum alijs ciuibus in collecta, quæ imponitur pro eorum salario exoluendo, vt constat ex *glos. in cap. cùm deceat in glos. final. in fin. versic. hoc decret. benè facit de elect. in sexto*, & notatis per *glos. & DD. in l. ab omnibus §. si Titio ff. de leg. 1.* & per *Specul. in rubr. de censib. §. 2. vers. quod si damnum*, facit *l. nauis onusta §. cùm autem ff. ad l. Rhod. de iact.*

De Administratoribus, & quòd ipsimet seruiant. Rubric.

RERVM SVMMA.

1 *Administratio propriè considerata refertur ad Iudicē ordinarium tantùm.*

2 *Administrationis nomē in hac rubrica positum ad omnes Officiales tàm destinatos ad administrationem, & exactionem pecuniarum, & iurium Regiæ Curiæ, quàm deputatos ad administrationem iustitiæ, & ad alia officia in genere referri dicitur.*

3 *Officialis vnius Prouinciæ si iussu Principis ad aliam accesserit, poterit in sua alium substituere.*

4 *Persona una non potest duo exercere officia, & quarè.*

5 *Persona vna duo potest officia exercere, si vnum sit alteri annexum.*

6 *Substituendi alium Officialem potestatem habens, sufficientes, & idoneos substituere tenetur.*

7 *Substituens vti teneatur de substituti defectibus, remissiuè.*

1 ADministratoris nomen propriè refertur ad eũ, qui est Iudex ordinarius, vt probat *text. iuncta glos. in verb. non administrator in auth. de duobus reis.*

2 In hac tamen *rubr.* refertur ad omnes, & quoscunq; Officiales, tàm deputatos ad administrationem, & exactionem pecuniarum; & iurium Regiæ Curiæ, prout sunt Thesaurarij, Perceptores prouinciarum, seu Commissarij, Magistri portulani, Dohanerij, Fundicarij, Capitanei grassiæ, Credenzerij, Portulani, & Guardiani; de quibus loquitur *Pragm. 1 infra hoc tit.* quam etiam deputatos ad administrationem iustitiæ, & alios quoscunq; habentes officia in genere, vt in *Pragm. 2. infra cod.* cum qua concordat de iure commun *text. in §. nulli quoque in Auth. vt iudic. sinè quoquo suffrag. in §. ad hoc prohibemus in Auth. de Collatoribus, & in §. 1. in Auth. vt nulli iudic. liceat haber. loci seruator.* & quòad Ministros pecuniarum, & rerum fiscalium est alia pragmatica in hoc Regno, vt *in prag. 50. infra de offic. Proc. Cæsar.*

Reperio tamen, quòd Officialis vnius prouinciæ
3 accedens ad aliam prouinciam de mandato Principis, potest in sua prouincia relinquere substitutum, *§. ad hæc in fin. in Auth. de collatoribus.*

Et quemadmodùm Officialis non potest alium fi-
4 bi substituere, ita vna persona non potest duo Officia exercere, quia singula officia singulis sunt conferenda personis, nè detur materia dissolutionis, & euagationis, *c. cùm singula in prin. de præben. in sexto,*
5 nisi vnum esset alteri annexum, quia tunc pro vnico reputantur, vt *ibidem* probatur, & ibi *glos. in verb. annexi.*

Et quatènus *in pragm. 2. infra eod.* excipiuntur ab
6 hac prohibitione substituendi illi, qui in priuilegijs habent facultatem substituendi; aduertas, quòd qui habent substituendi potestatem, debent substituere personas sufficientes, & idoneas, vt in *pragm. 6. §. penul. infra de offi. iudi.* vbi etiam aufertur potestas concedendi in futurum hanc facultatem substituendi.

Qualitèr autem substitutus teneatur de culpis, &
7 defectibus substituti, explicat *Luc. de Penn. in l. penult. col.* mihi 3. *in princ. per tot. col. in Verb. facultatem. C. de agen. in reb. lib.* 12. *Egomet* dixi *cons. 87. lib. 2. Maurus alleg. 93.*

De Administratoribus, & quòd ipsimet seruiant. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista est conformis iuri communi.*

2 *Prorex Regni an possit sibi Locumtenentem substituere, pro huius quæsiti perfecta resolutione tres casus distinguuntur, & n. 3. cum seqq. iuncto n. 17. vbi alia ponitur distinctio.*

3 *Industria personæ vbi est electa, per alium actus exerceri, vel explicari non potest.*

4 *Causæ meri, & mixti imperij an possint delegari.*

8 *Infirmitatis impedimentum æquiparatur necessariæ absentiæ.*

9 *Quinimmò sub ea comprehenditur.*

10 *Infirmus, absens largè appellari potest.*

11 *Infirmitas propter nimiam perturbationem mentis, & memoriæ cuiusuis rei gerendæ impedimento est.*

12 *Infirmus eò ipsò, quò quis est, præsumitur non sanus mente.*

13 *Infirmitas omnis à Deo est.*

14 *Causæ meri, & mixti imperij vti possunt delegari in casu absentiæ, ita & in casu infirmitatis.*

15 *Dictiones taxatiuæ non excludunt casus similes.*

16 *Extensio ex identitate rationis fit etiam in casibus exceptis à regula.*

18 De-

18 *Delegatio cauſarum meri, & mixti imperij in caſu abſentiæ eſt permiſſa etiam antè ipſam realem abſentiam,donec delegatus componit ſarcinulas.*

19 *Caſus mortis,& abſentiæ remotæ æquiparantur.*

20 *Induſtria perſonæ vbi eſt electa,licèt officium non poſſit exerceri per ſubſtitutum, tamen non procedit dato impedimento neceſſario,vel ſi filius,ſiuè hæres eſſet eiuſdem conditionis, quia tunc poteſt explicari per filium,vel hæredem.*

ITem mandamus, &c. Officiales ſeruiant perſonaliter,& non per ſubſtitutos, qui non habent priuilegium ſubſtituendi. H. D.

1 Eſt conformis iuri communi,vt conſtat ex traditis per *Regentem de Ponte deciſ.28. à num.45. ad 48.* Quid autem dicendum ſit de ipſo Regni Prorege,an poſſit ſibi Locumtenentem ſubſtituere? hæc quæſtio fuit excitata tempore, quo huic Regno pro Rege præerat Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D.Ferdinandus à Caſtro Lemenſium Comes,dũ graui morbo affectus,ex quo mors ſequuta demùm fuit,non poterat negotijs vacare, & propterea intendebat ſibi ſubſtituere Excellentiſſimum D.Franciſcum de Caſtro eius filium,in adoleſcenti ætate conſtitutum, in qua quæſtione requiſitus ab vno ex Dominis meis, qui maximam habebat partem in conſilijs ſecretis, infraſcripta annotaui, quæ hic imprimenda curaui pro curioſis,& ſunt huiuſmod.

Quæſtio hæc,an ſcilicèt Excellentiſſimus Lemenſium Comes in hoc Regno Vicerex,& Capitaneus Generalis,ſtante ſua longæua,& grauiſſima infirmitate,qua vltrà dies 50.vexatus fuit, ità vt cuiuſq; rei, nedùm gerendæ, ſed etiam audiendæ impedimento ſit, tanquàm morbus fonticus, de quo *Iuriſconſ. in l.quæſitum,ff.de re iudic.* Anlinquam,poſſit durante
2 eiuſdem infirmitatis impedimẽto alium ſibi in officio ſubſtituere,& Vicarium, ſeù Locumtenentem ſibi creare, qui vices ſuas ſuppleat in omnibus, & per omnia? proculdubio inter illuſtres quæſtiones ſplendidiſſimè refulget,tùm ratione ſubiectæ materiæ, quæ totius Regni adminiſtrationem concernit, cùm etiam attenta qualitate perſonarum, de quarũ poteſtate diſputari contingit, ad cuius dilucidationem totis viribus intendam, nè in explendis dulciſſimis Domini mei iuſſis morioſus videar.

Remigitur perſtringendo illud vnum difficultatis non contemnendæ pro parte negatiua militare videtur, nempè quia ex magnitudine dignitatis; & ponderis rei videtur electa induſtria perſonæ,& pro-
3 ptereà per alium exerceri, aut explicari non poteſt, vulgata *l.inter artifices,ff.de ſolutionibus*,prout in ea-
4 quæſtione,an cauſæ meri, & mixti imperij delegari poſſint,arguunt *Alex.in l.1.in 1.not.ff.de offic.eius,cui mand.eſt iuriſdict.* poſt *Bart. ibid.in 1.queſt.*& ſequitur *Purpuratum.446.cum ſeqq.* qui hanc rationem multis ſimilibus comprobat.

Verùm enimuerò pro reſolutione huius pulcherrimæ quæſtionis tres caſus diſtinguendos eſſe cenſeo,quorum primus eſt,an poſſit Vicerex conſtituere ſibi Locumtenentem ſine cauſa legitima, ſeù potiùs ſine iuſto impedimento, & (vt aiunt)pro libito voluntatis, qui etiam ipſo Vicerege præſente gerat vices ſuas. Secundus,quid in caſu abſentiæ neceſſariæ. Tertius,& vltimus eſt,quid in caſu infirmitatis?

5 Primo caſu, omninò non poſſe Locumtenentem creare,indubitantèr reſpondeo per *text. in auth. de defenſoribus Ciuitat. §. nulla, & in auth.de mandat. Princip.§.eos*, quod procedit etiam in ipſo Præſecto Prætorio, vt eſt *text.* particularis in *auth.vt nulli iudic.liceat haber.loc.ſcriptur. in §.1.* per quæ iura ità in Vicerege,nè poſſit ſibi Locumtenentem conſtituere,reſpondit *Capyc.dec.151.in 1.dub.*

Et comprobari poteſt ex notabili *text. in l.1.§.ij, quibus aqua,verſ.à Præfectis Prætorio, ff. de legat.3.* vbi *Bald.* colligit notabile,quòd nullus poteſt facere ſibi Locumtenentem ſine licentia Principis.

Secundo verò caſu, nempè in abſentia neceſſaria,
6 reſpondeo pro parte affirmatiua;vt ſcilicèt poſſit facere ſibi Locumtenentem durante abſentia, vt eſt *text.* expreſſus in *auth.de collatoribus, §. ad hæc ſancimus in finalib.verb.*quod etiam admiſit *Capyc.diſſ. deciſ.151.in 2.dub.*& conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres ſic in facti contingentia obſeruauit, prout plura extant exempla tàm tempore Ducis Albæ,& D.Petri de Toledo,quàm etiam his modernis temporibus,in quibus vidimus, eundem Excellẽtiſſimum Proregem tempore ſui acceſſus ad Almam Vrbem pro præſtando fidelitatis iuramento nomine Catholicæ Maieſtatis Romano Pontifici delegiſſe, ſibi in ſuum Locumtenentem Illuſtriſſimum D.Frãciſcum de Caſtro ſuum filium,qui ſenilem prudentiam in adoleſcenti ætate grauitèr exhibendo in illius ſummi Magiſtratus adminiſtratione ſpem omnium ſuperauit,prout etiam alijs temporibus obſeruatum fuiſſe, atteſtatur *Marc.Ant.Surgens de Neap. illuſtr.cap.25.* poſt *num.31.verſ.& an diſcedendo*, & optimè comprobatur ex *text.in l.1.* ibi *ſi proficiſcatur*,& iterum ibi,*ſi abeſſe caperit, ff. de offic. eius, cui mand.eſt iuriſd.*

7 Tertio deniquè caſu, qui eſt caſus infirmitatis, illud idem abſq; vlla hæſitatione reſpondeo, vt poſſit
8 creare ſibi Locumtenentem; nàm impedimentum infirmitatis æquiparatur impedimento neceſſariæ abſentiæ,iuxtà *gloſ.in l.quæſitum in verb.indicata, ff. de re iudic.& ibi Bart.num.1.* iterùm *Bart. in l.fin. n.4. ff.de reſtit. in integr. & in l.pen. num.18.§.ad crimen, ff.de publ.iudic. Iaſ.in §.rurſus num.3. Inſtit.de action.* & probatur in *l.ſi longiùs in princ.ff.de iud. Laut ſi valetudinem.ff.de procur.cap.2. de procurat.in 6.l.2.§.fu-*
9 *rioſus, ff.de iur.codicill.* Immò impedimentum infirmitatis comprehenditur ſub impedimento abſentiæ, *Afflict.in Conſtit.De quæſtionibus num.5. in 5.notabil.* quem ſequitur *Sforz.Odd. de reſtit. in integr. part.1. q.11.art.6.n.16.& 19*,addo *Rebuff.tom.3.Conſt.Gall. tit.de recuſ.art.6.n.12.*

10 Quia infirmus largè appellari poteſt abſens, vt voluit *Alexand. in l.1.* poſt *num.59. ff.de offic.eius.cui mand.eſt iuriſd.*

11 Nec poteſt negari, quin infirmitas propter nimiã perturbationem mentis, & memoriæ,cuiuſque rei gerendæ impedimentò ſit,vt eſt *text.*ad literam in *l. quæſitum,ff.de re iudic.*

12 Adeò,vt eò ipsò, quò quis eſt infirmus, præſumitur non ſanus mente, vt voluit *Alber.in l.ſanum mente,C.de tranſact.* argum. *l.fin. ff.de iniuſt.rupt.& irrit. fact.teſtam.l.quoniam indignum,C.de teſtam.*& ſequutus eſt *Sforz.Odd.in loc.*cit. *n.25.*

Qui etiam addit, quòd ſi dicitur iuſtum impedimentum abſentiæ,quod imponitur nobis à Principe, vel à Republica, multò iuſtius erit impedimentum
13 infirmitatis,quod imponitur nobis à Deo, cùm omnis infirmitas à Deo ſit, *Bart.in d.l. fin. ff.de reſtit.in integr.*& eſt *text.*elegans *in c.cùm infirmitas extrà de pœnit.& remiſſ.*

14 Hinc *Bart.in l.1.queſt.4.ff.de offic.eius.cui mand.eſt iuriſd.*poſt *Petr.Cyn. Andr.de Piſis, Gulielm. Rayner. & Alber.*quos ibidem citant,& ſequuntur *Alexand.*

*tm.§6.& Iaſ.num.77.*cum alijs,quos adducunt, communitèr admittunt,quòd cauſæ meri,& mixti imperij quemadmodùm poſſunt delegari in caſu abſentiæ,per *text.in d.l.1.* eodem modo poterunt delegati propter infirmitatis impedimentum, non obſtante illa dictione (*non aliter*) appoſita in ipſo *text.*tùm
15 quia,huiuſmodi dictiones taxatiuæ non excludunt caſus ſimiles, *Lob æs,C.de prꝙd.min.*tùm quia,etiam
16 in caſibus exceptis a regula fit extenſio ex identitate rationis,*cap.cùm dilecta, verſ.nos igitur extrà de confirm.vtil.vel inutil.*vbi notant *Canoniſtæ.*

Et quamuis *Fulgoſ. & Roman. in eadem l.* ab hac communi diſcedant opinione, quibus adſtipulatur *Purpur.ibidem num.*133. *verſ.ſed diligenter,cum pluribus ſeqq.* tamen eorum opinio communitèr reprobatur,vt patet ex dictis per *Alexandr. Iaſon. & Dec. in eodem loco.*

17 Immò ſi velimus adhibere diſtinctionem *Bologuett.in d.l.1.*caſus noſter remanet ſine vllo ſcrupulo; liquidèm *ibi* poſt *num.*125. *verſ.verùm quia iſta non euenuant,* poſt commemoratos omnes prò, & contrà, diſtinguit inter Iudicem ordinarium, & delegatum, & infirmitatem grauem, & leuem, longam, aut breuem, & tandèm concludit, quòd ſi tanta eſt infirmitas, quòd cogitando, & negotiando poſſet augeri morbus. etiam per horam audiendo Conſiliarios, abſque dubio poſſet ſubdelegare, quia tunc militat eadem ratio abſentiæ,& deindè ſubdit, quòd ſumma reducitur,quòd quæſtio facti eſt, an ſit tanta infirmitas, quæ impediat audientiam cũ Conſiliarijs omni die, & omni tempore, vel non, vndè cùm caſus noſter ſit talis,per quem impediatur audientia nedùm Conſiliarijs, ſed intimis Domus; certè non eſt vlteriùs immorandum in eligendo ſibi Locumtenentem.

Præſertim, quia hæc electio eſt caſura in eodem filio D.Franciſco, cuius perſonam, non dubitatur, gratiſſimam,& acceptiſſimam fore Regiæ Maieſtati,tùm quia tanto munere ſe digniſſimum,& habiliſſimum præbuit tempore, quo illud idem exercuit durante abſentia paterna,vt ſupernis attingi, quod nec ipſemet Rex humaniſſimus diſſimulare voluit, dùm per ſuas literas Regias talem electionem expreſsiſsimè approbauit, & vti de maximi ponderis ſeruitio accepto ſe memoriam retenturum eſſe promiſit,tùm etiam,quia per alias proprias literas eundem D.Franciſcum in caſu mortis ipſius Viceregis
A Patris futurum ſibi Locumtenentem deſtinauit.

18 Quò fit, vt indè reſultet alia iuris concluſio, per quam etiam indubia reddatur electio hæc in caſu infirmitatis, ſiquidèm *Alex. in l.1. num.54. ff.de offic. eius,cui mand.eſt iuriſd.ff. & ibi Iaſ.num.*58. *Bologuet. num.*124.poſt *Ioann.Andr.ad Specul.tit.de iuriſd.omn. iud,in addit.* in ip. *& valdè notab.* volunt expreſsè, quòd delegatio cauſarum meri,& mixti imperij quæ in eo *text.* permittitur in caſu abſentiæ, erit etiam permiſſa antè ipſam realem abſentiam, donec delegans componit ſarcinulas, quia etiam illud tempus reputatur abſentia,& etiam illo medio tempore poterit delegatus cognoſcere; ſic in caſu noſtro dicendum eſt, vt quemadmodùm D.Franciſcus filius tanquàm Locumtenens à Rege creatus poterit illud officium exercere tempore ſequutæ mortis patris, eodem modo poſsit illud exercere,& in eodem officio poſsit ab ipſo patre Vicerege creari in ipſa præcedente infirmitate, vti in tempore dato ad componendum ſarcinulas pro tranſmigratione facienda, ad futuram gloriam,quam ex optima,& ſinceriſſima ſui animi rectitudine, & probitate omninò præparatam confidimus,& ſperamus.

Prout in caſu contrario practicatum fuiſſe vidimus in perſonam Reuerendiſs. Cardinalis Granuelani,qui licèt eſſet deſignatus Locumtenens in caſu abſentiæ Ducis Alcalanorum tunc Proregis, tamen ad caſum mortis poſteà ſequutæ fuit facta extenſio,& vti Locumtenens Generalis per triennium gubernauit,quæ practica comprobari poteſt ex *text.*
19 *in cap.1.§ fin.ne ſede vacant.n.6.* vbi caſus mortis, & abſentia remotæ æquiparantur, *Ioſeph Seſſe deciſion. Arag.*57.*Giurb.dec.9.Bouadill.lib.2.c.16.n.*145. *tex.in l.quæſitum.ff.de tutel.*

Nec obſtat ratio, quæ torſit Doctores omnes in hac quæſtione, nempè quòd ſit electa induſtria perſo-
20 næ,& propterea per ſubſtitutum exerceri officiũ non poſſit,per *text.in d.l.inter artifices,* tùm quia,illa regula non habet locum dato impedimento neceſſario, prout eſt caſus noſter, tùm etiam, quia non procedit, quandò filius, ſiuè hæres eſt eiuſdem conditionis, quia tunc poteſt explicari per filium,ſeù hæredem, ita *Bart.in l.1. C.de præpoſ.agent.in reb.lib. 12.Roman.in l.1.ff.de in ius vocand.* & in *ſingul.*670. *Duen.regul.*178.*limit.2.Felin.in cap quoniam,§.is autem num.*5. *ff de offic.delegat. Scbaſt.in. Medic. de reg. iur. par.2. regul.6. num.*34. quæ quidèm limitatio determinat caſum noſtrum in individuo. Hucuſquè ingenij mei imbecillitas; cætera ſuppleat Dominus meus ſuo purgatiori iudicio,& acumine intellectus; Hæc quæſtio non habuit ſuam determinationem, quia morte præuenta,meminit *Regens Tapia in Conſtitut.Officia, quæ perſonis* poſt *num.*12. & latiùs *Reg. de Ponte de poteſtat.Proreg.tit.de aſſeſſ.Reg.§.6.* meminit,& comprobat *Reg.Conſtant.in Inullus* 60. *num.* 56.*C.de decurion.*& iterùm *Regens Tapia deciſ.Ital.*9. aliqua tangit *Ferrer in obſerv.Catbalon.p.1.c.7.*

ADDITIO.

A HVius Prudentiſſimi Principis D. Franciſci de Caſtro Comitis de Lemos humanitati maximè me deuictum profiteor.is enim cùm è Sicilia,quã Regia vice functus,glorioſiſsimè rexerat, in Hiſpaniam reuerteretur, Neapolim appulſus, me humaniſsimè tractauit,ad Regiam deindè cùm peruenisſet,Regi preces porrexit pro remuneratione ſeruitiorum Vincentij Siccodi mei ſoceri, Priuatorum olim Aduocati Primarij, & Fiſci deindè tùm in Regia Viſitatione, tùm in M. C. Patroni integerrimi,à quo Potentiſsimo,iuſtiſsimoq. Rege litteras Excelſiſsimo Albæ Duci tunc Proregi anno 1623. reportauit, nedùm prædicti Vincentij laudibus plenas, eius præſertim doctrinam,integritatem, & diligentiam commendando,verùm etiam iubendo,vt Ioannæ Siccodæ meæ dilectiſsimæ coniugi,Vincentij filiæ duc.quincentum elargirentur *para aiuda de coſta,*quos tamen ob continuas Regiæ Curiæ neceſsitates, bellorum occaſione contingentes,nunquàm conſequi potuimus,hos ergò Princeps iſte Excellentiſsimus in me,meamquè vxorem contulit fauores, longeq.maiores fuiſſemus conſequuti,niſi maximus iſte hæros mundanarum demùm vanitatum fumum deſpiciens,& ad Cęleſtia aſpirans,ſanctiſsimam Religionem fuiſſet ingreſſus. Io. Lagan.

De Aedificijs prohibitis. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Aedificia de nouo constructa tantùm, vel vetera quoq; quòad eorum refectionem sub hoc edicto continetur, remissiuè.*
2 *Aedificia priuata quæ obseruanda, vel spectanda contineant, remissiuè.*

LI mesi passati, &c. Aedificia priuata non construãtur in Suburbijs Ciuitatis Neapolis, & alijs locis descriptis, sub pœna ducatorum mille. H.D.

1 An hæc pragmatica comprehendat solùm ædificia de nouo constructa, vel etiam vetera, quòad eorum refectionem? distingue inter ædificia funditùs destructa, & demolita, & ea, quę non sunt integrè diruta, vt per *Felin.in cap.cùm accessissent num.33.extra de Constit.* tu vide latiùs *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg.tit.de abund.Ciuit.§.3. & 4.* vbi declarat totam materiam omnium pragmaticarum huius rubricæ.

Et quæ obseruanda, aut spectanda sint in ædificijs
2 priuatis, pulchrè, & succinctè explicat *Melchior inn. qq.politicarum par.2.q.66.*

De Aleatoribus, & Lusoribus. Rubr.

RERVM SVMMA.

1 *Plura ad materiam huius rubricæ, remissiuè.*
2 *Ratio alia præter in istius rubricæ pragmaticis assignatam affertur.*
Aleatoris adducitur plena descriptio.
3 *Ludus simplex an sit peccatum, & de lucratis in ludo an valeat eleemosyna, remissiuè.*

1 AD materiam huius Rubricæ vide *Constit. Regni Mores dissoluti, Grammat.decis.11. nu.5. & seqq.Bened.Capram reg.86.Petr.Gregor.syntagm. iur. Vniuers.lib.39.cap.2.3.& 4. Aules in cap.29.Prator. glos.1.cum seqq.Didac.Perez* omninò *lib.8.ordination. tit.19.l.37.fol.* mihi 385 *cum seqq.Farinac.pract.crim. part.2. quæst.109. Matth.Coler.decis.173. Modit.in §. Plebiscitum dubit.201.n.2.Bouadil.lib.2.cap.15.nu.14. Borrell.de Magistrat.edict.lib.3.c.11.* nouissimè nunc, & latissimè per 17.dubitationes *Sanchez cons.moral. lib.1.c.8.*

Et licèt in pragmaticis huius rubricæ assignetur
1 pro ratione decidendi, vt scilicèt euitetur pauperies, ad quam facilè deueniunt lusores; tamèn potest assignari etiam alia ratio, de qua per *glos.in clement. 1.verb.violationes de celebrat.Miss.* quia scilicèt ex ludo de facili potest veniri ad rixam, ex qua sequuntur sanguinis effusiones, & homicidia, nec non & blasphemiæ, quas in specie considerat *text.in l.fin.C. de relig. & sumpt. funer.* & ad vtranq; reincidit ratio assignata per *Concenat.lib.4.quæstion.cap.6.* Aleator enim semper anxius, semper querulus, iracundus, morosus, difficilis, insatiabilis, diuitias optat, non vt illis perfruatur; sed vt illas cum colluſoribus effundat, spe futuri lucri proprias opes prodigit, nunquam contentus est, quòd in alea vicerit, sed quæcunquè colluſoribus supersunt, magna auiditate cupit.

Et simplex ludus non est peccatum, & de his,
3 quæ lucrantur in ludo valet eleemosyna; vt per *August. Morla in empor. iur. lib.1. tit.7. quæst.1.& 2. Megal.resol.6.* Et quatènus hic ludus Clericis prohibeatur, vide *Carol.de Grass.de effect.Cleric. effect.22.*

De Aleatoribus, & Luſoribus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Ludens an in foro conscientiæ restituere teneatur acquisita in ludo etiam prohibito, remissiuè.*
Et quid si ludatur cum Clericis stante prohibitione.
2 *Ludus scacchorum Clericis, & Monacis est permissus, ad tabulas verò est prohibitus.*
3 *Ludens habita fide, ac pecunia non apposita, quod perdidit, licitè potest retinere.*
4 *Ludens in foro poli restituere an teneatur, qui vltra summam à pragm.2.infra hic permissam lucratur.*
5 *Pragmaticæ istæ contrariæ consuetudine sublatæ censentur.*
6 *Ludens, qui certus est de victoria, sponsionem tuta conscientia augere nunquid possit.*
7 *Captatio verborum inter ludentes est licita.*
8 *Ludus in quibus locis, & casibus sit licitus, remissiuè.*
9 *Pragmaticæ huius dispositio non procedit, quotiès facta promissione cum iuramento non obtinetur absolutio ab eo.*
10 *Obligare se an quis possit de non ludendo, cum promissione pœnæ tertio applicandæ.*

PEr quanto si è visto, &c.

Græca fide non ludatur, & lusores per anni circulum exilij pœna feriantur. H.D.

Ad materiam huius pragm. vide *pragmit. 2. & 5. cum seqq. infra eod.* secundùm nouissimam compilationem.

Acquisita in ludo etiam prohibito non tenetur
1 quis restituere in foro conscientiæ, vt per *Couarr. in regula peccatum part. 2. §. 4. Corsum lib. 3. indagation. iur. cap.11. Intriglol. casu 31.& 32.* sed ludentes cum Clericis fortasse omninò tenentur ad restitutionem, stante omnimoda prohibitione ludi cum Clericis, vt sentit *gl.in extrauag.excommunicamus de sent.ex comm.in extrau.communi in verb. largitur circa fin.* præter quàm in ludo scacchorum, qui etiam
2 Clericis & Monacis est permissus, *gl.in §. vt autem omnis in verb. aut schematis in auth. de Sanctiss.Episc.*
3 secus in ludo ad tabulas, qui est eis expressè prohibitus *dict.§.vt autem omnis*, & in proprijs terminis huius pragmaticæ ludens, habita fide, & pecunia non apposita non tenetur in animæ iudicio soluere, quod perdidit, sed licitè potest illud retinere authoritate huius edicti, vel *pragmaticæ secundæ infra eod.* vt per eundem *Couarr.ibid.num.8. August. Morla in empor.iur.lib.1.tit.7.q.3.in fi.* Et si quis fuerit lucra-
4 tus vltra summam permissam à dicta *prag.2.* in foro
5 poli tenetur restituere; vt per eundem *Couarr.in d.§. 4.n.8.* an autem hæ pragmaticæ sint sublatæ contraria consuetudine, idem *Couar.* affirmat *ibid.n.3.*

Et an is, qui in hoc ludo est certus de victoria,
6 possit tuta conscientia augere sponsionem? idẽ *Morla d.q.3.* decidit, quòd sic.

Vtrum autem inter ludentes sit licita verborum
7 captatio, *Menoch.* affirmat *præsumption. 3. num. 40.*
8 *lib.5.* In quibus verò casibus, & locis sit licitus hic ludus, & alij similes, vide pulchrè *Nauarr. in Manual.*
9 *Confess.c.20.num.2.cum seq.* vbi *num.17.circa fin.* limitat, hanc dispositionem non procedere, si promissio esset facta cum iuramento, nisi obtenta priùs absolutione à iuramento; sed an possit quis se obligare

de non ludendo cum promissione pœnæ applicandæ tertio, si contrauenerit? quòd sic *Bart. & Doctores* omnes in *L. ex ea parte §.1. ff. de verb. oblig.* Et quòd amissa in his ludis prohibitus possint repeti, probat de iure communi *Pereir. decis. Lusit, 88.* Immò quòd omnes contractus subsecuti occasione illius sint nulli, & inualidi, probat *Ludouis. decis. Rotæ 47.* quæ omnia latiùs amplia, & limita cum *Farinac. q. 109. par. 6 nu. 203. cum seqq. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. nu. 102. ad 124. & q. 7. ampliat. 10. par. 2. n. 5. vers. infero tertiò ad num. 6.*

De Aleatoribus, & Lusoribus. Pragmat. II.

R E R V M S V M M A.

1 *Aleatores infra diem horarum 24. vltra duc. 10. nè perdant.*

ESsendo venuto in tanto abuso, &c.

Lusores non possint per diem continuum hora-
2 rum 24 perdere vltra duc. 10. addita pœna victo, & victori, vnà cum restitutione exacti. H.D.

Videtur mihi sùpta ex *l. fi. C. de relig. & sumptibus funer.* Cum qua maximam habet concordantiam, Alia dixi in præcedenti.

De Aleatoribus, & Lusoribus. Pragm. IV.

R E R V M S V M M A.

1 *Pœna, de qua hic, arbitrio Proregis reseruata, an possit à Sacr. Reg. Cons. vel Collaterali, Prorege absente arbitrari.*
2 *Mutuans in ludo, dummodò non sit collusor, potest repetere, idem in alijs casibus hic relatis.*

PErche nell' anni passati, &c.

Ludétes sub fide, ac dantes, & recipiétes pecuniã ad ludendum, puniantur etiam pœna corporali, arbitranda ab Illustris. Prorege. H.D.

Dum pœna hic statuta reseruatur arbitrio Prore-
1 gis; quæro, an poterit arbitrari ab alio Iudice Supremo; putà à Sacro Regio Consilio, vel à Collaterali Consilio, Prorege ipso absente? *Intrigl. singul. 165. lib. 1.* tenet, quòd non, nisi ab ipso tantùm Prorege
2 poterit arbitrari. Idé tenet *Ant. de Ball. Var. tract. lib. 4. q. 5. num. 23.* post *Affl. in Const. Si damna n. 74.* quem ipse citat, & adde, quòd mutuans in ludo potest repetere, nisi sit collusor, vel teneat ludum, *Mayner. in L. aliud est vendere nu. 6. ff. de reg. iur.* vel in ludo licito, vel ex interuallo promittat restituturum, *Barlich. de cis. 66.*

De Aleatoribus, & Lusoribus. Pragm. V.

R E R V M S V M M A.

1 *Ludus taxillorum quo iure sit prohibitus, remissiuè.*
2 *Aleæ, taxilli, tabulæ, sedes, aliaq; instrumenta in domo reperta, igne crematur, etiam de iure communi.*
3 *Ludorum susceptores impunè verberantur, damnisq; afficiuntur, etiam si eorum bona furto subtrahantur.*

ESsendo gionti nel gouerno, &c.

Ludus aleatum, & taxillorum domi nullatènus retineatur. H.D.

Cõfirmatur in *prag. 10. infr. eod.* cũ auctione pœnæ.

Ludus hic taxillorum quo iure sit prohibitus? vi-
1 de *Const. Hi, qui per inquisitiones, & ibi Superant. & Const. Mores dissoluti*, omninò *Aniles inc. 29. Prator in glos. Ni tableros*, vbi in specie agit de his domibus ad huiusmodi ludos paratis.

Et quatènus statuitur, vt tabulæ, sedes, aleæ, & ta-
2 xilli, aliaq; instrumenta in domo reperta comburantur, videtur concordare cum dispositione iuris communis, ex traditis per *Intrigl. sing. 109. in fi. lib. 1.*

Et vltrà pœnas hic, & in *pragmat. 10. infra eod.* ex-
3 pressas, is, apud quem huiusmodi ludus exercetur, impunè vapulabit, ac damnum patietur, & furtum in eius domo factum erit impunitum, vt in *L. 1. ff. de aleæ lusu, & aleator.* ad cuius materiam multa tradit *Gram. dec. 40. & Camp. in cap. Regn. Ad hoc, quod nostrorum n. 41.*

De Aleatoribus, & Lusoribus. Pragm. VI.

R E R V M S V M M A.

1 *Ludos hic permissos prohibens qua pœna plectatur, & cui illa applicetur.*
2 *Pœna hic statuta quartam partem tantùm reo habenti, cui illa sit applicanda.*
3 *Pœna tota Fisco soluitur, à quo accusator suam consequitur partem.*
4 *Inquisito restitutionem obtinente accusator eu partem suam restituere teneatur.*
5 *Princeps potest remittere pœnam parti applicabilem.*
6 *Filiusfamilias per ludos hic permissos patri acquirit.*

PErche, &c.

Hæc pragmat. continet prouisionem Reg. Camer. Summariæ ex regia delegatione declarantem ludos, qui sunt
1 permissi pro interesse Regij Arrendamenti, in cuius beneficium est introductum, nè ludi hic permissi, vllo modo, aut quæsito colore prohibeantur, aut impediantur sub pœna duc. 1000. applicanda pro quarta parte accusatori, reliquum verò pro integra medietate Regiæ Curiæ, & pro alia medietate ipsimet Arrendatori. Circa quam non inutiliter quæro,
2 quid si reus habeat in bonis duc. 250. tantùm, quæ est quarta pars totius pœnæ hic appositæ, hi duc. 250. cui applicabuntur, num Fisco tanquàm magis priuilegiato, vel potiùs accusatori, vel Arrendatori; an verò distribuentur inter omnes per æs, & libram? *Peregr. de iure Fisci lib. 4. tit. 8. nu. 12.* æqualiter diuidi tenet, *Regens Constant. in l. 1. nu. 65. C. pen. fiscal. cred. præfer.* defendit, Fiscum præferri.

Et licèt vna pars applicetur accusatori; tamen to-
3 ta pœna debet solui Fisco, & accusator accipiet partem suam à Fisco, ita *Aniles in c. 11. Prator. in gl. pœnas in prin.* quod latius explicat *Caball. resol. crim. casu 102. Alfar. de offic. fisc. gl. 16. n. 151.* & pro ratione vide *Bonad. lib. 5. c. 6. num. 7. Reg. Constant. in l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. n. 75.*

Et circa portionem accusatoris; si inquisitus ha-
4 buerit gratiã restitutoriam, ẽt accusator restituet suã portionem, *Pereg. ibid. lib. 5. tit. 2. n. 54. vers. in hac in fi.*

Princeps enim potest remittere pœnam etiam parti ap-

ri applicabilem, vt notant *Cyn. & Bald. in l. reſcripta C. de precib. Imper. offer. & Panorm. in cap. quæ in Eccleſiarum extra de conſtit.* ſed *Bald. in d. l. reſcripta* in fin. concludit contrarium.

Quæſita per filiumfamilias in ludis hic permiſſis, acquiruntur patri, docet *Aſcan. Clem. de patr. poteſt.* 6 *eſſe C. 2. nu. 19. & ſeq.* quæ ſatis conferunt ad materiã huius pragm. quæ fuit confirmata, & renouata per bannum generale emanatum à Regio Collat. Conſ. ſub die 24. Maij 1601. regiſtratum in *bannorum* Comitis Lemenſium *primo fol. 59.*

De Annona Ciuitatis Neapolis, & Regni. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Annona quid ſit, vndè dicatur, quot modis in iure capiatur, & alia ad annonæ materiam, remiſſiuè.*

2 *Adminiſtratores Vniuerſitatum iuriſdictionem non habentes, poſſunt prohibere, res vendi in foro, vel perſonas vendentium.*

Et ſubnectitur exemplum in Mulione piſces aſportante.

3 *Annona debet regulari ſecundùm augmentum, & diminutionem valoris monetæ.*

Præfecti annonæ authoritas quanta ſuit olim Romæ, remiſſiuè.

4 *Annonæ vbertatem, eiuſq; conſeruationem concernentia, remiſſiuè.*

ANnona quid ſit, vndè dicatur, & quot modis in iure capiatur, vide eleganter *Eman. Mendez de Caſtro in rubr. C. de annon. ciuil. lib. 11. num. 1. cum plurib. ſeqq. Villadieg. lib. 9. for. mul. tit. 2. lib. 4.* & plura ad hanc materiam ſatis ele-
1 gantia vide apud *Virg. Boccac. de interd. vti poſſidet. c. 18. nu. 105. cum ſeq. Tiber. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 22. Anil. c. 17. Prætor. in gl. à razonables precios per tot. Bonad. lib. 3. c. 3.*

Adminiſtratores autem Vniuerſitatum carentes
2 iuriſdictione, an poſſint facere prohibitiones circa res vendendas in foro, vel perſonas vendentium? conſulendus eſt *Modeſt. Piſtor. q. 134. lib. 4.* qui affirmat, quia repræſentant populum, in cuius dominio eſt forum, *Gabed. deciſ. 141. 1. par.* affirmat, & loquitur in Mulionibus piſces aſportantibus.

Præfecti tamen annonæ ſemper aduertant, quòd
3 caritas, & vilitas annonæ regulatur, prout creſcit, & decreſcit valor, & æſtimatio monetæ, vt benè aduertit *Andr. in c. 1. in verb. moneta num. 21. in fin. quæ ſint regal.* & de authoritate Præfecti annonæ Vrbis Romæ latè agit *Pancirolus in notit. Imperij occid. c. 5.*

Alia concernentia vbertatem annonæ, & conſer-
4 uationem vbertatis explicat concinnè *Ripa de Peſte part. 3. nt. de remed. ad conſeru. vbert.* exquiſitiſſimè *Martin. Coler. de alim. lib. 1. c. 17. per tot. Borrell. de magiſtr. edifi. lib. 3. c. 14.*

De Annona, &c. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Graſſia appellatione quid comprehendatur, & an lana, vel vinum ſub ea contineatur, remiſſiuè.*

2 *Annonam corruptam vendentes, vel eam ſupprimentes qua pœna puniantur.*

3 *Pœna vendentium merces corruptas, vel immixtas, quæ ſit.*

4 *Annona an poſſit imponere taxam pro vendendis rebus certo pretio, ſub qua taxa an bona clericorum comprehendantur, remiſſiuè.*

5 *Pragmaticę prohibentes extractionem frumenti à Regno nunquid iure fieri potuiſſent, & an comprehendant extrahentes farinam, Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas, & Exteros extrahẽtes fructus perceptos è bonis per ipſos poſſeſſis infrà Regnum, remiſſiuè.*

6 *Barones habentes merum, & mixtum imperium an poſſint facere tales prohibitiones tempore cariſtiæ, & quæ alia remedia adhiberi valeant.*

7 *Taxatio pretij poteſt fieri à Principe non ſolùm pro rebus comeſtibilibus, ſed etiam pro quibuslibet alijs, & num. 8.*

8 *Aſſiſiam rebus comeſtibilibus imponere an ſpectet ad Baronem, vel ad Decuriones.*

COmmiſſario, &c. Deferentes comeſtibilia Neapolim pro graſſia Ciuitatis ſint immunes à gabellis, ſi habent literas Electorum. H.D.

Appellatione graſſiæ continentur omnia, quæ veniunt appellatione frugum, annonæ, & venalium. *Paul. de Caſtr. conſ. 40. volum. 1.* quod ad verbum eſt impreſſum cum ſubſcriptione *Fulgoſ. inter conſilia. Fulgoſ. conſ. 115.* & an comprehendatur lana, dubi-
1 tat *Minado. deciſ. 23.* Quòd autem includatur vinum, eſt *text. in l. iubemus C. de erog. milit. annon. lib. 12.* Vendens autem annonam corruptam, arbitraria
2 pœna punitur, *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 382.* & eadem ſupprimens annonam, vt carior fiat, vt per *eundem ibidem caſu 384. & text. in l. annonam ff. de extraordin. crimin. Conſtit. Regn.* incip. *Magiſtros mechanicarum artium, Foller. ad Marant. in 4. part. ſui ſpec. diſtin. 11. num. 32. & ſeqq. Boſſ. titul. de extraordin. crimin. num. 4. Port. Imol. conſ. 73.* pœna autem
3 vendentium merces corruptas, vel immixtas, eſt ſtellionatus, *Bertaz. conſ. crim. 11. nu. 15. & conſ. 445.* vbi bona *apoſtilla.*

Sed vtrum conferat ad fertilitatem annonæ impo-
4 nere taxam rebus vendendis certo pretio? *Nau. in Manuali confeſſ. c. 13. nu. 88.* voluit, quòd non, *Bonad. lib. 3. c. 4. nu. 62 ad 69. Gabed. deciſ. Luſitan. 92. part. 2.* contrarium affirmant, ſed impoſita taxa, ubiq; dubio ſub ea comprehenduntur bona Clericorum, *Nauar. ibidem, & Præſes de Franch. deciſ. 9. Intrigl. caſu 68. Vulpell. de libert. Eccl. par. 2. n. 21. verſ. Et in ſpecie,* ſed *Didac. Perez lib. 1. ordin. Reg. Caſtel. l. 1. & 2. tit. 3.* videtur contradicere.

An autem *pragmatica*, de quibus *infra hoc titulo*,
5 prohibentes extractionem frumentorum à Regno, de iure fieri potuiſſent, hinc indè rationes adducit *Laurent. deciſ. Auenion. 40. nu. 3. & 4.*

Et an comprehendãt extrahentes farinam? communis opinio eſt, quòd ſic, vt ex *Bar. in l. quæſitum §. illud ff. de leg. 3. Bertach. de gabellis part. 8. membr. 2. quæſt. 11. Aret. in §. cùm ex aliena num. 3. Inſtit. de rer. diuiſ. Vulpell. conſ. 148.* & hanc practicam vidiſſe ſemper obſeruari, teſtatur *Clar. pract. crim. quæſt. 82. ſtatuto 7. verſ. præterea*, contrarium tamen voluit *Alber. de ſtatut. part. 2. q. 5. Alex. Raudenſ. de Analog. c. 31. n. 98.*

Sed an comprehendãt Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, latè diſſerit *Gram. deciſ. 100.* Cuius opinio reprobatur à *Vaſq. lib. 1. qq. vſufreq. c. 4. n. 18. Salzed. ad pract. Biaz cap. 55. verſ. Tertiò bis ſtatimus, &c.* Tu vide adducta per me *infra in Rubrica de extraction. animal. num. 16. Graff. conſ. vn. de empt. & vend. nu. 16. tom. 1. Rodriq. in ſumma cap. 156 nu. 5. Io. Valer. de*

differ.vtri.for.differ.3. in verb.Clericus.

Item non comprehendunt Exteros extrahentes fructus, quos percipiunt à propriis bonis poſſeſſis per ipſos infra Regnum, *Theſaur.dec.*152. ſed ipſe
6 alitèr ſentit,& nota, quòd etiam Barones habentes merum, & mixtum imperium poſſunt facere huiuſmodi proclamata tempore cariſtiæ, vt per *Soc. iun. conſ.*76. *vol.*4. *Franc.Marc. deciſ.Delph.*230. 236. & 522. *in* 2. *par. idem Borrell.de Magiſtr.edict. lib.*3. *cap.* 14. *num.*8. *& ſeq.*& inter alia remedia tempore cariſtiæ numentum venditum poteſt retineri, vt per *Natt.in conſ.*12.

Et hæc taxatio pretij fieri poterit à Principe, ne-
7 dùm pro rebus comeſtibilibus, ſed pro qualibet alia re, vt probat *Morla in Empor.iur. par.*1. *tit.*9. *queſt.*6. & ſignantèr in pannis,& penſionibus domorum, vt volunt *Caſtrenſ.* poſt *Petr. de Bellapert. in l.*1. *in fin. C. de Epiſc.audien. Bouad.d lib.*3. *c.*4. *n.*63.

Sed *Anules in cap.*17. *Prator. in gloſ. à razonables*
8 *precios num.*4. hoc admittit in rebus neceſſarijs ad quotidianum vſum, ſecùs in aliis, tu vide latè *Gutierr. lib.*2. *pract.queſt.*180. *& ſeqq. & Andr.in cap.ſi verò violator, §. poſt natalem num.*26. *in fine, verſic. item in omnibus de pace tenen.& eius violat.* vbi poſtquàm dixit, aſſiſiam eſſe imponendam in rebus comeſtibilibus,& annonæ pro iuſto pretio ſecundùm qualitatem temporis, ſubdit, quòd in omnibus negotiationibus poteſt poni pretium iuſtum, *Borrell. de Magiſtr.edict.lib.*3. *cap.*14. *num.*99. *cum ſeqq. & ibid. num.*109. *cum ſeq.* explicat taxare huiuſmodi pretia Neapoli ad Graſſerios, in Regni partibus ad Vniuerſitates ſpectare. Sed reſpectu harum rerum comeſtibilium aſſiſiam imponere an ſpectet ad Baronem, vel potiùs ad Decuriones? *Azeued. ad Decur. Piſanam lib.*2. *c.*17. *in.*8. dicit, ad Decuriones, *Anna* verò *ſingul.* 60. ad Baronem, ſimilitèr & *Reg. de Ponte conſ.* 105.
A *lib.*2. niſi Vniuerſitas ſit in poſſeſſione, ſed emanatio bannorum pro obſeruantia aſſiſiæ,& exactio pe-
B næ omninò ſpectat ad Baronem *ibidem.*

ADDITIO.

A *Dominus de Franch. deciſ.*511. *in principio*, quod etiam ampliat in aſſagio, ſeù experientia, per quam deuenitur ad aſſiſiam.

B Idem *Anna allegat.*52. *nu.*78. vbi citat *Andream in cap.*1. *§. poſt natale de pace tenen. in princip.* & ſentire videtur *Afflict. in Conſtit. Per Vniuerſas num.*2. Io. Lagan.

De Annona. Pragm. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta deſumpta videtur ex §.* poſt natalem de pace tenen.& eius violat.

2 *Iudices inferiores non poſſunt facere ordinationes, de quibus hic inconſulto Principe, licèt contrauenientes aliquibus de cauſis excuſentur.*

3 *Blada ex molendinis percepta non continentur in hac pragmatica, Nec etiam Spelta. ibid.*

Deſiderando noi, &c. Per totum menſem Septembris cuiuſlibet anni debet fieri reuelatio frumenti à quolibet recollecti apud Capitaneum Terranum, tranſmittenda per Sindicos,& Electos intra diem octauũ menſis Octobris ad circumſpectum Secretarium Regni. H. D.

Hæc pragmatica videtur mihi ſumpta ex §. poſt
1 *Natalem de pace ten.& eius violat.* Aduerte tamen, quòd huiuſmodi ordinationes non poſſunt facere
2 Iudices inferiores inconſulto Principe, vt docet *Bertaz. conſ.crim.*340 *&* 263. *vol.*2. tu vide *Borrel.de Magiſt.edict.lib.*3. *c.*14. *nu.*5. *cum ſeqq.* ſed ſi eſſent forenſes, vel infimi excuſantur contrauenientes, vt idem *Bertaz.* docet in *conſ.crim.*141. *& in d.conſ.*263. non tamen in hac pragmatica comprehenduntur
3 blada, quæ percipiuntur ex molendinis, vt optimè declarat ipſemet *Bertaz.conſ.crim.*166. noq; ſpelta, prout iudicatum fuiſſe per Regiam Cameram atteſtatur *Borrell.de Magiſtr.edict.lib.*3. *c.*14. *nu.*48. vide *prag.*23. *infr.eod.*

De Annona. Prag. XVI.

RERVM SVMMA.

1 *Frumenti appellatione non veniunt legumina. Ementes fruges hic enumeratas ad reuendendum, ſtatim ſe ſubiiciunt pœnis in hac pragmatica ſtatutis.*

2 *Emptionem eſſe factam ad reuendendum vti probetur.*

3 *Vniuerſitas pro vtilitate publica poteſt emere frumentum, & illud reuendere pro abundantia eiuſdẽ Vniuerſitatis.*

4 *Pecunia publica pro annona frumentaria deſtinata, ad alium vſum conuerti nequit.*

5 *Pecuniam frumentariam habens, cum alio ſuo credito compenſare non poteſt.*

6 *Frumento vendito per Ciuitatem pecunia redigitur ad annonam.*

7 *Munus emendi frumentum, & ex venditione pecuniam exigendi connumeratur inter perſonalia munera.*

8 *Penuria in Ciuitate non exiſtente, frumentum taxatur, ita vt annona non perdat, nec multùm diues fiat, & qualiter procedat dicta taxatio.*

9 *Annona triticum duobus modis ſolet dari Piſtoribus.*

PErche trà l'altri penſieri, &c. Frumenta, hordea, milia, panicum,& alia victualia nõ emantur propè Neapolim per triginta milliaria, vt carius reuendantur. H. D.

1 Appellatione frumenti non veniunt legumina, declarat Borrell. *de Magiſtr.edict. lib.*3. *cap.*14. *nu.*56. *cum ſeqq.*

Nota ex verbis huius pragmaticæ, ibi, *per farne mercantie, & tenerli in magazeni, ò infoſſarli per reuenderli*, quòd per ſolam emptionem harum frugum factam ad reuendendum, hoc delictum conſummatur, ità vt ſit locus pœnis à Pragmatica ſtatutis; ſed dif-
2 ficultas eſt, qualitèr probabitur, emptionem eſſe factam ad reuendendum, ego aliàs dicebam, probationem reſultare ex quantitate frugum empta vltrà vſum ementis: nàm tunc præſumetur iſta quantitas, vltrà vſum empta ad reuendendum, ſi tamen non eſſet modica quantitas, quæ potiùs tenderet ad lautiorem, & abundantiorem vſum, quàm ad commercium: poſteà reperi *Auend.reſp.*33. *nu.*3. *& ſeq.* quem omninò videas.

Sed hoc fallit in Vniuerſitatibus, quæ vtilitate
3 publica inſpecta poſſunt emere frumentum, vt neceſſitatis tempore reuendant pro abundantia Ciuitatis, idem *Auend. de exequend.mandat.lib.*1. *cap.* 19. *num.*36.

Et hæc eſt propriè annona frumentaria Ciuitatis,
4 quæ publica pecunia exercebatur, & hæc pecu-
nia

Digitized by Google

tis ad hunc vſum deſtinata, in alium conuerti non poterat, *l.2. §.quid de frumentaria ff. de adminiſtr.rer. ad Ciuitatem pert. Bonad lib.3 c.3 n.30. cum ſeq.* & is,
§ qui debebat pecuniam frumentariam, non poterat cum alio ſuo credito compenſare, dicta *l.2.§.ad frumenti.*

Et hoc frumentum vendebatur per Ciuitatem, vt
6 ex pretio redigeretur pecunia ad annonam deſtinata, *l.fin.§. item reſcripſerunt pecuniam ff.eod.tit.* Hinc
7 aliqui erant deſtinati ad emendum frumentum, *l. fin. §.curſus vehicularis ff.de mun.& honor.* alij ad exigendum pecuniam, quæ ex venditione frumenti redigebatur, *eod. l.fin.§.qui annonam,* & vtrumq; munus inter perſonalia munera reputatur, *d.l.fin. ff. de muner. & honor.*

Et quandò non eſt penuria, hoc frumentum emp-
8 tum à Ciuitate debet taxari à Ciuitate, ſeu ab eius Concilio maxima conſideratione, nè annona perdat, neq; multùm diteſcat, ſed moderatè, nè pauperibus detrimentum fiat, & carißa in populo conſtituatur, verùm ſemper in taxatione huius pretij debet annona potiùs lucrari, quàm perdere, ita vt habita conſideratione pretij, quo emptum eſt, & expenſarum erogatarum cum aliquo moderato lucro taxetur, & pro iuſto pretio taliter taxato dandum eſt Piſtoribus, recepto ab eis pretio in pecunia, vt illi ſuo periculo vendant in pane cocto, ſed exiſtente penuria dandum eſt frumentum Piſtoribus in certa menſura, vt ipſi in pane cocto reddant Depoſitario Ciuitatis, præſtando tot panes pro quolibet modio, & qui plures panes dederit, eſt præferendus inter Piſtores, ita *Azened.in commentar.ad ll.Hiſpan.recollectas, & de nouo additas c.4.in fin.& cap.6.num.3.* vbi etiam poſt num.10. ait, quòd duobus modis ſolet Piſtoribus dari
9 triticum annonæ. Primo, vendendo illud ipſis Piſtoribus pro certo pretio taxato; vt ipſi Piſtores ſuo periculo illud vendant in pane cocto, pretio taxato per eandem Ciuitatem. Secundo modo datur triticum redigendum in panem coctum, vt in pane cocto vendatur per Depoſitariam annonæ, & eius Deputatos in domo publica ad id deputata, & ita multotiès ego obſeruari vidi in hac Ciuitate tempore cariſtiæ, alia practicabilia in hac materia diligenter explicat *Bonad.lib.3.c.34.*

De Appellationibus. Rubr.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio quo iure ſit introducta, & an Iudex poſſit reſtringere tempus ad illam proſequendam, & alia ad eius materiam.*
2 *Appellari à quorum ſententijs non poſſit.*
3 *Appellare contumaci non eſt conceſſum.*
4 *Appellatio in pluribus caſibus non admittitur, remiſſiuè.*
5 *Appellatio de iure Regni non datur in cauſis ſuſpitionum.*
6 *Appellatio non conceditur à ſententia forindicationis.*
7 *Appellatio regulariter datur ab omni ſententia, à qua non reperitur prohibita.*
8 *Appellatio an detur in cauſa homicidij, & quid in cauſa libertatis.*
9 *Appellatio an concedatur in cauſis poſſeſſorij, & quid in cauſis alimentorum, remiſſiuè.*
10 *Appellatione non obſtante, Iudex, à quo eſt appellatum poteſt reuocare grauamen à ſe illatum.*
11 *Appellans dicitur actor, licèt in cauſa principali ſit reus.*
12 *Appellatio quandò iudicatum ſuſpendat.*
13 *Inhibitio quamuis ſubreptitia, & parti tantùm notificata, ſuſpendit iudicatum.*
14 *Appellatio an ſit concedenda de iure à decreto Mag. Cur. vel alterius Tribunalis, per quod non admittatur excuſatio abſentiæ, vel alterius impedimenti allegata pro inquiſito citato ad informandum, qui fuerit non obſtante excuſatione propoſita contumax reputatus, & n.39.*
15 *Mutanda minimè ſunt, quæ ſemper interpretationem certam habuere.*
16 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
17 *Appellatio ei tantùm conceditur, ad quem cauſæ periculum ſpectat.*
18 *Appellatio non conceditur excuſatori, ſecus ſi fuit admiſſus ad excuſandum cum termino ad probandum cauſas excuſationis allegatas, quia tunc cum punitur de calumnia, & expenſis, & ſic tractatur de eius periculo, admittitur ad appellandum.*
19 Baldi *locus declaratur.*
20 *Appellandi ius inquiſito tàm antè contumacia decretum, quàm poſteà deneyatur, & quarè.*
21 *Contumaciæ effectus qui ſint, remiſſiuè.*
22 *Appellatio interpoſita à decreto contumaciæ an ſuſpendat ipſius contumaciæ effectum.*
23 *Iudex à quo ſi non admittat abſentiæ inquiſiti excuſationem, an dicatur grauare, vt ſit locus appellationi.*
24 *Appellatio non conceditur condemnato ex præſumptione iuris, & de iure.*
25 *Appellari non poteſt, quandò eſt in arbitrio Iudicis aliquid facere, & minimè fecit, & quarè.*
26 *Iudex grauare non dicitur, quandò eſt ei arbitrariù facere interrogationes in iudicio, & requiſitus noluit interrogare.*
27 *Iudex ſi elegerit de duobus opinionibus approbatis vnam magis rigoroſam, relinquendo æquiorem, non poteſt eius ſententia remotari.*
28 *Appellatio an admittenda, vel reijcienda ſit, Iudicis ad quem officium eſt cognoſcere, & quandiù cognoſcit, non debet inhibere.*
29 *Appellatio ab Executore eſt nulla.*
30 *Appellatio contra iuris decretum haùd admittitur.*
31 *Appellatio non conceditur ex notorietate facti.*
32 *Appellatio fruſtratoria, hoc eſt, morandi gratia, & fraudulenter interpoſita, non eſt recipienda.*
33 *Appellationis beneficio nè vtantur improbi, Magiſtratus curare debent, nè iniuria naſcatur, vndè iura naſci debent.*
34 *Appellationis remedium ad præſidium innocentiæ, non ad iniquitatis defenſionem ſtatutum reperitur.*
35 *Contumacia omnis per ſponte comparentem purgatur, niſi ſit contumax, & bannitus.*
36 *Forindicationis ſententia haùd profertur, niſi præcedente citatione ad forindicandum legitimè notificata.*
37 *Contumacia proueniens ex delicto, nouum delictum eſt.*
38 *Excuſator comparens aduerſus citationem ad forindicandum, omni iure ad appellandum admitti debet.*

1 PRo generali intelligentia huius rubricæ vide *Gregor. syntagm. iur. vniuers. lib. 50. cap. 2. Brunor. à Sole quæst. 24.* latissimè *Brederod.* in eius amplissimo *tract. de appellat.* & in latiori cum magis ordinato apparatu nouissimè edito per *Sigism. Scacc.* & quòad essentiam de iure naturæ fuit introducta appellatio, quòad formam de iure ciuili, declarat *Syria quæst. foren. 29.* & an Iudex possit restringere terminum iuris ad prosequendum appellationem idem *Syria quæst. foren. 33.* affirmat, quòd de omni termino a iure statuto docet *Luc. de Penn. in l. si apparitor. col. 5. vers. & quanquam, C. de cohortalibus lib. 12.*

Verum sunt septem Iudices, seù Iudicantes, à quo-
2 rum sententijs non appellatur, vt Princeps, item Senatus, item quandò ità fuit conuentum inter partes, item Arbiter compromissarius, item Prefectus Augustalis, item Comes Orientis, & alij, quos recenset *glos. in auth. de appell. & intrà quæ tempora, in princip. in verb. sine magni*, quo verò ad Proregem huius Regni, & Collaterale Consilium attinet *Præs. de Franchis decis. 637.* in incidentibus, quæ non possint reparari in diffinitiua.

Item contumaci à sententia lata per quemlibet
3 Iudicem non licet appellare, quia contumax non appellat de iure veteri, nouo, & nouissimo, vt in *§. audiet in fin. in auth. de iudicibus, glos. in §. si verò neq; in verb. nullo minor, in auth. vt omn. obedient Iudicibus prouinc.* Item non admittitur appellatio in pluribus
4 casibus notatis per *glos. in §. audient igitur in verb. perimendis, & in §. nostros tamen Iudices, in verb. appellationes in auth. de iudicibus*, & de iure Regni non
5 datur appellatio in causis suspitionum, vt per *Præs. de Franch. decis. 408.* est pragmatica noua 3. Nouembris 1611. *pragm. 15 de suspit.* Nec à sententia soriu-
6 dicationis, vt in *Constit. Panam eorum, vers. nullas, Præs. de Franch. dec. 673. n. 7.*

Regulariter tamen appellatio datur ab omni sep-
7 tentia, à qua non reperitur prohibita, *l. qui restituere ff. de rei vendic. Cacher. dec. 61. Præs. de Franchis*
8 *decis. 156. num. 1.* & etiam in causa homicidij, idem *Præs. de Franch. ibi num. 6.* ac etiam in causa libertatis, *Idem decis. 684.* Quid autem in causis possessorij,
A 9 & in causis alimentorum? *Andr. Vachin. lib. 1. controuersiar. c. 75. & 77.* negat.

Et quid in liquidatione instrumentorum? dic, quòd non, nisi data cautione, vt in *pragm. 2. de offic. Magistr. Iustitiar. n. 7.*

Et aduertendum est, quòd Iudex, à quo est appel-
10 latum, potest reuocare grauamen à se illatum, non obstante appellatione interposita, vt in *cap. si à Iudice, de appell. in 6.* nàm melius est se ipsum corrigere, quàm expectare, vt ab alio corrigatur, *§. 1. auth. de nupt. glos. 1. in auth. vt fratrum filii*, quod latiùs prosequitur cum *Brederod. de appellat. par. 2. tit. 3. per tot. Gabed. decis. Lusit. 59. nu. 3. part. 1.* quemadmodùm & Iudex, ad quem est appellatum à decreto interlocutorio, potest de consensu appellati procedere etiam in causa principali, omisso interloquutorio, vt latè explicat *Sigismund. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 47. nu. 3. & 9. cum seqq.* vbi distinguit inter Iudicem ordinarium, & delegatum.

Et appellans fungitur vice actoris, licèt in causa
11 principali esset reus, vt per *Doctores in l. qui ad ciuilia. C. de appell. glos. in clem. si appellationem, de appell. in glos. magn. & in cap. si à subdelegato, in glos. fin. in fin. & ibi Gemin. & Philipp. Franch. de offic. delegat. in sexto.*

Sed est notandum, quòd non semper appellatio
12 suspendit iudicatum, nisi quandò interponitur à decreto diffinitiuo, secùs si interponatur ab interlocutorio, quia tunc iudicatum non suspenditur, vsquequo Iudex ad quem inhibuerit Iudici à quo, vt est *text. capitalis in cap. non solum de appellat. in 6.* quia
13 inhibitione facta, & saltem parti notificata, quicquid esset executum, erit attentatum, absq; aliquo prætextu iniustitiæ, aut subreptionis inhibitionis, pro quibus est adeundus Superior, suspensa interim executione. *Ludouis. decis. Rot. 360. & 435.*

Nobilissima tamen est quæstio, & alias ventilata,
14 & discussa in Collaterali Consilio; an à decreto M. C. V. seù cuiusuis alterius Tribunalis, per quod non admittitur excusatio absentiæ, aut alterius impedimenti allegata pro inquisito citato ad informandum, & proindè reputatur contumax, non obstante excusatione allegata, sit de iure concedenda appellatio.

Et licèt hæc quæstio apud me nullam olim habuerit probabilem dubitationem, quippè qui satis compertum habebam, de stilo Curiarum huius Regni, & signanter Sacri Consilij fuisse vsu, & moribus receptum, vt huiusmodi appellationi à non admissione excusationis non deferatur, ità vt inoleuerit praxis antiqua remittendi supplicationes in similibus oblatas eidem Magnæ Curiæ, quæ iustitiam faciat, vel debitè prouideat, vt constat ex *decis. Præs. de Franch. 327. post num. 1.* quæ est in terminis terminantibus, &
15 proindè nimimè sunt mutanda, quæ semper interpretationem certam habuerunt, *l. minimè, ff. de legib.*
16 quia consuetudo est optima legum interpres, *l. si de interpretatione, ff. eod. Præs. de Franch. decis. 329 nu. 12. Caranit. rit. 1. n. 17. cum seqq. Ioseph Ludou. dec. Lucens. 36. & dec. Perus. 196. Menoch. præsumpt. 8. lib. 2.*

Tamen dùm sentij aliquos contrarium omninò censuisse, & pro eis adduci posset authoritas *Petri Piccoli in Constit. Panam eorum, in verb. infligatus*, prout illum insertum refert *Grammat. in eod. Constitutum. 13.* volui intrà in medium afferre ad ostendendum, praxim hanc inueteratam esse in tribus, contiormem, quod in promptu est ex infrascripta distinctione, quæ continet in se argumentum à sufficienti partium enumeratione, quod in iure validissimum est, vt per *Euerard. in topic. legal. loco 51.* authoritate *textus in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. ex maleficijs, §. hæres, & l. obligationum ferè, §. planè. ff. de action. & obligat.*

Dicebam igitur, quod aut inspicimus personam excusatoris, qui appellat, aut inquisiti excusati, ad cuius beneficium cedit, seù tendit appellatio, aut Iudicis, à quo appellatur, aut Iudicis, ad quem fit appellatio, aut denique decretum, à quo interponitur appellatio.

Si excusatoris personam inspicimus, vtique certum est, quòd ei non competit ius appellandi, quia de iure appellatio ei tantùm conceditur, ad quem
17 causæ periculum spectat, *l. à sententia, ff. de appellat. l. 1. ff. de appellat. recip. cap. super eo, extrà de offic. deleg.* sed excusator quando non fuit admissus ad excusationem propositam, quia non fuit ei data dilatio con-
18 grua ad excusationem allegatam, nullum periculum causæ subit, ergò non debet concedi ei appellatio, secùs autem si fuit admissus ad excusandum cum termino ad probandum causas excusationis allegatas, & non probauit, quia tunc punitur de calumnia, & in expensis, & sic agitur de eius periculo in causa, meritò admittitur ad appellandum, ità in specie distinguit *Anton. Canar. de excusat. quæst. 6. num. 9. par. 1.* iuncta *quæst. 12. num. 4. par. 2.* & optimè probatur in

Iu-

l.liberto, §.fin.de negot gest. vbi *Imfcons.* illam rationem assignat, cur excusator causarum absentiæ non appellet in prima parte illius *text.* quia scilicet non est condemnatus ipse excusator, sed contumax, quem excusabat, & sic non vertitur eius periculum: At in 2.*part.* eiusdem *text.* vbi excusator fuit admissus, admittitur ad appellandum, quia sententia profertur contra ipsum, & sic vertitur eius periculum. Quò fit, vt cùm in casu, de quo quæritur, per decretum contumaciæ prolatum non sit condemnatus excusator, sed inquisitus, quem volebat excusare, & excusatio tantùm non fuit admissa, vtiquè nullum adest interesse ipsius excusatoris, & successiuè ei non competit appellatio.

Hinc modò patet, quòd dùm *Bald. in sua margar. in verb. officium excusatoris circà princip.* simpliciter
19 inquit, quòd excusator potest appellare, debet intelligi secundum distinctionem *text. in d.l.liberto, §.fin.* quem ipse allegat, non autèm indistinctè.

Si verò inspicimus personam inquisiti, pro quo
20 excusatio fuit allegata, vtiquè certiùs est, ei non cõpetere ius appellandi, tàm antè decretũ contumaciæ, quàm posteà: antè non, quia in criminalibus nemo admittitur, nisi personaliter cõpareat, vt in *Rit.* 269. & per *Caranit. in rit.* 108. Posteà nequaquam, quia, cùm sit effectus contumax, non potest audiri, sed ei denegatur omnis audientia, *l.1.C. quorum appell.non recipiant l.et post edictum, §.fin.ff.de ind l.sed et si par pratorem, §.sed et si dùm*, iuncta *gloss.ff.ex quib.caus. maior. l.ex consensu litigantium, §.fin.ff.de appell. l.pro-*
21 *perandum, §.cùm autem, C.de iudic.* & hic est vnus de effectibus contumaciæ, quos enunciat *glos. in l.contumaciam verb.litis, ff.de re iud.* & fusiùs *Rebuff. in Constit.Gall tom.3 tit.de contumac.art.13. glos.vnic. nu.4. eum seqq.*

Nec dicatur, quòd appellatio interposita à decre-
22 to contumaciæ suspendit effectum contumaciæ; nàm dùm appellatio non est interposita ab eo, qui habeat ius appellandi, certè talis appellatio non habet vim suspendendi iudicatum, vt in *l.1. ff. de appell. recip.* Præsertim quia casus noster non versatur in appellatione à sententia diffinitiua, sed à decreto merè interlocutorio, quæ non habet vim suspendendi iudicatum, nisi quandò Iudex ad quem inhibuerit, *text.* est capitalis ad id formatus in *cap. non solùm, de appellat.in 6.*

Quòd si inspiciamus modò personam Iudicis à
23 quo, tunc apparet, nullo modo grauasse, & successiuè non est locus appellationi, aut enim citatus hic, pro quo allegatur absentia, fuit visus eodem die commissi delicti, vel per diem antè, iuxtà *text. in cap. Regni Post commissum*, & tunc certissimum est, non grauasse, quia talis absentia præsumitur calumniosa per præsumptionem iuris, & de iure, ab eodem *cap.* introductam, & est prorsùs reijcienda, & à tali reiectione non potest appellari, qua condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure non appellat, *Bald. in l.si qui adulterii nu.2.C.de adult. Hipp.sing.116.* Immò si fue-
24 rit appellatum, Iudex à quo non tenetur huic appellationi deferre, *c.peruenit lo primo, c.consuluit lo terzo, & cap.suggestum extrà de appell.* aut verò non sumus in casu, in quo fuerit visus eodem die delicti, vel per diem antè, & tunc est arbitrarium Iudici admittere, excusationem, nec nè, vt tradidit *Caranit.rit.166.* post *num.7. vers. intelligendo tamen*, approbatus per *Præs. dec.327.* post *num.5. vers. et esse arbitrarium.* & successiuè succedit illa iuris conclusio, quòd quoties cunquè Iudex potuit aliquid facere, & non
25 fecit, quia est arbitrarium, non potest appellari, quia præsumitur iusta causa motus ad non faciendum, *Innoc.in cap.fin.num.5. versatem dixit extrà de feriis*; hinc dixit *Bald.in l.vbicunquè, ff.de interrog.act.* post *Spec.* ab ipso citatum, quòd si Iudex, cui est arbitra-
26 rium facere interrogationes in iudicio, requisitus ab vna parte noluerit interrogare, non dicitur grauare, nec potest appellari, & in specie, quòd si Iudex noluerit facere gratiam expectationis contumacibus, prout est casus noster, nõ possit appellari, subdit *Bald.in marg.in vers. Iudex potest quædam*, quod adeò verum est, vt si Iudex de duabus opinionibus appro-
27 batis elegerit magis rigorosam, omittendo æquiorem, non potest eius sententia reuocari, quia non potest dici, quòd non benè fecerit, *Præs.de Franch.dec. §.21.num.20.21. & 22.* ex quibus omnibus luce clariùs constat, Iudicem à quo non grauasse, & si cessat grauamen, cessabit etiam ius appellandi.

At si personam Iudicis ad quem inspiciemus, procul dubiò indubitatum est, non debuisse admittere, prout non admittit talem appellationem, siquidem
28 eius officium est, antequàm admittat appellationẽ, cognoscere, an appellatio sit recipienda. *Bart.in l.1. num.3. ff. nil nouar. app. pend. l.Chirographis, §.ab eo num.1. ff.de admin.tutor. glos.in clem.1. in glos.magna in verb.manifestè de dol. & contum. & ibi Zabar.4.q.* & quandiù cognoscit, non debet inhibere, *Innoc.in cap. dilectus lo secondo num.3. extrà de rescript. in fin.* Quò fit, vt in casu nostro, aut Præses circumspectissimus adhibuit hanc cognitionem, prout cum effectu solet per relationem sibi vt Præsidi factam à Iudice Magnæ Curiæ causæ Commissario, & tunc iustissimè appellationem non admisit, præsertim si decretum Magnæ Curiæ sit fundatum super dispositione *cap. Post commissum*, quia tunc ab eo non datur appellatio, tùm quia, nullum continet grauamen, tùm etiam quia decretum Magnæ Curiæ est pro exequutione decreti iuris introducti per dictum *cap.* & continet
29 meram iuris exequutionem, quo casu non datur appellatio, quia Iudex in ea parte est executor iuris, & ab executore nulla est appellatio, *l.ab exequutione, C.quor.appell.non recip.* Item nõ continet aliud, quàm
30 decretum legis, & à lege nulla est prouocatio *l.si quæ pœna, ff.de verb.signific.* & non censetur à Iudice grauari, quem lex ipsa grauat, & propterea appellationis refugium contra iuris decretum nõ permittitur, *cap.relatum extrà de cler.non resid.* optimè *Vsanes. in cap.consuluit lo terzo n.1. per tot.extrà de appell.*

Aut verò non adhibuit vllam cognitionem, & tũc non debuit admittere appellationem, antequàm cognosceret, si esset recipienda, nec nè, vt superiùs probaui: Præsertim quia non sumus in sententia diffinitiua, nec in habente vim diffinitiuæ, seù cuius grauamen reparari non possit ab eodem Iudice, tàm per aliud subsequens decretum, quàm per diffinitiuam, quo casu indubitati iuris est, appellationem non esse recipiendam per Iudicem ad quem, *text. et ibi Bart. in l.antè sententiam, C.quor.appell.non recipiant.* à quo licèt quandòq; dissentijsset ius canonicum, *c.super eo extrà de appell.* tamen superuenit *Sacrum Concilium Tridentinum*, quod in omnibus confirmauit dispositionem iuris ciuilis, vt in *sess.24.cap.20.de reformat.*
31 & è contrà sumus in ea appellatione, quæ ex notorietate facti insurgit, in qua appellatio non admittitur, *cap.cum speciali, §. porrò de appell. ex literis de sponsal.* & apparet manifestè frinola, quæ propterea non deuoluit negotium ad Superiorem, *c. ut debitus extrà de appell. c.quamuis de elect.in 6.* nec à Superiore est admittẽda, *c.cũ appellationibus, §.si verò Index de appell.in 6. Gregor. Tholos. in tract. de appellat. lib.2.*

c.14.num.17. Seraf.dec.310. Quemadmodùm non eſt
32 recipienda appellatio fruſtratoria, hoc eſt morandi cauſa, & fraudulenter interpoſita, *l.tutor, ff.de vſur.* & Magiſtratus ſuperiores curare debent, ne beneficio appellationis vtantur improbi, vt indè iniuria
33 non naſcatur, vndè iura naſci debent *l.meminerint, C.*
34 *vndè vi*, appellatio enim remedium non eſt ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ ſtatutum, *d.c.cum ſpeciali, §.porrò extrà de appell.* docet *Greg.Tholoſ.ſyntag.iur.vnus.par.3.lib.5.c.2.nu.12.* Ità vt ex omnibus prædictis in aperto ſit, ſummum Præſidem Sacri Conſilij, vti Iudicem ad quem, nullo iure admittere debuiſſe hanc appellationem.

Et deniq; ſi decretum ipſum inſpiciendum eſt, luce clariùs apparet, illud nullam prorſus mereri appellationem, tùm quia eſt interlocutorium, nullam habens vim definitiui, aut grauaminis, quod reparati non poſſit per eandem Magnam Curiam, tùm etiam, quia nullum continet grauamen, tùm & poſtremò, quia continet meram iuris executionem, in quibus caſibus demonſtraui in præcedentibus, appellationem non dari.

Modò verò addo vnum, quod eſt fortius, vt ſcilicèt tale decretum vlla omninò egeat appellatione, eò quòd nullum penitùs afferat præiudicium illis citatis, pro quibus fuit allegata abſentia. Quandòquidem, aut ipſi ſpontè comparebunt, aut erunt capti in contumacia durante anno, aut tandem per annum
35 integrum perſiſtens in contumacia. Si ſpontè comparebunt, purgatur omnis contumacia *l.1.C.de requir.reis, l.quis ſit fugitiuus, §.1 ff.de edil.edict. Bart.in l.1.C.de ſeru.fug.* niſi ſit contumax, & bànitus etiam, *Foller.pract.crim.in verb. Et ſi confitebuntur lo terzo nu.8.* Si capientur in contumacia, aut abſentia allegata, & nó admiſſa de iure debebat admitti, & tunc decretum contumaciæ non admittens allegationem abſentiæ eſt nullum, iuxtà communem *Doctorum* opinionem *in l. quæſitum* per illum *text. ff. de re iud. Bart.in extrauag. ad reprimendum in verb. negleverit, Campag.in d.cap. Poſt commiſſum nu.37. verſ. quòd ſi excuſator*, vbi inquit; quòd tali caſu excuſati non cõparentes non ſunt contumaces, ſed ſi de iure non debebat admitti, non eſt an quo conqueri poſſint de decreto, quod fuit interpoſitum in iuris executionẽ,
36 vt ſuperiùs dixi; ſi verò perſiſtent in contumacia, dicèt tunc poſſit deueniri ad ſententiam foriudicationis contra eos, tamen antequàm ad ſententiam deueniatur, debet præcedere citatio ad foriudicandum legitimè notificata, vt in *Conſt.Panam eorum*, & per *Præſ.de Franch.deciſ.515.& 516.* & ſi comparuerint, poterint demonſtrare eorum innocentiam, ac nullitatem decreti contumaciæ, quatènus non fuiſſet admiſſa excuſatio, quæ de iure admitti debebat, per prædicta, ſed ſi noluerint comparere, tunc eorum contumacia non debet illis prodeſſe; ſed quia con-
37 tumacia prouenies ex delicto, nouum delictum eſt, *l.omne delictum ff.de re milit. gloſ. in l.ſi filius, qui ff.de interrog.act.* procedetur ritè, & rectè contrà eos, vti contrà veros contumaces, Prout hæc omnia conſiderantur in propriis terminis per *Reg.Tapiam* Dominum meũ in *Conſt.Citationis literæ in fine lib.3. fol.* 56. *ad* 60. vbi ſimpliciter refert, à tali decreto fuiſſe appellatum, & per S.C. confirmatum, nulla facta definitionis diſcuſſione.

Ecce, quòd ex quacunq; lance articulus hic trutinetur, vndèquaq; conſtat, appellationem ab huiuſmodi denegatione excuſationis non eſſe admittendam, & contrarium attentare eſt ſubuertere totam machinam mundialem, fundatam ſuper theorica indubitata, & ſuper Praxi inueterata, tanquàm ſuper duobus Polis inconcuſſis.

Doctrina *Petri Piccoli* in principio allegata non obſtat, quia ipſe loquitur in excuſatore, qui comparuit aduerſus citationẽ ad foriudicandum, qui omni-
38 iure debet admitti ad appellandum, dùm in citatione ad foriudicandum ſunt citati omnes agnati, cognati, & amici, & ſic per citationem efficiuntur perſonæ legitimæ ad contradicendum, *Præſ. de Franch. dec.673.propè fin. & dec.379.num.6.* at ſecus in caſu noſtro, qui verſatur in citatione ad informandum, & vbi ſolus delinquens citatur, ſi quis comparet ad excuſandum, eſt vtròneus excuſator. Addo nunc pro hac opinione *Baiard.ad Clar.q.34.num.10.* qui atte-
39 ſtatur de hac obſeruantia in hoc Regno, vbi ipſe multis annis exercuit iuriſdictionem, Sed poſtmodùm aduerti, quòd ex eodem *Præſ.de Franch. deciſ.* 589. conſtat, huiuſmodi appellationes quandòq; admiſſas, & meto verbo in Sacro Conſilio, fuiſſe conceſſas dilationes, quas Magna Curia denegauerat, cui conſequès eſt, nè in futurum à forma obſeruata diſcedatur, quicquid eſſet de iure obſeruandum, vt
B in ſimili ait *Iureconſ.in l.conſtitutionibus in fin. ff. ad municipal.*

ADDITIO.

A VErùm aduerte, quòd prohibita appellatione, non eſt prohibitus recurſus, ſeù ſupplicatio per viam recurſus, vel querelæ, *Minad.deciſ.27.num.2. Grammat.deciſ.35.nu.4. Maſſul. ad Capyc.deciſ.144. n.1. & 2. Dom.Regens deciſ.14. & Dom. Præſ. de Franch. dec.148.* qui teſtatur de obſeruantia S.C. in caſibus, in quibus Fiſcus in Regno petit recurſum aduerſus decreta liberatoria, à quibus per diſpoſitionem Rituum M.C. non poteſt appellare. Eſt etiam aduertẽdum, quòd recurſus ſimilis eſt appellationi, & ſecundùm eam regulatur, *Maſſul.in d.deciſ.Capyc.144. n.2.* & ſuſpendit ſententiam, & proceſſum ad vlteriora, ſicut appellatio, *Magon.deciſ.Lucenſ.23. num.2. & 3.* Ideoq. petendus eſt infra tempora, infra quæ appellatio, vel ſupplicatio fuiſſet admittenda, prout probat idem *D.Regens in d.ſua deciſ.14.ſub num.8.*

B Hoc etiam confirmat *Dom.Reg. Tap. deciſ.S.C.17. n.3.* qui etiam in fine deciſionis meminit de hac doctrina D.Regentis. Io: Lagan.

De Appellationibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Dies decem ad appellandum, & quinquaginta ad proſequendum dantur, & poſt præſentatum proceſſum, datur annus, vel ex cauſa biennium, qui dies appellantur fatalia, & quarè.*

2 *Fatalia de iure communi habent locum in cauſis reclamationum, à ſententijs S.C. interpoſitarum.*

3 *Fatalia non currunt appellatione vertente coràm Principe.*

4 *Sententia plura continens capita, ſi de aliquo ipſorum in ſecunda ſententia nihil fuerit dictum, an cenſeatur confirmata.*

5 *Appellari à ſententia liquidationis pro executione alterius ſententiæ quomodò practicetur.*

6 *Decendium ad appellandum vt curras, requiritur intimatio, nec ſufficit qualibet ſententia, quod fallit in ſententijs prolatis à S.C.*

7 *Decendium ad appellandum habet locum tàm in diffinitiuis, quàm interlocutorijs.*

8 *Ap-*

8 *Appellatum si non sit à decreto interloquutorio infrà decem dies, an illud transeat in rem iudicatam.*

9 *Appellare, vel reclamare victo differente poterit victor petere confirmationem sententiæ pro se latæ.*

10 *Appellationis desertio attenditur à Iudice, etiam parte haud opponente.*

Lis per solam desertionem non dicitur finita, præterquàm quod si super desertione sit prolata sententia.

11 *Appellatio etiam de consensu partium victo post lapsos decem dies ad appellandum datos minimè conceditur, licèt jecus sit in termino ad illam prosequendam.*

12 *Appellationis causa coràm Iudice ad quem introducta poterit appellationis Iudex revocare gravamen illatum in exceptionibus peremptorijs ab initio propositis per Iudicem à quo haud admissis, etiam si ab eis non fuerit appellatum, dummodò à diffinitiua, non autem ab incidenti appellatum sit, & quæ sit ratio differentiæ, & vti limitetur hæc conclusio.*

13 *Iudex ad quem non potest revocare interloquutoriam latam in prima instantia, & confirmatam per appellationem.*

14 *Appellatio potest interdùm declarari deserta à Iudice à quo.*

15 *Appellatione interposita ab interloquutoria, si postea reperiatur lata sententia in causa principali, ubi est præsentata inhibitio Iudicis ad quem, an præsumatur prior sententia, vel inhibitio.*

16 *Appellatio interposita antè diffinitiuam præsumitur calumniosa.*

17 *Appellatione declarata deserta, attentata, quæ revocationi subiacent quomodò sint revocanda.*

18 *Appellatione allegata nulla ex defectu mandati appellantis, utrum prius sit cognoscendum de hac nullitate, vel de desertione, remissiuè.*

19 *Appellationum tempora an currant, si incipiant infra ferias.*

20 *Appellatione deserta an censeatur deserta causa nullitatis, quæ incidenter venit in ipsa appellationis causa.*

21 *Copia processus licèt sit præsentanda infrà tempora statuta, tamen præsentatio etiam longè post, & illius remissio ex eisdem actis de æquitate S. C. admittitur, modò sententia non sit declarata transisse in rem iudicatam, vel appellatio haùd fuerit declarata deserta.*

22 *Desertionis articulus coràm Iudice ad quem discutiendus est.*

23 *Appellatio si sit interposita, & petitur restitutio in integrum per minorem, quis erit Iudex.*

24 *Appellari nùm possit ab isto gravamine, si Iudex nonvult alicui ius reddere, sed nihil pronunciat.*

25 *Appellationis remissio ex eisdem actis, non ex novis probationibus est facienda, si post appellationem desertam quis ex gratia per Principis rescriptum admittitur ad illius remissionem.*

26 *Appellatio ad plures Iudices interposita neutiquàm subsistetur, si infrà decem dies non sit facta unius electio.*

27 *Appellatio per Principem tolli potest.*

28 *Appellans si renunciet appellationi, reluctante appellato, huic, & non illi erit mos gerendus, cum declaratione tamen, de qua hic, remissiuè.*

29 *Appellantis temerè pœna est arbitraria.*

Appellationis prosequendæ tempus est pariter arbitrarium unà cum fatalium prorogatione.

30 *Appellatio non præsumitur intrà debitum tempus interposita.*

Nec deserta si intrà legitimum tempus reperiatur facta.

31 *Mulieri non datur restitutio aduersùs lapsum fatalium.*

Instantia currit impeditis, quandò causa potest per procuratorem expediri.

Sententia ex capite iniustitiæ impugnatur, non obstante fatalium lapsu.

32 *Fatalia in octo casibus non currunt.*

33 *Fatalia etiam non currunt in causis Illustrium personarum.*

34 *Sententia, à qua fuit appellatum, si esset notoriè iniusta, ex eisdem actis posset procedi in causa appellationis, non obstante lapsu fatalium.*

Appellatio interposita ab vno ex litis consortibus, prodest alteri.

Litium consortium describitur.

APpellationum tempora, &c.

Fatalia currunt etiam in Sac. Consil. H.D.

Constitutio Regni, ad quam remittit se hęc pragmatica est *Constitutio Appellationum tempora*, in qua
1 statuuntur decem dies ad appellandum, in quo est conformis iuri communi, vt in *auth. de appell. & infrà quæ tempor. in princ. in final. verb.* vbi dicitur, quòd hi decem dies dantur, vt valeat victus plenissimè deliberare, si ei appellandum sit, vel quiescendum. Item statuuntur alij quinquaginta dies post appellationem ad præsentandum processum coràm Iudice ad quem, quod non erat de iure communi, & post præsentatum processum alius annus, & ex causa biënium ad expeditionem causæ appellationis, vt in *auth ei, qui C. de appell.* in quo nihil est immutatum de iure Regni, & appellatur fatalia, quia tanto tempore fatum, ideſt mors imponitur causæ, vel quia fatum, ideſt mors post illa tempora accidit causæ, secundùm *glos. in §. appellationes autem, in verb. fatales*
A *in auth. de iudic.*

Amplia etiam in causis reclamationum à sententijs eiusdem Sacri Consilij interpositarum quòad
2 cursum fatalium, in quibus licèt erat annus tantùm statutus in *pragm. 5. infrà de offic. Sacr. Consil.* tamen postea fuit prouisum, vt etiam in his reclamationibus Sacri Consilij haberent locum fatalia de iure communi, vt in *prag. 53. infrà de off. Sac. Cons.*

Secus autem in appellatione vertente coràm ipso
3 Principe, quia tunc fatalia non currunt, vt in *§. ad hæc sancimus in auth. de appell. & intrà quæ temp. glos. in §. quid ergò in verb. occurrit in fin. in auth. de his, qui ingred. ad appell.* Quòd si fuerit appellatum à sententia continente plura capita, & in secunda instantia
4 fuerit in aliquibus capitibus reformata, & quòad alia nihil fuerit dictum, an censebitur sententia in illis confirmata, vel remanebunt decidenda tanquàm capita omissa? *text. in l. alumnæ, §. qui filius in fin. ff. de admend. leg. & in l. Tribunus prope fin. ff. de milit. test.* probant, quòd censeantur confirmata, & huius opinionis est *Escobar de ratiocin. cap. 32. num. 30.* sed in contrarium faciunt dicta per eundem *Escobar ibid. cap. 33. n. 34.* & si pro executione sententiæ transactæ
5 in rem iudicatam fuit prolata alia sententia pro liquidatione quantitatis in ea sententia reseruatæ, non poterit ab hac secunda sententia appellari, nisi ab excessu nimis liquidationis expressa causa, *Rota Bonon. diuers. dec. 19. tom. 1.*

Aduertas tamen, quòd vt decendium ad appellá-
6 dum currat, non sufficit quælibet scientia, sed requiritur specifica per actum intimationis, vt probat *Intrigliol. singul. 34. lib. 1.* præterquàm in sententijs prolatis à Sacro Consilio, quæ dùm proferuntur in

forma

forma ſententiæ;& ſic ſub nomine Regis, cuius nomen inſcribitur in rubrica ſententiæ, non egent aliqua intimatione, ſed attenditur dies lectæ latæ,ſecus ſi proferantur in forma decreti Sacri Conſilij, quia tunc debent intimari,& ita ſeruatur,*Reg.Lamar. conſ.97.n.2.*

Quod quidem decendium ad appellandum habet locum tàm in diffinitiuis,quàm in interloquutoris, vt per *gloſ.in cap.Romana §.ſi verò vocatis in verb.interlocutoria de appellat.in 6.& in cap.venerabilibus §.porrò in verb. Decendium de ſentent. excommun.in 6.Caſtr.conſ.334.nu.3.cum ſeqq.lib.1. Afflict. in Conſtit.Appellationum tempora num.13.*& ideò decretum interloquutorium,a quo non ſit appellatum intrà decem dies, facit tranſitum in rem iudicatam, ſicut ſententia diffinitiua, *cap.dilecti extrà de elect. cap.ceſſante extrà de appell.Vrſill.ad Afflict.deciſ.42. num.2.*

Quòd ſi victus differat appellare, aut reclamare, tunc victor poterit ipſe petere confirmationem ſententiæ latæ pro ſe, nulla expectata interpoſitione appellationis, vel reclamationis ab aduerſario, vt poſt *Bart.in l.ſi expreſſim num.17. ff. de appell.* tradit *Præſ.de Franch. deci.661.* eſt *text.in l.5.§.in hoc autem,C.de tempor.appellat.*

Et nota, quòd hæc appellationis deſertio eſt adeò priuilegiata,vt ſit à Iudice attendenda etiam parte non opponente, ſecundùm *Minſynger. obſeruat.59. centur.2.* ſed an elapſo anno poſſit Iudex ſuam ſententiam exequi, quaſi appellatio ſit deſerta abſquè declaratione Iudicis ad quem? *Andr. Fachin. lib.1. controu.iur.cap.79.* affirmat,& *Maſtrill.deciſ.222.*ſed *Caualer. deciſ.333.* ait, per ſolam deſertionem non eſſe finitam litem,niſi ſuper deſertione interponatur ſententia,& ità practicatur.

Et nequè de conſenſu partium poteſt victus admitti ad appellandum poſt lapſos decem dies datos ad appellandum, licet ſecus ſit in termino dato ad proſequendum appellationem in tempore interpoſitam,vt docet *Ant.Gamma deciſ.Luſit.386.*ad quod eſt etiam videndus *Syria quæſt.forenſ.39.*

Introducta verò cauſa appellationis coràm Iudice ad quem, poterit ipſe Iudex appellationis reuocare etiam grauamina illata in exceptionibus propoſitis,peremptoriis tamen ab initio, & per Iudicem à quo non admiſſis, licèt ab illis non fuerit appellatum,vt in *cap.fin de appell.in 6.* quod ego intelligo, quandò appellatum eſt à diffinitiua, quo caſu eſt deuoluta cognitio totius cauſæ, ſecus ſi appellatum ſit ab incidenti, quia de eo tantùm eſt cognoſcendum.

Ratio differentiæ eſt,quia omnia incidentia ordinantur ad finem diffinitiuæ, & propterea deuoluto fine,omnia ordinata ad illud deuoluuntur,vt probat *Ioann. Andr. in d. cap. fin. colum.1.* quem ſequuntur *Anchoran. & Philipp. Franc. ibi.* & iterùm *Philipp. Franc.in eod.cap.fin.§.vbi verò num.1. & ibi. Gemin.* & reliqui, quod non poteſt dici in appellatione interpoſita ab incidenti, præſertim in incidenti non reſpiciente directò negotium principale,quod tranſit in rem iudicatam,etiam quòad Iudicem,ad quem poſtea deuoluitur appellatio à diffinitiua, vt aſſerùt omnes præcitati *Doctores.*

Verùm limitatur hæc concluſio,vt procedat in illis decretis interloquutoriis,a quibus non poteſt de iure appellari,ſecùs in ijs, à quibus potuit appellari, & non fuit appellatum, quia horum grauamen non deuoluitur per appellationem ſubſequutam à diffinitiua,iuxtà *glo.in d.c.ſi.verb.poſt decendium circà fin.*

Item limita,vt procedat in decretis interloquutorijs ſuper exceptionibus peremptorijs,vel in his,que reddunt iudicium nullum, ſecùs in dilatorijs, vt eſt *text.in d.cap.fin.& in l.ità demùm, C. de procur.* vbi *Bart. Bal.* & reliqui.

Item limita, vt Iudex appellationis non poſſit reuocare interloquutoriam latam in prima inſtantia, & confirmatam per appellationem,iuxtà *clem.fin.& ibi gloſ. in verb.ſuper ea de appellat.* ſed materiam *d.c.fin.de appellat.*6. declarat latiùs *Brederod. de appellat.p.2.tit.3.limit.13.& 14.*

An Iudex a quo poſſit declarare appellationem deſertam? affirmat *Marant.conſ.61.num.10.* quando nunquàm fuit aditus Iudex appellationis, & quid ſi interpoſita appellatione ab interloquutoria reperitur poſteà lata ſententia in cauſa principali,in qua reperitur præſentata inhibitio Iudicis ad quem, an præſumatur prior ſententia,vel potiùs inhibitio? vide *Theſſaur.dec.49.*qui fauet ſententiæ,ſed ope reſtitutionis admittit appellantem ad proſequendum eam.

Nota tamen,quòd appellatio interpoſita antè diffinitiuam præſumitur calumnioſa, ſecundùm *gl. in l.2.in verſ.cauſa,C.de Epiſc.audien.*

Deſerta cauſa appellationis attentata debent reuocari,*Beninten.deciſ.Bonon.40.n.3.*ſed ordinariè, & C dato libello.

Sed ſi appellatio allegetur nulla ob defectum mandati appellantis, priùs eſt cognoſcendum de hac nullitate, quàm de deſertione, *Paſetb.conſ.61. & 62.*

Et vtrum hæc appellationum tempora,ſiuè ad appellandum, ſiuè ad proſequendum currant, etiam ſi incidant intra ferias? quòd ſic probat *text.iuncta gloſ.in l.1.in gloſ.1.in fin.C.de feriis,*& an deſerta cauſa appellationis,cenſeatur etiam deſerta cauſa nullitatis, quæ venit incidenter in cauſa appellationis? quòd ſic *Ant.Gamma deciſ.68.*Aduerte tamen,quòd licèt per hanc *pragmaticam*, & per *Conſtit. Appellationum tempora* copia proceſſus debeat præſentari infrà quinquaginta dies coràm Iudice ad quem, vel infrà paucos dies poſt,dummodò non excedant tres, vel quatuor,ſecundùm *Ant. Gamm.deciſ.132.* tamen Sacrum Conſilium de æquitate admittit præſentationem etiam longè poſt,& illius remiſionem ex eiſdem actis,dummodò ſententia non ſit declarata, feciſſe tranſitum in rem iudicatam, & appellatio non ſit declarata deſerta. Pro qua obſeruantia S. C. vide *Afflict.dec.79.Gutierr.lib.1.pract.q.104.*

Et hic articulus deſertionis,non dubitatur, quòd erit diſcutiendus coràm Iudice ad quem; ſed ſi petatur reſtitutio in integrum per minorem, quis erit Iudex,an Iudex à quo,vel Iudex ad quem? *Andr.in cap.ſancimus lo 2.num.7.in fin.verſ.quid ergò, & nu.8. quo temp.miles*, diſtinguit inter reſtitutionem, quæ petitur aduersùs appellationem in tempore non interpoſitam,& reſtitutionem,quæ petitur aduersùs appellationem non proſequutam, & in primo caſu ait, quòd hæc reſtitutio debet peti coràm Iudice, à quo vult appellare,quia dùm non appellauit,non eſt alius Iudex niſi ipſe,in ſecundo verò caſu ait, quòd debet peti coràm Iudice,ad quem iàm fuit appellatum,ſed communis opinio eſt, quòd vtroque caſu petetur reſtitutio coràm Iudice ad quem, iuxtà opinionem *Bart.in l.præſes de appell. Capell.Tholoſ.deciſ.392. & ibi Aufrer.*

Et quid ſi Iudex non vult alicui ius reddere,attamen nihil pronunciat,vtrum ab iſto grauamine poſſit appellari? *Bald.in l. ſed & ſi in princip. in addit.*

nu.1.

etiam. l.ff.quib.ex caus.maior. post *Guil.ibi* dicit, quòd non, sed debet adiri Superior per viam simplicis querelæ. Nisi in casu, in quo lex non dat remedium parti, pro quo possit implorare officium Iudicis, sed ponit aliquid in mero officio Iudicis; nàm tunc siuè motu proprio id facere noluerit, siuè petitus denegauerit, non poterit appellari, ità notabiliter *Felin. in c.exceptionem num.3.vers.quartus casus, extrà de except.*

Quòd si post appellationem desertam admittatur
25 quis ex gratia per rescriptum Principis ad illius reuisionem; hæc reuisio debet fieri ex eisdem actis, nè ex nouis probationibus, *Turrett.cons.2.vol.2.num.5. Leonin.cons.65.n.2.*

Appellatio facta ad plures Iudices non tenet, non
26 facta vnius electione infrà decem dies, *Ant.singul.30.*
27 incip.*appell.* & Princeps potest tollere appellationem, *Iser.in procem.Constit. colum.6. vers. quintum exemplum num.*20. omninò *Couarr.pract. quæst. c.13. num.6. Ari. Pinell. in rubr.de resc.vend part.1.cap.2. num.22. Syria quæst. forens.31.* & si appellans vellet
28 renunciare appellationi per se interpositæ, appellatus verò contradicat, & velit prosequi appellatio-
D nem, huic est mos gerendus, *Io.de Amicis cons.92.* & ad materiam vide omninò *Boer.decis.13.* & limita si negaret appellatus, aduersarium appellasse, secundùm *Ant.Gabriel. lib.5. commun. opin. tit. de acquir.*
29 *possess.conclus.5.num.*10. & pœna temerè appellantis est arbitraria, *Menoch.de arbitr.iud.casu* 445. & tempus prosequendæ appellationis, & fatalium prorogatio sunt etiam arbitraria, *Idem casu* 446. & appel-
30 latio non præsumitur vltrà debitum tempus interpositæ, nec deserta appellatio, *Idem in tract. de præsumpt.lib.2.præsumpt.95.& 96.* mulieri non datur restitutio aduersùs lapsum fatalium, *Præs.Vinc.de*
31 *Franch.decis.*284. quandò causa potest expediri per procuratorem currit instantia impeditis, *Ioseph Lu-*
E *donic. decis.36.* sententia ex capite iniustitiæ impugnatur, non obstante lapsu fatalium, *Farnac. dec.78.* & notata per *me infrà in rubr. de instantia non resti-*
32 *tuēda*, & in octo casibus fatalia non currūt, *Thesaur.*
33 *decis.Pedem.*10. quibus adde causas Illustrium personarum, secundùm *Angel.in l.fin.in fin. C.vbi Senat. vel Clariss.*

Quicquid tamen sit circà huiusmodi cursum fa-
34 talium, quando sententia, à qua fuit appellatum, esset notoriè iniusta, ex eisdem actis posset procedi in causa appellationis, non obstante lapsu fatalium, vt probat *Farin. d.decis.78. Seraph.decis.*245. 251. & 344. *Rot.Rom.apud Ludouis.decis.*317. & appellatio interposita ab vno ex litis consortibus, prodest alteri, *Farin.dec.posthum.*11. *tom.*2. vbi ait, litis consortes esse, qui eandem causam substinent, & habent litem communem, siuè actores sint, siuè rei.

ADDITIO.

DAtur ergo annus ad appellationem, siuè reclamationem interpositam prosequendam, ac terminandam, quem primum fatale appellant, quo elapso ex causa impedimenti superuenti conceditur alius annus, quem secundum fatale dicunt, vt in *auth.ei, qui C.de temporib.appellat. l.final. §. illud, C.de temp. & repar. cap.ex ratione de appellat. Alex cons.79.num.2.lib.7.* qui dicit, quòd allegari, & probari debet impedimentum in primo anno, vt concedatur secundus, ex causa prædicti impedimenti, *Gimb. decis.*116. *& Vrsillus ad Afflict. decis.78. num.2.* qui aduertit, quòd reclamans poterit gaudere quatuor annis ad reclamationem prosequendam, reclamando scilicet à sententia in fine biennij, à iure indulti ad reclamandum, vt in *auth. quæ supplicatio*, vbi *glos. & DD. C.de precibus Imperat.offerend.* nam hoc biennio elapso, & appellatione etiam per diem antè interposita, poterit habere duos alios annos, quæ sunt duo fatalia, quæ conceduntur, vt supra. Imò vltrà hos quatuor annos dicit idem *Vrsill.* quòd potest habere aliud tempus à iure permissum, iuxta *text.in d.cap.ex ratione, de appellat.* quia elapso isto secundo biennio fatalium, si successerit impedimentum infra aliud quadriennium, quod maioribus ex clausula generali conceditur ad restitutionem in integrum petendam, iuxtà *text. in l.1.ff. ex quib. caus. maiores*, poterit infra aliud quadriennium restitui ad reclamationem prosequendam, ità *glos.in d.auth.ei, qui in ver. manet sententia C. de temp.appellat.* concordat *text.in d.cap. ex ratione de appellat.* & latissimè *Sfor. Odd. de restit. in integr. part.2.quæst.*71. *num.*15. qui quæstionem hanc, & fatalium materiam satis copiosè, & luculenter tractat, traditq; omnia necessariò probanda pro huiusmodi restitutione obtinenda, & an restitui debeat tantum temporis, quantum iustum impedimentum abstulit, multasq; ampliationes, & limitationes affert, ex quibus cōcedi, vel denegari debeat huiusmodi restitutio, ita vt nihil amplius possit desiderari ad ipsū ergo pro plena huius materiæ cognitione recurrendū erit, in *dict. part.2.q.*70. *&* 71. Et quoniam inter alias causas iusti impedimēti ad hanc restitutionem concedendam, probat esse paupertatem appellantis, vt in *d.quæst.*70. *nu.*17. *& quæst.*71. *num.*34. quod etiam infinitorum authoritate benè firmat *Aluar.Velasq. in tract. de privileg. Pauper.part.1.quæst.*31. *num.*11. post *Thesaur.decis.*10. *num.*5. *& Gurba d. decis.*116. per *tex.* satis expressum in *l.si procuratorem, §.si ignorātes, ff.mandati*, volo hic aduertere, quòd S.C. referente Regio Consiliario Prouenzali, nedùm infrà quadriennium, sed post decem annos admisit quendam Nobilem nororiè pauperem ad prosequendam reclamationem interpositam à sententia S.C. contra ipsum lata in prima instantia, credo, non alia ratione, nisi quia semper viguit, & vigebat crudelis paupertas, iusta causa restitutionis.

Impedit item fatalium cursum, & est legitima causa restitutionis in integrum ad appellationem, seù reclamationem prosequendam, nedùm paupertas, sed etiam compromissum, vt in *clement.quandiù, de appellat. Guid.Pap. dec.*115. *Dom.Reg. in pragm. ista sub num.27. & Anna singular.*117. qui nedùm id probat in compromisso, sed, quod magis est, in tractatu compromissi, seù in conuentione de compromisso faciendo, ex doctrina *Alexandri* (si id probat) in *consil.*72. *lib.*3. At quoniam vtrumquè iuris articulum tàm benè, quàm subtilitèr, & succinctè fundauit Illustris quondam *Ferdinandus Rontus* inter primarios Aduocatos perspicacissimus, Domini Regentis filius, qui ab aduocationis munere ad criminales causas in M.C.V. diudicandas translatus, mox Regni, Regisq; Collateralis Secretarius effectus, ac Castri Saraceni Ducatus titulo decoratus, immaturè occubuit. In causa Ioannis Baptistæ de Braida contra hæredes Francisci Antonij de Braida, eius scripta hìc inserere libuit, ad tāti Viri memoriā.

Non sine numine diuum.

INstantiam in iudicio reclamationis propositæ ex parte Io.Baptistæ de Braida non esse desertam ex proba-

probationibus in notula facti enunciatis, liquidò constat.

Circumscripto etenim quocunq; stilo S.C.pro,vel contra,siuè in eo sententia,a quibus fuit reclamatum semper reuideantur, non obstantibus temporibus appellationum,siue appellationum tempora seruentur,etiam in S.C.circa fatalia,siue hoc idem, quod statutum est in appellationibus obseruetur, etiam in causis reclamationum,ad materiam de iure communi *l.fin. §.pæn.C.de temp.appell.& glos finali l.unica, C.de sentent.præf.prat.* & de iure Regni *pragm.54. de offic. S.C. dec.Gran.13. Capyc.109. de franch.646.*

Exploratum est de iure,impedimentum inexcusabile conseruare ius reclamantis, *l.1. §.dies,ff.quand. appell.sit*. Quod fundatum est in clausula generali, *si qua mihi iusta causa videbitur*, ad notata per *Boer. dec.247. à nu.10.ad fin.*

Quæ nè pars ex aduerso sibi persuadeat,tunc tantùm militare,quando ex latere Iudicis interponuntur,ad tradita per *Specul.in tit.de appell. in §. restat.* sciat,quòd *Legislator in l.fin.§.illud etiam. C.de temp. appell.*siccumrit impedito prosequi,siuè per Iudicem steterit,siuè per aliam inexcusabilem causam, & ità sentiunt Practici in materia appellationum,& reclamationum,*Venusinus in specul.in verb.& quandoque appellatur, num.215. in fin.* ibi *Maximè quando stat per Iudicem,& Nouissimi in 2 part.principali part.1. glos.potest n.45.& 46.vers.sed an quodlibet.*

Impedimenta autem in casu nostro sunt legitima,

Nam inter alia est probata inopia, ob quam de iure quis relcuatur, si non fuit prosequutus, *l.si procuratorem, §.ignorantes. & ibi Accursius, Albericus, Angelus Aretinus, Alex.* post *Bart.Bald. & Salycet. ff.mand.Thesaur.dec.10.n.5.*

Rursùs probatus est tractatus de concordia inter partes,qua pendente fatalia nõ labuntur,*clem.quandò, de app.auth.si tamẽ.C.de temp.appel.*& est solemnis *decisio Rot.2.de dilat.in nouis.* quæ licèt loquatur in compromisso,idem tamen est,si pendente dilatione partes ponant se in concordia extrà compromissum,vt durante tractatu tempora nó currant, prout est decisum bis in S. R. C. Cathaloniæ, authore *Ludouic.Peguer.decis.162.*& iterum 182. notat pro singulari *Anna singul.117.compromissum.*

Quæ conclusio,quicquid difficultatis sit,in tractatu concordiæ initæ, pendente termino dato vni parti,vt sunt decem dies,vel biennium,de quo non dubitatur in casu nostro, in quo de reclamatione interposita vltima die biennij tractatur, & procedit extrà omnem difficultatem in termino communi vtriq; parti ad prosequendum, per eosdem Dominos de Rota Romana,& Cathalonia in allegatis decisionibus,& ita sentio.Idibus Iunij 1613.

Ferdinandus Rouitus.

Partes venerunt ad concordiam pro ducatis 3000, *nec fuit negotium decisum.*

B *Dom.Reg.Capyc.Latr.consult.159.lib.1.*

C Et an deserta causa appellationis,sit etiã deserta causa nullitatis,si appellationi fuerit adiuncta,vide *Bar.in l.si expressim n.10.ff.de appell.* vbi *Add.Alex. cons.200.lib.2.n.12.& Pract.Papiens.in for. appell. à sent.diffin.ver. & in quantum sit aliqua n.2.*distinguẽté,quòd aut causa,propter quã remouetur appellatio respicit pariformitèr,tàm appellationem,quam nullitatem,& tunc sublata nullitate, remouetur etiam nullitas, aut verò causa non est pariformis circa vtramquè,& diuerso iure regulantur appellatio,& nullitas,& tunc subdistinguit. Aut nullitas venit incidenter ad appellationem, & tunc sublata appellatione,tollitur etiã nullitas, aut nullitas venit principaliter,& appellatio accessorè ad nullitatem, vel vtraq; deducitur principaliter,& tũc sublata,vel deserta causa appellationis,remanet causa nullitatis,& potest tractari etiam remota, vel deserta causa appellationis,& ità resoluit *Pract.Papiens. loco* citato, quod dicit etiam esse de mente *Bart.in d.l. si expressim*,quod etiam dixit *Anna allegat. 93. num.1.* tàm in causa nullitatis, quàm in causa appellationis; vt vna earum deserta,remaneat altera,principaliter tamen intentata. Hinc docti Pragmatici quando appellationes interponunt, dicunt *Appellat, & æque principaliter de nullitate dicit*; nam cùm nullitas est principaliter intentata, deserta appellatione, remanet causa nullitatis decidenda, *Vant.de nullitat. ver. quot,& quib.mod.nullit.in ind.num.38.*qui etiam tradit modos sciendi in dubio,quando nullitas sit incidenter, vel principaliter proposita, pro quo vide etiam *Couar.pract.quæst.cap.24.num.7.* est autem aduertendum, quòd semper cùm proponitur nullitas post executionem sententiæ, censetur principaliter proposita,& requiritur libellus, & litis contestatio, prout docet *Anna in allegat.22. num.1.& Vant. de nullitat in dict. titul.seù ver. Quot, & quib.modis nullit.in ind.propon.num.24.*& sententia super prædicta nullitate ferenda erit diffinitiua, vt per *Vant. ibidem.*

D An Procurator expressè possit renũciare appellationi,dic,quòd non,prout bene probat *D. de Franch. dec.§79.et Gurb.dec.3.n.35.* Pollet tamen tacitè pati labi tempus ad prosequendam appellationem, *Affitis.dec.78.num.3.* procurator enim tenetur appellare, sed non prosequi appellationem,*limitus* vbi *glos.C.de procur.*& dixit *Alexand.ad Bart. in addit. in l.damni infecti 9. si is,qui vicinas, in verb. futuras ff. de damno infecto*, vt per actum contrarium, consultentem in agere,vt declarat *Polyd. Ripa obser. 6.num.1.& 4.* & si procurator non appellat,an præiudicet Domino,& an Dominus restituatur ad appellandum,*Marta voto Pilan.100.*

E Concinit *tex.in l.1.§.seu ver. Planè ff. de diuers. & tempor.præscrip.*vbi etiam *glos.*notabilis, & clara in *ver.Agendi,& in ver.Potestatem*, cùm.n.potest quis agere,vel conuenire per se, vel Procuratorem ad id constituere,dicitur habere potestatem experiendi,& vtilia currunt tempora,vt *ibidem* dicit *Bart.*Hinc limitant *DD.*conclusionem supra firmatam,vt Pauperi non currant fatalia, vel habeat is restitutionem in integrum,ad reclamationem prosequendam,etiam post lapsum fatalium,quotiescunq; statutaria constitutione, vel Principis ordinatione, & prouidentia cautum est, vt Pauperibus omnia acta, scripturæ,& patrocinia gratis, & sinè sumptu præstentur, sintq; publico,vel Principis ære Aduocatus,& Procurator constituti, qui Pauperibus patrocinentur, eorumq; causas gratis defendant, prout in Statu Sabaudiæ,& Regno Siciliæ testatur *Thesaur. d.dec.10. sub num.5.* & in Regijs Tribunalibus huius Fidelissimæ Ciuitatis, ac in omnibus Regijs Audientijs Regni, solertissimos,itemq; doctissimos constitutos esse Pauperum Aduocatos, & Procuratores, Fisci sumptibus, quisq; videt,qui sanè Pauperum Aduocatus,& Procurator nihil recipere possunt pro defensione causarum Pupillorum, Viduarum, & miserabilium personarum; sed pro eis gratis tenentur procurare, & patrocinari, & sint contenti gagijs suis, prout dictant

Ritus

Ritus 19. & 23. M.C.V. Immò non solùm Aduocati, & Procuratoris patrocinium Pauperi debet gratis exhiberi, sed omnia acta, nedùm iudiciaria à Iudicibus, Scribis, & Actuarijs, sed etiam extraiudicialia à Notarijs gratis, & sine sumptu conscribi, & fieri debent, prout tàm de iure communi, quàm Regni huius Constitutione benè fundat *D. Caran.* vir sanè doctissimus in *d. Ritu M.C. 19. sub num.* 18. licèt dicat, hodie hoc malè seruari à Scribis, & Pharisæis, siuè Actuarijs.

In quibus autem casibus, & causis teneatur, quis procuratorem constituere, & præsertim, an citatus à Papa possit comparere per procuratorem, tradit *Majull. ad Capyc. dec. 123.* post *Vrsill.* & alios, quos allegat. Io. Lagan.

De Appellationibus. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Assistentia concessa etiam cum facultate vendendi, exequutio fit respectu adiudicationis tantum, non autem venditionis, vbi nu. 4 ratio affertur, & reijcitur n. 7.*

2 *Adiudicatio plus debito facta corruit in totum, etiam pro summa debita.*

3 *Adiudicatio, & in solutū datio, quæ, & quot requirat, remissiuè.*

5 *Dominium rei adiudicatæ creditori ita transfertur in ipsum creditorem per adiudicationem, sicut in tertiū emptorē per venditionē, hinc illatio, de qua n. seq.*

6 *Appellationis in causa vincens, in casu venditionis habet actionem ad pretium contra victum.*

8 *Appellationis in causa sententia lata retractans primā, an hæc secunda habebit exequutionem paratam, non obstante appellatione interposita.*

9 *Appellari licèt non possit à sententia lata super possessorio adipiscendæ, tamen non procedit, si sententia feratur per verba negatiua.*

10 *Potestas condemnandi, & absoluendi non semper à pari procedit.*

11 *Sententia notoriè iniusta non mandatur exequutioni.*

12 *Sed quæ sit talis censenda.*

MAgnæ Curiæ decreti affirmatiui super assistentia non retardatur exequutio ex capite appellationis, ex capite verò nullitatis sic. H.D.

1 An hæc parata exequutio sit respectu adiudicationis tantùm, vel etiam venditionis, quandò assistentia esset concessa etiam cum facultate vendendi, *Præs. Vinc. de Franch. dec. 120.* dicit, quòd est respectu adiudicationis tantū, & ita passim obseruatur.

Quę adiudicatio non debet fieri plus debito, aliàs
2 corrut in totum, etiam pro summa debita, *Iutrigl. decis. 46. n. 1. cum seqq.* qui etiam *dec. 15.* declarat, quot,
3 & quæ requirantur ad validitatem huius adiudicationis, seù in solutum dationis.

Sed nolui omittere, quòd inter cęteras rationes, quæ pro hac determinatione adducuntur in dicta
4 *decisione*, ea videtur præcipua, quia scilicèt si per vēditionem rei, super qua est præstita assistentia, sententia mandaretur exequutioni, & posteà in appellatione reus vinceret, non posset recuperare rem iam venditam pro exequutione sententiæ, sed tantùm pretium, quod cessat, quandò sententia mandatur exequutioni per adiudicationem factam ipsimet creditori, quia res semper remanet penès actorem, & si fuerit victus in causa appellationis, debet restituere ipsam rem adiudicatam cum legitimis accessionibus, *auth. quæ supplicatio C. de precib. Imper. offer.* Quæ quidèm ratio nunquam mihi satis arridere potuit (pace tanti Viri apud me semper extollendi id
5 dixerim) siquidèm per adiudicationem, quæ fit creditori, ita transfertur in ipsum creditorem dominium rei adiudicatæ, quemadmodùm per venditionem transfertur in tertium emptorem, vt est *text. in l. à Diuo Pio §. si pignora*, iuncta *glos. in verb. adiudicātur ff. de re iud. in l. si prædium C. de euictionibus, & in l. fin. §. sin autem tempore statuto C. de precib. Imper. offer.* & idcò si tertius emptor non tenetur restituere
6 re rem venditam pro executione sententiæ, sed is, qui vincit in causa appellationis habet tantummodò actionem ad pretium contra victum, per ea, quæ adducuntur in *cad. decis. num. 8. & 9.* procul dubio idem dicendum est, quandò res est adiudicata eidem creditori, & actori, qui vicit in prima instantia, quod admittit expressè idem *Præs. in decis. 145. num. 3. ver. sed dubium, & auth. quæ supplicatio C. de prec. Imper. offeren.* quatènus citatur ad probandum illud assumptum, quòd quandò res remanet penès actorem, qui vicit in prima instantia, tenetur restituere ipsam rem, id mihi nullo pacto probat, quandò res remanet penès actorem, non immediatè vi-
7 gore sententiæ, vt puta, quia sententia est prolata super relaxatione rei, sed mediatè, scilicèt quia sententia continet quantitatem, & pro solutione quantitatis fit adiudicatio actori, immò potiùs probat contrarium, vt scilicèt debeat restitui eadem quantitas, non autem requirit, quòd restituatur corpus adiudicatum, dùm loquitur per tantum, & quātum, & in corpore, vndè sumitur expressè loquitur de tanta quantitate, & ideò circunscripta hac ratione remanet vera decisio per alias rationes in ipsa *decisione* allatas, nec propterea remanebit frustratoria hæc determinatio, quia victus per executionem sententiæ restrictam ad appretium tantùm, illud beneficium consequetur, vt actor teneatur recipere in solutum rem ipsam mediante appretio, et inuitus, nam aliàs non cogeretur, si haberet facultatem rei vendendæ, ex traditis per *Bellug. in specul. Princ. rubr. 41. §. leges Regni num. 43. versic. sed quid si debitor, Cagnol. in l. 2. num. 164. C. de rescind. vend. & ibi Ar. Pinell. in 1. par. c. 4. nu. 10. & 11. Menoch. præsumpt. 91. nu. 5. lib. 2.*

Item quòd procedat respectu sortis principalis
8 solummodò non etiam respectu interesse, voluit *Anna singul. 494.* & quid si post primam sententiam exequutam lata fuerit secunda sententia in causa appellationis retractans primam, an hæc secunda sententia habebit similiter exequutionem paratam, non obstante appellatione ex aduerso interposita? quòd sic *Præs. Vinc. de Franch. decis. 136.* faciunt tradita per eundem *Præs. dec. 288. in princip.* & per *Ann. singul. 472.* verùm obstant verba huius *pragmatic.* quæ, dùm vult, appellationem non retardare exequutionem, loquitur in specie de decreto assistentię affirmatiuo, & sic de eo decreto, per quod conceditur assistentia, ergò secùs de decreto negatiuo, per quod reuocatur assistentia, & pro hac mea ponderatione faciunt tradita per *Iacobin. de Sancto Georgio in l. fin. num. 56. C. de edict. Diu. Hadrian. tollend.* vbi ait, quòd licèt à sententia lata super pos-
9 sessorio adipiscendæ non possit appellari, tamen limitatur, si sententia feratur per verba negatiua.
10 & non semper à pari procedit potestas condemnandi, & absoluendi, ex traditis per *Crott. in repet. cap. pastoralis, §. verùm, not. ab. 5. extra de appell.* & ideò cùm

caſus acciderit, erit viterius cogitandum, nunc pro opinione affirmatiua addo *Reg. Salern. deciſ.* 25. pro negatiua *Gonzal. ſuper reg. S. Cancell. gloſ.* 6. *num.* 183. & 219.

1 Et in omnem caſum ſi hæc ſententia eſſet notoriè iniuſta, non mandabitur executioni, ex traditis per *Gutier. lib.* 1. *pract. quæſt.* 120. prout pluriès obſeruari vidi in Sacr. Conſil. & ſentit expreſsè *Præſ. de Franch. deciſ.* 86 *num.* 5. Qui etiam eſt videndus circa ea, quæ in hac pragmatica de nullitate ſtatuuntur, & *Borrell.* tetigit *de Magiſtrat. edict. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. & *Ego infra de Offic. Sacr. Conſ. pragm.* 3. *nu.* 11. faciunt tradita per *Rot. Roman. deciſ.* 56. *num.* 4. *apud Farinac.*

Dicetur autem ſententia notoriè iniuſta, quotieſ-
11 cunquè ex eiſdem actis, ex quibus fuit prolata, non conſtat de eius iuſtitia, vt pluriès determinarum per *Rot. Roman.* refert *Farinac. deciſ.* 77. contra *Afflict. deciſ.* 28. addo *Mantic. deciſion.* 211. *numer.* 6. *Gratian. diſcept. forenſ.* 708. *nu.* 40. & *diſcept.* 725. *nu.* 34. & 35. *Maſtrill. dec.* 158. *Seſſ. deciſ.* 424. *n.* 4. & *Rodriq. de execut. ſentent.* §. 6. *nu.* 52. *verſ. alter.*

De Appellationibus. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Fiſcus in criminalibus præſumitur inhærere appellationi per condemnatum interpoſitæ, non exiſtente parte querelante, vel ea non appellante, alioquin ceſſaret huius pragmaticæ diſpoſitio.*

Inquiſitus, & condemnatus ſi ſuæ renunciet appellationi, poterit nihilominus Fiſcus illam proſequi.

Accuſator poſt litem conteſtatam non poteſt querelã remittere in præiudicium Fiſci, cui eſt ius quæſitum.

ESſendoci ſtato, &c. Fiſcus in cauſis criminalibus cenſeatur inhæſiſſe appellationibus interpoſitis à condemnatis, H.D.

Intellige, hanc pragmaticam procedere, quan-
1 dò non adeſt pars querelans, aut ſi adſit, ea non appellaſſet, ſecùs autem ſi pars querelans appellaſſet, quia tunc ceſſat diſpoſitio huius pragmaticæ, ita deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 467. *in fine*, *Regens de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul. de elect. offic.* §. 1. *num.* 13. quibus obſtat deciſio Senatus Luſitani apud *Gabed. deciſ.* 190. *part.* 1. & *Peguer. deciſ.* 194. *num.* 15. & 21. Quid ſi condemnatus renunciet poſtea appellationi à ſe interpoſitæ, an adhùc poterit Fiſcus proſequi appellationem? videtur quòd non, ex diſcuſſis, licèt non deciſis per *Præſ. de Franch. deciſ.* 658. in contrarium facit, quia ſicut in cauſis, in quibus non poteſt procedi ex officio, niſi ad querelam partis, expoſita ſemel querela, & lite conteſtata non poteſt poſteà remittere in præiudicium Fiſci, cui fuit iam quæſitum ius ex querela, ſequuta conteſtatione, ex traditis per *Foller. in Conſtitut. Statuimus, vt magnæ num.* 57. & *ſeqq.* ita & quandò fuit quæſitum ius Fiſco per appellationem partis.

De Appellationibus, Pragm. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio non cenſetur prohibita ab incidentibus, ſtãte ſtatuto appellationem prohibente, niſi in caſu hic relato.*

2 *Appellatio ab incidentibus in cauſis ſuſpitionum quacunque ratione haud admittatur.*

ESſendo ſtato, &c. Appellationes ab incidentibus in cauſis ſuſpitionum non admittantur, prout obſeruatur in diffinitiuis. H.D.

Hæc declaratio per hanc pragmaticam fuit ne-
1 ceſſaria, nam aliàs non conferetur prohibita appellatio ab incidentibus, quia ſtatutum prohibens appellationem in aliqua materia, intelligitur à diffinitiuis tantùm, non autem ab incidentibus, & reſtringitur ad deciſoria litis, non autem ad emergentia, & incidentia, vt poſt *Bald. in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minor. Philipp. Franch. in capit. paſtoralis in princ. extra de appell. Dec. in leg. penul. num.* 55. *C. de pact. Boſs. in praxi titul de appellatio. num.* 10. & *ſeqq. Contar. de moment. poſſ. limit.* 12. *num.* 9. & 10. tradit *Surd. deciſ.* 27. *num.* 10. & *ſeqq.* & latè explicat *Rugincll. de appellat. §.* 12. *gloſ.* 2. *c.* 5. *Rot. Bononien. diuerſ.* 44. *nu.* 16. *tom.* 1. niſi grauamen non poſſet reparari à diffinitiua, *Præſ. de Franch. dec.* 408. & 637. & *Merlin. controuerſ. forenſ. c.* 15.

Et hæc diſpoſitio illam habet rationem, quia pri-
3 uilegiata vna cauſa, cenſentur priuilegiata omnia eius incidentia, & dependentia, iuxta doctrinam *Bart. in leg. ſolent num.* 16. *ff. de alim. & cibar. legat. Syl. Aldobr. conſ.* 78. *num.* 29. & *ſeq. Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *quæſt.* 99. *Aulcs in cap. Prætor.* 6. *in gloſ. ſententias, n.* 6 *Surd. deciſ.* 36. *Ioſeph de Seſſe de in-*
A *hib. cap.* 4. §. 2. *nu.* 37.

ADDITIO.

AImmò omnia incidentia, & emergentia ſunt eiuſdem naturæ, & aſſumunt naturam cauſæ principalis, *D. de Franch. deciſ.* 252. *num.* 7. & *deciſ.* 513. *num.* 2. authoritate *Bartol. in l. ſolent, ff. de alimen. & cibar. legat. et D. Regens deciſ.* 81. *num.* 8. *et* 9. Si ergò cauſa principalis eſt inappellabilis, pari ratione inappellabilis erit cauſa, & articulus incidentium, & an prohibita appellatione ab iſtis decretis, & incidentibus ſuſpitionum, ſit etiam prohibitum dicere de nullitate, *D. Regens d. deciſ.* 81. in qua refert deciſum, quòd non. Io. Lagan.

De Appellationibus. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationes in criminalibus committuntur in Sacro Conſilio in aula, in qua fuerunt relata incidentia: fallit num.* 2.

NE ſtato preſentato, &c. Appellationes cauſarum criminalium à Mag. Cur. Vicar. in criminalibus committantur in Sacro Conſi-
1 lio, in aula, in qua aliàs fuerunt relata incidentia eiuſdem cauſæ. H.D.

Limita, quandò incidens ſemel relatum in vna au-
2 la, eſſet ſeorſum à crimine, de quo agitur in cauſa principali, nam tunc poteſt committi in alia aula, vt explicat *Præſ. de Franch. deciſ.* 528.

De

De Appretio,seù bonorum æstimatione. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Appretij faciendi materia,remissiuè.*
2 *Forenses, vel bona tenentes pro quibus collectis in appretio contribuere tenentur.*
3 *Appretij legitimè faciendi quæ sint necessaria in praxi, remissiuè.*
Liber appretij,seù æstimi cuius sit fidei.
4 *Collecta si est imponenda, an habeatur ratio ad personam,vel ad bona.*
5 *Mercatores,& Negotiatores tenentur soluere collectas pro mercibus.*
6 *Appretij faciendi forma quæ sit seruanda,remissiuè.*
7 *Collectarum in exactione, quæ ab appretio imponendo resultant forma quæ sit tenenda.*
8 *Collectas istas soluere tenetur Ciuis bona possidens, & si alibi habitet,alioquin desinat esse Ciuis.*
9 *Collectas istas soluere nō tenetur Ciuis de bonis à Principe titulo donationis habitis.*
10 *Collectas istas soluere non tenetur Ciuis, qui immemorabili præscriptione iuuatur.*
11 *Exteri bona possidentes,pro eis ad collectas tenentur.*
Feudalia sunt exempta,at emphyteutica non item.
12 *Feudatarij pro feudis à Regia Curia habitis ad collectas non adstringuntur, pro feudis verò à Baronibus obtentis,deducto onere adohæ,vel alterius seruitij ipsi Baroni debiti,contribuere tenentur,non est eadem, & concors DD.opinio.*
Burgenses non tenentur ad extraneas collectas.
13 *Laicus deducto censu soluere tenetur collectas proveniens Ecclesiastica,ab Ecclesia habita.*
14 *Collecta an sit soluenda à Barone pro animalibus, quæ habet in feudo.*
15 *Appretium istud an comprehendat annulos, margaritas,lapides pretiosos,ornamēta muliebria,et virilia.*
16 *Collectandi an sint in hoc appretio familiares,domestici,seruientes,& vasalli Clericorum,Clerici, qui cum Laicis viuunt in communi, & Coloni partiarij Ecclesiæ.*
17 *Collectam impositam Vniuersitati pro delicto à populo patrato,qui soluere non adstringantur.*
18 *Officiales collectas soluere an teneantur.*
19 *Bona allibranda æstimantur per annuos fructus, non tamen fructus ipsi allibrantur.*
20 *Confessio facta per aliquem in appretio,allibrando eius bona,se esse debitorem Titio in mille,quæ sibi à dicto appretio deduci petat,an ei noceat, ita vt Titius possit illum conuenire ad soluendum dicta mille.*
21 *Depositio alicuius tanquam testis in vno iudicio, an præiudicet ei in alio iudicio tanquam principali.*
22 *Bona propria,seu alicuius passim describi facientes,videtur ea ad omnia damna alterius obligare.*

1 AD materiam appretij faciendi vide *Belluc. in Specul.Princ.de donat.Cur.rubr.46.versic. restat videre per tot.* & forenses,siuè bona tenentes pro
2 quibus collectis debeant contribuere in appretio vide *Thesaur.decis.257.num.6.* post *Neuiz.consil.67. Claper.in centur.caus.fiscal.causa 37.quæst.vnica nu. 4.Bouadil.lib.5.cap.5.num.14.Minsyng.obseru.22. centur.1. Phab.decis. Lusit.34. Mauquez de Gubernat. Christia.lib.1.c.29.* & concludunt, teneri ad eas, quæ
3 sibi proficuæ sunt, plura tamen necessaria in actu practico pro hoc appretio legitimè faciendo de iure communi vide per eundem *Claper. ibid.caus. 36. quæst.2.per tot.* & quam fidem faciat liber appretij, seù æstimationis,*Modit.in §. Plebiscitū dub.12.* dicit' in tertij præiudicium non probare, secùs inter per-
A sonas in æstimo comprehensas cum solutione collec-
4 tæ,& collecta quandò debeat imponi habita ratione personæ tantum,& sic per capita,vel etiam ratione bonorum, vide eundem *Claper. ibidem caus. 37. quæst.vnic.n.14.cum seqq.Bouadil.d.c.5.n.25.* pro onere personali imponitur per capita, pro patrimoniali per æs,& libram respectu bonorum.

5 Et aduerte,quòd etiam mercatores, & negotiatores tenentur ad collectas pro suis mercibus,ad quod vltrà *Petr.Piccol.in prag.1.hoc tit.n.38.* vide *Alban. cons.38.39.& 40.vol.1. Claper.in centur.caus.fiscal. caus.35.q.5.*

6 Et vltrà *Petr.Piccol.* & *Card.Paris.super d.pragm.* 1.circa formam obseruandam in appretio faciendo vide *Petr.Enriquez in septimo opusculo* impressò post *volumen suorum consiliorum,& Gregor.Tholos.syntag. iur.Vniuers.lib.3.c.1.per totum.*

7 Et de forma tenenda in exactione collectarum, quæ ex huiusmodi appretio imponendo resultāt vide *Asiles in cap.34.Tretor.in glos.Pobres, & in glos. alien.* vt sit incipiendum primò à diuitibus, & postea peruenire ad pauperes.

Ad quas quidèm collectas tenetur quilibet Ciuis
8 bona possidens,etiam si alibi habeat domicilium, alias si in his collectis non contribuat, desinit esse Ciuis,quantumuis sit originarius,vt latè comprobat *Surd.cons.437 num.15.vol.3.*& etiam respectu bonorum in alieno Territorio existentium,*Modit.d.§.Plebiscitum dubitat.187.num.2.* quæ omnia latius prosequitur *Muta in cap. Regis Iacob.60.nu.18. cum seqq. tom.1.* sed *Hermos. Colbin.respons.11.lib.1.num.12.* negat.

Nisi essent bona acquisita ex dono, seù munifi-
9 centia Regis, quia non tenebitur ad collectas, ad quas Princeps non tenebatur,si credimus *Liparul.ad Andr.in cap.1.num.3.in verb.item lit.M.qualit.vasal. iur.deb.fidelit.* nam contradicit doctrina *Luc.de Penn.in l. agros colon. final. C.de fund.limitroph.lib.* 11,vbi vult,quòd prouisiones annuæ, quæ tenentur à Rege non in feudum, collectantur, quem sequitur *Capyc.in sua innestit.in verb.collectis,versic.prouisiones.*

Et nisi essent tuti præscriptione immemoriali,
10 vt affirmat *Goffred. de Caieta super ritibus Reg. Camera in rubric.de iur. fundic. versic.item circa istam materiam p.iussaggiorum in fin. fol.* mihi 40.in manuscriptis.

Extera bona possidentes pro his bonis tenentur
11 ad collectas, vt dixi supra, & docet *Andr. quæ sint regalia in verb. Et plaustrorum num.* 55. *cum seqq.* vbi etiam agit de bonis feudalibus,& emphyteoticis,vt illa non soluant, hæc soluant deducto onere census.

Verùm aduertas,quòd licèt feudatarij pro feudis,
12 quæ tenent à Regia Curia, non teneantur ad collectas,per *cap.Regni Porrecta*, tamèn pro feudis, quæ tenent à Barone,debent contribuere in collectis,deducto onere adohæ, seù alterius seruitij, quod soluunt Baroni, ita voluit *Luc.de Penn.in l. agros col.1. versic.sic itaque,& col.2. versic.tertiò quæritur C.de fund.limitroph.lib.11.& in l.2.col.fin.versic.item quæro C.de bon.vacant.lib.12.in l.litibus in fi. C.de agric.& cens.lib.11.& l.1.col.9.in fin. versic.prædicta, ibi nec dictus C.de impon.lucr.descript.lib.10. Capyc.in innest. in verb.collectis,versic.bona,quæ reddunt Curiæ,*sed vide *Affl.in dict. verb. Et plaustrorum num.13. versic. sed vltrà Andr.quæ sint regal.*& aduertas,quòd idem

Luc. in dict. Legas post *verſ. 3. quæritur in verſic. hæc ſententia* atteſtatur, quòd hæc vna opinio non ſeruatur de facto, ſed ſeruatur contrarium, vt ſcilicèt non contribuant, & idem atteſtatur *in l. vnica col. 8. in finalib. verbis, ibi in feudis autem nobilibus* C. *de impon. lucr. deſcript.* vbi probatur, quòd pro feudis ruſticis, quæ non cenſentur proprio iure feudi, contribuitur in collectis generalibus, in feudis verò nobilibus, pro eis non contribuitur, licèt hoc dicat eſſe iuxta Regni abuſum, ſed idem *Lucas in l. quicunque col. 2. in princip. verſ. ſunt etiam alia feuda* C. *de omn. agr. deſert.* admittit hanc diſtinctionem inter feuda ruſtica, & nobilia circa ſolutionem collectarum, prout illam vti indubitatam tradit *Capyc. in l. Imperialē c. 16. verſ. 3. concluſio,* & iterùm *in meſſitura in verbo feudorum genera, verſic. in Regno car. 208. colum. 1. & verſic. item ſic colum. 2.* ſed quid de bonis excadentialibus deuolutis ad Baronem, pro quibus poſſeſſores antè deuolutionem ſoluebant collectam, an interim, dùm non relocantur, ipſi Barones teneantur contribuere? *Luc. de Penn. in l. 1. C. de omn agr. deſert.* dicit, quòd ſeruata forma literarum Reg. Cancellariæ nō contribuunt, ſed æquitas eſt in contrarium. Ad extraneas autem collectas Burgenſes nō tenentur, *Bulant concl. 3. q. 9. n. 79. f. 275.*

Prout laicus ſoluet etiam collectas pro re Eccle-
13 ſiaſtica, quam tenet ab Eccleſia, deducto onere cenſus, *Andr. in diſſ. verb. Et plauſtrorum num. 57. Luc. de Penn. in l. 1. à num 10. C. de impon. lucrat. deſcripts. lib. 10. & in l. vltima nu. 7. C. de fund. limitroph. lib. 11. Flores de Mena lib. 1. quæſtion. iuris capit. 21. num. 63.*

De animalibus verò, & mobilibus, quæ Baro te-
14 neret in feudo, eſt ſoluenda collecta, docet *Andr. ibid. n. 58.*

15 Anuli tamen, margaritæ, lapides pretioſi, ornamenta muliebria, & virilia, certum eſt, quòd non veniunt in appretio, *Lucas de Penn. in l. fin. colum. 2. in princ. verſic. & rationi ſimili C. de fund. limitroph. & in l. fin. quæſt. 11. C. de quib. muner.* Reliqua ad hanc materiam pertinentia hîc deducit *Goffred. de Caieta ſuper vitibus Reg. Cam. in rubr. de iure fund. à fol. 42. ad fol. 76.*

16 Et in hoc appretio ſunt collectandi familiares, domeſtici, ſeruientes, & vaſalli Clericorum, *Andr. in cap. 1. num. 11. in fin. de ſtat. conſuet. contra libert. Eccleſ. Flores de Mena lib. 2. variar. quæſt. iuris cap. 21. §. 4. num. 207.* & quid de Clericis coniugatis, & oblatis, vel hoſpitalarijs? explicat *Goffred. de Caiet. in rubr. R. C. Rubr. iuratur in litem verſ. idem videamus de collectis fol. mihi 262. à ter. cum ſeqq.* & aſſirmat, ſi oblati non habent requiſita, coloni partiarij Eccleſiæ tenentur ad omnia onera pro rata fructuum, *Mega. reſol. variar. 10m. 1. reſol. 75 num. 7.* Sed ipſi Clerici viuentes in communi cum Laicis in his collectis non contribuent pro eorum rata, *Rouad lib. 5. cap. 5 num. 30.* exceptis caſibus enunciatis per eundem *ibidem, n. 33.* .l. pro fonte, ponte, reparatione murorum, viarum, cuſtodia Ciuitatis, & bonorum, & pro vrgenti neceſſitate.

17 Eſt tamen aduertendum, quòd in collecta, quæ imponeretur Vniuerſitati pro delicto à populo cōmiſſo, non contribuerent pupilli doli non capaces, viduæ, quæ ignorauerunt. nec abſentes, aut contradicentes, *Andr. in cap. 1. num. 3. de ſtat. conſuet. contra libert. Eccleſ.* ſequitur *Capyc. in inueſt. in verb. collectis, verſ. collectarum tertia ſpecies fol. 119.* confirmatur authoritate *Innoc. & Ioann. Andr. in cap. grauem de ſentent. excommun. Bart. in l. aut ſuffic. §. non nunquā num. 8. ff. de pœnis, & Io. Andr. in cap. ſi ſententia, de ſentent. excommun. in 6. Gregor. ſyntagm. iur. Vniuerſ. lib. 3. c. 7. n. 10.*

18 An autem Officiales ſint exempti à collectis? Dicendum eſt, quòd non, per *text. in l. actores* C. *de exact. tribut. lib. 10.* Tu de his, & alijs exemptis vide *Bouadill. Politic. lib. 5. cap. 5. nu. 31.* qui inter alios numerat Eccleſiam, Clericos, & Monachos, ac Officiales maiores, & minores; ſed excludit Barones contra opinionem aliorum *n. 33.*

19 Et aduerte, quòd licèt bona allibranda ſint æſtimanda per fructus annuos, vt per *Cardinal. Pariſ. hic num. 14.* non propterea ipſi fructus ſunt allibrandi, vt per *Claper. in centur. cauſ. fiſc. cauſ. 35, quæſt. 7.*

20 Hic tamen cadit pulchra quæſtio; an ſi quis tempore appretij, allibrando eius bona, aſſerat in ſuo appretio, ſe eſſe debitorem Titio (puta) in mille, quæ petat ſibi deduci ab apprerio, poſſit Titius ex tali confeſſione conuenire illum ad ſoluendum mille? Et prima facie quilibet reſponderet, quòd ſic, quia nulla maior probatio, quàm proprij oris confeſſio, ſed contrarium eſt dicendum, ex notabili doctrina *Alber. in l. vnica, propè finem num. 29. C. de confeſs.* Quem
B poſt alios citatos ſequitur *Rot. Genu. deciſ. 14. num. 113.* prout depoſitio facta ab aliquo tanquàm teſte
21 in vno iudicio, non nocebit eidem in alio iudicio, tanquàm principali. *Capyc. deciſ. 52.* poſt *num. 3.* Sed contra hoc dictum *Capyc.* tenet *Surd. deciſ. 309.* Secus ſi quis bona propria deſcribi faciat in æſtimo,
23 ſeù appretio vlterius, quia per hoc videtur ea obligare ad omnia damna alterius, quia dolus habetur pro conſenſu, ita poſt *Doctor in l. pactum, quod dotali, C. de pact.* tradit *Angelo de meliorat. l. 6. gloſ. 4. tit. 8. in fin.*

Et quia in fine *pragmaticæ primæ huius tituli* taxatur certus numerus cum certa qualitate ciuium, qui debent interuenire in apprerio, eſt notandum, quòd hoc eſt introductum per *pragmat. 1. infra de inrib. & exact. fiſcal.*

ADDITIO.

A LIber AEſtimi, ſeù Appretij, quod barbarè Cataſtum dicitur, ſecundum *Claper. cauſ. 36. quæſtion. 2. in fine*, an probet in genere, & contra quos, an probet dominium, an poſſeſſionem, an rei æſtimationem, & valorem, an extrema aſſiſtentiæ, & an ſocietatem, & alia in hac materia ſcitu digna cum multis declarationibus, ampliationibus, & limitationibus pleniſsimè tractat *Nicol. Boerua de ſcript. priuat. lib. 5. in tit. de libr. eſtim. quæſt. 1, 2. 3. 4. et 5.* qui cōcludit, Æſtimum, ſeù Cataſtrum regulariter non probare, niſi inter perſonas in eo deſcriptas, ſeù, vt clariùs loquar cum *Capyc. deciſ. 197, num. 12.* non probare, niſi inter Vniuerſitatem, & ejus cataſtratum, ſeù deſcriptum in æſtimo, ſeù appretio, non autem contra tertium, qui accataſtrationi non conſenſit; facit tamen aliqualem præſumptionem, ac probationem, donec contrarium probetur, vt ſic cet etiam *Menoc. de retin. poſſ. remed. 3. n. 570. et Anchar. lib. 3. q. 80. n. 17.* concludit etiam, neq; ex eo probari dominium, nec minus poſſeſſionem, ex *Battigar. Maſcard.* & alijs, quos allegat, præſertim ſi agatur de præiudicio tertij, vt in *quæſt. 2. num. 1. et ſeq. et quæſt. 3.* & dixit *Alex. conſ. 77. num. 11. lib. 6.* per iura, & DD. authoritates, quos allegat, licet contrarium videatur tenere *Nouus conſ. 16. num. 31. par. 1. et 2. in l.*

cen-

cenſuales C. de donat. & l. rura, C. *de omni agr. deſer. lib.* 11. & per doctrinam *Alex. conſ.* 10. *nu.* 5 *lib.* 4. quæ iura, & doctrina loquuntur, quando agitur contra tertium, qui accataſtrationi conſenſit, & paſſus eſt in libris æſtimi deſcribi, iuxtà opinionem *Nicol. Genua d. quæſt.* 1. 2. & 3. Et quoniam verè tàm *Nicol. Genua*, quàm alij ſupra relati DD. obſcurè hac in re loqui videntur, ideò, vt clarius intelligatur, puto, diſtinguendos eſſe tres caſus.

Primus eſt, quãdo agitur de probatione pro Vniuerſitate, vel contra Vniuerſitatem, quæ librum æſtimi conficit, vel confici curat, & ſine dubio cùm hic liber fiat authoritate Regia, & publica, vigore huius Pragmaticæ, & vocatis vocandis probabit, plenãq; fidẽ faciet pro Vniuerſitate circa debitũ ſoluẽdi collectas, & alia iura, quæ Vniuerſitas ex iſta accataſtratione acquirit, *Capyc. d. deciſ.* 107. *num.* 12. & *Nevius d. conſ.* 16. *nu.* 32. *in principio*, probabit etiam pro Vniuerſitate fundum, ſeu prædium allibratum, pro quo ſoluitur cenſus, ſeu collecta, ſi ſolutiones profe-rantur eſſe de territorio, & dominatu Vniuerſitatis accataſtrantis, ſi credimus *Nicol. Genu. d. q.* 1. *n.* 12. & 13. quod tamen non mihi ſatis placet, dùm hæc allibratio, & etiam collectarum ſolutio procedunt inaudita, & ignorante alia Vniuerſitate, vel Domino, qui poſſet ſubiectionem prætendere, & cui præiudicatur, quinimmò eo ipſo, quòd reperitur aliquis deſcriptus, & accataſtratus, debet ſoluere, & poteſt cogi ad ſoluendum iuxtà cataſtrum, cùm collectarum exactio habeat exequutionem paratam, *Theſaur. deciſ.* 164. vbi multa in materia collectarum, & ſic etiam obſeruari facit Regia Camera, vt dùm appellatur à cataſtro, ſeu appretio, mandat, reuideri, ſed quòd interim allibratus ſoluat iuxtà cataſtrum, & infra quãtum tempus debeat à cataſtro appellari, notat *Alex. conſ.* 156. *ſub n.* 11. *lib.* 2. quòd infra decem dies, a die ſcientiæ, ſed *Petr. Piccolus* in hac *pragm. nu.* 97. dicit, quòd infra annum à die ſcientiæ poteſt grauatus conqueri, licèt hoc non obſeruetur, ſed ſemper reuideri poteſt, dummodò interim ſoluat deſcriptus iuxtà cataſtrum, ſecundùm ſtilum R. C.

Secũdus caſus eſt, cùm agitur de probatione pro, vel contra illum, qui deſcribitur, & cuius bona deſcribuntur, & in hoc caſu probabit ẽt iſte liber contra ipſum deſcriptũ quòad debitũ ſolutionis, & alia onera, quæ per deſcriptionẽ ſubire tenetur, ac ẽt pro eo circa ciuilia munera, quæ cõſequitur vti ciuis deſcriptus, & reliqua iura, quæ ex deſcriptione, & collectarũ ſolutione debẽtur, *Nic. Gen. d. q.* 1. *n.* 3. ex *Bart. Barbat. Maſcar. Cephal. Peregr.* & alijs, quos allegat, non tamen probaret dominium rei deſcriptæ ad fauorem deſcripti, *Alex. conſ.* 10. *n.* 5 *lib.* 4. & *Genua d. quæſt.* 2. *num.* 2.

Tertius caſus eſt, ſi agitur contra tertium forte deſcriptum, & nominatum, qui deſcriptionis, & nominationis tempore non interfuit, nec nominationi, & deſcriptioni conſenſit, ſed ipſo abſente fuit aliquid contra eum in æſtimo enunciatum, & deſcriptum, & in hoc caſu amplectenda eſt opinio, quòd liber æſtimi non probet, nec fidem faciat, tam pro, quàm contra iſtum tertium, qui non interuenit, nec conſenſit, hoc probat *tex. in d. l. cenſuales* 7. *C. de donat.* vbi *gloſ.* & *Nicol. Genua d. q.* 1. *n.* 5. multorum *DD.* authoritate, quos recẽſere non curo.

De hoc conſulerem *Afflict. deciſ.* 164. & ibi etiam *Priſill.* egregiè rem hanc tractãtes. & *Surd. dec.* 10. *per tot.* qui contrariam tenent opinionẽ, concurrentibus præſertim alijs adminiculis, vel quia fuerit appoſitũ iuramentum, vel quia ſit caſus Eccleſiæ, vel pix cauſæ, vel in caſu, quo fuerit iſta enunciatio, ſeù confeſſio nomine abſentis ab aliquo acceptata, prout docet *Gutierr. de iur. confir. par.* 1. *c.* 14. *nu.* 9. quo loci latiſſimè tractat materiam extraiudicialis confeſſionis, abſente parte factæ. At certum eſt, quòd in iſtis appretijs, & æſtimis defertur iuramentum, nedum illi, qui deſcribitur, & profitetur bona ſua, vt veritatẽ dicat, ac eius profeſſionem eſſe veram, ſed etiam Appretiatoribus, & Deputatis, qui iurare debent ad Sancta Dei Euangelia, appretium facere, prudenter, & preca, odio, timore, gratia, vel amore, ſeu conſanguinitate, & affinitate remotis, & habito reſpectu ad familias, & ad poſſeſſiones, ex quibus onera eis, & emolumenta prouenium, & ad expenſas moderatas, & congruas, iuxta hanc pragmaticam, & ſic deducũtur onera, & quantum quis ſoluit, & cui ſoluit, debet poni in cedula, quam Aequatoribus allibrandus tradit, iuxta doctrinam *Petri Piccol.* in hac *pragm. ſub nu.* 18. & 22. ſtandum ergo erit eius profeſſioni iuratæ, ſi concurrant præſertim alia adminicula, vt puta ſolutiones per duos, vel tres annos, geminata confeſſio, & ſimilia. Id, quod tantò magis amplectendum erit, ſi deſcriptus, expreſsè, poſt dictam eius confeſſionem, ad fauorem tertij emiſſam, ſe obligauerit, ad enunciati debiti, vel cenſus ſolutionem, acceptando onera enunciata, & confeſſata, hoc namq; caſu omnino cogi poſſe certum ad debiti, vel cenſus enunciati ſolutionem, & ſi abſente creditore fuerit confeſsio emanata, prout optimè conſuluit *Cravett. conſ.* 217. quem citat *Genua d. q.* 1. *n.* 4. Ioan. Laganar.

De Aquis, & Aquæductibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Aqua, & aquæductus materia, remiſſiuè.*
2 *Aquarum fluentium Iudex quis ſit, remiſſiuè.*
3 *Aquarum Iudex orta diſcordia inter vicinos pro aquæ vſu, æquitatem, & non rigorem ſequi tenetur.*
4 *Aquæductus appellatur formalis aquarum, quod verbũ non eſt barbarum.*
5 *Aquæductui publico arbores vicinæ debent tolli per palmos* 20 *etiam de iure communi.*
6 *Aquam ex aquæductu publico, vel eius riuulis fabricatores, vel magiſtri dernare prohibentur, & quid de iure commun.*
7 *Aquæductum rumpentis, pœna quæ ſit.*
8 *Baro an poſſit prohibere vaſallis, ne vtantur aquis pro irrigandis eorum agris ad pinguiorem culturam.*

1 AD materiam huius Rubricæ vide *Caſſan. in Catbal. glor. mund par.* 12. *conſid.* 18. *per totam*, & ſignanter *in verſ. ſcitu etiam dignum*, *Pet. Greg. ſyntagm. iur. muner. lib.* 1. *c.* 4. & *lib.* 3. *c.* 22. *Caſ. Barq. dec.* 37. & *Bouad. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 53. & 54.

Quis autem ſit Iudex competens de iure communi aquarum fluentium, docet *Cancer. lib.* 2. *var. reſol.* 2. *c.* 2. *num.* 182. vt ſit Rex, *tot. tit. de aquæduct. lib.* 10. qui Iudex animaduertat; vt quotieſcunque oritur diſ-
3 ſenſio inter vicinos circa vſum aquæ, interponat taliter partes ſuas, vt non iuxtà rigorẽ, ſed iuxtà æquitatem rem ipſam componat, vt docet *Iuriſconſult. in l. de vſu aqua ff. de var. & extraordin. cognit.* & notat *Bar. Ioa. de Plat. & Luc. de Penna l.* 1. *C. de aquæduct. lib.* 10. *Rip. in l. quòminus n.* 45. *ff. de fluuiis.*

4 Et quatenus in *pragmat.* 1. *infra eod.* Legislator

appellat aquæductus, Formales aquarum; non credas, quòd sit nomen barbarum, sed est penùs elegãs, & vsitatum in iure; siquidèm *Imperator in §. deindè competens est in auth. de mandatis Princip.* hos aquæductus appellat Formas aquarum, similiter & *Imperator in l. eos, C. de aquæd. lib.* 11.

5 Et quatènus in *pragmat. 3. infra eod. in §. Item perche li arbori*, &c. statuitur, vt tollantur arbores vicinæ aqueductui publico per palmos 20. concordat cũ iure communi *in l. penult. C. de aquæduct. lib.* 11.

6 Item quatènus in eadem *pragmat. in §. Item, che da quà auanti*, &c. prohibentur Fabricatores, & alij Magistri deriuare aquam ex aquæductu publico, aut eius riuulis, vide de iure communi *text. in l. fin C. eod. lib.* 11. de vtraquè agit *Paucirol. in notit. Imper. Occid. c.* 13.

7 Et dùm in *§. Item s'ordina, & comanda sotto pena*, &c. statuitur pœna fustigationis contra rumpentem aquæductum, si sit persona plebeia, & vilis, est vnciarum centum, si sit alterius qualitatis, videas de iure communi *text. in l. 3. C. eod. tit. lib.* 11. & declara, vt per *Menoc. de arb. iud. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 462.

8 Num autem vasalli possint arceri per Baronem ab vsu aquarum pro irrigandis eorum agris ad pinguiorem culturam? docet *Præs. de Franch. dec.* 183. hinc indè rationes ducendo, & est *text.* satis particularis, & à nemine, quem viderim, ponderatus *in l.* 1. *C. de mancip. & colon. lib.* 11. per quem *text.* iudicauimus in fauorem Vniuersitatis S. Georgij contra Baronem, referẽte Domino Cæsare Aldensio doctissimo, & integerrimo Regio Consiliario, ac Domino meo colendissimo, & decretum fuit confirmatum etiam in gradu reclamationis, per Baronem interpositæ, latissimè *Borrell. de Magistr. edict. c.* 5.

A

ADDITIO.

A SEd quæstionis est, an Baro possit cogere vasallum ad cõcedẽdũ locũ, per quẽ possit aquã ducere ad eius molẽdinũ, & sic ad ei vendẽdũ seruitutẽ aquæductus per eius fundũ, soluto pretio? lis est sub iudice inter Dominos Ioannẽ Baptistã Græcũ Baronem Vrsinarsi, & Abbatis Marci, & Marcum Andream Grillum, qui negat Baroni supradictam seruitutem aquæ ducendæ per eius fundum concedere, ex regula *text. in Linutum, & in l. dudum C. de contr. emption. & in l. nec emere, C. de int. delib.* & si iustum pretium offeratur, *Boer. decis.* 312. *num.* 2. *& Gurb. decis.* 86. *num.* 1.

Pro Barone verò considerabam. Primò, quòd si Rex vellet prædium aliquod feudi à vasallo auferre, non solũ pro suo seruitio, & cõmoditate, sed vt alicui militi, & benemerito assignet in præmium bellici laboris, absq; difficultate facere posset, *text.* est clarus *in l. Lucius Titius ff. de evict.* vbi *glos. in ver. Assignatus*, quæ allegat contextum in *Litem si verberatum. §. si quis ff. de rei vendic.* vbi *DD.* omnes id communiter tradunt, pari ergo ratione id etiam licebit Baroni pro commoditate, & seruitio feudi, prout argumẽtatur *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *in* 37. *author. Baron.* loquens in Barone, qui vult exigere seruitia personalia à vasallis pro vtilitate, & seruitio feudi, in hæc verba: *Rex si vellet soluta mercede cogere aliquem, ad hoc iam posset idem & Baro, qui loco Regis est in Castro, & feudo*, comprobat *Gram. cons.* 95. *nu.* 15. & elegantèr *Capiblanc. in pragmat.* 16. *num.* 27. *de Baron.* tanto magis, quia Baron Abbatis Marci, in cuius Territorio est controuersia, nedùm sunt concessa Regalia, sub qua concessione venit ius, & potestas hæc, secundùm *Frecc. d. author.* 37. sed ea omnia, quæ spectant ad Regem, & ad eius plenissimam potestatem in feudo prædicto, iuxta priuilegia quondam Illustr. Principis Bisiniani, cuius fuit dicta Terra Abbatis Marci, empta in specie cum priuilegijs, & prærogatiuis prædicti quondam Principis, quòd si vasallus cogitur præstare seruitia Domino; & sic seruire cum persona, pari, immò maiori ratione cogi poterit ad seruiendum cum bonis, & rebus pro seruitio, & augmento feudi, nam valet argumentum de persona ad res, *Euer. in loco de persona ad res*, ne feudum sit inutile, *Frecc. loco* relato, vbi multa alia ad hoc conferentia adducit, & præsertim quòd Rex est Princeps Reipublicæ Regni, & sicut maritus augere debet dotem, quam restituere tenetur eius vxori, quod facit pro Barone, qui licèt principaliter intendat aquam ducere ad molendinum pro seruitio, & commoditate, ac vtilitate publica, & totius Vniuersitatis, intendit secundariò hoc aquæductu augere, & meliorare feudum, introitusque feudales, ampliando molendinum, & construendo Balcheriam, quæ est etiam necessaria vsui publico, & confert etiam seruitio Regis, nedùm in casu releuiorum, sed deuolutionis forte sequendæ.

Secundò, Baro, & vasallus habent se tanquàm patronum, & libertum, & sunt correlatiui, & ad paria iudicantur, & in multis vnus alteri, & è contra est obligatus, & inter alia potest Baro in aliquibus casibus cogere vasallum ad affictandum, seù conducendum, ac emendum res feudi, *Capibl. in pragm.* 1. *num.* 162. *de Baron.* Potest quoquè Baro vasallum constringere ad colendum territoria feudi, nè feudũ sit inutile, *Luc. de Pen. in l. quisquis num.* 3. *C. de censib. & censit. lib.* 11. *& in l. generali C. de decur. lib.* 10. & *Capibl. in pragm.* 16. *num.* 26. *de Baron.* Sicuti è contra tenetur Baro potiùs locare territoria feudi vasallo, quàm alijs, deberq; vasallo concedere, ea omnia, quæ pro eius vsu necessaria sunt in territorio feudi, ne vasallus inermem vitam ducat, *Frecc. de subfeu. in author.* 41. *&* 46. *Baron. num.* 4. quem citat *D. Regens in pragm.* 1. *de falar. eo. num.* 23. Si igitur potest Baro pro vtilitate, & necessitate feudi cogere vasallum ad emendum res feudi, & ad colendum territoria feudi, quid mirum erit, si poterit cogere vasallum ad vendendum, & cõcedẽdum locum cõmodum in eius territorio, per quem ducere possit aquã ad molendinum, & Balcheriam ipsius Baronis, soluto pretio, siuè æstimatione valoris, suadente etiam æquitate Regulæ: *Quòd tibi non nocet*, quod considerat *Frecc. d. author.* 41.

Tertiò, quia cùm in hoc maximè versetur fauor publicus, sitq; negotium totius Vniuersitatis, vt dicit idem *Frecc. d. author.* 37. ex hoc solo poterit ad id cogi vasallus, siuè conciuis, ex singulari doctrinã *Ioa. Andr. ad Specul. in rubr. de exequt. sententi.* vbi concludit, quòd vicinus habens locum aptum, & cõmodum ad erigendum furcas, potest cogi ad vendẽdum, & hoc fauore publico, cùm Reipublicæ interest, delicta puniri, & sequitur *Socin. in fallent. in regul. Vendere rem suam*, nàm ratione publicæ vtilitatis cogitur quis vendere rem suam, prout etiam præstare viam, ex regula *text. l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer.* de quo latè per *D. Consiliar. Gizzarell. decision.* 38. *num.* 1. *&* 2. *Carpoll. de seruitut. verb. prædiat. tit. de sepult. sub num.* 5. *Benedict. Capra in regul.* 87. *num.* 12. *vers. Nonò fallit pro bono publico*, qui fatè publicus fauor non requiritur, quòd sit totius Orbis, vel Prouinciæ, sed sufficit, quòd sit fauor publicus illius loci, in quo negotium tractatur, prout fundant

Ca-

Capibland. in pragmatic. 1. numer. 170. de Baronib. Alexand. consil. 105. vol. 1. & Petra de potestat. Princ. fol. 199. num. 17. & optimè docuit *Iaso. in l. vltim. sub num. 2. C. si contr. ius, vel vtilit. public.* vbi ad hoc fundandum adducit *text. in d. Item si verberatum §. si quis ff. de rei vend. & l. Lucius ff. de euict.* qui loquuntur in prædijs vasallorum assignatis à Rege militibus in præmium bellici laboris; Ergo adduci poterunt casui nostro, etiam pro vtilitate, & augmento feudi, & magis stringendo, ne in proprijs terminis, quòd pro vtilitate publica, & vsu publico possit aqua traduci per fundum priuati, ipso inuito, soluto tamen ei pretio, desit authoritas, dixerunt *Ripa in rubr. de pręscript. contra pestem num. 23. per text. in l. si locus §. cum via ff. quemadm. seruit. amitt. & Cassan. in Catalogo gloriæ mundi part. 12. consid. 18. nu. 4.*

Hac causa ad expeditionẽ redacta, Sacr. Conf. hæc omnia, & alia, quæ etiam pro Vniuersitate, quæ subintrauerat, allegauit Dominus Hieronymus de Rosis Aduocatus doctissimus, & eruditissimus, habuit verissima; attamen quia cognouit, quòd Baro hoc faciebat ad æmulationem; & Magnificus Marcus Andreas volebat vendere totam massariam, per quã Baro aquam ducere volebat, etiam iuxtà conuentionem inter eos habitam. Baro tamen nolebat soluere pretium totius Massariæ, sed tantùm illius partis, & loci, per quem aquam ducere volebat, absoluit Marcum Andream ab impetitis. Pro hac re an teneatur quis totum fundum, vel domum vendere, vel emere, vel eam tantùm partem, quæ deseruit, & de requisitis vide *Thesau. q. for. 64. lib. 1. et Giurb. dec. 86.* Io. Laganar.

De Arbitris. Rubrica.

RERVM. SVMMA.

1 *Arbiter quis dicatur, quotuplex sit, vt differat ab Arbitratore, & alia ad vtrinsquè materiam spectantia, vem. issimè.*

2 *Religiosus professus potest esse arbiter, et nim arbitrator, num. 3. 4. et 5. et an amicabilis compositor, num. 10.*

6 *Frater Minor de consensu sui Generalis an possit cognoscere more arbitri, vel esse arbitrator, et quid in alijs Religiosis, nu. 7. et 8.*

9 *Superioris de licentia in hac materia plenè debet constare, non fictè, et per præsumptiones.*

11 *Religiosus statim quòd facit laudum per viam decreti, desinit esse amicabilis compositor, et laudum est nullum. Et quid in simplici clerico nu. 12.*

13 *Femina potest esse arbitratrix, licet non arbitra.*

1 QVis dicatur Arbiter, & quotuplex sit cum nonnullis alijs concernentibus generalẽ cognitionem huius Rubricæ vide apud *Gregor. Tholos. de syntagm. iur. vniuers. lib. 47. cap. 39.* latissimè ad perfectam declarationem totius materiæ Arbitrorum, & Arbitratorum apud *Villadieg. in foro indic. lib. 2. tit. 1. lib. 13.* quid differat ab Arbitratore, *glos. in princip. in verb. conuentum, in auth. vt differ. iudic. audire,* latiùs *Parlad. differ. 43.* vbi etiam agit de Arbitro, qui datur à Iudice, & de Arbitro electo à partibus.

2 Religiosus professus potest esse Arbiter cum licẽtia Superioris, dummodò non sit Frater Minor, *Gratian. dec. 64. n. 8. Fulvius Pacian. consil. 162. n. 93.*

3 Et *Specul. in titul. de arbitris, §. fin. num. 28.* vbi *addicio* illam firmauit opinionem, quòd potens esse Arbitrator de consensu sui Superioris, arbiter verò non, nisi duo concurrant. Abbatis licentia, & vtilitas Monasterij, eandem distinctionem sequitur *Card. in clem. 2. in 19. & 21. quæst. de rescrip. Abb. in cap. Quintanallis nu. 13. in sexta differ. de iur. iur. Paul.* vero *de Leazar.* dicebat, quòd Arbitrator potest esse absquè
4 licentia; Arbiter verò cum licentia, quæ opinio ex suprascriptis, & infra dicendis est falsa.

Primam opinionem tenet etiam *Ant. de Butrio in d. cap. Quintanallis in 9. differ.* vbi *Imol.* in specie notat,
5 quòd quilibet Religiosus claustralis, quamuis nõ sit de ordine Minorum, non potest esse Arbitrator sinè licentia Superioris, sed cum licẽtia Superioris, si nõ sit de ordine Minorum, potest esse Arbitrator, quem etiam refert, & sequitur *Alex. consil. 80. n. 1. vol. 5.*

Frater verò Minor etiam de consensu sui Generalis non potest cognoscere more arbitri, quod in indiuiduo adnotauit *Bald. cons. 437. Proponitur, quòd quodam compromissum lib. 4.* aliàs *449. lib. 4.* quem sequitur *Dec. consil. 494. num. 9.* qui hoc dictum extendit etiam ad arbitratorem: In quo *consilio* ipse *Dec.*
7 exorditur materiam, fundando, quòd aut est Monacus, vel alius Religiosus, etiam de Mendicantibus, non autem Frater Minor, & non prohibetur esse arbitrator cum authoritate sui Abbatis; in Fratribus verò Minoribus Sancti Francisci nullo modo potest esse arbitrator, etit supplendum, nisi de auctoritate Summi Pontificis, refert *Paul. Castr. in l. 1. §. si quis rogatus lo 2. num. 3. ad Trebellian.* quòd Religiosus
8 alicuius Religionis, quæ potest habere proprium in communi, potest esse arbitrator, quia eius status non est omninò annihilatus, seu si non potest habere proprium, nullo modo, vt in Fratre Minore, qui non poterit esse arbitrator, quia pro mortuo omninò habetur. Quas conclusiones latè sequitur, & firmat *Riminald. iun. cons. 403. vol. 4. per tot.* & latissimè *Natt. cons. 95. n. 1. vol. 1. et cons. 97. et cõs. 183.* quę autẽ dicta sunt de Fratre Minore, sunt intelligenda, postquã emanauit *clem. exiui de Paradiso.* Ex quibus duę conclusiones elicjuntur.

Prima, quòd Frater Minor nõ potest esse arbiter, nec arbitrator, etiam cum consensu sui Generalis, nisi cum licentia Pontificis tantùm.

Secũda, quòd Claustralis, qui potest habere bona saltẽ in cõmuni, potest esse arbitrator de licentia sui Abbatis, arbiter verò nõ, nisi duo cõcurrant, & adsit licẽtia sui Abbatis, & concurrat vtilitas Monasterij.

9 Illud verò est aduertendũ, quòd de dicta licentia Superioris debet plenè constare, & nõ fictè, & p pręsumptiones, notat in specie *Aleiat. in resp. 431. n. 1.*

Insuper prædicta procedunt, etiam si cõpromissũ
10 esset factũ tanquã in amicabilẽ compositorẽ, & etiã si compromissum esset factũ in conscientia, & in cõcernentibus forum conscientię, vt perbellè declara-
11 uit *Natt. d. cõs. 97.* Et tandẽ addit, quòd statim, quòd fecit laudum per viam decreti absoluendo, vel condemnando, desinit esse amicabilis compositor, cuius est componere partes absquè sententia, & decreto.

Ex quibus obtinui, vt laudũ latũ per Clericũ Regularẽ Theatinæ Religionis in fauorẽ Io. Baptistæ Scotti cõtra Laurentiũ, & Vespasianũ de Mari fuisset declaratũ nullũ per S. C. ad relationẽ Regij Consiliarij Marci Antonij Morræ Viri Patricij numeris omnibus absolutissimi. Actuarius est Lõgus, sub die 24. Maij 1608. Quid autem in simplici Clerico, affir-
12 mat *Blanc. de comprom. q. 2. n. 3. Horat. Carpan. ad statut. Mediol. p. 1. c. 115. n. 128. et 157.* qd autẽ in mulie-
13 re, vide *Rot. Rom.* apud *Ludouis. decis. 204.* vbi affirmat, quòd possit esse arbitratrix, licèt non arbitra.

De

De Arbitris. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta eſt fauorabilis, & non odioſa.*
2 *Citatio an adhuc requiratur, ſi appoſitum ſit in compromiſſo clauſula,* quòd Arbitri poſſint ferre laudum partibus abſentibus.
3 *Arbitri vtrum compellantur compromiſſum acceptare, & n.29.*
4 *Reconuentio non poteſt fieri coram eiſdem Arbitris electis, & n.17.*
5 *Compromittere vigore iſtius edicti Clerici nùm cogantur.*
6 *Arbitri an poſſint punire teſtes falſum deponentes coram eis.*
7 *Compromiſſum petere an valeat vigore iſtius pragmaticæ author laudatus à reo conuictus actoris.*
8 *Pragmaticæ huius ampliationes, & limitationes, remiſſiuè.*
Compromiſſum ceſſat per litis conteſtationem, niſi inconuenientia petatur.
9 *Compromiſſum ſemel factum ſi expirauerit, an ſit iterum, vel pluries cauſa compromittenda.*
10 *Compromittere an teneantur vigore huius edicti minores, pupilli, ſine eorum tutores, & nu.15.*
11 *Compromiſſum neceſſarium factum per tutorem non requirit Iudicis decretum, ſecus in voluntario, niſi fieret ſuper re, qua poſſit alienari abſq; decreto.*
12 *Compromittere an poſſit vigore iſtius pragmatica Procurator non habens ſpeciale mandatum.*
13 *Procurator abſq; ſpeciali mandato vtrum valeat petere recurſum à laudo, remiſſiuè.*
14 *Compromittere an cogantur fratres naturales tantùm, & quid de legitimatis.*
16 *Compromittere non poteſt Curator bonis datus.*
18 *Iudex an poſſit cogere ex officio conſanguineos ad compromittendum.*
19 *Compromiſſum petens vigore iſtius ſtatuti, ex neceſſitate, non ex voluntate compromittit.*
20 *Compromittere nùm teneatur retrahens feudum incongruum ab eo, qui emit à retrahentis conſanguineo.*
21 *Compromittere nùm teneatur extraneus, qui habuit ceſſa iura à conſanguineo contra alium conſanguineum.*
22 *Compromiſſo facto per emptorem vigore iſtius pragmaticæ venditor nùm ſit euandus.*
23 *Arbitri in quo loco debent ſe congregare pro faciendo laudo, ſi in compromiſſo non eſt deſignatus locus.*
24 *Arbitrium eſt duplex, plenum, & regulatum, & vtriuſque deſcriptio, nec non plura exempla ſubijciuntur.*
Arbitrium boni viri quibus verbis ſoleat conferri.
Datum in cognoſcendo, an datum pariter intelligatur in diffiniendo. Et quid è contra.
Cauſæ cognitio vel eſt mandata à lege, vel ab hominibus & inter vtramq; diuerſa viget iuris diſpoſitio.
25 *Compromiſſum vltrà primum affinitatis genus peti an poſſit, & inter ipſos coniuges procedat.*
26 *Compromiſſum peti non poteſt diſſoluta affinitate.*
27 *Conſanguinitas de quâ hic eſt probanda in ſpecie in certo gradu, & ſtirpe, & alia ad huius pragmaticæ cognitionem, remiſſiuè.*
Compromiſſum bis fieri poteſt.
Si ſit factum de iure laudum eſt nullum, ſi pronuncietur contra ius.
Fieri poteſt de litibus præſentibus, & futuris.
Factum poſt ſententiam ſubſiſtit, ſi renuncietur ſententiæ.
Si ſit prorogatum, nõ benè infertur ad iuramenti prorogationem.
Impedit curſum fatalium.
28 *Arbitri ex capite conuictionis, vel amicitiæ vti ſuſpecti non poſſunt recuſari.*
29 *Compromiſſum acceptare coniunctus vtriq; parti tenetur.*
30 *Compromiſſum nùm fieri valeat in Iudicem ordinarium, vel aliquem Officialem Regium.*
31 *Laudum latum per Officialem Regium, cui prænia diſpenſatione eſt compromiſſum, an habebit exequtionem paratam, & ſi ab eo appellatur, quomodò procedendum.*
32 *Officialis Regius, cui præcedente diſpenſatione eſt compromiſſum, an poſſit trigeſimam pro laudo exigere.*
33 *Aduocatus bonus eſt totus clientis, Iudex verò eſt cõmunis vtriq; parti, ideòq; malè agunt eligentes in Arbitros proprios Aduocatos.*
34 *Compromiſſi terminus currit de momento ad momentum, hinc laudum latum per horam poſt terminum, niſi pars id efficiat, præbendo impedimentum, eſt nullum.*
35 *Pragmatica huiuſmodi ligat exteros etiam non habitantes in Regno, pro rebus tamen, quas in Regno poſſident, modò contentus ſit in Regno.*
36 *Compromitti non poſſunt cauſæ feudales etiam de iure, & an idem procedat in cauſis, in quibus agitur de rebus alienari prohibitis.*
37 *Compromiſſum ceſſat vigore iſtius edicti, ſi petitur vita, & militia ex feudo.*
38 *Compromiſſum ceſſat in cauſis alimentorum, prout in paragio, & vita & militia.*
Arbiter electus à partibus non procedit à peti cum electo vigore ſtatuti.
39 *Compromitti nunc poſſunt vigore iſtius pragmaticæ cauſæ inſtrumentariæ etiam de iure, licèt inſtrumenta non ſint reaſſumpta ſeruata forma Conſtitutionis Regni.*
40 *Compromiſſum poteſt peti ab eo, pro quo inſtrumentum, ſententia, aut obligatio cauta.*
41 *Compromiſſum peti poteſt, quandò ex inſtrumentis non reſultat clara iuris deciſio, & quandò res clara dicatur.*
42 *Compromiſſum nec in pacto liquido, nec in quolibet contractu iurato peti poteſt.*
43 *Compromiſſum non petitur, ſi agitur interdicto vndè vi pro ſpolio de recenti facto.*
44 *Compromiſſum an poſſit fieri pro legato.*
45 *Extranei etiam quandoq; ad compromittendum cogi poſſunt, ſicuti aliquandò per Iudicem compelluntur ad litigandum.*
46 *Compromittere renitentes in cãſibus, in quibus compromiſſum fieri debet, cogantur per Iudicem, eoq; petito Iudex non poteſt ad vlteriora procedere.*
47 *Inuentarij diſcuſſio opponi an poſſit ab hærede conſenſato à conſanguineo, ſi in compromiſſo hæres ſe obligauerit nomine proprio de laudo parendo.*
48 *Inſtantia in compromiſſis durat ſpatio duorum menſium, licèt in hoc ſit ſtandum partium conuentioni.*
49 *Arbitri, quibus eſt data poteſtas prorogandi, quomodò & per quod tempus prorogare poterunt.*
50 *Prorogatio facta in compromiſſo debet litigatoribus notificari.*
51 *Arbitri non expedientes cauſam infrà terminum compromiſſi, tenentur partibus ad intereſſe.*
52 *Compromiſſi terminus à quo die currere incipiat, remiſſiuè.*
53 *Electio tertij facienda ab Arbitris in caſu diſcordiæ, an ſit contra textum in Litem ſi vnus §. ſi in duos ff. de arbitr.*

§ 4 Tertius electus ab Arbitris an possit cogi ad acceptandum.

§ 5 Arbitrorum maior pars in laudo ferendo statur.

§ 6 Laudum latum absente vno ex tribus Arbitris, an valeat.

§ 7 Laudum latum tertio contradicente exequutioni per eosdem Arbitros facilè nō datur, nisi tertius quoq; vocetur, quando exequutio esset facienda cum causæ cognitione.

§ 8 Arbitri non expectata discordia an possint eligere tertium.

§ 9 Laudum est nullum, si proferatur cum interuentu tertij, non constito de discordia.

60 Compromissum an transeat ad haredes mortuo vno ex compromittentibus.

61 Compromissum num expiret mortuo vno ex Arbitris, vel alius substituendus sit.

62 Compromissum an expiret sequuta publicatione omnium bonorum.

63 Arbitri quibus data est potestas iudicandi secundùm æquitatis conscientiam, non debent secundùm illam iudicare, sed iuxtà communem, & publicam.

64 Confessio facta coram Arbitris dicitur iudicialis.

65 Arbitri vtuntur mandatis Iudicis Superioris in intimatione actorum.

66 Arbitri an possint vitare testes absq; brachio Iudicis ordinarij, eosq; non obedientes mulctare, n. 67. et 68.

69 Compromisso voluntario pendente potest vna ex partibus recurre ad Iudicem, soluta prius pœna in compromisso adiecta.

70 Pragmatica ista an comprehendat hæreticum et missum.

ODia, &c. Causæ inter coniunctos vsquè ad quartum gradum compromittantur, aliquibus exceptis. H.D.

Vltra copiosos commentarios *Camilli Borrelli ad hanc pragmat.* vide *Arnon. in singul. 38. §. 4. 94. et 95. & tandem in cons. 6. 10. 17. 39. et 47.* & quòd hæc pragmatica sit fauorabilis, & non odiosa, *Idem soliloq. 76.*
1 & si in huiusmodi compromisso esset apposita clausula, *quòd possent Arbitri pronunciare absentibus partibus*, etiam hoc casu requiritur citatio, *Hippol. Mar-*
A *sil. singul. 175. incip. sunt quotidiè*, & Arbitri non co-
3 guntur compromissum accepeare, nisi sint coniunctæ personæ vtriq; litiganti. *Cremens. singul. 59. incip. nemo cogitur*, nisi sint Arbitratores, *Schrader. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 10. num. 35. Sard. consil. 433. n. 207. vol. 3.* & coràm his Arbitris non potest fieri reconuentio, quia celeritatem desiderant arbitria, *Roman. singul. 780. incip. reconuentio, et Apostill. ibi et Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 44.* Item an ha-
4 beat locum in Clericis saltem in minoribus constitutis. *Arnon.* quòd non, *dialogo 16.* sed in contrarium
5 est *decis. Capyc. 66.* sed vide *Bald. cons. 30. volum. 6.* nuper edito, & latiùs *Mart. de iurisdict. part. 4. casu 40. 1. etiam num. 14. Bellett. disquisit. cleric. part. 1. tit. de exempt. cleric. à statut. laicor. §. 3. num. 10.* qui contra-
6 rium defendit, & quid si coràm huiusmodi Arbitris testes falsum deposuerint, an sint per eos puniendi? Dic, quòd non, secundùm *Hippol.* qui alios refert in *l. 1. §. præterea num. 35. in fin. ff. de sicar.* & quid si reus
7 laudauit in authorem comunctum actoris, an ille author laudatus possit petere compromissum vigore huius pragmaticæ? Dic, quòd non, secundùm *Arnon. singul. 70.* sed *Fabian. lib. 2. controuers. iur. cap. 41.* refert contrariam opinionem & plura ad limita-
8 tionem huius pragmaticæ vide per *Alexand. consil. 81. lib. 7.* & præcipuè quandò est articulus iuris, vel petens esset periurus, vel veniret contra instrumentum iuramento vallatum, vel peteretur infrà tempus ad conficiendum inuentarium, & per *Marant. in 6. part. tract. 2. fol. mihi 380.* vbi habes etiam ampliationes. Pro declaratione tamen huius pragmaticæ vide omnino *Anchar. consil. 183. pro clariori per tot.* vt procedat, quando præcessit libellus, & petatur ab ipso, & non ab alijs venientibus ex transuerso super negotio directè contrà petitionem, & non super exceptione, lite contestata non petitur, *Afflict. dec. 185.* sed incontinenti potest, vt per *Vrsill. ibi.*

Et si semel factum compromissum expirauerit,
9 debet iterùm, vel pluriès causa compromitti, *Horian. consil. 6. num. 7. Ia. de Anic. cons. 38. num. 14. Anna singul. 140. Port. Imol. cons. 76. et 138.* qui tener, etiam lato laudo, si contingat appellari, debere iterùm cõpromitti, quod ego non puto verum, per *pragmat. 2. infrà eod.* quòd si bis fuerit factum compromissum, & illud semper expiratum, non est tertiò compromittendum. *Afflict. dec. 46.* sed *Sebast. Medic. de regul. iur. par. 1 regul. 2. num. 19. et Monach. dec. Lucens. §3. n. 46.* contrarium defendunt.

10 Sed an hæc pragmatica includat minores, vel pupillos, siuè eorum tutores, vide *Alex. in l. si plures, ff. de pact. et consist. lib. 6. Anna singul. 116.* vbi concludit, quòd sic, sed contrarium dixit in *princip. consil. 82. num. 17. lib. 7.* & propterea sequitur, quòd in huius-
11 modi compromisso necessario facto per tutorem non requiritur decretum Iudicis, secùs autem in cõpromisso voluntario, nisi fieret super re, quæ posset alienari sine decreto, vt per *Crot. cons. 154. volum. 1.*
12 & procurator nõ habens speciale mandatum huius pragmaticæ vigore potest compromittere, *Iason in l. transactionis, C. de transact. num. 4. Rota Bononiens. decis. 21. in primo dubio*, concurrit, vt possit interponi decretum, sed quòad electionem Arbitrorum, & sine
13 speciali mandato non potest petere recursum à laudo, *Mayor. decis. Lucens. 51. num. 16.* & quid si his esset
14 inter fratres naturales tantùm, an compellantur ad compromittendum huius edicti vigore? *Anchar.* quòd sic, *in cons. 187.* quem sequitur *Felin. in proœmio*
15 *decret. in princip. num. 7.* sed contrarium voluit *Grat. cons. 145. num. 9. cum seqq. volum. 2. & Cauens. hic in verſ. coniunctos*; legitimati verò hoc edicto nõ comprehenduntur, *Grat. discept. 744. n. 25.*

Ad id autem, quod dictum est de tutoribus, & cu-
15 ratoribus; per hoc edictum non possunt compelli ad compromittendum lites suorum pupillorum, & minorum, cum clausula *de iure, et de facto, Ludou. dec. Pers. 2. n. 11.*

16 Curator bonis datus non potest compromittere, *Anna singul. 121.* & Arbiter electus in causa conuen-
17 tionali potest cognoscere de reconuentionali, & de alijs emergentibus, & incidentibus, *Menoch. de arbit. iudic. quæst. 44. et seq.* nisi arbitrium esset datum in vno certo articulo, vel causa recõuentionis esset talis naturæ, vt ab Arbitro sine speciali commissione tractari non posset, vel causa celeritatem desideraret.

An autem Iudex possit ex officio cogere consan-
18 guineos ad compromittendum? quòd non, *Mayor. decis. Lucens. 71. n. 11.* & probant verba huius pragmaticæ, ibi *ad petitionem cuiuslibet.* Est tamen notan-
19 dum, quòd petens cõpromissum vigore huius pragmaticæ, dicitur compromittere ex necessitate, & non ex voluntate, licèt ipse petat compromissum, vt per *Minad. decis. 15.* ad quod est videndus *Menoch. de præsumpt. lib. 2. quæst. 46. num. 11. vers. 7. Sylues. Aldebrand. ad Dec. in cap. cum M. Ferrariens. n. 114. in verb. compromiss. extrà de Constit.*

20 Quòd si Titius vendat fundũ Sempronio, & Scius con-

consanguineus Titij venditoris velit retrahere jure protho..iseos, an Titius venditor possit cogere Seiũ retrahentem eius consanguineum ad compromittendum vigore huius pragmaticæ? *Benedell. in tract. de nu. prothomis. in princ. nu. 176.* dicit, quòd sic, per *text. in l. procurator ad exhibendum, §. si procurator, ff. rem rat. hab.* Sed ego valdè dubito de hac eius decisione, liquidèm in lite super retractu nullum vertitur interesse venditoris, licèt eam opinionem nouitèr tueatur *Facbin. lib. 2. controu. iur. cap. 40.*

Est tamen verum, quòd si cõsanguineus cedat extra-
21 neo iura, quæ habet cõtra suum consanguineum, hic cessionarius quamuis extraneus tenetur facere compromissum, prout tenebatur cedens, ità tradit *Hippol. Marsil. singul. 3. 4. & singul. 467. num. 14.* post *Bald. & Caman. in l. post diuortium, ff. soluto matrimonio, Dec. cons. 59. col. 3.* contrarium voluit *Afflict. dec. 74. n. 3. & Marant p. 6. actu 2. n. 24.*

Sed in compromisso facto per emptorem ex ne-
22 cessitate vigore huius statuti debet venditor citari, *Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 2. tit. de citatio. concl. 1. n. 239.*

Vbi autem debeant Arbitri conuenire pro dicen-
23 do laudo, si in compromisso non est designatus locus, vide *Purpurat. cons. 46. num. 7. inter cons. feud. diuers.* Qui dicit, quòd debent conuenire in loco, vbi morantur dignior, sed hisce nostris corruptis temporibus non seruatur, propter Iuuenum procacitatem, qui dedignantur senioribus nec latum quidem vnguem cedere.

Quotuplex autem sit arbitrium, vide *Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæst. 6.* qui diuidit in arbitrium plenum, & regulatum, & illud procedit, quandò quis habet præferendi iniquum æquo potestatem, vel quandò nullo iure communi est subnixum; vel quod sola voluntate fit, vel quod legis non exigit solemnitatem; regulatum quòd ab æquitate, & iure pendet,
24 & quibus verbis, & clausulis huiusmodi arbitria conferri debeant, vide *eundem ibidem quæst. 8.* & sunt hæc, vt tibi videbitur, vel placuerit, vel facias secundùm tuum iudicium, vel discretioni tuæ committimus, vel tuæ prudentiæ, vel arbitrio tuo, vel misericordiæ tuæ, vel conscientiæ tuæ, vel sit tibi licentia, vel potestati tuæ committimus, vel promittimus stare tuo dicto, vel vt cupieris, & desideraueris, vel de bono, & æquo, vel cum moderamine, vel cum honestate, vel secundùm iustitiam, ius, & veritatem, vel facias secundùm mentem tuam, & arbitrium datum in cognoscendo, quando censeatur datum in diffiniendo, vide *eundem ibidem quæst. 37.* affirmantem in cognitione mandata à lege, negantem in mandata ab homine, nisi cum clausula *committimus tibi causam*, vel *iustitiam facias*, vel *in Delegato Principis*, vel *ad vniuersitatem causarum*, & quid è contra vide in *quæst. seq.* vbi distinguit sex casus, & affirmat in quinq; in sexto negat, quando est executor nudi facti, nisi esset notoria exceptio, vel criminalis, vel falsi rescripti, vel excommunicationis, vel notæ causæ superuenientis, adhùc non cognitæ à Iudice.

Et quia hæc pragmatica includit quartum gradũ, nedùm consanguinitatis, sed etiam affinitatis, posset
25 dubitari, an habeat locum vltrà primum genus affinitatis? & dicendum est, quòd non, sed benè procedet inter ipsos coniuges, licèt inter se non sint affines, ità *Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 7. propè finem. Marsil. in prima parte singul. in verbo statutum, quod*, vide tamen *Marcum Antonium Blancum in tract. de compromiss. quæst. 3. num. 30.* qui in vidua istam distinxit, quòd si fuerit facta mentio de filijs, vel de bonis, quòd tunc non habeat locum, secus si non fuerit facta mentio, & sic videtur sentire *Rota Romana decis. 1. num. 3. part. 1. recent.* Sed hæc opinio non placet, quia cessante causa, cessat statutum. Nam affinitate dissoluta cessabit hæc dispositio, vt probat *Borrell. hic §. 1. gl. 4. nu. 18. Vrsill. ad Afflict. decis. 46. num. 14.* etiam si vidua permanebit in viduitate, secundum *Alex. cons. 207. lib. 6.* Et consanguinitas, de qua in *text.* debet probari in specie in certo gradu, & stirpe, *Alexand. consil. 82. colum. 1. volum. 1. Anna singul. 102.* & multa ad propositum huius pragmaticæ vide per *eundem Annam ibidem singul. 109.* quòd compromissum bis potest fieri, & *singul. 111.* factum de iure tantùm si pronunciatur contra ius, laudum esse nullum, & *singul. 112.* posse fieri de litibus præsentibus, & futuris, & *singul. 113.* post sententiam factum tenet, si renuncietur sententiæ, & *singul. 116.* eo prorogato non prorogari iuramentum partium, & *sing. 117.* impedit cursum fatalium.

Et dùm in *text.* dicitur, quòd compromissum debet
28 fieri in duos coniunctos, vel communes amicos, est notandum ex illis verbis, quòd Arbitri ex capite cõiunctionis, vel amicitiæ non poterint vti suspecti recusari, vt per *Ann. singul. 82.* quod latiùs prosequitur *Barz. decis. Bonon. 63.*

29 Immò licèt de iure nemo cogi possit compromissum acceptare, vt est *text. in l. 3. §. 1. ff. de arbitr.* tamen hoc casu, quandò est persona coniuncta vtriq; parti, tenetur acceptare, secundùm *Bald. in l. 1. §. quamuis, ff. vbi pupill. educ deb. Cremens. singul. 58.* Immò etiam extraneus potest cogi ad acceptandum hoc compromissum necessarium, vt per *Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 10. nu. 35.* Sed an compromissum pos-
30 sit fieri in Iudicem ordinarium, vide *text. in l. sed et si §. 1.* vbi *glos. ff. de arbitr. auth. si verò, C. de iudic.* vbi *Iacobin. Lanfranc. decis. 411. Gozad. consil. 72. num. 2.* sed in Officialibus Regijs est expressè prohibitum in *pragmat. 7. num. 3. inst. de offic. Iudic. & pragmat. 6. de trigesi.*

Sed si cum Regia dispensatione fuerit factum
31 compromissum in aliquem Officialem Regium, an eius laudum habeat exequutionem paratam, circumscripta forma tradita per hanc pragmaticam, declarat *Grammat. dec. 9. Grat. dec. §. 1.* sed *Grammat.* loquitur in compromisso facto in Sacro Consilio, non autem in vnum ex Regijs Consiliarijs, in quo casu est notandum, quòd si contingat appellari à laudo tali lato per Sacrum Consilium, etiam per viam reductionis ad arbitrium boni viri, reuiso laudi post illius executionem debet fieri per eosdem Iudices, hoc est per idem Tribunal, sed causa appellationis, seù reductionis debet committi alteri ex Regijs Consiliarijs eiusdem aulæ, prout obseruatur in omnibus reclamationibus à sententijs, seù decretis diffinitiuis ipsius Sacri Consilij, ità fuit iudicatum per Collaterale Consilium ad relationem Præsid. S.C. in causa Fabij Cicinelli cum D. Antonio Quadra super successione Zenobiæ Cicinellæ Marchionissæ Morcui, Actuarius Sacri Consil. est Ioan. Aloysius Sarnus die 13. Martij 1618. & *Gratian.* loquitur, quando clarè constat de voluntate Superioris, vt non impediatur exequutio.

Aduertas tamen, quòd Officialis Regius, in quem
32 fit factum compromissum cum Regia dispẽsatione, non potest exigere trigesimam vllo modo pro laudo, quod proferret, etiam cum dispensatione Prorege, cùm sit expressè prohibitum in *pragmat. 7. §. item statuimus, quòd nullus Officialis, infrà de offic. Iudicum*, & propterea in dispensationibus, quæ fiunt accepta-
di compromissum, consueuit apponi clausula, *dummodò non recipiant trigesimam*, sed hoc fuit in con-

trouer-

trouerſiam deductum in generali viſitatione facta ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.Beltrando de Gueuara,nunc digniſſimo Archiepiſcopo Compoſtellano,& in exitu reſultarũ ex dicta generali viſitatione expectatur declaratio,vide *prag.6.n.1.de trigeſ.*

Communiter tamen huiuſmodi compromiſſa ſo-
33 lent fieri à Partibus in proprios Aduocatos, quælibet nominando in arbitrum ſuum Aduocatum, ſed puto,quòd Partes in hoc errant, vbi habent bonum Aduocatum, nam melius eſt habere bonum Aduocatum,quàm bonum Iudicem, quia bonus Aduocatus eſt totus ſui clientis, at quando fit Iudex, eſt cõmunis pro vtraq; parte,ita notabiliter docet *Fulgoſ. in l.quod ſi nolit §.ſi mancipium in fi.ff.de ædil.edict.*& ſi vna pars nolit eligere ſuum arbitrum,erit cogenda per Iudicem,*Modeſt.Piſt.q.69.lib.2.*

Dùm in *text.*ſtatuitur terminus duorum menſium
34 ad proferendum laudum, aduerto, quòd terminus compromiſſi currit de momento ad momentum, & ſi feratur laudum per horam poſt terminum eſt nullum,*Affl.dec.73.n.8.* ſed ſi vna pars præbet impedimentum,nè intra terminum proferatur laudum,terminus compromiſſi non expirat, vt multis probat *Scharf.*damnatæ memoriæ *conſ.53.cent.2.*

Et eſt notandum,quòd hæc pragmatica ligat ne-
35 dùm Regnicolas,aut Exteros, habitantes tamen in Regno, ſed etiam Exteros non habitantes, pro rebus tamen, quas in Regno poſſident, & idcò ſi duo conſanguinei exteri litigent, ratione rei ſitæ in Regno,habebit locum hæc pragmatica, dummodò cõuentus reperiatur in Regno,vt per *Imol.in cap.ſanè, & ibi Soc.n.12.in fi.ext.de for.comp.*

Et dùm in finalibus verbis datur limitatio in cau-
36 ſis feudalibus, ſcias, quòd hæc limitatio inerat de iure,etiam ſi non fuiſſet expreſſa, vt per *Schader.de feud.tom.2 par.10.ſect.1.num.*170.idem in cauſis emphyteoticis, *Caldas de iur.emphyt.lib.4.c.9.num.*19. & cogita, nùm idem dici poſſit in omnibus cauſis, in quibus ageretur de rebus alienari prohibitis,per tradita per *Tir.aq.de legib. connub.gloſ.5.q.*19.*nu.*203. *cum ſeq.Benint.*tamen *in dec.*211*m* 2.*dub.* tenet,quòd procedat etiam in re alienari prohibita, cui adde *Surd.de alimen.titul.*8. *q.*56.*num.*37. *ad* 40. Amplia
37 nunc hanc limitationem, vt ſit idem,ſi peteretur vita,& militia ex feudo,*Schrad.de feud.tom.*2.*part.*10. *ſect.*1.*n.*190.poſt *Affl.dec.*43.*Minad.dec.*3.vbi etiam
38 habes,quid in cauſa alimentorũ,& idẽ in incidẽtibus harũ cauſarũ tradidit *Ann.in Conſt.Conſtitutionẽ nu.*284 *& ſeq.* Sed de alimentis vide latiùs *Surd.de alim.tit.*8, qui negat in Arbitro voluntario,affirmat in electo vigore ſtatuti *priul.*56.*nu.*33.*& ſeqq.*Quid in lite ſuper paragio? *Fab.Ann.conſ.*75. conſuluit negatiuè,prout in vita,& militia.

Et in eo, quod limitat in cauſis inſtrumentarijs,
39 dic,quòd idem erat dicẽdum, etiam ſi de his inſtrumentis non eſſet facta mentio in pragmatica, vt per *Corn.conſil.*290.*lib.*1. *Socin.iun.conſ.*40.*num.*9.*lib.*1. *Menoch.præſumpt.*38.*num.*19.*verſic.eſt & ſecundum lib.*6.*Frecc.de præſent.inſtrum.par.*7.*in princip. num.*6. & amplia,etiam ſi non eſſent inſtrumenta reaſſumpta,ſeruata forma *Conſtit.Inſtrumentorum robur*, ſcilicèt ſi Notarius,& teſtes eſſent mortui, dummodò
40 ſint reaſſumpta ab alio Notario habẽte poteſtatem, ſecundùm *Minad.deciſ.*11.ſublimita tamen,ſi is,pro quo cantat inſtrumentum, ſententia, aut obligatio, ipſe peteret compromiſſum, quia poteſt fauori ſuo renunciare, vt per *Alex.conſil.vltim.num.*15.*lib.*6. quem ſequitur *Ioſeph Ludouic. deciſ.Lucenſ.*26.*nu.*2.
41 Nec non ſublimita,quandò ex inſtrumentis non reſultaret clara,& indubitata iuris deciſio,vt per *Port. Imol.conſil.*142.*num.*75.*& ſeq.*& dicitur res eſſe clara,& indubitata ex iure,vel facto apparente, cùm probatio eſſet in promptu,& iura ſunt deducta,vide
C *Intrigl.ſingul.*182.*lib.*1. *Lancellott.de attentat.c.*249.
42 *num.*92. Amplia in quolibet pacto liquido, etiam ſi de ipſo contractu principali eſſet faciendum compromiſſum,*Ror.Bonon.diuerſor.deciſ.*9.*tom.*1.alias cumulat *Anton.Gabr.lib.*2.*commun.opin. tit.de iureiur. concluſ.*5.*num.*11.

Item limita,quandò ageretur interdicto vndè vi,
43 pro ſpolio de recenti facto, in quo non cadit compromiſſum,vt per *Afflict. dec.*84.

Quid autem pro legato, an debeat fieri compro-
44 miſſum? vide *Capyc.deciſ.*48.*Borrell.hic* §.2.*gloſ.*1.*q.*9. *num.*164.qui tenent opinionem negatiuam, ſed affirmatiuam tenet *Simon de Præt.conſil.*33.*centur.*3.
45 ſi lis eſſet cauſa ſcandali, vel diù duraſſet, vel nimis dubia,vel à Principe,etiam non coniuncti coguntur ad compromittendum, de quibus *Afflict. deciſ.*149. *nu.*5.*Redin.de Majeſt.Princ. in verb. omnibus æquum num.*20.*Villadieg.in foro iud.lib.*2.*titul.*1.*l.*17.*Grammat.*allegata *dec.*9.*Eſcobar de ratioc. cap.*32.*num.*25. *Bellett diſquiſit.Cler. par.*1.*titul.de diſciplin.Cleric.* §. 15.*num.*98.

Quemadmodùm & Iudex in multis caſibus po-
46 teſt cogere partes ad litigandum, vbi intereſt tertij, putà Reipublicæ, Eccleſiæ, vel priuati, aut vbi periculum animarum imminet, prout docet *Card.Zabarell.in clement.*4.*de appellat.gloſ.in l.ſi vſusfructus*, §. *æquiſſimum in verſ.ſuriſdictione in princ.ff.de vſufruct.*

Et in omnibus caſibus, in quibus debet fieri com-
46 promiſſum,pars,quæ erit renitens, poteſt cogi per Iudicem ad compromittendum, vt per *Modeſt. Piſtor. d.quæſt.*69.*lib.*2. & petito compromiſſo Iudex non poteſt procedere ad vlteriora, etiam antè electionem Arbitrorum,*Bald.in l.*1.*num.*5.*C.ſi qua prædit.poteſt.* niſi in cautione petita pro aſſecuratione Iudicij,vt per *Affl. dec.*170.

Pluresq; alios caſus pro limitatione huius pragmaticæ vide apud *Hier.Grat.reſp.*155.*vol.*2.

Eſt tamen in hac materia notandum, quòd ſi hæ-
47 res alicuius conuentus à conſanguineo compromiſerit cauſam vigore huius edicti, & in compromiſſo obliget ſe nomine proprio de parendo laudo, poſt latum laudum contra ſe,poteſt opponere diſcuſſionem inuentarij, non obſtante, quòd proprio nomine ſe obligauerit in compromiſſo, & ità per Sacrum Conſilium deciſum refert *Minad.deciſ.*25.ſed in contrarium fortitèr obſtant adducta per oculatiſſimum *Præſ.de Franch.dec.*323. ex cuius dictis Ego obtinui contra *dec. Minad.* pro Marchione Oriæ contra D. Ioannem de Figueroa, Actuario de Felice, quibus addo nunc *Surd.dec.*297.*num.*10. *verſic. & pro hoc, Gratian.diſcept.*553.*tom.*3.

Quòd ſi compromiſſum fit factum ab hærede antè confectionem inuentarij,& abſque proteſtatione, ſed infrà tempora conficiendi inuentarium, facto poſteà inuentario, proculdubio poterit opponi exceptio inuentarij,vt per *Paul.de Caſtr.inter conſil.vltim.volunt.conſ.*81.*in princ.vol.*1.

48 Nota tamen, quòd inſtantia in compromiſſis durat ſpatio duorum menſium tantùm, vt in *text.* ibi, *debeantq; cauſam ipſam*, quòd ſi partes in compro-
49 miſſo appoſuerint terminum breuiorem, tunc eſt ſtandũ partiũ conuentioni,ſed ſi Arbitris fuerit data poteſtas prorogandi, vt ſcias,quomodò Arbitri poterint prorogare,& per quod tempus,*Bal.in l.*1.*n.*5.*C. vt in poſſeſſ. legat.* dicit,non vltrà tres menſes, & in

cap.

cap. cùm tanto num. 11. extrà de consuet. non esse maiores prorogationes prioris dilationis pro vna vice, si cum clausula *semel, & pluries, non vltrà quaternam vicem, Ioannes de Amicis consil. 67.* dicit, arbitrium vltra terminum esse nullum. *Fabius de Anna consil. 75. num. 33.* dicit, prorogationes fieri ad eundem terminum, facta autem prorogatione, debet illa notificari litigatoribus, alias non valet, & sic laudum latum post talem prorogationem erit nullum, ità *Bald. in l. eos, §. Apostolos colum. 1. in fin. vers. quæro nunquid Iudex, C. de appell.* & alij, quos refert, & sequitur *Hippol. de Marsil. in l. de vnoquoq; num. 47. ff. de re iudic.* sequitur etiam *Hier. de Portis in consil. vnico* impress. post *consilia Ant. de Butr. nu. 31. vers. & ideò dicit, Intr. gloss. singul. 197. lib. 1. Apostilla ad Hippol. singul. 173. Fab. Anna d. cons. 75. num. 73. Dec. consil. 39. num. 2. versic. & maximè. Curt. sen. cons. 21. cum seq.* Declara tamen, vt per *Costam de facti. scient. & ignor. d. §. 76.* nisi ambo litigatores habuerint scientiam.

Quòd si Arbitri non expedierint causam infrà
51 terminum compromissi, tenentur partibus ad interesse. *Ann. sing. 36.*

Hic autem terminus an incipiat currere à die
52 facti compromissi, vel à die acceptationis, vide *Hippol. singul. 423. Anton. Gabr. tit. de arbitr. concluſ. 2. Couarr. in cap. quamuis par. 1. in princ. num. 6. de pact. in 6. Prat. de Franch. decis. 354 num. 3. & 6.* vbi habes approbatam opinionem *Socin. in consil. 87. in princ. 4. colum. & Iacobin. de Sancto Georgio in l. talo, §. facta, ff. de iur. dot.* quando scilicèt in compromisso est apposita clausula, *vt terminus compromissi currat ab hodie, vel à tali die*, quia tunc non attenditur dies acceptationis, sed terminus currit à die facti compromissi.

Dùm verò in eodem *textu* datur potestas Ar-
53 bitris in casu discordiæ eligendi tertium, partibus nolentibus illum nominare, videtur contrà *text. in l. item si vnus, §. si in duos, ff. de arbitr.* sed hoc est introductum in contumacium partium nolentium nominare tertium, iuxtà dispositionem *text. in l. fin.* ibi *electione*, videlicèt Arbitri, C *de iudic.*

54 Quod tu latiùs declara secundùm *Modest. Pistor. quæst. 82. lib. 2.* qui distinguit, quandò compromittitur in duos simpliciter, vel cum facultate eligendi tertium certum, & valet, aut incertum, & non valet, & scias, quòd si hic tertius nollet acceptare, potest etiam inuitus cogi à Iudice, tàm in compromisso necessario, quàm voluntario, vt probat *Parlad. differ. 43. §. 1. n. 10.*

Et aduertas, quòd non propterea stabitur soli
55 sententiæ huius tertij tantùm, ità vt alij duo teneãtur in eius sententiam concurrere, sed stabitur maiori parti, vt per *Surd. cons. 452. num. 60. cum seqq. vol. 3.* quicquid dicat *Parlad. differ. 43. §. 2.*

Et ideò si laudum sit latum absente vno ex tri-
56 bus Arbitris, non valebit de iure ciuili, vt per *Bald. cons. 9. vol. 6.* licet de iure Canonico, secùs sit, quandò tertius vocatus malitiosè differt conuenire, iuxtà *text. in cap. 2. de arbitr. in 6.* quod tu prosequere, vt latiùs per *Ioseph. de Sese de inhib. cap. 2. §. 1. nu. 22. cum seqq.*

Et aduertas, quòd licèt laudum sit latum tertio
57 contradicente, tamen quando agitur de exequutione laudi, quæ esset facienda per eosdem Arbitros, illi duo, qui fuerunt concordes non possunt exequi laudum, non vocato illo tertio, quando in exequutione esset adhibenda causæ cognitio, ità *gl. fi. in c. fi. de dol. & cõtum. in 6. & ibi Philip. Franch.*

Est tamen aduertendum, quòd Arbitri non expe-
58 dita discordia non possunt eligere tertium, vt per *Laurentium dec. Aucuon. 142.* & si eligatur tertius,
59 & cum interuentu illius proferatur laudum, non constito de discordia, laudum erit nullum, vt per eundem *Laurent. ibidem* post *num. 3. vers. hinc si, & Ann. singul. 38.*

De illo autem, quod agit hic *Cauensis nu. 131. an*
60 scilicèt mortuo vno ex compromittentibus compromissum transeat ad hæredem, affirmat *Purpur. cons. 46. inter cons. feud. diuers.* qui loquitur in compromisso pro se, & successoribus, quid autem si mo-
61 riatur vnus ex Arbitris, an compromissum expiret, vel debeat alius loco mortui substitui? vide *glos. in l. item si vnus, §. 1. in verb. sed aut omnes, vers. item ex eo, ff. de recept. arbitr. & Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 37.* vbi concludit, quòd expiret, & eandem opinionem pluribus confirmat *Schrader. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 11. quæst. 34. num. 34.* latissimè *Boreholt. cons. 11. 14. & 15. p. 2.*

Sed an publicatione omnium bonorum sequuta
62 post compromissum, extinguatur illud compromissum? quòd sic *Marc. Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 87. 88. & 96.*

Notabis tamen, quòd si in compromisso sit da-
63 ta potestas Arbitro secundùm eius conscientiam, is non debet sequi propriam cõscientiam, sed communem, & publicam, nec non conscientiam legibus munitam, *can. Iudices*, iuncta *glos. 3. can. 3. quæst. 7. Bald. in l. 1. C. qui accus. non possunt, Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 8. num. 43. Ludolph. Schrader de feud. tom. 2. p. 10. sect. 13. n. 30.*

64 Et scias, quòd confessio facta coràm Arbitris, dicitur confessio iudicialis, *Alex. Raudens. decis. Pisan. 9. nu. 33.*

65 Et Arbitri possunt vti nuncijs Iudicis superioris pro actorum intimatione. *Bart. in extrauag. ad reprimendum, §. per nuncium n. 9.*

Verùm autem possint citare testes de per se,
66 absquè brachio Iudicis ordinarij, & eis non parentes mulctare: *Caranit. rit. 295. nu. 26.* distinguit inter Arbitros voluntarios, & necessarios, cui addo *Borrell. in hac pragm. §. 3. glos. 2. num. 5. & §. 4. glos. 4. n. 5. & Præpos. in cap. 1. nu. 3. propè fi. vers. nota text.* ibi *cõpellãtur, si de inuest. feu. int. dom. & vas. lis oriat. in vsib. feud.* proùt similiter inter Arbitros necessarios, & voluntarios distinguit, ad aliud tamen propositum, *Claper. cons. 109. q. 1.* vbi declarat etiam effectus, qui ex ea distinctione sequuntur, & agit in sta-
67 tuto huic nostræ pragmaticæ simili: Ego tamen puto, quòd Arbitri siuè sint uoluntarij, siuè necessarij, nullo modo possint mulctare testes eis non parentes, quia iurisdictio Arbitrorum non extenditur ultrà personas compromittentium, & partes compromittentes non possunt submittere testes, qui compromisso non consentiunt iurisdictioni Arbitrorum, & ideò ego semper obtenui, & obseruari uidi in Sacro Consilio, ut citatio testium producendorum coràm Arbitris, quantumuis necessarijs, non subscriberetur ab ipsis Arbitrjs, sed à Iudice ordinario, & si sunt renitentes, ab eodem Iudice ordinario compelluntur, ut deponant coràm Arbitris, &
68 quatènus citatio testium emanaret ab ipsis Arbitris, est in ea impartiendum brachium per Iudicem ordinarium, alias testes non parentes impunè contemnent illorum iurisdictionem, ità probat mihi *text.* satis ad propositum, ni fallor, in *cap. 1. §. nequ suffraganeorum de for. compet. in 6.* iuxtà *glos. ibidem in verb. suscipere in fin.* qui *text.* omninò tollit illam

distin-

distinctionem inter Arbitros voluntarios, & necessarios, nam loquitur in Archiepiscopo, qui est Iudex ordinarius appellationum, quæ interponuntur à suis Suffraganeis, & tamen etiam in causis ad se deuolutis per appellationem non potest citare, & cogere subiectos Suffraganeorum, vt vadant coram ipso ad ferendum testimonium in illis causis, & *glos.* prædicta assignat rationem, quia sua iurisdictio non extenditur ad alios, quàm ad illos, inter quos vertitur appellatio.

Et denique notabis, quòd si vna pars compromisso pendente velit redire ad Iudicem, non obstabit
69 ei exceptio compromissi facti, si tamen velit soluere pœnam in compromisso adiectã, non alias, ità *glos. in clement. 4. in ver. compromissum, in fi. de appellat.* quod intelligas in compromisso voluntario, secùs in necessario, in quo si compromissum non esset factum, Partes coguntur ad compromittendum, vt suprà.

70 Verùm hæc pragmatica non comprehendit bannitos perpetuos, *Brunor. à Sole q.* 20. Alia ad hanc pragmaticam pertinentia colligit *Ricc. collect.* 79.

ADDITIO.

A NIsi adiciatur; *etiam ipsis partibus non citatis*, fuit doctrina *Alexand. in l. si quis arbitratu numer.* 14. *ff. de verborum obligation.* quam desumpsit à *Speculat. in titul. de Arbitro, & Arbitratore libr.* 1. *§. excipitur numer.* 10. & sequuti sunt *Decius cons.* 39. *num.* 2. *Anna allegat.* 99. *num.* 1. *Gutier. canonic. quæst. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. *Vantius de nullit. in titulo de nullitat. ex defect. citation. num.* 10. *Vrsillus ad Afflict. decis.* 283. *num.* 13. *& Boerius decis.* 283. *num.* 38. tradunt *DD. in l. diem proferre §. si quis litigatorum ff. de recept. arbitris*. Potrò licèt Arbitris sit data potestas arbitrandi ipsis partibus absentibus, requiritur tamen ad sententiæ, seù laudi validitatem ipsarum partium citatio, prout fundat idem *Speculator in* eodem *titulo de Arbitro, & Arbitrat. in §. finali*, propè *finem, ver. Quidam volunt, quòd non.*

Est enim citatio defensio competens de iure naturæ, quæ saltem in criminalibus nullo modo, neque per Principem, etiam de plenitudine potestatis tolli potest, sicuti latissimè, & notabiliter probat multorum authoritate *Sebastianus Guazzinus in tract. ad defensam reor. defens.* 29. *cap.* 4. *num.* 1. 2. *& 3. cum sequent. & Afflictus decis.* 391. *num.* 9. licèt in ciuilibus possit tantùm modus, & forma citationis variari, prout dixit *Vantius in dict. titulo de nullitate ex defec. citation. sub num.* 9. *in fine, & Guazzin. dicta defensione* 29. *sub num.* 8. *ver. Sed per statutum*, qui sub *num.* 2. *ver. Nec etiam de plenitudine potestatis* allegat *Claud. Seyssel. in l. vt vim in 2. lectura num.* 2. *ff. de iustit. & iure*, concludétem, quòd nec citationem, vel alias defensiones iudiciales tollere potest Princeps, aut Imperator. Et propterea optimè dixit *Alex. in cons.* 61. *num.* 2. *lib.* 7. quòd nullitas surgens ex defectu citationis, nunquàm intelligitur exclusa, cùm sit defectus iuris naturalis, per ea, quæ habentur in *element. pastoralis, de re iudic.* prout notabiliter concludunt *Angel. in cons.* 174. *& Petrus de Anchar. cons.* 102. qui dicunt, quòd statutum disponens, quòd dici non possit de nullitate sententiæ talis Iudicis, non impediet, quin possit dici de nullitate surgente à defectu citationis, quia aliter esset auferre defensionẽ, quæ est iuris naturalis, & tolli non potest, *dict. Clem. pastoralis, de re iudicat.* quamobrèm *Summus Pontifex in cap.* 1. *de caus. possess. & proprietat.* dicit, se nihil posse contra partem inauditam diffinire, ità refert *Alex. in dict. cons.* 61. *num.* 2. *lib.* 7. Et in tantum est necessaria citatio in laudo, vt nec etiam si sit latum in fauorem non citati, valeat, sicut dicit *Speculat. in dict. §. finali de Arbitro, & Arbitrat. & Vant. dict. titul. de nullit. ex defect. citation. nu.* 10. *in princ.*

Est ergo necessaria citatio ad validitatem laudi, nisi sit illi expressè renunciatum, estò, quòd dictum sit in compromisso, *quòd possit laudum proferri ipsis partibus absentibus.* Quod tamen intellige de citatione ad dicendũ, & allegandum in iure, & in facto, prout nos vtimur, non autem de citatione ad audiendã sententiam, prout loquutus fuit *Afflict. decis.* 283. *nu.* 5. hæc namq; citatio ad audiendam sententiam cùm sit de iure positiuo, omitti potest, vt dicit idem *Afflict. ibidem num.* 6. & benè declarat *Vrsill. sub nu.* 13. *& Vant. de nullitat. in titul. Qualiter sententiæ n.* 107. cùm non per hoc tollatur defensio partibus, & sic de stylo omnium Tribunalium Regni omittitur citatio prædicta ad sententiam audiendam, & expeditur tãtummodò citatio, seù monitio, quam vocant *ad dicendum, & allegandum quicquid dicere, & allegare voluerint in iure, & in facto.*

Hęc, quę dicta sunt de citatione, extendunt supracitati *DD.* etiam in prorogatione instantiæ compromissi, quia etiam si sit data potestas Arbitris, instantiam compromissi prorogandi, nihilominus si talis prorogatio facta, partibus non fuerit notificata, minimè valeret, *Vant.* egregiè in supra citato *titulo de nullit. ex defectu citationis, & Gutierr. in dict. cap.* 16. *canon. quæst. lib.* 1. *num.* 13. ex *Bald.* communiter recepto in *l. eos §. Apostolos num.* 5. *C. de appellat.* & alios congerit *Dominus Regens in hac pragmat. num.* 50. Ego verò circa hanc notificationem prorogationis contrariæ sententiæ faci'è me subscriberem, duobus positis, altero scilicèt, quòd Arbitris sit data potestas prorogandi, altero verò, quod facta prorogatione, & si non intimata, fuisset tamen processum coràm Arbitris ad vlteriora, vt Arbitris, quod sufficit, *Boer. in dict. decis.* 283. *num.* 20. *cum seqq.* præsertim si prorogatio sit facta per Arbitros durante adhùc compromisso, à quo hæc potestas dependet, *l. non distinguemus* 37. *§ de officio ff. de recep. arbitris, & Specul. in d. §. finitur*, & quod neq; minui, neq; immutari potest, *Llabeo* 20. *in fine ff. de recep. arbitr.* & actus præsumitur factus in causam precedentem, *Menoch. de præsump. lib.* 3. *præsump.* 10. *num.* 23. & in exequutionem precedentis tractatus, idem *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 49. *num.* 2. & in exequutionem precedentis obligationis, idem *Menoch. præsumpt.* 134. *n.* 30. *&* 143. *n.* 8. *lib.* 3.

Quotiès autem debeat fieri prorogatio compromissi, & quando, tradunt *Boer. et Spec.* in *locis* prædictis, sed magis clarè *Afflict. decis.* 46. vbi etiam *Vrsill.* latissimè, *Ann. singular.* 109. *et* 110. *Dominus Regens hic infra num.* 9. *et Dominus Io. Baptista Thorus* celeberrimus Iureconsultus, & Almi Collegij Neapolitani Senator amplissimus in *compend. decision. par.* 1. *in ver. Compromissum inter coniunctos*, qui dicunt, nõ debere compromitti vltrà duas vices, inclusa vna prorogatione, ita vt non debeat, nisi semel prorogari, quicquid dixerint *Maran.* in eius *Spec. in* 6. *par. ver. aliquando petitur compromissum nu.* 4. *in* 2. *actu, & Camill. Borrell. de comprom. §.* 2. *glos.* 3. *à nu.* 9. *ad* 23. quem refert, licèt non videatur secui *Dominus Dominicus Antonius de Marinis*, insignis quidèm Iureconsultus, & Aduocatus Primarius in eius doctissimis *resolution. cap.* 65. *num.* 1. Verùm idem *Dominus Regens in cons.* 55. *n.* 2. latiùs super hac re ingenio-

differit, & fundat, quòd data poteſtate prorogandi *toties, quoties*, poſſe, nedùm bis, ſed quater, & nullies prorogationem fieri, contra doctrinam *Iaſonis in l. finali num. 17. C. de Sacroſanct. Eccleſijs*, quam benè reſoluit. Sed aduertendum eſt, quòd caſus *Conſilij Domini Regentis* erat in pluribus prorogationibus iam factis, partibus ipſis non contradicentibus, & ſic dubitabatur, an potuiſſent fieri, vel nullitèr per eas fuerit laudum promulgatum, & fuit iudicatum pro validitate laudi, quia dùm in compromiſſo cautum fuerat de die proferendo, & facta fuit prorogatio, remanſerunt Arbitri, & potuerunt laudum ferre, iuxtà *text. in l. ſi cùm dies 26. ff. de recept. arbitris in fine.* At quando eſſemus in fieri, & ſic antè prorogationẽ faciendam, quam vna partium recuſaret, ex eo, quia ſemel vltrà primum compromiſſum eſſet facta, crederem, ſtandum eſſe *deciſioni Aſſlicti*, per tot Patres approbatæ, etiam quòd in compromiſſo ſit data poteſtas prorogandi, *text.* eſt clarus, & ad literam in *l. Arbiter ità ſumptus 38. ff. de recept. arbitr.* & verba prædicta generalia præſumuntur appoſita ſub confidentia, & ad reddendum Arbitros benevolos, vt dicit *Decius in dict. conſ. 39. ſub num. 1. ver. Dicunt enim, quòd talia verba;* & debent ciuili modo intelligi, & pro vna ſcilicet vice, ex regula *text. in l. boues 89. §. hoc ſermone ff. de verbor. ſignific.* vel ad ſummum altera, ſi æquo, bonoq; Iudici videbitur. An autem prorogatio poſsit fieri per Arbitros poſt compromiſſum expiratum, & quando currat tempus compromiſſi, ſiuè inſtantia, ſi ſit Arbitris ad arbitrandum certum tempus præſtitutũ, & an compromiſsis pluribus differentijs, ſimul, & ſemel omnes debeant terminari ab Arbitris, vide per *Dom. de Franch. deciſ. 354.* & alia quamplura in hac materia obſerua penès prædictos *Boer. Specul.* & alios ſuprà citatos, & per *Dom. Reg. Capyc. Gaelot.* Ducem Reginæ, virum ſanè doctiſsimum in *contron. 63. lib. 1.* & per *D. Reg. Capyc. Latro* Marchionem Torelli in doctiſsima *conſul. 70. lib. 1. n. 3. 4. 5. 6. & 7.*

B Hanc etiam opinionem latè probat *Ripa in l. ſi vnquam. n. 77. C. de reuoc. donat.*

C Quid autem dicendum ſit de apocis directis Banco, an cùm de illis iudicetur, ſicut de inſtrumentis liquidis, & obligationibus penès acta Curiæ, in quibus nó cadit cõpromiſsũ, iuxtà diſpoſitionẽ huius pragmaticæ ſanctionis, poſſit nihilominùs creditor cogi ad compromittendum, negatiuam opinionem, ſcilicet quòd non poſſit cogi ad compromittendum, amplexus ſint *Maſull. ad Capyc. deciſ. 7. ſub nu. 1.* ex doctrina *Angeli in l. ſi ità ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verbor. obligation. & Iaſonis in l. poſt rem nu. 3. ff. de tranſact.* Qua etiam ratione attenta idem dici poſſet de literis cambij acceptatis per mercatorem, mandatarium, aut proteſtatis, & recognitis per ſcribentem, cùm eę habeant etiam exẽquutionem paratam, ſicuti inſtrumenta publica, & obligationes liquidæ contra mandatarium poſt acceptationem, vel contra ſcribentem, ſi non fuerint acceptatæ, ſed proteſtatæ, & recognitæ, prout perbellè docet doctiſſimus *Conſil. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. diſput. 6. nu. 21. & 22. eum ſequent.* Sed quid ſi inſtrumentum, obligatio, apoca Banci, vel literæ cambij eſſent illiquidæ, & aliquam paterentur exceptionem, per quam non via exequutiua, ſed ordinaria agi oporteret, vtputà quia eſſemus in hærede debitoris mortui, contra quem non poteſt inſtrumentum via ritus liquidati, ſed ordinariè agi debet, iuxtà *Ritum M.C.V. 178.* vel eſſent tranſacti 20. anni à die natiuitatis actionis, vt per alium *Ritum 167.* de quo meminit *Praſ. de Franch. deciſ. 341.* vel obligatio eſſet ſtipulata ſuprà decem annos, quo caſu dicitur antiqua, & non habet exequutionem paratam, niſi parte prius citata, & nihil opponente, *Caraz. in ritu 128. num. 4.* aut apoca Banci, ſeù literæ cambij fuiſſent à minore confectæ, vt per *Dom. Regentem ut pragm. 63. nu. 36. de offic. procur. Cæſaris*, vbi etiam recenſet alios caſus in quibus obligationes, & apocæ Banci non habent exequutionẽ paratam, an, inquam, in his caſibus ſit etiam faciendum compromiſſum, vel non, & puto, minimè poſſe compromiſſum excludi, ea ſola ratione, quia pragmatica loquitur de inſtrumentis, & obligationibus liquidis; at hæc non ſunt inſtrumenta, vel obligationes liquidæ, ergò ſumus in claris, non eſſe comprehenſa, nec comprehenſas in diſpoſitione pragmaticæ, ordinantis fieri compromiſſum in cauſis coniunctorum, immò eſſe excluſa, & excluſas, per argumentum à cõtrario ſenſu, quod in iure validiſſimum probat *Euerard. in loco à contrario ſenſu.*

Immò dico vnum, quòd eſt fortius, hoc eſt, quòd non ſolùm ſi inſtrumentum, & obligationes, literæ cambij, aut apoca Bãci eſſent illiquidæ, deberet cauſa cõpromitti, ſed etiam ſi eſſent liquida, & liquidę, non tamen actor ageret via exequutiua, liquidando ſcilicet inſtrumẽtum via Ritus M.C. vel exequutionem petendo vigore pacti exequutiui, ſed ordinariè ſe direxiſſet, ordinariam viam eligendo, nam in hoc caſu non poſſet compromiſſum recuſari, prout latiſſimè, ac doctiſſimè tundat *Dom. Reg. Fabius Capycius Galeota* dignisſimus Reginæ Dux in *controuerſ. inſtr. lib. 1. contron. 73. à n. 3. cum multis ſequent.* Præſertim quia dùm, vel ex neceſſitate propter illiquiditatem, ordinariè eſt agendum, vel quia ex voluntate ordinariam viam elegit creditor, nihil hoc caſu derogatur menti Legiſlatoris, vel ſtatum lites abbreuiandi, dùm partes longam viam ſibi elegerunt, quæ patere eis debet *l. ſi mulier. 21. ff. de eo, quod met. cauſa.* Nec eam mutare poſſunt, exequutiuè deindè agere volentes, relicto iudicio ordinariè intentato, ex *gl.* cõmuniter recepta in *l. proindè la ſecõda §. notãdũ in ver. ſed extimanda in finalibus verbis ff. ad legem Aquil.* quam *gl.* ſingularẽ dicit *Bald. in l. diffamari n. 6. C. de ingen. & manu. & in l. 2. nu. 34. C. de ſeruit. & aqua*, *Gutierr. pract. quæſt. lib. 3. q. 39. n. 3. Et ſeq. Arce n. in §. omnium ſub nu. 19. ver. ſed pro opinione Bart. Inſt. de action. Marant. in ſuo Specul. 6. par. in fi. & prædecuntur ſcripturæ num. 31. & diſput. 24. Mauſon. de cauſis exeq. ampliatio. 19. ſub n. 9. Horat. Barbat. in pragm. de aſſiſtentia gloſ. 6 n. 33.* poſt *Gramm. conſ. 95 n. 28. & 29. & Giurb. dec. 55. num. 18. & dec. 100. n. 53. & dec. 74.* præſertim contradicente reo, *Roman. conſ. 333. & Gutier. d. q. 39.* Patet ergo ex prædictis, inſtrumentũ, obligationes penès acta, apocas Banci, & literas cãbij, ſi liquida, & liquidæ erunt, ita vt paratam, promptamq; habere poſſint exequutionem, compromiſſum excludere, ſi verò aliquam patientur exceptionem, propter quam exequutionem habere non poterunt, dubio procul compromiſſo locus eſſe debebit; Id, quod locum ſibi vindicabit, etiam ſi liquidum eſſet inſtrumentum, liquida quoq; eſſèt obligatio penès acta, apoca Banci, vel literæ cambij, itaut exequutiuo iudicio creditor vti potuiſſet, eò tamen relicto, ordinariam viam fuerit ingreſſus, ordinarium iudiciũ intentando, quod deniq; neq; mutari poteſt.

Remanet poſtremò hic indagandum, ſi ad impediendam exequutionem realem, vel perſonalem liquidę obligationis, vel apocæ bancalis, aduerſus quã non poteſt debitor audiri, niſi in vinculis, vel facto depoſito, vt ex *Regia pragm. 63. 63. de Offic. Procur. Cæſ.*

Cæſaris, fecit debitor depoſitum quantitatis petitæ per creditorem, & contentæ in obligatione, vel apoca, an ſtante hoc depoſito debeat cauſa compromitti. Putarem, quòd ſic, per nobilem *Bald.* doctrinam in *l. cùm proponas n. 3. C. de rebus credit.* vbi dicit, quòd ſi no poteſt compromitti totaliter cauſa hæreditalis, poterit tamè compromitti articulus emergens ex ea, vt putà an valeat iuramentum, quam *Bal.* doctrinam retulit *Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. n. 812. & Dom. Camill. Borrelli in ſum. decis. mod. tit. 63. de comprom. n. 108.* ex *Bart.* & alijs dicit, quòd ſtante ſtatuto, quod cauſæ inter comunetos compromittantur, ſi aliquis petat compromiſſum, & pars opponat, non debere compromitti, & cauſam non eſſe compromiſſibilem, ſuper hoc incidenti an debeat compromitti, fieri debet compromiſſum, & allegat *Bart. in l. ſi quis in conſcribendo in 1. lect. C. de pactis*.

Et ſic licet no admittatur cõpromiſſum circa prætẽſa per debitorem aduerſus obligationem, vel apocam Banci, vel literas cambij, vel etiam inſtrumentum liquidum, propter rigorem exequutionis paratæ, poſſet tamen ceſſante ſito rigore per depoſitum iam factum fieri compromiſſum, & debitor audiri, etiam ſuper nouis exceptionibus, ſi quas debitor opponeret, & ſuper eis peteret cõpromiſſum, cùmq; per depoſitum ſit ſatisfactum pragmaticæ, ceſſat omnis rigor, nec tenetur Iudex illud creditori liberare, ſi videt, debitoris exceptionem ſubſiſtentem, ac debitorem releuare, ſi fuerit probata, ſed debet dare terminum in cauſa, firmo interim remanente depoſito, & ſic in dies feriatur per bonos Iudices. Quinimmò malè faceret Iudex, inferretq; miſero reo contento grauamen, ſi nedùm pendente compromiſſo, verùm etiam poſt petitionem illius procederet ad vlteriora in cauſa, & depoſitum actori liberaret, mirabilis eſt doctrina *Bald in l. vnica C. ſi quacunq. præd. t. pot. n. 5.* vbi abſolutè tenet, quòd petito compromiſſo ex forma ſtatuti, non pôt Iudex cauſæ ad vlteriora procedere, & q̃ nó remanet Iudex petito compromiſſo, niſi quòad exequutiua petitionis compromiſſi, & *Bald.* refert, & ſequitur *Borrell. in ſum. deciſ. cap. 63. num. 122.* dicitur enim hoc compromiſſum per hanc pragmaticam neceſſarium; *Coſta de falli ſcient. & ignoran. inſpect. 24. numer. 7. & Dominus Camill. Borrell. in ſumma deciſ. vniu. dict. titul. 63. nu. 39.* cùm imponat neceſsitatem compromittendi, per illa verba *compromiſſum debere fieri*. Et Arbitri ſunt Arbitri à iure, ſeù iuris, vt dicit *Bald. in dict. l. vnica C. ſi quacunq; præditus poteſt.* & ſic ſtatim petito compromiſſo ligantur manus Iudicis. Cauti ergò ſint Periti Procuratores, vt vnà cum depoſito, vel ſtatim, antè tamen liberationem petant compromiſſum, & inſtent pro electione Arbitrorum, & in caſu denegationis appellent.

D An aũt reſeruata per Arbitros in laudo poſſint explicari poſt terminũ cõpromiſsi, vtputà quia Arbitri ſibi reſeruauerunt taxationẽ expẽſarum, ſeù intereſſe, vel aliud, an hæc taxatio, & liquidatio poſsit fieri per Arbitros poſt terminum compromiſsi? negatiuam ſententiam fundat *Alex. in conſ. 18 num. 1. & 2. vol. 7.* & antè eum *Specul. in tit. de Arbitro, & Arbitr. lib. 1. in § excipitur, nu. 8.* nec etiam poſſunt laudum exequi, quia carent iuriſdictione, idem *Specul. in eod titulo in § differt autem num. 3.* & an ex interuallo poſt laudum promulgatum poſsint modum, vel conditionem adijcere, notat *Bald. in addit. ad Specul. in dict. § finali*, pro quo tamen obſerua *text. in l. dicere autem 23. cum l. ſequenti ff. de recep. arbitr.* vbi *gloſ.* & an corrigere, aut laudum mutare, vel interpretari, *Specul. in d. § ſequitur n. 64.* Io. Laganar.

De Arbitris. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Reuiſio laudi coràm quo Iudice peti debeat.*
2 *Arbitrorum lauda quandò ritè, & rectè facta præſumantur, & multa ad huius pragmaticæ materiam, reuiſiuè.*
3 *Laudum vt ſit validum quæ, & quæ requirantur.*
4 *Reductio ad arbitrium boni viri nùm poſſit renunciari, vel aliquo modo excludi.*
5 *Reductio ad arbitrium boni viri haud excluditur, etiã ſi procurator conſtitutus antè laudum ad ipſum poſtquàm latum fuerit homologãdum, vel principalis antèquàm fuerit publicatum homologauerit.*
6 *Reductio ad arbitrium boni viri peti nùm poſſit in cõpromiſſo, ſi ſit data poteſtas arbitrandi ſecundũ liberam voluntatem, vel ſecundùm voluntatem ſimpliciter, quæ clauſula quam voluntatem importet, & quid ſi ſit data poteſtas arbitrandi, prout ſibi placuerit, vel voluerit, nu. 7. 8. & 9.*
10 *Reductionem ad arbitrium boni viri petens, contraueniendo promiſſis in compromiſſo non euitat pœnam in eo adiectam.*
11 *Reductio ad arbitrium boni viri coràm quo Iudice ſit petenda.*
12 *Reductio ad arbitrium boni viri poſt laudum acceptatum an peti valeat.*
13 *Laudi exequutio pendente reuiſione quandò impediatur.*
14 *Laudum exequutioni demandatur, etiam ſi allegetur nullum, modò ſit renunciatum nullitatibus per pactũ in compromiſſo appoſitum.*
15 *Laudum parte non citata an poſſit exequutioni demãdari.*
16 *Reductio ad arbitrium boni viri an poſſit peti abſque periurij metu.*
17 *Laudi iniqui ex cauſa agi poteſt de dolo contra Arbitros.*
18 *Fatalia de iure communi introducta ad petendum reductionem ad arbitrium boni viri an currant.*
19 *Appellari nùm poſſit à ſententia Iudicis reducentis laudum ad arbitrium boni viri, reuiſiuè.*
20 *Appellari an valeat à decreto Iudicis exequentis Arbitrorum laudum, non obſtante petita reductione ad arbitrium boni viri, & nùm pluries, vel vnica tantùm vice appellari liceat.*
21 *Laudi exequutionem, & pœnam in compromiſſo adiectam in caſu contrauentionis pars, quæ obtinuit petere an poſſit, reuiſiuè.*
Inſtantia reductionis laudi ad arbitrium boni viri quanto tempore duret.
22 *Mandatum ſpeciale pro petendo recurſu à laudo requiritur, nec ſufficit cum libera.*
23 *Compromiſſo facto inter plures, ſi reſpectu vnius laudum ſit nullum, an erit quoquè nullum reſpectu aliorum.*

ET ſi aliqua, &c. Laudum per Arbitros latum partibus conquerentibus debet reuideri intrà menſem per Iudicem ordinarium. H. D.

Nota, quòd expreſsè diſponitur, vt reuiſio, & executio petatur coràm Iudice loci, vbi fuit latum laudum, nam ſi non fuiſſet expreſſum, hæc reuiſio, & executio non poſſet peti, niſi apud Principem Supremum, & ſic apud Suprema Regia Tribunalia, & non coram alijs Iudicibus Superioribus reſpectu cõpromiſsi neceſſarij, ità probat *Ioſeph de Seſſe deciſ.*

Arag. 113. quæ eſt 1. *in 2. tom. n.* 53, idem ſi compromiſſum ſit factum à pluribus Laicis in duos Arbitros, quorum vnus ſit Clericus, nam executio eſt petenda à Iudice laico. *Ferr. in obſeruat. Cathal. par.* 1. *c.* 345. *&* 461. *n.* 5.

Hæc pragmatica eſt conformis iuri communi, vt
2 per *Beninten. dec.* 35. *Theſſaur.* latiſſimè *dec.* 14. & probat *text. in l. Epiſcopale, cum auth. ſeq.* C. *de Epiſcop. audien.* multa colligit *Ferr. in obſeruat. Cathal. part.* 1.
3 *cap.* 461. Arbitrorum lauda rectè, non ritè lata præſumuntur, declarat *Menoch. præſumpt.* 76 *lib.* 2. & plura habes apud *Ann. alleg.* 49. *tom.* 2. *Ioſeph Ludouic. dec. Lucenſ.* 27. præſertim *num.* 40. *cum pluribus ſeqq.* vbi non admittit recurſum altiorem indaginem requirentem, & plura neceſſaria pro declaratione pragmaticæ vide per *Eundem in dec. Peruſina* 47 *num.* 2. *& num.* 7 *cum ſeqq.* quot autem, & quæ requirantur, vt laudum ſit validum, vide *Ang. Aret. conſ.* 1. *n.* 16.
5 Præcipuum tamen eſt, vt appareat compromiſſum, aliàs laudum non poſſet ſubſtineri, niſi partibus præſentibus, & non contradicentibus fuerit mandatum executioni, *Gratian. dec.* 64.

An autem hæc reductio ad arbitrium boni viri
4 poſſit renunciari, vel per aliquam cautelam excludi, *Florian. in conſ.* 6. *num.* 3. *verſ. ſed dubium facit*, dicit quòd non, & idem tradit *Ioſeph Ludou. dec. Lucenſ.* 27 *num.* 1. vide nunc *Bald. conſ.* 59. 60. *&* 61. *volum.* 6. latè *Cæſar. Barz. dec.* 68. *Intriglol. dec.* 23. *Ioa. Gratian. reg.* 41 *num.* 13. omninò *Surd. conſ.* 166 *num.* 3. *volum.*
A 4. *Aldonin. conſ.* 110. Immò dico vnum, quod eſt mi-
1 rabile, quòd ſi fuerit antè laudum conſtitutus procurator in ſpecie ad homologandum laudum, poſtquam fuerit latum, qui poſtea cũ effectu illud homologauit, hæc eius homologatio nó excludit ius petẽdi reductionem ad arbitrium boni viri, *Franc. Marc. dec. Delphin.* 150. *part.* 2. *Io. Bapt. Peruſ. de arbitr. lib.* 7. *cap.* 17. *in* 3. *cautela*, facit *Din. conſ.* 19. *in* 4. *dubio*, ita notabiliter tradit *Bald. conſ.* 119. *&* 138. *volum.* 4. *Ioſeph de Seſſ. de inhib. cap.* 2. *§.* 3. *poſt num.* 40. & idem ſi principalis ipſe poſt laudum datum, non tamen publicatum, illud homologauerit, quia adhùc poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, vt probat *Lanfranch. de Oriano in tract. de arbitr. part.* 7. *& vlt. q.* 14. *poſt n.* 33. *verſ. ſed quæ ſi, Bal. in l. ſin. in fin. q.* 12. *C. de*
B *contr. empt.*

Quod videtur limitandum, vbi in compromiſſo
6 eſſet data poteſtas arbitrandi ſecundùm liberam voluntatem, vel ſecundùm voluntatem ſimpliciter; eam tunc illa clauſula importat propriam, & liberam voluntatem, non regulatam ratione, & ideò non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, vt expreſsè tradit *Abb. in c.* 1. *num.* 4. per illum *text. extra de bis, quæ fiunt à maiori parte Capit.* citat pulchrum *tex. in l. fideicommiſſa §. ſic fideicommiſſum verſ. quanquã ff. de leg.* 1. facit id, quod dixit *Dec. in l. captatorias nu.* 7. *C. de teſtam. milit.* quòd qui habet liberam voluntatem, poteſt iniquum æquo præferre, & in ſimili dixit *Pariſ. conſ.* 26 *num.* 26. *&* 27. *vol.* 4. quòd qui habet poteſtatem diſponendi intuitu teſtatoris ad ſui voluntatem, poterit eligere quaſcunq; perſonas, ea enim, quæ ſunt commiſſa voluntati alicuius, non important iuris neceſſitatem, ſed liberum arbitriũ, *l. Thais §. Lucius Titius*, iuncta *gl. in verb. in ſuo iudicio ff. de fideic. libert.*

Quòd autem illa clauſula *ſecundùm voluntatem*
7 importet liberam voluntatem, eſt *text. in l. cùm quidam ff. de leg.* 2. *Alber. Brun. de form. & ſolemnit. in art. quod conſtat form. vel ſolemn. remiſſa fol.* mihi 170. *colum.* 2. *verſ. idem ſi dicatur, Guid. Pap. dec.* 475. *verſ. ſecundò reperiũtur*, cum aliis citatis per *And. ab Exea in repet. c.* 1. *n.* 396 *extrà de conſtit. Iaſ. in l. ſi ſic legatũ n.* 28. *&* 29 *ff. de leg.* 1.

Licèt enim hæc clauſula poſsit intelligi de duplici
8 voluntate, altera ſcilicèt de regulata ſecundùm determinationem iuris communis, altera verò de regulata ſecundùm voluntatem teſtatoris, tamen in dubio debet intelligi de hac vltima teſtatoris. *Gemin. can. habeo liberum nu.* 6. *&* 7. *diſt.* 16 & inquit *Bald. in l. voluntatis num.* mihi 8. *verſatem vbicunque C. de fideicommiſſ.* quòd ſi hæc clauſula adjiciatur verbo ſubſtantiuo, vel effectuo, importat liberam, & meram voluntatem, *d. l. fideicommiſſa verſ. quanquàm*, ſed ſi adjiciatur verbo executiuo, vel declaratiuo voluntatis ſubſtantiatæ, tunc ſonat in arbitrium tantùm, *l.* 3. *C. de dotis promiſſ.* citat *Cyn. in l. pen. ff. de arbitr. & gloſ. Accurſij ibid.* credo, quòd voluerit allegare *gloſ. in l. pen. in verb. imperare, in gloſ. fin. verſ. item quid ſi compromiſero*, quæ dat exemplum in eo, qui compromittit in aliquem, vt iudicet in eum ſecundùm quod vult.

Sed reſolutio eſt, quòd quandò committitur ali-
9 quid in voluntatem alterius, qui habet iuſtitiam miniſtrare, puta Iudicis, tunc intelligitur de voluntate rationabili, ſecus ſi non tanquàm Iudicis. *Imol. in cap. ſignificauerunt, in vlt. not. extra de teſtib.* & propterea reaſſumpſit *Brederod. de appellat. titul.* 20. *in verb. ab arbitrio, verſ. adde hic fol.* mihi 294. quòd in commiſsis arbitrio Iudicis, ſi Iudex proceſsit vt Iudex, poteſt appellari, aliàs non. Quandò autem ſit data poteſtas Arbitro laudandi, & arbitrandi, prout ſibi placuerit, aut voluerit, an eadem ſit iuris diſpoſitio, vide *Menoch. conſ.* 87. *n.* 16. *&* ſeqq. vbi dicit, quòd clauſula *quicquid voluerit* liberam diſponendi facultatem tribuit, & *quicquid placuerit* arbitrium boni viri ſignificare videtur.

Et licèt non detur cautela, per quam excludatur
10 reductio ad arbitrium boni viri, tamen ſi pars, quæ contradicendo promiſsis in compromiſſo, illam petit, non euitabit pœnam in compromiſſo adiectam, quæ eſt ſoluenda loco inobedientiæ factæ Arbitro, vt eſt *text. in §. quia verò multa, & ibi gloſ. in verb. Det multam, in auth. de Iudic.*

Et coràm quo Iudice, actoris ſcilicèt, an rei peten-
11 da ſit hæc reductio? *Gemin. in cap. ſtatutum num.* 14. *de reſcript. in* 6. vult, coràm Iudice rei, *Fachin. lib.* 8. *contr. iur. cap.* 94. *Brun. à Sol. quæſt.* 14 *num.* 4. *Parlad. diff.* 43. *§.* 1 *num.* 3. *& Afflict. deciſ.* 51. coràm Iudice appellationis. *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 17 *num.* 93. negat agi coràm Eccleſiaſtico, ſi Arbitri fuerunt Clericus, & Laicus.

Quid autem ſi pars laudum acceptauerit, an po-
12 ſteà poſsit petere reductionem ad arbitrium boni viri? vide *Florian. in conſ.* 17. *nu.* 10. *verſ. non obſtat, &* *Marcabru. conſ.* 46. vbi inquit, quòd laudum nullum homologatũ à partibus valet in vim pacti, quod declara ſecundùm *Barz. dec.* 112. *num.* 19. *cum ſeqq.* ſcilicèt ſi ſequatur lectura laudi, *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 14. *tit.* 6. *nu.* 21. ſi ſequatur pactum exceptionis.

Pendente reuiſione laudi impeditur executio, ſi
13 pars vellet incontinenti probare de grauamine. *Ioſeph Ludou. deciſ. Lucenſ.* 27. *num.* 39. *in tertio dubio, & Ann. ſingul.* 299. dicit, laudum eſſe exequendum
14 etiam ſi allegetur nullum, dùmtamèn in compromiſſo ſit renunciatum nullitatibus per pactum, *Paucian. conſ.* 161. *num.* 26. contrà tenet *Barz. deciſ.* 87. *&* C. 112. *num.* 14. Sed an poſsit mandati executioni parte
15 non citata? vide *Albam conſ.* 181. *volum.* 2. qui affir-

mat

mat ſtante pacto, quòd debeat mitti exequutioni, vel ſaltem parte comparente debet confirmari.

An autem hæc reductio poſſit peti ſine metu
16 periurij, *Cauenſis hic num.* 3. dicit, quòd non, & propterea eſſe neceſſariam abſolutionem à iuramento, tu vide in contrarium *Florian. in conſ. 6. num.* 3. Sed
17 an ex cauſa iniqui laudi poſſit agi de dolo contra Arbitros, vide *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ.* 30. *v. q; ad num.* 9. qui affirmat, eſſe in poteſtate ipſius leſi agere, vel pro reſciſſione laudi, vel de dolo contra Arbitros, ſi dolus conſtat ex actis, quod nunquam vidit ſeruatum in practica.

Eſt tamen non fruſtratorie dubitandum, an cur-
18 rant fatalia de iure communi introducta ad petendum hanc reductionem laudi ad arbitrium boni viri, recurrendum eſt ad *Bald. in conſ.* 355. *num.* 2. *volum.* 5. *Blanc. de compromiſſ. in* 10. *quæſt. principali*, quæ eſt finalis totius tractatus *num.* 17. *Afflict. deciſ.* 532. qui deciſum refert, hanc reductionem ad arbitrium boni viri poſſe peti infrà annos triginta; idem tenent *Alberic. in auth. quæ ſupplicatio num.* 3. *C. de precib. Imper. offer.* optimè *Theſaur. quæſt. forenſ.* 82. *Borrell. hic §. 7. gloſ.* 2. *quæſt.* 7. infrà decem dies, *Pardador. differ.* 43. *§.* 1. *num.* 3. & 4. & *Fachin. lib.* 8. *con-*
19 *trou. iur. c.* 95. qui etiam *cap.* 96. declarat, quòd à ſententia iudicis reducentis laudum ad arbitrium boni viri poſſit appellari. E cõtrà verò an à decreto iu-
20 dicis mandantis exequutioni laudum Arbitrorum, non obſtante petita reductione ad arbitrium boni viri, poſſit appellari? declarat *Bart. deciſ.* 8. *num.* 20. & *ſeq.* concludens, quòd ſic, latè *Alex. conſil.* 106. *volum.* 3. ſed vbi eſt petita reductio laudi ad arbitrium boni viri habebit ſuam inſtantiam, quæ durat, quantum inſtantia cauſæ principalis, *Caualer. dec.* 292. *nu.* 7.

Vtrum verò in caſu contrauentionis laudi pars,
21 quæ obtinuit, poſſit nedùm petere exequutionem, verùm etiam exigere pœnam in compromiſſo adiectam? vide *Azon. in comment. ſuper Cod. in l. penult. num.* 10. *verſ. quid ſi pœna*, *C. de arbitr. & ibidem Alber. num.* 5. & *num.* 7. *verſ. ſed contrà prædicta*, *Bart. nu.* 3. & 4. *Bald. nu.* 2. *verſ. nunc à hoc quæritur*, *Angel. num.* 9. *Fulgoſ.* optimè *num.* 7. *in fin.* & *Caſtr. num.* 3. nec non *Iacob. Butr. in auth. decernit*, *C. eod.* & iterùm *Alber. in l.* 1. *num.* 4. *verſ. ſed quid ſi*, *C. eod.* & *ibidem Corn. verſ. in textu*, ibi, *& ob hoc*, qui omnes concludunt, quòd ſi in compromiſſo eſt appoſita pœna cum clauſula, *rato manente pacto*, & poteſt peti nedum exequutio laudi, ſed etiam pœna, & propterea non immeritò dubitant *Doctores*.

Et pro petendo recurſu à laudo requiritur man-
22 datum ſpeciale, nec ſufficit cum libera, *Magon. dec. Lucenſ.* 51 *n.* 6.

Non tamen omitto, quòd ſi compromiſſum ſit factum inter plures, & reſpectu vnius laudum ſit nullum, erit etiam nullum quòad alios, licèt nullitas reſpiciat perſonam vnius tantùm, ratione indiuiduitatis, ità docet *Paul. Caſtr. conſ.* 182. *volum.* 2. facit *dec. Praſ. de Franch.* 171. *in fin.* quæ fulcitur auctoritate *Ant. de Padil. in l. ſi ex falſis col. pen. ver. & inde quærit*, *C. de tranſact.* ſed obſtat *text. in c. cùm tempore extrà de arbitris*, *Cancer. lib.* 2. *var. c.* 18. *n.* 78. *cum ſeq.*

ADDITIO.

A B QVòd per nullam cautelam poſsit excludi, probant *Decius conſil.* 39. *num.* 6. & *Hieronymus Gabriel. commun. concluſ. lib.* 2. *titul. de arbitr. concluſ.* 3. *num.* 30. 42. & 44. qui etiam addit, ſi fuerit acceptatum, & homologatum laudum antè, vel poſt promulgationem, vel fuerit iuratum de parendo laudo, & quòd non ſit hoc caſu neceſſaria abſolutio à iuramento, *ibidem num.* 38. & 48. tamen contrarium tenent circa hanc neceſsitatem abſolutionis *Dominus Regens hic ſub num.* 16. & *Domin. Regens Capyc. Latro in conſultat.* 152. *num.* 59. *tom.* 2. per *text. in l. ſi quis maior C. de tranſact.* quò *text.* locum non habere ſaltem in hoc compromiſſo neceſſario, dicit *Bertaz. in repetit. dict. l. ſi quis maior num.* 289. quæ *repetitio* eſt inſerta poſt *tractatum* eiuſdem *Bertazol. de clauſul. inſtrumen.* Sed de hoc obſerua bonam doctrinam *Ioann. Gutierr. in tract. de iuramen. confirmat. par.* 1. *c.* 72. *num.* 7. dicentis, circa neceſsitatem abſolutionis à iuramento, quòd quando dubium eſt, an iuramentum ſit obligatorium, nemo contrauenire poteſt ſine authoritate Superioris, & ſic eſt neceſſaria abſolutio, quando verò certum eſt, iuramentum non eſſe obligatorium, peti tunc debet abſolutio propter reuerentiam Sacramenti, non quòad neceſsitatem, ſed ſolùm ne notetur de tranſgreſsione, & ratione ſcandali, ſed quando iuramentum eſſet in diſpendium ſalutis æternæ, & derogaret charitati, vel eius perfectioni, vel tendentibus ad illam, vtputà quia iuraſſet non intrare Religionẽ, non fideiubere pro proximo, & ſimilia, poteſt abſq; abſolutione, & diſpenſatione iurans contrauenire, ſi verò iuramẽtum expreſsè repugnaret iuſtitiæ, vt quia iuratum eſt illicitum, vtputà homicidium facere, & tunc poteſt etiam ſine abſolutione à iuramento, & promiſsione diſcedere is, qui iurauit. Si ergò ex opinione ſupracitatorum *DD.* laudum poteſt dici, & allegari nullum, etiam ſi ſit promiſſum, & iuratum, non contrauenire, nec de nullitate dicere, ex eo præſertim, quia contineret dolum, vel iniquitatem, profectò ſequitur, iuramentum non eſſe obligatorium, ac contra charitatẽm, & bonos mores, ac proindè poſſe iurantem nulla petita abſolutione ab eo recedere; cautiùs eſt tamen, abſolutionem petere, antèquam agatur, propter reuerentiam, & religionem Sacramenti.

C Adde *Minad. deciſ.* 19. qui dicit, quòd propoſitis nullitatibus aduerſus laudum, fuit deciſum, quòd non exequeretur, etiam quòd eſſet renũciatũ in cõpromiſſo iuri dicẽdi de nullitate, per doctrinã *Alex. in conſ.* 32. incip. *Opportunè conſiderato lib.* 2. ſed meliùs loquitur *Specul. in tit. de Arbitr. & Arbitrat. §. ſequitur num.* 22. vbi validiſſimis rationibus, & authoritatibus probat, pactum hoc, vt non poſſit dici ſententia nulla, etiam iuramento firmatum, minimè valere, ac eſſe contra bonos mores, & inducere remiſſionem doli futuri, quod fieri non poteſt, & in proprijs terminis, quòd poſſit dici de nullitate laudi, & ſententiæ arbitralis, etiam ſi per ſtatutum prohiberetur dici de nullitate, & partes iuraſſent, non proponere quaſcunq; nullitates aduersùs laudum, probat latiſſimè *Hieron. Gabriel. commun. concluſ. lib.* 6. *tit. de ſtatutis concluſ.* 3. *num.* 1. & 7. & *Dec.* optimè loquitur in reductione ad arbitrium boni viri, quòd poſſit peti, data enormiſſima leſione, non obſtante renunciatione, vel quibuſuis clauſulis excludentibus hanc petitionem reductionis ad arbitrium boni viri, quæ nulla cautela, & pacto excludi poteſt, in *conſ.* 39. *num.* 6. *ad fin.* de qua tamen re ad nauſeam vſquè tractat *Gabriel. commun. concluſ. lib.* 2. *tit. de arbitris concluſ.* 3.

De Armis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Armorum materia remissiuè panitur.*
2 *Arma deferri Barones habentes merum, & mixtum imperium prohibere an possint.*
3 *Barones, eorumq; Officiales sub omnibus huius rubricæ prohib. eorum eatenus comprehenduntur.*
4 *Iudex criminalis iurisdictionis cognoscit de asportatione armorum.*
5 *Armorum appellatione quæ arma comprehendantur, & quæ instrumenta. & n. 7.*
6 *Arma deferre in propria patria sub quouis priuilegio nemo potest.*
8 *Nobiles ensem portare possunt.*
9 *Ensis delatio omnibus iter facientibus per loca periculosa concedi debet.*
10 *Arma portare minimè valent Ministri alicuius Tribunalis, vel alterius priuilegiati, nisi actu deserviant in officio, ad quod sunt assumpti.*
11 *Licentiã deferendi arma prohibita an impartiri possit Præses Prouinciæ, siuè alius Dominus habens merum, & mixtum imperium sub alio Principe.*

1 AD materiam huius rubricæ vide *auth. de armis, Ioseph. Ludouic.* latè *decis. Perus. 31.* Conrad. *in templo Iudicum lib. 1. cap. 1. §. 4 vers. 19.* vbi cumulat plures limitationes, & in Regno vide *Consuet. Intentionis*, & pro plenissima cognitione ferè omnium pragmaticarum huius rubricæ vide *Ioan. Red. n. de Maiestate Principis in verb. non armis solùm part. 2. num. 160. et Farinac. pract. crimin. part. 2. quæst. 108.* & scias, quòd Barones habentes merum,
2 & mixtum imperium cum perpetua administratione possunt intercidere armorum delationem subditis suis, vt post *Luc. de Penn. Crauett. Roland. et Menoch.* concludit *Surd. cons. 210. num. 11. volum. 2.* & idem voluit *Farinac. pract. crim. quæst. 108. nu. 13. et 14.* vbi etiam allegat *Bocc. cons. 4. num. 1. et seqq. volum. 1. Bertaz. cons. 46. post num. 2. lib. 1. Bauard. ad Clar. quæst. 82. num. 51. et Tiber. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 19. et seqq.* qui post *num. 33. vers. quamtamen* hoc dictum extendit etiam respectu armorum, quæ venationis causa deferri licitè possunt ex dispositione iuris communis, *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Bonad. lib. 2. c. 16. n. 211. Borell. de magistr. edict. lib. 3. c. 17.* vbi latè declarat.

Sed hæc opinio respectu illius generis armorum, quæ sunt permissa per pragmaticas huius rubricæ, prout sunt scopetæ non minores trium palmorum, est valdè dubitabilis, quia Barones non possunt facere banna, siuè edicta contraria his pragmaticis, quæ sunt ius commune in hoc Regno, *l. minor autem magistratus, ff. de minorib. et cap. cùm inferior extrà de maiorit. et obedient.* notant *DD. l. omnes populi. ff. de iust. et iur. et Doctores* omnes citati tàm à *Surdo*, quàm à *Farinac.* loquuntur, inspecto iure communi, per quod omne genus armorum est prohibitum, & fundant se præcipuè in ea ratione, quòd solitæ huiusmodi banna non sunt contra ius commune, quàmuis aliquid addant iuri communi, veruntà circà maiorem pœnam, ergò quandò essent contrà ius, prout est in casu nostro, vbi vsus huiusmodi armorum non est prohibitus, secùs est, & licèt *Crauett. cons. 314. colum. 3. in fin. vers. secundo casu*, quem citant *Surd. et Farinac.* admittat eandem opinionem, vt talis prohibitio possit fieri à Dominis temporalibus, etiam vbi armorum vsus esset permissus de consuetudine, tamen ipse id declarat, posse fieri ex iusta causa, & non aliter, & hoc casu dicit, bannum non debere fieri perpetuum, sed temporale solummodò durante causa, vt optimè id ipsum explicat propè *finem* eiusdem *Consilij, vers. sed dicet aliquis.*

Hinc fit, vt tanto magis reddatur dubitabilis opinio *Deciani* respectu armorum, quæ deferuntur causa venationis, nam cùm hæc arma sint permissa, tàm de iure pragmaticarum huius Regni, quàm de iure communi, *dict. l. 1. ff. de vi publ.* tanto minus videtur posse illorum delatio prohiberi per Barones, qui subsunt dispositioni ipsius iuris communis, & pragmaticarum, & ad materiam vide *Andr. et Afflict. in § si quis rusticus, de pac. tenend.*

Et aduertas, quòd singula edicta prohibitoria
3 huius rubricæ comprehendunt etiam Barones, & eorum Officiales, vt probat *Peregr. cons. 87. num. 25. volum. 1.* & propterea Barones non possunt impartiri licentiam eorum vasallis deferendi hæc arma prohibita, *Montalu. in repert. in ver. armas, Villadieg. politic. c. 5. §. 24. n. 7.*

Et cognoscere de hoc delicto asportationis ar-
4 morum spectat ad Iudicem criminalis iurisdictionis; vt probatur in *cap. Regni Item statuimus, quòd Iustitiarii*, vbi *Foller. n. 8.*

5 Et armorum appellatione veniunt tàm offensibilia, quàm defensibilia, *glosa extranea. Iodinus*, copiosius *in verb. arma*, quod ita declara, vt per *Polyd. Rip. de noctur. temp. c. 8. n. 76.*

6 Nunquàm tamen obliuiscaris, quòd in propria patria nemini licet arma deferre sub quouis priuilegio, vt est *text. in cap Regni Vt inter subiectos*, vbi *Campegius* latè declarat hanc materiam asportationis armorum, latius *Farinac. pract. crimin. 2. part. quæst. 108.*

7 Quæ autem instrumenta veniant appellatione armorum, declarat *Petr. Cabal. resolut. crimin. cas. 62.* vbi non venire dentes, vel vngues, nec amphoram plenam vino, nec vas vitreum, vel terreum, tenet.

8 Et attende, quòd Nobiles possunt ensem portare, dùm vadunt ad inspiciendos agros, *Andr. in cap. si verò violator. §. si quis rusticus num. 28. de pace tenen. et eius violat.* per *text. in l. fin. C. de Præpos. lac. vbi lib. 12.* secundùm vnam expositionem, & in *Consilio Intentionis nostræ in verb. à tenore, etiam §. sequenti Mercator num. 30.* fuldit, quòd cuilibet eiuscurantibus debet concedi asportatio ensium gratis, vbi per loca periculosa transeant per *text. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ.*

Et illi, qui tanquàm Ministri alicuius Tribunalis,
10 seù alterius priuilegium habentes facultatem asportandi arma, non possunt gaudere tali facultate, nisi actu seruiant in illo officio, ad quod fuerunt electi, vt probat *text. cum glosa in cleric. 2. vix fin. de hæret.*

Præses Prouinciæ, siuè alius habens merum &
11 mixtum imperium, qui alteri maiori Principi subditus est, non potest impartiri licentiam priuatim deferendi arma prohibita per has pragmaticas, *Cæs. de Penn. in l. vnic. num. vii. C. ut arm. nem. lic. Princip. interdict. sit. Bonat. lib. 1. cap. 16. num. 211.* Alia ad materiam spectantia habes apud *Mastam in cap. 52. Reg. Iacob. per tot. Henning. Arnisæ. de iur. Maiest. lib. 2. c. 31.*

FINIS.

De

De Armis. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Clerici non ligantur iſtis pragmaticis, & quid quòad amiſſionem armorum ibid.*

2 *Arma deferre Familiæ Inquiſitoris haùd prohibetur, & quòad arma ab altero commodata ſubijcitur diſtinctio.*

3 *Pœna in biſce edictis contenta vt euitetur, requiritur expreſſa Superioris licentia.*

4 *Arma deferre poſt duas noctis horas pulſatas abſq; lumine nemo poteſt, idq; vbiq; obſeruatur.*

5 *Pœna harum nùm ſubeat quicunq; de nocte ſtare, vel ſedere abſq; lumine.*

6 *Clericus incedens noctis tempore ſinè lumine adhùc capi poteſt, modò ſuo præſentetur Iudici.*

7 *Pragmatica iſta limitat textum in l. ſi barſatoram C. de fideiuſſoribus.*

8 *Arma non prohibita itinerantes per tranſitum etiam in Suburbijs valent aſportare.*

9 *Artiſtæ haùd prohibentur deferre ferramenta propriæ exercitij ſicut & Ruſtici poſſunt aſportare arma ruralia.*

INteſe, &c. Cuilibet prohibetur arma portare per Ciuitatem Neapolis, & poſt duas horas noctis incedere abſquè lumine, & euaginantes enſes puniuntur etiam non ſecuto effectu. H.D.

An huiuſmodi pragmaticæ ligent Clericos, vide omninò *Iul.Clar in pract.crim.quæſt.36. verſ.viterùs*
1 *quæro*, ſed in Regno eſt expeditum, quòd non, per *Conſtitutionem De perſonis Clericorum*, vbi *Foller.n.4.* & quòad amiſſionem armorum vide *pragm. 6. infrà de Cleric. ſinè Diac. ſalvat.* ad quod vide nouiſſimè *Bellet. Diſquiſ. cler.par.1. tit de fauor.cler. canon.§.2. num.18. Peguer.deciſ.96. Mexia de Taxa Panis concl. 5.n.58. ad 65. Carol.de Groſſ. de iuriſd. & cler eff.1.n.862. & ſeq. & effect.30.n.20. Mutain cap. Reg. Iacob.53.n. 36. tom.1. Bonad. lib.2.c.18.nu.66. Borrell.de Magiſtr. edict.lib.3.cap.17.num.41. Nauarr.conſ.27. de ſent.excommunic.* & alios citatos per *Calſi.de leg.regia §.34. n.16. Suarez de immun.loci.lib.4.c.16.n.14.17.& 18. Vin.dec.187.n.4.*

Nec etiam Familiam Inquiſitoris *glo. in cap. ſtatutum Cauſatis in verbo tardeantur de hæret. in ſexto.*
2 Et quid ſi arma eſſent ab altero commodata? vide *Polyd.Rip.de noctur.tempo.cap.8.nu.66. cum ſeqq.* qui diſtinguit, ſi commodans efficiens, amittit arma, & pretium, ignorans recuperat arma à commodatario, qui ſoluet pretium capientibus.

Ad euitandum tamèn pœnam in his pragmaticis
3 contentam non ſufficit ſola ſcientia Superioris, ſed requiritur eius expreſſa licentia, quod in Regno eſt ſpecialiter prouiſum in *Conſt. Caſtellanis in fin.*

In verſ. *item che neſſuno* prohibetur, nè quis poſt
4 duas horas noctis pulſatas incedat per Ciuitatem abſq; lumine, quæ quidèm prouiſio nedùm eſt in viridi obſeruãtia in Ciuitate Neapolis, ſed ferè per totum Orbem; nàm vbiq; eò tempore pulſatur campana in ſignum, quòd ſit pulſata iam ſecunda hora noctis, poſtq; nàm non licet incedere abſq; lumine, ita atteſtatur *Bar.in l. qui duos §. fin. in fine ff. de manumiſſ. teſtam. Capolla in l. quis ſis fugitiuus §. apud Labeonem n.7. ff. de edil.edict.* vbi limitat, quando quis iuſto errore ductus contraueniret, ad quæ videas *Bonad. lib. 1. cap.13. num.5. & ſeqq. Borrell.de Magiſtr.edict.lib.3. cap.9.*

Sed ſi quis inueniatur ſtare, vel ſedere abſq; lu-
5 mine, inſpectis verbis banni non incidit in pœnam, ſed attenta mente fortè ſecus, ita *Alber. in l.1. in prin. n.2. de his, qui deiecer. vel effuder.*

Et nota, quòd hoc caſu poterit etiam capi Cleri-
6 cus incedens de nocte abſq; lumine, dummodò præſentetur ſuo Iudici, *Abb.* & reliqui *in cap. ſi verò la primo, n.6. verſ. & ex hoc, extra de ſent.excom. & cap. cùm non ab homine nu.15. extra de iudic. Muta in cap. Reg. Iacob.53.nu.36. tom.1.*

In verſ. *Ancorche non ſiano trouati in fragrante*
7 Nota hanc particularem diſpoſitionem pro limitatione *l. ſi barſatoram C. de fideiuſſ.* ad cuius materiam eſt videndus *Rip. de Peſte titul. de remedijs ad conſeruandam vbertatem num. 103. quæſt.9. Mipp. in pract. crim.§. pro complemento num.24. cum plurib. ſeqq. Iul. Clar. pract. crim. q.82. ſtatut.6. Amed. de ſindic. nu.90. Bertaz. conſ. crim.461. vol.2.* omninò *Polydor. Rip. de noctur. tempor. c.8.* & in propria materia ſtatuti prohibentis aſportationem armorum requiritur actualis apprehenſio, *Brunor. à Sole q.35.* latius *Farinac q.*
A *108.n.132. cum ſeqq. vſq; ad n.144.*

Et nota, quòd licèt armorũ vſus ſit omnibus pro-
8 hibitus abſq; licentia, ſunt tamen excipiendi itinerantes, qui per tranſitum poſſunt deferre arma non prohibita, etiam in Suburbijs, vt per *Bertazzol. conſ. crim.46.*

Nec non Artiſtæ, qui poſſunt deferre ferramenta
9 propriæ exercitij, *Intrigl.ſing.7.lib.1.* & ſimiliter Ruſtici, qui poſſunt deferre arma ruralia, vt in *pragm.* edita ſub die 18. Auguſti 1610. *16 nu.2. infrà hoc titulo* ſecundùm nouiſſimam impreſſionem voluminis anni 1633. & alij caſus decem, & nouem cuos cumulat *Bonad.lib.1.c.13.n.65. ad 86.* qui omninò eſt viſcẽdus *vſq; ad nu.128.* quia pleniſſimè totam materiam armorum declarat.

ADDITIO.

A CLar.in §.fi.qu.eſt.82.ſtatut.6.n.1.& ſeq. vbi, quid ſi ſuerit teſtibus conuictus.

De Armis. Prag.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta concordat cum iure communi.*

2 *Vaſalli delinquentis cum armis hic prohibitis Iudex competens non erit M.C.V ſed Baro.*

3 *Pœna huius pragmaticæ an procedat contra ſe defendentes cum armis prohibitis.*

4 *Delinquens cum armis prohibitis vtrum ſit puniendus tàm pœna delationis armorum, quam pœna delicti, vel vna cum alia confundatur.*

5 *Probatio in hac materia vti ſit facienda.*

6 *Alguzerius non credatur contra captum cum armis prohibitis ad finem conuincendi.*

7 *Iudex quam pœnam inferre debet, grauiorem, vel mitiorem, cum diſtinctione reſoluitur quæſtio.*

8 *Pœna, de qua hic eſt aucta, cùm in Nobilibus ſit relegatio, in Ignobilibus verò eſt remigatio.*

9 *Pœna alternatiuæ electio ad quem ſpectet.*

10 *Nobiles & ſi in pœnis corporalibus mitiùs puniri debeant, quàm plebeij, ſecus tamen eſt in pecuniarijs, & ratio.*

11 *Arma prohibita domi detinentis, vel illa aſportantis pœna qua ſit, & quid obſeruetur.*

12 *Armorum vſus eſt etiam prohibitus de iure communi.*

13 Pri-

13 *Priuilegia concessa à retrò Principibus huius Regni circà asportationem armorum prohibitorum non comprehendunt arma per hanc pragmaticam prohibita, vel illa tantùm, quæ per ista edicta sunt concessa, licèt iure communi sint prohibita.*

14 *Arma deferendi solius Principis est dare facultatem.*

15 *Armorum delatio omni iure prohibita est, n. 21. quod multifariàm limitatur, remissiuè n 26.*

16 *Arma breuiora à portans, vt sunt pugiones, cultelli minores vno palmo, & maiores tribus, & id genus maiori pœna puniuntur, immò quandoq; pœna duplicari potest. n. 17.*

18 *Officiales, et eius Familia licèt possint deferre arma ab eq; pœnæ incursu, tamen non procedit quòad archibugetta, pugiones, et alia arma breuioris mensuræ.*

19 *Magistratus licentia quòad delationem armorum non seruatur in delatione talium armorum breuis mensuræ, immò simile genus armorum à duello arcetur, num. 20.*

21 *Armorum appellatione comprehenduntur tàm arma defensiua, quàm offensiua cuiuscunq; generis, et num. 30.*

23 *Arma in materia edicti, et statuti intelliguntur secundùm communem vsum loquendi.*

24 *Licentiam asportandi ensem si quis hodiè impetrauerit, quasi iniuria afficeretur.*

25 *Nobilibus Sedilium nulla præuia licentia ensis vsus permittitur.*

27 *Armorum insidiosorum, et breuiorū delationem nemo præter Principem, etiam si esset à latere Legatus, concedere potest.*

28 *Familiares Principis possunt arma deferre.*

29 *Percutiens, vulnerans, vel occidens aliquem cum armis, vulgò dictis, in hasta, licèt teneatur de percussione, vulnere, vel homicidio, non tamen de delatione armorum.*

32 *Armorum delationis priuilegium obtinens à Principe si postea delinquat grauiùs punitur.*

52 *Argumentum sumere à lege duelli in materia armorum non est bonum, et quare.*

53 *Arma prohibita, cùm dicimus, propriè intelliguntur, quæ principaliter sunt inuenta ad offendendum.*

54 *Armorum portationis materia est res lenis.*

55 *Statutum prohibens arma, non prohibet cultellorum paruorum delationem.*

PErche, &c. Declaratur pœna contra detinentes arma prohibita. H. D.

In verſ. *nè debbia tenere in caſa ſua ſmagliatori*

1 Concordat cum disposituone *tex. in l. 1. ff. de vi publ.* Et si vasallus Baronis committat delictum cum armis per hanc pragmaticam prohibitis, Iudex competens non erit Magna Curia, sed Baro, *Follerin. pract. crim. in verb. audiantur excusatores, num. 132.*

3 Non tamen hæc pœna habebit locum contra defendentes se cum armis prohibitis, *Petr. Cahall. resolut. crim. casu 62.* Nec in occidente bannitum cum his armis prohibitis, *Nellus de bannit. 2. par. 2. temp. q. 47. Caccial. in repet. l. omnes populi num. 213. ff. de iust. & iur.*

4 Et an committens delictum cum armis, hic, & in alijs pragmaticis prohibitis debeat puniri, tàm pœna delationis armorum, quàm pœna delicti, vel potiùs vna cum alia confundatur? vide *Bald. in l. aduersùs in fin. C. de furt. Bertazz. cons. crim. 105. Iul. Clar. pract. crim. q. 84. verſ. alius casus, Vin. opin. 76.* incip. *statutum punien*, & *Ioseph. Ludouic. dec. Lucens. 61.* Veritas est, quod in Magna Curia Vicaria, & in Sac. Consilio tuatur vtriusq; pœnæ impositio, sed in Curia Archiepiscopali seruatur contrarium, teste *Ricc. dec. 57. par. 2.* dicit *Bardell. cons. 33.* duas pœnas à statutis deberi, qualiter autem debeat fieri probatio in hac materia, vide *Ilar. sat. cens. 331. volum. 3.* vbi ponderat defectus testium, non creditur Alguzeris contra captum cum armis prohibitis ad finem conuincendi, *Præs. de Franch. dec. 379.* sed in equibus creditur, *Muta in cap. Reg. Iacob. 56. num. 56 cum seqq. tom. 1. Bouad. lib. 1 cap. 13 num. 44. Borrell. de mag. iur. edict. lib. 3 q. 11. n. 11.*

In verſ. *nelle pena di docati cento, & vn' anno*

7 *d'esilio*, an Iudex in hoc casu possit eligere grauiorē, vel debeat inferre mitiorem, si copulatiuè vtraq; debetur? *Caranit. de Senat. Cons. Maced. §. 3. n. 5. 6. &* 7. si alternatiuè, aut verba diriguntur ad Iudicem, & ipse potest eligere, aut ad delinquentem, & ipse eligit, *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 94.* Aduerte

8 tamen, quòd postea hęc pœna est aucta vsq; ad relegationem in Nobilibus, & remigationē in Ignobilibus, vt in banno sub die 30. Aprilis 1570. in Bann. 1. fol. 106. de quo dicas, vt infrà; pro limitatione tamen vide *Bertazz. cons. crim. 73. 74. & 132. Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 8. n. 14. cum seq. vsq; ad fin. Surd. cons. 462. n. 31. vol. 4.*

Et quia in hac pragm. imponitur pœna alternati-

9 ua, scilicet, Nobilibus pœna ducatorum mille, aut relegationis per triennium, Ignobilibus verò pœna ducatorum mille, aut remigationis per triennium, videbatur, quòd in hoc casu electio huius pœnæ alternatiuæ spectaret ad reum inquisitum, vt declarat *Iutrigl. sing. 239. lib. 1.* sed non est sic, nàm regula prædicta, vt in duabus pœnis alternatiuis electio sit rei condemnati, procedit, quando ambæ pœnæ sunt pecuniariæ, aut secùs quando vna est pecuniaria, & alia corporalis, secùs vtraq; esset corporalis; nàm tunc electio est Iudicis, vt plenè docet *Andr. in cap. si verò violator, verſ. si miles num. 24. de pac. tenend. & eius violat.* Quò fit, vt siàn hæc pragmatica, & alijs non esset reseruata electio Proregi, cuilibet Iudex in sua iurisdictione potuisset eligere, vtrū vellet; ad quod euitandum subduntur in pragmatica illa verba *à nostra arbitrio*, per quæ apparet, quòd electio pœnæ est reseruata Proregi, & non Iudici. Tu vide *Soc. in cap. sicut num. 20. cum seqq. extrà de Iudæis, Clar. quæst. 85. num. 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 87. nu. 6. & q. 94. Dec. in l. fugitiui, C. de seru. fug. & in cap. inter cætera de rescript.* sed contradicit *Giurb. cons. 25. n. 15.*

Et quatènus in hac pragmatica sit differentia

10 inter Nobiles, & plebeios quòad pœnam corporalem tantùm, non autem quòad pœnam pecuniariam, est cōtra communem regulam *DD.* omnium in *l. properandum, §. sin autem vtraq; C. de iudic.* qui per illum *text.* tradunt, quòd licet Nobiles in pœnis corporalibus sint mitius puniendi, quàm plebeij, tamen secùs est in pœnis pecuniarijs, in quibus magis puniuntur Nobiles, quàm plebeij, ratio est, quia magis affligitur Nobilis ex qualibet pœna corporali, quāuis sit parua, quàm plebeius ex magna, & ideò modica pœna corporalis in Nobili maior censetur, quā magna in plebeio, & è contra modica pœna pecuniaria est maior in plebeio, quàm maior in Nobili, vt ergò pœna imponatur, quę magis timetur, sic diuersimodè iura statuerunt, sed hæc latiùs apud *Tiraq. de pœnis temper. cauſa 1. num. 27. & seq. &* Ego tetigi in *pragm. 1. infra de pœnis.*

Eſt tamen aduertendum, quòd licèt per hanc
11 pragmaticam ſit moderata pœna quòad detinentes tantùm arma prohibita domi, non autem illa aſportantes, in ducatis centum, vel exilij vnius anni, tamen in anno 1576. per bannum editum die 14. Iunij, in bann. 1. fol. 30. & iterùm in anno 1579. per bannum editum ſub die vltimo Aprilis, in bann. 1. fol. 106. fuit impoſita illa pœna ducatorum mille, aut relegationis, vel remigationis per triennium, nedùm contra aſportantes, ſed etiam contra illa detinentes domi, nec poſt illam apparet facta aliqua moderatio pœnæ prædictæ quoad detinentes tantum: Eſt benè verum, quòd in pragmatica conſimili edita per Comitem Oliuares ſub die 26. Martij 1596. & in alia edita per Comitem Beneuentanorum ſub die 16. Aprilis 1603. quæ eſt 11. *infr. eod.* imponitur ea pœna contra aſportantes tantum, nulla facta mentione de illa domi detinentibus, & ideò eſt videndum, quid obſeruauerint Regia Tribunalia contrà illa detinentes domi poſt illud bannum anni 1579. cùm circumſcriptis pragmaticis ſimplex detentio domi cuiuslibet generis armorum ſit prohibita, & puniatur pœna legis Corneliæ de Sicarijs, ſecundùm *Andr. in cap. 1. num. 8. in fin. quæ ſit prima cauſ. beneſ. amitt.* per *text. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & l. 3. in princ. ff. ad leg Cornel. de Sicar.* & propterea ſuperiùs ego abſolutè dixi, quòd dicta pœna ducatorum centum fuerat adaucta vſq; ad relegationem in Nobilibus, & remigationem in Ignobilibus, per banna prædicta: Sed veritas eſt, quòd ſemper in his caſibus fuit obſeruata pœna pecuniaria tantum; tu hanc materiam detentionis armorum latiùs proſequere, vt per *Farinac. pract crim. 2. p q. 108. n. 38. cum ſeqq. & n. 45.*

Et quia per hanc pragmaticam, & alias pragmaticas huius rubricæ ſunt diſtincta quædam arma
12 certi generis, quæ ſunt omninò prohibita, ab alijs alterius generis, quæ ſunt permiſſa, & licèt de iure communi ſit prohibitus vſus armorum cuiuslibet generis ſine licentia Principis, vt in *auth. vt armor. vſus*, nonnulli tamen habent priuilegia eis conceſſa
13 à retrò Regibus huius Regni deferendi arma prohibita, fuit quandòq; dubitatum circà interpretationem huiuſmodi priuilegiorum: An ſcilicèt comprehendant quæcunq; arma, etiam prohibita per has pragmaticas, vel tantùm illa, quæ licèt ſint prohibita de iure communi, ſunt tamen permiſſa per has pragmaticas? & dùm hæc dubitatio accidiſſet in priuilegio cõceſſo Familiæ Saluidiorum de Terra Acrij per Regem Federicum, *Ferdinandus* meus filius annum tunc agens vigeſimum, qui in 17. ætatis ſuæ ſuſcepit inſignia Doctoratus, aliqua ſcripſit, non illepidè quidèm, ea volui hic inferere, vt ſi malè, vel benè in ea ſenſerit, aliorum ſit iudicium.

Familia, & homines de Saluidio de Terra Acrij gaudent priuilegio à Federico clarigito Carolo, & Troiano Saluidijs, ac eorum hæredibus deferendi arma prohibita, per ſe ipſos, & duos homines pro quolibet ipſorum in eorum ſocietate armatos: hæc ſunt verba priuilegij de anno 1497. ſic vſque hùc confirmati, &
14 *obſeruati, vt ex facto liquet, & quidèm ſolius Principis eſt dare facultatem arma deferendi: vt latè tradit* Redin. de Maieſt. Princip. in verb. non armis ſolùm part. 2. conſid. 13. num. 162. *& per* Corrad. in templo iudic. lib. 1 de imper. cap. 1. §. 4. verſ. 19. *hodiè cùm contingat tractari in Magna Curia Vicariæ de intelligentia huius priuilegij, Iudex oculatiſſimus motuauit, fortaſsè priuilegio non comprehendi genus armorum cæteris aliis magis inſidioſum, & magis perniciоſum, quòd ſunt baliſtæ paruæ ad ſagittam, et alia, quæ parua archibuſetta vulgò appellantur, quæ ſub palmo ferantur, & ſimilia arma breuiora, prout ſunt pugiones, & cultelli cum cuſpide, maiores vno palmo, & minores tribus, quod ſanè motiuum iuridico colore fulcitur,*
15 *nàm et ſi armorum delatio omni iure prohibita ſit,* l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. toto tit. vt armor. vſus lib. 11. C. auth. de armis §. pen. *id tamen multò magis procedet in huiuſmodi armis, vt latè deducit* Farinac. lib. 2. pract. crim. q. 108. ampl. 14. n. 52.

16 *Hinc talia arma deferens maiori pœna plectetur, ad tradita per* Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 29.

17 *Immò tunc pœna cum ratione duplicari poteſt in rem, ſecundùm* Menoch. de arbit. iud. cent. 4. caſu 394. n. 48.

18 *Proindè licèt aliàs Officialis, & eius Familia poſſint deferre arma abſq; pœnæ incurſu,* Alciat. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, de pace tenend. Idem in Conſtit. Intentionis num. 13. & 15. de illicit. port. arm. *poſt* Soc. in reg. 30. in prima fallent. & Petr. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. *quò tamen attinet ad delationem archibuſettorum, pugionum, & aliorum armorum breuioris menſuræ, id non licebis,* Farinac. vbi ſuprà limit. 9. num. 104. *Preterea data licentia per Magiſtratus*
19 *alicui circà delationem armorum, quod fieri poteſt, ad tradita per* Luc. de Penn. in l. 1. C. vt armor. vſus lib. 11. Cotta in memoral. in verbo armorum, Plaz. vbi ſuprà, & Ludouic. deciſ. Peruſ. 31. *ea non ſeruabitur in delatione talium armorum, prout teſtatur idem* Farinac. vbi ſuprà limit. 13. n. 123.

20 *Deniq; ſimile armorum genus ab armorum lege ſ. duello arcetur, vt tradit* Alciat. de ſing. cert. c. 39. quę arma poſſint eligi.

Ex his videtur, tale genus armorum inſidioſum non comprehendi priuilegio, quaſi ſpecifica expreſſione indigeat, tùm maximè cùm ſimus in priuilegio contra ius commune.

Verùm veritas aliter ſe habet, immò priuilegium
21 *de tali genere armorum proprie loquitur, clari ſiquidèm iuris eſt, armorum appellatione comprehendi, tùm arma defenſiua, tùm offenſiua cuiuſcunq. generis,* l. armorum, ff. de verbor. ſignif. *ibiq;* Alber. Alciat. & Cepol. *traditur in* l. armatos, ff. ad leg. Iul. de vi publ. *quò fit, vt ex verbis huiuſmodi arma breuiora comprehendantur.*

Nec negotium facit qualitas armorum inſidioſa, quaſi ex diuerſitate rationis non contineatur ſub generali armorum nomine; nàm qualitas prohibitiua ſubſtantiuo armorum adiecta præſtò eſt, vt liquet ex verbis priuilegij quod exprimit arma prohibita.

22 *Et licèt quorumlibet armorum genus prohibitum ſit, vt in* l. 1. C. vt armor. vſus lib. 11. *tàm huiuſmodi arma breuiora, quàm enſes, aliaq; ſimilia, vt in* auth. de armis in fin. *& in Regno habemus* Conſt. Intentionis de illic. armor. port. *et innumeras pragmaticas ſanctiones, quibus omnia, et quæcunq; armorum genera prohibentur, et ſic qualitas prohibitiua omnibus, et*
23 *quibuſcunq; armis inſit, et per conſequens qualitas inſidioſa in armis breuioribus adhùc ex diuerſitate rationis excipietur; tamen conſidero in materia armorum, edicta, & ſtatuta intelligi ſecundùm vſum loquendi, vt benè ex plaribus aduertit hicè in terminis* Redin. de Maieſt. Princip. in loco ſuprà citato num. 179. *& non immeritò quando circà delationem armorum, parùm, aut nihil ſeruatur ius commune, ſed cuiuſlibet Ciuitatis, & Prouinciæ vſus ſpectatur.* Ludouic. deciſ. Peruſ. 31. *antè* nu. 4. *proindè cùm attento communi vſu loquendi, arma prohibita ſignificentur arma*

insidiosa, huiusmodi meritò priuilegium armorum prohibitorum delationem concedens, huiusmodi arma comprehendet, qui sanè communis vsus loquendi à iuris fonte descendens, tàm iure communi, tum iure Regni attento probatur, quandòquidem si rectè consideremus vsum delationis armorum, secluſis huiscè armis, de quibus dubitamus, ferè solus superest ensis, qui licèt, ex quo inter arma est, sit prohibitus per vnicam authenticam de armis, quia tamen omnibus passim eius vsus facilè, & nulli denegata licentia passim conceditur, non sine ratione ab armorum prohibitorum odio
24 *immunis est, nàm quasi iniuria afficeretur quis, si fortè talem licentiam non impetrauerit*, l.1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æstiua, *prout videmus actu obser-*
25 *uari hic Neapoli immò Nobilibus Sedilium nulla prauia licentia ensis vsus permittitur, prout et in Gallia*, teste Rebuff. l. armorum, vers. 7 ff. de verb. signific. *& paulò antè* vers. ergò non potuerunt Iudices, *quinmo valet, vt notat ex pressim* Farinac. vbi supra limit. 16. num. 146. *& viget vbiq; vt testantur* Bertazzol. cons. crimin. 329 Burs. cons. 77. & cons. 141. Roland. cons. 38. lib. 2. Ludouic. decis. Perusin. 31. *ex qua consuetudine sic interpretante ius commune, quod circà talem delationem armorum in desuetudinem abijt, delatio ensis, & similium non amplius prohibita dicetur, & patet ex pragmaticis Regni sanctionibus, quibus permittitur ensis delatio, prohibetur verò, si sit ultrà mensuram, & sic qualitas prohibitiua tota in armorum breuiorum insidus collocabitur, & quod de ensis delatione dixi, bellè patet in allegata* Constitut. Intentionis, *& hodierno vsu non reuocatur in dubium.*

Præterea armorum delatio de iure communi pro-
26 *hibita innumeris patitur exceptiones, quas congessere* Afflict. in d. Constitutione Intentionis, Call. in. in Consuetud. Burgund. rubr. 1. in text. cespro ictus num. 109. Auend. in diction. leg. regn. in verbo Armas, Couarr. lib. 2. variar. resolution. cap. 20. in fine, Carrer. pract. crimin. §. homicidium, Decian. lib. 8. cap. 3. Farinac. 2. part. quæst. 108. per totam. Polydor. Rip. de nocturno tempore cap. 8. *post* Socin. reg. 30. *quorum limitationes si non comprehendunt arma insidiosa breuiora, de quibus præsens est indagatio, ex iis, quæ suprà in argumento dicta sunt, vtiq; ensem, & similia complectuntur, & liquet ex citatis* DD. *quò fit, vt nè quicquam prohibita arma censenda sint.*

Tùm præsertim, cùm præsens priuilegiũ sit à Principe elargitum, quod vtiq; frustratorium esset, si non talia arma comprehenderet, quandò cæterorum non ità prohibitorum delatio ab inferioribus Magistratibus concedi potest, etiam si staret statutum interdicens, arma portari, vt not. in l. obseruare, §. proficisci. ff. de offic. proconsi. *& latè per* Decian. dict. cap. 3. in 17. limit. num. 58. *prout Neapoli Regens Magn. Cur. Vic,*
27 *huiusmodi licentias præstat, & tamen delationem armorum insidiosorum, & breuiorum nemo preter Principem, etiam si esset à latere Legatus concedere potest, vt* per Farinac. vbi supra, n. 123.

Vlteriùs dato, ista arma esse prohibita, & sic qualitatem prohibitiuam omnibus inesse adhùc priuilegium præsens insidiosa arma comprehendet, nisi illud inanitatis vitio laborare velimus, siquidem ex eodem priuilegio constat illos de Saluadio fuisse commensales, & familiares Regis Federici, & eius Curiæ, prout sunt eorum hæredes ex eiusdem priuilegii fauore,
28 *& priuata lege etiam si extrà Curiam moram traherent, quibus quidem Familiaribus omninò licita est armorum delatio, iure communi non refragante.* Duenn. reg. 55. Plaz. lib. 1. epit. cap. 8. Menoch. vbi suprà casu 394. Decian. ibidem, & Farinac. vbi supra lim. 147. 8. *post* Afflict. in d. Constitutione Intentionis. *à qua legali licentia si arma insidiosa, vt mucro, excludas, à verbis priuilegij facientis mentionem de armis prohibitis, includantur, oportet, vt aliquid operentur vltra ius commune, aliàs vt ipse pro nostro vel inane priuilegium Federicus concessisset, quod vtiq; non est dicendum, maximè in priuilegio in remunerationem concesso, & sic ex causa onerosa.*

Ridiculum autem esset asserere ex verbis priuilegij euitandi gratia comprehensionem gladiis armorum insidiosi significari arma alia grandia, veluti sunt, quæ vulgò dicuntur Accette, Ronche, *& similia, vulgo* mene in hasta; *nàm quamuis ista ab armorum appellatione veniant, cùm sint apta ad nocendum, tamen nulla lege prohibente licitè deferuntur, vsus enim eorum non est ad hoc inuentus, hinc cum illis percutiens, vul-*
29 *nerans, vel occidens, tenebitur de percussione, vulnere, vel homicidio, non tamen de delatione armorum, ità resoluit ex pluribus* Caball. resolut. crimin. casu 63. *proindè dicentur arma post percussionem, & delictum, non antè,* Baiar. ad Clar. q. 82. n. 70.

Ex his patet, nullum esse dubitationi locum, quin præsenti priuilegio contineantur arma præallata, & colligitur facilis ad obiecta responsio.

Non enim negamus, ex qualitate armorum maiorem prohibitionem esse in vno genere armorum, quàm in alio, immò prohibitionem virtualiter in quolibet genere armorum insidioso intelligendam esse probauimus ex priuilegij verbis collegimus, & maxima cum
30 *ratione, quando tota materia ista, quid scilicèt veniat appellatione armorum dependeat à voluntate cerebrantis,* Decian. in lib. 1. tract. crimin. cap. 2. num. 12. *Nec aliquis obiiciat de materia odiosa; nàm etiam in odijs armorum appellatione veniunt arma offensibilia, ultrà enses, & gladios,* Rebuff. in l. armorum, vers. secundò intelligite, ff. de verb. signif.

Nec item refert maioritas pœnæ in delatione similium armorum; nàm & qui à Principe obtinet priuilegium delationis armorum, si postea delinquat, grauiùs punitur, ità Caball. resol. crim. cas. 63. n. 11.

Insuper, quod dicitur de capitalitate pœnæ in deferentes similia arma, respicit cognitionem loci, vt colligitur ex eodem Menoch. dict. casu 394. *prout ad loci obseruantiam spectant, quæ* Farinac. *dicit de Familia Officialis.*

Nec est bonum sumere argumentum à lege duelli,
32 *quæ ex sui natura arcet insidias, quæ non relinquunt locum duellari ex periculo, vt ipse* Alciat. *aduert. t.*

Ex his omninò arma huiusmodi in prædicto priui-
33 *legio comprehendi concludo, immò prorsùs cùm arma prohibita dicimus, intelliguntur, quæ principaliter sunt inuenta ad vsum offendendi præcipuè, ità in materia portationis armorum* Additio ad Roman. singul. 167. *incip.* prohibitum, *tùm maximè cùm si-*
34 *mus in materia portationis armorum, quæ lenis res est,* Marsil. in praxi crimin. vers. pro complemento nu. 44. *& ità iuris esse arbitror sub die 14. Nouembris 1608.*

Ferdinandus Rouitus.

Vide *Redin. de Maiestat. Princ. in verbo non armis solùm par. 2. num. 177. Montal. in 5. part. tit. 5. l. 22.*
35 statutum prohibens arma non prohibet portare cultellos paruos, *Redin. ibid. nu. 185.* & pro hac opinione consuluit *Farinac. cons. 45. vol. 1.* pro gestante archibusetum vigore consimilis licentiæ, & in fine refert, ità iudicatum.

ADDI-

ADDITIO.

ADicit hìc *D.Reg.* quòd in delinquẽte cum armis prohibitis, tam in Mag.Cur.Vic.quàm in S.C. ſtatuatur vtriuſq; pœnæ impoſitio, aſportationis ſcilicèt armorum, & delicti. At *D.Reg.Io. Franciſcus Sanfelicius*, vir planè doctiſsimus, & ſummæ probitate imbutus in *dec.43.par.1.nu.1.* teſtatur, de æquitate in M.C.non puniri aſportantem arma prohibita pœna aſportationis armorum, niſi ſit apprehenſus, vel cum illis deliquerit, ſi tamen pœna aſportationis eſt maior pœna delicti, & ſic vna tantũ pœna exigitur, & cum *D.Reg.Sanfelic.* concurrere videtur *D. Reg. Capycius Latro*, digniſsimus Torelli Marchio in eius doctiſsima *dec.78.* in qua diſputat articulum de iure, & multis relatis DD. opinionibus concludit, quòd reputatur vnicum delictum, & vna pœna, aſportationis ſcilicèt armorum cum altera delicti confunditur, per doctrinam *Bald. in l.aduerſùs in fin. C.de furt.* & ſic refert fuiſſe per S.C. iudicatum cõtra quẽdã inquiſitũ de vulnere cum armis prohibitis, nàm fuit condemnatus ad remigandum per triennium pro aſportatione armorum, reuocata pœna exilij, ad quam fuerat per Magnam Curiam condemnatus pro vulnere, & ſic ſequuto delicto cum armis prohibitis punitur aſportans, & delinquens vnica tantùm pœna, licèt maiori, ſpreta hoc caſu æquitate propter delictum, proùt dixit *D.Reg.Sanfelic.* in relata *dec.43.num.4.* Dubitari ergò poteſt de duplicis pœnæ exactione, quam obſeruari per Magnam Curiam Vicariæ, & per Sacrum Conſilium teſtatur *D.Reg.* vt ſuprà, cuius teſtimonium hac in re periclitari quodammodò videtur. ſed abſit ipſius *D.Reg.* fidem, vel doctrinam dubietatis, aut contradictionis notæ ſubiacere, eius namq; dicta, vt ait *D.Io.Dominicus Gaitus* in copioſo *tract.de credit.in cap.4 quæſt.7.num.874.* explicari potiùs, quàm impugnari, aut controuerti debent, cùm eius opiniones apud omnes probatiſsimę ſint, & infallibiles iuris regulæ reputentur, idem *D.Gaitus in eod.cap.4.queſt.7.nu.860.* eiuſq; doctrinam communi omnium Peritorum conſenſu fuiſſe laudatam, & approbatam, teſtatur peritiſsimus ſanè, & integerrimus *Præſ.Reg.Cam.Fulvius Lanar.* in doctiſsimis *addit.ad repetit.* memorãdi ſemper, & laudandi viri *Reg.Lanarij in c.ſp.1. de his, qui feud.dare poſſunt ſub num.131.* idcòquè de eius teſtimonio, & doctrina dubitari non debet, ſed benè debent declarari.

Pro declaratione itàq; teſtimonij *D.Reg.* puto, diſtinguendos eſſe tres caſus. Primus caſus eſt, cùm quis aſportat arma prohibita, non tamen capitur, nec cum eis delinquit, & hoc caſu nullam pœnam ſubibit, cùm requiratur apprehenſio, iuxtà doctrinam *Bart.* communitèr receptam in *l.ſi Barſatoram C.de fideiuſſ.* & aliorum, quos refert *D.Reg. Marchio Torelli d.dec.78. ſub num.1.* vel quòd cum eis deliquerit aſportans, quibus deficientibus procedit æquitas, & obſeruantia M.C. de qua per *Dom. Reg. Sanfelic.d.* eius *dec.43.*

Secundus caſus eſt, cùm quis delictum commiſit cum armis prohibitis; quæ delicti tempore ad eundem finem delinquendi apprehendit, quo caſu puniri debet, non duplici pœna, aſportationis ſcilicèt armorum, & delicti, ſed vnica, maiori tamen. verbi gratia, ſi pro aſportatione eſt impoſita pœna remigationis, & pro delicto commiſſo meretur inquiſitus pœnam exilij, ſubſtinere debebit pœnam aſportationis, quæ eſt maior, remiſſa ſibi pœna delicti, quæ eſt minor, ex regula *l.primæ in fin.C.de vi bon.raptor.* & *gloſ.in l.nunquàm plura.in ver.ob aliud ff.de priuat.delict.* & in hoc caſu vna pœna cum altera confunditur, & procedunt dicta, & *deciſio Dom. Marchionis Torelli*, cùm vnicum cenſeatur delictũ, ſimul, & ſemel commiſſum, benè *Hippol. de Marſil. conſ.5 1.num.56.57.& 58.* & duplex pœna ex vno facto cauſari non poteſt, *Giurb.conſ.25.num.25.* & ſufficit deliquiſſe, licèt non apprehendatur tempore delicti, iuxtà *deciſ.* etiam *D.Sanfelic.*

Tertius eſt caſus, cùm quis aſportat arma prohibita, & cum illis delinquit, & delicti tempore, vel poſt cum armis capitur, hoc ſanè caſu, quia duo, vel plura ſunt delicta per ſe diſtincta, & ſeparata, aſportatio ſcilicèt armorum, & vulneratio, & ſunt diuerſę ſpeciei, nec vnum eſt præparatorium ad aliud, vtraq; pœna infligi debet, iuxtà *text.* inſignem in *d.l.nunquàm plura, ff.de priuat.delict. & gloſ.final. in d l.aduerſùs, C.de furt.* vbi *Bart.* & cæteri, & ità per illum *text.in l.nunquàm plura* conſuluit *Grammat. in conſ.crim.43.num.2.* in inferente violentiam cum armis, nàm poteſt infligi pœna aſportationis armorum, & legis Iuliæ de vi publica, & vna per aliam non tollitur, ex *Afflict.in Conſtitut. Si quis aliquem*, *Andr.de Iſern.in Conſtit.Regni Intentionis noſtræ*, & eſt etiam de mente *Bald.* in *d. l.aduerſus ſub num.2. verſ.Quia reſultant duo tituli criminis, ex duobus factis ſeparatis*, & *ſub num.5. verſ.Quæro hic, nunquid vna iſtarum pœnarum*, & etiam *ſub num.7.* (licèt hic locus adducatur pro ſupradicto ſecundo caſu circà confuſionem vnius pœnæ cum altera) argumentando à contrario ſenſu. ibi, *quia non conſiderantur arma per ſe, nec percuſſio per ſe, ſed vtrumq; ſimul.* Si ergò arma conſiderantur de per ſe, & vt quid ſeparatum à percuſſione, & vulnere reſultante poſt aſportationem, erunt duo delicta, quorum vnum, alterius non minuit pœnam, *d.l.nunquàm plura.* Quod etiam confirmat *D. Conſil. Gizzarellus in deciſ.90. num.4. verſ.ſed magis propriè*, vbi dicit, quòd pluralitas delictorum, ex pluribus factis prouenientis, & diuerſos effectus producens, pluralitatem pœnarum inducit, nec pœna vnius confundit aliam, & quot ſunt delicta, tot pœnæ ſunt imponendæ, *Giurb.conſ.82.nu.8.* dicit etiam *Dom. Gizzarell.* quòd eſt iudici arbitrarium, vel pro omnibus vnica tantùm pœna reum plectere, vel diſtinctè pluribus penis eum condemnare, & refert, fuiſſe quendam condemnatum vnica pœna relegationis per decennium pro tribus delictis, hoc eſt pro homicidio commiſſo in perſonam vnius, & pro vulneribus in perſonas aliorum duorũ diuerſis temporibus illatis. Quotieſcunq; ergò (vt ad tertiũ caſũ reuertamur) plura ſũt delicta per ſe diſtincta, & ſeparata, vtraq; pœna infligi poteſt, & procedet obſeruantia Magnæ Curiæ, & Sacri Conſilij, de qua teſtatur *D. Reg.* & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius, & ab hac diſtinctione non diuertit *Marius Giurb. in d.conſ.82.* immò illam confirmat *ſub num.41.42.43.& 44.* Conſiderandum quoquè eſt, quòd eſſet peioris conditionis ille, qui aſportat arma, & cum eis capitur, abſq; quòd deliquerit, quàm ille, qui aſportat arma, & cum illis delinquit, nàm ille aſportationis pœnam ſubſtinebit, nihilo ſibi remiſſo, hic verò, qui arma aſportauit, & delictum commiſit, vnam tantùm pœnam ferret, altera ſibi remiſſa, & ſic vnum delictum impunitum remanebit, contra *text.in l.iuà vulneratus.52. ff.ad leg. Aquil.* vbi *gloſ.in ver.impunita*, & ex delicto ſuo præ-

mium

miſi quis quodãmodò cõſequeretur,cõtra *l.ità demũ 36.ff.de recept. arbitr.* Et ex hac diſtinctione concordata (ni fallor)remanebit horum trium Papinianorum diſſentio circà articulum hunc inflictionis vnius, vel plurium pœnarum.

Sed quid ſi concurrant duæ pœnæ ſeparatæ, legalis ſcilicèt vna, & conuentionalis altera,an ſufficiat vnam pati, & cuius ſit electio, Iudicis,vel condemnati,an verò vtraq; debeatur? *D.Io.Vinc.Anna alleg.40.* doctè, & ſubtiliter fundat,vnam tantùm pœnam deberi, & refert,ità miſſe per Magnam Curiam iudicatum ſub die 20. Nouembris 1563. in cauſa Illuſt. Iuli, Caratæ Comitis Policaſtri, inquiſiti de fractura relegationis, ad quam fuerat condemnatus, & cautionis præſtitæ de ſeruandis finibus, Fiſco prætendente vtramq; fracturæ ſcilicèt relegationis, vt duplicaretur tempus,& fideiuſſionis præſtitæ duc.4000. licèt contra hanc opinionem *D.de Anna* ſentire videatur *Anton. de Ballis* Doctor Siculus in *var.tract.lib.4. tit.de quæſt. particul. quæſt.4.de fideiuſſ.à num.59.ad 65.* Hodie tamen per diſpoſitionem *Regiæ pragmaticæ 3.et 7. de Relegat.* contrarium eſſet iudicandum, nàm per eas ſtatuitur, vtramq; pœnam deberi, duplicationis ſcilicèt relegationis, & cautionis præſtitæ; & miror, quòd cùm dicta *pragm.3.de relegat.*fuerit promulgata ſub die 24. menſis Septembris 1563. & ſic per paucos dies antè prædictum decretum,M.C.iudicauerit cõtra expreſſam illius *pragmaticæ* diſpoſitionem, niſi dicamus,quòd pœnę erant iam commiſſæ longè antè *pragmaticam*, quæ ad præterita non extenditur, *l.leges 7.C.delegibus*,& fuit caſus pietatis,vt videret ſcilicèt matrem infirmam.

Huic non abſimilis eſt quæſtio altera,quam excitat *D.Io.Bapt.de Thoro in 2.par.compend.deciſion.in ver.Pœna vna,vel plures.* An ſcilicèt concurrentibus duabus pœnis ex delicto,ſeu criminali vna,ciuili,ſeù conuentionali altera, vel vtraq; ciuili,ſeù conuẽtionali, & in ſtipulationem deducta,locus ſit exactioni vtriuſq; vel vna tantùm debeatur, vt putà quia liquidatum eſt inſtrumentum aliquod contra aliquem via Ritus M.C.ob quam liquidationem,mutata pœna obtruncationis manus ob periurium, in pecuniariam carolẽi vnius pro quolibet ducato, vt per *D. Caranit. in ritu* 171. & per *D. Regentem Capyc.Latro conſul.48.num 10.vol.1.*(criminalis,vel ciuilis ſit hæc cauſa liquidationis inſtrumenti,de quo per *Dom.Regentem in pragm.1.nu.34.de Officio Baiul.*) fuiſſet debitor pro debito,vel pœna carceratus, & deindè ſub fideiuſsione relaxatus de concordando, vel de redeundo infrà certum tempus,vt aſſolet,vel ſi Prætoria aliqua ſtipulatio, quam nos communi vocabulo obligationem penę acta vocamus, vt per *Dom. Camillum Borrell.*virum ſanè eruditum in *conſil.38.nu.1.* fuerit contra aliquem incuſata, cuius incuſationis pœna ad inſtar inſtrumentorum liquidatorum eſt etiam carolẽi vnius pro quolibet ducato debito, vt per eundem *Dom. de Thoro in dict. ver. Pœna vna, par.2.*& eſt de ſtylo omnium Curiarum Regni,& deindè è carcere dimiſſus iteratò ſe obligauerit, de ſoluendo,vel de redeũdo ad carceres,fueritq; etiam hæc obligatio ob contrauentionem incuſata, & ſic duæ commiſſæ ſint pœnæ, an ſcilicèt omnes debeatur,vel vnam ſufficiat ſoluere? In qua ſanè quæſtione licèt per communes iuris regulas conetur demonſtrare, bis commiſſa ſtipulatione duplicem pœnam deberi, concludit tamen, in facti contingentia per M. C. V. contrarium fuiſſe iudicatum, ac per Sacr. Conſ.confirmatum,ea potiſsimùm ratione, quia pœna exigitur ob diuerſitatem factorum,*l.ſi ſeruus ff. ad legem Aquil.*adeòq;ſi vnum factum ab altero depẽdet,dicentur plane vnum,& idem,& pœna non committetur, niſi ſemel, etiam quòd dictũ ſit,*toties quoties,&c.*ex *Alexand.Seraphin.*& alijs,quos citat,quãuis hoc non admittat *Gutierr. practi. quæſt.lib.3.q.11. num.23.*dùm agitur de exactione pœnę,cum clauſula,*toties,quoties, &c.* promiſſa,alioq. *Dom. de Thoro* egregiè demonſtrat, quomodò cognoſcatur vnum factum ab altero, dependens,aut ſeparatum, vel vna ſumma in diuerſis contractibus, vel obligationibus contenta dicatur eadem, vel diuerſa,vt vna,vel plures pœnę debeantur,multa etiam tradit circa pœnas conuentionales in prætorijs ſtipulationibus,ſeù obligationibus pœnès acta deductas, vt apud eum videre licet, & an iſtæ pœnæ conuentionales exigi poſsint,tàm in foro fori,quàm in foro poli,& in quibus caſibus,optimè tradit Doctiſsimus *Capiblanc. in pragm.4.nu.96.& ſeq. de Baron.* ex *Menoch. Theſaur. Vaſq Gabriel. Affl.Couar.* & alijs,quibus etiam adde *Gutierr.canonic.quæſtion.lib.1.q.20.*

Et poſtremò, quid dicendum ſit in duabus pœnis pro eodem delicto impoſitis,vna ſcilicèt corporali,& altera pecuniaria,an mortuo reo, ſeù inquiſito,poſſit ſaltem pecuniaria ab hærede exigi,& quando? luculentèr tractat *D.Reg.in dec.64.*vbi etiam tradit, quid in Officiali,qui propter delictum vltrà pœnam corporalem veniret etiã officio priuandus, an poſſit adhùc illius hæres,& officij poſſeſſor, officij priuatione mulctari,& quando. Tractat item,quid in pluribus pœnis, vna altera grauiori, gradatim tamen pro eodem reiterato delicto imponendis, an poſsit ad grauiorem deuenirideuori non dùm perſoluta,? exemplum ponit *num.17. & 18.ex pragm.48.cap.5. de Offic.Procur.Cæſar.*ſeù melius ex *prag.12.c.5.de Offic.Procur.Cæſar.* rationes autem,& DD. auctoritates,quibus hec omnia fundat,tranſcribere non curo, ſufficiat tantùm indicare locum. Io.Laganar.

De Armis.Pragm.VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Palatij nomen ſimpliciter prolatum,per excellentiam, intelligitur de Palatio Principis.Et vndè huiuſmodi denominatio.n.2.*

ALos que Su Excelenza, &c.

Licentia aſportandi enſem,etiam pro famulis nõ detur per Regentem Magn.Cur.niſi expreſſis famulorum nominibus. H.D.

Hæc prouiſio emanauit per viam Schedulæ à Sacro Principis Latere,ulo,& non in forma Regiæ Cancellariæ,& fuit vtidè neceſſaria ad euitandas infinitas fraudes, quæ ſub commentitio nomine famulatus alicuius priuilegiati committebantur; & notandum, quòd data huius Schedulæ dicitur facta in Palatio ſimpliciter abſq; expreſsione qualitatis Regiæ,ſic & in pragmatica præcedenti, quæ ſub eadem forma
1 emanauit, ſed nè mireris ob hoc, nam Palatium ſimpliciter enunciatum,propter excellentiam intelligitur de Palatio Principis,quod in iure nõ eſt nouum, vt in *§.in aliis autem*,ibi *licèt iuſſio de Palatio veniat in auth.vt determin.ſit numer.cler.* Et vndè,& quarè
2 hæc denominatio ſit introducta,docet *Petr. Fabr. Semeſtr.lib.1.cap.1.in princip.*de Palatino Monte, vbi habitabat Imperator. Immò quòd ſoli palatio Principis competat hæc denominatio, non autem Baronum,

num.& Principe inferiorum probat *Villadiego Politic.c.5.§.24.n.12.* post *Bal.in l.2.C.de decur.lib.10.in fi. Gaud.Pap.dec.143.* alia addit *Henning.Arnisæus de Jur.Maiest.lib.3.c.5.in fine n.54.*

De Armis. Prag.XIV.

RERVM SVMMA.

1 *Cultelli minores vno palmo an possint impunè asportari.*
2 *Cultelli minores ad incidendum panem, vel ad aptandas pennas adhuc prohibentur, nisi habeant aciem contusam, et depressam.*

A Tempo,&c. §.2. E così anco, &c.

Referuntur hic aliquot species armorum, quorum delatio expressè inhibetur. H.D.

Inter arma offensiua nominantur cultelli vnius
1 pedis, seu palmi, minores vno palmo non prohibentur, & possunt impunè asportari de iure communi, vt in *auth.de armis circa fin.veri.prohibemus eum*, & ibi *glos. in verb. minores* exemptionem hos cultellos minores in ijs, qui sunt apti ad temperandum pen-
2 nas, & incidendum panem; verùm etiamsi cultelli minores prohibentur, nisi habeant aciem contusam, & depressam, vt hic.

De Assassinio. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Assassinium mandantis cur fiat mentio in hac pragmatica, & de persuasore, & laudatore, remissiue.*
2 *Mandatarij persona, si non est certa, contra mandantem procedi nequit.*
3 *Mandatarij absolutio quandò mandanti prosit.*
4 *Assassinij materia, illiusq; limitationes.*
5 *Assassinij in crimine quæ probationes desiderentur.*
6 *Assassinij qualitas consanguinitate intercedente inter mandantem, & mandatarium an excludatur, remissiue.*
7 *Assassinij in crimine virum mandati reuocatio admittatur, remissiue.*
8 *Assassinij crimen debet constare probabilibus argumentis, & qua sint argumenta probabilia, remissiue.*
9 *Mandans mediante pecunia aliquem verberari, vel vulnerari, & mandatum non est excessum, an comprehendatur sub hoc edicto, remissiue.*
10 *Assassinij pœna nùm obtineat, si promissio sit rei incertæ, & generalis.*
11 *Vulnus si non est illatum, at alia sit facta offensio, nùm ad actum proximum per hoc edictum requisitum peruentum dicatur.*
12 *Assassinij pœna, vt mandans feriatur, mandatarium accepisse mandatum probari oportet.*
13 *Mandatarij dictum quatenus faciat indicium contra mandantem.*
14 *Mandatarius mãdato acceptato, si illud haud exequutus fuerit, an aliqua castigetur pœna.*
15 *Specialia plura contra assassinos, remissiue.*
16 *Dare, & promittere in delictis paria sunt.*
17 *Assassinium cessat tàm respectu mandantis quàm mandatarij, quando mandans interuenit in homicidio, licèt alios mediante pecunia ad illud perpetrandum conduxerit, fallit tamen, si præcesserit mandatum de occidendo data pecunia, & illud sit acceptatum.*
18 *Derobatio post homicidium inducit qualitatem latrocinij, & assassinij.*
19 *Pragmatica ista an habeat locum in mediatore inter mandantem, & mandatarium ad faciendum delictum, nu.24.39.40.41.45.48. & 57. Eius ampliatio per aliam pragmaticam, n.60.*
20 *Assassinij in crimine morte non sequuta de iure communi non habet locum mors naturalis.*
21 *Pragmatica non potest extendi de casu ad casum, nec de persona ad personam.*
22 *Statutum loquens in personam non extenditur vltrà personas, & casus expressos.*
23 *Mediator adhuc dicitur mandans, vel etiam mandatarius, n.25.*
26 *Pragmatica continens dispositionem secundùm ius cõmune, recipit omnes interpretationes, ampliationes, & limitationes, quas recipit ius commune, siue loquatur in rem, siue in personam.*
27 *Auxiliator si cum auxilio dedit causam delicto de iure communi punitur eadem pœna, qua principalis delinquens.*
28 *Assassinis auxilium præstans punitur eadem pœna, qua assassini, si non ignorat qualitatem assassinij, & pecunia interuenit.*
29 *Auxilium triplici tempore potest præstari in delicto.*
30 *Auxilium in delictis quis præstare dicatur.*
31 *Mutuans pecuniam causa inueniendi assassinium, punitur vt principalis.*
32 *Assassinij in crimine an puniatur pœna ordinaria mortis naturalis solus conatus, non sequuto effectu, & n. 33.34.35. & 53.*
36 *Statutum non dicitur exorbitans, & correctorium iuris communis, si ad tollendas dissentiones Doctorum approbat magis vnam opinionem, quàm alteram, sed potiùs conforme iuri communi.*
37 *Assassinij in crimine quandò dicatur deuentum ad actũ proximum, & n.38.*
42 *Extensio ex identitate, & maioritate rationis ad casum non expressum an sit licita, vbi ratio est scripta in lege, etiam correctoria, & pœnali, et n.54.*
43 *Extensio statuta in statutis correctoriis iuris communis, nedùm ad casum, in quo viget ratio expressa in ipso statuto, sed etiam ad casum, in quo viget ratio iuris communis, quod corrigitur.*
44 *Pœna statuti punientis facientem malefitium, an puniatur fiens faciens, si ad fauorem Reipublicæ spectet punire maleficia, & n.55.*
46 *Statute nè remaneãt elusoria, est introductum, vt quomodocunq; sint concepta verba statuti, omninò sit facienda extensio de persona ad personam, ita vt statuto comprehendantur non solùm principales in delicto, sed etiam participantes, & cooperantes.*
47 Clemen.1.de sepult. *declaratio affertur.*
49 *Destructo vno ex correlatiuis, destruitur aliud.*
50 *Mandans is propriè dicitur, qui sui tantùm gratia, & ad ius commodum mandat.*
51 Text.in l.2.ff.mand. *vti intelligatur.*
52 *Mandatum contrahitur etiam per nuncium, vel epistolam, nulla intercedente alloquutione inter mandantem, & mandatarium, licèt nuncius non obligetur, quia non mandat nomine suo, sed Domini, & n.58.*
59 *Mediator, qui susceperat ipse mandatum occidendi, quamuis per aliud id committat, videtur comprehẽdi in hac pragmatica.*
60 *Pragmatica ista per alteram ampliatur.*

IN ogni tempo,&c. Dans, vel promittens pecuniam mandatario pro aliquem occidendo, si fuerit deuentum ad actum proximum, etiam si mors non sequatur, vltimo supplicio damnetur,& similiter mandatarius. H. D.

1 Nota,quòd necessariò fuit facienda expressa mentio mandantis, alias enim non includeretur,ex adductis per *Bertazzol. cons. crim.443. volum.2.* sed vide *Hier.Cauallos pract.quæst.commun.par.1.q.166.* quicquid in contrarium asserat *Mura in cap.45. Reg. Iacob.tom.1,num.20.* qui est videndus *num.22. & seqq.* ad dignoscendum differentiam inter mandantem,& persuasorem, aut laudatorem, aut potiùs inflammatorem delicti,& nota, quòd nunquàm potest pro-
2 cedi contra mandantem, nisi persona mandatarij sit certa, vt per *Turrett. cons.4. num.10. volum.2.* quod
A tu latiùs prosequere secundùm *Farinac. pract. crim. q.3.per tot.*

Et si mandatarius est absolutus, illius absolutio
3 prodest mandanti, si nó reperiatur maleficium commissum,secùs si non fuit repertus culpabilis, *Dian. in reg.ratihabitio,de re reg.iur.in 6.* latè *Farin.pract.crim. q.135.n.33.*

Ad materiam tamen assassinij vide *Couarr. lib.2. var.resol.c.20.n.9.illat.11.* & sex notabiles limitationes adductas per *Vin.in sylua comm. opin. in opin.74.*
4 vbicunq; quis principali opem ferret, qui propriam vlciscitur iniuriam socijs pecunia conductis, vt infrà *nu.17.* qui spe, vel gratia adductus sine promissione deliquerit,sed contrarium tenet *Grass.* vt infrà *num.* 701.nec delinquens ex incerta promissione,sed contra *Præs.de Franch.dec.177.* vt inf.*nu.10.* vel propter expensas victus,vel recessus, *Carol.de Grass. de effect. Cleric.effect.1,n.671.ad 717. Bonad.lib.2.c.18.n.54.ad*
B 59.qui loquuntur de Clerico assassino, etiã in sacris.

5 Quæ autem probationes requirantur in hoc crimine, vide *Bursatum consil.20. & cons.192. Riccium resolut.36. tom.2.* dicentem,requiri probabilia argumenta, ex quibus oritur probatum indicium, & *collect.101.* affert alias decisiones. Vtrum verò consanguinitas inter mandantem, & mandatarium ex-
6 cludat hanc qualitatem assassinij? collige ex *Bald. in L.1.num.14.& 15.C.de seru.fugitiu.* Et in hoc crimine admittitur reuocatio mandati, re integra, si sit
7 nota mandatario, quòad pœnam ordinariam, idem *Couarru.in clem.si furiosus part.2. num.6. vers. verùm,* & plenius *num.9. vers.5.* latè ad materiam *Camp.in cap.Regni Frequens num.68. cum seq.* & dùm *text. in*
8 *cap.pro humani,de homicidio in 6.* requirit,hoc crimen constare debere probabilibus argumentis, vt scias, quæ dicantur probabilia argumenta,vide *Ant.Gabr. lib.7.commun.opin.tit.de malef.conclus.1. num.20.* vbi habes declaratam totam hanc materiam assassinij, *Borrell.cons.97. Intrigl.dec.12. num.20.* & latiùs *decis. 40.cum seqq.nn.56. cum seqq. Rimin.Iun.cons.685.vol. 6.Capyc.dec.112. & 155. Bero.cons.175. volum.3.* & dixi *suprà nu.5.*

An autem hæc pragmatica procedat in eo, qui mandauit verberari, aut vulnerari aliquem mediante pecunia, & mandatum non fuit excessum, vide
9 *Campag.in d.cap.Regni Frequens n.68. vers.quid si aliquis,* & latè deducta per *Me in prag.2. supra de abolitionibus.* Et si promissio non sit rei certæ,sed incertę,
10 aut generalis,an habeat locum pœna assassinij *Campag.in loco* allegato *nu.73.* ex mente *Bald.* voluit,quòd non,sed per Sacrum Consilium fuit iudicatum contrarium,teste *Præs.de Franch.dec.176.* & vltrà citatos per ipsum,idem voluit *Aret. consil.163. num.16. in fin.Gabriel lib.7.concl.1.n.3. Decian.lib.9.c.30.n.16.* propè *fin.vers.quod tamen ego non sequor, Mascard.de prob.lib.1.concl.138.n.2.vers.Amplia, Farin.cons.211. n.18.vers.tertio, vol.3.* & dixi supra *n.5.*

Est tamen videndus in contrarium *Romulus in l.vt vim p.2. num.272.cum seqq.ff.de iust.et iur. Hipp. Rim.cons.685.vol.6.et cons.211.vol.3.nu.18. Farinac. cons.10.*

Et quia in hac pragmatica recensetur varietas, quæ erat inter Iurisperitos circa articulum decisum in ea, vt de dicta varietate opinionum habeas aliquam notitiam vide *Gramm. in Cõst. Terminum vitæ in ver.incip. Item Constitutio n.4.cum seq.fol.* mihi 14. *colum.1.* & pro plenissima cognitione *Farinac. quæst. 123.inspect.4.per tot.nu.77.cum seqq.* & præsertim *n. 115.ad n.119.*

Et dùm in hac pragmatica explicando actus pro-
11 ximos propè finem, dicuntur illa verba *ferendole.* Quæro,quid si non sit illatum vulnus, sed alia offensa,an dicatur deuentum ad actum proximum? verba huius pragmaticæ tùm supra relata, tùm etiam illa alia ibi *ma solo s'hà data ferita* repugnant,sed de iure commune aliter videtur,ex relatis per *Ant.Gabr. vbi supra num.13.* Nam regulariter laborare aliquem offendere,est procedere ad actum offensionis. *Andr. in c.1.§.si noluerit vasallus,in princip.de Capit.qui cur. vend.*

Et ex alijs verbis ibi: *lo detto mandatario accet-*
12 *tando il mandato,* nota, quòd vt vendicet sibi locum hęc pragmatica, necesse est probari, mandatarium acceptasse mandatum,alias si non probetur,mandãs non potest puniri de assassinio, etiam si secutum fuerit homicidium,vt per *Ant.Gabr.ibid.n.39.*

13 Dictum verò mandatarij, quandò sunt plures, & contestes circa idem mandatum, facit indicium
14 contra mandantem,*Intrigl.decis.38.* Sed si acceptato mandato,illud non fuerit executus mandatarius: ex illa simplici acceptatione mandati nullo delicto secuuto mandatarius tenetur, quia delictum atrox, *Petr. à Plaza in tract.delictor.c.15. num.4.vers.eodem iure.* Secus in leuioribus.

15 Et nota, quòd de iure multa specialia sunt introducta contra hos assassinos,quorum tredecim recẽset *Capyc.d.dec.155.n.25.et seqq.*

Nec mireris, quòd in hac pragmatica æquiparen-
16 tur dario,& promissio pecuniæ, nam hoc est regulare, vt dare, & promittere paria sint in delictis,*glos. in §.si quis autem electum,in verbo, vel fideiussorem in auth.de sanctiss.Episcop.*

Illud tamen perpetuò notabis in hac materia,
17 quòd si principalis, ad quem spectat vindicta,interueniat in homicidio,etiam si alios conduxit mediante pecunia ad homicidium perpatrandum,nec ipse principalis, nec alij socij dicentur assassini, nec possunt puniri de assassinio, ita punctualiter tradiderunt *Hier.Gabr.cons.170.num.11.ad 13. vol.1. Bertazol.cons.crim.143.num.13.lib.1.et 356. num.26. lib.2. Vin.commun. opin.74. vers. vbi istam,et vers. seq. Baiar.ad Clar.in §.assassinium num.5. Farinac. quæst.123. inspect.5.num.148.* est de mente *Tiber. Decian.tract. crim.lib.9.c.30.nu.18. Petr.Caball. de omni genere homic.nu.496.* Nisi velis limitare in casu considerato à *Hier.Gab.cons.170.nn.12.lib.1.* quem sequitur *Hector Felic.alleg.117.n.3.* videlicèt quandò præcessit mandatum de occidendo data pecunia,illudq; fuerit acceptatum; nam tũc ex hoc solo dicetur consummatum delictum quòad mandantem, vt puniatur de assassinio,licèt ipse principalis voluerit postea interuenire in executione mandati.

Alia

Alia ad hanc materiam pertinentia habes apud *Brunor.a Sole q.34.Farin.q.123.* vbi latiſſimè, *& q.8. nu.82. ad 83.* poſt *Gram.vot.8.9. & 34.* iterùm *Farin. conſ.101.volum.1.& conſ.10.eod.volum. & conſ.143. vol.2.* vbi *num.1.* poſt *Cephal.conſ.57.num.20.& ſeqq.*

18 *lib.1.* aſſerit, quòd ſola derobatio occiſi poſt commiſſum homicidium inducit qualitatem latrocinij, & aſſaſſinij.

Sed non propterea omittam notabilem quæſtionem, quæ nuper accidit diſputanda in Sacro Conſilio, valdè neceſſariam ad interpretationem huius pragmaticæ.

19 An.ſ. hæc pragmatica, quæ loquitur ſpecificè de mandante, & mandatario, nulla facta mentione de alijs fortè cooperantibus in delicto, habeat locum in mediatore inter mandantem, & mandatarium ad faciendum tale delictum? vtputà ſi ego volens occidi facere Titium per aſſaſſinium, mando tibi, & tu mandes Seio mediãte pecunia, quòd occidat Titium, qui Scius te mediante acceptato mandato, & pecunia, procedat ad actum proximum, vulnerando Titium, morte tamèn nõ ſequuta; An, inquàm, tu, qui fuiſti mediator in hoc aſſaſſinio inter me, & Seium, tenearis pœna mortis per hanc pragmaticam inducta in hoc caſu mortis non ſequutæ?

Et ſi attendamus regulas generales in hac materia, cùm hæc pragmatica ſit correctoria iuris communis, & pœnalis, eò quòd de iure communi etiam in crimine aſſaſſinij morte non ſequuta non habet
20 locum pœna ordinaria mortis naturalis, vt affirmãt *Ant.Gabr lib.7.comm. concl. in prima concluſ. num.8. Vin.opin.74.* & alij relati per *Farin.queſt.123.num.78.*
21 non poſſet dubitari, quòd pragmatica non poteſt extendi de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, vt pro regula tradit *Villagut de extenſ. leg.correct.& pœnal.ſimul in princ. Aſſl.dec.vlt.nu.6.* & alij, quos refert *Farin.conſ.85.num.72. Iul.Clar.§ fin.q.89. verſ.ſed quæro nunquid.*

Præſertim quia hæc pragmatica non loquitur in
22 rem, ſed in perſonam, vt ibi *ſe alcuno prorompera*, & ibi *tanto lo mandante, quanto lo mandatario*, & ſic intrat diſtinctio *Bart. in l. omnes populi ff.de inſt. & iur. in l.quemadmodùm C.de agric. & cenſ. lib.11. in l.aut qui § fin.ff.quod vi.aut clàm, & in l.is, qui opem ff. de furt.* qui vbiq; concludit, quòd vbi ſtatutum loquitur in perſonam, non extenditur vltrà perſonas, & caſus expreſſos, *Decian.tract.crim.lib.9.c.32.nu.10.& c.39. n.5.in fi.vol.2.*

E' contrà verò nonnulla videntur ſuadere contrarium, nempè quòd hæc pragmatica habeat locum etiam in mediatore, ex pluribus.

Primò, quia talis mediator ſit expreſsè compre-
23 henſus in verbis ipſius pragmaticæ, ex quo etiam mediator ipſe dicatur mandans, vt eſt particularis doctrina *Ang.de maleſ.in verbo Sempronium mandatorem q.6.n.16.* vbi ait, quòd ſi mando tibi, vt tu mandes alij, tu ſecũdò mandans teneris, vt ego principalis, &c primò mandans, ſequitur ibi *Ang.de Arim. & Hippol.de Marſſing.181.* fuit originale dictum *Bal.in l.vnic.§.nè autem n.18.C.de cad.toll.* per *tex.in l.ſi ego ff.quod vi.aut clàm.* alios congerit *Farin.q.130.n.41.*

Hoc .n. caſu videntur plures mandantes, vnus im-
24 mediatus, qui mandat aſſaſſino percuſſori, alter mediatus, qui mandat mediatori, & ſic tenentur ſinguli eadem pœna, vt latè probat *Farin.q.136.n.10.* per *tex. in l.ſi quis id, quod ff.de iuriſd.omn.iud. in final.verb. cũ l.ſeq.* & in proprijs terminis videtur *tex.* manifeſtus in *l.2.ff.mand.* vbi traditur, mandatum contrahi inter nos, ſinè mea gratia tantùm tibi mandem, ſiuè aliena tantùm, & ſic mediator hic licèt aliena gratia mandauerit, nempè illius, qui ſibi mandauit, tamen ipſe principaliter tenetur actione mandati, ergò ipſe eſt mandator proprie.

Immò hic mediator poteſt dici nèdum mandans,
25 ſed etiã mãdatarius, quia reſpectu primi mandantis eſt mandatarius ad occidi faciendum, licèt reſpectu percuſſoris ſit mandans, & proindè ſi ſuam mediatoris operam præſtitiſſet mediante pecunia, proculdubio duplici reſpectu includeretur in pragmatica, vnò modo vti mandans, dùm ipſe mandauit percuſſori, vt mediante pecunia occideret, altero modo vti mãdatarius, dũ ipſe præſtitiſſet opem mediatoris, accepta pecunia pro ſua opera, ex conſideratis per *Capyc.deciſ.155.n.17.*

Secundò, quia hæc pragmatica nõ eſt correctoria
26 iuris communis, ſed continet diſpoſitionem ſecundùm ius commune, ſtatuens pœnam a iure communi ſtatutam, & proindè recipit omnes interpretationes, ampliationes, & limitationes, quas recipit ius commune, ſiuè loquatur in rem, ſiuè in perſonam, vt pro abſoluto tradit *Villagut de extenſ.leg.in tit. de extenſ. leg.correct.& penal.ſimul n.91.in fi.n.102.in fi.& nu. 111.* vbi infinitos cumulat.

Et de iure communi in quolibet delicto auxiliator
27 punitur eadem pœna, qua principalis delinquens, ſi cum auxilio dedit cauſam delicto, vt probat *Farin.q. 131.n.40.*

Id, quod multò fortiùs procedit in aſſaſsinio; nam
28 præſtãtes auxilium aſſaſsinis puniuntur eadem pœna, quandò non ignorant qualitatem aſſaſsinij, & pecuniæ interuentum, *Farin.q.123.n.33.& 34.*

Quod quidem auxilium triplici tempore præſtari
29 poteſt in quolibet delicto: Primò, ſcilicèt antè delictum. Secundò, in ipſo actu delicti. Tertiò, poſt delictum commiſſum, vt pulchrè explicat *Bart.in d.l. is, qui opem ff.de furt.* Et reſpectu primi temporis, ſcilicèt antè delictum, quod reſpicit caſum noſtrum, non ſolùm mediator ipſe, qui tractat delictum inter mãdantem, & mandatarium, de quo nos agimus, dicitur præſtare auxilium, ſed etiam is, qui literas de delicto tractantes alicui tranſmiſit; item & nuncius portans
30 literas, in quibus tractatur de committendo delictum, ſi tamen ſcienter dictas literas portauerit, idẽ ſi portauerit ambaſciatam, vt poſt innumeros relatos tradit *Farin.q.130. nu.4*. Item & mutuans pecu-
31 niam cauſa inueniendi aſſaſsinum, punitur vt principalis, *Villagut d.tit de extenſ. leg. correct. & penal. ſimul n.91 q.6.* per *text.in l.vtrum ff. de parricid. l.qui domum ff.de adulter.*

Quòd autem hęc pragmatica non ſit correctoria iuris communis, ſed potius conformis iuri communi, conſtat ex *Farin. d.q.124.num.101.& 104.* vbi poſt relatas illas duas opiniones contrarias, quarum al-
32 tera in hoc crimine aſſaſsinij punit pœna ordinaria mortis naturalis ſolùm conatum, & affectum, etiamſi non ſequatur effectus: Altera verò punit conatum, & affectum ſolùm, non ſequuto effectu pœna extraordinaria tantùm, non autem pœna ordinaria, ipſe conciliat has duas opiniones, vt prima procedat, quandò in hoc crimine aſſaſsinij fuit deuentum ad actum proximum; ſecunda verò, quãdo non fuit deuentum ad actum proximum, pro qua conciliatione affert maximum numerum *Doctorum*, & licèt *ibidem* referat aliquot *Doctores*, qui etiam in caſu, quo fuit deuentum ad actum proximum, volunt non eſſe locum pœnę ordinarię, effectu mortis, non ſequuto, tamen ex Catalogo *Doctorum*, quos ipſe adducit, conſtat, quòd contraria opinio affirmatiua eſt in fatis

maiori numero copiosissimo magis communis, & vbiq; vsu recepta, & præsertim in hoc Regno, cuiq; Supremis Tribunalibus, vt legitur apud *Grammat. vot.* 8. & 9 reprobata conciliatione eiusdem *Grammat. in suo dict. vot.* 9. prout aduertit *Petr. à Plaza in epitom. dict. c.* 19. *n.* 10. *vers. Rursus & illud conuenit, & nu.* 11. eandemq; conciliationem latiùs prosequitur *Villagut d. tract. de extens. legum. tit. de crim. assass. pœna* fol. num. 318. *n.* 11. *cum seq.*

33 Nec est curandum de alio *voto* eiusdem *Gramm.* 20. vbi fuit deuentum ad vulnera, & tamen non fuit imposita pœna ordinaria mortis, sed triremium tantùm; nam ibi fuerunt plura alia considerata pro defensione inquisiti ad exclusionem pœnæ ordinariæ, & signanter iniuriæ illatæ inquisito, & prouocationes cum incessibus prouocatiuis antè apothecam inquisiti cum hominibus armatis pro illum occidendo, quod specificè considerat, & ponderat *Villagut vbi supra num.* 17. propè *fin. vers. adde etiam hic*, & tamen adhùc maior pars votorum, etiam Regentiù fuit contra *votum Grammat.* cum quo concurrit solus Regens de Colle, vt ipse refert *in finalibus verbis*, quæ quidèm duo vota tanquàm mitiora maluit sequi Don Raymundus de Cardona tunc Prorex, quam aliorum magis rigorosa, licèt in maiori numero.

Eadem opinio fuit vsu recepta, & approbata per
34 Magnam Regiam Curiam Vicariæ Regni Siciliæ vltra Pharum, vt refert *Capyc. dec. is.* 155. vbi fuit deuentum ad vulnera tantum, morte non sequuta, & tamen assassini fuerunt pœna mortis puniti. Similitèr & per Senatum Mediolanensem, vbi assassini,
35 qui non peruenerant ad alium actum proximum, quàm conferendo se ad locum, vbi erat patrandum assassinium, fuerunt furca suspensi, *Cassan. in Consuet. Burgund. rubr.* 1. *colum.* mihi 20. *vers. aduerte tamen*, & *Bajard. ad Claran §. ass. assinium* post *num.* 24. & licèt nusquàm illa opinio fuisset vsu recepta, sufficeret, quòd haberet tot sequaces, vt posset dici com-
36 munis opinio, etiam si altera esset magis communis; nam hoc casu quandò statutum ad tollendas dissensiones inter *Doctores* approbat vnam opinionem potiùs, quàm alteram, tunc illud statutum non dicitur exorbitans, & correctorium iuris communis, sed potiùs conforme iuri communi, quia antè statutum erat in arbitrio Iudicis, sequi hanc potiùs, quàm illam opinionem, nec errabat sequendo magis vnam, quàm alteram, ità probat *Burg. de Pace in proœm. ll. Taur. n.* 42. *cum seqq.*

Tantò magis, quia pro hac opinione est *text.* expressus, & capitalis de iure canonico *in cap. pro humani, de homicid. in sexto*, à quo ius ciuile mutuatum est totam hanc materiam assassinij. Nostra igitur pragmatica, quæ approbauit illam opinionem, vt in crimine assassinij puniretur affectus, etiam non sequuto effectu, quandò fuit deuentum ad actum proximum, non potest dici exorbitans, aut correctoria iuris communis, sed potiùs conformis iuri communi.

Præterea, quia in eodem articulo erat maxima
37 dissentio inter *DD.* quandò diceretur esse deuentum ad actum proximum in hoc crimine, & aliqui erant in opinione, quòd ex solo motu de loco ad locum, nempè ex accessu ad locum committendi assassinij diceretur deuentum ad actum proximum, alij verò requirebant etiam insultum in personam occidendi, licèt nulla fuisset sequuta percussio: Alij verò vltrà insultum requirebãt etiam aliquam percussionem, licet contenti essent, quòd non sequeretur vulnus: Alij verò desiderabant, quòd esset deuentum ad actualem offensionem in personam immediatam, ita quòd non daretur alius actus magis proximus, & per agentem non steterit, quò minùs delictum fuerit secutum, faciendo quicquid potuit, & alij demũ negabant omninò dici deuentum ad actum proximum, nisi ex offensione fuisset sequutum vulnus, vt constat ex *Farinac. dict. quæst.* 123. *num.* 106. vsq; ad *num.* 108. vbi citat Authores vsquè ad nauseam more solito.

Eadem nostra pragmatica volens omnes sedare
38 disceptationes in hoc articulo, amplexa fuit hanc vltimam opinionem, tanquàm æquiorem, & mitiorem, & sic declarando opiniones dubias de iure cõmuni, approbauit primam opinionem, vt in assassinio ad finem puniendi assassinos pœna ordinaria mortis naturalis, sufficeret comitus, si deuentum sit ad actum proximum, quantùmuis non sit sequuta mors: Item declarauit actum proximum, vt non sufficeret quilibet actus, nisi ex eo sequatur vulnus, ergò in vtroq; capite non potest dici, quòd sit exorbitans, aut correctoria iuris communis, sed omninò conformis, & successiuè ad illius interpretationem intrant omnes ampliationes, limitationes, & declarationes de iure communi, inter quas illa est præcipua, vt puniantur eadem pœna tàm principales, quã omnes auxilium præstantes quoquo modo, vt superiùs fundaui.

Tertiò, quia dato quòd posset dici exorbitans, &
39 correctoria iuris communis, adhùc de iure posset extendi ad hunc casum, de quo quærimus, si attendamus rationem in ipsa pragmatica expressam, quæ considerat inumanitatem huius abominandi, & detestandi criminis, frequentiam, & facilitatem illud committendi, & pro reprimendo audaciam, & frequentiam illius satis immoderatam fuit hæc pragmatica promulgata, ita constat tàm ex verbis assertiuis in *Proœmio* ibi. *Considerando, che questo delitto de assassinio è ragioneuolmente da tutte le leggi abborrito, come abominevole, & detestabilissimo; dal quale se le persone non si astrahono con la seuerità della pena, se li apparecchia facilità di commetterfi per la malitia humana, & frequẽza del delinquere, immoderatamente cresciuta, & annentata, &c.* Et in dispositiuis, vt ibi *statuimo, et ordinamo, per reprimere l'audacia di delinquere, è la frequenza di sì horrendo delitto, etc.*

Hæc ratio proculdubio non minus comprehendit mandantem, & mandatarium, quàm ipsum mediatorem, qui re vera est, qui præbet causam delicto, subministrando operam suam in conducendo assassinũ, quem non conduxisset principalis mandans, & propterea sinè eius opera non habuisset effectum delictum.

Immò nõ est ponere os in Cælum, si dicamus, quòd
40 magis delinquit hic mediator, quàm principalis mãdans, quia de mediatore nullam suspitionem penetrare potuit is, contra quem fit tractatus, & proindè etiam si videat mediatorem alloqui aliquem malæ vitæ, & famæ, non potest suspicari aliquid machinari contra se, dùm cum illis nullam habet suspitionis causam, & sic nõ potest sibi præcauere, quòd si vidisset principalem alloquentem, secùs esset, quia de facili posset suspicari, nè aliquid moliatur contra se, & successiuè poterit sibi præcauere.

Si ergò ratio scripta in hac pragmatica ita mili-
41 tat in principalibus, mandante .s. & mandatario, quemadmodùm in mediatore, immò magis militat in mediatore, quàm in principalibus, tunc succedit

alia

ita iuris concluſio, quòd quandò ratio eſt ſcripta in
42 lege, etiam correctoria, & penali, tunc ex identitate, vel maioritate rationis eſt licita extenſio ad caſum non expreſſum, quia non dicitur propriè extenſio, dū ratio ipſa loquitur, quæ extendit verba legis ad omnem caſum, vbi eadem ratio reperitur, ita probat *Imol. in clement. 1. nu. 18. col. 3. verſ. ex iſta gloſ. de elect.* vbi poſt *Anton. de Butr.* dicebat, quòd hoc caſu non extenduntur verba rationis, ſed extendantur verba ſtatuti, ſubdens idem *Imol.* hæc verba eſſe notanda propter ſtatuta, quæ in proœmijs ponunt verba latiora, quam poſtea repetant in ſtatuto ſpecificè, quod latiſſimè comprobat *Hippolyt. Marſil. conſ. 61. à num. 1. ad 13. & in l. ſi quis viduam nu. 13. ff. de quæſt. & in l. qui falſam. §. accuſatio num. 6. ff. de f. inſ.* diffusè *Decian. lib. 9. cap. 32. num. 8. per tot.* & diffuſiſſimè *Villagut de extenſ. legum in tit. de extenſ. leg. corr. & pœnal. ſimul quæſt. unic. in prima fall. num. 36. cum ſeqq.* & hoc etiam in ſtatuto concepto in perſonam *Farinac. conſ. 85. num. 73. in fine* coniuncta *tertia limit. num. 76.*

Immò eſt licita extenſio in ſtatutis correctorijs iu-
43 ris communis, nèdum ad caſum, in quo viget ratio expreſſa in ipſo ſtatuto, ſed etiam ad caſum, in quo viget ratio iuris communis, quod corrigitur, ita *Napod. in Conſuet. Mulier de dotibus, in verb. quibuſlibet, verſ. ſed quid ſi filij, Præſ. de Franch. dec. 366. num. 10. verſ. & poteſt etiam eſſe ratio.*

Comprobatur id, quia ex eadem ratione expreſſa conſtat, quòd hæc pragmatica tendit in fauorem Reipublicæ, cuius intereſt, nè delicta remaneant impunita, & vt Prouincia quieta remaneat, & tunc in-
44 trat ſolemnis doctrina *Bart. in d. l. quemadmodùm C. de agric. & cenſit. lib. 11. num. 4.* qui ait in indiuiduo, quòd cùm pertineat ad fauorem Reipublicæ pumre maleficia, ad hoc vt prouincia quieta permaneat, pœna ſtatuti punientis facientem maleficium, punietur fieri faciens, vndè cùm in caſu noſtro hic mediator dicatur fieri faciens delictum, vt ſupra probaui, non minus quàm principalis mandans, vtiquè eadem pœna & ipſe mediator puniri debet.

Quartò, & vltimò, quia ſi hæc pragmatica in caſu
45 ſuo non comprehenderet mediatorem, quotieſcunquè accideret caſus in pragmatica comprehenſus cum interuentu mediatoris, eius diſpoſitio remaneret inanis, & vacua, & penitùs eluſoria, nèdum reſpectu ipſius mediatoris, de quo eſt noſtra quæſtio, ſed etiam reſpectu vtriuſq; principalis, tàm mãdatoris, ad cuius inſtantiam fit aſſaſſinium, quàm mandatarij, qui dicitur percuſſor, & nè ſtatuta re-
46 maneant eluſoria introductum eſt de iure, vt quomodocunq; ſint concepta verba ſtatuti, omninò ſit facienda extenſio de perſona ad perſonam, ita vt in ſtatuto comprehendantur non ſolùm principales in delicto; verùm etiam participantes, & cooperantes in ipſo delicto, vt conſtat ex *Canoniſtis in clement. 1. de ſepultur.* in declaratione illius *text.* dùm volunt,
47 quòd illa conſtitutio, per quam declarantur excommunicati omnes, qui in cœmiterijs Eccleſiæ tempore interdicti in caſibus à iure non permiſſis, vel publicè excommunicatos, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos ſcientèr ſepelire præſumpſerint, liget non ſolùm actu ſepelientes, ſed omnes cooperantes in ſepeliendo, prout ſunt Clerici celebrãtes Diuinum Officium pro talibus ſepeliendis, aſſociantes, iubentes, ſeù permittentes ſepeliri in loco ſacro, deferentes cœreos circa funus, & huiuſmodi, quia actu ſepelientes, vt plurics ſolent eſſe perſonæ viles, in quibus præſumitur ignorantia, & proindè conſtitutio eos non ligat, & ſi neq; cooperantes cõprehenderentur, illa conſtitutio illuderetur, ita omnes *Canoniſtæ ibi*, & ſuſiſſimè *Villagut d. quæſt. vnic. num. 81. cum ſeqq.* & propriè poſt *num. 82. verſ. idem probatur.*

Quòd autem in hoc caſu pragmatica redderetur
48 fruſtratoria, in promptu eſt, ſiquidèm ſi pragmatica non comprehendat mediatorem, quia non loquitur de mediatore, ſed de mandatore, & mandatario tantùm, ſequitur perneceſſe, quòd pragmatica non poterit habere locum, niſi quandò mandator ſuo proprio ore, & immediatè alloquutus eſt mandatarium, dando ei mandatum de occidendo, mediante pecunia ſoluta, aut promiſſa, ergo quotieſcunquè committitur aſſaſſinium in caſu pragmaticæ cum interuentu mediatoris, pragmatica non poteſt habere locum reſpectu principalis mandantis, quia non poteſt dici mandans in caſu pragmaticæ, dum ipſe non dedit mandatum immediatè ſuo proprio ore, quia non eſt caſus pragmaticæ. Nec etiam habebit locum reſpectu principalis mandatarij percuſſoris, eadem ratione, quia mandans, & mandatarius ſunt correlatiui, & non dato mandante, non poteſt dari
49 mandatarius, nam deſtructo vno ex correlatiuis, deſtruitur aliud, & ſic remoto vno, remouetur aliud, *l. 1. C. de cupreſs. lib. 11. l. fin ff. de acceptilat. & in l. fin. C. de md. viduit. tollend.* latè *Euerard. loco 76. à correlatiuis.* latiùs *Farinac. conſ. 85. num. 74.* & ſuſiùs *Decian. lib. 9. cap. 3. in princip.* loquens in ſpecie de mandante, & mandatario, *& num. 3.* inter, quòd quotieſcunquè vnus non poteſt dici aſſaſſinus, nec etiam alter.

Et quemadmodùm non poteſt dici mandans, niſi immediatè ſuo ore det mandatum mandatario, ita non poteſt dici mandatarius niſi qui immediatè ſuis proprijs auribus ſuſcipiat mandatum ab ore mandantis: nequaquam poteſt habere locum in mediatore, quia de eo non loquitur pragmatica; ergò nemo ex prædictis delinquentibus includeretur in pragmatica, & ſic in totum ceſſaret pragmatica in hoc caſu. Nè igitur in caſu noſtro pragmatica reddatur eluſoria, omninò comprehendet etiam mediatorem.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit deciſum per Sacrum Conſilium ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ ſub die 24 Septembris 1614. in cauſa Minichelli Camugli inquiſiti de lethali vulnere illato mediante pecunia in perſonam Franciſci Morales per Petrum Paulum Dauid mandatarium, ex mandato ad occidendum ei dato per Iulium Rummum, mediante dicto Minichello Camuglio, qui fuit mediator inter Iulium mandantem, & Petrum Paulum mandatarium, vt in Banca Danielis Actuarij Magnę Curię Vicarię, confirmando decretum M.C.V. quæ habuit pro vero, quòd pragmatica, quæ loquitur de mandatore, & mandatario, non comprehendat mediatorem, & propterea decreuerat, quòd ſuperſederetur in ſoriudicatione dicti Minichelli mediatoris, ſed reſpectu Petri Pauli mandatarij eodem decreto fuit dictum, quòd procederetur ad foriudicationem, & ad rationes ex aduerſo ponderatas fuit replicatum.

Quòad primum, quòd mandãs propriè dicitur, qui
50 ſui tantùm gratia, & ad ſui commodum mandat, vt pro regula tradit *Decian. tractat. crimin. lib. 9. c. 31. in princ.* & in ſtatutis præſertim pœnalibus, & correctorijs verba ſunt propriè interpretanda, nequè obſtat
51 *text. in diſt. l. 2. ff. mandat.* nam ille *text.* procedit, quo-

siefcunq; mando tibi nomine meo proprio, licèt in gratiã, seu commodum, aut causam alterius, secùs si nó mando nomine meo proprio, nec in causã meam, sed nomine alieno, & in causa alienã, nã tunc ego nó teneor mandati, quia non fuit contemplata persona mea, sed alterius, prout resoluit *Bart. in l. procurator, qui pro euictione, ff. de procurat.* idem *Bart. Bald. Ang.* & alij in *l. si pupilli, §. 1. ff. de negot. gest. Soc. sen. cons. 154. volum. 2. Natt. con. 641. num. 1. volum. 4. Rip. in l. 4. in princ. num. 10. ff. de re iud. Sylu. in cons. 3. Boer. dec. 80. Laur. dec. Auen. 76. Capallin. mille. 275.* & apertè probatur in *l. 1. ff. mandat.* vbi dicitur, quòd contra-
12 hitur mandatum, etiam per nuncium, & tamen nuncius non obligatur, quia non mandat nomine suo, sed domini, & apertius in *l. si ego*, vbi specificè *glo. ff. quod vi, aut clam*, & doctrina *Bald. Angel de malefic. Hippol. de Marsil.* & aliorum benè procedit, vt secundò mandans teneatur eadem pœna, qua primus mandãs, quia tanquàm particeps delicti appensati, & animo deliberato patrati tenetur eadem pœna, prout omnes agentes, & consentientes pariter tenentur, & etiam in hoc casu hic mediator tanquàm particeps, conscius, & tractator delicti, tenebitur eadem pœna, qua principalis mandans, sed ea, quæ est imposita de iure communi, non tamen pœna mortis ampliata per pragmaticam, cùm non sit specificè nominatus in pragmatica. *Gurb.* declarat *cons. 8. n. 21.*

Quò verò ad secũdam fuit dictum, quòd quicquid
13 sit de iure communi obseruatum in alijs Prouincijs, tamen certum est, quòd in hoc Regno fuit vsu frequentiori recepta illa mitior opinio, vt scilicet etiam in crimine assassinij non puniretur conatus pœna mortis, etiam si fuisset dequentum ad actum proximum, nisi sequuto effectu mortis, vt constat ex eodem *Grammat.* qui *dec. 2 nu. 25.* attestatur, ità pluriès fuisse iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ, co existente ibi Iudice per annos ferè 30. & re vera ità etiam post tempora *Grammat.* vsq; ad tempus editæ pragmaticæ, cui dedit causam hæc obseruantia, non autem diuersitas opinionum, qua obseruantia sic indubitata existente non poterat difficultari, quin pragmatica esset correctoria iuris communis, in hoc Regno obseruati, & simul pœnalis, & exorbitãs, dùm auget pœnam de iure communi, ex traditis per *Sylu. nupt. lib. 5. n. 64. et seq.*

Quòad tertiam fuit replicatum, quòd secundùm-
14 opinionem in Regno receptam verius est, quòd etiam si sit expressa ratio in lege correctoria, & pœnali, nunquàm est licita extensio, vt constat ex *Affl. dec. 21. num. 5. et dec. vlt. num. 17.* latissimè *Campagn. in cap. Regn. Ad hoc num.* mihi *144. vers. et ex hoc subintratur. Euerard. in loc. 35. à ratione legis larga ad extensionem ipsius legis car.* mihi *119. à terg. in paruis, vers. item scias, quòd id quod dixi.* Nec vim facit, quòd
15 pragmatica tendat in fauorem Reipublicæ, cuius interest, nè delicta remaneant impunita, nàm contrarium verius esse demonstrat *Sarmient. select. interpr. lib. 1. cap. 12. per tot.* & si hæc ratio esset attendenda,
16 sequeretur, quòd omnia statuta pœnalia, quæ coarcẽt delicta, essent fauorabilia, quia concernunt publicam vtilitatem, & per consequens extendenda, quod non est dicendum, vt benè ponderat *Farin. cons. 27. num. 7.*

Quò verò ad quartam, & vltimam rationem fuit
17 consideratum, quòd illa ratio vera est, & indubitatè procedit, quandò pro delicto in statuto non comprehenso non esset imposita aliqua pœna de iure communi, sed quotiescunquè adest pœna de iure communi, tunc cessat illa ratio, quia delictum non remanet impunitum, sed omissa pœna statutaria est imponenda pœna de iure communi, ità post *Imol.* tradit *Soc. in cap. vt fama num.* mihi *99. et seqq. vers. quæ opinio est vera secundùm Ioan. de Imol. extra de sentent. excommun.* & sequitur idem *Villagut ibidem nu. 198.* optimè *Thob. Non. cons. 95. num. 9.* post *Bart. in l. 2. §. exercitum, ff. de his, qui not. infam. Curt. iun. in l. 2. n. 70. C. de edend.* & ità delictum non remanet impunitum, & pragmatica consequetur effectum suum quòad principalem mandantem, & mandatarium percussorem, qui est proprie casus ipsius; nàm illa consideratio, quòd mandatum non potest contrahi, nisi mandans proprio ore loquatur cum mandatario, non est vera de iure, quia mandatum contrahitur etiam per
18 nuncium, vel epistolam, nulla intercedente alloquutione inter mandantem, & mandatarium, vt est *text.* expressus in *l. 1. ff. mand.* & propterea non est mirum, si in casu pragmaticæ contrahitur mandatum per mediatorem, licèt mandans, & mandatarius ad inuicem non colloquantur: Decretum Sacri Consilij est in processu Magnæ Curiæ Vicariæ, & penès Secretarium Sacri Consilij. Sed hoc intelligas esse verum, quando hic mediator non suscepit mandatum occi-
19 dendi per semetipsum, nisi vt fungeretur mihi officio simplicis mediatoris ad inueniendum alium assassinum mandatarium, nàm si suscepisset mandatum exequendum per se ipsum, licèt ipse postea alij committat executionem, tunc forsàsse ipse principaliter comprehenderetur sub hac pragmatica, iuxtà *text. in l. 6. si ego ff. quod vi, aut clam.* Et pro decisione conferunt eruditi per *Carol. de Graff. de effect. Cler. effect. 1. n. 708.* dùm ait, quòd in assassinio pecunia debet Sicario dari, vt homicidium faciat, non alij proditoriè cooperãti, & hæc decisio dedit causam pragmaticæ editæ die 19. Augusti 1621. quæ est *2. infra*
20 *cod.* per quam fuit ampliata dispositio huius pragmaticæ ad omnes, & quosuis mediatores, quomodolibet intercuenientes, & cooperantes in assassinio,

ADDITIO.

AVctrà *DD.* citatos à *Domino Regente* ad fundandum, quòd non potest procedi contrà mandantem, nisi mandatarij persona sit certa, id etiam probat clarissimè *text. in l. libellorum 3. ff. de accusat.* ibi: *Et persona, cum qua admisisse dicitur*, cui concordat *text. in l. sed & ex dolo 16. §. final. ff. de dolo*, & latè fundat *Hippolyt. de Marsil. cons. 49. sub num. 11. vers. tertiò pro hac parte, & num. 59. & 60. & consil. 34. num. 4. 5. & 6.* idem *Hippolyt. singul. 400.* & eleganter *Bursat. consil. 20. num. 6. vol. 1. & consil. 440. num. 6. volum. 4. Foller. in pract. crim. in vers. capias informationem num. 70. Menoch. de arbitr. ind. casu 352. num. 20. & Bossius* omninò videndus in *titulo de delict. nu. 34. 35. & 99.* vbi dicit, quòd depositio testis contra mandantem non valet, nisi deponat expressè contra homicidam mandatarium, & idem repetit in *titul. de mandat. ad homic. num. 2. & 37. Nouius consil. 101. num. 7. Surd. consil. 40. num. 47. & Decian. in titul. de mand. prem. inter codex. num. 44. tom. 2.*

Huius conclusionis, præter alias, ea est ratio, quia dùm incertus est mandatarius, non potest inquisitus se defendere. Enimuerò si constaret de mandatario, à quo delictum commissum fuisse asseritur, mediante mandato, posset inquisitus suas facere defensiones, probando contrarium, vel quòd ille talis mandatum non habuit, vel quòd delictum non commisit, vel si commisit, fuit ad sui defensionem, nó autem

ex

ex mandato,& mandatum exequendo, benè *Hippol. de Marſil.in d.conſ.49.n.59.& conſ.34.n.5.& 6.*

Hinc tradunt DD. cautelam mandanti ad euirandum pœnam mandati, vt mandatarius confiteatur, ſe non virtute mandati, & mandatum exequendo, ſed ex ſe,& ſua cauſa homicidium commiſſiſſe, vt tradit *Cæpol.caut.39.*eumq; refert *Gram.vot.11.n.20. et Blanc.in præct. crim.cant.7.num.3.* De quo tamen dubitat *Alex. ad Bart.in l.final. §.final.ff de quæſt.* & dicit, recurrendum eſſe ad coniecturas,& cauſas,an ex ſint potiùs contra mandantem, quàm contra mãdatarium. Et verè ſi de mandato conſtat, debilem profectò nimis agnoſcet quiſq; hanc *Cæpoll.* cautelam; Actus enim præſumitur factus in exequutionem præcedentis mandati,& cauſæ, *Menoch.de præſumpt. lib.2. præſumpt.74.num.3.* & in exequutionem præcedentis tractatus, idem *Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.49 num.2.* & in proprijs terminis, quòd ſi quis mandauerit aliquem occidi,præſumitur homicidium feciſſe in exequutionem præcedentis mandati,dixit idem *Menoch.in d.præſumpt.49.num.12.lib. 3.* ex *Bart. Alex. Iaſon.* & alijs,quos allegat. Ideòque non ſufficit ſimplex eius confeſsio, occidiſſe ſcilicet, ex ſua cauſa; & non mandantis nomine, & in exequutionem mandati, ſed plenè probare id debet, prout optimè docet *Carrer.in pract.crim.§.5.num.15.* & faciunt tradita per *Bart.in l. Aurelius. §.idem quæritur.ff de liber.legat.* & alios,quos citat *D.Donat. Ant. de Marinis reſol.83. Ioa.Gutierr.pract.quæſt.lib.3.q.12. num.34. Gramm.dec.5.num.13.et 14. et Thom.Triuiſ. dec.46.lib.2.*

B Clericus aſſaſsinus, vel qui mandat, aſſaſsinium fieri,etiam in ſacris,vel alia dignitate conſtitutus, an poſsit puniri à Iudice laico, abſq; actuali degradatione, & an requiratur ſententia declaratoria,fuiſſe commiſſum delictum per aſsaſsinium, & an hæc declaratoria fieri poſsit per Iudicem laicum,vel debeat fieri per Eccleſiaſticum,tractant DD. in *cap.1. de homic.in 6. Carrer in pract.crim.in §.5.num.10. Gramm. vot.6.* qui loquitur in Sacerdote Prothonotario Apoſtolico, & *vot.11.*vbi loquitur de alio Sacerdote,*Clar.in §.final.quæſt.56.num.25. & 26.* qui de iure loquitur, & de conſuetudine,allatis in medium obſeruantia Senatus Mediolani,& deciſione Sac.Conſ. Neapolitani apud *Capyc. dec.112. D.Reg.Merlin. in controuerſ.forenſ.centur.1.cap.40.nu.1.* In quo etiam ſatis elegantèr tractat,an in probanda hac qualitate aſsaſſinij,cùm agitur de cognoſcẽdo Clericum aſsaſſinum (modo tamen à ſacris canonibus permiſſo)vel de priuando aliquem Eccleſiaſtica immunitate propter crimen aliquod exceptuatũ per iura canonica, de quibus in *cap.inter alia de immunit. Eccleſiaſt.* ſit reus audiendus in ſuis defenſionibus circa qualitatem prædictam,an verò ſtandum ſit teſtibus receptis ad informationem Curiæ,eo non citato,& alios,quãplurimos citat *D.Graſſ.de effect.Cleric.effect.1.à num. 668.ad 718.* Verùm contra prædictorum opinionem videndi ſunt *Marius Italia* vir perſpicacis ingenij *in tract. de immun. Eccleſiaſt. cap.5. §.5. lib.1.per tot.* vbi citat etiam *Alexand.Ambroſin. de immun. et libert.Eccleſiaſt.cap.17.nu.10.11.et 29.* & Reuerendus Pater *Alex.Peregr.*in eod.*tract.de immun.Eccleſiaſt. cap.7.nu.53.* & alij tractantes etiam de ſupradictis omnibus.

At quicquid ſit de hoc, certum tamen eſt, quòd dato,quòd Iudex ſæcularis procedere poſsit contra Clericum aſsaſsinum,illumq; punire in caſibus permiſsis, & vt declarant Doctores, nihilominùs eius iuriſdictio non eſt priuatiua ad Iudicem Eccleſiaſticum,ſed cumulatiua,ideòq; contrà Clericum aſsaſsinum procedere etiam poterit Iudex Eccleſiaſticus, & erit locus præuentioni, in tantum quòd ſi eſt punitus ab vno ſufficientèr,non poterit puniri ab alio, ſecũdùm quod dicit *Graſſ.d.effec.1.n.717.*ex *Gramm. conſ.2.*poſt *deciſ.*& *Baiard.ad Clar.in §.final. quæſt.36. num.37.* Si tamen tale erit facinus, quòd ſanguinis pœnam non merebitur, eam namq; imponere non poterit Epiſcopus, *Abb.in c.at ſi Clerici,de iudic. ſub nu.41.*

Certum eſt etiam, quòd Clericus aſsaſsinus nedùm à ſæculari Iudice cognoſci poteſt, modo tamen à ſacris canonibus permiſſo, ſed etiam gaudere non debet Eccleſiaſtica immunitate, propter enorme delictum aſsaſsinij, & impunè extrahi poteſt ab Eccleſia, vel alio quolibet loco immuni, ità *Decian. in tract.crim.tom.2.cap.28.num.13.et Remigius de Gomr.* in ſuo *tract.de immun.Eccleſiaſt.fall.15.num.10.*quos refert Reuerend.Pater *Alex. Peregr. de immun.Eccleſ.d.c.7.n.41.*

Quomodò autem, & per quem debeat fieri hæc extractio in aſsaſsinio, in proditorio crimine,& alijs caſibus permiſsis,vide *Marium Itali.in d.tract.de immun.Eccleſiaſt. lib.1.cap.6.per tot. Alex.Ambroſ.de immun.Eccleſiaſt.cap.11.ſub nu.1.*& Reuer.P.*Peregr.* in relato *cap.7.*& alibi, & per alios Doct. Canoniſtas de ſupradictis diſputantes. Io.Laganar.

De Aſsiſtentia bonorum præſtanda. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Aſsiſtentia extrema probanda quæ ſint,remiſſiuè.*
2 *Aſsiſtentia non venit ſub illa clauſula,ius,& iuſtitiam miniſtrari,niſi expreſsè in libello ſit petita.*
3 *Aſsiſtentia poteſt peti contra tertium poſſeſſorem,etiam non liquidato debito cum principali debitore. Et in caſu,quo fuerit liquidatum præiudicat poſſeſſori.*
4 *Creditor ex cauſa annuorum introituum non poteſt obtinere aſsiſtentiam,niſi prius reſciſſo inſtrumento cum principali debitore,et quid in praxi obſeruandum.*
Præceptum, ſiue decretum de ſoluendis tertijs habet vim interlocutorij.
Hinc illationes. Hinc effectus,et vtilitates nu.eod.
Quod obtinet,etiam ſi cum dicto præcepto fuerunt reiectæ exceptiones peremptoriæ.
Secùs ſi fuerint admiſſæ. ibidem.
Appellatio non committitur ad inſtãtiam inquiſiti, qui fuit excluſus à petita remiſſione.
.... At committitur ad petitionem Baronis, et de diuerſitatis ratione.
Decretum mixtum quandoq; regulatur à natura meri interlocutorij,et interdum meri diffinitiui.
Decretum exceptiones peremptorias excludẽs eſt interlocutorium.
Admittens eaſdem eſt diffinitiuum, et cum ratione, ibidem.
5 *Aſsiſtentia vndè oriatur, remiſſiuè.*
6 *Aſsiſtentiæ extremum inter cætera eſt probare, rem fuiſſe in bonis debitoris, & nùm ſufficiat exhibere inſtrumentum venditionis, in quo debitor ſe conſtituat poſſidere nomine emptoris.*
7 *Aſsiſtentia ſi petatur contra tertium poſſeſſorem habentem cauſam à debitore, nùm ſit neceſſe probare, rem fuiſſe in bonis communis debitoris.*
8 *Aſsiſtentia petita ſuper bonis à me poſſeſsis ad inſtantiam creditoris mei creditoris, an de iure procedat.*

Conſti-

Constitutum complectitur etiam bona mei debitoris, medium propria mei constituentis.

9 *Assistentiæ enim requisitum necessarium sit probare dominium debitoris, vel sufficiat probare, rem fuisse in bonis, vel de bonis debitoris, nu.* 13. *vbi* Assi. *de his ponderatur, n.* 15. *&* 33.

10 *Differentia quæ sit, an res sit in bonis, vel de bonis alicuius, & n.* 10. *vbi declaratur tex. in l. bonorum appellatio, §. in bonis ff. de verbor. sign.*

11 Computare *verbum* numerare *significat.*

12 *Bona quæ bona quæ possidemus non dicuntur esse in bonis nostris propriè.*

14 *Actio cui detur, multò facilius datur exceptio.*

16 Assistentiæ *vocabulum vnde sit desumptum.*

17 *Assistentiæ in iudicio tria præcipuè concurrunt remedia, & quæ nam illa sint, explicatur nu.* 20.

18 *Saluianum interdictum est iudicium merè possessorium adipiscendæ.*

19 *Remedium* l. final. C. de acquir. possess. *est possessorium recuperandæ.*

21 *Constitutum de per se absolutè, & principaliter non subsistit, nisi accedat alicui contractui principali, & quandò inducatur.*

Clausula constituti, & precarij omnem transfert possessionem.

22 *Constitutum nùm habeat locum in feudalibus.*

23 *Hypothecaria actio nascitur, dùm obligantur omnia bona, & quandò sit proditum Saluianum interdictum.*

24 *Remedia illa tria ad assistentiam concurrentia licèt sint in se pœnitùs diuersa, tamen tendunt ad eundem finem.*

25 *Debitor in casu assistentiæ non potest creditori dominij quæstionem referre.*

26 *Creditori agenti iure assistendi non est opus probare dominium ipsius debitoris, sed sufficit probare possessionem tantùm, & quid si agat contra tertium, n.* 27. *Et quid si intentetur iudicium contra tertium pœnitus extraneum, n.* 28.

29 *Saluianum interdictum non datur contra tertium, sed contra principalem debitorem tantùm.*

30 *Hypothecariæ actionis remedium, dum agitur contra tertium non habentem causam ab eodem debitore, an requirat necessariò probationem dominij in personam debitoris, & quid in habente causam ab eodem, vel si agatur contra ipsummet principalem debitorẽ, num* 31.

33 *Assistentiæ effectus qui nam sit.*

34 *Assistentiæ idem effectus an reluctet, si sit præstita assistentia ipsa super simplici actione hypothecaria.*

35 *Creditore volente exequi sententiam per viam adiudicationis, bona, super quibus est præstita assistentia, appretiantur per non suspectos, & pro pretio æstimato ipsorum dominium ei adiudicatur, si alius maius offerat, quia tunc pro pretio oblato fiet adiudicatio, etiam contra mulierem petentem assecurationem; vergente marito ad inopiam.*

36 *Ius offerendi quando competat possessori.*

37 *Appretio facto retrotrahitur dominium ad tempus sententiæ, vbi res est adiudicata præuio appretio.*

38 *Constituti, & precarij clausula potest apponi in contractu, etiam ex post facto, modò adsit in cautelis pactum, quòd extendantur omnes clausulæ ad consilium Sapientis.*

39 *Constitutum, & precarium etiam ex post facto, si non reperiatur appositum, ex clausula illa ad consilium Sapientis an possit præstari assistentia.*

40 *Pragmaticæ huius limitatio remissiuè in casu discussionis principalis.*

41 *Adiudicatione facta, per quam sit translatum dominium in creditorem, an possit debitor offerre creditũ eius creditori, & rem adiudicatam recuperare.*

ASsistentiam,&c. Assistentia præstatur contra tertium possessorem, etiam principali non discusso: probatis tamen extremis. H. D.

Amplia, vt procedat etiam si prima sententia fuit reuocata per secundam: quia etiam hæc secunda habet exequutionem paratam, *Præl. de Franch. dec.* 136. *Reg. Salern. dec.* 26. *Ferrer. in Const. Cathal. hac nostra tertio euident. n.* 111. contrarium defendit, & dixi *supra de appellat. prag.* 2. *n.* 8.

1 Quæ sint hæc extrema probanda in assistentia, vide *Thesaur. dec.* 38. & intellige, quandò expressè in
2 libello petita est assistentia, alias non venit subtilla clausula *aut, & iustitiam ministrari*, vt optimè declarat *Idem Thesaur. dec.* 53. *num.* 4. *&* 5. vbi *in fine* ampliat procedere dispositionem huius *tex.* etiam non
3 liquidato debito cum principali debitore; Quandò verò esset liquidatum creditum cum principali debitore, inaudito tertio possessore, hæc liquidatio faciet tale præiudicium huic tertio possessori, vt transferat onus probandi contrarium circa liquidationẽ
4 in ipsum tertium possessorem, *Monach. decis. Bonon.* 23. *in princ.* quod intelligas, quandò creditum de per se esset liquidum, secùs si pro liquidatione crediti oporteret rescindere contractum, prout est in creditore ex causa emptionis annuorum introituum, quia pro capitali non potest præstari assistentia, nisi rescisso priùs instrumento, & talis rescissio non potest fieri cum solo tertio possessore, sed premecesse fieri debet cum principali debitore, seù eius hæredibus, quicquid in contrarium aliqui sibi persuadeant ex *Alex. cons.* 85. *lib.* 6. Nàm non procedit, quandò liquidatio crediti eget rescissione contractus, pro qua rescissione obtinenda necessariò est faciendum iudicium contra principalem debitorem, cui sunt facienda præcepta de soluendo tertias decursas, & demùm præcedente, nèdum mora in soluendo, sed etiam contemptu Iudicis in purgando moram, est rescindendus contractus, & condemnandus debitor ad restituendum capitale vnà cum tertijs, & interesse, & ita passim obseruauimus, & quotidiè obseruamus in Sacro Consilio.

Et hæc præcepta de soluendo tertias habet vim sententiæ interloquutorię, *glos. in §. ad excludendas in verbo interlocutionibus in auth. de litigios. Aufrer. ad Capell. Tholosan. dec.* 350. *Guid. Pap. dec.* 112. *num.* 1. & idcò si contigerit appellari à præceptis prædictis, non poterit inhiberi, nec facta relatione à M. C. vigore supplicationis de verbo faciendo potent committi causa; sed debet tractari ad relationem M. C. tantùm ex eisdem actis, absquè nouo termino, *Clement. appellanti, de appellat.*

Idq; procedit, etiam si cum præcepto fuerint reiectæ exceptiones oppositę aduersus instrumentum falsitatis, simulationis, non numeratę pecuniæ, præscriptionis, & similium, dato termino in causa, prout seruatur in causa remissionis petitę per inquisitum, petentem se remitti ad Baronem, vel ad Ecclesiasticum, vel reponi ad Ecclesiam; quia ad instantiam dicti inquisiti non committitur appellatio in S. C. sed tractatur ad relationem M. C. absquè nouo termino, *pragm. 77. de offic. S. R. C.* ratio est, quia quamuis tunc videatur, præceptum cum exceptionum reiectione habere vim diffinitiuæ, vt per *Felin. in rubr. nu.* 5. & 6. & propriè *nu.* 9. *in fine, et num.* 19. *extra de sentent.*

& re iudicat. quæ vti mixta quandòquè regulatur ſecundùm naturam meræ interloquutoriæ, & quandòque diffinitiuæ, prout participat de aliquo extremo, vt per *Abb. in cap. peruenit, lo ſecondo num. 8. extrà de appellat. Scacc. de appellat. cap. 2. quæſt. 17. limit. 47. membr. 1. num. 194.* tamen in hoc potius accedit natura interloquutoriæ: quia non finit officium Iudicis, vt exemplificat *ibidem Abb. num. 9.* dum ex ea non deciditur negotiũ principale, & expectat aliam ſententiam poſt ſe, & in hac mixtura attenditur, quod magis præualet, & cui extremo magis accedit, vt conſiderat *Abb. ibidem, num. 8.* quem ſequitur *Ang. Aret. in Leius, qui ideò num. 5. in fin. de appellat. non recipiend. & Dec. in dict. cap peruenit lo ſecondo nu. 23.* & quòd ſententia ſuper exceptionibus peremptorijs ſit interloquutoria, eſt *gloſ.* magiſtralis in *Clement. fin. in verb. repulſione, de appellat.* quam ſequuntur relati per *Felin. in d. rubr. num. 8.* ſecùs verò eſſet, ſi ſententia admitteret exceptiones oppoſitas; quia tunc ſententia diffinit totum negotium, & parit in perpetuũ exceptionem rei iudicatæ, & non expectat aliam ſententiam poſt ſe, vndè à prædicta ſententia poterit appellari, & fieri inhibitio, & facto verbo ad relationem Magnæ Curiæ poterit committi, vt per *Felin. in dict. rubr. num. 10.* quem refert, & ſequitur *Marant. in ſpeculo par. 6. in verb. & demùm fertur ſententia num. 39.* & hac eadem ratione ad inſtantiam Baronis poterit appellatio committi in Sacro Cõſilio, eùm reſpectu ſui ſit diffinitiua, & non expectet aliam ſententiam poſt ſe, vt per *Caraui. Rit. 259. in fin.* quicquid dixerit *Muſcatell. in prax. de appellat. p. 1. in verb. ſententia, n. 188.* reſpectu Baronis.

1 Vndè autem oriatur hæc aſſiſtentia, vide *Capyc. dec. 51. in 1. dub. Marant. in tract. de remed. poſſeſſ. n. 85.*

6 Et quia inter cætera extrema requiſita huius aſſiſtentiæ eſt probare, rem fuiſſe in bonis debitoris, an ad hoc probandum ſufficiat exhibere inſtrumentum venditionis factæ per debitorem, in quo etiam ſe cõſtituerit poſſidere nomine emptoris? & *Pancirol. conſ. 42.* concludit, quòd non.

7 Limita tamen hoc requiſitum, quando aſſiſtentia petitur contra tertium poſſeſſorem, qui habet cauſam ab eodem debitore, quia tunc non eſt neceſſe probare, rem fuiſſe in bonis huius communis debitoris, *Bart. in l. de rebus, C. de donat. propter nupt. Salyc. in l. cùm res, verſ. quæro nunc de ſecundo, C. ſi res alien. pign dat. ſit, Bertrand. conſ. 1. num. 68. volum. 1. parte priori.*

8 Si aſſiſtentia petatur ſuper bonis à me poſſeſſis ad inſtantiam creditoris mei creditoris, de iure procedit, *Cravett. conſ. 892. num. 6. volum.* 5. Et notandum eſt, quòd hic articulus accidit diſputandus in Sacro Conſilio inter Ioannem Baptiſtam de Puteo, & hæredes Ioannis Andreæ de Donato, & fuit iudicatum me referente, conſtitutum operari etiam in bonis debitoris mei debitoris ei obligatis ſub die 19. Decembris 1626. Actuarius eſt Carbonus.

9 An autem in hac materia aſſiſtentiæ ſit requiſitum neceſſarium probare dominium debitoris, vel ſufficiat, ſi probetur, bona fuiſſe in bonis, & de bonis illius debitoris, ex vulgata *deciſ. Affl. 383. num. 6.* Ego aliàs dùm accidiſſet quæſtio in Regia Camera Summariæ inter Regium Fiſcum actorem, & Ferdinandum Sanſeuerinum Comitem Saponariæ conuentum ſuper oſtenſione tituli Caſtri Vigianelli, fundaui, neceſſariò eſſe probandum etiam dominium, nil in hoc refragante dicta *deciſ. Affl.* ſiquidèm *Affl. ibi* concludit, quòd ſufficit probare, rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, ſed quid aliud eſt probare, rem eſſe in bonis, & de bonis alicuius, niſi quòd ſit in dominio illius? hoc probat mihi *text.* expreſſus in *l. rem in bonis, ff. de acquir. rer. domin.* cuius hæc ſunt formalia verba. *Rem in bonis noſtris intelligimur habere, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes, ad recuperandam eam actionem habemus.* Hucuiquè *Iuriſconſult.* ergò is, qui poſſidet, debet eſſe dominus; nàm ſi eſſet ſimplex poſſeſſor, aduersùs vendicantem non haberet exceptionem, & contra poſſidentem non haberet actionem ad recuperandum, & propterea non poteſt dici, rem eſſe in bonis noſtris, niſi illã poſſideamus tanquàm domini: Idipſum optimè probat *text. in l. 2. §. hac actione in princ. ff. vi bonor. rapt.* in quo etiam *text.* probatur, quæ differentia ſit, an 10 res ſit in bonis, vel de bonis alicuius, nàm dùm *text.* dicit, quòd actio vi bonorum raptorum competit, ſiuè res ſubrepta ſit in bonis noſtris, ſiuè non, dùm tamen ſit ex bonis, *gloſ.* declarando *text.* dùm dicit *in bonis*, declarat *in dominio*, & allegat *text. in dict. l. rem in bonis*, dùm verò dicit, *ex bonis* exemplificat in exemplis in eo *text.* traditis, ſi ſcilicèt res ſit apud aliquem, vt i commodata, locata, pignorata, vel depoſita. Idem apertiſſimè probat *text. in §. ſanè in hac, Inſtitut. vi bonor. rapt.* idipſum manifeſtiſſimè declarat *gloſ. in l. pignus, C. de pignor. action. in gloſ. 1.* dùm dicit *in bonis*, ideſt *in dominio*, & ibi concordantes adducit.

Nec obſtat *text. in l. bonorum appellatio, §. in bonis, ff. de verb. ſignific.* vbi *Iuriſconſult.* determinat, in bonis noſtris computari etiam, quę bona fide poſſideamus, & ſic non præſupponit neceſſariò dominium; nàm *Iuriſconſultus ibi* non declarat propriam, & ſtrictam ſignificationem, ſed largam, & etiam impropriam; quod probo, tum quia, ſi intelligeremus de propria, eſſet ſibimèt cõtrarius, dùm ipſemet *Vlpianus*, qui eſt author *d. l. bonorum appellat. in d. l. 2. §. in hac vi bonor. rapt.* in qua declarauit proprietatem horum verborum *in bonis*, & *ex bonis*, expreſsè voluit, res bona fide poſſeſſas non eſſe in bonis, ſed ex bonis, vt ib. *ſiuè bona fide à me poſſeſſa*, quæ contrarietas in *Vlpiano* Iuriſconſultorum omnium Iuriſconſultiſſimo non eſt præſumenda, nàm etiam, quia verba, quibus vtitur in *d. §. in bonis*, denotant improprietatem, dùm in principio dicit *computari*, quod 11 idẽ eſt, ac ſi dixiſſet *numerari*, nàm cõputare, numerare ſignificat, vt probat *text. in l. Thais, §. hæredem, ff. ſi cui pluſquàm per leg. falcid.* & ſic paria ſunt, ac ſi dixiſſet *Vlpianus* inter bona noſtra connumerantur, propter quod patet, quòd noluit declarare proprietatem illius dictionis *in bonis*, ſed potiùs, quæ numerentur inter bona noſtra, & id clariùs ſuaderetur ex verbo, *videntur*, quod verbum *videtur*, improprietatis ſignificatiuum dicitur, vt omnibus eſt notum.

Quòd autem ea, quæ bona fide poſſidemus non 12 dicantur eſſe in bonis noſtris propriè, vltrà locum *Vlpiani* ſupra allegatum adduco *Pomponium Iuriſconſult. in l. ſi id, quod, ff. pro derelicto*, vbi expreſsis verbis declarat, quòd ſi quis poſſidet aliquid habitum pro derelicto à non domino, & ſic bona fide, non dicitur illud eſſe in bonis ſuis.

Et ſic patet, quòd dùm *Affl.* in ſua *dec. 383.* requirit neceſſariam probationem, rem fuiſſe in bonis debitoris, nihil differt ab ijs, qui requirunt neceſſariam 13 probationem dominij, ex quo ea res dicitur eſſe in bonis noſtris, quæ in dominio noſtro eſt, per ſupradicta. Itẽ cõſidero, q̃ *Affl.* licèt *ibi* ſit contentus ſupradicta probatione, rem eſſe in bonis debitoris, tamen quòad Iudicem, qui præſtat aſsiſtentiam, ex huiuſmodi

modi probatione necessariò præsupponit, quòd cognouerit de dominio eiusdem debitoris, dum subdit, quòd ex tali probatione, rem fuisse in bonis, & de bonis debitoris, & quòd ipse debitor eā tenuit, & possedit, præsumitur, vt dominus possedisse, & sic licèt ex tali probatione non resultet expicita probatio veri dominij, tamèn secundùm *Afflict.* resultat probatio præsumpti dominij, & iudex ex hoc præsumpto dominio in personam debitoris, poterit præstare assistentiam super re possessa per tertium, quæ tamen, quia fuit in bonis, & de bonis debitoris, præsumitur etiam fuisse in dominio eiusdem debitoris, ergò non est verum, quòd sententia assistentiæ non præsupponit necessariò dominium in personam debitoris, sed etiam secundùm opinionem *Afflict.* illud necessariò præsupponitur, si non verum, saltim præsumptum, quod quidèm præsumptum dominium, cùm semel fuerit sufficiens ad obtinendum contra Fiscum, tunc conuentum per viam actionis, multò fortiùs hodiè sufficeret ad excludendum eundem
14 Fiscum actorem per viam exceptionis, quia cui datur actio, multò facilius datur exceptio *l. 1. §. quod ait prætor. ff. de superf. l. Iniuitus, ff. de reg. iur.*

Sed deueniendo modò ad veritatem articuli prin-
15 cipalis, an scilicèt de iure inter extrema assistentiæ necessariò sit probandum dominium principalis debitoris illius rei, super qua petitur assistentia, nè rem ipsam summis labijs degustare videar. Aduerto,
16 quòd assistentia dicta est, sumpta æthimologia à definitione possessionis, nā vna de definitionibus, quæ ponuntur per *glos. & DD. in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess.* est, vt possessio sit ius insistendi rei, & ex hoc iure insistendi est sumptum vocabulum *assistentia*, secundùm *Marant. in repet. l. 1. §. quod ait prætor. ff. vti possidet.* siuè mauis *in tract. de remed. possess. num. 85. propè fin.*

In hoc tamen iudicio assistentiæ plura remedia
17 concurrunt, inter quæ illa tria sunt præcipua, scilicèt actio hypothecaria, Saluianum interdictum, & remedium *l. final. C. de acquirend. possession.* secundùm *Capyc. dec. 51. num. 31. & Afflict. in dec. 383.* quæ quidèm remedia sunt adeò diuersa inter semè dicam contraria, vt mirandum sit, cur sic vnita simul concurrant; nàm actio hypothecaria licèt auocet possessionem ratione iuris hypothecæ, *l. si cùm venditor in princ. ff. de euict.* tamen iudicium, quod eius causa mouetur, petitorium dicitur, *l. pignoris, ff. de pignor.* quemadmodùm & de rei vendicatione dicimus, quæ si iudicium petitorium continet, aliquandò tamen possessionem, & aliquandò detentationem ratione domini auocat *l. officium, ff. de rei vend.*

18 Saluianum verò interdictum est iudicium merè possessorium adipiscendæ, *§. interdictum quoq; Instit. de interd. glos. in rubr. C. de precar. & Saluian. interd. ad fin.* vbi *Salyc. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. num. 5.*

At remedium *l. final. C. de acquir. possess.* est simili-
19 ter remedium possessorium, non tamen adipiscendæ possessionis, sed recuperandæ, vt post *Ripam in rubr. ff. de interd. num. 6. Grat. cons. 40. n. 5. & cons. 75. num. 1. lib. 2.* probat *Menoch. de recuper. possess. remed. 14. in 1. quæst. n. 9.*

20 Quòd autem in hoc iudicio concurrant hæc tria remedia, vltrà authoritates *Capyc. & Afflict.* suprà relatas sic probo; nàm remedium *l. fin. C. de acquir. possess.* prouenit ex constituto, quando quis constituit se possidere precario nomine alicuius, per quod constitutum transfertur possessio ciuilis penès constitutarium, remanente naturali penès ipsum constituentem, *l. quod nero, & l. interdùm*, vbi *DD. ff. de acquir. possession. l. habet, §. eum, qui precario, ff. de precar. & Tiraquell.* latè in *tract. de iur. constit. poss. in 1. part. num. 4.*

Quod quidèm constitutum de per se absolutè
21 principaliter non subsistit, nisi accedat alicui contractui principali, venditionis scilicèt, donationis, hypothecæ, aut alteri concessioni, prout exemplificat *Tiraq. in eod. tract. in princ.*

Et est propriè, quandò contrahens pro obseruantia promissorum in contractu obligat omnia bona sua cum potestate capiendi propria authoritate, & constituendo se ea possidere precario nomine alterius contrahentis, prout in mille locis exemplificat *Tiraquell. ibi per totam primam partem*, quæ clausula constituti, & precarij transfert omnem possessionem in præiudicium posterioris, *Farinac. dec. posth. 770.*

Et procedit in burgensaticis tantùm, non autem
22 in feudalibus, in quibus clausula constituti cum similibus nihil operatur, vt per *Guil. Bened. in cap. Raynutius in verb. Et uxorem nomine Adelasiam dec. 1. num. 2.* quem sequitur *Foller. in cap. Regni Item statuimus, quòd Officiales num. 11.* sed contrarium tradit *Tiraquell. ibidem ampliation. 16.* cuius opinio verior est, accedente tamen assensu valido, vt quotidiè practicatur.

Ex hac forma contrahendi dùm obligantur om-
23 nia bona, nascitur actio hypothecaria, *toto tit. ff. de pignor.* dùm verò constituit se precario nomine possidere, quia in creditorem transfertur sola possessio ciuilis, naturalis verò remanet penes debitorem, ad adipiscendam hanc naturalem proditum est Saluianum interdictum, sed si contingat, hunc debitorem post cōstitutum alienare rem obligatam tertio, quia per talem alienationem dicitur interuertere possessionem ciuilem, iàm per constitutum translatam in creditorem, ad recuperandam hanc possessionem ciuilem interuersam proditum est remedium *l. final. C. de acquir. possess.* vt perbelè declarat *Menoch. de recuper. poss. remed. 14. n. 24. & seq.*

Verum est itaq; ex prædictis, quòd in hoc iudicio
24 assistentiæ concurrunt simul illa tria remedia, & est etiam verissimum, quòd in se sunt penitùs diuersa in effectu, licèt tendāt ad eundem rei finem, quomodo igitur illis in praxi vtendum est, ne vnum per alterum impediatur.

In quo facilis est quippè resolutio, nàm aut creditor vult hoc iudicium intentare contra ipsummet principalem debitorem possidentem bona obligara-
25 & tunc, quia debitor ipse non potest dominij quæstionem refricare ipsi creditori *l. si inter colonum, §. 1. ff. de pignor.* sua non interest, nisi adipisci possessionem naturalem tantùm, quæ tempore constituti remansit penès debitorem, ad quam possessionem adipiscendam sufficit Saluianum interdictum, vt su-
26 prà probatum est, ergò vtendo hoc Saluiano interdicto non oportet actori probare dominium ipsius debitoris, sed sufficit probare possessionem tantùm ipsius debitoris, quam solam vult adipisci.

Aut verò intentat hoc iudicium cōtra tertium, in
27 quem debitor alienauit bona post constitutum, & sic in eum tertium, qui habet causam ab eodem debitore, & tunc quia per huiusmodi alienationem est interuersa possessio ciuilis, quæ per constitutum fuit translata in personam illius creditoris, & propterea interest sua illa recuperare, ad hanc recuperandam sufficit remedium ex *l. fin. C. de acquirend. possess.*

poſſeſſ. in quo remedio non opus eſt probare dominium debitoris, ſed ſufficit tantùm demonſtrare, quòd res illa alienata tempore conſtituti, vel poſt fuit poſſeſſa per dictum debitorem, nequè hic tertius poterit refricare quæſtionem dominij, cùm habeat cauſam ab eodem debitore, *l.quod in ipſis, ff. de regul.*

Aut tertiò, & vltimò intentat hoc iudicium cõtrà
28 tertium pẽnitùs extraneum, qui non habet cauſam ab eodem debitore, ſed ab alio tertio ſimilitèr extraneo, qui vigore alicuius conceſſionis ab illo tertio ſibi factæ occupat de facto poſſeſſionem rei obligatæ, & tunc, quia creditor priuatur poſſeſſione ſua ciuili, non ex dolo, vel negligentia ſui debitoris, non poterit vti remedio *d. l. fin. C. de acquir. poſſeſſ.* quæ in eo tantùm caſu procedit, quandò is, cuius nomine poſſidetur, priuatur ſua poſſeſſione ex dolo, vel negligentia eius, qui illius nomine poſſidet, vt expreſſim conſulnit *Corn. conſ.27. lib.4. & conſ.55. num.4. lib.3.* & antè eum id optimè adamuſſim docuit *Pract. Papienſ.* cuius *Corn.* non fuit memor *in forma libell. in cauſa ſpoliat. poſſeſſ. in verbo coràm vobis num.4.* & ſunt expreſſa verba *text. in d.l. fin. in princ.* ibi *deſidia, vel dolo*, vbi *gloſ.* ea verba ſic declarat, ſcilicèt *deſidia dereliquit, dolo perdidit.*

Saluiano interdicto nequaquàm vti poterit, quia
29 illud non datur contrà tertium, niſi contra principalem debitorem tantùm, vt eſt expreſſum in *l.1. C. de precar. & Saluian. interdict.*

Ergò huic creditori ſupereſt ſolùm remedium actio-
30 nis hypothecariæ, in qua quidem actione hypothecaria, dùm agitur contra tertium non habentem cauſam ab eodem debitore, adeò receptiſſima ſententia omnium *DD.* eſt, vt requirat neceſſariam probationem dominij in perſonam debitoris, vt auſus ſit dicere, & affirmare *Iaſ. in §. item ſeruiana n.89. ver. tertio caſu principali, Inſt. de action.* quod nemo *DD.* deſcrepat, & re vera hanc opinionẽ approbauit *Iacob. de Aren. in l. cùm res, C. ſi alien. res pignor. dat. ſit.* Quem in omnibus, & per eadem formalia verba ſequitur *Cyn. in eadem lege cùm res, & Bart. ibid. propè fin.* & plenius hanc eandem opinionem affirmauit *Bart.* ipſe in *l. rem alienam num.6. verſ. ſed vtrum, ff. de pignor. actio.* & ab his non recedit *Salyc. ibidem num.5. Ang. num.1. verſ qualis autem*, his addo *Pract. Papienſ. in forma libelli in action. hypothecar. verſ. ex memoratis cauſis num.5.* vbi in omnibus ſequitur opinionem *Cyn. in d.l. cùm res, Aret. in d. §. item ſeruiana num.8. verſ. quarto caſu principali, Florian. in l. antè omnia num.4. verſ. aut agitur, ff. de probat. & Parlador. differ. quotidian. §7. num.4.* & licèt aliqui ex prædictis *Doctoribus* dicant, non præcisè eſſe probandum dominium, ſed vel dominium, vel poſſeſſionem cum titulo, & bona fide, id nihil refert reſpectu caſus noſtri, vt infrà demonſtrabo.

Sed quòd debeat probari dominium præcisè, & omninò in hoc caſu, voluit clariſſimis verbis *Gomeſ. in dict. §. item ſeruiana, num.35. verſic. tertia regula*, poſt *Corn. conſ.55. volum.3 num.2. propè finem, conſ. 122. num.3. eodem lib.3. & conſil.128. lib.4. Couarr. pract. quæſt. cap.13. num.7. circà medium, verſ. Quod autem obiter*, & ſolidiſsimè *Neguſ. de pignor. 8. part.3. membr. num.11. verſ. quarta concluſio*, vbi *Neguſ.* voluit vnum, quod eſt fortius, vt etiam ſi ageretur contra tertium habentem cauſam ab eodem debitore, debeat probari dominium principalis, vt poſt longam diſputationem concludit *ibid. à num.8. vſq; ad num.11.* poſt *Bart. in l. rem alienam num.6. verſ. & ſic dico, ff. de pign. act. & Alber. in l. cùm res num.5. in fin. C. ſi alien. res pign. dat. ſit*, qui atteſtatur, ità ſemper vidiſſe communiter ſeruari *Aret. in d. §. item ſeruianæ numer.8. verſic. tertio caſu*, adde *Angel. Aretin. conſ.68. nu.1. Boui. de ſtatut. Verbis præſcriptio. gloſ.20. num.30.*

Immò adeò verum eſt, vt in actione hypothecaria
31 neceſſariò debeat probari dominium debitoris, quòd etiam in eo caſu, quo intentatur contra ipſum principalem debitorem, adhùc ſit eius dominium probandum, ſed eſt differentia in modo probandi, nã quandò agitur contra tertium, debet dominium probari, & deduci expreſsim, quandò verò agitur contra ipſum debitorem, ſufficit allegare tãtùm domiuium, & probare poſſeſsionem debitoris, quia ex poſſeſsione præſumitur dominus ipſemet debitor, ità expreſsè voluit *Bart. in d.l. rem alienam, num.6. verſ. nàm non dico, ff. de pign. act.* quem ſequitur *Aret. in d. §. item ſeruiana num.8. verſic. ſis tamen, Neguſant. in loco* præcitato *num.6. verſ. & iſto caſu*, faciunt tradita per *Bart. in l. nàm & ſi fur. in princ. num.5. ff. ſi cert. pet.* vbi etiam *Fulgoſ.* qui eam legit cum *l. ſi à furioſo, ibidemq; Aret. num.8.* idem tradit iterùm *Fulgoſ. in l. non vndè, C. ſi cert. pet.* tu nũc videas *Rodulph. cautel.110.* Quò fit, vt in omni caſu, quo fertur ſententia in actione hypothecaria, ſemper debitor eſt habendus pro domino, aut per veras probationes, aut præſumptas, cùm alitèr non poſſet ſubſiſtere; Viſis his allegationibus Fiſcus deſtitit à litis proſequutione.

Nunc pro hac mea opinione addo *Intrigl. conſ.28. num.1. vſq; ad num.10. & dec.14. Statil. Pacific. de Saluian. interd. impetr.2. cap.1. per tot.* cui licèt noluerit conſentire doctiſsimus *Reg. de Pont.* qui fuit ſum-
32 mus Practicus, & Aduocatus maximus, & celeberrimus ſua tempeſtate, dùm in ſuo *tract. de poteſt. Proreg. tit. de refut. feud. §.11. num.27.* tractans hanc quæſtionem, dicit, hæc à me conſiderata non ſubſiſtere, cùm omnis diſputatio *Afflict.* in dicta ſua *dec.383.* fuerit, ſi agens iure aſſiſtẽdi teneatur probare dominium, & concludit, non teneri, tamen ego aduerto, quòd *Affl.* per totam *deciſionem* non dicit, quòd non eſt probandum dominium, ſed tantùm, quòd ſufficit probare, rem fuiſſe in bonis, & de bonis debitoris, quam probationem ſatis, ſuperq; probaui, includere probationem dominij, & quòad rationes, tàm concludentes à me ponderatas cum tot authoritatibus *Doctorum*, nihil penitùs replicauit, & ideò in facti contingentia non eſt oſcitantèr pertranſeundum. Sed nè aliquam dubitationis anſam nobis præbeat illa *deciſio Affl.* videatur quæſo idem *Affl.* in alia ſua *dec.40.* vbi agens in principio de actione hypothecaria intẽtata per creditorem contra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam ab eodem debitore, de qua ſimilitèr agit in dicta *dec.383. num.7.* ait, quòd opinio *Bart. in d.l. cùm res, C. ſi alien. res pign. data ſit*, videtur ſibi verior; ad gloſſandum igitur mentem *Affl.* credo, quòd non poſsit adduci melior gloſſator, quàm ipſemet *Affl.* Addo nunc *Rice. collect.175.* poſt mea ſcripta edita, à quibus omnia ferè excerpſit, me ſemper ſub ſilentio inuoluto.

Effectus autem huius aſsiſtentiæ is eſt, quia erit
33 in arbitrio creditoris, vel detinere rem, ſuper qua obtinuit aſsiſtentiam loco pignoris, & hypothecæ, donec ſibi fuerit de fructibus, vel aliundè ſatisfactum, aut illam vendi facere ſub haſta, aut denique ſibi adiudicari pro concurrenti quantitate ſui crediti, & propterea in ſententia dicitur, *præſtetur aſsiſtentia cum adiudicatione in forma, & facultate vendendi ad ſui electionem.*

Sed

Sed an idem effectus resultabit ex sententia præ-
34 lata super hoc simplici actione hypothecaria? dubitari faciebat, quia in veris sententiæ super actione hypothecaria non datur facultas creditori vendendi bona, aut adiudicãdi, sed solùm dicitur, *quòd immittatur in possessionem bonorum in iudicio deductorum, detinendorum loco pignoris, & hypothecæ, donec ei fuerit de credito satisfactum.* Sed his non obstantibus contrarium dicendum est, etiam si sententia super hypothecaria fuerit obtenta, non contra principalem debitorem, sed contra tertium possessorem, vt optimè fundat *Couarr. var. resolut. lib. 3. cap. 18. num. 4. vers. verum hoc in capite*, & iterum *pract. quæst. cap. 29. post num. 3. vers. cæterùm*, proùt hic fuit iudicatum per hanc Curiam. Consilium post latè disputatum articulum in beneficium hæredum quondam Ferdinandi de Palma contra Martium Columnam Ducem Zagarolæ, Actuarius est Borrellus, & quandò creditor elegerit executionem sententiæ per
35 viam adiudicationis, tunc bona, super quibus fuit præstita assistentia, erunt appretianda per Expertos non suspectos, & eorum dominium creditori adiudicandum pro pretio à finitis iuxta *text. in l. fin. C. de iur. dominio impetr. Affl. dec. 358. num. 5. Capyc. dec. 41.* nisi tamen alius offerat maius pretium; nam tunc esset facienda adiudicatio pro pretio oblato, licèt sit longè maius, quàm sit appretium, vt decisum fuit in Sacro Consilio, refert *Capyc. d. dec. 41. nu. 13.* etiam contra mulierem petentem assecurationem ob vergentiam viri ad inopiam; quæ respectu assecurationis videtur mihi mirabilis decisio, & hoc casu non
36 competit possessori ius offerendi, idem *Capyc.* declarat in *eod. dec. 41 num. 11.* Antèquàm tamen sit factum appretium, & confirmatum, nunquàm est translatum dominium creditori bonorum adiudicatorum, & ideò semper antè appretium est locus iuri offerendi, sed post appretium non, vt per *Afflict. dec. 187. & Grammat. dec. 51. num. 4. & seqq.* Quod ego
37 puto verum, quandò verba sententiæ adiudicationis sunt concepta taliter, quòd importent adiudicationem, & translationem dominii, ex tunc facto appretio, ità quòd dominium stet in suspenso, donec sequatur appretium, nàm facto appretio, & sic purificato modo retrotrahitur dominium ad tempus sententiæ, iuxtà *text. in l. 2. ff. de in diem addict.* prout in casu *Afflict.* vbi fuit dictum in decreto, *quòd facto appretio sit res adiudicata*, prout hanc etiam formam verborum in sententia ponderat *Capyc. dicta decis. 41. nu. 2. propè fin.* & communiter formæ sententiæ assistentiæ cum adiudicatione in forma, quando forma extenditur, est videlicèt, *facto appretio dicta bona adiudicanda esse, prout præsenti decreto adiudicantur pro pretio appretiando, & faciendo per Expertos.* Aliàs si in sententia non esset hæc clausula, cur operetur adiudicationem ex tunc, ego credo, quòd non sufficiat appretium, nisi post appretium sequatur traditio possessionis, seruata forma appretij. sed ex lapsu longissimi temporis concurrente possessione penès creditorem, hæc omnia tendentia ad perfectionem actus præsumentur, *Seraph. dec. 242.*

Et quia superiùs *num. 17. & 18.* dixi, inter cætera, remedia, quæ concurrunt in iudicio assistentiæ, esse constitutum cum precario, quandò contrahens con-
38 stituerit se possidere precario rem obligatam nomine creditoris, est sciendum, quòd hæc clausula constituti, & precarij potest apponi in contractu, etiam ex post facto, si in cautelis celebratis est pactum, quòd extendantur omnes clausulæ *ad consilium Sapientis*, vt consuluit *Oldrad. cons. 139.* quem sequitur *Iason in l. ex ea parte, vers. septimò & vltimò, ff. de verb. oblig.*
A *Thom. Gramm. dec. 103. n. 109.*

Sed si post celebratas cautelas cum dicta clausula
39 *ad consilium Sapientis* non repetiatur appositum cõstitutum, & precarium, etiam ex post facto, an habebitur pro apposito, ità vt ex tali contractu cum simplici clausula *ad consilium Sapientis* possit præstari assistentia? *Oldrad. d. cons. 139.* fuit in opinione affirmativa, illumq; sequitur *Scala in tract. de contract. & vlt. volunt. ad consilium Sapientis cap. 3. propè finem.*,
B *vers. ea ratione.*

Et pragmatica hęc dùm non requirit discussio-
40 nem principalis, vide pro eius limitatione *Trentacinq. cons. 33. par. 2.* & vt per mortem constituentis, quandò constitutum non habuit effectum, sit extinctum, *Viscont. in conclus. Precarium.* Quid autem sit talis discussio, quibus in casibus locum habeat, per quem fiat, quandò fiat, vbi fieri debeat, quomodò, & qualitèr fiat, longè, latèq; explicat *Luc. de Penn. in l. 1. C. de Decurion. lib. 10.*

Vlteriùs pro maiori dilucidatione materiæ adiu-
41 dicationis in casu, in quo adiudicatio habuit effectum suum, ità vt per eum iàm sit translatum dominium in creditorem; quæro, an potuerit debitor offerre creditum suo creditori, & recuperare rem adiudicatam? *Iacob. de Aren.* & post eum *Bart. in l. si fundus §. Vltimus num. 54. in fin. ff. de damn. infect.* fuit in opinione, quòd sic, infrà tamen biennium à die adiudicationis factæ, & dominij acquisiti, per *text. in l. fin. §. sin autem tempore, vers. & postquàm, C. de iur. dom. impetr.* Alij verò *DD.* vbilibet contrarium tenẽt, vt scilicèt non sit locus iuri offerendi, prout sunt *Bal. & Angel. in dict. l. final. C. de iur. dom. impetr. Alex. & Imol. in l. si fundus, §. posteà autem ff. de damn. infect. Dec. cons. 458. & 502.* per *text. in d. §. posteà autem*, vt scilicèt sit litium finis, & respondetur ad *text. in d. l. final. §. sin autem tempore, vers. & postandem*, vt procedat in adiudicatione impetrata à Principe, & per rescriptum Principis de pignore conuentionali, secùs autem de adiudicatione facta pignoris iudicialis per decretũ Iudicis in causam iudicati, iuxtà *text. in l. fin. C. si in causa iudic. & l. ordo C. de execut. rei iudicatæ*, hanc opinionem admisit S.C. teste *Affict. dec. 187. Capyc. dec. 41. & 102.* & est de mente *Præs. de Franch. decis. 145. post n. 3.*

ADDITIO.

A B QVinimmò etiam secluso hoc pacto, quòd cõficiatur, seù extendatur instrumentum cum clausulis *ad consilium Sapientis*, nedum constitutum, & precarium potest ex post facto apponi; sed etiam censetur appositum, proùt latissimè, & nimis prolixè dixit doctissimus *Tiraquell. in tract. de constit. par. 3. limit. 31. num.* præsertim *5. & 9.* vbi infinitos huius opinionis adducit Authores, & præter eos idem voluit *Prosill. ad Affict. dec. 139. num. 6.* quem citat *Masull. ad Capyc. dec. 159. sub num. 17.* ea quippè ratione, quia huiusmodi clausula constituti, & precarij est solita apponi, & sic censetur apposita, ità *Tiraquell. loco iam relato*, & *Surd.* notabiliter *decis. 223.* post *Affict. in Constitut. Regni Baiulos omnes num. 15. & 16.* quem refert *D. Præs. de Franch. decis. 302. num. 4.* loquens de hypotheca, & plenè id etiam probat *Dom. Regens Merlin. controuers. forens. centur. 1. cap. 14.* omninò videndus, nàm satis elegantèr hanc tractat quæstionem, & ità iudicatum fuisse testatur per Magn. Cur. Vic. Quo planè fit, vt assistentia possit præstari, & si expresè in instrumento non lo-

gatus

gatur conſtitutum, & precarium, ſeù clauſula cum conſtitutione precarij, à pragmatica requiſita, proùt retert tuiſſe deciſum per S.C. *Vrſill. in d.dec.139. ſub num.6.* & cum refert, & ſequitur *Maſull.ad Capyc.in d.deciſ.159 ſub num.17. & Dom. de Thoro in 1. part. Compend.deciſ.in verb.clauſula conſtituti, & precarij*, quod etiam comprobat *Dominus Horatius Barbatus*, peritus verè, & acutus Doctor in elaganti *tract. de aſſiſtent.* ſeù *de reſtitut. interdicto gloſ.7. à num.48. ad 51.* vbi hanc concluſionem optimè defendit aduersus oppoſitiones *D. Gaiti*, contrarium ſententis in *tract.de credito cap.4 quæſt.6. à num.249. cum ſeq. & quæſt.11.num.2072.* & aliam deciſionem ejuſdem S.C. de anno 1619. factam ſecundùm hanc opinionem retert *D.Reg.Merlin.d.c.35.n.8.*

Contrariam verò ſententiam, quòd non cenſeatur conſtitutum, & precarium appoſitum, & proindè quòd non poſſit aſſiſtentia præſtari, voluerunt *Muſcatellus*, (quem nouiſſimè optimis Commentarijs, doctiſq; additionibus exornauit Peritiſſimus Iureconſultus, & Aduocatus Primarius *Dominus Franciſcus Maria Pratus*) in *praxi appellat. gloſ.1. ſententia à num.146. ad 149. & ſeq. D.Gaitus in loco* ſupra citato, & idem *D.de Thoro in 2.part.Compend. deciſ.* in ſimili *verſ.clauſula conſtituti, & precarij*, quo loci rem meliùs deguſtauit, quàm in dicta *1. part.Compend.* referto; per S.C. fuiſſe ità iudicatum, non obſtante clauſula *ad conſilium Sapientis*, in cauſa Illuſtr. Marchionis Fuſcaldi, cum Particularibus Terræ Paulæ. in Banca de Felice, ea potiſsimùm ratione, quia conſtitutum, & precarium eſt pro forma a Regia Pragmatica requiſitum, qua deficiente corruit actus, *Lecim 9, §. ſi Prætor. ff. de tranſact. Decius conſ.11.nu.9. & Camill.Borrell.conſ.64.n.3.*

Et præter hanc deciſionem, quam refert *Dom.de Thoro*, idem fuit etiam annis elapſis per idem S.C. iudicatum in cauſa D. Andreæ Siccodi mei cognati cõtra creditores D.Ioannis Vincentij Solarij eius aui, nam dùm petiſſet aſſiſtentiam pro ſumma duc.4000. capitalis, vnà cum intereſſe pro dotibus D.Luceretiæ Solariæ eius matris, fundans ſe in capitulis matrimonialibus, non ſtipulatis, ac conſtituti, & precarij clauſula carentibus, fuit primo loco præſtita aſſiſtentia pro ſumma prædicta, referente Regio Conſiliario Pompeo Salernitano. Verùm cùm fuiſſet per creditores dictum de nullitate ſententiæ prædictæ, ex eo ſolùm, quia prædicta ſententia aſſiſtentiæ erat fundata in capitulis matrimonialibus, ſtipulatione, ac conſtituto, & precario carentibus, *Dom.Regens* tunc Aduocatus dicti mei cognati, totis viribus, omniquè conatu nixus fuit, vt vides. *Oltradi, Iaſonis, Grammat. Scalæ*, & aliorum authoritate fundare, potuiſſe conſtitutum, & precarium etiam ex poſt facto apponi, ſtante præſertim clauſula *ad conſilium Sapientis*, in prædictis pactis nuptialibus adiecta, quamobrem ritè, rectèq; aſſiſtentiæ ſententiam fuiſſe à S.C. prolatam, nec nullitatis vitio laborare, proùt patet ex reſponſione ad nullitates in proceſſu propria manu ipſius *Dom.Regentis* deſcripta, licèt q; ad ſydera clamaſſet, non fuit tamen exauditus; ſed fuit ſententia aſſiſtentiæ declarata nulla. Verum tamen eſt, quòd fuit ordinatum, quòd procederetur iterùm ad expeditionem cauſæ ex eiſdem actis, quarè facta iterùm monitione ad dicendum per idem Sacrum Conſilium mediante alia ſententia fuerunt hæredes prædicti quondam mei cognati interim defuncti delaratæ creditrices in bonis dicti quondam Ioannis Vincentij pro dicta ſumma duc.4000. vna cum intereſſe, vt ex proceſſu Audreæ, & Sororum de Siccoda contra creditores hypothecarios quondam Io.Vincentij Solarij in Banca de Sciacciauento.

Vides ergò ex prædictis, vtrãq; opinionẽ tùm DD. authoritate, cùm etiam rerum iudicatarum exemplis fulciri, habereq; vtramquè acerrimos Propugnatores, ità vt dubium ſit adhùc, quam potiùs ſequi debeamus.

Ego verò, ſi meũ in hac re fas eſt proferre iudiciũ, putarẽ, ſi adſit pactũ expreſsũ, quòd inſtrumentum debeat fieri, vel factum extẽdi ad conſiliũ Sapientis, vel cum clauſulis ſolitis, & conſuetis, etiam quòd expreſsè non ſit dictum, cum conſtituto, & precario, nihilominùs intelligatur conſtitutum, & precarium appoſitum, poſitq; aſſiſtentia præſtari, ſequuta præſertim declaratione, ſeù extenſione Sapientis, proùt conſuluit Peritiſsimus *D.Præſ.Anellus Amatus in conſ.35. num.25.* qui loquitur in capitulis non ſtipulatis, ſed cum clauſula, *ad conſilium Sapientis*, & ſentire videtur *Maſull. ad deciſ. Capyc.159. ſub num.17.* & ſatis benè *Grammat.in dict.dec.103.num.109 Hieron.Gabriel.commun.concluſ. lib.6. tit. de Conſuetud. concluſ.3.n.13. & 16.* & alij, quos adducit *D.Reg.hic, & D.Reg.Merlinus* poſt eum in *d. cap.35.* & procedere poteſt opinio *Vrſilli*, ejuſq; ſequacium. At ſi hoc pactum deficiat, veram putarem opinionem *Muſcatell. Gaiti.de Thoro*, & aliorum, ſi qui ſunt, qui eos ſequuntur, ea quippè ratione, quoniam per pactum prædictum ſatis conſtat de voluntate contrahentium, voluiſſe conſtitutum, & precarium adhiberi, quod Sapiens quiſq; appoſuiſſet, vel ſub clauſulis ſolitis, & conſuetis fuiſſet cõtentum, & comprehenſum, proùt de vtraq; clauſula, *ad conſilium* ſcilicèt *Sapientis*, & *cum clauſulis ſolitis, et conſuetis* benè loquuntur DD. ſuprà citati.

Non refragãtibus ijs, quæ de forma, pro ſua confirmanda ſentẽtia conſiderat *Muſcat.* & poſt eũ *de Thor.* quãdoquidẽ eſtò millies, quòd conſtitutũ, & precariũ ſint à Pragmatica pro forma ad aſſiſtentiam concedendam introducta (de quo poſſet adhuc dubitari) cùm non adſit clauſula decreti irritantis, vt per *Dom. Regentem Capyc. Latro conſultat. 39. 40. & 41.* cùm tamen per clauſulas prædictas, aut expreſsè, vel per intellectum, iuxtà magis communem DD. traditionem, dicatur conſtitutum cum precario appoſitum, erit planè ſatisfactum pragmaticæ, ac formæ ab ea traditæ pro aſſiſtentia obtinenda. Cùm enim Sapiẽs declarat, nihil de nouo faciẽs; ſed habetur, ac ſi ab initio id, quod declarat, fuiſſet adiectum, nec nouum diſponit, ſed quod in præteritum actum ſit, oſtendit, ità ſatis elegantèr, ac magiſtralitèr docet *D. Præſid. Amatus* in citato *conſ.35.num.28.29.30. & 31.* & notabilitèr dicit *Bart. conſ 37.numer.2. volum.2.* quòd qui declarat, nihil noui facit, ſed implicitum explicat, ſic etiam extenſio dicitur declaratio eorum, quæ juris, aut conſuetudinis ſunt, idem *D. Præſid ibidem*, ex *Bart. in l. illa inſtitutio, num.5. ff. de hæredib. inſtituendis*, Declarat ergò Sapiens id, quod implicitè ſub clauſulis ſolitis, & conſuetis continetur, quod inter alia eſt conſtitutum, & precarium, ex communi omnium obſeruantia, de qua teſtantur omnes DD ſuprà citati. *Io.Laganar.*

De Aucupibus, & Venatoribus, Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista comprehendit capturam tàm volatilium, quàm ferarum.*
2 *Venatio, & aucupium vtri inter se differant, & de materia venationis, remissiuè.*
3 *... Est prohibita Religiosis.*
4 *... An possit per Barones prohiberi vasallis, & aliqua circà arma, quibus venatur.*
... Potest inhiberi temporis cursu accedente, & subditis non contradicentibus.
.... Etiam in propriis agris.
5 *Piscatio an prohiberi valeat etiam per Barones.*
.... Non venit in generali concessione.
6 *Venandi causa alicuius locum ingredi prohibitus, an si in locum illum ingrediatur, animalia ibi capta efficiantur ipsius capientis in foro poli.*

EXtendo peruenuto à nostra notitia, &c. Prohibetur aucupari, aut venari in Territorijs appatronaris clausis. H. D.

Hæc pragmatica in vulgari sermone composita,
1 loquitur per verbum vulgare, *andare à caccia*, quod quidèm verbum secundùm vulgarem vsum loquendi comprehendit capturam tàm volatilium, quàm ferarum, & ideò de vtraq; est concepta rubrica, scilicèt *de aucupio, & venatione*, iuxtà dispositionem *text. in l. cùm de lanionis. §. asinam, ff. de fund. instruct. & instrum. leg.* it. præsertim, quia ratio in *text.* expressa
2 adaptatur vtriquè, licèt in propria significatione venatio dicatur de quadrupedibus, aucupium verò, & aucupatio de volatilibus, *glos. in clem. 1. §. porrò à venationibus, de stat. Monach. & in rubr. de venat. ferar. lib. 11. Codic.* Pro perfecta declaratione huius materiæ est videndus *Zoannet. in suo tract. de duplici venatione, Facchin. lib. 1. controuers. iur. cap. 1. Petr. Heygius* damnatæ memoriæ *quæst. 5.* iterùm *Zoannet. in tract. de empt. & vendit. num. 145. vsquè ad fin.* vbi agit de venatione Germanica, etiam in syluis, & nemoribus priuatorum, aliqua tradit *Cassan. in Catalog. gloriæ Mundi part. 11. consider. 44. & 50.* nonnulla *Gregor. Syntagm. iur. vniuers. lib. 39. cap. 10. Intrigliol. casu 43.*
3 Aduertant tamen Religiosi, quòd ipsi nullo modo possunt exhibere venationi eorum præsentiam personalem, cùm sit eis expressè prohibitum, vt in *clem. 1. §. porrò in fin. de stat. Monach.*

An autem Barones possint prohibere vasallis huiusmodi aucupium, seù venationem? declarat *Cancer. lib. 1. variar. resolut. cap. 2. nu. 75. & Andr. noster Isern. in §. nemo retia, num. 51. in fin. de pace tenend. & eius violat.* dicit, quòd quandoquè vidit prohiberi, quòd non caperentur perdices ad retia, vt Nobiles habeàt exercitium venandi cum auibus, & canibus, & *Luc. de Penn. in l. 2. C. de pascuis public. lib. 11.* dicit, in Regno nostro extare prouisionem Regis Ferdinandi Primi expressè prohibentis venationem etiam in agris propriis. In hoc tamen Regno nostro quicquid esset statutum in *dict. cap. nemo retia, de pac. tenend. & eius violat.* consueuerunt fieri decreta per S.C. in causis grauaminum vasallorum contrà Baronos, quòd liceat vasallis aucupari, & venari, præterquàm cum scoppettis, & balistis ad sagittam, non quòd ipsum genus venationis in se esset prohibitum, sed quia genus armorum est prohibitum, vt docet *Præs. de Franch. decis. 158.* post *Grammat. decis. 67. num. 9.* Verùm est animaduertendum, quòd hæc determinatio benè procedit quòad balistas ad sagittam, quæ semper fuerunt, & sunt prohibitæ, quo verò ad scoppettas non minores trium palmorum, quæ per huius Regni pragmaticas omnibus sunt permissæ extrà loca habitata, fortassè est reformanda, quia cessat ratio prohibitionis huius generis armorum, in quo decisio est fundata, & ideò videtur permittenda vasallis venatio cum omni genere armorum, præterquàm cum balistis ad sagittam tantùm, sed cogita, adde nouissimè *Borrell. de Magistrat. edict. lib. 4. cap. 6. & 3. Villadieg. polit. cap. 5. §. 24. num. 7.* qui dicunt, prohibitionem fieri posse concurrente cursu temporis, & subditis non contradicentibus, & *Bardellon. consil. 7.*
4 *num. 2. & 16.* ait, posse prohiberi etiam in fundis propriis.

Reliqua ad materiam pertinentia habes apud *Iacobin. de Santio Georgio de feud. in verb. & cum venationibus, in princip. Anna singul. 59. Conarru. in reg. peccatum, part. 2. §. 8. per tot. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 13. §. 7. quæst. 2. Nauarr. in manual. Confessar. c. 17. num. 120. versic. 28. & num. 124. Sebast. Medic. in tract. de venat. per totum, Bertazol. consil. crimin. 418. volum. 2. Sard. consil. 390. volum. 3. Mexia de Taxa Panis conclus. 4. num. 19.* & remissiuè *Farin. in tractat. de furt. quæst. 174. part. 1. num. 92. versic. & numquid venatio, Andr. Fachin. lib. 1. controuersiar. cap. 1. Azor. Institution. moral. part. 3. lib. 5. cap. 16.* latissimè *Georg. Azor. de Nigromonte in tract. de iure venand. aucupand. & pi cand.* qui omnes quæstiones exactissimè resoluit in hac materia, *Mata in cap. 64. Regni Siciliæ num. 12. tom. 1. & cap. 28. num. 2. 3. & 4. Andr. Kol. exerc. leg. 6. & 7. Gabed. decis. Lusit. 89. p. 2. Henning. Arnis. de iure Maiestat. lib. 3. cap. 4.* vbi agit etiam de iure piscandi, vt infrà.

5 Quid autem dicendum sit de iure piscandi in fluminibus? *Andr. in titul. quæ sint regal. in verb. reditus piscationem, num. 11.* ait, quòd consueuerunt Domini Terrarum habere certa loca in flumine, vbi nemo potest piscari, nisi ipsi, & subdit, quòd hęc sunt secundùm morem, ergò secùs de iure circumscripta consuetudine, at *Luc. de Penn. in l. vsum aquæ. colum. 2. versic. secundò quæritur, C. de aquæduct. lib. 11.* dicit, quòd si reditus fluminis consistit in captura piscium, Baro potest prohibere, nè ibi possint piscare subditi, alias secùs, sequitur *Afflict. in §. flumina, num 8. quæ sint regal. Iacobin.* verò in sua *Inuestit. in verb. & cum piscationibus. colum. final.* & nouissimè *Suarez alleg. 17. Anna singular. 58. Mandell. consil. 16. num. 10. cum seqq. volum. 1.* negant, nisi præcedente præscriptione, *Reg. de Ponte consil. 74. lib. 2.* dicit, non venire in generali concessione, & in casu, quo Baro non posset prohibere ius piscandi, an saltem posset illud restringere ad certa instrumenta tantùm, *Schurph. cons. 18. cent. 3.* consuluit pro Barone.

6 Illud tamen est summoperè notandum, quòd licèt possit quis prohiberi, nè venandi, aucupandi, aut piscandi causa alienum fundum ingrediatur, tamen animalia ibi capta efficiuntur capientis, etiam in foro poli, vt probat *Conarr. in reg. peccatum par. 2. §. 8. num. 2. 4. 5. & 13.* per *tex. in l. 3. & l. laqueum, ff. de acquir. rer. domin.* alios congerit *Azor.* vbi suprà *q. 6. Borrell. d. c. 3. n. 7. lib. 4.*

ADDITIO.

A VEnatio non erat prohibita de iure Diuino, legimus enim *in Geneſ. cap.* 10. de Hemrot, quòd erat robuſtus venator coràm Domino, & de Eſaù in eodem *Geneſ. cap.* 25. quòd erat vir gnarus venandi, in tantùm quòd Iſaac pater eius amabat eum, eo quòd de venationibus illius veſceretur, & cùm morti proximus eſſet, præcepit ei, dicens. *Sume arma tua*, pharetram ſcilicèt, & arcum, *& egredere foras; cùmquè venatu aliquid apprehenderis, fac mihi pulmentum, ſicut velle meminiſti, & affer, vt comedam, & benedicat tibi anima mea, antequàm moriar*, quod protinùs Eſaù exequutus fuit, coctoſquè de venatione cibos, intulit patri ſuo, dicens, *Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua*, fuerat tamen Iſaac præuentus, & deceptus à Iacob altero filio, opera, & calliditate Rebecchæ, ità vt benedictionem priùs dederit Iacob, vt legitur in eadem *Geneſ. cap.* 27. Superuenit deindè ius Canonicum, & prohibuit Clericis venationem, vt in *can. qui venatoribus* 1. & 2. *& in can. Eſaù, & aliis ſequentibus* 86. *diſtinct. & in cap.* 1. & 2. *de Clerico venator.* & tradit *Sebaſtianus Medic. in tractat. de Venat. Piſcat. & Aucupib.* 1. *par. quæſt.* 8. & alios citat *Gutierr. canonicar. quæſt. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 16. Vel ea ſit hominum oppreſſiua, in qua ſe exercebat Hemrot, proùt declarat *Sebaſtian. Medices in dict. tractat. de venat. cap.* 9. *num.* 2. quod mihi non placet, nàm etiam illo iure, & ſemper prohibita fuit hominum oppreſſio coràm Domino, Vel ſit Arenaria, Vel Saltuaria, iuxtà triplicem venationis ſpeciem, quam tradit *Gloſ. in dict. canon. qui venatoribus* 86. *diſtinct. & Sebaſtian. Medic. in eodem tractat. quæſt.* 1 *num.* 2. Vel fiat cùm armis, vel ſine, *dict. cap.* 2. *de Cleric. venat.* Rationes autem, per quas Clericis eſt interdicta venatio, vndecim tradit *Sebaſtian. Medic. in dict. quæſt.* 8. inter quas eam enumerat, quia venatio caret exemplis Sanctorum Virorum, vt in *dict. canon. Eſaù* 86. *diſtinct.* ibi: *Eſaù venator erat, quia peccator*, quod confirmatur ex *canon. quorundam* 34. *diſtinct.* ibi *Venatorem nunquàm legimus Sanctum.* Et ego adderem duodecimam rationem, quia venatio nedùm fit cum ſtrepitu, & clamore, ſed etiam cum armis, quæ Clericis ſunt prohibita, cùm eorum arma ſint lachrymæ, vt in *canon. conuenior.* 23. *quæſt.* 8. ibi *lachrymæ meæ, meæ arma ſunt.* talia enim ſunt munimenta Sacerdotis. Vacare ergò debet Clericus, qui ſeruus Dei appellatur in *dict. c.* 2. *de Cleric. venat.* ac alius quilibet Religioſus lachrymis, & orationibus, non autem venationibus, quæ ipſum abſtrahunt à diuinis cogitationibus, *gloſ.* notabilis in *dict. can. Eſaù, in verſ. Piſcatores, in fine.* Nec minus operam date debent quartæ venationis ſpeciei, quæ adulatoria dicitur, iuxtà traditionem *Sebaſtian. Medic. in dict. quæſt.* 1. *num.* 2. quam verbis faciunt adulantes, ac prurientes auribus Dominorum, vt ait *Apoſtolus Paulus in epiſt.* 4. *ad Timoth.*

B Laicis autem omni iure venatio, & piſcatio eſt permiſſa, tàm ſcilicèt iure Diuino, vt eſt ſuprà fundatum, quàm etiam iure naturali, ſeù gentium primæuo, quàm gentium ſecundario, vt eſt *tex. in l.* 1. *& 3. ff. de acquirend. rer. domin. & in §. feræ igitur, & §. & quidem naturali iure, & §. flumina, Inſtitut. de rer. diuiſion.* nec intereſt, quòd feras, beſtias, aut volucres quis capiat in ſuo, vel alieno fundo, *d. l.* 3. *& §. feræ igitur*, & de hoc nullo modo poteſt dubitari.

Quæri tantummodò poteſt, an Barones Regni poſſint vaſallis prohibere hanc venationem, ſeù aucupium in territorio feudi, in hac quæſtione *Domin. Capiblanc.* vir ſanè doctiſſimus, & de Baronum, ac Vniuerſitatum iuribus ſatis informatus, tàm in *pragmat.* 14. *de Baronib. à numer.* 35. *cum ſeqq. tom.* 1. quam in *cap.* 86. *tom.* 2. *per totum*, benè probat, Barones Regni, etiam iure communi attento, minimè poſſe vaſallis venationem prohibere, eſſeq; banna venationes prohibentia, iniuſtiſſima, cùm libera ſit venatio de iure gentium, *dict. leg.* 1. *& 3. ff. de acquirend. rer. domin.* In tantùm, quòd nec Principi liceat venationis vſum prohibere, per *text. in l. nemo, ff. de rer. diuiſion. & in l.* 2. *§. ſi quis in mari, ff. nè quid in loco public. & in l. iniuriarum actio, §. final. ff. de iniurijs*, quod tamen reſtringit procedere in Principibus inferioribus, quod intelligendum eſt de Baronibus, nàm in Principe Supremo idem *Capiblanc.* contrarium tenet, ex eo, quia ius venationis eſt de Regalibus, & licèt de hoc neminem citet, & ſine lege loquatur, id tamen probat *Gallupp. in method. iur. feudal. part.* 1. *cap.* 3. *numer.* 61. *&* 62. *& Dom. Horatius Montanus* in eleganti *tractat. de Regalibus, in princip. ſub num.* 11. qui dicit, Regalia poſſe conſtitui duplici modo, altero ex inſtitutione Regnantis, altero verò ex Conſuetudine Regni, & de primo modo dat exemplum in Rege Alphonſo Secundo, qui reſeruauit ſibi venationem Faſanorum, & Perdicum in quibuſdam locis Territorij Ciuitatis Neapolis, vetuitquè incidi arbores, & Territoria coli in Montibus dictis *delli Aſtroni, & delli Serpi*, cùm ſint reſeruata pro venatione Regia, & reſpectu iuris piſcandi idem *Dom. Montanus* in eodem *tractat. de Regalibus, in §. Piſcationum redditus, num.* 1. dicit, quòd pertinet ad Regem, & eſt de Regalibus in fluminibus Regalibus, hoc eſt nauigabilibus tantùm; & de altero modo inducendi Regalia, hoc eſt de Conſuetudine, dicit procedere, quando Rex aliqua ſibi reſeruauit, tacito conſenſu Populi interueniente, dùm bannis emanatis Populus non contradixit, & ſic per decennium effecta ſunt Regalia conſueta, hoc eſt per Conſuetudinem inducta, proùt etiam tradidit *Andr. in rubr. quæ ſint Regal. num.* 2. Hinc videmus in hac Ciuitate, eiuſquè Territorio Regiæ venationi proprium, certumquè Tribunal, atquè Iudicem eſſe à Rege conſtitutum, Hiſpano Idiomate *Montero Mayor* appellatum, à quo venandi facultas certa pecunia perſoluta cuiquè petenti tribuitur, eiquè nunc præeſt, atquè officium hoc exercet Illuſtr. Cæſar Ferraus Sanctæ Agathæ Princeps Nobiliſſimus.

Eſt ergò venatio de Regalibus, non generalitèr in toto Regno, ſed in quibuſdam locis, vel quia in dictis locis particularibus fecerint de Regalibus, vel quia ex Conſuetudine à Rege, tacito Populi conſenſu ſit de Regalibus effecta, ideòq; ad Principem ſpectat, poteſtquè per Principem prohiberi. Barones autem (vt reuertamur ad quæſtionem) inferiores à Principe minimè poſſunt illam vaſallis prohibere, vel quia venatio eſt de iure gentium primæuo, vel ſecundario, vel quia eſt de Regalibus, quæ ad Barones non pertinent, nec in generali conceſſione veniunt, *cap.* 1. *quæ ſint Regal. Ann. alleg.* 29.

num.15. etiam quòd ſit dictum, *cum omnibus Regalibus, Dom. Capiblanc. in pragmat. 8. par. 1. num. 56. de Baron.* & ſatis benè, ... *Gallep. in 4. cap. 3. method. feudal. part. ... num. 24. & 25. cum ſequent.* qui benè etiam declarat doctrinam *Andreæ in dict. feud. quæ ſint regal.* contrarium ſentientis, dicens, eam non ſeruari in Regno, vel eſſe intelligendam attenta qualitate perſonæ conceſſionarij, vel quando Regalia venirent in conſequentiam neceſſariam, vel ratione rei conceſſæ, vel ratione ſoliti, vt *num. 27. & 28. Paris de Syndic. num. tit. de effect. Baron. regal. ſubditos, cap. 1. num. 12. & 13.* Sed debet de eis fieri ſpecifica expreſſio, *Dominus Regens Capycius Latro in conſultat. 2. tom. 1. num. 1. 2. & 3.* vbi quamplurimos refert huius ſententiæ Authores, & præſertim *Dominum Ioannem Iacobum Anchoranum* Iureconſultum doctiſſimum, & eruditiſſimum, Aduocatumque diſertiſſimum in eis elegantiſſimis lucubrationibus apud *Neuiz. de granam. pap. l. tom. 3. gran. in. 72.* Quianimo dico vnumquod ſi nouus, nullamq; replicationem admittat, hoc eſt, quod dominus ius, quòd feudi conceſſio ſit facta baronum omnibus Regalibus, immò & in ſpecie cum venationibus, iuxtà communem ſtylum, & clauſulas Cancellariæ, de quibus per *Capyc. in incipit. in ver. venationibus, & in ver. Regalia*, certum eſt tamen ex ſupra deductis, quòd non cenſetur inclusa venatio ſub conceſſione Regalium, ex eo, quia non in toto Regno venatio eſt de Regalibus, ſed in his tantummodò locis, in quibus Rex principaliter, vel Populi conſenſu diam inſtituit, & in reliquo Regni patrimonio, iure gentium ſeruato, liberum eſt cuique venari. Dum ergo Rex feudum concedit cum Regalibus, & venationibus, intelligitur, ſi ibi Regalia, & ius prohibendi venationem poſſideat, per ea, quæ dicit *Affict. decis. 334. num. 3. 4. & 5.* vbi etiam *Vrſill.* latiſſimè ſub *num. 6.* ſemper enim Rex in illa generali, vel expreſſa conceſſione præſumitur adijcere clauſulam, *Si qua, vel ſi quæ*, ac *alienis vrbibus ſemper ſaluis*, nec velle præiudicare iuribus tertij, vt dicunt *Affict. et Vrſill. ibi*, vbique ab eis relictis. Idcirco, dum Rex venationem in feudo concedit, non prohibuit, quia illam liberum vaſallis reliquit, prout de iure eis competebat, non poterit Baro illam prætendere, vaſallisque prohibere, ex ſupra iàm deductis, & ità præter relatos tenet *Anna ſingular. 59.* qui allegat *Caſſaneum, Cuzurr. et Gramaticum*, & *Dom. Fab.* ſibi citat *Rimuald. iun. Dom. de Franch. et Io. Ant. de Negris*, quos videre poteris.

Fateor tamen, quòd ſupradicta concluſio nonnullas recipit limitationes, quas recolligit *Dom. Capiblanc. in d. pragmat. 14. num. 36. cum ſequent. tom. 1. et in dict. cap. 86. tom. 2. per totum, et Guzurr. canonic. quæſt. lib. 2. cap. 28.* qui præſertim tradunt, poſſe venationis modum prohiberi ad publicam vtilitatem, poſſet quoque Baro, ſicut quilibet priuatus venationem prohibere in propriis ſuis tenimentis, vt dicit *Guzurr. dict. cap. 28. num. 3.* præſertim ... rint ſæpe, muroq. vallata, *Capibl. d. c. 86. n. 12.* ... *Io. Lignar.*

De Baronibus, & eorum officio.
Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Baro quis dicatur, & vndè.*
2 *An ſiat ex ſola feudi poſſeſſione.*
3 *Baronum authoritates quæ ſint, remiſſiuè.*
4 *Barones vti feudatarij, & vaſall. quot, & quibus modis obligantur Reg. tanquàm directo domino.*

1 QVI Caſtrum habuit à Rege in titulum Baroniæ dicitur Baro, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Baro*, & ex græco, vel hebræo ſermone dicitur idem declarat *ibidem n. 3.* ſed *Bl. A. Surg. de Neap. illuſtr. cap. 23. num. 3.* ... hit a verbo græco, ſignificante pontus, & de Baronum origine vltrà *Frecc. lib. 1. de ſubfeud. tit. de origin. Baron.* vide *Bouadill. lib. 2. cap. 16. num. 24. & ſeqq.* qui poſt relatas opiniones reſidet, vt trahant originem de Coloniis Romanis, ſola ta-
2 men poſſeſſio feudi non facit quem Baronem, niſi cum titulus, & legitimus titulus, *Andr. in c. 1. nu. 23. in fin. de Capit. qui cur. vend.*

Quæ autem, & quales ſint eius authoritates, latiſ-
3 ſimè declarat *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. per tot.* & poſt harum mearum lucubrationum primam impreſſionem *Ioannes Franciſcus Capiblancus* de Ciuitate Muri Solertiſſimus Iureconſultus ſingulas pragmaticas huius rubricæ exornauit ſuis doctiſſimis Commentarijs, quibus titulum inſcripſit, *De Authoritate Baronum.*

4 Quæ autem, & quibus modis Barones tanquàm feudatarij, ſeù vaſalli ſint obligati Regi vti Domino directo, explicat *Aſſi. dec. 265.* vbi enumerat triginta quatuor modos.

ADDITIO

A CAmerar. tamen in *princip. leg. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Feder.* aliter declarat ex *Luca de Penna in l. final. C. de mancip. et colon. lib. 11.* vt ſcilicèt dicatur à verbo Græco Bare, ideſt grauis, vel fortis homo, quod etiam placet *Dom. Capiblanc. de authorit. Baron. in rubr. num. 5.* vbi etiam tractat de ſignificatione hebraica, & comprobat *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. glo. 10. part. 1. num. 3.* Melius tamen dixiſſent, ſi deduxiſſent ab aliquo verbo Barbaro, quia interdùm aliqui Barones ſunt tàm Barbari in miſeros vaſallos, ſeuitiam exercentes, illoſq; opprimentes in perſona, & bonis, vtantes omnia ipſis licere, adeſſequè eis pro ratione voluntatem, nec eos pudet, Nobiles cùm ſint indigna facinora, atque flagitia, & (quod magis eſt) contra Dei præcepta committere, nec conſiderant, quòd ipſum Deum, qui eſt ſumma Bonitas, & Iuſtitia, habebunt Vltorem, nec diù eorum dominium, & vitam durare, iuxtà *Thalis* philoſophi reſponſum, qui interrogatus, quid nàm difficile vidiſſet? *Senem*, inquit. *Senem.* Studeant ergò Barones, & quotquot ſunt aliorum Dominatores, ità ſe ipſos præbere ſubiectis, vt amari ſe faciant, non odio haberi, memores illius reſponſi *Alexandri Magni*, (quod refert *Quintus Curtius de rebus geſtis Alex. Magni*) qui cùm eſſet morti proximus, & interrogatus, cui nàm Regnum relinqueret? reſpondit, *ei, qui eſſet Optimus.*

& certe

& certè optimus, nedùm bonus debet esse is, qui alijs præest, ac vult dominari, & quomodò se gerere debeat, & quanta onera sustineat Baro circà vasallos, recollegit latissimè *Dom. Capiblanc. in toto tract. de author. Baron.* & præsertim in *pragmat.* 3. in qua inter alia refert, posse Baronem feudo priuari, vel cogi ad illud vendendum, propter seuitiam, ac oppressiones, quas infert vasallis, vt à *num.* 49. *ad* 64. *Dom. Reg. de Ponte in tract. de potestat. Proreg. in tit de elect. Official. §.* 1 *num.* 1. 2. 3. 4. *& seq. & in decis. Collat.* 16. *à num.* 13. *ad finem*, qui loquitur, tàm in Barone, quàm in Officialibus possidentibus officia vendibilia, *Dom. Lanar. cons.* 5. *num.* 12. *&* 13. & alios citat *Dom. Regens infrà in pragmat.* 16. *num.* 8.

Io. Laganer.

De Baronibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Emere, vel vendere quibus in casibus quis cogatur, & aliqua ad declarationem tùm istius, tùm sequentis pragmaticæ.*

2 *Vendere etiam viliori pretio, adhibito tamen aliquo temperamento vasalli ob publicam vtilitatem compelluntur.*

3 *Pragmatica ista prætendit etiam in rebus Fiscalibus, & quando Fisco prohibeatur venditio, remissiuè.*

4 *Baro vtrum valeat ejicere mercatores à Terris suis.*

5 *Administratores Vniuersitatum an propria authoritate possint ordinare aliquid circà venditionem rerum venalium, vsumque mercatus absque Baronis consensu.*

OFficij nostri, &c. Liceat vasallis emere, & vendere, nulla molestia à Baronibus inferenda, H. D. cum pragmatica sequenti.

1 Pro declaratione vtriusque pragmaticæ vide *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *auth.* 38. vt procedat in fructibus, qui proueniunt ex feudali territorio, pro quo soluitur canon, secùs si aliundè prouenissent, vel iustum pretium non offeret, nec curaret emere, vel alteri cedere vellet Baro à principio, secùs ex post facto propter impotentiam soluendi. *Muta in cap. Sicil.* 28. *num.* 14. *tom.* 1. *Couarr.* tamen *lib.* 3. *variar. resol.*
A *cap.* 14. *num.* 6. contrarium tenet, & generalitèr, in quibus casibus quis cogatur emere, vel vendere, vide *gloss. in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adult. Hippolyt. l.* 1. *§. cum quidam, ff. de quæst. Afflict. in præludijs ad Constit. Reg.* 3. *quæst. num.* 7. *& seq. Couarr. in d. cap.* 14. *per tot. Tiraquell.* remissiuè tamen in *præfationibus ad retractum consanguitatis, num.* mihi 15. *in fin. Ioann. Koppen German. quæst.* 59. Immò causa
2 publicæ vtilitatis possunt vasalli cogi ad vendendum etiam viliori pretio, *Cranett. de antiqu. tempor. part.* 4. *sect. circà præmissa, num.* 6. per *text. in l. si pendentes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufruct.* adhibito tamen temperamento, de quo per *Couarr. lib.* 3. *variar. resol.*
3 *cap.* 14. *num.* 8. soluta eis iusta rerum æstimatione. & amplia in Regno, vt prædicta pragmatica procedat in rebus Fiscalibus, vt in *Constitutione Magistris Procuratoribus*, quæ in vno casu tantùm pro Fisco
B prohibet liberam venditionem, & limita in casu *Constitutionis Regni Ad subiectorum*, vbi *Afflict. in* 3 *notab.* non autem Barones possunt expellere mer-
4 catores à Terris ipsorum Baronum, *Anna singul.* 54. *Mexia de taxa panis, concl.* 5. *nu.* 140. *Afflict. de form. fidel. num.* 19. *& de milit. vasall. qui eorum est n.* 182. *Iacobin.* in sua *inuestit. in verbo Dux, versatem quæro, Benuen. Strac. de mercatur. p.* 2. *in princ. n.* 34.

An autem Administratores Vniuersitatum pos-
5 sint authoritate propria condere ordinamenta circà venditionem rerum venalium, & vsum Nundina-
C rum, siuè mercatus absq; authoritate Baronis? *Modest. Pistor. quæst.* 134. *lib.* 4. dicit, Ciuitatem in præiudicium, & exclusionem vicinorum sub eodem Domino non posse sine consensu Domini, seù Principis Prouinciæ.

ADDITIO.

A DVM in anno 1618. Baro Terræ Torracæ, & feudi Sapri, quod nunc possidetur ab Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Duce Medinæ de las Torres, Hostiliani Principe, & huius Regni Prorege, meoq; Domino, prætenderet prælationem in emptione vinorum, & aliorum fructuum, qui vendebãtur in feudo prædictoà ciuibus Torracæ vinearum, & Territoriorum dominis, institit Vniuersitas coràm *Domino Regente* tunc Regio Consiliario, & Commissario grauaminum, in Banca de Ferrarijs, nunc de Spera, prouideri, quòd Baro abstineret, nec ciues molestaret pro prætensa prælatione præter vsum ipsius, & domus suæ. Ego, qui Vniuersitatis instantiam tuebar, dicebam, quòd Vniuersitas habet intentionem fundatam, ex regula *l. nec emere* 16. *C. de iure deliberand. & l. dudùm* 14. *C. de contrahend. emption.* & ex *pragmatica prima Officij nostri*, & ex *pragmatica* 15. *Quin etiam de Baronibus*, quibus iuribus tàm communibus, quàm municipalibus Regni cauetur, vt nemo inuitus vni potiùs, quàm alteri rem suam vendere cogatur, sed libera sit vnicuiquè facultas sua quæquè victualia, & bona, proùt iure, & legibus permittitur, vendere, ac de illis contrahere, cum quibus, & proùt voluerint.

Sed omnem difficultatem facit doctrina *Bart. in l.* 1. *in fine*, C. *de metall. & metall. lib.* 11. quam sequitur *Iason in l. final. num. .... C. de iure emphyt.* vbi dicit *Bartol.* quòd colonus debet vendere potiùs Domino fructus, quàm alijs, ex qua deducit *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *in* 38. *authoritat. Baron.* Quòd Baro præfertur in emptione fructuum, qui proueniunt ex territorio feudi per subditos, qui volunt illos vendere alteri, & antè cum tradidit *Afflict. in præludijs Constitut. quæst.* 3. *num.* 12. qui allegat *Bartol. & Lucam de Penna in d. l.* 1. C. *de metall. & metall.* & hos omnes congerit *Dom. Consiliar. Rouit.* in eleganti eius *Commentar. super pragmat. in pragmat.* 1. *de Baron.*

Vis ergò consistit in resolutione, vel confutatione prædictæ doctrinæ *Bart.* nàm de cætero Vniuersitatis intentio, & iustitia est satis clara in iure, tùm communi, tùm municipali fundata. Quamobrem aduerto in primis, quòd supradicta *Bart.* doctrina reprobatur, & falsa vndiquè conuincitur à *Couarru. variarum resolutionum lib.* 3. *cap.* 14. *sub num.* 6. *vers. cæterùm quo*, rem istam (pace tamen tanti Iurisperiti, & communis omnium Magistri sit dictum) Vt enim Fiscus in emptione metallorum alijs præferatur peculiare ipsius Fisci priuilegium est, vt ea ad Reipublicæ vtilitatem penès Principem sint, non apud priuatos, & sub hac prælationis lege, & præcepto permisit eo loci *Imperator* me-

rallorum effossionem. Quod sanè prælationis pactum *Imperator* cùm in iure isto metallorum habeat vtile, & directum dominium, sitq; ipsi reseruatum, *dict. l. 1.* & dixit *Andr. in tit. quæ sint regal. in ver. Argentaria*, effossor verò nullum ius habeat, potuit in concessione iuris fodiendi pactum illud prælationis apponere, *l. in re mandata, C. mandat. l. 1. ff. de solution.* Imm̃o verò cùm metallorum effossor nullum ius habeat, colonus verò plenum dominium in fructibus consequatur, *l. si apes, 26. & l. fulio. 84. §. frugibus, ff. de furtis*, & consideretur ibi Fisci fauor, non poterit propter disparitatem rationis hæc à *Bartol.* fieri illatio. Nec simile de emphyteuta adduci potest, quoniam cogitur emphyteuta meliorationes, non autem fructus directo Domino potiùs, quàm alteri vendere, *l. fin, C. de iure emphyt.* at nos tractamus de fructibus, & non de meliorationibus, de quibus loquitur *d. l. fi. C. de iur. emphyt.*

Præterea, si qua esset ratio, quæ colonum, & sic vasallum cogeret Domino potiùs vendere, illiq; prælationem tribueret, esset ex causa hypothecæ, quam Dominus pro pensione, & canone super fructibus haberet, secundum *Frecc. loco* iàm relato, *Capiblanc. dict. pragmat. 1. Surd. dec. 97. num. 5. & Thesaur. forens. quæst. lib. 2. quæst. 29.* At clarissimum est colonum facere fructus nos saltem post decerptionem, & recollectionem, *l. si apes 26. ff. de furtis, Bart. in l. eam qui. §. præterea. ff. eod. & Surd. in d. dec. 97. num. 3.* Resoluique hypothecam solutione canonis, seù pensionis, dicit *text. in l. cùm colono 14. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur*, & *D. de Franch. decis. 145. sub num. 2.* & sic resoluta saltem hypotheca per solutionem pensionis, seù canonis, corruit quoq; ius prælationis, ab hypotheca causatum.

Patet ergò ex prædictis, *Bart.* doctrinam nullo iure, nullaué ratione fulciri, sed esse reijciendam, ideòque conclusionem, vt Baro præferatur super ea, fundatam à *Frecc. d. authorit. 38. & Affl. d. quæst. 3. nu. 12.* cum ea corruere.

Verùm cum verò quando hæc *Bartol.* doctrina veluti ab aliquibus inaduertenter admissa, recipienda aliquo modo esset, adhùc Vniuersitas haberet intentum, nàm limitanda omninò esset, quotiescunque Baro deducto eius vsu, & familiæ suæ fructus territorii feudi vellet emere pro alijs, vel vt alijs reuenderet, & sic pro mercatura faciendà; ità eam restringit *Frecc. loco* iàm relato in *4. limit.* cuinq; sequitur *Capiblanc. d. pragmat. 1. nu. 157.* & habetur clarè in *d. prag. 1. & 15. de Baro*, cùmq; Baro deducto vsu præsumatur emere, vt alijs reuendat, ius prælationis in hoc casu ipsi minimè competit, nec casum proprij vsus poterit alteri cedere, late *D. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 2. num. 11.* cùm sit ius personale, *Guid. Pap. dec. 415.* & alij à *Frecc.* relati, & in terminis, quòd non competat directo Domino, seù emphyteutæ prælatio, quotiescunq; vellet fructus pro amico, & aliis, & non pro se emere, notauit *Vrsill. ad Affl. dec. 238. n. 6.*

Et postremò Vniuersitatis, ciuiumq; iustitia est extrà omnem difficultatem ex dispositione *Regiarum pragmaticarum, prima* scilicèt Regis Ferdinandi, & 15. Caroli V. Imperatoris, & Regis, immortalis, semperq; felicissimæ memoriæ, *sub tit. de Baron.* quibus clarissimè reiecta *Bart.* & sequacium doctrina, mandat Inclitus Rex Ferdinandus, vt *Vnicuique sit libera facultas suaque; victualia, & animalia, & alia, quibus iure licet, prout iure, & legibus permittitur sibi, vendere, & de illis contrahere cum quibus, & prout voluerit, nec ab eorum Dominis directè, vel indirectè, vel alio quouis modo prohibeantur.* & similiter Imperator Carolus Quintus mandat, quòd *liberi sint vasalli, cui voluerint, quando voluerint, & vbi, & quæ voluerint vendere, & emere prædicta omnia, & alia quæcunq; & extrahere ad eorum libitum voluntatis, nec in prædictis possint modo aliquo per vtiles Dominos, aut eorum Officiales sub pœna nostro, aut nostri Viceregis arbitrio reservata, directè, vel indirectè, &c.* & sic ex pragmaticis istis clarissimè habemus, nullo modo posse Barones venditionem, nec emptionem victualium, animaliũ, & bonorũ aliorũ quorumcunq; vasallis impedire, nec laborare oportet in responsione eius, quod dicit *Frecc. in dict. author. 38.* quòd scilicèt prædictæ pragmaticæ non loquuntur de prælatione, nàm ex verbis pragmaticarum, & mente Legislatorum satis clarè colligitur, voluisse Principes iustissimos Baronum iniustitijs obuiare, quia nõ alio iure, quam prætensæ prælationis bona auferebant à miseris vasallis, quod si alter forte inconuenienti obuiare voluerint, & reliquissent prætensionem hanc prælationis, nihil fecissent, & ità hoc intelligit, & declarat nouissimè *D. Præs. Lunar. in addit. ad Reg. Lunar. in §. sed etiam res, num. 37. & Capiblanc.* antè cum *in prag. 1. n. 2.*

Clarissimè igitur constat ex prædictis, quòd tàm iure communi inspecto, quàm Regiarum pragmaticarum sanctione attenta, non potest Baro ciues, vasallosq; cogere ad sibi vendendum iure aliquo prælationis, sed tantùm in casu necessitatis pro suo, & familiæ suæ vsu, ab habentibus tamen venalia poterit in aliorum concursu præferri, iuxtà prædictam *Regiam pragmaticam 15. de Baron. in fin.* ibi *Vrgente etiam necessitate, & supplicantibus Vniuersitatibus, possint particulares, &c.* & infrà. *Et si Domini pro suis, & domus suæ necessitatibus emere aliquid voluerint, & volentibus vendere pro eodem pretio, quod ab aliis etiam exteris inueniatur, emere possint, & hoc casu pro vsu suo, & domus suæ, & ab habentibus venalia aliis præferantur pro eodem pretio,* & ità hoc declarat *Dom. Rouitus in hac pragm.* particulariter articulo hoc benè discusso, tàm domi coràm *Domino Regente*, tunc Consiliario, & Commissario, quàm in S. C. Baronis partes tutante doctissimo illo viro, Aduocatoquè primario Cæsare Caracciolo. Fuit prouisum, quòd Baro præferatur in casibus in Regia pragmatica contentis, in processu Vniuersitatis Torracæ cum Baronе super grauamine in Banca de Spera.

¶ Nisi venditis priùs rebus Fiscalibus, quod etiam obseruari faciunt quandoq; Barones contra eorum vasallos, emanando banna, nè vasalli vendant eorum frumenta, vina, animalia, nec ea macellent, nisi venditis frumentis, vinis, & animalibus ipsorum Baronum, quæ banna, & prohibitiones non posse fieri, probat *Capiblanc. in pragmat. 1. sub num. 163. de Baron.* authoritate *Affl. in d. Constitut. Magistris Prouisoribus*, & sunt etiam contra dispositionem pragmaticæ huius, *Anton. de Ballis lib. 4. de quæstion. particul. quæst. 2. num. 65.* qui allegat *Campagn. in Cap. Grauamina. n. 52.*

C Hæc quæstio aliquo modo pertinet ad illam adnotatam suprà in *pragmat. 1. sub num. 8. vers. nisi Vniuersitas sit in possessione, & in vers. ad Baronem, de annona.* An scilicèt assisiana imponere spectet ad Baronem, vel ad Vniuersitatem, quam vltrà DD. ibi notatos reperio tactam à *D. Capiblanc. in præg. 1. nu. 147. de Baron.* vbi fundat, de iure communi ad Principem, de consuetudine tamen ad Vniuersitatem spectare, & idem dicit in *cap. 9. num. 1. & 2. tom. 2.* verùm tamen est, quòd deindè in eadem *pragmat. 1. sub n. 151.*

fundat,

fundat, ad Barones, non autem ad Vniuersitates spectare, nam Vniuersitatibus prohibitum est exercere iurisdictionem aliquam, vt in *Const. Regni Cum satis*, & ex alijs fundat *Capibl. ibi.*

Contrariam tamen sententiam, quòd scilicèt ad Vniuersitatem spectet assisiæ impositio, late fundat *Dom. Eliseus Danza in tract. de pugna Doctor. in tit. de Annona, & Grassia, cap. 11. tom. 1.* vbi DD. omnes id tractantes adducit *sub num. 25.* & præsertim *Campagn. in Cap. Inter virtutum nu. 17. Montanar. in prag. 1. de administr. Vniuersit. num 69. & D. Reg. Tapia in Const. Magistros Camerarios*, & alibi.

Ego vero puto, quòd *Capiblanc.* opinio sit verior, vt scilicèt ad Baronem de iure spectet, de consuetudine tamen generali huius Regni ad Vniuersitates, si in possessione existant. Id verò, quod dicit *Danza*, quòd antiquitùs de iure ad Decuriones Ciuitatis spectabat, per *l. 1. §. cura carnis*, C. *de offic. Præfect. Vrb.* procedebat de iure antiquo ante translationem dominij, & Imperij in Principem, sed post translationem, omne ius, omnisq; potestas per Populum fuit translata in Principem, & successiuè in Barones habentes causam ab eo, *l. 1. §. nàm qui subtiliter, in vers. cum enim antiqua lege*, C. *de veteri iure enucleat.* & sic Populo nulla remanit potestas, vel iurisdictio. *Io. Logan.*

De Baronibus. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Officium Baronum an, et quando emi, vendiue possit, remissiue, et pragmatica in verbo* exorbitat *à iure decisiuatur.*

ET inter alia, &c. Baronum officia non sint venalia. H. D.

Dum in *textu* dicitur, quòd hoc exorbitat à iure, credo, quòd habuerit relationem ad *text. in cap. 1. et* 1 *segq. extrà nè prælati vices suas*, in autem, & quandò liceat emere, vel vendere officium, vide quæ latiùs dixi in *prag. 1. et 2. infrà de offic. et quæ ijs prohib.*

De Baronibus. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Barones vltrà annum Officiales creare, vel infrà annum mutare, etiam eis consentientibus nequeunt, nisi ex aliquibus causis.*

2 *Officialis finito anno vtrùm aliud officium in eodemmet loco diuersum à primo valeat exercere.*

3 *Barone deputante duos Officiales ad idem officium vno, eodemq; tempore, et loco, quis eorum erit præferendus, habès priùs expeditionem commissionis, vel capiens priùs officij possessionem, etsi in data possessionis sit posterior.*

4 Textus in l. quoties, C. de rei vendic. *habet locum, etiam in officijs.*

5 *Duo habentes causam ab eodem, si inter se contendant, ille præfertur, qui priùs habuit possessionem, licèt alter sit prior in titulo.*

6 *Possessionis plura commoda, remissiuè.*

6 Textus in d. l. quoties *procedit in omni iudicio, tàm particulari, quam vniuersali, et etiam in feudis.*

8 *Officiali electo vt ius inconcussum acquiratur, tria desiderantur.*

9 *Officialis qui non administrat, non habetur pro creato.*

10 *Officialis electus non gaudet priuilegio, et dignitate officij, nisi suscepta administratione, quæ ex sola commissione non transfertur, cùm requiratur præstatio iuramenti.*

11 *Possessio feudi ex inuestitura translata minimè censetur, nisi realis subsequatur traditio.*

12 *Promotus ad officium si quis primo loco fuerit, et secundo sit promotus alius, is præfertur, qui prius habuit possessionem.*

13 *Officij possessio, vt acquiratur post electionem, et acceptationem, requiritur ingressus palatij, et quòd ibi recipiatur per Consilium.*

14 *Possessionis prioritas in officijs etiam per horam, momentum, vel punctum attenditur.*

15 *Possessio momentanea absq; exercitio alicuius actus iurisdictionis non est considerabilis à iure, etiam ad restitutionem in possessionem, idq; procedit in omnibus iuribus incorporalibus.*

16 *Ingressus simplex ad officium cum præstatione iuramenti de fideliter exercendo non transfert possessionem, vel quasi, sed requiritur exercitium actuum iurisdictionalium, et ad ipsum officium congruentium.*

17 Tex. in c. capitulum Sanctę Crucis, *extrà de rescript. in quibus casibus procedat.*

18 *Patronus laicus si præsentauit duos ad idem beneficium, qui prior cepit possessionem præfertur, et quare.*

19 *Officialis pendente syndicatu alterius officij est penitùs inhabilis ad consequendum aliud officium.*

20 *Paria sunt, aliquem non extare, vel extare, et esse incapacem.*

21 *Emptor primus in materia l. quoties, C. de rei vendic. cui non dùm res est tradita, non potest se opponere, pro suo interesse, nè res tradatur tertio, qui secundo loco contraxit, neq; Iudex potest inhibere, quominùs alteri vendatur, et tradatur possessio.*

22 *Ius si plures habent, et primus, qui ius debuerat præferri, negligèter agat, et secundus sollicitè rem acquirat, hic secundus de iure præfertur.*

23 *Dominus si inuestiat duos de eodem feudo, & tradat possessionem secundo loco inuestito, hic secundus erit præferendus, etiam si in actu traditæ possessionis dicat tradens, vel inuestiens, trado tibi, saluo iure primi, immò si tradens dicat, volo, quòd si primus petat à secundo, quòd tradas ei possessionem, non ideò tenetur secundus præcisè tradere possessionem, sed ad interesse tantùm, & n. 24.*

25 *Habilitas in materia officiorum requiritur tempore collationis, nec sufficit, si postea superueniat.*

26 *Vniuersitati licet non admittere Officialem deputatum à Barone, cò magis, quandò Officialis esset de loco odioso, vel non confidente.*

VOlumus, &c. Barones deputent Officiales annales syndicandos finito anno. H. D.

Concordat *pragmat. 5. in princ. infrà de offic. Iudic. & Constitutio Occupatis nobis, & Constitutio Iudices vbique locorum*; Nota, quòd Barones non possunt creare Officiales, qui exerceant officium vltrà annum, & eodem modo non poterunt mutare Officialem infrà annum, etiam si ipse Officialis consentiat, vt per *Præs. de Franch. dec. 409.* nisi ex causis, de quibus aliquas enumerat *Foller. in Const. Magister Iustitiarius, num. 43. vers. item Officiales*, scilicèt propter diuturnam infirmitatem, vel nimiâ negligentiam, vel fruitiam, vel si non tenet integram familiam, vel si se non interponit inter rixantes, an autem finito anno idem Officialis possit exercere aliud officium in eodem loco, diuersum à primo?

1

&c di-

& dicendum est, quòd non, vt per eundem *Præs. de Franch. dec.* 479. de iure communi quid sit dispositũ, explicat *Alciat. resp.* 54 *lib.* 8. *n.* 28. & æquiparat Præsidi Prouinciæ.

Sed hic non inconsuetè dubitatur, si Baro vno, eodemq; tempore deputauit duos Officiales ad idem
3 officium in eodem loco, quis illorum erit præferendus? hic, qui primo loco obtinuit expeditionem literarum commissionalium in eius personam, vel ille, qui cepit priùs possessionem officij, licèt in data commissionis esset posterior? & dum casus accidisset inter Troianum Patronellam Griffon V.I.D. meum leuirum, & Leonardum Prignanum V.I.D. in officio Terræ Pisticij, quorum hic erat prior in data commissionis, sed posterior in captura possessionis, ille verò erat posterior in data, sed prior in possessione, ego obtinui pro meo leuiro, qui priùs ceperat possessionem, licèt à principio Iudices visi fuissent inclinare in contrariam sententiam, & quia casus est quotidianus, & articulus est à nemine, quem viderim, disputatus, libuit hic meas allegationes inserere, prout iacent.

In facto demonstraui, Magnificum Patronellam per aliquas horas priùs cepisse possessionem, scù quasi officij Capitaneatus Terræ Pisticij, quam Aduersarium, & propterea concludebam, quòd ex dicta possessione erat sibi acquisitum plenum ius, non obstantibus commissionibus primo loco expeditis in personam aduersarij, ex regula *text. in l. quoties*, C. *de rei vendic.*

Sed quia desiderabatur in hoc aliqua doctrina
4 particularis, licèt in iudicijs nunquàm id fuisset controuersum, adduco in terminis *Ioannem Petrum Mangrellam*, Doctorem quippè in Regno sua tempestate grauissimæ authoritatis, qui in suis *Additionibus ad* Bartol. nouissimè impressis dicit, dictam *leg. quoties* procedere etiam in materia officiorum, si cõtingat vnicum officium duobus concedi.

Quam quidem declarationem præsentierunt cæteri *Doctores*, dùm adiectis quibusdam tantùm limitationibus extrà casum nostrum voluerunt illam
5 *legem* procedere in omni materia, vt si duo habentes causam ab eodem inter se contendant, ille præferatur, qui priùs habuit possessionẽ, licèt alter sit prior in titulo, vt dicunt *Doctores* omnes in *d. l. quoties*, & *l. sinè autem*, § *si duob. ff. de public. in rem actio.* & Menoch. qui omnia possessionis commoda cumulauit in
6 *tract. de præsumpt. lib.* 6 *præsumpt.* 69. *num.* 22. & *Tiraquell. in tract. de iure primogenior. quæst.* 17. *ampl.* 12.
7 voluit, quòd regula *text. in d. l. quoties* procedat in omni iudicio, tàm particulari, quàm vniuersali, & quòd procedat etiam in feudalibus, voluit in specie *Andr. in c. si fatta n.* 2 *si de feud. defunct. contr. sit.*

Sed nè rem ferè propriam fumino digito tetigisse videamur pro confirmanda hac opinione aduertant,
8 quæso, Circumspectissimi, & doctissimi Iudices, quòd in huiusmodi officijs, vt Officiali electo acquiratur ius inconcussum ad ipsum officium, tria necessariò requiruntur, electio eius, ad quem spectat electio, acceptatio ipsius electi, & administratio, siuè ingressus ipsius officij, vt probat optimè *text. in l. publicus, ff. de cond. & demonstrat.* vbi *Bart. Paul. Imol. & Socin.* id notant expressè, *Paris de Syndic. in vers. electio Officialium cap.* 3. incip. *in officijs tria, &* Boer. *dec.* 149. *num.* 6. *cum seqq. Surgens de Neap. Illustr. cap.* 18. *num.* 17. *propè finem*, appositissimè *Bald. in l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Aug.* vbi ait, quòd in officijs tria requiruntur, electio, acceptatio, & ingressus officij.

9 Immò tanta est vis administrationis, vt non habeatur pro creato, qui non administrat, secundùm *Bald. in l. sed & milites*, § *quæsitum, in fin. ff. de excusat. tutor.* quem sequitur *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Dux, num.* 56. qui ibidem ex prædictis subdit,
10 quòd Officialis licèt sit electus in officio, non tamen gaudet priuilegio, & dignitate officij, nisi susceptea administratione, tanta est vis ipsius administrationis; quæ quidèm administratio non transfertur ex sola commissione, sed requiritur præstatio iuramenti, secundùm *Luc. de Penn. in l. Iudices, in fin.* C. *de dignit. lib.* 12. sicut in simili possessio feudi non censetur translata ex inuestitura, nisi sequatur realis tra-
11 ditio, vt latè disputando concludit *Andr. in c.* 1. *quid sit inuestitura, num.* 1. *in fin. & num.* 2. *Iacob. de Aren. Alb. Bart. Imol.* & reliqui in *Leim sub hac, ff. de cond. ex demonstrat.* Cyn. *in l. post aditam*, C. *de inst. et substit.* Rum. omninò videndus in *cons.* 19 *num.* 14. *quis quodam lib.* 1.

12 Et propterea in proprijs terminis ex his infert *Boer. dec.* 150. *n.* 6. quòd si quis primo loco fuit promotus ad officium, & secundo loco fuit promotus alius, is, qui primò habuerit possessionem præfertur, quæ decisio est punctualis ad casum nostrum, licèt in contrarium videatur *Franc. Marc. dec.* 621. *num.* 2. *par.* 1. & in propriſsimis terminis *Licentiat. de Pisa in Decuria Pisana lib.* 1. *cap.* 13. concludit, quòd ad
13 acquirendam possessionem officij, post electionem, & acceptationem requiritur ingressus palatij, & quòd ibi recipiatur per Consilium, plura ad hoc propositum congerit *Borrell. de Magistrat. edict. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 43. *ad* 60. & est pulchra decisio Senatus Lusitani relata per *Cabed. dec.* 30. *part.* 1. *et decis. seq. et decis.* 4. *et* 5.

Restat onus modò subuertendi fundamenta partis aduersæ, quæ in tribus tantùm consistunt. Primũ in controuertenda prioritate possessionis captæ, ex quo vterq; cepit possessionem eodem die, & non constat de prioritate. Secundum in data commissionis anteriori, per *text. in cap. capitulum Sanctæ Crucis extrà de rescript.* Tertium in prouisionibus Magnæ Curiæ continentibus, quòd non daretur possessio Patronellæ tanquàm posteriori in data commissionis; sed sibi, qui est anterior: sed hæc omnia facilè diluuntur; nàm quòad primum est vltimo loco præsentata in Banca fides Vniuersitatis Pisticij, quòd Patronella cœpit possessionem de mane pacificè, & quietè, & post aliquas horas superuenit aduersarius, qui similiter cepit possessionem in platea, & quia reperit locum occupatum, statim indè recessit, & ibi remansit Patronella, qui suam possessionem continuauit, & continuat, absq; aliqua contradictione, & sic non est dubium, quòd Patronella est anterior saltim per horas.

Quòd autem in similibus prioritas possessionis
14 etiam per horam attendatur, in iure est absolutissimum, vt per *Ioannem Baptistam Ferrettum cons.* 2. *num.* 7. *cons.* 27. *num.* 1. *& cons.* 397. *num.* 25. immò, quòd etiam per momentum, voluit *Alber. in l. cum sponsus, num.* 6. *ff. de public. in rem action.* & demùm quòd etiam puncti prioritas sit inspicienda, voluit expressè *Bald. in cap. capitulum sanctæ Crucis, num.* 3. *extr. de rescript.*

Quinimmò ex lectura dictæ fidei resultat nedùm prioritas possessionis Patronellæ, sed etiam defectus possessionis in personam aduersarij, dùm in ea dicitur, quòd statim facto illo ingressu recessit, & amplius in Terram Pisticij non est reuersus, sed remansit Patronella in officio. Quò fit, vt quæ tnus ex illo acta resilaret possessio, tamen illa possessio fuit

mq-

momentanea, non enim exercuit aliquem actum iuriſdictionis, & de iure talis poſſeſſio momentanea
15 abſque exercitio alicuius actus iuriſdictionis non eſt conſiderabilis à iure, etiam ad reſtitutionem in poſſeſſionem, prout perbellè docuit *Philipp. Franc. in cap. cùm id decimas*, per illum *text. in 2. not. ab. d. reſtitut. ſpol. in 6.* quem ſequitur *Io. Baptiſt. Ferrett. conſ. 2. num. 9. conſ. 21. num. 10. & conſ. 394. num. 7. Hier. Grat. conſ. 69. num. 14. volum. 1.* quod procedit in omnibus iuribus incorporalibus, vt probat *Rebuff. tom. 3. Conſt. Gall. tit. de mater. poſſeſſ. in præfat. n. 151.*
16 *cum ſeqq.* & in indiuiduo, quòd per ſimplicem ingreſſum ad officium, & cum præſtatione iuramenti de fidelitèr exercendo non trãsferatur poſſeſsio, ſeù quaſi, ſed requiratur exercitium actuum iuriſdictionalium, ac ad officium ipſum congruentium, tradidit *Albert Brun. inter conſ. feud. diuerſ. conſ. 97. in fi.*

Secundum non obſtat, nam regula *text. in d. cap.*
17 *capitulum Sanctæ Crucis* procedit in illis caſibus, in quibus ex ſola conceſſione transfertur ius, prout eſt collatio beneficiorum facta a Summo Pontifice, de qua loquitur propriè *text. in d. cap. capitulum Sanctæ Crucis*, & non minùs ſi attenditur prioritas in data, & ità communitèr limitatur regula *text. in d. l. quoties, C. de rei vendic.* ſecundùm *Caſ. ibi in 4 limit. num. 12.* qui ad hoc adducit in ſpecie dictum *cap. capitulum Sanctæ Crucis*, *Hippol. de Marſil. ſingul. 82. & in l. qui duobus, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* & alios, quos refert, & ſequitur *Ant. Gabr. lib. 3. comm. concl. tit. de empt. & vend. concl. 2. n. 9.*

Et quòd hoc ſit ſpeciale in collatione Summi Pón-
18 tificis adduco alium *text.* de iure Canonico, ſcilicèt in *cap. quod autem, extrà de jur. patr.* vbi diſponitur, quòd ſi patronus laicus præſentauit duos ad idem beneficium, is, qui prior cepit poſſeſsionem, præferturratio eſt, quia præſentatio patroni laici non trãsfert ius præſentato, niſi ſequuta poſſeſsione, vt per *Luc. de Penn. in l. prædia, C. de loc. præd. curial. lib. 11. col. 3. verſ. 7.* ſed in collatione facta à Summo Pontifice eò ipsò per collationem eſt acquiſitum ius, & propterea non eſt mirandum, ſi in caſu *c. capitulum Sanctæ Crucis* eſt metiendum ius à die datæ, & in caſu *c. quod autem* à die captæ poſſeſsionis.

Sed quid diutiùs circà prædicta immoror, vnico verbo hæc res perſtringitur, ſi commiſsio, in qua pars aduerſa ſe fundat, tollatur de medio, quòd facillimum eſt, ſi conſideremus, quòd perſona aduerſarij erat tunc, & eſt modò inhabilis ad aſſequendum illud, vel aliud officium, ſiquidèm de anno præcedenti fuit Capitaneus in Terra Corleti, vbi non dùm ſteterat ſyndicatui, neq; adhùc ſtetit, propter quod
19 de iure tàm communi, quàm Regni, ad aſſequendum aliud officium pendente ſyndicatu alterius officij, eſt penitùs inhabilis, prout eſt *text.* de iure communi in *l. neminem, C. de ſuſcept. & arcar. lib. 10.* ex quo id deduxit *Bart. & Alex. ibi, & in l. reſcripto, §. 1. ff. de muner & honor. Bartol. in leg. 1. C. vt omn. iudic. Aſſlict. in Conſtit. Occupatis nobis, num. 12.* & de iure Regni eſt *text.* formalis in *Rit. 195.* vbi diſponitur, quòd non poteſt aſſumi ad aliud officium, *& ibi Caraut. num. 8. Campag. in cap. Regni Item ſtatuimus, quòd tam Iuſtitiarij, num. 60. & 61.* latè probat *Borrell de Magiſtr. ed Et. lib. 1. c. 16.*

Si ergò perſona Aduerſarij erat inhabilis tunc,
20 vt potuiſſet aſſumi ad hoc officium, non eſt facienda tanta vis in eius commiſſione, nàm paria ſunt non extare, & extare, ſed eſſe incapacem, vulgata *lex facto, & ex facto, ff. ad Trebell.*

Tertium, & vltimum de prouiſionibus Magnæ Curiæ, certè non debuit allegari, tùm ex reſponſionibus ponderatis in nota facti, quę proculdubiò ſubſiſtunt omni iure, tùm ex deductis in præcedenti fundamento, quia ſi corruet commiſsio in perſonam aduerſarij, corruent etiam prouiſiones fundantes ſe ſuper ipſa commiſsione, nam acceſſorium ſequitur naturam principalis, tùm & tertiò, quia dictæ prouiſiones de iure expediri non poterant, nàm in materia *l. quoties*, C. *de rei vend.* quæ (vt ſuperiùs probatum eſt) vendicat ſibi locum etiam in hac materia officij
21 eſt de iure inhibitorium, quòd emptor primus, cui non dùm res eſt tradita, non poteſt ſe opponere pro ſuo intereſſe, nè res tradatur tertio, qui ſecundo loco contraxit, nec Iudex poteſt inhibere, quominùs alteri vendatur, & tradatur poſſeſsio, vt per *Caſ. in d. l. quoties, num. 3. verſ. & ad ampliationem*, qui allegat *Bal. in c. 1. col. 1. quid ſit inueſtitura.*

Reſolutis igitur contrarijs remanet illibata, & inconcuſſa concluſio firmata pro Magnifico Patronella poſſeſſore, & præoccupante poſſeſsionem, qui,
22 et ſi omnia ceſſarent, tantùm ex ſua diligentia, & ſolicitudine debet obtinere, ſecundùm *Lucam de Penn. in l. prædia, colum. 2. verſ. 10. in fin. C. de locat. prædior. curial. lib 11.* vbi ſcriptum reliquit, quòd in pluribus habentibus ius ſi primus, qui alijs debuerat præferri, negligentèr agat, & ſecundus ſolicitè rem acquirat, hic ſecundus primo de iure præfertur; Cætera ſuppleant Religioſiſsimi Iudices.

Poſt hæc ſcripta innotuit, quòd Pars aduerſa modò facit magnam vim in literis Ducillæ, continentibus, quòd non obſtantibus prouiſionibus, ſeù commiſsione in perſonam Patronellæ poſſeſsio nullo pacto traderetur Patronellæ, ſed ipſi Prignano, nàm commiſsio in perſonam Patronellæ fuit expedita ex
23 errore; ſed hoc ridiculoſum eſt, & in promptu reſoluitur ex doctrina *Andr. in cap. ſi facta, num. 3. ſi de feud. defunct. fuer. controuer.* vbi voluit in materia feudali, quòd ſi Dominus inueſtiat duos de eodem feudo, & tradat poſſeſsionem ſecundo loco inueſtito, hic ſecundus erit præferendus primo vigore poſſeſsionis captæ, etiam ſi in actu traditæ poſſeſsionis dicat tradens, idemquè inueſtiens, *trado tibi, ſaluo iure primi*, quia in ſimilibus attenditur captura poſſeſsionis tantùm, & non inſpicitur voluntas trademis, præſertim, quia ex ſimplici inueſtitura non transfertur ius, niſi ſequuta effectuali traditione, addo *Scharph. damnatæ memoriæ conſ. 53.*

Immò idem *Andr.* ſubdit, quòd ſi diceret tradens
24 *volo, quòd ſi primus petat à te ſecundo, quòd tradas ei poſſeſſionem*, non propterea teneretur ſecundus præciſè reſtituere poſſeſsionem, ſed ad intereſſe tãtùm, & in omnibus ſequitur *Greg. Lop. in l. 5. tit. 5. p. 5. in verb. dos vezes, verſ. adde etiam.*

Dicat igitur quicquid libet ſibi Ducilla in ſuis literis, quia non poterit præiudicare poſſeſsioni legitimæ captæ per Patronellam vigore ſuæ commiſſionis.

Nequaquàm obſtabit, quòd poſt prædicta aduerſarius acceſsit ad Terram Corleti, vbi exercuerat officium anno præterito, ibiquè ſtetit ſyndicatui, & obtinuit literas liberatoriales, quas exhibuit, & ſic videtur ceſſare inhabilitas perſonæ ſuperiùs conſide-
25 rata; nàm in materia officiorum requiritur habilitas tempore prouiſionis, ſeù collationis, nec ſufficit, ſi poſteà ſuperueniat, vt latè docet *Suarez alleg. 12. nu. 24. per text. in c. ſi eo tempore, in princ. de reſcrip. in 6.* & alia multa, quæ ibi adducit.

Et ex his per Magnam Curiam fuit interpoſitum decretum, quòd meus leuir, qui prior cepit poſſeſsionem,

nem,manuteneatur in poſſeſsione officij,& cùm appellaſſet aduerſarius,decretum prędictum fuit confirmatum per Sacrum Conſilium. Actuarius Magnæ Curiæ eſt Paganus, de his meminit *Capiblanc in hac pragmat.nu.*55. Quid autem ſit in caſu diuerſo,nempè ſi quis vti Baro,ſeù Adminiſtrator Baronis eligat vnum in Officialem Baroniæ pro anno ſequenti, & adueniente tempore exercendi officium ſucceſſor in Baronia, ſeù in adminiſtratione eligat alium, ſed neuter cęperit poſſeſſionem,ſi prior erit prędferendus, concludit *Borgn. Cauaican. in repert.ſuarum deciſ.in verb. electio lo terza*, et ſi primus cęperit poſſeſſionem, an Baro ſucceſſor intrà annum poterit alium Officialem deputare? latè diſputaui in *conſ.meo* 81.

An aliquo caſu liceat Vniuerſitati non admittere
16 Officialem deputatum à Barone? dicas, quod ſic,vt in caſibus notatis per *Capiblanc in hac pragmat.à nu.* 162. *ad num.*169. vbi meminit de hac doctrina, cui adde alium caſum, ſi Officialis eſſet de loco odioſo, & non confidenti, vt per *Aules in c.*54. *Prætor.in gloſ.Partier propè finem*, & alium caſum notatum per *Mz in prag.*1.*n.*7 *infrà de offic.Iud.*

De Baronibus. Pragm.VIII.

R E R V M S V M M A.

1 *Iuriſdictionis vſurpatæ pœna tunc procedit, quandò Baro tractat de acquirēdo iuriſdictionem in alterius territorio,in quo priuilegio caret.*

2 *Iuriſdictionem alienam vſurpantes qua pœna plectantur.*

3 *Iuriſdictionem vſurpare nùm dicatur Baro, qui habens iuriſdictionem in alieno territorio limitatam in certis cauſis,conſtituit Iudicem ordinarium ibi pro dictis cauſis,antequàm caſus eueniat.*

PRohibemus, &c. Iuriſdictio à Baronibus non exerceatur,niſi ſeruata forma ſuorum priuilegiorū, ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis. H.D.

1 Intellige,vt procedat hæc pœna,quando Baro tra-
A ctaret de acquirenda iuriſdictione in alieno territorio,in quo priuilegium non haberet, & non alitèr, ità declarat *Foller.* omninò videndus in *Conſtitut. De*
2 *queſtionibus, num.*14. ſed qua pœna puniantur vſur-
B pantes alienam iuriſdictionem, vide *Marant. conſ.* 114. in Barone eſt amiſsio iuriſdictionis,in Vniuerſitate deſolationis,& ad materiam huius pragmaticę videas nonnulla,quæ ſcribam in *prag.*1.*& 2.infrà de iuriſdictionibus inuicem non turbandis.*

3 Quid autem in Barone habente iuriſdictionem in alieno territorio,limitatam tamen in certis cauſis, an poſsit ibi deputare Iudicem ordinarium in illo loco pro illis cauſis antè ortum cauſæ, & antequàm eueniat caſus,à quo ſumat vires ſua iuriſdictio,ità vt non dicatur vſurpare iuriſdictionem illius Domini territorij? *Hoſtien.& Franch.in cap.*1.*de offic.ordin. in ſexto* per illum *textum* tenent opinionem negatiuam, quos ſequitur *Joſeph de Seſſe de inhib.cap.*4.*§.*4. *n.*46. *& ſeqq.*

A D D I T I O.

A ADde, *Vel etiam in ſuo proprio*, ſicut expreſsè voluit *text.in Conſtitution. Ea,quæ ad ſpeciale decus.* ibi *Nè Iuſtitiariatus officium in terris ſuis exercere audeant, vel gerendum alicui demandare.* Verum tamen eſt, quòd *Foller.* ponit caſum in territorio alieno, & dicit, quòd faciens aliquem actum iuriſdictionalem in terra Domanij, aut alterius Baronis, ad hoc vt poſsit puniri de vſurpata iuriſdictione, oportet,vt id fecerit animo acquirendi,& vſurpādi iuriſdictionem in dicto loco, per *gloſ.in c.vt litigantes,de offic.ordin. in* 6.& per doctrinam *Iacob. à Sācto Georgio in l.extrà territorium, num.*12.*ff.de iuriſd.omn.Iud.* quod etiam comprobat *Aſſlan d.Conſt.Ea, quæ ad ſpeciale decus, ſub num.*29. *circa finem*,vbi declarando verbum illud dictæ *Conſtitut. Satagentes*, dicit, quòd illi,qui ſatagunt, ideſt ſatis agunt,vt exerceatur merum imperium, abſquè mandato,vel licentia Regis, incidunt in pœnam priuationis terræ ſuæ, & paulò infrà ſubdit. *Vndè ſi non fuit auſus in vſurpatione huius meri imperij,ſed à caſu, vel incogitatè fecerit aliquem actum concernentem merum imperium, non puto, quòd incidat in pœnam dictæ Conſtitutionis.*

Qua ratione neq; etiā in eandē pœnam incidere, dici poteſt,Iudicem,vel eius Miniſtrum, & Nuntiū, qui citet, vel citari faciat aliquem extrà ſuum territorium,abſq; requiſitoria,ſeù hortatoria, vt dicunt, & licentia alterius Iudicis,in cuius territorio citatus degit (quàmuis citatio ſit nulla, *Capiblanc. in hac pragmat.*8. *part.*1. *num.* 164. nec arctet citatum ad comparendum,*l.final. ff.de iuriſdict. omn. Iudic.* nec etiam captus ſi fuerit, potent detineri,ſed debet relaxari, de quo latiſsimè per *Conſiliar.Carleual.de iudic.tom.*1.*diſputat.*2.*quæſt.*1.*à num.*15.20.25. *& ſequent.*) eò quia id non fecit animo vſurpandi, & acquirendi iuriſdictionem extrà ſuum territorium, ſed proſequendi tantùm iudicium contra inquiſitum, in quem iàm iuriſdictionem habebat, vel ratione domicilij, vel delicti,vel alterius iuris. Præterquā quòd *Dom.Carleual.* refert *Panormitanum* dicentem in *cap.licèt ratione,num.*41.*de foro compet.* quòd iſta Nuntij executio non eſt actus iudicialis, & poteſt extrà territorium exerceri, quod etiam dixit *Afflict. in Conſtitut. Edictorum,ſub numer.*15. *verſ. ſecundum extremum eſt,quādo citatio intimatur parti*, quicquid in contrarium dicat *Boerius in deciſ.*8. *in fin.* in Seruiente,& Nuntio Baronali, quod nunquàm vidi ſeruatum,verum tamen eſt,quòd Nuntius, & Seruiens etiam Regius tenetur veniam, ſeù licentiam petere à Barone,vel eius Officiali,ratione vrbanitatis, *Afflict. in dict. Conſtit. Edictorum, ſub num.* 13. & 14. quam impartiri tenentur,quod ſi denegauerint, poterit Nuntius actum citationis exequi, hinc in dies M. C. V. expedit prouiſiones,vt liceat eius citationes, vel alias prouiſiones intimari in Terris Baronum,vel domanialibus, petita priùs venia, licèt non obtenta. Vtrumquè tamen non puto vſurpatæ iuriſdictionis pœna teneri,ſi demandatam ſibi citationē, vel aliam prouiſionem notificauerit,venia, aut non petita, vel non obtenta,præſertim ſi citationis literæ requiſitoriam, ſeù hortatoriam Iudicis citantis contineant.

His etiam adſtipulatur, quod notat *Follerius in Capit. Ad Regale faſtigium, num* 6. quòd nullam habens iuriſdictionem, ſi tamen faciat actum iuriſdictionalem ad bonum finem,vt tollātur ſcandala,rixæ, & violentiæ, non propterea dicetur vſurpare iuriſdictionem.

Sed in iuriſdictione conceſſa in certas perſonas, an ea poſsit extrà territorium in perſonas prædictas exerceri, & etiam in Terra Domanij, & quandò, *Foller.in Conſt.De quæſtionibus*, n.10.

Et in Duce Regiæ Claſsis maritimæ, qui territorium extrà mare non habet,quòd non poſsit ſuorum

Iudi-

Iudicum ſententias executioni demandare in Terra, ſed in Mari, & in ipſa Claſſe tantùm, abſq; Præſidis Prouinciæ licentia, notabiliter tradidit *Dom. Reg. Conſt.* recolendæ ſemper, bonæquè memoriæ in *l. vnica. C. de Claſſic. lib. 11. ſub num. 89. & ſeqq.* vbi refert, iuſſe combuſtum quendam ex Remigibus triremium Barcinonæ in Mari ſuper quodam tabulato ſtructo ſuper quibuſdam vegetibus in mari poſitis.

8 Amiſsio tantummodò iuriſdictionis vſurpatæ nõ eſſet pœna, quia qui reſtituit alienum, nihil dat de ſuo. Et ſic dicas, quòd in Barone vſurpante iuriſdictionem in ſuo feudo, ſeù territorio, in quo non erat ſibi conceſſa, eſt pœna publicationis, nedùm iuriſdictionis, quæ non erat ſua, ſed etiam totius feudi, vt dicit *Conſt. 1. Ea, quæ ad ſpeciale decus in fin.* ibi *totius Terræ ſuæ publicatione multamus*, & ità tenent *And. Afflict.* & cæteri in *dict. Conſtitut. & Capyc. in deciſ.* 130. *num.* 24. *&* 30. quem ſequitur, licet non citet *Dom. Riccius collect. deciſ. par. 3. collect.* 1626. In Vniuerſitate verò vſurpante ſibi aliquod officium, aut iuriſdictionem tàm ex conſuetudine, quàm ex collatione Populi, eſt pœna perpetuæ deſolationis, vt in *Conſtit. Cùm ſatis*, quod tamen *Gloſſ. & Andr.* intelligunt in Vniuerſitate, quæ vſurparet omnimodam iuriſdictionem, criminalem ſcilicèt, & ciuilem, & ſic merum quoq; & mixtum imperium, & ità etiam declarat *Afflict. ſub num.* 6. & merum imperium, niſi ſit conceſſum à Rege, dicitur vſurpatum, *Affict. in Conſtit. Ea, quæ ad ſpeciale, num.* 16. *& in Cap. Ad Regale fiſcum*, & quo tempore fuerit Baronibus in Regno communicatum, tradit *Anna allegat.* 52. *& D. Regens Capycius Galeota controuſur. controu.* 8. *num.* 10. An veniat in generali conceſsione iuriſdictionis, latè *Capyc. in Inueſtit. feud. in verſ. Feudorum acceſſoria*.

Sed quid ſi aliquis haberet conceſsionem feudi cum omnimoda iuriſdictione, vel cum iuriſdictionibus, vel cum iuriſdictione alta, & baſſa, & ſimilibus, an poſsit merum, & mixtum imperij exercere, & ſic iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, abſq; metu publicationis feudi. Cùm hic caſus diſputandus annis elapſis accidiſſet in Regia Camera in cauſa Dominici Centurionis inquiſiti de vſurpata iuriſdictione in feudo Abſciliani, ſuper eo tàm ingeniosè, quàm elegantèr ſcripſit quondam *D. Camillus de Marra*, Patritius Neapolitanus, Regij Fiſci Regalis patrimonij ſolertiſsimus, ac acerrimus Aduocatus, eiuſdemq; Regiæ Cameræ deindè Præſidens integerrimus, meuſq; Præceptor (cuius in praxi, iuriſq; præceptis addiſcendis vna mecum fuit aſſecla, ac maxima familiaritate coniunctus *D. Donatus de Lellis* Iureconſultus ſanè clariſsimus, ac Aduocatus inter omnes huius Neapolitanæ Vrbis ſubſellia ſectantes perſpicaciſsimus, ac doctiſsimus, meuſq; comparer obſeruandiſsimus.) Prædicti ergò Doctiſsimi Viri ſcripta in medium reportare libuit, tùm ad prædictæ quæſtionis reſolutionem, tùm etiam ad aliorum ſcitu dignorum notionem, & ſunt tenoris ſequentis.

Io. Leganar.

IESVS MARIA.

INquiritur Dominicus Centurionus, iuriſdictionem exercuiſſe in feudo Abſciliani abſquè priuilegio, de quo nedùm extat conuictus, ſed etiam confeſſus, cùmq; ſit procedendum ad expeditionem præſentis cauſæ, exiſtimo, Regiam Cameram iudicaturam, dictum Dominicum totius dicti feudi publicatione mulctandum fore, iuxtà inſtantiam Regij Fiſci fol. 154. quæ fundatur in aperta diſpoſitione *Conſtitut. Ea, quæ ad ſpeciale decus*, quæ poſt prohibitum exercitium iuriſdictionis criminalis, dicit hæc formalia verba. *Contra præſentem autem prohibitionem noui cuiuslibet ſatagentes, tàm ſtatuentes Iuſtitiarios, quàm ſtatutos totius Terræ ſuæ publicatione multamus*.

Aduerſarius verò ad effugiendam dictam pœnam opponit, prætenſis per Fiſcum obſtare defectum iuris, tam quòad modum procedendi, quàm quòad iuſtitiam, quòad modum procedendi allegat, ſtylum Regiæ Cameræ non eſſe contra exercentes aliquam iuriſdictionem abſquè priuilegio criminaliter procedere, ſed eos citare ad oſtendẽdũ titulum, & deindè compilato proceſſu citatum priuare iuriſdictione, ſi eius poſſeſsionem iſto titulo non legitimauerit, quòad iuſtitiam allegat, non eſſe locum diſpoſitioni *d. Conſtit.* ex infraſcriptis.

Primò animaduertit, in inueſtituris confirmatorijs Regiæ Cameræ, quæ attenduntur, & in aſſenſu interpoſito ſuper contractu emptionis factæ per Dominicum Centurionum, ſuccedente loco inueſtituræ, prima inueſtitura non apparente, adeſſe hæc verba (*cum omnibus iuribus, & iuriſdictionibus*) per quæ præſupponit pars ex aduerſo, fuiſſe conceſſum merum, & mixtum imperium, nedùm ex quo etiam attenta diſpoſitione *Conſtitutionum Regni* conceſſa iuriſdictione veniat merum, & mixtum imperium, ſed etiam quia fit conceſſio iuriſdictionum in plurali numero. Secundò dicit, non eſſe aliter de feudi publicatione agendum, ex quo Dominicus non exercuit iuriſdictionem criminalem dolo malo, qui requiritur ad eum criminaliter puniendum, nàm cùm quælibet cauſa excuſet à dolo, in caſu noſtro concurrit ad excuſandum Dominicum tenor dictarum inueſtiturarum, & quòd aliquando eius authores dictam iuriſdictionem criminalem exercuerint, & propterea vel ent abſoluendus Dominicus, ex quo videatur ei conceſſum merum, & mixtum imperium, vel ad plus priuari tantùm debere criminali iuriſdictione.

Sed Domini (meo iudicio) hæc non obſtant, & ferri debet ſententia ſecundùm *Conſt.* diſpoſitionem, & difficultas modi procedendi reſoluitur ex duobus. Primò, ex ſtatu iudicij, nàm non poteſt nunc conquæri Dominicus, quòd contrà eum fuerit criminaliter proceſſum, ſiquidèm poſt captam informationẽ, & tranſmiſſam ad Regiam Cameram, Regius Fiſcus inſtitit, contra eum, tanquàm contra vſurpatorem Regalis iuriſdictionis proceſſ, & rigoroſè puniri, ſeruata forma *Conſtitutionum*, & *Capitulorum* f. 119. Fuit Dominicus tanquàm reus examinatus fol. 121. eidemquè datus terminus ad defendendum, & Fiſco ad inquirendum f. 154. qui poſteà præſentauit compariționem in Regia Camera, inſtando pro copia repertorum, & habendo teſtes Regij Fiſci pro citatis, iuratis, recognitis, & legitimè repertis fol. 156. ſi ergò criminaliter fuit in cauſa proceſſum, & ab hoc procedendi modo minimè conquæſta fuit pars ex aduerſo, dato, quòd in nihilo Cẽturionus deliquiſſet, proùt grauiter deliquit, tempora non largiuntur, Centurionum poſſe conquæri de modo procedendi, vltrà quòd parti ex aduerſo obſtat exceptio rei iudicatæ, nàm tempore decreti defenſionis fuit ſimiliter de hoc diſceptatum, & pars ſuccubuit, & proindè non eſt, de quo nunc conquæri poſſit. Sed ſtatu cauſæ circumſcripto adhùc rectè criminaliter fuit proceſſum, non obſtante ſtylo Regiæ Cameræ in citando poſſeſſorem ad oſtendendum titulum, quem con-

concedimus, sed in casu suo, quando scilicèt ciuiliter Fiscus agit, nec per hoc prohibetur, quin etiam criminaliter agere valeat, nàm cùm per crimen vsurpatæ iurisdictionis nedùm offendatur publica Iustitia, sed etiam damnum Curiæ inferatur, contra huiusmodi vsurpatorem criminalis iurisdictionis Fisco duplex datur actio, ciuilis ad rei suæ prosequutionem, & criminalis, vt huiusmodi vsurpator debita pœna plectatur, neq; hoc est nouum, nam quotiescunq; delictum tale est, quòd non tantùm offenditur publica Iustitia, sed etiam fit damnum tertio, ex eo duplex actio oritur, altera tendens ad publicam vindictam, altera verò ad resarcitionem damni, pro quo vltrà alios, rogo videri, *Iul. Clar. lib. 5. pract. crim. q. 1. & 2.* Item addo, quod est fortius, quòd et si Fiscalis pecuniæ vsurpatores per *Cap. Vulgaris famæ prologium* pœna nonupli plectantur, tamen non per hoc tollitur, quin contra eos possit etiam agi, vt corporali pœna puniatur, vt optimè fundauit *Reg. de Pont. decis. 7. & 16.* & adhùc quando vtraq; actio esset intentata, & ciuilis per citationem ad ostendendum titulum, & criminalis per publicationem bonorum, demonstratemus, vtrumq; iudicium procedere, sed quia non est casus noster, omitto, cùm non nisi de re agendum sit.

Quòad Iustitiam minus obstant, quæ considerauit pars ex aduerso ad effugiendam totius feudi publicationem, quod vt liqueat, quatuor fundabo. Primum, non esse alitèr nostris temporibus quòad modum mulctandi innouatam dispositionem *d. Constit.* prout pars asserit. Secundum, per prætensas inuestituras in actis productas, quatènus legitimæ essent, non fuisse concessum merum, & mixtum imperium. Tertium, inuestituras in actis exhibitas nullum ius tribuere Dominico, etiam circà exercitium iurisdictionis ciuilis. Vltimum, Centurionum non excusari à delicto vsurpatæ iurisdictionis, & ipsius pœna, ex quo alleget, nunquàm fuisse in dolo, immò propter iustas causas excusari.

Et non esse innouatam dispositionem *d. Constit.* satis probatur, allegando, eam non fuisse correctam, & quòd exercens iurisdictionem criminalem absq; priuilegio punitur secundùm *Constitutionem Ea, quæ ad speciale decus*, dicunt ibidem *Glos. Marin. Andr. & Afflict. Capyc. decis. 130. num. 24. & seq.* & post cum *Ioann. Vincent. de Anna in Constitut. Regni Terminum vitæ, num. 150. cum seq. Foller. in Cap. Regni Quia de Vicarijs, num. 15. & 16. Montanar. in prag. 1. de administrat. Vniuersit. num. 180. cum seq.* nec contrarium sentiunt DD. a parte allegati, *Afflict.* etenim in *Constitut. Si quis in posterùm, n. 8.* non alitèr dicit, esse subiatam dispositionem *dict. Constitut.* Immò eam allegat, & miratur de *Luc. de Penna*, quòd eam non allegauerit in *l. si quando, in vers. vsurpatione, C. de bon. vacant. Maran. in cons. 114. num. 1.* neque hoc dicit, & proindè firma remanet conclusio, dispositionem *Constitut. Ea, quæ ad speciale decus* non alitèr esse subiatam, sed eam adhùc vigere contra exercentes criminalem iurisdictionem absquè Regia concessione.

Venio ad secundum, & dico, verba inuestituratum in actis productarum non alitèr vindicare Dominicum Centurionum à dicta pœna, quod probo, nàm omisso tractare secundùm terminos iuris communis, si concessa iurisdictione veniat merum, & mixtum imperium, de ea enim tractant *Bart. in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. & l. final. ff. solut. matrimon. Alex. in l. 2. ff. de acquirend. possession. Aluarot. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. Nass. cons. 405. & 435. Couarr. variar. resolution. lib. 3. cap. 13. num. 24. Gayll. lib. 2. obseruat. 62. num. 8. Ias. in l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudic. Felin. in cap. quòad sedem, num. 3. de offic. ordin. Curt. iun. in l. 1. num. 50. ff. de offic. eius, Rosental. de feud. cap. 5. conclus. 7. num. 3. Decian. respons. 43. num. 5. lib. 3. Cefal. cons. 370. num. 100. volum. 3. Pancirol. cons. 85. Alciat. cons. 659. num. 9. Beret. cons. 9. num. 7. Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 14. num. 6. &* post *Couarr.* & alios *Menoch. de præsumpt. præsump. 97. num. 34.* & passim Scribentes alij, quos omitto. Et initiendo tantùm in hoc articulo cum Doctoribus Regnicolis, loquentibus secundùm terminos dictæ *Constitut. Ea quæ ad speciale decus*, dico, nequaquàm per verba *iuri dictionibus* in inuestituris appositæ, fuisse concessum merum, & mixtum imperium, siquidem expresè dispositi *dict. Constitut.* ea non venire, nisi specificè concedantur, & ità ibi dicunt *Andr. & Afflict.* idem *Afflict. in prælud. Constitut. Regni, quæst. 6. num. 7. & in decis. 122. Frecc. in 13. authorit. Baron. num. 9. Petr. de Gregor. part. 3. quæst. 3.* qui adducit etiam terminos *dict. Constitut. Garz. Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 16. num. 11.* qui dicit, quicquid sit de iure commun, concesso Castro cum Territorio, & pertinentijs per *Constitutionem Regni Ea, quæ ad speciale decus*, non venire merum, & mixtum imperium, & eandem iuris dispositionem, dicit vigere facta concessione Castri cum iurisdictionibus suis, idem dicit in terminis *Constitutionis Ioann. Vincent. de Anna allegat. 52.* qui asserit, in casu, in quo consuluit, clienti non obstare *Constitut. Ea, quæ ad speciale decus*, quia concessio, de qua in *d. allegat.* facta fuerat antè *dict. Constitut.* vt ibi per eum *num. 11.* & idem dicit in *allegat. 120. num. 5.* Nec his aduersantur DD. à parte allegati ad fundandum, concesso feudo cum iurisdictionibus venire merum, & mixtum imperium, nàm *Afflict. in d. Constit. Ea, quæ ad speciale decus num. 25. in fin. in vers. sed ego hodie* loquitur, quando Rex concedit iurisdictionem cum dictione *omnimodam, Vincent. de Franch. in decis. 116. num. 13. Vrsill. ad Afflict. decis. 122. num. 5.* loquitur, quando fuit concessa plenissima iurisdictio, vel cum dictione *alta, & bassa, Capibl. ac.* à parte allegatus in *dicta pragmat. 8. nu. 41.* loquuntur, quando est concessa Terra *cum plenaria iurisdictione*, seù *alta, & bassa*, idem dicit *Reg. Tapia in dict. Constitut. Ea, nu. 16.* qui asserit, ità conciliari contrarias opiniones, ità etiam sunt intelligendi *D. de Put. & Garz. Mastrill.* qui præcitatos DD. afferunt. Nec dicat pars ex aduersu, in inuestituris dici *cum omnibus iurisdictionibus*, quod idem est, ac si fuerit dictum *cum omnimoda iurisdictione*, nàm id est expresè contra authoritatem *Bald. in cap. quanto, num. 7. de iudic.* quem sequitur *Garz. Mastrill. vbi suprà num. 17. Petr. de Greg. de concess. feud. part. 7. quæst. 3. num. 3. & 4.* qui subdit, dictum *Bald.* referri, & commendari per *Iason. in d. l. Imperium, in 5. column. vers. secundò moueor*, qui pro ratione afferunt, nàm cùm merum, & mixtum imperium specificam requirant concessionem, concedendo Princeps omnem iurisdictionem Castri, non videtur concessisse merum, & mixtum imperium, quod specialissimum est abstractum, & separatum à natura generis, idquè coadiuuatur alia vera conclusione, nàm merum, & mixtum imperium inter Regalia connumerari non dubitamus, & tamen facta concessione iurisdictionis cum dictione vniuersali, *omnis*, Regalia non venire, apertissimi iuris est, vt post *Andr. in tit. quæ sint regal.* dicunt *Felin. Bald. Imol. Seyssel. Bologn. Rosental. Boss. & Rot. Roman.* quos affert, & sequitur *Garz. Mastrill. de magistrat. lib. 1. cap. 14. num. 6.*

num.6. Nec ex quo Alphonſus Primus cepit Terras concedere cum mero, & mixto imperio, & cum gladij poteſtate conceſſa iuriſdictione venit merum, & mixtum imperium, nàm et ſi effecta ſint conceſsibilia à temporibus Regis Alphonſi, requiruntur tamen verba habilia ad conceſsionem prædictam, & ſic dato, quòd de iure communi vera eſſet ſententia, conceſſa iuriſdictione venire merum, & mixtum imperium, cùm deindè fuerit immutatum per particulares *Regni Conſtitut.* diſponentes, in conceſsionibus merum, & mixtum imperium ſpecificè non conceſſa non contineri, non ſequitur, à tempore Regis Alphonſi ceperunt hæc mera, & mixta imperia concedi, & haberi inter ſolita concedi, ergò fuit mutata forma, qua concedi debent, & quòd ità ſit, allego *pragmat. 8.* editam tempore Caroli Quinti in anno 1536. ſub *rubric. de Baronibus, & eorum officio*, per quam ſpecificè confirmatur *Conſt. Ea, quæ ad ſpeciale decus*, per hæc verba.

Prohibemus etiam Barones, & alios vtiles Dominos, vt non exerceant merum, aut mixtum imperium, aliamuè iuriſdictionem, aut exerceri mandent, niſi quatènus eis virtute ſuorum priuilegiorum, & legitima præſcriptione liceat, ſcientes qui ſecus fecerint, vſurpatæ iuriſdictionis crimen eos incurrere.

Item animaduerto, quòd et ſi authoribus Dominici Centurioni facta fuiſſet conceſſio, non tantum iuriſdictionis, ſed etiam meri, & mixti imperij, cùm in contractu emptionis Monteſuſcolus in ſpecie merum, & mixtum imperium non tranſtulerit, dato, quòd verbum *iuriſdictio* prolatum à Rege contineret merum, & mixtum imperium, ſi tamen huiuſmodi conceſſionarius cum alio contraxerit, & iuriſdictionem tranſtulerit, non expreſſis mero, & mixto imperio, ea non ſunt translata, hæc eſt puncta lis *deciſio Afflict.* 122. idem *Affl. d. quæſt. 6. num. 7.* & poſt eum *Garz. Maſtrill. d. cap. 16. num. 12.* Quapropter etiam quòd iuriſdictio merum, & mixtum imperium contineret, tamen ſtante, quòd non Rex concedit, ſed particularis transfert, non poteſt dici ex vi verborum, in Dominicum Centurionum merum, & mixtum imperium fuiſſe translatum.

Item circumſcripta *Conſtitutione Ea, quæ ad ſpeciale decus*, ſi eſſet huiuſmodi quæſtio decidenda ſecundùm terminos iuris communis, adhùc concludendum eſt, merum, & mixtum imperium non venire, nàm contrariæ ſententiæ ad illam quæſtionem, nùm conceſſa iuriſdictione veniat merum, & mixtũ imperium, concordantur fedère diſtinctionis, quòd ſi iuriſdictio fuerit in Magiſtratum conceſſa, tunc procedat opinio affirmatiua, vt ſcilicèt veniat merum, & mixtum imperium, ſi verò in proprietatem, non veniat merum, & mixtum imperium, ità has ſententias contrarias concordauit *Felin. in cap. quòd ſedem. de offic. ordin.* quam ponit, & ſequitur *Capyc. in inueſt. feud. in cap. feudorum acceſſoria, verſ. conceſſa iuriſdictione.* Et ex his cùm Dominicus Centurionus iuriſdictionem in Magiſtratum non habeat, non poteſt dici, feudo vendito cum iuriſdictionibus venire merum, & mixtum imperium.

Nec dicat Pars ex aduerſo in caſu, de quo agitur, appellatione iuriſdictionis venire merum, & mixtũ imperium, ex quo verbum *iuriſdictio* eſt prolatum in plurali numero, ad quod allegat *Io. Iacob. Serra* in ſua *allegat. pro Eccleſia S. Nicolai Barenſis, & Reg. Tap. in d. Conſt. num. 21.* qui id obitèr dicunt, & nil allegant, ſed immò, quòd ſit dictum cum iuriſdictionibus in numero plurali non veniat merum, & mixtũ imperium, dicit *Garz. Maſtrill. vbi ſuprà num. 16.* Quod etiam fundatur ex *DD.* vt ſuprà allegatis, nàm ſi hunc effectum non parit dictio vniuerſalis, *omnis*, quæ eſt maioris efficaciæ, quomodò poteſt attentare pars ex aduerſo, ex quo dictum ſit, iuriſdictionibus in plurali numero merum, & mixtum imperium conuenire.

Et tandèm ad excludendum merum, & mixtum imperium, non comprehendi iuriſdictionem, quam prætendit habere Centurionus, animaduerto, quòd quando in renouationibus inueſtiturarum dicitur *iuriſdictionibus*, & ſubditur immediatè *ad dictum feudum ſpectantibus.* Quapropter cadit diſceptatio, ſi appellatione iuriſdictionis veniat merum, & mixtũ imperium, nàm Dominus renouando non communicat iuriſdictionem, ſed tantùm, quam habebat firmat, vt intrà fundabimus, & ſic non poteſt ex vi verbi *iuriſdictionibus* ad feudum relati prætendere, etiã merum, & mixtum imperium venire, cùm omnes *DD.* qui à parte adducuntur, vel adduci poſſent, loquantur, quando verbum *iuriſdictio* debet declarare tantùm ea, quæ poteſt communicare concedens. Remanet ergò expeditum, nullo iure poſſe prætendere Centurionum, ſibi merum, & mixtum imperium fuiſſe conceſſum.

Aggredior tertium, & dico, nec in caſu, de quo agitur, poſſe tractari, ſi conceſſa iuriſdictione veniat merum, & mixtum imperium, ſiquidèm non producitur prima conceſsio feudi Abſciliani, ſed tantùm aſſenſus, & renouationes inueſtiturarum, quæ nil operantur, nàm aſſenſus regulariter nullum ius tribuit, ſed tantùm remouet obſtaculum, *Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 35. de conſtitut.* explicat *Capyc.* in ſua *inueſt. feud.* §. *effectus*, *fol. mihi 82. Franc. de Amic. in cap. ſecunda autem, num. 2.* & quanquàm verum ſit, aliquando producere effectum nouę inueſtiturę, tamen id procedit, quando interponitur ſuper aliquo actu ius tribuente directo Domino, proùt optimè declarat *D. Conſil. Rout. in rubr. de feudis, nu. 66.* cui nil addo, quia id plenè declarat, & in caſu noſtro per contractum inter Monteſuſcolum, & Dominicum Centurionum, nedùm ius de nouo non quæritur Regi, immò quod habebat, amitteret, ſi ſimpliciter concederemus, aſſenſum habere vim inueſtiturę, & Regia Curia deluderetur iuribus ſuis, vltrà quòd in aſſenſu ſemper apponitur clauſula, *iuribus noſtræ Curiæ, & alienis ſemper ſaluis*, nec operãtur renouationes inueſtiturarum, quæ nullum ius tribuunt, ſed tantùm, quod feudatarius habet, confirmat, immò ſi in ipſis eſt erratũ, Domino non obeſt, vt fundat *Frecc.* authoritate *Andr.* & aliorum in *3. author. Baron. n. 12.*

Deuenio ad quartum, & dico ex pluribus, Dominicum Centurionum non excuſari à pœna conſtituta; nàm dato, citrà veri præiudicium, quamlibet cauſam etiam iniuſtam, & beſtialem, reum à pœna excuſare, tamen huiuſmodi propoſitio eſt intelligenda cũ grano ſalis. Certum eſt etenim, reum cauſam credulitatis probare teneri, *Bart. in l. 1. §. non autem, ff. ſi qui teſt. lib. iuſſ. fuer. Dec. conſ. 452. num. 11. Gabr. lib. 7. concluſ. 8. num. 63. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 5. num 6.* hinc ſi Dominicus Centurionus alleget errorem iuris pro iuſta cauſa credulitatis, quia fortè putabat, ex ſcripturis productis, ſibi facultatem eſſe criminalem iuriſdctionem exercendi, dico, non excuſari, nàm et ſi admitto, errorem iuris eſſe potiſſimam cauſam excuſandi reum à crimine, & ſucceſſiuè à pœna, procedit in actibus à iure non prohibitis, quòd ſi à iure, vel ſtatuto prohibeantur, proùt eſt exercitium iuriſdictionis, tunc error iuris non excuſat, ità *Plot. de in lit. iur. §. 5. num. 4. & ſeq. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 30. num. 3. Tiraquell. de pœn.*

semper. cauſ. 11. *num.* 10. *Ceppol. conſ.* 35. *num.* 15. *lib.* 1. *Maſcard. de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1157. *num.* 21. nec dicat Aduerſarius, furtum, homicidium, læſæ Maieſtatis crimen eſſe à iure enixè prohibita, & tamen etiam in his iuſtam cauſam reum excuſare, ſecundùm magis veras concluſiones; nàm ego id benè fateor, tamen poſita per me concluſio non deſtruitur, nàm admitto pro nunc, etiam in prohibitis à iure iuſtam cauſam reum excuſare, ſed nego in prohibitis à iure pro iuſta cauſa poſſe iuris errorem reum allegare.

Secundò, dato, & non conceſſo, quòd iuſtam credulitatis cauſam alleget, & probet Centurionus, nõ propterea euitabit pœnam publicationis totius feudi, nam propoſitio illa, quãlibet cauſã excuſare à dolo, & ſucceſſiuè à pœna, non procedit reſpectu pœnæ pecuniariæ, *Bart. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſ. num.* 4. & melius *Alex. ibidem num.* 32. & 33. *Gabr. d. lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 32. *in tit. de maleficijs*, *Honded. conſ.* 35. *num.* 60. & *conſ.* 115. *nu.* 39.

Inſuper animaduerto, *Conſt. Ea, quæ ad decus* vſurpanti Regiam Iuriſdictionem pœnam publicationis imponere, abſq; vlla doli expreſſione, qui nec ſubauditur, quandò ſtatutum imponit pœnam pecuniariam, *Angel. in l.* 1. *num.* 5. *verſ. aut imponit pœnam pecuniariam. ff. de legib. Butr. in cap.* 2. *num.* 9. *verſ. vel quando delictum pecunialiter punitur extrà de conſtit. Marant. in ſpecul. par.* 4. *in princ. nu.* 60. *Capra concl.* 78. *nu.* 41. *Firman. in repert. in verbo culpa lata*, *nu.* 21. *in princip. Cæpoll. cau.* 2. *poſt num.* 13. *Iacob. Bocten. in repet. l. capitalium. §. famoſos. num.* 160. *in* 4. *regul. ff de pœn.* Item ex alio non ſubauditur dolus in terminis noſtræ *Conſtitutionis*, quia ipſius verba illum nõ important, non quidèm dictio, *audeant*, nàm temeritas etiam ſine dolo committitur, *l. Iulia*, *§. item qui furem, & ibi gloſ. in verb. indicationem, ff. de act. empt. & ſi quis iratus* 2. *queſt.* 3. *gloſ. in cap.* 1. *§. ſi quis, in verbo temerarius*, vbi concordantia adducit, *de ſentent. excommun. in* 6. *& ibi Io. Andr. num.* 5. *Franch. num.* 6. *Anton. de Butr. d. cap.* 2. *num.* 9. *verſ. & dicit Bart. Alber. in ſuo Dict. ver. temeritas veniam, Menoch. de retinend. poſſeſſion. remed.* 5. *num.* 72. & *in conſ.* 145. *nu.* 13. *lib.* 2. non dictio *(Satagentes)* nàm non reperi iure cautum, ſatagentes in dolo eſſe; & tandèm in *Conſtit. Ea quæ ad decus* dolus non exprimitur, nec ſubauditur, nec requiritur, quia ſatis mitè huiuſmodi delictum dolo malo commiſſum *Conſtit.* puniret, cùm attenta diſpoſitione iuris communis vſurpans iuriſdictionem dolo malo capite puniri debeat, vt latè per *Farinac. de crim. læſæ Maieſtatis, queſt.* 113. *inſpect.* 1. Nec *Afflict.* & alij, qui dictam *Conſtit.* commentarunt, in terminis dictæ *Conſtit.* dolum exigi dixerunt. Si igitur dolus non exigitur, non procedit propoſitio, iuſtam cauſam excuſare à pœna, quæ ſibi locum non vindicat, quando ſumus in diſpoſitione, in qua dolus non requiritur, ità *Bald. in l. plagij, la ſeconda*, *verſ. loquimur in delictis*, *in quibus dolus non eſt de ſubſtantia. C. ad leg. Flau. de plag.* teſtaturq, ità omnes tenere, vbi *Ang. Bart. in l. iuſtè poſſidet, num.* 4. *ff de acquirend. poſſeſſ.* vbi *Alex. num.* 33. *Gabr. d. lib.* 7. *concluſ.* 8. *in tit. de malefic. num.* 78. *& ſeq.* vbi ſecundùm hanc diſtinctionem declarat DD. volentes, cauſam iniuſtam non excuſare à pœna legali, intelligi in ijs delictis, in quibus dolus non requiritur. *Clar. in pract. quæſt.* 60. *verſ. & generaliter.* Ex quibus (ni fallor) fundata adeò remanet intentio Regij Fiſci, vt omninò totius feudi publicatione puniendus veniat Dominicus Centurionus. Cætera ſuppleant Religio, & peritia Dominorum Iudicantium. *Camillus de Marra Aduocatus Fiſci Regij patrimonij.*

De Baronibus. Pragm. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Puella in electione matronæ, penès quam eſt ſequeſtranda, an debeat conſentire, ità vt habeat ſaltim excluſiuam.*

2 *Matrimonium contrahendi cum turpi perſona ſuſpitione exiſtente reſpectu parentum quid ſit ſeruandum.*

3 *Pater ſi tranſeat ad ſecunda vota, ac ſeuerè cum filiabus primi matrimonij agat, an hæc ſit iuſta cauſa ſequeſtrandi eas à poteſtate patris.*

4 *Succedens mulieri nõ debet adeſſe in conſilio matrimonij illius, quia poſſet impedire miſtas nuptias.*

Principes, & Magiſtratus quam poteſtatem habeant circà matrimonia à ſubditis contrahenda, remiſſiuè nu. eod.

Tutor non prohibetur perſuadere matrimonium pupillæ ibid.

ITem, ex quo diuino, &c.

Matrimonia non ſunt impedienda à Baronibus. H. D.

Hæc pragmatica lata fuit ab Imperatore Carolo Quinto pro libertate matrimonij, & eſt conformis his, quæ ſanctiſsimè ſtatuta fuerunt in ſacro Oecumenico Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24 *de reform. matrim. cap.* 9. & eſt materia valdè practicabilis, de qua latè agit *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote, num.* 48. & *ſeqq. fol.* mihi 253. *col.* 2. poſt *Franc. Marc. deciſ. Delphin.* 305. *par.* 2. *Cravett. conſ.* 190. *Caſſan. in Conſuet. Burgund. rub.* 7. *§.* 12. *num.* 24. *Couarr. de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 6. *num.* 2. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 113. & antè omnes *Faber in l.* 1. *C. de nupt.*

Sed eſt aduertendum, quòd quandò contingit dubitari de libera voluntate puellæ in contrahendo matrimonio, interim Iudex non poteſt cogere, adultam inuitam educari pẽnès perſonam, in qua adulta non conſentit, immò tenetur in hoc ſequi voluntatẽ ipſiuſmet adultæ, eligendo perſonam, quam ipſa petierit, idq; comprobatur ex pulcherrima doctrina *Alber. in l. fin. C. contr. ind. tutel.* vbi ait, quòd licèt Priuigno nõ ſit dandus tutor eius victricus, tamen ſi Priuignus factus adultus petat ſibi in curatorem victricum ſuum, victricus poterit eſſe curator ſui Priuigni petentis, etiam ſi agnati contradicant, & dicit, quòd hæc fuit opinio *Azon. & Viberti de Bobio*, & quòd ità obtinuit, & illam ſequitur *Alciat. reg.* 1. *præſ.* 22. *n.* 4. *Boryn. Cauale de tutor. & curat. n.* 308. *Surd. de alim. tit.* 3. *q.* 13. *num.* 5. *Gutierr. de tutel. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 28.

Quòd ſi Iudex dubitet de libera voluntate ipſius
1 adultæ, tunc debet eligere domum honeſtæ matronæ, in quam adulta veniat, vt poſſit eius voluntas explorari, prout in ſimili tradidit *Iureconſult. in l.* 1. *§. ex hoc, in fin. verſ. item Prætor, ff de vent. inſpiciend. & in l.* 3. *propè fin. verſ. in hoc interdicto, ff. de liber. exhib.* quem *text.* procedere etiam quandò inter matrem, cognatos, & agnatos eſt controuerſia de loco, in quo filius ali debeat, voluit expreſsè *Alber. in d. l.* 3. *§. Iulianus, & in d. verſ. in hoc interdicto, & ibidem Angel.* ait, ſe neſcire *tex.* alibi dicentem, hominem liberum deponendum eſſe, niſi ibi. Sed quòd filia habeat excluſiuam, probatur per *Conſuet. Neap. Si quis habet*, & in *Conſuetudin. Si mulier nupta*, in quibus cauetur, quòd filij vtriuſquè ſexus poſſunt etiam ſine cauſa recedere à proprio patre, & Iudex non

poteſt

poteſt illos cogere ad habitandum cum patre, debet tamen eligere aliam domum turam, vt ſine vlla maligna ſuſpitione alatur, & educetur, & euitentur ij, qui pudicitiæ mulieris poſſint inſidiari, *l.1. in fin.principij, & l.penul.ff.vbi pupill.educ.deb.* Et ex his ita obtinui in explicatione voluntatis D.Beatricis de Gueuara nunc Marchioniſſę Sanctæ Aghatæ, & ſi in actu explorationis liberæ voluntatis puellæ circà electionem vnius ex pluribus competitoribus nolit ipſa voluntatem ſuam depromere ob verecundiam, tunc poterit Iudex eligere, cui melius adulta ſocietur, iuxtà *text.* formalem in *l.in conuentione, C.de nupt.* pro hac tamen exploratione facienda erit Iudex competens etiam ſæcularis, vt declarat *Bellet.diſquiſ.clerical.part.1.tit.de fauor.cleric. real.§.2.n.36.ad 40. Gizzar.dec.61.*

Reſpectu autem parentum quid ſeruari debeat,
2 præſertim quandò adeſt ſuſpitio cotrahendi matrimonium cum turpi perſona? docet *Pacian.conſ.120.* quòd debet dari aditus patri ad loquendum cum filia, & ad faciendum conatum, nè matrimonium ſequatur, & ſi pater tranſiuerit ad ſecundas nuptias,
3 & ſeuerè agat cum filiabus primi matrimonij, erit iuſta cauſa illas ſequeſtrandi à poſſe patris, declarat *Peguer.dec.98.n.4.*

4 Non tamen eſt ſegnitèr omittendum notabile verbum *Andr.inc.1.§.porrò, num.30. verſ.item infra, quæ ſit prima cauſ.benef.amitt.* vbi ait, quòd is, cui deberur ſucceſſio mulieris, non debet eſſe in conſilio matrimonij illius, quia ſuſpitio eſt, vt impediat iuſtas nuptias, adducit *text.in l.viduæ, C.de nupt.*

Et quam poteſtatem habeant Principes, & Magiſtratus circà matrimonia à ſubditis contrahenda, explicat *Gregor.Tholoſ.de repub.lib.9.cap.1.num.50. & ſeq.* tangit *Rebell. de obligat.Iuſtit.p.2.lib.2.q.14. num.9 propè finem*, vt non cogant, ſed poſſunt impedire, iuſtis ex cauſis, *Maſtrill.deciſ.* 233. inter diſſentientes poſſe authoritatem præſtare, vt contrahatur cum ditiſſimo, & nobiliſſimo. Non tamen prohibetur tutor, aut Dominus perſuadere pupillæ matrimonium, *Megal.reſol.44.*

De Baronibus. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Barones an poſſint grauare vaſallos pro hoſpitandis eorum familiaribus.*

2 *Præſcriptio ſaltim centenaria an admittatur circà ſeruitia à vaſallis Baronibus præſtanda.*

3 *Contractus non ex eo ſolo, quòd fuit celebratus cum Barone in eius Caſtro, & iuriſdictione, præſumitur metu factus.*

AVduimus, &c. Vaſalli non cogantur à Baronibus quæuis onera ſubire, nec ad fideiubendum pro eis. H.D.

1 Barones poſsunt onerare vaſallos pro hoſpitijs præſtandis ſuis familiaribus, etiam de iure communi, *Aleiat.conſ.19.lib.5. Parlador.differ.38.§.1.num.6.* ſtante conſuetudine immemoriali ad paucos dies.
2 & an circà huiuſmodi ſeruitia admittatur præſcripcio ſaltim centenaria? quòd non, *Ambroſ.de Vignate in conſ.52.inter conſ.feud.diuerſ. Gramm.voto 12. Parlador.differ.38.§.1.num.5. Guid.Pap.conſ.67.nu.3. Regens de Ponte conſ.97.num.26.volum.1.* ſed *Coccin.deciſ.354.* tenet contrarium, quando ceſſat præſumpta vſurpatio.

Hæc circà primam partem huius pragmaticæ,
3 circà verò ſecundam, quatènus annullatur contractus fideiuſſionis celebratus à vaſallis pro Barone; aduerte, quòd non ex eo ſolo, quòd contractus ſit celebratus cum Barone in eius Caſtro, & iuriſdictione, præſumitur metu factus, vt declarat *Plot. de imm. lit.iuran.§.3.num.15.* vbi alios refert, ſequitur *Cancer.lib.2.var.reſol.cap.2.n.300.* & propterea eſt aliundè probandus metus. Tu modò videas *Collantes in prag.frument.lib.3.c.9.num.6.* qui tenet, quandò contractus tendit in ſubditi præiudicium, præſumi metu factum.

De Baronibus. Pragm.XII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta iuri communi conſona eſt.*

2 *Barones vti primi ciues vtuntur priuilegijs ciuibus competentibus, tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm ex conceſſione Principis, & n.4.*

3 *Baro ex diſpoſitione iuris communis verè primus ciuis efficitur.*

5 *Verborum huius pragmaticæ verus intellectus, & mens Legislatoris.*

Hoc ius non tranſit in conductorem.

Nec in Baronem non habitantem.

6 *Baro gaudebit omnibus priuilegijs ſuorum vaſallorum etiam in alijs bonis, quàm communibus Vniuerſitatis, ſi in inueſtitura feudali dicatur*, quòd reputetur in omnibus vt ciuis.

7 *Clauſula*, in omnibus, *omnia includit, & nihil excludit.*

8 *Baro gaudebit omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, quibus gaudent eius vaſalli, ſi in inueſtitura adſit clauſula*, quòd fit, & reputetur vt ciuis.

Verbum, fit, *de ſui natura ponit veritatem, ibidem.*

Baro quomodò vtatur prærogatiua primi ciuis in demanijs Vniuerſitatum, remiſſiuè ibid.

VOlumus etiam, &c. Barones vti primi ciues vtantur priuilegijs, & bonis vaſallorum. H.D.

1 Eſt conformis iuri communi, vt probatur ex theorica *Bart.in l.1.nu.13. verſ.prætereà miles, ff.ad municipal. Frecc.de ſubfeud. lib.2. author.18. & author.46. poſt n.4. verſ.eadem lege, Ann.ſing.365.*

Hoc tamen intelligas quòad ea priuilegia, quæ
2 competunt ciuibus ex diſpoſitione iuris communis, ſecùs autem ſi competant ex conceſsione Principis, præſertim, quæ tenderent in diminutionem iurium concedentis, vt tradit *Bar.in l.ſi maritus, la 2. §.legis Iulia, ff.de adult.* quem ſequitur *Roman.conſ.61.n.9.* & hanc reſtrictionem audio, quandòq; fuiſſe practicatam in Reg.Cam.Summ. Cenſeo tamen adhùc, cùm caſus acciderit, eſſe diutiùs cogitandum, quia cõtrarium videtur ſuaderi, tùm ex diſpoſitione iuris communis, tùm etiam ex verbis huius pragmaticæ.

Dixi, ex diſpoſitione iuris communis, quia præcitata doctrina Bar. loquitur, quandò Ciuitas per aliquod ſuum ſtatutum, aut priuilegium aſciuit aliquem in ciuem, nàm tunc iure optimo non poterit gaudere priuilegio particulari ab alio conceſſo illi Ciuitati, nè aggregatio facta per Ciuitatem præiudicet tertio concedenti priuilegium, non ſic, quando efficitur ciuis ex diſpoſitione iuris, prout in caſu noſtro, tunc enim dicitur verè ciuis, & proindè omnibus priuilegijs aliorum ciuium gaude-

re debet, quia quod disponitur in vno ciue, habet locum in alio, ad notata in *l. cunctos, C. de appell.* facit pulcherrima doctrina *Bal. ij l. in Vrbe, ff. de statut. homin.* qui loquitur de priuilegijs spectantibus ad ciues vigore statuti.

Et quòd in casu nostro Baro efficiatur primus ciuis ex dispositione iuris, patet ex *text. in l. ciues, C. de incol. lib. 10.* vbi connumerantur ij, qui sunt allecti, hoc est electi ad dignitatem, prout interpretati sunt *glos. Bart. Ioan. de Platea, & Angel. ibi*, qui propterea dixerunt per illum text. quòd Præses, siue Capitaneus alicuius loci efficitur verè ciuis illius loci, ex quibus prædicti *Doctores Regniceles* voluerunt, quòd multò fortius idem sit dicendum in Barone, qui habet dominium in proprietate, & non exercitium officij temporalis tantùm.

2 Si ergò Baro efficitur verè ciuis ex dispositione iuris, ergò non potest dubitari, quin gaudeat omnibus priuilegijs, quibus gaudent cæteri ciues, præsertim quia eadem iuris dispositio, quæ facit aliquem ciuem propter dignitatem, facit etiam ciuem alium propter habitationem, prout vtrunque statuitur in *dict. l. ciues, C. de incol. lib. 10.* immò propter habitationem non efficitur quis verè ciuis, sed incola, vt per *Doctores ibidem*, & tamen incola tanquàm ciuis effectus per habitationem continetur sub aliquo priuilegio, siue statuto illi Ciuitati concesso, prout optimè fundauit *Socin. Sen. consil. 129. num. 3. volum. 1.* post *Bart. in tract. repræsaliar. in 1. quæst. 5. quæst. princ.* idemque firmat *Augustin. de Arim. ad Ang. de malefic. in verb. de Bononia 4. quæst.* & ità pluriès fuit iudicatum, & passim iudicatur per eandem Regiam Cameram in exteris, qui per decennalem habitationem effecti sunt ciues Lutenses, seu Tarentini, aut aliarum Ciuitatum, vt gaudeant immunitate etiam Regiorum directuum, prout cæteri ciues oriundi, est *Ritus Reg. Cam. sub rubrica de mercatoribus, qui faciunt se ciues*, de cuius obseruantia attestatur *Reg. Moles decis. 50. vers. tertiò* in manuscriptis.

3 Dixi ex verbis huius pragmaticæ, nàm in ea expressè dicitur, quòd Barones vti primi ciues gaudent etiam priuilegijs aliorum ciuium, ergò vltrà ea, quæ habent ciues de iure naturali; Rectùs tamen intuendo verba, & mentem huius pragmaticæ, videtur ex illis non posse impugnari decisionem Regiæ Cameræ, & eius obseruantiam; nàm ex tenore verborum pragmaticæ colligitur, quòd mens Legislatoris ea fuit, vt Baro nunquàm primus ciuis in Terris suæ iurisdictionis vtatur bonis communibus & domanialibus Vniuersitatum, prout quilibet ciuis vtitur in patria sua, non autem Baro participet de priuilegijs, quibus gaudent ciues in bonis alienis, & quæ non sunt communia Vniuersitatum, ità sunt aperta verba pragmaticæ, ibi *Terris, & nemoribus communibus, vel de domanio*, & iterùm ibi, *pascuis, nemoribus, & cultura*, & sic poterit Baro colere territoria domanialia, item depasci cum suis animalibus pascua communia, ac incidere ligna in nemoribus communibus, prout reliqui ciues, quia hoc non tendit in præiudicium tertij, dùm in eadem pragmatica statuitur, vt hactenùs vtatur, nè imminuatur vsus ciuium, sed gaudere priuilegio immunitatis, quo gaudent ciues in bonis alienis, & sic in bonis tertij, & hoc tenderet in præiudicium tertij, cuius iuribus nunquàm censetur Princeps velle derogare, etiam si esset necesse verba, quæ aliud suadetent, impropriare, ex regula *text. in l. 3. §. meritò, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. c. quamuis, de rescript. in sexto*, & alijs, quæ latè adduxi in *pragm. 1. infrà, vbi de delict. agi oport.* Nec aliquis vis constitui potest in his verbis, scilicet *ciuium priuilegijs*, nàm non includunt alia priuilegia, quam ea, quæ ipsimet ciues inter ipsos habent in bonis communibus, & domanialibus, de quibus in specie pragmatica loquitur; quæ quidem priuilegia sunt diuersa, iuxtà mores, & obseruantiam, capitula, & statuta, quibus quælibet Vniuersitas vti solet, & solent consistere circà culturam terrarum, vt præfatatur is, qui de incultis reduxit ad culturam, noualia constituendo, vel qui prior cæteris suum signum apposuit in tesliuitate Assumptionis B. Mariæ, & quòad pascua, vt toresit non possint defendi à certo die vtq; ad alium certum diem, idem de vineis, & sic de singulis. Cùm igitur casus accidere potuerunt omnia diligentius rimari.

Pro ornatu tamen ampliori huius pragmaticæ circà prærogatiuam, quam habet Baro vti primus ciuis in suis Oppidis, latissimè videndus est *Salon. Burgens. in l. 3. Tauri, à num. 430. vsque ad num. 511.* vbi agit etiam de Barone non habitante; & qualiter sint huiusmodi bona domanialia Vniuersitatis ad vsum pascuorum diuidenda inter Baronem, & vasallos, quæ dubitatio cessat in Regno, in quo seruatur opinio *Frecc. lib. 2. subfeud. author. 46.* post *num. 4. vers. vtatur*, prout vtuntur ditior ciuis, de quo etiam aliqua tetigi in *rubr. infrà de pascuis, foresta, & nemoribus*, His addo *Regentem de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. §. 2. per tot.* vbi tenet, hoc ius primi ciuis non transire in conductorem Baroniæ, *Bonadill. lib. 2. cap. 16. num. 198. & seqq.* dicit, quòd non gaudet, si non habuit. Idem dicas in Officialibus tam Regijs, quàm Baronalibus, vt gaudeant omnibus honoribus, immunitatibus, & prærogatiuis, quibus proprij ciues, secùs autem in his, quæ sunt eis præiudiciana, *Bonad. lib. 1. cap. 1 num. 24.*

6 Quòd si in inuestitura feudali concessa Baroni seu in priuilegio, aut instrumento emptionis feudi adesset clausula, *quòd ipse Baro in omnibus reputetur primus ciuis*, fortasse contrarium dicendum erit, tùm quia tale priuilegium debet aliquid operari, & sic vltrà id, quod ei competebat de iure communi, frustrà enim precibus impetramus à Principe, quod competit nobis de iure communi, *glos. in l. 1. in verb. parentibus* per illum *text.* cum similibus per eam adductis *ff. ad municipal. & ibidem Bartol.* dicens, quòd semper priuilegium debet intelligi, vt aliquid operetur, idem *Bald. in rubr. C. de contrahend. empt. num. 9. text. in l. si stipulatus, ff. de verb.* & melior *text.* quem ipse non allegat *in cap. si Papa, de priuil. in sexto, Alex. cons. 151. & 158. volum. 2. Castell. Cott.* qui alios cumulat in *memoral.* incip. *clausula generalis*, *Alex. Trentacinq. cons. 67. num. 5. cum seqq. part. 2.*

7 Tùm etiam, quia illa clausula, *in omnibus*, habet hanc vim, vt omnia includat, & nihil excludat, *Alex. in l. Rufinus, num. 5. in fin. C. de testam. milit.* post *Rom. in l. adoptatum, §. patronum, ff. de in ius vocand. Barbat. in repetit. l. cùm acutissimi, num. 285. C. de fideicommiss. Alex. in l. 1. num. 9. ff. solut. matrim. Romanus ibid. num. 6. Ripa num. 4. vers. secundò inducuntur*, vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd nullus possit esse Consul, nisi sit ciuis allectus cum hac clausula, *in omnibus*, poterit esse Consul, sequitur *Socin. in num. 28. Bologn. num. 78.*

8 Idem si esset clausula, *quòd sit, & tractetur vt ciuis*, ponderando illud verbum *sit*, de cuius natura est ponere veritatem, *Bart. in dict. l. si maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adult. Bald. in l. quæ fortuitis, C. de pign. act.*

Lasc.

Iaſ.in Lucmo poteſt 2.lect.colum.2. ff.de leg.1. & in l. qui quartam, colum.3.num.5.ff.eod.Gomeſ.in 5.item ſi quis in fraudem, num.30. verſ.mihi videtur,Inſtit.de ꝛ elt.& denotat aliquid fieri ipſo iure, *gloſ.in l. amiſſione,5.qui deficiunt in verb.delegati.ff.de capit.dimin.* alia *gl.in cap.licèt canon, in verb.priuatus,de elect. in ſexto, & in cap.2. in verb.innodetur,deberet.in ſexto, Bald in l.1.colum.1. & ibi Dec. notab.5. C. de ſecund. nupt. Bald.in l.ſi qua mulier,* arg.illius *text.in verb.infamis, C.ad Tertull. Tiraquell.in l.ſi vnquam,verb.reuertantur,* num 180. *C.de reuoc.donat.Schrader.de feud. tom.2.par.10. ect.1.num.162. verſ.tum quia ille text.* ſed eſt aduertendum,quòd eodem modo Baro debet contribuere tanquàm primus, & ditior ciuis in oneribus aliorum ciuium notatis per *Bouadill.lib.2. cap. 16.n.173. ad 175.*

De Baronibus. Pragm.XIV.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmatica hæc vti limitetur, & aliqua ad materiam remiſſiuè.*

2 *Præſcriptio de qua hic,non incipit,niſi à die prohibitionis facta per Baronem vaſallis, quod fallit, ſi ſimus in immemorabili præſcriptione, quæ ſatis eſt etiam prohibitione non probata.*

3 *Baro an poſſit augere ius formatici, aut molituræ vltrà ſolitum. & n.6.*

4 *Præſcriptio nulla habet locum in his, quæ ſunt meræ facultatis,ceſſante iure prohibendi.*

5 *Vaſalli circumſcripto iure prohibendi non poſſunt accedere ad aliena molendina,omiſſis Baronalibus, ſi id faciunt ad æmulationem Baronis,vt ei afferant damnum,non accedente vtilitate,vel maiori commoditate ipſorum vaſallorum.*

AVdiuimus etiam, &c. Vaſallis libera. ſit facultas circà vſum furnorum, molendinorum, tabernarum, & ſimilium abſq; Baronum impedimento. H. D.

De iure communi erat diſſenſio inter *Doctores*, an per conceſſionem factam Baroni à Principe alicuius Caſtri in ſpecie cum furnis, molendinis, tappetis,& huiuſmodi, videretur etiam conceſſum Baroni ius prohibendi vaſallos accedendi ad alienos furnos,& aliena molendina, & tappeta; nàm pro opinione affirmatiua conſuluit *Ial. conſil.161. lib. 2.* & inhæret *Guid.Pap.deciſ.298. propè finem;* & nouiſſimè *Argent. in Conſuetud. Britan. tit.17. in rubr. num.4.fol.*mihi 1526.qui potiùs videtur fundare ſe ꝛ in illa conſuetudine,quàm in diſpoſitione iuris communis. Negatiuam verò partem tenuerunt *Cranet.de antiquit.tempor,par.4.§.circà præmiſſa,& conſ. 861.& 871.num.4.& 9.& conſ.896 per tot.* & alij ab eo citati, *Theſaur.* verò *deciſ.16.num.9. verſ.verùm,* ſequitur opinionem *Iaſ.* non ſimpliciter, ſed ſi vltrà conceſſionem cum ſpeciali mentione illorum corporum concurrat etiam ſpatium ad minus ſexaginta annorum cum vſu continuo illius iuris prohibendi, ſed per hanc pragmaticam hæc quæſtio eſt ſopita,vt non ſufficiat expreſsio corporum, niſi adſit expreſſa mentio iuris prohibendi, aut legitima præſcriptio,& ſic requiritur titulus expreſſus,aut hominis,aut legis. Pro limitationibus huius pragmaticæ vide *Cappc.in ſua inueſt.feud.mc.feudorum clauſulæ, verſ.molendinis.limit.8.fol.*mihi 109.*Iacobin.de feud. in verb.& cum molendinis, num.3. Annam filium ad Annam patrem ſingul.§17. Luc. de Penn. in l.vſum aquæ, C.de aquæduct.lib.11. Afflict.deciſ.388. Loffred. conſ.13.* poſt *Andr.in c.1. in verbo flumina.num.4. & 5.qua ſint regal. Theſaur. deciſ.Pedem.16.* vbi habes etiam quamplures limitationes,& ad materiam vide omninò *Couarr. in reg. poſſeſſor, par.2.§.4.num.7. Alberi.Bruneonſ.feud.131.volum.2. Bertazol.conſ.crim. 419.num.7. & conſ.ſeq.num.10.volum.2. Cancer.var. reſolut. lib.2. cap.2. num.96. & ſeq. Choppin.de legib.*

2 *Andeg.cap.14.* & aduertas,quòd præſcriptio,de qua in *text.* non incipit,niſi a die prohibitionis factæ vaſallis per Baronem, vt conſtat ex *Cæpoll.de ſeruitut. vrban.prædior.cap.60.rubr.de furno*, niſi eſſemus in immemorabili,quæ ſufficit etiam non probata prohibitione, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium iunctis Aulis in cauſa Vniuerſitatis Alifarum cum eius Comite. Actuarius eſt Iubenus, nunc Cantonus. Alia vide apud *Gratian.diſcept.*564.vbi agit de molendinis Eccleſiarum,& citat *Me in hoc loco: Borrell.de magiſtrat.edict.lib.4.cap 7. Farinac. deciſ.poſthum.616.*

3 Verum autem Baro poſſit augere ius formatici, aut molituræ vltrà ſolitum? eſt videndus in ſimili *Peregrin.conſ.13.num.20. & ſeq.* & dùm hic caſus in primis annis meis forenſibus accidiſſet inter Vniuerſitatem Beruicarij, & Baronem, qui ex abrupto alterauit ius molituræ in ſuis molendinis ſatis vltrà antiquiſſimum ſolitum, & de hoc eſſet propoſitum grauamen coràm illo doctiſsimo Iureconſulto è memoria nunquàm delendo Vincentio de Franchis tunc Regio Conſiliario, nunquàm voluit prouidere, quòd ſeruaretur ſolitum, quod partes non negabant,ſed decreuit, quòd capiatur informatio ſimpliciter, per quam decretationem fuit conſeruatus Baro in poſſeſsione exigendi iuxtà nouam taxam alteratam, & ſic declarauit,quòd Baro poſsit alterare ius molituræ, & mihi, qui inſtabam pro obſeruantia ſoliti, humaniſsimè, vt ſemper ſolebat, replicauit, quòd dùm Baro non habebat ius prohibendi ciues, nè accederent ad alia molendina, liberum erat Baroni non admittere ſuos vaſallos in proprijs molendinis,niſi ſoluta ſibi ea mercede,quam veller, quia in re ſua quilibet eſt liber moderator, & arbiter,vulgata *l.in re mandata,C.mand.* Nec in hoc operabatur aliquid ſolitum, quantumuis antiquiſsimum,quia in his,quæ ſunt meræ facultatis, proùr eſt in hoc caſu, ceſſante iure prohibendi præſcriptio nulla habet locum, *l.viam publicam,ff.de via publica,* latè *Vueſembec.conſ.2.num.94.* ſecus autem ſi Baro haberet ius prohibendi,quia tunc vaſalli non poſſunt ire ad molendum in alienis molendinis, & dùm grauantur in vno,debent in alio releuari.

4 Nunc autem conſidero, quòd ſi hæc quæſtio eſt decidenda ex iure prohibendi, quòd competat, vel non competat Baroni, omninò erat determinanda in beneficium vaſallorum, vt ſcilicèt Baro non poſſit alterare ſolitum antiquum, nàm certum eſt in iure, & in vſu forenſi, quàm ſæpiſsimè receptum, vt etiam circumſcripto iure prohibendi vaſalli non

5 poſsint accedere ad aliena molendina, omiſsis Baronalibus, quandò id faciunt ad æmulationem Baronis, vt ei afferant damnum in introitibus Baronalibus,nulla accedente vtilitate,aut maiori commoditate ipſis vaſallis, vt conſtat ex *Frecc. author. Baron.41. in fin. & Anna ſingul.§17. & in rubr. de vaſall. decrep. ætat. num.69. Ioann. Koppen Germ. q.19.n.10.cum ſeq.*

6 Ergò eodem modo circumſcripto etiam iure

prohibendi non est permittendum Baroni, quòd alteret antiquum solitum in exactione iuris molitura, aut fornatici, quotiescunq; id facit ad æmulationem vasallorum, puta vt illos deterreat à prosecutione aliorum grauaminum oblatorum contrà Baronem. Nisi dicas, quòd in hoc casu respectu Baronis non potest dici æmulatio, dùm Baro ex tali alteratione consequitur maiora emolumenta, & introitus Baronales augentur, quod non est in casu conuersorum cogita, dum casus accidet, & confirma opinionem pro Barone, ex traditis per *Mutam in Cap. Reg. Iacob. 62. n. 1. vers. bene verum tamen seqq. num. 1.*

De Baronibus. Pragm. XV.

RERVM SVMMA.

1 *Baro in fructibus, qui per vasallos exhibentur venales, pro suo, & familiæ vsu aliis præfertur emptoribus, dummodò statim soluat pretium ab alio oblatum, non.*

2 *Prælatio Baronum in emptione fructuum, de quibus fructibus intelligatur. Præsens pragmatica à fanctio vndè desumpta.*

4 *Baro præfertur aliis emptoribus in emptione seruitiorum.*

1 QVin etiam, &c. Non impediantur vasalli vendere, & emere quæcunquè, cuius & quandò voluerint, data tamen prælatione Baronibus pro suo, & domus suæ vsu, vel in eundo ad habentibus venalia pro eodem pretio, quod ab alijs etiam extraneis reperitur, ac data facultate Vniuersitatibus in casu necessitatis compellendi Particulares ad vendendum propria frumenta pro communi pretio. H. D.

Hæc pragmatica fundata est in dispositione iuris communis, vt constat ex discussis per *Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 6. per tot.* & licèt ratione prælationis competentis Baronibus in emptione fructuum perceptorum ex communibus contrarium de iure ipse sentiat, prout etiam contrarium verius affirmat, & in praxi receptum *Valasc. de iure emphyt. quæst. 24. num. 3.* tamen hanc opinionem pro Baronibus disputando affirmauit *Frecc. de subfeud. lib. 2. author. 38.* quem post alios citatos sequitur est *Amed. de Ponte de laudim. quæst. 13. num. 13.* & ipsemet *Couarru.* paulò post *num. 6.* attestatur, hanc opinionem, quam primus omnium attentauit *Bartol. in l. 1. C. de metall. & metall. lib. 11.* esse receptissimam, sed quicquid sit de iure, in hoc Regno cessat omnis difficultas per hanc pragmaticam, cuius dispositio in finalibus verbis est diligenter attendenda,
2 nam concedit prælationem Baronibus indifferenter, & sic non solùm in fructibus, quos percipiunt vasalli ex bonis feudalibus, seù feudo redditicijs, & pro vsu ipsorum, & familiæ, prout videbatur, de iure communi esse permissum, sed etiam pro omnibus fructibus vndecunquè percepris, si tamen vasalli eos habent venales, & non alitèr, ità sunt formalia verba huius pragmaticæ, & puto desumpta ex *Luca de Penn. in l. 1. vers. item facit hæc lex, C. de metallar. lib. 11. & ibidem Platea, Afflict. in cap. 1. §. post natale, num. 11. de pac. tenend.* sequitur *Graff. const. vnic. in 1. diffeud nè Cler. vel Monac. tom. 2.* Quæ potest recipere easdem limitationes, quas affert *Frecc. d. author. 38.* & signanter, quòd incontinenti Baro soluat pretium ab alio oblatum, quia
3 modica mora, & quodlibet, vel minimum temporis interuallum posset afferre damnum venditori.

In venditione seruitiorum, de quibus loquitur hæc
4 pragmatica, & an *infra eadem* quis censeatur prælatio Baroni pro eodem pretio per decretum domini latum per D. Consiliarium Theodorum, à quo non fuit reclamatum in causa Particularium, seù Vniuersitatis Guardiæ Lombardæ cum Marchione Fuscaldi sub die 16. Maij 1583. fol. 28.

De Baronibus. Pragm. XVI.

RERVM SVMMA.

1 *Angariæ, & perangariæ verbum quid significet, & alia ad materiam, remissiuè.*

2 *Seruitia indebita censentur extorta à subditis, ideoquè temporis lapsus circà angarias, & perangarias nihil operatur.*

3 *Indebita præsumuntur per vim, metumue, & impressionem à Superiore extorta.*

4 *Barones quam formam articulandi immemorabilem seruare debeant, & aliquas circà excubias diurnas, vel nocturnas vasallis impositas, remissiuè.*

5 *An in casibus, in quibus liuitè exigunt seruitia à vasallis, possint ea in pecuniam commutare, vel alia ea præstanda mandare.*

6 *Vasalli lite pendente sunt seruandi immunes ab angariis, & perangarijs, & quid circà ius prohibendi furnos alienos, & alia, de quibus in hac pragmatica, remissiuè.*

7 *Barones an succedant vasallis decedentibus ab intestato absq; legitimis hæredibus.*

8 *Baro quandò abutatur sua iurisdictione in detrimentum vasallorum, an, & in quibus casibus priuetur ea, & quid si inimicatur vasallo, eumquè malè tractet, remissiuè.*

AD nostras, &c. Priuilegia cum angarijs, & perangarijs, & aliis nihil noui tribuunt. H. D.

1 De huiusmodi angarijs, & perangarijs loquitur *text. cum glos. in §. illud tamen. mandat. de mandat. Princip.* quid autem significent hæ duæ dictiones? vide *Andr. quæ sint regal. in verb. Angaria, num. 12. & ibi Liparul. Capyc.* in sua *tract. feud. verb. Angarius, fol.* mihi 103. *Alciat. in hac nostra, C. de Præpos. sacr. cubicul. lib. 12.* sed ad materiam vide omninò *Couarr. in regul. possessor. p. 2. §. 4. per tot.*

2 Et circà huiusmodi angarias, & perangarias temporis lapsus nihil operatur, quin indebita seruitia præsumuntur extorta per Superiores à subditis, vt per *Capyc. decision. 118. Foller. in cap. Item statuimus, quòd vasallis, num. 9.* & de omnibus seruitijs indebitis, quòd præsumantur per vim, metum, & im-
3 pressionem à Superiore extorta, & propterea debet abstinere, latè *Schrader. de feud. par. 10. sect. 5. num. 109. Paris de reintegr. feud. cap. An præstanda seruitiorum, in princip. fol.* mihi 97. *col. 4. Capiblanc. in pragm. 1. nu. 156. supra eodem,* sed videndus est *Luc. de Penn. in l. 1. C. de superind. Alex. cons. 15. lib. 2. Iacobin. de bonis mag. vers. sed pone. Dominus est in possessione, num. 37. Camer. Imper. decis. 12. num. 15. & seq. libro* omnium *Ioseph de Sesse de inhibit. cap. 4. §. 9. in princip.* vbi post
4 *num. 3.* dat formam articulandi per Barones fisponi immemoriali, *Mieres de maioratibus part. 4. quæst. 20. num. 6. & 8. & Villadiego Politica cap. 5. §. 24.* & quid in excubijs nocturnis, aut diurnis, quas Barones imponunt vasallis? *Marzar. cons. 79.* dicit, acquiri instru-

mento,

[illegible] quæstionum depositione, vel verustate, sed in illis
5 [illegible] in quibus Barones licitè exigunt seruitia
[illegible] à suis vasallis, necessitate existente, pos-
[illegible] in pecuniam commutare, vel alteri ea præ-
[illegible] mandare, explicat *Bald. in l. 1. C. de oper. libert.*
num. 11. Ioann. Lupus in cap. per vestras, §. 24. num. 10.
vers. adde Bald. & §. 38. in fin. Boer. decis. 126. num. 2.
Iacobin. de Ianuen. in magnum. 32. Castr. in l. 1. C. de oper. libert.
num. 11. quod tradit *Andr. in §. firmiter, num. 32.*
de probib. feud. alien. per Feder. in §. præterea Ducatus,
post num. 45. ubi *quantum ad id, & in §. ea lege, num. 10.*
de lege Corn. hæc sunt notanda pro illis casibus,
in quibus Barones locant, & seu affectant fructus, in-
troitus, & iurisdictionem suorum feudorum cum
seruitijs ad illorum, quæ licèt Baro possit locare,
vendere, & alijs delegare huiusmodi seruitia, tamen
vasallus eorum non tenebitur conductori in
plus quàm ponetur locatoribus, ita colligitur ex *Andr. in*
d. §. firmiter, ante num. 33. Quid in salario soluendo
Officialibus Baronalibus exercentibus suam iurisdi-
ctionem, quam solent soluere vasalli, an id iure
permittatur? *Escobar de variis oper. cap. 27. num. 8. cum*
seqq. dicit hoc tributum introductum per tyrannidem,
6 & non potè præscribi, sed per immemorialem, lite
autem pendente non est dubium, quòd vasalli sunt
seruandi immunes ab his angarijs, & perangarijs, vt
per *Gramm. decis. 67. num. 4. et seq.* & multa alia circà
hanc materiam vide per *Capyc. d. dec. 118. Bertr. and.*
cons. 128. vol. 2. p. Bonadill. lib. 2. cap. 16. num. 116. ad
122. Cucen. de Rom. 354.

Quo verò ad ius prohibendi fructus alienos, &
alia vetita gratia, remitto me ad *Capyc. dec. 209.*
7 Barones succedunt vasallis decedentibus ab in-
testato sine legitimis heredibus, *Minyager. lib. 2. ob-*
serv. 22. num. 21. Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 10.
num. 168. Bonadill. lib. 2. cap. 13. num. 28. negat, *Frecc.*
de subfeud. lib. 2. authorit. 14. in Regno admittit pro
bonis feudo redditibus, vel ex feudo obuentis.

Et quamuis Baro abutatur suâ iurisdictione in per-
niciem & extinctionem vasallorum suorum, & in qui-
8 bus casibus possit priuari iurisdictione, aut quando
in ea remittatur vasallo, & cum malè tractat, habes,
remissiuè tamen apud *Liparul. ad Andr. in cap. 1.*
num. 28. in verb. ad Apostolicæ, quibus mod. feud. amitt.
sed latissimè apud *Gramm. dec. 124.* vbi refert ca-
sum in quo fuit processum ad hanc pœnam privationis iu-
risdictionis in omnes vasallos, *Anton. Fab.* in suo
Cod. Fabrian. lib. 3. tit. quand. lic. vnic. sine mul. le vind.
definit. 2. Quid. Pap. dec. 162. Roland. cons. 18. volum. 2.
Cell. Hug. cons. 60. num. 45. in fin. Peguer. decis. 36. Cal-
der. vtr. vel. vol. p. 2. cap. 2. nu. 166. Gallin. de verbor.
signific. lib. 10. cap. 15. nu. 28. alios refert *Calisto de le-*
ge reg. §. 43. num. 8.

ADDITIO

AQuid sit angaria, & quid perangaria, declarat *Andreas in tit. quæ sint Regalia, in verb. Angariæ num. 52.* quem citat *Dom. Regens hic*, dicens, quod ille est Angarius, qui de persona seruire debet, sine expensa sua, Perangarius est, qui suo sumptu facit opera personalia, & idem dicit, & tenet *Liparul. ibi*, & alios citat *D. Dom. Anton. de Marin. resolut. quotid. cap. 107. num. 25.* licèt contrarium dicat tenere *Gloss. in cap. vnum minus, in vers. angariis, de immunit. Eccles.* vt scilicèt Angarius dicatur, qui suo sumptu seruit, Perangarius verò, qui sumptu Domini, & ita etiam tenet *Luc. de Penn. in l. cùm ad felicissimam, num. 24. C. de quadr. præscrib.* Vel præstat nemini lice. & est etiam de mente *Alidr. in d. vers. angariæ*, vbi post-
quàm dixit, quòd Angarius est, qui de persona seruit
2 sine expensa sua, Perangarius verò, qui suo sumptu
facit opera personalia, ad quod allegat multa iura
subdit deinceps exemplum in passione Domini nostri
Iesu Christi de Simone Cyreneo, quem Iudæi angari-
auerunt portare Crucem, nullo tamen ei constituto
salario, & sic isti termini confunduntur, & vnus
pro alio ponitur. Quicquid tamen sit de hoc, certum
tamen est, quòd in Regno sunt multi Angarij, &
multi etiam Perangarij Baronum, vt etiam testatur
Andr. in d. ver. Angariæ, in fin. sunt enim aliqui va-
salli, qui tenentur Domino seruire mediante salario,
& nonnulli, qui certas operas Domino præstare te-
nentur gratis, & eorum sumptibus, vtputà dietam
vnam in fodienda vinea, vel agris colendis, & simili-
bus. (Id verò iure, an iniuria sibi quæsierint Baro-
nes, nescio, cùm circumscripto priuilegio particula-
ri, omnia seruitia indebita præsumuntur extorta per
Superiores, & Barones à pauperibus vasallis, ac per
vim, metum, ac impressionem exacta, proùt benè
fundat hic *Dom. Regens* ex *Capyc. Foller.* & aliorum
multorum authoritate.)

Quod verò nunc quæritur, hoc illud est, an scilicèt
has operas, & seruitia, angarij, vel perangarij sint va-
salli, Domino præstare teneantur, etiam extrà terri-
torium, & fines feudi, vel intrà feudum, & in feudali
vinea, vel agro tantùm. Hanc quæstionem mihi di-
sputare occurrit in anno 1623. pro Vniuersitate Ter-
ræ Centulæ contrà Illustr. Marchionem Terræ Pi-
sciottæ, vtilem Dominum Terræ Centulæ, & feudi
Molpæ propè Palinurum, prætendebat enim Illustr.
Marchio cogere Cives Terræ Centulæ ad locan-
dum eorum operas in cultura vinearum, & territo-
riorum, sistentur in dicto feudo dishabitato Terræ
Molpæ, quam habitatam olim fuisse traditur, negotio-
que introducto coràm *D. Regente* tunc Consiliario,
& causæ Commissario. Ego pro Vniuersitate, & Ci-
uibus Centulæ dicebam, quòd non erat dubitandum,
quòd regula est pro Vniuersitate, & Ciuibus, quòd
non tenentur seruire Baroni extrà territorium, &
fines feudi, & in seruitijs non tangentibus feudum,
Frecc. de subfeud. in 30. author. Baron. num. 1. et 2. et in
31. author. fabr. nu. 14. et in 37. author. in princip. Afflict.
in Constit. Prosequentes, num. 4. et in Constit. Quia fre-
quenter, sub num. 14. Foller. in Constitut. Adscriptitios,
num. 15. et in Constitut. Errores eorum, num. 6. vbi al-
legat *text. in l. quod nisi, ff. de oper. libert. et in Constit.*
Iustitiarii non per Kalendas num. 26. Camp. qu. in cap.
Grauamina, num. 30. Cassaneus in Consuetud. Burgund.
rubr. 9. §. 18. ver. Coruerbles à volunt. num. 27. Camill.
Borrell. de magistr. edict. lib. 4. cap. 14. num. 3. et Dom.
Præs. de Franch. decis. 126. sub num. 2. Cùm enim ser-
uitium non possit à Barone prætendi, nisi ex forma
fidelitatis, proùt dixit *Andreas in cap. 1. §. sed nec alia*
iustior, ver. sed determinatur, quæ sit prima causa be-
nefic. amitt. et Cather decis. 26. num. 11. et decis. 27. nu.
10. Seù maiis ratione feudi, vt placuit *Borrell. dict.*
cap. 14. num. 4. et Foller. in Constit. Errores eorum, n. 2.
vt feudum non sit mutile, iuxtà notata per *Frecc. d.*
authorit. 30. Id planè non poterit extrà feudum prę-
tendi, duplici ratione. Altera, quia cùm seruire extrà
territorium non sit promissum, nec cogitatum, non
potest sub simplici fidelitatis promissione compre-
hendi, per ea, quæ notat *Andr. in d. cap. 1. §. sed nec*
alia iustior, num. 40. per *text. in l. qui cum tutoribus,*
ff. et finali, et l. cum Aquiliana, ff. de transact. Altera
verò, quia si seruitium prætenditur ratione feudi, ne
fiat licèt sit inutile, ex quo vtilitas, & seruitium consi-
derentur

deratum fuit circa hoc feudum Centulæ, verbi gratia, non poterit ad aliud extendi, ex regula *tex. l. si vnus, §. antè omnia, ff. de pactis*, præsertim cùm simus in correctorijs exorbitantibus, & odiosis, *Cacher. dec. 378. n. 3.* attento etiam, quia Baro extrà feudum caret iurisdictione, & impunè ei non pareatur, *l. finali ff. de iurisd. omnium iudic.* ità ex *Bal.* & alijs deducit *Afflict. in d. Const. Prosequentes, sub n. 4. & Foller in d. Const. Errores eorum, n. 6.*

Et adeò verum est, quòd vasalli ratione feudi ad seruitia obligati non tenentur extrà feudi fines operas præstare, vt nec etiam intrà fines pro negotijs feudum non tangentibus cogantur seruire, vtputà quia vellet Baro negotiari, & mercaturam exercere, ita *Paris de Put. in tract. de sindic. 4. tit. de excess. Baron. sub n. 4. & D. Præp. de Franch. decis. 526. n. 1. & decis. 128. in princ.* Aeratium non teneri ad conseruationem fructuum burgensaticorum, multa exempla, & S. C. decisiones affert *D. Capiblanc. de Baron. prag. 16. à n. 69.* non alia ratione, nisi quia vasallus obligatus est Domino ratione feudi, pro quo tenetur seruire, quæ seruitus est merè realis, & rem non egreditur, *Foller in d. Constit. Errores eorum, n. 7. & Capiblanc. d. pragm. 16. n. 51.* refert, per S. C. iuste decisum, quòd Baro non possit subditos, & vasallos vnius Terræ cogere pro seruitijs necessarijs in alia Terra, & feudo. Et in puncto, propriisq; terminis, quòd facta concessione angariæ per Regem in priuilegio, intelligatur concessio facta in territorio, nò autem extrà territorium, dixit *Liparul. ad Andr. in d. ver. Angaria* ex *Afflict. in Constituto. Ascriptitios n. 4. & 5.*

Hanc conclusionem acerrimè oppugnare conatur D. Aduocatus Ill. Marchionis, vulgata doctrina *Andreæ in d. c. 1. §. sed nec alia iustior, ver. quid ergo si habeat, sub n. 40. quæ sit prima caus. benef. amitt.* relata per *D. Anna singul. 560.* quo loci tractat *Andreas*. An Rex habens guerram extrà Regnum, non tamen pro Regno, sed vt aliam Prouinciam acquirat, possit extrà Regnum iniungere seruitia Baronibus, & licèt concludat, quòd non, tamen postea dicit, quòd hoc est verum, si lògè extrà Regnum vellet eos mittere, vel ducere, sed parùm extrà videtur tolerabile, argumẽto *text. l. quod nisi, ff. de oper. libert. & l. Mensa ff. de annuis legat.* Ex quibus *Andreæ* verbis prætendit satis benè fundatam habere Ill. Marchionis intentionem, quòd possit seruitia imponere Ciuibus Terræ Centulæ pro cultura feudi Molpar contigui, & parùm extrà fines Centulæ.

At aduertant, precor, nàm, vt fallor, facillimè demõstrabo, supradictam *Andreæ* doctrinam, si nostro casui poterit applicari, nostram potiùs confirmare sententiam, sin minus, nobis non refragari.

Dixi, si nostro casui poterit applicari, cò quoniam casus *Andreæ* est à nostra quæstione diuersus. Quærit namq; *Andreas*, an Rex possit Barones, quibus feuda dedit, extrà Regnum ducere pro guerra, quâ habet, qui sanè Barones velint nolint, Regem bellũ gerentẽ tenentur iuuare, alias feudo possunt priuari, *c. primo, hic finitur lex, & c. 1. de vona forma fidel.* vbi *Andr. ver. & si scires.* At vasallus burgensis, qui nullum tenet à Barone feudum, non cogitur illum iuuare, *Andr. in c. 1. ver. vt autem æquitas, de allod.* seù *de pace iuram. firman. n. 52.* & per *Afflict. decis. 165. n. 57.* Et longè differt forma fidelitaris, quam Baro ratione feudi Regi præstat, ab illa, quam vasallus burgensis ratione solius iurisdictionis, & subiectionis Baroni tribuit, *c. vnico, qual iurar. deb. vas. Dom. fidel.* & notat *D. Foller in d. Const. Errores eorum, n. 14.* illud namq; vocatur iuramentum fidelitatis, illud verò sacramentum assecurationis, *D. Regens de Ponte in prælud. feud. lectio. 2. n. 6.* virtute cuius, non ad aliud vasallus burgẽsis obligatur, nisi ea Baroni præstare, quæ alijs solet, *Borrell. d. cap. 14. n. 5.* Dùm ergò nõ sumus in Rege, qui potest præcisè ratione feudi, & ex forma fidelitatis ad seruitium vasallos cogere, sed in Barone, qui non habet æquale ius in vasallo ab eo feudum non habente, prout optimè cõsiderat *Consil. de Georg. in repet. feud. cap. 56. sub n. 54. & 55.* vbi dicit, quòd respectu Regis, & Domini feudi, & subfeudi concurrunt plures obligationes, quæ non possunt adaptari inter Baronem, & subditum ratione iurisdictionis, nisi tantùm ratione reuerentiæ, ac superioritatis, sub quibus consideratur bona administratio iustitiæ, & aduertit etiam *Capiblanc. in 2. tomo, in pragm. 3. cap. 14. n. 17.* vbi magnam constituit differentiam inter vtrumq; vasallum respectu iurisdictionum, non potest *Andreæ* doctrina ad hãc quæstionem adduci.

Sed estò, quòd paritas procederet, aduertendum est, quòd *Andreas* non firmat conclusionem, sed loquitur per illa verba. *Videtur tolerabile*, quin immò per alia verba, quæ posteà dicit, & increpationes, quas facit contra Reges, quòd Barones extrà Regnum iniustè trahunt, potiùs videtur tenere contrarium, & quòd non possint extrahi, etiam parum extrà Regnum.

Nisi etiam dicere velimus, quòd *Andreas* expressè firmat nostram conclusionem, dùm dicit, quòd vasallus tenetur iuuare pro re aliqua recuperanda, in loco tamen domicilij Regis, qui est, vbi larem fouet, & paulò infrà dicit, *non tenetur Dominum sequi, & vagari per Orbem, sed in loco domicilij.*

Præterea *Andr.* duo iura adducit ad fundandum, quòd parum extrà est tolerabile, scilicèt *tex. in l. quod nisi, ff. de oper. libert.* qui, ni fallor, probat contrarium, nam dicit, quòd debet libertus operam præstare patrono, si patronus Romæ moratur, vel in Prouinciam proficiscatur, quod intelligi oportet, nè extrà Prouinciam exeat, & per Orbem vagetur, & nè sine authoritate loqui videar, ità *tex.* hunc intelligit *Iacob. de Sancto Georg. in tract. de roys*, quem allegat *Cassaneus in d. rub. 9. §. 18. n. 27. & Foller in d. Constit. Errores eorum, n. 6.*

Adducit secundò *text. in l. Mensa, §. vxore, ff. de annuis legat.* qui loquitur in contractibus correspectiuis, vel in legato sub conditione, seù modo, *dummodò ab vxore non recesserint liberti*, & hoc casu, vxore proficiscente vir bonus arbitrabitur, an cum ea proficisci debeant liberti, vt legatum consequantur, & sic casus iste posset considerari in Rege proficiscente, an Barones ab eo feuda tenentes sub feudali seruitio, & iuramento fidelitatis teneantur exire, cùm contractus sit correspectiuus, de quo per *D. Regẽtem Const. an. in l. vnica. n. 156. C. de classic. lib. 11.* vbi etiam dicit, quòd vasalli huius Regni teneantur præstare patientiam, vt ligna gratis in suis nemoribus abscindãtur pro triremibus, quæ licèt extrà Regnum fiant, deseruiunt tamen pro eiusdem Regni, & aliorum Regnorum eiusdem Principis defensione, at vasallus burgensis cùm nihil à Barone teneat, & ratione simplicis iuramenti assecurationis nihil Baroni debeat, vt est suprà fundatum, præter operas, quas alijs locare solet, cum multis tamen circumstantijs, & requisitis, hoc est, dummodò non abstrahatur à propriis seruitijs, sit solitus locare operas suas alijs, sit monitus per diem antè, & seruitia sint pro feudo, & non pro negotijs priuatis, & non tangentibus feudum, vt per

D. de

*D.de Franch.d.decis.*526. & per *D.Capiblanc. in prag.* 16.*num.*24. 25. 41. & 42.non tenetur extrà feudum exire,& Baroni seruitia personalia præstare.

Remanet ergò clara conclusio, quòd vasalli non tenentur seruire Baroni, eiq; operas locare extra fines feudi,& in negotijs non concernẽtibus feudum, quicquid dixerit *Andreas de Isernia* de Rege respectu Baronum.nàm eius doctrina,vel non est applicabilis casui nostro,vel nobis non retragatur.

Fateor tamen, quòd communis vsus ex Regia pragmatica introductus limitat hanc conclusionem in duobus casibus, in operibus scilicèt cursorijs, & tabellarij,& quando Dominus Neapoli commoraretur, vt teneantur vasalli soluti cum eorum animalibus ei bona deferre,soluto tamen salario,si infrà dietam,proùt inter ciues, *D.de Franch.d.dec.*526.*nu.* .... & si vltrà dietam,ad rationem taxatam per pragmaticam Dominorum Comitum de Lemos tunc Proregum, de qua taxa latissimè discurrit *D. Capiblanc. in pragm.*16. *num.*31. *cum seqq.* quomodò sit intelligenda.& practicata per S.C.

Die 8.Aprilis 1623.facto verbo in S.C. per Regium Consiliarium Rouitum causæ Commissarium fuit prouisum,quòd ciues Centulæ nó teneantur seruire extrà fines feudi,vt in processu Vniuersitatis,& particularium Centulæ, contra Ill.Marchionem Pisciottæ,in Banca de Mondellis. *Io.Laganar.*

De Baronibus. Pragm.XIX.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia,remissiuè.*
2 *Carceres duo esse debent, vnus pro criminalibus, alter pro ciuilibus, & plura de carceribus illorumque Custodibus, qui quomodò delinquant in eorum officio, remissiuè.*
3 *Domus aliena pro carcere construendo capi an possit.*
4 *Baro à carceratis in his carceribus an possit exigere ius portelli, si illud non habet ex priuilegio,vel antiquissima consuetudine,& n.7.*
5 *Exactio portelli facienda à carceratis est de genere prohibitorum.*
6 *Carcer duplex est, vnus ad custodiam,alter ad pœnam, & vterque mala mansio, & reddit homines squalidos.*
8 *Carceratus non potest detineri per Carcerarium, nec pro exigendo iure portelli,nec pro expensis.*
9 *Ciuitatis Primates impunè possunt de facto resistere Officialibus committentibus similia grauamina in damnum subditorum.*
10 *Iudices opprimentes sibi subditos pœna vltimi supplicij iure communi feriuntur.*

PErche per quanto semo informati,&c.

Obscuri,& subterranei carceres prohibentur.
1 H.D. Hæc pragmatica sumpta est ex *l.1.verſ.nec verò, C.de cust. reor.* Ad cuius tamen materiam vide *Bellug.in specul.Princip.rubr.*23. *§.dicamus,verſ.aliud est,n.*8 *Menoch.de arbitr.iud.lib.*2.*cent.*4. *cas.*306. *Coler.de proceſſ.execut.p.*1.*c.*6.*n.*101.
2 Et aduertas,quòd carceres debent esse duo, vnus pro criminalibus,alter pro ciuilibus,vt est *tex.in l.*2. *C.de exact.tribut.lib.*10.*Alber.de statut.p.*2.*q.*89 Pluta autem de carceribus,& de illorum Custodibus,& quomodò prædicti Custodes delinquât in eorum officio,*Farinac.practi.crimin.quæst.*27.*vsquè ad* 35.& docet *Aniles in cap.*18.*Prætor.in glos.carcel,per tot.* qui
3 *ibidem in glos.se haga, num.*2. declarat, pro carcere fabricando posse capi domos alienas,non excedentes 50.libras,aliàs est cõsulendus Princeps, & quòd carcerum constructio, seù reparatio sit faciendanon sumptibus Baronis, sed vasallorum.declarat *Escobar*
A *de ratiocin. cap.*25.*num.*10. & ibidem etiam in progressu agit de remissione carceratorum *numer.*12. & de captura, ac persequutione delinquentium, *num.*16. expensis domini iurisdictionis facienda;sed in Regno etiam respectu constructionis carcerum est contrarium expressè statutum in hac pragmatica, & ità obseruatur,prout latiùs prosequitur *Capibl.in hac ead.prag.*
4 Sed an Baro à carceratis in his carceribus possit exigere ius portelli, dùm illud non habet ex priuilegio, vel antiquissima consuetudine? Accidit hic casus inter Vniuersitatem Beruicarij, & Baronem,& Ego pro Vniuersitate adducebam, quòd Baro illud ius non possit exigere, nisi ex priuilegio, vel antiquissima consuetudine,in proprijs terminis *Afflict.in Const.Castellani* 1.*not. nu.*2.*in fin.* quem sequutus est *Campag.in c.Regni Castellanos, n.*44 *in fi.verſ. sed alij Capitanei,*& denique *Foller. in suis fragm. post pract.crim.n.*162

Nec his authoritatibus obstabit authoritas *Carauitæ*,qui in *Ritu* 43. *num.*6. *verſ.quæro iuxtà prædicta* contrarium tenet,arguendo *Afflict.*in interpretatione *Constit.Magist.Iustiario*,nàm licèt verum sit,quòd tàm dictum *Cap.* quam etiam *Const. Castellani* non prohibent, nè exigant vltrà carolenum, non tamen ex hoc sequitur, ergò omnibus indistinctè est permissum exigere infra carolenum.

Nàm reg. *l.cùm prætor, ff.de iudic.*procedit, quandò id, quod prohibetur est de genere permissorum, nàm vno prohibito, non censentur prohibita alia generalitèr permissa,proùt erant, secùs tamen est, si esset de genere prohibitorum;nàm tunc id,quod expressè prohibetur, censetur expressum gratia exempli,& in alijs remanet ipsa prohibitio,ità pulchrè declarat *Bald.in d.l.*1.*in fin. C.de adult.*

Quò fit,vt cùm dicta exactio portelli sit de genere prohibitorum, non sequitur,*Constitutio, & Cap. Regni* prohibent exigi vltrà carolenum, ergò infrà carolenum est permissa omnibus exactio;nàm intelliguntur procedere respectu illorum tantùm, qui hoc ius exigendi habent ex priuilegio,vel consuetudine,vt benè intellexerunt præcitati *Doctores.*

Quod indè fortius suadetur, nàm prædicta *Constitutio, & Cap.Regni* emanauerunt ad reprimenda grauamina vasallorum, & immoderatam exactionẽ, quam faciebant ij, qui illam exactionem habebant ex priuilegio,vel consuetudine,quod si modò sequeretur permissio, & facultas exigendi alijs, qui hoc ius non habent,sequeretur illud absurdum, quòd inducta ad vnum finem, scilicèt ad releuamen vasallorum, operarentur grauamen,& sic contrarium effectum, contrà regulam *l. qui hominem, §.fin.*iuncta *glos.ff.de solution.& l.si certis.C.de pactis*, & inducta ad diminutionem operarentur augmentum, contra regulam *l.legata inutiliter,ff.de adimen. legat. & l.ex facto,la prima, ff.de hæred. instit.* & contra regulam *tex.in cap.cùm Apostolus,§.fin.in fin. extrà de censib.* qui omninò,rogo,videatur.
5 Quòd autem prædicti iuris exactio sit de genere prohibitorum,patet ad sensum,& probatur eò ipsò, quòd non apparet de iure expressè permissa, immò proba-

probatur hoc irrefragabili argumento, de iure enim
6 duplex est carcer, alter scilicet ad custodiam, de quo loquitur *text. in Laut damna, §. solent, ff. de pœn. & in l. 1. C. de custod. reor.* Alter verò ad pœnam, qui licet fuisset prohibitus de iure ciuili per supradicta iura, & per *l. incredibile. C. de pœnis*, tamen de iure Canonico, & de iure Regni expressè permittitur, *c. quamuis, de pœnis in sexto, & in Const. Hi, qui per inquisitiones, ver. cæterùm*, alia recentiet *Reg. de Pont. cons. 73. n. 11. cum seqq. vol.*

Vtcunque tamen est mala mansio, *l. si hominem in princip.* vbi *glos. ff. depos.* adeò vt secundùm *Apostill. Fontan. ad d. cap. quamuis, de pœn. in 6.* durius sit ibi sedere, quàm toto die in agro fodere; Carcer enim homines squalidos reddit, *l. 2. C. de custod. reor.* eodemq; prorsùs macerat, *l. fin. C. eod.*

Si ergò carcer, vel ad pœnam, vel ad carcerati squalorem est inuentus, qua pietate est introducendum, vt tales carcerati tempore excarcerationis debeant soluere ius portelli? certè nihil aliud esset, quàm afflicto afflictionem addere, quod iura prorsùs abhorrent.

7 Sed his non obstantibus Baro obtinuit in possessorio per decretum Sacri Consilij latum, referente tunc Regio Consiliario Fulvio Constantio, postea dignissimo Regente apud Catholicam Maiestatem, ad præsens Marchione Corleti, Regenteq; Regiam Cancellariam Neapol. eò quòd pro parte Baronis fuit productum decretum in similibus domi interpositum per quondam Regium Consiliarium Antonium Orificium postea Præsidem Sacri Consilij grauissimæ authoritatis. Actuarius est Longus, sed
8 adhùc rationes superius adductæ sunt apud me maximi ponderis; Sed illud non est silentio prætermittendum, quòd quicquid sit de iure portelli, non potest carceratus detineri per Carcerarium, prout nec etiam potest detineri pro expensis, ità *Guid. Pap. dec. 448.* sed *Manson. de caus. exequut. ampliat. 26. num. 6.* allegat alios contrarium tenentes, & *num. 8.* ait, sic obseruari.

9 Nec omittam, quòd cuicunq; Officiali, tàm ciuili, quàm militari committenti hæc, aut alia grauamina in damnum subditorum, possunt Primates Ciuitatis impunè resistere de facto, vt in *§. & hoc perueniss, in auth. vt nullis iudic. liceat haber. loci seruator.*

Et de iure communi Iudex opprimens sibi subdi-
10 torum tenetur pœna vltimi supplicij, vt in *§. 1. in fin. in auth. vt differ. iudic. audire.*

ADDITIO.

AQVòd carcens constructio, eiusquè reparatio ad Vniuersitatem, non autem ad Baronem spectet, vltrà *Escobar de ratiocin. cap. 16. num. 10.* tradiderunt etiam *Iulius Clarus in pract. crimin. §. finali, quæst. 46. num. 3. Ioann. Gutierr. pract. quæst. lib. 1. quæst. 36. & Auendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 20.* ea ratione, quia Reipublicæ interest, delicta puniri. Mihi verò eorum opinio, etiam circumscripta hac pragmatica, non placet, enimuerò eorum ratio locum sibi vindicare potuisset in initio nascentis Reipublicæ, quando iurisdictio, fructusq; iurisdictionis, vt sunt mulctæ, compositiones, cæteriq; prouentus, erant penès Rempublicam, & Populum, ac etiam nunc in illis Ciuitatibus, & Populis, qui habent iura fiscalia, ac iurisdictionem, vel ex priuilegio exigunt prouentus, vt sùt aliquæ Ciuitates, & Oppida, etiã in Regno. Idcòq; contrariæ sententiæ in facti contingentia me subscriberem, quòd nedùm carceris constructio, sed eius quoq; reparatio, ac refectio, aliarumq; expensarum erogatio, quæ pro delinquentium carceratorum punitione, & iustitiæ administratione necessaria esset, ad Baronem pertineat, prout magistraliter, & satis doctè, ac per optimas rationes, & iura docet *Dominus Capiblanc. in hac pragmatic. 19. num. 8. & Flauius Amend. ad D. Præs. de Franch. dec. 78. n. 9. & seq.* Eadem nàmq; ratio, quæ militauit in constructione, procedit in refectione, & reparationes & in alijs expensis faciendis pro malefactorum punitione, & iustitiæ administratione, ad quam reducuntur etiam omnes illi casus ciuiles, notati ab *Auendan. sub. num. 6. vers. Nàm vltrà punitionem delinquentium*, cùm non minus Reipublicæ interest, delicta puniri, quàm Populis, & subditis in ciuilibus etiam causis iusturiam ministrari.

Nec solùm carcerum constructio, eorumq; reparatio est facienda à Barone, qui prouentus exigit, & iurisdictionem habet, sed aliæ etiam expensæ, quæ ad iustitiam ministrandam, & exequendam necessariæ sunt, *Dom. Capiblanc. hic, num. 34. & tom. 2. cap. 1. n. 10.* Sed etiam carceratorum custodia ad Baronem spectat, & est facienda eius sumptibus, *Cap. Regni Prouisum est pro meliori, Campagn. in cap. Grauamina. & D. de Franch. dec. 526.*

Carcerati autem remissio de vno Iudice ad alium, cuius expensis fieri debeat, si is non sit soluendo, vide *Velazq. de priuileg. pauper. par. 1. quæst. 39. num. 44.* vbi ponderat remissionem Pauli Apostoli factam per Præsulem Festum ad Cæsarem cũ Centurione, & militibus, fuisse expensis ipsius Præsulis, quia Paulus Sanctus erat pauper, & bona non habebat, in diuite verò tractat *Capibl. prag. 8. par. 2. n. 88.* & an possint à Barone repeti.

Multas autem quæstiones circà carceratos, carcerumq; Custodes, seù Commentarienses, & eorum substitutes obseruare licet apud DD. citandos infrà *in rubr. de Carcerar. seù Comment. sub num. 1.*

Io. Laganar.

De Baronibus. Pragm. XXI.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales admittentes post latam sententiam nouas probationes, parte aduersa non contradicente, an possint primam retractare sententiam.*

PEr quanto semo informati, &c.

Officiales Domaniales, & Baronales non possunt reseruare commutationem pœnarum in prolatione sententiæ ad ipsorum, vel Baronum libitum. H. D.

1 Quid si Officialis post latam sententiam admitteret nouas probationes, & aduersa pars non contradiceret, an possit primam sententiam retractare? dic, quòd sic, vt per *Marant. cons. 114. n. 6.*

De

De Beſtijs Vaccinis, ſeù Bobus non mactandis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Animalia vaccina macellari, vel pignorari qua ratione prohibeantur.*
2 *Boues, & inſtrumenta aratoria non poſſunt pignorari, & quarè.*
3 *Vaccæ ſteriles, annoſq; decem excedentes, & boues ſenio confecti, macellari, ac pignorari an valeant.*
4 *Boues aratorij an, & quandò exequi poſſint de iure Regni, & quid de iure communi, remiſſiuè, & num. 5.*

NElli anni paſſati, &c. Animalia vaccina prohibentur macellari, ac pignorari. H. D.

1 Pragmatica, de qua fit mentio in principio huius pragmaticæ eſt *pragm. 47. infrà de officio Sacri Conſilij*, & ratio, ſuper qua omnes prædictæ pragmaticæ fundantur, eſt, nè cultura agrorum minuatur, ſiquidem agri non poſſunt coli ſine Bobus, Boues verò abſq; Vaccis, à quibus gignuntur, in rerum natura produci non poſſunt, & ideò quemadmodùm tam per ius commune, vt eſt *text. in Lexequutores, C. quæ res pignori oblig. poſſ.* quàm per ius Regni, vt eſt *text.*
2 *in Cap. Pridèm inter Cap. Regni*, Boues, & inſtrumenta aratoria non poſſunt pignorari, ea ratione, nè agricultura ex hoc impediatur, vt eſt expreſſa ratio in dictis iuribus, ita per eandem rationem eſt introducendum per has pragmaticas, nè poſsint macellari, & pignorari Vaccæ, ex quibus Boues gignuntur, quod in ſpecie exprimitur in dicta *pragm. 47. de officio Sacri Conſilij*, ibi *Acciò che ceſſando detta cauſa d'eſecutione per li Boui domiti ſi poſſano lauorare, & coltiuare li territorij ſeminatorij.*
3 Hinc eſt, quòd reſpectu illorum animalium, quæ non ſunt apta ad gignendum, & ad arandum, prout ſunt Vaccæ ſteriles, ſeù excedentes ætatem annorum decem, nec non Boues ſenio confecti, vulgò dicti *Marroni*, ceſſat prohibitio, proùt eſt expreſsè diſpoſitum in hac pragmatica.
4 Eſt tamen aduertendum, quòd de iure Regni circà executionem horum animalium eſt alteratum ius commune, nàm per dictam *l. executores* non erat prohibita exequutio in Bobus aratorijs, quandò debitor nihil aliud haberet in bonis, ſed per *Cap. Regni Pridèm* fuit innouatum, vt ceſſet executio, etiam ſi nulla alia bona debitoris exiſtant, & hoc in debitis priuatorum, ſecùs in debitis Fiſcalibus, reſpectu quorum poterat fieri exequutio inſolidum, ſuperuenit poſteà *Cap. Regni* incipiens *Conſtitutioni*, & declarando prædictum *Cap. Pridem* voluit, vt etiam in debitis priuatis poſsint pignorari, & in exequutionem capi Boues aratorij, quandò ſunt expreſsè obligati, ar per dictam *pragm. 47. de officio Sacri Conſilij* fuit expreſsè prouiſum, quòd obſeruetur
5 prædictum *Capitulum Pridèm*, nedùm in debitis priuatis, ſed etiam in debitis Regiæ Curiæ. Quid autem eſſet diſpoſitum de iure antiquo circà hanc materiã, conſulas *Cuiac. lib. 4. obſeruat. cap. 20. Coler. de proceſſib. execut. par. 2. cap. 3. n. 179. cum ſeq. Foian. de ſequeſtr. reg. 16. par. 2.* pœna contrauenientium erit iudicis arbitrio, *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 378. num. 5.*

De Blaſphemantibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Blaſphemiæ materia remiſſiuè ponitur.*
2 *... Repulſam non admittit, niſi ex capite inimicitiæ.*
3 *... In ea compoſitio prohibetur.*
4 *... Quid ſit, quot ſint eius ſpecies, & alia ad eius materiam, remiſſiuè.*
5 *... Vt differat à maledictione, & quid ſit maledictio, remiſſiuè.*
6 *Blaſphemiæ in delicto non dicitur quis commiſſus, ſi adſunt ſolùm teſtes ſingulares, fœminæ, minores, infames, vel aliter ſuſpecti.*
7 *Blaſphemantes aſſiduè ſunt ſuſpecti de hæreſi.*
8 *Blaſphemiæ exempla, remiſſiuè.*
9 *Blaſphemia an ſit dicere*, al corpo di Chriſto, mal'anno habbia, potta della Madonna, al diſpetto di Dio, al corpo, ò al ſangue di Dio.
10 *Blaſphemandi conſuetudo vt ſit locus pœnis per haſce pragmaticas impoſitis an, & quando requiratur.*
11 *Blaſphemans factis percutiendo, radendo, vel deturpãdo Imagines Sanctorum, vltimi ſupplicij, nedùm mutilationis manus pœna plectitur.*
12 *Blaſphemiæ in crimine cauſæ cognitio ad quem Iudicem ſpectet, remiſſiuè, & n. 17.*
13 *Blaſphemiæ in delicto calor iracundiæ an excuſet à pœna ordinaria, vbi quid de Iudæo blaſphemante.*
14 *Blaſphemandi animo carens, ſi aliqua paſſione motus blaſphemauerit, ac ſi vſquè adeò ira agitatus, vt quid diceret, non aduerteret, venialiter tantùm peccat.*
15 *Blaſphemans pluriès in vno inſtanti, ſemel tantùm blaſphemaſſe cenſetur.*
16 *Blaſphemantibus quæ pœna imponitur.*

1 CIrcà hanc rubricam vide quamplura adducta per *Foller. de cenſibus, in verſ. Nicolaus Epiſcopus, num. 24. cum plurib. ſeqq. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. Blaſphemia, Cauenſ. ſuper prag. 3.* quæ ſecundùm antiquam impreſsionem eſt 50. *Alexand. Roman. ſuper pragmatica prima infrà eodem*, omninò *Couarr. in cap. quamuis, de pact. in 6. part. 1. §. 7. num. 8. vſquè ad fin. §. & in §. 1. num. 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſu 375. & ſeqq. Zanch. de priuileg. Eccleſ. priuileg. 150.* vbi refert nonnullos caſus, qui miraculosè acciderunt contra blaſphemantes, & ſimilitèr *Marchiſell. quæſt. 51. in fin. & in eadem quæſt.* plura de grauitate huius criminis. Addo nunc *Aules in cap. 25. Prætor. in gloſ. 1. per tot. & ibid. num. 13. & 14.* affert rationem, ſuper qua poteſt fundari *pragm. 3. in fin. de ſodom.* prohibens compoſitionem
2 in hoc delicto, & quòd in hoc crimine non concedatur repulſa, niſi ex capite inimicitiæ, voluit *Anna. ſingul. 67.* latiùs *Iulius Cæſar Imbrian.* eruditiſsimæ lectionis in ſuo *tract. de repulſa conſider. 3. num. 49. in*
3 *cip. blaſphemanti*, eſt tamen notandum, quòd in hoc crimine non admittitur compoſitio, vt dicta *prag. 3. in fin. infrà de ſodomia.*
4 Quid autem ſit blaſphemia, & quot ſint eius ſpecies, pluraquè alia ad neceſſariam cognitionem huius criminis vide apud *Sebaſtian. Medices in ſumm. peccatorum, par. 1. titul. 4 quæſt. 31.* vſquè ad 42. omninò *Claud.* addètem ad *Bertazzol.* eius patrem in *conſ. crim. 553. vol. 2. Barz. dec. 135. Borrell. de magiſtr. ediſt. lib. 1. cap. 2.*
5 Quid verò ſit maledictio, & quatènus differat à blaſphemia? vide eundem *Sebaſt. Medices vbi ſuprà quæſt. 67. cum pluribus ſeqq. Nauarr. in manual. confeſſ. cap. 12.*

c.12.n.81. cum seqq. Marchisell.q.50. dicit, idem esse Deum maledicere, & blasphemare.

6 Aduerte tamen, quòd non potest dici quis conuictus in hoc crimine, vbi adsunt solùm testes singulares, fœminæ, minores, infames, & aliter suspecti, docet *Simon de Præt.cons.91.*

7 At assiduè blasphemans est suspectus de hæresi, secundùm *Menoch.præsumpt.6.lib.5.*

8 Plura verò exempla blasphemiæ vide apud *Thes. dec.141.* vbi etiam declarat, non esse blasphemiam

9 proferre hæc verba, *al corpo di Christo*, nec iudicat, *mal'anno habbia, &c. Camill.Borrell. cons.43.* quòd si dixerit *potta della Madonna*, blasphemia est, vt probat *Barz.d.dec.135.* idem si dixerit, *al dispetto di Dio*, *Gramm.dec.50.* & dicere, *al corpo, ò al sangue di Dio*, non esse blasphemiã, docet *Cabal.resol.crim.cas.296.*

Et dùm *Alexander Romanus* in suis copiosis *com-*

10 *ment. ad prag.1. in 6.q.n* 84. requirit consuetudinem blasphemãdi, vt possit esse locus pœnis, per has pragmaticas impositis, Epo. addo *Cyn. Bald. & Salyc. in l.1. C.de reb. credit.* sed est aduertendum, quòd prætati *Doct.* qui requirunt consuetudinem blasphemandi, loquuntur respectu pœnæ vltimi supplicij impositæ blasphemantibus per *auth.vt non luxurientur homin. contr. natur. in fin.* Respectu verò minoris pœnæ impositæ per statuta contrarium sentiunt, & ideò dubi-

10 de opinione ipsius *Alexandri* respectu pœnarum citrà mortem naturalem impositarum per has pragmaticas, illam tamen opinionem approbauit *Barz. d. dec.135.n.7.*

Et dùm in *q.16.n.103.* agit idem *Alex.* de eo, qui

11 factis blasphemat, percutiendo, vel radendo imagines Sanctorum, aut aliter deturpando, quòd puniatur nedùm pœna obtruncationis manus, verùm etiam pœna vltimi supplicij, est memoriæ tradendum, quòd dùm in anno 1592. quidam iœlestus propter iracundiam amisit pecuniæ in ludo alicarum gladio percussisset faciem simulacri Beatæ Mariæ Virginis intus Templum S.Ioseph in platea Incoronatæ, fuit obtruncata ei manus dextera, cum qua deliquit, & demũ furcis suspensus in loco delicti, vt ibi in omnibus practicata theorica *Alex.* hic, de quo edidit *Prat. de Frã.b.decisionẽ* 504. Addo *And.in c.1.n.28. de stat. & cõsuet.cõtr.libert.Eccl. & Cabal.resol.crim.cas.91.* vbi

12 etiam dicit, ad Iudicem sæcularem spectare causæ

A cognitionem, ex quibus constat, esse reprobatos *Cyn. Bal. & Salyc. in l.2. C.de iniur. & Dec.cons.162.* alias 163. incip. *in causa matrimoniali col.7.num.20. versic. non obstat illud dictum de blasphemia*, qui voluerunt, quòd qui per iracundiam in ludo blasphemauerit, nõ dicitur proprie blasphemator.

13 Est verum, quòd idem *Alex.n.118.* subdit, quòd calor iracundiæ in blasphemia excusat à pœna ordina-

14 ria, & ego addo, quòd quicunq; passione aliqua cõmotus blasphemauerit, nõ habens animum blasphemandi, si tãta fuerit ira, vt quod diceret, non aduerteret, peccat venialiter tantùm, & nõ mortaliter, prout docet *Graff.in decis.casuum conscientiæ, p.1.lib.1.c.6. n.17.* quibus conueniunt tradita per *Tiraqu.de pœn.*

B *temper.caus.1.n.14.*

15 Et si quis pluriès in vno instanti blasphemauerit, præsumitur semel tantùm blasphemasse, vt per *Cepoll.cons.crim.76.* quẽ sequitur *Menoch.præs.27.lib.5.*

Et quia in *prag.2. infrà eod.* imponitur pœna confi-

16 scationis tertiæ partis bonorum, est notandum, quòd *Feller.de confis.* in prædicto *vers. Nicolaus Episcopus*, testatur, hanc pœnam nunquàm vidisse observari, non tamen omittam, quòd dùm per *prag.1.* imponitur pœna mutilationis linguæ, & per *prag.5.* imponitur etiam pœna remigationis, vna pœna non confunditur cum alia, sed vtraq; pœna imponitur, & ità vsus obseruat, qui sumptus est ex dicta *pragm.5.* quæ dùm imponit pœnam triremium, addit, vltra alias pœnas stabilitas.

17 Nùm verò Iudices Ecclesiastici in Regno possint de hoc crimine cognoscere contra laicos, vide in *prag.3. infrà de iurisd.imuic.non turband.* licèt de iure

C communi, cũ sit mixti fori, vterq; cognoscat, *Borrell. de magistr.edict lib.3.c.2.n.34.* & in Iudæo blasphemante idem dixit *Thesaur.dec.141. n.7.* Alia ad hanc rubricam pertinẽtia habes apud *Parlad. rer.quotid. q.18.cũ trib.§§.seqq. Ricc.collect.75. Auendan.de exequend.mandat.p.2.c.5. Sese dec.Aragon.469. vol.4.* & quandò sapiat hæresim, *dec.509.*

ADDITIO.

A C BLasphemiæ crimen est mixti fori, & potest per vtrumq; Iudicem, Ecclesiasticum scilicèt, & sæcularem puniri, secundùm *DD. in c.2. de maled. Felin. in c.cùm sit generale, n.40. de foro compet. Decian. tract. crimin. lib.4. tit. mixti fori quæ sint, c.26. n.13.* qui etiam citat *Calder. cons.2. sub tit. de iudæis*, & idem *Decian.* dixit in *eod.lib.4.cap.10. sub num.3. vers. Duodecimò limita.* In tantum, quòd inter eos habet locum præuentio, idem *Decian.d.cap.10. sub num.4. & Dom.Consil.Carleual de iudic.tom.1. tit.1. disput.2. q.7. sect.1.n.771.* & hoc de iure communi.

Restringitur hæc conclusio, vt non procedat in blasphemia hæreticali, cuius cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem tantùm pertinet ordinarium, vel etiam hæreticæ prauitatis Inquisitorem, *D.Reg.Sanfelic.dec.232.num.2.* Tametsi *D.Tull.Crispolt.de casibus militar.p.ar.1.casu 4.num.11.* ex *Sanchez & Ricc.* sententia affirmat, huius hæreticalis blasphemiæ criminis cognitionem ad Inquisitorem spectare priuatiuè quòad omnes alios Iudices Ecclesiasticos, & sæculares, ad ipsumq; Inquisitorem etiam pertinere noticiem, ac diffinitionem, sit, an non hæretica-

lis blasphemia, *num.12. & 13.* Nec in hoc casu attenditur præuentio, sed etiam post sententiam Iudicis sæcularis fit remissio ad Ecclesiasticos, qui priuatiuè in hoc ad sæculares habent iurisdictionem, estq; hoc crimen merè Ecclesiasticum, super quo Iudex sæcularis nec contrà laicum cognoscere potest, *c.vt inquisitionis, §.prohibemus de hæret.in 6. Abbas in cap. ad abolendam, num.6. & 12. de hæret.* & tradit clarissimè *Reuerend. Io.Francisc.Leo in thesaur. for. Eccles. par.3.cap.6. de crimin.hæresis, num.2.* & *D. Sanfelic.* in relata *dec.232.* refert casum illius scelesti (quem nouimus, & vidimus) qui post condemnationem, & missionem ad triremes factam per M.C. fuit remissus ordine Excellentissimi Proregis ad Curiam Archiepiscopalem huius Ciuitatis ad requisitionem Eminentissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Boncompagni, tunc Archiepiscopi, viri sanè probissimi, ac maximi serui Dei, qui nunc ob Christianas eius virtutes Diuina præsentia in Cœlis fruitur.

II Addo, quòd si quis lubrico linguæ (quod non facilè est ad pœnam trahendum, *l.famosi, ff.ad leg. Iul. Maiest.*) & inaduertenter blasphemasset, Iudicis arbitrio puniendus erit, iuxtà *Menoch.* sententiam *de arbitr.Iud.casu 276. et Decian.tom.1.lib.5.cap.37. de defens.reor.num.8.* qui dicit, quòd etiam qui iocosè aliqua verba hæretica protulit, & se correxit, non punitur vt hæreticus, sed extraordinariè Iudicis arbitrio, secundùm circumstantias personarum, loci, & scandali dati, quod etiam comprobat *Dom.Crispoltus*

d.casu 4.

d.caſu 4.ſub num.11. verſ.ſed replicabatur, quandò verba non eſſent ſeriò, & appenſatè, ſed iocosè prolata, argumento *tex.in l.3.ff.de ſeruo corrupto*, vbi *gloſ.* qua etiam probatur, quòd promiſsio per iocum facta non obligat promittentem, *l.3.in fin.ff.de action. vt obligat.* & dixit *Guid.Pap.ad ſtatut.Delfin. §.propria manu ſignatas, num.3.* cùm nec propriè ſit blaſphemia, ex notatis per *Borrell.conſ.43.num.3. & ſeq.* ſed verba ex leuitate, & inaduertentia prolata, quæ non ſunt punibilia, ſaltem pœna ordinaria, *l.vnica, C.ſi quis Imperatori maled.* & facit *d.l.famoſi* cum *gloſ.ff.ad leg.Iul.Maieſtat. Afflict.in Conſtitut. Blaſphemantes.* *Io. Laganar.*

De Bonis Proditorum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Proditoris nomen quid ſignificat.*
2 .... *Accipitur largè, & ſtrictè.*
Proditionis crimen quomodò puniatur, & præſertim patratum contra Baronem.

1 PRoditor idem eſt, quod ſupplantator, & traditor, propalator, ad interitum tradens, de quo multa tradit *Archidiac.46. diſt. can. clericus*, & hoc nomen accipitur largè, &
2 impropriè, item ſtrictè, & propriè; largè, & impropriè dicitur, qui propter timorem non manifeſtat veritatem, *can.nolite lo 2.11.quæſt.3.* item qui crimen alterius manifeſtat, *can.ſi peccaueris 2.q.1.* & multis alijs modis notatis per *Luc.de Penn. in l.fin.colum.1. circà med.C.de delator. lib.10.* ſtrictè autem, & propriè dicitur is, qui vadit ad hoſtes, vel mittit literas, aut nuncium in damnum Domini, vel Reipublicæ *l.1.in fin.cum duabus ſeqq. ff.ad leg. Iul. Maieſtat.* & hoc modo ſumitur in hac rubrica, vt patet in *text. pragmaticæ ſubſequentis*, alias ſpecies declarat *Farinac.quæſt.18.num.79.* ſed quomodò puniatur crimen proditionis commiſſum in Baronem, docet *Bouadill. lib.2. cap.16. num.177. & 178.* vt perſona delinquentis tantùm puniatur, non filij, aut nepotes, item quot, & quibus pœnis puniantur, *Paz in l.ſtyli 38.Scholio 3.* dicit, eſſe alienos à Principis pietate, & non poſſe in eius Curia adeſſe, nec gaudere immunitate Eccleſiæ, & beneficijs nobilium, & ſæda morte debere plecti.

De Bonis Proditorum. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Rebellione de iure communi an rerum dominia ipſo iure ad Regem deuoluantur, remiſſiuè.*
2 *Confiſcatio bonorum quibus in caſibus detur tàm in beneficium Regis, quàm Baronum, remiſſiuè.*
3 *Pragmatica iſta quid addat iuri communi.*
4 *Confiſcatio in crimine inceſtus an hodiè ſit ſublata, remiſſiuè.*
5 *Confiſcationem Iudex an imponere poſſit, vbi à iure nulla eſt impoſita pœna, remiſſiuè.*
6 *Proditores manifeſti domini bonorum eſſe debent, vt pragmatica huic locus fiat.*
7 *Proditor notorius quis dicatur.*
8 *Proditorem, vel rebellem aliquem eſſe Regi atteſtanti an credatur, & nàm requiratur ſententia declaratoria, & quid operetur.*
9 *Proditor propriè quis ſit.*
10 *Confiſcatio bonorum per Principem laicum in crimine hæreſis non detur, niſi quis priùs à Iudice competente fuerit declaratus hæreticus.*
11 *Confiſcationis pœna quæ bona comprehendat, & an ea quæ ſunt ſita in iuriſdictione aliena.*
Clerici proditoris bona quandò ad Eccleſiam, & quandò ad Epiſcopum ſpectent.
12 *Confiſcare vt valeat bona committentis delictum extrà ſuam iuriſdictionem Iudex rei ſitæ, non ſufficiunt probationes factæ coràm Iudice loci delicti, ſed probandum eſt delictum coràm Iudice rei ſitæ confiſcare volente.*
13 *Bona huiuſmodi vt in Fiſcum incorporata dicantur, quæ deſiderentur.*

PRouiſum eſt, &c. Bona rebellium ipſo iure Fiſco applicantur. H. D.

Quid de iure communi, an per rebellionem dominium ipſo iure deuoluatur ad Regem? vide *Bart. in l.Imperator, ff.de iure fiſci, Dec.in conſ.410.colum.2. verſic.tertiò principaliter, Ruin.conſ.147.num.8. volum.1. Andr.in cap.1.de feud. ſine culp.non amitt. Afflict.in Conſtitution. Pacis cultum*, poſt *numer.78. Grammat.deciſ.15.numer.7.* & omninò in *deciſ.105. num.13.cum ſeq.* addo *Capyc.in repet.cap.Imperialem, in §.callidis, in 5.concluſ. fol.*mihi 45. *Alfar.de offic. Fiſc.Gloſ.20.per tot.Mnea in cap.35.Sicil.num.34.cum ſeqq.vſquè ad num.42.tom.1. Ricc. collect.140.* alios plures citat *Sanchez conſil.moral. lib.2.cap.2. dubit. 23.circà fin. & dubitat.24.* & alios caſus, in quibus datur confiſcatio bonorum, tàm in beneficium Re-
2 gis, quàm Baronum, explicat *Gregor.ſyntagm.iur. vniuerſ. lib.3. cap.* 17. ſed per hanc pragmaticam il-
3 lud additur iuri communi, quia de iure communi dominium ſolùm tranſit in Fiſcum, non autem poſſeſsio, at per hanc pragmaticam eſt inductum, vt tranſeat etiam poſſeſsio, quod in ſpecie adnotauit *Goffred.de Caiet.ſuper Ritibus Regiæ Cameræ, in rubr. de iure fund.la ſeconda, in cap.fundicus flagelli, verſic. item habeas ex allegata, fol.*mihi 111. & plura alia iura Regni condita contra huiuſmodi proditores in vnum congeſsit referendo idem *Goffred.in rubr. iuratur ad litem, in fin.verſic.item, vt quod ſuprà dixi,*
4 *fol.* mihi 267. & an hodiè ſit ſublata hæc pœna confiſcationis in crimine inceſtus? explicat latè *Andr. quæ ſint regal.num.40.* & ibidem etiam *numer.41. verſ.ſi verò Iudex* agit, an Iudex, vbi non eſt impo-
5 ſita pœna à iure, poſsit imponere pœnam confiſcationis bonorum, & diſputat vſquè ad *num.45.* ſed quòad crimen inceſtus eſt videndus *Capyc. deciſ. 130. num.40. Boer.deciſ.264.num.15. & 16.* qui dicunt, *Authent.inceſtas nuptias de inceſt.nupt.* non eſſe correctam.
6 Et nota illa verba in principio, ſcilicèt, *manifeſti proditores*, nàm vt habeat locum hæc pragmatica, requiritur, vt domini bonorum fuerint manifeſti proditores, quod voluit expreſsè *Luc.de Penn.in leg.1.C.de petit. bonor. ſubl.colum.2. lib.10. & in cap. Regni Nuper apud Tranum, Gramm. deciſ. 105. n.15.*
7 Quis autem dicatur proditor notorius, declarat *Andr. in cap. ſancimus, lo ſecondo, num.2. & 3. quo temp.mites*, vt ſit qui publicè moratur cum hoſtibus, vel Caſtrum rebellatum tenet, vbi propè *finem*
8 declarat, non credi ipſi Regi atteſtanti de tali proditione, ſeù rebellione, & ibi habes plenam *Apoſtillam in verb.Tutus poſſeſſor*, limitantem, ſi Rex fundaret in dicto ſuo, vel declararet, quòd dependebat à ſua voluntate, vel aſſereret cum deliberatione Cõſilij, & ibidem poſt *num.8. verſ.Item nota in 1.part.*

legis huius, vsq; ad finem capitis latè agit, quòd requiratur sententia declaratoria, & operetur propter possessionem auocandam.

9 Proditor autem propriè is est, qui vadit ad hostes, aut mittit nuncium, vel literas in damnum Domini, & Reipublicæ, vt probat *Andr.* qui hoc latius declarat in *cap. 1. §. porrò, num. 22. quæ sit prima causa benefic. amitt.* Plures alios modos proditionis refert *Villagut de extensionibus, in rubr. de extens. immun. Eccles. numer. 52. cum seqq.* quandò quis vnum habet in ore, & aliud in corde, vel percutiens socium in via, vel sedentem in mensa, vel pecans veneno, vel mouens bellum sinè diffidatione, vel permittens transire per suum territorium gentem inimicam, & non reuelat, vel coniunctum occultè offendens.

Sed hæc pragmatica non procedit in crimine hæ-
10 resis, in quo non confiscantur bona à Principe laico, nisi quis fuerit declaratus hæreticus priùs à Iudice competenti, *Andr. in cap. 1. in verb. contrahentium incestas nuptias, num. 31. 32. & 33. quæ sint regal.* & clarius *num. 37. in fin.* iuxtà *cap. penult. de hæret. in 6.*

Quæ autèm bona comprehendat talis pœna con-
11 fiscationis, an etiam ea, quæ sita sunt in iurisdictione alterius? latè explicat idem *Andr. ibidem num. 45. vers. sed si Iudex, Angel. Aret. de malefic. verb. & eius bona publicamus, propè princip. Afflict. in §. fin. quæ sit prima causa benefic. amitt.* qui concludunt, comprehendi, quandò condemnatio fuit de iure communi, secùs de iure speciali, vt per *Farinac. decis. posthum. 565.* latissimè *Alsat. de offic. Fiscal. glos. 20. n. 297.* vbi agit de clerico, & concludit, ad Ecclesiam spectare bona intuitu Ecclesiæ acquisita, cætera ad Episcopum *n. 301.*

Et ex doctrina *Andr.* ibi nota vnum perpetuò,
12 quòd vt Iudex rei sitæ possit confiscare bona subditi sui pro delicto per eum commisso extra suam iurisdictionem, non sufficiunt probationes de delicto factæ coràm Iudice loci delicti, sed debet probari delictum coràm ipso Iudice loci rei sitæ, qui vult cõfiscare, ità *Andr. ibidem, nu. 46. in fin.* iuncta emendatione *Liparul. ibi in verb. eod. tit. C.*

13 Quæ autèm requirantur, vt huiusmodi bona dicantur in Fiscum incorporata, vide *Claper. in centur. caus. fiscal. caus. 32. quæst. unica*, requirentem quatuor, vt bona sint bona fide delata Fisco, vt ab initio fiat inuestigatio, cuius fuerit patrimonium, & omnia ponantur in inuentario, & causa terminetur cum legitimo contradictore antè incorporationem; & lata sententia occupentur nomine Fisci.

RERVM SVMMA.

14 *Fiscus ad quem bona delinquentium, vel rebellium deuoluuntur, an habeat illa vti hæres delinquentis, vel iure proprio, & n. 16.*

15 *Confiscatione bonorum feudalia in Fiscum vti hæredem non transeunt, & quarè.*

17 *Feudo reuerso ad dominum tàm ex culpa commissa per vasallum, quàm per obitum ipsius sinè legitimo successore, dominus ipse dicitur habere causam ab ipso vasallo, & quid id operetur remissiuè.*

14 HIC verò cadit quæstio non contemnenda, an Fiscus, ad quem deuoluuntur bona delinquentium, siuè rebellium, dicatur illa habere iure hæreditario, & tanquàm hæres delinquentis, vel potiùs iure proprio? & omissis disputationibus veritas est, quòd in bonis burgensaticis Fiscus dicatur illa habere tanquàm hæres, quia publicando bona delinquentis succedit in ius, & locum ipsius delinquentis, & in omnibus eius actionibus actiuis, & passiuis, vt est *text. in l. 2. C. ad leg. Iuliam de vi publ. l. si ademptus, C. de sent. pass. l. si vt proponis, C. de bon. damn.* tradit *Aret. in l. si quis mihi bona, §. seruus municipum, ff. de acquirend. hæred. Bossiuel. de publicatione bonorum, num. 13.* & quòd dicatur successor vniuersalis, declarat egregiè *Castren. consil. 441. num. 5. volum. 1.* & quòd dicatur hæres anomalus, voluit *Bald. in l. fin. num. 15. C. de contrahend. empt.* cum infinitis aliis congestis satis ad propositum per *Peregr. de iure fisc. lib. 5. titul. 1. num. 53. cum seq.* At in feudalibus secùs est, quia ea Fiscus capit ex lege contractus iure proprio, & per resolutionem contractus inteudationis, vt perbellè declarat *Frecc. lib. 1. subfeud. author. 29. n. 7. vers. & quia Dominus.*

Quod habet in se maximam rationem, quia feu-
15 dalia non veniunt in publicatione bonorum, secundùm communem conclusionem *Doctorum*, nempè *Bart. Imol. Roman. & Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. in l. 2. C. de liber. & eorum liber. Bald. in rubr. ff. soluto matrimon. & in l. 1.* vbi *Salyc. & Castr. C. de bon. liber. Armin. ad Angel. de malefic. vers. & eius bona publicamus, in fin. Boer. dec. 264. num. 7. Affl. in cap. 1. §. denique, col. vltim. quæ sit prima caus. benefic. amitt. Dec. consil. 252. num. 5. Rum. consil. 23. in 3. & 4. dub. lib. 5. Roland. consil. 29. volum. 3. Bossi. titul. de publ. bonor. num. 52. Clar. lib. 3. sentent. §. feudum, quæst. 84.* & denique *Mar. Ancon. Peregrin. in tract. de iur. & privileg. Fisci lib. 5. tit. 1. num. 106.* & probat *text. in cap. 1. si vasall. feud. prime. in cap. si vasallus, si de feud. defunct. contend. sit. & in c. 1. an ille qui interf. fratr. domin. sui.*

Ratio rationis est, quia Fiscus habetur loco extranei hæredis, vt probat optimè *text. in l. Libertorum*, vbi *Bart.* notat *de iure patron. Alexand. consil. 23. num. 3. lib. 1. Hier. Gregas in tract. de crimin. læsæ Maiest. titul. de pœn. commiss. crim. læsæ Maiestat. quæst. 6. nu. 3. Regens Lanar. cons. 9. num. 1. & 2. Andr. in cap. 1. nu. 13. vers. non obstat, quòd Fiscus, quæ sit prima caus. benef. amitt.*

Sed feuda non transeunt in extraneum hæredem, vt probat *text. in §. & si clientulus, titul. de alien. feud. §. fin. tit. si de feud. defunct. contr. fuer.* voluit *Alex. in d. cons. 23. num. 5. volum. 1. Affl. dec. 385. Cannet. in extrauag. si aliquem, §. seù cap. adnotandum est etiam, nu. 17.*

Nàm regulare est in feudis, vt non transeant, nisi ad hæredem sanguinis, scilicèt, qui sit de eo sanguine, quo fuit primus acquirens, vt per *Frecc. de subfeud. lib. 3. titul. de differ. int. feud. ex pact. & hæred. in 16. differ. propè fin. ver secundo modo*: ergò nó mirum, si feuda iure confiscationis non transeunt ad Fiscum, qui habetur loco extranei hæredis, ità per hæc media concludit *Cannet. in extrauag. si aliquem. cap. adnotandum est etiam, num. 17.* licèt in Regno vtriotis Siciliæ sint transitoria etiam ad extraneos hæredes ex dispositione *extrauag. volentes*, vt ibidem subdit *nu. 19.*

Nec sine causa dixi, quòd feuda non transeunt
16 ad Fiscum iure confiscationis, quia licèt feuda committentis crimen læsæ Maiestatis per commissionem illius criminis deuoluantur ad Regem, hæc deuolutio non fit ad Regem tanquàm ad Fiscum iure confiscationis, quo publicantur bona delin-

deliquentium,ſed tanquàm ad dominum directum, & iure directi dominij,quod remanſit pęnès Regem tempore conceſſionis feudi, quæ conceſſio ſemper fit ſub illa lege, & conditione, donec, ſcilicèt,fidelitatem ſeruauerit, quæ fidelitas eſt, de ſubſtantia contractus feudalis, cùm feudum dicatur à fide, ſeù fidelitate, *cap.1.§.fin. per quos fiat inueſtit.cap.1.de form. fidelit. cap.1.de noua form. fidelit. & cap.1.in princ. de capit. Corrad.* & quòd feudum dicatur conceſſum conditionaliter, donec ſit fidelis, voluit *Affict. deciſion. 282. numer. 15. Pariſ. conſil. 21. num.54. volum.1.* qui eſt omninò videndus circà prædicta.

Eò ipsò igitur, quòd feudatarius deficit à fide, reſoluitur contractus feudalis, qui ſine fide ſtare non poteſt, & feudum aperitur Domino ipſo iure, *cap.1. an ille, qui interficit fratr. Domini ſui, cap. 1. §.denique,quæ ſuit prima cauſ.benefic.amitt.* & aperiti feudum Domino hoc importat,vt dominium vtile, quod erat pęnès feudatarium, reconſolidetur directo, & in dominium tranſeat, proùt optimè declarat *Andr.in cap.ſancimus vnum.11. quo tempore miles.*

Remanet igitur ex prædictis ſatis plenè, iudicio meo, probatum, quòd deficiente vaſallo à fide Rex occupat feuda ſibi aperta iure directi dominij, & vt Dominus, non autem vt Fiſcus iure confiſcationis, & per conſequens Fiſcus non poteſt dici hæres in feudalibus feudatarij deficientis à fide.

Eſt benè verum,quòd tàm in caſu, in quo feudum
17 reuertitur ad Dominum ex culpa commiſſa per vaſallum,quàm in caſu,quo redit per mortem vaſalli ſine legitimo ſucceſſore, & ſic vtile dominium reconſolidatur cum directo, dominus dicitur in hoc feudo ſic ad ſe reuerſo habere cauſam à vaſallo, vt multis probat *Andr.in cap.ſi vaſallus de feudo, num. 1.ſi de feud.defunct.fuer.contr.* & quid hoc operetur? vide eundem *Andr.* in diſcurſu totius illius *capituli.*

RERVM SVMMA.

18 *Inquiſitus de crimine læſæ Maieſtatis ex proceſſu informatiuo de iure communi torqueri an poſſit.*

19 *Defenſio eſt de iure naturali, quæ nec à Iudice habente quoduis arbitrium, immò nec ab ipſo Principe tolli poteſt.*

20 *Torquere aliquem ex proceſſu informatiuo an ſit tollere defenſionem,n.30.& 38.*

21 *Crimen læſæ Maieſtatis humanæ æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis diuinæ,in quo dantur defenſiones reo antè torturam, nu.34. & an hæc æquiparatio ſit per omnia. n.31.& 43.*

22 *Proceſſus,& dicta teſtium in crimine læſæ Maieſtatis debent publicari reo,vt poſſit oppugnare teſtes, & eorum dicta,n.35.& 45.*

23 *Tortura inferri nequit etiam in crimine læſæ Maieſtatis abſq; legitimis indicijs,& n.36.*

24 *Indicia reſultantia ex dictis teſtium examinatorum, parte non citata non dicuntur legitima, cùm ſit neceſſaria repetitio parte citata,& num.47.*

25 *Iura transgredi in delictis grauibus an ſit licitum, & in eis iuris ordine non ſeruato procedi an poſſit, num. 49.& 51.*

26 *Patrocinium præſtare in immanibus criminibus an prohibitum ſit,n.52.*

27 *Extrauagans ad reprimendum habet locum etiam in hoc Regno.*

28 *Fiſcus in iudicio criminali,vbi proceditur ex officio per inquiſitionem,ſubſtinet vices actoris,qui priùs debet probare,et fundare ſuam intentionem,& poſteà reus ponit ſuas exceptiones,& defenſiones.*

29 *Defenſio cùm ſit iuris naturalis eſt permiſſa etiam brutis.*

32 *Filij rebellis excluduntur nedùm à paterna, ſed etiam ab auita ſucceſſione, quantùmuis auus fuerit fidelis.*

33 *Filij hæretici excluduntur à ſucceſſione patris tantùm, non aui,qui fuit Catholicus.*

37 *Defenſio quocunq; tempore à reo petatur, negari non poteſt.*

39 *Tortura infert grauamen irreparabile.*

40 *Reum non audire in eius exceptionibus,exhaurit vires totius negotij.*

41 *Reus eſt abſoluendus non obſtante confeſſione,ſi doceat, illam eſſe erroneam,& ſe eſſe innocentem.*

42 *Confeſſio in tortura facta vt plurimùm procedit ex metu,& impatientia tormentorum.*

44 *Argumentum ab æquiparatis vt procedat, ſufficit ſi in aliquibus tantùm adſit æquiparatio, præſertim ſi ſit argumentum in eo,ad quod ſit comparatio.*

46 *Tortura antequàm inferatur,ſunt inter reum,& accuſatorem, vel Fiſcum diſcutienda indicia, quæ diſcuti non poſſunt ſine copia dictorum, & nominum teſtium,quæ copia non poteſt concedi, niſi poſt litem conteſtatam,& datas defenſiones, & debent dari etiam reo non petenti.*

48 *Teſtes mille ſi eſſent recepti parte non citata, non faciunt indicium ad torturam.*

50 *Reus criminis quis non dicitur eò ipsò,quòd eſt inquiſitus de crimine, cùm in delictis inſpiciatur veritas rei,non autem titulus, etiam in crimine læſæ Maieſtatis.*

53 Bartoli *dictum* in extrauag. ad reprimendum *an ſit verum,& n.55.*

54 *Defenſionis inquiſiti magna pars conſiſtit in Aduocato.*

56 *Terminus ad defendendum in crimine læſæ Maieſtatis dandus eſt.*

57 *Actor,& reus pares eſſe debent in procedendo,& quod non licet reo,non debet licere actori.*

58 *Torqueri quis non debet,niſi in ſubſidium, vbi indicia non ſunt euacuata ex defenſionibus.*

59 *Iudex habens largum, & quantùmuis generale arbitrium,non poteſt torquere, non precedentibus legitimis indicijs.*

60 *Tortura vt inferatur ex proceſſu informatiuo nec ex conſuetudine induci poteſt,& n.61.*

62 *Appellatio an detur in crimine læſæ Maieſtatis.*

63 *Conſiliarium Regis, ſeù Iudicem habentem merum,& mixtum imperium occidens, quibus in caſibus incidat in crimen læſæ Maieſtatis,& alia de dicti criminis cognitione,remiſſiuè.*

64 *Bona feudalia ob parricidium cõmiſſum à filio in perſonam patris, ab ipſo patre occiſo poſſeſſa an deuoluantur ad Fiſcum, ſiue ad dominum directum, vel potiùs deuenire debeant ad filium parricidæ, & ſic ad nepotem occiſi poſſeſſoris illorum.*

CAdit hic quæſtio non prorsùs inutilis, ſed aliàs in facti contingentia ſatis ventilata coràm Supre-
18 mis Iudicibus. An de iure communi inquiſitus de crimine læſæ Maieſtatis poſsit torqueri ex proceſſu informatiuo? & proculdubio primo intuitu videtur dicendum,quòd non ex pluribus.

Primò,quia defenſio eſt de iure naturali, quæ nec
19 à Iudice habente quoduis arbitrium, immò nec ab

ipso Principe tolli poteſt, proùt de Iudice ſic expreſſim tradidêrunt *gloſ. in clem. ſæpè, in verb. defenſiones, de verb. ſignif. Alex. conſ. 65. volum. 1. num. 2. vol. 1. Hippol. prælud. rim. ſ. conſtante, num. 26. Grammat. conſ. 64. num. 3.* & de Principe in ſpecie reſoluendo tradidit *Andr.* loquens de hoc crimine læſæ Maieſtatis in *cap. 1. §. & bona committentium, num. 88. qua ſint regal. Afflict. deciſ. 381. num. 9.* Sed torquere ex
20 proceſſu informatiuo, eſt tollere defenſionem, vt per *Affl. & ibidem in princ.* ergò &c. meminit horum *Mant. Burg. Sicul. de mod. proced. ex abrupto, cent. 1, q. 13. nu. 9. & 10.*

Secundò, quia crimen læſæ Maieſtatis humanæ
21 æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis diuinæ, vt probatur in *cap. ſtatutum lo. 2. de hæret. in 6.* & tradidit pro indubitato *Carrer. de hæret. num. 102.* & tamen in crimine hæreſis non eſt dubium, quin ſint dandæ defenſiones reo antè torturam, vt voluit *Bald. conſ. 95. volum. 1.* quem ſequitur *Boſſius de indic. & conſider. antè tortur. num 78. verſ. & in fortioribus, Calderin. in tract. de hæreſ. cap 9. num. 5. & 6. Carrer. citè de hæret. num. 131.* ergò ſimiliter, & multò facilius idem eſt dicendum in crimine læſæ Maieſtatis humanæ.

Tertiò, quia in propriis terminis huius deteſtandi criminis volunt *Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. & figura iudicij, verſ. circà verò dicta teſtium, num. 15.* quòd proceſſus, & dicta teſtium debent pu-
22 blicari reo, vt poſſit oppugnare teſtes, & eorum dicta, alias eſſet ei auferre defenſionem, quod repugnat iuri naturali, ſequitur *Afflict. in d. cap. 1. §. & bona committentium, nu. 9. Gigas de crimine læſæ Maieſt. lib. 1. tit. br. qualiter in crimine læſæ Maieſtatis proceda. q. 19.*

Quartò, quia tortura inferri non poteſt ſinè legi-
23 timis indicijs etiam in crimine læſæ Maieſtatis, vt eſt *text. in l. ſi quis alicui, C. ad leg. Iuliam Maieſtatis*, iuncta *gloſ. ibi*, quam approbant *Cyn. Bald. Salyc.* & communitèr *Doctores ibid. Angel. de maleſ. in verb. Che hai tradito la tua patria, in princ. Boſſ. tit. de indic. & conſider. nu. 78. Gramm. tit. vot. 34. Roland. conſ. 11,*
24 *num. 43. volum. 3.* ſed indicia reſultantia ex dictis teſtium examinatorum parte non citata non dicuntur legitima indicia, ſed neceſſe eſt, vt repetantur teſtes parte citata, *l. ſi quandò, C. de teſtib. Brun. de indic. & tortur. q. 2. n. 8. Rolland. d. conſ. 12. n. 35*, ergò vt poſſint legitimari indicia, perneceſsè dandus eſt terminus inquiſito ad ſe defendendum, vt poſſint in eodem termino repeti teſtes citato inquiſito.

Sed his non obſtantibus contrarium enixè ſuadere videntur infraſcripta argumenta pro parte affirmatiua, vt ſcilicèt poſsit in hoc crimine procedi ad torturam ex proceſſu informatiuo.

25 Primò, quia in criminibus grauibus licitum eſt iura tranſgredi, *Innoc. in cap. 1. de conſtit. Marſil. conſ. 9. num. 19. Panorm. in cap. inter alia, de immun. Eccleſ.* ità vt procedi poſsit in eis ordine iuris non ſeruato, *Hippol. in l. 1. n. 126. C. de rapt. virg.*

Secundò, quia in huiuſmodi immanibus crimi-
26 nibus prohibitum eſt præſtare patrocinium, per *l. omnes, C. de defenſ. Ciuit.* Ergò eſt in ſpecie denegata defenſio, quæ ex patrocinio reſultat, & in crimine læſæ Maieſtatis videtur *text.* expreſſius *in l. quiſquis, §. denique, C. ad leg. Iul. Maieſt.* & pro abſoluto tradit *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. ſine ſtrepitu.*

Tertiò, quia per *extrauagant. ad reprimendum*,
27 quam habere locum etiam in hoc Regno tradidit *Capyc. deciſ. 120. num. 50.* eſt ſtatutum, quòd in hoc crimine procedatur ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſinè ſtrepitu, & figura iudicij, ergò ſunt ſublata omnia ſolemnia iudicij, & ſucceſsiuè non eſt curandum, quòd ſit datus terminus reo ad ſe defendendum, nec nè, vt deueniri poſsit ad torturam.

Quartò, quia in iudicio criminali, quandò proceditur ex officio per inquiſitionem, Fiſcus ſubſtinet
28 vices actoris, & de iure actor priùs debet probare, & fundare ſuam intentionem, & poſtea reus ponit ſuas exceptiones, & defenſiones, *l. ſiquidem, C. de exceptionibus.* Sed inter cæteras ſpecies probationum pro actore eſt confeſsio rei, quæ poteſt elici etiam per torturam, ergò antè defenſiones eſt adhibenda tortura.

Adducta in contrarium non videntur obſtare,
29 nàm quòad primum fateor, quòd defenſio tanquàm iuris naturalis tolli non poteſt, *l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur.* cum ſit permiſſa etiam brutis, *l. 1. §. cum arie-*
30 *tes, ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dicat.* nego tamen, quòd per torturam ex proceſſu informatiuo tollatur defenſio, quia non auferetur, ſed potiùs differtur, ex quo poſt dhibitam torturam ex proceſſu informatiuo, etiam ſi reus confiteatur, ſunt ei dandæ defenſiones, quod praxis obſeruat, & ſic ceſſat primum contrarium.

Secundum diluitur primò, negando, quòd crimen
31 læſæ Maieſtatis per omnia æquiparetur crimini hæreſis, ex quo mitiùs agitur cum Deo reſpectu hæreſis, quàm cum homine reſpectu criminis perduel-
32 lionis, quia filij rebellis excluduntur nedùm à paterna, ſed etiam ab auita ſucceſsione, quantùmuis auus fidelis fuerit, *l. quiſquis, §. filij verò, C. ad leg.*
33 *Iul. Maieſtat.* ſed filij hæretici excluduntur à ſucceſsione patris tantùm, non autèm à ſucceſsione auí, qui fuit Catholicus, *Guid. Pap. conſil. 94. num. 5.* latè *Surdus conſil. 386. num. 10. cum ſeqq. & num. 16. volum. 3.* per *text. in cap. ſtatutum, de hæretic. in 6.* & ideò non mirum, ſi durius proceditur in hoc crimine, quàm in hæreſi. Secundò, dato quòd æqui-
34 paratio in his duobus criminibus eſſet per omnia æqualis, nego, quòd in crimine hæreſis dentur defenſiones antè torturam perneceſsè, ſed eſt in arbitrio Iudicis, quia *Bald. in diſt. conſil. 95. volum. 1.* à quo cæteri id ſumpſerunt, non dicit, quòd debent dari inquiſito illius criminis defenſiones antè torturam, ſed ſolùm quòd debent dari capitula, & dicta teſtium, per *text. in cap. qualiter, & quandò, lo ſecondo, de accuſat.* & alia iura, quæ ibi adducit, quod ego etiam admitto, ſed tunc danda ſunt capitula, & dicta teſtium, quandò dàtur defenſiones, ſcilicèt poſt illatam torturam ex proceſſu informatiuo.

Et hæc vltima reſponſio deſeruiet etiam pro ſo-
35 lutione ad tertium argumentum, ſumptum ex doctrina *Bart. in dicta extrauag. ad reprimendum*, quia fateor, quòd dicta teſtium ſunt publicãda inquiſito, vt poſsit eorũ dicta, & perſonas impugnare, ſed hoc erit faciendũ tempore, quo dantur defenſiones, non autem dicit *Bart.* quòd antè defenſiones reus non poſsit torqueri ex proceſſu informatiuo.

Quartum verò, & vltimum argumentum, quod
36 magis ſtringit, facili negotiuo reſoluitur, fatendo, quòd tortura non poteſt inferri etiam in hoc crimine abſq; legitimis indicijs: verùm negando, quòd ex ex dictis teſtium receptorum ad informationẽ Curiæ non reſultèt legitima indicia, fuerint, niſi repetiti parte citata, nàm licèt teſtes non examinati, aut repetiti parte citata non probent, tamen negari non poteſt, quin faciant indicium, vt in ſpecie vo-

luit

*luit Grammat. decis.*11. *numer.*13. *& decis.*34. *num.* 33. præsertim in hoc crimine, in quo iura contentantur leuibus argumentis, & præsumptionibus, admittendo testes etiam alias de iure inhabiles, & reprobatos, de quibus latè per *Gigant. de crimin. læsæ Maiest. lib.*2. *rubr. quomodò, & per quos crimen læsæ Maiest. probet.* per 25. *qq.* quo casu etiam testes recepti parte non citata faciunt indicium, vt per *Hostiens. & Domin. in cap.*1. *§. fin. colum. penult. vers. nota, de homicid. in* 6. quos sequitur *Dec. in cap. in nomine Domini, col.*6. *vers. septimò fallit, num.* nihi 54. *extrà de testib.* quò fit, vt quæstio hæc, quæ primo aspectu facillima, & indubitata reputatur, reddita sit satis perplexa, & intricata.

Verùm enim verò, vt meum tandèm, quod sentio iudicium interponam, ego primæ opinioni negatiuæ omninò adhærendum esse censeo, tanquàm probabiliori, motus iuribus, & decisionibus particularibus plurium *Doctorum.*

Text. enim in *l. vnus, §. cognaturum. ff. de quæst.* ex-
37 presè pro regula disponit, reo quocunquè tempore defensionem postulanti negari non oportere, & stante hac regula, qui limitationem vult adducere in hoc crimine, illam probare debet, & tamen in iure nullibi apparet contrarium statutum respectu huius criminis, nec aliorum.

Per quem *text.* ità in specie, non per transennam, sed post disputatum articulum ad partes in propriis terminis huius detestandi criminis affirmat *Ambers. de Antranom. in tract. de quæst. & tortur. nu.*12. *Bessarel. de indic. & consider. antè torturam, num.*78. *vers. patet etiam, Roland. cons.*12. *nu.*59. *volum.*3. & videtur admittere *Cacheran. decis. Pedemont.*79. *nu.*19. *vers. nec mouere debet, Farin. pract. crimin. quæst.* 39. *num.*45. *& cons.*99. *n.*26. *lib.*1. *Peregr. cons.*2. *n.*144. *vol.*2.

Et re vera rationes pro hac opinione adductæ fortiter stringunt, non obstantibus solutionibus aduersùs illas adductis, quæ facillimè euitari possunt, siquidèm

Prima solutio aduersùs primam rationem, quòd
38 scilicèt torquere ex processu informatiuo non sit auferre defensionem, sed potiùs differre, dignoscitur falsa ex eo, quòd tortura infert grauamen irreparabile, iuxtà *text. in leg.*2. C. *de appellation. recipiend.*
39 & propterea non reparatur grauamen semel per torturam illatum, si post torturam concedantur defensiones, etiam si posteà inquisitus absoluatur, vt igitur reus valeat congruo tempore hoc grauamen reparare, sunt ei dandæ defensiones antè torturam, & si non dentur, procuidubio tollitur omninò defensio; nàm non audire reum in
40 eius exceptionibus, exhaurit vires totius negotij, ità *Andr. in dict. §. & bona committentium, num.*89. *in fin.* immò si reo post torturam, & confessionem in tortura factam sunt dandæ defensiones, ex quo
41 potest docere confessionem erroneam, & se esse innocentem, quo casu non obstante confessione est absoluendus, *l.*1. *§. si quis vltrò, ff. de quæstion.* multò fortiùs sunt ei dandæ defensiones antè torturam, vt possit demonstrare suam innocentiam,
42 & absolui absquè tortura, præsertim quia, vt plurimùm confessio in tortura facta procedit ex metu, & impatientia tormentorum, vt probat *text.* expressus in eodem *§. si quis vltrò, in principio*, iuncta *glos. in verbo nonnunquàm, & in §. quæstioni* eiusdem *leg.*1. ad euitandum igitur hoc periculum, defensiones faciliùs dandæ sunt antè torturam, quàm post torturam.

Secunda verò solutio nullo pacto debilitat se-
43 cundam rationem, nàm dùm primò negaui totalem æquiparationem inter crimen hæresis, & crimen læsæ Maiestatis, ex *text. in cap. statutum, de hæret. in sexto*, non obstat, tùm quia attenta hac æquiparatione *Alber. in l. quisquis, num.*5. *C. ad leg. Iul. Maiest.* voluit, quòd lex ciuilis in hoc sit correcta per *d. cap. statutum*, & antè *Alber.* idem voluit *Cyn. ibid. num.*8. *in fin.* tùm etiam, quia vt argumentum
44 ab æquiparatis procedat, sufficit, quòd in aliquibus tantùm adsit æquiparatio, vt in *cap. translato, de constit.* vbi *Doctores* omnes, præsertim quando fit argumentatio in eo, ad quod fit comparatio, vt per *Doctores ibidem, Archid. & Præposit. in can. relatum* 37. *dist. Panorm. in cap. constitutus, in* 3. *notab. extrà de appellat.* vndè cùm in ordine procedendi prædicta duo crimina sint à iure æquiparata, secundùm iura per me adducta, argumentatio ipsa rectè procedit, immò a maioritate rationis, quia scilicèt multò grauius delictum est diuinam, quàm humanam lædere Maiestatem, *Auth. Gazaros, C. de hæret.* & dùm in crimine hæresis non potest inferri tortura ex processu informatiuo, multò minus hoc licebit in crimine læsæ Maiestatis humanæ, *auth. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles.* Dùm verò secundo loco ponderaui, quod *Bald.* non dicit, debere dari defen-
45 siones antè torturam, sed debere dari capitula tantùm, & dicta testium, & quòd hoc debeat intelligi suo tempore, quandò dantur defensiones post torturam, solutio non procedit. Nàm *Bald.* citat inter alios *text. in cap qualiter, & quando, de accusat.* vbi Summus Pontifex in *§. debet igitur* statuit, vt dentur inquisito capitula cum dictis, & nominibus testium, vt facultatem habeat defendendi se ipsum, & sic tunc dantur capitula, & dicta testium, quandò dantur defensiones, ergò dùm *Bald.* voluit, quòd in crimine hæresis debent dari capitula, & dicta testium antè torturam, necessariò intellexit, quòd debent dari defensiones, secundùm *text.* quem allegauit ex vulgata regula, quòd dictum Doctoris, &c.

Quod indè fortiùs suadetur, quia antequàm infe-
46 ratur tortura, sunt inter reum, & accusatorem, seù Fiscum discutienda indicia, quæ discuti non possunt sine copia dictorum, & nominum testium, *Petr. Ant. Anguiss. consil.*25. *num.*8. *lib.*1. quæ copia non potest concedi, nisi post litem contestatam, & datas defensiones, *Blanc. in l. fin. num.*15. *ff. de quæst. Foller. pract. crimin. part.*1. *secundæ partis, in verb. detur copia capitulorum*, & propterea danda est dicta copia reo etiam non petenti, secundùm eundem *Foller. in pract. crimin. Canonic. verb. aut inquisitione formata, num.*46. *& seq.* ergò dùm *Bald.* dixit; danda esse capitula, & dicta testium, necessariò intellexit, debere præcedere defensiones.

Ex qua responsione remanet confirmata, tàm secunda ratio, quàm tertia, quæ videbatur elisa per eandem secundam solutionem, dùm enim *Ilart.* pro tertia ratione adductus requirit publicationem testium, necessariò præcedere intelligit terminum ad defendendum, qui secundùm ordinem iudiciorum, tàm ciuilium, quàm criminalium præcedere debet publicationem ipsam.

Quarta verò solutio aduersùs quartam rationem
47 pro prima opinione adducta, & fundata in opinione *Gramm.* quòd scilicèt testes etiam nõ repetiti, vel examinati parte citata faciant indicium, omninò corruit, tùm quia *Gramm.* non dicit, quòd faciant indicium simplicitèr, & sic potest intelligi de simplici indicio ad inquirendum, tùm etiam, quia quatènus

expresse sentiret *Grammat.* de indicio ad torturam, eius dictum non probatur iure, aut ratione, immò est contra omnes regulas iuris, & propterea de eius dicto non est curandum, præsertim quia ipsemet *Grammat. in cons.64.num.1. inter criminalia* expresse
48 dixit, quòd si mille testes essent recepti parte non citata, non facerent indicium ad torturam, & plenius *vot.30.num.7.* post *Bald. Bart. Angel. & Curt.* quos ibi allegat, & opinio *Hostien. & Dom. in cap.1. §. fin. de hom. cid. in 6.* est omninò reprobata à *Felin. in cap. in nomine Domini §. limit. extrà de testib.* cuius opinionem sequitur *Additio ad Dec. ibi. vers.7. fallit, nu.* mihi §4.

Nec difficiliori negotio tolluntur argumenta adducta pro parte affirmatiua, quandoquidèm

Primum argumentum est verum in se, sed procedit
49 in puniendo, scilicèt quandò constat, reum esse culpabilem, & verè delinquentem, secùs autem in procedendo, quia interim reo non est deneganda defensio, etiam in atrocioribus, ità in specie resoluit *Mantua singul. 15. num.4.* quem sequitur *Roland. cons. 12. num.74 volum.3.* ratio est, quia quis non dicitur
50 reus criminis, eo ipsò, quòd est inquisitus de crimine, & in delictis respicitur veritas rei, non autem titulus, etiam in crimine læsæ Maiestatis, vt est *text.* particularis de hoc in *l. famosi, ver. hoc tamen crimen, ff. ad l Iul. Maiest.* & etiam in atrocioribus seruantur
51 solemnitates iudiciorum, quæ seruantur in alijs crimimibus, *Hippol. pract. crim. §. diligenter, n.175. Grammat. vot.34 circa fin.*

52 Eodem modo diluitur secundum argumentum respectu aliorum criminum, vt scilicèt tunc denegetur patrocinium, & defensio Aduocati, quandò constat de crimine, hoc est parte audita, & formato processu, non autem pendente defensione, vt in specie tradit *Mantua d. §. singul. 15. numer. 4.* respectu verò huius criminis læsæ Maiestatis *tex.* ille in *§. denique*, prohibet intercessionem apud Principem pro ijs, qui commiserunt hoc crimen horribile, scilicèt postquàm fuerunt ita declarati per sententiam, & sic post formatum processum, non autem pendente processu. Quod indè clarè patet, quia ille §. subsequitur præcedentes, in quibus *Imperator* declarauit pœnas, quibus talitèr delinquentes puniuntur, & sic loquitur de illis, in quibus cadit pœna huius delicti, & est certum, commisisse delictum, non autem donec est dubium, & pèdet processus, & licèt *Bart. in d. extrauag.*
53 *ad reprimendum, in verb. sine strepitu* dicat, in hoc delicto, cùm in eo procedatur summariè, non esse dandam dilationem reo ad quærendum Aduocatum, proùt in cæteris causis summarijs, tamen eius opinio reprobatur ibi per *Pomat. in apostill.* qui dicit,
54 semper vidisse seruari contrarium, ea ratione, nè tollatur defensio inquisito, cuius defensionis magna pars consistit in Aduocato, *l. Aduocati, C. de Aduocat. diuers. iudicior.* & quandò opinio *Bart.* esset admittenda, ipse non dicit, esse prohibitum patrocinium, sed quòd non est danda dilatio reo ad quærendum Aduocatum, ergò quàdò Aduocatus est promptus, non prohibetur patrocinari, & sic non tollitur patrocinium.
55

Tertium conuellitur ex doctrina *Bart. in cad. extrauag. ad reprimendum, in verb. & figura*, vbi *nu.12.*
56 ait, quòd non propterea sunt sublatæ legitimæ defensiones faciendæ ad defensionem rei, ideò concludit, etiam in hoc crimine debere dari terminum ad defendendum.

Quartum verò, & vltimum eatènus dissoluitur, vt potiùs retorqueatur in contrarium, nàm licèt confessio elicita sic per torturam sit species probationis pro Fisco, immò nulla maior probatio desiderari possit, quàm ipsa oris confessio, nò tamen ad elicièdum hanc confessionem est sic ex abrupto deuenièdum ad torturam, nisi audito priùs reo in defensionibus suis, & discussis indicijs per copiam capitulorum, & dictorum testium, ad quam discussionem deuenire non potest, nisi datis defensionibus, per superiùs adducta in confutatione secundæ solutionis ad
57 secundum argumentum negatiuum. Pares enim debent esse actor, & reus in procedendo, & quòd non licet reo, non debet licere actori, *cap.2. de mut. petit. c. non debet, de regul. iur. in 6.* vndè vt seruetur æqualitas in hoc iudicio, si fuit permissum Fisco adducere indicia per testes contrà reum, eodem modo permittendum est reo in contrarium adducere suos testes ad purgandum hæc indicia, ità particulariter resoluit *Alex. cons.65. num.1. versic. tamen dicit, volum.1. Blanc. in d. l. fin. num.25. ff. de quæst.* & ad torturam nò
58 est deueniendum, nisi in subsidium, quandò scilicèt indicia non sunt euacuata ex defensionibus, iuxtà tradita per *Follerin* in sua *pract. crim. in verb. rei indurati torqueantur, in princ.*

Concludo igitur, inquisitum de crimine læsæ Maiestatis non posse de iure communi torqueri ex processu informatiuo, quia in ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum, *cap. cùm in contemplatione, extrà de reg. iur.*

Ad cuius conclusionis confirmationem facit, quia
59 Iudex habens largum, & quantùmuis generale arbitrium, non tamen poterit torquere, non præcedentibus legitimis indicijs, *Alber. de statut. lib.2. quæst.3.*
60 & nunc addo, quòd nec etiam ex consuetudine induci potest, vt tortura inferatur ex processu informatiuo, *Burlat. cons.101. num.45. & 49. lib.2. Plagius de consuetud. quæst.6. num.17. Carolus Tapia* celeberrimus Iureconsultus, tùm ex doctissimis eius legalibus Commentarijs ab ineunte ætate editis, tùm etiã ex omnis gradus Magistratibus, quos vix adolescens gerere cepit, & continuè gerere non cessauit; ità vt postea magnum egerit Consiliarium in Sacro Regio Cósilio Neapolitano, & Regens fuerit creatus apud Catholicam Maiestatem in Supremo Italiæ Consilio, semper summam integritatem, cum eleganti doctrina, & venusta grauitate coniunctam præseferens in *cap. Regni 272. incip. Si cum sceleratis, num.7. & seq.* in nouissima compilatione iuris Regni, quam multo cum sudore in vnum Codicem ad instar Codicis Iustinianei redegit. Quicquid in contrarium consuluit *Alexand. consil.165. lib.1. Grammat. consil.*
61 *crim.40.* qui consuluerunt ad excusandum Iudicem post illatam torturam ex processu informatiuo, non autem ad approbandum illum modum procedendi, immò idem *Alexand. ibidem* post *num.3. vers. sed deueniens* expresse inquit, quòd si fuisset consultur antè torturam illatam, consuluisset contrarium, & in eadem facti specie contra *Alexandrum* consuluit *Barbat. cons.47. lib.1.* nunc est videndus *Bonadill. lib. 5. cap.3. num.16.* qui dat laxiores habenas in hac materia torturæ.

62 An autem in hoc crimine læsæ Maiestatis detur appellatio? declarat *Andr. in tit. quæ sint regal. in verb. & bona committentium. num.86.* vbi concludit, quòd sic, & in quibus casibus is, qui occidit Consi-
63 liarium Regis, seù Iudicem habentem merum, & mixtum imperium, incidat in crimen læsæ Maiestatis, ipsemet declarat per plures, colum. ibi *nu.80.* vsque ad *n.86.* annuens, incurrere si odio Principis occideret, plura alia circà hoc crimen læsæ Maiestatis con-

gessit

geſsit Capyc.dict.deciſ.130.Et an ſi in hoc crimen aduersùs Principem laicum incidant Eccleſiaſtici, poſſint puniri per eundem Principem laicularem? latè explicat Gaſp.ar Theſaur.q.forenſ.22.lib.4.

Aliam etiam quæſtionem de per ſe ſatis illuſtrem hic ſubnectere volui, dùm agimus in hac rubrica de
64 bonis Fiſco applicandis, an ſcilicèt ob parricidium commiſſum à filio in perſonam patris, bona feudalia poſſeſſa à patre occiſo deuoluantur ad Fiſcum, ſiuè ad Dominum directum, vel potiùs deuenire debeant ad filium parricidæ, & ſic ad nepotem occiſi poſſeſſoris illorum? quæſtio hæc fuit longè, latèq; diſputata in Regia Camera, & demùm deciſa in Collaterali Conſilio in cauſa parricidij commiſsi in perſonam quondam Franciſci Cincij Senioris Romani per Iacobum Cincium eius filium, me patrocinante pro Franciſco Cincio Iuniore nepote dicti Franciſci Senioris ex prædicto filio parricida, pro quo ſcripti prima, & ſecunda vice, volui hic inſerere vtraſq; allegationes ſimul cum allegationibus pro Regio Fiſco, cuius partes tunc fouebat, & ſtrenuè tuebatur Dominus Camillus de Curte, qui euocatus in Regentem in Supremo Italiæ Conſilio apud Catholicam Maieſtatem, poſt paucos menſes fuit aſſumptus ad ſupremam dignitatem Præſidis huius Sacri Regij Conſilij Neapolitani, non minùs proprio, quàm hæreditario iure ſibi debitam, quam ſedem vix octo diebus occupauit, immatura morte præuentus, illudens magnam illam expectationem de ſe ab omnibus conceptam.

RERVM SVMMA.

65 *Vaſallum parricidam tria ſunt iura, quæ feudi amiſſione mulctant.*

66 *Parricidium adhùc eſt, ſi quis fratrem, vel nepotem ex fratre occidat.*

67 *Iura, quæ mulctant vaſallum parricidam amiſſione feudi. loquuntur in eo, qui tempore commiſſi parricidij feudum poſſidet habitu, & actu, & eſt vaſallus.*

68 *Verbum*, ampliùs, *eſt dictio inclusiua.*

69 *Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundùm tempus verbi.*

70 *Verba legis vbi deficiunt, deficit & mens ipſius legis.*

72 *Macula patris delinquentis tunc trahitur ad filios, ſi ipſe tempore commiſſæ felloniæ erat vaſallus, et quis dicatur vaſallus, explicatur.*

73 *Filius viuente patre non poteſt dici vaſallus.*

74 *Iura loquentia in pœnalibus non ſunt extendenda de caſu ad caſum, nec trahenda extrà caſum ſuum.*

75 *Delictum patris non nocet filijs iàm natis, vel conceptis antè delictum in bonis, & iuribus aui, vel in feudo n.82.& 83.*

76 *Delictum patris præiudicat filio in feudo, quod filius habet à patre, & poſt mortem patris.*

77 *Delictum patris vt noceat filio in feudo, tria copulatiuè requiruntur.*

78 *Eccleſia ſi tenet feudum ab aliquo, & Prælatus delinquat cõtra dominum, nùm eius delictum noceat Eccleſiæ.*

79 *Feudum poſſidens delinquendo tranſfert illud in Fiſcũ, & dicitur vera alienatio.*

80 *Vaſallus poſſidens feudum, ſi illud alienat, nedùm præiudicat ſibi, ſed etiam omnibus eius deſcendentibus, proùt ſic præiudicat per delictum, & n.99.*

81 *Succeſſionem poſt mortem patris, vel agnati ſi quis ſperas, delinquendo nil in Fiſcum tranſfert, ſed ſolùm abdicat ſe de medio, & facit locum proximiori.*

84 *Pater committens crimen rebellionis præiudicat filijs in acquirendis, ac etiam in feudo auito.*

85 *Filius parricida ſi moriatur poſt mortem aui, nùm nepos poſſit ſuccedere auo.*

86 *Filius parricida fit adeò incapax ſucceſſione feudaliũ, vt ipſo iure priuetur omni ſpe ſuccedendi in feudis ità vt nec ſententia declaratoria exigatur, & num. 129.*

87 *Paria ſunt, non extare aliquem, vel extare, & eſſe incapacem.*

88 *Hæres indignus non eſt incapax hæreditatis defuncti: cùm in ea ſuccedat, licèt deindè Fiſcus ab eo, tanquã ab indigno auferat.*

89 *Hæres in extraneos quæ tranſeunt, in Fiſcum etiam tranſire dicuntur.*

90 *Feuda conceſſa pro hæredibus quibuſcunquè, quia tranſeunt ad hæredes extraneos, ideò per confiſcationem ad Fiſcum vadunt, ſed feuda, quæ non tranſeunt in hæredes extraneos, nec per cõfiſcationem ad Fiſcum vadunt.*

91 *Perſonarum certo generi quæ deferuntur, nõ tranſeunt in Fiſcum, nec ei acquiri poſſunt.*

92 *Liberorum iura, quæ non ſunt communia ad extraneos, publicatis bonis non tranſeunt in Fiſcum.*

93 *Iura reuocandi abſtenſionem ab hæreditate paterna, quæ non competit, niſi filijs hæredibus, ſimiliter non tranſeunt in Fiſcum, & idem in iure patronatus, & ſimilibus.*

94 *Bona feudalia propter hæredis indignitatem non tranſeunt in Fiſcum, ſed vadunt ad ſequentes proximiores, excluſo Fiſco, at bona burgenſatica tranſeunt in Fiſcum, vti in quemlibet extraneum, num.118. & 122.*

Prima Allegationes pro Franciſco Cincio.

DVM Fiſcus prætendit deuolutionem Caſtrorum, & Terrarum poſſeſſarum per quond. Franciſcum Cincium in hoc Regno ob ſcelus parricidij commiſsi per Iacobum Cincium eius filium, propter quod de facto ſequeſtrauit Terras, & Caſtra prædicta, citrà controuerſiam arbitror, Fiſcum de iure minimè habere intentionem ſuam fundatam, & Caſtra non eſſe deuoluta, & ſequeſtrum fore omninò reuocandum, illorumquè poſſeſsionem eſſe reſtituendam, ſeù relaxandam Franciſco Iuniori nepoti primogenito dicti quondam Franciſci, vt in gradu proximiori, & de iure ad illorum ſucceſsionem legitimè vocato, in ciuſq; perſonam debere expediri inueſtituram.

Ad quod fundandum in primis conſidero, Fiſcum duplici ex capite poſſe prætendere ius in dictis Terris, vel quòd ad eum vti directum Dominum deuoluta fuerint ex lege feudi, vel quòd adepta poſſeſsione, translatoquè dominio per inueſtituram in perſonam Iacobi parricidæ, ſtatim potuiſſet Fiſcus ab eo vti indigno illa auferre: ſed in neutro Fiſcum iuſtitiam fouere, Caſtraquè omninò fore nepoti primogenito reſtituenda, ex infrà dicendis demonſtrabitur.

65 Aduerto itàq; quòd tria reperiuntur iura, quæ mulctant vaſallum parricidam amiſsione feudi.

Primò *text.in cap.1.§.denique*, ibi, *vel aliud graue crimen, quod appellatione parricidij continetur, com-*

commiſerit, feudum amittit, quæ ſit prima cauſ. benef. amitt.

Secundò, eſt *text. in cap.* 1. ibi, *ſed ſi fratrem ſuum interfecit, vt totam hereditatem habeat, hominem tradendo priuabitur beneficio, an ille, qui interf. fratr. dom. ſui.*

Tertiò, alter *text. in cap.* 1. §. *item ſi fratrem, quib. mod. feud. amitt.* qui *text.* loquitur in nece fratris, vel nepotis ex fratre, quæ duo ſimilia iura quamuis mētionem non faciant expreſsè de parricidio, tamen
66 tractant de eo, dum loquuntur de nece fratris, vel nepotis ex fratre, quod parricidium eſt, *gloſ. et Angel. in §. alia deindè lex, Inſtit. de publ. iud. Petr. à Plaz. in epit. hom. delict. cap.* 122. *num.* 36 *lib.* 1. *Bonif. in tract. de malefic. ſub rubr. de parricid.* eſt *text.* expreſsus de fratre in ipſa *l.* 1. *ff. ad l. Pomp. de parricid.* Verùm hæc
67 iura dum maſtant vaſallum parricidam, loquuntur expreſsè in eo, qui tempore commiſſi parricidij feudum poſſidet, & actu eſt vaſallus, vt iura prædicta bene ponderata expreſsè dicant, nàm *text. in d. cap.* 1. *in ille, qui interf. fratr. domin. ſui* dicit, *beneficio priuabitur*; Priuatio enim præſupponit habitum, *l. decem cum ſimil. ff. de verbor. oblig.* & ſic delinquentem vaſallum, ac feudi poſſeſſorem tempore perpetrati ſceleris.

Rursùs, idem *text.* aſſignans rationem ſituationis dicit, *quia in Curia Domini amplius ſtare non poteſt*, & ſic præſupponit clarè *tex.* quòd vaſallus mora-
68 batur in Curia, & propter ſcelus non poſſit amplius in ea ſtare, ponderando verbum, *amplius*, quod eſt incluſiuum, includens tunc vaſallum ſtantem in Curia Domini, *l. cùm ità*, vbi *Bart. ff. de dot. præleg. & l. ſi ſeruum. §. item ſcriptum, in fi. oppoſit. ff. de leg.* 1.

Præterea idem *text.* loquitur de vaſallo, & ſic non ſinè miniſterio requirit hanc qualitatem tempore
69 cōmiſſi facinoris, vt ſit vaſallus, cùm qualitas adiuncta verbo, intelligi debeat ſecundùm tempus verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. l. ſi alienum, ff. de hæred. inſtit.* & dùm in hoc homine, ſcilicèt in Iacobo delinquente deficiunt verba legis, quia non erat va-
70 ſallus tempore delicti, deficit & mens ipſius legis, & ſic priuationis feudi, *l. dies cautionis, §. tertio ff. de damn. infecti.* iura enim loquuntur de vaſallo delinquente, & ſic iſta qualitas vaſallagij requiritur tempore delicti, vt ipſe delinquens, filijquè eius feudo priuentur, & idem expreſsiùs dicit alter *text. in d. §. denique*, ibi *vaſallo à feudo cadente propter inſtam culpam.* & ſic dùm loquitur de vaſallo propter parricidium cadente à feudo, præſupponit clarè *tex.* ille, quòd erat in poſſeſſione feudi.

Rursùs pondero in eodem *text.* verbum illud, *amittit feudum*, ergò illud poſsidebat, quia amittimus ea, quæ poſsidemus, vt clarè inquit *text. in l. non omnia*, ibi, *quod habuit amiſit, aut quod acquirere poterat omiſit, ff. de minor.* vbi *text.* tacit differentiam inter ea, quæ habemus; quia illa dicimur amittere, & in quibus ſpē habemus, quia hæc non dicimur amittere, ſed emittere; vel non acquirere.

Et nedùm iura iſta loquentia de vaſallo parricida
71 requirunt illum vaſallum tempore delicti, ad finem puniendi cum priuatione feudi, verùm ſi ponderentur omnia alia iura feudalia loquentia de omni alia fellonia, præterquàm in Dominum digna amiſſione feudi, paritèr requirunt, delinquentem tempore delicti eſſe vaſallum, ac feudum poſſidere, vt culpa noceat ipſi, eiuſquè filijs, ſed quandò feudum non eſt delinquentis tempore delicti, ſed aui, & patris ſui, & ſpe tantùm poterat eſſe ſuum, tunc culpa patris non nocet filio in feudo poſſeſſo per auum; ponderetur primò *text. in cap.* 1. *ſi vaſall. feud. priu.*
72 vbi *text.* ità demùm maculam patris delinquentis trahit ad filios, ſi ipſe tempore commiſſæ fellonię erat vaſallus, & ille dicitur vaſallus, qui eſt poſſeſſor,
73 & dominus feudi, filius enim viuente patre non poteſt dici vaſallus, cumulat *Tiraquell. de iure primogen. quæſt.* 3. idem expreſsè probat *text. in cap.* 1. §. *ſi vaſallus culpam, ſi de feud. fuer. contr.* vbi ità demùm filij mulctantur ex delicto paterno, quandò pater eorum erat vaſallus, & amittebat feudum, quod actu poſſidebat: eſt *text.* expreſſus *in princip. quib. mod. feud. amitt.* vbi *text.* dicit, quòd hactènus loquutus fuit de feudo, quod acquiritur, & retinetur per vaſallum; Nunc videamus, qualitèr feudum acquiſitum amittatur propter culpam, & ſic, ad finem vt vaſallus amittat ob culpam feudum, requirit *text.* quòd præcedat acquiſitio feudi, ille enim, qui nō poſsidet feudum, delinquendo reddit ſe ſolùm inhabilem ad habendum feudum patris, ſed non propter hoc operatur eius delictum, vt reddat eius filios inhabiles circà ſucceſsionem feudi, quandò filij non ſuccedūt patri, ſed auo; nec adeſt *text.* in toto iure feudorum, qui hoc dicat, & ſucceſsiuè poſtquàm ſumus in pœnalibus, iura loquentia de vaſallo poſſeſſore feudi delinquente, vt eius delictum noceat filijs, non debemus extendere ad eum, qui feudum non poſsidet, ſed ad illud habendum non habet, niſi ſpem quandam non probabilem: Et cùm iura feudalia non lo-
74 quantur de hoc, ſed tantummodò loquantur in caſu ſuo, quādò vaſallus eſt vaſallus, & poſsidet feudum, ac etiam eadem culpa priuet eius filios, non ſunt trahenda extra caſum ſuum, quia ſtrictè ſunt intelligenda, cùm ſint pœnalia, minimè extendenda de caſu ad caſum *l. cùm quidam*, vbi notat *Iaſ. ff. de lib. & poſth.* Et cùm iura feudalia non prouiderint circà hunc caſum, recurrendum eſt ad ius commune, quod
75 expreſsè dicat, delictum patris non nocere filijs iam natis, vel conceptis antè delictum in bonis, & iuribus aui, *l. emancipatum, ff. de Senat. leg. adoptiuum, §. 1. de in ius voc. l. diui fratres, ff. de inr. patr. l. diuo Marco, C. de quæſt.* hoc eſt, quod voluit *gloſ.* noſtra, rectè intellecta in *d. l. emancipatum, in verb. patris*, vbi dicit, delictum patris non nocere filijs in feudo aui, aliàs fuiſſet loquuta contra *text. in §. ſi vaſallus culpam*, ſi illam intelligeremus de feudo poſſeſſo per filium delinquentem, qui apertè dicit, illius culpam omnibus deſcendētibus nocere, dùm ergò *gloſ.* dicit expreſsè, quòd filijs non noceat culpa patris in feudo ab auo acquiſito, oportet fateri, illam intelligere de feudo tempore culpæ filij poſſeſſo per auum, idēquè repetit alia *gło. in d. l. adoptiuum, in verb. innocens, ff. de in ius voc.* idem expreſsiùs notat *Iſern. in d. cap.* 1. *num.* 4. *verſ. in eo, quod debet habere, ſi vaſall. feud. priu.* vbi affirmat, quòd patris delictum præiudicat
76 filio in feudo, quod filius habet à patre poſt mortem patris, & *Camer.* exponendo verba prædicta *Iſern. in*
77 *cap.* 1. *an agnat. in §. oppoſit.* dicit, quòd tria copulatiuè requiruntur, vt delictum patris noceat filio in feudo. Primò, quòd filius habeat eſſe à patre. Secundò, quòd poſt mortem patris capiat feudum. Tertiò, quòd immediatè capiat à patre, non ab auo, & ſic præcipuum requiſitum eſt, quòd pater tempore delicti feudum poſsideat, vt nocere poſsit, & filius immediatè capiat ab eo, quandò enim filius immediatè acquirit aliquid à patre, delictum patris nocet filio, inquit *text. in l. eum, qui* ibi, *nihil aliud iuris adimere liberis, niſi, quod ab ipſo peruenturum eſſet ad eos ff. de interd. & releg.* & ſic *text.* ad hoc vt culpa patris noceat liberis, requirit expreſsè, quòd illud, in quo

ſit

sit præiudicium filijs, immediatè perueniat à patre, idem probat *text.in l.si necem, §.si deportatos, ff.de bon.liber.& in Letiam, C.de obsequ.ab lib.patr.præstan.* Hinc si Ecclesia tenet feudum ab aliquo, & Prælatus
78 delinquat contra Dominum, eius delictum nocet Ecclesiæ, saltim Prælato delinquente viuente, quod procedit, quandò ille verè est Prælatus, & reperitur in possessione Prælaturæ, secùs in spe, vt qui esset electus, vel nominatus, adhùc non confirmatus, quia tunc eius delictum non nocet Ecclesiæ, dùm iura requirunt, vt ille sit Prælatus tempore delicti, opus est, vt ille Prælaturam possideat, & non solaspe, sic pariter dicendum in vasallo delinquente, vt in specie notat de Prælato *Isern. Iacob. de Belusi. Bald. Aluar. & Card. Alex.in cap.1. §.fin.de cap.Conrad.*

Ratio differentiæ est, quia dùm possidet, delin-
79 quendo transfert feudum in Fiscum, & dicitur vera alienatio, vt inquit *text.in l.Imperatores, ff.de iur. Fisc.* & alienando vasallus feudum, quod possidet, nedùm præiudicat sibi, verùm etiam & omnibus eius descendentibus, *Isern.in cap.1.§.& olim,num.5. de succes.feud.et in cap.1.in princip.de vasal.qui contr. Constitut. Lothar.& cap Imperialem,num.21.de*
80 *prohibit. feud. alien. per Feder.* Nàm quis alienando per contractum, is etiam per delictum potest successoribus suis præiudicare, *Bald.* punctualitèr in *dict.l. emancipatum, §.1.ff.de Senat.Socin.cons.226.num.38. volum.2.* de ob id iura dicunt, delictum patris nocere filio in feudo per eum possesso, sed in casu, quo quis non habet feudum, nec est vasallus, sed solùm
81 sperat successionem post mortem patris, vel agnati, tunc delinquentia nil in Fiscum transfert, cùm nihil habeat, sed eo casu abdicat se de medio, & facit locum proximiori, *l.fretiam, §.si deportatus, ff.de bon. liber l.1.§.fin.ff de contra tabul.* & dùm non possidet, non potest considerari actus translatiuus dominij in Fiscum; & sic remanet sola culpa, quæ filijs conce-
82 ptis, vel natis antè delictum non præiudicat, *l.ex facto.ff.ad trebell.l.1.& l.fin.de bon.damn.*

Sed vltra rationes, ac iura, nè deficere videatur
83 authoritas *Doctorum*, ità punctualitèr tradit *Dyn. in cap.non debet, in fin. de regul. iur. in 6. Bart. in l.3. num.1. ff.de interd. & releg. Bald.in cap.1.post num.3. vers.aut viuente eo fuit conceptus.si vasall.feud prin.* & iterùm in *l.emancipatum, §.1.num.1.ff de Senat. Io. Baptist.Plac.meer consil. crimin. diuers. volum.1. cons. 66. num.x. & 3. cum seq. Ardiz.in summa.cap.60.in rubr.si filius repell.an nep admitt. circà princ.* iterùm *Bald.in l.duodecim tabul.num.6.vers.sed non ne, C.de leg.hared.t. Iacob.de Belui.in cap.1.§.hoc quoque, prope finem, vers.tertio casu, de successione feudorum, Cu-*
84 *ma in cap.si aliquem, in vers.mortis, num.156.* & meliùs 169. *Capyc. in inuestit. in verbo feudatariorum delicta.fol.mihi 156. propè principium*, post *Aluar.* quem allegat in *cap.1.si vasall.feud.prinet.num.3. vers.aut loquimur in patre, Odofr.in l.qui se patris, nu.1. C.vnde liberi, Iacob de S.Georg. in ver.dilectiquè vasalli, num.60. vers.aut feud. Salyc.in l.2. num. mihi 5. vers. tu verò, C.de lib.& eorum lib.* & per multa media comprobat egregiè differendo *Bartholom. Camer.ar.* maximus Feudista, & vir magnæ authoritatis in Regno nostro in *cap.1. an agnat.in 6. quæst. principali.num.61. vers.alij tamen in delictis*, vbi per plures columnas examinat hunc articulum, & concludit, delictum patris non nocere filijs in feudo, quod pater non possidebat tempore delicti, sed pater suus, idemque auus, respondens notatis per *Isern. in cap. 1.§.præterea.num.10. quæ sit prim.caus.benef.amitt.*

vbi excipit solùm casum rebellionis, in quo propter enormitatem sceleris pater præiudicat filijs in quærendis, ac etiam in feudo auito, per *text.in l.si quis, §.filius, C.ad leg Iul.Maiest.* & ità debet intelligi *Isern.in d.§.præterea, num.10.* & citans eundem *Isern.* sibi contrarium in *cap.1. colum.2. versan eo, si vasall.feud.prinet.* vbi inquit *Isern.* quòd in eo, quod debet habere filius post mortem patris à patre, præiudicat ei culpa patris propter delictum commissum, propter quod feudũ perditur, ergò in eo, quod filius non habet à patre, sed ab auo, culpa patris non potest nocere filio.

Verùm quia *Andr.Isern.in dict. cap.1. §.præterea num.10. quæ sit prim.caus. benef. amitt.* est in contraria opinione, licèt de eius opinione non sit curandum, dùm est ità communitèr à *Doctoribus* reprobata, & signanter à *Camerario*, tamen ego aduerto, quòd aliqui volentes defendere *Andr.* illum intelli-
85 gunt, vt non procedat, si filius parricida decesserit in vita aui, & sic patris sui, & postea moriatur auus, secùs autem si filius moriatur post mortem aui, quia tunc præsupponunt, quòd nepos non possit succedere auo, nisi per intermediam personam patris sui, & successiuè ei obstet macula patris, & hic videtur esse casus noster.

Et propterea, vt hæc difficultas euitetur, primò dico, quòd etiam in hoc est contrarius communi opinioni, de qua loquuntur *Doctores* superiùs citati.

Secundò pondero, quòd hæc opinio nullo iure fulciri potest; nàm tunc procedere posset hæc distinctio, quandò filius post parricidium remaneret capax successionis bonorum feudalium, quod omninò
86 est falsum, quia est adeò incapax successionis feudalium, vt ipso iure priuetur omni spe succedendi in feudis, ità vt nec vlla sententia declaratoria requiratur, prout in specie, & in proprijs terminis tradidit *Laurent.Syluan.de feud recogn. cap.29.num.22.& 23. vers.nàm aduerte*, citans proprium *text.in cap.1.si vasall.feud.prinet.* Idem voluit *Scharph.* damnatæ memoriæ *cons.66.num.19.centur.1.* ergò si filius parricida est incapax successionis, non potest impedire
87 successionem nepoti ex persona propria, quia paria sunt, non extare, vel extare, & esse incapacem, *l.ex facto, §.ex facto ff ad Trebell.* ex quibus, citrà controuersiam, vana redditur prætensio Fisci, dùm prætendit Castra deuoluta ex lege feudi excluso nepote primogenito.

Quòad secundum caput confiscationis ex capite indignitatis, dùm prætendit Fiscus, Iacobum filium post mortem patris inuestituram petijsse, fatendo se vniuersalem hæredem patris, quo casu feuda transi-
88 uerunt in Iacobum, & de iure verissimum sit, hæredem indignum non esse incapacem hæreditatis defuncti, sed in ea succedere, & deindè Fiscum ab eo, tanquàm ab indigno auferre, *l.1.C.de his quibus vt indign.l.his consequentèr, §.1.ff.famil.herciscund. Bart.in l.Imperatores, ff.de iur.fisc.& in l.Papinianus, §.meminisse*, vbi *Angel.* & alij notant *ff. de inoff.testament.* & successiuè, Iacobum parricidam in his feudis successisse, meritòq; ab eo vti legitimo successore, & indigno per Fiscum feuda fuisse ablata.

Considero, hoc Fisci assumptum nullo modo de iure subsistere, minimèq; nepoti primogenito obstare; nàm procederet, quandò ageretur de possessione bonorum transmissibilium ad omnes hæredes, etiam extraneos, nàm tunc transirent in Fiscum,
89 cùm de iure militet hæc consequentia, quæ transeunt in extraneos hæredes, transeunt etiam in Fiscum, vt pro regula tradit *Cyn.in l.2.C.de liber. & eo-*

rum

rum liber. Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, num. 30. *ff. de damn. infect. Ruin. conſ.* 23. *in* 4. *dub. volum.* §. *Aym. conſ.* 128. *in fin.* vel quia eſſent feuda conceſſa
90 pro hæredibus quibuſcunq; nàm hæc tranſeunt ad hęredes extraneos, & conſequentèr per confiſcationem vadunt ad Fiſcum. *Roland. à Vall. conſ.* 29. *nu.* 27. *volum.* 3. *& conſ.* 78. *volum.* 4. *Boſſ. tit. de publ. bon. nu.* 19. *& num.* 64. *Clar. in* §. *feudum, quæſt.* 84. ſed feuda, quæ ſui natura non poſſunt in hæredes extraneos tranſmitti, cùm eorum ſucceſſio in Regno non extendatur vltrà tertium gradum in collateralibus, proùt ſunt huiuſmodi feuda, (de quibus nunc agitur) tunc illa per actum alienationis inter viuos, vel in vltima voluntate in perſonam non comprehenſam in inueſtitura transferri non poſſunt, & ſucceſſiuè cùm alienari nequeant in extraneos, per confiſcationẽ in Fiſcum non tranſeunt, vt notant particulariter *Bart. Imol. Rom. & Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. ff. de damn. infect.* notat *Bald. & Salyc. in l.* 1. *C. de bon. libert. Dec. conſ.* 252. *num.* 5. *Soc. iun. in conſ.* 1. *in princip. volum.* 3. cum plurib. alijs allegatis per *Farinac. in tit. de delict. & pœn. q.* 25. *n.* 62.

Hinc dicit *Bald. in Inſulam, in princip. ff. ſolut. ma-*
91 *trimon.* quæ certo generi perſonarum deferuntur, non tranſeunt in Fiſcum, nec ei acquiri poſſunt, probat *Aſſlict. in cap.* 1. *§. denique, in fin. quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt. Peregrin* latè *de iur. Fiſc. tit.* 5. *lib.* 1. *nu.* 106. *& lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 17.

Hinc iura liberorum, quæ non ſunt communia ad
92 extraneos, publicatis bonis non tranſeunt in Fiſcũ, *Alciat. conſ.* 67. *lib.* 9. & iura reuocandi abſtenſionem ab hæreditate paternâ, quæ non competit, niſi filijs
93 hæredibus ſimiliter non tranſeunt in Fiſcum, tradiderunt *Alex. & Iaſ. num.* 7. *in l. qui ſe patris, C. vndè liber.* & idem in iure patronatus, & ſimilibus, quæ non competunt, niſi certo generi perſonarum, Fiſco acquiri non poſſunt, tradiderunt *Boer. deciſ.* 268. *Bellem. in conſ.* 33. & in ſpecie in caſu, in quo bona defuncti confiſcantur propter indignitatem hæredis,
94 quia non tranſeunt bona feudalia in Fiſcum, ſed vadunt ad ſequentes proximiores, excluſo Fiſco, ſed tantùm tranſeunt in Fiſcum bona burgenſatica, quæ poſſunt in illum trãſire, vt in quemlibet extraneum, firmat punctualiter *Peregrin. de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 3. *de eo, qui interf. defunct. num.* 17. vbi affirmat, ità aliàs in facti contingentia fuiſſe practicatum, alioſq; citat ad hanc ſententiam comprobandam, & ità in bonis burgenſaticis procedere dictum *Cyn.* intelligendum eſt in *l. hæreditas, in fin.* quem ibi ſequitur *Bal. num.* 5. *C. de his, quibus vt indign.* aliàs loquerentur contrà notiſſimos terminos iuris.

Ex quibus profectò arbitror, hanc cauſam reddi indubitatam, & omnia Caſtra diſſequeſtrari debere ad commodum nepotis primògeniti, & in illis Fiſcũ tanquàm extraneum nullum ius fouere.

RERVM SVMMA.

95 *Feuda in hoc Regno propter communem, & ſolitam inueſtituram, quæ cõcipi ſolet,* pro hæredibus, & ſucceſſoribus ex legitimo corpore deſcendentibus, *præſumuntur hæreditaria, quia & ipſum Regnum eſt hæreditarium.*

96 *Feudum amittit inquiſitus, & condemnatus de parricidio, quod non tantùm procedit in committente homicidium in perſonam patris, ſed etiam fratris, vel nepotis, vel ſi alias perſonas occiderit, quæ continentur ſub diſpoſitione* l. 1. *et ibi traditis per* DD. *ff. ad l. Pomp. de parricid. & in l.* 1. *C. de his, qui paren. occid.*

97 *Delictum ſi ſit commiſſum in perſonam Domini, vel ſi ſumus in feudo ex pacto, et prouidentia, nùm filio delinquentis ſit præcluſa via in illius ſucceſſione remiſſiuè.*

98 *Feudum hæreditarium ſi per aliquam culpam amittatur in eo nec filij, nec etiam agnati ſuccedunt, ſed ad Dominum directum reuertitur.*

100 *Pater ſi delinquat, nùmquid filius eius excludatur à ſucceſſione aui in feudo, quod tenebat auus, et ſub diſtinctione reſpondetur. et n.* 101.

101 *Dominium in ſuum hæredem recta via tranſit, nec dicitur nouq hereditas peruenire ad filium, cùm dicatur quaſi Dominus in vita patris.*

103 *Pater, et filius vna, eademq; perſona cenſetur. hinc in ſuo hærede non eſt dare, nec conſiderare hæreditatem iacentem.*

104 *Filius non acquirit feudum patris ſuccedẽdo, ſed quæſitum iàm cæpit.*

105 *Parricidæ defertur hæreditas defuncti, non ad finem, vt illam conſequatur, ſed ad finem, vt Fiſcus ab illo tanquàm ab indigno auferat.*

Allegationes D. Camilli de Curte pro Fiſco.

POſt inhumaniſſimum parricidij crimen commiſſum à Iacobo Cincio in perſonam Franciſci patris, de quo iuſtiſſimè fuit condemnatus ad mortem, & exequuta ſententia in Alma Vrbe, Regius Fiſcus poſſeſſionem cepit trium Caſtrorum, quæ per dictum Franciſcum tempore ſuæ vitæ poſſidebantur, videlicèt. Aſſerici, Filetti, & Peſculi maioris, ſitorum in Prouincia Aprutij, in quorum poſſeſſione ſtetit, & in præſentiarum hùcuſq; permanet; cõparuit Ludouica Vella mater, & tutrix Franciſci Iunioris, & petit à Regio Fiſco relaxationem dictorum bonorum, & diſſequeſtrum ipſorum, aſſerens, Caſtra ipſa legitimè ſpectare ad dictum eius filium, tanquàm nepotem dicti Franciſci Senioris, & è contrà Regius Fiſcus prætendit iure licito habuiſſe, & cœpiſſe poſſeſſionem dictorum bonorum, & omninò abſoluendum ab impetitione dictæ actricis, & per Regiam Cameram declarari, dicta Caſtra ad ipſum omninò ſpectare; Nulla eſt
95 controuerſia in facto, quòd feuda, de quibus agitur, ſunt hæreditaria propter communem, & ſolitam inueſtituram, quæ concipi ſolet, *pro hæredibus et ſucceſſoribus ex legitimo corpore deſcendentibus*, ſic omnes noſtri Regnicolæ aſſerunt ex dicto *Napod. in Conſuet. Neapol. Et ſi teſtator, num.* 8. & quia ipſum Regnum eſt hæreditarium, vt demonſtratur per conceſſionem factam per Summum Pontificem Carolo Primo pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, non eſt etiam dubium in facto, quòd Iacobus Cincius non tantùm fuit inquiſitus de proditoria morte ſui patris, ſed etiam legitimè conuictus, confeſſus, & ad mortem condemnatus, & ſententia debitæ exequutioni demandata; eſt etiam abſq; dubio verum, quòd hic, qui hodiè agit, eſt filius Iacobi de parricidio condemnati, his in facto poſitis, articulatis, & probatis per partem clarè ſuccedunt iuris maximæ, quarum prima illa eſt, quòd cùm mortuo Franciſco
96 feudum ad Iacobum deuenire debebat, quia ipſe eſt inquiſitus, & condemnatus de parricidio, feudũ amittit, probatur in *cap.* 1. *§. fin. ibique* communitèr per *Doctores, quæ fuit prima cauſa benef. amitten. in cap.* 1.

cap.1.an ille,qui interf.Curt.in tract.feudorum 4.part. num.39.Zasius part.10.num.76. Plaza in epithom.delict.lib.1.cap.22.& procedit non tantùm in committente homicidium in perſonam patris,ſed etiam fratris, vel nepotis, *cap.1.§.ſimiliter,quibus modis feud. amittatur*, quia etiam pœna amiſsionis feudi punitur, etiam ſi alias perſonas occiderit,quæ continentur ſub diſpoſitione *legis primæ*, & ibi traditis per *Doctores, ff.ad legem Pompeiam de parricidijs*, & in *l.1.C.de his,qui parent.occid.* hic ergò,qui parricidium committit, feudum tenere non poteſt, ſed tunc oritur quæſtio, cui deferêdum, nunquid ad alios in gradu ſucceſsibiles, vel potiùs reuertatur ad Dominũ? & quæſtio eſt, quandò delictum non eſt commiſſum in Dominum directè, vel indirectè; nam quandò delictum reſpiceret Domini perſonam,quamuis deſcẽdentem ex delinquente, nunquàm penitùs amittat, & omnis præcluſa ſit eius via in illius ſucceſsione; etiam quòd ſit feudum ex pacto, & prouidentia, quæſtio fuit, nunquid ſaltim ad agnatos, & ad quos agnatos, quod in præſentiarum non curo diſcutere, quia non eſt caſus noſter, non enim ſumus in delicto commiſſo contra Dominum,nec etiam ſumus in feu-
97 do ex pacto,& prouidentia, & propterea remiſsiuè quandò hic eueniret articulus, videri poſſent,quæ tradidit *text.* vbi eſt propria materia ſua cum ibi traditis per *Doctores in cap.1.ſi vaſallus feudo priuetur, cui deferatur, in cap.1.§.fin.quæ ſit prim.cauſ.beneſic. amiſt.in cap.1.§.ſi vaſall.culpam, ſi de feudo defunct. milit. in cap.1.§.ſimiliter, ex quibus cauſis feudum amitt. & in cap.1.§.1. an ille, qui interfecit fratrem Domini ſui*, plenè ego articulum examinaui in 1.*par. cap.bis,num.*38.intermiſsis autèm queſtionibus propoſitis, quandò feudum non eſt ex pacto, & prouidentia,ſed eſt hæreditarium, ſed delictum propter quod feudum eſt amittendum, non eſt commiſſum in Dominum,ſed in alium, nulla vnquàm iuit inter
98 noſtros *Doctores* feudiſtas diſſentio, quòd in feudo hæreditario per quamcunquè culpam feudum amittatur,& in eo nec filij,qui etiam dixi nus,à feudo ex pacto excludebantur,non ſuccedunt, ſed nec etiam agnati; ſed feudum ad Dominum directum reuertitur,iuxtà *text.in d.§.ſi vaſall.culpam*, & theoricam *Andreæ in d.cap.1.ſi vaſall.feud.priuet. Camerar.in cap.Imperialem fol.57.colum.3. Loffred.cap.1.nu.161. Bart.in l.eum qui,ff.de interdict.is, & releg. Alex.conſ. 1.colum.penult.volum.*5. & eſt hæc indubitata apud omnes Feudiſtas concluſio,quòd deſcendentes ex illo feudatario, qui delictum commiſit,nullatènus ad feudi ſucceſsionem aſpirare poſſunt, & hæc cùm ſit
99 maxima textualis, non poteſt in controuerſiam poni,ſed & ratio aſsignatur,quia in feudo hæreditario ſicut tenens feudum poteſt ſucceſſoribus præiudicare contrahendo,pariformitèr, & multò fortiùs delinquendo, quod conſiderauit *Alex.in conſ.1.vol.1.* quod fuit dubitatum, illud eſt,ſi pater deliquit, nun-
100 quid filius eius excludatur à ſucceſsione aui in feudo,quod tenebat auus? & eſt quæſtio, quam poſuit *gloſ.1.in l.emancipatum, in fin. de Senatoribus,eadem gloſ.in l.adoptiuum, ff.de in ius voc. Iacobus de Ardizone* in ſua *ſumma, in tit. quibus modis feudum amittatur,ſub rubric.ſi filius repellatur, an nepos ex eo excludatur,Spec.in tit.de feudis,§.ſin verò,& l.2. C.de liber. & eorum liber. Bart.in l.3. ff.de interdictis, & releg. Bald.in tribus locis*, videlicet *in cap.1.ſi vaſall. feudo priuetur,cui deferatur,*& pleniùs in *cap.1. §.hoc quoquè, de ſucceſſione feudi, & in d.l.emancipatum, de Senatoribus,Salyc.* longam afferens diſtinctionem in *d.l.2. C.de liber. & eor. liber. Alvarot.in cap.1.§.fin.* & antè ipſum *gloſ.ibidem,quæ fuit prima cauſ.beneſic. amitt.* ipſe verò *Alvar.in 4.conclus. Canon.* omnes in *c.2.extrà de feudis*, vbi *Imol.* & in hac generali concluſione decidunt illam cum diſtinctione, ſi hic nepos conceptus fuerit antè delictum patris, ei patris delictum non nocet,ſed ei prodeſt, quia pater auferetur de medio,& fit ipſi locus,aut conceptus fuit poſt delictum commiſſum à patre, & tũc patris delictum ſibi nocet, in primo autem caſu diſtinctionis concludunt, quòd patris delictum non nocet, quoniàm
101 adhùc pater non ſuccеſsit, cæterum ſi iàm ſucceſſit, & poſteà delinquat, omnes vnanimitèr aſſerunt, patris hoc caſu delictum præiudicare, & hoc eſt, quod optimè animaduertit *Iacobus de Ardizone loco* modò proximè citato, & ſic intelligens *text.in dict.cap.1.§ ſi vaſallus, ſi de feud. defunct. milit.* & ſecundùm hanc generalem concluſionem etiam Fiſcus obtinere debet,nàm ſtatim mortuo Franciſco patre, dominium dictorum feudorum fuit quæſitum Iacobo primogenito,& licèt dici poſſet, Iacobum non adiuiſſe hæreditatem, quod adhùc non conſtat in proceſſu, reſpondendum eſt magis,& potiùs,quòd illam adiuiſſet, non enim erat dicta hæreditas implicita debitis, ſed opulentiſsima,& in caſu, de quo agitur, non requiritur adirio,ſumus enim in filio in poteſtate, & ſic in ſuo hærede, in quo dominium recta via
102 tranſiuit in ſucceſſorem,iuxtà *text.in l.in ſuis,ff.de lib. & poſthum.* nec dicitur noua hæreditas peruenire ad filium, hic filius dicitur quaſi Dominus in vita patris,vt probat *text.in d.l.in ſuis*,cùm ergò efficitur hæres, non dicitur habere dominium nouum, cùm proprium non habeat, vt tradit *Bart.in d.l.in ſuis,&*
103 hæc omnia operantur illud, quòd pater, & filius vna,eademq; perſona cenſentur,& propterea in ſuo hærede non eſt dare, nec conſiderare hæreditatem iacentem,*text.in l.cùm hæreditas,C depoſiti*, & propterea in feudo,de quo nunc agimus, procedunt iàm
104 dicta, quia non deeſt filio, niſi tantùm adminiſtratio, pulcherrima in propoſito profert verba *Loffredus*, quòd filius non acquirit feudum patris ſuccedendo, ſed quæſitum iàm capit, *conſ.26.num.*3.ſed in propria facti ſpecie habemus in eo, qui parricidium
105 commiſit, quòd ei defertur hæreditas, non ad finem, vt illam conſequatur, ſed ad finem, vt Fiſcus ab illo tanquàm ab indigno auferat, ex regula *text. in l.cùm ratio, §.fin.de bonis damnatorum*, & communitèr concludunt *Doctores* in caſu prædicto, quòd nepos excluditur, per ea,quæ latiſsimè ponit *Boer.in deciſ.ſua 25.Clar.in ſua practica, §.homicidium, verſ. priuatur etiam ſucceſſione homicida,Bonacoſſ.commun. opin.in ver. nepotes ex filio homicida*, ex quibus nullatènus ſecundùm veros iuris terminos inficiari poteſt, quòd Caſtra iàm dicta non tranſeant in beneficium Fiſci Regiæ Curiæ,prout ſic iudicaturos ſpero ſapientiſsimos Iudices.

Camillus de Curte.

RERVM SVMMA.

106 Boerius deciſ.25.& Clarus in §.homicidium,verſ. priuatur etiam *loquuntur in burgenſaticis, non autem in feudalibus.*

107 *Pœna indignitatis de iure communi in materia burgenſaticorum non verſatur circà propria bona,quæ poſſidet is, qui efficitur indignus, ſed circà ſucceſſionem bonorum eius, qui eſt occiſus.hinc Fiſcus licèt auferat bona occiſi ab occidente tanquàm ab indigno,non tamen capiet bona propria eius,qui tale crimen*

men commisit, vel aliundè sibi obuenientia, & n. 108.

109 Parricidium committès de iure feudorum, vel quodvis aliud graue delictum, putà homicidium proditorium, nedùm priuatur successione feudorum, quæ possidebat occisus, ad cuius successionem ipse vocabatur, sed etiam propriis feudis, quæ tunc actualiter ipse possidebat, & non ad Fiscum, sed ad Dominum directum deferuntur, vel agnatum ex lege feudi, non in pœnam publicationis bonorum, & quæ sit ratio differentiæ inter primum, & secundum casum, num. 110. 111. & 115.

112 Proditionis actus est contrarius fidei, quæ est substantia feudi.

113 Proditionis qualitas aggrauat omne delictum, & proditor est alienus ab omni facie Dominorum, & nō potest stare in Curia Principis.

114 Proditor non est capax beneficij, & per consequens feudi, quod à fidelitate dicitur, cùm præsumatur absq; fidelitate, & n. 126.

116 Indignitas in feudalibus ad amissionem feudi non est in consideratione, sed immanitas tantùm delicti.

117 Vasallus amittit feudum nedùm pro parricidio, & homicidio proditorio, sed etiam pro omni delicto, propter quod nō potest morari in Curia Domini absq; dedecore.

119 Fiscus loco extranei hæredis habetur.

120 Vasallus si non potest præstare seruitium, feudum deuoluitur ad proximiores, si extant, alioquin ad Dominum, si verò non valet præstare fidelitatem, feudum semper reuertitur ad Dominum.

121 Feudum non confiscatur ob vasalli delictum, quia conditio Domini efficeretur deterior, sed cùm pro mortuo habeatur, feudum statim ad suam proprietatem redit.

123 Pœna indignitatis non potest alicui opponi à tertio, etiam si sit immediatè successurus, sed tantùm à Fisco.

124 Feudatarius propter delictum parricidij, vel aliud immane crimen adeò efficitur inhabilis ad tenendum feudum, vt nedùm priuetur feudis, quæ tunc actu possidet, sed etiam spe succedendi in feudis, quæ ab alijs tenentur, & sic perindè est, ac si fuisset sublatus de medio, vel esset mortuus, & per consequens remanet apertus locus proximiori in gradu, num. 125. & 133.

127 Filius delinquens in terminis quæstionis nostræ reputatur, ac si unquàm fuisset in Mundo, & propter delictum à se commissum dicitur inhabilis, & incapax, & n. 128.

130 Indignus licèt de iure communi succedat testatori, in quem commisit offensam, et postmodùm ab eo auferat Fiscus vti ab indigno, tamen si adsit statutum disponens, vt nemo, qui alium occiderit possit ad illius successionem admitti, tàm ex testamento, quàm ab intestato, non aufert Fiscus, sed succedent alij sequentes in gradu, et quarè.

131 Parricida ex iure feudorum efficitur inhabilis, et incapax ad succedendum in feudis, vndè cùm in eis nō detur successio, neq; oblatio dari potest.

134 Iura, quæ includunt agnatum, et excludunt descendētem pro quouis crimine, etiam non in Dominum ab ascendente commisso, et authoritates Doctorum pro regula dicētium, quòd in omnibus culpis, propter quas perdit feudum pater, siuè ad Dominum redeat, siuè non, semper filius priuetur, procedunt, cùm committens delictum actu tenet, et possidet feudum, quod si non possidet, sed habet spem succedendi, tunc filius succedet ex propria persona, ac si pater esset mortuus, et n. 135.

136 Agnatus proximior licèt admittatur ad successionem feudi delinquentis, tamen intelligitur, modò non sit proximior infrà quartum gradum.

137 Transactionem, vel expeditionem causæ is, qui venit ad infringendum iura, tàm actoris, quàm rei, impedire nequit.

138 Andreæ *dictum in* cap. 1. §. præterea si vasallus, nu. 10. vers. in secunda quæst. quæ sit prima causa benef. amitt. *explanatur.*

139 Frater committens delictum in personam Domini, licèt alius frater non inhabilitetur ex propria persona, sed sola persona delinquentis, tamen sit inhabilis ad succedendum in feudis.

140 Patre moriente superstite primogenito, qui deliquit in Dominum, & secundogenito, qui non deliquit, tamen succedet secundogenitus, et quarè.

Responsiones pro Francisco Cincio.

IN hac causa feudorum Francisci Cincij, quæ Regius Fiscus occupauit sub occasione parricidij commissi per Iacobum patrem huius Francisci Iunioris actoris in personam Francisci Senioris patris dicti Iacobi, tota vis pro parte Fisci constituitur super indignitate dicti Iacobi, inquit enim, quòd dùm Iacobus patrem interfecit, dominium feudorum, quæ pater possidebat, transiuit in ipsum Iacobum filium primogenitum, & posteà quàm feuda prædicta ex successione acquisiuit, potuit iure licito Fiscus ab eo auferre, tanquàm ab indigno, propter homicidium commissum, & sic nullo iure potest modò Franciscus Iunior filius Iacobi indigni succedere in his feudis, non ex persona propria, quia Iacobus pater eum præcedebat, & iàm successit, non ex persona patris, quia in pœnam suæ indignitatis Fiscus abstulit ab eo, & sic meritò illa modò defendit ab impetitione Francisci Iunioris, & adducit pro se Fiscus *Boer. dec. 25. & Clar. in §. homicidium, vers. priuatur etiam, ibi, sed pone.*

Ego verò in prioribus scriptis demonstraui, hos terminos indignitatis non posse applicari in materia feudali, de qua nos agimus, sed tantùm in materia burgensatica, & ad *decis. Boer.* & doctrinam

106 *Clari* voce replicaui, quòd loquuntur in burgensaticis, non autem in feudalibus, & propterea ex eis non posse benè inferri ad decisionem quæstionis nostræ, sed nè hæc mea distinctio inter materiam feudalem, & burgensaticam videatur verbalis tantùm, & non realis, volui infrascripta, quàm breuissimè potui, subijcere, ad dignoscendum, quantum distet materia feudalis à burgensatica circà hos terminos indignitatis, & priuationis bonorum propter indignitatem.

Est igitur in primis animaduertendum, quòd hæc
107 pœna indignitatis de iure communi, & sic in materia burgensatica non versatur circà propria bona, quæ possidet is, qui efficitur indignus, sed circà successionem bonorum alienorum, ad quam indignus ipse aspirabat, & propterea si Titius interficiat Seiū, ad cuius successionem ipse vocabatur, vel ab intestato, vel ex testamento, licèt successio bonorum Seij propterea sibi non impediatur, tamen statim Fiscus omnia bona, in quibus successit, auferet ab eo, vt ab indigno, verùm non ob id Fiscus capiet bona propria eius, qui tale commisit delictum, vel aliundè sibi obuenientia, sed tantùm occisi, ità sunt iura aperta in *l. Latius, ff. de iure fisc. l. fin. ff. de bon. damn. l. bis*

conſequenter, §. 1. vbi *gloſ. ff. famil. herciſ. Bal. in l. hæreditas, vol. fin. verſ. extrà quæro, C. de his, quib. vt indign. Dec. conſ.* 525. *col.* 1. *Peregr.* late *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 3.

Et quòd bona aliundè obuenientia non auferan-
108 tur indigno, tradit *gloſ. magna in verſ. inducendam, in fin. verſ. bona autem, quæ aliundè in d. l. Lucius, ff. de iur. fiſc. & ibidem Bart. Ial. in l. ſenatorem, C. de his, quib. vt indign. Ioann. de Amic. conſ.* 10. *Peregrin. vbi ſuprà lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 4. & quòd multò minus auferantur ſibi bona propria, nedùm probatur ex *l. penul. ff. ad l. Pomp. de parricid.* vbi enumeratis omnibus pœnis atrociſſimis huius delicti, talis pœna publicationis bonorum non enunciatur, ſed clariſsimè patet ex *text.* precedenti, ſcilicèt in *l. parricidium, ff. cod.* vbi is, qui commiſit parricidium, habet hæredem ſuorum bonorum, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, quod non eſſet, ſi bona ſibi auferrentur.

De iure verò feudorum ſi Titius committat par-
109 ricidium, ſeù aliud quoduis, dùm tamen graue delictum, putà homicidium proditorium, nedùm priuatur ſucceſsione feudorum, quæ poſsidebat occiſus, ad cuius ſucceſsionem tortaſsè ipſe vocabatur, ſed etiam priuatur proprijs feudis, quæ tunc actualiter ipſe poſsidebat, & non ad Fiſcum, ſed ad Dominum directum deferuntur, vel ad agnatum, ex lege tamen feudi, & non in pœnam publicationis bonorum, vt in *c.* 1. *§. deniquè, verſ. ſi verò non in Dominum, quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. & in c.* 1. *an ille, qui interf. fratr. dom. ſui.*

Ratio differentiæ eſt, quia primo caſu non ip-
110 ſum delictum in ſe continet amiſsionem, & publicationem bonorum; ſed indignitas, quam ille incurrit interficiendo hominem propter anticipatam ſucceſsionem, trahit ſecum amiſsionem bonorum, quæ indignitas non poteſt conſiderari, niſi reſpectu offenſi, ſeù interfecti tantùm, non autem reſpectu ſui ipſius, aut aliorum, qui non ſunt offenſi, & ideò pœna indignitatis non poteſt egredi fines bonorum interfecti.

At in ſecundo caſu ſecùs eſt, nàm ipſum delictum
111 in ſe, ſiuè grauitas ipſius delicti reddit delinquentem inhabilem ad poſsidendum feuda, ſiuè ſint propria, ſiuè obueniant ex ſucceſsione interfecti, ſeù cuiuslibet alterius, ex quo propter immanitatem delicti non poteſt eſſe, & manere in Curia Domini ſine dedecore, vt eſt ratio expreſſa in *d. cap.* 1. *an ille,*
112 *qui interf. fratr. dom. ſui.* Actus enim proditionis, quæ in tali delicto interuenit, eſt contrarius fidei, quæ eſt ſubſtantia feudi, vt conſiderat ibi *Iacob. de Beluiſ. & Bald. ibi num.* 2. *propè fin.* air, quòd qualitas
113 proditionis grauat omne crimen, & proditor eſt alienus ab omni facie Dominorum, & Principum, & non poteſt ſtare in Curia Principis, & *Andr. ibidem in §. ſi fratrem ſuum*, declarando hanc rationem in *text.* expreſſam, inquit, quòd licèt per talè delictum non ſit culpa in Dominum commiſſa, tamen per obliquum redundat in eum, quia non poteſt ſeruiri ſibi per iſtum, qui ſine dedecore morari non poteſt cum eo, & *Præpoſ. ibidem num.* 3. eadem ratione in *text.* expreſſa air, quòd proditor non eſt ca-
114 pax beneficij, cùm feudum à fidelitate dicatur, & proditor preſumitur ſine fidelitate: illud idem latiùs dilatando fimbrias aſtruit *Affl. in eod. c.* 1. *nu.* 19. *cum ſeq. & n.* 37. *an ille, qui interf. fratr. dom. ſui.*

Item in primo caſu ablatio bonorum hæredita-
115 riorum fit in pœnam indignitatis, & propterea deferuntur ad Fiſcum, hoc eſt ad eum, qui eſt Dominus iuriſdictionis criminalis, cuius dicuntur eſſe fructus huiuſmodi pœnæ, mulctæ, & prouentus ex delictis prouenientes, *Capyc. in inueſtit. in verſ. cum multarum, pœnarumq; f.* 126. *col.* 2.

In ſecundo verò caſu deuolutio feudorum fit ex lege feudi, & propterea non ad Fiſcum, ſed vel ad Dominum directum; vel ad agnatos deuoluuntur, habita diſtinctione inter feuda noua, & antiqua, vt in *§. deniquè, & ibi Doctores, quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. Andr. in §. ſed ſi fratrem ſuum, verſ. pendet ergò, an ille, qui interf. fratr. dom. ſui*, & propterea licèt non procederetur criminaliter contra feudatarium pro tali delicto; tamen poterit ciuiliter conueniri per Dominum feudi ad priuationem feudi, ità punctualiter tradit *Bald. in dict. cap.* 1. *poſt nu.* 3. *verſ. vndè ſic concludo, an ille, qui interf. fratr. dom. ſui*, quem omnes ſequuntur.

Et quòd in feudalibus ad amiſsionem feudi non
116 ſit ipſa indignitas in conſideratione, ſed immanitas tantùm delicti, indè dignoſcitur, quia ſi indignitas eſſet cauſa amiſsionis feudi, non haberet locum in vaſallo delinquente, niſi quandò delictum eſſet commiſſum in eum, qui vult ſuccedere, propter quod delictum reſultat indignitas, & tamen videmus, quòd etiam ſi delictum ſit commiſſum in extraneum, dummodò proditoriè, adhùc perdit feudum, vt in prædictis iuribus feudalibus, & declarant omnes *Doctores in dict. cap.* 1. *an ille, qui interf. fratr. dom. ſui*, & ſignantèr *Affict. ibi in* 3. *notab. num.* 37. Immò *Aluar. conſ.* 59. *inter conſil. feu. diuerſ. & Affl. deciſ. vlt. num.* 26. voluerunt, quòd nedùm pro par-
117 ricidio, & homicidio proditorio, ſed etiam pro omni delicto, propter quod vaſallus non poſſet morari in Curia Domini ſine dedecore, amittit feudum, ergò nihil commune habet indignitas cum materia feudali.

Hinc modò manifeſta apparet veritas meæ concluſionis in prioribus ſcriptis affirmata, nempè pœnam indignitatis non poſſe applicari in bonis feudalibus, ſed ſolummodò in bonis burgenſaticis; nàm
118 cum talis pœna contineat publicationem bonorũ, quæ non ad Dominum feudi, ſed ad Dominum iuriſdictionis bona publicata defert, vtiq; certò certius eſt, quòd publicatio bonorum non comprehendit vllo modo bona feudalia, vtpotè quæ non tranſeunt in extraneos hæredes, ſed tantùm ad hæredes ſan-
119 guinis, & Fiſcus loco extranei hæredis habetur, vt tradunt omnes *DD. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.* & alij, quos cumulaui in *prag.* 1 *n.* 4. *et* 5. *de bon. prod.* vbi materiam hanc enucleaui, & ibi etiam demonſtraui, quòd licèt in hoc caſu feudalia applicentur directo Domino, hoc non fit iure confiſcationis, & in pœnam delicti, ſed ex lege feudi, & ſic ex lege contractus ipſius inueſtituræ, quæ fuit conceſſa ſub onere ſeruitij, & ideò ſi res deueniat ad ca-
120 ſum, vt vaſallus non poſsit præſtare ſeruitium, aut fidelitatem ſeruare, primo caſu feudum deuoluitur ad proximiores, ſi extant, ſin autem ad Dominum. Secundo verò ſemper ad Dominum, cùm deficiat à fide, addo nunc *Bald. in l.* 1. *q.* 40. *ff. de rer diuiſ.* vbi air,
121 propter delictum vaſalli feudum non confiſcari, quia conditio Domini efficeretur deterior, quod eſſe non debet, ſed cùm vaſallus delinquens pro mortuo reputetur, protinùs reddit feudum ad ſuam proprietatem, ſequitur *Alex. in d. §. ſi de vectigalibus, n.* 26. qui ab omnibus approbatur, vt per *Iacobin. de feud. in ver. dictiq; vaſalli, lo* 1. *nu.* 63. *Curt. iun. de feud. p.* 1. *n.* 14. *&* 15.

Qua quidèm veritate talitèr detecta, arguo modò contra Fiſci patronum à ſufficenti partium enumeratione, & dico ſic.

Aut prætendit ipſe, hæc feuda iuſtè fuiſſe occupata per Reg. Cur. tanquàm applicata Fiſco in pœnam indignitatis, aut tanquàm deuoluta Regi vti directo Domino ex lege feudi.

Primo caſu, ex his, quæ hùcuſquè dicta ſunt certiſſimum eſt, quòd non procedit eius prætenſio, quia Fiſcus in pœnam indignitatis non poteſt occupare bona feudalia, ſed burgenſatica tantùm, quæ ſola poſſunt tranſire ad Fiſcum vti extraneum hæredem, non autem bona feudalia, id, quod eo fortiùs confirmatur, nàm vt Fiſcus auferat bona ab indigno, ſaltim ex ordine intellectus neceſſe eſt, quòd priùs ea bona acquirat per propriam ſucceſſionem indignus, & poſteà Fiſcus eadem auferat ab eo vt indigno in pœnam indignitatis, remanet enim indignus capax ſucceſſionis bonorum burgenſaticorum adeò vt pœna indignitatis non poſſit ſibi oppo-
123 ni à tertio, etiam qui ſit immediatè ſucceſſurus, ſed tantùm à Fiſco, ità declarat *Clar. in eo. §. homicidium, verſ. priuatur etiam*, poſt *gloſ. in l. his conſequenter, §. 1. ff. famil. herciſc. Peregrin. de iure fiſc. tit. 2. nu. 7. & 8. lib. 2.* qui quidèm ordo intellectus non poteſt conſiderari reſpectu bonorum feudalium, nàm-
124 feudatarius per delictum hoc parricidij, ſeù aliud immane crimen efficitur inhabilis ad tenendum feudum (vt prædixi,) quæ inhabilitas efficit, vt nedùm priuetur feudis, quæ tunc actu poſſidet, ſed etiam ſpe ſuccedendi in feudis, quæ ab alijs tenentur, & propterea eò ipsò, quòd commiſit delictum, effectus eſt inhabilis ad ſuccedendum, & perindè eſt, ac ſi ipſe fuiſſet ſublatus de medio, vel eſſet mor-
125 tuus: ità in ſpecie tradidit *Bald. in l. emancipatum, §. 1. ff. de Senator.* inquiens, quòd filius delinquens inhabilitatur ad ſuccedendum in feudo, & reputatur pro mortuo, & propterea ſuccedit nepos, idem *Bal. in c. 1. poſt nu. 3. verſ. ſed Dominus Io. de Brono, ſi vaſall. feud. priuet.* optimè hoc declarat, & ait, quòd ſi pater meus commiſit felloniam viuente auo meo, nõ nocet mihi, quia ex perſona patris mei nolo admitti ad feudum, ſed ex perſona aui, vadè in hoc caſu perindè erit, ac ſi pater meus non eſſet in medio.

Et *Præpoſ. in c. 1. n. 3. an ille, qui interf. fratr. domin.*
126 *ſui* dixit, quòd committens huiuſmodi delictum proditorium dicitur proditor, & proindè non eſt capax beneficij, *cap. clericus 36. diſt.* quia præſumitur ſinè fidelitate, propter quam feudum datur, à qua feudum nominatur.

Et *Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. §. hoc quoquè, colum. 2. in fin. verſ. 3. caſu, de ſucceſſ. feud.* loquens in proprijs
127 terminis ait, quòd filius delinquens reputatur, ac ſi nunquàm fuiſſet in Mundo, ſeù in rerum natura, *Cumias* quoq; in *c. ſi aliquem, in verſ. mortis, n. 156. & ſeq.* ſimiliter in terminis terminantibus ait, quòd paria ſunt in hoc caſu filium eſſe mortuum, vel viuum, & mortuo aſsimilari; nàm paria ſunt non extare, vel extare, & eſſe inhabilem, *leg. 1. §. quibus, ff. quod*
128 *cuiuſq; vniu. nomin.* Ergò tantùm abeſt, vt in materia feudali dici poſsit, filium delinquentem ordine intellectus ſuccedere in feudo, & poſteà Fiſcum auferre ab eo, vt ab indigno, vt potiùs neceſſe ſit dicere totum contrarium, vt ſcilicèt filius tanquàm inhabilis, & incapax ad ſuccedendum in feudo ob delictum à ſe commiſſum nunquàm ſucceſſerit in feudo ſui patris, ſed illud recta via tranſierit ad nepotes, nulla habita conſideratione filij delinquentis, qui ex ſua inhabilitate, & incapacitate pro mortuo reputatur.

Et hoc adeò veriſsimum eſt, vt ſtatim commiſſo
129 delicto per filium, quod ſit eius qualitatis, vt non poſsit morari in Curia Domini, ipſo actu efficitur inhabilis ad ſuccedendum, & ſequens in gradu admittitur, etiam nulla expectata ſententia declaratoria, quæ quidèm ſententia ſolùm reſpectu Fiſci eſt neceſſaria, non autem reſpectu agnati, cui aperitur locus ſuccedendi per delictum proximioris, ita punctualiter tradidit *Alex. ir. in cap. 15. præterea vaſallus, ante num. 14. verſ. dic, quæ ſit prim. cauſ. benefic. amitt.* quem ſequitur *Affl. ibid. gl. 3. n. 73. in fi.* & reliqui.

Id ipſum ſolidiſsimè probatur ex *conſ. Corn. 222. vol. 4.* qui in propria materia indignitatis conſuluit,
130 quòd licèt de iure communi indignus ſuccedat teſtatori, in quem commiſit offenſam, & poſteà ab eo auferat Fiſcus tanquàm ab indigno, tamen ſi ſit ſtatutum in loco, quod diſponat, vt nemo, qui occiderit alium, poſsit ad illius ſucceſsionem admitti, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, tali caſu non auferet Fiſcus, ſed ſuccedent alij ſequentes in gradu, ſeù alitèr ad ſucceſsionem vocati, ea ratione, quia per huiuſmodi ſtatutum occidens efficitur incapax ſucceſsionis, & ſtante eius incapacitate ipſe non reputur eſſe in rerum natura, quod iuſtus eſt de iure communi, per quod occiſor non efficitur incapax, & propterea defertur ei ſucceſsio, ſed ab eo auferetur ſucceſsio per Fiſcum, tãquàm ab indigno, & antè ipſum id voluit *Bar. in l. ſi quis incerti, C. de inceſt. nupt.* quem ſequitur *Alex. ad Bart. in d. l. cùm ratio, §. fin. ff. de bon. damn.* latè proſequitur *Petr. Ant. Anguiſſol. conſ. 7. n. 4. verſ. neque dici poteſt, & nu. ſeq. lib. 6.* cum quibus cõuenit *Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 3. n. 3.* & alij, quos citat, & ſequitur *Farin. q. 120. nu. 37. & n. 51. & conſ. 132. vol. 2.*

Ecce igitur, quòd etiam in materia burgenſatica, ſi per ſtatutum parricida efficitur incapax ſucceſsionis, non eſt locus pœnæ indignitatis in beneficium Fiſci, ſed recta via ſuccedunt alij proximiores, immò quòd etiam de mero iure communi circumſcripto ſtatuto etiam in burgenſaticis parricida reddatur incapax ad ſuccedendum in bonis fratris occiſi, & propterea aperiatur locus ſuccedendi agnato proximiori, excluſo Fiſco prætendente indignitatem, latè diſputando probat, & deciſũ refert *Anne. Robert. rer. iudic. lib. 3. c. 7.* idem ergò dicendum eſt in mate-
131 ria feudali, in qua ex diſpoſitione ipſius iuris feudorum tales delinquentes efficiuntur inhabiles ad ſuccedendum in feudis, quia ſi non datur ſucceſsio in eorum perſona, nequaquàm dari poteſt ablatio per Fiſcum ab eis, quæ præſupponit ſucceſsionis acquiſitionem præceſsiſſe; nàm priuatio præſupponit habitum, *l. decem, ff. de verb. oblig.* & deficiente habitu deficit priuatio; ità in his propriis terminis ſcripſit *Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 2. n. 26. Rip. in l. 1. n. 155. ff. de vulg.* concludens pro regula, quòd indigno non capiente, vt quia vltrà, quòd ſit indignus, ſit etiam incapax, tunc attenta incapacitatis cauſa Fiſcus excluditur, & vlteriores agnati admittuntur, accedant nunc *Flam. de Rub. conſ. 34. n. 8. & ſeq. Hieron. Papon. conſ. 53. n. 9. cum ſeq. Lancell. in Conſuet. Alex. in verb. non poſſit, q. 2. n. 8. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. n. 27. cum ſeqq. Muta in c. 35. Sicil. n. 43. in fin. tom. 1.* Hæc de primo caſu.

Secundo verò caſu, quatènus Fiſci patronus prætendit, hæc feuda deuoluta ad Regiam Curiam propter hoc delictum parricidij commiſſum à Iacobo ex lege feudi tanquàm ad Dominum directum, tunc aduerto, quòd neque ex ſecundo capite eius prætenſio ſubſiſtere poteſt, nàm dùm hanc deuolutionem prætendit ex lege feudi; onus ſuum eſt oſtendere, quòd per legem feudalem ſit ſtatutum, vt huiuſmo-

iuſmodi delinquentis feuda deuoluantur ad Regem, ſeù ad Dominum, tam quæ ipſe actu poſſidet,
132 quam quæ ſperat ex proxima ſucceſſione obtinere, quod quidem in toto iure feudorum non reperitur, vt fundaui in primis allegationibus, ibi enim apertiſſimè (vt credo demonſtraui,) omnia iura feudalia, quotquot loquuntur de hac materia, non comprehendere alia bona feudalia, quàm ea, quæ tunc habitu, & actu poſſidet vaſallus delinquens, non quæ ſperat poſſidere.

Et licèt Ego ſuperiùs admiſerim, quòd per delic-
133 tum parricidij, ſeu aliud immane crimen feudatarius priuetur nedùm feudis, quæ tunc poſſidet, ſed etiam ſucceſſione aliorum feudorum, quam ſperare poſſet, non per hoc fateor, quòd hæc feuda, a quorum ſperata ſucceſsione excluditur, deuoluantur ad Dominum, ſed potiùs affirmo, quòd per talem priuationem tollitur de medio perſona ipſius delinquentis, & remanet apertus locus proximiori in gradu, per ea, quæ ſuperiùs deduxi, & latè demonſtrat *Camerar.* in prioribus lucubrationibus, adductus poſt multos alios congeſtos *in cap.1.quæſt.6. principali,num.61. an agnat. fol.* mihi 420. *colum.2. cum ſeq.* cuius opinio eſt adeò munita rationibus, vt meritò a Religioſiſsimis Iudicibus amplectendam eſſe non dubitem, ſaltem ex regula *text. in l.non puto, ff.de iur. fiſc.* proùt notiſsimum eſt, fuiſſe noſtris etiam temporibus obſeruatam, & vſu forenſi receptam in parricidio Baronis Palagianelli interfecti à proprio, & vnico filio, qui propterea fuit deportatus, feuda tamen fuerunt relicta nepoti ex eodem filio parricida, qui ſoluto releuio per mortem aui, ea ſemper poſſedit, & adhùc hodiè poſsidet.

Hæc omnia ſi rectè procedunt ad excluſionem Fiſci, rectiùs procul omni dubio procedent ad excluſionem Bernardi patrui ipſius Franciſci iunioris, & fratris Iacobi, qui commiſit parricidium, de nouo ſubintrantis in hoc iudicio ad infringendum iura Fiſci, & Franciſci iunioris, tùm quia ipſemet Bernardus eſt inquiſitus, & condemnatus de eodem parricidio, & ſic eadem macula, quæ fœdat Iacobum, deturpat & ipſum Bernardum, tùm quia eſtò millies, quòd ipſe eſſet innocentiſsimus illius parricidij, non propterea ipſe in ſuccedendo his feudis debet præferri Franciſco iuniori, licèt ipſe ſit frater, & ſic agnatus Iacobi occiſoris, Franciſcus verò ſit filius, & ſic deſcendens; nàm licèt prima facie dictus
134 Bernardus videatur habere aperta iura feudalia pro ſe, quæ includant agnatum, & excludant deſcendentem pro quouis crimine, etiam non in Dominum ab aſcendente commiſſo, proùt eſt *text. in cap.1. §. ſi vaſallus culpam, ſi de feud. defunct. fuer. contr. inter dom. & agnat.* vbi *Andr. in princ. & in cap.1.ſi vaſallus feud.priu.* vbi *Andr.in princ.* & idem *Andr. in cap.ſi verò non in Dominum, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* vbi pro regula tradit, quòd in omnibus culpis, propter quas perdit feudum pater,
135 ſiuè ad Dominum redeat, ſiuè non, ſemper filius priuatur, & idem ſine aliqua exceptione voluit *Frecc.de ſubfeud. lib.2. authorit.29. num.13.* Tamen omnia dicta iura, & authoritates procedunt, quandò is, qui committit delictum, actu tenet, & poſsidet feudum, & ipſe eſt feudatarius, ſecùs autem ſi non actu poſsidet, ſed habet ſpem ſuccedendi, quia tunc patris delictum non præiudicat filio, & ſuccedit filius ex perſona propria, ac ſi pater nequaquàm fuiſſet in Mundo, ſeù fuiſſet mortuus; ità ſolidiſsimè fundaui in prioribus ſcriptis, & vltrà ibi citatos addo nunc *Bald.in c.1. §.hoc quoquè, nu.* mihi 20. *propè fin.verſ.tertio caſu, de ſucceſſ.feud. & in l.ſi quis inceſtiſ. in prima lectura, C.de inceſt.nupt. & in c.1.nu.4. verſ. ſecundò debet, ſi vaſall.feud.princ. Alex.ad Bart.in l.cùm ratio, §.fin. ff.de bon. damn. Afflict.* omninò videndum in *d.cap.1. §.hoc quoquè, nu.* mihi 25. *& ſeq. verſ.tertia concluſio, de ſucceſſ. feud. Gregor.Lopez in l.13.tit.7. p.6.in verb.del heredero, circa med. verſ. ex quo inferes ad maioriam, Aluarad. de conſect. ment. defunct.lib.2.c.2.§.1.n.25.*

Præterea eſtò millies, quòd eſſemus in caſu, in quo is, qui poſsidebat feudum, commiſit hoc parricidium, & ſic fingamus, quòd Iacobus parricida tempore commiſſi delicti poſsidebat hæc feuda, non propterea Bernardus vti frater Iacobi delinquentis poterit aſpirare ad ſucceſsionem horum feudorum; nàm quanquàm *text.in cap.1. §.ſi verò non ad Dominum, quæ ſit prima cauſ.benefic.amitt. & in cap.1.an ille, qui interf.frat.dom.ſui* ſimplicitèr vo-
136 cent ad feudi ſucceſsionem proximiorem agnatũ, & ſic frater ipſe videatur proximior, tamen hæc iura receperunt declarationem ab alijs iuribus ſimilitèr feudalibus, vt ſcilicèt hic agnatus non debeat eſſe proximior infrà quartum gradum, adeò quòd ſi eſſet in tertio, vel citeriori excludatur, proùt deſcendentes, ità ſunt manifeſta iura in *d.cap.1. §.ſi vaſallus culpam, ſi de feud.defunct.content.ſit inter dom. & agnat. & in cap.1.ſi vaſall.feud.priuet.* & quòd hæc ſit communis opinio *Doctorum* omnium citrà, & vltrà Montes, conſtat ex *Peregr.conſ.12. num.7. verſ. ſed contrà, vol.1.* vbi omnes conglutinat, & hanc ipſe vti veram, & communem amplectitur.

Et ſic Bernardus omni iure venit excludendus à tàm vana ſua prætenſione, quæ nec etiam poterit impedimentum aliquod præſtare, quin cauſa expediatur ad inſtantiam Franciſci contra Fiſcum, aut quin Franciſcus, & Fiſcus tranſigant inter ſe, ex quo ipſe Bernardus venit ad infringendum iura vtriuſq;
137 actoris ſcilicèt, & rei, quo caſu non impedit expeditionem cauſæ, vel tranſactionem, iuxtà terminos *l.is, à quo, ff.de rei vend. Præſ.de Franch.dec.261. Ioſeph Ludou.dec.Peruſ.26.*

Poſt hæc ſcripta innotuit, quòd qui fouent partes Bernardi totam vim conſtituunt in doctrina *Andr. in cap.1. §.præterea ſi vaſallus, num.10. verſ.in ſecunda quæſtione, qua ſit prima cauſ.benefic. amitt.* quam
138 dicunt eſſe deciſionem particularem ad excluſionem nepotis à feudo aui pro delicto commiſſo per patrem in vita aui, & ſic autumant, hanc eſſe deciſionem in terminis terminantibus: Sed parcant mihi aduerſarij, nàm in hoc toto cœlo errant, ſiquidèm illa doctrina *Andreæ* nihil commune habet cum caſu noſtro, vltrà ea, quæ replicata ſunt ad excluſionem Fiſci in primis allegationibus, ſiquidèm *Andr. in d.§.præterea ſi vaſallus* non loquitur, quandò filius vaſalli deliquit in alium, quàm in Dominum, ſed quandò deliquit immediatè in Dominum, vt ſunt aperta verba eius, tùm in propoſitione quæſtionis *num.9. in fin.verſ.ſed videamus*, vbi agit de filio, qui viuo patre commiſit felloniam, & ſic de delicto commiſſo in Dominum, tùm etiam in ſolutione quæſtionis *num.10. propè finem*, ibi, *vt filius delinquentis, & committentis felloniam in Dominum*, quo caſu non eſt mirum, ſi *Andr.* concludit, vt à ſucceſceſsione aui excludatur nedùm filius delinquens, ſed etiam filij delinquentis, & ſic nepotes aui; nàm hoc procedit ex diſpoſitione *text.in l.quiſquis, C.ad l.Iuliam Maieſtatis*, id ipſum confirmatur ex his, quæ ſubnectit *Andr.poſt n.11.* pro ratione ad confirmandum dictum ſuum, ibi, *lugubre eſſe Domino paſſo felloniam*

ſoniam ſeudum videre filio, vel nepoti eius, qui deliquit in eum, & ſic *Andr.* ſemper conſiderat delictum in Dominum commiſſum; non ſic quandò delictum eſt in agnatum, ſeù alium, quàm in Dominum, quia tunc ceſſat diſpoſitio *text. in d.l. quiſquis*, per quam inhabilitantur tàm delinquentes, quàm eorum deſcendentes.

Hinc idem *Andr. num.* 12. *verſ. ſed quid ſi pater* 139 formans quæſtionem ſimiliter de delicto commiſſo in Dominum, ſed ab eo, qui non habet deſcendentes, ſed collaterales tantùm, putà, fratrem, quia frater per delictum etiam in Dominum non inhabilitatur in perſona propria, ſed ſola perſona delinquentis fit inhabilis ad ſuccedendum in feudis, concludit, quòd moriente patre ſuperſtite primogenito, 140 qui deliquit in Dominum, & ſecundogenito, qui non deliquit, ſuccedit frater ſecundogenitus, quia primogenitus per delictum eſt factus inhabilis, & datur locus alij poſteà venienti, & ità dicit fuiſſe iudicatum, & cum *Andr.* tranſeunt reliqui *Doctores* ibi, & præſertim *Afflict. in gloſ. 3. quæſt. 2. num.* 24. Ergò eodem modo, quandò filius non deliquit in Dominum, ſed in alium, quia tunc ſola eius perſona inhabilitatur, non autem perſonæ ſuorum deſcendentium, moriente auo ad eius feuda non ſuccedit filius, qui eſt inhabilis, ſed eius deſcendentes habiles, adeò vt hæc *Andr.* deciſio retorqueatur contrà Bernardum.

Et ex his die 29. Martij 1610. facta relatione per Reg. Cam. Summar. in Collaterali Conſilio exiſtente Relatore Præſ. D. Didaco de Vera fuit iudicatum, quòd feuda diſſequeſtrentur in beneficium dicti Franciſci Iunioris, cui feuda prædicta reſtituantur vnà cum fructibus liquidandis, Actuar. eſt Franciſcus Salomon. Hanc ſententiam ſequutus fuit Senatus Mediolan. teſte *Mart. conſ.* 147. addo nunc *Fulvium Lanarium* Regij Patrimonij Fiſci patronum meritiſſimum in *addit. ad Reg. Lanarium in repetit. feud. f.* 582. *n.* 14 *& ſeq.* licèt nic tacito.

De Bruchis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Bruchi, & locuſtæ præter remedia hic relata poſſunt expelli per excommunicationem ſecundùm aliquos, qui ponunt formam, & proceſſum ſuper eo.*
Sed horum grauis lapſus refellitur.
2 .... *Connumerantur inter caſus fortuitos.*

HAuendo hauuta relatione, &c.

Hæc pragmatica continet plura remedia inuenta ad extirpandos bruchos, & locuſtas, & in his ſumptibus debent contribuere Vniuerſitates, proùt maiora beneficia ſentiunt, *Bonadill. lib. 5. cap. 4. num.* 41. & quid de Clericis? *Idem lib. 2. cap.* 18. *n.* 292. & *Villadiego Politica cap.* 5. §. 20. antè *num.* 126. *ad* 139. affirmant.

1 Sed vltrà hæc remedia an ſint alia expellendi huiuſmodi animalia? ego inuenio *Caſſan. in conſ.* 1. *per tot.* vbi ait, quòd poſſunt expelli per excommunicationem, & ibi longa ſerie tradit formam iudicij, & ordinem proceſſus ſuper huiuſmodi excommunicatione, ſed tu, vt cognoſcas, quàm maximum figmentum ſit hoc, & quam grauiſſimè errauerit *Caſſan.* & alij ab ipſo citati, vide doctiſſimũ, & piiſſimum *Nauarr. in Manuali confeſſ. cap.* 17. *num.* 13. *propè fin. verſ. quarè ſuperſtitionis, & in conſ.* 52. *lit. de ſentent. excommunic. lib.* 5. *Martin. Delrio diſquiſ. Magic. lib.* 5. *part.* 2. *quæſt.* 4. *ſection.* 3. quicquid pro tali obſeruantia nouiſſimè cumulauerit *Schenard. conſ.* 29. *lib.* 2. Addo *Riccium reſol.* 408. inter caſus fortuitos ponunt *Magon. deciſ. Florent.* 67. *Menoch. remed.* 12. *recup. poſſ. n.* 36. *cum ſeq.* vbi refert, maximam cladem ab eis illatam in anno 1562.

ADDITIO.

A HOS omnes allegat Illuſtr. *Io. Franciſcus de Leone in Theſaur. for. Eccleſ. part.* 4. *cap.* 3. *de locuſt. & bruch.* vbi optimis, adæquatiſq; rationibus tenet opinionem negatiuã contra *Caſſan.* quem fortiter refellit, docetq; veram praxim, & piam methodũ animalia prædicta expellendi, quæ cùm ſint data a Deo in maledictionem propter peccata Populi, & tranſgreſſionem præceptorum Diuinæ legis, vt legitur, præſertim in *Deuteronom. cap.* 28. ibi *Quòd ſi audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias, & facias omnia mandata eius. Venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ; Maledictus eris in Ciuitate, Maledictus in agro, Maledictum horreum tuum*, & poſt multas alias maledictiones ſequitur. *Sementem inutiliter iacies in terram, & modicum congregabis, quia locuſtæ deuorabunt omnia*. Optimum, & certiſſimum remedium erit, Dei iram, (quæ verba, ſub alis animalia iſta, ſcripta habere circumfertur) placare, obſeruando Diuina præcepta cum peccatorum deteſtatione, & abominatione, ad prædictorum, & ſimilium animalium infeſtorum exterminationem, & ad Dei benedictionem obtinendam. Eſt etenim excommunicatio gladius Eccleſiaſticæ diſciplinæ, qui magna cum circunſpectione exercendus eſt, & non temerè, aut leuibus ex cauſis, in perſonas præſertim, humò magis in bruta, rationis vſu carentia, quæ magis contemnerent, quàm formidarent, vt habetur in *Sanctoſanct. Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reformat.*
Io. Laganar.

De Carcerarijs, ſeù Commentarienſibus, Carceribus, & Captiuis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Carcerarij quomodò in eorum officio delinquãs, & plura ad huius rubricæ materiam, remiſſimè.*
2 *Carcerarius poteſt cõmittere cuſtodiam carceris abſq; Iudicis conſenſu.*
..... *Qualitèr teneatur de culpa, & defectibus ſubſtituti.*

1 PRO intelligentia huius rubricæ vide *Auiles in cap.* 18. *Prætor. in gloſ. carcel per tot.* vbi plura tradit de carceribus, & carceratijs, & quomodò carcerarij delinquant in eorum officio, *Farinac. in præct. crim. q.* 27. *vſq; ad* 35. *per tot.*
2 Notabis tamen diligentèr, quòd Carcerarius poA teſt committere, & ſubdelegare cuſtodiam carceris abſq; conſenſu Iudicis, vt voluit *gloſ. in Item. 1.* §. *ſanè in fin.* per illum *text. in verb. ſubdelegare, de hæret.* & hoc caſu qualitèr teneatur de culpa, & defectibus ſubſtituti, & an exhibendo illum liberetur, *Maſtrill. dec.* 276. dicit, quòd quandò ſubſtitutus eſt notus alijs, & pro fido habitus, ac expertiſſimus in officio non tenetur, aliàs exhibendo non liberatus.

ADDI-

ADDITIO.

A CArcerarius, seù Commentariensis, vel Castellanus, eiusq; Locumtenens, & substitutus quomodò teneatur, si carceratus sine fractura carceris aufugiat. An possit torqueri ad indicandum modum fugæ. An si substitutus, vel carceratorum custodiæ præpositus sit persona habilis, & idonea, teneatur substituens. Quid si substitutus, & præpositus nullam culpam, nullumue dolum admiserit. An culpa in eo præsumatur, sitq; ab ipso probanda diligentia, & multa alia ad hanc materiã pertinentia docet *D.Reg.Sanfel.dec.46. per tot. D.Reg. Marchio Torelli dec.76. D.Reg.Dux Rhegina fiscal.respons.1.n.87.88. 89.& 90.Boer.dec.216.& 217.Mauson.de caus.exequ. ampl.25.* in qua tractat de carcerato pro debito aufugiente, an Custos teneatur ad debiti solutionem, & *Polyd.Ripa de noctur.temp.c.74.& 75.*

Carceratus verò frangens carceres M. C. V. cum conspiratione, vel sine, non tamen sequuta fuga, quia fortè euadere non potuit, qua pœna teneatur, tractat idem *D.Reg.Sanfelic.dec.47. & Boer.dec.215.nu.22. D.de Thor. in Compend. dec. in verb.carcerati conspirantes, tom.2.& tom.1. in verb. carcerati pro furtis,* & quid in frangente carceres aliarum Curiarum inferiorum Iudicum, *D.Reg.Marchio Torelli d.dec.76.* qui etiam in *dec.72.* tractat, an carcerato debitore pro debito dicatur facta executio, & extrahens carceratum à manibus familiæ, & seruientium Curiæ quomodò, & qua pœna teneatur, vel eximens se ipsum, idem *D.Reg Marchio Torelli d.decis.76.* post *Bar.in tract.de carcere.n.18.*

Et multa tandèm de Carceribus, Carceratis, & eorum Custodibus videre potes apud supradictos Dominos *Regent. in dd.locis,* & per *DD.Bart. in tract. de carcer. Sebast.Guazzin.ad defens.reorum, defens.6. circà privil.carcer.* & per *Aluar.de Velasq. de privil. miserab. person. quæst.12. Mauson.de caus.exequut. ampliat.25.& 26. Ripa de noctum. temp.cap.74.& 75. Grammat.vot.crimin.29. Thesaur.dec.77. Peguer. decis.Cathal.1.Capibl.super pragm.3.& 19.& tom.2. cap.* præsertim *93.& 94. de Baron.* & per *Tiber. Decian.in tract.crim.lib.7.tit.de privat.carcer.tom.2.* qui infinitos casus, totamq; Carcerum, Carceratorum, eorumq; Custodum, & substitutorum materiam pertractant, prætèr alios, quos ipsi allegant, nè ego sim ipsorum transcriptor. *Io. Laganar.*

De Carcerarijs, &c. Pragm.V.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista vndè desumpta.*

ANoi è stato,&c. Carceratis pauperibus dentur quolibet die vnciæ viginti quatuor panis pro eorum victu. H. D.

1 Sumpta est hæc Pragmatica ex *l.Iudices, C. de Episc.audien.* T■ vide *Bouadill.lib.3.cap.15.n.63.* ad
A eius declarationem vide quoq; *Mauson.de caus.exequut.limit.12.*

ADDITIO.

A OPtima, sanctaq; fuit hæc sanctio, nihil portò sanctius est, quàm miseris fame pereuntibus subuenire; est enim fames malorum pessima, teste *Homero in Odissea*, quem è græco in latinum sic vertit *Tiraquell.in tractat. de retract. lignag. 9.26.glos.1. num.24.*

Omnes quidèm terribiles mortes miseris mortalibus.

Fame autèm miserrimum mori.

Et *Decian.in tract.crim.lib.7.cap.22.de fraudan.aut oneran.anhon.n.1.*

Dura quidèm miseris mors est mortalibus omnis
At perisse fame res vna miserrima longè est.

Quo loci *Tiraquell.* relata Eurifichitonis, & Famistabula ab *Ouidio lib.8.metamorph.* eleganti versu descripta, multa crudelis famis recollegit epitheta infinitaquè, tùm sacrorum, tùm prophanorum adducit testimonia, & traditiones, ex quibus sanè dignoscitur, quanta dira fames æuo operata sit mala.

Illud verò inter cetera fas sit commemorari, famis necessitatem multa habere specialia, præsertim quatuor.

Primum est, quòd si quis propter magnam necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vel vestem, excusatur à furto, *cap.si quis.de furt.* vbi *glos. Abbas*, & *Doctores* omnes, probatur in *can. discipulos, de consecrat. distinct.5.* vbi etiam *glos.* notabilis, & tradunt *Nauarr.in 7.præcept. Decalogi cap.17.sub numer.4. versic.Quartò excusat etiam à veniali.* Nec tenetur confiteri, nec aliquam agere pœnitentiam, si maxima fuit necessitas, *Abbas in dict.cap.si quis, numer.2.& 3.* Id, quod ampliat procedere, etiam in foro contentioso, vt non possit per Iudicem puniri is, qui propter maximam necessitatem aliquid subtraxerit, vt *numer.6.* benè etiam *Surd. de aliment.tit.1.quæst.76. num.12.* qui dicit, etiam milites, quibus stipendia non persoluuntur excusari à deprædatione pro victu quærendo, cùm nulla maior sit necessitas, quàm famis, ex *Tiraquelli* doctrina in *tract. de panis temper. caus.33. in fine.* Sunt enim necessitatis tempore omnia communia, prout tradunt *DD. in l.plebiscit. ff.de offic. Præsid.* & notauit *Dom.Afflict.in Constitution. Si quando, & glos.in can.pasce fame morientem 86.distinction.* In tantùm quòd Dominus noster Iesus Christus, cui sit semper honor, & gloria, innocentes vocauerit Discipulos, qui fame oppressi, vt reficillarentur, spicas ex alieno agro collegerant, *dict. can. discipulos.* Spicas item in veteri testamento frangere, & manu conterere fas erat, non autem falcem apponere in segetem proximi, vt in *Deuteron. cap.23.in fin.*

Hinc inferunt Doctores, posse pauperes implorare officium Iudicis contra diuites, vt ipsis eleemosynam præbeant. *d.can.pasce fame morientem. quia si non pascis, necas 86.distinction.* & peccat diues, si non subuenit, data necessitate, *Abbas in dict. cap.si quis, numer.7. Sylvest.in summa, in verb.eleemosyna, numer.9. Nauarr.de reddit.Eccles.part.2.mont.6. Anfrer.in clement.1. de offic. Ordinar. in tit. de potestat. Eccles. super laicis, numer.3. Palaz. Rauios in repetit. cap.per vestras. §.3.propter necessitatem, num.2.& 3. de donation.inter virum, & vxorem, & Couarr.var. resol.lib.3.c.14.n.5.* Quamuis eleemosyna extrà casum necessitatis sit de consilio, non autèm de necessitate.

Abb. in cap. ſi verò num. 6. de iur. iurand. & in *cap. 1. de emption. & vendit. Nauarr. in manual. confeſſ. cap. 24. num. 5.* & probatur authoritate *Pauli Apoſtoli ad Corinth. 2. c. 8.* cuius ſunt verba. *Non imperans hoc dico, ſed conſilium do, vt abundantia veſtra illorum ſuppleat inopiam;* & aperтiora ſunt verba Domini Ieſu in *Euangelio Marci cap. 14. Semper enim pauperes habebitis vobiſcum, & cum volueritis, poteſtis illis benefacere.* Verbum enim illud *volueritis* denotat actũ liberæ voluntatis, *l. apud Auſidium 20. ff. de option. legat.*

An autẽm extrà caſum extremæ, vel minoris neceſſitatis teneatur dives de ſuperfluo, quod habet prẽter naturę ſtatus, ac dignitatis neceſſitatem eleemoſynam dare, vide *Conarr.* prætèr alios relatos in *d. c. 14. var. reſol. lib. 3.*

Excuſatur ergò pauper, qui fame oppreſſus tantum furatur, quantum ad eius victum, vitamq; ſubſtentandam neceſſe habet. Hoc tamen intelligi debet ciuili modo, & cum debitis circumſtantijs, vt ſcilicèt tantum ſurripere liceat, quantum ad victum pro vno, vel altero die neceſſe eſt, non autem, vt continuò poſſit otioſus permanere, ſibi ex furto victum parando. Opus eſt item, quòd alium modum non habeat ad dictam famem pellendam, quia ſi aliundè poteſt eius neceſſitati ſubuenire, habetq; modum viuendi, non dicitur pauper, & eſſe in neceſſitate, per ea, quæ notat *Surd. de aliment. lib. 7. queſt. 37. à num. 1. cum ſeq.*

Secundum eſt, quòd propter famis neceſſitatem conceditur patri filium diſtrahendi licentia, vulgata *l. 2. C. de patrib. qui fili. diſtraxer.* vbi *gloſ. & DD.* latè *Tiraquell.* in relato §. 26. *gloſ. 1. num. 16. cum ſequent. Conarr. in d. cap. 14. var. reſol. lib. 3. num. 4.* & ſatis elegantèr Dom. *Philipp. Paſchalis* Aduocatus olim Primarius, Regius deindè Conſiliarius integerrimus, cuius veſtigia pari cum laude ſequuntur DD. Franciſcus, & Bartholomęus filij, ille nunc in Citerioris Calabriæ Prouncia Regius Auditor, hic verò Principem agens Aduocatum, dignißimam Patris Togam, quàm primùm erit aſſequuturus, Dominus ergò *Paſchal. in tract. de virib. patr. poteſt. part. 1. cap. 1. num. 6. & ſeqq.* ſupradictam concluſionem optimè firmat, cum nonnullis ampliationibus, & limitationibus poſt *Afflict.* in relata *Conſt. Si quando.*

Tertium eſt, quòd famis, & caritatis tempore cogitur quis rem ſuam vendere ad victum neceſſariũ, vtputà triticum, vel vinum. *Conarr. in d. cap. 14. n. 3.* alios congerũt *D. de Franch. dec. 9. & Capiblanc. tom. 2. cap. 3. n. 1. & 3. de Baron.* contrà *text. in l. imitus 11. & in l. audiam 14. C. de contrahend. emption. & in l. nec emere 16. C. de iur. deliber.* & retigimus ſuprà in *pragm. 1. de Baron.* Immò non ſolùm poteſt quis penuriæ tempore cogi ad vendendum pretio communi, ſed etiam taxato, & viliori, vt per *D. de Franch. d. deciſ. 9. & D. Capiblanc. d. cap. 3. tom. 2.* & ſecundùm aliquos Doctores nedùm laicorum, ſed etiam Eccleſiarum, ac Clericorum frumenta ſubiacent taxæ generali à Principe, vel Vniuerſitate indictæ, vt probat, & iudicatum refert *D. de Franch. d. dec. 9.* ſed alij ſunt in contraria ſententia.

Et quartum denique eſt ſpeciale (cæteris omißis) quia carcerato inopi tenetur ille, qui eum in carcerem conijci fecit, alimenta ſubminiſtrare, prout optimè, latèq; probat *Gabriel Aluar. de Velazq. in tract. de privileg. pauper. & miſer. perſon. part. 1. queſt. 39. à num. 6. cum ſeq.* vel ſit carceratus pro delicto, & cauſa criminali, vel pro debito, & cauſa ciuili, idem *Aluar. ibidem num. 41.* & comprobat *in queſt. 11. tom. 3.* quibus in locis tàm doctè, elegantèr, ac copioſè rem hanc, totamq; materiam expendit, vt nihil addi, nihilq; conſiderari poſsit, & verè inſignis ille Doctor omni laude eſſet dignus, niſi in obiurgando *D. Ioanne Maria Nouario* Ianuenſi, noſtroq; conciue, ſine ratione modeſtiæ fines exceſsiſſet in *proœm. tract. de privileg. miſer. perſon. num. 12. & in quæſt. 3. num. 45.* & iterùm in *quæſt. 18. num. 14. in eod. tract.* Ac niſi ſibi ipſi deceſſiſſet in non honorando, & allegando *Dominum Regentem* in nullis, quæ conſcripſit operibus, tametſi à *D. Regent.* ſcripta, vel multa ipſe *D. de Velazq.* excerpſit, vel eo tacito nobis redixit. At ſunt hominum mores, patientèr feramus, oportet, ſatiſq; ſit laudari ab aliquibus, etſi non ab omnibus.

Debent ergò carcerato inopi alimenta nedùm, verùm etiam litis expenſæ ſubminiſtrari, iuxtà DD. placita, quos adducit *D. Velazq. loc.* ſuprà citatis, qui tamen id tradunt ex iure communi. Nos verò, quicquid ſit de iure communi, in hoc Regno habemus obſeruantiam Mag. Cur. Vicar. vt pauperibus carceratis pro delictis, & cauſis criminalibus dentur quolibet die vnciæ viginti quatuor panis pro eorum victu à Fiſco, iuxtà hanc *pragmat.* Carceratis verò ciuilibus, & pro debito prouidetur per Magn. Cur. quòd dentur alimenta tantùm per creditores arbitrio ipſius Mag. Cur. de qua praxi teſtatur idem *D. Aluar. de Velazq. in d. queſt. 39. num. 36.* ex relatione *Lucæ Matthæi Apicell. in tract. pauper. tit. 4. de ceſſion. bonor. 2. num. 48.* & de vtroque teſtatur *D. de Thoro in Compend. deciſ. part. 2. in verb. carceratus pro debito ciuili, & in par. 1.* eiuſdem *Compend. in verb. carcerati quamuis ſe ipſos alere debeant.*

Circà verò alimenta, litiſq; expenſas, quæ in iudicio Vniuerſali (ſeù etiam particulari, datâ tamẽ paupertate, vt placet, bene) fundat idem *Dom. Gabriel Aluar. de Velazq.* in placitata *quæſt. 39. de privileg. pauper. part. 1. (ſub num. 47.)* à collitigatore debentur multis perſonis, præſertim debitori ſequeſtrum paſſo de fructibus bonorum ſequeſtratorum, Monacho à Monaſterio expulſo, ac vxori cum marito litem gerenti, prætèr ea, quæ ingenioſiſsimè, ac doctiſsimè idem *Dominus Gabriel* in ſupracitata *quæſt. 39. à num.* præſertim 8. *cum ſeq.* ſcripſit elegantiſsimè *D. Regens*, tempore, quo Aduocati munere fungebatur in cauſa D. Briannæ Sanchez de Luna cum Illuſt. Marchione Gruptulæ in Banca de Fœlice ſuper ſolutione ejus dotium, ac cuiuſdam legati ducatorum 30. mil. In qua cauſa illum etiam tractauit articulum, an hęres teneatur cauere de legato præſtando ad inſtantiam legatarij, ideò eius ſcripta huc adnectere operæpretium duxi. *Io. Laganar.*

Sit nomen nomen Domini benedictum.

DVO iudicia propoſuit Donna Brianna Sanchez de Luna contra Marchionem Gruptulæ, vti hæredem vniuerſalem in feudalibus quondam Marchionis ſenioris, Alterum vniuerſale ſuper ſolutione ſuarum dotium conſiſtentium in duc. 10. mil. capitalis, & alijs duc. . . . . terrtiarum decurſarum. Alterum verò particulare ſuper ſolutione ducatorum 30. mil. pro legato ſibi facto ab eodem Marchione patre; & in quo fuit expreſsè grauatus idem hæres in feudalibus. Inſtat modò D. Brianna actrix reſpectu iudicij dotium, quod eſt vniuerſale, prouideri ſibi de aliqua quantitate pro alimentis; & expenſis litium, quam offert excomputare in cauſam declarandam per Sacrum Conſilium. Reſpectu verò lega-

ti,

ri,quod eſt iudicium particulare inſtat, per conuentum,qui vacat ſolùm dilationibus, præſtari ſibi cauſionem de ſoluendo ſortem,vnà cum intereſſe,& hoc tàm reſpectu dictorum ducat. 30000. quàm etiam reſpectu dotium, pro quibus habet etiam legatum in eodem teſtamento,& idem Marchio eſt grauatus in ſpecie ad vtramq; quantitatem.

Fundat ſuam intentionem D.Brianna quòad petita alimenta,quia iudicium dotis eſt vniuerſale,per *text.in l.quod dicitur, ff.de impenſ.in reb.dot.alib.facł.* & ſucceſsiuè ex natura iudicij vniuerſalis lite pendente actori debentur alimenta, ex regula *l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo.ff.de inoff.teſtam.*

Quòd verò ad petitam cautionem fundat ſe in *l.1. & tot.tit.ff.vt leg.ſeù fideic.nom.caueat.& in l.1.C.vt in poſſeſſ.legat.*

Pars aduerſa quòad alimenta negat,deberi,quantùmuis eſſet iudiciũ vniuerſale, quia requiritur etiã paupertas in actore,quæ paupertas non concurrit in dicta D.Brianna,quæ habet vndè aliundè viuat.

Quòd verò ad cautionem dicit, non teneri, quia extat, & ſemper extabit Terra Gruptulæ, quam ſolam ipſe poſsidet vti hæres, & ad aliud non tenetur, cùm ſit hæres cum beneficio legis,& inuentarij.

At ego partes D.Briannæ tuendo cenſeo,in vtroq; capite eſſe iudicandum in fauorem actricis, & quòad primum ſcilicèt reſpectu alimentorum, quòd ea omninò debeantur.

Primum dico,quòd non eſt verum ità ſimpliciter, quòd non ſit pauper,& habeat vndè viuat aliundè, nã licèt poſsideat ipſa D.Brianna aliquos introitus, tamen habita conſideratione ad eius qualitatem,ad ſumptus neceſſarios pro alendo ſe, & familiam iuxtà eius conditionem,ad temporum conditionem, & difficillimam eorum exactionem, nemini dubiũ eſt, quòd vix ei ſufficiunt ad ſuppeditandum neceſſaria pro tertia parte anni, & ideò iuſtè allegat ſe paupertem, proùt talem quilibet Iudex arbitrari debet, cùm hęc qualitas paupertatis arbitrio Iudicis remittatur,*laſ.in auth.præterea,nu.27. C.vnd.vir, & vxor, Dec.conſ.163.n.6.Marchiſell.q.26.n.9.*

Secundum dico,quòd dato,& non conceſſo, & nõ ſit pauper,ſed ſit diues, adhùc alimenta ſibi debentur, nàm hæc alimenta duplici ex cauſa debentur, ſcilicèt propter inopiam, & pro ſubleuandis expenſis,& ſumptibus, qui fiunt in proſequendo litem,& licèt ceſſet vna ratio,ſcilicèt inopiæ,remanet alia expenſarum,& ſumptuum neceſſariò erogandorum,& ità tenet in ſpecie *Rebuff. in Conſtit. Gall. tit.de ſent. proviſion.art.1.glo.2.nu.6.& 23.* qui propterea atteſtatur,Senatum Pariſienſem etiam diuiti alimenta decernere. Quod indè comprobari facillimè poteſt, ſiquidèm tunc in decernendis alimentis conſiderantur paupertas, ſeù inopia, quandò ſcilicèt petuntur officio Iudicis,proùt in alimentis debitis filio à patre,*l.ſi quis à liberis,§.1.verſ.ſed ſi filius,ff.de lib.agnoſc.Bart.in l.libertus,quas,§.1.ff de alim.& cibar. legat. DD.in l.de alimentis, C.de tranſact.* at ſecùs eſt, quandò alimenta debentur ex natura iudicij vniuerſalis, proùt eſt caſus noſter, quia tũc debentur iure actionis,nempè condictione ex lege,ex diſpoſitione *text. in d.l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo. ff.de inoff teſtament.* in quo quidèm *text.* dùm conſideratur inopia actoris, non conſideratur vti cauſa prima, & immediata, ſed vti cauſa remota, ſtante illa dictione, *propter*, quæ denotat cauſam remotam, & non finalem, *l.ſi propter,C.de compenſ.Bar.& Bald.in l.3.C.ſi ſerv.ext. Bald.in Lex arrhali.nu.4.C.de action.empt.* Quòd autem quandò aliquid debetur cõdictione ex lege, dicatur deberi iure actionis, conſtat liquidiſſimè ex traditis per *Præſ.de Franch.dec.21.* & quòd quando alimenta debentur iure actionis, etiam diuiti debeantur, *Affl.dec.10. propè fin.* & ſic omni iure eſt facienda prouiſio alimentorum D.Briannæ in hoc primo capite.

Quòd verò ad ſecundum caput cautionis præſtandæ pro vtroq; legato, iura prædallegata ſunt adeò certa, & indubitata,vt nulli dubitationi locus relinquatur, & ponderetur,quæſo, *text.in l.1.C.vt in poſſeſſ.legat.* quia in eo expreſsè ſtatuitur, hanc cautionem eſſe præſtandam, ità vt Iudex non debeat cognoſcere, vtrum legatum debeatur, nec nè, ſed tantùm,vt ſatisfetur; Nec iuuat dicere,quòd extat Terra Gruptulæ, nàm non propterea euitatur hæc cautio, quæ neminem excuſat, cuiuſcunq; dignitatis, & quantumcunq; facultatum locuples ſit,*l.1.in princ.§. ſemper,ff.vt legat.ſeù fid.nom.caueat.* aliàs enim eſſet admittere hæredem ſub iuratoria cautione, quod omninò prohibetur, vt per *Ioſeph.Ludon.deciſ.Peruſ. 63.* Nec etiam excuſatur,quòd ſit hæres cũ beneficio legis,& inuentarij, nàm hoc efficit,vt non teneatur de proprio,non autem, vt non teneatur, quatènus vires hereditariæ ſufficiant, iuxtà *text.in l.fin.C.de iur.deliber.*& propterea tenetur præſtare cautionem de ſoluendo legata pro viribus hæreditarijs.

Scipio Rouitus.

De Cauſis decidendis, Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Præſidis Sacri Conſilij prærogatiua, quam prius habebat, vt ſententia proferretur pro ea parte, in quam ipſe inclinabat, fuit conceſſa* Papiniano Iureconſulto, *& illam retinet Præſes Senatus Pedemontani.*

2 *Præſes Sacri Conſilij poteſt prouidere de Adiunctis, quandò ipſe in votando non interuenit,alioquin Prorex de Adiunctis prouidebit, idq; intelligitur in diffinitiuis, nõ autem interloquutorijs,in quibus ſemper Præſes prouidet de Adiuncto.*

3 *Votorum paritate data in Regia Camera Summariæ non profertur ſententia pro ea parte,in quam inclinat Locumtenens, nec dantur Adiuncti, ſed fertur pro reo, & ratio diuerſitatis inter vtrumque Tribunal affertur.*

4 *Officiales omnes in principio cuiuſlibet anni tenentur præſtare iuramentum de ſilentio tenendo, & ſecreto ſeruando.*

5 *Iuramentum hoc ab Officialibus præſtitum comprehendit omnimodum ſecretum, ità vt nec etiam vni tantùm publicari valeat.*

LA più principal coſa, &c.

Hæc Pragmatica continet formam obſeruandam
1 à Iudicibus Tribunalium Collegiatorum in votandis,& decidendis cauſis,& dùm in *§.fin.* ipſius Pragmaticæ auſertur Præſidi Sacri Conſilij prærogatiua, quam per prius habebat, vt ſtantibus votis æqualibus ſententia promulgaretur pro ea parte, pro qua votum Præſidis inclinabat; nota, quòd hæc eadem prærogatiua fuit conceſſa *Papiniano Iureconſulto,*teſte *M.A.Surgente de Neapoli illuſtrata cap.25.*

cap.25.n.18. verſ.quam prærogatiuam. & nunc illam retinet Præſes Sepulueda Peccionenſi, teſte *Theſaur. dec.1.num.5.* & probatur de iure per *text.in l.Spurij, §. Priuilegijs, ff.de decur.*

2 Et quia in Pragmatica diſponitur, quòd ſublata hac prærheminentia Præſidis in caſu paritatis votorum fiat relatio Proregi, vt poſſit prouidere de Adiunctis, aduerte, quòd hoc procedit, quandò ipſe Præſes interuenit in votando, ſed quandò ipſe non interuenit, non opus eſt recurrere ad Proregem, ſed ipſe Præſes addit Adiunctos, quos voluerit, teſte *Præſ.de Franch.dec.252. num.6.* vbi etiam declarat, hoc procedere in diſtributiuis, ſecùs verò in incidentibus, in quibus ſemper Præſes ipſe addit vnum.

3 Sed hoc non procedit in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, in quo dicta paritate votorum, ſententia nec profertur pro ea parte, in quam inclinat votum Locumtenentis, qui eſt caput illius Tribunalis, nec dantur Adiuncti, ſed profertur pro reo, iuxtà terminos *Lauter. pares, ff. de re iud.* prout atteſtatur idem *Præſ.de Franch.d.dec.* 252. Ratio autem huius differentiæ inter præfata Tribunalia, licèt non inuenerim ab aliquo tacitam, ea eſt, iudicio meo, quæ colligitur ex *glo. in l.4. C.quan. prouoc. non eſt neceſſ.* & ex *Couarr.lib.1.variar.reſolut. cap.2. poſt num.6. verſ.tertiò*; inquiùm Regij Conſiliarij, dicuntur Iudices delegati, ſed Præſidentes Regiæ Cameræ ſunt Iudices ordinarij, vt ait *Caruall. ſuper ritu M.C.Victoriæ* 161. *num.28.* contrarium defendit *D.Carleual.* omni virtutum genere ornatiſſimus *de iudic.tit.1.diſput.2.q.8.ſect.4.n.1153.*

Dùm in *§.item ſi bene* inimgitur, nè tacitè, vel expreſsè vota quo nodòlibet propalentur alteri, quàm Proregi, adecretè, quòd per Comitem Mirandæ fuit ſtatutum, vt in principio cuiuslibet anni Officiales omnes præſentem iuramentum de ſilentio tenendo, & ſecreto ſeruando, vt in *Pragm.10. n.7. infrà de ſuſpitionibus.* Ad cuius iuramenti propriam, & genuinam 5 interpretationem ait, comprehendi commodum ſecretum, ità vt nec etiam vni tantùm publicari poſſit, *Mart.Inual. conſ.24. num.23. & in conſ.ſeq. Cranett. conſ.725.* Addo ad materiam ſecreti conſeruandi *Mutam in cap.Reg.Iacob.63. tom.1.*

De Cenſibus. Rubrica.

CEnſus, Reditus, Penſio, Canon, Tributum, & Collecta quid differant inter ſe, & vnde denominentur, docet *Parlad.differ.quotid.74.*

ADDITIO.

DE multiplici cenſus acceptione, ac ſignificatu latè tractant *Koller.in praxi conſul.in ver.iuris moderandi, cap.1. num.1. & 2. Auendan.in eod.tract. de cenſ.cap.1.per totum. Felic.de Solis in proœmio à nu. 3. & Fontanell.* qui alios citat in *tract.de pact.nuptial. claus.4.glo.18.part.1.num.1.tom.1.* & *Roderic.de ann. reddit.lib.2.queſt.22.num.1. cum ſeq.* tres præcipuè conſtituit cenſus ſpecies. Reſeruatiuum ſcilicet, conſignatiuum, & emphyteuticum, quam diuiſionem comprobat etiam *Auendan.in d.tract.cap.n.28.29. & 30.*

Et dicitur cenſus reſeruatiuus, cùm rem meam in alium transfero, reſeruato mihi certo reditu annuo percipiendo. Quod duplici modo contingit. Altero, & propriè, cùm omne rei dominium directum ſcilicet, & vtile in accipientem transfertur, & transferens ſolùm ius percipiendi penſionem, ſiue reditum annuum ſibi reſeruat, prout egregiè declarat *Menoch. de præſumpt.lib.3. præſumpt.107. num.4. & 5.* & ſequitur *Fontanell. d.claus.4. glo.18.part.1.ſub num.4.* Altero verò ſit, cum non omne dominium in accipientem tranfertur, ſed tantùm vtile, remanente directo penes concedentem cum iure percipiendi penſionem in pecunia, vel fructibus annis ſingulis, & tunc dicitur cenſus, ſeù reditus emphyteuticus, vt per *Roderic. & Fontanell. in locis* ſupra citatis.

Reditus verò, ſeu cenſus conſignatiuus tunc dicitur, quandò aliquis, aliqua recepta quantitate vendit, imponit, aut conſtituit, & conſignat ſuper bonis ſuis annuam penſionem, ſeù cenſum, in pecunia, vel fructibus exigendam, ità *Menoch. dict.præſumpt. 107.lib.3.num.6.* ex *Crauett. Bouio, Foller. Soto*, & aliis, quos allegat *Roder.d.queſt.22.num.3. & 4.* & *Fontanell.* ſatis benè in *d.glo.18.part.1.num.10.tom.1.* & duplicem iſtam cenſus diuiſionem in reſeruatiuum, & conſignatiuum tradit etiam *Cenc.de cenſib.part.1. cap.1. queſt.1. art.1. num.4.* & de hac vltima cenſus ſpecie, ſcilicèt conſignatiuo loquitur hæc *pragmatica Regis Alphonſi.*

Diuiditur etiam cenſus in perſonalem, & realem. Perſonalis eſt, quando in perſonam conſtituitur, *Fontan.d.claus.4.glo.18.part.2.num.46. & Cenc.part. 1.cap.3.art.6.num.1. & ſeq.* Realis verò dicitur, quandò ſuper aliqua re immobili imponitur, vt ex ea debeatur, ità docet authoritate multorum *Dom.Regens Tapia Marchio Belmontis*, vir ſanè doctiſsimus, & integerrimus in *dec.5.C.25.n.9.*

Hic autèm perſonalis cenſus an ſit validus, poſsitque in ſola venditoris perſona conſtitui, vel fœneratitius, & illicitus ſit iudicandus, vide *Cencium d.part. 1.queſt.1.art.6.a num.1. cum ſeq.* qui fundat, cenſum perſonalem omninò inualidum, & fœneratitium eſſe, ea potiſsimùm ratione, quia dùm cenſus iſte ſuper perſona tantùm venditoris imponitur, fit contra *Bullam Pij V.*, quæ multa in cenſu creando præſcribit, præſertim vt fiat ſuper certa re immobili, aut quæ pro immobili habetur, ſitq; frugifera, certiſquè finibus, & limitibus deſignata, *Felician.de cenſibus cap.9.lib.1.num.8.* Id, quod vindicabit etiam ſibi locum, ſi imponeretur ſuper perſona, alioquin vtili, & frugifera, vtputà ſuper perſona, quæ artem aliquam, ſcientiam, ſiuè induſtriam haberet, aut vires ad aliquem laborem, vel obſequium, ex quo lucra compararet, aut ſi eſſet impoſitus ſuper perſona ſerui, qui fructus parit operando, vt in *§.conſtituatur, Inſtit. de vſufruct. & in §.de iis, Inſtit.per quas perſ.nob.acquir.* Nàm ad licitè fundandum cenſum, non eſt ſatis, vt res, ſuper qua imponitur cenſus, ſit ex accidenti, & extrinſecè frugifera, ſed neceſſe eſt, vt ſit apta fructum ferre, ſecundùm propriam, & intrinſecam naturam, ità ratiocinatur *Cenc.d.part.1.c.3.q.1.art.6.n. 11.12. & ſeq.* ſubditq; alias rationes ad fundandum cenſum minimè poſſe in perſonam conſtitui, liber, vel ſeruus ſit homo, in cuius perſonam cenſus imponitur, nàm omninò neceſſe eſt, vt imponatur ſuper re immobili, aut quæ pro immobili habeatur ſit frugifera, & certis finibus deſignetur, iuxtà *Pij V. Conſtitutionem.* At quoniam quamplurimis in locis Chriſtianæ Reipublicæ ambigitur, an hæc *Pij V. Conſtitutio* fuerit recepta, ac Populorum vſu probata (de quo mox infrà tractabimus) ſuperſedendum hac in re parumpèr puto.

Realis autem cenſus ſuper re aliqua ab vno debitus, an re inter plures hæredes diuiſa, diuidi quoq; poſsit inter eos cenſus, ità vt rata tantùm poſsit ab vnoquoq; exigi, nec poſsit quiſq; in ſolidum conueniri, circumſcripto pacto communitèr apponi ſolito

in

in inſtrumento, quòd cenſus non poſſit à debitore, vel eius hæredibus diuidi, *D. Donatus Antonius de Marinis reſolut. quotid. cap. 13.* reiecta *Conarr. variar. reſolut. cap. 7. lib. 3. num. 8.* & aliorum affirmatiua ſententia, negatiuam ſequitur opinionem ex *Leſſ. Nauarr. Molin. Foller. & Cenc.* ea quippè ratione, quia creditoris conditio non poteſt ex hæredum multiplicitate deterior fieri, quod etiam confirmat ex dictis *Afflict. dec. 153. num. 4. Iaſonis in l. 2. num. 35. C. de iur. emphyt. & Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 8.* quibus addo *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. & in l. ſi domus, §. 1. ff. de legat. 1.* quem citat *D. de Anna allegat. 3. num. 2.*

Qua ratione attenta dixit *Foller. de cenſib. in ver. inſtrumentum gratia, num. 37.* quòd ſi vnus hæredum vellet partem, ſeù ratam cenſus redimere, & ſe ab alterius partis obligatione eximere, non teneretur creditor retrouendere, quia duplici damno afficeretur, primò circà diuiſionem cenſus, ſecundò, quia diminueretur obligatio, nàm ſi habet plures obligatos, non cogitur liberare vnum, ſi verò vellet partem cenſus redimere, & pro alia parte remanere obligatus, cogeretur tunc creditor retrouendere, quod vltimum (pace ſua) mihi ſatis non placet, quia ſi cenſus eſt indiuiduus ex parte debitorum, & debetur inſolidum, quo nàm modo cogi poterit creditor ad illum diuidendum; & ad partem tantùm retrouendendum, etiam ſi pro alia parte ſe offerat debitor ſe velle tenere, & ſic puto cogitandum circà hanc ſecundam partem diſtinctionis *Folleri.*

An autem ſi plures ſint alicuius annui cenſus debitores inſolidum, ſi tamen creditor partem, ſeù ratam ab aliquo exegerit per aliquos annos, ſit inducta diuiſio, ità vt non poſsit cenſus debitores amplius inſolidum conuenire, ſed tantùm pro virili, difficilis eſt quæſtio, quam tractant *DD. in l. ſi creditores 18. C. de pact.* pro cuius reſolutione recurre ad *Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 5. num. 4. Afflict. deciſ. 142.* vbi *Vrſill. Anna d. allegat. 3. & Riccium collect. dec. 1053.* & vide etiam quæ tradit *D. Regens in conſ. 58. vol. 2.*

Poſtremò confert hic ſcire, quòd præter ius commune de his cenſuum ſpeciebus, præſertim de conſignatiuo diſponunt *Pontificiæ Conſtitutiones Martini Papæ V. & Caliſti III.* quas in *extrauag. de empt. & vendit. in cap. 1. & 2.* reperies. Nec non & *Bullæ* hæc *Papæ Nicolai V.* quæ tranſcripta eſt in *pragmat. 1. huius tituli.* Atq; etiam alia *Conſtitutio Pij V.* Pontificis Optimi Maximi (qui dùm vixit eam coluit ſanctitatem, vt mortuus miraculis corruſcans breui inter Sanctos erit referendus.) Hanc tamen *Pij V. Conſtitutionem*, teſtatur *D. Reg. Conſtant. in l. 2. & 3. num. 42. de fiſcal. vſur. lib. 10.* minimè receptam fuiſſe in hoc Regno, fatetur etiam *D. Reg. de Pont. in conſ. 41. num. 37. lib. 2.* & admittere videtur *D. Regens in deciſ. 33. ſub n. 15.* ac proindè eam non ſeruari, proùt neq; fuiſſe receptam, nec obſeruari in Statu Cathaloniæ, immò nec in tota Hiſpania, multorum teſtimonio comprobat *Fontanell. de pact. nuptial. d. gloſ. 18 par. 2. num. 3. 4. & 5.* & antè eum latiſſimè fundauit *Roderic. lib. 1. quæſt. 4. num. 38. cum ſeq. & Felic. de Solis dict. cap. 9. à num. 1. ad 6.* quo loci duo probat *Felic.* alterum, motum proprium *Pij* non fuiſſe receptum, immò ab eo expreſsè ſupplicatum per Regium Procuratorem fiſcalem, alterum, quòd lex humana canonica ſit, vel ciuilis, non obligat, niſi ſit recepta, & vſu, ſeù moribus vtentium approbata, vt per infinitos, tùm canonum, tùm iuris ciuilis Interpretes à *Felic.* congeſtos, quod etiam notaui ſuprà in *proœmio, verſ. an autem bannum, num. 3.* & quòd hæc *Pij Conſtitutio* non fuerit quibuſdam in locis publicata, nec etiam vſu recepta, admittunt quamplures Theologi, ac Iuriſtæ, quos recenſet *Cenc. dict. part. 1. cap. 3. quæſt. 1. art. 6. ſub num.* præſertim *38. verſ. circà ſecundum, & ſeq.*

Poſito ergò, quòd prædicta *Pij Conſtitutio* non obliget, ex quo non fuit vſu recepta, corruunt planè omnia per ipſam diſpoſita, & requiſita in fundatione cenſus, præſertim quòd pretium cenſus non excedat decem pro centenario, quòd cum redimendi facultate fiat, & ſuper certa re immobili frugifera, certiſq; finibus deſignata conſtituatur, ac etiam vt pecunia verè tempore contractus numeretur coràm Notario, & teſtibus, ità vt nequaquàm in tali contractu admittatur confeſsio de recepto, vel quòd debitor ex alia cauſa ſe debere confiteatur, *D. Reg. Conſtant. loco* iàm relato *num. 42. & 44.* aliaq; reaſſumit *Felician. d. cap. 9. num. 8. & Cenc. in toto tractatu*, & præſertim in *tota part. 1.* quæ omnia reaſſumere eſſet nimis laborioſum. Ideòq; prædicta *Pij Conſtitutione* ſepoſita minimè curandum erit de prædictis requiſitis, niſi quatènus ſub Bullis aliorum Summorum Pontificum iàm receptis continentur, *Fontanell. dict. gloſ. 18. part. 2. num. 4. & 5.* poteritq; cenſus nedùm in perſonam abſq; obligatione certæ rei immobilis, vel quæ pro immobili habetur, frugiferæ, certiſq, finibus deſignatæ (vt paulò ſuprà indicaui) ſecurè conſtitui, ſed etiam neglectis, atq; omiſsis aliis eiuſdem *Bullæ Pij* requiſitis poterit cenſus legitimè imponi, dùm tamen à iure, aliiſq; Summorum Pontificum Præceptis iàm receptis, & approbatis non deuiet.

Verùm enim verò hæc opinio, etſi rationabilis videatur, tamen ſine ſcrupulo non remanet. Ac proindè noto, quòd idem *Cencius in loco* prædicto *à nu. 40 ad 51.* relata circà hanc obſeruantiam *Pianæ Conſtitutionis* duplici opinione, affirmatiua, quam tenuit *Surdus conſ. 282.* & negatiua, quam ſequutus fuit *Theſ. deciſ. 153. Leſſius, Azor.* & cæteri, ac *Nauarr.* diſtinctione concludit, dictam *Pij Conſtitutionem* ſeruandam eſſe vbiq; locorum, eamquè obligare, etiam iis in locis, in quibus publicata non fuit, nec vſu recepta, omnia nàmque diſpoſita per *Pium Summum Pontificem* in dicta eius *Conſtitutione* tendunt ad tollendum periculum, & ſuſpitionem vſurariæ prauitatis, & ad conſeruationem iuris Diuini, vel naturalis, nè in hòc cenſus contractu per prauas, illicitaſq; pactiones conturbentur, idemquè *Cencius in 1. part. cap. 1. art. 2. num. 1.* clariſsimè dixit, quòd cenſus debet conſtitui iuxtà formam traditam à *Pio V.* in ſua *Bulla* ſuper forma creandi cenſus, & ità conſtitutos validos, & legitimos pluriès declarauit *Rota*, vt *deciſ. 6. & 7.* ex congeſtis per ipſum poſt *tract. de cenſib.* Et verſa vice ſi cenſus alitèr conſtituatur, nullus, ac fœneratitius ſit, proùt iudicauit *Rota in deciſ. 80. num. 5.* penès eundem *Cencium*, qui propterea concludit, ſeruandam eſſe ab omnibus, & in omni loco.

Præterea hanc affirmatiuam *Cenc.* & aliorum ſententiam confirmant doctiſsima, paritèrq; eruditiſsima ſcripta *D. Caroli Branccatij* viri Neapolitanæ Vrbis Patritij, Aduocati olim Principis, nunc verò Regij Conſiliarij, lucubrata pro Illuſtr. Domino Principe Ocalani, quibus nedùm ſatis luculentèr, & ingeniosè affirmatiuam hanc ſententiam fundat, oſtendit; aliquorum DD. Regnicolarum teſtimonio *Bullam Pij V.* eſſe in hoc Regno in viridi obſeruantia, verùm etiam eſſe recipiendam, & ab omnibus

bus obſeruandam, declarata doctrina *Domini Regenis Conſtantij* eius auunculi, fœlicis temper memoriæ, contrarium teſtantis, ſed etiam aliam pulchram, & in dies occurrentem reſoluit quæſtionem. An peremptà, vel infructuoſa effecta re, ſuper qua eſt facta cenſus venditio, abſq; culpa debitoris, ſit etiam extinctum, tam capitale pretium erogatum in emptione annuorum introituum, quam etiam obligatio ſoluendi annuum reditum, ideircò tanquàm ſatis ad materiam conferentia imprimenda ſatis neceſſarium duxi, dicere non omittens, quòd *D. Regens*, qui pro negatiua, & contraria opinione in *d. dec. 33. ſub num. 15.* fuit adductus, non abſolutè pro negatiua opinione loquitur, ſed dicit, quòd etſi *Bulla Pij V.* quæ licèt in Regno, vbi non fuit recepta vim legis non habeat, habet tamen vim declarationis à Summo Pontifice factæ, quòd pactum (de quo ibi) non erat vſurarium, aut aliquo modo improbatum, & ſic adhæret declarationi ſaltem Summi Pontificis in dicta *Bulla* adiectæ.

IESVS MARIA.

VEſuuianum Incendium (cuius flammæ, ac cineris torrentes Territoria Terræ Octaiani deuaſtauerunt) non culpa, vel dolo debitorum, cauſam præbuit iuſtiſſimæ petitioni Domini Principis, qui iure contradit, non teneri, nec ad annuos reditus, nec ad capitale pretium, quo prædicti redditus fuerunt empti, ex quo fundi, ex quorum fructibus fuerunt venditi annui redditus nedùm infructuoſi, ſed penitùs combuſti ſunt, quod, vt clarè pateat, illud antea pono.

Rem cenſualem dupliciter conſtitui poſſe, proùt diſtinguit *Crauett. conſ. 217. num. 4. & 5.* Primò faciendo contractum cenſualem in propria ſignificatione, qui contrahitur, quandò quis tradit rem ſuam alicui transferendo omne dominium directum, & vtile, cum onere, quòd rem accipiens teneatur ſoluere certum cenſum ſingulis annis, iuxtà terminos *cap. conſtitutus*, vbi *gloſ. penult. extra de relig. domib.* & tradita per *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de public.* & hic non eſt caſus noſter. Secundo modo, quandò quis emeret ab alio annuum cenſum, ſeù annuos introitus, vel redditus ſuper re venditoris, qui pro maiori cautela emptoris annuum cenſum etiam de propria pecunia ſoluere promittit, obligando ſe, ac bona ſua, & de iſto contractu loquuntur *Bullæ Apoſtolicæ* & eſt caſus noſtræ quæſtionis. Vtrum re, ſuper qua eſt facta venditio perempta, vel infructuoſa reddita abſq; culpa debitoris, ſit etiam extinctum tàm capitale pretium erogatum in emptione annuorum introituum, quàm etiam obligatio ſoluendi annuum reditum, in qua queſtione duæ fuerunt diſſidentes opiniones, altera *Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 7. n. 5. verſ. ad primum, Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 5. art. 1. verſ. verùm tamen de cenſu perſonali grauius emergit hinc dubium*, quos recenſet *Sala in tract. de cenſibus, q. 33.* qui tradiderunt, quòd peremptis bonis etiam abſq; culpa debitoris, ſuper quibus cenſus fuerit venditus, quòd nihilominùs ſalua manet obligatio ad annuum reditum, tametſi debitores, ſeù venditores annuorum introituum nō poſſint cogi ad reſtitutionem ſortis, ſeù capitalis, cùm in ſola perſona debitoris conſtitui poſsit validè cenſus. Mouentur

Primò ex *Conſtitutionibus Calixti III. & Martini V.* relatis in *extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit.* quia ſi ijdem Legumlatores voluiſſent, vt peremptis bonis foret item peremptà obligatio ſoluendi annuum reditum, hoc expreſsim explicuiſſent, ſicut expreſſim de ſorte principali non reddenda in hoc caſu reſponderunt.

Secundò, quia pro conſtanti habent, quòd cenſus ſola obligatione perſonali cōſtitui poteſt, nullis bonis conſtitutis, ſuper quibus cenſus vendatur, ea potiſsimùm ratione, quia ſi diligentèr examinetur cōtractus iſte cenſualis, deducetur, obligationem præcipuam, & principalem ad ſoluendum annuum cenſum eſſe ipſammet obligationem perſonalem, deſcendentem ex illa promiſsione, quam facit debitor vendendo annuos introitus: fundum autem, ſeù rem ipſam, ſuper qua fuit venditus cenſus accedoriè apponi pro certiori, & tutiori ſolutione, & ſicuræ pignoris, & hypothecæ accedere: At natura pignorum hæc eſt, vt pereuntibus pignoribus, maneat ſalua obligatio ſoluendi debitum, ergò, inquit *Couarr.* deſtructa re, ſuper qua eſt venditus cenſus, ſalua manet obligatio ſoluendi cenſum ex illa obligatione perſonali, vel hypothecaria contracta pro tutiori ſolutione cenſus.

Contraria verò ſententia, cuius acerrimi defenſores fuerunt *Nauarr. in tract. de vſur. in cap.* incipiente *vigeſimo ſecundò loco, num. 76. & 77. cum ſeq. et Molin. Ieſuita lib. 2. de contractibus, diſput. 383. dub. D. verſ. Couarruuias*, & antè eos quamplures alij inter recenſendi aſſerit indubitantèr, quòd peremptà, vel deſtructa re, ſuper qua eſt venditus cenſus, extincta ſit obligatio, non ſolùm ad reſtitutionem ſortis principalis (vt non negant etiam ſupradicti *DD.* aduerſæ opinionis) ſed etiam obligatio ſoluendi annuum reditum, ponderando primò prædictas *Conſtitutiones Martini, et Calixti*, dùm enim in eis diſponitur.

Debitores annuorum introituum peremptis rebus, de quorum fructibus eſt facta venditio, non poſſe cogi ad reſtitutionem capitalis, implicitè quoque eſt diſpoſitum, eſſe peremptam obligationem ſoluendi cenſum, quia extincto principali, perit quoque acceſſorium, *cap. cùm principali, de reg. iur. in 6.* ea ratione, quia huiuſmodi contractus annuorum introituum eatènus ſunt liciti abſq; labe vſurariæ prauitatis, quatènus ſunt veri contractus emptionis, & venditionis, vt concludunt omnes *Canoniſtæ in cap. in Ciuitate, de vſuris*, & tradit ex Noſtr. ſibus *Præſ. de Franch. dec. 254. num. 10.* alias ſi non eſſet verè contractus emptionis, & venditionis reſultaret mutuum fictitium, & ſic vſura palliata, cùm pecunia pareret pecuniam. At natura contractus emptionis, & venditionis ea eſt, vt ſimulatq; eſt perfecta, periculum rei emptæ ſi pereat, pertineat ad emptorem, & nihilominùs cogitur ſoluere pretium, vel ſi illud ſoluit, non poſsit repetere, vt eſt *text. in §. cùm autem, Inſt. de empt. et vend. et in l. 1. C. de peric. et commod. rei vend.* meritò ſi fundus, ſuper quo venditus eſt cenſus, pereat, periculum erit creditoris, ſeù emptoris, tàm reſpectu pretij, quo fuit emptus cenſus, quàm reſpectu ipſiuſmet cenſus, quia peremptà re, ruit quoq; ipſum ius percipiendi cenſum, quam opinionem ſequuntur *Corradus de contractibus, quæſt. 35. concluſ. 10. Tolet. lib. 5. quæſt. 39. num. 4. Laſſius lib. 2. cap. 22. dubit. 5. Rodriq. de cenſibus, concluſ. 5. Gomeſ. tract. de cenſibus, cap. 5. Lupus de vſur. commentar. 2. §. 2. num. 61. Medina quæſt. vlt. de cenſibus, Cencius in eodem tract. part. 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. et 2. et eodem cap. quæſt. 2. Gaſp. Anton. Theſaur. lib. 1. quæſt. forenſ. quæſt. 32. à num. 21. et ſeq. vſq; ad finem, Scaccia de cambijs, §. 1. quæſt. 1. num. 174. 175. et 209.* & nouiſsimè *P. Fauſtus in Speculo Confeſſariorum, tom. 2. tract. de contractibus, diſput. 8. de cenſibus, quæſt. 6.* & plurimi ab ipſis relati, vtmerito dixerit *Theſaur. loc. cit.*

eſſe

eſſe communiſſimam opinionem, à qua temerarium eſſet recedere in conſulendo, & iudicãdo, qui etiam loquuntur, nedùm extincta re, ſed etiam infructuoſa reddita, tàm in totum, quàm in parte, ſi pars remanẽs non ſit ſufficiens ad ſolutionem cenſus, deductis expenſis, quæ etiam fuit canonizata à *Rota Romana*, ſic decidendo pluriès, vt habetur in *deciſ. 1. & 88.* ex congeſtis per eundem *Cencium* in calce ſui *Tractatus de cenſibus*.

Fundamentis verò *Couarr.* & aliorum ſequacium facilis eſt reſponſio ex ſuprà traditis, cùm ſit probatum, in *extrauagantibus* prædictis virtualitèr diſponi extinctionem etiam cenſus, dùm prohibetur petitio capitalis pretij in caſu peremptionis rei, ſuper qua facta eſt venditio, & ratio *Couarr.* quòd in huiuſmodi contractu obligatio perſonalis ſit principalis, fundus verò ſit loco pignoris, omninò eſt falſa, quandoquidem aliud eſt promittere alicui annuos cẽtum pro tali pretio, & proindè obligare ſe, ſuaq; bona, & diuerſum eſt vendere annuos centum pro tali pretio ſuper fructibus prædij, & pro obſeruãtia promiſſorum in contractu talis venditionis obligare ſe, ſuaq; omnia.

Primo enim caſu procedit opinio *Couarr.* quia tunc eſſet principalis obligatio ipſa obligatio perſonalis, & fundus eſſet adiectus loco pignoris, & hic non eſt caſus noſter, nec huiuſmodi contractus approbantur à *Conſtitutionibus Pontificijs*, cùm non ſint verè contractus emptionis, & venditionis. In ſecundo verò caſu obligatio perſonalis non eſt principalis, ſed ſolùm acceſſoria pro obſeruantia cõtractus emptionis, & venditionis annuorum introituum, proùt optimè reſpondet *Leſſius loco* ſuperiùs citato. Neq; verum eſt, extincta re ſupereſſe obligationem perſonalem, qua ſola poteſt conſtitui cenſus, cùm hęc opinio, quòd cenſus vendi poſſet ſuper perſona, ſeù obligatione perſonali ſit omninò reprobata, cùm ſit contra mentem omnium *Conſtitutionum* ſuper hac materia editarum, tùm quia cùm hic contractus ſit merè contractus emptionis, & venditionis, alia debet eſſe perſona vendentis, & alia res, quæ venditur, tùm quia eſſet vſura palliata, dùm contrahentes nihil verè agerent, niſi ex pecunia mutuata habere annuum cenſum, & ſic contractus eſſet fęneratitius, & vſurarius.

His addendum eſt, traditionem *Couarr.* quatènus aſſerit, in huiuſmodi contractibus annuorum reddituum principalem obligationem eſſe perſonam ipſius vendentis, fundum verò eſſe acceſſorium, & loco pignoris, & hypothecæ cauſa tutioris, & facilioris ſolutionis, confundi, ex *gloſ. in l. hactènus, §. modica, ff. de vſufruct.* & ex doctrina *Iſern. in cap. Imperialem, §. illud quoque præcipuum, num. 73. verſ. gloſ. quærit, de prohib. alien. per Feder.* & in *cap. 1. de notis feud. in 2. princip.* vbi tradit, quòd quandò fit conceſſio alicuius quantitatis ſuper fundum, ipſe fundus principalitèr eſt obligatus, & in ſubſtantia obligationis addo, quòd ſi non producit fructus, non tenetur promittens aliundè ſoluere præſtationem annuam, & in terminis noſtris videtur eſſe caſus in *Bulla Nicolai V.* relata in *Pragm. 1. de cenſibus*, vbi diſponitur, poſſe debitores vendere cenſus ſuper eorum facultatibus, & ſubdit *cum poteſtate, vt vendentes annuos reditus poſſint obligare eorum perſonas, & bona omnia, pro ſecuritate contractus cenſualis*, & ſic paret, quòd obligatio principalis eſt illa, quæ oritur ex contractu venditionis cenſus, obligatio verò perſonæ venditoris, & ſuorum bonorum eſt acceſſoria pro tuitione illius contractus venditionis cenſus, ex quo ſequitur, quòd eueniente caſu, quòd venditor non tenetur ad obſeruantiam contractus venditionis; putà ſi res vendita periret ſine eius culpa, omnes aliæ obligationes acceſſoriæ etiam perirent. Amplius ſi fundus, ſuper quo eſt venditus cenſus eſſet loco pignoris, & obligationis acceſſoriæ, ſequeretur, quòd *Summi Pontifices Martinus, & Calixtus* non iuridicè reſponderent, quòd perempta re, ſuper qua eſt venditus cenſus, quòd ſit etiam perempta obligatio reſtituendi ſortem principalem, quia peremptis pignoribus, nihilominùs tenetur debitor ſoluere debitum.

Quòd ſi obijcies, prædicta procedere, quandò vẽditur cenſus ſuper vna re tantùm, ſecùs verò ſuper omnibus bonis, vel ſuper vna re, & in defectum ſuper omnibus alijs bonis, quia reſolutio huius obiecti dependet ab alio articulo, nunquid ſcilicèt contractus cenſus ſuper omnibus bonis vendentis, vel ſuper certa re, & in defectum ſuper omnibus alijs bonis validus ſit. In quo articulo conſtituo tres concluſiones.

Primam, conſtitutionem cenſus ſuper omnibus bonis de iure non valere tanquàm vſurariam.

Secundam, nec paritèr eſſe validam ſuper vna re certa, & in defectum ſuper omnibus, quia eſt eiuſdem effectus.

Tertiam, modum contractationis, & clauſulam Notariorum, videlicèt *& in defectum ſuper omnibus alijs bonis*, importare prouiſionem defectus facilioris exactionis, ſiuè euictionis reddituum venditorum, & non peremptionis rei, ſuper qua facta eſt vẽditio, & ità ſaluari poteſt contractus iſte ab vſuraria prauitate. Ad quæ probanda conſidero, quòd tàm de iure communi, quàm Regni non poteſt imponi cenſus ſuper omnibus bonis vendentis, ſed ſuper certo, vel certis corporibus imponi debet: iure communi habemus *text. in d. extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit.* vbi approbantur cenſus conſtituti ſuper certis bonis, proùt diſputato articulo ad partes pluribus relatis fundat *Cencius* omninò videndus *d. tract. de cenſibus, part. 1. cap. 3. quæſt. 3. art. 1. per tot.* & nè ſuper vna, & omnibus conſtitui poſſit cenſus, fundat idem *Cencius d. quæſt. 3. art. 2.* Ideòq; clauſula illa, *& ſuper omnibus* interpretanda eſt in caſu euictionis, & facilioris exactionis, & non peremptionis rei, vt in terminis tradiderunt *Cencius d. art. 2. à num. 3. per tot. Gaſp. Ant. Theſaur. d. quæſt. 32. à num. 2. verſ. ſecundò, vt ſine vllo periculo, & num. 11. verſ. 2. cum ſequent. numeris 14. & 15. Pater Fauſtus d. quæſt. 56.* Ratio omnium prædictorum eſt, quia aliàs cenſus nunquàm periret, ſi ſuper omnibus conſtitui poſſet, & ex hoc contractus non eſſet emptionis, cuius natura parit periculum peremptionis emptori, ſed eſſet contractus vſurarius, & cum obligatione perſonali, quia daretur pecunia ad luerum ſine periculo, quæ ratio, ni fallor, conuincit intellectum, ex quo ſequitur, quòd non valet pactum expreſſum, vt periculum peremptionis ſpectet ad vendentes cenſus, vt reſoluit *Pater Ludouic. Beya p. 1. reſponſ. conſcientiæ, caſu 25. verſ. de conditione tamen*, & ex Iuriſtis *Cencius part. 3. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 16. per tot. & num. 21.*

Iure Regni cenſus debet conſtitui ſuper certo corpore, vt docent *Ill. Marchio Belmontis lib. 4. iuris Regni, tit. de cenſibus, num. 111.* vbi tradit, quòd formula Conſtitutionis cenſus hodiè eſt, vt ſuper certo corpore fiat venditio annui introitus, cum hypotheca tamen generali omnium bonorum, doctiſſimus olim *Regens Conſtantius* meus auunculus in *l. 3. ante*

num.42. C.de vſur.fiſcal.lib.10. dicens hæc formalia verba, quòd *Bulla Papæ Nicolai, quæ eſt relata in dict. pragm.1.de cenſibus tria requirit. Primo, quòd non excedat decem pro centum. Secundò, quòd adſit pactum affrancandi. Et demq; quòd conſtituatur ſuper re ſtabili certis finibus deſignata*, idemq; docuit authoritate *Foller.* & aliorum Dominus meus *Regens Rouit. in dict.pragm.1.de cenſibus, num.22.& deciſ.9. num.2. Iacob.Gall.conſ.18.per totum. Alex.Trentacinq.lib.3. variar.reſolut. tit. de cenſibus, reſolut.vnic.num.17. verſ.circà quartam conditionem, Pater Molfeſ.conſ.8. num.8. & 9. Camill.de Lauratha conſ.90. à num.7.per tot.num.16.* & nè deſint deciſiones, videndi ſunt *Riccius deciſ.33.num.2.& 3.part.4. Vinius deciſ.369. num.3.* vbi cenſus impoſitus ſuper omnibus bonis fuit declaratus nullus, quod confirmatur ex verbis eiuſdem *Bullæ Nicolai*, cuius narratiua continet hæc verba. *Venditiones annualium cenſuum ſuper domibus, iuribus ſpecialitèr, vel generaliter ſuper omnibus bonis*, in diſpoſitiua verò *Summus Pontifex* dixit hæc verba, *earumq; proprietates, reditus, & iura vendentes, ac omnia, & ſingula mobilia, et immobilia bona obligando*, ſicq; obligantur omnia, quod permiſſum eſt de iure, vt tradit *Cencius part.1.cap.3.quæſt.3. art.2. num.9. et ſequent.* ſed non fit venditio ſuper omnibus, quod prohibetur, vt probatum eſt.

Ex ſupradictis traditis reſſumo concluſionem, quòd cùm contractus cenſualis requirat ad ſui validitatem certum corpus, tàm inſpecto iure communi, quàm Regni, & etiam de natura contractus venditionis, ſecluſis *Bullis*, vt in puncto obſeruat *Bonacina tom.2. ſui operis, tract. de contractibus, diſputat.3. quæſt.4. puncto vnic.num.5. et 13. verſ.quarta, et verſ. quinta*, ſequitur, quòd peremptio rei cedit damno emptoris.

Nec ſimilitèr obſtat, quòd venditor cenſus promiſit ſoluere annuos reditus etiam de propria pecunia, talis enim promiſſio habuit reſpectum ad perceptionem fructuum illius prædij, ſuper quo facta eſt venditio, at quâdò quæritas debetur reſpectu certæ ſpeciei, perempta ſpecie debitor liberatur, vt multis relatis tradiderunt *Loſſred. conſ.2. num.7. Surd.de aliment.tit.7.quæſt.33.n.21.verſ.tamen quandò debetur contemplatione certæ ſpeciei.*

Quæ ſi vera ſunt, circumſcripta *Bulla Papæ Pij V.* indubitabilia reddunturs attentis terminis prædictæ *Bullæ*, in qua per viam legis generalis omnes prædicti articuli deciduntur pro noſtra opinione, cuius *Bullæ* diſpoſitio in Regno eſt in viridi obſeruantia, vt teſtantur *Vinius dec.369. n.17.lib.2. D.Camill.de Lauratha conſ.90.à nu.7. vſq; ad 16.* & licèt *Reg.Conſtant.* videatur affirmare, *Bullam* illam non eſſe in Regno receptam in *repet.l.3. nu.42. C.de fiſcal.vſur.* poſt *Reg.de Pont.in conſ.41.n.37.vol.2.* tamen, vt ipſe explicat, non eſt recepta in illo requiſito, quòd intercedat pecunia numerata tempore contractus, & quòd tertiæ non poſſint reduci in ſortem principalem, cuius contrarium in Regno ſeruatur, vt *ipſemet* aduertit *n.43.& 44* Non tamen negat quòad requiſita neceſſaria, & ſubſtantialia contractus venditionis cenſus, & præcipua ſunt certum, vel certa corpora, ſuper quibus conſtituatur cenſus, quod etiam per *Bullam Nicolai* requiritur, ſic etiam quòd periculum peremptionis, & deteriorationis ſpectet ad emptorem cenſus, quia hæc veniunt ex natura contractus venditionis, circumſcriptis *Bullis*, vt poſt alios aduertit *Bonacina vbi ſuprà*, quod confirmatur euidenti ratione, quia quòd intercedat pecunia, vel aliud loco pecuniæ, vt eſt verum debitum venditoris cenſus, non fit aliqua fraus iuſtitiæ cenſus, vt in terminis conſiderant *Scaccia in tract.de cambijs, §.1. q.1.n.213.& 214. Theſaur.d.q.32.in fin. verſ.remanet vltimum requiſitum, Farinac.dec.288.n.1.& 5. in nouis recollect.* Simile enim videmus in contractu ſimphei emptionis, vbi dicitur intercedere pretium, & tamè ſufficit ſi loco pecuniæ intercedat res taxata certo pretio, *gloſ.in L1. verb.taxata, thiq. Bald.n.1. C.de rer.permut. Schrader. de contractibus tit. de empt. n.43.* fit verò fraus, & inducitur contractus vſurarius per ſubiugationem generalem omnium bonorum ad cenſum, quia euitatur periculum peremptionis, quod omninò pènès creditorem tranſit ex natura contractus, vt ſuprà eſt probatum.

His accedat, quòd dicta *Bulla Pij V.* omninò recipi debet, cùm diſponat in materia peccati, declarando contractum vſurarium ad euitandum periculum animarum, maximè in hoc Regno, quia in ſpiritualibus attenditur iudicium Summi Pontificis, etiam circà temporalia, quando tractatur materia peccati, quia ad ipſum Papam ſpectat diffinire, *cap.nouit, de iudic gloſ.in cap.2. de regular. in 6. Nauarr.de vſur. nu.106.verſ.2. Card.Bellarmin.tom.1 controuerſ. de Rom.Pontifice lib.5.cap.1.verſ.tertia ſententia cap.6. 7.& 8.* & in terminis huius *Bullæ Paulus Comitolus Ieſuita lib.3. reſponſorum q.27.* vt in puncto docent *Nauarr.in Comment. de vſur. à nu.106. vſq. ad nu.108. Surd.conſ.282.vol.2. Honded.conſ.35. n.2 lib.2. Iacob. Gall.conſ.18.nu.9. Maceratlib.1.reſol.44. antè nu.1.& reſolut.112. cal.1.in fin. Leonellus in interpretat. Bullæ Pij V. gloſ.27. Boccacius de cenſibus par.2.n.13. vſquè ad 21.& num.Bos. vſquè ad 209.& p.3.n.26.in fin.& n.42.& 45. Cæſar Munent.de contract.liuellar.q.6.per tot.n.51.* Et adeſt optima *deciſio Rotæ Romanæ* 80. inter relatas per dictum *Cencium* poſt ſuum *tractatum*, vbi non obſtante non vſu, nec receptione dictæ *Bullæ* in Hiſpania adhùc contractus cenſus ſuper vna re conſtitutus, & ſuper omnibus alijs fuit declaratus nullus ad euitandum contractum vſurarium, quia non ſubiret periculum emptor in conſtitutione cenſus ſuper omnibus bonis, proùt dicendum eſt ſaltim in præſenti caſu peremptionis, tanquàm requiſito, etiam ex natura contractus.

Vltimò pro coronide eſt aduertendum, quòd in fine dictæ *deciſ.*80. notatur, Dominum noſtrum Regem Catholicum ſequutum fuiſſe ſententiam *Rotæ* circà receptionem *Bullæ*, non obſtante contrario vſu in Hiſpania, quantò magis Supremum Collaterale Conſilium, quod ſecundùm conſcientiam dicitur iudicare, *Grammat.deciſ.19.num.13.& 14. Dominus Regens Rouit. in pragm.1. de ordine iudicior. num.31.* amplecti debet eandem ſententiam iuri communi, & diſpoſitioni *Bullæ* conſonam in caſu præſenti, ab omnibus commiſerando. Cætera ſuppleat doctrina DD. Iudicantium.

Carolus Brancatius.

Patet ergò clariſsimè, piiſsimam hanc, itemq; ſaluberrimam Summi Pontificis Conſtitutionem debere ab omnibus recipi, atq; amplecti, & ſecundùm eam iudicari, quàmuis aliqui ex Noſtratibus alitèr ſentiant *Io. Laganar.*

De Censibus ℞ Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia,remissiuè.*
2 *Census est perpetuò redimibilis de iure communi, & si pactum redimendi non esset appositum, vel esset appositum,sed ad tempus,cum pacto, quòd post tempus lapsum sit perpetuus.*
3 *Censum venditum redimere inuito ipso debitore, & sortem principalem pro eo offerre quilibet tertius potest.*
Census extinctio,& reemptio quomodò probetur.
4 *Pactum redimendi an exercere possit delegatus simpliciter, qui debet super fundo decem annua cum potestate redimendi ei, qui debet alia decem annuatim super alio suo fundo absq; redimendi potestate illi,cui est facta delegatio.*
5 *Vsuram an committat emens seruata forma huius editi,si paciscatur,vt venditor teneatur soluere pro contractu Notario sportulas.*
6 *Reditus an reducendus sit ad terminos huius Pragmaticæ inspecto valore cuiuslibet anni,si quis illum in frumento consistentem emerit,quod attento valore tempore emptionis non excedebat summam annuam hic taxatam,si postea crescente frumenti valore appareret excessus.*
7 Bulla *hic inserta procedit, etiam si reditus esset venditus sub nomine census emphyteutici.*
8 *Censum huiusmodi venditio an pretij effectualem numerationem requirat, vel sit satis,si venditor debeat eandem quantitatem ex alia causa.*
Solutionis vicem obtinet cedula bancaria.
9 *Censualium pro valida constitutione quæ requirantur, & de materia,remissiuè.*
10 *Censum constituens debet esse Dominus rei, super qua census constituitur.*
Census potest constitui etiam ex tertijs debitis ex sorte principali.
11 *Census constitutus super re à tertio possessa quanto tempore præscribatur.*
12 *Dominium rei,super qua census imponitur an ex hoc censuali contractu transferatur.*
13 *Tertiæ omnes,vel aliquæ ipsarum vt licitè soluantur anticipatè an partes in his censibus paciſci valeant.*
14 *Pacto in censuali contractu apposito, per quod venditor alia subeat onera, quibus computatis excedatur quantitas hic permissa,quo casu est vsurarium, an propterea vitietur totus contractus,vel solùm pactū ipsum,firmo remanente contractu quòad alia.*
15 *Census si suprà decem pro centenario sit constitutus an contractus sit nullus, vt vsurarius, vel tanquàm simpliciter excessiuus erit moderādus, & quæ pacta vitient huiusmodi contractum,vel ipsa vitientur, remissiuè.*
.... Constitutus ad decem cum pacto soluendi tertiatim.
16 *Remedium* l.2.C.de rescind.vendit. *an habeat locum in constitutione huiusmodi censualium.*
17 *Reditus censualis an possit acquiri sententia,vel tranſactione.*
18 *Contractus censualis vsurarius respectu census constituti an saltim quòad hypothecam pro repetenda sorte principali sit validus.*
19 *Pactum vsurarium in contractu appositum, contractum non vitiat,sed ipsum vitiatur.*

VNiuersis, & singulis, &c.

Annui census decimam partem pretij non excedant,& illorum contractus vt res iudicata exequantur,etiam contra tertios possessores. H.D.

1 Ad materiam huius Pragmaticæ vltrà *Foller. hic* vide omnino *Couarr.lib.3.variar.resolut. cap.7. à n.2. vsquè ad fin.cum duob.cap.seqq. Campagn. in Cap.Regni Propublici, num.9.cum seq.* & latissimè *Bellug.in specul.Princip. tit.de materia censual. rubr.41. §.leges Regni,per tot. Anton.de Ballis varior.tract.lib.5.tit.de censib.fol.*mihi 265. Et aduerte,quòd in terminis huius Pragmaticæ licèt hoc pactum redimendi in contractu non esset appositum, adhùc huiusmodi census esset perpetuò redimibilis de iure communi, idè si esset appositum, sed ad tempus,cum pacto, quòd post lapsum tempus sit perpetuus,secundùm *Couarr. lib.1.variar.resolut.cap.9.num.9.& lib.3.cap.8.nu.7.* & sic in vtroquè casu concludit hic *Foller.* nulla de præfatis facta mentione *in verb.Instrumento gratiæ, num.16.* & fuisse decisum in Sacr.Consil. refert *Am. allegat.11,num.20.*his addo *Campagn.in cap.Nouitèr nostræ, num.26.* quicquid in contrarium probet *Farinac.decis. posthum.50. tom.2.* Sed quilibet tertius
A 3 posset pro debitore offerre sortem principalem, & redimere censum venditum inuito ipso debitore, si non vult iura cessa à creditore, aliàs secùs, dicit *Roderic. de annuis redditibus quæst.16.lib.2.num.84.* & quòd regulariter quilibet reditus, de quo non constat origo, præsumatur redimibilis,latè probat *Leonin. consil.52. Roderic. de annuis redditibus lib.1. quæst.15.* Sed non sufficit deponere sortem tantùm, nisi deponantur integræ tertiæ debitæ vsquè ad diem facti depositi, vt latè probat *Peregrin.cons.99. lib.1.* Sed etiam absquè depositio, aut instrumento retrouenditionis poterit per testes, & alia adminicula probari extinctio, & reemptio, vt per *Farinac. dec.303.& 341.*

4 Quid si Titius debet annua decem Caio in perpetuum vectigal super fundo impositum absquè potestate redimendi, & Sempronius debeat alia decem Titio super aliquo suo fundo, sed cum potestate redimendi; & Sempronius fuerit simpliciter delegatus Caio à Titio in excambium consimilis quantitatis ab ipso ei debitæ, an poterit Sempronius exercere pactum redimendi contrà Caium?die, quòd non, vt pulchrè, & subtiliter consuluit *Cuiac. consult.13.*

5 Quòd si emens censum iuxtà formam huius Pragmaticæ ad rationem decem pro singulis centum faciat pactum,vt venditor teneatur soluere Tabellioni sportulas pro contractu, an propterea committat vsuram,quòd sic,*glos.in l.eos, §.super vsurarum, ver. vel sportularum,C.de vsur.*

6 Et si quis emat annuum reditum consistentem in frumento,quod attento valore temporis emptionis non excedat summam annuam in hac *Bulla* taxatam, si posteà crescente valore frumenti appareat excessus, an sit reducendus ille reditus ad hos terminos, inspecto valore cuiuslibet anni, quòd sic, *Laurent. decis.66. & decis.94.num.2. & seq.*
7 vbi tradit,hanc *Bullam* habere locum, etiam si reditus esset venditus sub nomine census emphyteutici, & pro opinione *Laurent.* vide *Roderic de annuis redditibus lib.1.quæst.12.num.6.cum seqq.* & an in
8 venditione horum censuum requiratur effectualis numeratio pretij,vel sufficiat,si véditor ex alia causa sit debitor in ea summa,pro qua venditur cēsus?dic,

quòd ſufficit, ſi debeat eam quantitatem ex alia cauſa, vt probat *text.* optimus in *l. ſi ex pretio, C. ſi cert. pet.* & admittit *Nauar. in comment. de vſur. n.* mihi 88. *verſ. eſt tamen quæſtio*, *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. in rubr. de conſtit. am. cenſ. in re Eccleſ. nu.* 61. *Turrett. conſ.* 36. *volum.* 3. *Maſtrill. deciſ.* 94. *primo vol.* Ad ſaturitatem tamen de hac quæſtione videas *Mutam deciſ. Sicil.* 73. *Reg. Conſtant. in l.* 3. *in fin. C. de fiſcal. vſur. Farinac. deciſ. poſthum.* 133. *Roderic. de ann. redditib. lib.* 1. *quæſt.* 13. *per tot.* vbi etiam agit, quandò non conſtat de pretio ſoluto, niſi per confeſſionem de recepto non ſufficere, vt *num.* 4. *verſ. ex quo etiam infertur*; ſufficit autem ſi conſignetur cedula bancaria pro ſumma capitalis, nàm illa habet vim ſolutionis, *Gratian. diſcept. forenſ.* 387. *num.* 35. *& ſeqq. vſquè ad finem*, *Scacc. de commerc. & camb.* §. 1. *q.* 1. *n.* 233. *& §.* 2. *gloſ.* 5. *n.* 64. *Giurb. dec.* 38. *in fin. Mangil. de euict. q.* 84. *n.* 14. *&* 15.

9 Quot autem requirantur pro valida conſtitutione huiuſmodi cenſualium, vide *Burſat. conſil.* 214. *Theſaur. deciſ.* 154. poſt *num.* 2. latiſſimè *Virgin. Boccac. de interdict. vti poſſidet. in quæſtione de cenſibus*, poſt *quæſt.* 18. vbi ampliſſimè totam hanc materiam enucleat, & de iure communi eſt videndus *Marchiſell. quæſt.* 111. omninò *Roderic. de annuis redditibus lib.* 1. *quæſt.* 18. vbi ait de validitate diuerſarum conditionum, quæ in pacto de retrouendendo ap-
10 poni ſolent; Præ cæteris tamen requiritur, quòd is, qui conſtituit cenſum, ſit Dominus rei, ſuper qua cenſus conſtituitur, *Intrigliol. deciſ.* 14. Alia quamplurima ad hanc materiam pertinentia recenſet *Gutierrez lib.* 2. *pract. quæſt.* 168. *vſq; ad quæſt.* 177. *Anton. de Ballis* modernus Siculus in ſuis *var. tract. lib.* 5. *tit. de cenſibus, fol.* mihi 265. *Molina* Ieſuita *de contract. lib. diſput.* 381. *vſq, ad diſput.* 395. *Gratian. diſcept. forenſ.* 258. *per tot.* & ſignantèr *num.* 26. *&* 27. vbi affirmat, pactum; vt cenſus venditus non redimatur, niſi propriis pecunijs, nec alius, quàm ipſe venditor poſsit redemptionem exercere, eſſe validũ, nonnulla vſu frequentia habes per *Farinac. dec.* 10. in impreſſis poſt *primum volum. ſuorum conſiliorum*, & huiuſmodi cenſus poteſt conſtitui etiam ex tertijs debitis ex ſorte principali, ſi ipſæ tertiæ in nouam ſortem redigantur, vt per *Griuell. deciſ. Dolana* 103. confirmat aliorum authoritate *Maſtrill. deciſ.* 262. *num.* 13. & in eadem *deciſione* plura attingit circà hunc contractum cenſualem.

11 Tertius autem poſſeſſor decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribit cenſũ cõſtitutum ſuper re à ſe poſſeſſa, docet *Gutierrez lib.* 1. *pract. quæſt.* 90. *Foller. in verb. huiuſmodi cenſualia*, *num.* 92. requirit ſpatium triginta annorum in debitore, *Mart. vot.* 125. *nu.* 8. ſpatio 40. annorum vnica præſcriptione.

12 An autem ex hoc contractu cenſuali transferatur dominium rei, ſuper qua cenſus imponitur? explicant ornatè *Auendan. reſp.* 12. qui concludit, quòd non, etiam ſi in contractu expreſsè dicatur, *cum rata domini*, *Couarr. lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 11. *nu.* 15. *Gutierrez lib.* 2. *pract. quæſt.* 168. *num.* 6. *Didac. Caſtell. l.* 74. *Tauri*, *verſ. ſecundo modo poteſt dici*, *Matienz. lib.* 5. *recopilat. titul.* 11. *leg.* 7. *gloſ.* 1. *num.* 25. *Molina* Ieſuita *de contractibus diſput.* 372. *&* 383. *Gratian. deciſ.* 20.

13 Verùm pulchra cadit quæſtio quotidiè contingens, an in his cenſibus poſsint partes paciſci, quòd tertiæ omnes, vel aliquæ ipſarum licitè ſoluantur anticipatè? & videtur, quòd ſic, per *text. in l.* 2. *§. fin. verſic. non malè*, *ff. de dol. exceptio.* & quia annuus cenſus, vbi nihil eſt dictum de tempore, debetur in principio anni, ſecundùm *Foller. hic in verb. huiuſmodi cenſualia, num.* 59. *verſ. ſed quid in contractibus*, immò quòd in vſuris poſsit fieri anticipata ſolutio, eſt communis opinio *gloſ. & Doctor. in l. qui Romæ in prin. ff. de verbor. oblig.* & in ſpecie circà hos contractus cenſuales tradidit *Trentacinq. conſil.* 11. *part.* 2. Veritas tamen eſt, quòd in cenſibus conſtitutis ad rationem decem pro centum, iuxtà hanc Pragmaticam non licet aliquid accipere antipatè, quia eſſet excedere ſummam hic taxatam, & ſucceſsiuè eſt illicitum, & vſurarium. In cenſibus verò conſtitutis ad minorem rationem, quàm decem pro centenario licitè accipitur tale commodum, dummodò illa anticipatio ſimul cum cenſu non excedat ſummam taxatam per hanc Pragmaticam. Sed eo caſu, quo reciperetur prædicta anti-
14 cipata ſolutio in caſu non permiſſo, vel ſi fortè adijciatur aliud pactum in inſtrumento, per quod venditor cenſus ſubeat alia onera, quibus oneribus computatis cenſus ipſi tranſcendant quantitatem hic permiſſam, & ſic talis pactio redditur vſuraria, an propterea vitiabitur totus contractus, vel potiùs vitiabitur ſolùm ipſa pactio vſuraria, remanente firmo contractu quòad reliqua? dic, quòd ipſa pactio tantùm vitiatur, cùm ſit ſeparabile, *l. placuit, & l. pecuniæ, in fin. princip. ff. de vſur. l. eos, §. fin. C. de vſur.* per quæ iura ità me patrocinante fuit iudicatum per Magnam Curiam Vicariæ in cauſa Magnificorum Flaminij, & Fratrum de Alferijs Ciuitatis Aquilæ appellantium à ſententia lata per Regiam Prouincialem Audientiam Aprutinam, quæ ſub prætextu vnius tandæ anticipatæ declarauerat totum contractum vſurarium geſtum inter prædictos Magnificos Fratres de Alferijs, Actuar. eſt de Ferrarijs, pro qua deciſione eſt *text.* expreſſus in *l. qui Romæ, ff. de uerbor. obligat.* ſecundùm verum intellectum, facit in contrarium *Peguera deciſ. crimin.* 33. *num.* 12. *vſq; ad fin.* ſed pro mea opinione eſt videndus omninò *Petr. Gregor. Tholoſ. in tract. de vſur. lib.* 3. *cap. ult. nu.* mihi 12. *per tot. Canalcr. dec.* 509. *& Theſaur. lib.* 1. *q. for.* 69.

Negant tamen *Roderic. de ann. redditib. lib.* 1. *q.* 18. *num.* 12. *& Leſſ. de iuſtit. & iur. lib.* 2. *cap.* 20. *dubit.* 11. *num.* 100.

15 Item ſi cenſus ſit conſtitutus ſuprà decem pro centenario, vt excedat decimam partem in anno, contractus non eſt nullus tanquàm vſurarius, ſed tanquàm ſimplicitèr exceſsiuus erit moderandus, ſi tamen exceſſus non erit multus, aliàs ſi multum excedit, contractus erit vſurarius, & illicitus, idem *Roderic. de ann. redditib. lib.* 1. *quæſt.* 7. *nu.* 8. vbi etiam declarat, quandò cenſus dicatur nimium, vel parum exceſsiuus, & generalitèr quæ pacta vitient hunc contractum, vel vitientur? vide latè *Roderic. de ann. redditib. lib.* 2. *q.* 1. *Theſaur. quæſt. forenſ.* 69. *lib.* 1. *Caſtill. deciſ. Sicil.* 132. qui loquitur de pacto ſoluendi cenſum conſtitutum ad decem pro centenario ter-
16 natim. An autem in conſtitutione huiuſmodi cenſuum habeat locum remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* latè differit *Roderic. lib.* 1. *q.* 11, *nu.* 1. *& ſeqq.* vbi tandèm cõcludit, quòd non, & optimè exemplificat, *Reg. Conſtant. in l.* 3. *n.* 35. *C. de fiſcal. vſur.*

In rebus non fungibilibus huiuſmodi reditus
17 cenſualis poſſet acquiri ſententia, vel tranſactione, *Roderic. de annuis redditibus lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 22.
18 & dùm contractus ſuper his cenſualibus eſt vſurarius, & ſic nullus reſpectu conſtitutionis ipſius cenſus, an ſaltim reſpectu hypothecæ pro recuperanda

ſorte

ſorte principali ſit validus: quòd non, *Idem ibid.lib.2. quæſt.8.*

19 Eſt tamen verum, quòd pactum vſurarium appoſitum in contractu non vitiat contractum, ſed ipſum pactum remanet vitiatum, *Andr.Gayll.pract.obſerv. lib.2.obſerv.5.n.5.Surd.conſ.327.n.18.vol.3.*

RERVM SVMMA.

20 *Executio non tantùm realis contra tertium poſſeſſorem rei ſpecialitèr obligatæ pro cenſu, principali debitore non diſcuſſo, ſed etiam perſonalis, donec res, vt ſuprà obligata, penès eum fuerit, ex hoc edicto datur.*

Dupliciter declaratur, primò, quòd ſint poſſeſſores bonorum, quæ poſſidebantur per conſtituentem tempore cenſus conſtituti, non autem bonorum poſteà quæſitorum.

Secundò id procedit in iudicio executiuo per Pragmaticam contra tertium poſſeſſorem introducto, non autem in iudicio ordinario aſſiſtentiæ.

Poſſeſſor prædij vrbani quomodò differat à poſſeſſore prædij ruſtici, ſi huiuſmodi bona reperiantur ſpecialitèr cenſui ſubmiſſa.

21 *Executio, quæ fit contra tertium poſſeſſorem virtute huius edicti an procedat tantùm pro cenſibus decurſis pro tempore, quo poſſedit tertius iſte, vel etiam pro tempore præterito.*

22 *Cenſus an poſſint generalitèr conſtitui ſuper omnibus bonis venditoris, nulla facta ſpeciali obligatione certi corporis.*

.... *Conſtitutus ſuper certa fundi partè antè emptoris electionem non ſubſiſtit.*

23 *Cenſus iſti an poſſint emi ſuper perſona, nullis deſignatis bonis, nec in ſpecie, nec in genere.*

24 *Defenſiones aliæ an excludantur per hanc Pragmaticam, dùm ſolùm exceptiones excludit, & quis effectus reſultet, remiſſiuè.*

25 *Executio inſtrumenti interim impeditur, ſi debitor exhibeat poſitiones, ſuper quibus petit creditoris depoſitionem.*

26 *Executio haùd impeditur per exceptiones hic enarratas, niſi de eis in promptu conſtet.*

27 *Priuilegij huius exceptiones excludentis validitas, remiſſiuè.*

28 *Compenſatio nùm admittatur contrà cenſus inſtrumentum.*

Retentionis, & cedendarum, & generalitèr aliarum exceptionum materia, remiſſiuè, & n.29.

30 *Pretij taxati in* Bulla *hic inſerta materia, remiſſiuè.*

31 *Cenſus emptor ſi ex eius incuria per triennium ad minorem rationem exegerit an cenſeatur facta diminutio cenſus.*

32 *Solutio præſumpta non admittitur in hac materia.*

33 *Cenſus ſemel empti pro iuſto pretio an in alium licitè poſſint transferri pro minori.*

34 *Res, ſuper qua huiuſmodi cenſus conſtituuntur, debet eſſe libera, & totalitèr explicita, alioquin ſit locus reſciſſioni contractus.*

35 *Pactum, vt poſſit reſcindi contractus, & repeti ſors in caſu non ſolutionis tertiarum, vel alicuius conditionis haùd impletæ, vel aſſertionis non veræ, & ſimilibus, in hoc Regno manet in viridi obſeruantia.*

36 *Pacti reſciſſorij data validitate ex vſu forenſi huius Regni, ſi in aliquo contractu illud appoſitum minimè ſit, ſed ſimpliciter fuerit in certis terminis promiſſa ſolutio tertiarum, ceſſante dicta ſolutione poterit reſcindi contractus.*

37 *Fundus, ſuper quo eſt conſtitutus cenſus, ſi alteri vendatur contra pactum in inſtrumento adiectum, contractus reſcindi poteſt.*

38 *Reſciſſione contractus in caſibus, in quibus ei locus ſit, petita in iudicio, cenſus ſtatim deſinit, & currit intereſſe ad eandem rationem, & quæ differentia ſit, quòd nõ currat cẽſus, ſed intereſſe, ſubijcitur, & n.39.*

20 IN *verſ. non ſolùm* nota vnum mirabile ex hac Pragmatica, quòd non ſolùm permiſit executionem realem contrà tertium poſſeſſorem rei ſpecialiter obligatæ pro cenſu, etiam non diſcuſſo principali debitore, quod procedebat etiam de iure communi, ſecundùm *Bellug.in Specul.Princip. tit.de mater.cenſual.rub.41.§ leges Regni num.11. verſ.meritò ergò*, & latiùs proſequitur *Conarr.lib.3. variar. c.7.nu.6.Gamm.dec.Luſit.13.& 145. Gutierr.conſ.49. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.9.n.48. ver.ſed cum hypothecaria.* Verùm etiam permittit executionem perſonalem, donec res ſpecialitèr obligata fuerit pẽnès eum, quod etiam obſeruatur de conſuetudine Regni Franciæ, ſed tu declara ſecundùm *Intrigliol. conſ.26.* vt poſſeſſor prædiorum ruſticorum pro integro anno vrbanorum pro rata temporis, & de iure communi probat *Rodriq.de exequut.ſentent.c.4.n.47. in fin.cum ſeq.*

Intellige tamen, dummodò hi ſint poſſeſſores eorum bonorum, quæ poſſidebantur per conſtituentem tempore conſtituti cenſus, ſecùs ſi eſſent poſſeſſores aliorum bonorum poſteà acquiſitorum, vt latè demonſtrat *Milanenſ.in dec.1.lib.2.à n.98. vſq.ad nu.* 123. quod ego admittendum puto in iudicio executiuo tantùm introducto per Pragmaticam contra tertios poſſeſſores, non autem in iudicio ordinario aſſiſtentiæ, quod intentaretur contra eoſdem poſſeſſeres, in quo iudicio hæc Pragmatica nihil operatur, & ità paſsim quotidiè in hoc Regno iudicatur, pro qua praxi faciunt plura adducta per *Gutierr.in l.nemo poteſt, n.33. & ſeq. ff.de leg.1. Ioſeph de Seſe.de inhibit.c.4.§.1.n.21. & c.12.*

21 Sed an hoc procedat tantùm pro cenſibus decurſis pro tempore, quo poſſedit hic tertius poſſeſſor, vel etiam pro tempore præterito? & ex verbis huius Pragmaticæ, ibi, *quandiù apud eos illorum detentio fuerit*, innuitur, quòd procedat ſolùm pro tempore, quo poſſedit, & hoc videtur æquius, etiam quia tanquàm ſtatutum debet ſtrictè intelligi, vt quòminus poterit, lædat ius commune, & hoc vltimum intellige quòad executionem perſonalem; nàm quòad realem illa procedet, etiam pro præterito vigore hypothecæ, vt expreſsè voluit *Bellug.* in præcitato *loco*, circà hoc tamen vide *Anton. Gagliard.in vltim.addition.ad Franciſc.Anton.de Iudice Roberto de liquidat.inſtrum.colum.2.in fin.& colum.3.* & limita, vt per *Gutierr.conſ.47. Manſon.de cauſ.executt. ampliat.14.n.43.*

22 In *verſ. ſpecialitèr ordinata* quæro, an huiuſmodi cenſualia poſsint conſtitui generalitèr ſuper omnibus bonis venditoris, nulla facta ſpeciali obligatione certi corporis, *Bellug.* in ſuo *Specul.Princip. titul.de mater.cenſual.rubr.21. §.leges Regni* latè diſputat articulum per 8.*colum.à num.7. in fin. verſic. dicamus ergò, vſquè ad num.14.* & tandem concludit, quòd ſic, & ità de generali conſuetudine obſeruari atteſtatur *Theſaur.deciſ.154.* licèt *Foller.hic in verſic. huiuſmodi cenſualia, numer.48.* velit, quòd de conſuetudine, & etiam ex verbis huius Pragmaticæ ſemper conſtituatur ſuper re certa, idem atteſtatur *Redoan.de rebus Eccleſ.non alien. in rubr.de conſtit.*

constit.ann.census super rebus Eccles.num.44. & ità præcipit *Pius V.* qui omninò hac in re est consulendus in eius *Bulla*, incip. *Cùm omnes* edita in anno 1568. quam inierut *Nauarr.* in suo *Manual.Confess. cap.17. post num.* 235. & iterùm in *tract. de vsuris, num.84. & Redoan. vbi supra post rubr. condit. quibus ann. cens. constit. poss. num.8.* nunc videas *Roder.c. de ann.redditib.lib.2.quæst.7.nu.13. Auendan.de censib. cap.57.* Immò si sit constitutus census super certa parte fundi eligenda per emptorem, donec fiat electio census non sustinetur, secundùm *Gaspar.Thesaur.q.104. lib.3*, vide modò *Dominum D.Franciscum Merlinum*, summæ prudentiæ, & integritatis Virum in suo Opere nuperè edito, sublimi doctrina, & eruditionis splendore condecorato *controuers.forens. cap.55.* hæc referentem, & si fundus, super quo est impositus census reddatur infructuosus in totum, vel pro parte, cessabit census respectiuè, *Gaspar Thesaur.quæst.forens.3.lib.1.* & *Cenc.de cens.dec.1.per tot. & Io.Franc.Leo in Thesaur fori Eccles.part.2.cap.15. de censibus.n.10.*

23 An autem hi census possint emi super persona, nullis designatis bonis, nec in specie, nec in genere? *Couarr.lib.3.variar.resolut.cap.7.nu.5.* latè disputat, & concludit, quòd sic, sed in contrarium vide *Nauarr.* eius Præceptorem in *Comment.de vsur.num.80. Surd. consil.318. volum.3. Gregor. Lopez l.28. tit.8. part.5. glos.3.q.2.Sarmient.lib.7. select.cap.1.num.41. Parlador.rer.quotid.lib.1.cap.3.§.8.nu.53. Villadieg. in for.iud.lib.2.tit.54.8.num.27.* tu consulas *Roderic. de ann.redditib.lib.1.q.4.nu.27.cum seqq. Auendan.de censib.cap.58.n.40. vers.denique*, qui respondet argumentis ipsius.

24 Et dùm hæc Pragmatica excludit solùm exceptiones, vt in *versic.quæ quidem*, videtur, quòd non excludat alias defensiones, ex quo quis effectus resultet, vide per eundem *Bellug. ibidem num.33.* affirmantem, non excludi others Iudicis, & dùm admittit solam exceptionem realis solutionis, quam-
25 vult, probari per scripturas fidem facientes, si debitor exhibeat positiones, super quibus petat depositionem creditoris, interim impeditur exequutio instrumenti, *Idem ibidem num.39. versic.sed quia*
26 *noster*, pro aliis verò exceptionibus, vt putà falsitatis, nullitatis, aut aliarum non impedietur exequutio, vt in litera, nisi de eis constet in promptu, vt per *Carauit.in rit.166.num.57. in 6.quæst. per tot.* De va-
27 liditate autem huiusmodi priuilegij excludentis exceptiones vide *Specul. Bellug. rubr.41. in §. leges Regni, antè n.15. vers.ad secundum.*

28 Quid de exceptione compensationis? *Alexand. in consil.9.colum.2.volum.2.* ratione iuramenti, quod debet seruari in forma specifica, consuluit, quòd non admittatur compensatio contra huiusmodi instrumentum, quem sequitur *Boer. consil.15. visis processibus, num.3. & seq.* & faciunt pro *Alexandr.* opinione tradita in materia obligationis in forma Cameræ per *Sebastian.Medic.in tract.de compensat. par.1.quæst.23. num.3.* & latiùs *q.25.* & secundùm eam iudicauit Sacr. Consil. teste *Afflict. decis.381.* & nunquàm contrà eam obtemere potuisse attestatur *Vrsill.ad Afflict. in d.decis.381. num.4.* & in proprijs terminis huius Pragmaticæ sic semper obseruari vidisse testatur *Castill.decis.118. in fin.* Contrarium tamen voluit *Bart. & Angel. in l.amplius, ff.rem rat. hab.* pro cuius opinione facit *Couarruuias in cap. quàmuis part.1.§.4.num.9 de pact.in sexto, Rot.Gen. decis.104. in princip. Laurent.decis. Auenion.111.nu.3. Graun.de liquidat.instrument. par.5. declarat.12. Menoch. de præsumpt. lib.2. præsumpt.48. num.34.* si tamen vis tenere opinionem *Alexandri*, eam intellige in debito ciuili, & naturali, secùs autem in naturali tantùm; quia hoc casu exceptio compensationis non potest omitti, ità *Bellug. in Specul. Princip. rubr. 41. §. leges Regni, num.32. vers. item scias, & vers. seq.* vbi *Camill. Borrell.* omninò videndus, item intellige, si instrumentum esset iuratum, nam aliàs iuramento, etiam si esset liquidum, & guarentigiatum, poterit opponi compensatio, vt per *Sebastian. Medic. in* prædicto *tractatu de compensat. par.1.q.47. & par.2. quæst.20.* & exceptio retentionis, *Angel. Aretin. in consil.81. nu.6. & 33. in secundo dubio, vsq; ad finem consilij*, & quid in exceptione cedendarum, an sit admittenda? vide late *Mulanens. in dec.1. lib.2. à nu.3. vsq. ad n.55.* qui concludit, admittendam.

29 In materia tamen huiusmodi exceptionum vide *Cæsar. Barz. decis.56. Intrigliol. decis.5.* latissimè *Carol. de Grass. in tract. de exception.* vbi cumulat 43. exceptiones, quæ possunt opponi aduersùs instrumenta censualia in propris terminis huius Pragmaticæ, non obstante, quòd per eam sint reiectæ omnes exceptiones. Sed exceptio discussionis rei specialitèr obligatæ cessat in his censibus, ex particulari dispositione huius Pragmaticæ in *vers. Quæ quidem exequutio*, vbi solam exceptionem solutionis admittit, cæteras omnes excludit, licèt extrà hæc Regna Siciliæ Citrà, & Vltrà Pharum aliter esset dicendum, vt aduertit *Roderic. de ann.reddit. lib.2.q.9. nu.62. in fin.* ex regula *text. in l.2. C. de pignor.*

30 Et de iustitia pretij taxati in *Bulla Apostolica* inserta in hac Pragmatica, vt scilicèt non excedant introitus venditi decimam partem pretij, & sic permittuntur vsq; ad rationem decem pro centenario, vide *Roderic. de ann.reddit. lib.1.q.6.*

31 Sed est aduertendum, quòd si post factam venditionem ad rationem decem, nouem, vel octo pro centenario emptor ex incuria exegerit per triennium ad minorem rationem, puta septem, aut septem cum dimidio pro centenario, censetur recessum à primo pretio, & per tacitum pactum facta diminutio census, ità est *text.* formalis in *l.aduersùs, C. de vsur.* & postea in proprijs terminis reperi *Thoming. decis.33. Reg. Constant. in l.2. num.28. C. de fiscal. vsur.* & disputando idem affirmat *Balb. de præscript.4.part.4.partis principalis q.5. Foller. de censibus, in verb. huiusmodi censualia, num.93.* dicit, procedere in tertio, secùs è contrà, si postea nullo pacto intercedente per errorem soluisset ad maiorem rationem, nàm tunc id, quod amplius censuum solutù est, in sortem imputatur, *l. creditor 102. § fin. ff. de solution.*

32 Non tamen propterea in hac materia admittetur solutio præsumpta, ex regula *text. in l.quicunq; C. de apocis publ. lib.10.* sed realis tantùm, vt multis probat acutissimus *Mastril. in apostill. ad Petr. de Gregor. de censib. q.9. in verb. solutio.*

33 Et census semel empti pro iusto pretio non possunt in alium licitè transferri pro minori, docet *Gutierrez lib.2.pract. quæst.173. Marius Giurba dec.117.* dicit, rescindi contractum, & reduci ad summam exoluti pretij.

34 Res autem, super qua census hi constituuntur, debet esse libera, & explicita totalitèr, aliàs si de facto reperiatur constitutus super re non libera, contractus posset rescindi, vt probat *Gratian. decis.13.* Quicquid in contrarium aliquos Pragmaticos in foro adstruxisse sciam, eo casu, quandò. f. res obligata adeò ampla est, vt sufficiat vtriq; obligationi, authori-

tati-

ritate *gloſ.in l.3. in verb. vel permutauerit,in fin.ff.de crimin.ſtellionat.* quæ citat *text.in l.ſi quis, in princip. ff.de pignor. action.* & voluit allegare *§.final. eiuſdem legis*, ſiquidèm ille *textus*, & *gloſ.* prædicta procedùnt, quandò præcedens obligatio eſt generalis, & non ſpecialis. Item quandò in ſecunda obligatione non eſt facta aſſertio, rem eſſe liberam, & francam ab omni alia obligatione; nàm tunc ſi reperiatur alteri obligata ſpecialitèr, vtiquè, quantùmuis ſit res ampla, & latiſundium,ſtatim eſt locus reſciſſioni contractus, vt conſtat ex *l.3.C.de ſeru.pignor. dat.man. dict. l. ſi quis in pignore,§.fin.ff.de pignorat.action.* in ratione ſui dicti,*l.ſi tibi liberum, in fin.& l.ex empto,§.ſi quis virginem,ff.de action.empt. l.penult. in fin.ff.de euict. l.qui vti optimè,ff.de verbor. ſignif.* vbi *Alciat.* in ſpecie ait,poſſe agi ad reſciſsionem contractus, idem tenet *Socin.conſ.26. colum.fin. lib.3.Caballin.in milleloquio* 1345. & antè hos *Ioann. Fab.in l.1.C.de crim.ſtellionat.& ibidem Angel.in fin. Papien.in form.libell.in act.hypoth.in verb. ſub eadem obligatione,num.*19. & nouiſsimè *Schuuar. in tract.de pignor.nu.*12.*verſ.debitor præterea generalis*, faciunt tradita per *Hieron.Laurent. deciſ.*108. *num.*7. ad materiam *leg.ſi creditor,§.fin. ff.de diſtract. pignor.* Quæ non conſideranit *Rota Roman. deciſ.*345. inter impreſſas primo loco ſub nomine *Farin.* nec *Beltram. ad Rot.Rom.*apud *Ludouiſ.dec.*295.*n.*5.

35 Tantò magis, quia in hoc Regno, tàm in hoc caſu, quàm in caſu non ſolutionis tertiarum, vel alicuius conditionis non impletæ, aut aſſertionis non veræ, & ſimilibus ſit pactum,vt poſsit reſcindi contractus,& repeti fors,quæ pacta ſunt omni iure valida, & in hoc Regno manent in viridi obſeruantia, ex traditis per *Paridem de Puteo de reintegr. feud.cap.*incip.*ſequitur modò quotidiana quæſtio,n.*33. & 34.*fol.*mihi 61.*Gratian.diſcept.forenſ.*258.*num.*20. & 301.*num.*5. & 6. vbi adducit etiam deciſiones Rotæ Romanæ, quicquid in contrarium affirmet *Ioſeph Seſe dec.Aragoniæ* 110.

36 Immò dico vnum,quod eſt fortius, vt data validitate huiuſmodi pacti reſciſſorij ex vſu forenſi huius Regni, ſi in aliquo contractu non ſit appoſitum,ſed fuerit promiſſa ſimplicitèr ſolutio tertiarum in certis terminis, ceſſante in eiſdem ſolutione, poteſit reſcindi contractus, ſecundùm *Marzar. conſil.* 58.*num.*4.& *Cæſar.Barz.deciſ.*8.& 16.*Borgn.Caualc. deciſ.*43.*num.*19.*par.*1. etiam ſecundùm diſpoſitionem *Bullæ Pij V.Seraph deciſ.*1418.*num.*15.*Maſtrill. deciſ.*279. & ità deciſum per S.C. refert *Thor.in* 2. *par.Compend deciſ. in verb.pactum reſciſſorium.& in verb.reus vnus,propè fin.*

37 Et eodem modo ſi fundus, ſuper quo eſt conſtitutus cenſus, alteri vendatur contra pactum in inſtrumento adiectum, quod omni iure validum eſſe demonſtrat *Gutierr.lib.2.pract.quæſt.*167.

38 Sed pro coronide attendas, quòd in omnibus caſibus, in quibus eſt locus reſciſsioni contractus,& poteſt repeti pretium capitale, licèt hoc omninò neget *Gutierrez lib.2.pract.quæſt.*175. ſi emptor petit reſciſsionem contractus in iudicio, tunc ſtatim deſinit cenſus, vt probat *Simon de Prat.conſ.*10.*centur.*3.& antè ipſum *Gozadin.conſ.*1.*nu.*1.*& conſ.*11. & nouiſsimè *Bocacc.in tract.de contract.& ſocietat. officior.num.*140.per *text.in l.Iulianus,§.offerri,ff.de action.empt.* Addo *Farinac.deciſ. Rot.Rom. ciuil.*706. *Gratian.diſcept.forenſ.*301.*nu.*7.*& Mareſc.var.reſol. lib.2.cap.*61 *in* 2.*caſu*,quod ſanè intelligas, vt .ſ. non currat amplius cenſus,vti cenſus,ſed non propterea ſequitur,quin currat intereſſe in beneficium emptoris ad eandem rationem, ad quam fuerat conſtitutus cenſus, & ideo quamplures ſententias vidi latas per Sacrum Conſilium,præſertim in proceſsibus antiquis, per quas reſcinditur contractus, & condemnatur venditor horum cenſuum ad capitale, & ad tertias decurſas vſq; ad diem litis motæ, vel ad diem litis conteſtatæ,& ab indè in anteà ad intereſ-

39 ſe ad eandem rationem; Nec dicas,quòd dùm condemnatur ad intereſſe ad eandem rationem, hæc ſit differentia verbalis tantùm,& non realis,nàm differentia eſt non modicæ conſiderationis,ſiquidèm donec cenſus currit in damnum emptoris vti cenſus vigore contractus non reſciſi, ſi venditor cenſus ſit in mora ſoluendi, tunc poſt moram commiſſam tenetur, nedùm ad cenſus ipſos,ſed etiam ad intereſſe cenſuum, & ſingularum tertiarum, ſed quandò non debetur vti cenſus, ſed vt intereſſe poſt petitam reſciſsionem contractus, tunc pro intereſſe decurſo poſt petitionem, & moram commiſſam in ſoluendo ipſum intereſſe nõ debetur aliud intereſſe,quia non datur intereſſe alterius intereſſe, ſecùs in intereſſe cenſuum,ſeù tertiarum,quia tertiæ debentur vti fructus,ità patet ex *Præſ.de Franch.dec.*254.*nu.*12. *Reg. Lanar.conſ.*79.*n.*6.*& Reg.de Pont.conſ.*64.*n.*18.*lib.*1.

Quod intelligas,ſi debitor poſt petitionem reſciſsionis non purgauerit moram ſoluendo integras tertias,quia purgata mora per ſolutionem tertiarum, illa petitio extinguitur, & currunt tertiæ, ac ſi petitio non interceſſerit.

RERVM SVMMA.

40 *Reſciſſionem contractus creditor an iuſtè petat pro annatis decurſis lite pendente ex primo libello,& actis ſuper eo factis, ſi antè latam ſententiam conuentus ſoluat integras illas annatas in die litis motæ debitas,& n.*42.*&* 43.

41 *Emphyteuta ceſſante à ſolutione canonis per triennium. Dominus recipiendo canonem ſibi debitum pro præterito, an ſibi præiudicet, ità vt cenſeatur remittere caducitatem,& quid ſi ſolueret partem tantùm.*

43 *Ius actori ſuperueniens quandò ſufficiat ad obtinẽdam victoriam.*

44 *Fundus,ſuper quo eſt conſtitutus cenſus, ſi ſit creditori pro annatis decurſis adiudicatus, an propterea cenſus ſit extinctus.*

45 *Contractus nouus introductus ſuper donatiuis cum Regia Curia,per quem emptori in certis terminis eſt ſatisfactum de vſuris,& capitali,an ſit iuſtus.*

46 *Cenſus ſi ab vno tantùm ex pluribus contrahentibus inſolidum obligatis ad ſolutionem dicti cenſus conſtituatur ſuper fundo proprio,nùm inſpecta Bulla hic inſerta ſit validus.*

47 *Cenſus an poſt emptionem perfectam cum pacto redimendi libero abſq; vinculo poſſit ab emptore alteri cedi cum onere,quòd tempore recemptionis teneatur venditor pretium deponere.*

Cenſualis contractus & ſi non appareat ſcriptura poterit aliundè probari.

Cenſus poteſt in teſtamento per viam legati conſtitui.

40 HIC tamen cadit illa notabilis quæſtio, quid ſi creditor poſt maturatas tres, aut plures tertias, ſiuè annatas horum cenſuum petat reſciſsionem contractus cenſualis, deducendo in ſpecie annatas ſibi debitas vſq; ad diem petitionis; & lite pendente currant aliæ tertiæ, ſiuè annatæ,de quibus non eſt facta mẽtio in libello,quia tempore por-

recti libelli non debebantur,& antè latam ſententiã debitor conuentus ſoluat integras illas annatas,quæ debebantur in die litis motæ,& retardet ſolutionem tertiarum decurſarum poſt motam litem. An creditor iuſtè petat reſciſſionem contractus pro annatis decurſis lite pendente abiq; nouo libello, & noua compilatione proceſſus,ex ſolo primo libello, & ex actis ſuper eo compilatis?

Et prima facie videtur dicendum, quòd omninò debeat ceſſare iudicium reſciſſorium intentatum, nam ſi inſpicimus tertias maturatas in libello deductas, per receptionem, & ſolutionem illarum creditor cenſetur receſſiſſe à reſciſſione petita,iuxtà *text. in l.de lege, §.poſt diem, cum l.ſequenti, ff.de leg.commiſſ.& l.2.C.de iur.dom.impetr.* cum ſimilibus.Si verò inſpicimus tertias decurſas poſt litem motam, ſuper eis non poteſt fundari ſententia, cùm non ſint deductæ in libello, & tamen ſententia debet eſſe conformis libello, *l.vt fundus,ff.commun.diuid.*

Contrarium tamen ſuadetur ex inſcriptis rationibus,& licèt in propria materia reſciſſionis hujuſmodi contractuum ex defectu ſolutionis tertiarum particularem doctrinam applicare non poſſim, eò quòd huiuſmodi contractus cum his pactis reſciſſorijs fuerunt introducti modernis temporibus, nec fuerunt ab antiquis cogniti. Tamen procedendo de ſimilibus ad ſimilia,videtur mihi,pacta reſciſſoria in his contractibus cenſualibus habere maximam ſimilitudinem, ac ſympathiam cum pactis reſciſſorijs, quæ apponuntur in contractu emphyteutico, quandò ſcilicet emphyteuta ceſſaret à ſolutio-
41 ne canonis per triennium cõtinuum, in qua quidèm materia licèt non ignorem,magnam eſſe controuerſiam inter *Doctores*, an poſt incurſam caducitatem per ceſſationem à ſolutione canonis per triennium, Dominus recipiendo canonem ſibi debitum pro præterito præiudicet ſibi quòad caducitatem,ità vt cenſeatur illam remittere per receptionem canonis, *l.2.C.de iur.domin. impetr.* & communiorem opinionem eſſe pro parte affirmatiua, vt patet ex latè deductis per *Clar. in §. emphyteuſis, q.10.* & latiſſimè per *Menoch.præſump.112. lib.3.* Tamen admiſſa pro nunc hac opinione communi, quæ apud me non remanet ſine difficultate,illa communitèr limitatur,vt procedat, quandò emphyteuta ſolueret integraliter totum canonem debitum pro integro triennio, ſed ſi ſolueret partem tantùm,etiam ſi ad integralem ſolutionem deficeret vnus nummus, vtiq; Dominus per receptionem partis non præiudicabit ſibi quòad caducitatem,nec illam cenſetur remittere,ità in ſpecie, & formaliter tradiderunt omnes infraſcripti *Doctores*, quibus nemo,quem viderim, contradicit, videlicèt.

Specular. in tit.de locat. ſiuè *de emphyteuſi*, *§.nunc aliqua.q.29.n.40.*
Io.And.ad Specul.ibid.in verb.conſtituatur.
Oldrad.conſ.19.
Alber.in auth.qui rem.n.4.C.de ſacroſ.Eccl.
Bald.in rubr.C.de contrahend.empt.q.10.
Idem Bal.in l.res bona fide,ff.de contrah.empt.
Caſtr.in l.in executoriis,§.ſi ità ſtipulatus.antè nu.2. verſ.quòd ſi emphyteuta,ff.de verb.oblig.
Gozad.conſ.57.n.15.& conſ.69.n.8.
Natt.conſ.479.n.7 & ſeq.vol.3.
Iaſ.in l.2.q.16.n.54.C.de iur.emphyt.
Berous conſ.120.n.17.vol.1.
Hippol.Riminal.conſ.94.num.2. & Inſtit.de donat. §.1.nu.4.
Imol.in c.pottuit,poſt n.47.extrà de locat.
Crot.in l.4.§.Cato,n.29.ff.de verb.oblig.
Guilelm.Mayner,in Imaginaria venditio, num.3. ff.de reg.iur.
Tiraqueli.de retract.conuent.§.4.gloſ.6.num.26.& iterum in *tract.de iudic.in rebus exiguis, verſ.51.lo ſecondo.*

Quæ opinio apertiſſimè mihi probatur ex *text. in l.execution,§.item ſi ita.ff.de verbor.oblig.& in l. quamdiu, C.de diſtract.pignor.* & ex deciſis per *gloſ.in l.res bona fide,ff.de contrah.empt.*

Ratio eſt,quia vbi ex pacto, ſiuè tacito,ſiuè expreſſo aliquid debetur, etiam minimum arrenditur, vt declarat *Dec.in auth.qui rem,n.18.C.de ſacroſ.Eccl.* & vbi adeſt pœna non liberatur debitor ſoluendo partem, quin pœna committatur pro toto, vt voluit *Bart.in l.ſcire debemus,n.4.ff.de verb.oblig.*

42 Quò fit,vt ſi hæc opinio tot *Doctorum* authoritate approbata rectè procedat in materia contractus emphyteutici,multò fortiùs procedit in materia huiuſmodi contractus cenſualis. Siquidèm in contractu emphyteutico priuati per ceſſationem canonis Dominus directus licèt habeat duo remedia,nempè, aut deijcere emphyteutam, petendo rem deuolutam, aut penſionem petere, tamen electione vnius alterum tollitur,vt in *§.ſi verò quis locator,in auth.de alien.& emphyt.*& ſic exigendo partem canonis videtur ſibi præiudicare reſpectu caducitatis, & petendo caducitatem non poteſt exigere canonem, tradit *gloſ.in l.2.in verb.repellere,circà med.uerſ.item triennio,C.de iur.emphyt.*at in contractibus hiſce cenſualibus creditor per ceſſationem à ſolutione tertiarum habet duo remedia, ſcilicèt petere tertias decurſas,& reſcindere contractum, ità tamen vt per electionem reſciſsionis contractus non cenſeatur remittere tertias debitas, nec prohibeatur illas exigere, immò reſciſsio ipſa contractus eſt ad id particulariter inducta, vt facilius exigantur tertiæ ſimul cum capitali,vndè cùm exactio tertiarum non ſit incompatibilis cum reſciſsione contractus, creditor recipiendo partem tertiarum poſt petitam reſciſsionem contractus non cenſebitur renunciare ipſi reſciſsioni petitæ,multò facilius,quàm Dominus directus recipiendo partem canonis poſt incurſam, & petitam caducitatem.

Item ex alio aſſumpto patet in caſu noſtro, hanc opinionem procedere ſine ſcrupulo,quia in materia emphyteutica licèt caducitas illa incurratur ipſo iure, tamen requiritur ſententia declaratoria, vt per *Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucenſ.9.num.9.* Adeò quòd antè ſententiam non poteſt dici res deuoluta. Sed in caſu noſtro facto caſu reſciſsionis, & ſequuta declaratione creditoris volẽtis,contractũ eſſe reſciſsũ,per actũ litis cõteſtationis intelligitur facta reſciſsio,ità vt etiã antè ſententiam dicatur contractus reſciſſus; ex his,quæ ſuperiùs annotaui: Ergò ſi contractus habetur pro reſciſſo à die litis conteſtatæ,non poteſt dici, quòd creditor recipiendo poſteà tertias de his, quæ erant decurſæ antè litem conteſtatam, cenſeatur renunciaſſe reſciſsioni iàm factæ, quia etiam exactio tertiarum erat ſibi permiſſa per reſciſsionem contractus, & reſciſsio contractus cum exactione tertiarum non ſunt actus incompatibiles, ſed omninò compatibiles, immò exactio tertiarum eſt actus conſequutiuus ad reſciſsionem contractus.

Et nè particularis ferè deciſio deſit in caſu noſtro, videatur,rogo *Bald.in l.quamdiù, C.de diſtract.pign.* qui ait, illam *legem* eſſe notabilem contra non ſolentes integras præſtantias; quibus appoſita eſt pœna,ſi non ſoluerint, nàm ſi vnum denarium ſoluens omi-

omiſiſſet, pœna commiſſa eſſet.

Non obſtant modò iura in contrarium adducta, nàm illa procedunt in actibus, qui ſunt incompatibiles inter ſe, & proindè non eſt mirum, ſi non poſſunt ambo concurrere, & eligendo vnum, cenſetur alteri renunciatum, ſiquidèm in *l.de lege, §.poſt diem, cum l.ſeq.ff.de leg.commiſſ.* non eſt mirum, ſi venditor poſt diem reſolutioni venditionis adiectum recipiendo pretium, ſiuè etiam partem pretij cenſeatur renunciaſſe reſolutioni contractus, quia receptio pretij tendit ad perfectionem contractus, non autem ad reſolutionem, & eſt actus incompatibilis cum reſolutione venditionis, non enim poteſt Dominus habere pretium rei venditæ, & retinere dominium illius. Similiter in *l.2.C.de iur.dom.impetr.* non eſt mirum ſi creditor poſt acquiſitum dominium pignoris non poteſt ampliùs recipere vſuras ſui crediti, & recipiẽdo vſuras, cenſetur renunciaſſe dominio impetrato, quia per addictionem pignoris inducitur ſatisfactio crediti, & non remanet ampliùs creditor, quòd ſi velit adhùc exigere vſuras pro anno futuro, id non poteſt facere vti Dominus pignoris, ſed tanquàm creditor, quia exigere vſuras pecuniæ creditæ, & habere dominium rei pignoratæ, & ab indè percipere fructus, ſunt actus incompatibiles; ergò rectè inductum eſt, vt per receptionem vſurarum poſt pignus addictum decurſarum cenſeatur renunciaſſe dominio pignoris ſemel acquiſito.

At in caſu noſtro huiuſmodi incompatibilitas omninò ceſſat, nàm non propterea tertiæ minùs debentur poſt reſciſsionem contractus, quàm antè, & propterea exactio tertiarum etiam facta lite pendente non impedit reſciſsionem iàm petitam, & quòd prædicta iura in *d.§.poſt diem, & in l.2.* procedant, quandò ſunt actus incompatibiles, & remedia contraria, voluit *Barbat.in cap.in noſtra, num.95.* iuncto præcedenti *num.93.extrà de reſcript. Menoch. præſumpt.45.num.6.& 7.lib.3.* & hæc ſufficiant quòad primum caput, quòd per receptionem tertiarum petitarum, & maturatarum non ſit præiudicatum reſciſsioni contractus.

43 Quòd verò ad ſecundum caput, vt ſcilicèt ſententia reſciſſionis poſſit fundari ſuper defectu tertiarum decurſarum poſt litem motam abſq; noua petitione, & nouo libello, dùm viget eadem actio, ſatis apertè fundatur ex doctrina *Io. Fabr. in §. ſi minus, nu.6. verſ. nàm ſi minus petij, Inſtit. de action. Odofred. in l.non poteſt, verſ.item ſi peto à te ſortem, & circà fin. verſ.item iſta lex recipit aliam declarationem, Alber.in eadem leg.colum.2.verſ.& pro declaratione, ff.de iudic.* qui dicit, ius ſuperueniens ex cauſa vſurarum decurſarum pendente iudicio ſufficere ad condemnationem ex eadem inſtantia, & abſq; nouo proceſſu, & ità fuit deciſum per *Capellam Tholoſanam q.30.* ſecundùm quam alias etiam iudicatum vidiſſe refert *Maſuer. ad Practi. Papienſ. in forma libell. action.real. in verb. deducendo in præſenti iudicio, in apoſtill.* incip. *qui antè diem agit, fol.* mihi *66.colum.2.* Idem colligitur ex dictis *Floriani in l.1. §. fin. ff.de vſur.* per *Bald.* & alios in *d.l. non poteſt*, per *Angel. Aret.in §.2.n.17. Inſt.de actio.* quia ius ſuperueniens actori pendente iudicio ſuper eadem cauſa propoſita in iudicio, non dico ſuper diuerſa, ſufficit ad obtinendam ſententiam, *cap.Abbate ſanè, verſ.vndè etſi actori, & ibi Canoniſtæ* omnes *de re iudic. in ſexto*, pro quo facit *text. in l.tigni, §.fin.ad exhibend.* cum ſimil. & etiam dicta per *Capyc.dec.16.num.6.* vbi dicit, quòd petita deuolutione ex cauſa cenſuum non ſolutorum, quàmuis tempore petitionis non debentur cenſus ſufficientes ad deuolutionem, ſi tamen pendente lite debiti fuerint, deuolutio prædicta procedit.

Ex quibus dùm hic caſus accidiſſet in Sacro Conſilio inter Hæredes, ſeu Multiplicum Nicolai Pauesij, & Principem S.Seuerij ſic obtinuit iunctis Conſiliarijs duarum Aularum, referente Regio Conſiliario Fabio Riccardo die 23. Martij 1605. Actuarius eſt Anellus de Mondellis. Et iàm prodijt *deciſio Grzarell. 68.* in hac cauſa, qui refert, idem poſteà in alijs cauſis fuiſſe deciſum.

44 Poſſet etiam dubitari in hac materia, ſi fundus, ſuper quo eſt facta venditio cenſus, ſit adiudicatus creditori pro annatis præteritis, an propterea cenſus ſit extinctus? ad quòd eſt videndus *Boer.dec.309.* qui refert deciſum, non eſſe extinctum, *Roder.c.de ann.reddit.lib.2.q.9.n.43. verſ.ex quo infertur* admittit, quandò hypothecæ creditori addictæ æquiualẽt ſorti, & decurſis penſionibus.

45 Et quia proximis ab hinc annis fuit introducta noua quædam ſpecies contractus ſuper donatiuis cum Regia Curia, per quam emptori in certis terminis eſt ſatisfactum de vſuris, & capitali, & Ego alias ſatis dubitaui de iuſtitia huiuſmodi contractus, tu pro eius validitate conſulas *Modeſtin.Piſtor. q.97. lib.2.* qui concludit, fieri poſſe.

46 Vnum tamen perpetuò è memoria non excidat, quòd ſi vnus tantùm de pluribus contrahentibus conſtituat cenſum ſuper prædio proprio, ſolutio verò pretij fiat non conſtituenti tantùm cenſum ipſum, ſed omnibus alijs contrahentibus, qui omnes ſe obligant ad ſolutionem cenſus inſolidum, talis cenſus inſpecta hac Bulla non erit validus, vt concludit *Surd.conſ.421.volum.3. & conſ.318.* ſed tu declara, vt per *Fachin.lib.10.controu.iur.c.64.* quandò adeſſet renunciatio cum clauſula, *omni modo meliori*. Sed *Maſtrill.dec.141.* contra *Surd.* concludit.

47 An poſt emptionem cenſus perfectam cum pacto redimendi libero abſq; vinculo, poſſit ab emptore alteri cedi, cum onere, quòd tempore reemptionis teneatur venditor pretium deponere? *Ioſeph de Seſſe de inhibit.cap.4.§.8.poſt num.3. verſ.nota* dicit, fuiſſe deciſum, non valere onus appoſitum etiam præſente obligato in cenſu, reſpectu cuius præſentis ipſe tenet oppoſitum, & nota, quòd hic contractus cenſualis etiamſi non appareat ſcriptura poterit aliundè probari, vt probat *Ioſeph Ramon.conſ.* 82. & poterit conſtitui in teſtamento per viam legati, *Caſtill.dec.230.vol.3.* Alia notabilia in hac materia habes apud *Mart.conſ.146.161.173.& 175.*

RERVM SVMMA.

48 *Mutuum poſt termini lapſum repeti poteſt.*
Sed nil ultrà ſortem accipi, niſi ratione intereſſe, uel lucri ceſſantis, uel damni emergentis.
Idq; admittitur cum ampliatione, de qua ibidem.
Emptiones annuorum reddituum ſunt in hoc Regno frequentes.

49 *Intereſſe ultrà ſortem nomine tertiarum exigi poteſt à debitore moroſo, etiam ſi non adſit contractus.*

50 *Mutuator an poſſit ſortem principalem repetere, ſi per plures annos recepit ſortem principalem ſub nomine tertiarum.*
Cenſus, ſiuè annuus reditus non poteſt conſtitui, ſiuè in eſſe deduci abſq; neceſſarijs requiſitis, de quibus in Bulla Papæ Nicolai.
.... conſtitui non poteſt cum ſola perſonæ obligatione, ſiuè rei deſignatione.

Mutui

Mutui contractus poteſt transfundi in contractum cenſus, ſinè annui reditus, præcedentibus legitimis requiſitis, n. eod. in fin.

48 IN mutuo elapſa dilatione poteſt peti ſors principalis. *Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quæſt. 4. n. 21. & lib. 3. quæſt. 2. num. 9.* Sed vltra ſortem non permittitur exactio, niſi ratione intereſſe, *Idem lib. 3. q. 5. num. 2. & 12.* ſeù damni emergentis, & lucri ceſſantis, *Idem num. 5.* etiam quòd lucrum non probetur in potentia, *Idem num. 24. in fine*, & ſic praxis admittit propter frequentes annuorum reddituum emptiones, *Idem num. 26. in fin.* poſt verò moram ipſius debi-
49 toris, *Idem num. 30.* & ideò ſi quis ex ſorte principali ad tempus ſoluenda elapſa dilatione receperit aliquid, vt ſuprà, ſub nomine tertiarum, quamuis non adſit contractus, poteſt exigere aliquid vltrà ſortem, quia eſt intereſſe oriens ex mora debitoris; quàmuis recipiatur ſub nomine tertiarum. Sed nun-
50 quid mutuans receptis per plures annos ſolutionibus ſub nomine tertiarum, poſsit petere ſortem principalem, & nùm ex receptione prædicti intereſſe ſub nomine tertiarum ſibi præiudicauerit, ità vt mutuum videatur transfuſum in contractum annui reditus? dicas, quòd non; quia ad conſtituendos annuos introitus debent concurrere requiſita *Bullæ Papæ Nicolai* in hoc Regno, vndè infert *Foller. in prax. de cenſ. in verb. huiuſmodi cenſualia, num. 50.* quòd non poteſt conſtitui cenſus non relatus ad rem, quamuis ſe obliget, quem ſequuntur *Boccac. de cenſibus, par. 2. num. 84. Intrigliol. ſuper Bulla, q. 37. n. 7. Maſtrill. ad Petr. de Gregor. de cenſibus, quæſt. 5. nu. 67.* Quantò magis, vbi nulla adeſt obligatio, ſed tantùm exactio intereſſe ſub nomine tertiarum, nec nomen tertiarum poteſt mutare ſubſtantiam cõtractus mutui, & exactio permittitur ratione intereſſe, quandò eſt infrà legitimam ſummam, vt ſuprà, quàmuis mutato nomine, & in ſpecie, quòd debitor, qui recepta pecunia promiſit cenſum, & ſoluit per multos annos, non poſsit cogi in futurum, tenet *Petrus Salazar de vſu, & conſuetud. cap. 9. nu. 11. verſ. ſed non puto, & cap. 10. num. 49.* quem ſequitur *Maſtrill. vbi ſup. q. 5. num. 305.* tantò minus poteſt cogi, qui ſoluit abſquè promiſsione, prout eſt caſus præſens, & è contrà creditor non obſtantibus ſolutionibus receptis nomine tertiarum non poterit cogi ad recipiendum in futurum eaſdem ſolutiones, & ad libitum poterit petere ſortem principalem ratione mutui, & quàmuis contractus mutui poſsit transfundi in contractum annui reditus, debent præcedere contractus, & alia requiſita, vt per *Foller. in d. verbo huiuſmodi cenſualia, n. 82. Intrigl. ſuper Bulla q. 97.*

ADDITIO.

A SED quid è contrà, in pacto ſcilicèt, vt non poſsit venditor infrà certum tempus annuos introitus redimere, an hoc pacto non obſtante cogi poſſit emptor venditori retrouendere annuos introitus, ſitq; in facultate debitoris quandocunq; cenſum redimere, non expectato conuenèti temporis lapſu. Hanc quæſtionem reaſſumpſit doctiſsimus *Regens Conſtantius in l. 2. et 3. num. 40. C. de fiſcal. vſur. lib. 10.* vbi probat, tale pactum eſſe validum, minimèq; teneri emptorem infrà conuenctum tempus retrouendere, duplici ratione. Altera, quia nullo iure poſitiuo inuenitur prohibitum, & tàm *Bulla Papæ Nicolai*, quàm *Pragmatica Regis Alphonſi* pactum hoc non prohibent, ergò cenſeri debet permiſſum. Altera vo-
rò, quia neq; in *Bulla Papæ Nicolai* cauetur, vt redimendi facultas quandocunq; venditori competat, prout abſq; fundamento ſibi perſuaſit *Petrus de Gregorio de cenſibus quæſt. 1. nu. 19.* à quo cauendum aduertit idem *Dom. Reg. Conſtant.* Nec minus ſequitur, contractus huiuſmodi cenſuales tactos fuiſſe, ſeù fieri ſolere cum pacto de retrouendendo quandocunq, vt dicitur in *extrauagantibus Martini V. & Calixti III.* quæ habentur in *c. 1. & 2. de emption. & vendition.* ergò neceſſariò, ſi pactum iſtud non fiat quandocunq; minimè valeat, nàm ſatis eſt, vt emptio cenſus facta ſit cum pacto de retrouendendo, ſeù, vt *Nicolai Bulla* loquitur, cum inſtrumento gratiæ pro ſimili quantitate redimendi, & ſic non ſequitur, ſolitum eſt fieri cum inſtrumento gratiæ quandocunq; ergò non poteſt fieri ad tempus. Terciò, & melius (& hoc non conſiderauit Dominus *Regens Conſtantius*) certum eſt, quòd potuit ab initio contractus paciſci, vt cenſus fuiſſet perpetuò irredimibilis, ergò multò facilius potuit conueniri, vt per aliquod tempus non poſsit redimi, & ità fortitèr argumentatur *Ludouic. Auendan. de cenſib. cap. 19 ſub num. 4.* & hanc opinionem amplexos fuiſſe refert (licèt ipſe eam non ſequatur) *Fabrum, Petrum de Bellapertica, Cynum, Angelum, Alexand. Cagnol. Cepoll. Guid. Pap. Nauarr.* & alios in *locis*, quos citat.

Contrariam ſententiam, & quòd pactum hoc ſit inualidum, defendit *Couarr. variar. reſolut. lib. 3. c. 8. verſ. quæ ratione, ad finem, & cap. 9. num. 4. Roderic. de annuis redditib. lib. 1. quæſt. 18. num. 9. & Auendan. in d. cap. 19. num. 4.* qui quamplurimos huius ſententiæ Sectatores refert ſub *num. 5.* (quàmuis inter eos numeret *Guid. Pap. in ſingul. 477.* quem, credo, tenere contrarium, vt patet ſub *num. 4. in ver. Iſti dicunt melius*; nàm relata vtraq; opinione, vna ſcilicèt pactum hoc tanquàm vſurarium improbante, & altera tanquàm non iuribus contrarium approbante, ſequitur immediatè. *Iſti dicunt melius*, ergò ipſe adhæret opinioni contrariæ, quòd ſcilicèt pactum ſit validum, & ſic non poteſt pro iſta opinione pacti inualiditatem approbante adduci, ideòq; illum numerare libuit inter *DD.* qui pacti validitatem tuentur) & ſecundùm hanc *Couarr.* & aliorum opinionem iudicaſſe Sac. Conſil. iunctis Aulis, negotioq; benè diſcuſſo refert *Dom. Reg. in deciſ. 33.* declarando pactum iſtud tanquàm ſatis damnoſum Reipublicæ, & ſuſpectum in his contractibus cenſualibus, etiam ex confeſsione illorum, qui ſcripſerunt pro illius validitate eſſe reſpuendum à contractu, & proindè pactum ipſum vitiari, etſi non vitietur contractus, vt in *num. 16.* & miror, quòd *Dominus Regens*, qui *DD.* vtriuſq; opinionis recenſet, non meminerit de *Dom. Reg. Conſtant. in dict. l. 2. & 3. C. de fiſcal. vſur.* niſi dicere velimus, quòd data opera fecerit, nè tanti Viri authoritas, & doctrina ab ipſo *Dom. Regente*, & ab omnibus ſemper elata, magniq; facta, impugnata, ſeù neglecta quodammodò videatur, quod dolendum non eſt, in dies enim videmus, *Bart. Bald.* aliorumq; clariſsimorum dicta impugnari, refelli, immò falſa reputari, ac imperitos quoſq; Iudices contrà ea iudicare.

Huius receptæ, & magis approbatæ opinionis ea eſt ratio, quia iuſtitia huius contractus cenſualis principalitèr conſiſtit in libera hac facultate redimendi, quam *Pontifices* venditoribus integram, & abſolutam conceſſerunt, & formalitèr ea in cenſus creatione adiſcienda eſt, & ſic pactum hoc eſſet contra naturam contractus cenſualis, qui debet eſſe quandocunq; redimibilis, nec poteſt tempore aliquo

coarctari, ità *Auendan.in loco* iàm cit. ſub *n.5.* qui reſpondet etiam fundamentis, & rationibus contrariæ opinionis.

3 Verè hæc *Pragmatica* circà hoc, quòd concedit carcerationem, & exequutionem perſonalem contrà tertium poſſeſſorem rei ſpecialitèr hypothecatæ pro cenſibus non ſolutis per principalem debitorem, eſt nimis dura, ideòq; in pleriſq; Regni partibus, & præſertim in M.C.V. non ſeruatur, nec in M.C. ſolùm, ſed etiam in S.C. alijſq; huius Neapolitanæ Vrbis Tribunalibus, (in quibus per annos quadraginta ſum verſatus, *Dominumq; Regentem*, donec ad Regij Conſiliarij munus fuit euectus, habui Præceptorem, & Mœcenatem) minimè vidi obſeruatum, quòd vigore inſtrumenti cum principali debitore celebrati pro cenſibus perſonalis exequutio contra tertium poſſeſſorem fuerit conceſſa, ſed benè recordor, multotiès Dominos Iudices reuocaſſe ſententias, ac literas exequutoriales, perſonalitèr contra tertios poſſeſſores pro cenſibus relaxatas. Cuius obſeruantiæ, ac praxis teſtem appello eruditiſsimum, licèt incertum, innominatumq; *Authorem in additione ad Franciſc. Anton. de Iudic. Roberto ſuper liquid. inſtrum. conſider. 4. ſub num. 79. fol. 415.* qui dicit, quòd in M. C. quòad exequutionem perſonalem non ſeruatur in practica, & M. C. nullo modo admittit, quinimmò cum maxima difficultate admittit, vt procedatur via exequutiua, etiam quòad exequutionem realem tantùm, & quòd aliquandò fuit per M. C. reuocata ſimilis prouiſio de exequendo perſonalitèr contrà tertium poſſeſſorem pro cenſibus vigore huius *Pragmaticæ* per Curiam Caietæ ordinata.

Vt enim deueniri poſſit ad capturam perſonalem, duorum alterum interueniat, neceſſe eſt, vel quòd inſtrumentum ſit liquidatum via ritus M. C. quo ſanè caſu conceditur carceratio, ex diſpoſitione *Rituum 166. & 172.* vel quòd adſit pactum, aut expreſſa conuentio, quòd in defectu ſolutionis poſſit exequi realitèr, & perſonalitèr, prout obſeruatur in prætorijs, ſeù iudicialibus ſtipulationibus, (quas obligationes pœnès acta appellant) in quibus in ſpecie conuenitur, vt poſſit exequi contrà debitorem non ſoluentem in tempore præſtituto realitèr, & perſonalitèr ad creditoris electionem, *D. Regens Capyc. Latro deciſ. 72. ſub num. 12.* & ſic ex conuentione, & pacto deuenitur ad capturam, & exequutionem perſonalem, quod fieri poteſt, ſecundùm magis communem opinionem, prout tradit *Mauſon. de cauſ. exeq. quæſt. 2. concluſ. 2. in princip.* licèt non deſint DD. qui dicant, huiuſmodi pactionem, qua quis ad carceres ſe obligat in contractu cenſuali, ac in annui reditus venditione, minimè valere, ſicut teſtatur *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 10. num. 11.* ex *Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. num. 7.* Ac etiam obſeruatur, ac conuenitur in pacto exequutiuo, quod in inſtrumento apponi ſolet his verbis, *ità quòd habeat promptam, ac paratam exequutionem, tàm realem, quàm perſonalem, etiam via exequutiua, & iuris forma non ſeruata more penſionum domorum Neapolitanarum, & obligationis liquidæ M. C. V. quibuſcunq; iuribus in contrarium fortè facientibus non obſtantibus, & c. quibus renunciat, & c.* Quàmuis verum ſit, quòd M.C. dùm agitur vigore pacti huius exequutiui, minimè concedit exequutionem perſonalem contrà debitorem morioſum, vel tertium poſſeſſorem, ſed tantùm exequutionem realem, & iuris forma ſeruata, ſicuti conſtat ex prædicto innominato *Authore ad Franciſc. Ant. de Iudice Roberto in loco* cit. Et cauendum eſt à *D. Florido Mauſonio* Aquilano, Viro alioquin erudito, & docto in eleganti ſanè *opere*, quod condidit *de cauſ. exequut. quæſt. 2. concluſ. 2. ſub num. 31. verſ. amplia 4.* quo loci duplici capitur errore. Altero, quia teſtatur, quòd M.Cur. demandat citationem contra debitorem ad ſoluendũ, vel ad dicendum cauſam, quarè non debet exequi realitèr, & perſonalitèr pro ſumma in inſtrumento contenta, ac deindè relaxat literas exequutoriales realitèr, & perſonalitèr vigore pacti exequutiui pro ſumma petita, & expenſis, quod tamen reſpectu perſonalis exequutionis, nec ſibi ſomniant Iudices, vel Scribæ Mag. Cur. Altero verò, quia ad hanc, quam fatetur obſeruantiam, & praxis probandam, citat ſupradicti *Incerti Authoris* authoritatem, & doctrinam, qui, vt patet, videriq; poteſt, dicit contrarium.

Si primo caſu (vt illuc reuertamur vndè digreſſi ſumus) inſtrumentum non poteſt liquidari via ritus M.C. contrà tertium, cum quo ſtipulatio non interuenit, nec cum eo eſt iuratum de facie ad faciem, iuxtà tradita per *Afflict. dec. 64. num. 2.* & per *Vrſill. ibidem*, & dixit dictus Innominatus *Addens ad Franciſc. Ant. de Iudice Roberto in loco* cit. & ſi fuerit liquidatum contra eum, non fit exequutio. Si ſecundo caſu, ſcilicèt in pacto, ac conuentione in prætoria ſtipulatione, ſeù obligatione pœnès acta, vel etiam in inſtrumento adiecto, nec minus poteſt obligatio incuſari contra tertium, qui in obligatione non interuenit, nec pacto conſenſit, ex regula *text. in l. ſi vnus, §. antè omnia, ff. de pact.* de qua *D. de Franch. dec. 477. num. 2.* nec contractus extenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, *D. Reg. Capyc Latr. dec. 37. num. 31.* authoritate *Baldi*, & aliorum. Quod ſi non poteſt contra hunc tertium, qui in obligatione non interuenit, nec pacto conſenſit, obligatio, aut inſtrumentum incuſari, vel exequutiuum pactum exerceri, quomodò poterit contra eum perſonalis exequutio demandari, atq; ad carceres morioſus, etſi debitor ad onerоſi creditoris perfidiam duci?

Hinc *D. Foller.* ſatis benè exorbitantem, ac contra ius commune dixit hanc *Pragmaticam*, quatènus concedit exequutionem perſonalem contra tertium poſſeſſorem, ac proindè illius diſpoſitionem circà hoc intelligendam eſſe, cùm tertius hic poſſeſſorem, ſeù fundum receperit cum onere cenſus, & ad illius ſolutionem ſe obligauerit, hoc nàmq; caſu, quia ex facto ſuo, ſuaq; voluntate tertius hic poſſeſſor cenſus ſolutioni ſe ſubiecit, poterit etiam ex huius *Pragmaticæ* diſpoſitione perſonalitèr pro cenſibus conueniri, ità *D. Foller. in hac Pragmatica, in verſ. tanquàm res indicatas, nulla pronoc. ſub num. 29. & 30.* quod etiam poſt eum elegantèr ſcripſit *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 9. nu. 53.* dicens, quòd creditor cenſus non poteſt agere contra tertium poſſeſſorem, niſi tertius fecerit inſtrumentum recognitionis in forma publica, quia ius exequendi perſonale eſt, & perſonam obligatam in inſtrumento, eiuſquè hæredes non egreditur. Dùm enim hæc *Pragmatica* eſt contra ius commune, eſt reſtringenda, vt quantò minus poſſit, lædat ius ipſum commune, iuxtà *text. in l. quicquid aſtringendæ*, vbi *DD. ff. de verbor. obligat.* & tradit *Foller. ibidem ſub num 32.* concludens notabilitèr, quòd diſpoſitio huius *Pragmaticæ* circà exequutionem perſonalem faciendam, etiam contra tertium poſſeſſorem, non habet locum in detentoribus rerum non traditarum cum onere ſoluendi cenſum, & licèt adijciat alterum etiam caſum, ſcilicèt, vt nec etiam procedat in detentoribus rerum

gene-

generalitèr obligatarum,hoc vltimum mihi non placet,quia posset esse,quòd ad aliquem peruenerit res specialitèr pro censibus à debitore obligata, cùm tamen tertius hic possessor nihil contraxerit cum Domino census, nec ad census præstationem se obligauerit, posset tamen in carcerem detrudi ex sola possessione rei specialitèr à debitore obligatæ, contra ea,quæ suprà dicta sunt. Ideòq; copulatiuè hoc intelligi etiam debet,& iuxtà primum casum, vt scilicèt nedùm oporteat, vt res sit specialitèr obligata, sed etiam quòd possessor tertius fecerit instrumentum recognitionis in fauorem creditoris in forma publica,obligans se ad census solutionem, iuxtà dictam doctrinam *Roderic.de ann.redditib.in d.quæst.9. num.53.* Io.Laganar.

De Censibus. Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Lex noua taxans certum modum vsurarum an porrigatur ad præterita.*
2 *Pretij hic taxati materia,remissiuè.*
3 *Census vitalitij si de certo pretio non constaret, quo empti fuerint, qualitèr sint æstimandi.*
4 *Contractum rescindere, debitoremque ad sortis restitutionem cogere ob defectum solutionis horum censuum vitaliticrum in terminis statutis, licitum an sit.*
5 *Contractus vitalitius celebratus si fit in capite vnius cum pecunia alterius, nùm post illum perfectum ex interuallo possit mutari persona, in cuius capite constituatur census, vel ad cuius vitam possit exigi census.*
Pactum cum fideiussore census factum à venditore de illum eximendo ab obligatione, & de reemendo capitale an viribus subsistat.
Census constitutus ad vitam alicuius Nauis an maneat sub eiusdem Pragmaticæ censura.

NEl parlamento generale, &c.

Census Vitalitij ad rationem ann.18. & 20. pro centenario omninò prohibentur, & moderantur ad rationem annuorum quatuordecim tantùm, etiam pro præterito. H. D.

Quatènus in hac Pragmatica includuntur etiam contractus præteriti, eius dispositio videtur dubitabilis,ex traditis per *Bellug.in Specul.Princip.rubr.41. §.leges Regni,post num.15.vers.nàm cùm agitur,& in rubr.47.§.sciendum, post num.26. vers.aut est quæstio, fol.*mihi *220.colum.4. in princip.* sed cessat dubitatio ex dispositione *text.in l.eos, §.insuper vsurarum, cum l.seq.C.de vsur.* per quem *text.Azo in l.leges, & constitutiones,C.de legib.* notat in specie, quòd lex noua
1 taxans certum modum vsurarum porrigitur non tantùm ad futura, sed etiam ad præterita, sequitur *Alber.ibid.num.3. in fin. post Iacob. de Arena num.2.* & meliùs, quàm cæteri *Henric. Boich in cap.fin. post num.4.extrà de constitut.* sed *Andr.Gayll. obseruat.9. lib.2.*ait, quòd si non fit facta expressa mentio de præteritis, non includuntur præterita, & quòd ità fuit iudicatum in Camera Imperiali,& propterea ad euitandum hanc disputationem prudentèr fuit hìc
2 facta expressa mentio, etiam de contractibus præteritis. Pro iustitia verò pretij taxati per hanc Pragmaticam vide *Molin. de contract.lib. disput.338.* post *Doctores in l.si ea pactione, C.de vsur.* & alios relatos per *Felician.de censib.lib.2.cap.1.num.21.* vbi etiam circà finem refert consimilem Pragmaticam editam Madritij 3.Iulij 1583. circà pretium huiusmodi censuum vitalitiorum, quam ad verbum inseruit *Azened.lib.5.tit.15.in rubr.post n.4.*

3 Quandò tamen non constaret de certo pretio, quo huiusmodi census vitalitij empti fuerint, qualitèr sint æstimandi,declarat *Intrigliol.decis.9.num.16. cum seq.* qui post multas opiniones tandem refert eam,quæ iudicis arbitrio remittit.

4 An autem ob defectum solutionis horum censuum vitalitiorum in terminis statutis licitum sit rescindere contractum, & cogere debitorem ad restitutionem sortis? pulcherrima est quæstio, non tamen deducta in controuersiam, & propterea passim vsquè ad proxima tempora solebant rescindi contractus, nedùm ciuilitèr,sed etiam criminalitèr via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ,stante pacto rescissorio in instrumento adiecto, quòd deficiente debitore per duas tertias,vel vltrà à solutione continuata, teneatur restituere sortem cum tertijs decursis, sed cùm accidisset hic casus inter Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Saulum actorem, & Don Antonium Caracciolum, me patrocinante pro D.Antonio conuento, fuit iudicatum per Sacrum Consilium iunctis Aulis, non esse locum petitæ rescissioni, ex quo sors est irrecuperabilis in his contractibus, quod probaui authoritatibus infrascriptis.

Siquidèm explorati iuris est, quòd huiusmodi cõtractus census vitalitij eatènus est permissus, quatènus pretium ità soluitur, vt perdatur, & nunquàm possit ab inuito venditore recuperari, vt constat ex infrascriptis *Doctoribus*,videlicèt.

Ioan. Andr. ad Speculat. in rubr. de vsur. circà fin. ibi,*Item nec nomen sortis,quæ præseruari debet,sed hic statim consumitur.*

*Bald.consil.154. num.3.volum.2.*ibi,*sed hìc capitale non debet reddi, & consil.292. colum.3. in princip. post num.1.vers. vndè contractus, volum.5.* ibi *cùm capitale non remaneat saluum, & consil.133. propè finem,volum.3.*ibi, *cùm non contrahatur saluo capitali,cùm ipsum capitale fit irrecuperabile, & consil.210. circà principium, eod.volum.3.* ibi, *sed hìc sors non debet reddi.*

*Paul. Castrens.cons.289. volum.1.in princip.*ibi,*sed hìc non est dare sortem,cùm non repetatur*, & iterùm *num.4.vers.4.obstat*, vbi expressè ait,quòd si apponatur pactum in hoc contractu ad vitam,vt quoùsq; soluantur vsuræ,sors non repetatur, licèt per cessationem solutionis vsurarum detur actio ad sortem, datur tamen exceptio vsurarum, & sors non potest repeti.

Dec.cons.133. colum.2. versic.tertiò in prædicto casu, ibi, *quando illud quod datur,perditur,& non potest recuperari.*

Ludouic. Lopez de contract. lib.1. cap.55. vers.tandèm, ibi,*dat aliquis alteri centum aureos nunquàm ad se redhibendos, obligatione adstringendo eum*, & iterùm *vers. seq.* incip. *cæterùm,in fin.* ibi, *tàm sors,quæ nunquàm redhibenda est.*

Molin. de contract.disput.388.num.6. ibi, *attento, quòd vitalitium ita sit finiendum, vt capitale minimè amittatur,& maneat ementis illud.*

Surd.de aliment.tit. quæst.11.num.9. vbi ait, hoc procedere,quandò capitale non venit restituendum, subdens, quòd si ex pacto deberet restitui,tunc contractus non esset licitus.

Gaspar.

Caſpar.Roderic. de ann.redditib.lib.1.q.5. poſt n.5. ibi, *cùm capitale, ſeù ſors extinguatur, nec repeti vnquàm debeat.*

Quò fit, vt ſi eatènus contractus ſubſtinetur, quatènus pretium nunquàm poſſit ab inuito venditore extorqueri, ergò nec vllo pacto in contrarium appoſito concedi poteſt, vt pretium repetatur, etiam ex culpa, aut mora debitoris, ſeù venditoris, vt in ſimili probat *Gutierrez practi.quæſt. lib.2. q.175.* licèt in cenſibus perpetuis, in quibus pretium non perditur etiam ex defectu rei, ſuper qua cenſus imponitur, ſed tranſeunt ad hæredes, & ſucceſſores in perpetuum, huiuſmodi pacta reſciſſoria, per quæ recuperatur capitale ex mora, vel culpa debitoris, paſſim admittantur, & his in terminis, ſcilicèt contractus cenſualis perpetui, licèt redimibilis loquuntur *Hier. Gabr. conſil.152. Io.Olan. in ſuo concord.& nona reductione antinom.iur. lit.A. num.112. Medina de vſur.quæſt.vltim.de cenſibus, Molin.de contract.diſputat.391. clauſ.11. Nauarr. num.118. in tract. de vſur.* quos omnes refert *Garſias Maſtrill.ad Petr.de Gregor.Sicul.in Pragmatica, ſeù Bulla de cenſib. q.5. n.293.cum duobus ſeqq.* Immò ipſe allegat etiam *Gutierrez pract.quæſt.lib.2.quæſt.175.* qui dicit totum oppoſitum, etiam in his cenſibus perpetuis redimibilibus. At caſus noſter verſatur in cenſu vitalitio tantùm, qui eatènus ſubſtinetur, quatènus emptor cenſus illam pecuniam, quam exoluit pro pretio, incontinenti perdit, nèc poteſt ampliùs vllo remedio recuperare; ergò nullo pacto contrarium induci poteſt, aliàs eſſet contractus vſurarius, & ad euitandum vſuram potiùs eſt vitiandum pactum, vt ſubſtineatur contractus in reliquo, quàm quòd vitietur totus contractus, *Duard.de cenſibus §.4. qu.19. num.8.*

Ex his licèt in hoc caſu fuiſſet alienatum corpus, ſuper quo erat facta venditio, & D.Antonius deſciſſet à ſolutione cenſus per quamplurimos annos, & in contractu eſſet appoſitum pactum reſciſſorium reſtitutionis capitalis, ex vtroquè capite tamen fuit declaratum, contractum non eſſe reſcindendum, ſed teneri D. Antonium ad aſsignandum Cardinali aliud corpus, ex quo durante vita percipiat introitus venditos, & ad tertias præteritas, vnà cum intereſſe, vt ex ſententia lata die 24. Decembris 1607. Actuario Io.Andræa de Felice, & ità paſsim obſeruatur, licèt *Reg.Tap.dec.S.C.25.nu.37.* aliter ſentiat in hac quæſtione.

1 Et quia huiuſmodi cenſus vitalitij, vt plurimùm conſtituuntur in capite aliorum, qui ſunt minores ætate, & ex ordine naturæ præſumuntur fortè longioris ætatis, licèt pretium, & effectus contractus ſit alterius, quod eſt omni iure permiſſum, quæro, quid ſi contractus vitalitius ſit celebratus in capite, (putà) Titij de pecunia Sempronij, qui ad ſui beneficium emit de ſua propria pecunia cenſus vitalitios à Caio, nunquid poſt perfectum contractum ex interuallo poſsit Sempronius mutare perſonam alterius, in cuius capite conſtituatur cenſus, ſeù potiùs ad cuius vitam poſsit exigi cenſus, & ſic loco Titij mutare contractum in perſonam Seij? Credo, quòd ſic, ex traditis per *Hector.Felic. allegat.1.& 2. part.3.* Quid ſi in hoc contractu cenſus vitalitij acceſſerit fideiuſſor, cui principalis debitor promittat intrà certum tempus ipſum, fideiuſſorem ab obligatione eximere, & ſoluere capitale, pro illud conuertendo in reemptionem, an hoc pactum ſit validum, & proindè obſeruandum? diſtingue ſecundùm *Felician.de cenſibus lib.1.cap.7.n.17. Auend. de cenſibus cap.101.num.9. & Roderic.de ann.reddit. lib.2.q.13.num.11. vſquè ad finem,* qui omnes loquuntur in cenſu ſimplici, non in vitalitio, quod eo tantùm caſu admittendum eſt, quo cenſus perſoluendus tranſcendat ſummam decem pro centenario, aliàs ſi non excedat, quemadmodùm reſcindi poteſt, quandò cenſus eſt perpetuus cum pacto redimendi, ità & multò facilius quandò eſt vitalitius, vt conſtat ex *Martin.de cenſib.cap.6.num.260.cum ſeqq. Megal.de contract.lib.2. cap.7. quæſt.2. num.10.* & ità iudicauit S.C.ſub die 3.Maij 1627. in cauſa graduationis creditorum Octauij, & Franciſci de Auitabile in beneficium Abbatis Petri Pauli Ferraioli ceſſionatij Ioſephi, & Io.Andreæ Pinto, me referente. Actuar.eſt Figliola. Hęc tamen Pragmatica non procedit in cenſibus conſtitutis ad vitam alicuius Nauis, *Reg.Tap.dec.S.C.26.*

De Cenſibus. Pragm.V.

RERVM SVMMA.

1 *Cenſus perpetui cum pacto redimendi quandòcunque empti à Regia Curia, vel ab Vniuerſitatibus Regni reducuntur ad rationem ſeptem pro centenario. Cenſus verò extinguendi ad vitam, ſeù ad certum tempus empti à Regia Curia reducuntur ad decem tantùm pro centenario.*

2 *Pragmatica hæc eſt conſimilis Pragmaticæ editæ Madritij die 25. Octobris 1613.*

3 *Ratio decidendi vtriuſquè Pragmaticæ refertur, allata per Doctores Hiſpanos.*

4 *Pragmatica huic conſimilis edita in Germania per Carolum V. refertur.*

Cenſus vitalitius an extinguatur per ingreſſum Religionis incapacis ab eo, in cuius vitam facta eſt emptio.

1 TRà l'altre coſe, &c. Cenſus perpetui cum pacto redimendi quandòcunq; empti à Regia Curia, & ab Vniuerſitatibus Regni reducuntur ad rationem ſeptem pro centenario. Cenſus verò extinguendi ad vitam, ſeù ad certum tempus reducuntur ad decem tantùm pro centenario. H.D.

2 Conſimilis Pragmatica edita fuit Madritij die 25.Octobris 1563. quam inſeruit *Matienz. lib.5. nonæ recopilat.tit.15. l.fin.* ſuiſquè commentarijs exornauit, & ſimiliter *Azeued. ibid.* & vterquè reſpectu
3 contractuum celebratorum antè Pragmaticam conſtituit rationem decidendi in bono publico, pro quo conſeruando poteſt Princeps per legem generalem tollere etiam ius quæſitum tertio abſquè aliqua emendatione damni, eiuſdem *legis* mentionem faciunt *Couarr.lib.2.variar.cap.10.poſt num.3.verſ.cæterùm. Mexia de Taxa panis concluſ.6.num.80. verſic. ac ità, Felician.de cenſibus lib. 2.cap.1. num.20.in fin. Roderic.de annreddit.lib.1.cap.6.in princ.* faciunt tradita per *Pereir dec.Luſit.120.*

4 Item & conſimilem Pragmaticam editam in Germania in locis Imperio ſubiectis per Carol.V. refert *Andr.Gayll.obſerv.5.num.11. propè fin. lib.2.* qui & *obſeruat.9.eiuſdem lib.* diſputat, an dicta Conſtitutio extendatur ad contractus præteritos. Et plura de iuſtitia pretij cenſus redimibilis, vel non redimibilis, ac etiam vitalitij agit *Parlad.diff.quotid. 73.§.1.*

vbi

vbi *num.* 8. tangit quæſtionem, an cenſus vitalitius extinguatur per ingreſſum Religionis incapacis illius, ad cuius vitã facta eſt emptio, & poſt *Menchac. Coſtam, Spin. & Puell.* concludit negatiuè, ſed quòd debeat expectari mors naturalis, plura de cenſibus ad vitam habes apud *Gratian. diſcept.* 756. Publicata hac Pragmatica Vniuerſitates Regni ſumpſerunt occaſionem prætendendi, quòd quemadmodùm per priùs poſſeſſores annuorum introituum emptorum ad rationem anni ducat. decem pro centenario, ſeruata forma *Bullæ Papæ Nicolai, & Pragmaticæ primæ ſuprà eodem*, tenebantur deducere in beneficium Vniuerſitatum ius collectarum, quod ipſi tenebantur ſoluere, & contribuere eiſdem Vniuerſitatibus, tanquàm bona tenentes, ſic & modò teneantur deducere idem ius collectarum, non obſtãte reductione facta ad rationem ſeptem pro centenario, ità vt Vniuerſitates ipſæ in effectu computato cenſu, & onere collectarum non ſoluant maiorem ſummam, quàm ſeptem pro centenario, & contendentibus in contrarium poſſeſſoribus prædictorum cenſuum, per Regiam Cameram Summariæ fuerunt expeditæ prouiſiones hinc indè, quandòq; pro Vniuerſitatibus, quandòq, verò pro poſſeſſoribus. Tandem Excellentiſſimus Dominus Prorex mandauit, quòd articulus prædictus decideretur per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio, aduoctis etiam aliquibus Regijs Cõſiliarijs, inter quos Ego fueram datus pro Adiuncto, me tamen excuſaui, ex quo Ferdinandus meus filius eſt Aduocatus aliquorum particularium, & quia ipſe accuratè ſcripſit in hoc articulo, ideò viſum mihi fuit imprimi facere eius Allegationes, quippè quæ concernunt huius Pragmaticæ interpretationem, & ſunt huiuſmodi.

RERVM SVMMA.

5 *Vſuræ Vniuerſitatum ſeptunces moderantur.*
6 *Formula verborum, quibus prohibetur maior exactio.*
7 *Onus reale vnigò* della bona tenentia *vigore huius taxæ ad quem pertineat, ad Vniuerſitates debitrices, an ad creditores vſurarum.*
8 *Varia apud Priſcos vſurarum taxa.*
9 *Vſurarum antiquarum loco an, & quomodò ſubrogati ſint annui redditus noſtri temporis.*
10 *Opus fuit taxa in vſuris ex varietate* Doctorum *iniuſto pretio earundem.*
11 *Circà taxam vſurarum gerendus eſt mos mori vniuſcuiuſq; Prouinciæ.*
12 *Temporibus* Iuſtiniani *fuit adhibita taxa vſurarum.*
13 *Illuſtrium vſuræ ſunt Trientales.*
14 *Mercatorum vſuræ ſunt Beſſales.*
15 *Traiectitia vſura eſt centeſima.*
16 *Priuatorum vſuræ ſunt Semiſſales.*
17 *Taxa exceſſus prohibetur dumtaxat ſub nomine vſurarum.*
18 *Illuſtres prohibentur exigere vſuras maiores trientalibus per interpoſitas perſonas.*
19 *Creditor vſurarum prohibetur, nè de pecunia, quam dat ſub vſuris, aliquam ſummam retineat pro ſiliquis, vel ſportulis.*
20 *Debitor vſurarum an licito iure ſoluat aliquid vltrà taxam alij, quàm creditori, nec ſub nomine vſurarum.*
21 *Creditor prohibitus exigere à debitore, prohibetur & debitor ſoluere creditori.*
22 *Vniuerſitates an vltrà taxam poſſint aliquid ſoluere alijs, quàm creditoribus ſub alio nomine, quàm vſurarum, & ſic ex cauſa vſurarum.*
23 *Item ſeruando taxam an poſſint ſeruare creditores indemnes ab onere* della bona tenentia *vigore pacti.*
24 *Annui redditus conſtituuntur ſuper bonis Vniuerſitatum.*
25 .... *Subiacent oneri* della bona tenentia.
26 .... *Ponuntur in appretio.*
27 *In appretio ponuntur omnia ita, quæ quis habet cenſuum ratione.*
28 *Annona ciuiles, & fructus cenſuum computantur in bonis ſtabilibus, & iuribus.*
29 *Aliud eſt poni bona in appretio, aliud pro eis contribuere.*
30 *Quis poteſt profiteri bona immunia.*
31 *Quis non tenetur regiſtrare bona immunia, etiam ex iuſſu Officialium.*
32 *Annui redditus etiam ſi peruenerint ex patrimonio Principis, debent poni in appretio.*
33 .... *Inter immobilia reputantur.*
34 *Maximè ſi debeantur ad longum tempus.*
35 *Habens annuos redditus, pro eis contribuit in collectis.*
36 *Habens prouiſiones pecuniarias à Regia Curia, pro eis contribuit in collectis.*
37 *Res ſumit conditionem à perſona.*
38 *Ex tranſitu rei de Principe in priuatum an mutetur rei conditio.*
39 *Quis debet ferre onus pro modo facultatum.*
40 *Quis contribuit pro pecunia, & ære fœneratitio.*
41 *Præter pecuniam otioſam omnis pecunia fructum reddens ſubiacet oneribus.*
42 *Onus* della bona tenentia *ad quem ſpectet, ad creditorem, vel debitorem cenſus.*
43 *Quòd ſpectet ad debitorem.*
44 *Annonas ſoluere debet qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit.*
45 *An & illi, qui penſiones recipiunt.*
46 *Intellectus* tex. l. 1. in §. annonas, C. de annon. & trib. lib. 10.
47 *Declaratur* glo. *in eodem tex.*
48 *Cenſuarius emit partem fructuum rei cenſui obnoxiæ.*
49 *Onera publica nùm ferat venditor cenſus, qui poſſidet rem, & percipit fructus.*
50 *Poſſeſſor ſoluere tenetur pro libra, & æſtimo rei.*
51 *Vel potiùs ferat emptor cenſus, qui neq; rem poſſidet, nec ea fruitur.*
52 *Pacta continentia, ſolutiones onerum, ad eum ſpectare, ad quem de iure ſpectarent, ſunt iuxtà* Bullas.
53 *Quòd* bona tenentia *ſit onus creditoris cenſus.*
54 *Onera ſoluuntur ex fructibus.*
55 *Onus impoſitum fructibus ſpectat pro rata ad cenſuarium.*
56 *Cenſus tranſit in emptorem cum onere ſuo.*
57 *Onere reali impoſito fructibus cenſus conſtitutus ſuper illis fructibus granatur onere pro rata cenſus.*
58 *Poſſeſſor rei cenſuariæ debitor cenſus deducit onus pro rata cenſus.*
59 *Emptio cenſus, & emptio partis rei cenſui ſubingatæ.*
60 *Creditor cenſus quo in loco ſoluat onus* della bona tenentia.
61 *Nùm in loco deſtinatæ ſolutionis, ad quem locum pertinent redditus, vbi ſcilicèt exactio contingit.*
62 *Debitum Mercatorum Florentinorum contractum in Italia, & ſoluendum in Italia, connumeratur in bonis Italicis, contractum verò, & ſoluendum in Anglia annumeratur in patrimonio Anglicano.*
63 *Cenſus præſtatio eſt ius abſtractum, & conſideratum de per ſe.*
64 *Eſt ius immobile conſiſtens in perſona creditoris.*

65 *An*

64 *Annuus reditus conſtitutus ſuper bonis in territorio Bononienſi promiſſus ſolui Ferrariæ, computabitur inter bona ſita in territorio Ferrarienſi.*

66 *Emptor cenſus non habet dominium, nec directum, nec vtile rei cenſuariæ.*

67 *Peremptæ re cenſuaria an adhùc debeatur cenſus.*

68 *Obligatio ad ſolutionem annui reditus precipua eſt perſonalis, & res cenſui obnoxia accеſſoriè ſe habet.*

69 *Cenſus creditor rei cenſuariæ poſſeſſionem non habet.*

70 *Cenſus creditor non eſt creditor in fructibus, ſed in pecunia.*

71 *In annuis redditibus principaliter attenditur qualitas, & conditio perſonæ.*

72 *Annui redditus nùm computentur inter mobilia, vel immobilia.*

73 *Annui redditus ex propria natura ſunt tertia ſpecies induens naturam adiuncti.*

74 *Venditor cenſus ſortitur forum in loco deſtinatæ ſolutionis.*

75 *Cenſus ratione perſonæ eiuſdem qualitatis, & loci cenſetur.*

76 *Onus* della bona tenentia *nùm ſoluat creditor cenſus in loco celebrati contractus.*

77 *Onus* della bona tenentia *nùm ſoluat creditor in loco rei ſitæ, ſuper qua cenſus eſt conſtitutus.*

78 *Per conſtitutionem cenſus ſuper re, res ipſa vendi intelligitur.*

79 *Cenſus ius reale eſt, ità rei cenſuariæ inhærens, vt pro rata cenſus omnem rei fructum, & vtilitatem conſumat.*

80 *Cenſus vna, & eadem res cum re ſubiugata videtur.*

81 *Proprietas ſine fructu nullius pretij eſt.*

82 *Maximè in immobilibus, quorum æſtimatio ex fructibus perpenditur.*

83 *Quomodò cenſus vna, eademq; res cum re ſubiugata cenſeatur.*

84 *Si ſuper re valoris mille quingenta in annuum reditum conſtituantur, dimidia pars rei vendita pro indiuiſo intelligitur.*

85 *Ciuis Cinguli emens cenſum annuum in territorio Maceratenſi, tenetur ad onera in Ciuitate Maceratæ.*

86 *Annuus reditus conſtitutus ſuper re ſita Perusij, & promiſſus ſolui in Vrbe, eſt obnoxius oneribus in Ciuitate Perusij.*

87 *Promiſſio ſolutionis, & electio loci contractus proueniunt ex partium conuentione, non ex natura contractus.*

88 *Debitor cenſus non tenetur ſoluere cenſum alibi, quàm in loco, vbi ſita eſt res cenſui obnoxia.*

89 *Onus* della bona tenentia *ſpectat ad creditorẽ cenſus.*

90 *Venditor laedi poteſt ratione oneris appoſiti in venditione.*

91 *Scilicèt habendo rationem ad pretium, quod recepit emptor.*

92 *Secùs ſi onus eſſet natura, vt emptor reſpectu oneris nihil reciperet.*

93 *Exemplo laudemij.*

94 *Onus laudemij ſpectat ad emptorem.*

95 *Laudemium an ex pacto poſſit pertinere ad venditorem.*

96 *Taxato pretio frumenti, & aliorum fructuum an ex pacto inter emptorem, & venditorem gabella poſſit reijci in alterum ipſorum, ad quem de iure non pertinet.*

97 *Tunc nùm ſit pretij taxati exceſſus.*

98 *Intellectus* l. fundi partem, ff. de contrah. empt.

99 *Quandò onus dicatur pars pretij.*

100 *Emptor cenſus reijciendo onus reale in venditorem, non excedit taxam, ſed ſeruatur indemnis ab onere.*

101 *Precipuè cùm tale pactum non contineat lucrum creditoris, ſed euitet damnum eiuſdem.*

102 *Intellectus* tex. l. cos. in §. licentia, C. de vſur.

103 *Intellectus* l. debet, ff. de ædil. edict. *remiſſiuè.*

104 *In taxa Pragmaticæ non eſt habendus reſpectus ad commodum, vel incommodum creditoris, ſed ad cõmodum, & incommodum debitoris.*

105 *Quælibet calamitas debitoris poteſt eſſe cauſa improbandi talia pacta.*

106 *Nùm liceat paciſci, vt ad venditorẽ cenſus pertineat onus laudemiorum, & gabellarum, & ſimilium.*

107 *Quid ſi emptor cenſus contemplatione oneris cariùs emat.*

108 *Quid in pacto eximente creditorem reditus ab omni inditione, & tributo.*

109 *Generaliter improbatur pactum, per quod venditor cenſus ferat onera publica, & priuata, quæ aliàs ad emptorem cenſus pertinerent.*

110 *Venditor cenſus an poſſit pacto obſtringi ad ſolutionẽ collectarum, & tributorum.*

111 *Taxa fructuum, & frumenti exceditur ratione talis oneris, remiſſiuè.*

112 *Laudemij onus quomodò reijci poſſit in alterum ex contrahentibus, remiſſiuè.*

113 *Diſtinctio inter impenſas, quas erogat debitor cenſus vltrà taxam vltrò, & impenſas, quas erogat ex pacto cum creditore.*

114 *Ex pacto emptor exonerando ſe ab onere, quod aliàs ad ipſum pertineret, vilius emit.*

115 *Quandò pactum in fauorem alterius ex contrahentibus augeat, vel minuat pretium.*

116 *Quid ſi onus peruenire ad venditorem cenſus extrinſecùs.*

117 *In Hiſpania onus gabellæ pertinet ad venditorem.*

118 *In Regno Neapolitano conſueuit in contractibus cenſualibus apponi pactum pro creditoribus immunitatis onerum.*

119 *Si quis faciat actum, qui communiter æſtimetur licitus, ſecùs tamen ſit, non proindè dicetur vſurarius.*

120 *Contractus vſurarij licitè ſuſpectus, non iudicatur vſurarius, ſi in Regione frequentetur.*

121 *Quid ſi debitores cenſus non ſint homines particulares, qui onus ſoluerent Vniuerſitati, ſed ſint corpora Vniuerſitatum, quæ reddant creditores immunes ab onere.*

122 *Quid in caſu, quo alter ex contrahentibus, emptor, vel venditor ſit etiam gabellarius, an, & cui debeatur gabella, remiſſiuè.*

123 *Vniuerſitates poſſunt concedere immunitatem onerum creditoribus ipſarum.*

124 *Diſtinguitur inter onera iàm quæſita, & quærenda.*

125 Titul. Cod. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe, *declaratur.*

126 *Pactiones immunitatis à cenſu Fiſcali ſine præiudicio Fiſci valent inter priuatos paciſcentes.*

127 *Pragmatica noſtra eget declaratione Legislatoris.*

Non ſine numine Diuùm.

Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Regni Prorex habita matura conſultatione in Regio Collaterali Cõſilio de precibus ei oblatis in Comitijs, quæ celebrata ſunt in anno 1611. pro leuando corpora Vniuerſitatum ære alieno grauata, generali Pragmatica ſanctione promulgata die 20. Aprilis 1611. maiores vſuras ad ſeptunces deduxit.

6 Ità, che nec directè, nec indirectè poſſano ſotto

qualsiuoglia colore li creditori esigere maggiore quantità della somma predetta di sette per cento.

Quæ legis *verba quidam pro Vniuersitatibus adeò interpretantur, vt ex ijs credant expressim cauisi fatim ex indubitata mente Legislatoris, & ex certa ratione legis, scilicèt omnis reale, quod soluunt bonatenentes, seù tenementarij, vt aiunt vulgò* la bona tenentia *in loco rei sitæ, à quo creditores cum Vniuersitatibus contrahentes vsquè hùc soluti sunt se eximere, in posterum ad ipsos pertinere; ità vt licito iure eius oneris præstatio pecuniaria possit ab Vniuersitatibus in solutione, quam faciunt creditoribus vsurarum, retineri à summa septennorum in singulos centenos infrà taxam à Pragmatica moderatam, & sic vsuræ, quæ bessales, & maiores, hodiè septunces, post hæc hemiolia recaderentur.*

Quam strictè pluribus nominibus Pragmaticæ largam ampliationem ipse à creditoribus consultus pro meo captu, ex facili, & vulgari legis structura non capio, proindè (vt ipsam intelligerem) recurri ad legem communem Romanorum, à qua fortassis hæc Neapolitanorum lex particularis reciperet interpretationem.

Et omittendo plurimas plurimorum Cæsarum Con-
8 stitutiones nouellas, *quas vocant, diuersis latas temporum interuallis, quæ varias vsuris taxas, varijs negotiorum generibus constituere, vt in* Cod. Theod. tit. de vsur. per tot. & in libro Nouellarum Cuiac. nouell. 32. 33. 34. 83. 121. 136. 138. & 160. *& etiam apud* Harmenop. *in quibus legimus: Taxas vsurarum Fiscalium Reipublicæ, priuatorum, pupillorum, mercatorum, nauticarum, rusticorum, & aliarum, de quibus omnibus tractant* Alciat. in leg. 1. §. si quis simpliciter, num. 16. *super interpretatione verborum* (intrà Kalend. quintas) *& in* prælect. Aucuion nu. 1. ff. de verb. obligat. Idem lib. disput. ct. 3. cap. 1. Cuiac. in opere posthumo, rubr. C. de vsur. rei iud. & in l. 20. C. de vsur. Donell. in leg. 26. §. 1. C. eod. Hothoman. lib. 2. obseruat. cap. 23. & in tract. de vsur. & Guiber. Constan. lib. quæst. iur. memorab. cap. 1. *apud quos habemus, vsuras centesimas, semisses, seù semisses,* 1
quincuncs, trientes, quadrientes, bessales, & per singu-
9 *los assis gradus. In quarum vsurarum decem, cum aliquibus tamen declarationibus fuere subrogati nostri comites, siuè annui redditus, non curando in præsentiarum inquirere, fuerint, nec nè cognitu apud Priscos Romanos, & de eorum origine, vt per* Felic. de censib. lib. 1. c. 1. tom. 1. & lib. 1. c. 1. to. 2. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. c. 3. & 4. Boccac. p. 2. in princ.

10 *Quicquid enim de his sit, certa est taxæ indigentia, cùm iustum ipsorum pretium non sit à iure definitum, licèt* Doctores *in varias ierint sententias de iusto eorundem pretio, vt per* Couarr. lib. 3. variar. resolution. cap. 9. à num. 5. & cap. 10. Nauarr. de vsur. not. 22. Cassan. in Consuetud. Burgund. rub. 10. des cens. §. 4. in text. *ibi* parmy rendant. Rebuff. in Constit. Gall. tit. de const. redd. tom. 2. Gayll. obseru. lib. 2. cap. 7. & 9. *& per* Arism. Tepat. lib. 1. var. sent. iur. tit. de vsur. & lib. 2. tit. de censib. *vnanimitèr tamen concludunt,*
11 *spectandum morem vniuscuiusquè Regionis,* Foller. de censib. in verb. dummodò annualis census huiusmodi, Frider. Martin. de iure censuum, in proœmio, num. 14. & cap. 5. Felic. lib. 2. cap. 1. tom. 1. Boccac. par. 1. qu. 35. par. 3. num. 50. Roderic. lib. 1. qu. 6. & 7. Cauale. de contract. lib. decis. 13. Thesi. *in sua* quæst. de censib. Manent. de pact. liuell. pacto 3. Matienz. lib. 5. recopil. ll. Hisp. tit. 15. Donell. in l. 26. num. 11. versic. hoc modo, C. de vsur. *Penès quos scimus, vniuersarum Prouinciarum consuetas vsuras, & Pragmaticæ nostræ in sua taxa habuit respectum ad Regni*
consuetudinem in emendis, & vendendis annuis redditibus.

Omissis (inquam) alijs constiti me in Constitutione
12 Iustiniani *registrata in* 4. lib. eius Cod. sub tit. de vsur. *quæ est* 32 *ante penult. in cuius* legis §. 1. Imperator *necessarium esse duxit facere generalem sanctionem super quantitate vsurarum, veterem duram quidem, & grauissimam earum molem ad mediocritatem deducendo, in qua moderatione faciendâ* Cæsar nõ *vniformitèr vsuras taxauit, sed constituit quatuor gradus negotiorum, & vsurarum, vnde circumfertur rude illud carmen compactum temporibus* Accursij.

Discant Illustres stipulari posse trientes:
Et Mercatores possint sibi quærere besses:
Quærere semisses possunt communitèr omnes:
In traiectitijs vires centesima sumit.

13 *Illustribus etenim personis, & suprà has constitutis, quasi tales haùd deceat æs fœneratitium exercere, vsurarum lucrum permisit pro tertia parte cẽtesimæ; mer-*
14 *catoribus, qui ad hoc mercantur, vsuras bessales suffi-*
15 *cientes existimauit. In traiectitijs contractibus ratione negotiationis vsq; ad centesimã proportionem vsuras*
16 *relaxauit, cæteris cuctis vsuras semissales taxauit, cuius taxæ excessum Legislator prohibendo, vetauit quicquid vltrà taxam stipulari à creditoribus, non tamen*
17 *simpliciter, sed tunc tantùm, cùm scilicèt stipulatio excedit taxam nomine vsurarum; quam prohibitionis formulam, scilicèt sub nomine vsurpat per singulos gradus enumeratos.*

In primo gradu Illustrium, in vers. ideòq; *ait.*
Minimè licere vltrà tertiam partem.
Centesimæ, vsurarum nomine stipulari.

In secundo gradu mercatorum in vers. illos verò, *inquit.*
Vsquè ad bessem centesimæ, vsurarum nomine.
Stipulationem moderari.

In tertio gradu pecuniæ traiectitiæ in vers. in traiectitijs, *sequitur.*
Vsquè ad centesimam tantùm licere stipulari,
Nec eam excedere.

In quarto gradu cæterorum omnium in vers. cæterùm, *eadem phrasi loquitur.*
Dimidiam tantùmodò centesimæ.
Vsurarum nomine posse stipulari.

Prohibetur igitur creditori exactio vltrà taxam vsurarum alicuius quantitatis, vel magnæ, vel paruæ, sed sub nomine vsurarum.

Cui prohibitioni cùm fraus fieri posset per creditores prohibitos maiores vsuras stipulari, putà subijciendo
18 *alios, quibus id non est interdictum; veluti si illustres personæ, quibus non licet egredi vsuras trientes, per mercatores velint acquirere vsuras bessales, tales machinationes lex resecauit, iubendo, si quid tale fuerit attentatum, vsuras computari, vt necesse esset, tanquàm si ipse, qui alium interposuit, fuisset stipulatus in* versic. machinationes.

19 *Verùm, quia remanebat casus, in quo citrà nomen vsurarum creditor de pecunia fœnori danda aliquid detrahebat, vel retinebat siliquarum nomine, vel sportularum, vel alterius cuiuscunq; causæ gratia: idcircò in* vers. licentia *edicitur, si quid huiusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minui, vt tàm pars diminuta, quàm eius vsuræ exigi nequeant.*

Exiege itaq; communi, per quam data est certa mensura vsuris, prohibetur creditor vsurarum illas exigere vltrà dictam mensuram, quæ exactio vltrà taxam respectu creditoris dupliciter intercenire poterat. Primò, respectu ipsarum vsurarum, putà stipulando plus nomine vsurarum. Secundò, respectu sortis

prin-

principalis,putà de eam detrahendo, & minuendo, vt ſuprà. Quæ duo genera fraudis elegantèr explicat Bonell.*ibi,in* verſ.adijcit Iuſtinianus,*item* Cuiac.in l.20. verſ.adijcitur in hac conſtitutione,C.eod.

20 *Quid in alio caſu? nempè in quo creditor nihil quidèm exigat à debitore, nec nomine vſurarum, nec de*
ſorte principali; ſed debitor ipſe vſurarum aliquid ſol-
21 *uat, & ſoluat non creditori vſurarum. Dùm enim creditor per legem prohibetur vltrà percipere à debitore, ex conſequenti prohibetur et debitor vltrà ſoluere creditori,vt egregiè per* Foller.in verb. nihil.vltrà percipiatur ab emptore,in principio; *ſed ſoluat aliis alias ob cauſas? Me hercle,caſus iſte non deciditur ab hac* Iuſtiniani Conſtitutione.

Coniungo nunc legi communi noſtram peculiarem
22 *Pragmaticam, & animaduerto, in ea prohiberi tantummodò exactionem per creditores ab Vniuerſitatibus vltrà ſeptem in centenos quotannis: de ſolutione verò, quam fortè facerent vltrà taxam Vniuerſitates, dummodò non fiat creditoribus, alias in cauſas, & ſi occaſione debitorum, verbum nullum in Pragmatica, ibi.*

Le vendite d'annue intrate à maggior ſomma di ſette per cento annui ſi riduchino alla ſomma di ſette, & per l'auuenire non poſſano pigliare à cenſo à maggior quantità con qualſiuoglia colore, per eſſere il prezzo di ſette per cento aſſai giuſto. Ità che nec directè, nec indirectè poſſano ſotto qualſiuoglia colore li creditori eſigere à maggior quantità della ſomma predetta di ſette per cento. *Nota illa verba.* Li creditori eſigere à maggiore,&c.

Nàm habent oculos ad exactionem propriam creditorum.

Caſus autem noſter, de quo præſens eſt inſtituta di-
23 *ſputatio,eſt,vt Vniuerſitates, quæ ſeptunces vſuras reddunt creditoribus vigore iſtius taxæ, eximant virtute pacti inter tempore contractus creditores ipſos immunes à ſolutione oneris, vt ſuprà,qui caſus cùm non ſit deciſus à Pragmatica, nec ex vi interpretatiua relata ad legem communem,anſam tribuit altiùs inueſtigandi eius de iure reſolutionem.*

Verſamur autem in annuis redditibus, ſiuè cenſibus venditis ab Vniuerſitatibus particularibus creditori-
24 *bus. Qui quidèm cenſus, ſiuè annui redditus conſtitui poſſint in bonis Vniuerſitatum, quæ ſint ex priuato illarum patrimonio, interuenientibus ſolennitatibus à iure requiſitis,iuxtà tradita per* Foller. in verb.huiuſmodi cenſualia, num.36. Felic. lib.2.c.3.tom.2.Roderic.lib.1.c.14.

25 *Qui etiam annui redditus, & cenſus ſubiacent oneri reali* della bona tenentia, *& proindè debent poni*
26 *in appretio,cùm in eo apponantur omnia iura,quæ quis*
27 *habet cenſuum ratione,quia huiuſmodi annonæ, &*
28 *fructus cenſuum computantur in bonis ſtabilibus, & iuribus,vt in* authent.de non alien. §.ſin autem, collat. 2. *& ità concludit in cenſibus in materia appretij* Sebaſtian. de Neapol. in capit. Regni Porrecta, num.19,verſ.ſexto, ſub titul.de form.& mod.appre-
29 tij: *nec eſt dicendum, aliud eſſe poni bona in appretio,*
30 *aliud verò pro eis contribuere, cùm poſſit quis profiteri bona immunia, nàm actus eſſet fruſtratorius,*
31 *cùm quis non teneatur regiſtrare bona ſua immunia, etiam ſi fuerit iuſſus ab Officialibus ad id deputatis, vt conſuluit* Natt.conſil.338.*incip.* vltrà ea, num.8. Sebaſtian.de Neapol.d.cap.Porrecta,*ſequitur* Campag. ibidem, num.68. verſ.quid de pecunia data ad vſuras. *Qui nè crederemus,cùm loquitur de pecunia data ad vſuras,quòd non intelligeret de annuis cenſibus, & redditibus, ſtatim* num.71. verſ.quid ſi habet annuos
32 redditus *dicit, annuos redditus, etiam quòd quis eos poſſideat ex Principis patrimonio debere poni in ap-*
33 *pretio,ſubnectit inferius rationem,quia annui redditus inter immobilia reputantur, ex* gloſ.in l.2. C.de ven-
34 dit.rer.Ciuit.lib.11. *maximè ſi debeantur ad longum tempus,poſt* Luc. de Penn.*qui ad literam in* l.agros, colum.4.verſ.quintò quæritur, C.de fund. limotrop.
35 lib.11. *quærit de habente annuos redditus annuos, an pro eis contribuat in collectis? & reſpondit affirmatiuè,cùm inter immobilia computentur; ex quibus in-*
36 *fert ad cauſam fortiorem, ad prouiſiones ſcilicèt pecu-*
37 *niarias, quæ præſtantur à Regia Curia,non obſtante,*
38 *quòd ſint dona Principum, quaſi res ſumeret conditionem perſonæ, ex cuius tamen mutatione non tranſeat à Principe in priuatum, ſic concludit* Frecc. de ſubfeud.lib.2.auth.Baronum 5. num.10. *& eſt indu-*
39 *bitatum, quiſquis enim debet ſentire onus pro modo*
40 *facultatum, per conſequens pro pecunia, & are fœneratitio,*Natt.conſ.48. in cauſa præſenti, num.3. *adeò vt præter pecuniam otioſam omnis pecunia fru-*
41 *ctum reddens ſubiaceat oneribus,* Natt.conſ.218. in diſtributione,conſ.443.dùm quæritur,*per* Menoch. conſ.9.interrogatus,n.11.verſ.octauo.

42 *Difficultas verò eſt inquirẽdi,onus vter ſoluat, Nàm debitor cenſus Dominus rei, ſuper qua conſtitutus eſt reditus: An potiùs creditor cenſus, atque reditus conſtituti?*

43 *Si enim dicemus,onus tale ſpectare ad debitorem,vt videtur innuere* text.in l.1. §.annonas, C.de ann. & trib.lib.10. *ibi.*

44 Annonas autem is ſoluere debet, qui poſſeſſiones tenet,& fructus percipit.

Iuncta gloſ.in verb.fructus,*ibi.*

45 Non autem illi,qui penſiones recipiunt.

46 *Niſi dicamus,ex eo* text. *non excludi ab onere annonarum creditorem penſionis; nàm etſi eum annonas ſoluere debere dictum fuerit, qui poſſeſſiones tenet,tamen ſtatim ſubnectit.*

Et fructus percipit.

47 *Et id,quod inquit* gloſ.*de penſionario, intelligamus de eo,qui locauit fundum ad penſionem in pecunia, ità quòd fructus omnes remaneant apud colonum, vt per* Anton. Corſet.ſingul.163.ſub verb.locatio,*incipien.* ſi quis, & Socin.*facit pulchrum,& elegans* conſilium 119 *incip.*circà hanc quæſtionem, lib.1. *inferens ad emphyteutam,feudatarium,vſufructuarium, colonum, & ſimiles.*

Aut ſaltim videtur innuere ratio, cùm cenſuarius
48 *emat cenſum annuum ſuper re illa, & ſic partem fructuum rei illius ab ipſo rei Domino, qui ſanè emptor non eſt obligatus ad onera publica, ſed venditor, qui*
49 *poſſidet rem, & fructus rei,de fructibus ſolui reditum annuum,*l.fin.C.ſine cenſ. vel reliq. *vbi* Bart.& Bald.
50 num.1.& Salyc.in princ. *dicit,quòd poſſeſſor ſoluere tenetur pro libra, & æſtimo rei,* Socin. conſ 217. per
51 tot.lib.2. Nauarr.de vſur.num.132. *emptor verò non poſſidet rem, nec ea fruitur, nec ipſe in cauſa eſt,quòminus fruatur, proindè ſoluere non tenetur onera impoſita rebus,* Socin.iun.conſ.70. num.10. lib.1. Crauett.conſ.777.lib.5.

Si,inquam,concludimus,huiuſcemodi onus reale ſpectare ad debitorem cenſus, præſens noſtra conſultatio vlteriori conſultatione non indiget, quandòquidem quantùmuis taxata ſit quantitas annui cenſus in tali-
52 *bus contractibus cenſualibus, adhùc valida ſunt de iure pacta continentia,ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem de iure aliàs, & ex natura contractus ſpectarent,ex* Bulla Pij V.de cenſib.

Quòd si contraria huic opinio magis arrideas, vt
53 *emptor census teneatur soluere onera realia, vnà cum*
ipso venditore pro rata census, vel reditus, qua cen-
54 *sum percipit ex fructibus rei, super quibus est impositus census, & ex fructibus onera soluuntur*, l.2. C.de
55 annon. & tribut. lib.10. *vt proindè onus impositum fructibus spectet pro rata ad censuarium*, Aret.cons.5.
56 Tiraquell.de retract.par.1.§.32. glos.1. *Tùm magis cùm census, vel reditus transeat in emptorem cum*
57 *onere suo, nam si onus reale est impositum fructibus, & census est emptus super illis fructibus grauatis illo onere realí, vt què censuarius pro rata census constituti super fructibus onera realia soluere tenetur, exemplo eorum quæ tradidere* Caccialup. & Gigas de
pensionibus quæst.17. *hic* quæst.59. *& proindè po-*
58 *terit possessor rei, super qua creatus est census, idemque census debitor in solutione census pro rata oneris tangentis censuarium retinere quantitatem concurrentem*, *latè disputat* Boccac. part.1. super interpret.
clausul. Bullar. *annullantis pacta continentia, solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & de natura contractus non spectarent*, à num.62. per
tot.74. *vbi in specie intelligit de onere impositionum*
59 *Vniuersitatum: maximè cùm emptio census sit emptio partis rei, vt deducit* Frider. Martin.c.6.n.209.

Si magis, inquam, cum isthac sentiamus sententia,
60 *tunc alia insurgit quæstio, videlicèt. Quoniam in loco creditor census onus reale exoluat; in loco scilicèt destinatæ solutionis reditus, an potiùs in loco rei sitæ, super qua census est constitutus?*

In primo siquidèm casu procùl de iure videtur, cùm
61 *isti annui redditus ad illum locum pertineant, vbi exactio de iure, & de facto fieri potest, quia ibi est facta solutio, & ibi reperitur debitor*, l. ex facto, §. verùm, & l.quarto, ff.de solut. *per quod* Lap. allegat.91, *incip.* casus est talis, num.9. vers. contrariam, circà fin,
62 *ait, debitum mercatorum Florentinorum in Italia contractum, & soluendum in Italia, annumerari in bonis Italicis, contractum verò, & soluendum in Anglia, communicari in patrimonio Anglicano, præcipuè*
63 *cùm ista census præstatio sit ius quoddam abstractum, & consideratum de per se, ad not per* Bald.in Iuhemus. in princip. & in text. C.de sacrosanct. Eccles. *& probatur in* clem. exiui, § sed cùm malui, de verbor.
64 signif. *Immò est ius immobile consistens in persona creditoris, per quæ* Aret.cons.10. *inc.p.* Quidam Ti-
65 tius, post num.1. vers.hic tamen *concludit annuum reditum constitutum super bonis in Territorio Bonomiensi, promissum tamen solui Ferrariæ, communerari*
66 *inter bona sita in Territorio Ferrariensi. Adde, quòd creditor, siuè emptor census non habet dominium, siuè directum, siuè vtile bonorum, super quibus constitutus est census, teste* Molin.de contract.disput.390. num.8. *post* Sor.de iustit.& iur.lib.6.quæst.5. art.1. vers. restat ergò, Couarr.var.resolut.lib.3.cap.11.num.5. Præses de Franch.decis.159.nu.3.Felician.de censib. lib.1.cap.4.num.2.tom.1.Roderic.de ann.redditibus lib.1.quæst.3. num.6. & seq. Lassart.de decim.vend. cap.10.num.21. *iterum* Molin. de contract.disp.372. num.5.Schrader.de feud.par.7.cap.3.num.10. Mut. decis.55. num.9. Gratian. decis.March.20. Gutierrez pract.lib.2.quæst.168.num.6. Less.de iust.& iur. lib.2.c.22.dub.2.num.5. Auend. cons.12. Matienz. lib.5.tit.11.l.7. glos.1. num.17. Thoming. decis.17.
67 *Quod patet; nàm peremptis illis bonis, adhùc debetur census.ex* Couarr.d.lib.3.c.7. n.5. vers.quartò si contractum, Redoan.de reb.Eccles.non alien. q.17 nu. 50. *& deinceps* Molin.vbi suprà disp.191. n.4.Gayll. obiectu.lib.2. cap.7.Mastrill.ad Petr.Gregor.de cen-
68 sib.quæst.5.num.58. *ex ea non insulsa ratione, quia obligatio ad solutionem annui reditus præcipua est personalis, res autem obnoxia censui accessoriè se habet pro certiori, & firmiori solutione, & huc pignoris, &*
69 *hypotheca; hinc creditor census rei possessionem non habet, super qua consl. tutus est census, tum quia illi rei nõ insistit, tum etiã quia non potest per se fructus percí-*
70 *pere, ex quo non est credendum fructibus, sed in pecunia, vt præ cæteris constaeratur* Gayll. loco *superiùs allegato, &* Felician. lib.1. cap.4. tom.2. *Ex quibus persuaderi potest, in huiusmodi annuis redditibus*
71 *principaliter attendi conditionem, & qualitatem personæ, quandoquidèm omissa* Doctor. *disputatione*,
72 *an annui redditus inter mobilia, vel immobilia communerentur, tutior est opinio* Panorm.in cap.nulli, de rebus Eccles. non alien. *latè per* Gabriel.lib.6. communi.concluf.tit.de verb signific. concluf.7. Io. Ficard.inter commun.opin.Doctor.par.2.tit.27. lib.6.
73 num.9. Viu. opinion.683. *scilicèt vt annui redditus ex propria ipsorum natura censeantur tertia species, ratione verò adiuncti reputentur eadem species, cui*
74 *accedunt, vnde sicut venditor census fortitur forum in loco destinatæ solutionis*, l.quarto, ff.de solut. l.con-
75 traxisse, ff.de act.& oblig. *Ità etiam & census ratione personæ eiusdem qualitatis, & loci censeatur.*

Huic affinis est alia sententia, vt onus solui debeat
76 *eo loci, vbi contractus celebratus est, vt latè probat* Felic.de censib. lib.2. cap.vlt. num.12. vers.quintò dubitatur, *quem sequitur* Roderic.lib.2. cap.4.in calce. *In hoc, inquam, casu res esset extrà disputationem, siuè enim attendamus locum destinatæ solutionis, siuè locum celebrati contractus, is Neapoli est, in quo creditores immunes sunt ab huiusmodi oneribus, & sic pactum nullum afferret præiudicium Vniuersitatibus.*

77 *In secundo verò casu, qui forsan prior de iure videri potest, & receptior in praxi, quasi per constitu-*
78 *tionem census super re, res ipsa vendi intelligatur, ea-*
79 *ratione, quia census ius reale sit, & ità rei censuatæ inhærens. vt quòad eam sortis quantitatem omnem*
80 *rei fructum, & vtilitatem consumat, vt meritò cen-*
81 *sus vna, & eadem res cum re subiugata videatur,*
82 *cùm proprietas sine fructu nullius pretij sit in immobilibus, quorum æstimatio ex fructuum collectione perpendi soleat*, l. pretia rerum, *vbi* Bart. *tradit*, ff.ad leg.
83 falcid. *Ità tamen, vt censeatur vna; eademq; res, non generaliter, sed respectiuè, ita tà rei quantitatem, & valorem, qui principali census sorti correspondeat, per-*
84 *ligratia, si mille res valeat, quingenta in annuum reditum super re illa data sint, dimidia pars fundi pro indiuiso vendita esse intelligitur, vt latè probat, & prosequitur disputationem* Ignatius Lassarte de Alcauala, seù de decima venditionis, & permutationis, cap.4. num.31. & cap.10.num.14. & 20. *Hinc quemplam de*
85 *Cingulo eminentem censum annuum situm in Territorio Maceratensi teneri ad onera in Ciuitate Macerata, in cuius Territorio sita res est, super qua reditus est constitutus, concludit* Boccac. part.2. de censibus, quæst.31.num.49.vers.sed si vnus, *& iterùm* eadem parte, num.98.vers.contractus, *probat, annuum redi-*
86 *tum constitutum super re sita Perusij, & promissum solui in Vrbe, per contractum in Vrbe celebratum ob-*
87 *noxium esse oneribus in Ciuitate Perusij, cùm promissio solutionis, & electio loci contractus proueniant ex partium conuentione, non ex natura contractus. Immò addit aliud notabile verbum in materia censua-*
88 *ria, quòd scilicèt si debitor fortè grauaretur ad soluendum censum alibi, quàm in loco rei censui obnoxiæ, tale pactum esset suspectum, ex dispositione* Bullæ, *per*

quam

quam reijciuntur pacta continentia, ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem de iure non ſpectant. In hoc ſecundo, inquam, caſu creditor Vniuerſitatum obſtringeretur de iure ad onera, vbi bona Vniuerſitatum ſubiugata ſita ſunt.

89 *Quamobrèm dato, onus iſtud reale* della bonatenẽtia *omninò ſpectare ad creditorem cenſus. Reſtat vidẽdum (& in hoc cardo totius negotij voluitur) nùm tale onus iure potuerit reijci in venditorem cenſus?*

90 *Et ſanè licèt venditor ladi poſsit ratione oneris appoſiti in venditione, quaſi tale onus pars rei ſit, l. fundi,* ff. de contrahend. empt. *Id tamen intelligitur habendo*
91 *rationem ad pretium, quod emptor reciperet: ſecùs ſi*
92 *onus eius eſſet naturæ, vt emptor nõ reciperet aliquid,*
nec de ſorte principali, nec nomine vſurarum, ſed alij ſolueretur, licèt occaſione emptionis, veluti exemplifi-
93 *cat* Rebuff. *in laudimio, cuius onus licèt ſpectet ad em-*
94 *ptorem, ſi reijciatur ex pacto in venditorem, non reſcindere venditionem ait, ea ratione, ſcilicèt quia em-*
95 *ptor illud non recipit*, tom. 2. Conſtitutionum Gall. tit. de reſciſſione contractus, art. vnic. gloſ. 15. ſuper verb. D'outre' Moitie de iuſte priz, verſ. 13. n. 17. *vbi deciſionem refert ſupremi Senatus, ex qua deciſione* Ladou. Mexia in ſuo Laconiſmo ſuper Pragmatica, qua panis pretium taxatur, in concluſ. 3. num. 17. ad
96 finem *ait, quòd ſi frumentum, aut alij fructus à prædicta Pragmatica taxati legitimo pretio vendantur, hoc inſuper addito, vt emptor ſoluat gabellam, quæ ex huiuſmodi venditione per venditorem deberetur, ex vi legis Patriæ, qui ità vendiderit eos fructus, præd. ſtæ*
97 *legis, & taxa non erit tranſgreſſor, eò quòd venditor ſolùm recipiat pretium legitimum iuxtà taxam, non obſtante, quòd emptor vltrà taxam aliquid ſoluat Gabellarijs ex vi pacti inita cum venditore, & ſic in facto conſultus reſpondit: amborum doctrinam extollit* Folic. lib. 2. cap. 1. num. 14. verſ. altera dubitatio, tom. 1. *qui in calce dicti numeri infert ad declarationem* tex.
98 in l. fundi partem, ff. de contrahend. empt. *vt ità de-*
99 *nùm onus pars pretij eſſe dicatur, quandò ſcilicèt inſit rei, vel quandò aliquid commodi ex eo peruenit ad emptorem, vel venditorem, quòd ſi onus rei non inſit, nec ex eo aliquid peruenit ad emptorem, vel venditorem, non computari in pretio, & confert mirabile dictum* Roderic. lib. 2. quæſt. 6. in calce, *ſcilicèt quòd emptor*
100 *cenſus non excedit ſeptunces vſuras vltrà taxam, ſed ſolùm ſeruatur indemnis ab huiuſmod. impenſis, quas iuſtè in venditorem reiecisſe dicit*; & paulò ſuprà
101 *admittit tale pactum, cùm non contineat lucrum aliquod creditoris, ſed euitationem damni emergentis: Hinc* Nauar. *qui tàm ſtrictè vſurariam materiam pertractauit* cap. vlt. num. 132. verſ. ſextum *inquit, quòd vendutor cenſus, & nõ emptor huiuſmodi onera ſoluet, quem videtur ſequi* Molin. de contractibus, diſput. 391. *ſuper* clauſ. ſeptima Bullæ Pij V. Gratian. diſceptat. forenſ. 258. num. 42.

Ex quibus attentari poteſt in intellectu l. eos, C. de
102 vſur. in §. licentia *eatènus onus ſiliquarum, & ſportularum non poſſe reijci in debitorem, quatènus eam ſummam creditor de ſorte principali retineret, ſeù detraberet; quòd ſi integram pecuniam exoluat debitori, poteſt aliàs ex pacto ijs impenſis onerare debitorem, ex ſupradictis.*

103 *Quod potiſſimùm vſui eſſe poteſt in onere gabellæ, quam ad emptorem ſpectare deducunt communitèr ex* l. debet, ff. de ædil. edict. *quod tamen ex eo* text. *non probari, diſputauit* Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vendit. par. 2. cap. 3. num. 4. *Immò iure* Pandectarum *gabellæ onus ad venditorem pertinere, docet* Ignat. Laſſart. d. c. 15. in princ.

Non me latet, præcitatam opinionem de reiectione
oneris in venditorem, ex quo nihil recipiat emptor, controuerti ex ijs, quæ tradidit Roderic. lib. 1. q. 6. circà num. 37. verſ. vt autem, *qui in* num. 39. verſ. in quo aduerto *loquens de huiuſmodi oneribus appoſitis contra vẽditorem in emptione annui reditus, iuxtà taxam illius Prouinciæ, per quam non licet excedere vnum*
104 *annuum pro quatuordecim, aduertit, non eſſe habendum reſpectum ad commodum, aut verſum in rem creditoris, ſed ad incommodum, & onus debitoris, ità vt ad ſummum non grauetur, neque oneretur facto creditoris vllo modo, vltrà quàm ſit onus vnius annui pro quatuordecim, & quòd qualibet calamitas debitoris*
105 *poteſt eſſe cauſa improbandi talia pacta, in* lib. 2. q. 6.
106 num. 8. verſ. verum, & lib. 2. q. 4. *quærit, an liceat paciſci, vt ad venditorem reditus laudemiorum, & gabellarum, & ſimilia onera pertineant, & concludit pactionem illicitam ex* Bald. Alberic. & cæteris, *quos al-*
107 *legat, niſi emptor contemplatione oneris ſuſcepti per venditorem det ei maius pretium, vel capiat minorem reditum; vnde ſecundùm ipſum eſſet rationabile tale*
pactum, ſi emeretur cum tali onere reditus ad vſuras ſemiſſes, vel quincunces, & num. 26. verſ. ſimiliter *im-*
108 *probat pactum, per quod exoneratur creditor cenſus ab omni indictione, vel tributo, à Tyranno iure, vel iniuria imponendo ratione reditus per eum acquiſiti, & poſſeſſi. Amplius* Fruder. Martin. de iur. cens. cap. 6. de pactis, quæ cenſus contractui adijci ſolent, num. 310. *facit concluſionem generalem, eſt* decimatertia *in or-*
109 *dine, quòd pactum, vt venditor cenſus ferat onera*
tàm publica, quàm priuata, quæ vel ratione cenſus, vel ratione emptionis ab emptore, non autem à venditore ſubſtinenda ſunt, ſi illicitum, atq; iniuſtum, ex doctrina Nauar. *& proindè* num. 318. verſ. denique *infert, quòd*
110 *venditor cenſus nequeat obſtringi pacto ad præſtationem collectarum, & tributorum, quaſi eo caſu venditor cenſus ſoluens talia onera non habeat iuſtum pretium venditi cenſus, vt per* Manent. de contr. liuell. pact. 11. *Hinc* Laſſart. d. cap. 15. nu. 25. verſ. vlteriùs, & num. 26. verſ. nec eſt ſimile *ex profeſſo innebit con-*
111 *tra opinionem* Ludouic. Mexiæ *ſuprà relatam, &*
112 *deciſionem* Rebuff. *de qua ſuprà meminimus, diuerſificare conatur, &* num. 28. verſ. itaque *diſtinguit inter*
113 *eas impenſas, quas ſoluat debitor cenſus vltrà taxam vſurarum abſque aliquo pacto inito cum creditore, ſed de ſua propria voluntate in proxenetis, & ſimilibus, & eas, quas erogat ex conuentione inita cum creditore,*
114 *cuius interſit, talem erogationem fieri per debitorem, quaſi in hoc caſu, cùm ſe exoneret emptor ab onere, quod aliàs ipſum de iure tangit, & oneret debitorem, pars pretij ita ſit, ex* l. fundi ; artèm *ſuprà allegatam.*
115 *Ad cuius explicationem in materia iſta, quandò pactum in fauorem alterius ex contrahentibus augeat, vel minuat pretium, latè diſſerit idem* Laſſart. eodem cap. 15. n. 21. & ſeq. & num. 31. *& deinceps, &* num. 47. & cap. 16. *in pluribus locis.*

Eſt tamen benè verum, quòd hi Doctores *tenentes hanc opinionem contra talia pacta, in* præcitatis locis
116 *eam limitant, quotieſcunquè tale onus perueniret ad venditorem, non ex culpa emptoris, ſed extrinſecùs;*
117 *exemplificant in ſpecie legis Patriæ, quæ diſtaret, onera gabellarum, & ſimilia pertinere ad venditorem, tunc enim abſq; ſcrupulo vſurariæ prauitatis venditor*
118 *cenſus ſubibit ea onera: hæc limitatio commodiſſimè applicatur in his Prouincijs, in quibus ex inueterata conſuetudine in huiuſmodi contractibus cenſualibus cõmunitèr paciſci conſueuit, vt tale onus pertineat ad venditorem, vt* Menoch. *in his terminis, quandò ſic paciſci in aliqua Regione communitèr conſueuit, con-*

eludit in lib.3. præſumpt. cap.122.num.58. verſ.tertium exemplum,*& propriè* num.60.verſ.hoc tamen *hinc cùm huiuſmodi pactiones frequententur in Regno, ſuccedit id, quod ſcribit* Bart. in l.quis ſit fugitiuus,§.apud Labeonem , *per illum* tex.ff.de ædilit.
119 edict. *Quòd ſi quis facit aliquem actum,qui æſtimetur communiter licitus , contrarium tamen ſit in veritate , quia ſapiat vſurariam labem, ex hoc non dicetur vſurarius , cuius dictum notandum cenſuit* ibidem Salyc. *propter leges ſtatuentes in materia vſurarum.*
120 *hinc etiam ſi contractus ſit ſuſpectus , tamen non debet fœneratitius iudicari , ſi in Regione communiter frequentatur, & inter bonos ſeruatur, & apud Mercatores , vt per* Nart.cons.86. ex inſtrumentis,num.9. verſ.prædicta .

Tandèm (data pro vera vtraquè opinione)aduerto
121 *in caſu noſtro , debitores cenſus non eſſe homines particulares,qui vice emptorum onerentur onere ſoluendi ius bonatenentium , ſed eſſe Vniuerſitates debitrices, quæ tempore contractus reddidere ementes creditores*
122 *immunes à tali onere ; Vniuerſitas enim habet ius exigendi ab emptoribus cenſus collectas pro rata æſtimi cuiuſq; emptoris , emptoribus autèm tribuit immunitatem à collectis nec ipſa pro illis ſoluet, cùm nemo à ſe ipſo exigat ; adeò vt hi creditores magis videantur ſe ab obligatione onerum ſubtrahere , quàm aliquid cõſequi , nec aliquid accipiunt de bonis Vniuerſitatis,nec itidem ipſa Vniuerſitas aliquid ſoluit vltrà taxam; ſed tantùm non exigit à creditoribus immunibus , vt pulchrè hæc omnia conſiderat* Oſaſc.deciſ.95. *In ea facti ſpecie de contractu inito inter particulares Cives , & Vniuerſitatem . Simile ſanè eſt,quod tradidit* Laſſart, cap.15.num.18.verſ.ſecundum notabile, *ſcilicèt de venditore,qui ſit etiam Gabellarius,an poſſit exigere ab emptore gabellam , cùm eo caſu onus gabellæ pacto reiectum in venditorem non ſit in cauſa , vt venditor aliquid exoluat , & concludit negatiuè , ſcilicèt quòd non poſſit exigere,contra opinionem* Authoris damnatæ memoriæ.

Ex iis ſumus extrà quæſtionem . Dato enim , quòd onus ſpectet ad creditores , dato item, quòd creditores pacto onus non potuerunt reijcere in Vniuerſitates, ad-
123 *hùc tamen Vniuerſitates potuerunt concedere immunitatem onerum creditoribus, quam immunitatem pacto , & conuentione conceſſam non poſſunt hodiè renouare,vt per* Oſaſc.*in his terminis* d.dec.95.n.11.

Nec eſt præſentis ſpeculationis inquirere,an Vniuerſitates potuerint concedere hanc immunitatem, vt per Franc. Marc. deciſ.471. Tepat. tit.de collect. & tribut.& tit.de iur.immunit.Campagn.in cap.Regn.In
124 ſingulis. *Difficultas etenim fortè fieri poſſet, ſi conceſſa fuiſſet immunitas ab oneribus iàm quæſitis in beneficium Vniuerſitatum . At reſpectu immunitatis ab oneribus , quæ tunc in eo momento temporis , quo onus in eſſe deducitur , vnico contractu conceditur,res eſt abſquè ſcrupulo , per ea,quæ conſiderat* Oſaſc.ibid. n.25. & 26.

125 *Item nec negotium facit* fine cenſu , vel reliquis fundum comparari non poſſe , *vt in* tot.tit.47.lib.4. Cod. *Ea enim prohibitio vendicat ſibi locum reſpectu Fiſci,& in Fiſcali cenſu , vt memini aduertiſſe* damnatæ memoriæ Authorem , *& perſuadet eius materiæ ſimatio poſt* titulum, ſi propter publicas penſitationes,& in l.2.*nominatim de Fiſco mentio fit,et in* auth. *ibi* poſita de tributis Fiſcalibus , *& in* l.fin. de penſitationibus publicis, *&* gloſ.*innuit in* l.1, in verb.non poteſt , *dum dicit* , priuatorum pactis ius publicum lædi non oportere , *& in* gloſ. ſeq. in gloſ. fin. *ibi* in
126 præiudicium Fiſci;*cuius reſpectu , quicquid ſit , tamen huiuſmodi pactiones valent inter pactiſcentes,vt* ex gloſ.fin.in l.1.ibidem *conſtat, & in* l.2.Bald.& Salyc. *diſtinguunt ex mente* Nicol. de Mattarell. *bene materiam.*

Ex omnibus antedictis crederem , Pragmaticam
127 *noſtram egere declaratione Legislatoris; ſcribebam Neapoli 9.Decembris* 1613.

Ferdinandus Roùitus.

Et vltrà prædicta ego aduerto , quòd inter hanc Pragmaticam, & illam *primam ſuprà eodem.* in qua eſt inſerta *Bulla Papæ Nicolai* , eſt maxima differentia in verbis diſpoſitiuis: nàm in *Pragmatica prima, verſ.dummodò* expreſsè ſtatuitur, quòd annuum cẽſuale non excedat decimam partem pretij , & nihil vltrà pereipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore:In hac verò Pragmatica nihil diſponitur de maiori quantitate exoluenda ab ipſis venditoribus, ſed prohibet tantùm emptores,nè exigant maiorem quantitatem, vt in *verſ.*deſcripto in *principio harum Allegationum*,quod quanti intereſſit , ipſi circumſpectiſsimi Iudices viderint, de valida diſpoſitione huius pragmaticæ agit *Reg.Conſtant.C.de fiſcalib. vſur. l.3.n.33.*

ADDITIO.

De Ceſsione Bonorum , Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Creditorum immunia iura in debitorum perſonas* lege 12.tabul.*inuenta,referuntur.*
2 *Ceſſio bonorum fuit inuenta ad liberandum debitores à carcere.*
3 *Ceſſio bonorum non irrogat infamiam.*
4 *Ceſsio bonorum conuenit cum dilatione quinquennali ad liberandum debitores à carceribus,& à creditorum moleſtia.*
5 *Creditores ſi velint dilationem quinquennalem debitori concedere , debitor autem maluerit ceſſionem bonorum facere,quis potiùs erit audiendus.*
6 *Creditorum ſi diſcrepent aliqui , alij verò concurrant in concedenda dilatione , quæ pars vincet,maior ſcilicèt in quantitate debiti,vel in numero perſonarum. & quid in paritate vtriuſq;*
7 *Debitor,qui priuilegium habet,vt non teneatur,niſi in quantum facere poteſt,ad creditoris inſtantiam carcerari non poteſt.*
8 *Clericus non habens in bonis , vt creditoribus ſatisfaciat,non poteſt ab eis quoquo modo moleſtari,præſtita cautione de ſoluendo,ſi ad pinguiorem fortunam deuenerit.*
9 *Clericus non tenetur facere ceſſionem bonorum , ſi tamen voluerit illam facere, vel ad dilationem quinquennalem admitti,obtinebit.*
10 *Ceſſionis bonorum, ac dilationis quinquennalis beneficium qui non habent, remiſſiuè.*
11 *Ceſſionis bonorum, & dilationis quinquennalis quamplures quæſtiones à quo trahantur,remiſſiuè.*

Pri-

1 PRisearum legum crudelitas, eò rem miseri debitoris prouexerat, vt nedùm creditori licebat tum in vincula conijcere, verùm etiã poterat illum vendere, immò & necare, &, quod crudelius erat, in partes secare, si plures essent creditores vnius debitoris condomini, & frustum quisq; accipere, ità *lege 12. tabular.* cautum fuisse, refert *Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 1.* quo loci propria *legis* verba profert, traditq; multa circà creditorum iura, diuersis iuribus introducta aduersùs debitores, qui debitum non soluebant, & à *Couarru.* sumpserunt *Hering. de fideiuss. cap. 20. §. 9. num. 68. D. Paschal. de virib. patr. potestat.* & cæteri, quos recenset *Mauson. de caus. exequut. quæst. 3. conclus. 2. à num. 47. & Sanct. à Melo de induc. debitor. quæst. 2. num. 1. & seq.* cuius sanè *legis* sæuitiam post *Petiliam legem* mulsit primò *Piorum Valeriani, & Gallieni Cæsarum* pietas in *l. ob æs 12.* cum *auth. immò à debito, C. de action. & obligat.* deindè *Gregorij III.* Summi Pontificis religio in *cap. 2. de pignor.* prohibendo, liberos homines ob æs alienum creditoribus seruire, & si res defuerint, quæ possint pro debito addici. Remanserat tantummodò carcerandi facultas, quam abstulit *Alexand. Imperator*, bonorum cessionis (etsi miserabile) auxilium introducendo, *l. 1.* 2 *& fin. C. qui bon. ceder. poss.* quod tandèm renouatum, ac confirmatum cernimus per *Pragmat. 3. huius tituli*, per quam etiam traditur certa forma huiusmodi bonorum cessionem faciendi, quæ nostris his temporibus seruatur. Quod quidèm cessionis bonorum 3 beneficium, etsi miserabile dicatur, non tamen irrogat infamiam, *text.* est clarus in *l. debitores, qui*, C. *ex quib. caus. infam. irrog.* & in *l final.* vbi *glos. in ver. existimatione, C. qui bon. ceder. poss.* quibus in *locis* vnanimiter tradunt *DD.* tametsi *Thesaur. decis. 36. sub num. 4. & 6.* concedat, ignominiosam etiam bonorum cessionem posse dari, iuxtà formam cuiusdã decreti Ducis Sabaudiæ, quam transcribit, & *Guid. Pap. quæst. 343.* meminerit de vituperosa forma quadam faciendi cessionem, quæ in Gallia fit, & *Giurb. decis. 41. num. 21.* aliam longè magis ignominiosam referat, quæ loco pœnæ succedit, & debitorem in totum à debito liberat, quod apud nos minimè seruatur. *D. Thoro in 1. part Compend. decis. in ver. cessio bonorum an debeat fieri*, sed quantò modestius, & honestius fieri potest, ea tribuitur, in tantum, quòd etiam personæ egregiæ, & in dignitate constitutæ ad illam accedant, prout patet ex *decis 86. D. Regentis*, & nihilominùs à carceribus, & debitorum nexu liberantur.

4 Huic bonorum cessionis beneficio affinis est alterum dilationis quinquennalis auxilium ad subleuandos debitores à creditorum præssura inuentum, de quo in *l fin. sub eod tit. C. qui bon. ceder poss.* quæ licèt in aliquibus differant, prout notat *Ludou. Sanct. à Melo in tract. de induc. debitor. quæst. 2. à n. 12. ad 43.* conueniant tamen, & à pari procedunt, quòad finem nempè, nè debitores vexentur à creditoribus, & carceribus mancipentur, idem *Sanct. à Melo in d. quæst. 2. num. 44. & quæst. 12. num. 14.* ex *Alex. Trentacinq. variar. resol. lib. 3. resolut. 2. n. 10. vers. ex secundo, de solut.* 5 Datur tamen creditoribus, cuiuscunq; generis sint, electio, vel quinquennales inducias debitori indulgere ad debitorum solutionem, vel ab eodem bonorum cessionem accipere, relata *l. fin. C. qui bon. ced.* 6 *poss.* Quòd si aliqui ex creditoribus disparis sint voluntatis, & voluerint aliqui quinquennalem concedere dilationem, alij verò maluerint bonorum accipere cessionem, ij planè audiendi erunt, qui in summa debiti, non autem personarum præualebunt, ac si par erit debiti quantitas, dispar verò creditorum numerus, tunc maior creditorum quantitas præferretur, in paritate autèm, tùm debiti, tùm numeri creditorum, ea pars vincet, quæ non cessionem ambiens, quinquennalem dilationem concedere voluerit, ità clarissimè habetur in dicta vulgata *leg. final.* & scribunt *Sanct. à Melo quæst. 8. num. 7. Costa de ration. ratæ quæst. 139. numer. 3. & 7. Vrsill. ad Afflict. decis. 288. num. 3.* & alij ab ipsis adducti.

7 His quoq; simile est priuilegium, vt non teneatur debitor, nisi in quantum facere potest, iuxtà *text.* in *l. sunt qui in id 16. cum aliis sequentib. ff. de re iudic.* nàm qui hoc priuilegio sunt muniti, minimè possunt ad creditorum instantiam carceribus mancipari, *Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 3. & Barbosa in l. maritum 13. num. 2. & 3. ff. solut. matrimon.* & confirmat *Sanct. à Melo d quæst. 2. num. 45. & quæst. 5. in princip.* vbi latiùs tractat, & in iure Canonico est *text.* famosissimus in *cap Odoardus, de solution.* quo cauce- 8 tur, vt Clericus non habens in bonis, ad debitorum satisfactionem nullo modo possit à creditoribus molestari, cautione tantùm præstita, vt si ad pinguiorem fortunã venerit, debita persoluat, ad quod sanè priuilegium Clerici, & Ecclesiasticæ personæ calamitosis hisce temporibus frequentèr confugiũt. De quo *text.* & priuilegio prætèr *Panormit.* & cæteros multa dicit *Gutierrez de iuram. confirmat. part. 1. cap. 17. per totum, Couarr. dict. cap. 1. num. 5. & 6. & Barbos. in dict. l. maritum, num. 3. & 4.* qui pleno ore fatetur, Clerico minimè necessarium esse cessionis 9 bonorum beneficium, cùm tantò munitus sit priuilegio, stultèq; faceret, si ad cessionem recurreret, quod ex *Afflict. in Constit. Regni, in rubr. de Cleric. conuen. pro poss. num. 6.* confirmat *Gutierr. d. part. 1. cap. 17. sub num. 6.* Verùmtamen si Clericus spreto hoc beneficio, nè conueniatur, nisi in quantùm facere potest, voluerit bonorum cessionem facere, vel dilationem quinquennalem à creditoribus accipere, facilè poterit admitti, prout fundat *Barbos. in d. l. maritum, num. 4. & Sanct. à Melo quæst. 5. in 15. & 16.* qui latè super hoc articulo differit.

10 Excluduntur autèm ab vtroq; cessionis scilicet bonorum, & dilationis, siuè induciarum beneficio quamplures, quos notant *Couarr. d. cap. 1. à nu. 3. cum sequent. Sanct. à Melo dict quæst. 12. num. 15. 21. 26. 29. 30. 31. & 32. Dom. Thoro in 1. part. Compend. in ver. cessio bonorum, & in ver. dilatio quinquennalis, & par. 2. in eodem ver. dilatio quinquennalis, & Dom. Regens in decis. 86. Guid. Pap. quæst. 211. Mauson. de caus. exequut. ampliat. 30. num. 33. Aufrer. ad Capell. Tholosan. quæst. 134. & Hering. de fideiussor. cap. 5. numer. 124. cum seq.*

11 An autem in concedendis inducijs citandi sint omnes creditores, tàm exteri, & absentes, quàm præsentes, vel sufficiat, vt eorum maior pars citetur. An in concedenda dilatione debeant omnes, vel maior pars creditorum concurrere, & quid etiam in remittenda parte debiti. An detur appellatio à decreto, seù sententia affirmatiua, vel negatiua, & an ea pendente possit sententia exequutioni demandari. An pendente iudicio cessionis bonorum, possit instrumentum exequi contra debitorem. InducIarum exceptio an possit opponi aduersùs exequutionem sententiæ, illamq; impediat, & quandò sit opponenda. An debitor pendente iudicio dilationis debeat in carcere detineri, vel possit extrà carcerem illam petere. An duranubus inducijs possit debitor, cui

malue-

ed by Google

maluerit ex creditoribus soluere, & an detur inter concreditores solutæ pecuniæ auocatio. An debeat debitor cautionem præstare de soluendo finita dilatione. Inducjarum dilatio an possit prorogari, vel etiam ab initio maius tempus, vel minus tempus quinq; annorum constitui. An dilatio concessa debitori prosit etiam eius fideiussori, & quamplurimæ alia subtiles, & ingeniosæ quæstiones, tàm circà bonorum cessionem, quàm dilationem quinquennalem excitantur, & doctè explanantur à *Sanct. à Melo in d. tract. de induc. debitor. per tot.* & per alios *DD.* suprà relatos. *Io. Laganar.*

De Cessione Bonorum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Priuilegium, de quo hìc Ciuibus Neapolitanis concessum, procedit etiam in dilatione quinquennali, & est intelligendum de originarijs, non autem de incolis.*

2 *Priuilegium si dicat,* sit ciuis, vel pro ciue habeatur, *discrimen an consideretur.*

Verbum (sit) quid sui natura significet.

3 *Statuto si cauetur, quòd nullus possit esse Consul, nisi sit Ciuis originarius, an Ciuis creatus cum clausula,* in omnibus *poterit esse Consul, & quid si de forma statuti requiratur, quòd quis sit natus in loco, vt gaudeat priuilegio.*

4 *Guidaticum concessum alicui contra omnes creditores, exceptis Ciuibus, nùm officiat ei, qui per incolatum decennalem est effectus Ciuis.*

5 *Priuilegium Neapolitanis concessum in hac materia an retinebit mulier Neapolitana, quæ extero nupsit, qui illam cum effectu ad propriam patriam traduxit, & nu. 7.*

6 *Vxor litigans cum viro adhùc sequi tenetur forum ipsius viri.*

8 *Moratoriæ hodiè prohibentur etiam respectu omnium.*

9 *Quibus in casibus concedi possint.*

10 *Moratoria concessa an extendatur ad debita iurata, & alia contracta post moratoriam.*

11 *Moratoriæ dies appositæ respectu creditorum in diem, qui tempore concessionis nondum cessit; quandò currere incipiat.*

12 *Moratoriarum prohibitio respicit illas, quæ conceduntur à Principe, seù Iudice, non autem illas, quæ conceduntur à creditoribus, seù maiori parte illorum.*

13 *Supersessoriæ sunt prohibitæ pendente lite super dilatione quinquennali, aut alia breuiori.*

14 *Creditores per contractus simulatos qualitèr puniri deberent.*

De moratoria tàm à Principe, quàm à parte concessa, remissiuè.

LI Magnifici Eletti, &c.

Contra Neapolitanos moratoriæ, & cessio bonorum non impetrantur pro pensionibus, & censibus eisdem debitis, & impetratæ non tenent. H. D.

1 An priuilegium ex hac Pragmatica Neapolitanis concessum procedat etiam in dilatione quinquennali, seruata forma *l. final. C. qui bon. ced. poss. Præs. de Franch. decis. 179. num. 10.* voluit, quòd sic, sed appellatione Neapolitanorum veniunt ciues originarij tantùm, non incolæ, *Bald. in l. ciues, num. 4. C. de appell.* & ad materiam *Boer. decis. 260. Alciat. in l. Prouinciales, ff. de verbor. signific.* & idem *Boer. dec. 13. n. 24. Affluti. dec. 384. Socin. in l. ciuibus, ff. de verb. dub. Alex. cons. 99. volum. 6.* & omninò *Laderch. cons. 61. num. 3. & seqq. & cons. 74. num. 5.* An sit differentia, si priuilegium dicat, *sit ciuis, vel habeatur pro ciue, Dec. cons. 457. num. 14.* ex mente *Bartoli* dicit, esse nullam, secùs si diceret, *tractetur vt ciuis.* De natura enim illius verbi, *sit,* est ponere veritatem, *Bartol. in dict. l. si maritus, §. leges Iuliæ, ff. de adult. Bald. in l. quæ fortuitis, C. de pignor. action. Iaf. in l. nemo potest 2. lect. col. 1. ff. de leg. 1. & in l. qui quartam, colum. 3. num. 5. ff. eod. Comes. in §. item si quis in fraudem, num. 30. vers. mihi videtur, Instit. de action.* & denotat aliquid fieri ipso iure, *glos. in l. amissione, §. qui deficiunt, in verb. delegati. ff. de capit. diminut. glos. in cap. licèt canon, in verb. priuatus, de elect. in 6. glos. in cap. 2. in verb. imodetur, de hæret. in 6. Bald. l. 1. colum. 1. & ibi Dec. notab. 3. C. de secund. nupt.* idem *Bald. in l. si qua mulier,* argumento illius *text. in verb. sit infamis, C. ad Tertull. Tiraquell. in l. si vnquàm, in verb. reuertatur, num. 180. C. de reuocand. donat. Schrader. 2. tom. de feud. part. 10. sect. 1. num. 162. vers. tùm quia ille text.* Addo nunc *Alex. Trentacinq. cons. 67. par. 2.* Eoquè magis, quandò adest illud verbum, *in omnibus,* quod in specie ponderat *Alex. in l. si Rufinus, C. de test. milit. num. 5. in fin.* post *Rom. in l. adoptionem, §. patronum, ff. de in ius voc. Barbat. in repet. l. cùm acutissimi, num. 265. C. de fideicomm. Alex. in l. 1. nu. 9. ff. solut. matrim. Roman. ibidem num. 10. & 14. in fin. Run. ibidem num. 6. Rip.*

3 *num. 4. vers. secundò inducuntur,* vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd nullus possit esse Consul Ciuitatis, nisi sit ciuis originarius, ciuis creatus cum illa clausula, *in omnibus,* poterit esse Consul, sequitur *ibidem Socin. iun. num. 28. Bolognet. num. 78.* & si de forma statuti requiratur, quòd quis sit natus in loco, vt gaudeat priuilegio, erit facienda benigna interpretatio, *Iaf. in l. huiusmodi, §. legatum, num. 19. ff. de*

4 *leg. 1.* & nota in materia huius Pragmaticæ, quòd dùm fuisset concessum guidaticum Baroni Pulsani contrà omnes creditores, exceptis Ciuibus Neapolitanis, Hęlianus Spinola Genuensis vnus ex creditoribus allegauit, ei non officere guidaticum, quia ex incolatu continuo per decennium erat effectus Ciuis Neapolitanus, & licèt M. C. iùdicasset contra Hęlianum, tamen Sacrum Consilium reuocauit decretum. Actuar. est ..... Quàmuis contrarium consuluerit *Gramm. cons. ciuil. 23.*

5 Quid autem si mulier Neapolitana nubat extero, qui cum effectu illam traducat ad propriam patriã, an adhùc retinebit priuilegium Neapolitanis concessum in hac materia *Præs. de Franch.* edidit suam *decisionem 416.* in qua Ego interueni pro ea parte, quæ oppugnabat priuilegium, licèt tunc Doctoratus gradum non suscepissem, & causa fuit inter Isabellam Magaldam natam in Ciuitate Neapol. actricem, & Cianciam Prandam Terræ Torracæ. Actuarius est Iubenus in Sacro Consilio, nunc Cantonus, & ꝙ mulier quantùmuis ciuis originaria alicuius loci nupta extero perdat priuilegium propriæ originis. Primò adducebam *text.* cum *glos. in l. origine, C. de municip. & origin. lib. 11.* vbi *text.* dicit, quòd origine propria nemo sua sponte eximi potest, subdit *glos. fallit propter matrimonium,* & sic *glos.* expressè sentit, quòd mulier propter matrimonium eximitur propria origine. Secundò *Bald. in l. penult. ff. de iurisd. omn. iud.* qui per illam *glos.* dixit, quòd tanta est virtus matrimonij, quòd forum originis tollitur, & nouum acquiritur. Tertiò iidem *Bald.* qui in *rubr.*

ff. solut.

ff.ſolut. matrimon. poſt *princ.* per eandem *gloſ.* dicit, quòd per matrimonium vxor vnitur viro tanquàm principaliori,& per hoc mutat forũ originis. Quartò, ſimiliter *Bald.in conſ.*100. poſt *principium,lib.*5. qui per illam *gloſ.*ait, quod matrimonium huius naturæ eſt, vt transfundat originem vxoris in originem viri,& nè locus *Baldi* intactus relinqueretur. Quintò adducebam,ipſum *Baldum in cap. conſtitutis,*
6 *lo ſecondo,extrà de teſtib.* qui ampliando hanc concluſionem dicit, procedere, etiam ſi vxor litigaret cum viro,quia adhùc teneretur ſequi forum viri, & eum ſequitur *Iaſ.in l cùm quædam puella, ff.de inrifd. omn.iud.*qui *num.*3. *in 2.not.* ponit hæc formalia verba: *Magna eſt ergò vis matrimonij quæ facit vxorem perdere forum, etiam originis propriæ,quæ altàs eſt immutabilis.* His per Me adductis Regij Conſiliarij, qui priùs inclinabant contrà me,cœperunt inclinare in meam ſententiam, ſed Aduocati Partis aduerſæ hoc animaduertentes impedita expeditione cauſæ pro illa die præſentauerunt ſcripturam, ex qua fundabant,quòd in cauſa vertebatur intereſſe Io.Antonij Gambacurtæ tunc Baronis Terræ Torracæ,ad cuius Officiales cauſa erat remittenda, & propterea ſtante intereſſe Baronis fuit prouiſum,quòd procederetur in Sacro Conſilio, verùm pro hac mea opinione addo nunc *Caſtrenſ.in conſ.*89. *num.*2.*lib.*2. *Berret.conſ.*48.& ſuprà omnes *Laurent.Syluan.conſ.*1. *num.*45 *in tertio dubio, per tot. verſ. tertiò quæritur, Marian. Soc. in rubr. extrà de for. compet. num.*13.& *in cap. fin. num.*52. *verſ. aduerte etiam, Binium in conſ.*121.*volum.*2. & videtur mihi *text.* in terminis in *l.fin.C.de incolis,lib.*10.*Natt.conſ.*139.*num.*17.*verſ. circà tertium dubium, vſquè ad fin. volum.*1. *Surd. conſ.*560.*num.*7.*cum ſeqq. volum.*4. nouiſſimè *Petr. Caball.conſ.*125. *volum.*2.*Gratian diſcept.*888. ſed eſt videndus *Peregrin. conſ.*55. *num.*13.*volum.*5. *Riminald.ſenior conſ.*766. & *ſeq. lib.*5. *Tiber. Decian. in tract.crimin.lib.*4.*cap.*9.*num.*53. *Capibl. in pragm.* 8.
A p.2.*n.*192.*de Baron.*

7 Hinc Carolus V.immortalis memoriæ, tanquàm Dux Brabantiæ conceſſit priuilegium mulieribus Mechlinienſis Ciuitatis, vt ſi viro extero nuberent, cumq; ſequerentur, ius Ciuitatis incolume retinerent, dùm tamen infrà annum poſt mariti obitum remigrarent ad ipſam Ciuitatem Mechlinienſem, teſte *Choppino de Domanio Franciæ lib.*1. *tit.*11.*n.*29. ſed pro contraria parte videndi ſunt *Ioa. de Anic. conſ.*29. *in princ. Alba* ſiuè *Mandell. conſ.*258.*num.*5. *verſ.ſecunda principalis difficultas, Coraſ. inter conſil. Zuccardi conſ.*75. *num.*237.& *ſeq.*Non tamen omittas *Theſaur. dec.*123. *Honded.conſ.*6. *vſq. ad num.*16. *volum.*2.*Laderch.conſ.*74.*num.*4.*cum ſeqq.P.A.Anguiſſ.conſ.*22. *lib.*7. Attamen pro declaratione eſt videndus *Rimin.ſen.conſ.*776.& 777.*vol.*4.

8 Et quia in hac Pragmatica prohibentur moratoriæ contra Neapolitanos tantùm. Non eſt ignorandum, quòd hodiè prohibentur reſpectu omnium, vt *in cap.*6.*inter gratias* conceſſas per Ducem Oſſunæ in anno 1585.impreſſas *inter priuilegia, & capitula Neap.fol.*mihi 177. quod hodiè eſt redactum in *volumine Pragmaticarum,* vt in *Pragmatica ſecunda, infrà de inſtrumentorum liquidatione*, at in quibus
9 caſibus poſſint concedi, vide *Conrad.in Templo iud. lib.*1.*cap.*1.§.4.*verſ.*23.*Theſaur. deciſ.*186. *Ricc. collect.*8. *Ann.ſingul.*463. pro modico tamen tempore
10 arbitrio Principis, vt non tollat cognitionem totius negotij,nec pro debitis iuratis,niſi ex conſuetudine,nec in debitis vigore ſententiæ, vel pro debito negato,præſtita fideiuſſione, & tunc tertio non nominato non nocet,nec in cauſa dotis, nec depoſiti, nec contrà Neapolitanos pro penſionibus domorum, nec pro rebus conſumptibilibus, nec contrà futu-
11 ros creditores,& alia contracta poſt moratoriam, & ſi obtinens moratoriam habeat aliquos creditores liquidos præſenti die, alios verò in diem, qui nondùm ceſſit,quæro reſpectu creditorũ in diem, à quo tempore incipiat currere moratoriæ dies appoſita? vide *Alber.in l.fin.num.*3. *verſ.vltimò colligit,C.de repud.hæred.& in l.cum vulgari,in fin.ff.de dot.præleg.* affirmantem à die termini elapſi.

12 Hæc tamen intelligas de conceſsione moratoriæ facta à Principe,vel à Iudice,non tamen de moratoria,quę concederetur à parte,ſeù à maiori parte creditorum,proùt eſt dilatio quinquennalis, triennalis, vel biennalis,de qua habetur in *text.* & *ibi* per *Doctores in l.maiorem,ff.de pact.* Nàm talis moratoria non prohibetur cum ſuis requiſitis, de quibus per *Affl.dec.*288. *Rot.Gen.dec.*57. *Barz.dec.Bonon.*78. & *Ann.allegat.*57. Niſi adeſſet priuilegium excludens huiuſmodi moratorias,proùt habent Venetj,de quibus loquitur *Gizzarell.dec.*73.

13 De nouo tamen fuit introductum, vt pendente lite ſuper hac dilatione non poſsit Iudex expedire vllam ſuperſeſſoriam in beneficium debitoris; etiam conſentiente maiori parte creditorum, ſed omninò expectandus eſt exitus cauſæ principalis, quantùmuis in prima inſtantia fuerit iudicatum eſſe concedendam dilationem petitam, vt in *pragm.*2. *infrà de inſtrum.liquid.*

14 Cauere tamen debent Iudices,nè admittantur inter creditores concurrentes ad huiuſmodi dilationes illi,qui non ſunt veri creditores, ſed ſimulati, proùt plurimùm contingere ſolet, nàm in tali caſu, nedùm tales prætenſi creditores ſunt excludendi, ſed etiam puniendi acriter,proùt aduertit *Villadieg. lib.*7.*for.iudic.tit.*§.*d.*7.& 8.vbi in *fine* ait, quòd ſi ipſe eſſet Iudex,huiuſmodi debitores,& Tabelliones, & alios qui eis aſſentiunt,furca ſuſpenderet, & tàm de moratoria conceſſa à Principe,quàm à parte vide latè *Mauſon.de cauſ.exequut.limit.*6.

ADDITIO.

AS ED an prædicti DD. loquantur reſpectu fori tantùm,vel quòad omnia,vide *Dom.Reg.dec.*75. *num.*6.& 7.qui dicit,eos loqui quòad omnia,& ampliat hanc concluſionem, etiam in vidua nupta extero,quæ mortuo viro migrauit in eius patriam, ſeruando tamen lectum vidualem, vt adhùc retineat ciuilitatem, & forum viri mortui. Ad cuius deciſionis confirmationem vide quæ ſatis doctè tradit *D. Thoro in Compend.dec.par.*1.*in verb. Vidua Neapolitana,* licèt contrarium deindè ſubſtinuerit in quadam alia cauſa deciſa poſtremo loco, iuxtà ſecundam hanc eius contrariam opinionem, cum interuentu, & voto etiam *Dom. Reg.* vt ipſemet *D. Thoro* refert in 2.*part.Compend. dec. in verb. Vidua Neapolitana aliàs nupta,* poſt *tertiam columnam, verſic. Quot ſunt capita.* Io.Laganar.

De Ceſsione bonorum. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Ceſsio bonorum non conceditur pro debito contracto infrà annum, & quæ ſit ratio.*
2 *Ceſsio bonorum negatur debitoribus, qui dolosè, & animo fraudandi creditores dilapidant eorum bona, vel aliter dolosè verſantur, quæ fraus quandò probetur, ſubijcitur.*
3 *Ceſsionis à beneficio ſemel excluſus propter fraudem, perpetuò remanet excluſus.*

PER quanto ſiamo informati, &c.

Ceſsio bonorum non admittitur pro debito contracto infrà annum. H. D.

1 Ratio decidendi eſt ſatis expreſſa in ipſo *textu*, dùm conſiderat, quòd multi contrahunt debita animo fraudandi, ergò ratio conſiderata in editione huius Pragmaticæ, fuit illa fraus præſumpta, quæ reſultat eò ipsò, quòd debitor petit admitti ad hoc beneficium infrà annum. De iure enim vera, & in-
2 dubitata concluſio eſt, quòd omnes debitores, qui dolosè, & animo fraudandi eorum creditores, dilapidant eorum bona, aut aliter dolo verſantur, non habent hoc beneficium ceſsionis bonorum, quocunquè tempore illud imploraverint, vt latè probat *Matth. Brun. de ceſſ. bonor. 5. quæſt. princip. per tot.* & A ſignanter *num. 5.* & quia huiuſmodi fraus eſt difficilis probationis, hæc Pragmatica induxit de nouo, vt hæc fraus præſumatur in omnibus illis, qui infrà annum implorant hoc beneficium à die, quo debita contraxerunt, nàm præſumitur, quòd tunc, cùm contraxerunt debitum, habuerunt animum fraudandi creditores, iuxtà *text. in l. pen. ff. de iure dot.* & doctrinam *Bart. in l. alia, §. elegantèr, in fin. ff. ſolut. matrim.* quem ſequuntur communitèr *Doctores*, vt latè probat *Brun. d. tract. de ceſſ. bon. q. 31. 4. q. princip.*

3 Hinc modò reſultat, quòd ſi quis infrà annum imploret hoc beneficium, à quo excludatur vigore huius Pragmaticæ, non poterit vlteriùs admitti ad hoc beneficium, etiam ſi illud imploret denuò poſt annum per nouum libellum, & principalem petitionem, quia eò ipsò, quòd petijt ſemel infrà annum, illa fraus iàm detecta eſt, & propter fraudem remanet perpetuò excluſus; aliàs enim hæc lex eſſet impoſita verbis, & non rebus, contrà *text. in l. contrà legem, in fin.* cum *l. ſeq. ff. de legib. l. fin. C. de vſuris*, & magis res, quàm verba intuenda ſunt, *l. promittendo, in princip. 42. ff. de iur. dot.* & ità fuit bis iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa ceſsionis bonorum Ioſephi Baptimolli prima vice die 22. Septembris 1614. referente Domino Didaco Salinas Conſiliario Hiſpano doctiſſimo, & omnium virtutum genere ornatiſsimo; altera verò ſub die 13. Februarij 1615. me exiſtente Commiſſario. Actuar. Anello de Ferrarijs.

ADDITIO.

A ADde *D. Præſ. Anell. Amat. in conſ. 50. nu. 15. Io. Gutierr. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 16. d n. 14. cum multis ſequent. Ludouic. Sanct. à Melo de induc. debit. quæſt. 12. num. 14.* & alios congeſtos à *Petr. Barboſa in l. alia, §. elegantèr, num. 55. verſ. vltimò expe n-de, ff. ſolut. matrim.* quo loci ſatis elegantèr, & ingeniosè illam expendit quæſtionem, an ad amittendum hoc beneficium ceſsionis bonorum ſufficiat culpa, nedùm dolus debitoris, iuxtà *Croti* ſententiam in *l. frater à fratre, num. 131. ff. de cond. indeb.* vbi dicit, quòd ſi quis ſua culpa bona amiſit, & effectus eſt inops, amittet beneficium ceſsionis bonorum, contrà *Baldum in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 18. de conſtit.* ac *Felin. & Dec. in eod. cap.* qui contrarium ſubſtinent. *Barboſa* ergò ad has diſsidentes ſententias conciliandas, duos diſtinguit caſus. Aut debitor dãdo operam rei licitæ, facit actum licitum, vel ſaltèm indifferentem, qui poteſt iudicari bonus, vel malus, vtpotè negotiando, incidit in paupertatem, & non amittit priuilegium hoc ceſsionis bonorum, niſi etiam probetur dolo ipſius contigiſſe, ex *Pariſio conſ. 94. à num. 60.* Aut debitor faciendo actum ſimpliciter illicitum, vtputà meretricando, vel ludendo, & ſimiles, incidit in paupertatẽ, effectuſq; eſt inops, & hoc ſanè caſu propter ſolã culpam priuabitur hoc beneficio ceſsionis bonorum, ità *Barboſa in d. §. elegantèr*, quem citat, & ſequitur *Sanct. à Melo d. q. 12. num. 15. & 16.* Faciendo enim actum illicitum, & ex ſe malum, licèt non eſſet immediatè præordinatus ad fraudandos creditores; tunc propter iſtam ſolam culpam priuabitur dicto beneficio, quia dedit operam rei illicitæ, & actus veriſimiliter tetendit ad id, quod poſteà euenit, & ſic punitur faciens tanquàm doloſus, quàmuis id formaliter, & præter eius intentionem acciderit, ad tradita per *DD. in cap. fin. de homic. in 6. & Bar. in l. Diuus 14. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* & quàmuis hoc caſu creditores re ipſa, & non ex præmeditata debitoris voluntate ſunt fraudati, attamen, inquit *Barboſa*, iuris interpretatione ille, qui dat operam rei illicitæ, conſideratur tanquàm voluntarius delinquens, & fraudator, quandò ex illo actu veriſimiliter id, quod euenit, poterat contingere, vt expreſsè docet *D. Thomas in 2. 2. q. 64. art. 8.*

Priuari ergò debet beneficio ceſsionis bonorum doloſus, ac culpoſus debitor, qui malè in rebus ſuis verſatus diſsipauit ſubſtantiam ſuam, & ad paupertem in creditorum perniciem deuenit, immò verò non priuari hoc beneficio ſolùm, ſed etiam puniri deberet, non ſecùs ac doloſi decoctores, qui famoſi latrones à DD. dicuntur, & vti tales puniuntur, *Dom. Conſil. Gizzarell. deciſ. 80. lib. 2.* vbi *Addens D. de Angelis*, & Hiſpana lege cautum refert *Ioſeph Seſe dec. Aragon. 102.* in quibus Regnis ſæueriſsimè puniuntur ſimiles decoctores, qui dolo, ac animo fraudandi creditores, vel etiam extorquendi partem debiti in Eccleſiam, vel Aſylum ſe recipiunt, proùt in cauſa cuiuſdam Petri Brozza cum Regio Fiſco, & quærelantibus in M. C. V. benè, ac doctiſsimè fundauit eruditus Doctor, ac magnus Criminaliſta Fulvius Daneſius, in hæc verba. *Io. Laganar.*

SOlent quandòq; ea, quæ dolo malo fiunt in creditorum perniciem ad fortuitos caſus referri, & damnum, aut interitus rei, ſiuè ex culpa, ſiuè ex ignauia proueniens, & id, quod intereſt, quod petitur exceptione fortuiti caſus eludi. Quàmobrem *Iureconſult. in l. Iuriſgentium, §. dolo, ff. de dolo*, fraudem illam, & machinationem ad fallendum aliquem, vel ad ſe, ſuaq; tutanda, dolum eſſe exiſtimat, & in eum, qui huiuſmodi calliditate vtitur, doli actionem dari non veretur, *l. elegantèr, §. fin. eod. tit. & l. dolum, C. eod.* Illum verò, qui ex facto naturæ, veluti naufragio, ſterilitate, valetudine, vel vi maiore, aut facto hominis, veluti hoſtium inſidijs, latronum

num incurſibus, incendio, vel his ſimilibus correptus creditores fugit, tanquàm à dolo alienum, ab eiuſmodi actione liberum eſſe, reſponderunt *l.cùm duobus, §.damna.ff.pro ſocio.l.ſi is cui res.ff.quib.mod. recontrab.oblig. Licèt.C.loca.cap.propter ſterilitatem, eod.tit.l.1.C.depoſ.l.contractus.de regul.iur.* cum ſimilibus.

Cùm igitur Petrus Brozza nullam aut Fati iniuria, aut naturæ vi, aut facto hominis, iacturam paſſus, ſed tantummodò, vt creditores ſuos inſtantis fugæ metu terreret, in Aſylum ſe contulerit, & à Ioanne Thoma Iuuene, ac Fabritio Virgopia creditoribus magnam partem crediti ſibi relaxari ſtipulatus ſit; Hodiè propoſita accuſatione videndum erit, nùnquid vt ſimulatus decoctor criminali pœnę obnoxius remaneat, & quomodò plectendus.

Et quidèm meminiſſe oportebit, *lege duodecim tabularum* ſancitum eſſe, vt decoctores illi, qui non fortuitò, ſed culpa propria decoxerunt, grauitèr puniri debeant, teſte *Gell.lib.20.noct.Attic. cap. primo, gloſ.in l.prima, in gloſ.vltim.C.qui bon.ced. poſſ.* Aſſeuerans, huiuſmodi decoctores tradendos eſſe creditoribus dilacerandos, quos etiam plumbatarum ictibus ſubijci mandarunt *Theodoſius, & Valentinianus Imperatores in l.quilibet, C.de decur.lib.*10. & miſeratione indignos exiſtimauit *Bald.in conſ.*400.*volum.* §. excludens illos etiam à miſerabili beneficio ceſſionis bonorum, per *text. in l.fin. §.fin.ff.quæ in fraud. cred.* & argum. *l.pen. ff.de iur.dot. & Bald.* ſequitur *Menoch.de arbitr.Iud.lib.*1.*quæſt.*90.*nu.*19. *Farinac. quæſt.*26.*num.*30. *&* 31.*in praxi.* Quinimmò teterrimam eorum naturam conſiderantes *DD.* publicis eos latronibus compararunt, teſte *Couarr. lib.*2. *variar.reſolut.cap.*20. *num.*14. quem ſequitur *Farinac. quæſt.*28.*num.*33. *& Ambroſ. in tract. de immun. Eccleſ.cap.*13.*num.*4. ſubdens, illos adeò cautè res ſuas componere, vt ea, quæ fraudulenter gerunt, ſemper aduerſæ fortunæ veniant tribuenda, qua de re pœnam latronibus ſtatutam ſæpènumero euadunt: Pluta etiam circà pœnas ipſis infligendas tradit *Farin. quæſt.*26.*num.*29. mentionem faciens de *Bulla Tyv.* qua rationabiliter diſponitur, vt tanquàm publici latrones vltimo ſupplicio afficiantur, à latronibus enim in nihilo differunt, niſi quòd iſti cum vitæ ſuæ periculo, illi autem impunè furantur, ſic etiam de decreto Mediolanenſi meminit *Plot. de in litem iur. §.*4.*num.*36. quo cauetur, vt huiuſmodi doloſi decoctores furcis ſuſpendantur, vel ad triremes perpetuò damnentur.

Licèt verò præfatæ leges omnimodam in hoc Regno vim non habeant, negari tamen non poteſt, quin magnum pondus, & authoritatem apud nos obtineant, cùm rationabiles ſint, vt elegantiſſimè tradit *Reg.Conſtant.ad lib.*12.*Cod.in tit.de fil. official. num.*36. poſt *Iaſ. in l.de quibus ff.de leg.num.*6.*Boer. dec.*193.*num.*9. *Burſat.conſ.*46.*num.*3.*lib.*1.*Camerar. in repet.cap.Imperialem, & Aluar.de Valaſ.in praxi partit.& collat.c.*19.*n.*11.

At quoniam in præſenti ſpecie non tantùm de pœna quærimus, cùm ea certiſſima in Regno ſit publicis latronibus conſtituta, ſed quæſtio in eo potiſsimùm verſatur. Nùm ſcilicèt hic Petrus ex mero dolo, & fraudandi animo ſe decoctorem finxerit, An potiùs fatali damno perculſus fugam arripere coactus ſit, nè in creditorum manus incideret: Ideò operæpretium duxi circà hoc triplex tempus conſiderare. Primum ſcilicèt antequàm ad Eccleſiam confugeret, quo quidèm tempore vendit ſericum à creditoribus emptũ, & pecuniã ex eo prouentã per intermedias perſonas deponit in Banco ſub nomine alterius, à quo fiunt giratæ abſquè nomine, & vt vulgò dicitur *in bianco.* Ex hac autem occultatione, & artificio dolus colligitur, vt not. *Felic.allegat.*46.*num.*50. *part.*1. *& Giurba conſ.*54.*num.*15. Vxori etiam prouidet de dotium aſſecuratione paulò antequàm ſecederet, ac bonorum mobilium maiorem partem abſcondit, alienat, diſtrahit. Ex quibus actibus dolum argui, tenet *Stracca de decoctor.par.*3 *nu.*29. per ea, quæ allegat.

Attenditur ſecundo loco tempus refugij ad Eccleſiam, ex quo ſolo dolus inducitur, *Maſtrill. deciſ.* 238.*nu* 21. vbi indiſtinctè tenet, decoctorum fugam ſemper eſſe doloſam, eoſq; fraudulentos exclamat, eorumq; fraudes innumerabiles eſſe, allegat *Stracc. loco* citato *part.*4.*num.*36. vbi eo argumento vtitur, *eſt decoctor, ergò fraudator*, hoc voluit etiam *Rota Genuenſ. deciſ.*2. *& Maſcard.de probat. concluſ.*532. *num.*224. Sanè quòd per ſolam fugam decoctor torqueri poſsit, vt res indicet, quas amiſiſſe dicit in creditorum fraudem, tenuit *Farin.q.*38.*n.*18. per *ibidem* allegata.

Protinùs verò in Eccleſia degens fraudes machinare non deſinit, vbi enim præfatos creditores anxios ad ſe feſtinantes cernit, hærere primùm, obſtupeſcere, admirariq; eorum ſolertiam, quibus ſua occultatio tàm cœleritèr detecta fuerit: mox eos timidè alloqui, fatiq; ſa ueritatem laceſſere, quòd ſua bona, fortunaſq; impiè diſiecisſet. Deindè leuitèr ſuadere, nè vellent aduersùs hominem ægeſtate obrutum eorum iurium rigore plenè vti, cederent ſaltèm dimidium crediti, vt ſibi aliqua viuendi commoditas relinquatur; quòd ſi fortuna quandòq; faciem verteret, integrum ſe ſoluturum pollicetur. At vbi peruicacem totius recuperandi crediti voluntatem agnoſcit, minas incutere aggreditur, ſe Ligornum abiturum, ibiq; reliquum ſuæ vitæ ſpatium conſumpturum, vt omnis à ſe exigendi ſpes pœnitùs euaneſcat. Bona, quæ remanent apud ſuos lares, nec pro integris vxoris dotibus ſatis eſſe. Aduerterent, quid ageret. Sæpè rigidos exactores crediti iactura docet. His igitur, aliiſq; ſubdolis verbis circumuenti, dimidiæ partis debiti ceſsionem promittunt: promiſſis ſtipulatio adijcitur: præuia tamen iudiciali proteſtatione, tùm in M.C.V. tùm etiam in Reg.Curiæ artis Serici, nè ſcilicèt huiuſmodi ceſsio ipſis cedentibus vllatènus officeret. Planè clariſsimi iuris eſt per proteſtationem præcedente metu factam annullari ſequentem contractum, vt firmat poſt multos *Anton.de Amato var.reſol.cap.*82.*num.*8. *& Papon lib.*16.*tit.*3. *arreſto* 10. Conſeruat nàmq; ipſa protestatio ius proteſtantis, vt notat *Barzius deciſ.*86.*n.*4. Et declarat, conſenſum à contractu abeſſe, *l.at si quis, §.pleriq; ff.de relig. & ſumpt.funer.Boer.dec.*100. *num.*10.

Tertium deniquè tempus conſidero, in quo poſt contractum nedùm celebratum, ſed denuò confirmatum, ſecurus iàm non poſſe vlteriùs viribus præturæ compelli ab Eccleſia egreſſus machinato factori cœlerem exequutionem parat; eo ſiquidèm tempore partem ſerici priùs empti à præfatis creditoribus, quam abſconditam habebat in ædibus Diuæ Mariæ Syderis, clandeſtina venditione, & viliori, quàm par erat, pretio alienat, Officinam denuò aperire decernens, nulla ſe creditorum moleſtia ampliùs vexari poſſe ratus. Ex huiuſmodi autem venditione mercium, quas à creditoribus acceperat, dolum reſultare, cenſuit *Stracca in eod.tract. num.*2 *& Maſcard.de probat. concluſ.*532. *Bargal.in tract.*

dolo

dolo lib.2.cap.3.num.25.

Hęc igitur cùm ità sint, nescio, quo pacto, aut quarum legum auxilio se tueri possit, quin doli actione teneatur, aut pœnam publicis latronibus statutam euadat. Nisi fortè aduersarius noster aliquibus exceptionibus obstare contendat, quarum prima est, quia tempore, quo Petrus in Asylum confugit, iàm fuerat in iudicium vocatus per Fabritium Virgopia, vnum ex creditoribus, qua de re ob timorē carcerationis aufugisse censendus est.

Cui quidèm obiectioni facili negotio respondeo. Primò, citationem illam non nisi post refugium emanasse, eiq; notificatam fuisse, vt ex actis liquet. Præterea dato, quòd præcesserit, non tamen sequitur, ea de causa licitum sibi fore in Ecclesiam confugere, in qua tutò delitescēs posset cum creditoribus in ipsorum perniciem licentiosè pacisci, iuxtà illud *Plauti in Mostell.* dùm Tranio seruus, nè à Teuropide, ac Lorarijs puniretur, ad Aram confugiens, inquit, *Interim ego Aram hanc occupabo, si enim hinc Consilium dedero, nimio plus sapio sedens, tum Consilia firmiora sunt de diuinis locis,* vt refert *Couarr. lib.2.var. resolut.cap.20.num.2.ver.item apud.* Fit vtiq; creditoribus formidabilis ob imminentem fugam, ideòq; illos ad paciscendum metu trahit, nè scilicèt totius crediti iacturam patiantur, qui quidèm metus iustus est, *can.presbyteros 50.dist.c.fin.22.q.2.*

Secundò obijcitur contractus remissionis debiti, nedùm semel stipulatus, sed iterùm posteà confirmatus, ex qua quidèm reiteratione, & ratihabitione enixa voluntas contrahentium resultat, *l.iurisgentium, §.si paciscar, ff.de pact. l.fi. C.ad Sen.Conf.Maced.*

Verùmtamen quia metus præcedens per contractus confirmationem non tollitur, quod enim metus causa gestum est, nullo tempore Prætor ratum habebit, *l.si mulier, ff.quod met.caus.* Ideò dico, sequentem contractum eodem morbo, quo primum laborare, & ratio est, quia vis illa, metusq; semper præsumitur adesse, & spontanea ratificatio, etiam si per actus positiuos fiat, nihil operatur, *Bart.in l.ob turpem, colum.fin.ff.de cond. ob turp. caus. Aret.in l.interpositas, num.4 C.de transf. Cacher. dec.177.num.11.& seq. Menoch de præsumpt.lib.3.præsumpt.126. nu.28. Mascard.de probat.conclus.1051.num.36.* Sic & in dolo dicimus, quotiescunq; enim dolus dat causam contractui, etiam si posteà contractus ille confirmetur, aut geminetur, nullius erit roboris, *Costa in praxi conuent. part.1. num.181. & in cons.38.num.49.* post *Roland.cons.2.n.87.*

Cæterùm, quia priuilegium, quod alicui in negotio competeret, dolo commisso amittitur, per *text. in l.2.§.verba itàq; ff. ad Senat. Consul. Velleian.* Ideò exceptio ratihabitionis, qua iuuari alioquin ipse Petrus posset, per *text.in d.l.iurisgentium, §.si paciscar, & l.fin.C.ad Macedon.* stante dolo commisso, vt diximus, nihil agit, & contra ipsum actio quantum ex dolo consequitur, perpetuò durat, nec obest agenti, quòd pacto dolus remissus sit, pactum enim illud ratum non est, *l.si vnus, & ibi Paul. Castr. de pact. l.in commodato, ff.commod. l.quidam decedens, de admin. tut. l.conueniri, de pact.dotal. l.alia causa, §.elegantèr, ff.sol.matrim.*

Opponitur denique ex aduerso dominij translatio, cùm enim sericum emptum sit, non poterit vtiquè in emptorem furtum cadere, quantumcunquè distrahat, nec etiam de dolo teneri, cùm in re propria dolus non committatur, *vulg. Iuribus.*

Hæc autem admodùm friuola oppositio responsione non egeret, attamen (vt aduersarijs quandòq; satisfaciam) dico, hac in re dominij translationem parùm referre; non enim hodiè de domnio rei ciuilitèr agimus, sed de fraude in fugiendo, ac dolo in latitando commisso, quæ cùm grauissima sint in hac facti specie ex mente *Petri Greg. Tholos. in syntagm. iur.lib.39.c.12.* Nedùm ciuilem actionem parùt respectu partis, sed etiam criminalem respectu Reipublicæ, per ea, quæ doctissimè tradit *Petr.Cabal.resol. crimin.casu 1.num.14.* post *Hipol. de Marsi. in praxi, §.constante, n.34.*

Licèt nàmq; dolus à principio in contractu emptionis serici non interfuerit, tamen post emptionē cœpit dolus interuenire, quod colligitur nedùm ex fuga, vt diximus, sed etiam ex eo, quòd ipsemet Petrus fassus est, dùm in Ecclesia moraretur, dixit enim se excusans, eius intentionem fuisse decipere Leonem Parisium primæuum creditorem, qui de ea certioratus, omnem ipsi circumueniendi spem frustrauit, ideòq; aduersùs ipsos Thomam, & Fabritiū astum dirigere instituerat: necessitati ignoscerent, si occasione præuentus intentionis limina transcendere cogeretur. Aduertite, quæso, Domini, hominem animi peruersitate, non casu peccantem, emit sericum, solutione pretij ad tempus collata, cedente die in Asylum se confert, creditores eludens fugam parat, ab ipsis territis cessionem dimidiati crediti aucupatur, ab Ecclesia egressus merces distrahit, nunc verò carceribus mancipatus criminale iudicium effugere audactèr contendit: Hoc igitur impunè licet? optimè quidèm Reipublicæ consuleretur, si his Monstris careret.

Fuluius Danesius.

De Cessione bonorum. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Cessio bonorum an concedatur, si debitum dependeret ex delicto, pro quo quis esset condemnatus ad interesse partis.*
3 *Cessionis beneficium denegatur fraudulenter dissipanti bona sua.*
4 *Cessio bonorum non permittitur Fisci debitori.*
5 *Cessionis beneficio etiā cū iuramēto renūciari an possit.*
6 *Cessionis pro beneficio obtinendo omnium creditorum citatio non requiritur.*
Cessionis beneficium vt locum sibi vindicet, quædam hìc relata concurrere debent.
7 *Cedētes bonis debēt asportare in pileo velū viridis coloris, & qd circà hoc obseruetur in Regnis Hispaniæ.*
8 *Seruitus post contractum debitum incursa, si exindè subsequatur manumissio, adhùc liberat debitorem à suis creditoribus.*
9 *Deportatus liberatur à suis creditoribus, etiamsi ex gratia redierit, & alia acquisierit bona, quod fallit, si fuerit restitutus etiam ad bona.*
10 *Cessionis beneficium non conceditur, si debitor est gauisus dilatione quinquennali sibi concessa à suis creditoribus, vel à maiori parte ipsorum.*
11 *Dilationes quinquennales inter creditores, qui concedere possunt, non communerantur qui tenens emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo, seruata forma Regiæ Pragmaticæ, nisi pro terrijs tantùm maturatis, quod procedit, si præfati creditores annuorum introituum non haberent eorum contractus rescissos per sententiam, vel si esset commissa graduatio communis debitoris, & n.12.*

Pri-

PRiſcarum legum, &c. Ceſſioni bonorũ faciendæ datur noua forma, antiqua ſublata. H. D.

1 Hanc Pragmaticam latè exornat *Scaglion. in ſuis commentarijs*, tu ad eius materiam vide *Matthæum Brunum in tract. de ceſſion. bonor. Cumiam ſuper ritibus Siciliæ, cap.95. per totum*, *Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. caſu 173. Couarr. lib.2. variarum reſolution. cap.1. num.5. cum ſeqq. Doctor. in §. fin. Inſtit. de action. Matthæſil. in comment. ad titulum C. qui bon. ced. poſſ. inter ſingularia Doctorum, primo tomo, fol.* mihi 183. *Ioſeph Ludou. dec. Peruſ. 32. Peregr. de iure Fiſci lib.4. cit.8. in fin.* omninò *Coler. de proceſſibus exequut. part. 1. cap.6. num.110. cum ſeqq. Intrigl. caſu 35. Io. Valer. de differen. vtriuſq; for. in verb. ceſſio bonorum, differ. 1. Rodriq. de exeq. ſent. c.8. n.13.*

2 Et amplia, etiam ſi debitum dependeret ex delicto, pro quo eſſet quis condemnatus ad intereſſe partis, vt doctè explicat *Theſaur. in dec.182. Seraph. de priuileg. inram. priuileg.91. in fin.* Cuius contrarium voluit *Andr. quæ ſint regal. num.50. poſt medium*, vbi ait, quod debitor ex delicto luet in corpore, etiam in priuato, proùt eandem opinionem ſequutus fuit Senatus Cathaloniæ, teſte *Peguer. deciſ.6.* vbi latè diſcutit hanc quæſtionem, licèt *Theſaur. vbi ſuprà, num.4.* illum citet pro ſua opinione, pro qua ſimilitèr citat *Boer. deciſion.349. num.8.* qui ſimilitèr concludit contrarium, & ideò cùm hic caſus accidiſſet in cauſa Iuliani Berlinzone inquiſiti, & condemnati in exilium, & ad intereſſe partium pro truffa ſerici eidem conſignati ab Auguſtino Miranda, & alijs Mercatoribus ad manufacturandum in filatorio, quod intereſſe fuerat liquidatum per S.C. in ducatis mille, & pro dicta quantitate petiſſet admitti ad hoc miſerabile beneficium, facto verbo in S.C. me exiſtente Commiſſario in aula plena fuit iudicatum, non eſſe admittendum, quia intereſſe dictum dependet ex delicto, etiam quòd veniret applicandum priuato. Actuar. S.C. eſt Fabritius Turinus pro Cantone. Addo nunc pro hac opinione *Grimell. dec. Dolana 78. Rodriq. de exequut. ſent. cap.8. num.30.* alias limitationes habes per *Addentes ad Franc. Ant. de Iudice Roberto de liquidat. inſtrument. conſiderat. 4. poſt num.66.* Inter quas limitationes
3 non omittas illam, quandò quis fraudulentèr ſua bona diſſipaſſet, quia huic non competit hoc beneficium, *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. vbi Bart. Bald. & Angel.* & iterùm *Bald. & Angel. in l.1. C. qui bon. ceder. poſſ.* & *Bart.* iterùm in *l. alia, §. elegantèr, ff. ſolut. matr. Erneſt. Cotlm. reſp.19. lib.1.* & dixi ſuprà *prag.2.*

4 Debitor fiſcalis non poteſt cedere bonis, ſi eſt contumax, & ſoluendo, *Bart. in l. cum eo, in fin. ff. ad l. Iuliam pecul. Cyn. in l.1. in princ. C. qui bon. ced. poſſ.* & *ibi Bald. Guid. Pap. dec.211. num.3. Salycet. in l.1. num.7.* in debitore ex delicto, *Alfar. de offic. Fiſc. gloſ.18. num.179.* in debitore tributorum, ſed pleniùs quàm alius *Andr. Iſern. in cap.1. in verſ. condemnatorum, num.4.* aliàs *num* 50. ſecundùm impreſſionem *Liparuli, verſ. nunquid autem, quæ ſint regalia*, qui admittit in debitore ſortis, vel pœnæ ex proprio delicto, ſed quòd non poſſit cedere, *Graſſ. de except. excep.17. n.33.*

5 Et quòd huic beneficio renunciari non poſſit, etiam cum iuramento, vide *Couarr. in cap. quamuis, part.2. in initio, num.6. de pact. in ſexto, Theſaur. deciſ.36. Villadieg. in for. iudic. lib.2. tit.5. leg.8. num.20.* ſed vide *Rodriq. de exequut. ſentent. cap.8. num.28.*
6 qui ſtante iuramento contrarium tenet; Sed non requiritur citatio omnium creditorum pro obtinendo hoc beneficio, *Anton. Gabriel. lib.2. commun. opin. tit. de citat. concluſ.1. limit 99. nu.494.* & probat *text. in l.4. in fin. cum gloſ. ibi, ff. de ceſſ. bonor.* & *Bonus de ceſſ. bonor. quæſt.2.* & *9. princ. in fin.* ex quibus in cauſa ceſſionis bonorum factæ per Io. Dominicum Pepe, non citato Fr. Ant. Deodato eius creditore, qui poſt explicatum actum comparuit, iudicauimus in S.C. ſaluamguardiam expeditam in beneficium dicti Io. Dominici eſſe eidem obſeruandam, etiam reſpectu dicti Franciſci Antonij, ad relationem Domini Nicueſę Iudicis M.C. ſub die 19. Octobris 1618. Act. M.C. eſt Io. Vinc. Conſtantinus, quatènus verò in hac pragmatica præcipitur, vt cedens bonis teneatur omnium ſuorum bonorum, & iurium nomina dare ſuis creditoribus, veram, & debitam quantitatem confitendo, eſt notandum, quòd ſi defecerit debitor à tali vera manifeſtatione bononorum omnium, actus ceſſionis quantùmuis explicatus ſecundùm formam hic traditam, erit nullus, *Ferrer. in obſer. Cathal. p.1. c.130.*

7 Aduertè tamen, quòd modò ceſſionem bonorum facientes tenentur aſportare in pileo velum viridis coloris, vt in *Pragmatica quarta infrà eodem*, ad inſtar *motus proprij* promulgati Romæ per *Pium IV.* Summum Pontificem contra petentes dilationes, ſeù beneficium *cap. Odoardus, & cap. peruenit*, qui *motus proprius* incipit *Cupientes in Bullario*, & in Regnis Hiſpaniarum eſt *Pragmatica*, vt aſportent in collo manicam ferream, teſte *Suarez in l.2. tit. de los gouiernos, foro ll. lib.3. in princ. num.15. in fin.* qui in *dict. l.2.* multa dicit notabilia in hac materia ceſſionis bonorum. Sed hæc aſportatio veli coloris viridis fuit declarata, vt procedat reſpectu illorum, qui fecerunt ceſſionem bonorum poſt editam dictam *Pragmaticam quartam*, non antè, vt in *Pragmatica quinta infrà eodem*, quæ declaratio non erat neceſſaria, nàm procedit ex diſpoſitione iuris communis, vt optimè fundat *Magon. dec. Lucenſ.88.* ſed vtraq; abijt in deſuetudinem.

8 Eſt tamen notandum, quòd non ſolùm per hoc miſerabile beneficium debitores liberantur à ſuis creditoribus, ſed etiam per ſeruitutem poſt contractum debitum incurſam, ſi ex indè ſubſequatur manumiſſio, vt in *l. ſeruus, ff. de action. & obligat.*
9 item per deportationem, vt eſt *text. in l.3. C. de ſent. paſſ.* etiam ſi deportatus habuerit regreſſum ex gratia, & alia bona poſteà acquiſierit, niſi fuerit reſtitutus etiam ad bona, *l.4. & l. ſi deportationis, C. eodem.*

10 Hoc tamen beneficium denegatur in pluribus caſibus, quos colligit *Peguer. dec.200.* & ſignantèr quandò debitor gauiſus eſt dilatione quinquennali ſibi conceſſa à ſuis creditoribus, ſiuè maiori parte ipſorum, iuxtà *text. in l. maiorem, ff. de pact. & in l. fin. C. qui bon. ceder. poſſunt*, vbi *gloſ. in verb. generando* in ſpecie limitat hoc modo, & illa *gloſ.* in omnibus eſt approbata, præterquàm in eo, quod vltimo loco dicit de debitore lacerando ab eius creditoribus, teſte *Præſid. de Franch. dec.251.* Sed inter creditoi1 res, qui concedere poſſunt dilationes quinquennales non ſunt connumerandi ij creditores, qui tenent emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, niſi pro tertijs tantùm maturatis, vt determinauit Regium Collaterale Conſilium ex voto Regij Conſiliarij Nicolai Franciſci Conſtantij Patritij viri, & ſuæ tempeſtate celeberrimi, cuius meritiſſimus filius, & hæres, non minus animi virtutum, quàm fortunæ bo-

norum Fuluius Coſtantius eius excellentiam ſuperauit, nèdum his temporibus, quibus magnum agit Collateralem Conſiliarium, & Regiam Cancellariã Regentem, ſed etiam ex tunc cùm iudicaturam Magn. Cur. Vicar. gerere cœpit, & ex ea infrà paucos annos aſcitus ad munus Paternum Regij Conſiliarij in Sacro Regio Capuano Conſilio, & ab indè ſtatim ferè translatus ad Supremum Italiæ Conſilium apud Catholicam Majeſtatem Philippi II. immortalis memoriæ, motu proprio, nemine id ſatagente ob eius iuuenilem ætatem, & in tàm Supremi Magiſtratus adminiſtratione tantam ſenilem prudentiã exhibuit, vt Marchionatus titulo decoratus in reditu ad patriam fuerit in Collateralem Conſiliariũ, & Regentem Cancellariam aſſumptus, & eſt tenoris ſequentis, videlicèt,

Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signor, Per parte di Marcello Gadaleta della Città di Molfetta li anni paſſati ſi donò memoriale all'E.V. aſſerendo hauere ottenuto da quello guidatico per poſſerſi accomodare con ſuoi creditori, & per hauerſi accomodato con la maggior parte di eſſi, ſupplicò la E.V. ſi hauceſſe degnato ordinare ad alcuno delli Regij Conſiglieri, che haueſſe coſtretto l'altri creditori non concorrenti minori in numero, & quantità à concorrere con li creditori predetti concorrenti maggiori in numero, & quantità, come in eſſo memoriale ſi contiene, e per V.E. fù à me commeſſo che mi foſſe informato di ciò, & con voto referito à quella, & compilato ſoprà ciò proceſſo, intimati detti creditori non concorrenti, viſti li cõtratti delli creditori predetti, appare per quelli eſſerne ſtati venduti per detto Marcello ad eſſi creditori concorrenti certe ſue annue intrate, di modo che vengono ad eſſer compratori, & patroni di dette entrate, & non creditori in pecunia, tutta volta bilanciato le ſomme quali ſi deueno, tanto ad eſſi creditori concorrenti del modo predetto, quanto le ſomme debite alli creditori non concorrenti, & inteſe ſopra ciò più volte dette parti in Iure, & in fatto in quello l'è occorſo, & conſiderato per me tutto lo che ſi deue conſiderare, ſono di voto, & parere, detti creditori conuenuti non eſſerno tenuti concorrere con detti creditori concorrenti in l'accordo, & conuentioni fatte trà eſſi, & detto Marcello, & così referiſco all' E.V. in gratia della quale, ſue mani baciando di continuo mi raccomando. Neapoli 12. Iunij 1564. di V.E. deditiſſimo ſeruitore Cola Franceſco di Conſtanzo, Ludouicus Romanus *Actuarius.*

Die 22. Iunij 1564. Neap. viſa retroſcripta relatione cum voto facta per Magnificum V.I.D. Nicolaum Franciſcum de Conſtantio Regium Conſiliarium, & Relatorem deputatum, &c. Illuſtriſſimo Domino Viceregi ad inſtantiam Marcelli Gadaletæ, ſeù eius creditorum in maiori numero, & quantitate petentium, alios creditores eiuſdem Marcelli in minori numero, & quantitate in proceſſu citatos conſtringi, & compelli cum eis ad concedendum prædicto Marcello quinquennalem dilationem, viſis videndis, &c. prædictus Illuſtriſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atq; declarat, ſupradictam relationem factam per dictum Magnificum Commiſſarium fore, & eſſe exequendam, & debitæ exequutioni demandandam, prout præſenti decreto exequi mãdat, inxtà ſui ſerie, & tenorem. Hoc ſuum, &c. Villanus Regens, Reuerterius Regens, Patignus Regens. *Extracta eſt præſens copia à ſuo originali, quod ſeruatur in Regia Cancellaria penès infraſcriptum Regium Scribam à mandatis, cum quo facta collatione concordat, meliori ſemper ſalua, ideò, &c.* Hieronymus de Aſſlicto manu propria.

Quod votum procedit per tramites iuris, proùt de tanto Viro credendum eſt, & confirmatur ex traditis per *Hieronym. Gabr. conſ. 141. vol. 2. Rodriq. de ex eq. ſent. c. 6. n. 49.*

12 Sed hoc eſt intelligendum, quandò huiuſmodi creditores, ſeù Domini annuorum introituum non haberent eorum contractus reſciſſos per ſententias, & idem eſt, ſi eſſet commiſſa graduatio creditorum communis debitoris, nàm per commiſſionem graduationis debitor declaratur decoctus, & omnes contractus ab ipſo geſti habentur proteſtatiſſis, proùt aliàs in facti contingentia demonſtraui per infraſcriptas Allegationes.

RERVM SVMMA.

13 *Contractus venditionum cenſuum per ſuperuenientem decoctionem habentur pro reſciſſis, & dominium illud acquiſitum per venditionem reſoluitur, vel trãsfunditur in creditum, & n. 22.*

14 *Bona eius, qui vt fraudaret ſuos creditores latitat, debent poſſideri, & vendi per creditores, nec requiritur ordo iudiciarius, ſed ſufficit, vt ſummariè conſtet de debito, n. 15.*

16 *Creditores, quorum creditum dependet ex contractibus annuorum introituum iàm habitis pro reſciſſis per ſubſequutam decoctionem debitoris, an poſſint conſequi ex pretio bonorum debitoris, non ſolum capitale, & tertias, vſq; ad diem totalis ſatisfactionis, ſed etiam intereſſe tertiarum decurſarum, etiam poſt decoctionem debitoris, & n. 19.*

17 *Contractus ſi eſt reſciſſus per ſententiam, non debentur amplius tertiæ, ſed ſolum intereſſe ad eandem rationem.*

18 *Commodum, & beneficium ex propria culpa quis conſequi non debet.*

20 *Remoto principali, remouetur & acceſſorium.*

21 *Contractu reſciſſo debetur intereſſe creditori ad eandem rationem ex lege contractus, & ex iuris diſpoſitione.*

22 *Intereſſe alterius intereſſe à iure eſt penitùs improbatum in hoc Regno.*

Debitore decocto quandò eius cõtractus habeantur pro veré, & realiter reſciſſis.

23 *Stylus Curiæ pro lege eſt ſeruandus, & contrà illum non poteſt iudicari.*

24 *Authoritas Patrum noſtrorum pro lege eſt ſeruanda.*

25 *Debitoris ſubſequuta decoctione habent locum illi duo caſus, qui ponuntur in contractibus cenſualibus, nempè ſi debitor deficeret à ſolutione tertiarũ per duas, vel tres tertias continuas, & ſi alienaret corpus, ſuper quo eſt facta venditio cenſus.*

26 *Creditorum voluntas circà reſciſſionem contractuum ex capite decoctionis debitoris concurrere dicitur.*

27 *Creditor petens liberationem capitalis, & tertiarum ſuper pretio bonorum venditorum debitoris decocti, licèt ab initio non comparuerit ad petendum ſequeſtrum, & venditionem bonorum, tamen de iure cenſetur ratificare primam petitionem aliorum creditorum.*

28 *Ratificatio de iure præſumitur, quandò fit actus vtilis omnibus, etiam ſi non ſit geſtus nomine alicuius, qui poſteà ſentit vtile.*

29 *Debitor, cui fuit conceſſa dilatio, ſi moriatur infrà tempus dilationis, ſuperſtitibus hæredibus cum beneficio legis, & inuentarij, hæredes prædicti non poſſunt*

ſe

7 *si tunc dicta dilatione defuncto concessa, nec maior pars creditorum poterit concedere hanc dilationem quoad personam tantùm, reluctante minori parte.*

30 *Dilatio quinquennalis concessa principali an prosit fideiussori, qui se obligauit vt principalis, & insolidum.*

31 *Dilatio quinquennalis non procedit in causa depositi, nec in pensionibus domorum.*

32 *Dilatio quinquennalis concessa an includat creditores futuros.*

33 *Dilatio quinquennalis non debet concedi, nisi debitor velit cedere bonis.*

INoleuit frequentissima Praxis in hoc Regno, eiusq; Supremis Tribunalibus, vt quotiescunq; quispiam foro cedit, seu solum vertit, statim ad instantiam creditorum proceditur ad sequestrationem omnium bonorum, & ad illorum venditionem ex abrupto absq; compilatione processus, deq; pretio satisfit per Iudicem creditoribus, iuxtà cuiusquè graduationem, etiam si aliqui ex eis non essent ab initio, scilicèt antè decoctionem, expliciti creditores, sed Domini annuorum introituum, siuè censuum eis venditorum per debitorem ad formam

13 *Bullæ Papæ Nicolai Quinti, insertæ in Pragmatica prima de censibus:* contractus enim venditionum cēsuum per superuenientem decoctionem habentur pro rescissis, & dominium illud acquisitum per venditionem resoluitur, seù potiùs transfunditur in creditum, & remanent expliciti creditores tàm sortis, quàm introituum decursorum, qui vulgò tertiæ appellantur.

14 Quæ quidèm salubertima praxis, non fuit ocitantèr introducta, sed habuit ortum ex *text. in l. Fulcinius, in princ. vers. prætor ait, & in §. 1. per tot. ff. quib. ex caus. in poss. eatur*, vbi statuitur, bona eius, qui fraudandi causa suos creditores latitat, & copiam sui non facit; debere possideri, & vendi per creditores, immò ex eodem *§. 1. in princip.* constat etiam tempore *Iurisconsulti* hanc praxim fuisse frequentissimam, & in viridi obseruantia, ibi, *& est frequentissima hæc causa possessionis.*

15 Et quòd non requiratur ordo iudiciarius, sed sufficiat, vt summariè constet de debito, volunt *glos. in verb. constat in l. cùm proponas, C. de bon. auth. iud. possid. & in d. l. Fulcinius, §. 1. in verb. oportet.*

16 Contingit tamen modò dubitari, an hi creditores, quorum creditum dependet ex contractibus annuorum introituum, seù censuum iàm habitis pro rescisis per subsequutam decoctionem debitoris, possint consequi ex pretio bonorum debitoris, nèdùm sortem principalem, & tertias vsq; ad diem integralis satisfactionis, sed etiam interesse tertiarum decursarum, etiam post decoctionem debitoris?

17 Ratio dubitandi contra creditores, illa est, quia, quandò huiusmodi contractus rescinduntur per sententiam, non est dubium, quòd post rescisionem non debentur amplius tertiæ, quia contractus est rescissus, sed debetur solùm interesse conuentum, nempè ad eandem rationem tertiarum, quia licèt contractus sit rescissus quòad emptionem: durat tamen quòad creditum in pecunia, & pro eo debetur interesse tantùm, & non tertiæ, & per consequens si deficiunt tertiæ, deficiet etiam interesse tertiarum, cùm non entis nullæ sint partes: ergò idem dicendum est, quandò hi contractus rescinduntur, non per sententiam Iudicis; sed ministerio iuris per decoctionem debitoris, cùm non adsit vlla ratio diuersitatis.

Qui tuentur creditores dicunt, interesse tertiarum omninò deberi creditoribus, etiam post decoctionem debitoris, quia aliàs debitor consequeretur commodum, & beneficium ex propria culpa; quod iura prorsùs abhorrent, *l. uxorem, §. tempus ff. pro soc.* & inter rescisionem, quæ fit per sententiam Iudicis, & illam, quæ inducitur per decoctionem debitoris, eam differentiæ rationem adducunt, quia scilicèt per sententiam fit rescisio volente, immò petente creditore, sed per decoctionem debitoris fit creditore inuito, vel saltim absquè eius consensu.

18

Ego verò tàm magnifacio illam rationem dubitandi superiùs adductam contra creditores, vt firmissima sit apud me ratio decidendi contra creditores, & propterea constantissimè affirmo, creditori nullo modo deberi interesse tertiarum post decoctionem debitoris.

Nec obstant in contrarium adducta, quæ sunt potiùs allucinationes quædam, quàm rationes substantiales, siquidèm cardo huius quæstionis in eo consistit.

19 An sequuta decoctione debitoris huiusmodi contractus sint de iure rescisi, nec nè, etiam absquè facto creditoris, sed solùm ministerio iuris? nàm si contractus sunt rescisi, prout infrà demonstrabo, nihil refert, quòd id procedat ex culpa debitoris, vel ex voluntate creditoris, sed sufficit, quòd sequatur effectus rescisionis, & resolutionis contractus, & data resolutione contractus, impossibile est, quòd ex illo contractu resoluto, & rescisso debeatur interesse tertiarum, quandòquidèm tertiæ eatènus debentur, quatènus contractus emptionis, cuius vigore debentur tertiæ, subsistit, & manet in suo robore, at eo rescisso cessant tertiæ, & per consequens cessat etiam interesse tertiarum, quia interesse est accesso-

20 rium tertiarum, & remoto principali, remouetur accessorium, *l. cùm lex, ff. de fideiuss. cap. accessorium, de reg. iur. in 6.*

21 Et licèt etiam post rescisionem contractus loco tertiarum debeatur creditori interesse ad eandem rationem ex lege contractus; & ex dispositione iuris, per tradita, & allegata per *Regentem Lanarium, consil. 63. num. 31.* Tamen hoc interesse licèt debeatur ad eandem rationem tertiarum, non potest producere aliud interesse, quia esset dare interesse alte-

22 rius interesse, quod à iure pœnitùs improbatur, præsertim in hoc Regno, teste *Præs. de Franch. decis. 254. n. 14. in fin.*

Ergò non potest dubitari, quòd hoc interesse tertiarum non debetur post rescisionem contractus, siuè simus in rescisione facta per sententiam Iudicis, siuè in rescisione iuris ministerio per decoctionem debitoris.

Quòd autèm hi contractus sint verè, ac realitèr rescisi, sequuta decoctione debitoris, si sunt electæ personæ, quæ exigant, & conseruent bona pro creditoribus, *Præs. de Franch. dec. 55. num. 3.* in controuersiam deduci nullo modo potest, quia de hoc inoleuit inueteratissimus stylus Sacri Regij Consilij, adeò vt quotidiè volitet per ora omnium Practicorũ illud vulgatum axioma, scilicèt sumus in cõcursu, & graduatione creditorum, vbi contractus omnes habentur pro rescisis, qui stylus absq; dubio facit

23 legem in Tribunalibus huius Regni, & contrà illũ non potest iudicari, sed est pro lege seruandus, *Afflict.*

in Const. Præsenti lege 4 not. dec. 135. n. 3. & dec. 88. in fin. Caran. rit. 1. n. 23. in fin. post *Cyn. & Bald. in l. 1. in fin. C. quæ sit long. consuet. Thesaur. in proœm. ad decis. Pedemont. n. 32. vers. quòd si ter, Ferrer. in obseru. Cabal. p. 1. c. 505.*

24 Cuius quidèm styli nulla necessitas incumberet perquirendi rationem, quia sufficit authoritas Patrum nostrorum, quæ quidèm grauissima est, & pro lege seruanda, ex traditis per *Præsid. de Franch. dec. 470. per tot.* & præsertim *n. 4. vers. moti etiam fuerunt, & nu. 5.*

25 Sed illam experenti statim in promptu est, communitèr enim in huiusmodi contractibus censualibus apponũtur pacta rescissoria in pluribus casibus, & signantèr in duobus. Altero scilicèt, quandò debitor deficeret à solutione tertiarum per duas, vel ad summum tres tertias continuas. Altero verò, quandò alienaret corpus, super quo est facta venditio census; qui casus vterquè succedit statim sequuta decoctione debitoris. Fit primus casus, quia per decoctionem debitoris certum est, illum defecisse à solutione tertiarum, dùm propter molem debitorum aufugit tanquàm non soluendo, & eius persona est adeò inhabilitata, vt non possit ampliùs soluere, ad *text. in l. item si vnus, ff. de recept. arbitr.*

A *Præs. de Franch. dec. 55. nu. 1.* Fit etiam casus secundus, quia dùm venduntur omnia bona debitoris, certum est etiam vendi illud corpus, super quo fuit constitutus census; ergò non mirum est, si propter hos duos casus rescissionis, quia sequuta decoctione debitoris cuitari non possunt, introductum est, vt contractus incontinenti habeantur pro rescissis.

Sed vt cesset penitùs omnis difficultas, ac etiam aduersarijs satisfaciam, dùm requirunt voluntatem creditoris pro inducenda rescisione contractus; Aduerto, quòd etiam in hoc casu non deficit voluntas creditorum circà huiusmodi rescisionem contractuum.

26 Nàm eò ipsò, quòd comparent creditores petentes à Iudice sequestrum, & venditionem bonorum, vt ex illorum pretio sibi fiat satisfiat de capitale, & tertijs, procùldubio censentur petere rescisionem contractus, quod est præambulum necessarium ad consequutionem capitalis, quod non tenetur soluere debitor inuitus, nisi contractu rescisso, & alias esset cogere venditorem inuitum ad reemendum, contrà formam *Bullæ*; qui enim vult consequens, censetur velle etiam necessarium antecedens, *l. illud, ff. de acquir. hæred. l. ad rem mobilem, ff. de procur.*

Nec dicatur, quòd in casu nostro hic creditor non comparuit inter cæteros creditores Fabij de Falco ad petendum sequestrum, & venditionem bonorum. Nàm dùm ipse comparuit postèà super
27 pretio bonorum venditorum, petendo liberationem tàm capitalis, quàm tertiarum, vt ex facto demonstratur, censetur de iure ratificare illam primam petitionem aliorum creditorum, tùm ex receptione pretij, iuxtà *text. in l. quidèm ex parte*, iuncta *glos. in verb. adfuisse, ff. de euict.* tùm etiam ex vsu actorum, & decretorum, quæ præcesserunt venditionem bonorum, iuxtà *text. in l. cùm vnus, ff. de bon. auth. iudic. possid. & l. fin. C. eod.*

Immò dico vnum, quod est fortius, quòd etiam si nullus ratificationis actus dicti creditoris ades-
28 set, adhùc dicta ratificatio de iure præsumitur, cùm ille sit actus vtilis omnibus creditoribus, & proindè lex ipsa gestum pro rato habuit, *l. Pomponius, la prima, ff. de negot. gest.* vbi *glos. Bart. nu. 13. Angel. num. 4.* etiam si actus non fuerit gestus eiu[s] nomine, quia satis est, negotium ad se spectare, *l. item si cùm puparul. si pupilli, 9. item quæritur, ff. eodem*, vbi *glos. in ver. re ipsa*, optimè *Hieron. Gabr. cons. 5. nu. 38. vers. quia quandò fit, vol. 1.*

Concludo igitur ex prædictis, hoc interesse tertiarum non deberi vllo modo.

29 Et dùm incidimus in supradictam materiam dilationis quinquennalis, est sciendùm, quòd si moriatur debitor, cui fuit concessa dilatio, infrà tempus dilationis superstitibus hæredibus cum beneficio inuentarij, hi hæredes non possint se tueri dilatione concessa defuncto ad impediendum bonorum illius venditionem, *Præses de Franch. dec. 179.* Nec maior pars creditorum poterit concedere hanc dilationem quòad personam tantùm, minori
30 parte reluctante, *Idem ibidem, num. 9.* An autem concessa principali, prosit fideiussori, qui se obligauit vt principalis, & insolidum, *Laurent. de Pinn consil. 157.* consuluit, quòd sic, sed in contrarium est videndus *Cuccus de morator. num. 27. cum seqq. Barz. dec. 78. Stracca de decoctor. 6. part. num. 14. & 15. Bursat. consil. 224. num. 29. tom. 2. Cremens. singul. 21. Matheſil. singular. 105. Gregor. Lopez in leg. 6. tit. 15 partida 5. glos. 8. Rebuff. tom. 2. ad Constitut. Gall. titul de liter. dilator. annal. art. 1. glos. 1. num. 42.* vbi vsquè ad *num. 60.* tradit plures alias ampliationes, & li-
31 mitationes in hac materia, proùt non procedere in causa depositi, limitat *Præses de Franch. dec. 151.*
32 & alios casus recensèt, *Boer. dec. 296.* nec in pensionibus domorum, *Anna singular. 101. Prægm. 1. supra eod.* Verùm nunquàm dilatio concessa includit creditores futuros, *Guid. Pap. dec. 109.* & nota, quòd
33 talis dilatio non debet concedi, nisi debitor velit cedere bonis, vt est *text.* in ipsa *l. fin. C. qui bon. ceder. poss.* & aduertit *Rebuff. vbi supra, num. 59.* Alias videas apud *Afflict. dec. 288. Rot. Genuens. dec. 57. & Ann. alleg. 57.*

Et contra Neapolitanos pro censibus, & domorum pensionibus non concedi dilationes moratorias, ex priuilegijs concessis Neapol. Ciuitati apparet, *cap. 31. Regis Ferdinandi Primi, cap. 21. & 23. Regis Friderici, M. Capitanei cap. 37. & Regis Catholici cap. 13. & 64.* & quid pendente dilationis quinquennalis lite, *c. 60. Ducis Ossunæ.* Alia ad hanc materiam pertinentia tradit *Mauson. de caus. exequut. limit. 5.*

ADDITIO.

A AN autem cedens bonis possit agere, & alienare bona sua, considera duos casus. Primus est, si sumus antequam eius bona fuerint vendita, & creditoribus assignata, & potest agere, & alienare, cùm antè venditionem remaneat Dominus, *Capel. Tholos. quæst. 134. de Amatis decis. Marchiæ 93. & Sanct. à Melo de induc. debit. quæst. 23. num. 1. ex text.* satis claro in *l. is, qui bonis 3. ff. de cession. bonor.* Aut verò, & secundo casu sumus post addictionem bonorum factam creditoribus, vel venditionem, & minimè poterit agere, conuenire, nec bona alienare, sicuti etiã si esset commissa graduatio creditorum, atq; datus curator patrimonio, nàm statim intelligitur debitori interdicta administratio, & sic nihil deindè poterit agere, *D. de Franch dec. 55. & Dom. Reg. Capyc. Latr. consult. 56. num. 15. & 16.* & ità intelligendus est *text. in l. item si vnus, ff. de recept. arbitr.* vt scilicèt vendicet sibi locum antè addictionem factam, vel vendi-

tionem

ſionem bonorum,vel interdictionem adminiſtrationis,quod fit per graduationem,ac datione curatoris,& donec poteſt debitorem pœnitere de ceſsione bonorum,iuxtà *gloſ.in d.l.is,qui bonis,ff.de ceſſion.bon.* Hinc *Sanct.à Melo* benè fundat, poſſe debitorem, cui conceſſa fuit à creditoribus quinquennalis dilatio,ea durante bona ſua alienare, etiam in fraudem creditorum,quàmuis poſsint deindè reuocari, vt in *§.item ſi quis in fraudem,Inſtit.de act.& tot.tit.ff.qua in fraud.cred.* ex eo, quia remanet dominus, nec per conceſsionem dilationis eſt ipſi interdicta adminiſtratio. *Io. Laganar.*

De Citationibus,Edictis, aliiſq; Reſcriptis,tàm in Regno,quàm extrà Regnum.

Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Citationum materia, ac de multiplici earum forma, & de Iudicis arbitrio,quod circà eas verſatur, remiſſiuè.*

2 *Præceptum Iudicis cum clauſula iuſtitiæ ſi citatus infrà terminum comparet,inter citationes cenſumeratur.*

3 *Citatio per edictum contrà perſonam certam an in Regno poſſit practicari, & quomodò, & in quibus caſibus.*

4 *Pactum inter contrahentes factum,quòd vna perſona citetur pro altero ipſorum contrahentium,an valeat, & quomodò ſit procedendum.*

5 *Citatio prima non poteſt incipere à Procuratore,ſed ab ipſo principali.*

Sed limita,& declara, vt hic.

1 PRO perfecta declaratione huius Rubricæ vide latè *Rebuff. ſuper Conſtit. Gallia tom.3. tit.de citat.*& de multiplici citationum forma, ac Iudicis arbitrio, quod circà eas verſatur,vide *Menoch. lib.2. de arbitr.Iud. caſ.463.* latè *Tiraq.de retract.lignag.§.9.gloſ.2. Villadieg.for.indic. lib.2.tit.1.l.17.n.25. cum ſeqq.*

2 Et inter citationes numeratur etiam præceptum Iudicis cum clauſula *inſtitiæ* ſi citatus comparet infrà terminum, *Alber.in l.2.propè princ.ff.de in diem addict.*

3 Et an in aliquo caſu poſſit hodiè practicari in Regno citatio per edictum cõtra perſonam certam, docet *Præſ. de Franch. deciſ.§16. num.17. cum ſeqq.* ſi domus delinquentis eſſet diruta,& *Andr.in cap.1. num.3.de milit.vaſall.qui contum.eſt,* vbi *num.4. verſ. ſi autem fieret*, declarat modum practicandi; ſimiliter *& Foller. pract.crimin. in verb. vel eos verbaliter citari faciat,num.17.* vt in ſcriptis affigatur domi, vel in alio loco publico, vt omnibus amicis innoteſcat, & de iure communi eſt caſus in *§. omnem verò, verſ. ſi verò cauſam proſequi,in auth.de litigioſis,* Et plures caſus refert *Gayll.obſerv.§7.lib.1.* ſi per ſe, aut per aliquos quoquo modo efficiat, nè citari poſsit, ſi locus citationis non eſt tutus,ſi citandus ſit vagabundus,ſi contradictor ſit incertus, vel in confectione inuentarij, & in materia diffamationis, cui addas alium,ſi Iudex loci, vbi degit citandus recuſet brachium impartiri literis citatorijs emanatis cum imploratione eius brachij,nàm tunc poterit citari reus per edictum, ſecundùm *Iaſ.in l.à Divo Pio, §.ſenten-*

tiam,n.19.ff.de re ind. quem ſequitur *Molin.de hiſt. fiſcal.c.25.n.12.*

4 Quòd ſi conuentum ſit inter partes,vt citetur alia perſona nominata in contractu pro altero ex ipſis contrahentibus,eſſe validum pactum, ſi tamen præpoſitus negotio conſentiat,& ità eſſe practicandum, docet *Valaſc.conſult.144.to.2.*

5 Illud tamen eſt notandum,quòd prima citatio nõ poteſt incipere à procuratore, ſed debet fieri ipſi principali,ſicut tradit *Paul.Caſtrenſ.in l.3. ff. de procurat.*& ibi etiam *Iaſ.* ſi procuratio contineat ampliſsimas clauſulas, *Maſtrill.deciſ.226.num.12.lib.3. Menoch.remed.8.de recuper.n.76.* limitant dupliciter; ſed *Valaſc.vbi ſuprà* aſſerit, poſſe.

De Citationibus, &c. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Nuntio publico referenti ſe citaſſe an,& quandò credatur,remiſſiuè.*

2 *Nuntius quot modis in iure appelletur,remiſſiuè.*

3 *Citatio in aliquibus caſibus præſumitur, & quandò de ea conſtat, cenſetur proceſſiſſe ad partis inſtantiam, & de mandato Iudicis.*

4 *Nuntius præſumitur citaſſe, prout habuit in mandatis, ſi ſit iuratus.*

5 *Citatus domi an præſumatur à Nuntio perquiſitus, & domi non inuentus.*

6 *Citatio ſi in relatione non exprimatur à Nuntio, quòd ſit facta perſonaliter, vel domi, vti facta præſumatur.*

7 *Nuntius ſi in relatione dicat,citaſſe domi, non adiectis illis verbis,*ſolitæ habitationis,*quid erit?remiſſiuè.*

8 *Citatio domi facta qua requirat,remiſſiuè.*

9 *Citatio de perſona præciſè in quibus caſibus ſit neceſſaria,remiſſiuè.*

10 *Citari virum in ædibus vxoris an ſufficiat,remiſſiuè.*

11 *Citatio valet, ſi vxor citetur in ædibus viri, etiam ſi alibi habitaret.*

12 *Citatio in Eccleſia an ſit valida.*

13 *Citatio,qua ſit Vniuerſitati quid requirat,remiſſiuè.*

.... *An ſoli Syndico facta ſufficiat.*

14 *Citatio facta per Nuntium die feriata an valeat.*

Quid de relatione.

15 *Nuntio citanti non eſt neceſſe afferre literas ſui officij.*

16 *Nuntij in relatione de citatione per ipſum facta debent interuenire ſaltim duo teſtes,qui ſe relationi ſubſcribant, vel Nuntius, vbi copia teſtium literatorum non adeſt, debet de eorum nominibus in relatione mentionem facere,quod non procedit in Porterijs S.C.*

17 *Porterij tenentur referre nedùm intimationem factam cum certa die,ſed etiam horam ipſius citationis factæ.*

18 *Teſtes in citatione adhibendi an ſufficiat,ſi ſit de eiſdẽ Nuntius,remiſſiuè.*

19 *Nuntio aſſerenti, ſe fuiſſe inſultatum tempore citationis an credatur,remiſſiuè.*

De quibus autem credatur eidem.

20 *Feudatarius, ſufficit ſi citetur in loco feudi, vbi præſumitur habere domicilium.*

21 *Dilationis materia,quæ conceditur Fiſco pro repetendis teſtibus in criminalibus,remiſſiuè.*

22 *Teſtium repetitio ſi non fuerit facta à Fiſco in prima inſtantia,non poteſt fieri in cauſa appellationis.*

23 *Lex,de qua in hac Pragmatica,qua ſit.*

QVia, vbi maius periculum, &c.

In relatione Nuntij super citationibus seruetur Ritus Magnæ Curiæ. H. D.

1 An, & quandò credendum sit publico Nuntio referenti se citasse? vide *Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. tit. de citation. concluſ. 4. per tot. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 112.* meminit *Tapia in pragm. 2. de ord. iudic.* quam in *compilatione iuris Regni* collocauit sub
2 *tit. de Alguzer. lib. 2. fol. 345.* & quot modis Nuntius in iure appelletur? vide latissimè *Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 16. in verb. nuntius, poſt num. 40.*
3 aliquo autem casu citatio præsumitur, *Idem Menoch. præſumpt. 22. lib. 2.* quandò reus reperitur præsens, vel ex temporis diuturnitate, vel quandò ex longinquo venit reus, & quandò constat de citatione, illa præsumitur processisse ad partis instantiam, *Idem ibidem præſumpt 23.* & de mandato Iudicis, *Idem præſumpt. 24.* in citatione reali, in verbali, in rebus modici præiudicij, vbi commissiones non scribuntur, vel esset stylus, vel Iudex processit ad vlteriora,
4 vel citatus comparuit, vel ex diuturnitate temporis,
5 & nuntius præsumitur citasse, prout habuit in mandatis, si sit iuratus, *Idem præſumpt. 25.* Et quia hic agitur de citatione domi facta, quæro, an citatus domi præsumatur à nuntio perquisitus, & domi non inuentus? vide *Menoch. ibidem præſumpt. 26.* Sed in
6 Regno cessat hoc ex *pragm. 2. de ordin. iud.* vt dicit *ibid. Menoch. num. 5.* si in citatione facta per nuntium
7 non exprimatur in relatione, vbi sit facta, domi facta præsumitur, *Benintend. deciſ. 57.* & si dicatur in re-
8 latione, citationem esse factam domi, non autem sine adiecta illa verba, *solitæ habitationis*, valet, si referatur ad factum, *Præſ. de Franch. deciſ. 322 & deciſ. 514. num. 11. Anton. Sola ad Conſtit. Sabaud. lib. 3. tit. de relationib. num. 10. cum ſeqq.* & in citatione domi facta quæ requirantur, vide *Gutierr. lib. 1. practi. quæſt. 133. & Campagn. in cap. Regni Siue quis, poſt num. 19. verſ. & aduerte quia in Regno*, vbi latè totam hanc ci-
9 tationis materiam enucleat, *Eugen. conſ. 2. num. 1. cum ſeqq.* Vbi etiam declarat, in quibus casibus re-
10 quiratur citatio de persona præcisè, videlicèt si citandus non reperitur, sed fallit in Regno, vel ad cõstituendum quem in mora, *Gratian. diſcept. 708. nu. 8.* quod in similem dicit *Iaſon conſ. in L. ſcire etiam, §. qui autem ff. de excuſ. tutor.* sufficit autem citari virum in ædibus vxoris, declarat *Menoch. præſumpt. 27. lib. 2.*
11 quemadmodùm si vxor citetur in ædibus viri, valet citatio, etiam si vxor alibi habitaret, *Alba conſ. 155. volum. 2.* Quòd si quis citetur in Ecclesia, an
12 erit valida citatio? *Bart. in l. pleriq; in fin. ff. de in ius vocand.* tenet, quòd sic, in citatione verbali tantùm, non autem in reali, & illum sequitur ibi *Card. Alban. num. 3.* licèt arguat contrà, sed ego intelligo, dummodò citatio fiat personaliter, & non aliter, tu vide *Valaſc. conſult. 81.* cuius distinctio in Regno non recipitur, nàm sufficit citatio facta domi solitæ habitationis in causis ciuilibus, & criminalibus, *Pragm. 2. de ord. iudic. Rodriq. in ſumm cap. 203. num. 13. par. 2.* sed *Ferrer. in Obſeru. Cathal. par. 3. cap. 153.* admittit personaliter pro pœna pecuniaria.
13 In citatione verò, quæ fit Vniuersitati quæ sint seruanda explicat *glo. in l. non poteſt dolo carere, ff. de regul. iur. glo. in cap. ſi capitulo, in verb. factam, de conceſſ. præbend. in ſexto, Licentiat. de Pisa in ſua Decur. Pisan. lib. 2. cap. 29. Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. quod cuiuſque vniu. nom. in. num. 13. verſ. amplia. Gayll. obſeruat. 49. num. 6. lib. 1. Cagnol. in d. L. non poteſt dolo carere, Maranta part. 6. in verb. rectè concipiatur citatio, num. 94.* & quòd non sufficiat, si sit facta aliquibus Officialibus, *Ser. aphin. deciſ. 1046. in fine*, contrarium constat ex *Reyner. Alber. & Bald. in L. 3. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine* qui admittunt citationem factam soli syndico.
14 Sed an citatio facta per nuntium die feriata, teneat de iure communi est dubium, per ea, quæ tradidit *Florian. conſil. 20.* at in Regno non tenet, per *Ritum Magnæ Curiæ 116.* quid in relatione de citatione facta, an possit fieri per nuntium die feriata? *Bald. in l. in minorum, num. 6. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* dicit, quòd practica obseruat, vt fiat die iuridico.
15 Nuntio autem citanti non est necesse afferre literas sui officij, quia præsumitur esse Nuntius illius Iudicis, cuius citationem exequitur, ità *Socin. de citation. art. 74. q. 5. in fin. Rebuff. in tract. nomin. q. 54. princip. nu. 110.*
16 Aduertas tamen, quòd tàm per *Conſtitutionem Citationis literæ*, quàm per *Pragmaticam ſecundam, infrà de ordine Iudiciorum* in relatione nuntij de citatione per ipsum facta debent interuenire saltim duo testes, qui se subscribant relationi, vel saltem
A nuntius de eorum nominibus mentionem faciat in relatione, quandò fit in loco, vbi copia testium literatorum haberi non potest, quod non procedit in Portenjs Sacr. Consil. quibus sufficiet, vt in relatione exprimant nomen personæ, cui fuerit facta citatio, vt est expressè prouisum in *Pragm. 28. in fin. infra de officio Sacri Conſilij*, in qua est obitèr notãdum,
17 quòd Porterij tenentur referre nedùm intimationem factam cum certa die, sed etiam horam ipsius citationis factæ, sed hoc malè seruatur.
18 Et circà hos testes, qui sunt adhibendi in actu citationis an sufficiat, si sint de ijsdem Alguzerijs, siue nuntijs, vide *Rebuff. in Conſtitut. Galliæ tom. 3. tit. de citat. art. 1. glo. 2. nu. 2.* de cuius dicti veritate vide quæ scripsi in *dicta Pragmatica 2. infrà de ord. iud.*
19 Non autem est credendum nuntio allirenti, se fuisse insultatum tempore citationis factæ, *Franciſc. Marc deciſ. 51. part. 2.* latè *Mascard. de probation. concluſ. 189. num. 6. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 3. cap. 4. num. 79.* illud tamen est certum, quòd nuntio citanti nedùm creditur de ipso actu citationis factæ, sed etiam de replicatis à citato in eodem actu, & de omnibus alijs, quæ sunt de dependentibus, & connexis ab eodem actu, *Imol. in l. ſi finita, §. ſi plures. num. 25. de damn. infect. Puteus dec. 187. lib. 3. Gargiar. patroc. 41. num. 8. lib. 1.*
20 Et dùm statuta huius Regni contentantur de citatione domi facta, nota, quòd ex hoc fuit dubitatum, si feudatarius citaretur in loco feudi, vbi præsumitur habere domicilium, vt per *Ann. ſingul. 143. poſt Andr. in cap. 1. num. 3. ibi, vel in feudo, de milit. vaſall. qui contum. eſt, Capyc. in ſuà Inueſtit. in verb. feudorum citationes, fol. 84.* & iterùm *Andr. in cap. 1. num. 4. verſicul. videtur tamen hanc Conſtitutio, de controuerſ. inter vaſall. & ali. de benefic. & in Conſtit. Edictorum.* Et quid in alijs casibus, vide *Caldas de iur. emphyt. lib. 1. quæſt. 6. num. 11. cum ſeqq.* dicentem, posse fieri, vbi frequentiùs, vel maiori tempore habitat, vel in alterutra, si æqualiter, vel vbi familiam habet.
21 Et dùm in hac eadem Pragmatica agitur de dilatione danda Fisco pro reperendis testibus in criminalibus, vide *Ann. ſingul. 423.* qui refert decisionem
22 S.R.C. iuxtà *pragm.* Et aduertas, quòd si repetitio testium non fuerit facta ad instantiam Fisci in prima

instan-

inſtantia, non poteſt fieri in cauſa appellationis, vt per *Gramm. dec. 28. n. 5. in fin. Follerin pract. crim. in verb. & demùm repetantur teſtes Curiæ, n. 2.*

23 Et dùm in hac Pragmatica fit mentio de lege, qua ſancitum eſt, vt *aut conuictos velox pœna ſubducat, aut liberandos cuſtodia diuturnior non maceret*, habuit oculos ad *l. fin. C. de cuſtod. reor.*

ADDITIO

AQVid ſi Nuntio ſit datum in commiſſis, vt citet duos, iſq; referat, ſe citaſſe vnum de perſona, præſentibus duobus teſtibus nominatim, & deindè ſequatur, ac etiam citaſſe alterum domi, modo, & forma ſibi commiſſis, non reperito, præſentibus pro teſtibus talibus, & talibus, vel alijs, an ſit valida citatio. An etiam, quando ſit citatio domi, in relatione Nuntij neceſſariò dicendum ſit, *præſentibus domeſticis, et habitantibus in domo*. Et denique, ad validitatem citationis, & relationis neceſſe ſit, quòd duo teſtes adhibendi nõ ſint de Alguzerijs, ſeù Guardia, vt aiunt, ſed debeant eſſe extrà Guardiam, omniq; exceptione maiores. Habui ex *D. Regentis Muſeo* ſcripta quædam Incerti Authoris, ſed celebertimi (vt oſtendũt) Iureconſulti ſuper prædictis, & alijs quibuſdam articulis, cum adnotationibus eiuſdem *Dom. Regentis*, eius propria manu ſcriptis, quæ nè alienos labores, dum ſtrinamq; mihi aſcribere videar, vt iacent imprimenda duxi. *Io. Laganar.*

SEntentiam foriudicationis Magnæ Curiæ Vicariæ non poſſe publicari contrà Cæſarem Toraldum, Marium Pellizzam, & Antonium Galluppum, aliàs Galluzzi laicos, prout contrà Clericos Beneficiatos Franciſcum de Aquino, & Horatium Pellizzam, apertiſſimis iuribus apparet, tùm reſpectu ordinis, quàm iuriſdictionis, reſpectu Clericorum, prout etiam iuſtitiæ cauſæ.

Quòad ordinem relatio facta ab Alguzerio, citaſſe Marium, & Horatium Pelliccia, & Cæſarem Toraldo domibus ſuarum ſolitarum habitationum: eſt vnus actus citationis factus prædictis, & actus iſte deficit in forma tradita à *Conſtitutione Regni*, quæ incipit *Citationis litera*, requirit enim duos teſtes, hic enim non ſunt enunciati, nec illa verba, *Nec non citaſſe Antonium Gallizzi, aliàs Galluppi, & Alphonſum Toraldum de perſona, præſentibus pro teſtibus Matheo Tropiano, Ioanne de Anſente, Deſiato Godano, & alijs*, conſtituunt vnicum actum citationis, vt teſtes mentionati in actu citationis perſonalis interueniſſe in actu citationis domi factæ, quia ſunt plures actus facti diuerſis vicibus, locis, & perſonis, & non conſtituunt vnicum actum, & de vno ad aliud non infertur. Deficit etiam in forma ſubſtantiali, quia in intimatione facta domi neceſſariò requiritur, quòd dicatur *præſentibus habitantibus in domo*, hoc eſt certum requiſitum ex quindecim requiſitis enumeratis per *Aſflict. in Conſt. Regn. Panem eorum*. Nàm ſi in domo non adeſſet alia perſona, tunc datur alius modus notificationis per affixionem citationis in valuis, vt per *Follerin. in ſua praxi criminal. in rubr. vel eos verbaliter citari faciat, num. 49*. Eſt defectiua etiam alia citatio ad foriudicandum, quia fuerunt enunciati pro teſtibus duo Alguzerij, & quandò ſtatutum requirit duos teſtes in actu, debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, vt in ſimili ſtatuto in Regno Galliæ dixit *Rebuff. in tit. de citationibus, art. 1. glo. 2. valum. 3*. Ratio eſt, quia vbi agitur de negotio magni momenti, & præiudiciali tertio, Alguzerio non creditur, ità *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. per Nuntium, in fin. Andr. in Conſtit. Regn. Citationis litera, verſ. abſurdum enim, Bald. in cap. cùm paratis num. 2. de appel. at. Anton. Sola in ſuo tract. Conſtitut. Regn. Sabaudiæ, tit. de relat. num. 13. Praſ. de Franch. dec. 379*. Cùm ergò citationes, & relationes deficiant in forma tradita per *Reg. Conſtitutionem*, maximè in actu foriudicationis, vbi tractatur de vita, quæ forma cùm ſit ordinata diſpoſitio ordinans certos actus, & fines hominis, *l. forma, ff. de cenſ. & l. certa forma, ff. de iur. Fiſc.* & à iure tradita, dicitur ſubſtantialis, & de eſſentia actus, *Bald. in l. comparationes num. 8. verſ. tertiò oppono, C. de fid. inſtrum.* quæ vt indiuidua non poteſt pro parte adimpleri, & pro parte omitti, *Dec. conſ. 532. num. 7. Franch. deciſ. 476. num. 7.* vbi ſubiungit, quòd vbi de forma agitur leuis ſolemnitas inſpicitur, etiam effectus tenuis, *Buſſat. conſ. 307. n. 61*. cuius omiſſione etiam cum cauſa omnis actus corruit, *Bald. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Gamma deciſ. 45. num. 3*. Ergò de citationibus, & relationibus prædictis nulla ratio de iure haberi deber, cùm deficiant in forma, & actu ſubſtantiali.

Quòad iuriſdictionem, certum eſt, quòd Clericus tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis à Iudice laico iudicari non poteſt, *cap. cùm non ab homine, & cap. at ſi Clerici, & cap. ſi diligenti, de for. compet. Franch. dec. 329*. quæ exemptio eſt de iure Diuino, *glo. in can. Imperator 96. diſt.* & optimè *Couarr. pract. quæſt. cap. 31. num. 1.* & ideò per humanam legem derogari non poteſt, dicit *ibidem Couarr.* quod eſt verum in ijs, quæ verè, & propriè ſpiritualia ſunt, vt citrà ordines, & gradus; tunc enim ſententia afficit condemnatum, quandò iuriſdictio in eo radicari poteſt, ſed in laico Clerico effecto, qui mutauit ſtatum remanet inhabile fundamentum Iudicis laici, quia iuriſdictio in eo reſidere non poteſt. *Io. Andr. in cap. vnico, de obligat. ad ratiocin. bonus text. in libros accuſat. ff. de accuſat. l. non diſtinguemus de Sacerdot. ff. de arbitr.* & iſtud procedit ex ſuperueniente dignitate, vt in *l. ſpadones, §. ſi quis autem, ff. de excuſat. tutor.* vt in Pagano milite effecto, contrà quem anteà, vt contra Paganum egit, poſteà coram Tribuno, vt Iudici militum, iudicium transfertur, vt eſt caſus in *l. qui cum viro, §. reus. ff. de re milit.* De Clericatu, quorum non poteſt difficultari per Bullas ordinis, & beneficij in prompta exhibita cum poſſeſſione, & fructuum perceptione, ad quod habilitantur conſanguinei, & coniuncti, qui per Curiam citantur, & illæ recipiuntur, & ponuntur extrà proceſſum, ſed cognoſcit Iudex laicus ad ſui inſtructionem, & de Clericatu, & tunc non procedit ad ſententiam foriudicationis, ità punctualis eſt *d. deciſio D. de Franch. 329. volum. 2.* vt in iſta cauſa erit faciendum, cùm non habeat repugnantiam iuris, nec ordinis.

Quòd verò ad iuſtitiam cauſæ, inquit *Afflict. in dict. Conſt. Panem eorum, in 42. requiſito*, quòd delictum ſit tale, in quo venit imponenda mortis naturalis, in quo delicto cadere non poteſt, nàm Mutius non eſt mortuus ex vulnere, & patet tùm ex qualitate vulneris, cùm fuerit leue, & illatum in cruce, abſq; fractione, tùm ex tempore, quia deceſſit poſt quatuor menſes, non in loco delicti, ſed in Terra Scalæ, tempore, quo Neapolim ſe conferebat pro recipienda ſanitate morbi hydropiſiæ, quæ poſt curationem vulneris eidem ſuperuenit, vt ex relationibus Medicorum cum iuramento in actis præſentatis, quibus omninò ſtandum eſt, tùm quia Periti in arte, tùm etiam, quia ipſimet curam adhibuerunt, tùm maximè,

mè, quia ſecundùm iuris præſumptionem deponunt, cùm poſt quadraginta dies nemo præſumitur mortuus ex vulnere, ex communi concluſione *DD.*

Vt enim vulneratus dicatur mortuus ex vulnere, requiritur, quòd conſtet, à tempore vulneris ſemper proceſsiſſe de malo in peius, *Marſil.in l. ſi in rixa, num.63.C.ad leg.Corn.de Sicar.Boer.dec.323.num.11.* quòd ſi ſurrexit de lecto, & ambulauit cum baculo, non dicitur mortuus ex vulnere, *Felin.in cap.presbyteram,num.2.de homicid.Boer.dec.vbi ſuprà.* Indè ſi vulneratus moritur ex inordinata vita, non tenetur vulnerans de occiſo, *Socin.ſen.conſ.178.colum.3. verſ.confirmatur, volum.2. Corn.conſ.194.lit.B.& C. volum.2.Menoch.de arbitr.iudic lib.2.cent.3.caſ.375.* Vndè concludo, quòd pœna homicidij in his, & maximè in laicis, in quibus Iudex laicus iuriſdictionem habet, non poteſt cadere, & ideò ex integro laici citandi, & contrà Clericos beneficiatos non poſſe procedi ex defectu iuriſdictionis.

Adnotationes D.Regentis.

DE iure communi Nuntio creditur in concernentibus eius officium, *Marian.Socin.* latè in *tract.de citationib.art.12.DD.* omnes in *cap. cùm paratis,extrà de appellat. Maſcard.de probation.conclus. 189.num.7.Foller.in cap.Regn.Remedia ſtudiosè, n.7.*

Clauſula in fine poſita, regulatur ab vno verbo, & ab vnica ſtructura verborum.

Sub citatione Foller.

VIde *Caranit.rit.269.num.20 in fin.& 21.* hoc eſt verum ſecundùm *Conſt.Citationis literæ*, ſed per *pragm.2.de ord.iudicior.* ſecùs eſt, vt in *pragm.3.de citation. Præl.de Franch.dec.322.*

Edictum de teſtibus eſt prohibitorium, & proindè quilibet eſt idoneus, ſi non reperiatur prohibitus, *Afflict.dec.303.num.3.* & quatuor ſunt neceſſariò exquiſita in teſte, ætas, ſexus, conditio, & mores, *gloſ. in l.3.ff.de teſtib.*

Verba Pragm.2. de Citation.anni 1536. D. Petri de Toleto.

NE amplius poſſit in dubium verti, ſi reus, qui fuit citatus, & poſtmodum formidicatus fuerit legitimè citatus, vel non, vel de relatione Nuntij citantis dubitari amplius contingat, ſtatuimus, & ordinamus, quòd in cauſis criminalibus, in quibus rei poſtulati erunt citandi in eorum domibus ſeruetur ab hinc capitulum Magn.Cur.Vic. ſtatutum in citationibus faciendis in cauſis ciuilibus, & criminalibus.

Nuntij, Satellites, Alguzerij, ſeù Birruarij, & Apparitores viliſsimi dicuntur, quia vilia tractant, & viliſsimum eſt eorum officium, *Bald.in l.fin.q.8.& fin. num.mihi 56. aliàs 40, & in l.ſi vt proponitur primo C.de exequt.rei iud.* vbi ait, quòd nuncius publicus non poteſt eſſe Iudex delegatus, niſi in vilibus cauſis, quia nuncij ſunt viles perſonæ, & vtrobiq; adducit *text. in l.fin. ff.de indic.* vbi iuncta *gloſ. pen. & fin.* probatur, quòd viator, qui eſt nuncius poteſt eſſe Iudex delegatus in cauſis modicis, ſed nihil dicit, quòd ſit vile officium, aut perſona.

Ad idem poteſt afferri idem *Bald. in l.certum, num.5.C.de teſt.* vbi loquens de familiaribus honeſtis, ac bonæ famæ, quòd poſſint eſſe teſtes, limita, vt ſecùs ſit, ſi familiares ſint pauperes, viles, & familiares Scholarium, & Cerdonum, & Birruarij, qui ſtant cum aliquo Officiali.

Idem latiùs exordiendo fundat *Maſcard. de probat.concluſ.189.* ſtatuens propterea, quòd Birruarij teſtimonium in iudicio nullam fidem faciat, cum ampliationibus, & limitationibus.

Sed quicquid ſit de iure communi, tamen de iure huius Regni ſtatutum eſt, vt nullus Iuſtitiarius, Capitaneus, vel Officialis alius quiuis poſsit recipere, aut retinere in ſeruientes, & familiares ſuos homines malæ conditionis, & vitæ, neq; criminoſos, vt in *cap.Regn.Remedia ſtudiosè*, vbi *Foller.num.4.* ait. *Nec obſtat, quòd ſit vile officium, quia inter viles perſonas non deeſt bonitas, & non omnis vilis eſt infamis, ſed benè omnis infamis eſt vilis*, ad quod adducit *text. in l.2.C.vt intrà cert.term.crim. queſt. terminet.* & authoritate *Ariſt.lib.1.magn.moral.c.27.*

Hinc eſt, quòd de iure perſona vilis propter ſolam viliratem non repellitur à teſtimonio, licèt ei aliqualiter diminuatur de fide, vt poſt *Bart.in l.ex libero, in fin.ff.de teſtib.* probat *Farin. q.57. num.54. & 61.cum ſeqq.*

De Citationibus, &c. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Exequator in Regno ſententia latæ extrà Regnum an debeat adhiberi cauſæ cognitionem circà iuſtitiam, & validitatem ſententiæ.*

2 *Iudex requiſitus debet in exequendo ſequi leges, & conſuetudines ſui fori, & non requirentis.*

Sententia Rotalis ſine actis poteſt exequtioni demandari ſi in meritis appareat inſta.

PErche come ſapete, &c.

Non mandentur exequutioni in Regno prouiſiones extrà Regnum expeditæ abſquè licentia Prorogis. H. D.

1 Quid ſi in his prouiſionibus agatur de exequutione ſententiæ latæ extrà Regnum, an per Executorem in Regno debeat adhiberi cauſæ cognitio circà iuſtitiam, & validitatem ſententiæ, vide *Andr.in Conſt. Poſt mundi machinam, Foller.in hac Pragmatica num.96. & ſeqq. Io.Redin.de Maieſt.Princip. in verb. non armis ſolùm, par.2.nu.141.cum ſeqq. Purpurat. in l.Magiſtratibus, num.24. cum ſeq. ff.de officio eius*, latè *Surd.conſ.358.num.12. verſ.non etiam reſiſtit, & conſ. 405.volum.3* latiſsimè *Farin.practi.crim.p.2.q.97.per tot.* & reſolutio eſt, quòd ſi coràm illo Iudice, à quo petitur exequutio, non erit exequibilis, non debet mandari exequutioni, vt poſt *Bart.in l.1.§.1.ff.de re indic.* ait *Ioſeph de Seſe de inhibition.cap.4. §.5.num.5. & ibid.num.53.* inquit, quòd Iudex requiſitus de-
2 bet in exequendo ſequi leges, & conſuetudines ſui fori, & non requirentis, & illud idem repetit *num.42. & ſeq.* latiùs proſequitur *Bouadill. lib.2.cap.17. num. 195.cum ſeq. Gramm.in Conſt. Poſt mundi machinam, nu.18.* iterùm *Bouad.lib.2.c.18.num.38.* latè *Molin. de iuſtit.tract.2.per tot.* & ſignanter *lib.1.c.7.8.9.10. & lib.2.c.38. Rodriq.de exequt.ſent.c.12.nu.11.cum ſeqq. vſq. ad fin.* & reſpectu ſententiæ Rotalis, ſi in meritis apparet inſta, poteſt exequtioni demãdari abſq; actis, quia non ſit proceſſus. *Theſaur.lib.3.q.forenſ.2.*

De

De Citationibus, &c. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia remissiuè.*
2 *Literæ Apostolicæ excommunicationis contrà laicum quomodò publicentur in Regno,& quid in Commendis Hierosolymitanis.*
3 *Sententiæ latæ per Iudices Sedis Apostolicæ an possint exequi in Regno non adhibita causæ cognitione competenti Exequutori in imploratione brachij secularis, remissiuè.*
4 *Iudex laicus pœna arbitraria punitur recusans præstare brachium Iudici Ecclesiastico, & in quibus casibus possit licitè denegare, remissiuè.*
5 *Iudex Ecclesiasticus an possit habere familiam armatam pro exequutione suæ iurisdictionis, vel debeat implorare brachium Iudicis secularis, remissiuè.*
6 *Princeps secularis an possit se opponere aduersùs citationem factam de ordine Summi Pontificis contrà laicum sine causa, quæ det ei exercitium iurisdictionis in laicum, remissiuè.*
7 *Dominus temporalis an possit se opponere aduersùs Promouendum ad aliquod beneficium in suo Regno, quandò illum habet suspectum de proditione.*

PErche conuiene, &c. Agit de prouisione non publicanda in Regno inconsulto Prorege. H. D.

1 Ad huius Pragmaticæ corroborationem tùm de iure communi, tùm etiam de stylo aliorum Regnorum vide *Couarr. pract. quæst. cap. 35. num. 3. 4. 5. & 6. Thesaur. dec. 131. num. 7. Annain allegat. 59.* omninò *Graff. dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 68. num. 16. & lib. 4. cap. 18. in explicat. Bull. Cœnæ Domini, num. 120. cum tribus seqq. Bouadill. lib. 2. cap. 18. num. 207. & 208. Bellet. Disquis. Cleric part. 1. tit. de exemp. cler. à statut. §. 3. num. 21. Ricc. resolut. 198. Borrell. in vlt. casu addito ad cap. 71. de præstam. Reg. Cathol.* qui casus est impressus in fine sui operis *fol.* mihi 544. *in fine*, &
2 hoc etiam in literis excommunicationis vide *Foller. in Const. Post Mundi machinam, num. 102.* & de Commendis Hierosolymitanis in *cap. 2. inter cap. & priuileg. Neapol. fol. 160.* Quid autem in sententijs latis
3 per Iudices Sedis Apostolicæ, an possint exequi in Regno non adhibita causæ cognitione competenti Exequutori in imploratione brachij secularis? vide *Bosse. in tit. de foro compet. num. 87. & seqq.* & alia notata per *Me in præcedenti pragmat. 4.* Sed qua pœna
4 feriatur Iudex laicus recusans præstare brachium Iudici Ecclesiastico? arbitraria dicit *Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 452.* & in quibus casibus possit licitè denegari, vide *Rodulphin. in suo tract. de brachio*
5 *seculari*: & an Iudex Ecclesiasticus possit habere familiam armatam pro exequutione suæ iurisdictio-
6 nis, vel teneatur implorare brachium Iudicis secularis, vide *Berreit. cons. 2. cum quatuor sequentibus, Gundisaluum de Villadieg. in tract. de heret. quæst. 11. num. 16. & seq. Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 394. num. 64. & consil. 298. num. 17. lib. 3. & consil. 302. num. 25. lib. 4. Affl. lib. 1. Const. rubr. 9. de illicita portatione arm. n. 6. & 7. Io. Vinc. de Anna in* Const. *Si quis aliquem, nu. 19. tom. 1. post Consilia Fabij de Anna*, aliqua tangit *Parlador. differen. 9. §. 2. num. 16.* latè *Molin. de brach. secular. lib. 1. cap. 4. & 18. Pereir. dec. Lusitan. 117.* de Episcopo *Pegn. ad Emeric. in Director. Inquisitor. p. 3. quæst. 56. comm. 105. versic. primum* admittit, *Rodriq. tom. 4. in prax. crimin. regul. cap. 32. num. 4.* admittit, vbi esset consuetudo, & pro plena cognitione omnium prædictorum vide *Aules in cap. 20. Prætorum, in glos. vsurpan, per totam*, & latissimè *Ioan. Redin. de maiest. Princip. in verb. non armis solùm part. 2. n. 141. cum pluribus sequentibus*, latissimè *Cancer. lib. 2. variar. resolut. cap. 15. Peguer. dec. 92.* in impressione anni 1605. nàm in alijs desideratur. An autem Dominus
7 temporalis possit se opponere aduersùs Promouendum ad aliquod beneficium in suo Regno, quãdò illum habet suspectum de proditione? vide *glos.* notabilem in *extrauag. execrabilis Ioannis XXII. in verb. diuersorum Regnorum, Palac. Rubios in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. num. 29. & Bellet. disquisit. cleric. tit. de disciplin. cler. §. 15. num. 11. & tit. de fauor. cleric. person. §. 5. num. 4. part. 1.* In exequutione tamen contentorum in hac Pragmatica diligentèr aduertas ad tradita per *Capyc. dec. 132. n. 6. vsquè ad fin. & Azor. lib. 5. Inst. moral. cap. 13. quæst. 6. & 9. & cap. 14. part. 1.*

De Citationibus, &c. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista potest substineri etiam de iure communi.*
2 *Contumaciæ in citationibus criminalibus vt intelligantur incusatæ suo debito tempore ad instantiam Fisci requiritur, vt præcedat actus relationis factus à nuntio.*

ANostra notitia, &c. Hæc Pragmatica iungit obseruantiam Pragmaticæ editæ per Don Petrum de Toleto in anno 1537. per quam fuit statutum, vt contumaciæ in citationibus delinquentium intelligantur accusatæ in tempore a Procuratore Fisci, qui semper præsens est, licèt in effectu non appareant incusatæ, vt constat ex ipsius tenore infrà immediatè impresso.

1 Hæc Pragmatica posset fortassè substineri, etiam de iure communi, ex traditis per *Alex. and. cons. 120.*
2 *in fin. lib. 7.* Sed intellige, vt actus incusationis contumaciarum debeat scribi, postquàm citationes originales sunt reuersæ in Curiam, vt in hac Pragmatica *in principio*, ibi *mà s'accusano quando vengono*. Et oportet, vt eo tempore constet per antecedentem relationem nuntij de actu intimationis, aliàs incusatio non valeret, ità expressè voluit *Bart. in l. si finita, §. Iulianus, num. 18. & 19. ff. de damn. infect. & in l. hæc autem, §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Balbus de præscript. par. 6. 4. quæst. princip. num. 25. in fin. Cauens. in pragm. 2. n. 34. infrà de ord. iudic.*

De Clericis, seù Diaconis saluaticis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Clericalis fori priuilegium quibus competat, vel non.*
2 *Clerici quandò perdant clericale priuilegium, remissiuè.*
3 *Clericum carcerare, & carceratum detinere penès se citrà excommunicationem Iudex secularis an possit.*

4 *Clericorum exemptio tàm in bonis, quàm in persona, an sit de iure Diuino, vel Humano.*
Tertiaria S. Francisci, & Vizochæ quandò eorum gaudeant priuilegio.
Et quid in Clericatu post delictum assumpto.

1 AD materiam huius rubricæ vide *Sacrum Concilium Tridentinum* 23. *sess. de reformat. cap.* 6. quod incipit *Nullus, Couarruu. pract. quæst. cap.* 31. *num.* 6. *& seq. Bellug. in speculo Principum, rubr.* 11. *§. videamus. do primo, Camp. ag in Clement. vnica de vita, & honestate Clericorum, in verb. priuilegio, num.* 277. *vsq; ad nu.* 285. *Carenita Ritu* 66. *Præpos. Franch. dec.* 209. 384. 395. 656. 709. latè *Auendan. de exeq. mandat. lib.* 1. *cap.* 22. *Alexand. de Neuo cons.* 60. *cum seqq. Farinac. q.* 138. 8. *per totam, Guid. Pap. quæst.* 138. sed non omittas *Iacobum de Belui. in repet. cap. Romana, §. contrahentes, num.* 97. *versic. propter hoc, cum numeris sequentibus, de foro competenti, in* 6. Gubernatores verò Montis Pietatis coguntur à Iudice laico, nisi pro vtilitate computorum, *Borrell. cons.* 81. Multa ad materiam Clericatus tradit *Regens de Ponte consil.* 36. *lib.* 2. Quid de Confraternitatibus laicorum, an gaudeant priuilegio fori? *Anna singul.* 90. negat, vbi alia annotauit *Anna* Filius in *nouiss. addit. nu.* 302. *Matth. Brunus consil.* 133. *Rebuff. in tract. quando laic. cognosc. post. de Eccles. num.* 81. *& Muta dec. Sicil.* 58. affirmant, & reuocat *Quaranta in verb præcedentia*, sed bona Confraternitatis non possunt alienari sine solemnitatibus bonorum Ecclesiæ, latè *Barz. dec.* 124.
2 si sunt authoritate Episcopi fundatæ, & bona sunt congesta ad opera Ecclesiæ, siuè Oratorij necessaria, seu ad alia onera, vt per *Ricc. in prax. par.* 1. *resol.* 45. aliàs secùs, vt *Idem par.* 3. *resol.* 145. *num.* 4. & quandò Clerici perdant priuilegium clericale, vide *Andr. Iacm. in Const. Apostolatus, Benedictum Capra regul.* 97. *Capyc. dec.* 161.

3 Verùm Iudex sæcularis non potest Clericum carcerare, & carceratum detinere penès se citrà excommunicationem, *Borrell. consil.* 68. nisi infrà 24. horas remissurus ad Episcopum, *Anilcs in cap.* 47. *Prætorum, in verb. clerico, num.* 4. *Garz de nobilit glos.* 9. *num.* 31. *cum seq.*

4 Hæc autem exemptio Clericorum tàm in bonis, quàm in persona est de iure Diuino, non Humano, declarat *Peguer. dec.* 91. in impress. in anno 1605. & latissimè *D. Io. Baptista Valenzuela* ex proprijs meritis, & singularibus virtutibus nuper ad Supremum Regium Consilium translatus, & nouissimè ad Præsidatum Conuentus iuridici Regiæ Cancellariæ Granatensis in *libro pro Romano Pontifice contrà Venetos, par.* 4. *n.* 27. *Bouadill. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 16. *cum sequent. Garz. de nobilitat. glos.* 9. *num.* 14. admittit in rebus spiritualibus, non autem in prophanis. Tertiariæ autem Sancti Francisci nec in foro Ecclesiastico gaudent, nec inter personas Ecclesiasticas numerantur, si non habent requisita Sacrorum Canonum, vt ex communi affirmat *Gurb. in Consuetud. Messan. c.* 3. *glos.* 4. *n.* 25. de Clericatu assumpto post delictum vide *Luc. de Penn. in l. fin. in princ. C. de veteran. lib.* 12. omninò *Mastrill. dec.* 294. *& Franc. Ant. Cost. consil.* 93. & de Vizochis *Gratian. discept. forens.* 353. *nu.* 25. *& seq.* & de ingrediente Religionem post delictum vide *Rodriq. quæst. regul. tom.* 1. *q.* 2. *art.* 3. *versic.* 4. distinguentem.

ADDITIO

HOC verbum *Saluaticis* credo, quòd sit corruptum, & rusticale, & melius diceremus, *Seruaticis* à Seruando, quia antiquis temporibus dabantur Diaconi seruantes ea, quæ Ecclesiæ mittebantur, vel à seruiendo, quia ijdem Diaconi Ecclesiæ seruiebant, atq; Christianis ministrabant, prout colligitur ex *Diuo Paulo epist.* 1. *ad Timoth. cap.* 3. ibi, *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, nò turpe lucrum sectantes. Et probentur primùm, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* Et ibi. *Qui enim benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirèt, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu.* Docet ergò *Apostolus*, vt Diaconi, qui ministri erant in Ecclesia Dei, antequàm ministrallent, probarentur, nullum crimen habentes, indicans, quòd qui benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide. Et Clericus dicitur à verbo græco, *Cleros*, quod latinè *fors* interpretatur, quia sorte eligitur ad ministerium Dei. Nec minus benè sedet, quòd dicantur *Siluatici*, prout nonnulli legũt, quoniam eorum origo, vel professio non legitur fuisse in siluis. Hi autèm quoquo modo dicantur, satis à Clericis coniugatis, vel non coniugatis differunt, eò quoniam illi nullo recepto ordine, aut charactere impresso, ad Dei, & Ecclesiæ ministerium eliguntur, istis verò character indelebilis imprimitur, vt in *c.* 9. *sess.* 7. *& sess.* 23. *cap.* 4. *Sac. Conc. Tridentin.* Sunt etiam illi in duplici differẽtia, nàm aliqui, licèt verè Clerici sint, & characterem spiritualem receperint, Diuinis tamen officijs non vacant, neq; Ecclesiæ continuò deseruiunt, & secularibus negotijs se immiscent, ideò à *Regia Pragmat.* 4 *hoc tit.* Diaconi siluatici appellantur. ibi, *vt per eosdem falsos clericos, qui se vulgò Diaconos siluaticos appellant.* Alij verò sunt, qui nullum recipiunt ordinem, nec characterem, sed tãtùm ab Episcopo alicui Ecclesiæ seruitio adscribuntur, de quibus tractat *D. Canonic. Paulus Squill. cap.* 7. *sub n.* 40. *de priuil. cleric.*

Quod verò attinet ad habitum, & tonsuram deferendam per Clericum non coniugatum, vel coniugatum, vt fori priuilegio gaudeat, iuxtà *text. in c. nullus* 6. *sess* 23. *de reformat. Sacr. Conc. Tridentin.* aduertendum est, quòd habitus clericalis constitit in duobus copulatiuè, in veste scilicèt, & tonsura, seù clerica, de qua in *can. duo sunt genera* 12. *q.* 1. nec vnum sine altero sufficit, ex *text. in cap. si Iudex laicus, de sent. excomm. in* 6. ibi. *In habitu clericali tonsuram, videlicèt, & vestes*, dixit *Bald. in l. si qua per calumniam, nu.* 3. *C. de Episcop. & Cleric. Masull. ad Capyc. dec.* 161. *num.* 10. ex *Gemin.* & alios adducit *Carol. de Grassis in prælud. de effect. Cleric. num.* 267. Qui tamen *sub num.* 268. distinguit in Clerico non coniugato à Clerico coniugato, vt in illo non coniugato requiratur concursus vtriusq; scilicèt habitus, & tonsuræ, ità vt non dicatur incedere sine habitu, si vnum tantùm deferat, vestem scilicèt, vel tonsuram, ità probat ex *Card. Zabarell. in cap. perpendimus, num.* 7. *propè finem, vers. Idem ergò, Innocentio*, ibi, *qua dimissa corona, de sent. excommun. Cepoll. cons.* 11. *num.* 42. *Roland. Farinac.* & alijs, & sic illa dictio, *Et*, resoluitur in coniunctiuam, ad cuius verificationem non sufficit, alteram partem esse veram, vt notatur in *cap. ex parte*, & in *cap. inter cætera, de rescript.* & notat *Guid. Pap. decis.* 138. *sub num.* 1. In Clerico autèm coniugato asserit contrarium, nàm dicit, quòd si alterum tantùm ipsorum deferat, dicitur omninò incedere sine habitu, & tonsura, & pro hac opinione citat *Rotam*

Rom.

*Rom.decis.3.seù 202.de sentent. excommun. in nouis, Guid.Pap.quæst.138.Couarr. & Farinac.*suis in *locis.* Quæ opinio respectu huius secundi capitis distinctionis Clericorum coniugatorum remanet apud me cum aliquali difficultate, nàm *Decisio Rotæ* non loquitur in hoc casu, scilicèt si sufficit, vel non sufficit, vnum tantùm, sed dicit, quòd Clericus coniugatus debet probare, se contraxisse cum vnica, & virgine, & portasse habitum, & tonsuram, sed difficultas est, si non probetur concursus vtriusq; habitus scilicèt, & tonsuræ, de quo non tractauerunt *Domini de Rota, & Guid.Pap.* licèt hoc agat, & intricatè loquatur, mouetur tamen ex *text. in d cap.si Iudex laicus*, qui loquitur in Clerico non coniugato, & ità etiã *Bald.in d.l.si quæ per calumniam, &* Couarr. allegat easdem authoritates *Rotæ, Baldi, Guidon.* & aliorum, qui de hac quæstione non tractant.

Vestis postremò clericalis qualis esse debeat, videndi sunt *Guid.Pap.in d.q.*138. *& Couarr.pract.quæst. c.*31. & alij Canonistę. *Io. Laganar.*

De Clericis, seù Diaconis saluaticis.

Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Clerici coniugati licèt de iure Canonico retineant priuilegium clericale, dummodò deferant habitum clericalem, & in diuinis seruiant, tamen per* Ritum Magnæ Curiæ *illud cessabat, quod per hanc pragmaticam illis fuit restitutum.*
2 *Vxor clerici coniugati an viri priuilegijs potiatur.*
3 *Clericus coniugatus à quibus se debeat abstinere.*
4 ..... *Extrà casus, in quibus retinet fori priuilegium, semper reputatur laicus.*
5 *Clerici tutores, vel laicorum Administri quaandò possint coràm sæculari conueniri.*
6 .... *Vt gaudeant fori priuilegio quæ requirantur, & circà habitum clericalem, quatènus in eo sit attendenda consuetudo, remissiuè.*
7 *Clerici primæ tonsuræ, vel in minoribus ordinibus constituti an fori priuilegio potiantur, si habeant pensiones super aliquibus Ecclesiasticis beneficijs, ac si essent beneficiati propriè.*
8 *Heremita an sit persona Ecclesiastica, & gaudea: Ecclesiatico priuilegio, remissiuè.*
Quid de Colono Ecclesiæ.
9 *Clerici omnes, etiam Regulares apostatantes amittunt fori priuilegium, licèt sit locus præuentioni Iudici Ecclesiastico.*
10 ..... *In quibus casibus perdant fori priuilegium, remissiuè.*
11 .... *In quibus casibus, etiam retento priuilegio clericali subsint Iudici sæculari, remissiuè.*
12 *Iudex Ecclesiasticus in multis casibus cognoscit laicum.*
13 *Milites Hierosolymitani, S.Iacobi, & similium Militiarum an verè dicantur Religiosi.*
14 *Clerici, qui vulgò Græci dicuntur an sint verè clerici, & à quibus in ordinem promoueri possint.*

NVpèr, &c. Clerici coniugati, fori competentia semper salua à functionibus Fiscalibus non sint immunes. H.D.

1 Nota verba, *fori competentia semper salua*, quòd licèt clerici coniugati de iure Canonico retineant priuilegium clericale, vt in *cap.1.de cleric.coniugat. in 6.* quod fuit confirmatum per *Sacrum Concilium Tridentinum 23.session.de reformation.cap.6.* dummodò adscripti seruiant in Diuinis, & deferant habitum clericalem, meminit Dominus meus *Reg.Tapia*, iuris Regni Compilator in *Ritu 66.* quem collocauit sub *titul.de Episcop. & cleric.lib.1.fol.26.* tamen per *Ritum Magnæ Curiæ 66.* hoc priuilegium cessabat, sed per hanc Pragmaticam fuit eis restitutum, vt declarat *Caraccia in dicto Ritu 66.* & hoc priuilegium benè procedit, quando clericus tonsuratus contrahit matrimonium cum vnica, & virgine; vt in *dict.cap.1.* si autem post contractum matrimonium cum virgine voluerit clericari, an possit, & debeat gaudere eodem priuilegio? vide *text. in cap.final.de tempor. ordinat.in 6. Abb.in cap.coniugatus, num.3.de conuers. coniug.* sed si post contractum matrimonium dimittat habitum clericalem, quem anteà assumpserat, poterit illum reassumere, & gaudebit priuilegio fori, *Ferrer.in observation.Cathalon.part.1.cap.*208. *& cap.seq.* agit de clericatu assumpto post delictum.

2 Vxor verò clerici coniugati certum est, quòd non gaudeat priuilegio fori, ità *Bouadill.lib.*2 *Politic.cap.* 17.*num.*146. *Sanchez de matrimon.lib.*7.*disput.*47. qui etiam *disput.*46.*num.*16. ait, quòd Clericus coniugatus præter illa duo priuilegia fori, & canonis, quòad reliqua teneatur subire onera gabellarum, & appellatione habitus clericalis non veniunt caligæ, quæ etiam coloratæ possunt à Clericis gestari, *Capel.Tholosan.decis.*52. Et nota, quòd si Clerici coniugati, licèt in ciuilibus subsint Iudici sæculari, tamen eorum persona non tangitur, sed bona tantùm, secundùm opinionem *Abb.Antiq.in cap.ex parte, extrà de cleric. coniugat. Bellug.in Specul.Princip.rubr.*11. *§.videamus, num.*6. *cum seq.* vbi magna *Apostilla Camilli Borrelli.* Tu de huius opinionis veritate videas *Couarr.lib.*2. *variarum cap.*1. *post num.*9. *& practicarum quæstionum, cap.*31. *num.*7. *Anastas.Germon.de sacror. immunit.lib.*3. *cap.*15. *num.*46. *cum pluribus sequentib. Sanchez de matrimon.lib.*7. *disput.*46. *num.*31. *Pacian. de probation.lib.*2. *cap.*20. *num.*46. *cum sequentibus*, & inter Nouissimos *Augustinum Barbos. in collect. ad cap.Odoardus, num.*9. *& seq.extrà de solution. & Florid. Mauson.* Iureconsultum Aquilanum non incelebrem in *tract.de caus. exequut.limitat.*4. *num.*26. *&* 27. qui ambo congerunt omnes *Doctores* pro vtraq; opinione vsq; ad nauseam.

Verùm vt Clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, & canonis vltrà gestationem habitus, & tõsuræ, debet se abstinere à negotiationibus, & armis, *Innocent.in cap.final. de vita, & honestate clericorum, Guid. Pap. quæstion.* 138. *Bertrand. consil.*13. *num.*5. *volum.*8.

4 Et extrà casus, in quibus hi Clerici coniugati retinent priuilegium fori semper reputantur laici, vt est *text.in dict.cap.*1. *de Cleric.coniugat.in sexto*, & aduertit *Ioann.Andr.ibid. & Hieronym. Gigas ad Dec. in cap Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* mihi 25. *in verb. eximantur, extrà de constitut.* quicquid in contrarium iactet *Marta de iurisdiction.part.*4. *casu* 153. vt optimè probat *Sanchez de matrimon. lib.*7. *disputat.* 46. *nu.*23.

5 An autem Clerici tutores, seù alitèr exercentes admi-

administrationes sæculares possint conueniri coràm Iudice sæculari pro redditione computorum? explicat *Escobar de ratiocin.cap.7. num.7.* & pro parte negatiua fuit iudicatum per Sacrum Consilium Neapol. vt in *decis.* mea 20. alias declarationes reassumit *Ricc. collect.* 53.

6 Circà verò habitum Clericalem requisitum à *Sacro Concilio Tridentino*, quatènus in eo sit attendenda consuetudo: explicat *Auiles in forma sententiæ Syndic. cap.* 45. *in verb.* Bulla, & particulariter, quæ requirantur, vt Clerici coniugati gaudant hoc fori priuilegio, docet *Barbosa in l. Titia* 35. *nu.*3. *& seq. ff. sol. matrim. Rice. resol.* 72.

7 Et an Clericus primæ tonsuræ, seù in minoribus ordinibus constitutus gaudere debeat priuilegio fori, si habeat pensionem super aliquo beneficio Ecclesiastico, ac si esset beneficiatus propriè? *Petr. Caball. resolut. crim. cas.* 224. *Carol. de Grass. effect. cleric.* 1 *num.* 1198. *& seq.* negant, *Reg. de Ponte consil.* 36. *volum.* 2.

8 Heremita verò an sit persona Ecclesiastica, & proindè gaudeat priuilegio Ecclesiastico? vide *Anchar. q. in cap. ea quæ, num.* 2. *de regul. iur. in sexto, glos. in cap. vnic. in verb. eligendam, de excessibus Prælat. in sexto, & in can. qui verè* 16. *quæst.* 1. *Couarr. practic. quæstion. cap.* 34. *num.* 3. *vers. secundò intell. gitur*, *Bellug. in specul. Princ. rubr.* 11. *§. videndum, num.* 7. vbi bona *Apostill. in verb. Heremitæ*, *Mart. de iurisdict. part.* 4. *casu* 135. *Bouadill. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 199. *& seqq. & num.* 288. *Bellet. disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 2. *num.* 23. *&* 25. *& tit. seq. §.* 1. *num.* 30. *&* 40. *Riccium resolut.* 149. *Parlador. differ. quotid. differ.* 9. *§.* 1. *num.* 4. *Vgol. de offic. & potestat. Episcop. cap.* 20. *§.* 12. *&* 13. Coloni Ecclesiæ an gaudeat priuilegio fori, explicat *Mega. resolut.* 122. distinguendo, vt si sit commensalis, gaudeat. Quòad Clericos beneficiatos vide *Garz. de benefic. part.* 2. *cap.* 2. & quomodò probetur Clericatus, *idem ibidem part.* 7. *cap.* 1. *num.* 138. *cum seqq.* & an sufficiant Bullæ Superiorum ordinum, *num.* 158. *Bellett. disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de fauor. cleric. person. §.* 14. *n.* 21.

9 Nota tamen, quòd omnes Clerici, etiam Regulares apostatantes perdunt priuilegium fori, vt demonstrat *Petr. Caball. resolut. crim. casu* 60. *num.* 16. *&* 17. sed adhùc est locus præuentioni Iudici Ecclesiastico; secundùm *Trinisan. decis.* 48. *lib.* 2. & alios casus, in quibus Clerici perdunt priuilegium Clericale colliges ex *glos. in cap. si Iudex laicus, in verb. debeat, de sentent. excommunicat. in sexto, & Ioan. Andr. in cap. perpendimus, & cap. contingit. 10 secundo, extrà eodem titulo.*

11 Et alij casus, in quibus Clerici etiam retento priuilegio Clericali, subsunt tamen Iudici sæculari, authoritate canonum, notantur per *glos. in can. Princeps* 23. *quæst.* 5. & vnus est *in cap. vbi periculum, §. præterea, vbi glos. in verb. præsumant, de elect. in sexto, Bouadill. lib.* 2. *cap.* 18. *Parlador. differ. quotid. differ.* 9. *cum* 4. *§§. seqq. Grivell. dec. Dolana* 32. Quèadmodùm
12 & Iudex Ecclesiasticus cognoscit laicos in multis casibus, quos notat *gl. in c.* 2. *in verb. de iure, de excep.*
13 *in sexto*. Quid autem de Militibus Hierosolymitanis Sancti Iacobi de Spata, Calatrauæ, Alcantaræ, & aliarum, an isti sint verè, propriéq; Religiosi, & gaudeant priuilegio fori; magna est altercatio inter *Doctores*, etiam *Canonistas*, *& Theologos*. Tu vide *Gregor. Lopez in l.* 1. *tit.* 7. *glos.* 1. *part.* 1. *Bouadill. lib.* 2. *Politic. cap.* 19. *num.* 10. *cum seqq. Nauarr. in Apolog. sub tract. de reddit. Eccles. quæst.* 1. *n.* 55. *& quæst.* 3. *num.* 27. 29. *& in Propugn. Apolog. num.* 14. *&* 15. *Burgos de Pace consil.* 17. *Vasq. controuers. Illustr. cap.* 505. *num.* 45. *& seqq. Gutierrez de Gabell. quæst.* 95. *num.* 11. *Rodriquez tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 1. *art.* 6. *Mart. de iurisdict. par.* 4. *casu* 113. *num.* 52. *& seq. Azened. lib.* 3. *titul.* 5. *l.* 14. *num.* 3. *&* 4. & quomodò Rex Hispaniarum habeat administrationem militiarum Sancti Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, explicat idem *Rodriquez tom.* 3. *quæst. Regular. quæst.* 34. *art.* 11. vbi inserit *Bullam Adriani Sexti*, per quam vnitit Magisterium harum militiarum Coronæ Regis Hispaniarum in perpetuum, Adde *Rot. Roman. decis.* 266. *part.* 2. *inter nouiss. Bouadill. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 232. *&* 233. & latiùs *cap. sequenti num.* 9. *cum seqq. Petrum Gregor. Syntagm. iur. secunda par. lib.* 15.
14 *cap.* 33. 34. *&* 35. Quid autem de Clericis Ecclesiæ
B Orientalis, qui vulgò dicuntur Clerici Græci? *Bellet. disquisit. cleric. par.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 9. *n.* 4. & est *text. in cap. cùm secundùm, de tempor. ordinat.* vbi disponitur, Græcos non posse ordinari à Latinis, nec è còntrà, in specie in partibus Calabriæ, & in *cap. quod translationem, eod. titulo*, & iterùm de Militibus Commendatarijs *Parlador. dicta differ.* 9. *§.* 1. *num.* 10. & iterùm de Clericis Græcis tradit *Cotta in memor. ver. clericus*, & de militibus ordinis Iesu Christi in Regno Portugalliæ, latè *Pereira decis. Lusitan.* 58. & iterùm de militibus Sancti Iacobi, & aliorum *Mastrill. dec.* 290. & de Hierosolymitanis *Gratian. discep.* 880. latissimè *Reg. Consil. Carleual.* omni doctrina optimè præditus *de iudic. n.* 408.

ADDITIO

A LAtè, & doctè tractat *Thesaur. decis.* 22. qui concludit pro negatiua, ponit tamen octo casus pro affirmatiua *sub num.* 5. *& seq.*

B Clericos Orientalis Ecclesiæ, quos Græcos appellamus, gaudere fori priuilegio, tradunt expressè *Carol. de Grass. de effect. cleric. effect.* 1 *num.* 82. *D. Regens Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. par.* 2. *cap.* 2. *nu.* 90. quos allegat, & sequitur *D. Paul. Squill. de priuileg. cler. c.* 7. *n.* 15.

Difficultas tamen fuit in S.C. in quadam causa remissionis petitæ per Episcopum Cassanen. cuiusdam Clerici Albanensis, ad Græcorum Ritum ordinati, inquisiti de recaptis, & furtis, & condemnati ad pœnam vltimi supplicij per Regiam Audientiam Calabriæ citrà (in qua Fisci partes acerrimè tuebatur integerrimus sanè, ac summæ probitatis vir *D. Alexander Rouitus, D. Regentis* filius) & in S.C. per viam appellationis introducta. An petitæ remissioni per Episcopum locus esse deberet.

Pro Fisco enim ad excludendam remissionem per Episcopum petitam duo pugnabant. Primum, quia prædictus inquisitus, & condemnatus etsi Clericus, erat tamen coniugatus, nec habitum, & tonsuram gestauerat. Constat autem, Clericos coniugatos fori priuilegio gaudere, si tonsuram, & vestes deferat, Clericales, iuxtà *Bonifacij S.P. Constitutionem*, ac *Sac. Concil. Tridentin. in cap.* 6. *sess.* 23. *de reformat.* ac *Reg. Pragmaticam primam*, in ordine *hoc titul.* Quòd si tonsuram, & vestes non gestent clericales, fori priuilegio non gaudent, secundùm *Aufrer. in clem. prima, de offic. ordin. tit. de potestat. secul. in Eccles. person. in* 1. *reg. tit.* 1. *limit.* 7. Nec alia requiritur monitio, ex communi *DD.* sententia, de qua per *Farinac.* qui innumeros adducit *in tit. de inquis. quæst.* 8. *num.* 60. & eò ipsò, quòd Clericus coniugatus tonsuram, & habitum

bitum dimittit, cenſetur exutus omni priuilegio Clericali, ità vt eo vti nequaquàm poſſit, ſecundùm aliquos *DD.in clem.1.de vita, & honeſtat. cler. Archid.Gemin.* & cæteri in *cap.vnico de cler.coniug.in 6. Natta conſ.356.num.6.lib.2.Carol. de Graſſ.de effect. clericã.effect.1.num.892.* & leuius amittunt Clericatus priuilegium Clerici coniugati, quàm non coniugati, ex dictis per *Io.Monac.in d.cap.vnico*, quæ eſt *Conſtitutio PP. Bonifacij, de cler.coniug.in 6. & Clar.in §.fin. quæſt.36.n.16.ver.& hæc eſt differentia.*

Qui Clericalis habitus erit continuò deferendus. Enimuerò dùm *Sac.Trident.Concil.* in relato *cap.6. ſeſſ.23.* decreuerit, quòd Clerici fori priuilegio non gaudeant, niſi habitum, & tonſuram deferant, actus eſt ſucceſſiuus, & frequentatiuus, ideòq; non ſufficit ſemel, aut bis deferre, ſed perſeuerantia, & continuatio requiritur, vt optimè fundat *Menoch. de præſumpt. lib.6.præſumpt.76.num.38. & Carol. de Graſſ. d.effect. 1.num.1183.verſ.& ſic pariter eſt dicendum*, & benè probat *Vrſill.ad dec.Afflict.24.num.7.* ex *Conſtitut. Pauli III. & Clementis VII. S.Pont.* quibus cauetur, quòd niſi Clerici in minoribus non beneficiati cõtinuò incedant in habitu, & tonſura, amittunt fori priuilegiũ. Quãobrèm ſi Clericus habitu, & tonſura dimiſſis deliquerit, ſi per annum in habitu laicali permanſerit, fori priuilegio non gaudet, *Decian.lib.4. cap.9.num.92. & 93.* quem refert, & ſequitur *D. Reg. Tapia in Conſt.Regni De perſonis, num.24.in 5.limit.* & ità pluriès per S.C. fuit iudicatum. Dùm enim poſſibile eſt continuò habitum deferri, & tonſuram, non debent derelinqui, ex dictis per *Felin.in proœm. Decretal.Rex Pacificus, num.6.verſ.ſed vbi poſſibile eſſet.* Et ſic ſi non continuò, ſed ratò habitum, & tonſuram geſtauerit, ità vt communitèr exiſtimatus ſit laicus, non erit remittendus ad Iudicem Eccleſiaſticum, per ea, quæ dicit *Caſtell.in conſ.5.num.9.* quem citat, & ſequitur *Farinac.in d.quæſt.8.num.68.* Cùmq; Regius Fiſcus per multos teſtes probauerit, prædictum inquiſitum eſſe vxoratum, vt plurimùm vti laicum incesſiſſe, & vti laicum fuiſſe deprehenſum, & ſi aliquandò habitum, & tonſuram geſſit, id ratò fuit, ſed vt plurimùm in habitu laicali, & ſine tonſura viſum fuiſſe, ità quòd vti laicus communitèr exiſtimabatur, omninò iudicandum erat, ipſum non debere gaudere.

Nec ſolùm ex eo, quòd habitum, & tonſuram non detulerit, fori priuilegium amiſit, ſed etiam quia ſeuis, & enormibus ſe immiſcuiſſe, immò perpetraſſe, eſt probatũ, diù in ijs perſeuerando, & graſſando in furtis, & recaptis, quo ſanè caſu abſq; alia monitione poſſe à Iudice ſæculari Clericum etiam non coniugatum puniri, probat *text.in cap.1.de Apoſtat. & tex.in cap.ex parte de priuileg. & in cap.perpendimus, de ſent.excomm.in 6.* & dixerunt *gloſ. Anchar. Auſrer. Caſſan. Archid. Dec. Ioann. Andr. Gemin. Boſſ. Marſil. Clar.* & alij relati per *Farinac. in d. quæſt.8. num.54.verſ.contrarium, quod immò nulla prorsùs requiratur*, vbi hanc opinionem magis communem, & conſuetudine approbatam, & in iudicando eſſe ſequendam, aſſeuerat, & innumeros alios pro hac opinione adducit *Carol.de Graſſ.d.effect.1.n.889.*

Cæterùm dato, & non conceſſo, quòd trina monitio ſit neceſſaria, hoc tamen non procedit in eo, qui dimiſſo habitu eſt inueteratus in agreſſuris, & tyrannijs, quia in iſtis idem operatur diuturnitas temporis, quod trina monitio, ità voluerunt *Anchoran. Abbas, & Hoſtienſ.* quos refert *D.de Franch.dec.463. num.7. & 8.Caball.caſu 60.num.9.* dicens, eſſe communem opinionem, & alij relati per *Farin.* in ſæpè citata *q.8.n.57.*

Et poſtremò, ea dici enormia delicta in hac materia, per quæ infamiam incurrit delinquens, *can.infames 3.quæſt.7.* item furtum, *Ancharan. in reg.ea, quæ 112.quæſt.de reg.iuran 6.* & inter enormia connumerat *Farin.* in *loc.* prædicto *n.69.*

At contrà Fiſcum pro remiſſione ad Curiam Epiſcopalem Caſſanen. fortitèr inſtabat Reuerendiſſimus Epiſcopus, infraſcripta adducens, & Primum, quòd prædictus inquiſitus, & condemnatus erat Clericus in prima tonſura; quæ quòad fori priuilegium, & remiſſionem obtinendam ſufficit, vt per *Concil. Tridentin.in cap.nullus 6.ſeſſ.23.de reformation.* & habetur in *cap.cùm contingat 11.de ætat. & qualitat.* & quòd ſemper incesſit in habitu, & tonſura, ac in diuinis inſeruiuit, idq; conſtabat ex depoſitione teſtium ipſius Epiſcopi, & Regij Fiſci, ac etiam ex fide Vniuerſitatis, & multorum particularium, & quòd erat aſcriptus in tabella Clericorum, quarè vti talis fori priuilegio gaudere debebat, *d.cap.nullus ſeſſ.23.de reformat.* Qui quàmuis ſit vxoratus, cùm tamen prima tonſura fuerit initiatus ad Ritum Græcorum (cùm originem ducat ex Albanenſibus, qui Græci ſunt, & Græcorum more viuunt) potuit vxorem habere cum Clericatu, iuxtà *text.in cap. quæſitum de pœnitent. & remiſſ. & cap.cùm olim, de Cleric. coniugat.* eorumq; filij legitimi, & naturales dicuntur, *D. Canonic. Quarantæ in ſumma Bullar. in verb. Græcorum Ritus, & D.Canonic. Squillant. de priuileg. Cleric. cap.7.num.35.* & fori priuilegio gaudebit, prout apertè docet *Carol.de Graſſ.de effect. Cleric.effectu 1.num.82. D.Reg.de Curte in diuerſ.iur. feud. p.2. cap.2.num.90.* quos refert, & ſequitur *Squillant. dict. cap.7.num.15.* & cùm iſtis Clericis Græcis, & Græcorum ritu viuentibus permiſſum ſit habere vxorẽ, non abſimiles ſunt Clericis latinis coniugatis, qui fori priuilegio gaudent, nedùm ex diſpoſitione iuris Canonici, vt *toto tit. de Clericis coniug.* ſed etiam *Regiæ Pragmaticæ primæ, hoc tit.* ibi *Niſi quòd pro commiſſis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſſint criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſeculare.*

Illud verò, quòd ſine habitu aliquandò inquiſitus Clericus incedebat, & quòd ſine eo fuerit captus, facili reſponſione diluebatur, eò quoniam iſti Clerici Græci, & Albanenſes, in Regno degentes ſunt pauperes, & coguntur vacare culturę agrorum, & vinearum, ac rerum, & mercaturam exercere, eiſq; emere, & vendere eſt licitum, atq; terram fodere, & arare, vt ſibi ipſis, vxori, & familiæ victum quærant, quãobrèm non ſemper Clericales, & talares veſtes deferre poſſunt, & licet iuxtà verſus, quos ſcribit *gloſ. in cap.ſi quis ex Clericis, de vita, & honeſt.Cleric.*

Tutius vt peterem laici ſub imagine Romam
Fas fuit, vt ſinerem luxuriare Comam.

& permittitur ex iuſta cauſa Clericis habitum trãsformare, vt in *cap.Clerici officia 15.de vita, & honeſt. Cleric.* & in puncto, quòd Clerici propter paupertatem excuſentur ab habitus geſtatione, tradunt *Decian. in tract.crim.part.1.lib.4.cap.9.D.Ricc.dec.154. num.5.part.4.* & alij, quos citat *Squillant.dict.cap.7. num.8.*

Et quod demùm attinet ad immixtionem ſæuorum, & enormium, quippè qui participauerit in recaptu, & furtis, replicabatur, plura requiri, vt etiam in his caſibus Clericus clericale priuilegium amittat. Primum eſt, ſi non deferat habitum, & tonſuram per tres menſes à die patrati delicti. Secũdum, quòd præcedãt tres monitiones, ſaltem generales. Tertiũ, quòd ab omnibus reputetur vt laicus. Quartũ, quòd ſit deprehenſus tempore delicti, & Quintum, quòd

interueniat decretum Iudicis Eccleſiaſtici, declaratis enormitatem, *Butr. in cap. 1. de apoſt. & reiter. baptiſ. num. 1. Clar. d. quæſt. 36. num. 19. & Bellug. in ſpecul. Princip. in §. videndum de propoſ. rubr. 2. ver. ex præmiſſis*, quæ omnia cum deficiant in perſona prædicti Clerici, omninò pro eius remiſſione ad Curiam Epiſcopalem iudicandum erat. Stante etiam, quòd per decretum M. C. V. fuerat remiſſus ad eandem Curiam Epiſcopalem Clericus Franciſcus Antonius Marſicus Ciuitatis Caſſani, inquiſitus, & ſocius ſupradicti Clerici Græci in eodem recaptu, quiuè vltrà recaptum prædictum erat inquiſitus, & conuictus de ſeptem homicidijs, de nonnullis furtis, & armatione per Campaneam, & ſic inueteratus in aggreſſuris, & tyramnide, & tamen fuit remiſſus per M. C. V. referente Iudice Quadra, viro integerrimo, non alia, vt creditur, ratione, niſi quia deficiebant omnia prædicta requiſita, ad priuilegij clericalis amiſſionem neceſſaria.

Hæc cauſa perorata die 13. Martij 1618. iunctis Conſiliarijs duarum aularum, & referente Conſiliario Georgio, interueneti innocem vota, quatuor fuerunt pro Eſico, & quinque pro Epiſcopo, concedendo ei Clerici inquiſiti remiſſionem. Vicit ergò Epiſcopus vno pro eo ſuperante lapillo. Pœnès Buonocore Act. Mag. M. C. V. *Io. Laganar.*

De Clericis, ſeù Diaconis ſiluaticis.

Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Clerici pro bonis feudalibus trahuntur ad iudicia ſæcularia, & hoc an intelligatur, ſiuè agatur de proprietate feudi, ſiuè de poſſeſſione, & num. 2. 4. 5. 12. 13 & 14.*

3 Capitulum Regni *incipiens* Item ſtatuimus *an ſit noui iuris inductiuum.*

6 *Feudi Dominus, ſi agitur ciuiliter, cognoſcit etiam de poſſeſſione, ſed ſi agitur criminaliter, debet cognoſcere Mag. ſtratus ordinarius.*

7 *Feudi cognitio quandò dicatur ſpectare ad Dominum, & nu. 8. & 9.*

10 *Iniuria ſi ſit facta in re feudali, cognoſcet Index in cuius iuri dictione res feudalis eſt ſita, ſecùs ſi agatur de iniurijs extrà commiſſis, quia tunc erit Index ordinarius loci.*

11 *Feudi reſtitutio ſi tractanda ſit per interdictum vndè vi, coràm quo Iudice agetur.*

15 *Andreæ diſtinctio circà illam quæſtionem, an clerici trahantur ad iudicia ſecularia pro rebus feudalibus, recenſetur.*

16 *Eccleſiarum, vel Clericorum cauſæ ſi tractentur in foro ſeculari, quod ius ſeruabitur, Canonicum, vel Ciuile?*

17 *Clerici pro rebus emptis an teneantur ad collectas.*

18 *Clerici poſſeſſores an teneantur ad munera patrimonialia.*

Dictionis vniuerſalis quibuſcunquè *natura.*

19 *Clerici poſſeſſores an tenentur ſi onus eſſet perpetuum, certum, mercè reale, vel bona eſſent ad tale onus obligata.*

20 *Clerici an teneantur ſoluere collectas de bonis, quæ poſſident indiuiſa, & quid de iure Regni, & quid in Clericis conjugatis, & oblatis, remiſſiuè.*

21 *Poſſeſſiones Curiæ, vel alijs non obligatæ poſſint Eccleſijs donari, vel legari, & ſi ſunt obligatæ tranſeũt cum illo onere, hinc corrigitur* Conſtitutio Regni *incipiens* Prædeceſſorum noſtrorum.

22 *Eccleſiæ non poſſunt cogi ad illas poſſeſſiones alienandas laicis, vel ponendas extrà manum ſuam.*

Rex poteſt in propriæ rei donatione adijcere pactum, ne illa in Eccleſiam tranſferatur.

FAelicis memoriæ, &c. Hæc pragmatica habet inſertam *Bullam Papæ Honorij* continentem plura capita, in quibus Clerici ſubijciuntur Iudici ſæculari; inter quæ illud eſt notandum *in tertio capite*, vt ſcilicèt pro bonis feudalibus

1 trahantur ad iudicia ſæcularia, & illud idem de verbo ad verbum erat per priùs ſtatutum in *cap. Regni* incipiente, *Item ſtatuimus, quòd clerici*, ad cuius declarationem eſt videndus *Foller. in Conſt. De perſonis clericorum, per tot.*

2 Sed eſt aduertendum, quòd tàm quædam *gloſ.* ſiuè *Apoſtilla*, quæ eſt in *dicto cap. Item ſtatuimus*, in volumine *Conſtitutionum Regni*, quàm *Foller. in ſuis commentarijs ad idem capitul. Regni Item ſtatuimus, quòd clerici, num. 4.* intelligunt, vt hoc procedat, quandò ageretur de proprietate feudi tantùm, ſecùs ſi de poſſeſſione, & ideò dùm aliàs accidiſſet quæſtio de ſpolio intentato per Monaſterium Monialium Sanctæ Claræ Ciuitatis Litienſis coràm Epiſcopo Ciuitatis Veticanæ contrà Marchionem Vriæ de quibuſdam bonis feudalibus, & ad inſtantiam Marchionis fuiſſent expeditæ literæ hortatoriales ab Illuſtriſſimo Prorege, ne dictus Epiſcopus ſe intromitteret in cognitione dictæ cauſæ, ex quo agebatur de bonis feudalibus, & cognitio ſpectat ad Regiam Curiam pro parte dictarum Monialium fuit inſtatum pro reuocatione dictarum literarum hortatorialium, ſub prætextu, quòd non agebatur de proprietate, ſed de poſſeſſione bonorum feudalium, & de ſpolio, & Aliqui ex Dominis Regentibus Regiam Cancellariam authoritate dictæ *gloſæ* ſiuè *Apoſtillæ* inclinabant pro reuocatione, ſed quia contrariam opinionem veriorem eſſe demonſtraui, mutauerunt ſententiam, & denegauerunt petitam reuocationẽ literarum hortatorialium, & motus fui infraſcriptis authoritatibus.

3 Siquidèm *capit.* prædictum non eſt noui iuris inductiuum, ſed ſimplicitèr confirmat ius commune, per quod etiam de iure Canonico certum eſt, quòd

4 Clerici pro bonis feudalibus trahuntur ad iudicia ſæcularia, vt eſt *text.* formalis in *cap. cæterùm, extrà de indic. cap. verùm, & cap. tranſmiſſa, extrà de foro compet.* & ideò videndum eſt in quæſtione noſtra, quid ſentiant *Canoniſtæ* de iure communi, nam eadem determinatio proculdubio erit applicanda de iure Regni confirmante ius commune, quò fit, vt ſi demonſtrabo, de iure communi Clericum poſſe trahi ad iudicia ſæcularia, etiam ſi de poſſeſſorio agatur, illud idem erit dicendum de iure Regni.

5 Quòd autem de iure communi etiam Canonico hoc ſit indubitatum, affero *Bald. in l. 3. C. ſi à non compet. Iud. num. 1.* vbi dicit, quòd quandò ciuiliter agitur, Dominus feudi cognoſcit etiam de poſſeſſione, ſed ſi ageretur criminaliter ad pœnam, tunc debet cognoſcere Magiſtratus ordinarius.

7 Idem *Baldus in capitul. 1. §. inter partes, numer. 2. verſ. ego alias dixi, de lege Corradi* diſtinguit, quòd ſi

poſſe-

possessorium respicit adminiculum petitorij, cognitio pertinet ad Dominum feudi, argum. *l.nulli,C.de indic.* Si verò nullum præstat adminiculum,sed agitur ad aliam pœnam,quàm priuationis feudi,hæc cognitio pertinet ad Ordinarium loci.

8 Hanc *Baldi* distinctionem,in omnibus sequitur, & communem asserit *Aret.in cap.cæterùm, num.24. & 25.extrà de iudic.*& expressè exemplificat casum nostrum per hæc formalia verba, videlicèt *aut agitur possessorio,cuius victoria adminiculatur proprietati, exemplum, si peto, mihi possessionem ablatam restitui, & priuari iure, quia occupasti rem à me possessam propria authoritate; si ago interdicto vti possidetis, petens pronunciari, me esse possessorem, vel me declarari possessorem, magnum parat commodum in iudicio proprietatis, vt in §.commodum, Institut. de interdict.sicuti, §.sed si quæratur, ff si seru.vend. pertinet cognitio ad Dominum, quia non potest negari, quòd ista quæstio sit de pertinentibus ad causam proprietatis*, huicuiquè *Aretin.* & post *num.28.vers.vbi*
9 *autem* subdit hæc alia verba formalia, scilicèt *vbi autèm ratione possessionis propter dammum, vel iniuriam illatam in sua possessione ageret ad iniuriam, vel ad pœnam, vel interesse simpliciter, vel vbi pro possessione,de qua est spoliatus, vellet agere criminaliter, tunc cognoscit Iudex ordinarius,& non Dominus, quia hic non vertitur quæstio feudalis*: tà residet *Aret.*qui,iudicio meo,non potuit clarioribus verbis vti pro casu meo.

Hanc eandem opinionem in effectu amplectitur *Marian.Socin.in cap.ex transmissa, num.*mihi 31.*vers. quartò limitatur,extrà de foro compet.*

10 Immò *Hostiens.in dicto cap. cæterùm* post *num.7. vers.vel dic, extrà de iudic.* vult expressè, quòd etiam si agatur de iniuria facta in re feudali, putà interdicto vndè vi,vel alio consimili, semper appellatur Iudex, in cuius iurisdictione res feudalis sita est,secùs si agatur de iniurijs, non in re feudali, sed
11 extrà commissis, quia tunc agetur coràm Ordinario loci,& idem *Hostiens.in capitul.ex parte B.de foro compet.*post *num.*8.ait, quòd non est verum, quòd si agitur de restitutione feudi per interdictum vndè vi,potest agi coràm Ordinario, nàm coràm Domino est agendum,& respondet ad *text.*ibi,qui faciebat in contrarium.

Hoc idem voluit *Innoc.in dicto cap. ex parte, de foro compet.in verb.exceptionibus,& in dicto cap.cæterùm*,quem ibidèm sequitur *Zabarell. Butr.* & alij post *Ioann.Andr.num.3. vers.item vbicunquè de re feudali*, vbi respondet ad dictum *cap. ex parte B.de foro competent.* quod faciebat in contrarium, & iterùm ipsemet *Ioann. Andr.* eandem firmat opinionem in *dicto cap. ex parte B. num.9.in verb.exceptionibus,& Bellemer.in dicto cap.cæterùm,num.4 vers. circà secundum casum*, post relatas opiniones aliorum, & quòd re vera *Innoc. & Hostiens.* fuerunt va-
12 rij, ipse concludit,quòd si de feudo agatur, æquè potest cognoscere Dominus de possessorio, sicut de petitorio, quia ex *l.Imperialem,§.prætereà si inter duos,de probibit.feud. alien. per Feder.* dans iurisdictionem Domino generaliter loquitur,& satis videtur agi de feudo, siuè de possessorio feudi agatur, per id,quod notat *Innoc.in cap.Episcopi de rebus Eccles. non alienand in princip. magna glos.* & iterùm post *num.6.vers. finaliter tamen* refert supradictam distinctionem relatam ab *Aret* quam ipse tribuit *Raym. de Fragijs*,& dicit,satis sibi placere, & cum ea residet, & idem concludit in *dicto capit. ex parte B.num.4.*

13 His addo *Bald.in dict.cap.cæterùm, num.2.vers. tertiò oppono,in fine*, vbi concludit, quòd cognoscit Dominus feudi non solùm de proprietate feudi, sed etiam feudalis possessionis, subdens, *& hoc teneas, quia est verius, Felin.ibidem num.14. & Dec.colum. 8. vers.an autem si agatur de quæstione possessionis, num.*mihi 66. in omnibus sequuntur distinctionem *Aret.*

14 Idem voluit *Gulielm.de Cun.in auth. clericus, num. 1. C.de Episcop. & cleric. Ioann.Raynaud. in l.Imperialem,§.prætereà si inter,nu.11. de probib.feud. alien. per Feder.*quam opinionem maximè comprobauit, & latissimè exornauit *Ludolph. Schrader. in tract. feud. tom.2. part.10. section.1. ampliat.22. num.77. cum pluribus seqq.* Nunc addo *Capyc.in sua inuestitura feudali, verb.feudorum iudicia*, *fol.*mihi 253. *versic. Ecclesia*, vbi attestatur, se ità obtinuisse, *Andr.Fachin.lib.7.controuersiar.iur. cap.*100. *Hieronym.Ceuall.lib.2.pract.quæst. commun.contra commun.quæstion.*504. *Vultei. de feud. lib.2. c.2. Farinac. pract. crimin. quæst.*8. *num.*23. vbi hanc opinionem veram esse fatetur, & nouissimè meminit *Regens Tapia lib.1.Iuris Regni* ab eo compilati *cap.*45. incipient.*Item statuimus, quòd clerici ad sæcularia*, subtit.*de Episcop.& cleric.Bouadill.lib.2.cap.18.n.*155.

15 Est benè verum, quòd *Andr.in cap.1.circà finem, vers.etsi ver alium, de controuers.inter vasall.& Episcop.*est in opinione,quòd de iure Canonico in possessorio cognoscet Ordinarius, sed de iure communi, & ciuili, de quocunquè erit quæstio, cognoscent pares inter Dominum, & Vasallum,sed inter Conuasallos cognoscet Dominus, vt idem *Andr.* declarat in *l.Imperialem, §.prætereà,si inter duos, num.*73. *vers.& hoc cum agitur, de probibit.feud.alien.per Fe-*
16 *der.*& in casibus, in quibus causæ Ecclesiarum tractantur in foro sæculari,si Ecclesia,seù Clericus conueniatur,seruabitur ius Canonicũ,sed si agat,seruabitur ius Ciuile,vt post *Hostiens.in summ. tit.de testament. §. qualiter constituatur, colum.*1. *versic.cùm quæritur, vtrum voluntas*, tradit *Andr.in cap.1. num.*5. *in fin. de his, qui feud. dar. poss. & in cap. 1. num.9. in fin. §.quæ omnia,si de inuestit. inter Domin. & vasall. lis oriat. & in Constitution. Aduocatos*, vbi hoc meliùs declarat, *Moditius in §. lex est, dubit.*19.

Ex quibus apertè dignoscitur, quàm falsa sit opinio illius *Apostillæ ad cap.Regni Item statuimus,quòd clerici ad sæcularia*, quæ ità simpliciter, & indefinitè limitauit illum *text.*vt procedat, quandò agtiur petitorio tantùm, Adde nunc *Ricc.collect.*270. *Glorit. respons.*13.*nu.*34.*Carol.de Grass.de effect.cler. effect.*1. *n.*732.*vers.sed in hoc.*

Et dùm in *cap.*7.eiusdem *Bullæ* hìc insertæ dispo-
17 nitur,vt pro rebus Ecclesiasticis, & patrimonialibus ipsis obuentis de portionibus eis legitimè competentibus non teneantur ad collectas, videtur, quòd pro emptis teneantur, sed contrarium consuluit *Marant.consil.*99. Tu declara vt per *Borrellum consil.*74.*num.*50. in prædijs emptis, & donatis à laicis,quæ erant oneri subnixa, & solutio oneris fuit semper vniformis, & nota illam dictionem vni-
18 uersalem,*quibuscunquè*, nàm excludit etiam munera patrimonialia, quicquid esset de iure communi, quod disputat *Andr. quæ sint regal.in verbo extraordinaria collatio, num.*61. *Luc. de Penn.in leg.si diuina, C. de exactoribus tribut. Afflict. in capitul.*1. *numer.*10. 11. *&* 12. *de clericis, qui arma bell.depos.*
19 Limitabis tamen,si onus esset certum, & perpetuũ, ac merè reale, vel si bona essent ad tale onus obli-

gata, nàm tunc etiam Clericus possessor tenetur, ex quo tale onus transit ad quemliber possessorem, ità *Specul. de cler. coniug. vers. ad huius, Bart. in l. rescriptũ, §. fin. ff. de muner. & honorib. Goffred. de Caict. super Ritib. Reg. Camer. in rubr. de iure fund. 12 prima, vers.* 20 *item, quæ dictum est, quòd Clerici, fol.* mihi 25. vbi etiam agit de bonis, quę Clericus possidet indiuisa cum laico, & in *seqq.* agit, quid sit de iure Regni, & quid in Clericis coniugatis, & oblatis, vsquè ad *f.* 28. Sed pro vniuersali cognitione huius quæstionis cum regula, ampliationibus, & limitationibus, vide *Carol. de Grass. de effect. cleric. effect. 3. per tot. & effect. 1. num 874. Bellet. disquisit. cler. p. 1. tit. de exempt. cler. à muner. publ. per tot. Parlador. differ. 9. §. 4. post nu. 21. latissimè Cæuall. quæst. commun. contr. comm. 899. memini Reg. Constant. in l. 24. num. 14. in fin. C. de decur. ommino Mansion. de caus. exequut. lib. 1. ampl. 29. n. 42. cum seqq. Farin. dec. postil. 42. tom. 2.*

21 Et dum in §. incip. *Item quòd res* permittitur, quod res, & possessiones, quæ non sunt in aliquo Curiæ, vel alijs obligatæ, possint donari, & legari Ecclesijs, obligatæ verò transeant etiam in Ecclesias prædictis titulis cum onere suo. Est notandum, quòd per hunc §. corrigitur *Const. Prædecessorum nostrorũ*, per quam id omninò prohibebatur, & quædam ad hanc materiam conferentia vide apud *Luc. de Penn. in l. iubemus, C. de naub. non excus. lib. 10. Gabriel. de Bened. in c. Raynutius, in verb. Et vxorem dec. 5. nu. 3.* & 32. & plenissimè per *Goffred. de Caict super Ritib. Reg. Camer. in rubr. iuratur ad litem, vers. item videamus. de collectis*, ibi, *iterùm statuit Rex Carolus, f.* mi-22 hi 263. *à ter. & seqq.* nec possunt cogi ad distrahendum, & alienandum laicis, vel ponendum extrà manum suam, iuxtà *text. in cap. vnic. de immunit. Eccles. in 6.* larius *Bellet. disquisit. cler. tit. de exempt. cler. à statut. laic. §. 4. num. 4.* latissimè *Cæuall. q. comm. contr. comm. 899. num. 171. cum seqq. Oliban. de iure Fisci, cap. 7. per tot.* Posset tamen Rex in donatione alicuius rei apponere pactum, nè detur Ecclesiæ, *Gregor. Lopez l. 55. tit. 6. part. 1. vers. el Rey, Sanchez cons. moral. lib. 2. c. 4. dubit. 57. n. 9.*

De Clericis, seù Diaconis saluaticis. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Clericis arma portantibus auferuntur præuia trina monitione, & aliqua de materia, remissiuè.*

2 *Sed si in vagina adsint ornamenta pretiosa an illa sint auferenda.*

1 ARmorum vsus, &c. Clericis arma portantibus auferantur præuia trina monitione. H. D.

Ad materiam huius pragmaticæ, & pro eius obseruantia vide *Petr. Bellug. in specul. Princip. rub. 11. §. dubitatur, per tot. Iul. Clar. pract. crim. q. 36. vers. vlterius quæro, Io. Redin. de Maiest. Princip. in verb. non armis solum, part. 2. nu. 163. cum seqq. Carol. de Grass. eff. cleric. at. 1. n. 262. & seq. & eff. 20. D. Consiliar. Carleual. de iudic. tit. 1. disput. 2. quæst. 3. num. 158.* sed si 2 in vagina adsint ornamenta pretiosa, an illa etiam debeant auferri, *Assuct.* quòd sic in *§. si quis rusticus, n. 11. de pac. tenen.*

De Commissarijs, & Exequutoribus.

Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Commissarius destinatus si Iudex M.C. aliàs fuerit, vel aliud publicum exercuerit officium, aliud salarium habebit, quod aliàs recepit, dùm Officialis fuit, non obstante, quòd functus sit illo officio, & quæ sit ratio.*

2 *Commissariorum, & aliorum Officialium salarium, pro accessu extrà Ciuitatem hodiè est valdè auctum.*

3 *Commissariorum pro expeditione, & extorsionum refrenatione quæ forma sit data, & qua pœna illam non obseruantes puniantur.*

4 *Pœnæ, de quibus hic, vt euitentur, oportet, quòd infrà mensem sponte Syndici, & Electi Vniuersitatum reuelent per ipsos data, & accepta contrà formam hic traditam, & quid si omnes debeant esse immunes.*

5 *Commissarius coniunctus vsquè ad tertium gradum alicui ex Iudicibus, Præsidenti, vel Fisci patrono illius Tribunalis, à quo transmittitur, nequit destinari.*

6 *Commissarius exercere an valeat suam commissionem extrà locum in commissione adiectum.*

7 *Lugendi defunctos consanguineis datur modus, & quid antiquitùs obseruaretur, aliqua subijciuntur.*

IS est Regum, &c. §. 2. & vt moderetur, &c.

Commissarij non destinentur, nisi pro causa vrgenti, & legitimè destinati nihil recipiant præter taxatum salarium. H. D.

Nota ex *vers. habitâ consideratione ad salarium*,
1 quòd si contingat, destinari Commissarium aliquè, qui aliàs fuerit Iudex M.C.V. seù exercuerit aliud officium publicum, quod habet à iure taxatum certum salarium pro quolibet die, etiam si posteà functus sit illo officio, debebitur consimile salarium, quod aliàs recepit, dùm fuit Officialis, vt est expressè prouisum hic.

Ratio decidendi est, quia etiam depósito officio remanent reliquiæ dignitatis, hoc est priuilegium, habitus, & effectus illius dignitatis, vt tradiderunt *Ioann. de Plat. in l. 1. C. de præpos. sacror. cubic. lib. 12. Idem Platea, Andr. de Barulo, & Rebuff. in l. 2. n. 1. C. de Præfect. prætor. eod. lib. 12.* & probatur manifestè in eisdem iuribus.

2 Hodiè verò salarium omnib. Officialium, & aliorum Commissariorum pro accessu extrà Ciuitatem est valdè auctum, vt in *Prag. 6. §. & perche la promissione, infrà eodem.*

§. 7. Datur hic certa forma pro expeditione hu-
3 iusmodi Commissariorum, & pro refrenatione extorsionum, quę ab illis solent committi, imposita certa pœna Syndicis, & Electis Terrarum, qui contrà formam hic traditam aliquid dederint prædictis
4 Commissarijs, verùm datur facultas eisdem Syndicis, & Electis euitandi pœnas statutas, si sponte reuelauerint per ipsos data, & accepta contra illius dispositionem, dummodò reuelatio sequatur infrà mẽsem, vt in §. isto, *vers. qui verò.*

Circà quod occurrit mihi dubitatio, vtrum si omnes

nes reuelauerint,omnes debebunt esse immunes, & recurrendum est ad *Las. in l.conuentionem, nu.5. ff.de pact.* qui concludit pro primo reuelante.

5 Non tamen est ignorandum, quòd non potest transmitti Commissarius per quoduis Tribunal in quauis causa ciuili, criminali, seù feudali, vel cuiusuis alterius qualitatis,qui sit coniunctus vsq; ad tertium gradum alicui ex Iudicibus,seù Præsidenti,vel Fisci patrono illius Tribunalis, à quo transmittitur, vt in *pragm.7.num.5. infrà de offic.Iud.* quod pessimè obseruatur, sed vide, quæ dixi in *d.§.5.* vbi notaui alios casus,in quibus prohibentur aliqui huiusmodi commissiones exercere.

6 Et si in commissione sit adiectus certus locus, an Commissarius possit commissionem suam exercere extrà illum locum, *Andr.in c.1.in princ.n.3. quo temp. miles* latè disputat,& concludit, quòd sic.

§.16.Prohibetur hic;nè defuncti possint lugeri à
7 consanguineis conuenientibus in domo hæredum defuncti vltrà vnum diem,in quo corrigitur ius cõmune,per quod sunt statuti nouem dies ad lugendum defunctum ab omnibus coniunctis, ità vt interim nec ipsi, nec eorum fideiussores possunt vllo modo à defuncti creditoribus molestari, vt in *§.hæc autem disposuimus, vers.sancimus itaq; in authent. vt cùm de appellat.cognoscitur*, & de iure antiquo mos erat,vt lugeretur septuaginta dies, qui appellabantur tempus planctus,vt *Genesis cap.50.eodemq; vltimo.in princ.* sed per *leges 12.tabularum* nec vno quidem die permittebatur, vt in *l.34.* cuius verba sunt hæc.

Mulieres genas ne radunto, neuè lessum funeris ergò habento. Lessum enim lugubrem illam vlulationem esse *dixit* ibi *Balduin.* ex *Lelio* apud *Ciceronem.*

De Commissarijs, &c. Prag.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Iurisdictionis Regiæ Curiæ Siclæ materia,remissiuè.*

SE bene per il Tribunal della Regia gran Corte della Zecca,&c.

Commissarij Regiæ Curiæ Siclæ,& Magistrorum Portulanorum non componant Vniuersitates, sed Particulares tantùm contrauenientes. H.D.

1 Hæc Pragmatica continet materiam iurisdictionis Regiæ Curiæ Siclæ, de qua aliqua dixi in *Pragmatica prima,infrà de ponder.& mensur.* vbi videas.

A

ADDITIO

A VIde etiam *Allegat.Reg.* olim *Consiliarij Ioannis Andreæ de Georgio* 42. in qua copiosissimè, atq; eruditissimè omnia,quæ ad originẽ,iurisdictionem,& ad plenam materiam ponderum, & mensurarum,ac Regiæ Siclæ pertinent plena manu à doctissimo illo viro traduntur,ità vt nil aliud desiderari possit,& *Capiblanc.in pragmat.8. part.1. num.269. de Baron.* vbi etiam nonnulla tradit de portulania, & portulanis terræ,& maris,& meminit de doctrina *D.Regentis in pragm.1. num.5. de ponder. & mensur.* & diuersa ponderum genera tradit *Luc.de Penn.in l.perpensa,num.4. C. de metallar.& metall. lib.11.* Et qui tenetur aliquid consignare ad pondus,seù mensuram,si in loco consignationis duo adsint pondera, duæq; mensuræ, vna altera maior, ad quam potiùs tenebitur, vide *Borrell.de magistr. edict.lib.3.cap.15. num.24.* Vbi etiam de duplici modio, quo in hoc Regno vtuntur,quorum vnum paruum dicitur,eoq; vtuntur antiquorum cẽsuum Exactores, ac etiam Arrendatores, seù Venditores Regij Salis,& vulgò *alla piccola*, seù *all'antica*, alterum verò magnum, quo communitèr in Regno vtimur, & vulgus *alla grossa* appellat, tractat etiam idem *Borrell.* de venditione prædij facta ad mensuram, si reperiatur plus, vel minus,cuius erit superfluũ, vel defectio, emptoris,aut venditoris, & si venditor teneatur reficere emptori pretium quantitatis deficientis, & in venditione facta ad mensuram infrà quantum temporis spatium debeat mensuratio fieri,vt *nu.28.29. & 30.*

Io. Laganar.

De Commissaris, &c. Pragm.VI.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius diuisio in sex partes, & quid vnaquęq; pars contineat,affertur.*
2 *Immunitas hic concessa Vniuersitatibus,et alijs Regni particularibus ab onere hospitandi quoscunq; Officiales,descendit etiam de iure communi.*
3 *Salarium Officialium maiorum pro accessu hic augetur.*
4 *Maius cur sit taxatum Regijs Consiliarijs, et Præsidentibus Regiæ Cameræ, quàm Iudicibus Magnæ Curiæ, & cur minus Auditoribus Prouinciarum, & alijs Doctoribus,quàm Iudicibus M.C. ratio recensetur.*
5 *Consiliarijs Status,Regentibus Regiam Cancellariã, Præsidi S.C. & Locumtenenti Reg. Cam.Sum.ad quam rationem est taxatum.*
6 *Fisci patrono M.C.V. taxatur ad eandem rationem,ad quam est taxatum Consiliarijs S.C. & Præsidentibus R.C.& quarè.*
7 *Officiales quot interesse debent,vbi res diuina celebratur in Capella S.C.& num inter eos commmeretur Fisci patronus M.C.*
8 *Consiliarij existentes in causis criminalibus M.C.V. in accessibus habent salarium vti Consiliarij,non vti Iudices M.C. licèt tempore relationum faciendarum in S.C.sedeant vti Iudices,& non vti Consiliarij,& quarè.*
9 *Salarij exactio vti fiat,& quòd quælibet dieta constat ex viginti milliaribus tantùm, adeò quòd si accessus haberet distantiam viginti vnius milliaris, erunt duæ dietæ.*
10 *Commissarius si vna die expediuit iter plurium dierum,an duplicetur ei salarium, & quid si accedat cum diuersis commissionibus.*
11 *Salarium tantùm hic Doctorum intelligitur, quandò negotium eis commissum necessariò requirit Doctoris ministerium,aliàs si posset,vel consueuisset exploeri ab eo,qui non sit Doctor,non habebit,nisi salarium non Doctoribus taxatum.*

HAuendo la Maestà del Rè nostro Signore, &c.

Hæc Pragmatica est nimis longa, & ideò in suas
1 partes diuidenda, & propterea illam diuido in sex partes. In prima parte declarat immunes Vniuersitates, & particulares Regni ab onere hospitandi quoscunq; Officiales, tàm Regios, quàm Baronales, & etiam nouæ militiæ, nec non ab onere præstandi eisdem stantiam, stamen, & lectum, & quæcunque vtensilia,

In secunda auget salarium Commissarijs, & omnibus Officialibus pro dictis, quibus vacant extrà Ciuitatem ad instantiam Fisci, aut partium,

In tertia prohibet Commissarios Perceptorum, nè exigant quicquam ab Vniuersitatibus, seu ab illorum debitoribus pro dilatione in exequutione facienda.

In quarta contrà Administratores Vniuersitatum mutantes causam exitus in aliqua partita suorum computorum statuit pœnam falsi, confiscationis bonorum, & redduntur incapaces officiorum,

In quinta iniungit singulis Officialibus cuiuslibet loci, vt in sua iurisdictione capiat quilibet informationem de contrauentione, in qua tres testes singulares faciunt plenam probationem.

In sexta, & vltima auget salarium pro dictis, etiam Officialibus maioribus,

Prima, ibi *noi dunque* vsquè ad *vers. & perche la prouisione*. Secunda, ibi, *& perche la prouisione*, vsquè ad *vers. & essendo, che bene spesso*. Tertia, ibi, *& essendo, che bene spesso*, vsquè ad *vers. ordinamo similmente*. Quarta, ibi, *ordinamo similmente*, vsquè ad *vers. ordinando similmente*. Quinta, ibi, *ordinando similmente*, vsq; ad *vers. & à talche da questa pragmatica*. Sexta, ibi, *& à talche da questa pragmatica*, vsq; ad *finem*; Pro iummario deseruiat id, quod notatum est in diuisione cuiuslibet partis.

2 In eo, quod disponitur in prima parte circà immunitatem ab onere hospitandi, & præstandi vtensilia, & habitationem, concordat cum dispositione *text.* de iure communi *§. nunc verò, vers. si verò, & neq; verò angarijs, in auth. vt nulli iudic. liceat habere, hoc seruat. & in §. iubemus autem, vers. ad hoc iubemus, in authent. de collatoribus, & in pragm. quarta, §. bis consequenter, supra eodem*, alia omnino videnda pro confirmanda dispositione huius pragmaticæ cum iure communi cumulat *Pancirol. in notit. Imper. orient. c. 119.*

3 In eo verò, quod disponitur in sexta, & vltima parte, augendo salarium Officialium maiorum corrigit *pragm. 64. infrà de offic. S.C.* vbi hoc salarium Consiliarijs Sacr. Consil. & Præsidentibus Regiæ Cameræ Summariæ erat taxatum ad rationem ducatorum octo pro qualibet dicta, & ibi videas nonnulla hic congruentia, vltrà alia adnotata in *prag. 1. suprà eodem.*

4 Et nè mireris, quòd tàm hic, quàm ibi sit taxatum maius salarium Consiliarijs, & Præsidentibus Regiæ Cameræ, quàm Iudicibus M.C.V. & similiter in secunda parte huius pragmaticæ sit taxatum minus salarium Auditoribus Prouinciarum, & alijs Doctoribus, quàm Iudicibus Magn. Cur. nàm hoc procedit ex maiori præheminentia honoris, quæ maiorè tribuit authoritatem, & propterea maiores requirit expensas, *c. 1. de off. legat. in 6.*

5 Hinc factum est, quòd dùm in hac pragmatica in hac sexta parte fuerit omissa taxatio salarij quòad Consiliarios status, Regentes Regiam Cancellariã, Præsidem Sacri Consilij, & Locumtenentem Regiæ Cameræ Summariæ, licèt in præfatione huius sextæ partis fuerit facta expressa mentio de illis, tamen vsu receptum est, vt eis, & vnicuiq; ipsorum debeatur salarium in duplo pluri, quàm sit taxatum Consiliarijs Sac. Consil. & Præsidentibus Regiæ Cameræ, nempè ad rationem ducatorum viginti pro qualibet dieta ad instantiam partium, & ducatorum duodecim ad instantiam Fisci, & ità pluriès vidi obseruatum, quia cùm eorum officium sit maioris præheminentiæ, & sic tribuat maiorem authoritatem, maiores etiam requirit expensas.

6 Notabis tamen, quòd Fisci patrono Mag. Cur. Vic. taxatur salarium ad eandem rationem, ad quam est taxatum Consiliarijs Sacr. Cons. & Præsidentibus Regiæ Cameræ, nempè ad rationem ducatorum sex ad instantiam Fisci, & ducatorum decem ad instantiam Partium; non obstante, quòd Iudicibus M. Cur. sit taxatum in satis minori quantitate, nempè ad rationem ducatorum quatuor ad instantiam Fisci, & ducatorum sex ad instantiam Partium, quod illa ratione factum esse credo, quia Aduocatus Fisci in criminalibus exercet suum officium tàm in M.C.V. quàm in ipso Sacr. Cons. respectu causarum criminalium, vt in *pragm. 44. §. item, quòd causæ criminales, infrà de offic. Sacr. Consil.* & sic est de corpore S.C. non minus, quàm sit de corpore Magn. Cur. Vic. & propterea potest vti eo priuilegio, quod vtilius sibi
7 erit. Quemadmodùm & hac ratione introductum est, vt licèt per antiquas ordinationes res diuina, quæ singulis diebus iuridicis celebratur in Capella Sac. Cons. non possit inchoari, nisi cùm conuenerint saltem tres Consiliarij, nec Præses ipse possit contrarium iubere, tamen ad complendum hunc numerum trium sufficiunt duo Consiliarij simul cum Fisci patrono Mag. Cur. Vicar. ac tempore feriarum æstiuarum, quæ inducuntur die 14. mensis Iulij vsq; ad diem 10. Septembris, nec non omnibus illis diebus, in quibus de more Sacrum Consilium sedet pro Tribunali, nedùm vsq; ad tertiam horam completam, prout ordinarij moris est, sed etiam per totam quartam horam, scilicèt per quindecim dies antè ferias Natiuitatis Domini, & Paschatis Resurrectionis, & feriarum æstiuarum, & per octo dies antè vacationes Carnispriuij sufficiunt duo tantùm Consiliarij, in hoc etiam numero computabitur Fisci patronus, vt suprà declaraui.

8 Verùm quia in hoc Tribunali Magn. Cur. Vicar. causarum criminalium residunt nedùm Iudices, qui sunt annales, & deputantur à Prorege, sed etiam duo Consiliarij Sac. Cons. iuxtà dispositionem *pragmat. 2. §. nunc verò, infrà de offic. Sacr. Consil.* qui quidem Consiliarij durante tempore, quo vacant causis criminalibus, nullo pacto se intromittunt in causis S.C. nisi de speciali dispensatione Proregis, quæro, in accessibus ab ipsis faciendis, quod salarium exigent, an tanquàm Consiliarij, vel potiùs tanquàm Iudices, cùm ibi nullam habeant prærogatiuam ultrà alios Iudices annales, nisi sedendi in loco præheminentiori, quod adeò uerum est, ut quandò accedunt ad aliquam aulam Sacr. Cons. pro faciendis relationibus causarum criminalium, iuxtà formam traditam per *pragmat. 18. infrà de offic. Sacr. Consil.* in aulis Sac. Consil. non sedent ut Consiliarij, sed ut Iudices, adeò quòd eos præcedunt in sedendo etiam illi, qui longè post ipsos asciti sunt ad numerum Consiliariorum, & uotant ut Consiliarij, & proculdubio dicendum est, quòd debetur eis salarium tanquàm Consilia-

ſtarijs,etiam in acceſſibus, proùt nihil eiſdem diminuitur de ſtipendio annuo,quod eſt maius,quàm ſtipendium Iudicum annalium, licèt ſeruiant in M.C. Vic.tanquàm Iudices,nàm ſi illis, qui deſierunt eſſe Iudices,& cómittitur eis aliquod negotium, in quo requiratur acceſſus, illud eſt eiſdem ſoluendum ad eandem rationem,ac ſi actu exercerent illud officiũ, quod ſemel exercuerunt, vt in *pragm.2.num.2.ſuprà eodem*, cùr non idem dicendum eſt in Conſiliarijs, qui licèt acceſſerint ad ſeruiendum pro Iudicibus in M.C,non tamen deſierunt eſſe Regij Conſiliarij, & actu retinent dignitatem, & authoritatem Conſiliarij?certè nullo modo eſt dicendum contrarium, & ità ſeruatur.

9 In actu verò exactionis ſalarij in hac Pragmatica contenti eſt ſciendum, quòd quælibet dieta conſtat viginti milliaribus tantùm,iuxtà *text.in l.1.ff.ſi quis cautionibus,& in l.3.ff.de verbor.ſignific.* & quilibet exceſſus, quantùmuis modicus, facit, vt addatur vnus dies,adeò quòd ſi acceſſus haberet diſtantiam viginti vnius milliaris, pro his viginti vno milliaribus non vnica tantùm dieta computabitur, ſed duæ,propter illum modicum exceſſum vnius milliaris,ità *Tiraquell.in tract.de Iudic.in rebus exig.ferendo,verſic.octauò allegatur*, per *text.in dict.l.3.ff.de verb.ſignif.*

10 Quemadmodùm ſi Commiſſarius vna die expedijt tantum itineris, quantum erat expediendum in duabus,debet ei duplicari ſalarium,vt per *Auiles in cap.14 Prætor.in gloſ.ſalario,num.3.in fine*, de quo optimè *Alciat.in l.3.ff.de verbor.ſignific.*vbi pulcher *text.*in materia,ſed ſi vnus accedat ad eundem locũ cum pluribus commiſſionibus, non poterit exigere, niſi vnicum tantùm acceſſum, & receſſum pro omnibus,idem *Auiles cap.43.Prætor.in gloſ.No conſientan*, & *Ego* tetigi in *prag.64.n.4.in fin.de offic.S.Conſ.* & eodem modo,dùm reſidet in eodem loco,non poterit exigere niſi ſimplices dietas taxatas pro vno negotio,licèt pluribus vacauerit, ſecundùm *Caſtill.dec.Sicil.49.Felin.in cap.cùm olim,n.2.propè fin.verſ.obſtat 3.extrà de ſent.& re iud.*

11 Verùm aduertas, quòd dùm in hac Pragmatica ſalarium omnium Doctorum, qui deſtinantur pro Commiſſarijs eſt taxatum ad rationem ducatorum trium ad inſtantiam Fiſci, & ſcutorum quatuor ad inſtantiam Partium,hoc eſt intelligendum, quandò negotium,quod ei committitur neceſſariò requirit miniſterium Doctoris,aliàs ſi poſſet expleri, & conſueuiſſet expleri ab homine idiota, ſeù, vt rectius loquar, ab eo,qui non ſit Doctor, non debetur ei ſalarium Doctoris, ſed tantùm illud ſalarium, quod eſt taxatum in eadem Pragmatica alijs, qui non ſunt Doctores,proùt ità me patrocinante fuit iudicatum per Sacrum Conſilium, referente quondam Regio Conſiliario Ferdinando de Haro pro Ciuitate Rhegij contrà V.I.D. Matthæum Romanum,qui antè Pragmaticam dùm fuiſſet deputatus ad videndum computa Adminiſtratorum dictæ Ciuitatis, & exegiſſet ſuum ſalarium ad rationem ſcutorum trium pro qualibet dieta tanquàm Doctor, fuit condemnatus ad reſtituendum quantitates ab ipſo exactas, retentis tantummodò ad rationem vnius ſcuti pro qualibet dieta.Actuarius eſt Galterius,poſteà ſuperuenit *prag.10.n.64.de offic.Iudic.*

De Compoſitionibus,& Commutationibus pœnarum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Compoſitio quid ſit,tàm de iure communi, quàm de iure Regni.*
2 *Tranſactio quandò dicatur.*
3 *Compoſitio ceſſat,vbi non conſtat de delicto per teſtes, vel inquiſiti confeſſionem.*
4 *Ceſſat,vbi de delicto non poteſt fieri condemnatio ſecundùm leges,ſed debet fieri abſolutio.*
Quatuor expoſitulat,vt fieri poſſit.
5 *Super quibus criminibus fieri valeat, remiſſiuè.*
6 *Tranſigere de generali conſuetadine totius Italiæ licitum eſt pro quocunq. crimine.*
7 *Compoſitio non poteſt fieri de raptu,adulterio cum inceſtu,& de oſculo violento, quod etiam prohibetur Iudici Admirantis.*
8 *Prohibetur in crimine falſi, modò falſitas ſit commiſſa in ſubſtantia negotij, ſecùs ſi in circumſtantijs.*
9 *Compoſitionem, ſeù tranſactionem faciens in caſibus à iure prohibitis, peccat mortaliter.*
10 *Inquiſitus per tranſactionem an fateatur delictum,remiſſiuè.*
11 *Inquiſitus remittens ſe gratijs Curiæ non poterit immodicè grauari in compoſitione,ſed eſt cum eo miſericorditer agendum.*

1 COmpoſitio eſt idem, quod tranſactio, vt probat *text.in l.ab accuſatione, ff.ad Senatuſconſult.Turpill.*

De iure tamen Regni compoſitio dicitur propriè condemnatio pecuniaria, quã facit Iudex,vt in *Conſtitut.Aſperitatem*,vbi *Afflict.num.11.*

2 Tranſactio verò quandò Iudex non condemnat ex probationibus factis, ſed ſtante dubitatione probationum admittit reum ad tranſactionem,vt colligitur ex *pragm.3.infrà eodem*, latiùs explicat *Mauſonius de contrabann.quæſt.16.*& nota vnum,ad quod
3 pauci Barones aduertunt,quòd nullus poteſt admitti ad compoſitionem, niſi conſtet de delicto per teſtes,vel per confeſſionem inquiſiti, vt eſt *Ritus* expreſſus 276.Ad quod faciunt tradita per *Afflict.in dict.Conſtitut. Aſperitatem.num.11.* vbi ait, quòd
4 quandò de delicto non poteſt fieri condemnatio ſecundùm leges,debet fieri abſolutio, & non perſuaderi compoſitio,quia vbi aurum placet, ibi eſt vitiũ; & quòd omninò ſit cauendum ab huiuſmodi compoſitionibus,vide pulcherrima verba *tex.in §.oportet,lo ſecondo,in authent.de mandat.Princip.*ſed latiùs
A per *Car.mut Rit.276.* ad quem me remitto, & addo *Farinac.quæſt.5.num.22.limit.4* omninò *Graff.conſil.1.de pœn.tom.1. Mauſonium de contrabann quæſt.16. num.27.cum ſeqq. & num.54. & ſeqq.* ponens quatuor requiſita, vt conſtet de delicto in genere, præcedentibus indicijs, ad torturam ſufficientibus, ac legitima citatione, ac conceſſa copia repertorum.
5 Super quibus tamen criminibus poſſit fieri compoſitio, vide *Conſtitutionem Poſt citationem, Luc.de Penn.in l.1.colum.*mihi *9.cum pluribus ſeqq. C.de deſertoribus lib.10.& in l.vnica.quæſt.11. verſ.tertia, verò.C.de publ.lætit.vel conſ.lib.12. Campagn.in cap. Regni Exercere volentes,et Paris.de Puteo de ſyndic. in verb.compoſitio,Pragmaticam tertiam infrà de ſodomia.*

nomia, & de iure communi vide *text. & ibi DD. in l. transigere C. de transact.* quàmuis *Iul. Clar. in pract. crimin. quæst.* 58. omninò videndus in hac materia dicat, quòd hodiè parùm, aut nihil prosunt omnes disputationes circà prædicta, ex quo de generali cõsuetudine totius Italiæ licitum est transigere pro quocunq; crimine.

6

7 An autèm possit fieri compositio de raptu, vel de adulterio cum incestu? vide *Boer. dec. 91. Menoch. præsum. 41. n. 16. & seq. lib. 5.* & in Regno est *text. in c. Vt sine, circà fi. ver. super his*, in quo prohibetur cõpositio tã pro raptu, adulterio cum incestu, quã pro oculo violento. Hoc idẽ prohibetur Iudici Admiratæ ex particulari ordinatione Cæsareæ Maiestatis, exequutoriata per D. Petrum de Toleto die 18. Februarij 1540. quæ conseruatur in *primo libro notamentorum S. ac. Cons. fol. 43.* & similiter prohibetur

8 compositio in crimine falsi per quandam pragmaticam, quam refert *Gramm. decis. 47.* sed Ego non potui inuenire, & in eadem *decisione* habes limitationem, vt ea procedat in falsitate commissa principa-

B liter in substantia negotij, non autem in circumstantijs.

9 Est tamen notandum, quòd faciens compositionem, seù transactionem in casibus à iure prohibitis, peccat mortaliter, secundùm *Nauarr. in manual. confessar. cap. 25. num. 32.* An autem inquisitus per transactionem tractetur delictum? vide *Anton. Gabr. lib. 7. comm. opin. tit. de malefic. conclus. 23. Marant. cons. 6. n. 22. & seqq. Auend. de exeq. mandat. p. 2. c. 16. nu. 20. vers. sed qua transigendo.*

11 Et quandò inquisitus remittit se gratijs Curiæ, vt multotiès vidi in Curijs Baronalibus, aduertant Barones, & eorum Officiales, quòd non propterea poterunt eum immodicè grauare in compositione, sed cum eo est misericorditer agendum, nè illi inferatur grauamen, vt est *text. in cap. sanè, & in cap. veniens*, vbi pulcherrima verba, *extrà de renunciat.* & latè deducit *Baiard. ad Clar. pract. crim. quæst. 49. num. 63.* tetigi *Ego in pragm. 8. num. 6. infrà eodem*, faciunt tradita per *Andr. in leg. Imperialem, 9. insuper num. 56. de prohib. feud. alien. per Feder. Iacobin. de feud. inuest. in verb. Principe, vers. sed an Princeps*, & ità practicauit Sacr. Consil. teste *Gizzar. dec. 56.*

ADDITIO.

A COmpositionis materia est frequens, & practicabilis, quia cùm sit commutatio pœnæ corporalis in pecuniariam, liceatq; vnicuiquè propriũ sanguinem, & honorem redimere, *Bart. in l. transigere num. 1. & 5. C. de transact.* facile rei ad euitandam pœnam corporalem ad compositionem confugiunt, a Iudicum, & Superiorum etiam auaritia allecti, qui nulla circũspectione adhibita, fas, nefas sit, improbos reos pro patratis delictis ad compositionem admittunt, quamobrèm *Dom. Capiblanc.* benè in Officiales, & Barones Regni inuehitur, qui malè vtuntur ista potestate componendi, illam ad iniquitatem reducentes, vt in *pragm. 6. num. 11. de Baron.* quem citat, & commendat *Sebastian. Guazzin. ad defens. reor. defens. 34. circà compositionem, cap. 1. num. 1.* quo loci lepidè, & argutè iocatur de Curijs Regni Neapolis, ipsis *Capiblanci* dicta retundens, (quasi quòd aliæ Curiæ, & Curiales vti summa virtute, ac probitate prædiri, nihil probri admittant) quod aduertens idem *Dom. Guazzin.* se benè declarat *ibidem sub n. 4.*

Itàq, cùm hodiernæ compositiones, vt plurimùm, non iure fiant, benè dixit *Clar. in §. finali, quæst. 58.* relatus à *Dom. Regente hic*, quòd hodiè parum, aut nihil deseruiunt disputationes circà hãc materiam, quia de generali consuetudine licitum est transigere de quolibet crimine. Vt autem æqui, boniq; Iudices, qui à recto in hrs compositionibus, & transactionibus deuiare non cupiunt, sciant, quæ sint per eos consideranda, antequàm reos ad compositionẽ admittant, quæuè concurrere debeant, vt criminum compositionibus locus esse possit, obseruent, præterea *Dom. Regentem hic sub num. 5. Luc. de Penn. in l. 1. nu. 46. cum seqnent. C. de desertor. lib. 12. Paul. Grilland. de relaxat. carcer. tit. de pœnar. compos. in princ. nu. 6. & quæst. 3. num. 3. Guazzin. ad defens. reor. defens. 34. tit. circà compositionem, Baiard. ad Clar. quæst. 59. Grammat. voto 35. Capiblanc. in d. pragm. 6. num. 11. cum seq. de Baron. & Decian. lib. 3. cap. 34. ver. pactum, & transactio*, qui licèt loquatur in trãsactione, idem tamen est, vt per *D. Regentem hic num. 1.* & per *Luc. de Penn. in d. l. 1.* & per *Parid. de Puteo de syndic. in ver. compositio, num. 6.* quibus in locis diuersas compositionum, seù transactionum, ac etiam pacis, seù remissionis tractant quæstiones, & generalitèr aduertant Iudices, nè componant reos facinorosos, solitos delinquere, assassinos, latrones, proditores, & alios scandalosos, & pessimi exempli, cum quibus de iure prohibita est compositio, *Guazzin.* post *Grilland. d. defens. 34. cap. 2. num. 1.* quod etiam notat *Baiard. ad Clarum dict. quæst. 59. sub num. 55. Capiblanc. d. pragm. 6. num. 25. & Grammat. d. voto 35. sub nu. 3.* Loquor respectu Iudicum Baronalium, & ipsorum Baronũ, Iudicibus nàmq; Regijs (prætèrquàm quòd ipsi accuratè in istis negotijs, & causis procedunt, à iuris tramitibus non digrediendo) est prohibitum remissionem, seù compositionem criminum facere, pro quibus veniret imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, Vicerege inconsulto, & absq; expressa licentia ipsius, vt in *pragmat. 4. hoc tit. & in pragm. 10. cap. 13. de officio Iud.* expressè cauetur, nè Regiæ Audientiæ, Gubernatores, aut Capitanei Regij compositiones faciant in casibus, in quibus veniret imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, mutilationis membri, remigationis, vel altera corporis afflictiua, sed tantùm in pœnis simplicis exilij, præcedente partis remissione, sub pœna nullitatis, & sic Principe, eiusq; Collaterali Consilio sciente, necesse est, vt hæc omnia titè, rectèq; fiant.

B Sed quid dicendum sit in mandante fieri falsum, an prohibita sit etiam cum eo transactio, seù compositio, *Bart. in l. transigere, num. 22. in prima lectura; C. de transact.* docet, quod quod sit, idem dicendum ex eo, quia lex loquitur in rem, & ideò habet locum in faciente, mandante, & auxiliante, per *text. in l. hæc verba, C. ad leg. Iul. de adulter.* & in *l. aut qui aliter, §. final. ff. quod vi, aut clam*, & hanc *Bart.* docet nam sequutus est *Iason in l. si quis id, quod, sub num. 36. vers. Quintò, & vltimò est theorica Bart. & communis, ff. de iurisd. omn. Iudic. & Alexand. cons. 65. nu. 14. volum. 4.* Hinc dixit *Afflict. decis. vltima*, quæ est *404. num. 6. & 7.* quòd *Constit. Qui literas Regias*, ex quo loquitur in personam, non procedit in mandante fieri falsitatem in literijs Regijs, seù etiam Vicerегis, secundùm *Portium Imolens. cons. 96. num. 11.* nàm statutum pœnale loquens in persona delinquẽtis, non extenditur ad mandãtem, cùm mandans non dicatur verè facere, sed *interpretatiuè*, quę interpretatio cùm sit fictionis, non procedit in statuto, prout dixit benè *Grammat. decis. 28. num. 28. & dec. 27.*

nu. 7.

*num.*7. & tradit *Alex.in d.conſ.*65. *volum.*4. & mandans ſimiliter, falſum committi per alium coràm Iudice non ſuo, cuius aures cùm ſint offenſæ, poteſt is, qui falſum commiſit, ab ipſo Iudice pro commiſſa falſitate cognoſci, ad *text.in l.nullum, C.de teſtib.* & ad tradita per *Couarr.pract.quæſt.cap.*18. *num.*8. & per *D.de Franch.dec.*147. *num.*1. *& deciſ.*582. *num.*1. *& 2.& dec.*679. Is tamen mandans non poterit pro mandato ad falſitatem faciendam ab eodem Iudice cognoſci, ità *Bertaz.conſ.*72. Io.Laganar.

De Compoſitionibus, &c. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Compoſitio in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, vel membri abſciſſionis non fit inconſulto Prorege, quod fallit in quatuor caſibus, remiſſiuè.*
2 *Compoſitio prohibetur in crimine raptus, & oſculi violenti, quod etiam prohibetur Iudici Curiæ Admiratiæ.*

ET quia facilitas veniæ, &c. Compoſitiones in delictis, in quibus venit imponenda pœna mortis, aut abſciſſionis membri non fiant inconſulto Prorege. H.D.
1 Limita in quatuor caſibus adductis per *Foller.in Conſtitut. Poſt mundi machinam, num.*58. *cum ſeq.* Et
2 aduertas, quòd inter delicta, in quibus non admittitur compoſitio, eſt crimen raptus, & oſculi violenti, vt in *cap. Vt ſine mortali, circà fin. verſ. ſuper his.* Hoc idem prohibetur Iudici Curiæ Admiratiæ per particularem ordinationem Cæſareæ Maieſtatis, executoriatà per D.Petrum de Toleto in anno 1540. die 18.Februarij, quæ originaliter conſeruatur in 1. *lib.notamentorum S.C. f.*43. vt dictum eſt in præced. *rubr.n.*7.

De Compoſitionibus, &c. Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Commutationes pœnarum in delictis, de quibus in edicto præcedenti, non poſſunt fieri, niſi ad Regias triremes, quod limitatur, remiſſiuè.*
2 *Pragmatica iſta eſt correcta.*
3 *Componere delicta non licet Proregi abſq; partis remiſſione niſi ex cauſa publica.*
Poſt hæc ſubijcitur admonitio.

ET nè ſperata, &c. Commutationes pœnarum in delictis, de quibus in præcedenti Pragmatica non fiant, niſi ad Regias triremes. H.D.
1 Limita, vt per *Foller.in Conſtitut. Poſt mundi machinam, à num.*64. *vſq; ad num.*75. Et aduerte, quòd hodiè hæc Pragmatica eſt correcta per *cap.*4. *de gratijs conceſſis per Cæſaream Maieſtatem in anno* 1540. impreſſis inter *Capitula, & Priuilegia Neapolis, fol.* 134. *à ter.*
3 Ex vltimis verbis huius Pragmaticæ, ibi, *partiſq; remiſſione accedente*, poteſt interri, quòd ſine partis remiſſione non licet Proregi componere delicta, niſi ex cauſa publica, vt iudicatum refert *Reg.de Pont. de poteſtat.Proreg.tit.de prouiſ.fieri ſolitis, §.*4. *num.*6. 7. & 8. & iterum *tit. de elect.Official.§.*1. *num.*5. *& ſeq.* tu vide *Farinac.queſt.*6. *Guazzin.in tract. de pace, p.*1. *q.*38. *num.*17. *in fin.* qui dicunt, de facto, ieù plenitudine poteſtatis fieri abſq; partis cõcordia, *Bullæus concl.*3. *q.*7. *f.*239. monet, vt caueant.

De Compoſitionibus, &c. Pragm.VI.

RERVM SVMMA.

1 *Remiſſio, quæ fit per Procuratorem, quid requirat.*
2 *Remiſſionem ſi quis extorſerit per vim; qua pœna puniatur.*
3 *Remiſſionis huius forma quæ ſit.*
4 *Pax ſimpliciter ſi fiat, tunc cenſetur remiſſus rancor tantùm, & odium, non autem ius accuſandi in iudicio.*

TRà li altri capi, &c. Tria continet hæc pragmatica, proùt in tres diuiditur partes. In prima vſquè ad *verſ. vna de las cauſas*, ſtatuitur, vt circà punitionem delictorum, & eorum compoſitionem ſeruentur iura, Capitula, & Pragmaticæ Regni. In ſecunda vſq; ad *verſ. y nel tomar de los Sindicados*, ius nouũ ſtatuitur, vt remiſſiones fiant à partibus offentis, Iudice præſente. In tertia verò, & vltima mandatur, quòd Officiales pareant ſindicatui, termino non arctato, & ſucceſſor de prædeceſſoris vita ſe informet.
1 Reſpectu ſecundæ partis, quæ ſtatuit ius nouum circà remiſſiones faciendas, Iudice præſente, cadit dubitatio, quid ſi fiat remiſſio per Procuratorem? de qua eſt videndus *Carauit.Rit.*275. *n.*8. *verſ. hodiè, & Lut.Foller.in pragm.ſeq.n.*81. qui negant.
2 Et ſi quis extorſerit talem remiſſionem per vim, punitur pœna mortis naturalis, vt in *pragm.*2. *de exulib.* Forma autem huiuſmodi remiſſionis ad euitandum omnem dubitationem erit, vt remittatur
3 omnis iniuria, non autèm vt fiat pax ſimpliciter, quia
4 tunc poſſet dubitari, quòd ſit remiſſus rancor tantũ, & odium, non autem ius accuſandi in iudicio, vt per *Andr.in c.*1. *n.*4. *propè fin. verſ. oportet enim, de pace iur.firm.* ſed videas, quę dixi in *prag.ſeq.*

De Compoſitionibus, &c. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Compoſitio fieri nequit abſq. partium offenſarum remiſſione, etiam nulla querela exiſtente, & quid de iure communi, remiſſiuè.*
2 *Remiſſio qualiter à filijs, & vxore occiſi, & à minoribus ſit procuranda, & in quibus caſibus non requiratur, remiſſiuè.*
Vidua ſi poſt litis conteſtationem de nece mariti tranſiuit ad ſecundas nuptias, vel defuncta eſt, non eſt extincta actio.
3 *Remiſſionem facere partes offenſæ in foro poli, ſiuè animæ qualiter teneantur, remiſſiuè.*
4 *Remiſſionem per calumniam pars offenſa facere ſi recuſet, petendo maximam pecuniarum quantitatem pro intereſſe, poterit Iudex moderari, etiam parte inuita.*
5 *Remittendi ius ſpectat ad eos tantùm, ad quos ſpectat*

inc-

Digitized by Google

ſucceſſio,quod intelligitur, quandò ex delicto eſt ſubſequuta mors, alioquin ea non ſequuta competit illis, qui habent ius vindicandi, & quærelandi,non tantùm illis,quibus competit ius ſuccedendi.

6 *Remiſſio num etiam ſi inter hæredes adſint fœminæ, ab illis erit habenda.*

7 *Remiſſio à quo erit habenda, ſi nullus adſit hæres mortui.*

8 *Clauſula appoſita in guidaticis,* modò ad loca,vbi degunt partes offenſæ non accedant , *an inter has partes offenſas connumerentur ij tantùm, ad quos ſpectat ſucceſſio.*

9 *Inquiſitus habita remiſſione à partibus, ſi remiſerit ſe gratijs Curiæ,& Curia eum compoſuerit immoderatè,an poterit appellare,& petere,ſummam moderari arbitrio Iudicis.*

10 *Remiſſio an poſſit reuocari propter ingratitudinem, & num.* 11.

12 *Minori an concedatur reſtitutio in integrum aduersùs remiſſionem delicti à ſe factam.*

13 *Remiſſio rancoris,& odij differt à remiſſione vindictæ ſanguinis,quæ tendit ad ſatisfactionem iniuriæ.*

14 *Pace facta per inſtrumentum publicum nùm cenſeatur remiſſus ſolùm rancor , & odium , an etiam ius proſequendi vindictam.*

15 *Remittens ſimpliciter rancorem, & odium non cenſetur remittere accuſationem in iudicio , ſed tantùm vindictam,& offenſionem de facto.*

16 *Remittens iniuriam mediante pretio , & accepta pecunia an cenſeatur remittere damna,& intereſſe.*

17 *Remiſſio an poſſit fieri ſub conditione, & quandò,et à quo .*

18 *Remiſſio partis ab hac Pragmatica requiſita an ſit neceſſaria etiam in gratia, vel compoſitione facta per Principem, Superiorem non recognoſcentem, remiſſiné .*

NEll'anni paſſati,&c. Actio quærelandi, & remittendi competit his, quibus competit ſucceſſio. H.D.

Duo continentur in hac pragmatica. Primum, quòd non poteſt fieri compoſitio abſquè remiſſione
1 partium offenſarum.Secundum verò, quòd hoc ius remittendi non ſpectat ad omnes conſanguineos, ſed ad eos tantùm, ad quos ſpectat ſucceſſio: Circà primum, intellige etiam,nulla exiſtente quærela, *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de proniſion.fieri ſol. §.4.num.33.et 37. et Lut.Foller. hic num.*101. quid fuiſſet obſeruandum de iure communi, vide *Ioan.de Amic.conſil.*88.*in ſecundo dubio*,ſi in vindicanda nece defuncti concurrant vxor,& filij,præferuntur iſti,
2 tàm in accuſando, quàm in remittendo,& facta remiſſione per filios non requiritur remiſſio vxoris viduæ,& ſi filij ſint minores ſufficit authoritas tutoris, vel curatoris tantùm,abſq; decreto Iudicis,latè omnia explicat *Gratian.diſcept. forenſ. cap.*518.*Chriſtin. in Conſuet.Mechlin.art.*34.*&* 35.*Caſtill. de vſufruct. lib.*1.*cap.*2.*num.*25.& de vidua,quæ poſt litem conteſtatam de morte mariti tranſiuit ad ſecunda vota, vel mortua eſt,quòd non ſit extincta actio, tradidit *Girond.de priuileg. & exempt. explicat.quæſt.*269.*& ſeq.num.*1542.*cum ſequent.*& quòd præteratur vxor, fundat *Reg.Valenzuel.conſ.*153.*tom.*2.Et nota,quòd ſunt multi caſus,in quibus non requiritur partis remiſſio,& ſunt expreſſi in *pragmat.*2.*verſ. declarantes etiam,ſuprà de abolitionibus* , & aliquos explicat
3 *Maran. in conſ.*118. Qualitèr autem partes offenſæ teneantur in foro poli, ſiuè animæ facere remiſſionem,vide *Conrad.in templo Iudicum lib.*1.*cap.*1.§.4.*verſ.*16.*num.*6.*cum ſeqq. Enchir. Eccleſ.tit.de peccatis,fol.*72.*à tergo,propè fin. cum ſeq.* & quamplures quæſtiones in hac materia tractat *Caraut. Rit.*275. omninò videndus. Eſt tamen aduertendum; quòd ſi
4 aliqua pars offenſa per calumniã recuſat facere remiſſionem, petendo maximam pecuniarum quantitatem pro intereſſe , Iudex poteſt ipſe arbitrari, & moderari hoc intereſſe , etiam inuita parte, vt per *Theſaur.dec.*21.dixi *ſuprà de abolit.in rubr.*

5 Circà verò ſecundum eſt in primis animaduertẽdum,ex illis verbis , *da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi* reſultare , quòd hæc declaratio præinſertæ Pragmaticæ non habeat locum , niſi quandò ex delicto eſt ſequuta mors,& eſt apertus locus ſucceſſioni , at morte non ſequuta remanet diſpoſitio Pragmaticæ inſertæ,quæ eſt conformis iuri communi,vt ius remittendi competat ijs, quibus competit ius vindicandi , & quærelandi,non autem ſolùs illis, quibus competit ius ſuccedendi . Cogita , & vide
6 *Clar.quæſt.*58. & dùm remiſſio eſt facienda per omnes hæredes , quid ſi inter hæredes adſint fœminæ, nunquid ab illis etiam erit habenda remiſſio ? *Plaza in epit.delict.cap.*46.*nu.*10.*verſ.*caterùm, *Tartag. hic cap.*1.*num.*20. *poſt Iul. Clar.pract.crimin. quæſt.* 58.*verſ.ſed quid ſi inter* negat , ſtante ſtatuto,ſtantibus maſculis,*Reg.Tap.*qui facit deciſionem in filia maritata,quæ renunciauit *deciſ.S.C.*28. dicit, fuiſſe
7 excluſam, quòd ſi nullus adſit hæres mortui , à quo erit petenda remiſſio ? *Iul.Clar.ibidem, verſ.ſed quid ſi nullus*,dicit , quòd fiunt literæ gratiæ, cum conditione,vt ſi aliquis hæres apparuerit , infrà aliquem terminum procuret , & ſic per hanc pragmaticam ceſſat in hoc Regno controuerſia *DD.*in hoc articulo,de quo agit *Parlador.different quotid.*51.§.2. quæ quidem Pragmatica intelligenda eſt ſecundùm ordinem iuris,vt per *Præſ.de Franch.dec.*611.

8 Quid autem in guidaticis,quę ſolent concedi cum clauſula,*dummodò non accedat ad loca, in quibus degunt partes offenſæ*,an inter has partes offenſas connumerabuntur ij tantùm, ad quos ſpectat ſucceſſio, iuxtà hanc Pragmaticam? credo, quòd non ſit faciẽda ità ſtricta interpretatio, ſed latior arbitrio Iudicis, vt per *Menoch.de arbitr.iudic. lib.*2. *caſu* 262. In quo quidem arbitrio erit recurrendum ad *Bartol.in l.ſi ità fuerit ſtipulatus* , §.*Chriſogonus , num.*10. *ff.de verb.oblig. Alex.conſ.*113.*lib.*2.*Clar. pract.crim.q.*47. *verſ.quæro etiam.*

9 Quid autem , ſi inquiſitus habita remiſſione ab his,ad quos ſpectat,remiſerit ſe ſe gratijs Curiæ, & Curia eum compoſuerit mulcta non mediocri , an poterit appellare,& petere,quòd illa ſumma moderetur arbitrio Iudicis? *gloſ.*notabilis in *l.*3.*in gloſ.fin. verſ.& ſic faciunt,C.de dot.promiſſ.* voluit , quòd ſic, pro qua eſt *text.*pulcherrimus in *cap. veniens , extrà de renunciat.& ibi gloſ.in verb.commiſiſſe*, dixi in *rubrica ſuprà eod.in fin.* ſed ſi poſt habitam remiſſionẽ
10 inquiſitus fuerit ingratus remittentibus , vtrum remiſſio poſſit reuocari propter ingratitudinem? dic, quòd non , ſecundùm *gloſ.*notabilem in *l.ſi donationis , C.de donat. Luc.de Penn.in l.*1.*C.de public. latit. lib.*12.*col.*17.*Iul.Ferret.in tit.de feriis, & induc.milit. treug.& pac.n.*181.

Poſt hæc edita reperi, quòd *Hortenſ.Cauale.in tract.de brach.Regio,in* 6.*part.* nouiſſimè edita , vbi agit de æquitate,& rigore in *princ.n.*39.*verſ.hinc eſt*,
11 habet pro abſoluto, quòd offendens , qui obtinuit veniam ab offenſo, ſi iterùm illum offendat,antequã abſoluatur à Iudice , beneficium pacis amittit tanquàm

quàm ingratus, ſed nihil ſpecificè allegat, niſi generalia de reuocatione donationis ob virtum ingratitudinis, qui propterea mihi antam præbuit diutiùs cogitandi in hac quæſtione, & poſt multa Ego libenter concurro cum *Canuleno*, quatènus in huiuſmodi pace, & remiſsione concurrit donatio; ſecùs autem quatenus in ea non concurrit donatio, ſed potiùs ex chriſtiana pietate debiti perſolutio; & ideò eſt animaduertendum, quòd quemadmodùm ex quolibet delicto duplex proficiſcitur actio, altera criminalis, quæ ſanguinis vindictam proſequitur in ſatisfactionem iniuriæ, ſeu offenſæ perſonæ illatæ, altera verò ciuilis, quæ proſequitur emendam intereſſe in ſatisfactionem damni in bonis illati, *tot. tit. C. quando ciuil. actio crimin. præiud. & ibi Doctores.* Ita ex remiſsione delicti duplex ſequitur effectus, alter, qui perimit illum animi rancorem, tendentem ad vindictam ſanguinis, & vltionem iniuriæ, & offenſæ in perſonam illatæ, & ſic delet actionem criminalem, alter verò, qui relaxat, & condonat omne intereſſe, & damnum in bonis illatum, *Sebaſtian. Guazzin. de pace, cap. 28. part. 1.* Quatènus igitur agatur de remittendo rancorem ad finem conſequendi primum effectum, ſcilicèt peremptionem vindictæ ſanguinis, & deletionem actionis criminalis, pietas, & religio Chriſtiana obligat quemlibet offenſum ad remittendum offenſam gratis amore Dei, & per nouam offenſam non poteſt vlteriùs illatæ iniuriæ reminiſci, quia in *Euangelio* dicitur, *ſi quis percuſſerit maxillam tuam, præbe ei & alteram*; quatènus verò agatur de remittendo intereſſe ob damnum in bonis illatum, hanc remiſsionem regulariter offenſus non tenetur facere gratis, niſi habita iuſta damni paſſi emendatione, & propterea ſequitur, quòd reſpectu primi effectus, qui reſpicit vindictam ſanguinis nulla concurrit donatio, dùm quilibet vir Chriſtianus ex præcepto Diuino tenetur gratis remittere illum rancorem, & ſic eſt potiùs debiti perſolutio, quàm donatio, reſpectu verò ſecundi effectus, qui reſpicit remiſsionem damni, & intereſſe in bonis paſſi, non eſt dubium, quòd eſt mera donatio. Hinc eſt, quòd ſi minor petat reſtitutionem in integrum aduersùs remiſsionem, ſeu pacem delicti à ſe factam, non reſtituitur, ſi illam petat ad vindictam, & necem, ſecùs ſi ad proſequenda damna, & intereſſe, ità *Luc. de Penn. in l. 1. C. de public. latit. lib. 12. Afflict. in c. 1. §. iniuria, punitur, col. 10. de pace iur. firm.*

12 Hinc, ni fallor, patet clariſsima reſolutio quæſtionis propoſitæ; nàm aut ex noua offenſa prætendet offenſus reuocare remiſsionem factam reſpectu primi effectus, qui reſpicit vindictam ſanguinis, & dubio procul non poteſt vllo modo, quia remiſsio quòad illum effectum non eſt donatio, ſed exhibitio Chriſtianæ pietatis, & debiti perſolutio ex præcepto Diuino, & ità procedit *gloſ. in l. ſi donationis, C. de donationibus*, aut verò prætendit reuocare illam remiſsionem reſpectu ſecundi effectus, qui reſpicit damni relaxationem, & tunc ſi remiſsio eſt facta gratis, eſt mera donatio, & per conſequens eſt locus reuocationi ex omnibus cauſis ingratitudinis à lege introductis contra donatarium ingratum, de quibus in *l. fin. et ibi DD. C. de reuoc. don.* ſed ſi remiſsio eſt facta recepta mercede in emendationem damni paſſi, & tunc nulla eſt donatio, & ſucceſsiuè nulla cadit reuocatio.

13 Non me latet, remiſsionem rancoris, & odij ſatis differre à remiſsione vindictæ ſanguinis, quæ tendit ad ſatisfactionem iniuriæ, iuxtà diſtinctionem communem omnium *Doctorum*, nedùm Ciuiliſtarum, ſed Canoniſtarum, & etiam Theologorum, prout *Ciuiliſta* traduat in *l. 2. ff. ad Syllan. Canoniſta in cap. olim, extrà de iniur. & Theologi in variis locis*, prout *Syneſt. in verb. charitas, queſt. 3. Cajet. quæſt. 25. art. 9. Nauarr. in manuali confeſſ. cap. 14. num. 25.* reaſſumit *Villalpand. in repet. l. 22. tit. 1. part. 7. in 3. part. quæſt. 3. fol.* mihi 164. plenisſimè *Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 4. quæſt. 32.* qui propterea concludunt, offenſum teneri ex præcepto Diuino ad remittendum odium, & rancorem, non autem ſatisfactionem iuſtitiæ, & vindictam ſanguinis, quaſi quòd detur proſequutio vindictæ ſanguinis abſq; odio, & rancore. Immò

14 *Joſeph Sefe deciſ. Aragon. 101.* concludit, quòd etiam facta pace per inſtrumentum publicum non cenſetur remiſſum ius proſequendi vindictam, ſed ſolùm rancor, & odium, & omnes mouentur ex *text. & ibi gloſ. in cauſa, qui contuſatus 90. diſtinct. can. ſi is, qui Prælatus, vbi gloſ. in verb. poſſumus 23. q. 4. can. de occidendis 23. q. 5. can. qui emendat 45 diſt. can. eſt iniuſta miſericordia, & c. diſplicet 23. q. 4.*

Sed hæc ita ſi mihi nullatenus probant, nàm quatènus permittunt, immò præcipiunt vindictam delictorum patratorum ad emendationem delinquentium, non loquuntur reſpectu perſonæ priuatæ, cui infertur iniuria, & offenſa, ſed reſpectu perſonæ publicæ, quæ ex munere ſui officij, vel poteſtatis ei à iure traditæ habet ius vindicandi delicta, quæ benè poteſt ſuum munus explere abſq; odio, & rancore, ſed reſpectu priuati offenſi Ego nunquàm percipere valui, quomodò hæc diſtinctio poſsit in praxi deduci tuta conſcientia, non enim video, quomodò priuata perſona poſsit induci ad proſequendum vindictam propriæ iniuriæ, non ex odio, & rancore, quo proſequatur offenſorem, ſed ex bono zelo, nè delicta remaneant impunita, vt præſupponunt præcitati *Doctores*. Nàm ſcio, quòd *Diuus Auguſtinus lib. 83. ſuarum quæſtionum* ait, difficillimum eſt, vt homo vindicet aliquid ſine ira. Me tamen ſemper remitto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & rogo, in facti contingentia videri *Ludouic. de Beia caſu conſcient.* 10. cui nouiſsimè adhæret *Sebaſtian. Guazz. de pace, p. 1. q. 4. n. 8.*

15 Non tamen diffiteor, quòd remittens ſimpliciter rancorem, & odium non cenſetur remittere accuſationem in iudicio, ſed tantùm vindictam, & offenſionem de facto, ità *Andr. in c. omnibus, num. 4. verſ. nàm ſi in pace, de prohib. feud. alie. per Lothar.* & remittens

16 iniuriam non cenſetur remittere damna, & intereſſe, etiam ſi talis remiſsio fiat mediante pretio, & accepta pecunia, vt voluit *Joſeph Sefe deciſ. Aragon. 101. num. 21. & 24.* poſt *Couarr. Clar. & Gomez.* quos allegat, quod vltimum apud me habet maximum dubium, & eſt videndus *Carauit. Rit. 275.* qui plures tractat quæſtiones in hac materia.

17 Nec etiam eſt ambigendum, quòd remiſsio poteſt fieri ſub conditione, *quòd inquiſitus non accedat ad aliquem locum, vel quòd non diſcedat à certo loco*, ſecundùm *Anton. Gamm. deciſ. Luſit. 63.* nouiſsimè *Gizzar. dec. 11.* quod Ego intelligo, quandò talis conditio non eſſet perpetua, aliàs enim eſſet reijcienda à Iudicibus inferioribus, & à Principe ſolùm poſſet admitti, vt conſtat ex eodem *Ant. Gamma deciſion. Luſit. 368.* & hanc meam diſtinctionem inter conditionem huiuſmodi perpetuam, vel breui tempore duraturam reperi antè me amplexum fuiſſe *Vulpel. in tract. de pace, quæſt. 55.* & poſt me ſequutus eſt doctiſsimus *Maſtrill. deciſ. 38.* & ideò dùm aliàs accidiſſet caſus in perſonam cuiuſdam Nicolai de Lippo Terræ Laconigri, qui, vt obtineret remiſsionem

homi-

homicidij per ipſum commiſſi à partibus offenſis, obligauit ſe per inſtrumentum publicum de non accedendo in perpetuum ad prædictam Terram Laconigri ſuam patriam,me patrocinante dicta obligatio fuit declarata nulla,& inualida, referēte humaniſſimo, ac doctiſsimo Viro Fuluio Conſtantio, tunc Regio Conſiliario,poſteà verò dignisſimo Regente in Supremo Italiæ Conſilio apud Catholicam Maieſtatem,& indè translato ad idem officium Regentis in hoc Regno,Act.de Fęlice, & motus fui ex infraſcriptis fundamentis.

Primum,quia continet pactum expreſsim à iure reprobatum,nempè ſuper re,in qua ſolùm Prætoris imperium verſatur, vtputà exilium perpetuum à propria Patria,& in his,in quibus Prætoris imperiū, aut iuriſdictio verſatur,priuatorum pactiones protsùs reijciuntur,ità eſt expreſſus *text.in Lucriſgentium. §.ſi paciſcatur.ff.de pact.* per quem *text.* ità in proprijs terminis, & ideò in indiuiduo caſus mei conſuluit *Ancharan conſil.*75.omninò videndus, quem in proprijs terminis refert,& ſequitur *Iul.Ferrett.* poſt hæc ſcripta viſus in *tract. de feriis, & inducijs militar. num.*118. Quòd autēm exilij pœnæ impoſitio pertineat ad Prætoris imperium, immò quòd ſit de mero imperio,patet ex *Bart.in l.Imperium, num.*10. *ff.de iuriſdict.omn.iud.* vbi hanc pœnam collocat in quarto gradu, ibiq; paſsim cæteri *Scribentes* ſequuntur. Nequè de hoc ambigi poteſt, cùm exilium connumeretur inter pœnas capitales à *Iureconſulto in l.2. ff.de publ.iud.* qui *text.* licēt hoc reſtringat in deportatione tantùm, quæ eximit caput à Ciuitate,tamen *Bart.ibi in principio* intelligit in quolibet exilio, ſed ſi non eſt pœna capitalis, ſaltim erit quaſi corporis afflictiua,conſiderando,quòd ab exilio prouenit peregrinatio,ex peregrinatione paupertas,ex paupertate cruciatio,& ex cruciatione mors, prout conſiderat *Bart.in l.ſi conſtante,num.*20.*&* 21. *ff.ſol.matr.* & plenè *Magon.in dec.Lucenſ.*36.*n.*25.

Secundum,quia eſt contra publicam vtilitatem, nàm Reipublicæ intereſt,vt Ciuitates repleantur liberis hominibus, *l.fin.§.pen.ff.de bon.damn. l.fin.in fin.C.de inſt.viduit.toll.* cuius ſolius rationis contemplatione ſunt conceſſa matrimonio tot, tantaq; priuilegia,de quibus plenè per *Doctor.in l.1.ff.ſolut.matrimon.*& tamēn hæc obligatio operatur totum cōtrarium,quia priuat ciuem propria patria, & ipſam patriam proprio ciue.Nec dicatur,quòd hoc parum refert, quia hic poterit conſtituere ſuum domicilium alibi,& ſic Reſpublica in vniuerſo conſiderata,cùm illum adhùc retinere dicatur,non poteſt dici læſa, nàm hic Nicolaus Ioannes in propria patria eſt ciuis originarius, in aliena verò eſt incola, & in iure notiſſima eſt differentia inter ciuem,& incolam,tàm conſiderato intereſſe ipſius patriæ,cui quantum debeamus,nemo eſt,qui ignoret, & docet *Iureconſult. in l.veluti ff.de iuſtit.& iur.*& latè *Foller.de cenſibus, in verſ.Nicolaus Epiſcopus,nu.*149. quàm etiam conſiderato intereſſe ipſius ciuis, qui maioribus gaudet prærogatiuis, & priuilegijs vt originarius, quàm vt incola, prout pulcherrimè demonſtrat *Menoch. de præſumpt.lib.*5.*præſumpt.*12.*num.*56. Dùm ergò ex his patet,quòd hæc obligatio continet pactū contra publicam vtilitatem,ſequitur illa concluſio de iure, vt nec etiam iuramento validetur, ſecundùm *Bart. in l.ſi quis pro eo,num.*7.*ff.de fideiuſſ.* communitèr approbata, teſte *Alciat. in c.cùm contingat,n.*86. *extrà de iureiur.Couar.in relect.c.quāmuis p.*2.§.1.*n.*1.*cum ſeqq.de pact.in* 6.

Tertium,quia eſt contrà ius naturale, naturale quippè eſt, vt vnuſquiſq; natalem diligat ſolum, & nihil dulcius habeat Patria, ſecundùm dictum *D. Hieronym.cap.*2.*ſuper Hierem.* & iuxtà illud Poeticum,*dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos*, optimus *text.* iuncta *gloſ.in verb.ſcripſit in l.qui habeat,in princ. ff.de legat.*3. Hinc de iure naturali introductum eſt, vt in primis patriæ, deindè parentibus pareamus, iuxtà ordinem literæ in *l.veluti, & ibi Doctor. ff.de iuſtit.& iur.* & leges ipſæ impios reputauerunt eos, qui vitando patriam Ciuitates fugiant,aut deſerant, ius habitandi cauſa,vt eſt *text.* expreſſus in *l.*1.*C.ſi curial.relict.ciuit. lib.*10. & ex eodem naturali iure inductum eſt,vt quilibet præſumatur ſuam patriam diligere,teſte *Lue.de Pem.in l. quicunq; præſ.*110. *C. de epiſc.publ.lib.*10. *& Alciat.de præſ.reg.*3.*præſ.*37. quò fit,vt tanquàm pactum contra ius naturale non ſubſiſtat, proùt notabilitèr docuit *Bald.in l.pactum.* 19.*q.C.de collat.*

Eſt etiam contrà ius naturale, vt pacta contrà libertatem,quæ eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet,*Inſtitut.de iur.perſonar.in princ.* quæ ſi coarctetur,non eſt libertas, & quodlibet pactum, per quod ius libertatis in aliquo infringitur,eſt à iure reprobatum, vt expreſsè ſtatuit *Iureconſult. in l. Titio centum,§.Titio centum,lo ſecondo, ff.de condit. & demonſtrat.*qui *text.*in ſecundo exemplo ibi poſito videtur mihi apertis verbis decidere caſum meū, dùm inter cæteras cautiones,quæ ſunt contrà libertatem,& propterea sūt à iure reprobatæ, refert eam, ſcilicèt,vt quis in alia Ciuitate domicilium habeat, obligatio,de qua nos agimus, nihil aliud virtualitèr continet,quàm vt prędictus Nicolaus Ioannes Lippus priuatus facultate perpetuò accedendi ad propriam Patriam,conſtituat ſibi domicilium in alio loco,meritò igitur de iure non tenet, proùt nec etiam tenent conſimilia pacta,quę infrigunt libertatem iuris vtendi, & fruendi rebus proprijs, de quibus in *l.penul. ff.de pact.*

Ex omnibus igitur tribus ſupradictis fundamentis, immò ex vnoquoq; ipſorum concludo, obligationem eſſe nullam, & nullius roboris, & momenti, proùt ità iudicatum fuit.

Pro qua deciſione nunc addo *Villalpand. in repet. l.*22.*tit.*1.*part.*7.*in* 8.*queſt.*3.*part.fol.*mihi 180. *à terg. Farinac.pract.crim.*2.*part.queſt.*107.*art.*20.*num.*262. *cum ſeqq.*vbi alios citat,*Cancer.lib.*2.*variar.reſol.cap.* 11.*num.*90.& nouiſsimè *Sebaſtian. Guazzin.de pace, & treug.par.*1.*queſt.*62. conferunt tradita per *Carauit.Rit.*275 *num.*12. *Ant.de Ballis varior.tract.lib.*5. *prax.*5 *tit.*28.*n.*7.

Scio tamen,quòd ſubtiliſſimus Hiſpanus *Baltaſſar de Ameſcua* olim Præſes Regiæ Cameræ Summariæ in hoc citerioris Sicilię Regno, & poſteà ſtatim electus in Conſultorem vlterioris Siciliæ,& demùm ad faſtigium Præſidentis Tribunalis Sacræ Conſcientiæ in ſuo ſophiſtico *tractatu*, quem edidit *de poteſtate in ſe ipſum, cap.*18.*lib.*2. impugnat hanc meam opinionem, ea potiſsimùm ratione, quòd ſcilicèt quilibet poteſt ſua ſpontanea voluntate mutare ſibi domicilium, illudquè de vno loco ad alium transferre;ergò eodem modo,inquit *ipſe*,poteſt quilibet illud mutare, & aliò transferre per pactionem initam cum tertio, ſed quàm facilèm reſolutionem habeat hæc ſua conſideratio, quilibet dignoſcit ex fallacia argumenti,ſiquidèm quandò quis ſua ſponte mutat ſibi domicilium, poteſt illud ad primum locum reuocare ad ſui libitum, & ſic retinet integram ſuam libertatem,non ſic in eo, qui per pactionem ſe obligaret de non redeundo ad habitandum,

nàm

ſum ſi pactum eſſet validum, non poſſet ad ſui libitum reuocare, & ſic aut eius argumentum corruit de per ſe, aut quatènus eſſet validum, & ſubſiſtens, retorquetur contra *Ameſcuam*, vt ſcilicèt quemadmodùm quis mutato domicilio ſua ſponte cum animo vlteriùs non reuocandi, poterit illud ad ſui libitum reuocare, non obſtante illa mutatione iam facta, eodem modo, qui ſe adſtringit ad non accedendum in propriam patriam per pactum, poterit talem obligationem reuocare, & ad patriam reuerti ad ſui libitum, & ideò non eſt mirum, ſi Suprema Tribunalia vlterioris Siciliæ approbauerunt meam diſtinctionem, reiecta contraria opinione, teſte *Maſtrill. deciſion. Sicil.* 38. vbi meminit vtriuſquè, A faciunt tradita per *Parlador. different. quotid.* 51. §. 2. nu. 3.

18 An autem hæc partis remiſsio ab hac Pragmatica requiſita ſit neceſſaria etiam in gratia, aut compoſitione facta per Principem non recognoſcentem Superiorem? docet *Theſſaur. deciſ.* 21. & latiùs *Iacob. Thoming. conſ.* 45. *lib.* 1. *per totum*, quod latiùs proſequere, vt per *Regentem de Ponte in tract. de poteſtat. Proregis, tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 4. *fol.* mihi 25. *Guazzin. de pac. part.* 1. *quæſt.* 38. tetigi *ſuprà in Rubric. de Abolition. in fine*, Addo nunc *Ioſeph. Seſe deciſ.* 178. *ſecunda parte*, *Molina de iuſt. & iur. tom.* 4. *tract.* 3. *diſput.* 46. *in fin. &* 48. & offendens ſuum offenſorem poſt factam concordiam, ſeù remiſsionem non dicitur pacem fregiſſe, & propterea puniri non poteſt vti fractor pacis, *Farinac. conſ.* 98. & iterùm circà gratiam, quæ fit à Prorege vide *Mutam deciſ. Sicil.* 44. *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 3. *c.* 7. *Borrell. de Præſt. Reg. Cath. cap.* 48. In Regno tamen eſt obſeruanda Pragmatica edita per Cęſaream Maieſtatem in anno 1539. vt in *Pragmat.* 9. *nu.* 3. *de Offic. Magiſt. Iuſtit. & pragm.* 1. *ſup. eod.*

Quid autem ſi fuerit offenſus Religioſus degens in clauſtro, vtrum remiſsio ſit expetenda à Monaſterio, vel à conſanguineis? quæſtio eſt ſatis diffuſa, & à *DD.* in varijs locis exagitata, & quia in facti contingentia illam diſputauit *Ferdinandus* meus filius, imprimendas hìc curaui eius Allegationes, tenoris ſequentis.

RERVM SVMMA.

19 *De crimine agitur in Curia loci delicti, tùm iure communi, tùm iure Regni.*

20 *Priuilegium* l. vnicæ, C. quandò Imperat. *competit perſonis Eccleſiaſticis, tùm iure communi, tùm iure Regni.*

21 *Crimen homicidij punitur pœna legis Corneliæ.*

22 *Perſonæ Eccleſiaſticæ non accuſant ad pœnam corporalem.*

23 *Veluti in pœna mortis, mutilationis membri, & ſanguinis, citrà irregularitatem.*

24 *Eccleſia pœnam ſanguinis abhorret.*

25 *Clericus debet potiùs permittere ſe occidi, quàm vt occidat, aut occidi faciat.*

26 *Perſonæ Eccleſiaſticæ debent cauere, nè præſtent occaſionem mortis.*

27 *Proindè ſub pœna irregularitatis non poſſunt querelare coràm Iudice ſæculari de maleficio, pro quo imponitur pœna ſanguinis.*

28 *Aliàs clericus teneretur de morte occiſi.*

29 *Hodiè quomodò, & qualitèr liceat Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis querelare coràm Iudice ſæculari de laicis malefactoribus.*

30 *Tunc potiùs eſt querela, quàm accuſatio.*

31 *Et querela ſimplex, & cuius natura.*

32 *Clericus accuſando criminaliter, quàmuis proteſtetur, quòd non intendit procedi ad pœnam ſanguinis, efficitur irregularis.*

33 *Clericus ſi accuſet criminaliter, non tantùm ſubiacet pœnis Canonum, ſed etiam eius accuſatio non admittitur.*

34 *Offenſo clerico per iniuriam ſanguinis pœna dignam, an ſatis ſit eiuſdē clerici de iniuria remiſſio, vel potiùs requiratur à laicis conſanguineis clerici.*

35 *Ius querelæ, quod permittitur perſonis Eccleſiaſticis, differt à iure accuſandi, quod competit earūdem perſonarum conſanguineis.*

36 *Clerico querelante citrà pœnam ſanguinis adhùc Iudex ſæcularis ex officio infligit pœnam ſanguinis.*

37 *Sed tunc opus eſt nouo proceſſu.*

38 *Teſtes recepti in querela permiſſa perſonis Eccleſiaſticis non probant pro imponenda pœna ſanguinis.*

39 *Accuſatio, & querela an ſint idem.*

40 *Querela inofficioſi teſtamenti dicitur accuſatio.*

41 *Querela, ſiuè accuſatio Monaſterij pro iniuria factæ perſonæ Eccleſiaſticæ procedet ceſſante accuſatione conſanguineorum offenſi.*

42 *Accuſantibus de iniuria facta Monacho, Monaſterio, & conſanguineis præferuntur conſanguinei.*

43 *Ius accuſandi non rem perſequitur, ſed vindictam expoſtulat.*

44 *Hinc ad hæredes neceſſarios pertinet, licèt ab hæreditate abſtineant.*

45 *Accuſatio non pertinet ad rem familiarem, ſed ad vltionem.*

46 *Ius conſanguinitatis non amittitur per Religionem.*

47 *Monacho interfecto, non Monaſterio, ſed conſanguineis excluſo Monaſterio ius vindicandi, & accuſandi ſuper nece defuncti competit, ex magis communi.*

48 *Tùm maximè cùm homicidium patratur ex cauſa propria, non intuitu Monaſterij.*

49 *Diſcrimen inter pœnam pecuniariam debitam ex ſtatuto hæredibus occiſi, & ius vindicandi, accuſandi, & remittendi.*

50 *Ius vindicandi, accuſandi, & remittendi non reſpicit hæredem extraneum, ſed ſuum neceſſarium, & ſanguinis.*

51 *Adhùc pœna pecuniaria per ſtatutum impoſita pro homicidio debetur conſanguineis occiſi Monaci, non Monaſterio.*

52 *Pœna pecuniaria eo caſu eſt pretium vindictæ.*

53 *Vindicta regulatur ex ſanguine.*

54 *Quid attento iure Regni.*

55 Pragmatica octaua de Compoſitionibus *metitur ius vindictæ, & pacis ex iure ſucceſſionis.*

56 *Pragmatica requirit duo copulatiuè, ſanguinem, & ſucceſſionis delationem.*

57 *Scripto hærede extraneo ius vindictæ, & pacis pertinebit ad conſanguineum, cui deferebatur legitima hæreditas.*

Non ſine numine Diuùm.

PAtrato in Terra Atripaldæ homicidio in perſonā Sauini Partialis Fratris Hieroſolymitani ſeruientis, de eo crimine agi oportet in Curia dicti Caſtri, Rubr. l. 1. & auth. qua in Prouincia, 19 C. vbi de crim. agi oport. & per pragm. ſub tub. vbi de delic. quis conuen. deb. quò ſit, vt omninò cognitio

sit Illustrissimi Principis Aucllini nilis Domini, & Ducis loci delicti, qui instat pro causæ remissione.

Quam remissionem minimè morari poterit informatio capta per Commissarium destinatum à Sua Excellentia ad petitionem Locumtenentis Prioratus Capuæ, cui obediebat Frater Sanius, ex priuilegio l. vni-
20 co, C. quandò Imper. *quod competere Ecclesiasticis personis, tùm iure communi, tùm ex mente* Constitut. Capit. de Rituum Regni *aiunt* Andr. in Constit. Statuimus, Capyc. dec. 160. Ann. alleg. 146. de Franch. dec. 234 & 597.

Siquidèm sumus in crimine homicidij, quod puni-
21 *tur pœna legis Cornelia, & morte, quo casu personæ Ecclesiasticæ non possunt accusare homicidam ad im-*
22 *positionem pœnæ corporalis, cùm sit generale in hac materia, vt quotiescunque ex offensa facta Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis sequi possit pœna mortis, muti-*
23 *lationis membri, aut sanguinis, Clericus offensus, aut alia persona Ecclesiastica non possit accusare, conqueri, aut querelare de illo delicto, sub pœna irregularita-*
24 *tis, cùm Ecclesia pœnam sanguinis abhorreat, vt dicit* glos. in can. si quem, in §. præuaricator 2. q. 6. *& notat* Iunoc. in cap. cùm oporteat, de accus. & in cap. crimina, de colluf. deteg. *& est* text. in cap. in Archiepiscopatu, de raptor. *vbi notat* Abb. num. 4. & Idem in c. 1. de calum. *vnde dicit* text. in can. vnum-
25 solùm 23. q. 5. *quòd clericus debet potiùs permittere se occidi, quàm vt ipse occidat, aut occidi faciat, vt notat* ibi glos. *& etiam* glos. eadem causa q. 1. *facit* tex. in c. periculosè, de pœnit. dist. 1. & tex. in cap. ex literis, de excess. prælat. cap. significasti, & cap. tua, de homic. *in quibus habetur, quòd personæ Ecclesiasticæ*
26 *omninò debent cauere, nè præstent occasionem occisionis, aut mortis, & quòd non possint sub dicta pœna ir-*
27 *regularitatis clerici conqueri, aut querelare coràm Iudice sæculari de maleficio, propter quod sequi debeat prædicta pœna corporalis, aut membri abscissionis, qua-*
28 *si iequeretur per dictam accusationem clerici, quòd clericus teneretur de morte occisi, & puniretur per Iudicem, vt in* d. c. vnum solùm, *& declarat* gl. in can. Maximianus 11. q. 4.

29 *Et licèt hodiè Prælatis, & Clericis quibuscunquè permittatur de laicis suis malefactoribus querelam pœnès sæcularem Iudicem deponere, petendo emendam sibi fieri, & prouideri, nè contrà eos talia de cætero præsumantur, protestando expressè, quòd ad vindictam, seù pœnam sanguinis non intendunt, quamuis in tali casu de iure debeat pœna sanguinis irrogari, etiam si Iudex mortem nocentibus inferat, iustitia exigente, alioquin si Prælati, aut Clerici propter metum huiusmodi, quia Iudex ad pœnam sanguinis posset procedere, de suis malefactoribus taliter conqueri non auderent, daretur plerisquè materia trucidandi eosdem, & eorum bona liberè depredandi, vt prouisum est per* Bonifac. VIII. in cap. Prælatis, de homicid. lib. 6. *cuius* text. *dispositioni statur hodiè, omninò optimè prouidenti clericis, secundùm* Abb. *& alios* in cap. postulasti, de homic.

30 *Tamen secundùm* Io. Andr. in d. cap. Prælatis *ea potiùs est querela, quàm accusatio, immò est querela*
31 *simplex, & quasi iactata per Clericum animo non prosequendi eam, sed deponendi querelam pœnès Iudicem sæcularem, quod innuit* text. *in iis verbis*, querelam deponentes, *in tantum, quod si Clericus non quæ-*
32 *reretur, sed accusaret criminaliter, quantumuis protestaretur seruata forma dicti* canonis, *non euitaret pœnam irregularitatis, & aliàs à Sacris Canonibus inflictas, in nihilo iuuante protestatione contraria facto, secundùm* Doctor. in dictis canonibus, Ioann. Andr. in dict. cap. Prælatis, & cap. postulasti, Abb. & Philip. Franc. in d. cap. Prælatis, Felin. in d. cap. postulasti, Calder. in cap. Inquisitores, de hæret. in sexto, *post*
33 Archid. *Quò fit, vt non tantùm prohibeatur Clericus accusare sub prædictis pœnis, verùm etiam, ex quo denegat lex sibi potestatem accusandi, nisi sub forma de qua in* d. cap. Prælatis, *non admittetur eius accusatio, vt per* Villalp. in repet. l. 22. tit. 1. partit. 7. par. 2. casu 6. sub n. 2.

34 *Quod clariùs patet ex eo, nàm offenso, vel iniuriato clerico, ex qua offensione oporteat sequi mortem, aut mutilationem membri offensoris, quo casu clericus directè per supradicta non potest accusare, licèt conqueri possit modo de quo suprà dictum est, & habetur in* dict. cap. Prælatis, *quia tamen eius querimonia non intendit ad vindictam sanguinis, nec etiam satis erit eius Clerici remissio de iniuria, vel offensa, vt dicatur satisfactum legibus communibus, & municipalibus requirentibus à partibus concordiam, sed pax, concordia, aut desistentia accusationis exigenda erit à laico consanguineo clerici, qui accusauit, aut accusare potuit criminaliter de prædicta offensa, vel iniuria facta Clerico suo consanguineo, siuè clericus inuentauerit querelam, iuxtà formam* cap. Prælatis, *siuè non, siuè etiam Clericus destiterit à sua querimonia, siuè non:*
35 *Nàm illud ius, & illud remedium, quod Clericus deduxit in iudicium, est diuersum, & separatum ab illo iure, & remedio intentato per secularem consanguineum, cùm istud tendat ad vindictam sanguinis, illud non, quod latiùs probat, & prosequitur* Villalp. vbi suprà à nu. 3.

Hinc Clerico querelante iuxtà formam cap. Pre-
36 latis, *circà pœnam sanguinis, Iudex adhùc ex officio constito sibi de crimine, poterit infligere pœnam sanguinis, sed quia talis pœnæ infrictio non causatur virtute illius querelæ tendentis, vel ad medicam correctionem,*
37 *vel ad ciuilem emendationem, habet necesse nouum processum inchoare, & postea condemnare, & pœnam*
38 *imponere sanguinis, adeò vt per depositionem testium examinatorum, iuxtà remedium querelæ clericalis, non erit probatum delictum, vt sequi possit pœna sanguinis, ità aiunt* Petr. de Ancharan & Philip. Franch. in dict. cap. Prælatis. *Hæc dicta sint ad excludendam Sacram Religionem S. Ioannis à prophano munere accusandi.*

Quòd si Religionem S. Ioannis, Conuentum, seù Assembleam, & Fratres Prioratus Capuæ, siuè conquærentes, siuè accusantes placeat audiri, quasi accu-
39 *satio, & querela idem sint quia querela inofficiosi testamenti dicitur accusatio, vt* l. parentibus, & l. in arc-
40 nam, C. de inoffic. testament. *adhùc ea accusatio vendicaret sibi locum, quotiescunquè non accusarent con-*
41 *sanguinei occisi Fratris, dato cum ius accusandi vtrisquè competere, & Fratribus Conuentualibus Hierosolymitanis, & Consanguineis, dubio procul in con-*
42 *cursu potiores partes in accusando obtinebunt Consanguinei ratione sanguinis, quàm Fratres ratione Religionis: quandòquidèm sumus in iure accusandi, quod*
43 *vei persecutionem non capit, sed in sola vindicta est*
44 *constitutum, vt proindè ad heredes necessarios pertineat, quamuis aliàs ab hereditate abstineant,* l. quæ-
45 situm, ff. de sepulchro viol. *Hæc enim est eius actionis natura, vt non ad rem familiarem, sed magis ad vltionem pertineat,* l. sepulchri violari, ff. eodem titulo,
46 *per Religionem autem ius consanguinitatis non fuit deperditum, vt in* l. Deo nobis, *vbi habetur*, C. de Episcop. & Cler. *& notat* Ilald. in l. 3. C. de hered. instit. nu. 6. *post* Bart. in auth. de sanctiss. Episcop. §. nullum, & glos. in §. huius, *per quæ ità concludit pro con-*

san-

& ſanguinis contrà Monaſterium Villalpand. in repet. l. 22. tit. 1. part. 7. par. 2. caſu 7. *Hinc Monacho interf. cto, non Monaſterio, ſed Monachi conſanguinei, excluſo Monaſterio ius vindicandi, & accuſandi ſuper nece defuncti competere, eſt communior, & magis communis opinio* Doctor. *de qua apud* Boer. deciſ. 121. num. 9. Feder. de Senis conſ. 173. Aret. in l. prio hærede, §. fin. in 2. notab. verſ. per hæc iura, ff. de acquir. hæred. Plaza epit. delict. cap. 41. à num. 13. *deinceps* & Farin. praxi crim. par. 1. tit. de accuſ. quæſt. 13. de accuſ. ſuper nece defunct. & profeq. ſuor. iniur. qui præfert ampliat. 7. per tot. à num. 19. ad 27. *præſertim* num. 18. & 20. *apud quos licet videre, quòd quantumuis aliàs ſit conſl. ctus inter* Doctores *in hac quæſtione, adeò, vt videantur duæ communes opiniones; tamen communior eſt ſententia quæ ſequit ſanguinis ex teſtimonio* Caraun. ſuper Ritu 175. num. 33. Boer. & Plaz. relatis, & Farin. vbi ſuprà num. 25. *qui* num. 26. verſ. ideò pro viterioti, & verſ. ſi verò agitur, *comprobat hanc opinionem authoritate* Boſſ. tit. de pace, num. 24. & *confutat opinionem* Vulpell.

Quæ ſententia tùm magis amplectenda eſt, cùm ho-
48 *micidium in perſonam Fratris Seruientis ſequutum fuerit ex propria cauſa, non autem intuitu Religionis, vel ex cauſa negotiorum Religionis, quo caſu omninò excluſo Monaſterio ius accuſandi, & remittendi ſpectare ad conſanguineos Monachi, voluere* Iul. Clar. prax. crim. quæſt. 68. verſ. vlteriùs quæro, Papon. lib. 24. tit. 2. arreſto 4 Caraun. Ritu 175. num. 34. & Farin. vbi ſuprà d. num. 26. d. verſ. ſi verò, Guazzin. de pace, q. 1. in 7.

49 *Auxetur veritas pro conſanguineis, nàm non agimus hodiè de pœna exigenda ab homicida applicanda hæredibus occiſi, qua ſorte acquireretur Monaſterio, ſi fuerit capax, ſed de ipſo iure vindicandi, accuſandi, &*
50 *per conſequens remittendi, quod cùm extraneum hæredem non reſpiciat, ſed ſuum neceſſarium, & ſanguinis, omninò ad conſanguineos pertinere, dicendum eſt, iuxtà diſtinctionem Oct. a.* Vulpell. de pace, quæſt. 14. *quam amplectuntur* Farinac. vbi ſupra, verſ. ſed certè indiſtinctè, ſiue homicidium interceſſerit ex cauſa propria, ſiue intuitu Religionis & Guazz. vbi ſuprà.

51 *I nomi adhuc alij placuit, pœnam pecuniariam forè per ſtatutum impoſitam in caſu homicidij occiſo Monacho exquiri conſanguineis, non Monaſterio, cùm*
52 *cenſeatur pretium vindictæ, quæ regulatur ex ſanguine, vt conſuluit* Federic. de Sen. conſil. 184. *quam-*
53 *uis ſecundum alios contrarium videatur ſenſiſſe conſil. 35. cum quo videtur pertranſiſſe* Roman. in gul. 456. Caraun. dict. num. 33. *pro priori tamen opinione fuit deciſum, vt per* Boer. deciſ. 121. per tot. & *veriorem, & communiorem probat, & teſtatur* Plaz. d. c. 42. n. 16.

Stabergò veritas de iure, conſanguineos Fratris Seruientis præferri in accuſando nece Sanini Summæ Aſſemblée S. Ioannis.

54 *Quæ iuris diſpoſitio ne quidem cenſetur alterata*
55 *per Pragmaticam editam de compoſit. quæ inſtituit ius vindictæ, & pacis ex iure ſucceſſionis, nàm, vt ex Pragmaticæ verbis clarè liquet, & eſt de mente om-*
56 *nium* Scribentium ſuperdictà Pragmaticà, *Pragmatica requirit duo, occiſionem ſanguinem, & ſucceſſionis delationem, volunt enim obuiare alienationi*
57 *conſanguineorum, per quam ſcripto hærede extraneo, adhuc ius vindictæ, & pacis pertinebit ad conſanguineos cui deferebatur hæreditas ſucceſſio, vt per* Doct. in locis citatis.

Ex ſcripta ſunt in poſito ſimplici articulo præla-
tionis dicere accuſandi in enunciatiua, circumſcriptis pri-
uilegijs Illuſtriſſimi Principis, per quæ credo omnem ſuperari difficultatem.

Concludo igitur, conſanguineos proximiores Fratris Seruientis Sanini Partialis præferri in accuſando necem conſanguinei Reuerendo Priori, & Fratribus Prioratus Capuæ, & ità cenſeo. ſcribebam die 7. Ianuarij 1610.

Ferdinandus Rouitus.

RERVM SVMMA.

58 *Remittere de morte occiſi de iure Regni pertinet ad proximiores cum qualitate hæreditaria.*
De iure communi ſpectat ad proximiores mero iure ſanguinis, n. 68.
Sed qualitas hæreditaria, quæ requiritur in termiis huius pragmaticæ an debeat eſſe in potentia, vel actualis, n. 60. 64. & 80.
Ponderantur verba pragmaticæ prò, & contrà, dict. n. 60. 62. & 76.
59 *Remiſſione de morte occiſi an inducatur aditio hæreditatis, & pretium ſanguinis, quod indè prouenit, acquiratur creditoribus.*
61 *Hæreditas delata, & adita quid differunt, & n. 65.*
63 *Teſtatus pro parte quis poteſt decedere, & pro parte non ex diſpoſitione ſtatuti, & n. 79.*
66 *Nepos occiſi admittitur ad quærelandum, quàmuis nõ ſit hæres inſtitutus.*
67 *Quærelandi capax, eſt etiam capax remittendi, et n. 72.*
69 *Lagum correctio debet eſſe clara, & in dubio non præſumitur.*
70 *Remiſſio de morte occiſi an de iure communi ab omnibus proximioribus, vel aliquibus, vel ab vno tantùm eſſet impetranda.*
Quid de hoc iure pragmaticæ, n. 71.
73 *Quærelandi ius ſpectat iure ſanguinis, non hæreditario.*
74 *Deferri hæreditatem, & ſucceſſionem quid propriè ſignificat, & n. 77.*
75 *Bonorum poſſeſſio quotuplex, & quid inter ſe differant.*
78 *Hæres dicitur, qui actu eſt hæres.*

HOC remittendi ius de morte occiſi an cõpetat proximioribus iure ſanguinis, vel iure hæreditario, attenta etiam diſpoſitione huius pragmaticæ?

58 Nullam hùcuſquè apud Nos habuit difficultatem articulus hic, an ſcilicèt ius remittendi de morte occiſi requirat in ipſis proximioribus remittentibus qualitatem hæreditariam, non ſolùm in potentia, ſed etiam in actu, & in effectu, ità vt proximior, cui de iure competit ſucceſſio, non poſſit remittere, niſi cum effectu adeat hæreditatem, aut ſaltem eò ipſò, quòd remittit cenſeatur effectualitèr adire, ſiquidem in Supremis huius Regni Tribunalibus, & præſertim in Mag. Cur. Vic. vbi quotidiè fere hic caſus vſu euenit, paſſim fuerunt admiſſæ remiſſiones delictorum circà homicidia ab illis conſanguineis occiſi, quibus defertur ſucceſſio in bonis occiſi ab inteſtato, quantùmuis alij ſint hæredes ex teſtamento, vel forſitan ijdem conſanguinei proximiores, vel aliqui ipſorum noluerint adire, & acceptare hæreditatem ab inteſtato ipſis delatam. Sed tam inueterata Praxis, quæ ex ſolo ſulo debebat eſſe apud omnes inconcuſſa, & illibata non potuit effugere iurgia litigantium, & anfractus iudiciatios, ſumpta occaſione ex pretio ſanguinis occiſi
59 recepto à filio remittente, quod prætendebant credito-

ditores non potuisse recipi simplici iure sanguinis ab remissionem ab eo factam de morte patris, nisi simul,& semel cum qualitate hæreditaria,& propterea contendebant, vel quòd ex dicto actu remissionis factæ inducceretur aditio hæreditatis paternæ,& non facto inuentario solemni teneretur insolidum creditoribus paternis,vel saltèm pro quantitate recepta occasione remissionis, quam non potuit recipere citrà ius,& nomen hæredis, & propterea erat effecta hæreditaria, deberet creditoribus hereditarijs paternis satisfacere.

Quæstio hæc fuit longè, latèq; disputata in Sacro Consilio iunctis Consiliarijs duarum Aularum inter Franciscum de Noguera, & Io. Aloysium,& alios de Casolla creditores Fabritij de Noguera patris dicti Francisci, qui in pupillari ætate cum authoritate matris tutricis fecit se declarare hæredem patris mediante decreto præambuli M.C.V. & vti hæres fecit remissionem de morte patris, & vti hæres recepit ab occisoribus ducatos quingentos pro remissione,& hoc facto dicebant creditores paterni,quòd articulus, quatènus de iure pateretur difficultatem contrà ipsos, remanebat tamen absolutissimus in eorum fauorem, dùm dictus Franciscus filius expressè adiuit hæreditatem paternam, & vti hæres remisit, & vti hæres recepit pretium. At Sacrum Consilium,nullam fecit reflexionem circà hoc factum,dùm ex actis constabat, quòd dictus Franciscus factus maior infrà legitima tempora petijt restitutionem in integrum aduersùs aditionem, vt suprà factam, & auditis creditoribus obtinuit restitutionem,& beneficio restitutionis abstinuit,immò repudiauit hæreditatem paternam,& sic remansit disputandus merus iuris articulus,vt suprà propositus.

Creditores non negabant, quòd attenta dispo-
60 tione iuris communis ius hoc remittendi competit consanguineis mero iure sanguinis absquè aliqua qualitate hæreditaria, sed asseuerabant, hoc esse immutatum ex dispositione huius Regiæ Pragmaticæ, quã ponderabant tàm in assertuis in proœmio, quàm in dispositiuis in corpore, in assertuis ponderabant illa verba propè *princ.* ibi *dubitando alcuni,che in virtù di dette lettere fosse necessario ottenersi remissione da tutti li parẽti delli morti, oltre quelli,che sono più prossimi, & in primo grado congionti, alli quali si deferisce l'heredità, e successione delli morti*, & in dispositiuis ibi: *che s'ottengano le remissioni predette da tutti li parenti di detti occisi più prossimi, & più congionti,alli quali si deferisce la successione del morto,*& iterùm ibi: *Ma volemo, che tutti quelli, che sono nel medesimo grado, alli quali si deferisce la successione,* & paulò inferiùs ibi *da tutti li predetti, alli quali si deferisce la successione nel primo, scù più prossimo grado congionti di detti morti*, & ex his clausulis aiebant resultare, quòd duo copulatiuè ex hac Pragmatica requiruntur. Alterum, quòd sit proximior in gradu, Alterum verò, quòd sit hæres,& successor vniuersalis, & sic quòd habeat qualitatem hæreditariam; Ad quod probandum vtebantur authoritate *Lut.Foller.in d.pragm. à num.39. vsq; ad n.46.Canan.in Rit.272.num.1.in fin.Baiard.ad Clar.§.fin.q.*58.*Reg.de Ponte in tract.de potestat.Proreg.in tit.de prouis.fier.solit.§.4.num.16.ad n.31.Rey. Tapia in ead.Prag.Phil.Pacheh.de virib.patr.potest. par.2.cap.1.sub n.9. vers.sed hæc opinio,Anell.Amat. cons.18.* demùm inter tot grauissimos Authores miscebant meam etiam qualemcunq; authoritatem in ipsamet *Prag.in princ.* quam autumãt esse claram pro eorum intentione.

Et ad verba Pragmaticæ, **quæ totiès repetunt**, vt successio deferatur, & sic videntur considerasse, hæreditatem esse delatam tantùm, non etiam adi-
61 tam; respondebant,quòd deferri dicitur hæreditas, dùm datur,& consignatur, proùt sic intelligit *Rebuff.in l.delata,ff.de verb.significe*, in explicatione illius,in *verſ.Nonò deferre*, adducendo *text.in l.1. ff. de succeſſ.edict.* asserendo, quòd hæreditas tunc dicitur verè delata, quandò est acquisita; sed quandò est in potentia adeundi tantùm,intelligitur delata, & sic est fictè delata,non autém verè, & hoc fundabant ex *dict. l.1. ff.de succeſſ.edicto*, *in vers.decretalis bonorum possessio*, quatènus ibi subnectitur, *decretalem bonorum possessionem non posse repudiari, quia, non dùm delata est, nisi cùm fuerit decreta,& post decretam nequaquàm repudiari potest, quia quod acquisitum est,repudiari non potest*, & sic ex eo *text.* sumebant argumentum,quòd hæreditas tunc dicetur delata,quandò est decreta à Iudice, & quandò est decreta,iàm est acquisita, ergò semper dicetur hæreditas acquisita, cùm est delata.

62 Vtebantur etiam argumento ab absurdo euitando, seù potiùs superfluitate in *Authoribus* huius Pragmaticæ. Nàm si voluissent considerare solùm potentiam succedendi in proximioribus defuncti, seù ius succedendi in potentia,& non in actu,vtiquè sufficiebat dicere, & vocare *li più prossimi capaci della successione del morto*, non repetendo totiès illa verba, *alli quali si deferisce la successione*, nè igitur arguantur de superfluitate *Conditores* huius Pragmaticæ,dicendum est,quòd illa verba totiès repetita debent aliquid operari, & si debent aliquid operari, necesse est,vt operentur concursum,nedùm qualitatis hæreditariæ in potentia,sed etiam in actu.

Et demùm ad euitandum motiuum, quod ob oculos infestabat; quòd scilicèt datis aliis hæredibus ex testamento defuncti, quàm proximioribus consanguineis vocatis ab intestato, Pragmatica remansisset frustratoria, & ius remittendi fuisset penitùs extinctum,nulla superexistente spe obtinendæ remissionis per inquisitos, dicebant, quòd in hoc
63 casu ijdem proximiores habent ius remittendi, licèt non sint hæredes; quia hoc est expressè permissum à Pragmatica, & in hoc casu hæres testamentarius repræsentabit hæredem, & successorem vniuersalem, ipsi verò proximiores in illo actu remittendi tantùm erunt hæredes ab intestato,quod non est inconueniens, dùm statutum permittit,ex *Dec.in l.ius nostrum.ff.de reg.iur.* præsertim ex post facto, *l. circà,& ibi glos.ff.de inoff.testam.*

64 E'contra verò Franciscus filius enixè instabat, quòd hæc Pragmatica in nihilo alterabat dispositionem iuris communis, immò illam potiùs confirmabat,ità vt hi,quibus defuncti hæreditas defertur, non debebant necessariò esse actualitèr heredes defuncti,sed sufficiat,si à lege vocentur ad illius hæreditatem,etiam si actu non sint hæredes, vel quia adhùc non adiuerunt,vel quia expressè repudiauerũt, seù abstinuerunt,vel quia adire nequeunt,alin ex testamento instituto.

65 Primò ponderando eadem verba Pragmaticæ ex aduerso ponderata in illis verbis, *alli quali si deferisce la successione del morto*. Nàm hæreditatem deferri non est esse aditam, sed posse adiri *l.delatam 51.ff.de verbor.significat.* vbi *Rebuff.* agnoscit differentiam inter hæreditatem delatam,& aditam,& *l.is, qui hæres 13. ff.de acquirend.hæred.* vbi dicitur ad verbum, quod is,qui hæres institutus est,vel cui legitima hæreditas delata est,repudiatione hæreditatem

rem admittit, & ſic tunc dicitur hæreditas delata, non quandò eſt adita, ſed quandò eam hæres adire poteſt, ità quòd nihil neque ex parte hæreditatis, neque ex parte hæredis impedit, quòminus eam conſequi poſſit, vt *Alciat.* optimè explicat in *dict. l. delatam*.

66 Secundò adducendo authoritatem rei iudicatæ ab eodem Sacro Conſilio, relatam per *Præſid. de Franch. deciſ.* 611. vbi Nepos occiſi, qui moriens inſtituit hæredem Hoſpitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, tur admiſſus ad querelandum, quàmuis non eſſet hæres occiſi, & redditur in *deciſione* ratio his verbis, videlicèt, *prædicto cum nepoti delata erat hæreditas, & ſic hic caſus comprehenditur ſub diſpoſitione Pragmaticæ editæ ſub die* 15. *Octobris* 1567. ex quibus verbis tria reſultant expreſsè deciſa, primum, quòd actualis aditio hæreditatis non eſt neceſſaria ad querelandum, ſed ſufficit ſola delatio, ſecundum, quòd ſufficit delatio legalis, & ſic ab inteſtato, etiam ſi ob inſtitutionem extranei in teſtamento factam proximior non poſſit adire, tertium, & vltimũ,

67 & hoc tangit caſum noſtrum, quòd ſicut hæc procedunt quòad querelandum, ità etiam quòad remittendum, dùm dicit *Præſ. de Franch.* illum caſum cõprehendi ſub dicta Prag. edita ſub die 15. Octobr. 1567. quæ eſt hæc eadem impreſſa ſub *num.* 8. huius *rubr. de compoſit.*

68 Tertiò, & vltimò dicebat, quòd ſi eſt vera concluſio de iure communi, prout eſt veriſsima, quòd hoc ius remittendi competit proximioribus iure ſanguinis, nulla requiſita qualitate hæreditaria actuali, prout probat *Bart. in l. ſi filius, num.* 8. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* quem vno ore ſequuntur paſſim *Doctores* omnes, relati tàm à *Boer. dec.* 11. *num.* 4. quàm à

69 *Farin. qu.* 14. *num.* 19. & 20. vtiquè is, qui correctionem iuris communis allegat per Regni Pragmaticam, illam probare debet ſpecificam, & claram, & aliàs non præſumitur, immò ſemper legum correctio eſt euitanda, & ſi non corrigitur, cur ſtare prohibetur? *l. præcipimus, C. de appellat. l. illud, C. de collat.* ſed ex dicta Pragmatica talis correctio nullo modo reſultat; ſiquidèm eius diſpoſitio non tendit ad inducendam, vel excludendam qualitatem hæreditariam in proximioribus occiſi remittentibus, ſed ſolùm ad declarandum gradum, & numerum illorum, à quibus expetenda eſt remiſsio, dùm de iure communi ſatis controuerſa erat hæc quæſtio, an omnium pro-

70 ximiorum remiſsio, & pax erat neceſſaria, vel ſufficeret vnius tantùm, vel maioris partis? de qua laudatiſsimè per *Doctores* omnes in *l.* 4. §. *Cato, ff. de verbor. obligat.* & varietates opinionum recenſet *Farin. d. quæſt.* 14. *num.* 11. *cum ſeqq.* & ipſe *num.* 15. adhæret illi opinioni, quòd ſufficiat remiſsio habita à maiori parte. Item de iure communi ius quærelandi, & accuſandi datur tàm proximioribus defuncti, quàm hæredi ſcripto, etiam extraneo, teſte *Ripa in d. l.* 4. §. *Cato, ſub num.* 162. *verſ. conſidero, ff. de verbor. obligat.* & reaſſumit *Farinac. d. quæſt.* 14. *num.* 11. quòad proximiores, quò verò ad extraneum hæredem ſcriptum, probat *text. tit. ff. & C. ad ſyllan. l. hæredem* 17. *ff. de leg.* 1. adeò vt hæredi etiam extraneo non proſequenti vindictam necis defuncti ſit impoſita pœna privationis hæreditatis, *dd. hæredem, & l. ſororem, C. de his, quib. vt indign.* cum ſimilibus. Superuenit poſtea in Regno *Prag.* 5 *huius Rubricæ*, quæ diſpoſuit,

71 delinquentem non poſſe admitti ad gratiam, aut comoditionem, niſi habuerit remiſſionem *di tutti quelli, che reſtano, & che ponno querelare*, prout ſunt formalia verba *ex.* & ſic fuit deciſa illa quæſtio tàm

72 controuerſa de iure communi, vt ſcilicèt non ſufficiat remiſsio habita à maiori parte proximiorum prout adhærebat *Farinac.* ſed requiratur omnium proximiorum ſuperſtitum, & qui poſſunt accuſare. Sed quia adhùc remanebat dubium, qui eſſent hi ſuperſtites, & qui poſſunt accuſare, quorum omnium remiſsio neceſſariò requiritur, Ad conſultationem Magn. Cur. Vicar. fuit edita præſens *Pragm.* 7. per quam ſtatuitur, *che s'ottengano le remiſſioni da tutti li parenti di detti occiſi più proſſimi, & più congionti, alli quali ſi deferiſce la ſucceſſione del morto*, & iterùm paulò inferiùs, ibi: *volemo, che tutti quelli, che ſono nel medeſimo grado, alli quali ſi deferiſce la ſucceſsione, habbiano à rimettere*. Ecce igitur, quòd nihil quærebatur, aut dubitabatur in his conſultationibus de qualitate hæreditaria, vel non hæreditaria, ſed ſolùm de numero, & gradu proximiorum remittere debentium, ergò reſponſio non poterat adaptari ad id, de quo non dubitabatur, nec quærebatur, & propterea remanſit in mera diſpoſitione iuris communis, quæ illam qualitatem hæreditariam non requirit in actu, ſed in potentia tantùm.

73 Augebat motiuum vnus ex Dominis, quòd ex diſpoſitione *dict. Pragmat.* 5. ius remittendi regulatur à iure quærelandi, ità vt ijſdem competat ius remittendi, quibus competit ius querelandi, prout ſunt clara verba illius *text.* ſuprà relata, ibi *di tutti quelli, che reſtano, & che ponno querelare*, & eſt conformis iuri communi, vt poſt *DD. in dict.* §. *Cato* tradiderunt *Plaza cap.* 39. *Clar.* §. *fin. quæſt.* 58. *Gomez. var. reſol. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 61. *cum ſeqq. vſq. ad num.* 65. *Farin. q.* 13. *num.* 1. & *q.* 14. Quod quidèm ius que-

75 relandi de iure communi, certum eſt, quòd competit iure ſanguinis, non iure hereditario, vt poſt *Farinac.* & ab eo relatos *quæſt.* 14. *num.* 19. & 20. *cum ſeqq.* admiſſum fuiſſe à Collaterali Conſilio refert *Reg. Tap. in hac Pragmatica, num.* 36. quam collocauit ſub *tit. de tranſact. lib.* 4. *Iuris Regni, fol.* 34. & 35. & tamen circà hoc ius querelandi nec per ſomnium quidèm quicquam innouauit dict. Pragmat. nec aliud ius Regni, ergò nec etiam circà ius remittendi, quod ab eo pender, cenſendum eſt, innouatum quicquam fuiſſe.

74 Ad motiua in contrarium adducta facilis dabatur reſolutio, & quòad primum fundatum in verbis Pragmaticę, quę requirunt, hęreditatem deferri proximioribus, & ſic hereditatem eſſe acquiſitam verè, dicebatur eſſe manifeſtam cauillationem: Nàm hęreditatem deferri verè, & propriè nil aliud eſt, niſi habere ianuam apertam ſuccedendi defuncto ex proximitate gradus, ità vt ſi ipſe adeat, ſibi acquiratur, ſin autem repudiauerit, vel infrà tempus legitimum non adierit, transferatur ſucceſſio ad ſequentem in gradu, ità ſunt apertiſsima verba *text. in l.* 1. *ff. de ſucceſſor. edict.* in pluribus locis, & ſignanter in *verſ. ſed videndum eſt*, ibi, *delata eſt ei poſſeſſio ex prima parte, vndè liberi defertur, excluſus eſt tempore, vel repudiatione, nec cæteris defertur*. Nec *verſ. decretalis in ead. leg.* 1. *ff. de ſucceſſ. edict.* in aliquo refragatur, nàm omiſſa declaratione *Alciat. in l. delatam, num.* 7. *ff. de verbor ſignif.* qui negat du-

75 plicem bonorum poſſeſsionem, edictalem ſcilicet, & decretalem, & admiſit vnam tantùm, & cum eo concordat *Bulgarin. in rubric. Cod. qui admitti*, & *Zoannet. Bonon. lib. reſtitut. cap.* 2. quippè quę eſt ab omnibus reprobata, & admittit duplicem bonorum poſſeſsionem, edictalem ſcilicèt, & decretalem, vt latè probat *Rimin. iun.* poſt omnes alios

in ead.rub.C.qui admitt.num.320.cum ſeqq. reſponſio eſt,quòd ille *verſ.* procedit in bonorum poſſeſſione decretali, quæ cùm petitione, & decreto indigeat non poteſt dici delata à Prætore, quod ſecùs eſt in edictali,quæ ſtatim dicitur delata abſq; petitione, eò ipsò,quòd aperitur locus ſuccedendi,& ideò non mirum eſt, ſi decretalis, quæ non dicitur delata antè petitionem,& decretum non poteſt repudiari, poſtea verò, quàm decreta eſt, nequaquàm,quia quod ſemel acquiſitum eſt,repudiari non poteſt,ità vt differentia inter edictalem,& decretalem ea ſit,vt edictalis delata dicatur, cùm primùm eſt apertus locus ſuccedēdi,& ideò & repudiatione,& tempore amitti poteſt, nec vnquàm eſt acquiſita,niſi cum effectu ſequatur actualis aditio, decretalis verò nunquam dicitur delata, etiam ſi aperiatur locus ſuccedendi, niſi petatur,& decernatur à Prætore,& ideò nec antè poteſt repudiari, quia nondùm delata,nec poſteà, quia jàm eſt hæreditas quæſita,& ſic ceſſat motiuum primum.

76 Secundum verò motiuum de abſurdo, ſeù ſuperfluitate vitanda in Conditoribus Pragmaticæ, dùm toties repetere voluerunt illa verba, *alle quali ſi deferiſce la ſucceſſione dell'occiſo*, dùm vnico verbo poterant ſe expedire,nominando, *li più proſſimi capaci della ſucceſſione*, in promptu reijcitur, nedùm quia ea, quæ exprimuntur ad maiorem declarationem,
77 non ſunt arguenda de ſuperfluitate. Sed etiam,quia *Iuriſconſulti* illi grauiſſimi conditores Pragmaticæ prædictæ,proùt fuerunt *Regentes Villanus,& Reuerterius*, æternæ memoriæ digni, appoſitiſſimè vſi fuerunt iſdem verbis legalibus,quibus in ſimilibus *Iuriſconſulti* antiqui in condendis legibus Romanis vſi fuerunt, nempè vocando illos, quibus defertur
78 ſucceſſio occiſi,nàm per illud verbum *defertur*, proximiores in pari gradu includuntur, remotiores verò excluduntur,vt in tota *d.l.1.ff.de ſucceſſ edict.* expreſsim patet,& in alijs iuribus ſuperiùs citatis,& ſi ſub alia forma verborum voluiſſent cōcipere diſpoſitionem Pragmaticæ, non defuiſſent multifariàm, multiſq; modis illa concipere,ſed ſat eſt,quòd apriori, & vſitatiori vſi fuerint. Immò hoc argumentum retorquetur contra creditores, quia ſi Conditores Pragmaticæ voluiſſent includere effectualem aditionem hæreditatis, vtiq; vnico verbo potuiſſent ſe expedire,nempè vocando hæredes occiſi, proùt hac forma verborum vſi ſunt *Bart.in l.pro hærede, c.fin. verſ.alij dicunt,ff.de acquirend.hæred. Ang.in l.quæſitum,ff.de ſepulch viol.x. Socin.iun.in d.l.4. §.Cato, ſub n.154.verſ.ſecundò conſidera, Phanuc.de inuent.par.6. ſub nu* 57,quandò voluerunt eſſe hæredes actu,& effectu,non autem in ſola potentia.

79 Tertium,& vltimum argumentum ad euitandum concurſum hæredum ex teſtamento cum hæredibus ab inteſtato eiuſdem defuncti,& in eadem hęreditate fundatum in authoritate *Doc.in l.ius noſtrum,ff.de regul.iur.* qui limitat regulam illius *text*, vt quis non poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus,non procedere ſtante ſtatuto in contrarium, quam volunt applicare ad caſum noſtræ Pragmaticæ,corruit,dùm ſuperiùs fundatum eſt, hoc non eſſe ſtatutum,nec ex verbis,nec ex mente Pragmaticę,& ſic remanet caſus ſub regula, vt ſcilicèt ius remittēdi reputetur à ſucceſſione ſolùm delata, etiam non adita,nec alitèr acquiſita.

80 Authoritates *Doctorum* in contrarium ponderatę potiùs retorquentur contrà creditores, dùm nullus ex eis requirit actualem aditionem,ſed omnes ponderant ius ſucceſſionis tantùm delatum in potentia. Quod adeò verū eſt,vt in cauſa Ducis Sanctæ Agathæ,cuius meminit *Regens Tapia* Dominus meus in *hac Prag.* quam impreſſit ſub *tit.de tranſact. in 4.lib. Iur.Regni fol.*32.poſt inſertas *Allegationes* hinc indè, *Anellus Amatus*,qui detēdebat Ducem inquiſitum, vt non egeret remiſſione Marchioniſſæ Burgentiæ ſororis Lęlij Caraccioli occiſi,ſtante remiſſione obtenta à Fratribus maribus, totam vim faciebat, non quòd ſoror nō adiiſſet hæreditatem fratris, ſed quia per dotationem, & propriam renunciationem erat excluſa ab illius ſucceſſione, & ſic ſucceſſio ei non deferebatur, vt in eius *Allegationibus* inſertis in *Commentarijs Reg.Tapiæ* vbi ſupra,& in eius *Volum. conſiliorum, conſ.*18. Hoc idem ponderat *Reg. de Pont.dict.§.4.de prouſ. fieri ſolit. num.*17. *cum ſeqq.* & ex concluſionibus reaſſumptis per eundem *Reg. Tapiam* in illius cauſæ deciſione in *2.concluſ. nu.*50. aſſerit,quòd fuit habita pro vera concluſione, vt inſpecta Pragmatica non requiratur neceſſariò, vt ſit hæres,ſed ſufficit,vt ſit ei delata hæreditas, ideſt vt ſit capax ſucceſſionis.Quatènus tamen in illa cauſa fuit deciſum,non eſſe neceſſariam remiſſionem ſororis, ſtante remiſſione facta à fratribus,aduerto,quòd illa non eſt fundata in eo aſſumpto diſputato à *Regente de Ponte,& Anello Amato*, quòd ſcilicèt ſucceſſio non deferatur fœminæ, quæ renunciauit, quia *Reg.Tapia* non reaſſumit hanc concluſionem pro vera, ſed potiùs in vltima concluſione ponderata, ab eodem *Regente in fin.* ratione ſcilicèt publicæ vtilitatis; nàm omnes Iudices erant optimè conſcij, quòd dicta Marchioniſſa renuebat facere remiſſionem, non ex propria voluntate, ſed metu Marchionis ſui viri tractatu terribilis, qui perſequebatur eā lęthaliter. His omnibus latè diſcuſſis die 21. Iunij 1622.iunctis Magnif.Conſiliarijs duarum aularum, referente D.Iacobo de Franchis Marchione Tauiani fuit interpoſitum decretum infraſcriptum.

Declaratum eſt,ius remittendi de morte Fabritij de Noguera competiſſe, & competere Franciſco eius filio,etiam attenta diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ iure sāguinis,& proindè ſuper ducatis quingentis à prædicto Franciſco acceptis occaſione remiſſionis per eum factæ de morte prædicti ſui patris nullum ius competiſſe,neq, competere creditoribus hæreditarijs paternis.

Anellus de Ferrarijs eſt Actuarius. Addo nunc *Chriſt.in Conſuet.Mechlin art.36. Girond.de priuil. & exempt.explicat.q.*280.*n.*1592.

ADDITIO

AEt cùm ſimilis caſus accidiſſet in perſonam Liuij Muſitani Ciuitatis S. Chriſtinæ inquiſiti de homicidio in perſonam Ioannis Stephani,& fuiſſet facta remiſſio, ſeù pax ſub conditione, videlicèt, *Dummodò,& ſub his expreſſis pactis, & conditionibus,quòd dictus Liuius ab hodiè in antea, ſemper, & continuò eius vita durante non accedat ad Ciuitatem S.Chriſtinæ,& eius Caſalia,& per quindecim milliaria circum circà.* ex prædictis,& alijs iuribus, ac rationibus idem *Dominus Regens* confirmando hanc eandem opionem fundauit,obligationem,& promiſſionē modo prędicto factā per Liuium non eſſe validā, ipſumq; Liuium minimè teneri ad obſeruantiā promiſſionis perpetui exilij ab eius patria, remiſſione, ſeù pace nihilominùs facta firma remanente, proùt ex infraſcriptis Allegationibus. *Io. Laganar.*

Sit

Sit nomen Domini Benedictum.

Lulius Muſitanus inquiſitus de homicidio cõmiſſo in perſonam Ioannis Stephani Madari obtinuit remiſſionem ab eius filijs, & ſororibus in ampliſſima forma, ſub hac tamen conditione, videlicèt. *Dummodò, & cum his expreſsis pactis, & conditionibus, quòd dictus Liuius Muſitanus ab hodiè in antea, ſemper, & continuè, & eius vita durante non accedat ad Ciuitatem S. Chriſtinæ, & ſua Caſalia, & per quindecim milliaria circum circà territoria ipſorum Ciuitatis, & Caſalium, &c.* Quæritur modò, an dicta conditio ſit de iure valida, nec ne, & ſucceſsiuè, an dictus Liuius poſsit tali conditioni contrauenire, & accedere ad dictam Ciuitatem, & Caſalia, firma remanente remiſsione, & reſoluriuè reſpõdẽdo, omiſsis ambagibus Ego intrepidè cenſeo, dictam conditionem eſſe a iure reprobatam, & ſucceſsiuè ipſum Liuium poſſe illi contrauenire, abſq; metu præiudicij remiſsionis ſibi factæ, ita vt remiſsio teneat omni iure, conditio verò tanquàm à iure reprobata prorsùs reijciatur, moueor ad ità reſpondendum, nedùm ex alijs per me adductis in ſimili facti ſpecie in cauſa Ioannis Hieronymi de Lippo de Laconigro, ſecundùm quæ obtinui, vt patet in allegationibus à me impreſsis *ſuper pragm. 7. de compoſit. ſub num. 17. cum ſeqq.* quò me remitto, nè bis idem repetere videar, ſed etiam ex traditis per *Bart. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, in fin. ff. de pact. & in l. ſi vnus, §. pactus nè peteret. num. 25. ff. eod. & in l. non ſolùm, §. iniuriarum, in fin. ff. de iniurijs*, vbi etiam *Angelus*, ex quibus ea reſultat diſtinctio, quòd aut huiuſmodi conditiones apponuntur ab eo, qui habet poteſtatem legem condendi, & tunc habentur pro lege, & pro lege debent obſeruari, *l. penult. C. de donation. inter virum, & vxor.* & propterea ſi contrauenit, reincidit in eaſdem pœnas, non quòd illæ pœnæ ex remiſsione non ſint ſublatæ, ſed quia contrauẽiendo incidit in alterum delictum, pro quo ſunt impoſitæ illæ eædem pœnæ, quod poteſt facere lex, & per conſequens qui habet poteſtatem legis condendæ. Si verò ſunt appoſitæ ab eo, qui non habet poteſtatem legis condendæ, & tunc aut talia pacta ſunt ſtipulatione vallata, aut ſine ſtipulatione, ſi interuenit ſtipulatio, & pœna eſt pecuniaria, contrauenies tenetur ad pœnam, non tanquàm prouenientem ex delicto, ſed ex pacto ſtipulationis, quòd ſi pœna eſt corporis afflictiua, aut talis, quæ non poſsit in ſtipulationem deduci, & tunc illa pœnæ adiectio nihil releuat, argumento *l. Imperatores, in fin. ff. de manum. teſtam.* ſed ſi non interuenit ſtipulatio, ſed eſt pactum nudum, tunc neq; pœna pecuniaria debetur, nec prima actio, iàm extincta amplius reſuſcitari poteſt, hæc eſt in effectu diſtinctio *Bartoli*, quam ſequuti ſunt *Paul. Alex. & Iaſ. in d. §. pactus nè peteret.* ſecundùm quam diſtinctionem applicatam caſui noſtro remanet firma concluſio, quòd ſiuè remiſsio, de qua nos agimus dicatur facta in vim ſtipulationis calore iudicij, cùm ſit facta pẽnès acta Curiæ, ſiuè in vim pacti nudi, dùm illa conditio concernit obligationem contrauenientis ad pœnam corporalem, de iure non tenet, prout in proprijs terminis terminantibus, ſcilicèt ex remiſsione delicti facta, ſub his verbis, *quòd ipſe remittit offenſam, dummodò offenſus quid faciat vel non faciat, aliàs incidat in pœnam, in quam inciderat propter delictum factum*, indubitanter affirmat *Villalpand. in 8. quæſt. 3. par. l. 22. tit. 1. par. 7. ll. Hiſpan.* cuius ſolius authoritate contentus ero, cui nunc addo *Paul. in l. quæro, §. inter locatorem, num. 2. ff. locat.* vbi ait, quòd ſi facio tibi remiſsionem actionis iniuriatum pro decem in tali termino, ſi non ſoluis, non poſſum redire ad illam actionem, quia ſemel eſt remiſſa per pactum, & cùm ſit ex maleficio, non reſuſcitatur. Hinc eſt, quòd *Anton. Gamma dec. 63.* dixit, quòd acceptare huiuſmodi remiſsiones factas ſub conditione perpetui exilij à propria patria non ſpectat ad Iudices, ſed ad ſolum Regem, quod iterùm confirmauit *dec. 368.*

Nec dicatur, quòd huiuſmodi remiſsio ſuit conditionalis, attenta illa dictione, *dummodò*, & propterea non adimpleta conditione remiſsio ipſa nihil operatur. Nàm quantumcunq; dictio illa, *dummodò*, importet conditionem, tamen forma verborum, quibus remiſsio concepta eſt, non reddit remiſsionem conditionalem, ſed facit remiſsionem perfectam, reſoluendam tamen ſub cõditione, ſeù potiùs ſub modo, iuxtà *text. in l. 2. ff. de in diem adiect.* & diſtinctionem *Pauli de Caſtro in d. §. inter locatorem*, quo fit, vt remiſsio ipſa tanquàm contractus in ſe perfectus remaneat, conditio tanquàm à iure reprobata reijciatur. Neqùaquàm dicatur, quòd ſi non valet conditio tanquàm à iure reprobata, nec valebit remiſsio ratione indiuiduæ voluntatis, ad *text. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* vbi *Scribentes*, nàm illa regula procedit in indiuiduis, & in inſeparabilibus, nos autem verſamur in diuiduis, & ſeparabilibus, in quibus vtile per inutile non vitiatur, *l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. obligat. cap. vtile, de regul. iur. in 6.* quantumuis ſit vnicus contractus, & in vnica carta ſcriptus; præſertim quia contractus hic continet duo capita ſeparata, imiò vnum principale, alterum verò acceſſorium, principale eſt ipſa remiſsio, & venia delicti, acceſſorium verò eſt conditio perpetui exilij, & vitiato acceſſorio non vitiatur principale, ſed è contrà, *l. Stichum, aut Pamphilum, in fin. & ibi gloſſ. ff. de fideiuſſ. cum ſeqq.* Hinc dicit *Purpur. in l. edita, nu. 181. verſ. ſi verò, C. de edendo*, quòd ſententia diſponens ſuper re vendita, & pretio eius, dicitur continere capitula ſeparata rei, & pretij, quàmuis vẽditio nulla ſit ſine pretio, *§. pretium, Inſtit. de empt. & vend.* hinc etiã fit, quòd ſi Monachus profitetur Religionem, ea conditione, vt ſibi proprium liceat habere, conditio reijcietur, & profeſsio pura manet, *cap. fin. qui Clerici, vel Vouent.* latè *Couar. de ſponſalib. p. 2. cap. 3. num. 18.* hinc etiam reſultat, quòd ſi fiant aliquæ emptiones annuorum introituum cum pactis, & conditionibus contrà formam *Bullæ Papæ Nicolai*, pacta reijciuntur, & emptio ſimplex firma remanet, *l. placuit, in fin. princip. ff. de vſur. & l. pecuniæ, ff. eod. l. eos, § fin. C. de vſur. Andr. Gayll. lib. 2. obſeruat. 5. num. 7. Surd. conſ. 327. num. 25. volum. 3.* & ſunt de hoc adnotationes ſuprà in *pragm. 1. n. 3. de cenſib.*

Scipio Rouitus.

De Condemnatis pro delictis. Pragma III.

RERVM SVMMA.

1 *Condemnandi ad remigandum etiam minori tempore, quàm triennio condemnentur.*
Et quid de condemnatis ad tres nauigationes, n. 2.

Neli

1 NE li anni, &c. Condemnandi ad remigandum, condemnentur etiam minori ſpatio, quàm triennio. H. D.

1 E' memoria non excidat, quòd vbi quis eſſet condemnatus ad remigandum, non ad terminos annorum, ſed ad terminos nauigationum, putà ad tres nauigationes, talis condemnatio non ſe extendit vltrà tres annos, licèt vnica tantùm accederit nauigatio, *Gizzar. dec. 64.*

ADDITIO.

De Condemnatis, &c. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Condemnati ad triremes quandò admittantur ad decendum de nobilitate, & an detur reclamatio in ſecunda inſtantia.*
2 *Reclamatio circà qualitatem nobilitatis an detur in ſecunda inſtantia in ſententia Delegati.*

1 INquiſiti, qui prætendunt, ſe eſſe Nobiles deducant eorum Nobilitatem in prima inſtantia in M. C. vel in ſecunda in S. C. aliàs non audiantur, & à determinatione S.C. in ſecunda non datur reclamatio. H. D.

Hæc Pragmatica non fuit commentata à *D. Reg.* ſed reperi quandam Apoſtillam, ſeù adnotationem ad eam Illuſtris quondam *D. Ferdinandi Rouiti* Regij Collateralis Conſilij Secretarij, ac Ducis Caſtri Saraceni eius filij in hæc verba. *Io. Laganar.*

IVS commune eſt in contrarium, cùm ſit quæſtio ſtatus. Pragmatica hæc practicata fuit in cauſa cuiuſdam Demetrij Paleologhi, inquiſiti de aſſaſſinio, condemnati à Delegato ad triremes, & demùm ſe Nobilem Paleologum mentiebatur, quæſtione enim relata in Collaterali Conſilio 1. Martij 1622. Senatus cenſuit, ſententiam exequendam in M.C.V.

2 Moueo dubiũ, Pragmatica loquitur in prima inſtãtia M.C. & ſecunda S.C. quid in Delegato? an debeat dari à Delegante reclamatio ſuper quæſtione ciuili Nobilitatis, maximè cùm Pragmatica effluat à communi æquitate. Id excluſit Collateralis Senatus in allegata cauſa Paleologhi.

Ferdinandus Rouitus.

De Condemnatis, &c. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Ratio dubitandi in hac Pragmatica vnde ortum habuerit, & de eius materia, remiſſiuè.*
2 *Fines exilij ex probabili cauſa frangentes condemnantur, vt redeant in cauſam ſuam.*

1 SImilmente, &c. Condemnati ad triremes aufugientes, duplicato termino ſeruiant. H. D.

1 Ratio dubitandi in hac Pragmatica vndè habuerit originem? vide doctiſſimè diſputata per *Præſid. de Franch. deciſ. 140.* & nouiſſimè per *Ludou. Peguer. in dec. Barchinon. 41.*

Et quia hæc Pragmatica refert ſe ad formam, & modum traditum reſpectu exulatorum, & relegatorum, videas *Pragm. 1. cum ſeqq. infrà de relegatis*, & nota illa verba in fine huius Pragmaticæ, ibi, *che debbiano ritornare nella cauſa loro*, quòd illi, qui ex
2 probabili cauſa frangunt fines exilij, condemnantur, vt redeant in cauſam ſuã, abſq; additione duplicationis exilij, ſeù alterius pœnæ, & hæc forma ſũpta eſt ex *text. in l. mulier, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & in l. voluntate, in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.*

De Condemnat. &c. Prag. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Salarium à Fiſco ſolutum Commiſſarijs quandò repeti poſſit ab inquiſitis.*
De clauſulis in contrarium appoſitis in dd. commiſſionibus irritis.

1 PErche ad inſtantia, &c. Condemnati per Magn. Cur. Vicar. preuia informatione capta in partibus per Commiſſarios ſumptibus Regiæ Curiæ ſoluant mercedem per Curiam ſolutam dictis Commiſſarijs, & eorum Actuarijs. H. D.

Eſt conformis iuri communi, vt probat *Bouadill. lib. 2. polit. cap. 25. num. 247. & lib. 5. cap. 7. nu. 7. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prou. §. de donation. & expenſ. Vniuerſ. n. 6. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 1. cap. 21. in fin.* Sed in *Prag. 10. §. 67. infr. de offic. ind.* eſt additum, quòd quælibet clauſula in contrarium appoſita in commiſſione habeatur pro non appoſita, & poſſit puniri de extorſione; verùm poſſunt hìc applicari omnes limitationes, quas recenſet *Aurel. de exeq. mand. p. 2. c. 16. n. 14.*

ADDITIO.

De Condemnatis, &c. Prag. X.

RERVM SVMMA.

1 *Nobilis non poteſt Nobilitatis priuilegio renunciare, ſe obligando ad pœnam triremis, vel alteram plebeii imponi ſolitam.*
2 *Nobilis quomodò poſſit condemnari, ſeù deportari ad Regia ſeruitia in Regijs triremibus.*
3 *Nobilis in delictis enormibus nobilitate priuatur, & condemnari poteſt ad triremes, & ad furcas, ſicut plebeus.*
4 *Enormitatis cauſa in delictis licet iura tranſgredi.*
5 *Nobilitas perditur propter furtum, periurium, falſum teſtimonium, & aliud ſimile enorme delictum.*
6 *Nobilitatis materia, & Nobilium munus, remiſſiuè.*

Ma-

Digitized by Google

MAgna Curia Vicariæ non condemnet inquisitos ad inseruiẽdum nobiliter in Regijs triremibus. H. D.

Dominus Regens licèt hanc pragmaticam non sit commentarus, nonnulla tamen ad eius materiam tradidit in *pragm.1. num.14.15.& 16. de pœnis*, vbi meminit de hac pragmatica, & post eũ *D.Capiblanc in pragm.7.n.38.39.& 40. tom.1.& in cap.33.num.8.& 10. tom.2. de Baron.* vbi etiam fundat, quòd Nobilis non potest nobilitati, eiusq; priuilegio renunciare, cùm sit concessum Ordini Nobilium, in tantum, quòd si Nobilis in aliquo casu se obliget ad pœnam triremis, hæc obligatio non valet, nec potest contra Nobilem exequi, & ità fuisse iudicatũ refert per Reg. Audiẽtiam Principatus Citra in causa Marcelli Nigri Nobilis Terræ Crachi, qui fregerat fines relegationis, & iurauerat remigationem in casu fractionis relegationis.

Huius Pragmaticæ dispositionem limitarem in duobus casibus.

Primò, quandò Nobilis non condemnaretur ad inseruiẽdum in Regijs triremibus, etiã nobiliter, sed condemnaretur ad seruiendum Regi, & ad Regia seruitia in factionibus necessarijs, eius proprijs sumptibus, & expẽsis in Regijs triremibus, proùt est *decisio Grammat.23.* quem refert *Dom. Regens in dict. pragmat. 1.num.15.de pœn.* hoc nàmq; casu cessat interesse Regiæ Curiæ principaliter consideratum in pragmatica, ibi *pues solo siruen de comer los bastimientos*, dùm proprijs sumptibus militant, & Regi seruitia exhibent, non remigando, vel remigibus ministrando, iuxtà *glos. in l.aut damnum 8. in ver. in ministerium metallicorum.ff.de pœnis*, & vt cæteri, qui in metallum, vel in opus metalli sunt damnati, ad *text. in d.l.aut damnum*, sed nobiliter, & vt liberæ conditionis homines Regis seruitio vacant, nec dicetur hæc condemnatio ad triremes, sed deportatio ad Regia seruitia super Regijs triremibus, ità vt descendere possit in terram cum alijs militibus pugnare volentibus aduersùs hostes, vt vtar verbis *Grammat. in d.dec.23. in fin.*

Secundò illam restringerem in casibus, & delictis enormibus, scilicèt in crimine læsæ Maiestatis, assassinio, furtis, blasphemia in Omnipotentem Deum, & alijs similibus enormibus criminibus, propter quæ nobilis nobilitate priuatur, & debet puniri sicut plebeius, *Bart. in l.1.C.de dignit. lib.12.nu.49.* & alia iura, & DD. authoritates adducit *D.Regens Sanfelicius in dec.56. num.18.* vbi refert, ità pluriès fuisse per *D.Regentem* vti Delegatum iudicatum, & obseruatum, vt *num.11.* & per M.C. etiam vti delegatam sub *num.29.* in causa sceleratissimi illius Blasphemi, non refragante *decisione D. de Franch.569.* cui bẽnè respondet dictus *Dom. Reg. Sanfelic. sub num.19.* & pro confirmatione dictorum per ipsum, & decisionum per ipsum relatarum, *Dom. Regentis* scilicèt, & M.C. faciunt tradita per *Grammat. decis. 36.num.5.& 6.* scilicèt quòd licèt Nobilis non possit pro delictis furca suspendi, tamen propter enorme delictum, vt proditionis, vel similis suspendi poterit, & altiori furca, ex *Bald. in cap. quidam, in fin. de iureiurand.* & quòd propter enormitatem criminis procedi potest iuris ordine non seruato, & licet iura transgredi, & *Afflict. in Const. Prosequentes, nu.31. in fin.* notat, quòd Nobilis propter furtum furca suspenditur, sicuti Popularis, & nihil ipsi prodest Nobilitas, idem *Afflict. in Const. Multæ leges, num.16.* quòd Nobilitas perditur ob periurium, falsum testimonium, vel aliud simile delictum, & in falsum committente, quòd amittat nobilitatem, scripsit *Peguera in decis.80. num.3.* quod comprobat *Lucas de Penn. in l.mulieres, nu.11.C.de dignitat. lib.12.* in qua vberrimè nobilitatis materiam, Nobiliumq; debita, paritérq; priuilegia eruditissimè Doctissimus Vir pertractat. *Io.Laganar.*

De Conseruatorijs. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Conseruatoriorum materia, & quomodò practicentur in Regno, remissiuè.*

2 *Conseruatoria concessa parte non citata tertio minimè præiudicant.*

3 *Praxis circà præstationem familiæ creditori habenti publicum instrumentum contrà suum debitorem cũ potestate capiendi, constituto, & precario in forma, pro capienda possessione bonorum obligatorum absq; citatione non potest subsistere, sed ea posita pro vera tribus limitatur modis, & n.seqq.*

Alber. & Salyc. *traditio in l.creditores, C.de pign. vnà cum Affl. in duobus locis ingeniosè refellitur, ibid. & n.seqq.*

4 *Iudicium non debet sumere initium ab executione.*

Ius sibi dicere, nec non propria authoritate possessionem ingredi quilibet prohibetur.

Citandus semper is, de cuius præiudicio agitur.

Defensio, ex quo est de iure naturæ, tolli non potest.

Citandus est etiam prædo, & etiam si sit notorius, antequàm possessione priuetur.

5 *Defensio interdùm reseruatur ex post facto.*

Afflicti consideratio confutatur circà modi defensiui variationem.

Possessionis commodum maximum.

.... Eiusdem vtilitates penè innumeræ.

Hinc minimè potest quis sua possessione priuari sine causæ cognitione.

Clausula motu proprio in rescriptis Principum non operatur in præiudicium tertij.

6 *Afflict. error detegitur in intellectu l.final. in fin.C.de compens.*

Compensatio nequaquàm conceditur occupanti contrà ius alienam possessionem.

Possessori præsidium, occupatori repulsam præstant omnia Mundi iura.

7 *L.iustè possidet, ff.de acquir.possess. germanus intellectus.*

Possessor etiam iniustus non est à sua possessione expellendus sine citatione.

Cæterùm restringe secundùm limitationem hic positam.

DD. est traditio gesta de facto contrario imperio, sua facto reuocari.

Iudicis authoritas quandò plus noceat, quàm prosit.

8 Salyc. *& cæteri Recentiores in d.l.creditores hallucinantur circà sensum illius text.*

Verbum debet regulariter denotat necessitatem.

Quæ regula declarationem recipit, quę hic subijcitur.

Eadem D. Authoris sententia stabilitur nunc duorum insignium DD. testimonio.

9 *Idem Author pro confutatione communis opinionis satis magistraliter ponderat, & inducit hanc edictalem sanctionem.*

Commemorata praxis antè hanc nostram ætatem recessit ab Aula, ibidem in fin.

10 *Et quatenus esset verastribus coarctatur modis.*

Prima limitatio, et n.seq.

Credi-

Creditor iudicium ordinarium instituendo aduersùs debitorem nequit deinceps ad summarium redire, & cum ratione.

Nisi adeundo Iudicem emiserit protestationem, nu. 11. in fin.

Electio unius ex duobus remedijs eodem tempore competentibus, facit, vt alteri renunciatum censeatur.

11 Baldi *doctrina suprà commemorata plurimùm conferet pro confirmatione primæ limitationis iam iam relatæ.*

Possessionem quem propria authoritate ingredi, vel associatam cum familia præstita, parte non citata, hæc duo inter se pariscantur.

Quid iuris tribuit hæc familiæ associatio?

Iudicis incompetentia operatur, vt omnia coràm ipso gesta subitaneæ nullitatis vitio, ibid. in fin.

12 *Secunda subsequitur restrictio.*

Possessio constituitia per negligentiam decem annorum censetur amissa, vel derelicta, & optima ratione hic relata.

.... retinetur animo nostro, & corpore alieno.

Animus deficit per oblimonem.

Quæ minuitur per longum tempus.

Possessio hæc constituitia quandò amittatur per creditorem negligentem, si interueniat mors debitoris, & hæres eius, vel alius naturalem capiat possessionem.

Tempus modicum in hac materia licèt relinquatur Iudicis arbitrio, nihilominùs ex Abb. *sententia non debet excedere metam sex mensium.*

13 *Tertia subijcitur falcutia.*

Ad extremum adnectitur tertia exceptio.

Quæ fauet tertio possessori habenti specialem hypothecam.

CONseruatoria, &c. Non concedantur

conseruatoria, nisi pro parte citata. H. D. Ad materiam huiusmodi conseruatorium, & quemodò practicentur in Regno, vide *Capitulū Regni Ad Regale fastigium, & Cap. Ad Præsidem cum duobus sequent. & ibi Campag. Foller. in Constitution. De burgensaticis*, & aliqua per *Conarr. pract. quæst. cap. 35.* Quòd si reperiantur concessa parte non citata, tertio non præiudicant. *Intrigl. dec. 60. n. 38.*

3 Non tamen omittam, quòd per hanc Pragmaticam alias in facti contingentia demonstraui, practicam, quæ inoleuerat in Regno circà præstationem familiæ creditori habenti publicum instrumentum contra suum debitorem cum potestate capiendi, constituto, & precario in forma pro capienda possessione bonorum obligatorum, absque citatione, non posse subsistere, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, licèt sit suffulta authoritate *Alber. in l. creditores 2. col. C. de pignor. & Salyc. ibidem num. 33. vers. alio modo, & Affl. in Constit. Pacis cultum, num. 18. & in dec. 326.*

4 Dixi, quòd non potest subsistere de iure communi, nam regulæ iuris contradicunt, siquidem ab executione non est incipiendum, *l. si cum nulla ff. de re iudic. l. 1. C. de execut. rei iud.* Item nemo potest authoritate propria sibi ius dicere, & nemo possessionem ingredi, vulgata *l. extat ff. quod met. caus.* vbi *Doctores* omnes, & demùm quia in singulis actibus, maximè præiudicialibus debet pars citari, *l. de vnoquoque*, vbi latissimè *Hippol. de Marsil. ff. de re iudic.* alitèr enim esset tollere defensionem, quæ est de iure naturæ, & propterea tolli non potest, *Clement. Pastoralis, de re iudic.* Propter quod etiam Prædo antequam possessione priuetur, & etiam in nouum iudicium trahi debet, vt dicit *Bald. in l. nàm ità Diuus, col. 2. num. 7. vers. sed nunquid quilibet, ff. de adoptionibus*, per *l. memineris, C. vnde vi.*

5 Nec est verum id, quod considerabat *Affl. in d. Constitut. Pacis cultum, num. 23. circà finem, vers. quia respondetur*, respondendo ad hoc motiuum, quòd scilicet non propterea tollitur defensio, sed tantummodò variatur modus defendendi, ex quo defensiones reseruantur ex post facto, quod fieri potest de iure, vt in *l. fin. C. de compensat.* Nam in hac variatione vertitur maximum præiudicium, nulli enim dubium est, amittentes possessionem sentire maximū damnum, & incommodum, vt probat *text. in §. retinendæ, vers. commodum, Institut. de interdict.* & apertè colligitur ex tot commoditatibus, quæ ex possessione resultant, quarum triginta sex refert *Campag. in cap. Regni Frequens in auribus*, & viginti quatuor *Menoch. præsumpt. 69. lib. 6.* & quinquaginta enumerat *Marant. in tract. de remedijs possessorijs, num. 170. cum seqq.* Vnde cùm ex hac variatione amittatur possessio, & per amissionem possessionis ius quæsitum, & eius commodum tollatur, id fieri non potest sine causæ cognitione, vt probat latissimè *Andr. Barbat. cons. 13. à Ioue principium, lib. 3. & Gomes. in Regul. Cancell. de iure quæsit. non tollendo 6.* & si alitèr factum fuerit, negari non potest, quin circà hoc commodum possessionis, quod non est modicum, tollatur defensio, quæ est de iure naturæ, vt dictum est. Hinc est, quòd etiam in actibus Principum clausula *motu proprio* non operatur in præiudicium tertij, etiam si hoc præiudicium versaretur in sola possessione, secundùm *Doctores* cumulatos per *Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de clausulis, concl. 2. n. 12.*

6 Nec *text. in d. l. fin. C. de compensat. in fin.* probat opinionem *Affl.* sed potiùs contrà eum retorquetur, prohibet enim ille *text.* compensationem concedi occupanti perperàm alienam possessionem, & sic expressè iubet, quòd possessio perperàm ablata non obstante exceptione compensationis restituatur, vt nomini sua possessio auferatur, ergò etiam circà possessionem variare modum defendendi non est permissum, sed expressè prohibitum, & iura vndecunquè tuentur possessorem, occupantes autem expellunt.

7 Nequaquàm dicatur, quòd illa associatio familiæ Iudicis tollat vitium occupationis, & reddat iustam possessionem propter authoritatem Prætoris, ex regula *text. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess.* Nàm ille *text.* procedit, quando Prætor iudicialiter, ac iuris ordine seruato processerit, secùs si omninò extraiudicialiter, & parte non citata, vt declarat *Bart. ibi num. 1. Alex. num. 5. Ial. num. 12.* & communiter omnes *Scribentes*, quòd adeò verum est, vt licèt regula sit, quòd possessor etiam iniustus non posset sua possessione priuari sine citatione, *l. authoritate, & l. meminerint, C. vnde vi. c. inter quatuor, extrà de maiorit. & obedient. c. literis, extrà de restitut. spoliat.* Tamen fallit in eo, qui est iniustus possessor facto Iudicis, qui immisit eum in possessionem sine causæ cognitione, nàm poterit etiam sine citatione priuari sua possessione, secundùm *Affl. in Constitut. Circà nonum, 10. rub. 15. lib. 1. per glos. in l. minor in princ. ff. de exhib. Imoc. in cap. quæsuerat de elect.* quia quæ de facto fiunt, contrario facto reuocantur, quod dicit esse perpetuò menti tenendum *Io. Baptista Caccialup. in suo tract.*

tract.de debitore fugitiuo, vlt.quæſt.princ.num.2. & ſic patet, quòd authoritas Iudicis, quando proceſſit ſine cauſæ cognitione, potius nocet poſſidenti illius vigore, quam prodit,

8 Neque obſtabit ſupradictis ratio adducta per *Salycet.in d.l creditores*, dùm ait, quòd hoc caſu Iudex non auditur ex neceſsitate, ſed ex vrbanitate, per *text. in d.l.creditores*, & ea, quæ fiunt ex vrbanitate, non exigunt citationem; nàm licèt *Doctores* omnes intelligant illum *text.* procedere ex vrbanitate, & non ex neceſsitate, procul dubio hallucinantur, ni ego hallucinatus ſum, loquitur enim per verbum, *debet*, quod neceſsitatem importat, *cap.oblatæ, in fin. extrà de appellat. cap.vt famæ, extrà de ſent.ex commun.* & notat *glo.in clement.2. in verb.debeant, de ſtat.monac.* Et licèt quandòq; ratione ſubiectæ materiæ importet ſolùm honeſtatem, non autèm neceſsitatem, vt declarat *Hippol.Marſil.in repet.l.vnicæ, nu.234. C.de rapt. virgin.* Tamen ex regulis ſupra fundatis clarè patet, quòd noſtra ſubiecta materia non ſolùm hanc vrbanitatem admittit, ſed etiam ipſam neceſsitatem expreſsè requirit, & ſic cùm Iudex hoc caſu adiri debeat, non ex vrbanitate, ſed potius ex neceſsitate, ſequitur omninò, quòd debeat Pars citari, per ea, quæ dicit ipſe idem *Salyc.in d.l. creditores, num.33. verſ. pro cuius declaratione*, & hæc voluit in effectu ille *Vir* damnatæ memoriæ in ſua *glo.Pariſienſ. tit.2. §.52.glo.1.num.188.* & *189. in fin.* iàm igni meritò tradita ex præcepto Summi Pontificis Clementis VIII. vbi communem intellectum ad *d.l.creditores*, & proindè communem concluſionem ſuprà poſitam indè ſumptam, omninò falſam putat, quam antè illum erroneam cenſuit *Aret.in §. actionum, num.10. verſ.quæro de quæſt.Inſtitut.de action.* vbi in puris terminis quæſtionis noſtræ concludit, quòd melius eſt antequàm reuoces precariũ, & ingrediaris propria
B authoritate, vt Pars citetur,

9 Dixi, ſubſiſtere non poſſe concluſionem de iure Regni, quia per hãc Pragmaticam eſt expreſsè prohibitum, nè vlteriùs conſeruatoria concedantur ad inſtantiam eorũ, qui ſe aſſerunt poſſidere, niſi priùs Pars aduerſa legitimè citata fuerit, etiam ad videndum iuramenta teſtium, quàmuis in huiuſmodi cauſis ſummariè procedatur, & licèt extrinſecùs hæc Pragmatica non videatur loqui in terminis noſtræ queſtionis, tamen eam ſic facillimè induco; *Doctores* enim in prædicta *l.creditores*, & præſertim *Salycet. num.26.* dùm affirmant concluſionem ſuperiùs relatam, huic tantùm rationi inſiſtunt, quia ſcilicèt per clauſulam conſtituti eſt translata omnis poſſeſsio penès creditorem, non modò ciuilis, verùm etiam naturalis, vndè creditor ingrediens propria authoritate non dicitur poſſeſsionem occupare, ſed potiùs poſſeſsionem ex conſtituto acquiſitam continuare, & defendere. Modò arguo ſic. Aut enim creditor adiens Iudicem pro ſimplici præſtatione familiæ, & eius occaſione ad ingrediendum tanquàm poſſeſſor virtute conſtituti prætendit ſe conſeruari facere in ſua poſſeſsione, & hoc caſu ſumus in proprijs terminis huius Pragmaticæ, quę iubet, partem citari. Aut verò prætendit de nouo capere poſſeſsionem corporalem, & hoc caſu argumento à minori ad maius *eſt* ſimilitèr pars citanda, ſi enim requiritur partis citatio actore poſſidente, quantò fortius erit neceſsaria actore non poſſidente, certè multò fortius? Non eſt igitur mirum, ſi prędicta communis concluſio, quantùmuis cõprobata authoritate S.C. ex prędicta *dec.Affl.326.* omninò receſſerit ab aula multò antè hanc noſtram tempeſtatem, teſte *Aun.ſing.189.*

Quatènus tamen eſſet aliquis tàm duræ ceruicis, vt nollet ab ea recedere, aduertat ſaltim, quòd illa patitur aliquas limitationes in actu practico ſcitu dignas.

10 Primò limitatur, quandò idem creditor adiiſſet priùs Iudicem, & iudicium ordinarium aduersùs debitorem intentaſſet, tunc enim vlteriùs ad iudicium ſummarium redire non poteſt, ad hoc adduco *gloſ.* notabilem, licèt ſatis vulgarem in *l.proindè, la ſeconda, in gloſ.magna, in fin. ff. ad l.Aquil.* quam pro ſingulari allegat *Bald.in l.diffamari, num.13. C.de ingen.manumiſſ. Franc.de Curte in addit.ad Alexand. in l.vinum, colum.fin.in verb.tamen fallit, ff. ſi certum petat. Marant.diſputat.6.num.24. & in conſ.95.nu.28. inter conſ. ciuil. Grammat.* & ratio eſt, quia vbi duo competunt remedia eodem tempore, ordinarium ſcilicèt, & extraordinarium, electo vno, alteri renũciatum eſſe cenſetur, *l.quod in hærede, §. eligere, ff.de tribut.act. vbi gloſ.magna, & Doctores.*

Et in proprijs terminis noſtris ità tenuit *Bald.in l.2.quæſt.10. C.de ſeruit. & aqua, Aret.in l.clàm poſſidere, §.qui ad nundinas, colum.antepen. verſ.niſi ciuiliter, ff.de acquirend.poſſeſſ. Aret.in §.actionum, num.10. verſ.neque obſtat, ſi dicatur, Inſtitut.de action. Iaſ.in l.2.num.114. C.de iure emphyt. Dec.conſ.146. dubia, in ſecundo dubio, Neguſant.in tract.de pignor.4 part.princip.num.25.* vbi alios refert, & denique *Tiraquell.in tract.de tut.conſt.poſſeſſ. par.1.num.39. & 40. Cumias ſuper Ritibus Sicil. vltrà phar.cap.37.num.159. Ant. Gabr.* qui plures cumulat *lib.2.comm.opin. tit.de citat.concl.1.n.223.*

11 Quòd ſi quis dixerit, limitationem *Baldi* ſatis differre à caſu noſtro, nàm *Bald.* loquitur, quandò creditor adiuit Iudicem, & iudicium intentauit, poſteà verò propria authoritate ingreſſus eſt poſſeſſionem vi illius conſtituti, & hoc dicit eſſe prohibitum, at quæſtio noſtra verſatur, quandò creditor poſt cœptum iudicium ordinarium aſſiſtentiæ, non propria authoritate ingreſſus fuit, ſed aſſociatus à familia præcedente decreto præſtationis familiæ.

Ego facillimè reſpondeo non diuertendo à doctrina *Salycet.in d.l.creditores*, quòd idem eſt ingredi propria authoritate, quòd ſi aſſocietur à familia præſtita parte non citata, ità ipſe idem *Salyc. nu.33. verſ.ſuperuenit Bart.* ibi, *ſed perindè eſt, ac ſi ſua authoritate ſit ingreſſus*, clariùs *Aret.in d.§.actionum, n.10. verſ.aduertas tamen*, & re vera nulla eſt differentia, nàm illa familiæ aſſociatio non operatur, vt tribuat fortius ius ipſi creditori, ſed tantùm ad euitandum rixas, & nè fortè partes veniant ad arma, vt *ibidem* ſubdit *Salycet. in verſ.alio modo*, ſi ergò idem eſt reſpectu iuris creditoris ingredi propria authoritate, quòd ſi aſſocietur à familia parte non citata, non eſt dubitandum, quin prædicta *Bald.* limitatio vndiquè caſui noſtro propriè applicetur, proùt illam in proprijs iſdem terminis applicauit *Alexand. conſ.130. num.12. volum.4.* vbi concludit, non alitèr licere petere aſſociationem familiæ, vbi priùs quis adijt Iudicem ordinariè, nulla facta proteſtatione, quòd ſi adſit proteſtatio, ſecùs eſt, idem *Alex.ibidem, & conſ.31.num.12. volum.4. Iaſ.l.2. num.114. C.de iure emphyt. Dec.conſ.164. num.89.* idem ſi quis adierit Iudicem incompetentem, quia omnia geſta coràm eo nulla ſunt, *Schrader.de feud.tom.2. part.10. ſect.6. n.132. & 133.*

12 Secundò fallit, ſi intrà decem annos is creditor, cui factum eſt conſtitutum, non acceperit realem poſſeſsionem, nàm illam poſſeſsionem conſtitutitiã cenſetur per negligentiam amiſiſſe, ac veluti de-

lictam habuiſſe,argumento *l.furtum,§.vltimo, & ibi gloſ. ff.de vſucap. & l.ſi de eo,§.1. & ibi gloſ.ff.de acquir.poſſeſſ.* & notatur per *gloſ.in l.ſi id, quod,in princ.* & iterum in *l.ſi is,qui animo,in gloſ.vlt. ff.eod.tit.* & ità per prædicta in proprijs terminis voluit *Bald. conſ.*150.*caſus actualitèr de facto emergens,colum.penult.verſ.capio tantùm, lib.*2. cui ſubſcripſere *Ioann. Caſtell. Signorol. Homod.* & alij plerique, idem tenet *Ancharan.conſil.*133.*ſatis aduertenter, num.*3. *Iaſ. in l.*3.*§.ex contrario, num.*51. *verſic.ſed aduerte,ff.de acquir.poſſeſſ.*

Et ratio rationis eſſe poteſt, quia hæc poſſeſsio conſtitutitia retinetur animo noſtro,& corpore alieno,*l.*3.*§.ſalius,ff.de acquir.poſſeſſ.* ſed hic animus deficit per obliuionem, quam longum tempus affert, & inducit, teſte *Iureconſ.in l.furtum,§.vlt.cum l.ſeq. vbi Doct.ff.de vſucap.*

Quæ quidèm limitatio eò magis locum habet, quandò infrà hoc decennium debitor, qui conſtituit ſe alterius nomine poſsidere,deceſsit, & res fuit ab hærede illius,ſiuè alio apprehenſa, & poſteà ipſe creditor conſtitutarius neglexerit capere poſſeſsionem naturalem, nàm proculdubio amittit ipſe poſſeſsionem,quam animo retinebat, ità eſt *text.*ad literam,loquens in eo, qui poſsidet per colonum, in *l.ſi de eo,§.1.ff.de acquir.poſſeſſ. gloſ.in cap.cùm veniſſet,in verb.annuam penſionem,in fine,extrà de reſtitut. ſpoliat.* præſertim quandò ipſe creditor ſcit, poſſeſsionem ab alio occupatam,& per modicum tempus negligit recuperare, vt declarat *Bart.in d.l.ſi de eo, §.*1. quod quidèm modicum tempus licèt *Doctores* relinquant arbitrio Iudicis,tamen *Panorm. in d.cap. cùm veniſſet,num.*16.declarat,vt non excedat ſpatiũ ſex mẽſium,quæ ſingula adamuſsim declarat *Tiraq. de iure conſtituti poſſeſſorij* 3.*p.limit.*21.

13 Tertiò, & vltimò fallit dicta concluſio,poſſidente tertio,qui habeat ſpecialem hypothecam ſuper bonis,de quibus agitur, vt expreſsè voluit *Ruin.conſil.* 127.*colum.*4.*verſ.tertiò confirmatur,lib.*5. quem ſequitur *Tiraq.*in prædicto *tract.de iure conſt.poſſ.p.*1. *num.*47.& pro confirmatione omnium prędictorum videatur *Achill.Perſon.de adipiſc.poſſeſſ.nu.*291.*cum mult.ſeqq.*

ADDITIO.

A HAec Pragmatica non ſolet innoteſcere aliquibus Iudicibus M.C.V.qui demandãt prouiſiones, quòd non moleſtetur exponés,ſed manutenea tur in poſſeſsione,in qua reperitur,& partes compareant,ſi ſenſerint ſe grauatas, nulla tamen præcedẽte partis citatione,iuxtà huius Pragmaticæ diſpoſitionem, & ſic euenit aliquando,vt ſimiles prouiſiones nedùm verum poſſeſſorem minimè tueantur, ſed per eas vero poſſeſſori violentia,& ſpolium inferatur. Verùm tamẽ eſt,quòd aliqui peritiores, & magis oculati illas demandant cum clauſula, *Veris expoſitis*, per quam virtualitèr adimpletur huius Pragmaticæ diſpoſitio, nàm ad cognoſcendum,an vera ſint expoſita, examinandi ſunt teſtes, in quorũ receptione neceſſariò citanda eſt pars, ità clariſsimè ſentiunt *Menoch. de adipiſc.poſſeſſ. remed.*5.*num.* 153. *& Neguſant. de pignor. part.*4.*princ.num.*23. *ac Horat.Barbat.in pragmat. vnica, de aſſiſtent.num.*27. Et ſic ſatis fit huic Pragmaticæ, nàm pars venit citanda in receptione teſtium, & antè conceſsionem conſeruatorij.

Difficultas tantummodò poſſet eſſe, ſi pro veri ficatione expoſitorum, & poſſeſsionis non eſſent teſtes neceſſariò producendi,eò quoniam per ſcripturas poſſeſsio probaretur, vtputà per inſtrumentum, aut ſententiam, vel alias ſcripturas, eam probantes. Sed in hoc caſu idem eſſet dicendum, nàm etiam inſtrumentum cum guarentigia,vel ſententia, non poteſt exequi,parte non citata,prout dixit *Caſſaneus in Conſuet. Burgund.in tit.des cenſes*, §.6. *verſ. contre le principal oblige,ſub num.*12.*verſ.Aduerte etiam,quòd antequàm talia inſtrumenta,&* ex *Bart.Imola,* & alijs tradidit *Neguſant.de pignor.d.*4.*part.princ. ſub nu.*21. *&* 22.& longè clarius dixit *Bald. in l. creditores, ſub num.*12. *C.de pignor.* aduertens, Florentinum volentem debitorem capi facere vigore inſtrumenti guarentigiati citari faciat,alioquin id facere non poteſt, & *ibidem Bald.*dicit, quòd ſententiæ exequutio non poteſt fieri parte non citata.

Melius tamen eſſet, & ſecurius in vtroquè caſu antequàm ad expeditionem prouiſionum procedatur, partem legitimè citare ad dicendum cauſam, quarè in poſſeſsione conſeruari non debeat is, qui conſeruatorium petit, & eandem partem audire, tàm in teſtium receptione, quàm in alijs deindè tractandis,vt cognito, quis verè ſit poſſeſſor,is in poſſeſsione conſeruetur, nec ei violentia,aut ſpolium ex falſa alterius partis aſſertione inferatur. Cùm melius ſit ab initio occurrere,quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l.final.C.in quib.cauſ.in integr. reſtitut. neceſſ. non eſt*, quod tamen malè ſeruatur.

B Hanc queſtionem nouiſsimè tractat *D.Horatius Barbat.in pragmat. vnica de aſſiſtent.gloſ.*6. *num.*17. *cum ſeq.* & concurrit cum contraria, & magis communi opinione diſtinguente inter caſum,quo creditor à Iudice petit licentiam de ingrediendo propria authoritate vigore pacti in inſtrumento adiecti, & alterum caſum, in quo creditor petit tantummodò aſſociationem familię pro capienda poſſeſsione ad euitandum rixas,& ſcandala, quę oriri poſſent tempore captũræ poſſeſsionis,& in primo caſu concludit,neceſſariam eſſe partis citationem, in ſecundo verò caſu minimè debere partem citari, & quamplurimos adducit ſententiæ huius Sectatores, quibus addi poſſunt *Neguſant.in* 4.*part.princ.num.*23. *et* 24.*& Vincent.Caroc.deciſ.*57.*num.*13.cum alijs,quos citat.

Vtriuſquè autem reſolutionis ea eſt ratio, quia poſito, quòd creditor poſsit vigore pacti propria authoritate poſſeſsionem ingredi, attamen dùm Iudicis officium in hoc implorat, illud planè concedi debet parte citata, iuxtà *text.in l. de vnoquoq; ff.de re iudic.*quem ad hoc adducit *Neguſant. d.p.*4. *princ. num.*23.Sed quandò petit tantùm aſſociationem familiæ, quia petendo à Iudice familiam, nihil noui contra debitorem inducit,ſed tantummodò vtendo iure ſuo,& exercendo pactum in contractu appoſitum, quærit cautè procedere aſſociatus Iudicis familia, nè rixæ ſuccedant, minimè debet pars citari, cùm nec iſta familiæ petitio fiat ex neceſsitate, ſed ex vrbanitate,ſecundùm magis communem opinionem,de qua per *gloſ.& Doct.in d.l.creditores,C.de pignor.*& per *Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed.*5.*num.*5. & per *Barbat.*qui reſpondet doctrinæ huic *D.Regentis ſub num.*8.circà intellectum *text.d.l.creditores*, ſi importat neceſsitatem, vel vrbanitatem adipiſcendi poſſeſsionem,authoritate Iudicis. (Admittit tamen,& fatetur *Barbatus*, quòd doctiſsimè adducta per *Dom.Regentem* militant in primo capite diſtinctionis

ctionis,quandò scilicèt peteretur licentia de ingrediendo,absq; tamen petitione associationis, quia tunc cùm militet diuersa ratio, militabit diuersa iuris dispositio) cùmq; dùm petitur licentia ingrediẽdi possessionem actus ingressus fundetur super ista licentia Iudicis, necessariò debet pars citari, adeò quòd si licentia fuerit data sine citatione partis, erit nulla,licèt circa hoc contrarium firmare videantur *Menoch.dict.remed.5.num.149.& Negusant.d.part.4. num.24.* dùm dicunt,in hoc,quòd actus ingressus valeat,quàmuis fuerit à Iudice sine partis citatione concessus.

Verùm enim verò hanc disputationem ad nihilum deseruire facilè putarem, si vera est opinio *Doct.* infrà allegandorum, quòd scilicèt pactum hoc de ingrediendo propria authoritate operatur tantummodò simplicem hypothecam, prout reassumit omnium recollector *Vincent. Caroc. decis.42. num.17.* allegans quamplures huius sententiæ *DD.* & præsertim *Bald.in dict.l.creditores*, *Cremens.singul.2. Negusant.in 1.membr.3.part. sub num.4. & Afflict.decis.201.* vbi *Vrsill.* per *text.in dict.l.creditor,§.post diuisionem,ff.qui potior.in pignor.habean. & Caroc.* refert, & sequitur *Anton. Hering. de fideiuss. cap.25.num.116.* & antè hos omnes optimè notauit *Alexand.in addit.ad Bart.in d.l.creditor, §.post diuisionem*:

Quòd si pactum hoc importat tantummodò simplicem hypothecam, clarè sequitur, quòd dùm hæc hypotheca in iudicium deducitur, nedùm pars erit citanda, sed libellus debet offerri, & lis contestari, ex regula *text. in dict.l. de vnoquoque*, cùm dicatur iudicium petitorium, in quo multa sunt probanda, quæ singulariter notant *Barbat. in dict.pragmat. de assistent. glos.11. numer.1.& 6. & Marant.in 4.part.sui specul.in 3 distinction.numer. 59.* Maximè si pars citata contradicat, & aliquid opponat, *Menoch.d.remed.5.n.149. vers.secundus est casus*.

Sed posito, quòd hoc pactum, & licentia de ingrediendo propria authoritate importet hypothecam, dubitari adhùc potest, an hæc hypotheca dicatur inducta priuatiuè ad pactum, & licentiam de ingrediendo propria authoritate, ità vt non possit creditor amplius illa vti, an verò remaneat adhùc pactum, & inducatur hypotheca. Crederem, quòd hypotheca non sit priuatiuè ad pactum inducta, quia *textus in dicto §.post diuisionem* hoc non dicit, ea item, quæ inducta sunt in fauorem retorquerentur in odium, dùm per hypothecæ introductionem destrueretur pactum, & licentia ingrediendi, quod esset creditori damnosum, contra *text.in l.quod fauore, C.de legib.* & tandèm, quia hypotheca habet se tanquàm accessorium ad pactum, quod est principale, & sic dicendum est, quòd hypotheca non sit priuatiuè inducta ad pactum, & licentiam ingrediendi propria authoritate, sed quòd possit creditor vtraquè vti. Verumtamen est, quòd eligendo vnam, sibi præiudicat in alia, prout concludunt omnes *Doctores* supràcitati, & præsertim *Negusant. Menoch. & Barbat.in dict.glos.6.num.30.31.32. & seqq.* Nisi fuerit creditor protestatus, quòd sibi non fiat præiudicium in alia, vel quando in instrumento esset clausula, quòd vna via electa, altera non tollatur, sicut satis benè explicat *Vrsill.ad Afflict.dec.*

De Contractibus.-Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Contractus,& instrumentum an sint vnum, & idem, vel differant inter se.*

1 HAec rubrica videtur superflua stante alia *rubrica* infrà *de fide instrumentorum*, sub qua poterant situari omnes Pragmaticæ huius rubricæ;nàm contractus, & instrumentum vnum, & idem esse videntur,iuxtà communem loquendi vsum, sed contrarium est verius,nàm instrumentum satis diuersa res est ab ipso cõtractu, quia instrumentum est scriptura Notarij de conuentione inter partes celebrata, contractus verò est ipsa conuentio, vt constat ex *Bart.in l.si quis legatum, ff.de fals.*quod tu latiùs prosequere,vt per *Tiraquell. de retract.lignag.§.2.glos.1.per totam*,& ideò necessariò fuit cum Pragmaticis loquentibus de ipsis conuentionibus statuere hanc *rubricam de contractibus*, vti ab illa satis diuersam, Adde *Surd.decision.71. num.7.& 8.*

De Contractibus. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista an iuri communi consona sit.*
2 *Contractus isti vulgò* dar le robbe à partito *nullam producũt obligationem,neq; actionem, immò si quid fuerit solutum,repetitur.*
3 *Contrahentes modò hic enarrato grauissimè multantur,& puniuntur, præter dictorum contractuum annullationem,& partis læsæ satisfactionem.*
4 *Not.rij stipulantes huiusmodi contractus vltrà pœnam hic,peccant mortaliter,& tenentur ad restitutionem insolidum.*
5 *Notarij quibus in casibus instrumenta conficere prohibeantur,remissiuè.*
6 *Contractus emptionis an,& quandò præsumantur vsurarius,vel simulatus,remissiuè.*
7 *Contractus licitus an sit,si fuerint tradita merces vendenda alicui certo pretio æstimato cum pacto diuidendi lucrum.*
Venditor rei animo reemendi viliori ab eodem emptore est vsurarius.
Et quid si ob concessam soluendi dilationem res cariùs vendatur,ibid.

LI anni passati,&c. Renouatur Pragmatica aliàs edita,quòd contractus illiciti,vulgò dicti,*dare le robbe à partito*, nullo modo fiant, & facti pro nullis habeantur, imposita pœna tàm contrahẽtibus,quàm Notarijs. H.D.

1 Hæc Pragmatica est conformis iuri communi secundùm *Nauarr.in manual.confessar.c.3.nu.91. vers. ad nouè quæsitum. Menoch.præsumpt.123.in fin.lib.3.* sed in contrarium videtur mihi *tex.in l.si pro mutua, C.si cert.petat.*sed hic *tex.*procedit,quandò in pretio rerum non interuenit læsio, authoritates verò prædictorum *Doctorum* procedunt data læsione, prout resoluit *Roderic.de am.reddit.lib.1.q.13.n.19. & seq.* qui est omninò videndus.

2 Et dùm per hanc Pragmaticam declarantur nulli,

 in-

licitam habuisse, argumento *l. furtum, §. vltimo, & ibi glos. ff. de vsucap. & l. si de eo, §. 1, & ibi glos. ff. de acquir. possess.* & notatur per *glos. in l. si id, quod, in princ.* & iterum in *l. si is, qui animo, in glos. vlt. ff. eod. tit.* & ità per prædicta in propriis terminis voluit *Bald. cons. 150. casus actualiter de facto emergens, colum. penult. vers. capio tantùm, lib. 2.* cui subscripsere *Ioann. Castell. Signorol. Homod.* & alij plerique, idem tenet *Ancharan. consil. 133. satis aduertenter, num. 3. Ias. in l. 3. §. ex contrario, num. 51. vers. sed aduerte, ff. de acquir. possess.*

Et ratio rationis esse potest, quia hæc possessio constituti in retinetur animo nostro, & corpore alieno, *l. 3. §. alius, ff. de acquir. possess.* sed hic animus deficit per obliuionem, quam longum tempus affert, & inducit, teste *Iureconsul. in l. furtum, §. vlt. cum l. seq. vbi Doct. ff. de vsucap.*

Quæ quidem limitatio eò magis locum habet, quandò infrà hoc decennium debitor, qui constituit se alterius nomine possidere, decessit, & res fuit ab hærede illius, siue alio apprehensa, & posteà ipse creditor constitutarius neglexerit capere possessionem naturalem, nàm proculdubio amittit ipse possessionem, quam animo retinebat, ità est *text.* ad literam, loquens in eo, qui possidet per colonum, in *l. si de eo, §. 1. ff. de acquir. possess. glos. in cap. cùm venisset, in verb. annuam pensionem, in fine, extrà de restitut. spoliat.* præsertim quandò ipse creditor scit, possessionem ab alio occupatam, & per modicum tempus negligit recuperare, vt declarat *Bart. in d. l. si de eo, §. 1.* quod quidem modicum tempus licèt *Doctores* relinquant arbitrio Iudicis, tamen *Panorm. in d. cap. cùm venisset, num. 16.* declarat, vt non excedat spatiũ sex mẽsium, quæ singula adamussim declarat *Tiraq. de iure constituti possessorij 3. p. limit. 21.*

13 Tertiò, & vltimò fallit dicta conclusio, possidente tertio, qui habeat specialem hypothecam super bonis, de quibus agitur, vt expressè voluit *Ruin. consil. 127. colum. 4. vers. tertiò confirmatur, lib. 5.* quem sequitur *Tiraq.* in prædicto *tract. de iure const. poss. p. 1. num. 47.* & pro confirmatione omnium prædictorum videatur *Achill. Person. de adipisc. possess. nu. 291. cum mult. seqq.*

ADDITIO.

A HAec Pragmatica non solet innotescere aliquibus Iudicibus M.C.V. qui demandãt prouisiones, quòd non molestetur exponẽs, sed manuteneatur in possessione, in qua reperitur, & partes compareant, si senserint se grauatas, nulla tamen præcedẽte partis citatione, iuxtà huius Pragmaticæ dispositionem, & sic euenit aliquando, vt similes prouisiones nedùm verum possessorem minimè tueantur, sed per eas vero possessori violentia, & spolium inferatur. Verùm tamẽn est, quòd aliqui peritiores, & magis oculati illas demandant cum clausula, *Veris expositis*, per quam virtualitèr adimpletur huius Pragmaticæ dispositio, nàm ad cognoscendum, an vera sint exposita, examinandi sunt testes, in quorũ receptione necessariò citanda est pars, ità clarissimè sentiunt *Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 113. & Negusant. de pignor. part. 4. princ. num. 23. ac Horat. Barbat. in pragmat. vnica, de assistent. num. 27.* Et sic satis fit huic Pragmaticæ, nàm pars venit citanda in receptione testium, & antè concessionem conseruatorij.

Difficultas tantummodò posset esse, si pro vtilitate expositorum, & possessionis non essent testes necessariò producendi, eò quoniam per scripturas possessio probaretur, vtputà per instrumentum, aut sententiam, vel alias scripturas, eam probantes. Sed in hoc casu idem esset dicendum, nàm etiam instrumentum cum guarentigia, vel sententia, non potest exequi, parte non citata, proùt dixit *Cassaneus in Consuet. Burgund. in tit. des censes, §. 6. vers. contre le principal oblige, sub num. 12. vers. Aduerte etiam, quòd antequàm talia instrumenta,* & ex *Bart. Imola,* & alijs tradidit *Negusant. de pignor. d. 4. part. princ. sub nu. 21. & 22.* & longè clarius dixit *Bald. in l. creditores, sub num. 12. C. de pignor.* aduertens, Florentinum volentem debitorem capi facere vigore instrumenti guarentigiati citari faciat, alioquin id facere non potest, & *ibidem Bald.* dicit, quòd sententiæ exequutio non potest fieri parte non citata.

Melius tamen esset, & securius in vtroquè casu antequàm ad expeditionem prouisionum procedatur, partem legitimè citare ad dicendum causam, quarè in possessione conseruari non debeat is, qui conseruatorium petit, & eandem partem audire, tàm in testium receptione, quàm in alijs deindè tractandis, vt cognito, quis verè sit possessor, is in possessione conseruetur, nec ei violentia, aut spolium ex falsa alterius partis assertione inferatur. Cùm melius sit ab initio occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, *l. final. C. in quib. caus. in integr. restitut. necess. non est,* quod tamen malè seruatur.

B Hanc quæstionem nouissimè tractat *D. Horatius Barbat. in pragmat. vnica de assistent. glos. 6. num. 17. cum seq.* & concurrit cum contraria, & magis communi opinione distinguente inter casum, quo creditor à Iudice petit licentiam de ingrediendo propria authoritate vigore pacti in instrumento adiecti, & alterum casum, in quo creditor petit tantummodò associationem familiæ pro capienda possessione ad euitandum rixas, & scandala, quę oriri possent tempore captæ possessionis, & in primo casu concludit, necessariam esse partis citationem, in secundo verò casu minimè debere partem citari, & quamplurimos adducit sententiæ huius Sectatores, quibus addi possunt *Negusant. in 4. part. princ. num. 23. et 24. & Vincent. Caroc. decis. 57. num. 13.* cum alijs, quos citat.

Vtriusquè autem resolutionis ea est ratio, quia posito, quòd creditor possit vigore pacti propria authoritate possessionem ingredi, attamen dùm Iudicis officium in hoc implorat, illud planè concedi debet parte citata, iuxtà *text. in l. de vnoquoq; ff. de re iudic.* quem ad hoc adducit *Negusant. d. p. 4. princ. num. 23.* Sed quandò petit tantùm associationem familiæ, quia petendo à Iudice familiam, nihil noui contra debitorem inducit, sed tantummodò vtendo iure suo, & exercendo pactum in contractu appositum, quærit cautè procedere associatus Iudicis familia, nè rixæ succedant, minimè debet pars citari, cùm nec ista familiæ petitio fiat ex necessitate, sed ex vrbanitate, secundùm magis communem opinionem, de qua per *glos. & Doct. in d. l. creditores, C. de pignor.* & per *Menoch. de adipisc. possess. remed. 5. num. 5.* & per *Barbat.* qui respondet doctrinæ huic *D. Regentis sub num. 8.* circà intellectum *text. d. l. creditores*, si importat necessitatem, vel vrbanitatem adipiscendi possessionem, authoritate Iudicis. (Admittit tamen, & fatetur *Barbatus*, quòd doctissimè adducta per *Dom. Regentem* militant in primo capite distinctionis

ctionis,quandò scilicèt peteretur licentia de ingrediendo,absq; tamen petitione associationis, quia tunc cùm militet diuersa ratio, militabit diuersa iuris dispositio) cùmq; dùm petitur licentia ingrediẽdi possessionem actus ingressus fundetur super ista licentia Iudicis, necessariò debet pars citari, adeò quòd si licentia fuerit data sine citatione partis, erit nulla,licèt circa hoc contrarium firmare videantur *Menoch.dict.remed.5.num.149.& Negusant.d.part.4. num.24.* dùm dicunt,in hoc,quòd actus ingressus valeat,quàmuis fuerit à Iudice sine partis citatione concessus.

Verùm enim verò hanc disputationem ad nihilum deseruire facilè putarem, si vera est opinio *Doct.* infrà allegandorum, quòd scilicèt pactum hoc de ingrediendo propria authoritate operatur tantummodò simplicem hypothecam, proùt reassumit omnium recollector *Vincent. Caroc. decis.42. num.17.* allegans quamplures huius sententiæ *DD.* & præsertim *Bald.in dict. l.creditores, Cremens.singul.2. Negusant.in 1.membr.3.part. sub num.4. & Afflict.decis.201.* vbi *Vrsill.* per *text.in dict.l.creditor,§.post diuisionem,ff.qui potior.in pignor.habean. & Caroc.* refert, & sequitur *Anton. Hering. de fideiuss. cap.25.num.116.* & antè hos omnes optimè notauit *Alexand. in addit.ad Bart.in d.l.creditor, §.post diuisionem.*

Quòd si pactum hoc importat tantummodò simplicem hypothecam, clarè sequitur, quòd dùm hæc hypotheca in iudicium deducitur, nedùm pars erit citanda, sed libellus debet offerri, & lis contestari, ex regula *text. in dict. l. de vnoquoquè,* cùm dicatur iudicium petitorium, in quo multa sunt probanda, quæ singulariter notant *Barbat. in dict.pragmat. de assistent. glos.11. numer.1.& 6. & Marant.in 4.part.spi specul.in 3.distinction.numer. 19.* Maximè si pars citata contradicat, & aliquid opponat, *Menoch.d.remed.5.n.149. vers.secundus est casus.*

Sed posito, quòd hoc pactum, & licentia de ingrediendo propria authoritate importet hypothecam, dubitari adhùc potest, an hæc hypotheca dicatur inducta priuatiuè ad pactum, & licentiam de ingrediendo propria authoritate, ità vt non possit creditor ampliùs illa vti, an verò remaneat adhùc pactum, & inducatur hypotheca. Crederem, quòd hypotheca non sit priuatiuè ad pactum inducta, quia *textus in dicto §.post diuisionem* hoc non dicit, ea item quæ inducta sunt in fauorem retorquerentur in odium, dùm per hypothecæ introductionem destrueretur pactum,& licentia ingrediendi, quod esset creditori damnosum,contra *text.in l.quod fauore, C.de legib.* & tandèm, quia hypotheca habet se tanquàm accessionem ad pactum, quod est principale, & sic dicendum est, quòd hypotheca non sit priuatiuè inducta ad pactum, & licentiam ingrediendi propria authoritate, sed quòd possit creditor vtraquè vti. Verumtamen est, quòd eligendo vnam, sibi præiudicat in alia, proùt concludunt omnes *Doctores* suprà citati, & præsertim *Negusant. Menoch. & Barbat. in dict.glos.6.num.30.31.32. & seqq.* Nisi fuerit creditor protestatus, quòd sibi non fiat præiudicium in alia, vel quando in instrumento esset clausula, quòd vna via electa, altera non tollatur, sicut satis benè explicat *Vrsill.ad Afflict.dec.316.*

De Contractibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Contractus,& instrumentum an sint vnum, & idem, vel differant inter se.*

1 HAec rubrica videtur superflua stante alia *rubrica* infrà *de fide instrumentorum,* sub qua poterant situari omnes Pragmaticæ huius rubricæ;nàm contractus, & instrumentum vnum,& idem esse videntur,iuxtà communem loquendi vsum, sed contrarium est verius,nàm instrumentum satis diuersa res est ab ipso cõtractu, quia instrumentum est scriptura Notarij de conuentione inter partes celebrata, contractus verò est ipsa conuentio, vt constat ex *Bart.in l.si quis legatum, ff.de fals.*quod tu latiùs prosequere,vt per *Tiraquell. de retract.lignag.§.2.glos.1.per totam,*& ideò necessariò fuit cum Pragmaticis loquentibus de ipsis conuentionibus statuere hanc *rubricam de contractibus,* vti ab illa satis diuersam, Adde *Surd. decision.71. num.7.& 8.*

De Contractibus. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista an iuri communi consona sit.*
2 *Contractus isti vulgò* dar le robbe à partito *nullam producũt obligationem,neq; actionem, immò si quid fuerit solutum,repetitur.*
3 *Contrahentes modò hic enarrato grauissimè multantur,& puniuntur, præter dictorum contractuum annullationem,& partis læsæ satisfactionem.*
4 *Notarij stipulantes huiusmodi contractus vltrà pœnam hic,peccant mortaliter,& tenentur ad restitutionem insolidum.*
5 *Notarij quibus in casibus instrumenta conficere prohibeantur,remissiuè.*
6 *Contractus emptionis an,& quandò præsumantur vsurarius,vel simulatus,remissiuè.*
7 *Contractus licitus an sit,si fuerint traditæ merces vendendæ alicui certo pretio æstimato cum pacto diuidendi lucrum.*
Venditor rei animo reemendi viliori ab eodem emptore est vsurarius.
Et quid si ob concessam soluendi dilationem res cariùs vendatur,ibid.

LI anni passati,&c. Renouatur Pragmatica aliàs edita,quòd contractus illiciti,vulgò dicti,*dare le robbe à partito,* nullo modo fiant, & facti pro nullis habeantur, imposita pœna tàm contrahẽtibus,quàm Notarijs. H.D.

1 Hæc Pragmatica est conformis iuri communi secundùm *Nauarr.in manual.confessar.c.3.nu.91. vers. ad nouè quæsitum, Menoch.præsumpt.123.in fin.lib.3.* sed in contrarium videtur mihi *tex.in l.si pro mutua, C.si cert.petat.*sed hic *tex.*procedit,quandò in pretio rerum non interuenit læsio, authoritates verò prædictorum *Doctorum* procedunt data læsione, proùt resoluit *Roderic.de ann.reddit.lib.1.q.13.n.19. & seq.* qui est omninò videndus.

2 Et dùm per hanc Pragmaticam declarantur nulli,

 in-

& inualidi huiusmodi contractus, sequitur, quòd ex eis nec naturalis oritur obligatio, & propterea nedum ex illis non datur aliqua actio contra obligatos, verùm etiam si quid fuerit solutum, competit repetitio per condictionem indebiti, ex traditis per *Couarr. in cap. quamuis, part. 2. §. 4. num. 5. & 6. de pact. in sexto*, & per *Mogon. dec. Lucens. 13. nu. 10. cum seqq.* memunt *Vin.* Aquianus *dec. 369. num. 10.* licèt corruptè. Imò vltrà contractuum annullationem, & partis læsæ satisfactionem, taliter contrahentes
3 grauissimè mulctandi sunt longè magis, quàm simplices vsurarij, quin etiam corpaliter sunt puniendi pro qualitate, & frequentia admissi criminis, & fraus, quæ damnatur per hanc Pragmaticam fuit cognita *Iurisconsul. in l. 4. in fin. princ. ff. ad Macedon.*

4 Et quòad Notarios aduerte, quòd vltrà pœnam huius Pragmaticæ in foro fori peccant mortaliter, & in foro poli tenentur ad restitutionem insolidum, vt optimè non minus, quàm piè declarat *Nauarr. in manual confessar. cap. 17. num. 276. cum seqq.* & quàm-
5 plures alios casus, in quibus Notarij prohibentur instrumenta confiere vide apud *Luc. de Penn. in l. 1. col. 1. in prin. C. vt nemo ad suum patroc. lib. 11.*

6 Ad materiam tamen, an, & quando contractus emptionis præsumatur vsurarius, vel simulatus, vide *Menoch. præsumpt. 122. lib. 3.* qui adducit 26. coniecturas, *Rauenn. decis. Pisan. 17.* qui loquitur de antichrisi, seu *dare à godere*, & si quis tradat alicui mercs vendendas certo pretio æstimatas cum pacto
7 diuidendi lucrum, an sit contractus licitus? quòd sic, *Modest. Pistor. quæst. 130. lib. 3.* Pro declaratione tamen huius Pragmaticæ vide *Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. 8. cap. de emption. & vendit. cap. 11. Parlador. differ. quotid. §. 3. §. 2.* dicentes, venditores rerum animo recuperandi ab eodem vltrò pretio esse vsurarios, & aduertas, quòd contractus continentes venditionem alicuius rei pretiosæ, puta gemmæ, annuli, vel equi, sed cariori pretio ob datam dilationem soluendi, forte vsque ad tempus nuptiarum, vel Sacerdotij, aut mortis alicuius, euenientc casu sunt reducendi ad iustum pretium tantùm, vt pluries iudicatum in Senatu Parisiensi refert *Interius Author de mutat. monet. quæst. 11. post num. 88. vers. vnde quandoq;*

sed contrahentes latebrem contrahunt culpam.

11 *Contractus publici de quibus hic, vtrum possint concipi in prima persona contrahentium prout fit in albaranis, & apocis privatis.*

12 *Notarij Apostolici in Regno possunt celebrare contractus inter personas Ecclesiasticas.*

13 *Contractus celebrati in Regno per Notarium Apostolicum inter seculares valebunt vti scriptura privata.*

SEmo informati, &c. Publici contractus non celebrentur, nisi a Notarijs, & Iudicibus à Rege, vel Proroge creatis. H. D.

1 Aduerte, quòd hi Iudices ad contractus fuerunt introducti de iure communi, vt probat mihi *text. in Liubemus nulli, §. his quoq; Iudicibus*, iuncta *glos. in ver. Iudicibus C. de sacrosanct. Eccles.* quæ autem qualitates in eis intercuenire debeant, vide *Grauinens. de liquidat. instrum. part. 1. declarat. 2.* Aptè hanc Pragmaticam poterant interuenire etiam Iudices annales Vniuersitatum, iuxtà *Constit. Baiulos omnes, circà*
2 *principium*, sed si is, qui interuenit vt Notarius, sit etiam Iudex ad contractus simul, & semel non potest vtriusq; officio fungi in eodem instrumento, vide eundem *Grauinens. ibid. part. 1. declarat. 4. nn. 22.* Sed
4 prius esset videndum, an Notarius si fiat Iudex ad contractus, retineat etiam exercitium Notarij? & *Andr. de Barulo in l. Iubemus, C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* tenet, quòd retinet priuilegium, & vocabulum dignitatis, sed nò exercitium, & cum sequitur *Andr. Iser. 1. quæ sint regalia verbo ad iustitiam expediendam. num. 69.* tu vide *Luc. de Penn. in l. 1. C. de prim. lib. 12. & in hac parte C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* verùm in Ciuitate Neapolis seruatur, vt retineat nedùm priuilegium, & vocabulum, sed etiam exercitium vtriusq; officij, & secundùm hanc consuetudinem, quæ in his sufficit, vt per *And. Iser. ibid. n. 68.* optimè procedit prædicta quæstio *Grauinens.*

5 Limita tamen hanc Pragmaticam in casu necessitatis, in quo potest Notarius celebrare contractus, & etiam testamenta ab intestato, *Iason. Vinius dec. 313. n. 16.*
6 *lib. 2.* prout vbi non essent Notarij possent celebrari, & publicari contractus sub sigillo Curiæ, *glos. in clem. statutum, in verb. sigillo de elect.*

7 Et quia hæc Pragmatica loquitur in specie etiam de testamentis nota quòd per eam corrigitur dispositus communis, per quam testamenta possint fieri in iudicio coràm Iudice tantum, etiam nullis adhibitis testibus, vt probat *Scharph.* damnatæ memoriæ *cons. 77. centur. 1.* cuius opinio videtur mihi satis dubitabilis, quia publici contractus non possùt celebrari pepèr acta iudicij per Magistros actorum Tribunalium, nisi in casu *l. cùm ostendimus, §. fi. ff. de fideiuss. tut. Gamm. dec. 200. n. 1. in fin.*

8 Et ex illis verbis *qualitercunq; acta publici notarii*, quòd instrumentum publicum dicetur, quod fit authoritate publica, scilicèt cum intercessu Notarij, testium, & Iudicis, vt hic instrumentum verò priuatum dicitur, quod fit per scripturam priuatam, vt probat *glos. fin. in fin. in l. optimam, C. de contrah. & committ. stipul. Aym. Crauett. de antiquitat. temp. part. 1. sect. visa de verbis, num. 8. Scharph. cons. 87. in prin. centur.*

9 An autem actus traditionis clerici ad Curiam secularem pro delicto possit celebrari per Notarium secularem? *Nauarr. in comment. de orat. & hor. canon.* concludit, quòd sic, *cap. 5. colu. fin. vers. nec obstat*, qui
10 *ibid.*

De Contractibus. Pragm. II.

RERVM SVMMÆ.

1 *Iudices ad contractus fuerunt introducti de iure communi, & quæ qualitates in eis esse debeant, remissiuè.*

2 *Iudices annales Vniuersitatum antè istud edictum poterant interuenire in contractibus.*

3 *Notarius qui in contractu interuenit, si fit Iudex ad contractus, simul & semel non potest vtriusq; officium in eodem instrumento exercere.*

4 .... *Si fiat Iudex ad contractus vtrum retineat Notarij exercitium.*

5 .... *Potest celebrare contractus & testamenta absq; Iudice tempore necessitatis.*

6 *Contractus possunt fieri sub sigillo Curiæ, Notarijs non extantibus.*

7 *Testamenta iure communi an possint fieri in iudicio coràm Iudice tantùm, nullis adhibitis testibus?*

8 *Instrumentum publicum quid sit, & quid priuatum.*

9 *Notarius secularis an valeat celebrare actum traditionis clerici ad Curiam secularem pro delicto.*

10 *Contractus in Ecclesia celebrati sunt de iure validi,*

10 *ibid.n.37.& in vlt.quæſt.* declarat, contractus celebratos in Eccleſia de iure validos eſſe, ſed contrahentes peccare.

11 Et quia hi publici contractus celebrantur concipiẽdo verba ſtipulationis inter partes in tertia perſona, poterit probabilitèr dubitari, an poſſint concipi etiam in prima perſona contrahentium, proùt ſolent concipi in albaranis, ſeù apocis priuatis? quã quæſtionem tractat *Aluar.in c.1.n.2.de non. form. fidel.* & dicit, quòd ſic.

12 Limitatur hæc Pragmatica, vt procedat inter perſonas ſæculares tantùm, inter quas non poſſunt celebrari contractus per Notarios Apoſtolicos, tàm ex diſpoſitione huius Pragmaticæ, quàm etiam ex diſpoſitione iuris communis, vt fundat *Io. Faber in l. ſecundum, C. de donat.* per illum *text.* latiùs *Andr. in Conſt. Inſtrumentorum robur, verſ. quid de Papalibus, Affl. ibid. q.11.num.12. & dec.245.nu.2. verſ. ad primum, Frecc. de præſent. inſtrum. p.3. in 3.requiſ. Carau. Rit.166.n.8. Ann. ſing.245. Argent. in Conſuetud. Briton. art.570. gloſ.2.num.3. Bonad. lib.2.c.17.n.124.* ſecùs autem inter perſonas Eccleſiaſticas, inter quas licitè, & validè poſſunt celebrari, proùt ità practicatur.

13 Et licèt contractus celebratus per Notarium Apoſtolicum inter ſæculares non valeat in hoc Regno vti ſcriptura publica, valebit tamen vti ſcriptura priuata, vt probat *Marant. conſ.3.*

De Contumacibus, & alijs, vt non accedant ad Curiam Regiæ Maieſtatis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Leuca verbum quid ſignificet.*
2 *Contumacia quotuplex ſit.*
3 *Contumaces an poſſint appellare.*
4 .... *Poſt citationes ritè, & rectè factas ſecundùm iura Regni an poſſint puniri demolitione domorum ſuarum perſiſtentes in contumacia.*
5 *Pragmatica iſta procedit in eo tantùm, qui pro delicto eſt reputatus contumax, & bannitus, & permanet exul, non in quolibet delinquente, & an requiratur, quòd ſit foriudicatus, n.6.*
7 *Pragmaticæ huius ratio vndè ſit deſumpta.*
8 *Delinquentes ad exilium condemnati non ſolùm à loco delicti, ſeù eorum domicilij, & originis, ſed etiam à locis, vbi reſidet Prorex exulare inbeantur, num.12. & 13.*
9 Ratio per Gloſſam *aſſignata in* L. relegatorum, verſ. etiam ab Vrbe, ff. de interdict. & relegat. *an ſit tuta, & dicti* textus *ſenſus exponitur, n.10.*
11 *Delinquens exulatus ab eo loco, in quo iuris præſumptione habet maiorem affectionem, quàm in propria patria, tunc non cenſetur exulatus à propria patria.*

PEr quanto la Maeſtà del Rè noſtro Signore, &c.

Contumaces, banniti, & exules huius Regni non accedant ad Curiam Catholicæ Maieſtatis, nec infrà quinque leucas circumcirca ſub pœna mortis naturalis. H.D.

1 Leuca eſt verbum Hiſpanum, & continet certam diſtantiam loci, nempè trium milliarium, vt in *l.3. tit.16. & l.25. tit.26. par.2. ll. Hiſpan. Villadieg. in foro iudic. lib.2. tit.2. l.7. in fin.* meliùs *Parlad. lib.2. rerum quotidian. cap.19. num.6.* Contumacia triplex eſt, euidens ſcilicèt, vera, & præſumpta, quam alij fictã, alij interpretatiuam vocant, proùt latiſſimè explicat *gloſſ. in verb. manifeſta, in clement. vnic. de dol. & contum.* & ibi etiam declarat, quis contumax poteſt appellare, nec nè: at in caſu noſtro hæc differentia non eſt neceſſaria, nàm hæc Pragmatica procedit in omnibus illis contumacibus, qui poſt citationes ritè, & rectè factas ſecundùm iura Regni fuerunt reputati contumaces pro delictis. Qui etiam puniri poſſunt demolitione ſuarum domorum, dùm perſiſtunt in contumacia, aſſerit *Andr. in cap.1. num.53. de pac. inram firm.* ſi Iudex ſpretus, & contemptus ſit in ſumma adminiſtratione, merum, & mixtum imperium habens.

5 Nota in primis verbis diſpoſitiuis, ibi, *nigun hombre malechor, ni delinquiente, ſiendo dado por contumaz, vandido, y foraſcido por nueſtros Iuezes*, quòd hæc Pragmatica non procedit in quolibet malefactore, ſeù delinquente, ſed in eo tantùm, qui pro delicto eſt reputatus contumax, & bamitus, & permanet exul.

6 Sed an requiratur, quòd ſit etiam foriudicatus, & videbatur dicendum, quòd ſic, ponderando illud verbum, *foraſcido*, nàm foriudicati, vulgari noſtro idiomate appellantur *foraſciti*: ſed contrarium meo iudicio, eſt dicendum, vt ſcilicèt procedat in quolibet delinquente, qui poſt contumaciam, & forbannum in contumacia, & forbanno permanet extrà propriam patriam, & conſortium hominum pacificè, & quietè viuentium, & id propriè dicitur *eſſer foraſcito* hoc mihi concludentèr perſuadet pœna mortis naturalis appoſita in hac Pragmatica contrauenientibus, nàm hæc pœna fuiſſet ſuperflua, & otioſa, ſi requireretur, quòd eſſet etiam foriudicatus, nàm eo ipſò, quòd eſt quis foriudicatus, per ſententiam foriudicationis eſt condemnatus ad mortem naturalem, & non erat opus inculcare eandem pœnam; eò ipſò enim, quòd foriudicatus venit in fortijs Curiæ, ſententia exequitur, facta recognitione identitatis perſonæ, vt in *Rubr. infrà de ſentent. foriud.* dixi. & latiſſimè explicat *Cartar. de exequ. ſentent. capto bannito, Andr. & Afflict. in Conſtitut. Grandis vtilitas, Foller. practi. crim. in ver. captis foriudicatis.*

7 Ratio huius Pragmaticæ fortaſsè eſt ſumpta ex *cap.1. in princ. an ille, qui interfic. fratr. domin. ſui*, vbi dicitur, quòd is, qui committit delictum, non poteſt morari in Curia ſine dedecore, & propterea amittit feudum, & illud idem dicitur in *cap.1. §. ſi verò non Dominum, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Andr. in cap.1. in princip. ſi vaſall feud. priuetur*, qui loquitur de eo, qui occidit fratrem, vel alium tradendo, & idem dicit in *dict. cap.1. §.1. num.2. an ille, qui interfic. fratr. domin. ſui*, vbi ait, quòd poteſt Dominus dicere, nolo vaſallum, qui ſine dedecore, vel ſine peccato non poteſt morari in Curia mea, & ſubdit, quòd non dicitur poſſe morari ille, qui vituperosè moratur. Ex qua ratione confirmatur ſupradicta opinio mea, vt hæc Pragmatica procedat in quolibet delinquente, etiam non foriudicato, quia hæc ratio militat in quolibet delinquente, nàm eò ipſò, quòd delinquit, efficitur infamis, & ab omnibus honoribus arcetur, *Borrell. de Magiſt. edict. lib.1. cap.11. n.10. & ſeqq.*

8 Et ex hacmet ratione procedit, vt delinquentes, quos pro delictis ad exilium condemnari contingat, iubeantur exulare, nedùm à loco delicti, ſeu eorum domicilij, & originis, ſed etiam à locis, in-

quibus reſidet Prorex, nàm cùm ſint declarati iàm delinquentes per condemnationem, ea durante nõ poſſunt morari in Curia Principis ſine dedecore, quæ quidèm practica videtur mihi ſumpta ex *text.* a nemine, quem hùcuſq; viderim, ponderato in *l. relegatorum, verſ. conſtitutum eſt, ff. de interd. & relegat.* vbi ad literam dicitur, eum, cui patria interdictum eſt etiam Vrbe abſtinere debere; nàm ipſa Vrbs erat tunc perpetua ſedes Imperialis Maieſtatis, proùt ſemper fuit vſquè ad tempora Conſtantini Magni, qui poſt donationem factam Papę Siluestro tranſtulit ſedem Imperatoriam ad Vrbem Conſtantinopo-
9 litanam, & propterèà non erit tuta ratio aſſignata per *gloſ. in verſ. etiam ab Vrbe*, quia ſcilicèt etiam Roma eſt ſua patria, cùm Roma dicatur communis patria, *l. Roma, ff. ad municipal.*

Nàm ſi hæc ratio *gloſſæ* eſſet attendenda, ille *text.* tunc ſolùm haberet locum, quandò quis eſſet exulatus à propria patria ſimpliciter abſq; expreſſione nominis, quo patria ipſa nuncupatur, tunc enim quia appellatione patriæ venit nedùm locus originis, ſeù domicilij, quæ eſt propria patria, ſed etiam Roma, quæ eſſet communis patria, poſſet congruere ratio *gloſſæ* ſumpta ex denominatione, ſed ſi quis ſit cõdemnatus in exilium à certo loco expreſſo nominè, puta à Ciuitate Capuæ, quæ eſt illius propria patria, attenta ratione *gloſſæ* non intelligeretur exulatus etiam ab Vrbe Roma tanquàm communi patria, quia in verbis decreti non eſt facta mẽtio de patria, quod omninò abſonum mihi videtur, nàm intentio illius *text.* eſt, vt quotieſcunquè quis eſt exulatus à patria, ſiuè expreſſo nomine patriæ, ſiuè non expreſſo, ſemper intelligatur exulatus ab Vrbe Roma, proùt expreſsè diſponitur in *verſ. ſeq. ſi cui planè*, vbi ad literam dicitur, quòd ſi quis eſt exulatus non à patria ſua, ſed ab alia Ciuitate, intelligitur exulatus etiam à patria, & ab Vrbe. Ecce igitur, quòd ratio *text.* non eſt fundata in expreſſione nominis patriæ, ſed potiùs in reuerentia, quæ debetur Maieſtati Imperiali, quæ reſidet in Vrbe.

10 Nec mireris, quòd in dicto *verſic.* dicatur, exulatum ab vna Ciuitate intelligi exulatum etiam à propria patria, nedùm ab Vrbe Roma, nàm hoc inductum fuit, nè ſententia condemnatoria eſſet eluſoria, & fruſtratoria, nàm ſi exulatus à loco delicti poſſet moram trahere in propria patria, vtiquè nulla eſſet pœna, nàm iuxtà *text.* iuncta *gloſ. 1. in l. qui habebat in princ. ff. de legat. 3.* vnicuiquè dulce ſolum patriæ, dulce videre ſuos, proùt expreſsè probatur in eadem *l. relegatorum, verſ. interdicere autem*, vſquè ad *verſic. quod magis erit probandum*, vbi ad euitandum hanc fruſtrationem pœnæ eſt prouiſum, vt licèt quis de iure non potuiſſet interdicere, niſi ea Prouincia, quam regit, tamen quandò delinquens habet ſuam originem extrà illius Prouinciam, Iudex Prouinciæ, vbi degit, vel vbi deliquit: poteſt ei interdicere etiam ea Prouincia, vndè delinquens oriundus eſt, quia ſi catet minoribus, non debet de iure frui maioribus, *l. cui pacto, ff. de ſerv. export.*

11 Et ex hac ratione reſultat, quòd ſi delinquẽs eſſet exulatus ab aliquo loco, in quo veriſimilitèr, & iuris præſumptione haberet maiorem affectionem, quàm in propria patria, non cenſeretur exulatus tunc à propria patria, ità eſt *text. in d. verſ. conſtitutum eſt*, cum *verſ. ſeq. contrà autem*, vbi dicitur, quòd licèt exulatus à patria ſua cenſeatur etiã exulatus ab Vrbe Roma, non cenſetur exulatus à patria, nàm maior affectio cadit in Vrbe Roma, vbi reſidet Imperialis Maieſtas, quàm in patria.

12 Ex quo quidèm *text.* ſic intellecto reſultat concluſio, quòd magis timenda eſt prohibitio acceſſus ad locum, in quo reſidet Princeps, quam ad propriã patriam, licèt amor patriæ omnibus præferatur, *l. 1. §. final. ff. de offic. Præfect. Vrb.* quod eſt ſummoperè obſeruandum ad ponderandum grauamen pœnæ, in hac Pragmatica ſtatutæ. Clariùs hæc eadem Practica fundatur ex *l. 2. §. ignominia miſſis, ff. de his, qui notant. infam.* vbi his notatis nequè in Vrbe, nequè alibi, vbi Imperator eſt, morari licet, & in *l. fin. C. ſi ſerv. export. à Ciuitate ſua*, vbi exportatus neq, in Vrbe Roma morari debet, & alibi paſſim.

13 Et ex hac eadem ratione ſuſtinetur alia practica, quæ circà prædicta in Regno inoleuit, vt dictam pœnam, quòd exulatus à quouis loco ipſius Regni abſtinere debeat etiam à Ciuitate Neapol. & ab alijs locis, in quibus reſidet Prorex, imponant in ſententijs condemnatorijs, nedùm Tribunalia Suprema, quæ reſident in ipſa Ciuitate Neapol. & habent iuriſdictionem vniuerſalem in toto Regno, ſed etiam Tribunalia inferiora, proùt ſunt Præſides Prouinciarum, & Regiæ Audientiæ Prouinciales, quæ habent iuriſdictionem reſtrictam intrà fines Prouinciæ, vnicuiquè decretæ, nàm licèt ipſi de iure non poſſint interdicere, niſi ea tantùm Prouincia, quam regũt, *d. l. relegatorum, verſ. interdicere autem*, tamen in hoc caſu poſſunt illud in decreto apponere, nec propterèà dicuntur excedere fines eorum iuriſdictionis, quia non ipſi imponunt illam pœnam extrà Prouinciam, ſed ipſa lex illam imponit, veluti in ſequelam pœnæ exilij intrà Prouinciam, vt in ſimili caſu diſponitur in dicta *l. relegatorum, verſ. interdicere autem*, & cùm talis pœna inſit à iure, etiam ſi à Iudice non exprimeretur, vtiq; illius expreſſio nihil immutat, vel addit, *l. 3. in fin. C. de fideiuſſ. l. 3. ff. de legat. 1. l. conditiones extrinſecùs, ff. de condit. & demonſtrat. And. in l. Imperialem, nu. 13. verſ. quid ſi dedit, de prohib. feudi alien. per Federic.*

De Cuſtodia reorum. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Iura Regni, de quibus hic ſit mentio, quæ nàm ſint.*
2 *Probatio plena, an ſemiplena requiratur, vt poſſit procedi ad capturam.*
3 *Inquiſitus an, quandò, & qualitèr debeat carcerari. Recenſentur hic aliquot cauſæ impedientes inquiſiti habilitationem.*
4 *Inquiſitionis titulus ſolus non eſt attendendus, ſed indicia exiſtentia, & veritas rei, & quare.*
5 *Iudex carcerans aliquem iniuſtè, & contrà ordinem, quandò teneatur ad damna, expenſas, & emendas.*
6 *Carcerationis in caſu eſt facienda diſtinctio inter Nobiles, & Ignobiles.*
7 *Carceratio eſt iniuſta, vbi reus carcerandus eſſet ſub fideiuſſoribus relaxandus, immò eſt maxima iniuſtitia, & pro quibus delictis ſit ad carcerationem procedendum, remiſſiuè.*
8 *Inquiſitus ex delicto, pro quo imponitur pœna pecuniaria, & in defectum pœna corporalis an ſit fideiuſſoribus relaxandus, & n. 10.*
9 *Inquiſitus de iniuria illata Doctori, vel de ſtupro cum ſollicitatione non eſt ſub fideiuſſoribus relaxandus.*
11 *Pœna arbitraria vbi venit imponenda, relaxationi ſub fideiuſſione non eſt locus antè ſententiam, & quæ-*

quarè,idq; aliquibus modis limitatur.

12 *Carcerato ad fugitiuos,fideiussoris pœna quæ nàm sit.*

De qualitate circà carcerationem,vel custodiam seruãda,remissiuè.

13 *Carcerati appellatione detentus per Palatium,Ciuitatem, Castrum, vel Territorium sub fideiussione an veniat.*

14 *Carcerati fideiussor quandò teneatur ad pœnam fideiussionis.*

15 *Mandatum Superioris de aliquem carcerando an sit adimpletum,si Inferior illum carcerauerit per Palatium,vel per totam Ciuitatem.*

16 *Carceratio quibus in casibus sit licita,tàm pro debito, etiam fiscali,quàm pro delicto, & de custodiæ, & carcerationis materia, & an, & quandò carcer sit ad custodiam,vel ad pœnam,remissiuè.*

INoleuit.&c. Officiales non procedant ad carcerationem contrà formã *Constitutionum, & Capitulorum Regni*, & antequàm incipiat constare de maleficio idoneè cauens non detineatur de persona. H. D.

1 Iura Regni, de quibus hic fit mentio sunt *Constitutio* incipiens *Humanitate, & Cap. Regni* incipiens *Ab illo inchoandum*; sed est aduertendum, quòd per
2 iura prædicta videtur prouisum, requiri plenam probationem,vt procedi possit ad capturam,sed per *Ritum Magnæ Curiæ* 41. quod incipit *Item si accusetur* videtur requiri semiplenã tantùm probationẽ, tu de veritate,& etiam pro perfecta cognitione huius materiæ vide *Afflict.in dicta Constitutione Humanitate, Campagn.in d.cap.Ab illo inchoandum, num.*50. *& Carauit.in d.Ritu* 41.qui *num.*5.dicit, vt sint indi-
3 cia ad torturam,immò & in arbitrio Iudicum, & generalitèr an, quandò, & qualitèr inquisitus debeat carcerari, vide *Belług.in specul.Principum, rubr.*31. *§.quàmuis,per totum, Foller.in pract.crimin.in verb. notatos capiat de persona, in verb.examinati liberentur,& in verb.vel carcerentur, Laur.dec.Auenionen.* 58.*Bouad.lib.3.cap.*15.*num.*86.quandò constaret per confessionem,captus in fraganti, vel esset notorius delinquens, vel in crimine Maiestatis, vel esset bannitus pro alia causa, vel non reperiret fideiussores, vel esset conuictus,vel esset deportandus,si exactor plus recepisset, quàm esset ei concessum, si fuerit missus carceratus, detinebitur donec veniant quærelantes,si deliquerit pro Tribunali Iudice sedente, vel fugitiuus, qui graue crimen commisit, quandò quærelans apparet sanguinolentus,vel cum liuore sunt detinendi,& non relaxandi.

4 Nec solus inquisitionis titulus est attendendus, sed indicia extantia,quia multa improperantur,quę postea delentur,*l.furti,ff.de his,qui not. infam.* neque qui accusatur,sed qui conuincitur,reus est,*can.nouit 8.quæst.4.l.fin.C.de accusat. Andr.cap.*1.*§.sed & qui delentur, num.*43.*quæ sit prima causa benefic.amitt.* & in criminalibus veritas rei,non titulus delicti attenditur,*l.famosi,vers.hoc tamen crimen, ff.ad l.Iul.maiest.Præs.de Franch. dec.*330.*num.*7. & latè *Mastrill. ad indult.general.cap.*29.*num.*19.*cum seqq.* vsquè *ad finem capitis*. Quod malè aduertunt Iudices nostri temporis,qui ad solam tituli ostẽsionem procedunt ad carcerationem, & quandò pro illorum excarceratione sub fideiussoribus instatur, allegando innocentiam carcerati, & deficientiam probationum,illud tantùm replicant,quòd scilicèt obstat titulus: nõ enim titulus delicti attenditur,sed veritas rei in criminibus, vt est *text.*ad literam in *d.l.famosi, vers. hoc tamen crimen,ff.ad L.Iul.Maiest.* Sed hoc faciunt
5 forsitsè consili,quòd Iudex si carcerat aliquem iniustè,& contrà ordinem, non propterea tenetur ad damna, expensas, & emendas, nisi carcerauerit ad vindictam, vel ob aliam fraudis suspitionem, vt docet *Petr.Caball.resolut.crim.casu* 86.sed æterni Iudicis Tribunal,nescio,quomodò euitabunt,cùm ex indebitis carcerationibus multotiès sequantur mortes,& alia damna irreparabilia.

6 Sed in casu carcerationis est facienda distinctio inter Nobiles,& Ignobiles,*Ann.singul.*357.*Bouadill. lib.*3.*cap.*15.*n.*9.

7 Nota tamen, quòd non pro omnibus delictis est procedendum ad carcerationem, etiam si inceperit de eis constare, immò plenè constiterit, sed est reus sub fideiussoribus relaxandus, nisi in grauibus delictis,proùt est *text.* de iure communi in *l.Diuus,ff.de custod reor.*& in nonnullis casibus descriptis in dicta *Constitutione Humanitate*, & declarat *Menoch. lib.*2. *de arbitr. Iudic. casu* 303. *Bouadill. lib.*3. *cap.* 15. *num.*104.

Quod est summoperè ab Officialibus aduertendum,nàm carcerare aliquem,qui est sub fideiussoribus relaxandus,est maxima iniustitia, *Andr. in c.*1. *§.item qui Domino,num.*32. *in additione,quæ sit prima caus.benefic. amitt.* & ideò nè erres,in facti contingentia recurras ad *Roder.Suar.in tract.de fideiuss.in caus.crim.*qui est vltimus post suas *allegationes*, vbi pulchrè totam materiam declarat, *Bouad.d.cap.*15. *n.*18.*cum seqq.*

8 Quid si quis inquisitus sit de delicto, pro quo est imposita pœna pecuniaria,& in defectum pœna corporalis,an sit fideiussoribus relaxandus? *Magon.dec. Lucens.*42.*n.*3.negat.

9 Is tamen,qui esset inquisitus de iniuria illata Doctori, nullo modo est sub fideiussore relaxandus, vt
A per *Laur.decis.Auenionen.*58.Nec is, qui esset inquisitus de stupro cum sollicitatione,*Idem dec.*72. Item
10 licèt certum sit, quòd quandò inquisitus venit puniendus pœna pecuniaria,debet relaxari sub fideiussione,etiam de iure communi, vt explicat *Bertazol. in cons.crimin.*12.*&* 13.tamen limitatur,quandò inquisitus non esset tàm idoneus facultatibus,vt posset soluere pœnam illam pecuniariam inferendam, & propterea esset deueniendum ad pœnam corporalem,per regulam,quòd qui non habet in ære,luat in corpus,vt per *Mandell.cons.*722.*n.*6.*vol.*4.

11 Non tamen est omittendum, quòd in casibus, in quibus venit imponenda pœna arbitraria de iure, vel de consuetudine, nequaquàm est locus relaxationi sub fideiussoribus antè sententiam, quia pendente dubio, an pœna imponenda sit corporalis, vel non, interim iudicabimus, proùt de casu certo, quòd imponenda sit corporalis, ad impediendum habilitationem, quia possibile est,quòd corporalitèr sit puniendus, ità in specie tradidit *Bart in l.*2.*ff.de custod.reor. Bald.in l.eos, §.super his,vers.extrà quæro,C.de appell. Io.de Anan. cons.*1.*in princip. Boss. tit.de carceratis fideiussoribus committ.in princip.num.*1. *Mandell.in d.cons.*722.*n.*5. *volum.*4.*Cranett.cons.*224.*num.*3.*vers.illud non omitto,*faciunt tradita per *Marant. & Foller.ad eum in* 4. *par.sui specul.in* 1.*distinct. num.*52. *Bald.in l.*3.*num.*8. *C.de accusation.Carauit.Rit.*269.*num.*9.*vers. secundò amplia,*quod tamen est limitandum, quandò solitum esset in eo Tribunali,in casibus similibus non imponere pœnam corporis afflictiuam, vt per *Clar.pract. crim.quæst.*32.*vers.sed quæro,*sed contrarium seruari in Regno etiam in hoc casu tradit *Carauit.Rit.*41.

*num.*11. Item eſt limitandum, vt non procedat quòad infligendam torturam ex proceſſu informatiuo, quæ non poteſt practicari, quandò non eſt certa pœna corporis afflictiua, *Intrigl.dec.*19.*n.*22.*cum ſeqq.*

12 Quæ autem ſit pœna fideiuſſoris carcerato autugiente? *Menoch.de arbitr.iudic.lib.*2. *caſu* 304. dicit, eſſe arbitrariam, niſi ſub certa pœna fideiuſſit, & de qualitate ſeruanda circà carcerationem, vel cuſtodiam vide *Eundem caſu* 305.

13 Sed detentus per Palatium, Ciuitatem, Caſtrum, vel Territorium ſub fideiuſſione venit appellatione carcerati, *Caualcan.deciſ.Finzan.*14.*part.*5.*&* 14 *ibidem* dicit, quòd fideiuſſor talis carcerati tenetur ad pœnam fideiuſſionis, ſi detentus aufugit, idem *Capyc.deciſ.*154.*num.*4. & mandatum Superioris de 15 carcerando aliquem dicitur adimpletum, ſi Inferior illum carcerauerit per Palatium, vel per totam Ciuitatem, *Gramm.dec.*14.*num.*3.*&* 4. *& dec.*33.*in fin. Paris de ſyndic.in verb.carcer, & carceratum, cap.*2. *num.*2. *Auiles in cap.*18. *Prætor.in verb.carcer.nu.*11. *Gabr.lib.*7.*tit.de malefic. concluſ.*8. *num.*15. *Menoch. præſumpt.*59.*in princ lib.*6. *Afflict.in Conſt.In quæſtionib.*45, *num.*17. *in fin. Mar.Muta in cap.*15. *Reg.Sicil. tom.*1.*num.*14.*&* 15. *& ibi per tot.* tractat hanc materiam, *Bonad lib.*1, *cap.*13.*num.*27. *& lib.*3. *cap.*15, *num.*10. ſed *Ioan. de Platea in l.*1.*num.*1. *C.de curioſ. & ſtationar. lib.*12, vult, quòd aliud ſit carceratum tenere, & aliud ſub cuſtodia retinere, per *Glol.l.fin. eiuſdem tituli, & l.nemo carcerem, C.de exactionib. tribut.eod.lib.* quaſi quòd tenere carceratum oporteat detentionem intus carceres, ſub cuſtodia verò ſufficiat fideiuſſio.

16 In quibus autem caſibus ſit licita carceratio, tàm pro debito etiam Fiſcali, quàm pro delicto, diſtingue vt per *Bartol.in l.fin.ff.ad l.Iul.peculat.* & nonnulla ad hanc cuſtodiæ, & carcerationis materiam pertinentia vide apud *Villadiego in foro indic lib.*2.*tit.*5.*l.*9.*in princ.* vbi etiam agit, quòd aliquandò carcer ſit ad pœnam, latiùs *Bonad.ll.dd.cap.*15. *lib.*3. *num.*5. *cum ſeqq.& num.*86. *& lib.*5.*cap.*3.*nu.*10. *&* 11. *& Ricc. collect.*1167.

ADDITIO.

A SVperioribus annis dubitatum fuit in Regia Iuncta, an procedi potuiſſet ad ſententiam foriudicationis contra improbum quendam inquiſitum, & contumacem de verberibus illatis in perſonam cuiuſdam Doctoris, & Aduocati in ſtrata publica. Difficultatem faciebat *Deciſio* S.C. apud *D.Gizzar.*13. in ordine, quam etiam citat *D.Reg.in rubr.de ſent.foriudic.n.*36. per quam conſtat, in Regno non poſſe ad foriudicationis ſententiam deueniri, niſi delictum, pro quo inquiritur mortis naturalis pœnam mereatur.

Pro Fiſco autem dicebatur, pœnam illatæ iniuriæ eſſe Iudici arbitrariam, qui poterit illam extendere vſq; ad mortem inclusiuè, proùt dicit *glol.in §.in ſumma, Inſtitut.de iniur.* & de communi teſtatur *Vsuing comm.opin.in ver.Iudicis arbitrio, & Marant. in ſpecul.in* 4 *par.princ.in addit.cum ſeq.* quam *glol.* procedere, & eſſe approbatam, teſtatur *D.de Franch. deciſ.* 504 *nu.*11, quandò delictum eſt graue, ac ſecundùm iſtam *glol.* iudicatum refert in Parlamento Pariſienſi *Papon lib.*24 *tit.*10. *arreſt.*2. licèt procedere in duobus caſibus dixit *Anton. Gomeſ. lib.*3. *de delict. cap.*6.*n.*8. Primus eſt, concurrente qualitate alicuius grauiſſimi facti, argumento *text. in l.reſpiciendum, ff.de pœn. & in l.Pœdius, §.*1. *ff.de incen. ruin. & naufrag.* Secundus eſt, quandò pro ſimili delicto conſueuit in illo loco dari pœnam mortis, *ex tex. in l.Saccularij, ver.hanc rem, ff.de extraord.crimin.* melior eſt *text.in l.ſi quis reum, ff.de cuſtod.reor.* Verum eſt etiã, quòd alij diſtinguunt, vt *Ioann. de Imol.in cap.vt inquiſitionis, de hæret.in* 6. *& in l.*2. *ff.de publ.iud.* quem citat *V.in loco* citato, poſt *Bald.in l.*1. *in fin. C.de his, qui latr. vel alios crim. reo. occult.* quod aut concurrunt qualitates, & circumſtantiæ, quæ ſuaderent, talem pœnam imponi, aut non, vt primo caſu extendi poſſit Iudicis arbitrium vſq; ad mortem, ſecundo verò caſu minimè protrahi poſſit, quam diſtinctionem ſequutus etiam fuit *Clar.in §.finali.quæſt.*83. *ſub num.*11. Et denique *Boſſ.in tit de iniur.num.*30. fuit in opinione, quòd aut iniuria conſiſtit in verbo, & in facto, & ſic ſit enormis, & atrox, & poterit pœna ad mortem extendi, aut in ſolo verbo, & minimè poterit ad mortem extendi.

Eorum ergò retenta ſententia, qui atrocem iniuriam mortis naturalis pœna puniri poſſe exiſtimauerunt, concurrentibus qualitatibus, & circumſtantijs ad eam ſuadentibus. Certum eſt, atrocem iniuriam ex tribus modis iudicari, ex perſona ſcilicèt, ex facto, & ex loco, vt in *l.prætor, §.atrocem, ff.de iniur. & in §.atrox, Inſtit.eod.*

Si ex perſona atrocitatem iudicare velimus, quis non atrociſsimam hanc appellabit iniuriam, in Doctoris, & Aduocati perſonam ſic petulãtèr inflictam? Habet nàmq; Doctoratus in ſe annexâ dignitatem, *Afflict.in Conſtit.Conſtitutione præſenti, num.*4. quem citat *D.de Franch, deciſ.*564.*num.*3. & antè eos dixerat *Luc.de Penn.in l.Grammaticos, C.de profeſſ.qui in Vrbe Conſtantinop.* ac Nobilitate perfulgent Doctores, idem *Luc.de Penn.in l.mulieres, C.de dign. lib.*12. & quanta ſit Aduocatorum dignitas, & præſtantia, quibuſuè fuerint titulis, prærogatiuis, & priuilegijs ab Auguſtiſsimis Imperatoribus inſigniti, in toto corpore iuris patet præſertim in duobus *titulis, C.de Aduocat.Iudic. & de Aduocat.diuerſ. Iudic.* quæ ſimul fuerunt nouiſsimè eleganti ſatis ſtylo collecta ab inſignibus, & plæclariſsimis Iureconſultis, Aduocatiſq; tempeſtatis noſtræ diſertiſsimis, atq; Primarijs *Dominis Franciſco de Petris*, ſcientiarum, & præſertim oratoriæ diſciplinæ alumno, *Petro Carauita*, feudorum Cathedram in hoc Neapolitano Gymnaſio amplisſimo Moderatore, *& Camillo Tambro*, Iuris Ciuilis etiam olim ſubtiliſsimo Interprete, in eorum allegationibus, quas ediderunt pro ſubleuando Dominorum Aduocatorum cętum ab examinis ſubiectione, quæ fortè in ſtudioſorum omnium gratiam, cum voto *D.Regentis* (& ſi aliquantulum rigoroſo) in cõſultatione facta S.M. in illa cauſa imprimentur, & ſic augetur pœna, dùm percutitur perſona in dignitate conſtituta, *Theſſaur.dec.*224. *num.*2.

Si ex facto, quis planè negare poterit, eã atrocẽ nõ fuiſſe iniuriã, cùm conſtet, baculo pulſatum, verberatumuè fuiſſe Doctorem? verba ſunt clara *text.in dict. §.atrox. Inſt.de iniur.* iũcto *§.ſuperiori*, & (quod peius) ab humili perſona, & ordinariæ conditionis, quamobrẽm dolendum eſt cum *Imperatore in auth.habita, C.nè filius pro patr.* cuius verba ſunt. *Et à viliſſimis ſepè hominibus, (quod grauitèr ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt.*

Et tandèm ex loco atrocitatem facilè dijudicabimus, cùm ſit verberatus in loco publico, in via ſcilicèt publica, quamplurimis tranſeuntibus, & videntibus, miſerimi Doctoris con-

tume-

tumeliam, & ignominiam eius, quo ſanè caſu non ſolùm atrox, ſed atrocior dicetur iniuria, iuxta *text. in d.l.prætor, §.finali, in fin.ff.de iniur.* ibi, *quia atrocior eſt, quæ in conſpectu fit*, & concinit his omnibus *text. in l.aut facta, ff.de pœn.* ex quo *textu* conſideranda ſunt *Demoſthenis* verba exclamantis. *Nemo enim (O viri Athenienſes) denuncians hoc, quod aggrauat, audientibus repræſentare poteſt, ità vt rei veritas ſe habet*, quare multotiès accidit, vt non vt conuenit, puniatur facinus.

Patet ergò vndiq; atrociſſimam hanc iniuriam atrociſſimè illatam, atrociſſimo quoq; modo eſſe vindicandam, Iudiciſq; arbitrio ad mortem vſquè extenſo deberi ad foriudicationis ſententiam contra contumacem procedi.

At pro inquiſito, ſeù illius excuſatore dicebatur, *textum* prædictum in *§.in ſumma*, neq; illius *gloſ.* poſſe pro hoc caſu allegari, ſiquidèm *text.* non dicit, poſſe Iudicis arbitrium vſq; ad mortem extendi, ſed tantùm dicit, Iudicis officium, cùm criminaliter agitur, extraordinariam pœnam irrogare reo, *Gloſ.* verò quæ id dicit, fundat eius dictum in *l.Pœdius, ff. de ingen.ruin.& naufrag.* quæ nec minus hoc dicit, immò non ſolùm *text. in l.Pœdius* hoc non dicit, ſed adeſt alius *tex. in l.1.ff de furibus Balnear.* vbi legitur, arbitrariam pœnam non eſſe perpetuam, & clariùs in *l.fin.ff.de iniurijs* dicitur, iniuriarum pœnam eſſe extraordinariam, ergò non eſt verum, ſimpliciter eſſe relictam arbitrio Iudicis.

Et quòad *Gloſ.* prædictam communis DD. Schola ſequitur contrariam opinionem tanquàm magis cõmunem, & vſu receptam, quòd ſcilicèt Iudicis arbitrium non poſſit extendi ad mortem, proût dixerunt *Alexand.conſ.111.num.2.cum ſeq. volum.1.& conſil. 13.num.15 lib.7.Peguer. deciſ.24. num.17. & deciſ.7. num.12. Iaſon in l.qui iuriſdictioni præeſt, ff.de iuriſd. omn.Iudic. & in l.& ſi legibus, C.ſi contra ius, vel vtilit.publ. Anton.de Butrio in cap.de cauſis, de officio deleg. gloſ in cap.inquiſitionis, in ver.alioquin, de accuſat. Grammat.conſ.crim.36.num.21. conſ.39.nu.6.7.& 8. & conſ.48.ſub num.2. Io.Andr. in cap.ſæpè, de verb. ſignific. Bald.in l.1.in fin.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Bertazol conſ.21.num.17. in fin.* allegans *Bald.in l.2.ver.aut pœna eſt arbitraria, C.de exhib.reis*, idem *Bertazol.conſ.35.num.19.& conſ.41.num.3. Roman. conſ.376. Bald.in l.1.C.ſine iuſſu Princip. & in cap.1. colum.1 de pace tenend.* vbi dicit, neq; pœnam publicationis bonorum poſſe Iudicem vigore arbitrij imponere, ergò tantò minus pœnam mortis, *Salazar.de vſu, & conſuet.cap.5.num.7. Tiraquell.de pœn.temper. cap.39.num.2. Afflict.deciſ.276.num.6. Caſſan.in Conſuet.Burgund.rubr.1.§.5.verſ.al albitrare*, Clar. *in §. final.quæſt.33.& 83. Padill.in l.tranſigere, num.27. C. de tranſact. Riminald.iun. in l.imperium, num.37. ff.de iuriſdict.omn.Iudic. Menoch.de arbitr. lib.1. quæſt.86. Boer.deciſ.249. Oſaſc.deciſ.104. Theſaur.deciſ.161.num. 6. Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.33.cap.16. num.2.* & alijs omiſſis *Proſper Petra in addit.ad Gramm.deciſ. 46.num.2.* qui dicit, non poſſe Iudicem in crimine iniuriarum arbitrium extendere vſquè ad mortem.

Præterea nedùm communis DD. turba eſt contra *Gloſ.* ſed eadem *gloſ.* alijs in locis eſt ſibi contraria, & præſertim in *l.1.C.de famoſ.libell. in ver. capitali ſententia*, vbi dicit, ſpeciale eſſe in crimine famoſi libelli, vt pro tàm magna iniuria imponatur pœna mortis, ergò ſi ſpeciale eſt, vt in famoſo libello imponatur pœna mortis, regula eſt in contrarium, quòd pro crimine iniuriarum non poſſit imponi pœna mortis, & hoc dicere volebat *Alexand.in d.conſ.111. volum.1.* quòd ſi in actione iniuriarum lex voluiſſet, dari pœnam mortis, vtiquè dixiſſet, & non reliquiſſet arbitrio Iudicis, & eadem *gloſ. in l.ſacrilegi capite 9. ff.ad leg.Iul.peculat. in ver.conſiderandum eſt* ponit tanquàm diuerſa pœnam capitis, à pœna extraordinaria, per dictionem illam *Vel*, ibi, *capitis, vel extraordinaria pœna*, ex quo ſequitur, quòd extraordinaria pœna eſt ſatis differens à pœna capitis, & ſic cùm in *dict. §.in ſumma* ſit impoſita pœna extraordinaria, non debet eſſe pœna capitis, ſed longè mitior, iuxtà ſupradictorum *DD.* traditiones, & placita.

Nec vis aliqua facienda eſt in *Gomeſ.* doctrina. Primò, quia fundatur in *d.l.Saccularij, in ver.hanc vẽ, ff.de extraord.crim.* qui *text.* videtur potiùs probare contrarium, dùm dicit. *Præſides exequi ſolent graviter vſq; ad pœnam capitis, quia ipſa res mortem comminatur*, ergò colligitur, quòd ſolent Præſides capitis pœnam exequi, quandò tamen delictum talem pœnam mortis requirit, quod non eſt in hoc caſu. Secundò declarat *Gomeſ.* aſſumptum, quòd Iudicis arbitrium poteſt extendi vſq; ad mortem in duobus caſibus. Primus eſt, ſi ſumus in grauiſſimo delicto. Secundus, quandò pro ſimili delicto ſolet dari pœna mortis. At hic neq; delictum eſt grauiſſimum, nec ſolet mortis pœna irrogari.

Quòd autem delictum non ſit grauiſſimum, patet ex pœna ſtatuta, quæ non eſt pœna mortis, proût dixit *Buccaron.in tract.de different.iur.different.* 50.*n.*7. ergò delictum non poteſt dici grauiſſimum, vt ſimus in caſu, & dicto *Gomeſij*. Quinimmò neq; poteſt dici, eſſe delictum atrox, quoniam *text.in d.l.prætor*, §. *fin.de iniur.* eas tantùm atroces iniurias appellat, quæ Magiſtratui, Patrono, vel Parenti fiunt, & *Dom. Regens in Pragm.11. de Abolit.num.27.* tradit, quòd præter hæc tria genera perſonarum enumerata in *d.l.prætor edixit*, cuicunq; alio fiat iniuria non dicitur atrox.

Nec minus magnifacienda eſt Doctoratus dignitas, & Aduocationis præſtantia, vt ex hoc ſit augenda pœna, quandoquidèm ſi hoc alicuius poſſet eſſe conſiderationis, conſiderandum planè eſſet in Doctore Collegiato, ſeù in Profeſſore inter ſuos ſcholaſticos, iuxtà *Menoch.* doctrinam in *tract. de arbitr. lib.2 caſu 273.num.17.* quia iniuria fit Collegio. Et quæ dicta ſunt de Aduocatorum præſtantia, ac priuilegijs, ea planè procedunt, & intelligenda ſunt de priſcis illis Aduocatis, qui antiquorum Imperatorum temporibus florebant, non autem de Aduocatis præſentis temporis (quod eſt certè dolendum) proût paſſim tradunt *DD.* de militibus noſtri temporis, quòd non gaudent militaribus priuilegijs olim militibus conceſsis, & in *l.1.C.de iur.& fact. ignor.& in l.centurio, ff.de vulgar.& pupill.*

Nec etiam ſumus in ſecundo caſu *Gomeſij*, quandò ſcilicèt pro ſimili delicto ſoleret dari pœna mortis, enimuerò id nunquàm probatur, vel traditur practicatum, immò duæ allatæ ſunt deciſiones, vna in cauſa alapæ datæ in faciem cuiuſdam Doctoris de anno 1621. ex cauſa officij Aduocationis, & fuit cõdemnatus percuſſor ad remigandum per quinquennium, altera in cauſa ſceleſti illius Thomæ Anelli Vertozzæ, cuius ordine ab eius ſeruo fuerunt data nonnulla verbera cuidam Doctori antè Palatium M.C. & percuſſor fuit condemnatus ad remigãdum per biennium, & ipſe Thomas Anellus ad relegationem per quinquennium. In quo delicto concurrebant qualitates graviores; quàm in hoc, nàm ibi præceſſit maximum imperium, dicendo eius ſeruo,

à là dà mazze à queſto, fuit etiam factum antè Palatium M. C. ſe ex cauſa offerij, quia Doctor nolebat ſoluere vltrà pandectam, Verrozza verò vti Magiſter Actorum volebat pecuniam vltra pandectam extorquere.

Et vltrà has deciſiones noſtrorum Tribunalium habemus aliam Senatus Sabaudię, quam refert *Theſaur.dec.224.* de quodam condemnato ad remugandum per quinquennium, ex quo cum violentia intrauit in Monaſterium S.Franciſci, & cum baculo percuſſit Superiorem prædicti Monaſterij, in quo delicto quis dubitare poteſt, quin adſint qualitates multò grauiores, quàm in hoc caſu?

Ex quibus ſanè deciſionibus nedùm patet reſponſio ad ſecundum *Gomeſij* caſum circa ſolitum impoſitionis pœnæ, ſed ad alias qualitates, & circumſtantias exageratas per Fiſcum, ſcilicèt vt ſit commiſſa iniuria cum baculo, & in ſtrata publica, & cùm per binas iudicaturas ſit introducta conſuetudo, vel ſaltem ſolitum iudicandi, *DD.in l.de quibus ff.de legib.* minimè poterit Iudex capitalem pœnam arbitrari, ſed conſuetudinariam, vel ſolitam, proùt dixit *Marant.in d.4.part.princip.num.73.* per *text.* clariſſimum in *l.ſi quis reum, ff.de cuſtod.reor.* & *Clar.d.quæſt.83. num* 13. cùm minimè ſint mutanda, quæ certam habuerunt interpretationem *l.minimè, ff.de legibus.*

Et poſtremò dicebatur, rationi, & æquitati conſonum non eſſe eandem pœnam dari Doctorem percutienti cum baculo, quam cum occidenti, contra regulas traditas per *Grammat.d.conſ.39.num.6.* quòd mitior, non grauior pœna danda eſt in arbitrarijs, quòd pœnæ ſunt potiùs molliendæ, quàm exaſperandæ, & quòd potiùs ſtandum eſt æquitati non ſcriptę, quàm rigori ſcripto.

Præſens cauſa non fuit deciſa, ſed ex induſtria dilata. Hæc tamen habui quæ colligerem ex vtriuſquè partis aſſertionibus, ac DD. placitis pro veritatis indagatione, & quæſtionis reſolutione. *Io.Laganar.*

De Damnis clandeſtinis. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmatica iſta corrigit duas* Regni Conſtitutiones, *pro quarum intellectu, ampliationibus, & limitationibus aliqua remiſſiuè.*

2 Conſtitutiones *per hoc edictum correctæ habent locũ in beneficium Eccleſiarum, ſiuè perſonarum Eccleſiaſticarum.*

3 Barones de iure quatènus teneantur ad damna, de quibus hic, reſarcienda.

Scientia in Baronibus requiſita, vt teneantur, quandò præſumatur.

ANoi è ſtato preſentato, &c.

Vniuerſitates contribuentes Baricello non moleſtentur pro damnis clandeſtinis. H. D.

1 Hæc Pragmatica corrigit duas *Conſtitutiones Regni*, quarum prima incipit *Super inciſionibus*, altera verò *Si damna clandeſtina*, & licèt ſint correctæ, tu pro illarum intellectu vide *Marantam. conſ.42.* & *conſ.145.* & pro ratione decidendi vide *Menoch.præſump.31.n.19.cum ſeq.lib.5.* Vbi habes ampliationes,
2 & limitationes: & illæ *Conſtitutiones* habent locum etiam in beneficium Eccleſiarum, ſiuè perſonarum Eccleſiaſticarum, *Paueirol.conſ.49.* De iure autem te-
3 nentur Barones ad hæc damna reſarciendum, etiam non exigentes vectigalia, vel pedagia, quãdò ſciunt, & prohibere potuerunt, & ſcientia præſumitur, quandò maior pars Vniuerſitatis ſciuit, *Ioa.Koppen German.q.37.*

De Dilationibus. Rubrica.

R E R V M S V M M A.

1 *Dilationum materia, remiſſiuè.*

1 AD huius Rubricæ pleniſſimam intelligentiam eſt videndus *Petr.Gregor.Tholoſ.ſyntagm.iur. vniu.lib.48.cap.8.*

De Dilationibus. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmaticæ iſtiuſmodi diſpoſitio in quibus ſit alterata, remiſſiuè.*

2 *Dilationum pœnæ de quibus hic, & alibi, ſi non fuerint exactæ antè ſententiam, & ſententia ſit lata in fauorem eas opponentis, an poſt ſententiam exigi valeant, remiſſiuè.*

SI quis petierit, &c. Non vtentes dilationibus, & beneficijs petitis pœna vnius vnciæ mulctentur. H. D.

1 Diſpoſitio huius Pragmaticæ in multis eſt alterata per *Pragmat.31.* inter editas per Cardin. Granuel. quæ nunc redacta in volumine nouæ compilationis eſt *Pragmatica prima, infrà de procuratoribus*, & fuit confirmata in anno 87. per Comitem Mirandæ, vt in *prag.44.n.4. de offic.Magiſt. Iuſtit.*

2 Si autem pœnæ, de quibus in hac, & alijs prædictis Pragmaticis non fuerint exactæ antè ſententiã, & ſententia ſit lata in fauorem opponentis huiuſmodi dilationes, non poſſent exigi poſt ſententiam, *Anchar.in conſ.145.* incipiente, *ſi dicta poſitio, n.3.*

De Dilationibus. Pragm. II.

R E R V M S V M M A.

1 *Dilationis ad laudandum authorem materia, remiſſiuè.*

2 *Dilatio ad laudandum authorem an detur, quandò intentatur remedium* can. reintegrandæ 3.q.1.

3 *Dilatio ad laudandum authorem, ſi iudicium ſit motũ ſuper re feudali an detur.*

4 *Dilatio ad laudandum authorem non datur in perſonalibus.*

5 *Authorem laudare etiam poſt concluſum vſq; ad ſententiam habens cauſam onerоſam poteſt, differt tamen, an denunciatio fiat authori laudato propè ipſã ſententiam, vel antè legitimo, & congruo tempore, quo author laudatus poſſit litem ſuſcipere, ipſamquè defendere.*

6 *Denunciatio authori vt legitimè facta dicatur quæ requirat, & quod tempus dicatur congruum, remiſſiuè.*

7 *Autho-*

Digiti... Google

7 authori laudato ſuſcipienti litem in ſe actor notificari facere acta ad ſui inſtantiam facta non tenetur, niſi author ſuſcipiat illam tanquàm procurator in rem propriam, quod fallit, ſi actor probet, perſonam conuenti eſſe legaliorem, & ſua intereſſe potiùs cum conuento, quàm cum authore laudato litigare.

DVbitationem, &c. Authore præſente in iudicio reo non datur dilatio ad laudandum authorem, ſecùs ſi abſens, & contrà authorem ſuſcipientem onus iudicij mandatur ſententia exequutioni ſine alio nouo proceſſu. H.D.

1 Vide in actu practico omninò *Benintendecif. Bonon.92.* & limita, vt non habeat locum, quandò
2 intentaretur remedium *can. reintegrandæ 3.q.1.* ſecundùm *Archid. ibi in fin.* quem ſequitur *Campag. in cap. Regni Subditorum, num.69. verſ. nunquid autem.*
3 Item limita, vt non detur hæc dilatio, ſi iudicium motum ſit ſuper re feudali, vt iudicatum fuiſſe per Sacrum Conſilium refert *Liparul. ad Andr. Iſern. in §. in generali, ſi de feud. fuer. controu. in apoſtilla magna,*
4 *circà medium,* & aduerte, quòd cum miſterio fuit dictum in *textu* de realibus, quia in perſonalibus non datur dilatio ad laudandum authorem, vt per *Ant. Gamm dec. Luſit.101.*

5 Et dùm *Cauenſis hic num.6.* ait, quòd is, qui habet cauſam oneroſam, poteſt laudare authorem, etiam poſt concluſum in cauſa vſquè ad ſententiam, addo *Corſet in ſingul.* incip. *denunciatio*, ſed eſt aduertendum, quòd eſt magna differentia, an hæc denunciatio fuerit facta authori laudato propè ipſam ſententiam, vel antè legitimo, & cõgruo tempore, quo author laudatus poſſit litem ſuſcipere, & rem ipſam defendere, nàm primo caſu ſi reus reportauerit ſententiam contra ſe, ſententia illa non oberit authori laudato, niſi reus ipſe probet, ſententiam iuſtè fuiſſe latam contrà ſe, per *text. in l ſi rem, quam, in fin. ff. de euict.* & *in l. emptorem, in princip. ff. de actio. empt.* vbi *Fulgoſ.* & docet *Afflict. dec.49. Decius conſ.74. colum.4. Gratus conſil.157. lib.1.* qui fatentur, hanc eſſe opinionem communem, ſecundo verò caſu ſententia oberit etiam authori laudato, nàm quandò fuit facta denunciatio congruo tempore, tenetur ipſe ſuſcipere litis defenſionem, nec poteſt conquæri
6 de reo, quòd ſibi non denunciauerit, verùm quod tempus dicatur congruum, & quę requirantur, vt legitimè dicatur facta hæc denunciatio, vide latè *Couarr. lib.3. var. reſol. c.17. per tot.*

7 Sed ſi author laudatus comparens ſuſcipiat iudicium pro conuento, non propterea actor tenetur ipſi authori laudato ſuſcipienti litem in ſe notificari facere acta ad ſui inſtantiam fabricata, ſed ſufficit ſibi proſequi iudicium contra poſſeſſorem ab initio conuentum, vt per *Præſ. de Franch. dec.462.*

Niſi author laudatus ſuſcipiat iudicium in ſe tanquàm Procurator in rem propriam, nàm tunc actor debet cum ſuo authore laudato litigare, & non cum poſſeſſore, *l. & ſi lege, §. item ſi rem, circà fi. ff. de petit. hared.* niſi actor probet, perſonam conuenti eſſe legaliorem, & ſua intereſſe litigare potiùs cum conuento, quàm cum authore laudato, ità docet *Caſtren. in l.1. C. vbi in rem actio*, quem ſequitur *Capyc. deciſ. 197. n.6. & 7. Ang. Aret. in l. à ſententia, poſt n.4. in fi. verſ. tu adde, ff. de appell. Honded. conſ.25. num.7. cum ſeqq. vol.1. Gurba dec.8. n.41.* vbi alios citat.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius* textum *eſſe defectiuum, demonſtratur.*

2 *Dilatione vltramarina vt quis gaudere poſſit, non ſufficit, ſi nominet ſimpliciter ſe habere teſtes extrà Regnum infrà quinquè dies, ſed debet infrà eundem terminum illos declarare per nomina & cognomina, & facere depoſitum, quod vltimum euitabit ſi declarauerit, ſe velle vti dicta nominatione, ac ſi eſſet infrà Regnum facta, ſi in dicta nominatione nominauerit habere teſtes, nedùm extrà Regnum, ſed etiam intrà Regnum, & n.6.*

3 *Nominatio teſtium per nomina, & cognomina ſpecificè debet eſſe facta intrà illos quinq; dies, aliàs nominatione vltramarina non gaudebit, etiam ſi velit poſteà declarare nomina, & cognomina teſtium, quicquid in contrarium communis praxis hucuſquè obſeruauerit.*

4 *Depoſiti, de quo hic, faciendi forma cur fuerit introducta.*

5 *Depoſito elapſis illis quinq. diebus facto an nominationi ſit deferendum.*

7 *Nominatione teſtium facta intrà illos quinq. dies infrà Regnum tantùm, omiſſa illa extrà Regnum, an Pars poſt dictum terminum admittatur ad faciendam nominationem extrà Regnum, cum declaratione, quòd vult vti, ac ſi eſſet facta intrà Regnum.*

8 *Dilatio vltramarina eſt concedenda tàm pro teſtibus examinandis, quàm pro ſcripturis præſentandis, quæ eſſent extrà Regnum.*

9 *Dilatio vltramarina ſemel tantùm in qualibet cauſa eſt admittenda, hinc concedi debet in primo, vel ſecundo beneficio, ſi non eſt conceſſa in termino ordinario.*

10 *Dilatio vltramarina quæ propriè dicatur, & nàm in cauſis recuſationum & ſuſpitionum Officialium admittatur, & quid hodiè circà prædicta omnia obſeruetur, remiſſiuè.*

11 *Dilatio ad requirendos teſtes, qui ſunt extrà Prouinciam, quanta eſſe debeat.*

Quidnè in ea concedenda obſeruetur de iure communi, ibid.

Quid de iure Regni Neapolitani, n.12.

Et quid de iure Hiſpaniarum, n.13.

Referuntur leges Partitarum *in hac materia diſponentes, n.14.*

15 *Dilatio vltramarina an ſit eadem concedenda, ſi negotium contingerit extrà Regnum, vel ſi teſtes ſolùm ſint extrà Regnum cum ſequentibus.*

16 *Leges Hiſpaniarum non poſſunt applicari in Tribunalibus Regni Neapolitani.*

17 *Stylus obſeruantia tollit omnem dubiam legis interpretationem.*

ALiam ſimilitèr, &c.

Dilatione vltramarina non vtentes, depoſiti facti amiſſione mulctantur. H.D.

Aduerte, quòd *text.* huius Pragmaticæ eſt defe-
1 ctiuus in principio circà quantitatem depoſiti faciẽdi, prout collexi ex *Carau. in Ritu 140. num.6.* & poſteà perquiſitis Pragmaticis antiquis inſertis in volumine *Conſtitutionum Regni*, in *Pragmatica* incipiente *Raymundus, & c. Vniuerſis, ſub tit. quòd ob accuſa-*

cusationem de falso, versalium similiter, fol. mihi 442. *colum.* 2. reperi, quòd in principio post illa verba *per locorum distantiam* deficiunt hæc verba, videlicèt *pro vnoquoq; mense ipsius dilationis obtentæ quindecim ducatos realiter deponere teneatur statim*, quæ postea in nouissima impressione sunt apposita.

2 Et ideò est notandum, quòd ex hac Pragmatica, iuncto *Ritu* 140. vt quis possit gaudere dilatione vltramarina, non sufficit, quòd nominet simpliciter, se habere testes in aliquo loco extrà Regnum infrà quinq; dies, sed est necesse, quòd infrà eundem terminum dictum quinq; declaret etiam testes per nomina, & cognomina, & faciat depositum, in hac Pragmatica taxatum, quòd si declarauerit, se velle vti dicta nominatione vltramarina, ac si esset facta intrà Regnum, euitabit depositum, dummodò in nominatione ab ipso facta intrà quinq; dies nominauerit habere testes nedùm extrà Regnum, sed etiã infrà Regnum, ex doctissimè traditis, & decisis per insignem *Præsidem de Franch. dec.* 57. Verùm adhùc
3 nominatio testium per nomina, & cognomina specificè debet esse facta infrà illos quinq; dies, aliàs nominatione vltramarina non gaudebit, etiam si velit postea declarare nomina, & cognomina test.ũ, ità nuperrimè his proximis diebus ab eodem doctissimo *Præside de Franch.* in quadam facti contingentia dubio, quod fuit nouum apud me; nàm veritas est, quòd practica communis hucusq; obseruata contrarium suadebat, nàm in huiusmodi dilationibus vltramarinis semper fuit admissa declaratio testium per nomina, & cognomina, etiam longè post illos quinque dies, & re vera perquisitis omnibus *Ritibus, Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni* non potui inuenire, vndè procedat huiusmodi arctatio temporis ad faciendum dictam declarationem nominum testium infrà dictos quinq; dies, & verba *Ritus* 140. qui hanc declarationem introduxit, nullo modo admittunt hanc temporis restrictionem, immò nullibi etiam constat expressè, quòd illa simplex nominatio testium debeat fieri solùm infrà quinq; dies post terminum, sed communis stylus diutiùs ità obseruatus hanc interpretationem dedit nominationi faciendæ, qui stylus cùm sit stricti iuris, non est ampliandus, præsertim data obseruantia in contrarium, sed apud me est, preùt semper fuit maximi ponderis authoritas illius eminentissimi viri, & propterea in futuris casibus à prædicta
4 eius declaratione non recedam. hæc autem depositi faciendi forma fuit introducta per hanc Pragmaticam ad euitandas calumnias litigantium, quemadmodùm de iure communi erat introductum in his dilationibus vltramarinis, vt quandò Iudex suspicabatur, illas fieri per calumniam causa dilatandi faceret parti præceptum, vt deponat pecuniam pro salarijs testium in eundo, redeundo, & morando, aliàs eum non audiet, secundùm *glos.* singularem in *cap. statutum. §. fi.* iuncto *text. in verb. expensas de rescript. num. 6. Ancharan. in cap. constitutus*, post *num. 6. in 2. oppos. extrà de fideiuss. Didac. Perez lib. 3. ordinat. tit. 11. lib. 2.*

5 Et nuper ex hac noua practica introducta authoritate prædicti doctissimi *Præsidis* in causa Magdalenæ Bertorottæ cum Marchione Illiceti, in qua dicta actrix fecerat nominationem in Ciuitate Sauonæ iurisdictionis Genuensis, nominando testes per nomina, & cognomina infrà quinque dies, sed omiserat facere depositum, licèt illud postea fecisset elapsis quinq; diebus, obtinuit, quòd non deferatur nominationi, ad relationem tunc Regij Consiliarij Marci Antonij de Ponte, viri integerrimi, & diligentissimi in munere iudicandi, postea verò Regentis in Supremo Consilio Italiæ apud Catholicam Maiestatem, nunc autem Præsidis, & Viceprothonotarij in nostro Sacro Consilio, & Marchionatus titulo insigniti, decretum fuit latum die 10. Decembris 1605. Actuarius est Romanus pro Crioffo. Quãtumuis fuisset ponderatum, quòd in actrice cessabat suspitio dilatandi, quam volebat tollere Pragmatica, & post harum primam editionem illud idem fuit iudicatum per Sacrum Consilium in Aula Consiliarij Fabij Riccardi in causa D. Caroli de Aquino Principis Castilioni cũ D. Francisco de Aquino, referẽte Cõsiliario Ambrosio de S. Iacobo de Villalobos, Hispano eruditissimo. Actuario Carbono de mense Februarij 1612. Et credo, quòd forma faciẽdi huiusmodi depositum fuerit introducta ex dispositione *text. in d. cap. statutum, §. proferendo, & ibi glos. in verb. expensas, de rescript. in 6.* & quod ibi *glos.* dicit de deposito faciendo pro expensis testium, statuitur de deposito pro pœna non vtentis dilatione, vt suprà ponderaui.

6 Et dùm suprà dixi, quòd faciens nominationem vltramarinam euitabit depositum, si declarauerit, ea vti velle, ac si esset facta intrà Regnum, hoc sine dubio procedit, quandò ipsa nominatio est facta infrà quinque dies, numerandos, siuè à die intimationis secundùm vnam opinionem, siuè à die, quo terminus incœpit currere cum effectu, secundùm opinionem meam, quam latè deduxi in *Pragm. 7. infrà*
7 *de ordin. iudic.* Sed dubium est, quandò Pars infrà illos quinq; dies fecit nominationem tantùm infrà Regnum, omittendo illam facere extrà Regnum, an post illos dies admittatur ad faciendum etiam nominationem extrà Regnum, cum declaratione, quòd vult vti, ac si esset facta intrà Regnum? *Gutierrez lib. 1. pract. quæst. 56.* concludit, quòd sic, dummodò declaret, quòd vult, vt etiam pro hac dilatione vltramarina, & nominatione extrà Regnum intelligatur terminus cœpisse currere ab eo die, quo cœpit
8 currere nominatio infrà Regnum. Et idem *Gutierrez ibidem, num. 3.* ait, quòd hæc dilatio vltramarina debet concedi tàm pro testibus examinandis, quàm pro scripturis præsentandis, quæ essent extrà Regni. Et quia in his dilationibus vltramarinis audientia testium committitur Officiali degenti in locis nominatis, & sic extrà Regnum, si contingat, quòd stylus procedendi in locis nominatis sit diuersus à stylo fori illius Iudicis, & Tribunalis, in quo vertitur lis principalis, tunc ab eo Officiali, cui est commissa testium receptio est seruandus stylus Iudicis committentis, non illius, cui est facta commissio, quia testimonium factum extrà, refertur intrà Regnum, vbi attenditur virtus probationis, *Bald. in l. nullum, C. de testib.* & semper in modo procedendi debet attendi consuetudo loci, vbi lis agitatur, vt constat ex *cap. quod Clericis*, vbi *glos. vnica*, ibi, *vel iure municipali, extrà de foro competenti*, vbi *DD.* omnes *Capr. in cap. fin. num. 9. eod. tit. inter Repeten. Duen. regul.* 144. qui aperte dicunt, quòd stylus respiciens ordinem processus illius Iudicis, coràm quo procedetur, seruandus est, sequitur, & exornat *Barbos. in dict. cap. quod Clericis, num* 8. & 9. & probat expressè *text. in l. 3. in fin. ff. de testib.*

9 Non tamen obliuiscaris, quòd hæc dilatio vltramarina non amplius, quàm semel est admittenda in qualibet causa, vt est *text. in l. 1. C. de dilat.* & ideò si non fuit concessa in termino ordinario, est concedenda in primo, vel secundo beneficio. *Gutierr. lib. 1. pract. q. 62.*

10 Quæ

10 Quæ autem propriè dicatur dilatio vltramarina, declarat *Gout de Pax in ſua praxi, tom. 1. 8. temp. 1. p. num. 39.* & an admittatur in cauſis recuſationum, & ſuſpitionum Officialium? dicam (Deo dante) in *Pragm. infrà de ſuſpit. Officiat. & in pragm. 7. de ord. Iud.* Hodiè tamen ceſſant omnia prædicta ex noua forma tradita per nouellam *Pragmaticam* editam ſub die 11. Maij 1612. §. 9. incip. *ordinamos ancora*, quæ eſt *pragm. 4 infrà tod.* in nouiſſima editione.

Sed hoc depoſitum faciendum pro nominationibus factis extrà Regnum, ſeù vltramarinis an ſit neceſſarium? etenim in factis contingentibus extrà Regnum, ibi neceſſariò probandis, proùt in factis contingentibus intrà Regnum, probandis tamen per teſtes exiſtentes extrà Regnum.

De Iure Communi.

PER *leg. Iudices* cum *authent. ſeq. C. de fid. inſtrument.* eſt introductum, vt receptio teſtium degentium
11 in alijs locis extrà locum iudicij committatur Ordinarijs locorum, nulla facta coarctatione temporis, nec alia requiſita ſolemnitate.

Sed per *l. 1. C. de dilationib.* fuit limitatum tempus, vt ſcilicèt pro teſtibus intrà Prouinciam, vbi lis agitur, dilatio ſit trium menſium, in contingentibus verò Prouincijs ſit menſium ſex, in tranſmarinis autem ſit nouem menſium.

De Iure Regni.

12 PER *Conſtitut. Cauſas alias* fuit additum, vt à petente dilationem in longinquis partibus præſtetur iuramentum non cauſa differendi iudicium, ſed ex neceſſitate dilationem peti.

Per *Reg. 140.* reſpectu teſtium extrà Regnum fuit ſubunctum, quòd vltrà iuramentum prædictum nominentur teſtes ſpecificè, & fiat depoſitum pro examinandis teſtibus, & non volens puniatur mulcta florenorum quinquaginta, & etiam tanquam calumniator.

Per *Pragm. 7. de ordin. Iudic.* fuit inducta alia forma, ſcilicèt facta nominatione teſtium infrà viginti milliaria à loco iudicij dilatio ſit quindecim dierum tantùm, vltrà viginti milliaria multiplicetur numerus dierum, tribuendo cuilibet dietæ quinque dies, ità tamen, quòd talis dilatio intrà Regnum non tranſcendat ſpatium trium menſium, adiecta pœna duarum vnciarum non volenti dilatione. Hæc in anno 1447.

Per *Pragm. 3 1. de offic. Sacr. Conſil.* non volenti hac dilatione ſtatuitur pœna ducat. 2. & quòd pro vltramarina dilatione ſint etiam depoſitum Fiſco applicandum, & confirmatur per *Prag. 1. de dilat.*

Per hanc *Pragm. de dilation.* in dilatione vltramarina taxatur certa ſumma depoſiti faciendi pro pœna non volentis, ſcilicèt ducat. 5. pro quolibet menſe. Terminus verò ipſius dilationis remittitur arbitrio Commiſſarij cauſæ, qui non ſolet arbitrari vltrà ſex menſes.

Hæc ſunt diſpoſita in Regno noſtro, nulla facta diſtinctione, an dictum in iudicio deductum contigerit in Regno, vel extrà Regnum.

De Iure pro Hiſpaniarum.

13 PER *l. 13. tit. 16. Partit.* ſtatuitur, quòd pro examinandis teſtibus exiſtentibus in loco iudicij detur dilatio trium dierum, qui valeant prorogari in alios tres dies, & deindè in alios tres, ità quòd non excedat nouem dies ad ſummum. Pro his verò, qui ſunt extrà locum iudicij, ſed intrà territorium, vel propè circùm circà, non excedat metam dierum viginti ſeptem, de nouem in nouem dies. Sed ſi teſtes ſint nimis à longè, terminus ſit dierum nonaginta, ſimilitèr de 30. in 30. dies, & hoc reſpectu illorum teſtium, qui ſunt Ciues de loco iudicij, & reperiuntur extrà territorium pro ſuis negotijs. Quòd ſi teſtes ſint forenſes de alijs locis nominatis à longè, tunc terminus erit arbitrarius Iudici, dummodò non excedat nouem menſes.

Per *l. 2. tit. 11. lib. 3. ordinamen.* hic terminus nouem menſium eſt reſtrictus ad ſex menſes tantùm, quandò teſtes ſunt extrà Regnum, vel vltrà mare, & in eadem *lege* cõmittitur arbitrio Iudicis facultas minorandi dictum terminum, ſi viderit minorem ſufficere, proùt in *lege ſequente.* datur arbitrium illum prorogandi, ſi viderit longiorem requiri, vt notat *Didac. Perez in dd. 2. in princ.*

Confirmatur per *l. 1. 2. & 3. tit. 7. lib. 4. noue Recopilat.* multis tamen innouatis, vt infrà.

Libro quarto, Titulo ſexto de los teſtigos, y de las prueuas, y terminos dellas, y concluſion de los pleytos.

Ley Primera.

14 *MAndamos, que concluſo el pleyto, los de nueſtro Conſejo, y Oydores de las nueſtras Audiencias den ſentencia en que reciban las partes à prueua ſobre todo lo por ellos dicho, y alegado. que las partes juren de calumnia: y que el termino, que ſe aſignare por la dicha ſentencia ſea el ſiguiente. Que ſi fuere en las Ciudades, y Villas de aquende los puertos, ſea termino ochẽta dias: y ſi allende los puertos, ſea termino ciento, y veynte dias para prouar, y auer prouado, y para preſentar la prouanza: y los del nueſtro Conſejo, ò el Preſidente, y Oydores ante quien la cauſa pendiere, puedan abreuiar los dichos terminos, y cadauno dellos, acatada la calidad de la cauſa y perſona, y cantidad, y diſtancia de los lugares donde ſe han de hazer las prouanças: y que no los puedan alargar, y que eſto ſea por todos plazos, y termino peremptorio: con apercibimiento, que no les ſea prorogado, ni la lo pueda prorogar, ni alargar. Otro ſi mãdamos, que en caſo que qualquier de las partes dixere, que tiene teſtigos allende la mar, ſea dado termino de ſeys meſes haziendo la ſolemnidad, y juramento, y dando la information, y nombrando los teſtigos, y depoſitando las expenſas ſegun, y por la forma, que diſpone el derecho, y que no ſe pueda dar, ni de otro mas termino, ni dilatõ por quatro plazos, ni por quinze dilacion, ni con reſtitucion, ni en otra manera: y ſi el Iuez viere en el caſo de los ſeys meſes para los teſtigos de allende el mar, le ponga pena ſegun ſu aluedrio, la qual luego depoſite: y que à cada una de las partes ſea de ſu parte de receptoria. Y lo contenido en eſta ley mãdamos, que aya lugar, ſalue ſi el termino para prouar ſe pidiere para hazer prouanca en las Yslas de Canaria, ò en qualquier dellas, ò en otras Yslas: y en tal caſo los Iuezes puedan taxar, y taxen el termino, que ſegun la diſtancia de la tierra, y de la calidad de la cauſa les pareciere, que deuan taxar: añadiendo, ò menguando del dicho termino.*

Ley Segunda.

QVando el domandador para prouar la demanda, ò el demandado para prouar ſu defenſion dixere, que

que tienen testigos allende la mar, ò fuera del Reyno, mandamos, que el Iuez no les de mas plazo de seys meses para traer ante el los testigos, ò los dicho dellos: pero si viere el Iuez, que la prueua se puede hazer en tiempo mas breue, que le de plazo segun su aluedrio, en che entendiere, che se puede hazer la prouanca. Y porque en los plazos para allende la mar, ò fuera del Reyno, no pueda ser hecha malicia, ò alongamiento, mandamos, que estos plazos no sean atorgados à la parte, che lo pidiere, saluo si prouare primeramente, que aquellos testigos, que nombrare, eran à la sazon en el lugar do el hecho acaescio: y esto que lo prueue hasta treynta dias.

Ley Terzeta.

POrque en el pedir, y conceder de los terminos vltramarinos sucle hauer mucha dilacion, y no basta lo proueydo por las leyes, para obuiar la malicia; y porque esta cesse, y toda dilacion mandamos, que qualquier de las partes, que quisiere pedir termino vltramarino, para hazer prouanca lo pida juntamẽte con el termino ordinario: para que si se le deuiere conceder goze, y corra el termino juntamente con el termino ordinario luegb: y que no auiendo pedido el dicho termino vltramarino, segun dicho es, no le pueda despues ser concedido.

51 *Azened. in hac l. 1. num.* 18. aduertit, terminum sex mensium in ibi præfixum in dilatione vltramarina dari, quotiès factum, de quo tractatur, contigit in illis Regnis, secùs verò si contingeret vltrà mare, vel extrà Regnum, nam tunc non petitur terminus hic vltramarinus sex mensium, sed terminus ordinarius vnius, & duorum annorum, si opus est, allegat *Monteros. in Pract. ciuili, tract. 2. fol.* mihi 3. *in calce, & à t.* subdens, *& ex l. seq. & nostra probari potest.*

Hoc idem adnotauit *Paz in sua Prax. sacul. part. 1.*
16 *8. temp. num.* 39. vbi post relatum tenorem dictarum *ll. nouæ recopilat.* subnectit hæc verba. *Intellige terminum hunc vltramarinum tunc dici, quandò factũ contigit in his partibus, & probatio eius fieri debet vltrà mare, vel extrà Regnum, quia testes ibi sunt: Caeterùm quandò factum contigit apud Indos, vel vltrà maresium: terminus peti non debet tanquàm vltramarinus, sed potiùs tanquàm terminus ordinarius de vno año, ò dos, segun la distancia, porque quando se ha de probar la cosa, que passò en las Indias, por termino ordinario se recibera prueua con vn año, y medio para la nueua España, y para otras partes de las Indias, y con termino de dos años para las otras Prouincias del Perù, vt in prag. 42. c. 15. l. 24. de las Indias.*

His sic stantibus, accidit, quòd

In causa vertente in Magna Curia Vicariæ inter Ioannem Georgium cum Carolo de Vandisfelt super conuentione, & reconuentione ex causa negotiorum inter eos gestorum in partibus Flandriæ, dato termino primo loco in causa conuentionis, & postea etiam in causa reconuentionis dierum decem, pro parte conuenti fuit in termino reconuentionis facta nominatio testium in partibus Flandriæ infrà dies quinque, sed non fuerunt specificè nominati testes per nomina, & cognomina, nec factum integrum depositum requisitum per Regiam Pragmaticam, quandò nominatio fit extrà Regnum, sed solùm pro summa ducatorum duodecim, propter quod actor allegauit, non esse deferendum nominationi: & sic fuit prouisum per Magnam Curiam Vicariæ, à quo decreto cùm appellasset conuentus, facta relatione in Sacro Consilio per Iudicem Magnæ Curiæ Commissarium causæ, Aduocatus conuenti dicebat, decretum Magnæ Curiæ esse reuocandum, quia agebatur de probatione facti, quod contingit in illis partibus Flandriæ extrà Regnum, & prætendebat, quòd solemnitates requisitæ de iure huius Regni in nominationibus vltramarinis, siuè extrà Regnum, tunc tantùm obseruari debeant, quandò agitur de facto contingente infrà Regnum, sed testes, per quos est facienda probatio, sunt extrà Regnum, at quandò factum in iudicio deductum contigit extrà Regnũ, & testes sunt extrà Regnum, tunc non est opus dilatione vltramarina, sed est dandus terminus ordinarius iuxtà distantias loci, & adducunt doctrinam *Paz in sua Praxi saculari, octauo tempore, num.* 39. vt in retroscripta pagina. Prima vice, qua fuit facta relatio in Sacro Consilio sub die 6. Martij 1619. in Aula, in qua Ego resideo, ob absentiam aliorum Dominorum de Aula, S.C. Præses mandauit, quòd pro audiendis relationibus M. C. vniretur mecum Don Ferdinandus Quadra, qui ordinariè residebat in aula D. Fœlicis de Ianuario, & licèt fuisset pro appellãte ponderata dicta doctrina *Paz*, tamen de illa nullam habuimus rationem, quippè quæ loquuntur in dilationibus vltramarinis introductis per *ll.* Hispaniarum, quæ non possunt applicari in his Tribunalibus huius Regni, & proindè absquè vlla hæsitatione confirmauimus decretum Magnæ Curiæ sub die prædicto. At quia idem conuentus appellans reclamauit ab hoc decreto S.C. & proindè obtenta Regia decretatione, quòd fieret verbum in Sacro Consilio, iterùm fuit facta relatio per Magnam Curiam cum interuentu Dominorum Cæsaris Frecciæ, & Cæsaris Alderisij, qui sunt ordinarij in Aula, & per nouũ Aduocatum conuenti fuit de nouo propositus articulus, & fuit eidem concessa dilatio informandi in iure, & in facto, vt in alia die Iouis decideretur articulus per tramites iuris, & sub die 7. Maij 1619. fuit primo loco reassumptus articulus disputandus. An scilicèt doctrina *Paz* potuisset applicari casui nostro, etiam in terminis *ll.* Hispaniarum, & propterea ponderatis omnibus *legib.* Hispanis tàm antiquis de iure Partitarum, & Ordinamentorum, quàm nouissimis reductis in nouissima recopilatione, proùt suprà fuerunt ad verbum descriptæ, fuit conclusum, illam doctrinam *Paz* nullo modo excludere adimpimenta, quæ fieri debent in dilationibus vltramarinis, sed solùm ampliare terminum ipsius dilationis, iuxtà loca proximiora, vel remotiora, in quibus factum contigit, omisso illo termino sex mensium, qui pro dilationibus vltramarinis est introductus. Item reijcere illum terminum triginta dierum statutum per *l. 2. tit. 6. lib. 4. nouæ recopil.* ad probandum, quòd testes nominari vltrà mare tempore facti contingentis intrà Regnum erant in eodem loco, vbi factum accidit; nàm cùm agatur de facto contingente extrà Regnum, illa qualitas practicari non posset; & ad hoc fuerunt enixè pluriès ponderata singula verba *Paz*, vt suprà transcripta.

Secundo verò loco fuit dictum, quòd quicquid dicat *Paz* in terminis illarum *legum*, casus noster erat decidendus per *leges* communes, & huius Regni Neapolitani, & ideò fuerunt reassumptæ singulæ *leges* de iure communi, per quas fuit introducta nominatio testium, & dilatio infrà, & extrà Regnum, & similitèr *Constitutiones, Ritus, & Pragmaticæ Regni* de hac materia loquentes. & fuit consideratum, quòd tàm de iure communi, quàm de iure Regni in adhibendis solemnitatibus requisitis circà nominationes testium, quæ fiunt intrà, vel extrà Regnum, nullibi apparet facta distinctio de loco facti contingentis, siuè intrà, siuè extrà Regnum, sed solùm fuit con-

consideratus locus iudicij,& iuxtà distãtiam testium nominatorum à loco iudicij remissa dilatio arbitrio Iudicis; ergò nec nos inducere debemus hanc di-
17 stunctionem. Tantò magis, quia stilus hic semper in iudicijs talitèr obseruatus, qui sufficit ad tollendam omnem dubiam legum interpretationem, tollebat quamlibet dubitationem, cùm certissimum sit, in his Tribunalibus semper fuisse agitatas lites grauissimas de factis, quæ acciderunt in longinquis partibus extrà Regnum, & in nominationibus ibi factis semper fuit obseruata forma prædictorum iurium Regni, & fuerunt nonnullæ à Senioribus commemoratæ, & minimè sunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt. Præsertim quia eadem ratio euitandi calumniam, in quibus sunt fundatæ solemnitates requisitæ in nominationibus de iure huius Regni, non minus militant in factis contingentibus extrà Regnum, quàm in factis contingentibus intrà Regnum, probandis per testes existentes extrà Regnum, nàm eodem modo animo calumniandi posset litigator effingere aliquod factum extrà Regnum ad finem obtinendi longiorem dilationem ad probandum, proùt posset effingere factum contingens in Regno, & allegare se habere testes extrà Regnum, & proindè detecta calumnia ex probatione nó subsequuta, omni iure debet mulctari vtroque casu pœna in pragmaticis statutá. Et ideò omnibus latè discussis communi consensu fuit confirmatum decretum S.C. latum sub die 6. Martij 1619. penès Secretariuu S. C. Actuarius M.C. est Palacanus.

De Dilationibus. Prag. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica decernens circà ordinatoria causarum cõprehendit etiam clericos.*
2 *Conclusio in causa ad finem denegandi petitionem depositionis est triplex.*
3 *Nullitas emergens ex actibus non factis, qui de iure fieri debebant an ex hoc* textu *excludatur.*
4 *Actus ordinatorij Iudicis in quibus consistant.*
5 *Citatio ad publicandum, & concludendum est de stilo S.C. & R.C. secùs in M.C.V.*
6 *Actus qui nàm sint omninò de substantia iudicij, & quorum omissio inducat nullitatem processus.*
Nullitas ex defectu actorum an possit proponi post sententiam, vel decretum diffinitiuum, sed prolatum in contumaciam alicuius conuenti.
8 *Acta, & processus nàm differant inter se, vel sint idẽ.*
9 *Terminus ad dicendum de nullitate aduersus decreta interlocutoria non currit, nisi à die actualis intimationis nec sufficit scientia aliundè habita.*
Et quid de iure communi, n. 10.
11 *Nullitates etiam notoriæ, & apparentes ex eisdem actis vltrà terminum statutum per pragmaticam non possunt opponi, nec etiam per viam exceptionis, & nn.* 12.
13 *Sententia contrà legis rationem paritèr æstimatur, ac contra expressum casum legis.*
14 *Exceptio modificatiua quæ solet opponi post sententiã, exemplificatur etiam in exceptione discussionis inuentarij.*
15 *Restitutio in integrum quàmuis per pragmaticam denegetur, tamen ex aliqua iusta causa conceditur posse,*

SE bene le leggi communi, &c.

Causæ omnes decidantur, & expediantur resecatis omnibus dilationibus, & subterfugijs iuxtà formã traditam in 28. *capitibus* introscriptis. H.D.

Hæc pragmatica vulgaritèr nuncupatur *delli 28. capi* ex numero viginti octo capitum in ea contenu-
1 torum, & quatènus hæc capita comprehendunt ordinatoria, non autèm decisoria, comprehendunt etiã clericos, vt ex communi probat *Carol. de Graff. de effect. cler. effect.* 2. *n.* 288. *& seq.*

2 Quatènus in *septimo capite* disponitur, vt post cõclusionem in causa factam non possit peti depositio principalis, vt cognoscas, quot modis dicatur conclusio in causa facta, ad finem denegandi hanc depositionem principalis, est videdus *Peguer. dec.* 231. *numer.* 3. qui dicit, quòd conclusio est triplex, vel partium conuentione, si partes renunciauerunt dispositioni legis, quandò certus est statutus terminus à lege, vel ab homine, quandò Iudex pronunciauit, esse conclusum; in hoc dubitant DD. in alijs est indubitatum, quòd non possit peti depositio.

Quatènus in *cap.* 17. statuitur, vt post sententiam, aut decretum diffinitiuum nullo modo possit dici de nullitate actorum, & processus facti antè sententiam, seù decretum.

Nota, quòd in hoc *cap.* dicitur, *che non si possa dire de nullità dell'atti, e processo fatto prima dello decreto, ò sentenza*, ergò non excluditur nullitas emer-
3 gens ex actibus non factis, qui de iure fieri debebant, & sic ex processu non integrè compilato, sed tantùm illa nullitas, quę insurgeret ex actibus factis,
4 sed nullitèr factis, & ex processu compilato, sed nullitèr compilato, exempli gratia, actus ordinatorij consistunt in citatione, litis contestatione, cuius loco
5 successit in Regno primus actus, qui est terminus probatorius, publicatione, conclusione, & citatione ad dicendum, vt patet ex *pragm.* 1. *cum omnibus subsequentibus, infr. de ordine iudiciorum*, si singuli actus prædicti appareant iàm facti in processu, sed vel aliquis ex eis, vel omnes sunt nullitèr facti, vt putà quia in termino non sit facta electio Examinatoris, vel in actu publicationis non præcedat citatio ad publicandum, & ad concludẽdum, quæ de stilo Sacr. Consilij, & Regiæ Cameræ Summarię requiruntur; secùs autèm in Magna Curia, vel publicatio sit facta antequàm fieri debuisset, vel alius similis defectus in huiusmodi actibus consistat, tunc si Pars de his non opposuit antè sententiam, siue decretum diffinitiuum, non potest ampliùs opponere post sententiam, vel decretum; quòd si aliquis actus non fit vllo modo factus, tunc est distinguendum, nàm si est
6 actus, qui sit de substantia iudicij, proùt est citatio, terminus probatorius, cuius omissio licèt de iure communi non inducat nullitatem processus, secùs tamen est de iure Regni, in quo terminus successit loco litis contestationis, qua omissa processus corruit, vt in *cap.* 1. *& ibi Ioa. Andr.* & reliqui *Canonistę, extr. vt lit. non contest.* tunc quia inducit nullitatem eius omissio, hęc nullitas non est reiecta per *Pragmaticam*, sed si non sit de substantia iudicij, proùt est publicatio, secundùm *Caranit. Rit.* 72. *num.* 7. *vsquè ad* 12. & conclusio secundùm *Eundem in Ritu* 75. *num.* 2. tunc non poterit dici de nullitate, nec antè, nec post sententiam, aut decretum diffinitiuum, non vigore huius Pragmaticæ, sed ex dispositione iuris communis, ex traditis per Eundem *Caranit.* in *locis* prędictis.

Item est notanda ratio adiecta in hoc §. ibi. *Perche*

che ha uendo consentito le Parti, che se venisse alla determinatione del negatio per detti atti, e processo senza hauer detto de nullità di essi, si presume, che calunniosamente dopoi si alleghino, e che malitiosamente habbiano taciuto per veder l'esito del negotio; nàm ex ea vi-
7 detur reluctare, vt huius *cap.* tis dispositio non habeat locum, quandò sententia, & decretum diffinitiuum fuisset prolatum in contumacium alicuius conuenti, nàm tunc si in actis, & processu existat aliqua nullitas, potest etiam post sententiam, & decretum allegari, non obstante hac *Pragmatica*, quia in contumace non potest præsumi consensus, qui resultat ex taciturnitate partis patientis fieri acta nulla, non conquærendo antè sententiam, quod in facti contingentia semel fuit controuersum iunctis Consiarijs duarum Aularum, sed non fuit decisum, quia per alia media sententia fuit declarata nulla.

8 Nequè putes, quòd dùm in hoc *capite* fit pluriès mentio de actis, & processu, propterea acta differant à processu, vel processus ab actis, ponderando illam dictionem (&) quæ solet poni inter diuersa, nàm acta, & processus vnum, & idem sunt, quia acta constituunt processum, & processus constat ex actis; adeò quod si acta deficiant in processu, ille non dicetur processus, sed potius volumen, licèt vulgaritèr quælibet scripturæ simul conglutinatæ, & præsentatæ in iudicio nuncupentur processus, ità constat ex *Vant. de nullit. in hubr. de mod & ord. vidend proceff. num.* 7. & ex ordine, quem seruauit *Mar. aut. in suo Specul. scù praxi aurea*, quæ normam dedit omnibus Tribunalibus, nedùm in Regno, sed etiam extrà Regnum, & sic in hoc §. illa dictio (&) potiùs inducit repetitionem eiusdem qualitatis, quàm diuersitatem, vt constat ex *Menoch præsump.* 180. *n.* 24 *lib.* 4. *Turret. cons.* 19 *num.* 17. *vol.* 3.

9 §. 18 A decretis interloquutorijs, & habentibus vim diffinitiui non potest dici de nullitate post sex dies elapsos à die notificationis, & intimationis illorum. H. D.

Nota illa verba ibi, *dopoi che saranno intimati e notificati*, nàm dispositio huius §. vt habeat locum, requiritur actualis intimatio, & notificatio, nec sufficeret scientia aliundè habita, iuxtà doctrinam *Bal. in l.* 1. post *num.* 4 *C. de tempor. appellat. & Salycet. ibi in fin. Ioann. de Plat. in l.* 2. per illum *text. C. de decur. lib.* 12. *Intrigliol singular.* 34. & ità determinauimus in Sacro Consilio in causa Creditorum Marchionis Gensani die 22. Maij 1615. penès Secretar.
A Actuar. Borrello. Sed *Intrigl. sing.* 34. in hoc se decer-
10 pit, nàm contrarium est de iure veteris, vt sufficiat scientia aliundè habita, ex adductis per *Lancel. Gall. cons.* 109 *num.* 24. *& cons. seq. nu.* 41. *Tiraq. de retract. conjang. §.* 35 *glos.* 4 *num.* 9. *& DD.* per *Intrigl.* citari
11 non sunt fideliter adducti. Ampliatur tamen huius *capituli* dispositio, etiam si nullitas esset notoria, & appareret ex eisdem actis, vt probat *Roderic. de amm. reddit. lib.* 1. *quæst.* 16. *nu.* 6 *per tot.* & aduertas, quòd
12 procedit, etiam si hæc nullitas proponatur per viam exceptionis, vt ex contextura verborum ipsius *capitis* apparet, aliàs secùs esset de iure communi, vt cõstat ex *Bouadill. lib.* 1. *Polit. cap.* 3 *nu.* 115. *Ioseph. Sesse de inhib. c.* 2. *§.* 5. *n.* 26. cuicquid contra sentiat in clericis *Carol. de Graff. effect. cler.* 2 *n.* 288.

13 Quatènus verò in *cap.* 29. fit expressa mentio de sententia contrà expressum casum legis communis, seù municipalis, amplia etiam si esset contrà legis rationem, nec sufficit, quòd sit contrà communem opinionem, *Serafin. dec.* 609. *n.* 1. *& dec.* 645 *num.* 1. licèt in contrarium inclinet *Sylua nuptial. lib.* 1. *quo-*
modò indic. in dub. limit. 7. *n.* 71. pro prima opinione, adde *Sese dec. Arag.* 314. *vol.* 3.

14 Et dùm in *cap.* 25. agitur de exceptionibus etiam modificatiuis, quæ opponuntur post sententiam, exemplifica etiam in exceptione discussionis inuentarij, vt in proprijs terminis tradit *Dilect. de arte testand. tit.* 11. *cautel* 9. *in fin.* & de iure communi *Surd. dec.* 332. *Thomas. tract.* 7. *tit.* 20.

Et dùm in *cap.* 27. excluditur etiam restitutio in
15 integrum, limita, nisi iusta causa aliud suaderet, quia tunc erit potiùs iusta interpretatio, quàm legis trãsgressio. *Vasquez lib.* 1. *controu. illustr.* 4. §. *n.* 20.

ADDITIO.

A DVm hæc *Pragmatica in* 18. *capite* necessariò requirit intimationem, & notificationem decreti, ad hoc vt post sex dies non possit dici de nullitate decreti interloquutorij, vel vim diffinitiui habentis, hæc intimatio debet esse actualis, & vera, nec sufficit scienti: ipsius decreti aliundè habita, vt benè fundat *D. Reg. hic* ex *Bald. Salyc.* & *Ioa. de Platea*, ratio est, quia in hoc casu intimatio est de forma, *Magon. dec. Flor.* 30. *n.* 4. & 6. & latè *Afflict. dec.* 378. *nu.* 4. & post eos *Costa de fact. scient. & ignor. inspect.* 63. *n.* 9. quia habet clausulam irritantem, benè, & latissimè *Felin. in cap. cùm dilecta. ver. quintum signum, de rescript. sub nu.* 6. *& in ver. sextum signum, sub eod. num.* 6. & longè melius declarat *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 36. *glos.* 2. *sub nu.* 26. ibi *quia statutum cogit ad denunciari.* Prout etiam dicimus de sententia, quę vt transeat in rem iudicatam, necessariò debet intimari, prout scripsit *Costa dict. inspect.* 63. *num.* 13. *&* 14. *& inspect.* 70. *num.* 9. *&* 10. (excipe sententiam Sac. Cons. quæ ex inueteratissimo stilo non indiget intimatione. *Dom. Reg. in pragmat.* 1. *num.* 3. *de offic. Sac. Cons.* quem citat *Dom. Regens Marchio Torelli consult.* 159. *num.* 1. Decreta tamen ipsius S.C. intimantur, sicut etiam sententiæ Regiæ Cameræ, quæ in reliquo à pari procedunt cum sententijs S. Cons. *D. Regens in pragmat.* 27 *nu.* 1. *de offic. Procur. Cæsar.*) Quamuis *Bartolus in l. item veniunt* 22. *§. potiam, ff. de petit. hæredit.* distinguat, nàm quandòq; fit denunciatio ad notificandum tantùm, & tunc quoquo modo veniat in notitiam, sufficit, quandòquè fit denunciatio, non solùm ad notificandum, sed ad incitandum (vt ipse dicit), & ad aliquid faciendum, vel prohibendum, nè quid fiat, & tunc simplex scientia non sufficit. Veritas est, quòd semper intimãtur, etiam si scientia aliundè sit habita, vel haberi possit, & hoc iure veimur.

Posset etiam dubitari in materia *text. l.* 1. *C. de nouat.* de qua præter alios *Afflict. dec.* 335. *a num.* 16. *vsq; ad finem*, an debitor sciens nomen fuisse per creditorem alteri cessum, debeat adhùc intimari, eiq; inhiberi, nè soluat creditori, & negatiuam sententiam profert, & sequitur *Cost. de fact. scient. & ignor. inspect.* 70. *n.* 4 ex *Thesaur. dec.* 221. *n.* 3. vbi alios citat *DD.* qui hanc sententiam sunt secuti.

Quid item in emptore, qui litem super re empta motam venditori non denunciauerit, ad *text. in l. emptor fundi* 8. *C. de euiction.* an scilicèt si aliundè venditor sciuerit litem motam, possit nihilominùs pro euictione iàm passa conueniri, estò quòd ipsi expressè non fuerit lis ab emptore denunciata, & posse conueniri, facilè affirmat idem *Costa* in citata *inspect.* 70. *num.* 7. *&* 8. propter *Bald.* doctrinam

in

in *l.libera quædam,C.de ſent.& interloqut.omn. Iud.* quia certus non venit, amplius certificandus ex *Vnio,& Decian.* quos allegat, ex qua *Baldi* doctrina (in id probatur) notandum eſt diſcrimen inter Notificare,& Requirere, nàm notificare eſt tantùm denunciare, item eſſe motam, requirere verò eſt, quòd veniat ad cauſam, ſuſcipiat in ſe iudicium litis, expenſas ſubminiſtret,& cætera adimpleat, ad quæ ratione euictionis promiſſæ tenetur, ità aduertit *Bald.* in *dict.l.libera quædam, ſub num.7.C.de ſent.& interloc.omn.Iudic.* & ſic ſi venditor aliundè ſciuerit inèmotam, iſta ſimplex ſcientia ſufficiet pro ſimplici notificatione, vt autem poſſit venditor pro euictione conueniri præcedere debet expreſſa interpellatio,& requiſitio, vt ad iudicium veniat, aſſiſtat, & cauſam inſtruat, vt dicit *text.in l.empti actio 21.C.de euict.* ibi, *interpellare venditorem, ſiue ſucceſſorem eius debes, vt tibi aſſiſtant, cauſamq; inſtruant.* Eſt ergò neceſſaria denunciatio, & requiſitio, vt liti aſſiſtat, & cauſam inſtruat, eſtò quòd adſit ſcientia litis motæ, & ità concludit notabiliter *gloſ. in d. l. emptor fundi, in ver. vel fideiuſſorem, C. de euict.* per notabilem *Bartoli* theoricam in *l.qui vxori, §. quid ergò, lo primo,* ſeù meliùs in *l.denunciaſſe §. quid ergò, ff. ad leg. Iul. de adulter.* quòd quandòq; denunciatio requiritur ad ſimplicem ſcientiam habendam, & tunc non oportet, quòd fiat ſcienti, & habet locum regula, quòd qui certus eſt, non debet certificari, *cap.eum, qui certus, de reg.iur.in 6.* quandòq; verò fit denunciatio ad aliquid faciendum, & tunc non ſufficit ſola ſcientia, vt in *d.§.quid ergò.* In propoſito autèm cùm denunciatio iſta fiat, non ſolùm ad ſimplicem ſcientiam, ſed vt venditor veniat ad defendendum emptorem, neceſſariò requiritur denunciatio, nàm fortè emptor confiſus de ſua prudentia, non curat vocare venditorẽ, nec tenetur venditor ire, ità vult *Bart. vbi ſuprà,* & hęc ſunt verba *gloſ. in d.l.emptor fundi, C. de euict.* ex quibus declarata venit relata *Coſtæ* doctrina in *d.inſpect.70.* vt denunciatio non requiratur, cùm agitur de ſimplici ſcientia habenda, quia cùm certus ſit, & ſcientiam habeat, certiorari ampliùs non debet, at cùm denunciatio requiritur, nedùm ad litis ſcientiam habendam, ſed etiam vt venditor veniat ad defendendum emptorem, & ad cauſam inſtruendam, neceſſariò requiritur expreſſa denunciatio, & interpellatio venditori, quàmuis motæ litis conſcio, iuxtà ſupradictam *Bartol. Bald. & gloſ.* doctrinam.

Et demùm quid in vicino retrahere volenterem venditam iure congrui, an ſatis ſit, ſimplicem habuiſſe notitiam venditionis factæ, vel plena requiratur ſcientia, immò & requiſitio, vt ei cucurrerit tempus petendi ius congrui, & nedùm requiri ſcientiam, ſed etiam denunciationem, plenè tradit *Tiraquell. de retract. lignag. dict. §.36. gloſ.2. numer.16.* poſt *Afflictum,* quem citat in *tract. de iure protho miſ. in ver. vt infrà triginta dies,* vbi etiam dicit, id procedere, ſi conſanguineus, vèl vicinus præſens fuit venditioni tanquàm teſtis, vel Notarius, & dixit etiam *Coſta dict. inſpection. 63. num.17.* Io. Laganar.

RERVM SVMMA.

1 *Duelli materia remiſſiuè, & n.3.*
2 *Duella in aliquibus caſibus licitè permittuntur à Regio iure, & num.4. vbi iuri canonico potiùs, quàm ciuili in hac materia ſtandum eſt.*

NOuis occurrentibus morbis, &c.

Prouocantes ad duellum capitali pœna plectuntur, & prouocati non comparentes nulla notentur infamia. H. D.

1 Ad materiam huius Pragmaticæ vltrà *Commentarios,* tàm *Scaglioni,* quàm *Foller.* ſuper ea vide *Conſtitutionem Proſequentes, & Conſtitutionem Monomachiam, Belluga in ſpecul. Princip. rubr.27. §. milites, Alciat. in tract. de ſingular. certamine, Conrad. in tract. de duello* inſerto in tuo *templ. iudic. lib.1. cap.1. §.3.* poſt *verſ. tertiodecimò, Alberic. inter conſil. Mandell. conſ.760. volum.4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 11. Marant. conſ.77.* Et aduerte, quòd hæc duella hodiè
2 ſunt prohibita, etiam ſub ſtrictiſſimis anathematis vinculis, tàm per *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſion.25. cap.19. de reformat.* quàm per *Bullas Gregorij XIII. Clementis VIII.* & aliorum Pontificum.

3 Ad materiam tamen videas vltrà præcitatos *Alexandrum Raudenſem in appendice* poſt *repertorium ad primum volumen ſuorum conſiliorum, Gregor. Syntagm. iur. vnu. lib.48. cap.16. Iulium Ferrett.* tàm in ipſo *tractatu,* quem edidit *de duello,* quàm in pluribus ſuis *conſiliis* impreſſis antè *eundem tractatum, Socin. iunior. conſ.122. volum.2. Andr. in cap.1. §. ſi autem omnibus, num.11. de pac. ten. & eius violat. & extrauag. Ioannis, Quia in futurorum,* vbi *gloſ. in*
4 *verb. torneamenta* declarat, an aliquo caſu hodiè duella non ſint prohibita, quam quæſtionem latiùs proſequitur *Marquez in tractat. de gubernat. Chriſtiano* Hiſpano idiomate edito *cap.22. lib.1.* & in hac materia potiùs ſtandum eſt legi canonicæ, quàm ciuili, *Villadieg. in foro indic. lib.6. tit.1. l.3. num.15. verſ. & quia duellum, & tot. titul. 4. part.7. ll. Hiſpaniarum,* & de requiſitis, & ſubſtantialibus duelli, ſine quibus nec duellum committitur, nec duelli pœna locum habet, & præſertim, vbi non præcedit deliberata conuentio pugnandi, ſed pugna prouenit ex rixa, & ex improuiſo, quamuis vnus alterum, & alter vnum ad pugnandum inuitet, vide latè *Farinac. conſ.9. per totum,* & alia ad materiam habes apud *Martin. Delrio Diſquiſ. Magic. lib.4. c.6. quæſt.6. ſect.2. Borrell. de Magiſtr. edict. lib.2. cap.1. num.13. cum ſeqq. & cap.7. num.53. Graff. conſ.4.5. & 6. de homicid. tom.1.* nouiſſimè *Alex. Peregr. in ſuo tract. de duello, Lucam Floron. in ſuo tract. de prohibit. duelli, Megal. reſol.141. & 142.*

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta vnde eſt deſumpta, & num ſit conformis iuri communi.*
2 *Perſonæ Eccleſiaſticæ, & à Regia iuriſdictione exemptæ*

pte non admittuntur ad exercenda aliqua officia in Regno, & quod si concederentur à Prælatis possidentibus feuda cum vasallis in Regno, ibid.

3 *Pragmaticæ istius ratio, remissiuè.*

4 *Personarum Ecclesiasticarum vocabulo qui contineantur, remissiuè.*

Quid de laicis seruientibus Episcopo.

5 *Excommunicatus etiam laicus non potest esse Iudex.*

PEr legge, &c. Personæ Ecclesiasticæ, & exemptę à Regia iurisdictione non possunt promoueri ad administrãda quælibet officia in Regno. H.D.

1 Hæc Pragmatica videtur mihi sumpta ex *Constitutione Clerici quoque, & cap. Vt cùm nihil,* & est conformis dispositioni iuris communis, vt notat *Præpositus in can. his ergò, num. 3. 33. distinct. Couarr. pract. quæst. cap. 33. num. 6. Ferrer. in Constitut. Cathal. Hæc nostra, secundo euident. num. 102.* & latè *Azened. ad Decur. Pisan. lib. 2. cap. 21.* latiùs *Petr. Cabalt. resol. crimin. casu 64. Carol. de Grass. effect. clericat. 13. Mastrill. de magistrat. lib. 2. cap. 6. Pereir. decis. Lusit. 58.*

2 *num. 25 cum sequentibus.* Et si huiusmodi officia concederentur à Prælatis, qui possident feuda cum va-

3 sallis in Regno, constituendi sunt laici. *Anna singul. 460.* & nota, quòd hæc pragmatica fuit edita per Cardinalem Granuela, sed causam, ob quam motus fuerit ad illam edendam vide apud *Præs. de Franch. dec. 479. post n. 4.*

4 Qui autèm connumerentur inter personas Ecclesiasticas, explicat *Suarez de immunit. Ecclesiast. cap. 29. per totum, Grati. in discept. 880. Io. Alo. Riccius collect. 216. Farinac. cons. 197. volum. 3. Gregor. Syntagm. iur. vniuers. lib. 15. per totum,* vbi *cap. 34. & 35.* agit de Militibus Crucigeris diuersi ordinis. *Bullæus respons. 10. fol. 431. Flores Diaz lib. 2. variar. quæstion. quæst. 21. §. 4. à num. 174.* & de laicis seruientibus Episcopo *Mart. cons. 162.* Alia hic pertinentia vide apud *Azened. lib. 3. Recopil. tit. 5. l. 14. Bonadill lib. 2. c. 18. num. 232. & 233. Bellett. disquis. cleric. par. 1. tit. de disciplina cleric. §. 26. Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 10.*

5 Excommunicatus etiam licèt sit laicus non potest esse Iudex, immò si reperiatur esse Iudex, statim priuatur iudicatura, ità *Andr. in cap. 1. n. 34. de statut. & consuet. contr. liber. Eccl.* vbi idem dicit in bannito, *Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 11.* vbi distinguit inter excommunicatum publicum, & occultum

A *nu. 19. & 20.*

ADDITIO.

AHIS adde *Gutierr. canon. qq. lib. 1. c. 1. n. 74. 75. & 79. Guazzin. ad defens. reor. defens. 1. c. 22. n. 5. cũ seq. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. nu. 137. Abb. Felin. & cæteros in c. ad probãdum, de sent. & re ind. & in c. Rodulfus, de rescrip. & Ant. de Padill. in l. 1. n. 51. cum seq. C. de iur. & facti ignor.* qui etiam dicũt, sententiã ab excommunicato publicè latam, ipso iure esse nullam, *Baiar. ad Clar. quæst. 43. n. 20. & Maran. in 4. par. specul. n. 99. vers. & demum fertur sententia.*

Nec solùm excommunicationis gladius Iudicem ferit, ipsumq; inhabilem reddit ad sentẽtiam, aliosq; iudiciarios actus ferendos, sed etiam alias personas cohibet, nè validè possint earum munus exercere, hi præsertim sunt

Aduocatus, qui si in excommunicationem maiorẽ inciderit, Aduocationis officium exercere nõ potest, & quod peius est, salarium, seu (vt honestiori, & proprio vocabulo loquar) honorarium indè perceptum restituere tenetur, ità clarissimè scripsit *Ant. de Padill.* in relata *l. 1. C. de iur. & facti ignor. n. 51. post Host. & Io. Andr.* quos allegat. Aduertant ergò Domini Aduocati pecuniæ cupidi, nè in mala hæc incidant duplicia, vnum altero peius.

Procurator etiam si fuerit excommunicatus minimè potest in iudicio comparere, *cap. post cessionem,* vbi *DD.* omnes *de probat. Abbas in cap. super speculam. n. 10. ne cleric. vel monac. & Ant. de Padill. in d. l. 1. n. 54.* quod procedit, etiam si excommunicatio superueniat post mandatum, nam illud reuocat, *Bal. in Iam. religiosus ff. de procur.*

Testis neq; potest testimonium ferre, si fuerit excommunicatione innodatus. *Felin in c. intelleximus, de ind. Bar. in §. sancimus n. 10. auth. de test. & Burfat. cons. 20. nu. 51. lib. 1.* id ex communi dicens, *Abb. in c. veniens n. 5. de test lib. & in c. olim, n. 6. de accus.* & sententia absolutoria testibus excommunicatis lata potest retractari, si tamen testes absoluantur saltem ad cautelam, & postèa repetantur, vt in *c. Regni Nè per exemptionis, vbi Bartholom. de Capua, & Io. Ant. de Negris.*

Actor item excommunicatus si fuerit, nec minus agere potest, & ab agendo repellitur, *Bart. in l. libertus, num. 1. ff. de in ius vocan.* vbi etiam *Bald.* & poterit Iudex etiam parte non opponente id ex officio expiere. *Abbas in cap. cùm inter, nu. 23. de except.*

Et Notarius (alijs omissis) si fuerit excommunicatione irretitus, neq; poterit instrumenta recipere, *Bald. in l. hi, quibus, ff. de legat. 3.* & in *l. in exercendis, n. 11. C. de fid. instrum.* & in *d. l. 1. num. 11. C. de iur. & facti ignor.*

Quæ exceptio excommunicationis, ac nullitatis sententiæ sui decreti, & actorum ab excommunicato Iudice factorum proponi, & opponi etiam potest in iudicio coràm Iudice sæculari, quia non tractatur, nec dubitatur de viribus excommunicationis iàm latæ, sed de validitate sententiæ, & actorum à Iudice excommunicato factorum, proùt optimè tradit *Ant. de Padill. in dict. l. 1. num. 56. & 57. C. de iur. & facti. ignor.* id ex communi, tùm Iuristarum, tùm etiam Theologorum sententia probans, & *ibidem* etiam *Bartol. & Bald. num. 10.* idem *Bald. in l. quotiès, numer. 6. C. de iudic. & Bart. in l. placet, nu. 4. in 2. dict. C. de sacros. Eccles.* Io. Laganar.

De Eleemosyna non petenda absquè facultate concessa.

Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Eleemosynarum materia, & quandò quis sub præcepto peccati mortalis illas facere teneatur, & num Diœcesani licentia sit necessaria, & aliæ quæstiones, remissiuè, & nu. 8.*

2 *Excommunicationi Castro supposito, in quo à diuinis officijs, ac etiam ab eleemosynis cessatur, qui excommunicationis causa sunt tenetur reficere damna Religiosis, & alia opera pia.*

3 *Eleemosyna nùm sit facienda de illicitis acquisitis, remissiuè.*

4 *Eleemosynam Vxor. vel Monachus inscio Viro, et Abbate facere non possunt.*

§ Elee-

5 *Eleemosyna in quibus casibus sit facienda, tàm pro viuis, quàm pro defunctis, & quæ concurrere debeant, & quot bona indè sequantur, remissiuè.*
6 *Eleemosynæ præstatio non præscribitur, ità vt contra solitum præstare, & deindè recusantem competat interdictum*
7 *Eleemosynam soliti in vno loco petere non possunt alios prohibere.*

1 AD materiam huius Rubricæ est videndus *Dec. cons. 276. consultus*, & quandò quis teneatur sub præcepto mortalis peccati facere eleemosynam, explicat *Intrigl. de casibus conscientiæ, casu 83. Auiles in cap. 51. Prætor. in glos. 1. num. 2.* vbi agit, an requiratur etiam licentia Diœcesani, & omnes quæstiones occurrentes in hac materia habes apud *Valdesium* in suo particulari *tractatu*, quem edidit *de eleemosyna.*

2 Non tamen omittam, quòd si contingat aliquod Castrum supponi interdicto Ecclesiastico, ità vt ibi nó possint celebrari diuina, & propter cessationem à diuinis cessaretur etiam à largitione eleemosynarum locis piis illius Castri, is, qui dedit causam interdicto, seù cessationi à diuinis tenetur ad reficiendum damna, quæ occasione prædicta passi sunt Religiosi, & alia opera pia; vt probatur in *cap. 2. & ibi glos. in verb. occasionem. de offic. ordin. in 6.* & an de
3 illicitis acquisitis sit facienda eleemosyna? est adhibenda distinctio, quam facit *S. Thomas Aquinas 2. 2. q. 32. & Goffr. de Caiet. super Rit. Reg. Cam. Summar. in rubr. de decimis, vers. vt ad vlteriorem veritatem.* fol. mihi 118.

4 VXor verò de rebus dotalibus, & Monachus non possunt facere eleemosynam inscio Viro, & Abbate, docet *Tiraquell. de legibus connub. glos. 5. in verb. contrahere, num. 218. & sequent.* post *glos. in clement. 2. in verb. conuertendum. de vit. & honest. cleric.* & in quibus casibus sit facienda eleemosyna, tàm pro viuis, quàm pro defunctis, docet *Lucas de Penna in leg. fin. C. de annon. public. lib. 11.* & decem concurrere debét ad faciendum eleemosynam Deo acceptabilem, & meritoriam, & decem bona indè sequuntur, idem *Luc. de Penna* latè explicat in *rubr. C. de mendic. valid. lib. 11.* An præstatio eleemosynæ sit talis naturæ, vt præscribi possit, & proindè contrà solitum præstare eleemosynam, & postea cessantem cópetat aliquod interdictum? hic casus accidit inter Vniuersitatem, & Homines Terræ Padulæ, & Monasterium Sancti Laurentij Cartusianorum propè Padulam, contra quod per Vniuersitatem prædictam fuit intentatum remedium Capitulorum Regni in Sacro Consilio, & pro Vniuersitate scripsit *Rex de Penna* vt in *cons. 144. volum. 2. & sequent.* pro Monasterio verò scripsit *Ioannes Dominicus Tassonus* laboriosus Aduocatus, sed lis non fuit terminata, vt vide *Bouadill. lib. 2. Politic. cap. 10. num. 47.* Addo *Ricc. Prax. Archiepiscop.*
7 *decis. 732.* Hinc etiam fit, quòd soliti querere eleemosynam in aliquo loco, vel Villa, non possunt alios prohibere volentes in eodem loco questuare, *Mus. in cap. 23. Sicil. num. 28. tom. 1.* & ad primam quæstionem facit quæstio de oblationibus fieri solitis alicui Ecclesiarum in solemni festiuitate, de qua agit *Alber. in leg. si certis annis, num. 135. C. de pactis*, nouissimè *Schenard. cons. 26. lib. 1.* est verò permissum Administratoribus Vniuersitatum, vel aliarum
8 personarum facere eleemosynam, quandò ab antiquo ità consuetum fuit, *Escobar de ratione in cap. 25. num. 41.* quatènus verò per *Pragmaticas* sub hoc titulo prohibeantur mendicantes validi petere eleemosynam, vide ad materiam *Borrell. de magistrat. edict. lib. 3. cap. 16.* & circà prohibitionem introductam per Pragmaticam prædictam vide *Gabed. decis. 193. part. 1. Cened. in clement. 2. in princip. de pœnit. & remiss. collect. 9.*

De Emptione, & Venditione. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Emendi nomine Domini cautela dum hic reprobatur, concordat iuri communi, & quid de recipiente rem furtiuam apud se conseruandam, remissiuè.*
3 *Emens res furtiuas si illas vendidit pro eodem pretio vel maiori an poterit conueniri ad pretium, sicut si eas possideret, pretio non restituto, & plures ampliationes, & limitationes in hac materia, & quid si res furtiua sit consumpta, vel in aliam speciem transfusa.*
4 *Emens res mobiles à seruo semper tenetur furti actione.*
Sed quid si emat à zingaro.
5 *Emens res depredatas ab hostibus publicis non tenetur illas vero Domino restituere, nisi priùs sibi pretium restituatur, & quid in datione insolutum, n. 6.*
7 *Emptor bonæ fidei non tenetur restituere rem furtiuã, si non constaret de vero Domino.*

PErche noi semo informati, &c.

Emptio quarumuis rerum mobilium non fiat, nisi à vero Domino, sublata cautela emendi nomine Domini. H. D.

1 Ad materiam huius Pragmaticæ vide *Pragmaticam decimam infrà eodem*, & pro declaratione totius materiæ vide *Conart. in regul. peccatum, p. 3. in initio per totum.* & præsertim *n. 5.*

2 Et aduerte, quòd in eo, quod reprobat cautelam illam emendi nomine Domini, cócordat cum dispositione iuris communis, secúdùm veram opinionem approbatam ab *Alciato de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 29. nu. 1.* & à *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 75. num. 2. & præsumpt. 29. num. 13. cum seqq. lib. 5. Beninteud. dec. 34. Ioseph Ludou. decis. Perus. 42. Marchisell. quæst. 142. & 143. Ramon. cons. 69.* Quid autem de recipiente rem furtiuam conseruandam penès se? *Bertaz. cons. crim. 66.* concludit, non teneri, nisi sciens receperit, & postea alienauerit, vel de furto participauerit.

3 Et quid si emens res furtiuas, illas vendidit pro eodem pretio, vel maiori, an poterit conueniri ad pretium, sicut si eas possideret, non restituto pretio? vide *Cepoll. in l. 1. num. 4. C. de vsucapion. pro empto. & Menoch. dict. præsumpt. 29. num. 18. cum seqq. lib. 5.* vbi habes plures ampliationes, & limitationes in hac materia, *Rota Lucens. diuers. decis. 111.* si sciens vendidit, seù antè venditionem superuenit mala fides, tenetur, si bona fide, in eo, quod est factus locupletior, nec cum cessione iurium recuperabit à primo venditore, nisi sibi fuerit promissa euictio; etiam si emptio fuisset facta in nundinis; nisi fuisset empta res ab hostibus, vel à latrunculis exteris, vel pretium

rei furtiuæ fuerit versum in vtilitatem Domini, vel ipse Dominus rei restituisset pretium rei receptum eidem emptori.

Sed si res furtiua sit consumpta, vel in aliam speciem transformata, *Franc.Marc.decis.7.part.2.* dicit teneri.

4 Non tamen est ignorandum, quòd emens res mobiles à seruo semper tenetur actione furti, *l. si liberam, in fin. C. quod cum eo*, de emente autèm à zingaro vide *Bertaz. consil. crimin. 43.* affirmantem, similitèr teneri.

5 Limitabis tamen hanc Pragmaticam, vt non procedat in emente res deprædatas ab hostibus publicis, nàm illas non tenetur restituere vero Domino, nisi priùs restituatur sibi pretium, vt volunt *Rebuff. in repet. l. diuus mon. 133. in apparatu glos. ff. ad Syllanian.* per *text. in l. mulier, ff. de capt. & postlim. reuers.* ad cuius *text.* intellectum videas omninò *Hieronym. Laur. decis. Auenionen. 30. & dec. 127. num. 18.* & dixi *sup. nu 3.*

6 Item limita, vt non procedat in datione in solutum, per ea, quæ latè consuluit *Port. Imol. cons. 206. per tot.* pro quo est pulcher *text. in l. si pignori, versic. non idem, ff. famil. herciscæ.*

7 Et nota illa verba *Alli veri patroni*, quia si non constaret de vero Domino, emptor bonæ fidei non tenetur restituere tem furtiuam, vt per *Rebuff. in repet. d. l. diuus, n. 128. in apparatu gl. ff. ad Syllan.*

De Emptione, & Venditione. Prag. IV.

R E R V M S V M M A.

1 *Liberantia semel expedita si aliquo fortuito casu amittentur, ex consuetudine censetur amissum etiam creditum in illis contentum.*

QVoniam, etc. Liberantiæ non vendantur, nec cedantur, nisi pro dote, Ecclesijs, & locis pijs. H.D.

1 Aduerte, quòd si huiusmodi liberantiæ semel expeditæ amittantur quouis casu fortuito, consuetudine receptum est, vt censeatur amissum etiam creditum in illis contentum, teste *Surgente de Neapol. illustrata, c. 15 num. 38. in fin.* quæ consuetudo re vera est in viridi obseruantia.

De Emptione, & Venditione. Prag. VIII.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmatica ista vndè est desumpta, pro cuius ampliatione, & limitatione aliqua, remissiuè.*
2 *Officiales & alij Administratores nùm possint emere bona feudalia, & burgensatica, & officia, ac iurisdictiones, quæ exponuntur venalia, remissiuè.*
Officiales non prohibentur pignori recipere, n. 3. vbi ponitur & alia limitatio, remissiuè.
4 *Officialis emens contrà formam huius edicti an perdat pretium.*

OCcorrendo molte volte, etc. Officiales Regiæ Cameræ, & Regius Thesaurarius prohibentur emere bona feudalia, & burgensatica, nec non officia, & iurisdictiones, quæ per Tribunal Reg. Cam. exponuntur venalia. H. D.

1 Hæc Pragmatica videtur mihi sumpta ex *l. fin. C. de rescind. vend.* secundùm primum intellectum *glos. in verb. à priuatis*, & ex *l. non licet ex officio ff. de cõtrah. empt.* Pro illius tamen limitatione, & ampliatione vide *Peregr. de iur. Fisci, lib. 4. tit. 7. n. 5. cum pluribus seqq.* qui etiam *lib. 6. tit. 3. n. 2. in fin.* testatur adè
2 esse statutum in Dominio Venetorum. Quid autèm in alijs Officialibus, & Administratoribus, & vide *Andr.* pulchrè distinguentem in *cap. 1. §. fin. de feud. guard. & tex. in l. vnic. C. de contract. Iudic. Bellug. in spec. Prin. rubr. 35. n. 14 & Const. Regn. Communiter; Menoch. de arbitr. iud. caſ. 449. n. 13. lib. 2. Anles in c. 2. Prætor in gl. heredad, & in gl. de mercadoria, Matiez in dialogo Relator & Aduocati, c. 27. & 29. p. 4. Bouad. lib. 2. c. 12. n. 34.* vbi ampliat, & limitat vsq; ad *nu. 61.* Limita tamen, vt non propterea prohibeatur re-
3 cipere pignori, per *tex. in l. in quorum. ff. de pign. Mendez in l. 1. not. 11. n. 4. C. de annon. ciuilib. lib. 11.* Item limita, vt per *Osasc. decis. Pedemont. 144. nu. 13. & seq.*
4 Quid si Officialis emat contra formam huius Pragmaticæ, & an perdat pretium? & videtur quòd sic, per *tex. in l. quemadmodùm, C. de agric. & cens. lib. 11.* cum alijs cumulatis per *Affl. decis. 278.* Immò quòd pretiũ debeat applicari Redemptioni captiuorum, potest fundari ex doctrina *Zabar. in clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* sed contrarium est dicendum, quia hic non ipsa res est prohibita vendi, sed persona tantùm Officialis prohibetur emere, & ideò poterit repetere pretium, per *tex. in l. vnic. C. non licere habitat. metrocom. lib. 11. in fin.* alia tradit *Reg. Constant. in l. nullus 60. n. 79. cum seqq. C. de decur. Ramon. cons. 55. Menoch. cons. 1174. Molf. cons. 16. Gait. de cred. c. 2. tit. 7. q. 5. nu. 1021. cum seqq.*

De Emptione, & Venditione. Prag. XI.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmatica ista renouata, & de nouo confirmata fuit.*
2 *Fures, & bona per ipsos furto subtracta edictum hoc receptari dùm prohibet, concordat cum* Leos. qui, C. de furtis; *ad cuius materiam aliqua remissiuè.*

LI anni passati, etc. Hæc Pragmatica continet multa capita pro
1 extirpatione furum ab hac Ciuitate Neapolis, quæ dùm fuit obseruata, produxit mirabiles effectus, & dùm abijsset in desuetudinem, cessarunt effectus.
2 Et dùm in §. 2. prohibet receptari, tàm fures, quã bona per ipsos furto subtracta, est conformis cum dispositione *text. in Leos, qui, C. de furt.* Ad cuius materiam vide *Couarr. in regul. peccatum p. 3. in initio, n. 2. Ludou. Peguer, dec. crim. 25.*

Et quatenus in *§. final.* statuitur, condemnatos pro hoc crimine debere in vna ex spatulis, seù humeris signari igneo ferro equino, est fundata in doctrina *Andr. in §. si quis quinq; solidos, de pac. tenend.* secundùm *Reg. de Pont. dec. 14. nu. 8.* sed iàm non seruatur.

De

De Exceptionibus. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna in hac Pragmatica imposita contrà opponentes, & non probantes exceptiones decisorias est aucta vsq; ad ducatos duodecim.*
2 *Exceptio quid differat à defensione, remissiuè.*
3 *Exceptiones litis decisoriæ, vel litis finitæ quæ sint, remissiuè.*
4 *Exceptiones istæ possunt opponi tùm antè, tùm post litis contestationem, si antè, tunc talis exceptio dicetur intentionis exclusio, si post, erit actionis exclusio.*
5 *Exceptionibus diuersis, siuè contrarijs vti an, & quando liceat, remissiuè.*

QVicunquè, etc. Exceptiones litis decisorias opponentes, & non probantes mulctantur tarenis decem. H.D.

1 Hæc pœna est aucta vsq; ad ducatos duodecim. vt in *Pragm.44.§.penult.infrà de offic.Magistr.Iustit.*
2 & quid differat exceptio à defensione, declarat *glos. in cap.1.in verb.pensionis, de lit.contest.in sexto*, latè *Ioseph de Sese de inhibit.cap.2.§.4.num.21. & 22.* &
3 quæ sint istæ exceptiones litis decisoriæ, seù litis finitæ, declarat *text. in d. cap.1.* quæ cùm sint peremptoriæ, possunt opponi tàm antè, quàm post litis con-
4 testationem, verùm si opponantur antè litis contestationem, tunc talis exceptio dicetur intentionis exclusiua, si autem post, dicetur actionis exclusiua, *glos.in cap.2.in verb.facta in fin.de lit.contest.in sexto*,
5 & an, & quandò liceat pluribus exceptionibus diuersis, siuè etiam contrarijs vti, declarat *glos.in reg. nullus pluribus, de reg.iur.in 6.* vbi reliqui *Canonistæ*, nec non & *Ciuilistæ in l.nemo, ff.de except. & in reg. exceptionum, de reg.iur.in 6.*

De Excubijs nocturnis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Excubiæ vndè dicantur, & vti differant à vigilijs, & custodijs, remissiuè.*
2 *Excubiæ an debeant fieri à vasallis.*

1 EXcubiæ vndè sint dictæ, & vti differant à vigilijs, & custodijs, docet *Polyd.Ripa de nocturno tempore, cap.50.* & vasalli teneu-
2 tur ad has excubias, *Boer.quæst.212.num.7.* quandò onus constat instrumento, seù testibus, aut longo vsu, *Marzar.cons.79.* quod est idem *Consilium Rotbomani* 103. aliàs sunt sumptibus Ba-
A rones, *Borrell.de magistr.edict.lib.4.c.11.n.5.*

ADDITIO.

A NOcturnarum excubiarum plures sunt species, seù pluribus de causis fiunt nocturnæ excubiæ. A 1quandò enim &

Primò noctu excubatur ad nocturna crimina coercenda in hac Ciuitate, & de istis loquitur hæc *Rubrica* cum *Pragmatica* 1. & 2. per quas circà excubias prædictas nonulla præcipiuntur, tàm ab Inco-
lis, quàm à Deputatis obseruanda, pro qua materia videndus est *Borrel.de magistr.edict.lib.3.c.9.per tot.*

Fiunt secundò excubiæ, seu vigiliæ pro nocturnis incendijs, ab ædificijs, mœnijsq; Ciuitatis auertendis, de quibus agit *totus titulus ff. & C. de offic.Præfect. Vigil.* Enim verò cùm vetustis temporibus Vrbis mœnia, atq; ciuium ædificia sæpenumerò incendio conflagrarentur, pro ijs incendijs auertendis Triumuiri nocturni aduocáti fuere, qui cum quibusdam cohortibus armati incendia auertebant, ac per totã noctem vigilantes ciues, inquilinosq; omnes admonebant, nè incendij casus aliquis exoriretur, ac etiã, vt aquam quisq; domi haberet, qua inopinato adustionis casui consuleretur, quibus præerat Præfectus vigilum. Trium hoc Virorum officium, seù vigilum Præfecti nostris temporibus non obseruatur, in hac præsertim Ciuitate, sed cùm incendij casus occurrit, occurrunt subitò Accolæ, (quorum res agitur paries dùm proximus ardet) ac euocantur viri quidam perditi, qui pellibus curandis operam nauant (vulgò *della Conciaria*) qui conuenćta priùs mercede, à Domino domus exoluenda, accensum ignem, aqua, terra, lapidibusq; immissis, proùt melius possunt, extinguunt. Verùm tamen *Dom.Capiblanc.in pragm.10. num.86.& 87.de Baron.* dicit, quòd huic officio in Regno successit officium Magistri Iurati, quem eligunt Barones, aut Vniuersitates, si id eis priuilegio, vel legitima consuetudine, aut præscriptione permittatur, ad tradita latissimè per *Guid.Pap.dec.631. n.34.cum seq.*

Excubatur tertiò noctu, diuq; vt ab inimicorum incursu, bellorum, aut ciuilium discordiarum tempore; (quo

Nobilitas cum plebe perit, latèq; vagatur.
Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum.)

(Ac etiam cernimus, *Milites in omne fas,*
nefasq; auidos, non sacro, non profano
abstinentes. Lipsi.ciuil.doctri.lib.6.cap.1.)

ciues seruentur illæsi, de quo per *Lipsi. & Tull. Crispol. mil. cas.5. per totum*, qui præter cætera refert, apud Romanos, Canes, qui nocturnæ custodiæ causa in Capitolio alebãtur, ex eo, quòd obdormuissent, nec hostium aduentum præmonuissent, furca fuisse suspensos, adducit etiam *Epaminondæ*, & aliorum exempla, qui Custodes dormientes cuspide, seù lancea transfixerunt, & cùm existimarent, eos non à mortuis distare (cùm sit consanguineus læthi sopor' ex *Poeta lib.6. Aeneid.*) *Epaminonda* aiebat, *talem reliqui, qualem inueni*. Quod officium hodiè pertinet ad belli Ducem, militumq; Magistrum maximũ, quem Capitaneum ad guerram appellant, *Capyc. decis.27.sub num.4.& Ioan.Grand.de bello exul.in tit. de prædic.pati, quæst.3.special.7.num.1.* post *Luc. de Penn.in l.tàm collatores, sub num 2. C. de re milit. lib. 12.* qui apud nos est Excellentissimus Regni Prorex Locumtenens, & Capitaneus Generalis, quod munus hodiè subit summa cum fide, solertia, atq; integritate, omni æuo laudandus Excellentissimus *D. RODERICVS PONZ DE LEON* Dux Ciuitatis de Arcos, Regni Prorex iustissimus, euius prudẽtiam, fortitudinem, ac magnanimitatem isto præsertim tempore experimur, occasione Popularis Neapolitani tumultus Iulio mense die 7. præsentis anni 1647. suborti.

Excellentissimus ergò Regni Prorex, Magnusq; Capitaneus ad guerram, ac Regis Inuictissimi Locumtenens Generalis cùm expedit, bella mouet ad inimicos oppugnandos, vel expugnandos, in ciuiũ, Regniq; tutelam, ipseq; demandat excubias, ac bel-
li-

licos Magistratus distribuit, & cùm non possit in omnibus Regni partibus personalitèr interesse, supremam hanc potestatem sæpè alijs communicat, æstiuis præsertim temporibus pro maritimis oris, ac locis tutandis, diuersos deputans cum eadem, vel limitata potestate Capitaneos ad guerram. Nec solùm belli tempore, vel suspitionis inimicorum hac vtitur potestate, illamq; alijs demandat, sed etiam dùm in pace viuitur, illam distribuit Præsidibus Prouinciarũ, Regijsq; Audientijs, vt bellum contrà exules, & bannitos, (quos Forascitos apppellãt) facientes, ac contra eos ad belli modum procedentes, facilius possint in facinorosos, grassatoresq; animaduertere, de quo latissimè per *Ioan. Grand. de bello exulum*, & habetur *in pragm.* 10. *de offic. Iudic.* in qua sub *cap.* 48. declarantur casus, in quibus debent Præsides, ac Regiæ Audientiæ prædicta potestate vti.

Cæterum extrà belli casum solent Barones in eorum Terris Capitaneum ad guerram pro ciuium, eorumq; bonorum custodia deputare, iuxtà doctrinam *Luc. de Pem. in l.* 2. *C. de exact. & exec. lib.* 12. quem citat *Capyc. dict. decis.* 27. *in princ. Capiblanc. in d. pragm.* 10. *num.* 88. *& Guid. Pap. d. dec.* 631. *nu.* 34. Cùm quilibet habens ius in re, possit rem ipsam custodire, proùt ex *Bald.* notat *Capyc. ibidem sub nu.* 1. Et si sciam, multas Vniuersitates in Regno potiri hac potestate eligendi Capitaneum ad guerram intrà earum terram, & territorium, inter quas est Vniuersitas Muratex, ac etiam Vniuersitas Bonatorum, (cuius ad præsens est vtilis Dominus Excellentissimus *D. Ramirus de Guzman* Dux Medinæ de las Torres, & Hostiliani Princeps, Regni huius olim Prorex, & meus Dominus) quæ facultatem hanc eligendi Capitaneum ad guerram obtinuit ab eius Baronibus inter cætera priuilegia, Regio assensu, ac etiam antiquissima, ac immemorabili possessione roborata, quę olim defendebat V. I. D. *Franciscus Curtius* Iureconsultus acutissimus, ac acerrimus Patriæ defensor, vt in processu grauaminum cum Bane, in Banca di Litto. In casu tamen discordiæ inter Baronem, & Vniuersitatem circà electionem huiusmodi Capitanei ad guerram, ad quem scilicèt spectet electio, recurre ad *Franc. Ripam in tract. de remed. ad conseruandam vbertat. n.* 184. *cum seq.* optimè loquentem, & ad *Guid. Pap. d. dec.* 631. *n.* 34. *cum seq.*

Mandat etiam Regia Curia, noctumas fieri excubias, nedùm per Turrerios, & Castellanos in Regijs Turribus, & Arcibus, in maritimis, & littoribus Regni passim positis, de quo tractat *Borrell. d. cap.* 11. *nu.* 8 *lib.* 4. *de magistr. edict. & de Pont. de pot. Proreg. tit. de regal. impos. num.* 63. sed etiam per Cauallarios, (quos vocant) per totam noctem maritimas oras, & littora equo discurrentes.

Et postremò an ad has excubias faciendas præter casum necessitatis, & defectũ aliorum habilium cogi possint Doctores, & Aduocati, negatiuam opinionem tenet *Borrel. d. cap.* 11. *n.* 11. ex *Cassan.* & alijs, idemq; tenet *Ripa de remed. ad conseru. vbert. n.* 211. qui loquitur de custodia tẽpore pestis, & an teneantur ad expensas, seù ad collectas pro eis impositas, *ibidem* per *Ripam*, & an ad eas teneantur etiam Clerici, vide *Ripam ibidem. & Borrell. n.* 13. *& lib.* 2. *c.* 7. *n.* 57. vbi loquitur de vijs, & mœnijs publicis, & in *cons.* 74. At in casu magnæ necessitatis tempore belli *text.* est clarus in *cap.* 1. *de immun. Eccl.* Si id tamen debeat ab Episcopo decerni, nec pertineat ad sęcularis Ministrii notionem, obserua *text. in cap. non minus, eodem tit. de immunit. Eccles. & D. Reg. de Pont. in tract. de pot. Pror. tit. de regal. impos. n.* 62.

Io. Laganar.

De Expensis. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Actor tenetur præstare cautionem in principio litis de reficiendis expensis.*
Clerici paritèr litigantes coràm Iudice laico ad eandè tenentur cautionem.

2 *Cautio ista non est præstanda nisi quousquè constat de persona Iudicis, qui debet interuenire, & an fideiussor teneatur etiam in secunda instantia, ibid.*

3 *Causa iusta litigandi excusat ab expensis, etiam in terminis huius edicti, quod fallit, si debeantur iure actionis.*

4 *Absolutus expressè ab expensis non censetur absolutus ab illis expensis, quæ debentur iure actionis.*
Expensæ in iudicio familiæ erciscundæ, & petitionis hæreditatis sunt debitæ iure actionis.
In expensis mulctandus non est condemnatus in minori sũma eius, quæ fuit petita, & n. 24. *vbi aliquot subiciuntur limitationes.*

5 *Causa iusta litigandi vt excuset ab expensis qualis esse debeat, remissiuè.*

6 *Causa iusta absoluendi ab expensis est difficultas articuli, qui disputatur, idquè intelligitur in prima instãtia, secùs in causa appellationis, nisi condemnatio procederet ex nouis probationibus factis ab appellante.*

7 *Causa iusta absoluendi ab expensis est opinio Doctoris primarij, dummodò præter excellentiam doctrinæ in eum concurrat integritas conscientiæ.*

8 *Causa iusta excusandi ab expensis est integritas vitæ partis victæ.*

9 *Expensæ, quæ debentur ratione victoriæ, vti differant ab illis, quæ debentur ratione contumaciæ.*

10 *Expensarum pro perfecta declaratione, ampliatione, & limitatione aliqua, remissiuè.*

11 *Ad expensarum taxationem pendente appellatione, an possit Iudex à quo procedere, & dato, quòd sic, nõ tamen potest procedere ad executionem, nisi in casu hic relato.*

12 *Condemnatus ad expensas à Iudice appellationis, an censeatur condemnatus etiam ad expensas prima instantiæ.*

13 *Iudex appellationis quandò teneatur etiam ad expensas condemnare, remissiuè.*

14 *Condemnationi ad expensas in causa appellationis est locus, etiam si sit appellatum ab interlocutoria.*

15 *Absolutus an censeatur quis ab expensis factis in prima instantia, in quibus fuerat condemnatus in prima instantia per sententiam, si Iudex appellationis confirmata dicta sententia condemnet appellantem in expensis tantùm coràm eo legitimè factis,*

16 *Vincens in prima, & secunda instantia, si succumbat in tertia, an debeat ad expensas condemnari.*

17 *Absolutus in prima instantia, si in secunda succumbens fuerit ad expensas condemnatus, an fideiussor in ingressu litis datus tenebitur ad has expensas.*

18 *In expensarum taxatione an erit habenda ratio omnium damnorum, & interesse passorum per victorẽ, remissiuè.*

19 *Expensę an veniant in taxatione interesse, & an debeat haberi respectus Aduocati, & Procuratoris gratuiti pro eorum salario, & eius, qui in causa propria patrocinatus est.*

20 *Sententia super taxatione expensarum lata non est diffinitiua, sed interlocutoria, si quis fuerit ad expẽsas condẽnatus per sententiam diffinitiuam præcedẽtem.*

21 Prag-

21 *Pragmatica ista in causis ciuilibus tantùm habet locum, non in criminalibus.*

22 *Sententia si contineret mutuam victoriam, tunc neutra pars ad expensas condemnatur.*

23 *Reus contumax refectis expensis actori potest admitti ad iudicium post contumaciam contractam, quæ expensæ non venirent in taxatione, si reus obtinuerit sententiam pro se in causa principali, & actor sit ad expensas condemnatus.*

24 *Expensarum condemnatio non est facienda, vbi sententia proferretur ex probationibus priuilegiatis.*

25 *Actor si proponat ineptam petitionem, non euitabit condemnationem expensarum.*

26 *Absens per contumaciam si vicerit, condemnandus venit ad expensas, si fuerit lata sententia diffinitiua in contumaciam rei, vel actoris.*

27 *Victor tenetur ad expensas, si reus dolosè noluerit ab initio producere titulum, & illum reseruauerit producendum in fine causæ, idem si protelaret alias exceptiones competentes, nisi actor haberet de illis notitiam.*

28 *Victor tenetur ad expensas, si vti Iudex conuenisset reum coram Iudice minori, dùm debuisset conueniri coram maiori.*

29 *Expensarum condemnationem, nisi in casu hic relato non euitabit debitor, qui conuentus à suo creditore pendente iudicio solueret, licèt debeat ab obseruatione iudicij absolui.*

30 *Expensæ in multis casibus intelliguntur ad inuicem compensatæ.*

31 *Expensarum condemnationis materia, remissiuè, & n. 34. & 39.*

32 *Expensas contra earum fideiussores Iudex non potest taxare vltrà aureos triginta sex.*

33 *Absolutus ab expensis non censetur absolutus à damnis, & interesse.*

35 *Expensarum, quæ fiunt propter iudicium tres species sunt, & quæ nàm illæ sint.*

36 *Sportulæ quæ sunt dandæ Iudici pro mercede sui laboris, vbi non habet salarium à publico.*

37 *Expensarum omnium pro liquidatione quæ requirantur.*

38 *Expensarum in taxatione distributio vti sit facienda, existentibus pluribus conuentis in iudicio, si contingat ex eis alios absolui, & alios condemnari.*

Procurator Fisci an aliquo casu debeat ad expensas condemnari.

Actor virtute huius Pragmaticæ post sententiam poterit instare pro omissa expensarum condemnatione.

Expensæ pro personæ legitimatione non debentur.

TEmeritatem, &c. Sententia debet cõtinere expressam condemnationem, vel absolutionem expensarum, nullo iure circà id reseruato. H. D.

1 Ex hac pragmatica est introductum, vt in principio litis ad instantiam conuenti teneatur actor præstare cautionem de reficiendis expensis, *Minad. dec. 4.* sed an comprehendantur etiam Clerici litigantes coràm Iudice laico, & teneantur cauere de expensis? quòd sic *Marian Soc. in cap. quod clericis, colum. 2. post num. 5. vers. ex prædictis, de for. compet. Pereir. decis. Lusit. 109.* Sed hæc cautio non est præstanda,

2 donec disputatur de competentia Iudicis, nisi quousquè constat de persona Iudicis, qui debet interuenire, vt optimè probat *Ludou. Schrader. de feud. to. 2. par. 10. in præambul. num. 42. cum seqq.* sed fideiussor harum expensarum an teneatur ad expensas factas in secunda instantia, distinguit quatuor casus *Pereir. dec. Lusit. 109.* Si causa mutatur in aliam, vel auocatur, vel appellatur durante prima instantia ab interloquutoria, vel si appellatio habeatur pro deserta,

3 fideiussor tenetur, pro gestis post diffinituam non tenetur, verùm iusta causa litigandi excusat ab expensis, etiam in terminis huius Pragmaticæ, vt sunt aperta verba text. ibi, *vel ex iusta causa*, & latè declarat *Ant. Gabriel. lib. 2. commun. opin. tit. de expens. conclus. 1. Grat. discept. 725. in fin.* sed hoc est intelligendum de expensis, quæ debentur officio Iudicis, secùs autem si debeantur iure actionis, quia tunc iusta causa non excusat, *Ann. sing. 183.*

4 Immò etiam si quis sit expressè absolutus ab expensis, non tamen censetur absolutus ab illis expensis, quæ debentur iure actionis, vt ait *Aret. in §. hæc autem, Inst. de pœn. temer. litig. Ias.* qui alios casus cumulat in *l. properandum, §. sin autem alterutra, num. 4. C. de iudic.* ideò in iudicio vniuersali familiæ herciscundæ, & petitione hæreditatis non procedit, quia expensæ debentur iure actionis, *Roffred. de libell. de petit. hæred. num. 6. vers. item*, condemnatus verò pro minori summa eius, quæ fuit petita non tenetur ad expensas, *Marant. in singular. in verb. actor.* Qualis

5 autem debeat esse iusta causa, vt excuset, vide *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 167. Marant. cons. 15. nu.* 14. Erit etiam iusta causa absoluendi ab expensis

6 difficultas articuli, qui disputatur, *Alexand. Raudens. decis. Pisan. 22. num. 74.* Quod est verum in prima instantia, sed in causa appellationis indistinctè victus condemnatur in expensis, nisi condemnatio procederet ex nouis probationibus factis ab appellante, nàm tunc est iusta causa excusandi appellatum ab expensis, vt punctualiter tradit *gl. in reg. ignorantia facti 13. de reg. iur. in 6.*

7 Item erit iusta causa excusandi victum ab expensis opinio Doctoris primarij, cum quo concurrat, nedùm excellentia doctrinæ, sed etiam integritas conscientiæ, vt voluit *Fulgos. in Liuris ignorantia, C. qui admitti*, proùt illum allegat *Felin. in cap. super his, antè finem, extrà de accusat.* Proùt excusat etiam ab

8 expensis integritas vitæ partis victæ, iuxtà dictum *Hostiens.* & reliquorum in *cap. si. colum. pen. extrà de dol. & contum. Alexand. in l. properandum, §. sin autem alterutra, colum. 3. vers. item, vbi alter de bonæ fide. C. de iudic.* sed de vtroquè dicto videas *Tiraquel. de pœn. temper. cauf. §. 1. num. 108. & 109. cum seqq.* & facit dictum *glos. in auth. vt clerici apud propr. Episcop. in verb. sine damnis*, quæ ait, quòd expensis quãdoquè parcitur ratione personæ, & quæ differentia

9 sit inter expensas, quæ debentur ratione victoriæ, & illas, quæ debentur ratione contumaciæ, vide *Luc. de Penn. in l. 1. C. de sumpt. recuper. lib. 10. Caravit. Ritu 298. §. notab. num. 9.* & pro perfecta declaratione,

10 ampliatione, & limitatione huius materiæ vide *Sebast. Med. in tract. de regul. iur. p. 2. reg. 7.*

11 An autem pendente appellatione possit Iudex à quo procedere ad taxationem expensarum? *Anna. singul. 51.* voluit, quòd sic, sed hoc habet maximam dubitationem, ex traditis per *Lancell. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 11.*

Sed dato quòd possit procedi ad taxationem, nõ tamen facta taxatione poterit procedi ad exequutionem, etiam si esset sententia Sacri Consilij, à qua penderet reclamatio, iuxtà stylum ipsius Sacri Consilij de quo testatur *Afflict. decis. 358. in fin. & decis. 231.* nisi in prima instantia nihil probauit, quia tunc debet reficere, vt in *Pragm. sequent.* Qui stylus seruatur etiam in Senatu Pedemontano, teste *Cacheran. decis.*

dec.189.n.2.*in fin.* licèt in Gallia seruetur contrariũ, teste *Laur.decis.Auen.*55. & in Rota Romana *Farinac.dec.*93. *in fi.*

12 Sed si iudex appellationis condemnauerit ad expensas, præsumitur condemnasse etiam ad expensas primæ instantiæ, secundùm *Menoch.præsump.*88. *lib.* 2. nisi fuisset reus absolutus in prima instantia, & actor non appellauit, *Gratian.dec.*50. Et quandò iu-
13 dex appellationis teneatur etiam ad expensas condemnare, declarat *Gutierr.lib.*1.*practic.quæst.*135. & 136.post *glos.in cap.ignorantia.de reg.iur. in sexto.*

14 Cui quidèm condemnationi ad expensas in causa appellationis erit locus, etiam si sit appellatum ab interlocutoria, vt per *Afflict.dec.*42. Quid autem si iudex primæ instantiæ condemnauerit partem etiã
15 ad expensas, iudex verò appellationis confirmando sententiam pronunciauerit, benè iudicatum, & malè appellatum, & in fine eiusdem sententiæ addiderit, *condemnando appellantem in expensis tantùm coràm nobis legitimè factis*, an per hæc verba censeatur absoluisse ab expensis factis in prima instantia, *in* quibus fuerat condemnatus per primam sententiam? *Monald.cons.*10. doctissimè concludit, quòd non.

16 Quòd si vincens in prima, & secunda instantia succumbat in tertia, non debet condemnari ad expensas, quia ex vtroque fuit culpa, & fit compensatio, videas omninò *Thesaur.dec.*73. Sed si principa-
17 lis fuerit absolutus in prima instantia, in secunda verò instantia succumbens fuerit condemnatus ad expensas, an fideiussor datus in principio litis tenebitur ad has expensas? *Thesaur.decis.*201. distinguit decem casus ex mẽte omnium DD. sed Ego ex eius, & aliorum dictis sic distinguerem, quòd aut iudex appellationis condemnauit ad expensas factas in ipsa causa appellationis, & fideiussor non teneatur, aut verò condemnauit etiam ad expensas factas in
18 prima instantia, & teneatur; sed an in taxatione harum expensarum erit habenda ratio omnium damnorum, & interesse passorum per victorem? *Thesaur.dec.*67. dicit, seruari stylum Curiæ.

19 Et è contrario an in taxatione interesse veniant expensæ? *Rebuff.in l.vnica, num.*62. *C.de sentent.quæ pro eo, quod inter.profer.* dicit, quòd non, Tu vide *glo. & DD.in l.venditores.ff de verb.oblig. & in l.* 1. *C.de euiction.Claper.cons.*77. *qu.*1. Et debet haberi ratio Aduocati, & Procuratoris gratuiti pro eorum salario, vel eius, qui in causa propria patrocinium præstitit, *Ioseph Ludou.dec.Perus.*111.

20 Sententia verò super taxatione expensarum, ad quas fuit quis condemnatus per sententiam diffinitiuam præcedentem, non diffinitiua, sed interloquutoria dicitur, *Magon.dec.Lucens.*18.

21 Hæc tamen *Pragmatica* limitatur in aliquibus casibus, & Primò, vt procedat in causis ciuilibus, vt per *Bald.in l.qui crimen.num.*27. *C.qui accus. non poss. Franc.Marc.dec.*191. *par.*2. sed tu vide *Mandell.cons.* 5. *volum.*1. Secundò limita, quandò sententia conti-
22 neret mutuam victoriam, quia tunc neutra Pars cõdemnatur ad expensas, vt per *Magon.dec.Lucens.*50.

23 Tertiò limita in expensis, quas reficit reus contumax actori, vt possit admitti ad iudicium post contumaciam contractam, vt in *l.sancimus, C.de iudic. & in Pragm.*4. *infr.de ord. iudic.* nàm si posteà ipse reus obtinuerit sententiam pro se in causa principali, & actor fit condemnatus ad expensas, in taxatione harum expensarum non venient illæ expensæ, quæ fuerunt refectæ actori propter contumaciam, vt probat *glo.in d.l sancimus, in vers.damna,* & voluit expressè *Præs.de Frãch.* qui nihil ignorauit *dec.*331.

24 *num.*2. & 3. Quæ tò limita, vt non debeat fieri condemnatio expensarum, quandò sententia proferretur ex probationibus priuilegiatis, vt puta ex. iuramento suppletorio, prout declarat *Thesaur. dec.*236. *Monac.decis.Bonon.*21. *Grimell.decis.Dolana* 10. in pe-
tente verò plus debito distinguas, secundùm eundem *Monac.decis.Bonon.*23. *num.*9. *cum seqq.* quandò ex debito deducerentur partitæ parui momenti respectu residui remanentis, vel à reo esset omninò dimittenda res ratione hypothecæ, etiam pro partitis non debitis; aliàs condemnatus pro minori non tenetur, *Marant.in fine in verb.actor.*

25 Pro ampliatione verò huius Pragmaticæ possunt ponderari nonnulli casus, in quibus etiam victor tenetur victo ad expensas, veluti si actor proponat ineptam petitionem, nàm tunc licèt vigore *Pragmaticæ primæ, infrà de ord. iudic.* quæ admittit talem, qualem petitionem, debeat obtinere in causa principali, non tamen euitabit condemnationem expensarum, vt per *Pandum in dict. pragmat.*1. *de ord.iudic. num.*119.

26 Item si in contumaciam rei, vel actoris fuerit lata sententia diffinitiua, quia tunc is, qui absens per contumaciam vicerit, est condemnandus ad expensas, vt est *text.* qui loquitur in actore in *l.properandum, §. & si quidèm, ver. sin autem ex gestis,* ibi *expensis tantummodò C.de ind.* quem *glos. ibidem in §. sin autem alterutra* extendit etiam ad reum, licèt *in fine* referat opinionem *Pilei* in contrarium. Tu vide *text.in §.quid ergò, vers. illo tantummodò adiecto, in auth.de iis, qui ingred.ad appell.*

27 Item condemnabitur victor ad expensas, si reus dolosè noluerit ab initio producere titulum, & illũ reseruauerit producendum in fine causæ, nàm tunc licèt reus obtineat in causa principali, facta exhibitione tituli, tamen condemnabitur ad expensas, quia dolosè protelauit causam, vt per *Marant. in suo specul.part.*6. *membr.*7. *num.*2. *& in singular. in verbo quidam litigator.in* 2. *part.* Idem si protelaret opponere alias exceptiones sibi competentes, nisi actor haberet de illis notitiam, vt per *Polyd.Rip. obser.*47.

28 Idem si actor conuenisset reum coràm iudice minore; quem debuisset conuenire coràm maiore, vt in casu *§. & iudicare, & ibi glos. in verb. omnis litis, in auth.de defensorib.Ciuit.*

29 Et similitèr si debitor conuentus à suo creditore pendente iudicio solueret, licèt debeat absolui ab obseruatione iudicij, non tamen euitabit condemnationem expensarum, vt per *Marilian.decis.*34. post *Io.Fabr.§.finium.*13. *Instit.de perpet. & temp. actio.* quod tu declara, vt per *Schrader.de feud.tom.*2. *p.*10. *sect.*10. *n.*13. nisi debitor compareat, & fateatur posita, & offerat se ad soluendum.

30 Sunt etiam multi casus, in quibus expensæ intelliguntur ad inuicem compensatæ, de quibus est videndus *Sebast.Medic. de compens. par.*1. *quæst.*10. *num.*10. quandò Iudex ambas partes absoluit, vel condemnauit ad expensas, expensæ alimentorum cum operibus, vel factę gratia fructuum, vel causa eruditionis pueri, vel causa dotis dotem minuunt, vel pro fructibus authoritate Iudicis in re aliena factis, factæ in prima instantia cum factis in secunda instantia, vbi succubuit ex eodem articulo, sed ex nouis deductis, aliàs secus, sicut si obtineret in sententia interloquutoria tantùm reus, quia tunc compensatio non fieret.

31 Et circà hanc materiam condemnationis expensarum vide de iure communi *text. in d.l. properandum, §. sin autem alterutra, C.de iudic.* & de iure Re-

gni

gni *Conſtitutionem Diuarum Principum*, & omninò in actu practicato *Conarr. practicq. cap.17. per tot. Caran.Rit.298.*

32 Nota tamen, quòd contrà fideiuſſorem harum expenſarum taxatio per Iudicem non poteſt fieri vltrà aureos triginta ſex, vt probat clarus *text.in quoh libellum,C.de lit.expenſ.*

33 Non tamen excidat à memoria, quòd abſolutus ab expenſis non propterea cenſetur abſolutus à dãnis,& intereſſe, vt per *Sand.dec.261.*

34 Et ad enucleationem materiæ harum expenſarum vide præ cæteris *Aſin. in praxi iudic. part. 1. §. 32.per totum*, vbi habes quàmplurimas ampliationes, limitationes,& quæſtiones practicabiles, nunc addo *Polyd.Rip.obſeruat.62.gloſ.in §.nullo quoquè,in verb.diſpoſita,circà medium,in auth.de Iudicibus*, que

35 conſiderat tres ſpecies expenſarum, quæ fiunt propter iudicium, vnam de his expenſis, que fiunt inter ipſas partes, putà pro Aduocatis, Procuratoribus,& Viaticis: Alteram de ſportulis, quæ ſoluuntur Iudicibus in locis, in quibus ità ſeruatur. Tertiá de ſala-

36 ejs Executorum. Quæ autem ſportulæ ſint dandæ Iudici pro mercede ſui laboris, vbi non habet ſalarium à publico, declarat *text.in §.nè autem circà hoc*, vbi *gloſ.in verb.pedaneis,ead.auth.*

37 Et pro liquidatione omnium huiuſmodi expenſarum tria requiruntur per ordinem; Primò ſcilicèt taxatio Iudicis. Secundò poſt taxationem Iudicis iuramentum Partis, quæ expenſas erogauit. Tertiò, & vltimò poſt iuramentum Partis debet ſequi ſententia Iudicis, quæ facit liquidationem, ità tradit *gloſ.in §.quia verò ab actoribus, in verb.taxationem, in auth.de exhib.reis.*

38 Quòd ſi contingat, plures conuentos eſſe in iudicio,& ex eis aliquos abſolui, & alios condemnari etiam ad expenſas, in ſolidum tenentur, niſi eſſent accuſantes condemnati, quia pro rata, *Joſeph de Seſe de inhibit.cap.4.§.2 num.11.* & ibidem etiam *nu.16.* tradit, quòd debet Fiſci Procurator ad expenſas cõdemnari, quandò conſtat de dolo, *Farinac.dec.poſthum.509.tom.2.* non tamen omittas vnum notabile in terminis huius Pragmaticæ, quòd ſi Iudex omiſerit in ſententia condemnationem expenſarum, poterit victor illas petere, etiam poſt ſententiam, contra *text.in l.terminato,C.de fructibus,et lit.expenſ.* vt probat *Berlich.deciſ.127.num.3.* latiùs *Thor.vot.28.* ſed expenſæ pro legitimatione perſonæ non debentur, *Marta conſ.87.*

39 Et pro coronide huius materiæ expenſarum vide viginti quæſtiones longè, latèq; diſcuſſas, & deciſas per *Luc.de Penn.in l.vnic.C.de ſumptuum recuperat. lib.10.* & nonnulla per *Rodriq.de exeq.ſentent.cap.7. vſq; ad n.9.*

De Expenſis. Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Condemnatus in ſecunda inſtantia ad expenſas, quia nihil probauerit, & ſententia fuerit confirmata ex primis actis, à qua ſecundò prouocauerit non admittitur ad proſequendum, niſi refectis expenſis ſecundæ inſtantiæ.*

QVi in cauſa principali, &c.

Condemnatus in prima inſtantia ad expenſas, qua nihil probauit, ſi appellauerit, non admittitur ad proſequendum appellationem, niſi refectis expenſis primæ inſtantiæ. H.D.

1 Ampliat, vt ſit idem, ſi in ſecunda inſtantia nihil probauerit, & ſententia fuerit confirmata ex primis actis, à qua ſecundò prouocauerit, vt per *Caballin. miſcellog.230.*

De Extractione, ſeu Exportatione animalium, auri, argenti, & aliorum prohibita.

Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Prohibitio, de qua hic, conformis eſt iuri communi, & cur hic narrata extrahi prohibeantur.*
2 *Licentia ſi dari contingat pro alicuius rei extractione, priùs fit inueſtigatio, nè deficiat in Regno.*
3 *Extractionis huius rubricæ materia, remiſſiuè, & n.10. & 13. vbi ampliationes, & limitationes, remiſſiuè.*
4 *Pœnæ, de quibus in Pragmaticis huius rubricæ non habent locum contrà extrahentes res, quas extrahens portauerit à locis extrà Regnum, quod in hoc Regno eſt expreſsè prohibitum reſpectu auri, & argenti tantùm, etiam ſi immittens ſit externs, qui nunquàm fuerit in Regno.*
5 *Pœnæ banni ab extero, qui nunquàm fuit in Regno, contrauenientè exigi an valeant.*
6 *Extractio omnis auri, & argenti cuiuslibet ſpeciei in genere eſt prohibita.*
7 *Argentum in maſſa non laboratum de Regno ſine licentia Curiæ extrahere nemo poteſt, vt eſt ſtatutum in Regia Sicla, aliàs extrahens illud perdit.*
8 *Argentum in maſſa cum Vaſſello de extrà Regnum aſportans, quod non exonerat in terra, poteſt recedere, & non videtur de Regno extrahere.*
9 *Magiſter Siclæ tenetur emere argentum in maſſa, aliàs poterit licitè extrahi extrà Regnum.*
11 *Bona aſportata ab extrà an comprehendãtur in ſtatutis expreſsè includentibus bona extrà territorium.*
12 *Extrahens ſui vſus cauſa pro commoditate itineris nõ comprehenditur ſub iſtis Pragmaticis, ſi ex coniecturis fraus excludatur.*
14 *Prohibitio extractionis ex cauſa, quæ poſtea facta eſſet, ceſſabit etiam prohibitio ipſa.*
15 *Prohibitio extractionis non facta propter publicam vtilitatem, ſed propter priuatum Regnantis commodum non valet.*
16 *Prohibitiones iſtæ an comprehendant bona Eccleſiarum, vel Clericorum, remiſſiuè.*
17 *Extractio rerum prohibitarum, & non prohibitarum ſimul & ſemel facta an operetur vt res non prohibitæ incidant in commiſſum, remiſſiuè.*
18 *Pœnæ in iſtis Pragmaticis contentæ an iuſtè imponãtur contrà eum, qui reperiatur extrà viam vſitatam, antequàm ad locum deſtinatum perueniat, remiſſiuè.*
19 *Pœnæ impoſitæ contrà extrahentes non habens locum contra vendentes.*
Regis poteſtas circà has prohibitiones penitus, remiſſiuè.
Licentia extrahendi vnam ſpeciem an alias ſimiles cõprehendat.

Hæc

1 HAec rubrica continet nonnullas pragmaticas prohibentes extractionem quorumuis bonorum à præsenti Regno Neapolitano; & in omnibus hæc prohibitio est conformis iuri communi, vt patet ex *l. eotem ferro. ff. de publ. & vectig. l. 2. C. de commerc. & mercat. leg. 1. & 2. C. quæ res asport. non deb. l. 1. §. 2. ff. de re milit. l. 1. & pen. C. quæres vend. non poss.* & latè tradiderunt *Iser. in proœm. Constit. & in sit. quæ sint regal. Luc. de Penn. in l. nominationum, C. de decur. lib. 10. & in l. 1. C. de lictor. et itiner. custod. lib. 12. Boer. dec. 177. & 178.* ratio est, nè deficiant in Regno, *l. Præses, C. de seruit. & aqu. Afflict. dec. 290. num. 9.* iuxtà illud *Euangelicum, nè fortè non sufficiat*
2 *nobis, & vobis*, hinc est, quòd quotiescunq; contingit dari licentiam pro alicuius rei extractione, solet priùs fieri inuestigatio, nè deficiat in Regno, quod similitèr procedit de iure communi, iuxtà tradita
A per *Rip. in tit. de pact. resp. 15. num. 8.* & ad euitandas huiusmodi extractiones, & fraudes, quæ in eis committi solent in littoribus, sunt deputati Portulani, tanquàm portuum custodes, in confinibus verò Mediterraneis sunt deputati hi, qui vulgò Capitanei Grafsiæ nuncupantur.

3 Et ad hanc materiam videndus est *Menoch. de arbitr. iudic. centur. 6. casu 585. Borrell.* qui cumulat omnia iura Regni in *tract. de magistr. edict. lib. 3. cap. 14. n. 77. cum seqq.* & pro concordando extractiones prohibitas per Pragmaticas huius rubricæ cum prohibitis de iure communi est videdus *Marc. Ant. Surgens de Neap. Illust. c. 24. n. 6. cum seqq.*

4 Est benè aduertendum, quòd pœnæ, de quibus in Pragmaticis huius rubricæ non habent locum contrà extrahentes res, quas extrahens deportauerit à locis extrà Regnum, vt voluit *Barth. de Capua sing. 136.* per *text. in l. si quis post hanc, C. de ædific. priuat. And. Iser. in rubr. quæ sint regalia, post num. 5. versic. item debet intelligi, Leonn. cons. 56.* qui expressè agit de moneta, quæ venit ab extrà. Sed in hoc Regno fuit id expressè prohibitum per Pragmaticam editam sub die 11. Octobris 1551. respectu auri, & argenti tantùm, etiam si immittentes, & extrahentes sint exteri, qui nunquàm aliàs fuissent in Regno, vt in *Pragmatica decima infr. eodem*, quod iure licito statui potuisse, constat ex eodem *Andr. ibidem, vers. nisi statueretur*, sed an hoc casu ab extero, qui nun-
5 quàm fuit in Regno, contraueniente possit exigi pœna banni? Idem *Andr. ibidem, vers. sed æquitate* concludit, quòd non, immò quòd talis pœna debeat ei remitti, quia pœna debet irrogari peccanti, sed qui ignorat, non peccat. *l. si ignorans, ff. locat. l. ex maleficijs, ff. de act. & oblig.* Attamen id fuit correctum respectu auri tantùm per Pragmaticam editam à Cardinale Granuela sub die 24. Nouembris 1573.
6 quæ erat in alia impressione *Pragmatica prima de valore scutorum aureorum, in fin.* Postmodùm verò Comes Oliuares per Pragmaticam editam sub die
, 23. Martij 1596. prohibuit omnem extractionem auri, & argenti cuiuslibet speciei in genere, vt in
7 *Pragmatica 19. infrà eodem.* Et Regia Sicla, in qua cuditur moneta Neapoli habet statutum, vt nullus extrahat de Regno sine licentia Curiæ argentum in massa non laboratum, aliàs extrahens perdit il-
8 lud. & si quis portet ab extrà Regnum argentum in massa cum Vassello, quod non exonerat in terra, potest recedere, nec videtur extrahere de Regno, q̃
9 in Regno non fuit exoneratum. Item Magistri Siclæ tenentur emere tale argentum in massa, iuxtà statutum Curiæ, aliàs poterit licitè portari extrà Regnũ, vt attestatur *Goffred. de Caieta super Ritibus Regiæ Cameræ, in rubr. de Sicla, vers. item habet Sicla, fol.* mihi 211.

10 Pro dilucidatione tamen totius materiæ videas omninò *Aules in cap. 52. Prætor. per tot.* & apud *eum* reperies multas limitationes pro euadenda hac pœna extractionis, & signanter in *glos. y por ella*, vbi
11 agit de bonis asportatis ab extra, quòd non comprehendantur in huiusmodi statutis, etiam si statuta expressè includerent bona extrà territorium, idem *Borrell. de magistr. edict. lib. 3. cap. 14. num. 33. cum seqq.* quod est summopetè notandum ad intellectum dictæ Pragmaticæ anni 1551. & limita in extrahen-
12 te vsus sui causa pro commoditate itineris, si tamè ex coniecturis excludatur fraus, vt determinatum fuit per Regiam Cameram in persona Præsidentis Ioannis de Forma, qui accedens ad Vrbem pro indulgentia anni Iubilæi extraxerat quædam vasa argentea sui vsus causa, teste *Goffred. de Caieta* tunc Locumtenente in Regia Camera super *Ritibus* ipsius *in rubr. de iur. fund. vers. item prædicta inducuntur*, ibi, *& propter prædicta videtur posse determinari. fol.* mihi 31. *& à tergo*. Idem *Borrell. vbi supra num. 21.*

13 Pluresquè alias limitationes, item & ampliationes habes apud *Martin. Coler de alimen. lib. 1. cap. 17. num. 8. cum seqq. Io. Baptist. Costa cons. 15. Mauson. de contrabam.* per viginti quæstiones, & interlimi-
14 rationes illa est summoperè notanda, vt si huiusmodi prohibitio extractionis sit facta ex aliqua causa, quæ postèa cesset, cessabit quoq; ipsa prohibitio, & ipso iure finietur authoritas Pragmaticæ prohibitiuæ, ità pulchrè tradit *And. in rub. quæ sint regal. nu. 5.*

15 Item est alia limitatio, quandò scilicèt huiusmodi prohibitiones fierent, non propter publicam vtilitatem, sed propter priuatum commodum Regnantis, quia tunc non valeret prohibitio, tanquàm contrà charitatem, ità pijssimè tradit *And. ibidem, propè fin. vers. attendenda est.*

16 Sed an huiusmodi prohibitiones comprehendant bona Ecclesiarum, aut Clericorum, videndus est *Ripa de peste, tit. de remed. ad conserv. vbertat. nu. 41.* iuncto *num. 122. & 123. in 14 quæst.* conferunt tradita per *Gramm. decis. 100. Couarr. in reg. possessor, part. 2. §. 4. num. 7. & 8. Vasqu. contr. vsufr. q. lib. 1. cap. 4. Præs. de Franch. dec. 380. Io. Redin. de maiestat. Princip. in verb. non armis solùm, nu 163. & 166. vsq; ad num. 176.* facit dictum *Bald. cons. 198. num. 4. & in fin. volum. 2.* sed non omittatur *Loffred. cons. 24. per totum.* & signanter *num. 10. vsquè in finem, Moditius in § lex est, dubitat. 68.* omninò *Sayr. lib. 2 Clau. Reg. cap. 4. num. 18.* vbi in specie meminit de his Pragmaticis, *Ant. de Ballis lib. 5. super pragm. Sicil. in prælud. num. 56.* post *Alber. Dec. & Bertazol cons. crim. 87. num. 3.* quos citat *Salzed. ad pract. Diaz cap. 55. vers. Tertiò his finitimum est, Bouadill lib. 2. cap. 18. num. 117. Borrell. de magistr. edict. lib. 3. cap. 14. num. 68. Suarez de immunit. Eccles. lib. 4. cap. 16. num. 14. Reg. Reuerter. decis. 31. tom. 3. Mauson. de contrabam. qu. 8.* qui dicit, quod licèt statutum non comprehenderet eos, res autèm intercipiuntur, excipit tamen res sacras, & res merè Ecclesiasticas.

17 Si simul, & semel extrahantur res prohibitæ, & non prohibitæ, an incidant in commissum etiam non prohibitæ ratione prohibitarum, tradunt *DD. in l. cùm proponas, C. de naut. fæn. Ang. in l. eotem, §. Dominus, ff. de public. & vectig. Goffred. de Caieta super Ritibus Regiæ Cameræ, in rubr. de iure fundici, vers. item ex eo, quod tractare incæpi, cum pluribus sequentibus,*

fol.

*fol.*mihi 13.*à tergo.Mouſon.ibid.q.6.*ſtatim in 3.*
limit.de

18. An autem pœnæ in his Pragmaticis contentæ imponi iuſtè poſſint contrà illum, qui deprehendatur extrà viam vſitatam, antequam perueniat ad locum deſtinatum? patet ex traditis per *Ciuiliſtas in l.ſi quis proponas, &* latiùs per *Bald.in l.ſi fugitiui, C.de ſeru.fugit.* per *Anchar. in cap.quanquam, de cenſibus in ſexto. & in clem. præſenti de cenſibus,* & ibi etiam *Zabarell.* latè tractat *Goffred.de Caieta ibi ſuprà, verſ.item ſi quis cum mercibus fol.*mihi 34. *&* 35.

Et aduerras, quòd omnes pœnæ impoſitæ contrà
19 extrahentes non habent locum contrà vendentes, etiam ſuſpectos de futura extractione. *Hier.Gabriel. conſ.*18.*lib.*1.*Ioſeph Seſe de inhibit.cap.*5.§.9.*num.*65. Alia concernentia hanc materiam diffusè proſequitur *Bouadill.* omninò videndus *lib.*4.*c.*5.*per tot.*& de poteſtate Regis circà has prohibitiones, latè *Seſe dec.Arag.*248. tractat pro iuſtitia Regis, & quòd licentia extrahendi vnam ſpeciem comprehendat ſimiles, *Idem dec.*249.

ADDITIO.

A Dominus Reg.Io.Franciſcus de Ponte in doctiſſimo *tract.de pot.Proreg. in tit.de tractis, ſeù extract.nu.*5. dicit, quòd hæ conceſſiones, ſeù tractæ frumentorum, & aliarum rerum habẽt intrinſecã, & inſitam naturam, ac cõditionem, quatènus Regnum remanet munitum, & his opus non habet, & in hoc inuigilare debent prudentes Miniſtri ad euitandas penurias, ruinas, & totius Regni conturbationes, allegans doctrinam *Io.de Plat.in l.ſi quis per diuinam, C.de aquæd.in fin.lib.*11. *Auguſti* exemplo, qui, vt ait *Lipſi.ex Tacito. Militem donis, Populum annona, exercitos dulcedine otij pellexit.* Hinc *Cicero lib.*2. *de offic.* admonet omnes, qui Rempublicam gubernant, cõſulere debent, vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt neceſſariæ, & *Veget.lib.*3.*cap.*3. benè inquit. *In reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri, pabulatio, & annona in neceſſitate non habens remedium.* Cautè ergò agendum eſt, cùm durum ſit, ac crudelitati proximum, Regno indigente, ad aliud eius annonam trãſmitti, iuxtà *tex.in l.præſes, C.de ſeru.& aqu.*

Hinc idem *D.de Pont.* ſatis appoſitè infert ad dicta per *Nauarr. in explicatione Bullæ Cœnæ Domini, ſub tit.de cenſur.Eccleſ.c.*17.*n.*64. vt minimè in eam excommunicationẽ incurratur, dùm extractio prohibetur frumentorum, & aliarum rerum à Regno ad Romanam Curiam ex cauſa, nè ſcilicèt ipſi Regno deficiant neceſſaria, tunc enim licentia extrahendi conceſſa ceſſare debet, ex regula *tex. d.l. præſes, C.de ſeru.& aqu.* nec intelligetur in tali caſu permiſſa, ſeù conceſſa extractio, nec in hoc alicui fiet iniuria, Prudentum Virginum exemplo, ac dicto. *Nè forte non ſufficiat nobis, & vobis.* Quod eſt adeò verum, vt tractæ (quas vocant) ſeù licentia extrahendi vno anno conceſſa, ſi ob penuriam, ac careſtiam illius anni nõ fuerint exequutioni demandatæ, non poterunt ſequentibus annis exequi, ſed iuris intellectu habebuntur pro infectis, ità vt neceſſaria ſit noua Principis conceſsio (niſi in illa prima conceſsione adſit clauſula *refectionis*, vt ſcilicèt ſi in dicto anno non poterit extrahere, valeat annis ſequentibus integras extractiones, vel remanentes perficere) ità *Dom de Pont.in loco* citato *ſub n.*8. *&* 9. vbi etiam conciliat doctrinam *Andreæ*, & deciſionem Regiæ Cameræ circà hoc vltimum inter ſe diſidentes.

Infert etiam idem *D.de Pont.co loci* ad donatiua, & penſiones, quæ in dies per Regem cõcediuntur, nã eę earènus conceſſæ intelliguntur, & ſolui debebãt, quatènus Regni reditus ſuppetunt, prouiſo prius de eo, quod oporteat pro neceſſaria ſubſtentatione, ac defenſione illius, ex inſita, & innata natura eorundem reddituum, talibus oneribus ſubiectorum, in ipſorum ortu, & creatione, adeò quòd ſi non ſufficiunt pro talibus oneribus ſubſtinendis, reuocari, vel ſuſpendi debent, cùm intelligantur tactæ ſub ea lege, vt præſtarentur ſuper eo, & de eo, quod ſupereſſet, deductis Regni, Regiſq; neceſsitatibus, ità latiſsimè, atq; elegantiſsimè ex pluribus prædictus *D.Reg.de Pont.d n.*10. *ad* 41. omninò legendus, nàm multa adducit conferentia ad calamitates horum temporum, die 22. Auguſti 1647.

Hìc quoq; notandum eſt, quòd & ſi quandò Princeps aliquid mandat, vel prohibet ſub pœna, & vaſallus Baronis contrauenit Principis edicto, huius cauſæ cognitio, atq; pœnæ exactio ſpectat ad Baronem, iuxtà ſolemne *conſ.Theſaur.* poſt *deciſ.*133. *Antonini patris* impreſſum, & *conſ.D.Reg.*93 *lib.*2. *nu.*6. poſt *D.Præſ.de Franch.deciſ.*434. etiam ſi Principis edicto caueatur expreſsè, quòd pœna contrauentionis Fiſco Regio ſit applicanda, nàm adhùc Baronis Fiſco pœnam deberi cenſuit *D.Reg. Conſtant.in l.*1. *n.*24.*C.pœn.fiſcal.credit.præfer.lib.* 10. ex *Natt.conſil.* 34.*n.*9.*lib.*2. & alijs, & *D.Reg d.conſ.*93.*n.*6. quicquid dixerit *Foller.in prag.*5.*nu.*7 *de admin.Vniuerſ.* quem reſtringit in caſu, quo Baro fuerit negligens in cognoſcendo, nàm data negligentia Baronis Rex cauſam ſibi auocat, & pœnam exigit, vt elegantèr tradiderunt *Anil. Azened. & Bouad.* ab ipſo *D. Conſtant.* relati, & *Theſaur.dec.*25*n.vet.quarto facit.* Attamen cauſæ iſtæ extractionum prohibitarum, earumq; pœnæ ad Principem, eiuſq; Fiſcum, non autem ad Baronem ſpectabunt, ſicuti ſingulariter adnotauit idem *D.Reg.Conſtant.* in relata *l.*1.*n.*25.*C.pœn. fiſcal. cred.* poſt *D.Reg.Moles in tit. de iure tractarum* manuſcripto *q.*1.*dec.*80. quæ incipit *quandò aliquis Baro habet*, ea ratione, quia dùm Rex, Supremuſq; Princeps alicuius rei extractionem à ſuo Regno, vel Prouincia ſub pœna prohibet, vel penuriæ, ac careſtiæ tempore frumentum, vel aliud vendi certo pretio iubet, certa conſtituta pœna has prohibitiones facit vi Supremi Imperij, ac poteſtatis, quæ nullo modo ab ipſius Principis perſona ſeparari poteſt, nec in alterũ, quilibuſcunq; verbis, ac clauſulis, etiam ampliſsimis transferri, ideòq; Barones de his nec cognoſcere, nec mulctas exigere poterunt, quia eorum perſona Summi Imperij capax non eſt, ità *D.Reg.Conſtant.in loco* prædicto ex *Menoch.conſ.*604. *& Pancirol.* poſt eum, qui refert, ità cenſuiſſe Senatum Mediolanenſem, ac ſeruari etiam in hoc Regno Neapolitano, & antè eos per hanc met rationem iudicatum fuiſſe per Reg.Cam.in cauſa Ducis Amalfiæ, qui habebat à Rege conceſsionem iuris Portulaniæ, vnà cum omnibus alijs Regalibus, quæ numerantur in *tit.quę ſint Regalia*, teſtatur idem *D.Moles in d.q.*1.*deciſ.*80. *ſub tit.de iure tractarum, & D.Conſtant.ibidem*, qui etiam *ſub nu.*26. concludit, hoc adeò verum eſſe, vt nunquàm harum cauſarum remiſsiones ad Barones fiant, ſed per Principem, eiuſq; Officiales cognoſcatur. Quamobrem eas comprehendi, etiam ſub generali abolitione facta per Principem reſpectu pœnæ incurſæ tantùm, ſeù ratę interceptæ, quæ Fiſco applicaretur, non autem dirutum, quę Fiſco debebatur,

nec minus ratæ, quæ Arrendatori, vel Tertio fortè releuatori esset quæsita, dixit *D Reg. Moles in q. 25. dec. 62. ex eo*, qa in generali indulgẽtia sẽper ius tertij intelligitur reseruatũ, & pœna, quæ parti applicatur, non potest per Principem remitti, *Bal. in l. rescripta, in fi. C. de prec. Imper. offer.* & hãc quoq; ratione iudicatum refert *Dominus Moles in eadem decis. 62.* eos, qui vendiderũt frumentũ vltrà pretium à Pragmaticis taxatum, comprehendi sub indulto, illoquè debere gaudere respectu intercepti, seù pœnæ, non autem respectu pretij superflui ab emptoribus superexacti, quia illud fuit ordinarum restitui, remanet enim actio ciuilis, quæ est rei persequutoria, licèt criminalis sit per indulgentiam sublata, punctualis est *tex. in l. si docueris, C. ad leg. Corn. de falsis.*

Io. Laganar.

De Extractione, &c. Pragm. II.

R E R V M S V M M A.

1 *Mercatores, cæteriuè arma ad Infideles trãsferre prohibentur, nec etiam aurum, vel argentum à Regno extrahere possunt.*

2 *Aurum, vel argentum pro emendis mancipijs, vel alijs speciebus ab Infidelibus transferre sunt prohibiti.*

3 *Fabri Christiani tradentes quamlibet artis peritiam Barbaris incognitam, vltimi supplicij pœnã plectuntur.*

4 *Merces quæcunquè sub ista pragmatica comprehenduntur.*

HAuendo inteſo, &c. Mercatores, cæteriq; arma ad Infideles non deferant vtenda; nec à Regno aurum, vel argẽtum extrahant. H.D.

1 Idem est prouisum expressè de iure communi, tàm ciuili, vt in *l. 2. C. quæ res exportari non debeant*, quàm canonico, vt in *cap. ità quorundam extrà de Iudeis*, ad quod est videndus *Suar. alleg. 18. num. 1. & seq. Nauarr. in manual. confess. cap. 23. num. 93. Iul. Clarus pract. crimin. q. 77. vers. Christiani*, & amplia, vt nec
2 pro emendis mancipijs, vel quibuscunquè speciebus ab infidelibus possit aurum ad illos transferri per Mercatores, vt in *l. 2. C. de commerc. & mercator.*
3 Immò Fabri Christiani non possunt tradere quamlibet artis peritiam Barbaris incognitam sub pœna vltimi supplicij *l. fi. C. de pœn.* & amplia, vt huius pra-
4 gmaticæ dispositio procedat in omnibus mercibus, vt est *tex. in l. 1. C. de litter. & itiner. custodib. lib. 12.*

De Extractione, &c. Pragm. X.

R E R V M S V M M A.

1 *Pœna amissus Pragmaticæ non habere locum in extero eam ignorante secum numos è Regno, quos in vsus reportante, nulla data notitia Regijs Ministris, pro falsi contingentia latè defenditur.*

2 *Pragmatica prohibentes extractionem pecuniarum, & rerum ab ipso Regno sunt conformes iuri communi.*

3 *Iura municipalia prohibentia extractionem non habent locum contrà extrahentes res, quas deportaue-*
rint à locis extrà Regnum, &c quare.

4 *Pragmatica, quæ facit delictum id, quod de iure communi non est delictum, non potest ligare exteros, & forenses.*

6' *Lex, vel statutum sine publicatione nullius roboris est momenti est.*

6 *Lex, vel statutum nedum requirit publicationem, sed etiam, quòd post publicationem sit moribus, & vsu recepta, & cæpta ex æquitoni demandari, aliàs à principio fingitur non obligasse.*

7 *Ignorãtia vbi iusta præsumitur, tunc nulla potest resultare pœna contrauenienti.*

8 *Lex non potest ferri in non subditos.*

9 *Exterus delinquens in alieno territorio ligatur statuto illius territorij, si sit sciens illius statuti, nec.*

11 *Pœna est latisfactio delicti.*

12 *Ignorantia supina est nescire, quod omnes sciunt.*

13 *Delictum non datur, vbi delinquens nescit, illud esse delictum, & quare.*

14 *Voluntas est actio intellectus cognoscentis, hinc nemo dicitur velle quod mente prius non cogitauit.*

15 *Voluntas formaliter distinguit omnes actus hominum, tàm in contractibus, quàm in delictis.*

16 *Pœna debetur ex delicto, quod est ex voluntate.*

17 *Ignorantia excusat à culpa, & à pœna eius ratione inducta.*

18 *Ignorans bannum non dicitur contemnere illud.*

19 *Culpa talis considerabitur in ignorante, hinc sine culpa non datur pœna, cùm pœna præsupponat culpam.*

20 *Rex licèt possit statuere in hoc Regno, quòd nec res venientes ab extrà Regnum extrahantur absquè eius mandato, tamen hoc statutum non ligat ignorantem.*

21 *Intrantibus in Regno debet denunciari per Officiales statutum, quod inducit ius nouum.*

22 *Lex inhonesta, iniusta, & impossibilis non est seruanda.*

23 *Lex iniusta, & irrationabilis non includit ignorantem.*

24 *Statutum licèt de iure sit validum, quòd quis non possit allegare ignorantiam illius statuti, tamen intelligitur de supina, & crassa ignorantia, non autem de probabili, & legitima.*

25 *Deceptus quilibet esse dicitur in eo, quod quis ignorat.*

26 *Mutus, & surdus quandò obligetur lege, vel statuto.*

27 *Absentia remotissima apud Infideles de iure sufficit ad euitandam pœnam constitutionis quantùmuis generalis, in qua non cadat distinctio absentiæ, vel præsentiæ.*

28 *Restitutio in integrum competit forensi aduersus statutum, quod ignorauit.*

PErche ritrouamo, &c.

Prohibetur extractio auri, & argenti etiam immissi à locis extrà Regnum, aut per trãsitum cum declaratione, quandò hoc delictum dicatur consummatum. H.D.

1 De hac Pragmatica mentionem feci suprà in rubrica, & non fuit redacta in volumen Pragmaticarum vsq; ad compilationem factam in anno 1611. in cæteris omnibus præcedentibus desiderabatur, ex quo de ea nulla penitùs notitia habebatur, etiam à Regijs Ministris, cùm accidissent casus in anno 1599. quòd quidam Græcus Bellogradensis, nomine

mine Nicolaus Abraham veniens in hoc Regnum asportauit secum magnam quantitatem nummorum aureorum, quos recedens secum reportabat, nulla data notitia Regijs Ministris, qui in recessu illum carceraverunt, capiendo etiam pecuniam auream tanquàm interceptam vti extractam à Regno absquè licentia, vigore huius Pragmaticæ, quam tunc primùm præsentauit Fisci procurator. Ego suscipiens defensionem causæ prædictæ, ex infrascriptis fundam, hanc Pragmaticam non procedere in hoc casu, & quia omnia tunc scripta conferunt ad intellectum huius Pragmaticæ, libuit ad verbum hic inserere, videlicèt.

Quòd pecuniæ aureæ repertæ penès Nicolaum Abraham Græcum Bellogradensem in portu huius Fidelissimæ Ciuitatis tempore, quo ab eodem portu soluebat eius patriam versus, non inciderint in commissum, & successiuè eidem restitui debeant, infrascriptus in iure verissimis axiomatibus apertissimè fundabo.

Licèt enim Pragmaticæ huius Regni prohibentes extractionem pecuniarum, & rerum ab ipso Regno dici possent conformes cum dispositione iuris communis, quod consimilem prohibitionem admisit, iuxta text. *in l. eam fœminam ff. de public. & vectigal. l. 2. C. de commer. & mercat. l. 1. & 2. C. quæ res asport. non debeant*, cum similibus, & propterea non esset dubitandum, quin etiam exteros comprehendant, ex doctrina *Bart. in l. cunctos populos in 2. quæst. C. de summ. Trinitate & fid. Catholic.* communitèr approbata, tamen hoc non est verum respectu Pragmaticæ editæ sub die 11. Octobris 1551. in qua se fundat Regius Fiscus, ampliantis prohibitionem extractionis, etiam pro rebus, quæ immittuntur ab extrà Regnum, & asportantur per transitum, nàm hoc non est prohibitum de iure communi, sed expressè est permissum, adeò vt iura etiam municipalia prohibentia huiusmodi extractionem non habent locum contra extrahentes res, quas deportauerunt à locis extrà Regnum, vt voluit *Andr. in rubr. quæ sint regalia, post numer. 5. vers. item debet intelligi*, & *Bartholom. de Capua singul. 136. Ioa. Andr. ad Specul. in rubr. de constit. num. 8. verb. oportet, in fin. Anan. in cap. 2. in fin. extrà de constit.* post *Anchar. in cap. 1. in 1. de cleric. non resid.* per *text. in l. si quis post hanc, C. de ædific. priuil. qui mittuntur, §. sed etsi extrà patriam suam, ff. ex quib. caus. maior.* alios cumulat, & sequitur *Paserb. cons. 191. num. 15.* Ratio est, quia hoc casu cessat illa tam Euangelica, *nè forte non sufficiat nobis, & vobis*, super qua est fundata prohibitio extractionis, vt per *Afflict. decis. 190.* Ergò dùm hæc Pragmatica per hanc nouam prohibitionem fecit delictum id, quod de iure communi non erat delictum, vtiquè nullo modo potuit ligare exteros, & forenses, ex eadem doctrina *Bartol.* superiùs citata, & communitèr approbata, cui addo *Belling. in specul. Princ. rubr. 47. §. sciendum, n. 22. vers. vnde, vt habeas.*

Nec dicat Fiscus, quòd hoc est contra expressa verba ipsius Pragmaticæ, per quę etiam exteri, qui nunquàm Regnum adierunt, comprehendunt ibi *tanto Regnicoli, quanto di estra Regno, ancorche allegasse, non esser stato altre volte in Regno*, nàm ad hùc affirmo, prædicta verba nihil operari ad inducendum delictum in personam dicti Nicolai, ex tribus.

Primò, quia non fuit publicata. Secundò, quia licèt fuisset publicata, non comprehendit exteros ignorantes. Tertiò, & vltimò, quia attenta persona inquisiti, non posset puniri pœna huius Pragmaticæ.

Dixi primò, quòd non fuit publicata, cùm nullus appareat actus publicationis, nec expressus, nec præsumptus, expressus non, quia de eo non constat, præsumptus, & tacitus nequaquàm, cùm nec fuerit redacta in volumen Pragmaticarum, nec modernis temporibus impressum, nec etiam apparet vsu vnquàm tempore practicata, adeò vt etiam ipsissimes ius reddentibus fuerit incognita, quod solùm sufficeret ad absolutionem huius inquisiti, iuxtà doctrinam *Anchar. in clem. 1. primo notabile de reb. Eccles. non alien.* quem sequitur *Marsc. cons. 49. col. penult. & Andr. ab Exea in cap. 1. num. 47. extrà de const. inter*

5 *Reges*. quòd autem sine publicatione lex, vel statutum sit nullius roboris, vel momenti, patet ex *text. in auth. vt facta noua constit. Bald in cons. 210. vol. 1. & in l. nunc. §. fin. C. de cad. toll. Angel. in §. fin. in auth. de non elig. secundò nub. Abb. cons. 35. lib. 1. Alex. cons. 39. lib. 2. Natt. cons. 498. num. 10. Dec. cons. 16. num. 10. & in cap. 2. n. 40. de arbitr. Ant. Sol. in antiq. Constit. Sabaud. in proœm. gl. 4. n. 6. Thesaur. dec. 249. n. 6.* & latissimè *Præs. dec. Franch. dec. 360. Gramm.* in terminis terminantibus huiusmodi statuti *cons. crim. 25. in. princ.* post *Canonist. omnes in c. 2. extrà de constit. Borrell. de magist. edict. lib. 2. c. 11.*

6 Immò nedùm requiritur publicatio, sed etiam quòd post publicationem sit moribus, & vsu recepta, & cœpta executioni demandari, aliàs à principio fingitur non obligasse, *Felin. in cap. 1. colum. 3. vers. lex noua extr. de treug. & pac. Purpur. cons. 149.* & omnis contrauentio excusatur, *Paris. cons. 104. num. 69. vol. 1. & cons. 53. num. 98. volum. 3. Cephal. cons. 155. n. 16. Rimin. i. in cons. 52. num. 89. Ant. Sol. dict. glos. 4. num. 34.* qui propterea subdit nu. 55. quòd super statuto non recepto nullum fieri potest fundamentum *can. in istis, §. leges, dist. 4. glos. Abb.* & alij in *cap. 1. extr. de treug. & pac. Oldrad. cons. 259. Cephal. cons. 42. n. 107.*

His addo vnum, quod est fortius, vt scilicèt etiam si adesset publicatio, quia tamen hæc Pragmatica non fuit redacta in volumen aliarum Pragmaticarum, in quod redactæ fuerunt omnes aliæ concernentes huiusmodi prohibitionem, nedùm anteriores dicta Pragmatica anni 1551. sed etiam posteriores, vsquè ad annum 1588. vt in *tit. de extraction. animal. auri, & aliorum prohib.* vtiquè ex ea nulla

7 resultare poterit pœna contrauenienti, quia iusta præsumitur ignorantia, *l. fi. ff. de decret. ab ordin. faciend. Bart. in Ornamentorum, ff. de aur. & argent. legat. Felin. in c. 1. n. 3. de rer. iud. Butr. & Imol. in cap. 3. extrà de const.* & sufficit ad exclusionem pœnæ, *Socin. sen. cons. 122. in princ. vol. 1. Felin. in d. c. 1. col. 6. n. 73. Ant. Sol. d. gl. 4. n. 14. 15. Borrell. d. c. 11. n. 11.*

Quibus non leuiter accedit, quòd in hac Pragmatica anni 1551. est inserta Pragmatica anni 1532. quæ nihil penitùs tangit exteros, nec bona immissa ab extrà Regnum, & in volumine Pragmaticarum tàm antiquo, quàm nouissimè cõpilato, scilicèt in anno 1598. est inserta sola illa Pragmatica anni 1532. vt in *pragm. 4. de extract. animal. &c.* hæc verò anni 1551. est penitùs omissa, ergò censetur non recepta, nàm aliàs reperiretur inserta in volumine, prout reperiuntur aliæ postèa publicatæ, in eadem materia.

Augetur motiuum ex pragmatica nouissima in anno 1596. super huiusmodi extractionibus, in qua nulla penitùs est facta mentio, nec exterorum, nec bonorum, quæ immittuntur ab extrà, quod ex-

preſsè innuit,illam pragmaticam anni 1551. de his expreſsè loquentem,non fuiſſe admiſſam, & vſu receptam,quod maxima ratione procesſit,vt in ſequẽti aſſumpto demonſtrabo.

Dixi ſecundò,quòd etiam ſi eſſet publicata, non tamen comprehendit exteros ignorantes, & modò addo,quòd nec poteſt illos comprehendere, quantùmuis in ea fit facta expreſſa mentio de exteris, qui nunquàm ad Regnum ipſum venerunt, nàm aut Fiſcus prætendit, quòd hæc pragmatica ligat perſonas exterorum, circumſcripto territorio, & in 8 hoc habet expreſſam iuris repugnantiam, quæ prohibet,ne lex ferri poſsit in non ſubditos, *l.3. ff. de offic. Præſid. in princip. l. 1 in fi. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. etiam. & ibi glo. ff. de tutel. Bart. in dict. l. cunctos Populos, num. 28. Speculat. par. 4. tit. de conſtit. n. 5. Borrell. de magiſtr. edict. lib. 2. c. 9.*

Aut prætendit, quòd pragmatica ligat exteros, & eorum perſonas, quatènus delinquunt in eius territorio,contrauẽiendo pragmaticæ, & tunc fateor,quòd exterus delinquens in alieno territorio 9 ligatur ſtatuto illius territorij, vt eſt *text. & ibi glo. in d. l. 3. §. fi. ff. de off. præſid. auth. quæ in prouincia, C. vbi de crim. agi opor.*

10 Sed hoc non eſt vſquequàque verum indifferentèr,ſed debet intelligi cum grano ſalis, vt ſcilicèt tunc ligentur exteri, quandò ſunt ſcientes illius ſtatuti,aliàs enim ſi ſunt ignorantes,pœnam non in- 11 currunt,quia pœna eſt ſatisfactio delicti,iuxtà diffinitionem *Azon. in ſumma de pœn. in princ.* ſed ignorans non delinquit, *l. ſi ignorans. ff. locat. l. ex maleficijs, §. 2. verſ. longè minus, ff. de act. & oblig.* Et quamuis ſit publicata lex, & ſic debet ligare omnes, tamen eſt intelligendum de illis, qui ſunt in loco, vbi publicatur,quia etſi per ſe non audiunt bannum,ta- 12 men percipiunt ab aliis, & ſic eſſet ſupina ignorantia neſcire,quod omnes ſciunt,hæc ſunt verba *And. in Conſtitut. Homines extrà Regnum*, quibus addo, 13 quòd delictum non datur,vbi delinquens neſcit, illud eſſe delictum,quia ſcientia eſt de ratione formali,ſeù de eſſentia delicti, & ceſſante ſcientia non eſt delictum, nàm excluditur voluntas, quæ ſublata de medio omnis actus eſt indifferens, *l. ſed iſſimam*, 14 *& ibi Bald. C. de adulter* & voluntas eſt actio intellectus cognoſcentis, *Bald. in d. l. de quibus, colum. 4. ff. de legibus*, & nemo dicitur velle,quod mente prius non cogitauit, *l. labeo. ff. de ſupellect. legat.* Vndè vo- 15 luntas format, & diſtinguit omnes actus hominum, tàm in contractibus, *l. non omnis, ff. ſi cert. petat.* quàm in delictis, *l. verùm, ſi ſecunda, l. qui iniuria, ff. de iniur.* Hæc omnia ſunt de mente *Andr. in dict.* 16 *Conſtitut. Homines extrà Regnum*, vbi ſubdit, quòd pœna debetur ex delicto, quod eſt ex voluntate, & fuſiùs declarauit in *Rubr. quæ ſint regalia, num. 5. vſquè in finem*, & latiſsimè *Couarr. in cap. alma mater, par. 1. §. 10. per totum*, & ſignanter *num. 12.* vbi concludit,ignorantiam excuſare à culpa, & à pœna 17 eius ratione inducta, vbi illud, quod ignotum eſt, ad malitiam actus pertinet, & hic eſt propriè caſus noſter, vbi malitia actus eſt, extrahere bona immiſſa ab extrà Regnum,quod ignotum eſt, dùm, vt ſuprà fundani, eſt contra diſpoſitionem iuris communis.

His adſtipulatur, quòd pœna contrauentionis 18 huiuſmodi bannorum incurritur ex contemptu, ſed ignorans non dicitur contemnere bannum, *glo. in l. ſtatuliberum, in verb. ſciens. ff. de ſtatuliber. & in l. cotem ferro. §. Dominus, in verb. reſtituatur, ff. de public.* ergò nulla poteſt eſſe pœna in ignorante, vt ex præiectis fundat *Carber. deciſ. Pedemont. 72. num. 17.* 19 *& ſeqq.* Quemadmodùm & in ignorante nulla conſideratur culpa, *Aret. conſ. 94. n. 5 in fi. & n. 6. Cranet. conſ. 204. n. 11.* & ſine culpa non datur pœna, cùm pœna præſupponat culpam, *l. ſi quæ pœna, ff. de verb. ſignif. Io. Botta conſ. 11. n. 24.*

Hinc *Andr. in rubr. quæ ſint regal. poſtnum. 5. verſ.* 20 *niſi ſtatuerentur* licet admittat, quòd Rex in hoc Regno poſſit ſtatuere, quòd nec res venientes ab extrà Regnum extrahantur ſine eius mandato, quia in re ſua quilibet dicit legem,quam vult, ſubdit tamen, quòd hoc ſtatutum non ligat ignorantem, per *text. in l. ſi. ff. de decret. ab ord. faciend.* & *ibidem* etiam diſcurrendo propriè hunc caſum meum ait,quòd ſi et exterus intrans Regnum ligetur legibus Regni, & tenetur exquirere conditiones, & vſus Regni, ſi tamen declarat,vt procedat, quando nũ ſteterit 21 in Regno, & propterea ſubdit, quòd intrantibus in Regno debet denunciari per Officiales ſtatutum, quod inducit ius nouum,citat *Conſtit. Homines extrà Regnum*, vbi in ſpecie iniungitur exteris,nè ignorantiam ſimulare poſſint, ſtatim per Officiales Regios,cùm Regnum intrauerint, debere nouum ius exponi,& ſic *And.* decidit caſum noſtrum in ſpecie,faciunt tradita per *Alciatum in cap. Reg. Iacob. §. n. 30. & ſeqq. eo. t.*

Quò fit,vt cùm in caſu noſtro adſit nedùm præſumpta, ſed manifeſta ignorantia Pragmaticæ ibi perſonam dicti Nicolai, ex his, quæ in facto dedùcta ſunt, vtiq; certò certius eſt, non ligari ab ipſa Pragmatica, quæ nullam penitùs mentionem facit de 22 ignorante, & quatènus voluiſſet includere etiam ignorantes, non eſſet obſeruanda, tanquàm inhoneſta,iniuſta,& impoſſibilis, contra *textum in cap. erit autem lex, 4. d. ſtatuit.* Eſt enim inhoneſtum,& iniuſtum punire eum,qui non habet ſcientiam delicti, nec habet animum delinquendi, & impoſsibile eſt, vt exterus de nouo aduenies in Regnum vnico ictu oculi notitiam habere poſſit legum Regni, quæ deuiat à iure communi,& quòd talis lex tanquàm 23 iniuſta,& irrationabilis non poſsit includere ignorantem,tradit in ſpecie *Bellem. in c. 2. n. 7. verſ. dum autem dicas, extrà de conſt. Ceph. conſ. 720. lib. 5.*

Et propterea non eſt mirum,ſi illa Pragmatica tanquàm talia comprehendens non fuit admiſſa,nec recepta in volumine Pragmaticarum,ſed potius abrogata,vt fundaui in fine primi aſſumpti.

Hinc etiam ſequitur, & hoc tangit ad viuum caſum noſtrum, quòd licèt de iure ſit validum ſtatu- 24 tum,quòd quis non poſſit allegare ignorantiam illius ſtatuti, vt tradit in ſpecie *Bart. in l. diuus, in princ. in final. verb. ff. de falſis*, tamen hoc eſt intelligendum de ſupina,& craſſa ignorantia,non autem de ignorantia probabili,& legitima, vt docet *Bald. in l. vnica, num. 12. verſ. item dicta conſtitutio, C. de cadue. toll. Roman.* omninò videndus in *l. de pupillo, §. nunciationem. num. 11. ff. de oper. noua nunciat. Salyc. in l. 3. num. 2. in fi. verſ. quamcunquè tamen, C. de his, qui ſibi adſcrip.* ſequitur *Iaſon. in l. conſtitutiones. num. 2. C. de iur. & fact. ignor.* vbi vtitur aliis verbis, nempè vt dictum *Bartoli* procedat in ignorantia iniuſta, quæ procedit à culpa, ſecùs autem in ignorantia iuſta,Ego addo *Gratum conſ. 49. in fin. vol. 2.* qui loquitur in banno prohibente,allegari ignorantiam, *Crot. in cap. 2. n. 8. & ſeq. de conſtitut. in ſexto*, vbi multis fundamentis hanc limitationem comprobat, *Ludou. Gomeſ. ibidem, num. 55. & Mareſcott. num. 51. & ſeqq. inter Repet. Andr. ab Exea in cap. 2. num. 45. extrà de conſtit.* vbi etiam *Barbat. num. 59. & ſeqq.* Adeò

quòd

quòd ex prædictis conſtat, hunc eſſe communem opinionem omnium *Doctorum*.

Concludo igitur in hoc ſecundo aſſumpto, quòd illa Pragmatica non ligat exteros ignorantes, tàm de defectu voluntatis, quia in ea non eſt facta mentio de ignorantibus, quàm etiam ex defectu poteſtatis, quia etiam ſi voluiſſet expreſsè ligare ignorantes, de iure non potuit ex præcedentibus, alias dicere-
25 retur illaqueaſſe, & decepiſſe homines, quia in eo, quod quis ignorat, quilibet dicitur eſſe deceptus, vt tradit *Petr. de Raucen.* relatus per *Carauit. in prag. 1. n. 8. ad Senatuſcon. Maced.*

Dixi tertiò, & vltimò, quòd attenta perſona inquiſiti, non poſſet puniri pœna illius pragmaticæ. Is enim eſt Græcus Bellogradenſis, diſtans ab hoc Regno vltrà milliaria ter mille, penitùs ignarus noſtri idiomatis, ità vt neceſſarium ſit cum eo loqui per Interpretem, & ſic paria ſunt alloqui mutum, & ſurdum, ergò eatènus potuit ipſe alligari ea Pragmatica, quatènus potuit alligari mutus, & ſurdus. Videa-
26 mus ergò quid iuris ſit in muto, & ſurdo? & vtiquè reperio, quòd *Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 47. in §. ſciendum, num. 20. & 21.* tangit quæſtionem ex profeſſo, & concludit, quòd aut mutus, & ſurdus facit actum contrarium iuri naturali, ſeù quaſi naturali, & tunc ignorantia eum non excuſat, quia ſcit, aut ſcire debet actum damnatum à lege naturæ. Idè ſi faceret actum damnatum à iure Diuino, vel iure communi vſitato, vt ſubdit poſt *num. 22. verſ. ſi ergò ſurdo*, aut verò facit actum, quod effectum eſt nouũ delictum per nouam ordinationem, & tunc excuſatur, quia in eo præſumitur ignorantia, niſi per ſigna ſolita, & nota monſtraretur eius ſcientia.

Vndè cùm in caſu noſtro nulla monſtretur ſcientia in perſona huius exteri illius pragmaticæ, immò potiùs conſtet de certa ignorantia, agimus enim de pragmatica, quæ nedùm Exteris, ſed etiam Regnicolis, imò ipſimet Regijs Miniſtris eſt ignota, remanet vndequaq; abſolutiſsimum, pœnam illius pragmaticæ non habere locum in caſu noſtro.

Præterea ex alio capite Græcus hic venit excuſandus à pœna Pragmaticæ, etiam ſi eſſet Regnicola, quia ſcilicèt tempore editæ pragmaticæ, & poſtea ſemper fuit abſens in partibus remotiſsimis apud Infideles, ad quas non tranſeunt Pragmaticæ huius
27 Regni, & hæc ſola abſentia remotiſsima apud Infideles de iure ſufficit ad euitandam pœnam conſtitutionis quantùmuis generalis, in qua non cadat diſtinctio abſentiæ vel præſentiæ, ità perbellè docuit *Ant. de Butr. in c. 2. n. 13. extrà de conſtit.* poſt *Paul. de Eleaz.* quem citat.

Vndè non video, ex quo capite Fiſcus defendere poſſit, pecunias auctas huius miſerrimi Græci incidiſſe in commiſſum.

His addo, quòd quandò hæc omnia non ſufficerent ad excludendum delictum in perſona huius
28 Græci, adhùc deberet abſolui per reſtitutionem in integrum, quæ forenſi competit aduerſùs ſtatutum, quod ignorauit ſecundùm *Innocent. & Io. Andr. in rubr. extrà de conſtit. & ibi Butr.* plenius idem *Butr. in cap. 2. eo. tit. de conſtit. Fab. in l. cunctos populos, colum. 6. C. de ſumm. Trin. & fid. catho. Franc. Aret. conſ. 11. colum. vlt. in fin. Alex. conſ. 37. colum. 8. volum. 2. Iaſ. in l. quæſitum fin. C. qui admit. Alex.* iterùm *conſ. 161. col. 1. vol. 6. Hippol. Marſil. fin. n. 139. ff. de iuriſd. omn. iud.*

Lectis his Allegationibus, factaquè pluries relatione in Regia Camera per Dominum Petrum Antonium Maſtrillum Præſidentem cum magna cauſæ diſcuſsione, Fiſci patronus agnoſcens, quòd Regia Camera inclinabat in fauorem dicti Nicolai, impediuit cauſæ expeditionem, & nè rigor Pragmaticæ remaneret eluſus per iuridicam determinationem, ipſemet procuraui, quòd Illuſtriſsimus Prætor faceret gratiam dicto Nicolao, cuius gratiæ vigoſe, fuit excarceratus, & eidem reſtituta pecunia intercepta. Actuarius Regiæ Cameræ eſt ..... Addo
A nunc *Mauſon. de contrabann. q. 9.* qui defendit forenſes, & alienigenas.

ADDITIO.

ASed idem *Mauſon. de cauſ. exequut. lib. 1. ampliat. 30. num. 24. & 25.* oppugnat forenſes, & alienigenas, etiam ſi allegent ignorantiam gabellę, & eius debitę ſolutionis, per *text.* ſatis clarum in *l. final. §. licèt quis*, vbi etiam *Bart. ff. de public. & vectig.* In tantùm, quòd ipſi tenentur explorare, ſi ſoluitur gabella, aliàs dicentur eſſe in culpa, nec excuſationem habebunt, ex *text. in l. 3.* vbi *Bald. C. de naut. fœnore*, & alijs, quod etiam dixit doctiſsimus, & acutiſsimus Iureconſultus, maximuſq; Feudiſta *Horatius Montanus in tract. de regal. in cap. vectigalia. num. 8.* quandò tamen vectigal eſt conſonum iuri communi antiquo, quod ignorare eſt culpa, & ſcire, & ſcire debere paria ſunt *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* ſecùs verò dicit idem Dominus *Montanus*, ſi vectigal impoſitum eſſet nouo negotio, vel ſi auctum eſſet vectigal antiquum, nàm hoc caſu Publicani denunciare id debẽt tranſeuntibus, ſeù immittentibus bona, ex *Bertaz. in tract. de gabell par. 7 queſt. 1.* Dicit ergò *D. Montanus*, quòd exterus tenetur ſoluere vectigal, nec propter ignorantiam excuſatur, dummodò ſit conſonum iuri communi, nec ſit impoſitum nouo negotio, vel ſit auctum vectigal antiquum, verum tamen eſt, quòd idem *D. Montanus* poſt firmatam concluſionem prędictam, dicit; eſt autem remittenda pœna extero, qui nunquàm fuit in tali Regno, præcipuè ſi per viam communem, non autem per viam tranſuerſam profectus eſt, & ſic videtur quodãmodò ſe corrigere, & concurrere cum opinione *D. Regentis* in fauorem iſtius Græci, qui nunquàm in hoc Regno fuerat. Niſi dicere velimus, quòd firmat opinionem *Mauſonij* circè exterum, qui aliquandò fortè fuit in Regno, vt non excuſetur. Reſpectu verò exteri, qui nũquàm fuit in Regno, dicit, eſſe excuſandum, iuxtà firmata hìc per *Dom. Regentem.* At hęc eſt diuinatio ſatis periculoſa, quia poſſet eſſe, quòd tàm exterus, qui aliquandò fuit in Regno, quàm qui nunquàm fuiſſet, omnes tamen fuiſſent ignari vectigalis ſoluendi, & ſic vtriſq; prodeſſe deberet ignorantia, cõtrà ea, quæ firmauit idem *Dom. Montanus*. Et ideò ſecurius eſt, huiuſmodi ſolutionem ab ipſo petere, vel quòd ſoluat Apollo, & *Mauſonij* etiam opinionem contrà exteros indiſtinctè probauit *Gutierr. de gabell q. 84. n. 4.*

Quędam alia ad Vectigalium, Publicanorumquè materiam pertinentia congruentius ponentur infrà *in tit. de vectigalib.* Io. Laganas.

De Exulibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Bannitum posse impunè occidi ob publicam vtilitatem esse indubitati iuris demonstratur, & etiam constituta mercede occidentibus ob eandem publicam vtilitatem, & quid in conscientia.*

Filius occidens patrem bannitum an excusandus.

2 *Banniti præsentatio post bannum, si captura sit facta antè bannum, nim operetur, vt præsentans consequatur indultum, remissiuè.*

3 *Bannitum capiens an teneatur statim illum Curiæ præsentare, vel possit detinere per plures dies in priuato carcere.*

4 *Bannitus, qui post bannum sit factus Religiosus, sed ad dum professionem emisit, non comprehenditur.*

5 *Bannitum occidere putans si alium non bannitum occidat, an puniatur, remissiuè.*

6 *Bannitum in quibus casibus occidere non est licitum, & num possit armis prohibitis occidi.*

Armorum prohibitorum delatio si non sit diuturna, qua Iudicantis arbitrio relinquitur, neq; pœna irrogationem, neq; peccatum inducit.

7 *Bannitus an possit impunè occidi in Ecclesia, & num extrà territorium bannentis.*

8 *Bannitus, qui vinus fuit captus, an deindè possit occidi.*

9 *Reus morte naturali dignus si occidat, vel præsentet alium delinquentem pariter morte naturali dignum, gaudet indultu, quod & iuri communi, & Regni Constitutioni conforme est.*

10 *Bannito occidenti, vel præsentati alium bannitum remittatur pœna, tàm forindicationis, quàm aliorum delictorum, pro quibus nondum fuit factus contumax.*

11 *Indultum petens pro delictis non exceptuatis, si facto seruitio ei iniuncto per has Pragmaticas, & pro exceptuato offerat stari iuri, an sit audiendus, remissiuè.*

12 *Offendentes Ministros Iustitiæ excluduntur in istis Pragmaticis, etiam si offensio sit facta post depositum officium, & præstitum syndicatum, modò sit facta intuitu præcedentis officij, secùs tamen si durante officio, sed non eius intuitu facta comperiatur.*

13 *Sacrilegij appellatione an comprehendatur delictum commissum in ostio Ecclesiæ, vel Oratorij priuati, remissiuè.*

14 *Sacerdotem occidens extrà Ecclesiam non excludatur ab indultu hic contento.*

15 *Bannitus simplex occidēs alium bannitum simplicem, quem vnum de capitibus esse credebat si nominauerit duos alios exules pro indultu eis concedendo, quis ex nominatis debet illa nominatione gaudere, comperto, quòd occisus non sit de capitibus.*

16 *Indultus vt sortiatur effectum summè necesse est, vt delicta indultanda sint commissa antè publicationem bannj.*

17 *Delictum si sit commissum in Prouincia, qua publicatio sit attendenda, qua sit hìc Neapoli, vel qua sit in Prouincia commissi delicti, remissiuè.*

18 *Præmium à Regijs Pragmaticis statutum nùm debeatur Familiæ capienti bannitum, an Officiali mãdanti, illum capi.*

19 *Filia fœmina an comprehendatur sub pœna exfrattationis statuta consanguineis ipsorum exulum, remissiuè.*

20 *Pœna exfrattationis non durat vltrà vitam, & contumaciam delinquentis.*

21 *Indultatus debet intra mensem reperiri, si habitet de ciuibus indulti.*

22 *Armati quatuor ad modum exulum si inueniantur in Campanea seorsum à via publica, concurrente diffamatione pro talibus reputantur, etiã si non effecerint, eos commisisse aliquod delictum, & sic pœnam mortis naturalis incurrunt.*

23 *Banniti quas pœnas incurrant, & quibus iuribus, & commodis priuentur, remissiuè.*

24 *Banniti sic execrabiles Reipublicæ sunt, vt possit per legem induci, quòd efficiantur serui capientium.*

25 *Bannitus occidens alium bannitum an possit beneficium sibi à bannis concessum alteri cedere, & alium bannitum nominare, & in patriam redire, num.* 30. & 38.

26 *Bannitus licèt ipse repellatur ab agendo in iudicio, pœteris tamen iura sua alteri cedere, quo casu cessionarius non repelletur ab agendo, cum distinctione, & limitatione, quod procedit nedum in iuribus quæsitis antè bannum, sed etiam post bannum, & n.* 28.

27 *Loquutio generalis fauore publicæ vtilitatis non recipit restrictionem de habilitate personæ, & n.* 32.

29 *Beneficium non confertur in inuitum.*

31 *Cedens non potest plus iuris in cessionarium transferre, quàm ipse habeat.*

33 *Lex quantùmcunq; generaliter loquens recipit restrictionem de habilitate personæ, licèt sit nus in materia, in qua versatur vtilitas publica.*

34 *Mater non potest defendere filium pupillum, quia est officium virile, idcòq; debet ei tutorem petere.*

35 *Nouum opus ædificanti in loco publico licèt quilibet nunciare possit, id tamen non permittitur pupillo, tãquàm inhabili.*

36 *Lex in tantum est lex, in quantum est pro communi ciuium vtilitate conscripta.*

37 *Banniti sunt penitùs incapaces, & amittunt iura communia, vel saltem municipalia, & propria illius Ciuitatis, Prouinciæ, & Regni, à quo sunt banniti.*

HAec rubrica continet plures pragmaticas, per quas est prouisum, bannitos posse impunè occidi ob publicam vtilitatem, & *pragmatica prima* est peromata copiosis *Commentatoribus*, cùm Petr. Follerij, quàm Prosperi Caraui. & idcò Ego perstringam hìc tantùmmodò in aliquibus quæstionibus curiosis, cætera apud eos videri poterunt.

1 Et quia *Follerius in principio* sui *commentarij ad dictas pragmaticam primam* ait indubitati iuris esse, posse statuto, constitutione, seù pragmatica permitti, vt bannitus possit impunè occidi ob publicam vtilitatem, aduertas, quòd hoc non est adeò indubitatum, cùm habeat plures rationes in contrarium, quæ videri poterunt apud *Hipp. Riminalis repet. 4 quæ in Ecclesiarum, n.* 168. *cum plurib. sequent. extrà de constitut.* sed *Negul. resolut. 3* ob publicam vtilitatem admittit, etiam constituta mercede occidentibus. Nostrameri excusabunt à peccato mortali, secundùm *Navarr. in manual. confessar. cap.* 11. *num.* 4. *in fine principij*, & alios, quos recenset *Turrigl. de casib. conscient. tract.* 9 *num.* 59. & *seqq.* & *ibid. num.* 46. referentes contrarium; quibus addi potest *Parlador. differ.* 12 §. 2. *num.* 8. & *illud in fori indic. lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 4. *in fin. Ioseph Sese de inhibit. cap.* 4. §. 5. *num.* 18. *cum seqq.* sed est videndus *num.* 20. *Borrell. de magistr. edict. lib.* 3 *cap.* 6. De filio verò occidente patrem bannitũ, quòd non excusetur, vtrà citatos per *Carau. in prag.* 2 *n.* 158. *q.* 15 *infrà cod.* vide *Ioseph. Sese de inhib. c.* 4.

A

§. 3.

§. 1. num. 11. Salorz. de partic. lib. 2. cap. 4.

2 Et dùm per dictas Pragmaticas datur potestas capiendi bannitum, vbicumque præsentandi Curiæ pro consequendo indulto, quæro, quid si antè publicationem banni quis tenebat captum bannitum, & post bannum illum præsentet, an gaudebit beneficio banni, ità vt sufficiat sola præsentatio post bannum, licèt captura sit facta antè bannum? videtur negare *Florian. de Ysti ad scripsum, §. si pater, num. 3. ff. de leg. 2. Boer. de statut. verb. præsen. glos. 3. num. 11.* Sed an ca-
3 piens bannitum teneatur statim illum Curiæ præsentare, vel possit detinere per plures dies in priuato carcere? *Alber. de statut. lib. 4. quæst. 95.* tenet, quòd possit illum per plures dies in priuato carcere retinere, sed si bannitus sit publicè toleratus, non procedet eadem dispositio, si sit probata tolerantia, *Ludouis. cons. 205.* & non comprehendet bannitum, qui
4 post bannum sit factus Religiosus, sed nòndùm professionem emisit, *Canale decis. Finar. 11. part. 5.* Et si
5 credens occidere bannitum, occidat alium non bannitum, punitur arbitrariè, *Menoch. de arbitr. iud. casu 573.* non existenti communi credulitate ille bannitum.

Nec non dùm per easdem Pragmaticas datur fa-
6 cultas occidendi bannitos; omni modo meliori, & forma, quibus occidi possint, aduerte, quòd *Conrad. in templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. 5. post n. 3.* enumerat 17. casus, in quibus non est licitum occidere bannitum, sed quòd possit occidi armis prohibitis, explicat *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 6. casu 574.* nec pro delatione punitur, si non interciserit longum interuallum, quod relinquitur iudicis arbitrio, nec peccat, *Graff. sent. 1. de homicid. cons. 7. n. 11.*

7 Sed an bannitus possit impunè occidi in Ecclesia?
8 vide *Bret. cons. 68.* verùm, quòd possit occidi extrà territoriam bannientis, non est dubium, ex decisis per *Præsid. de Franch. decis. 279. in princ. Camill. Se-*
uerinat. Neapol. in proœmio Consuetud. Neapol. fol. mihi
16. in apostill. incip. *quod in nominibus, vers. an autem*
sit casus non, Bertaz. cons. crim. 160. volum. 1. Maluasia.
cons. 17. Peregr. de iur. & priuil. Fisci lib. 3. tit. 7. nu. 21.
Pac. cons. 22. n. 19. sed in contrarium valdè vrgent adducta per *Bernard. Bombin. cons. 8. per tot.* ex quibus non est mirandum, si in casu *Bertaz. vbi supra* fuit occidens punitus pœna arbitraria, vt testatur *Claudius* eius filius *in fine dicti consilij*, & eandem opinionem approbauit Sacrum Consilium Neapolitanum, dùm referente Regio Consiliario Olcignano condemnauit D. Ioannem Gamboam in Insulam per decennium, eò quòd in Ciuitate Beneuenti, quæ immediatè subest Sedi Apostolicæ, interfecit Sepisindam quendam bannitum ab hoc Regno. Vide tamen *Parin. cons. 113. vol. 2. Borrell. de magistr. edict. lib. 3. c. 6. num. 34. Bald. in Margarit. ad Innoc. in verb. excommunicatus, col. 7. circà med. vers. sed quid si aliquis. Aquil. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, in vers. quidenim si aquæ & ignis, n. 64. ff. de liber. et postlim. Negus. resol. 60.* qui admittit, quando Princeps alte-
9 rius territorij requisitus penitè neglexerit. An autem poterit occidi, postquàm vitam peruenit ad manus capientis? *Andr. in Constit. Panam eorum, vers. nostris publicis in princ.* dicit, quòd sic, & hanc opinionem latè defendit *Farin. par. 2. q. 103. nu. 144.*
cum seq. Otten. 101. num. 28. sed contrarium tenet *Aquil. in d. l. Gallus, & et quid si tantùm, n. 2. n. 67. vers.*
qui tamen captus, ff. de lib. et postlim. fol. mihi 12.

10 Quæremus tamen ex istlem Pragmaticis datur facultas gaudendi indulto, etiam reo in homicidio naturali quomodò occidat, vel præsentet alium de-

linquentem simile dignum morte naturali? concordat cum dispositione text. de iure communi in *Lex omnes, §. ff. de re milit.* & de iure Regni concordat cum dispositione *Constit. Panam eorum, §. ad hoc vniuersale.*

10 Et quia in *pragmatica prima, infrà eodem* disponebatur, vt bannito occidenti, seu præsentanti alium bannitum remitteretur pœna, tàm formidationis, quàm aliorum delictorum, pro quibus fuisset contumax, & propterea potuisset dubitari, an includerentur alia delicta, pro quibus nondùm esset contumax, ex traditis per *Cyn. in l. §. C. de nupt.* per *Florian. in l. Neratius, §. quamuis, nu. 7. ff. de fund. corrupt.* idcircò ad tollendum hanc dubitationem in consimili Banno edito per Ducem Ossunæ sub die 26. Iulij 86. quæ in nouissima compilatione voluminis Pragmaticarum edita in anno 1611. erat *pragmatica 9. eodem*, dispositum fuit, vt comprehendatur omnia delicta, sed erat tempotalis.

11 Quid autem si quis commiserit diuersa delicta, quorum vnum est de exceptuatis, & facto scrutinio iniuncto per has pragmaticas petat indultum pro delictis non exceptuatis, & pro exceptuato offerat stare iuri, an sit audiendus, vel potiùs stante illo delicto exceptuato erit excludendus ab indultu, etiam pro delictis non exceptuatis? vide *Præs. de Franch. decis. 330.* conferunt tradita per *Alber. de statut. p. 4. quæst. 98.*

12 Et dùm in eisdem Pragmaticis excluduntur illi, qui offenderint Ministros Iustitiæ, amplia, vt exclusio procedat, etiam si offensio sit facta post depositum officium, & præstitum syndicatum, dummodò sit facta intuitu præcedentis officij, vt per eundem *Præs. de Franch. decis. 403.* secùs autem si offensio sit facta etiam durante officio, non tamen intuitu officij, vt per *Eundem decis. 316.* & dùm in *pragmatica quinta, nu. 9. infrà eodem* excluduntur ij, qui commi-
13 serint sacrilegium, an appellatione sacrilegij comprehendatur delictum commissum in ostio Ecclesiæ, seù Oratorij priuati? vide *Eundem decis. 401.* & si sacrilegium fit commissum extrà Ecclesiam, quæ-
14 tùmuis contrà personam sacram, vtputà quia quis interfecerit Sacerdotem, non erit exclusus ab indulgentia in pragmatica contenta, vt per eundem *Præs. decis. 499.*

15 Verùm, quia in supradicta Pragmatica in vno *capite* incipiente: *Se uno forascito, n. 3.* statutum, quòd si bannitus, qui non sit de capitibus delinquentium, occiderit alium bannitum, qui sit de capitibus, nedùm habebit indulgentiam pro se, sed etiam poterit impetrare indulgentiam pro alijs duobus exulibus à se nominandis, quæro, quid si bannitus simplex occidat alium bannitum simplicem, sed quem credat esse vnum de capitibus, & sub hac credulitate nominauerit duos alios exules pro indulgentia ei concedenda, verùm comperto postea, quòd occisus non est de capitibus, nominatio non potest habere effectum in personam vtriusq; nominati, sed vnius tantùm, seruata forma alterius §. num. 7. incipientis. *Item declaramo, & volemo* eiusdem *Pragmaticæ quintæ*, quæro (inquam) quis ex nominatis debebit gaudere illa nominatione? dic, quòd si ex ordine apparet, quis primò fuerit nominatus, is debet gaudere nominatione, vt per *Præs. de Franch. decis. 433.* cùm ordo scripturæ sit seruandus, *§. si quis autem nõ implens, & ibi glos. in verb. ordinem denominationis, auth. de hared. et falcid. c. mandato. et ibi glos. in verb. scripturæ ordine, de præbend. et dignit. in 6.*

Sed si ex ordine non apparet de præcitata, vtrum si no-

ſi nominauerit duos per nomen appellatiuum, tunc nullus gaudebit, & nominatio euaneſcet, per *text. in l. qui ſolendo 42. ff. de hared. inſtit.* & per *gloſ. in l. 1 in verb. neceſſarium, in fin. C. de neceſſ. ſer. hared. inſtit.*

16 Eſt tamen aduertendum, quòd vt huiuſmodi indultus ſortiatur effectum ſuum, neceſſe eſt, vt delicta indultanda ſint commiſſa antè publicationem Pragmaticæ, ſeù Bandi, vt per dictum *Præſ. de Franch. deciſ. 478.* quod fuit expreſsè declaratum in dicta *pragmatica quinta, infrà eodem. in vlt. cap.* Idem voluit *Peguer. dec. 64.* ſed ſi delictum eſt commiſſum in Prouincia, quæ publicatio eſt attendenda, ea

17 quæ facta eſt hic Neapoli tanquàm Metropoli totius Regni, vel alia facta in Prouincia, vbi delictum eſt commiſſum? videas eundem *Præſ. de Franch. dec. 360.* Et nota incidenter, quòd ſi Familia alicuius Officialis de eius ordine cœperit bannitum, præmium

18 à Regijs Pragmaticis ſtatutum non debetur Familiæ capienti, ſed Officiali mandanti, vt docet *Caualcan. deciſ. Finiz. 25. part. 5. Borrell. de magiſtrat. edict. lib. 3. c. 6. n. 14.*

19 Dùm verò in *Pragm. 1. huius tit. circa finem* imponitur pœna extractationis à propijs laribus per triginta paſſuum, extra Prouinciam conſanguineis ipſorum exulum, & ſignanter filijs, & potuiſſet dubitari, an comprehenderentur etiam filiæ feminæ, ex traditis per *Cocin. ſing. conſ. 25. n. 54. vol. 1. Alber. de ſtatut. lib. 4. q. 66.* nam de eius validitate non poteſt dubitari, ex traditis per *Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. c. 4. n. 108. cum ſeqq.*

Idcircò in *pragm. 10. infrà eodem*, quæ fuit edita per Comitem Oliuares tũc huius Regni prudentiſſimum moderatorem, fuit expreſsè declaratum, includi etiam feminas ſuprà annum quartumdecimum, & in eadem pragmatica cum myſterio fuit facta expreſſa mentio vxorum bannitorum, nàm aliàs fuiſſet valdè dubium de iure, ex traditis per *Alber. de ſtatut. lib. 4. q. 111.*

20 Et quotquot comprehendantur, hæc extractationis pœna non durabit vltrà vitam, & contumaciam ipſorum delinquentium, nàm eis mortuis poterunt conſanguinei, & affines redire ad ſui libitum, vt notabiliter dixit *Bal. in Leiam aceriſſimi, C. de fideicom. n. 10.* vbi *Addentes* alios cumulant, *Soc. in Leius. verſ. ex quo nota, ff. ſi cert. pet. & in conſ. 262. verſ. præterea & ſecundò, volum. 2. Hieronym. Gigas ad Decium in cap. qua in Eccleſiarum, num. 92. in verb. debet, extrà de conſtit.*

21 Non tamen eſt omittendum, quòd ſi poſt conceſſum indultum dubitetur de viribus indultus, interim indultatus debet carcerari, vt per *Laur. deciſion. Anen. 41.*

Et quia per *pragm. 6. infr. eod.* interpretantur verba *pragmaticæ præcedentis*, vt pœna fonudicationis non comprehendat illos contumaces, & bannitos, qui non incedunt per campaneas committendo de-

22 licta in contrua aliorum delinquentium, eſt aduertendum, quòd poſt illam pragmaticam fuit edita alia pragmatica 26. Julij 1586. continens plura capita circà extirpationem delinquentium, & inter cætera prouidetur, quòd ſi inueniantur in campaneis ſeorſum à via publica quatuor armati ad modum exulum, concurrẽte diffamatione, quòd pro talibus reputentur, etiam ſi non conſtet, commiſiſſe aliquod delictum, ex eo ſolo actu incurrant pœnã mortis naturalis, quæ erat *pragmatica duodecima eodem*, ſecũdùm compilationem factam in anno 1611. ſed fuit temporalis, poſtea ſuperueniens *pragm. 10. n. 48. de of-*

ſic. Ind.

23 Quot autem pœnas bannati incurrant, & quibus bonis, & commodis priuentur, vide pulchrè *Menoch. præſ. 45. lib. 1. Sebaſt. Medic. in tract. magn. omnes ſolut. par. 2. verb. bannum, n. 45.* & ad materiam vide, *Mieh. de Cifuentes in l. 76. Taur.*

24 Eſt tamen perpetuò mentem tenendum, quòd huiuſmodi exules, ſiue bannisi ſunt adeò execrabiles Reipublicæ, vt nedùm poſſit induci per legem, vt poſſint impunè occidi, ſed etiam poteſt induci, vt efficiantur ſeruæ capientis, ita eſt *text. in l. 2. C. quib. ad libert. proclam. non lic.*

25 An autem bannitus occidens alium bannitum, qui propterea vigore bannorum debet exindulgeri, & à banno cancellari, poſſit hoc beneficium ſibi à bannis conceſſũ alteri cedere, & ſic efficere, vt alius indulteur loco ſui? Hæc quæſtio apud me habet magnam dubitationem, & aliàs de facto conſultas rei nonnullas conſiderationes, quas hic ſubijcere libuit, vt detur alijs perſpicacioribus materia perquirendi veritatem.

Pro parte affirmatiua infraſcriptæ adducuntur conſiderationes; ſi enim diſpoſitionem banni in primo capite inſpiciamus, dùm in eo diſponitur, quòd bannitus occidens bannitum habeat ius conſequẽdi indultum in eius perſonam, videtur dicendum, quòd hoc ipſum ius poſſit alteri cedere, eſt enim

26 de iure receptiſſima ſententia, quòd bannitus licèt ipſe repellatur ab agendo in iudicio, poterit tamen iura ſua alteri cedere, & ſic ceſſionarius non repelletur ab agendo, adhibita tamen diſtinctione inter ceſſionem ex cauſa neceſſaria, & voluntaria, vel ex cauſa lucratiua, aut onoroſa; de qua per *Speculat. in 2. par. titul. de ceſſatt. in princ. num. 16. Iaco. de Arena in l. dolimali, ff. de nouat.* aliàs in *tract. de bannit. n. 29. Alberic. de dolimal. à num. 13. vſque ad num. 28. ff. nouat. & in l. 4. §. ſi communem, ff. ſin. regn. Bal. in l. diuerſa, q. 9. num. 13. C. mandati. Bar. in l. apud Celſum, §. ſi cum legitima, num. 3. ff. de dol. mal. except. Ioan. Andr. in c. 1. num. 10. in fin. de iureiur. in 6. Ioan. de Imol. in l. dolimali, num. 5. verſ. ſecus ſi ſit exceptio, ff. de nouat.* & denique laudatiſſimè *Nellus in tract. de bannit. in prima parte ſecundi temporis, q. 74.* Quæ communis reſolutio procedit, nedùm in iuribus quæſitis antè bannum, ſed etiam in iuribus quæſitis poſt bannum, quod proprie tangit caſum noſtrum, vt per *Bart. in Lacerta forma, num. 7. 8. & 9. C. de iure fiſc. lib. 10. & Nellum in loco* ſuprà citato *nu. 74.* propè *fin. verſ. ſis ergò*, ibi, *ſed ex dictis iura poſtea quæſita.* Si verò ſecundum caput inſpicimus, dùm in eo diſponitur, quòd priuatus non bannitus occidens bannitum poſſit eximere alium bannitum per ipſum nominandum à banno, videtur, quòd hoc idem ius nominandi competat etiam bannito, qui bannitum

27 occiderit, quia generalis loquutio, fauore publicæ vtilitatis non recipit reſtrictionem de habilitate perſonæ, *l. ſi quis in graui, §. verum, verſ. hi quoque, ff. ad Syllan.* Qua de rẽ cum banna prædicta concedat publicæ vtilitatem, dùm in eis agitur de extirpatione delinquentium, non videtur dubitandum, quòd etiam perſona bannitu ſit habilis ad conſequendum præmium à banno ſtatutum, quia bannum ipſum tanquàm emanatum ratione publicæ vtilitatis, vt ſuprà, non recipit reſtrictionem de habilitate perſonæ, prout per *textum* prædictum in propijs terminis ſtatuti dantis præmium occidenti bannitum, firmauit *Bal. in l. 1. in fin. C. de precib. Imper. offer. poſt Guliel. de Cun. in l. 1. ff. de inſtit. & iur. Angel. in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu, ff. ad Senatuſconſult. Syllan. Anchar. in repet. cap. canonum ſtatuta, num. 306. de conſtitut. Se-*

lycet.

Ipcer.tit.2.num.14.C.de noxal.act.Angel.de malefic. in verb.quòd fama publica præcedente,num.76.

28 Quod autem contineat publicam vtilitatem, nedùm clarissimè dignoscitur ex ipsius præfatione, verùm etiam *Doctores* disputantes de validitate huiusmodi banni,ex hac sola ratione illud validum reputauerunt,quia scilicet continet publicam vtilitatem,vt per *Roller.in pragmat.1.de exul.in princ.* & latissimè præ cæteris, qui vsquè ad hanc ætatem de hac re scripserunt *Hippol. Riminal. in repet. cap. quia in Ecclesiarum, num.168. cum pluribus seqq. de const.* Et in specie,quòd bannitus occidens bannitum, possit alium bannitum nominare, & in patriam restituere,non dubitauit *Matth. Brunus in consil.65.* quod edidit in materia consimilis bâni emanati per Cardinalem S.Georgij Legatum in prouincia Romandiolæ pro extirpatione delinquentium.

Pro parte negatiua ponderãtur verba banni,quæ tàm in primo,quàm in secundo capite sunt adeò clara,& distincta, vt nullam videãtur admittere interpretationem,sunt enim hæc in primo capite. *Che se uno foraſcito, che non è capo ammazzarà, ò pigliarà un'altro foraſcito, che similmente non sarà capo, ò lo consignarà,vt supra,habbia l'indulto.*

Ecce igitur, quòd præmium banniti occidentis bannitum est, vt ipse in sui personam consequatur indultum, cui beneficio licèt ipse possit renunciare tanquàm in sui fauorem inducto, per regulam *l peni C.de pact.* & in *l.Iudex circumuento,ff.de minor.* Tamen hoc est verum,vt ipse à beneficio banni sit ex-
29 clusus,quia beneficium non confertur in inuitum, *l.inuito,ff.de reg.iur.*non tamen vt illud possit cedere in beneficium alterius, quia cessio non potest fieri iuris non acquisiti.

30 Nec id,q̃ dicunt *DD.*de cessione iurium facta per bannitum,q̃ in aliquibus casibus sit valida, videtur posse applicari huic casui nostro,siquidè possem pro nunc admittere, quòd ius competens bannito vigore prædicti banni possit ipse bannitus alteri cedere, non tamen ex hoc sequeretur,quòd indultus cõcessus à banno ipsi bannito in propriam personam,deberet præstari in personam alterius nominati ab ipso bannito,nàm ex dispositione primi capitis bannitus non consequitur ius nominandi, seù indultandi aliũ bannitum,sed se ipsum tantùm, quarè quantùmuis bannitus ipse valeat cedere hoc ius alteri, ex tali cessione non transfertur ius indultandi alium,quod ipse bannitus non habet,sed tantùm ius indultandi se ipsum,quod ius sibi competit vigore banni, ce-
31 dens enim non potest plus iuris in cessionarium transferre,quàm ipse habeat,*l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur.* quia nemo dat,quod non habet,*l.traditio ff. acquir.rer.domin.l.alienatio,ff.de contrab.empt.l.si debitor,C.de distract.pignor.*

In secundo verò capite verba sunt hæc. *Declarando di più,che à quelli,che pigliaranno, ò ammazzarãno consignaranno uiuo, ò morto alla Regia Corte alcun capo de foraſciti,non essendo quello,che farà detto effetto foraſcito,se li concederà indulto per due persone da esso nominande,& se quello,che pigliarà,ò ammazzarà sarà foraſcito,che non sia capo, si concederà indulto per uno d.a esso nominando,vt supra.* Ecce igitur,quòd verba huius capituli eatènus admittunt occidentem bannitum ad indultandum alium ab ipso nominandum,quatènus tamen occidens ipse non sit de bannitis,vt ibi *non essendo quello, che farà detto effetto foraſcito*, & sic verba banni expressè reddunt inhabilem bannitũ ad huiusmodi præmiũ consequendum,qua de re licèt opinio *Doctor.supra*
32 relata sit vera,quòd statutum dans præmium capiẽti bannitum non recipiat restrictionem de habilitate personæ ratione publicæ vtilitatis, ità vt etiam bannitus ipse sit habilis ad huiusmodi præmium consequendum,tamen illa esset admittenda, quandò verba statuti sunt generalia, quod non est in bãno nostro,cuius verba sunt expressè restricta ad nõ bannitum, imminò bannitus ipso per-ea est expressè exclusus,per regulam *l.continuus, §. cùm itaque ff.de verbor.oblig.* Vltrà quòd supradicta opinio non videtur mihi vtique quòquè tuta, quippè qui nouerim plurima exempla in iure, per quæ patet, quòd lex,
33 quantumcunquè generalitèr loquens recipit restrictionem de habilitate personæ, quàmuis simus in materia,in qua versetur vtilitas publica, vtputà de iure quilibet potest alium defendere, & in hoc versatur vtilitas publica,*l.seruum quoquè, §.publicè,ff.de*
34 *procur.* Attamen mater non potest defendere filium pupillum,quia est officium virile, & ideò debet ei tutorem petere,*l.alienam, C.de procur.* Ecce igitur, quòd illa verba generalia, quòd quilibet potest aliũ defendere,restringuntur ad personas habiles,scilicèt virilis sexus tantùm, quod expressè notauit *Iacobin.in d.l.aliena,in primo notabili*, idem probatur in *l.in Prouinciali*,iuncta *l.seq.*cum principio alterius *l.seq.ff.de non oper.nunc.*vbi licèt fauore publico in-
35 troductum sit,quòd quilibet possit nunciare nouũ opus ædificanti in loco publico, id tamen non permittitur pupillo, tanquàm inhabili, & sic illa lex, quanquàm generalitèr loquatur, & fauor publicus principaliter in ea consideretur,recipit tamen restrictionem de habilitate personæ,vt pupillus tanquam inhabilis excludatur,& alia id genus, quæ passim in iure nostro obseruari possent. Præterea si hoc esset verum,sequeretur vnum absurdum, quòd nulla lex pateretur hanc restrictionem de habilitate personę, siquidèm in omni lege consideratur ratio publicæ
36 vtilitatis,& in tantum est lex, in quantum est pro communi ciuium vtilitate conscripta, vt in *Canon. erit lex, dist.4.* quod latè prosequitur *Sebast.Medic. in repet.dict.canonis*, quam habeo impressam in *primo tomo* suorum *tractatuum*,& inter *Repetentes Canonicos tom.1.num.16. Petr. Rebuff. in proœm. super Constitutionibus Galliæ,glos.1.num.35. Couarr. in relect.cap.alm.i mater,de sent.excomm.in sexto,in 2.par.*
37 *in princip.*& tamen videmus, quòd banniti, præsertim cum publicatione bonorum, qui ex forma statuti possunt impunè offendi,proùt in hoc Regno, sũt penitùs incapaces,& amittunt iura communia, & municipalia, secundùm opinionem *glos.in §.cùm autem,Institut.quib.mod.ius patr.pot.fol.* cui adhærẽt *Specul.& Io.Andr.in tit.de instrum.edit. in §. compendiosè,vers.quid de bannito, Bald.in l.corruptionem,C. de vsufruct.*& quamplures alij relati per *Alexandr. in cons.13.& 75.volum.1.& cons.116. volum.2. Iaſ. cons.116.& 167.volum.2.* vel saltim negari non potest,quin amittant iura municipalia,& propria illius Ciuitatis,Prouinciæ,& Regni,à quo sunt banniti,secundùm *Bart.* post *Iacob de Arct.in disput.incip.Statuto Lucana Ciuitatis,num.20.& 21. & in extravag. qui sint rebelles,in verb.rebellando, colum. vlt.* quam approbarunt *Angel.Aret.in d.§.cùm autem, quibus mod.ius patr.potest.fol.Nell.in 1.par.2. temp. quæst.5. in tract.de bannitis,Boss.in tit.banniti quid amitt. nu. 10.Curt.iun.cons.182.num.3. Soc.iun.cons.174.vol.2.* & quamplures alij adducti per *Marc. Ant. Peregr. in tract.de iur.& priuileg.fisc.lib.3. tit.7. num.9.* nec est facienda vis in *consil.65. Matth.Bruni*, siquidèm
38 is loquitur in casu, quo expressè per bannum fuit

data

data facultas bannito indultandi alium bannitum, vt in eo est videre, & habemus exempla in eodem nostro banno, in quo in aliquibus casibus etiam bannito conceditur potestas indulgendi alium bannitum, vt puta, Il bannitus priuatus occideret bannitum, qui esset caput aliorum bannitorum, quo casu cùm sint clara, & expressa verba banni, non est, de quo sit dubitandum, *l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, de legat. 3.* quod omni iure introduci potuit, nàm interest Reipublicæ habere pacatam Prouinciam, & liberam ab his malefactoribus, pulchrè *Bal. in l. 1. in fi. C. de presib. Imper. offer.* Ex his igitur patet, quòd quæstio hæc est satis dubia, & propterea de iure requisitus, quid sentiam in hoc articulo in genere, nolui meam sententiam in medium afferre, sed hæc pauca annotare libuit, vt alijs peritioribus, & perspicacioribus animum indagandi veritatem præbuissem. Addo nunc in terminis *Ioa. de Plat. in l. fi. post n. 1. C. de cohertal. lib. 12.*

ADDITIO.

A Circa hoc videndus est etiam Dominus Consil. *Paschal. de vir patr. potest. par. 4. c. 3. num. 4.* qui hanc determinationem remittit Theologis, cum *Petro Caball. resol. crim. casu 61. lib. 1. num. 6.* quem etiam citat *Danza de pugna Doctorum tom. 2. ti. de armat. per eamp. in c. 7. num. 34.* multa enim (inquit *Dom. Paschal.*) quandoq; bono zelo fiunt, quæ tamen innocentiam non habent, & occidens bannitum, non zelo iustitiæ, sed odio, & inimicitia particulari, non iuuatur statuto dicere, quòd bannitus possit impunè offendi, prout dicit *Hippol. de Marsil. in consil. 10. num. 42.* per doctrinam *Bal. in l. Decuriones, C. de infam. & Felin. in cap. si perfodiens, de homic. Dominus Paschal. ibidem sub num. 26. & Danza d. c. 7. num. 31.*

B Hæc quæstio an bannitus possit impunè occidi in Ecclesia, intelligi potest duobus modis: Altero, an bannitus licitè occidi possit in Ecclesia, ac si esset locus prophanus. Altero verò, an bannitus impunè absquè metu Iudicis secularis, licèt non rectè, ab aliquo occidi possit in Ecclesia sita in territorio bannientis, ex eo quia Ecclesia non subest iurisdictioni bannientis, & dicitur quodammodò sita extrà territorium bannientis, cùm paria sint, locum esse exemptum, vel extrà territorium *cap. cùm Episcopus*, cum ibi notatis per *gloss. & DD. de offic. ordin. in 6. & in c. 2. de constitut. in 6.* si tractamus de primo modo, certum est, quòd minimè potest in Ecclesia, cœmiterio, aut alio loco sacro, nedùm occidi, vel homicidium aliquod committi, sed nec iudicium sanguinis, & vbi de sanguinis effusione, aut corporali pœna agitur, exerceri, *text.* est clarus in *cap. cùm Ecclesia Dei*, vbi *gloss. & DD.* omnes *de immunitat. Eccles.* & in *cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel monac.* & tradunt *DD. in cap. in Archiepiscopatu de raptor. & incend.* & Nos tetigimus suprà in *pragmat. 1. de assass. sub num. 4.* Debet enim Ecclesia Dei domus orationis esse, non autem spelunca latronum, aut sanguinis forum *dicto cap. cùm Ecclesia*, & confugiens ad eam, quæcunquè grauia maleficia perpetrauerit non est ab eadem violenter extrahendus, nec indè damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra & vitam, nisi publicus sit latro, vel nocturnus depopulator agrorum, iuxtà *text. in cap. inter alia, eod. titul. de immunit. Eccles.* vel nisi fuerit proditor, *Ambros. de immun. eccles. cap. 6. & Alexand. Peregr. eod. tract. cap. 7.* vel assassinus, cui Ecclesiæ immunitas non suffragatur, prout notant *DD. in cap. 1. de homic. in 6.* & tradiderunt *Remig. de Gente de immun. eccles. fall. 15. num. 1. Alexand. Ambros. de immun. eccles. c. 7. num. 2. & Dominus Alexand. Peregr. in cap. 7. num. 22. de immun. eccles.* & nos tetigimus supra in *pragm. 1. in verb. clericus assassinus, num. 3. de assassin.* cum in clerico assassino, vt non gaudeat immunitate Ecclesiastica, propter immanitatem, & enormitatem criminis, sed ab ea extrahi debet, modo tamen à sacris canonibus, & Bulla Gregorij XIV. permisso, sicuti notauimus *ibidem sub num. 10.* At si de secundo modo agimus, an scilicet bannitus impunè occidi possit in Ecclesia, quę quamuis sit sita in territorio bannientis, cùm tamen non sit de illius iurisdictione, possit dici, quòd sit extrà illius territorium, & sic captus in Ecclesia prędicta, modo tamen à sacris canonibus permisso, relaxari debeat tanquàm non legitimè captus, iuxtà notata per *Bal. in l. 2. C. de fer. fugit. & in l. quod ait lex, §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.*, & tradit latissimè *Dominus Paschal. dicto cap. 3. sub num. 25. sub verb. Primò autem pro inquisito*, vel possit contra eum banni, & forisudicationis sententia exequi, & sic ad mortem perduci, & impunè occidi, iuxtà *Regni nostri Constitutio. Panam eorum*, posito quòd sit captus, modo à sacris canonibus permisso, vt supra, & in hoc dùm habemus punctualem decisionem M. C. V. ac supremi Collateralis Consilij, promulgatam in causa Hieronymi Bambace banniti, & forisudicati ipsius Magnæ Curiæ, & capti in Ecclesia Diuæ Luciæ propè Regium Palatium huius Ciuitatis, qui dùm fuisset assecuratus à Commissario Generali Campaneæ, cum conditione tamen, *Dummodò non accederet ad hanc Ciuitatem*, prætendebat non contrauenisse per accessum ad dictam Ecclesiam, tàquàm locum exemptum, ac proindè ipsum debere reponi in pristinam libertatem. Nihilominùs re maturè considerata, & discussa, fuit per Magnam Curiam Vicariæ Delegatam prouisum, quòd exequatur sententia forisudicationis contra dictum forisudicatum, oppositis per ipsum non obstantibus, à quo decreto cùm fuisset reclamatum ad dictum supremum Collaterale Consilium, & audita relatione Magnæ Curiæ in gradu reclamationis, fuit prouisum, quidquid exceptionè non obstare, & sic sententia forisufticationis fuit exequuta, prout referunt *Dominus Consiliarius Paschal.* tunc Iudex oculatissimus ipsius Magnæ Curiæ in dicto *cap. 3. par. 4. sub num. 25.* ac etiam *Dominus de Marinis resolution. quotidian. cap. 116. num. 11.* qui licèt in illa facti specie non videatur adhærere prædictæ decisioni, suffultus etiam doctissimo, & elegantissimo iuris responso, quod in causa illa pro forisudicato edidit Illustrissimus *D. Antonius Caraccidus*, S. Sebastiani Marchio, Reg. Cancellarium Regès, Collateralisquè Consiliarius, ac meus Dominus, in omni, planè æuo, propter eius virtutes, laudandus, Aduocatum tunc agens Principem; attamen periculosum est, ne dicam temerarium à tanti Supremi Senatus, Principisq; Consistorij, (cuius est leges, nedùm interpretari, ac reformare, sed etiam nouas cõdere) sententia recedere, & in contrariam abire opinionem, tantò magis, quia in contrarium adductis, & ponderatis apparet satisfactum ex eodem *Domino Paschali*, quem citat, & sequitur *Dominus Capibl. cus de Baron. tom. 2. cap. 34. num. 6.* dicens, idem fuisse decisum in exiliatis, qui degerant in Ecclesia sita in

† vbi est vsu recepta.

eodem

eodem territorio, & finito tempore prætendebant, non posse molestari, ex quo non steterunt in loco prohibito, nam Ecclesia est exempta, & extrà iurisdictionem, & territorium bannientis.

C Hoc veriam latissimè probat *Dominus Eliseus Darza in tract. de pugn. Doctor. tom. 2. in tit. de armat. per rumpan. c. 6. nu. 5. cum seqq.* vbi etiam multa practicabilia circa hanc extractus, seù demigrationis materiam ponit, cum prouisionibus, & ordinibus Collateralis Consilij, & Dominorum Proregum, & præsertim tradit de gradu, infrà quem debet extractus, seù migratio consanguineis iudici, & quomodò debeat computari, si de iure canonico, vel ciuili, & an comprehendantur feminæ sexagenariæ, & minores quatuordecim annorum, & an extinguatur, ac cesset extractus, si banniti quietè vnam, vel à Prouincia absint, vel quando consanguinei eos non alunt, nec cum eis conuersantur, nec vllam cum illis intelligẽtiam habent, suntq; bonæ cõditionis, & famæ, aliaq; permulta scitu digna. Ioan. Laganar.

De Exulibus. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Recaptus crimen committentis materia remissiuè.*
2 *Recapti pretium damnum passo de próprio consanguinei delinquentium restituere tenentur.*
3 *Recaptus pro crimine citati non comparentes infrà quatuor dies, quo casu habentur pro veris contumacibus, & forindicatis, ac si tales essent per sentẽtiam declarati, si vini capiantur, facta personæ recognitione non sunt statim morti tradendi, sed monendi ad dicendum causam, quarè non debent reputari pro veris cõtumacibus, & forindicatis, & formari processus declaratiuus, & num. 5.*
4 *Forindicatus verè per sententiam an differat ab eo, qui pro forindicato habetur.*

HAuendo dal principio, &c.

HÆc Pragmatica continet species prouisionum ad extirpandos facinorosos, & præsertim committentes crimen recaptus, ad cuius materiam est videnda *Pragm. 2. suprà eodem*, & quod de 1 eremo hic statuitur, vt consanguinei delinquentium teneantur de proprio restituere pretium recapti dãnum passo, habet pro se antiquam authoritatem *Bart. in l. iure prouisum, C. de fabricens. lib. 12. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patr. Angel. consil. 63.* incip. *nobilis miles*, quorum meminit *Mutius Surg. ad Marc. Anton.* eius Germanum *de Neap. illustr. fol.* mihi 39. *propè fi.* & nouissimè latè agit *Reg. de Pon. de pot. Proreg. tit. de prouis. fier. fol. §. 5.*

3 Et quatènus in §. 1. statuitur, vt citati pro hoc crimine recaptus, si non comparent infrà quatuor dies, habeantur pro veris contumacibus, & foriudicatis, ac si tales essent declarati per sententiam. Est aduertendum, quòd si capiantur viui, non statim facta recognitione personæ, sunt morti tradendi pro executione sententiæ foriudicationis, sed priùs sunt monendi ad dicendũ causam, quarè nõ debent reputari pro veris foriudicatis, & condemnatis per sentẽtiã, & formari processus declaratiuus super hoc, ità docet *Cartar. de exeunt. sent. ne capt. bannit. cap. 3.* 4 *nu. 76.* quod est summoperè notandum in facti contingentia, quia est notabilissima differẽtia inter verè foriudicatum per sentẽtiam, ac habitum pro foriudicato.

Sed adhùc subsistendum est circà huiusmodi animaduersionem, nàm *Cartar.* loquitur in eo statuto, per quod delinquens habetur pro condemnato simpliciter, verba autem nostræ Pragmaticæ sunt ampliora, & latius se extendunt, nàm in ea non solùm dicitur, quòd huiusmodi delinquentes habeantur p foriudicatis, & sic pro condemnatis, sed additur, quòd vti tales declarantur, & habeantur, & reputẽtur, ac super sententiam fuissent ità declarati, vt sũt expressa verba ibi: *Et si habbino illo tunc per vericõtumaci, & forgiudicati, e come tali li dichiarano, & volemo che siano tenuti, e riputati, si come fussero stati per sentenza cosi declarati, & volemo che possano essere impune vccisi, & hauendosi vini in mano della Regia Corte, si debbiano esseguire le pene contro di loro di morte naturale, come à veri forgiudicati, vt suprà.*

Ergò non est opus alia sentẽtia declaratoria, quia declaratio est expressè facta per ipsam Pragm.

De Falsis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Scriptura qualibet, & verba, quibus conficitur, & mentem contrahentium, vel scribentium requirit.*
2 *Falsum vt dicatur aliquid, & verba, & mens deficere debẽt, alioquin si deficiat mens tantùm, simulatiõ erit, si verba, & non mens, nec falsum, nec simulatũ dicetur, cùm eius subiectum sit ipsa veritas.*

AD declarationem huius Rubricæ illud 1 vnum tantùm præmitto, quòd in qualibet scriptura duo copulatiuè requiruntur, scilicèt verba, quibus scriptura est compotita, & mens contrahentium, seù scribẽtium, nec sufficit, quòd vnum tantùm deficiat, nempè aut 2 verba, aut mens contrahẽtium, sed requiritur, quòd vtrumquè deficiat, scilicèt tàm verba, quàm mens, nàm, vt notabiliter inquit *Bal. in l. si ex cautione, prima quæst. C. de except. non numerat. pecun.* Falsum dicitur id, à quo remouentur verba, & mens contrahentium, sed si remouetur mens tantùm, & non verba, tunc dicitur simulata, non falsa, q. si remouentur verba, sed non mens, tunc non est simulata, nec falsa, quia subsistantiatur in radice veritatis, & est eius subiectum ipsa veritas, *cap. nihil obstat, extrà de verb. signific.* & hanc auream *Baldi* theoricam sequitur *Riminal. iun. consil. 196. num. 14. in fi. & 55. vol. 2.* & faciunt tradita per *Ioseph. Sese decision. Aragon. 109.* quem omninò vide in hac materia, & pro vniuersali declaratione totius materiæ falsi vide *Farinac. quæst. 150. vsquè ad quæst. 164. Muta in Pragm. Regni Sicil. tom. 1. tit. 35.*

De Falsis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Falsos testes, aut scripturas tàm actor, quã reus si produxerint, quis eorum causam amittere debeat.*
Pœna amissionis causæ in his terminis per statutum irrogata non semper admittitur in praxi.

data facultas bannito indultandi alium bannitum, vt in eo est videre, & habemus exempla in eodem nostro banno, in quo in aliquibus casibus etiam bannito conceditur potestas indultãdi alium bannitum, vt puta, si bannitus priuatus occideret bannitum, qui esset caput aliorum bannitorum, quo casu cùm sint clara, & expressa verba banni, non est, de quo sit dubitandum, *l. ille, aut ille, §. cùm in verbis, de legat. 3.* quod omni iure introduci potuit, nàm interest Reipublicæ habere pacatam Prouinciam, & liberam ab his malefactoribus, pulchrè *Bal. in l. 1. in fi. C. de precib. Imper. offer.* Ex his igitur patet, quòd quæstio hæc est satis dubia, & propterea de iure requisitus, quid sentiam in hoc articulo in genere, nolui meam sententiam in medium afferre, sed hæc pauca annotare libuit, vt alijs peritioribus, & perspicacioribus ansam indagandi veritatem præbuissem. Addo nunc in terminis *Ioa. de Plat. in l. fi. post n. 1 C. de cohortal. lib. 12.*

ADDITIO.

A Circa hoc videndus est etiam Dominus Consil. *Paschal. de vir patr. potest. par. 4. c. 3. num. 4.* qui hanc determinationem remittit Theologis, cum *Petro Caball. resol. crim. casu 61. lib. 1. num. 6.* quem etiam citat *Danza de pœna Doctorum tom. 2. tit. de armat. per camp. in c. 7. num. 34.* multa enim (inquit *Dom. Paschal.*) quandoq; bono zelo fiunt, quæ tamen innocentiam non habent, & occidens bannitum non zelo iustitiæ, sed odio, & inimicitia particulari, non innatus statuto dictãte, quòd bannitus possit impunè offendi, prout dicit *Hippol. de Marsil. in consil. 10. num. 41.* per doctrinam *Bal. in l. Decuriones, C. de infam. & Felin in cap. si perfodiens, de homic. Dominus Paschal. ibidem sub num. 16. & Danza d. c. 7. num. 31.*

B Hæc quæstio an bannitus possit impunè occidi in Ecclesia, intelligi potest duobus modis: Altero, an bannitus licitè occidi possit in Ecclesia, ac si esset locus prophanus. Altero verò, an bannitus impunè absquè metu Iudicis secularis, licèt non rectè, ab aliquo occidi possit in Ecclesia sita in territorio bannientis, ex eo quia Ecclesia non subest iurisdictioni bannientis, & dicitur quodammodò sita extrà territorium bannientis, cùm paria sint, locum esse exẽptum, vel extrà territorium, *cap. cùm Episcopus*, cum ibi notatis per *gloss. & DD. de offic. ordin. in 6. & in c. 2. de constitut. in 6.* si tractamus de primo modo, certum est, quòd minimè potest in Ecclesia, cœmiterio, aut alio loco sacro, nedùm occidi, vel homicidium aliquod committi, sed nec iudicium sanguinis, & vbi de sanguinis effusione, aut corporali pœna agitur, exerceri, *text.* est clarus in *cap. cùm Ecclesiæ Dei*, vbi *gloss. & DD.* omnes *de immunitat. Eccles.* & in *cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel monac.* & tradunt *DD. in cap. in Archiepiscopatu de raptor. & incend.* & Nos tetigimus suprà in *pragmat. 1. de assass. sub num. 4.* Debet enim Ecclesia Dei domus orationis esse, non autem spelunca latronum, aut sanguinis forum, *dicto cap. cùm Ecclesia*, & confugiens ad eam, quæcunquè grauia maleficia perpetrauerit non est ab eadem violenter extrahendus, nec indè damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra & vitam, nisi publicus sit latro, vel nocturnus depopulator agrorum, iuxtà *textum cap. inter alia, eod. titul. de immunit. Eccles.* vel nisi fuerit proditor, *Ambros. de immun. eccles. cap. 6. & Alexand. Peregr. eod. tract. cap. 7.* vel assassinus, cui Ecclesiæ immunitas non suffragatur, prout notant *DD. in cap. 1. de homic. in 6.* & tradiderunt *Remig. de Gondo de immun. eccles. fall. 15. num. 1. Alexand. Ambros. de immun. eccles. c. 7. num. 2.* & *Dominus Alexand. Peregrin. cap. 7. num. 22. de immun. eccles.* & nos rupdauimus supra in *pragm. 1. in verb. clericus assassinus, num. 3. de assassin.* cum in clerico assassino, vt non gaudeat immunitate Ecclesiastica, propter immunitatem, & enormitatem criminis, sed ab ea extrahi debet, modo tamen à sacris canonibus, & Bulla Gregorij XIV. permisso, sicuti notauimus *ibidem sub num. 10.* † Ad si de secundo modo agimus, an scilicet bannitus impunè occidi possit in Ecclesia, quę quamuis sit sita in territorio bannientis, cùm tamen non sit de illius iurisdictione, possit dici, quòd sit extrà illius territorium, & sic captus in Ecclesia prędicta, modo tamen à sacris canonibus permisso, relaxari debeat tanquà non legitimè captus, iuxtà notata per *Bal. in l. 2. C. de seru. fugit. & in l. quod ait lex, §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter.*, & tradit latissimè *Dominus Paschal. dicto cap. 3. sub num. 25. sub verb. Primò autem pro inquisito*, vel possit contra eum banni, & foriudicationis sententia exequi, & sic ad mortem perduci, & impunè occidi, iuxtà *Regni* nostri *Constitutio. Panam eorum*, posito quòd sit captus, modo à sacris canonibus permisso, vt supra, & in hoc dùm habemus punctualem decisionem M. C. V. ac supremi Collateralis Consilij, promulgatam in causa Hieronymi Bambace banniti, & foriudicati ipsius Magnæ Curiæ, & capti in Ecclesia Diuæ Luciæ propè Regium Palatium huius Ciuitatis, qui dùm fuisset assecuratus à Commissario Generali Campaneæ, cum conditione tamen, *Dummodò non accederet ad hanc Ciuitatem*, prætendebat non contrauenisse per accessum ad dictam Ecclesiam, tãquàm locum exemptum, ac proindè ipsum debere reponi in pristinam libertatem. Nihilominùs re maturè considerata, & discussa, fuit per Magnam Curiam Vicariæ Delegatam prouisum, quòd exequatur sententia foriudicationis contra dictum foriudicatum, oppositis per ipsum non obstantibus, à quo decreto cùm fuisset reclamatum ad dictum supremum Collaterale Consilium, audita relatione Magnæ Curiæ in gradu reclamationis, fuit prouisum, quòdnam exceptionẽ non obstare, & sic sententia foriusticationis fuit exequuta, prout referunt *Dominus Consiliarius Paschal.* tunc Iudex oculatissimus ipsius Magnæ Curiæ in dicto *cap. 3. par. 4. sub num. 25.* ac etiam *Dominus de Marinis resolution. quotidian. cap. 116. num. 11.* qui licèt in illa facti specie non videatur adhærere prædictæ decisioni, suffultus etiam doctissimo, & elegantissimo iuris responso, quod in causa illa pro foriudicato edidit Illustrissimus *D. Antonius Caraccidus*, S. Sebastiani Marchio, Reg. Cancellarium Regẽs, Collateralisque Consiliarius, ac meus Dominus, in omni plane æuo propter eius virtutes, laudandus, Aduocatum tunc agens Principem; attamen periculosum est, ne dicam temerarium à tanti Supremi Senatus, Principisq; Consistorij, (cuius est leges, nedùm interpretari, ac reformare, sed etiam nouas cõdere) sententia recedere, & in contrariam abire opinionem, tantò magis, quia in contrarium adductis, & ponderatis apparet satisfactum ex eodem *Domino Paschali*, quem citat, & sequitur *Dominus Capiblancus de Baronib. tom. 2. cap. 34. num. 6.* dicens, idem fuisse decisum in exiliatis, qui degerant in Ecclesia sita in

† vbi est vsu recepta.

eodem

eodem territorio, & finito tempore prætendebant, non posse molestari, ex quo non steterunt in loco prohibito, nam Ecclesia est exempta, & extrà iurisdictionem, & territorium bannientis.

C Hoc etiam latissimè probat *Dominus Elisæus Daza in tract. de pugn. Doctor. tom. 2. in tit. de armat. per campan. c. 6. nu. 5. cum seqq.* vbi etiam multas pretiosabilia circa hanc extractus, seu demigrationis materiam ponit, cum prouisionibus, & ordinibus Collateralis Consilij, & Doctorum Proregum, & præsertim tradit de gradu, infrà quem debet extractus, seu migratio consanguineis indici, & quomodò debeat computari, si de iure canonico, vel ciuili, & an comprehendantur feminæ sexagenariæ, & minores quatuordecim annorum, & an extinguatur, ac cesset extractus, si banniti quietè viuant, vel à Prouincia absint, vel quando consanguinei eos non alunt, nec cum eis conuersantur, nec vllam cum illis intelligẽtiam habent, suntq; bonæ cõditionis, & famæ, aliaq; permulta scitu digna. Ioan. Laganar.

De Exulibus. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Recaptus crimen committentis, materia, remissiuè.*
2 *Recapti pretium damnum passo de proprio consanguinei delinquentium restituere tenentur.*
3 *Recaptus pro crimine citati non comparentes infrà quatuor dies, quo casu habentur pro veris contumacibus, & foriudicatis, ac si tales essent per sentẽtiam declarati, si viui capiantur, facta persona recognitione non sunt statim morti tradendi, sed monendi ad dicendum causam, quarè non debent reputari pro veris cõtumacibus, & foriudicatis, & formari processus declaratiuus, & num. 5.*
4 *Foriudicatus verè per sententiam an differat ab eo, qui pro foriudicato habetur.*

HAuendo dal principio, &c.

Hæc Pragmatica continet species prouisionum ad extirpandos facinorosos, & præsertim committentes crimen recaptus, ad cuius materiam est videnda *Pragm. 2. suprà eodem*, & quod de nouo hic statuitur, vt consanguinei delinquentium
2 teneantur de proprio restituere pretium recapti dãnum passo, habet pro se antiquam authoritatem *Bart. in l. iure prouisum, C. de fabricens. lib. 12. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patr. Angel. consil. 63.* incip. *nobilis miles*, quorum meminit *Mutius Surg. ad Marc. Anton.* eius Germanum *de Neap. illustr. fol.* mihi *39. propè fi.* & nouissimè latè agit *Reg. de Pon. de pot. Proreg. tit. de prouis. fier. fol. 9. 5.*

3 Et quatènus in §. 1. statuitur, vt citati pro hoc crimine recaptus, si non comparent infrà quatuor dies, habeantur pro veris contumacibus, & foriudicatis, ac si tales essent declarati per sententiam. Est aduertendum, quòd si capiantur viui, non statim facta recognitione personæ, sunt morti tradendi pro executione sententiæ foriudicationis, sed prius sunt monendi ad dicendũ causam, quarè nõ debent reputari pro veris foriudicatis, & condemnatis per sententiã, & formari processus declaratiuus super hoc, ità docet *Cartar. de execut. sent. ex. capt. bannit. cap. 3.*
4 *nu. 76.* quod est summoperè notandum in facti contingentia, quia est notabilissima differẽtia inter ve- & foriudicatum per sentẽtiam, ac habitum pro foriudicato.

Sed adhùc subsistendum est circa huiusmodi animaduersionem, nàm *Cartar.* loquitur in eo statuto, per quod delinquens habetur pro condemnato simpliciter, verba autem nostræ Pragmaticæ sunt ampliora, & latius se extendunt, nàm in ea non solùm dicitur, quòd huiusmodi delinquentes habeantur p foriudicatis, & sic pro condemnatis, sed additur, quòd vt tales declarantur, & habeantur, & reputẽtur, ac si per sententiam fuissent ità declarati, vt sùt expressa verba ibi: *Et si habbino illo tunc per veri cõtumaci, & forgiudicati, e come tali li dichiarano, & volemo, che siano tenuti, e riputati, si come fussero stati per sentenza cosi dechiarati, & volemo, che possano essere impune uccisi. & hauendosi vivi in mano della Regia Corte, si debbiano essegnire le pene contro di loro di morte naturale, come a veri forgiudicati, vt suprà.*

Ergò non est opus alia sentẽtia declaratoria, quia declaratio est expressè facta per ipsam Pragm.

De Falsis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Scriptura qualibet, & verba, quibus conficitur, & mentem contrahentium, vel scribentium requirit.*
2 *Falsum vt dicatur aliquid, & verba, & mens deficere debẽt, alioquin si deficiat mens tantùm, simulatũ erit, si verba, & non mens, nec falsum, nec simulatũ dicetur, cùm eius subiectum sit ipsa veritas.*

AD declarationem huius Rubricæ illud
1 vnum tantùm præmitto, quòd in qualibet scriptura duo copulatiuè requiruntur, scilicèt verba, quibus scriptura est compotita, & mens contrahentium, seù scribẽtium,
2 nec sufficit, quòd vnum tantùm deficiat, nempè aut verba, aut mens contrahẽtium, sed requiritur, quòd vtrumquè deficiat, scilicèt tàm verba, quàm mens, nàm, vt notabilitèr inquit *Bal. in l. si ex cautione, prima quæst. C. de except. non numerat. pecun.* Falsum dicitur id, à quo remouentur verba, & mens contrahentium, sed si remouetur mens tantùm, & non verba, tunc dicitur simulata, non falsa, & si remouentur verba, sed non mens, tunc non est simulata, nec falsa, quia substantiatur in radice veritatis, & est eius subiectum ipsa veritas, *cap. nihil obstat, extrà de verb. signific.* & hanc auream *Baldi* theoticam sequitur *Rimin. iun. consil. 196. num. 54. in fi. & 55. vol. 2.* & faciunt tradita per *Ioseph. Sese decision. Aragon. 109.* quem omninò vide in hac materia, & pro vniuersali declaratione totius materiæ falsi vide *Farinac. quæst. 150. vsquè ad quæst. 164. Muta in Pragm. Regni Sicil. tom. 1. tit. 35.*

De Falsis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Falsos testes, aut scripturas tàm actor, quã reus si produxerint, quis eorum causam amittere debeat.*
Pœna amissionis causæ in his terminis per Statutum irrogata non semper admittitur in praxi.

3 Falsos

5 Falsos nedùm testes, sed etiam scripturas producens vnica tantùm pœna tenetur.
4 Falsorum testium, vel scripturæ solaproductio non sufficit, vt quis huius pragmaticæ pœna castigetur, sed requiritur expressa declaratio quòd vult illis vti, præcedente partis aduersæ instantia.
5 Declarationis circa vsum praxis vndè est desumpta, Et quando dicatur facta, & sub num. 8.
6 Terminus est dandus parti ad deliberandum, si vult vti testibus, & scripturis falsis, si illum petierit.
7 Falsum committit qui eò ipsò, quòd producit testem super articulo falso, sequuta falsa depositione, quod non procedit, si super incidentibus testes falsum dixerint.
8 Falsitatem fabricans, statim in falsum incidit, cùm sufficiat, quòd potuerit damnum dare.
9 Declarans parte non instante nolle vti testibus, & scripturis à se productis, poterit non obstante dicta declaratione contrarium declarare, & vti illismet testibus, & scripturis, secus si parte instante semel declauerit, se nolle vti.
10 Declarans se nolle vti scriptura à se producta, scriptura illa pro falsa habetur.
11 Restitutio in integrum an detur aduersus declarationẽ factam per minorem, etiam cum iuramento, vel cum tutoris authoritate.
12 Declaratio circà vsum nec facta, nec petita in prima instantia, an possit peti in causa appellationis.
13 Declaratio circà vsum petita si fuerit in prima instãtia, quam pars nolut facere, vndè fit lata sententia contrà eum ex defectu probationum, quæ ob non factam declarationem inanes remanierunt, an in secũda instantia possit appellans declarare, quòd vult vti.
14 Declaratio circà vsum semel facta quandò sit iterùm facienda.
15 Declarationem circà vsum quandò quis facere teneatur, & sub qua forma sit illa facienda, remissiuè.
16 Declarationem circà vsum testium petens tenetur exprimere causam cur illam petat, quia scilicèt vult illos de falso redarguere, alioquin non erit facienda.
17 Falsis instrumentis vtentis de iure communi non est pœna deportationis cum publicatione bonorum, sed exilij temporalis, quod procedit etiam in vtentibus falsis testibus.
18 Falsam scripturam qui fieri fecit per Notarium aliàs de falso condemnatum, vel illam produxit, non punitur hac pœna ordinaria.
19 Falso instrumento qui nedùm vsus est, sed illud fabricauit, an vnica, vel duplici pœna teneatur, remissiuè.
20 Falsum deponẽs citatus cum insertione eius depositionis contumax effectus, si compareat, causam in vinculis dicit. & quid si sponte compareat antè contractã contumaciam, & quid sit dispositum de iure cõmuni, remissiuè.
21 Pragmatica ista vti sit practicanda, remissiuè.
22 Testis absoluitur, si per aliquam interpretationem sustineri posset, non dixisse falsum, vel si verba essent æquiuoca.
23 Pœna istius Pragmaticæ tàm in teste, quàm in producente quomodò eniteatur.
24 Falsum instrumentum quibus modis arguatur, & quãdò sit punibilis eius vsus, remissiuè.
25 Falsum donationis instrumentum quot, & quales coniecturæ probent.
26 Instrumentum de falso suspectum redditur, si in eo locus celebrati cõtractus deficiat, & quid si locus loci.
27 Falsi in crimine quæ indicia generaliter requirantur, remissiuè.
28 Pragmaticæ huius dispositio an procedat, tàm in causa criminali, quàm ciuili, remissiuè.
29 Falsi pœna an plectatur consulens, vel opem dans falsitati per actum remotum.
Falsa notula, vulgò minuta, ex qua fit instrumentum, dicitur actus remotus.
30 Falsi pœna cur personæ priuilegiatæ, & miserabiles haud puniantur, ratio, remissiuè.
31 Falsi pœna de qua hic an procedat in eo, qui tentauit testes corrumpere, sed non fuit secutus effectus, remissiuè.
32 Falsi pœna tenetur recipiens literas vni directas, si alteri per collusionem tradat.
33 Falsitas non resultat ex conflictu testium inter partes, & proindè, vt testes dicantur falsi, non est satis, si testes vnius partis deponant vnum, & testes alterius partis deponant contrarium.
34 Falsitas si non est nociua, non habet locum pœna istius Pragmaticæ.
35 Falsum articulum fabricans, siue sit principalis, siue procurator, in facto tamen de quo cadat verisimilis ignorantia excusatur.
36 Falsitas commissa in circumstantijs, non autèm in substantia negotij, excusatur.

TEstem falsum, &c. Producentes testes falsos, ijsq; vtentes vltrà amissionem causæ puniatur pœna falsi, vnà cum testibus. H. D. Hæc Pragmatica videtur frustratoria, quia etiam de iure communi committens falsum in lite ciuili perdit causam, vt constat ex *Bald. in cap. cùm olim magister, num. 1. vers. item nota, extrà de offic. deleg.* cum alijs adductis per *Farinac. quæst. 130. num. 25.* Sed contrarium est verius, quòd scilicet hæc Pragmatica suppleat, seù potiùs corrigit ius commune in eo, in quo punit amissione causæ, nedùm falsificantem acta causæ, de quo loquitur ius commune, sed etiam si falsificauerit, aut produxerit instrumenta, aut testes falsos, quibus in casibus ius commune non puniebat amissione causæ, declarat idem *Farinat. ibidem num. 37. & 41.* Ad materiam huius
1 pragmaticæ vide omninò *Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 315. Ant. Gabr. lib. 7. comm. opin. tit. de malefic. concluſ. 7. Thesaur. quæst. forens. 15. per tot. Boual. lib. 5. cap. 2. num. 75. cum seq.* Et quid si tàm actor, quàm reus produxerit falsos testes, aut scripturas, vter eorum causam perdet, *Bald. in rubr. C. de fid. instrum. colum. pen. vers. incidenter etiam quæro*, inquit, quòd actor, & eum sequitur *Sebast. Medic. in opusc. 7. num. 25. Ias. in §. bona fidei, num. 82. Instit. de actio. Tiber. Decia. tract. crim. lib. 3. cap. 33. num. 19. Farinac. de falsit. quæst. 130. num. 35. Grat. discept. 833. num. 18.* vbi etiam *num. 16.* dicit, quòd non semper practicatur hæc pœna amissionis causæ, nisi aduersarius plenè probauerit intentionem suam, etiam stante hoc
3 statuto. Quòd si quis producat nedùm testes falsos, sed etiam scripturas, non duplici, sed vnica tantùm pœna tenetur, secundùm *Bald. in l. quicunq; 2. notab. n. 5. C. de seru. fugit.* quem sequitur *Bertaz.* & alij per ipsum citati *cons. crim. §20. n. 3. & 4. vol. 2.*
4 Nota tamen, quòd non sufficit sola productio testium falsorum, vel scripturarum, vt quis dicatur vsus testibus, vel scripturis falsis, & teneatur pœna huius Pragmaticæ, sed requiritur expressa declaratio, quòd vult vti ipsis testibus, & scripturis productis, præcedente interrogatione, seù instantia partis
5 aduersæ pro huiusmodi declaratione facienda, &

ità

ità seruatur in practica, quæ sumpta est ex *l.3.C.de fid.instrum.* & ex *l.penult.* vbi *Bart.ff.de falsi. Afflict.*
6 *decis.189.numer.2.& 4.* Vbi dicit, quòd est etiam dandus terminus parti ad deliberandum, si petie-
7 rit, quæ procedunt, quando super aliquibus incidentibus testes falsum dixissent, secùs autèm si pars illum testem produxisset super articulo falso, tunc enim ex sola productione, sequuta falsa depositione incidit in falsum, ità declarat *Bart.in l.si falsos, C. de falsis, Villadieg.in for. indic.lib.2. tit.4. l.9.* Idem
8 in eo, qui fabricat falsitatem, quia sufficit, quòd potuit damnum dare, *Bald.in rub.l.si falsos*, ad quæ vide *Cappc.dec.67.num.6. & infrà*, & erit declaratio formiter facta, si semel fuerit positum illud verbum,
9 *omnibus, Reg.Tap.decis.S.C.* 52. Quòd si parte non instante circà dictam declarationem quis declaret, se nolle vti testibus, vel scripturis à se productis, poterit postea non obstante dicta declaratione contrarium declarare, & vti illismet testibus, & scripturis, ità affirmat *glos.in dict.l.3.in ver.renocaretur, C.de fid. instrum.* Verùm si parte instante semel declarauerit, nolle vti, non poterit vlteriùs postea vti eisdem testibus, & scripturis, quas semel propria professione reprobauit, ità probat expressè *text.in*
10 *eadem l.3.* facta tamen declaratione, quòd non vult vti, illa scriptura habetur pro falsa, ità declarat idem *Bar.in d.l.si falsos, num.2.C.de falsis*, & probatur in *l.3.C.de fid.instrum.*

11 An autem aduersùs huiusmodi declarationem per minorem factam etiam cum iuramento, seù cum authoritate curatoris detur restitutio in integrum? ne, at *Prosp.Paseth.cons.97.* Sin autem talis
12 declaratio non fuerit facta, nec petita in prima instantia, nó posset peti in causa appellationis, dũ tractatur, si appellatio deuoluat, nec nè, *Zuchar.cõs.18.*
13 Quòd si fuerit petita in prima instantia, sed non fuerit facta, & propterea sit lata sententia contrà nolentem declarare ex defectu probationum, quæ propter declarationem non factam remanserunt in actis, an in causa appellationis possit appellans declarare, quòd vult vti, & sic conualidare illas probationes factas in prima instantia? credo, quòd non, ex traditis in casu simili per *Iacobin. de S. Georg. in l.edita, num.109. C.de edend.* sed contrarium suadetur ex *Cranet.cons.46.num.11.* qui authoritate *Bald. in l.alia, colum.fin. vers.extrà quæro, C.de his, quibus, vt indign.& Alex.cons.118.colum.fin.lib.6.* ait, quòd is, qui vius est falso instrumento in prima instantia, potest dicere, nolle vti in causa appellationis.

14 Facta autem semel declaratione non est iterùm facienda, vt explicat *Hector Felic.alleg.139.*

15 Tenetur autem quis facere hanc simplicem declarationem, si prius produxit scripturam cum protestatione parte petente, *Bursat. cons.188. num.9.* & sub qua forma sit facienda, vide *Bertaz.cons.crim. 496.volum.2.* omninò *Præs.de Franch.dec.173. num. 7. Farin.prima decis. post primum vol. suorum Consiliorum. Gratian.discept.749.num.9. cum seqq.* qui dicunt, esse faciendam clarè in totum, etiam super articulis separatis, latiùs *Postius de manutenendo, ob-*
16 *serv.100.* Et nota, quòd petens declarationem circà vsum testium, debet subiungere causam, quia vult illos redarguere de falso, alias non est facienda declaratio. *Cauale.dec.Finiz.39.n.4 p.5. Farin.de fals.q. 159.p.4.n.77.& 78. Beret.cons.53.*

Et dùm *text.* remittit se ad pœnam falsi impositam de iure communi, quam *Canon.* hic inquit, esse deportationem cum publicatione bonorum in
A homine libero, per *l.primum, in fin.ff.de fals.* Est ad-

17 uertendum, quòd contrà vtentes falsis instrumentis de iure communi non est pœna deportationis cum publicatione bonorum, de qua ibi, sed est pœna exilij temporalis, vt voluit *glos.in verb.adstringetur, in l.si falsos, C.de fals.* per *text.in l falsi, 9.ordine, in fin.ff.de fals.* & latè explicat *Marant.cons.38. num.14. Anan.in cap.ad falsariorum colum.3.extrà de crimin. falsi, Gandin de malefic.t.1.de fals.num.6. Butrigar.in l.si falsos in fin.C.de fals. Hippol.de Marsi.cons.30.num.* 19. Nec dicatur, quod *glos.* loquitur de vtente falso instrumento, sed hæc pragmatica loquitur de vtentibus falsis testibus, nàm appellatione instrumentorum etiam testes comprehenduntur, *L1.ff.de fid. instrum. & cap.pernenit.de primo, extrà de testib.cogend. Gregor.Syntagm.iur.vniu.lib.48. cap.14.* vbi latè docet materiam probationis, & productionis instrumentorum, & ex ipso *text.* huius pragmaticæ, in primis verbis, ibi, *testem falsum, vel aliam scripturam*, ponderando illam dictionem, *aliam*, quæ est inclusiua similium, expressè colligitur, quòd appellatione
18 scripturæ comprehenditur etiam testis, verùm hac pœna ordinaria non tenebitur qui fieri fecit scripturam falsam per Notarium aliàs de falso cõdemnatum, vel illam produxerit, vt per *Bertaz consil. crim.21.* Sed is, qui nedùm vsus est falso instrumento, sed etiam illud fabricauit, tenetur vnica pœna,
19 nõ duplici, idem *Bertaz.cons.crim.24 & 25.* Et dùm
20 in hoc *text.* disponitur, vt procedatur contrà testem, qui falsum deposuit, ad citationem cum insertione suæ depositionis, & si fuerit effectus contumax, & postea comparuerit, dicat causam in vinculis, secùs erit dicendum, si spontè compareat antè contractam contumaciam, *Pugnator.in pragmatica quarta, n.48. & n.55. infrà eod. Laur.decis. Anenion.5.* Quid autem sit dispositum de iure communi, vide *Bertaz.cons.crim.525. & 526. vol.2.* Quomodò verò
21 sit practicanda hæc pragmatica contrà testes, vide *Capyc.dec.60.*

22 Et dùm idem *text.* vult, testem debere absolui, si probauerit aliquid, quod eum excusat à dolo; exemplifica, quandò per aliquam interpretationem substineri posset, non dixisse falsum, vt in casu *Bertaz. cons.crim.555. volum.2.* & in alijs casibus per eum relatis *consil.crim.5. & 8.num.10.cum seqq. & cons. 9. & 10.* vel si essent verba æquiuoca, de quibus latè per *Alexand.Raudens.in tract.de analogis, c.30.*
23 *& 31.* Et pro euitanda hac pœna, tàm in teste, quam in producente consideratur, si non est nocibilis falsitas, *Surd.decis.282. Bursat.* plenè *cons.312. vol.3.*
24 vbi etiam agit, quibus modis arguatur instrumentum falsum, & quandò sit punibilis vsus instrumenti falsi. Ad idem vide *Paseth. consil.7. & 8. Surd.*
25 *consil.474.* vbi agit, quot, & quales coniecturæ probent falsum instrumentum donationis, scilicèt si continet inuerisimilia, si sit factum à Notario non cognoscente donantem, extrà domicilium ipsius, & donans steterit in possessione, & testes mortui essent tempore cepti iudicij. Verùm si in instrumento deficiat locus celebrati contractus, immò locus
26 loci, ex hoc redditur suspectum de falso, vt tradit *Gratian. decis.28.* sed ego quòad locum loci non sequor, nisi in illis partibus de stilo Notariorum soleret apponi, nedùm locus, sed etiam locus loci, &
27 generaliter, quæ indicia requirantur in crimine falsi, *Peregrin.cons.108. volum.5.* dispositio autem
28 huius pragmaticæ habet locum in causa criminali, vbi est maior pœna ducatorum 500. in ciuili vide *Arnon.cautel.16.*

29 Quid autem de consulente, vel præstante opem

 fuga-

falsitati per actum remotum,an puniatur pœna falsi? vide *Bertaz.conſ.crim.*172.qui dicit *num.*20. mitius puniri,& dicitur actus remotus, ſi quis dat falſam minutam,ex qua fabricetur inſtrumentum.

30 Et quia in fine *text.*excipiuntur Eccleſiæ,pupilli, minores,mulieres,& miſerabiles perſonæ, vt ſcias rationem, propter quam hæ perſonæ priuilegiatæ excuſantur ab hac pœna,videas *tex.in cap.cùm venerabilis,verſ.licèt autem.extrà de excep.*

31 Hæc pœna non habet locum in eo, qui tentauit corrumpere teſtes, ſed non fuit ſequutus effectus, *Laderch.conſ.*209.

32 Et nota,quòd ſi quis recipit literas vni directas,& per collationem alteri tradat, puniri debet pœna falſi,vt eſt *tex. in l.Titio,in princ.* vbi *glo. in verb. & quid,ff.ad municip.*

33 Aduertas tamen pro intellectu tàm huius pragmaticæ,quàm *pragm.3.inf.eod.* quòd vt teſtes dicantur falſi,non ſufficit,quòd teſtes vnius partis deponant vnum,& teſtes alterius partis deponant totum contrarium,nàm hæc non eſt falſitas, ſed dicitur potiùs teſtium vtriuſq; partis repugnantia, & conflictus,& ex conflictu teſtium inter partes non reſul-
B tat falſitas,vt benè declarat *Thom. Gram. deciſ.*60.

34 Item non habebit locum pœna harum pragmaticarum,quandò falſitas non eſt nociua,vt per *Farin. q.* 110.*par.*12.*n.*191.*cum ſeqq Capyc.dec.*67.vbi *num.*6.

35 *&*7.excuſat tàm principalem,quàm procuratorem, qui fabricaſſet articulum falſum,in facto tamen,de quo cadat veriſimilis ignorantia.

36 Idem ſi eſſet falſitas commiſſa in circunſtantijs,
C non autem in ſubſtãtia negotij,vt per *Gram.dec.*43. vbi dicit, Pragmaticam prohibẽtem compoſitionem in crimine falſi procedere in falſitate concernente ſubſtantiam negotij,non autem circunſtantias, ſed illam Pragmaticam Ego non potui inuenire.

nam imponit,quia tunc in illis non datur arbitrium, *l.1.ff.de effrac. & expilat.* Plures enim ſunt caſus,in quibus certæ conſtitutæ ſunt pœnæ, vtpurà quandò quis falſum teſtimonium dicit contrà accuſatum de crimine capitali,nàm ob id impoſita eſt pœna mortis naturalis, *l.1.§.præterea,ff ad leg.Corneli.de ſicar.* & in hoc Regno habemus *pragm.*4. ſub hoc *tit.de falſis*, per quam iſtos falſos teſtes in criminalibus falſum deponentes vltimo ſupplicio puniri mandatur,ſunt etiam alij caſus,in quibus de iure *ff.*& *C.*ac etiam municipalis ſtatuti, ſeù *Conſtit.* & *pragmaticarum Regni* certæ conſtitutæ ſunt pœnæ, quas trãſgredi non licet,ſed eæ ad vnguem obſeruari, & exequi debent,in cæteris verò à iure,vel Regni *Conſtit.* vel *Pragmat.*non diſſinitis Iudicis arbitrium verſari poteſt,iuxtà *dict.l. vbi falſi*,& doctrinam *Peguer.* & late tradita per *Maranan ſpecul. part.*4. *diſtinct.* 10. *ſub num.*4.*et Clar.in §. falſum*, *num.* 31. *et Theſaur. quæſt. forenſ. lib.*1. *quæſt.*15. *num.*3. omninò videndum,nàm inſtruit Iudicem, vt iuxtà delicti, ac delinquentis qualitatem, & circunſtantias pœnam arbitretur,in caſibus tamen, in quibus non eſt certa pœna conſtituta,teſtatur,deportationis,ac bonorum publicationis pœnam non eſſe in vſu, ſed tantùm triremium pœnam obſeruari ad tempus, vel etiam in perpetuum in caſibus grauioribus, prout Iudici videbitur, & ità etiam ſeruatur in Magna Curia Vicariæ.

Hìc verò aduertendum eſt vnum, quod notat *Menoch.de arbitr.caſu* 313.*num.*1. quòd ſcilicèt pœna hæc ordinaria falſarijs à legibus ſtatuta, imponẽda eſt à Iudice, quotieſcunquè mediante accuſatione,atq; iudicio ordinario agitur, ſecùs ſi contrà eos ex officio per inquiſitionem proceditur, quia tunc ſola pœna extraordinaria Iudicis arbitrio puniri debent,ità *Menoch.in d.caſu* 313. per *text.in cap.inquiſitionis,de accuſat.* & per doctrinam *Abbat. Dec. Tiraquell. Marant. Couarr.*& aliorum,quos citat. Quod tamen declarat *Marant.d.inſpect.*10.*num.*6.*in fi.* Niſi de crimine conſtaret per confeſſionem inquiſiti, quia tunc puniretur pœna ordinaria à lege ſtatuta, ac ſi fuiſſet conuictus mediante accuſatione.

Sed hìc ſubſiſtendum puto, nè cum *Marana* decipiamur,qui dùm dicit, tunc demùm ordinariæ pœnæ locum eſſe, cùm per confeſſionem inquiſiti delictum eſſet probatum (ſalua pace tanti Doctoris, & Magiſtri) eius dictum minimè admitti poteſt,ſi quidem in contrarium vrget communis opinio *Doctorum* affirmantium, quòd vbi delictum probatur per ſolam confeſſionem inquiſiti,non vindicat ſibi locum pœna ordinaria, ſed extraordinaria Iudicis arbitrio,ſicuti ſcripſit *Abbas in cap auditis,num.*22. *de præſcrip.*& in *cap.cùm venerabilis,de excep.Bart. in l.eum,qui,ff de iniur. Boſſ.in tit.de confeſſ. num.*20. *Hippol.de Marſil.conſ.*129. *num.*2. *& Clar.in quæſt.* 55. *§. fi. num.*16. quos omnes citat *de Laurent.deciſ. Auenion.*1.*num.*11.*et Grammat.deciſ.*2. *num.*38. 39. *et* 40.& poſt eos ſatis doctè tradit Dom. *de Marin. reſol.quotid.cap.*83.*num.*5.*cum ſeqq* (vel confeſſio ſit ſimplex, vel cum qualitate)ſatiſq; elegantèr expendit *text.in l.*1.§.*diuus.ff.de quæſt.*& in *l.qui ſententiam, C.de pœn.* Quamobrem pro *D. Marant.* viri doctiſſimi,ac ſummi practici defenſione dicẽdum eſt, quòd tunc ordinariæ pœnæ locus eſt, cùm delictum eſt probatum per confeſſionem inquiſiti,& teſtium depoſitiones, vel ſaltem per indicia grauia legitimè probata,ex dictis per *Grammat conſ.crim.*60. *num.*8. 9.*&* 10.per *Baiard.ad Clar.d.quæſt.*55.*num.*14. aſſerentes,quòd inquiſiti non ex ſola confeſsione de-

bent

ADDITIO.

A FAlſi crimen graue admodùm eſt., prout dixit *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu* 306. & Reipublicæ, atquè hominibus exoſum, *Peguer. deciſ.* 80. & enormiſſimum appellat *Grammaticus deciſ.* 2. *num.*28. *& Clarus in §. falſum, in princ.* vbi etiam *Baiard.num.*1. quod eſt deteſtabilius omni alio delicto,quia eſt mutatio veritatis, quæ eſt attributum *Ieſu Chriſti* Filij Dei Omnipotentis, qui de ſe ipſo dixit.*Ego ſum via,veritas,& vita Ioan.cap.*14. hinc *Salomon prouer.cap* 6. inquit, *Teſtem fallacem odit Dominus*. Quapropter acerrima debet fieri huius criminis indagatio,non ſolùm teſtibus,& ſcripturis, ſed etiam argumentis, ſeù indicijs, aliiſq; veſtigijs veritatis,iuxtà *text.in l. vbi falſi, C.ad leg.Cornel.de falſ.*& graui pœna plecti debet, idem *Menoch.dict. caſ.*306.vbi varia pœnarum genera,tàm apud Antiquos,quàm Modernos contrà falſarios introducta refert, ac nonnulla etiam de iure ciuili in diuerſis caſibus ſtatuta adduxit,quo ſanè iure, licèt regulariter,& ordinariè in libero homine falſi pœna ſit deportatio,& bonorum omnium publicatio,*l.*1.§.*fi.ff. ad leg.Corn.de falſ.*de iure tamen *Cod.*eſt correcta,vt ſit pœna arbitraria,iuxtà *text.in d.l.vbi falſi*,ibi.*Supplicio capitali ſi id exigat magnitudo commiſſi,vel deportatione ei,qui falſum commiſerit imminente.* Et ſic ſatis benè *Peguer.*in relata *dec.*80 *num.*6. concludit, quòd huius criminis pœna arbitraria eſt, exceptis caſibus,in quibus propter falſitatem lex certam pœ-

bent condemnari, sed debet delictum per Iudicem aliundè probari, quod etiam latè comprobant *Paris de sindic. in ver. confessio num. 5. & 6. & Muscat. in pract. crim. in tit. de cognit. seù probat. delict. num 44. & 45.* qui dicit, hoc etiam procedere in delictis difficilis probationis, & in quibus non remanent vestigia, in quibus dixerunt nonnulli, sufficere inquisiti confessionem cum querela, seù accusatione partis off. nisi, quod tamen benè reprobat *Muscat.* fundans etiam, in his solam confessionem non sufficere, sed probandas adhùc esse alias qualitates, & signa, seù indicia, vt sub *num. 47.* quod mirum videri non debet, siquidem clarum est, quòd conuictus tantùm, aut confessus tantùm & condemnatus non excluditur à beneficio appellandi, sicuti latissimè probat *Carer. in pract. crim. in l. obseruare curabis, num. 175.* quod vtiquè non permitteretur, si per solam conuictionem, aut per solam confessionem potuisset condemnari.

At rursùs redeundo ad *Menoch.* doctrinam, nec minus puto, eam esse sic simpliciter admittendam, vbi dicit, quòd quotiescunquè contrà falsarios ex officio per inquisitionem proceditur (quod particulariter in crimine falsi fieri posse, tradiderunt *Bart. in l. querela, sub n. 1. C. ad leg. Corn. de falsis, et Pugnat. in prag. 4. de fals. n. 7.*) tunc nõ ordinaria, sed extraordinaria pœna debet imponi, eo quoniã in omnibus saltem casibus, in quibus potest per ius commune, vel Regni ex officio, & sine partis querela procedi, vt in *cap. Regni Vt delatas*, & in *cap. Ab illo inchoandum*, & in *cap. Si temporum*, ac etiam in *pragm. 1. de priuil. & niuer. concess.* in quibus casibus Fiscus tenet locum accusatoris. *Bart. in d. l. querela sub num. 2. C. ad leg. Corn. de fals. & Caranz. in ritu 20. num. 1.* debet fieri condemnatio ad pœnam ordinariam, estò quòd procedatur ex officio, & sine partis querela, iuxtà dispositionem eorundem *Regni Capitulorum*, ibi. *Vbi videlicèt imponitur pœna mortis naturalis ciuilis, vel membri abscissionis*, & sic pœna ordinaria, nõ autèm extraordinaria, seù arbitraria est saltem in istis casibus imponenda.

Patet ergò, supradictam *Menoch.* doctrinam posse tantummodò admitti in illis casibus, in quibus ex officio procedi potest, sed non venit imponenda pœna ordinaria, sed extraordinaria Iudicis arbitrio. Cùmq; contrà falsarios in aliquibus casibus deueniri possit ad condemnationem pœnæ mortis naturalis, ciuilis, vel abscisionis membri, & sic ad pœnam ordinariam, prout de morte naturali est casus in *d. l. 1. §. præterea ff. ad leg. Corn. de sicar.* & in *pragm. 3. & 4. hoc tit. de fals.* & de morte ciuili, ac membri abscisione est *text. in ead. pragm. 4.* quæ vtrumq; statuit, & de pœna arbitraria est casus in *pragmat. 6. eod. tit.* positquè in casibus prædictis, vbi pœna saltèm mortis naturalis, ciuilis, vel membri abscisionis, ex officio, & sine querela, & accusatione procedi, necessariò fateamur, oportet, quòd saltèm in his casibus falsarij sunt ordinaria pœna condemnandi, & si deficiat accusator, & Curia ex officio procedat, cùm Fiscus in his casibus accusatoris vicem substineat, & ità declarari, & intelligi debet *Menoch.* doctrina suprà relata.

B Hoc, quod aduertit *Dom. Reg.* ex *decis. 60. Grammat.* est valdè notabile, sed intelligendum puto, si non constet aliundè de veritate, vel falsitate contradictum, & depositionem testium actoris, vel rei, vtputà quia testes actoris dicunt, quòd sic, testes verò rei, quòd non, tunc quia nescitur, quis ex istis astruat veritatem, vel falsum, nemo potest de falso puniri, ar si aliundè, & extrà testium depositiones constaret de veritate, vtputà quia aliqua scriptura, vel indicium indubitatum legitimè probatum faueret depositionibus testium vnius ex litigantibus, & sic necessariò haberi deberet pro vera depositio actoris, vel rei, tunc puto, quòd procedi posset contrà illum, contrà quem scriptura, vel indubitatum indicium pugnaret, quia tunc facilè cognoscitur, quis falsitatem commiserit, ex regula, quòd cognito vno de contrarijs, cognoscetur & reliquum *l. qui accusare, in prin. ff. de accusat.* & dictum *Bald. in l. sed etsi possessori, §. et si rerum* & in *l. duobus, §. item cùm, ff. de iure iur.* quem allegat *Grammat.* fundatur in ratione, quia non constat, quis falsum dixerit, ergò dùm constat de veritate, & quis falsum dixerit, cùm veritas adhæreat vni ex duabus depositionibus, facilè dicendum est, literam depositionem falsam esse, ac posse de falso puniri, dùm verè sit falsitas, licèt *Grammat.* appellet testium repugnantiam, siuè conflictum.

C Testes quotiescunq; sunt concordes in facto principali, & substantia negotij, licèt discordent in circunstantijs, vel loco, & tempore, dùmtamen locus, & tempus non debeant necessariò probari, ista singularitas testium circa circunstantias, vel locum, & tempus non officit; *glos. in l. ob carmen, §. fin. vers. assistit, ff. de testib. Io. Gros. de test. nu. 324. Menoch. de arbitr. cas. 307. Roman. cons. 30. Hieron. à Laurent. de cis. Auen. 64 num. 10. de Franch. dec. 105. nu. 21. Cravett. de antiquit. temp. p. 4. vers. sed enim, nu. 16. 17. & 21.* (qui latissimè agit de triplici testium singularitate à *num. 1.*) *Alex. cons. 24. num. 43. & cons. 46. num. 5. lib. 2. & cons. 88. num. 17. & 19. & cons. 156. num. 14. lib. 5.* nec potest dici, istos testes falsum deposuisse, & quòd illos producens debeat amittere causam, iuxtà dispositionem huius *Pragmaticæ*. Attamen ego non potui obtinere in S. C. Domino *Regente*, tunc Commissario in causa Vincentij Brancati cum Patrimonio Rhegij, & Sacerdote, in qua Vincentius produxerat quosdam testes discordantes circà locum, & tempus consignationis cuiusdam quantitatis sterici venditi, de qua venditione non dubitabatur, & fuit absolutus Magnificus Curator Patrimonij, qui tũc erat D. Parthenius Pitagna, postea strenuus Fisci Aduocatus, & deindè Reg. Cam. Præsidens dignissimus, & ab humanis nunc ereptus, non alia credo ratione, nisi quia Domini de S. C. habuerunt pro vero, testes Vincentij non fuisse benè informatos de facti veritate, & sic votauerunt per doctrinã *Menoch. de arbitr. iud. cas. 90.* dicentis, testium fidem in Iudicis arbitrio positam esse, ac posse Iudicem pro suo arbitrio ex duabus probationibus contrarijs vnam eligere, rotamq; testium fidem in Iudicis arbitrio positam esse. Io. Laganar.

De Falsis. Pragm. II.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmatica huius dispositio est conformis iuri communi.*

2 *Falsitas quomodò dicatur constare ex eisdem aliis.*

3 *Falsitatis quæstio si incidat in causa possessorij nùm impediatur eius expeditio, si non constet ex eisdem aliis.*

CVM frequentiùs, &c.

Falsitatis quæstio non impedit expeditionem causæ principalis, nisi constet ex eisdem actis. H.D.

1 Concordat cum sext. de iure communi in *l.2. & pen.C.de falsd 3.C.de ord.iud.* dicitur autem falsitas
2 constare ex eisdem actis, ex eodem instrumento producto, ex rasura, & falso signo, vt per *Bellug.in specul.Princ rubr.41.§ leges Regni, num.51. vers. sed quomodò*, & ad materiam vide *Afflict.decis.229.* &
3 si incidat quæstio falsitatis in causa possessorij, supersedendum dicit *Loffred cons.6. & Capyc.dec.25. et Mastrill.decisa 72.* vide *Marant. disput.6.num.5. vers.quintò quia,et num.31. vers.ad quartum. Rimin. iun.cons.113.lib.2. Lancellot. de attentat.par.2.limit. 23.* Pro obseruantia tamen in actu practico vide *Gratian.discept.forens.394.num.28 et seqq.* qui dicit, non esse supersedendum, si falsitas fuit intentata contrà testes, secùs si etiam contra partem, sed quidò criminalis causa nus, & actionem in totum tollit, est præiudicialis ciuili, *Farinac.cons.199.vol.3. Mastrill.dec.120. Ramon.cons.72.et 73.* qui *cons.71.* dicit, esse solitum, articulum falsitatis remitti ad diffinitiuam, & generaliter an, & quandò causa criminalis præiudicet ciuili, late *Farin.d.cons.199.vol.3.*
4

ADDITIO.

A PRO hac quæstione, an pendente causa ciuili, si crimingar, partem, vel testes de falso criminaliter accusari, supersedendum sit in causa ciuili, donec criminalis terminetur, vel super vtraq; poterit procedi, vltrà *DD.* quos citat *D.Reg.* videndus est idem *D.Affl.in Const.Si ciuiliter agēs, sub n.17.* qui remittit se ad hanc pragmaticā, qua etiā citat *Gramm. dec.60.sub n.14. et Vrsill. ad d.decis.Affl.229. Capyc. dec.15* in qua etiam *Masill.* late, & *Dom. de Franch. decis.147.in fi.* qui docet praxim, & obseruantiam S.C. quandò testes falsi producuntur in processu S.C. nam proposita querelà criminali contra eos de falso in M.C. fit relatio per M.C. in eadem aula S.C. in qua residet Dominus Commissarius causæ ciuilis, ad finem obtinendi ab eodem S.C. licentiam procedendi in predicta causa criminali falsitatis, quæ licentia procedendi non conceditur, nisi duobus concurrentibus. Primò, quòd accusatio falsi non fiat ad finem inuoluendi litem ciuilem, & sic malitiosè per malitiā claram, & patentem, vt etiam voluit *Capyc.in d.dec.158.n.4.* & Secundò, q falsitas consistat in substantia negotij per ea, quæ dicta sunt supra in *pragm.1.* & quandò de his dubitatur, prouidetur, quòd expectetur exitus causæ ciuilis. Quādò autem falsitas proponitur contra partem, vel testes falsos examinatos in M.C.V. in causa ciuili, statim per M.C. causarum ciuilium remittitur ad M.C. causarum criminalium, quæ si videt, accusationem esse malitiosè, & ad inuoluendam causam ciuilem propositam, vel non consistere falsitatem in substantia negotij, simile interponit decretum, quòd expectetur exitus causæ ciuilis, iuxtà obseruantiam Sacri Consilij, si verò falsitas esset euidens, nec fuisset proposita per malitiam, & ad inuoluendum causam ciuilem, tunc proceditur ad vlteriora, prout iuris est contrà inquisitos, iuxtà theoricam *Menoch. de præsumpt.lib.1. quæst.99.* quo loci multorum authoritate docet, ex præsumptionibus, indicijs, conjecturis, & suspitionibus posse Iudicem contrà testatum criminaliter procedere, si veritas, seu falsitas sit euidens, vt *num.3.7.8. & seqq.* & idem *Menoch. lib.1.præsumpt.25.* declarat, quandò accusatio præsumatur per calumniam proposita, & ex quibus causis excusetur, *de arbitr.Iudicis quæst.324.* & an, & quandò, & ex quibus falsitas præsumatur, vel non, late differit idem *Menoch.lib.1.præsump.10.*

Io. Laganar.

De Falsis. Fragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Falsitatem Notarius si iteratò committat, pœna mortis naturalis punitur.*

2 *Falsum instrumentum Notarius si non omninò compleuerit, an adhùc pœna mortis naturalis castigabitur, & quid si sit completum, sed in testes non dùm sint subscripti.*

3 *Testis, si dictum suum non habeat effectum, vel timeat dolo an adhùc ista, vel alia tenebitur pœna.*

4 *Falsum instrumentum vt præsumatur, hominis præsumptiones haud sufficiunt vt quis de falso puniatur, nisi sint præsumptiones iuris, & de iure, sufficiēt tamen ad illud annullandum.*

5 *Falsitatem fabricantis per rasuram literarum in priuilegio Regio pœna est arbitraria.*

TEstes insuper falsos, &c.

Falsi testes, qui iterant falsitatem, pœnam mortis naturalis incurrant. H.D.

1 Amplia etiam in Notario, qui iteratò committeret falsitatem, vt per *Præs.de Franch.dec.440.* Quid
2 si Notarius non omninò compleuerit instrumentum falsum, quia non sunt subscripti testes, & Iudex adhùc eadem pœna punietur? affirmat *Luc.de Penn. in l.1.col.1. vers. quia ista materia, C. vt nemo ad suum patroc.lib.12 Canale.* verò *decis.Finiz.34.par.1. num.19* negat.

3 Quòd si dictum testis non habeat effectum suum, etiam punitur hac pœna. *Anules in cap. Prætor.48.in glos.1.numer.2. vsq; finem seqq.* si meritum, pœna extraordinaria, si absque dolo, nulla pœna punitur.

4 Et in facto animaduertas, quòd præsumptiones hominis non sufficiunt ad præsumendum instrumentum falsum, ità vt quis puniatur de falso, nisi sint præsumptiones iuris, & de iure, bene tamen sufficient ad annullandum instrumentum, vt constat ex *Bald cons.11 num.2. circà finem lib.4. Bursat.consil. 321.num.48.51.& 53.lib.3.* & alijs, quos citat, & sequitur *Hector Felic alleg.13.num.14.& 15. Cauder. decis.445.*

5 De eo verò, qui fabricauit falsitatem per rasuram literarum in priuilegio Regio vide *Affl.dec. 404.* quæ est vltima, qui asserit, pœna arbitraria plectendum.

De Falsis. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Falsum deponenti in criminalibus imponitur pœna mortis naturalis, etiam si reus, contra quem sit depositio non esset capitaliter condemnandus, vel fuisset absolutus.*

2 *Pœna amissionis causæ imposita per pragm. 1. an sit per hoc edictum sublata.*

3 *Falsi pœna vt puniatur testis, sufficit si probetur pecunia corruptus, licèt nō probetur falsum deposuisse.*

4 *Falsitas vt puniatur quot requirātur in teste, & quot in principali*

5 *Pœna de qua hic vt cuitetur in testes, & ad eius materiam multa, remissiuè.*

6 *Falsum consulentes, & instruentes pœna, de qua hic tenentur, idq; necessariò fuit exprimendum.*

7 *Pragmaticæ huius materia, & de falsitate, mendacio, & periurio plura, remissiuè.*

8 *Falsitatem testium quis puniet, Iudex causæ, an Iudex proprius testium, cui fuit commissa corruptio audientia.*

9 *Falsum testimonium laicus si dicat coràm Iudice Ecclesiastico, an ibi puniri possit, remissiuè.*

10 *Testis quandò de falso conuincatur.*

11 *Falsum clericus si deposuerit coràm Iudice laico, nim per eum puniri valeat.*

12 *Falsitas commissa coràm Iudice delegato, potest ab eo cognosci, & puniri pœna extraordinaria.*

13 *Falsi præsumptio, coniectura, suspitio, & indicium in ipsa causa falsi quid operentur, remissiuè.*

14 *Falsi testes in tortura non possunt interrogari de mandatoribus, & instructoribus, & interrogati, & confessi non faciunt indicium contrà illos.*

15 *Falsum testem inducens si non sit principalis litigans, sed tertius, adhùc tenetur pœna huius edicti.*

16 *Testis, qui primo loco examinatus veritatem tacuit, si postea iterùm examinatus dicat veritatem, quam in prima depositione tacuit, pœna de qua hic plectetur. Quæ subsequenti tollitur limitatione.*

17 *Testis quādo possit suam primam depositionem declarare citrà falsi pœnam, & quid vbi deponit verum, sed falsam causam scientiæ assignat.*

18 *Falsitas si sit commissa ad defensam, adhùc pro ea imponitur pœna mortis, & quare.*

19 *Falsum deponens in inquisitione nulla, vel aliter inualida non punitur pœna, de qua in hoc edicto, secus si depositio testis sola sit nulla, quia tunc essi nil probet, adhùc tamen de falso punitur.*

20 *Falsum rusticus deponens non punitur per hanc Pragmaticam.*

21 *Falsum deponens ignoranter, vel scienter in circūstantia negotij, nō super facto principali, non punitur pœna, de qua hic, licèt possit extraordinarie tantùm de falso puniri.*

22 *Pragmatica ista non habet locum in testibus productis à parte querelante in causa criminali.*

23 *In omni specie falsitatis Pragmatica ista non procedit, sed tantùm in ea, quæ cadit in capitulis positis in l. 1. ff. de falsis.*

24 *Falsi suspitio pro veritate habetur in ciuilibus, & ad infringendam fidem probationum tantùm, non ad puniendum de falso criminaliter.*

25 *Falsus testis dici non potest, licèt sententia sit prolata contrà eius depositionem.*

26 *Iudex ex causa potest minorare pœnam amputationis manus in ciuilibus impositā, si velit, licèt non cogatur.*

27 *Falsi crimen an transactionem admittat, remissiuè.*

28 *Testis morientis confessio an præiudicet producenti, si moriens cōfiteatur, falsum deposuisse pro ipsum producente, & vti intelligatur.*

29 *Falsam apocam scribens, & subscribens directam Carcerario pro excarceratione non sequenti num. indultu generali gaudere possit, vel ab eo sit exclusus.*

30 *Falsi crimen in generali abolitione non comprehenditur.*

31 *Falsitas vera est commissa per apocam, contrafaciendo in ea manum Actuarij, licèt non sit in damno Actuarij.*

32 *Conatus non punitur, quādò iniuria, ad quam tendebat conatus nullum habuit effectum.*

33 *Remittendi iusta dum communis, quam Regni iura regulatur à potestate quærelandi.*

34 *In crimine falsi, & si falsitas nō sit cum effectu nocium, sed apta tantùm ad nocendum ei, contrà quem tēdit falsitas, actio querelandi competit, & n. 36.*

35 *Falsitas quotiescunque est talis, quæ potest esse nociua, & apta ad nocendum, licèt cum effectu non noceat, est tamen punibilis.*

37 *Remissio non regulatur à damno, interesse, iniuria, vel offensione sequuta, sed ab animo offendendi, hoc nullus fuerit sequutus effectus.*

QVoniam falsorum testiū, &c.

Testes falsum deponentes in criminalibus, siue illos instruentes, vltimo supplicio puniantur in ciuilibus verò manus obtruncatione, & perpetuo exilio. H.D. 8

Hanc Pragmaticam copiosa dote exornatūit, tàm *Pignat.* quàm *Carau.* sed adhùc non pigebit aliqua breuiter adnotare, & ideò dùm in *text.* imponitur pœna mortis naturalis falsum deponenti in criminalibus, est amplianda, etiam si reus contra quem fit depositio, non veniret capitaliter condemnādus: vt aliquid addatur communi, *l. 1. in princ. vers. præterea, ff. de sicar.* Ad cuius *text.* intelligentiam est omninò videndus *Ioseph Ludouic. decision. Lucens. 15. num. 19. cum seqq.* licèt *Carau. hic num. 184.* aliud innuat, ad tradita per *Bar. in l. 4. §. Prætor ait, nu. 15. ff. de damn. infect. Tiraquell. de retract. lignag. §. 9. glos. 1. num. 56. Sebrader. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 3. nu. 3.* & amplia, vt procedat, etiam si accusatus, contra quem est productum falsum testimonium, fuisset absolutus, *Feli in cap. sicut 3. nu. de testib. Guid. Pap, dec. 44. Boich in c. 1. de falsi.* 1

An autem per hanc Pragmaticam fit sublata pœna amissionis causæ imposita per *Pragm. 1. supr. ead. Carau. hic q. 15. n. 160.* dicit, quòd sic, sed est aduertendum, quòd per *Pragm. 1.* imponitur pœna amissionis causæ ipsi principali producenti testes falsos, nisi renunciauerit vsui, etiam si ipse principalis non consuluerit, aut instruxerit falsitatem, at hæc *Pragm. 4.* imponit pœnam vltimi supplicij consulenti, & instruenti falsitatem, etiam si non sit principalis, & ideò (iudicio meo) quando ipsemet principalis producēs testes instruxit falsitatem, vera est opinio *Carau.* vt sublata censeatur illa pœna minor per hanc grauiorem, sed quandò principalis non instruxit falsitatem, sed simpliciter produxit testes falsos, A quorum vsui non renunciat, secus erit. 1

Et est notandum, quòd vt testis puniri possit hac 3

pœna falsi subeat, si probetur pecuniæ corruptum, licèt non propterea probetur, falsum deposuisse, sitâ non amittisèc toubit *Felin. cap. licèt causam, n. 30. vers. secundus casus est, ext. de testib.*

4 Tria quæ requiruntur ad puniendam hanc falsitatem in teste, scilicèt dolus, commodum, & mutatio veritatis, vt docet *Io. Borrel. cons. 15.* & tria requiruntur in principali, docet *Borrel. cons. 66.* dolus, mutatio veritatis, & nocumentum.

5 Pro cuitanda verò hac pœna in teste multa reperies apud *Aulos in cap. Tractar. 48. in verb. nuestro consejo, & in verb. qualesquier Iuez, & in verb. punicion*, vbi mea opera tangit ad huius materiæ elucidationem.

6 Dùm verò in *vers. eadem pœna* disponitur, quòd etiam consulentes, & inducentes falsum, teneantur pœna prædicta, scias quòd hoc fuit necessariò exprimendum ad euitandum controuersiã *Doctorum*, de qua per *Alex. and. Raudens. de analog. cap. 15. q. 30. n. 52.*

7 Ad materiam tamen huius Pragmaticæ vide latè adducta per *Foller. in sua pract. crim. in prima parte secundæ partis principal. versic. quòd commisit falsitatem per totum*, & præsertim à *num. 39.* vsque ad *num. 54. & in 4. part. tertiæ partis principal. vers. & si confitebuntur, num. 90. & seq. Iul. Clar. pract. crim. quæst. 53. vers. frequentissimè autem, vsquè ad finem, & in §. falsum, per totum. Conarr. in cap. quamvis, p. 1. §. 7. num. 56. de pactis in 6. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. casu 316.* & plura de falsitate, mendacio, & periurio vide *per Sebast. Medic. in suo pecc. p. 1. tit. 5. q. 19. cum plurib. seqq. Farin. latissimè in tr. tit. de testibus q. 67. §. 1. per totam* §§. *sequentib. vsquè ad §. 7.*

8 Et quid si committatur audientia testium per aliquem Iudicem causæ Iudici proprio testium, & testes committant falsitatem, Iudex causæ, si testis finiit, ejus dictum debere transmitti ad Iudicem causæ committentem, Iudex causæ procedet contra testes, & puniet, *Follet. ibidem in verb. audiantur excusatores, num. mihi 131. Thesaur. decis. 266. num. 12.* dicit esse arbitrarium Iudici examinis, *Hippol. in l. fin. num. 150. & 151. ff. de iurisdict. omnium iudicum, & Roland. cons. 12. vol. 1.* vt sit Iudex causæ, sed contrarium, vt sit Iudex examinis, defendit *Consil. Cop. inter reperit. in cap. fin. num. 33. de foro compet. Farin. de testib. quæst. 67. §. 2. num. 35.* Et quid de Iudice committente falsum testimonium coràm Iudice Ecclesiastico, an possit ibi puniri? vide *Afflict. decis. 219. & Conarr. pract. quæst. c. 18. versosanè ex eodem*, & in praxi vide omninò *Tartagl. pract. crim. in 1. par. de defens. reor. c. 1. num. mihi 23.* Et communiter testes de falso, si aduruant meram negatiuam, *Arnon. cautel. 40.* Et si clericus deposuerit falsum coràm Iudice seculari, per eum puniri non posset, *Iul. Clar. pract. crim. q. 38. vers. sed hic quæro, Follet. in Constit. De personis clericorum, num. 3.* quòd si vasallus Baronis deposuerit falsum in Magna Curia Vicariæ, an possit puniri per Baronem? *Præs. de Franch. dec. 147. & dec. 722. num. 23.* dicit, quòd non, sed à Mag. Cur. Vicariæ.

12 De falsitate verò commissa coràm Iudice delegato posset ipse cognoscere, & punire pœna extraordinaria, declarat *Borrell. cons. 78.* & præsumptio, conie-
13 ctura, suspirio, & indicium falsi in ipsa causa falsi quid operentur, vide *Menoch. præsumpt. 99. lib. 1.* qui distinguit circà scripturam publicam, priuatam, & testes.

14 Non autem interrestes falsi in scriptura possunt interrogari de mandatoribus, & instructoribus, & interrogati, & confessi hoc facinus indictum contrà illos *Bertaz. cons. crim. 156. 157. & 158.* Et si inducens testem falsum non sit principalis litigans, sed tertius, teneretur pœna huius Pragmaticæ, *Idem cons. crim. 218.*

16 Quòd si testis primo loco examinatus tacuit veritatem, posteà verò in secunda depositione dicat veritatem, quam tacuit in prima, puniturne hac pœna, *Idem cons. crim. 247. Villadieg. in forarium. lib. 1. tit. 4. §. 14.*

17 *num.* Et si occultatio non sit dolosa, *Bertaz. ibidem, num. 2.* Et quando testis primò dixit mutate, an possit eius primam depositionem declarare citrà pœnam falsi? explicat *Borrell. cons. 6.* qui dicit posse post biennium, maximè precedente partis citatione, & quandò prima depositio non fuit rite, & rectè recepta. Quid autem de teste verum, sed falsò deponente, scilicèt falsam causam scientiæ assignando? vide *Magon. decision. Lucens. 50. Peri. Cubat. resolut. crimin. casu 38.* qui extraordinariè puniendum con-
18 cludit. Et quatenus per hanc Pragmaticam est imposita pœna mortis, etiam si falsitas sit commissa ad defensam, credo, quòd fuerit edita ad tollendam ambiguitatem iuris communis, de qua per *Gramm. vol. 1.*

19 Limitatur tamen hæc Pragmatica, si testis deposuerit falsum in inquisitione nulla, aut aliter inualida, vt per *Arnon. soliloq. 49. Bertaz. cons. crim. §. 18. volum. 2.* secus si ipsa depositio testis sola sit nulla, vtputà, quia testis est de illis, qui prohibentur à iure ferre testimonium in iudicijs ob publicam vtilitatem, nàm tunc si testis deponat falsum, & sic eius depositio est falsa, licèt nihil probet, tamen punitur de falso, sitâ *Andr. in cap. 1. num. 7. quos test. sunt necess. ad prob. non. inuest.* Item si falsitas nulli fit nocibilis, vt per *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 306.* & per *Bertaz. in eodem cons. §. 18. post Cappe. dec. 77.* Item
20 limitatur in rustico, secundùm *Arnon. cautel. 92. & Magon. decision. Lucens. 43.* Limitatur etiam in eo,
21 qui deponit falsum ignoranter in circumstantia negotij, secundùm *Bertaz. cons. crim. 140.* Immò etiam si scienter deponat falsum in circumstantia negotij, & non super facto principali, in quo consistit substantia negotij, non incidit in pœnam falsi, nec eius dictum reprobatur, sed potest tantùm extraordinariè puniri de falso, vt per *Gramm. decis. 43. num. 4.* Et
22 denique limitatur, vt non procedat in testibus productis à parte querelante in causa criminali, secun-
23 dùm *Annam alleg. 2.* nec procedit in omni specie falsitatis, sed tantùm in ea, quæ cadit in capitulis enarratis in *l. 1. ff. de fals.* secundùm *Anchoran. cons. 240. §.*

24 Et aduerte in praxi, quòd id, quod dicitur, suspitionem falsi pro veritate haberi, procedit in ciuilibus, & ad infringendam fidem probationum tantùm, non autem ad puniendum de falso criminaliter, *Farinac. decision. posthum. 412.* nec procedit, si fides ex alijs imponatur scripturæ, & non sint vitia visibilia, & intrinseca, vt per *Ioseph. Ludouic. decision. Lucens. 15. num. 65. Bertaz. cons. crimin. §. 21. vol. 2.* & nota
25 quòd licèt sententia sit prolata contrà depositionem ab aliquo teste in ea causa factam, non propterea ille testis potest dici falsus, vt est *text.* optimus in *l. Lutius Titius, ff. de his, qui notan. infam.* quod est perpetuò menti tenendum, vt euitentur innumeræ extorsiones, quæ sub hoc colore fiunt ab Officialibus in Curijs Baronum.

26 Quòd verò ad pœnam amputationis manus in ciuilibus, per hanc eandem Pragmaticam impositam, aduertas, quòd Iudex poterit illam ex causa mitigare, si velit, sed non cogitur, secundùm *Ludou. de-*

cision.

cimbi[illegible] nonnullos.

27 Intuitu enim hoc crimine admittatur transactio? vide *Cauſ. Poſſeſſorium in fi.* quæ eſt conformis in hoc cum iure communi; & ideò eſt videnda *glo. in l. tranſigere, C. de tranſact.* in fi. cum tradiris per *Meſu. tuum de compoſit.*

28 Sæpiſſimè producitur in iudicio deponat pro eo, qui eum produxit, ſe poſtea moriens confiteatur, ſe falſum depoſuiſſe; tamen cõſilium teſtis morientis præiudicet producenti? declarat *Com. var. reſol. tom. 3. cap. 3. n. 16. & Iul Clar. pract. crim. q. 13.* in declarat, niſi interueniat iuramentum, & publica iudicis authoritas, & præſentia teſtium, parte citata, vt cõſtat ex *Couar. lib. 1. variar. c. 13. n. 8. in princ. Azeued. lib. 4. tit. 8. l. 2. n. 42. Villad. in for. iud. lib. 2. tit. 4. l. 7. & 8. n. 7. & 8.* quod Ego puto verum reſpectu cauſæ ciuilis ad euertendam fidem eius teſtis in primo dicto, non autem reſpectu criminalitatis ad effectum puniẽdi de falſo producentem, & quia ad hãc Pragmaticam
29 confero, referam caſum, qui accidit diſputandus, & decidendus in S. R. C. in aula D. Scipionis de Curte, in qua Ego reſidebam.

Horatius Troperanus fuit inquiſitus in M. C. V. de falſitate per ipſum commiſſa ſcribendo apocam falſam directam Carcerario Carcerum dictæ M. C. pro excarceratione N. carcerati pro debito duc. . . . ad inſtantiam N. ſui creditoris, & in eadem apoca falſa ſubſcripſit nomen Horatij Prẽce Actuarij eiuſdem M. C. falſificando apocam prædictam, tam in corpore, quam in ſubſcriptione, illamq; cum effectu præſentauit Carcerario pro obtinẽdo ab eo excarcerationem, ſed quia Carcerarius agnouit, apocam eſſe falſam, non fuit ſequuta excarceratio, & de omnibus dedit notitiam Regenti, & Iudicibus ipſius M. C. per quam capta de omnibus informatione, fuit citatus ad informandũ, & reputatus contumax, eoq; perſiſtente in cõtumacia, ſuperuenit indultus generalis anni 1605. in quo grauia quædam delicta excludũtur, & quod attinet ad materiam falſi excluduntur ſolùm adulterantes ſigillum Principis, aut cuiuslibet Regij Tribunalis, & qui teſtimonium falſum dixerint in cauſa, in qua ingeratur pœna mortis naturalis ad alicuius offenſam, & ſic non dubita-
30 batur, hunc caſum eſſe incluſum, quàmuis regulariter in generali criminum abolitione falſi crimen nõ comprehendatur, *Hipp. Marſil. in rubr. ff. de falſ. n. 12. Foller. in pract. crim. in verb. item quòd commiſit falſitatem, n. 57. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 306. n. 11. Peguer. dec. 80. n. 1. Farin. q. 150. p. 1. n. 14.* vbi alios refert, quia cùm certi tantùm caſus ſint excepti, illa exceptio firmat regulam in contrarium in omnibus aliis, qui in ipſo indultu non ſunt exceptuati, ex reg. *tex. in l. quæſtum, §. denique, ff. de fund. inſtru. & inſtr. legat. l. nam quod liquidẽ, §. ſi ff. de pen. leg. §. vt autem, in auth. de non alien. aut permut. reb. eccleſ. cap. qui ad agendum, de procur. in 6.* & propterea pro parte inquiſiti fuit inſtatum, debere ipſum gaudere dicto generali indultu.

Pro parte Regij Fiſci nõ negabatur, caſum eſſe in indultu incluſũ, ſed allegabatur, q; inquiſitus nõ habebat remiſſionem partis, quæ ex ſpecifica prouiſione in corpore indultus omninò requirebatur, & cuius remiſſionis defectu M. C. determinauit, quòd dictus inquiſitus non gaudeat indultu.

Ab hoc decreto M. C. fuit appellatum pro parte inquiſiti, & facta relatione per D. Io. Baptiſtam Maſcambrunum Iudicem M. C. & cauſæ Commiſſarium, viſus fuit articulus dubius S. C. ea præcipua ratione,
31 quia licèt nõ poſſet negari, quin eſſet commiſſa vera falſitas per iſtam apocã, contrafaciendo in ea ſuum Actuarij, vt probat *tex. in l. qui falſum ff. de falſ.* & admittunt omnes DD. adducti per *Farinac. q. 150. n. 74.* tamen non erat conſummatum delictum, & propterea non fuit in damno nec Actuarius, cuius ſubſcriptio erat falſificata, neque Creditor, in cuius præiudicium erat præparata falſitas, & ceſſante damno in perſona vtriuſque, pariter debeat ceſſare remiſſio, quæ ipſum damnum reſpicit, ex regula *tex. in l. 3. §. ſi. ff. quod quiſq. iur.* vbi non punitur conatus,
32 quando inſtans, ad quam tendebat conatus, nullum habuit effectum, & qua nemo comparuit pro defenſione cauſæ, dicitò, vt congruè poſſet S. C. ex more ſuppletre partes, quæ deerant Aduocatis, fuit ſuperſeſſa expeditio cauſæ vſquè ad ſequentem diem, Iouis, quæ ſingulis hebdomadis eſt deſignata ad audiendas relationes M. C. V. iuxta *Pragm. 18. de offic. S. C.*

Sua igitur die fuit conſideratum, quòd ad dignoſcendum, ſi in huiuſmodi delicto erat neceſſaria partis remiſſio, nec ne? erat prius diſcutiendum, ſi in hoc delicto competebat Creditori, aut Actuario
33 ius querelandi, cùm tam de iure communi, quam de iure Regni ſuæ remittendi reguletur à iure querelandi, prout de iure communi traditum

Bart. conſ. 175.

Villalpand. in 1. 2. tit. 1. p. 7. ſecunda pars principalis in princ. fol. mihi 191. ter.

Iul. Clar. pract. crim. q. 58. n. 21. verſ. viſum eſt.

Et de iure Regni eſt *tex. in prag. 4. de compoſ.* quæ expreſsè requirit remiſſionem partis, nedùm illius, quæ expoſuit querelam, ſed etiam illius, quæ de iure poteſt querelare, licèt non querelauerit.

34 Et mittendo gladium ad radicem ad probandum, quòd in crimine falſi, etiam ſi falſitas non fuerit cum effectu nociua, ſed apta tantùm ad nocendũ ei, cõtrà quem tendebat falſitas, competebat actio querelandi, fuit ponderatus *tex. in l. damnus, C. ad leg. Cornel. de falſ.* qui eſt *tex.* capitalis in hac materia, & in eo expreſsè diſponitur, quòd ſi in iudicio proferatur ſcriptura, de qua dubitetur, an ſit vera, vel falſa, eſt in electione litigantium experiri criminaliter, vel ciuiliter. Ecce igitur, quòd parti competit actio agendi etiam criminaliter.

Quòd autem ille *tex.* procedat nedùm in ſcriptura falſa, quę fuit cum effectu nociua, ſed etiam in ea, quæ eſt apta ad nocendum, damno nondum ſequuto, probat idem *tex.* iuncta *glo. in verb. priuatas*, dùm enim *tex.* enunciat ſcripturas, quę poſſunt falſificari, inter cæteras enumerat etiam rationes priuatas; *glo.* ibi quærit, cur hoc in ſcriptura priuata, quæ nemini præiudicat, & præſertim in rationibus priuatis, in quibus vnicuique licet ſcribere, quod ſibi placet? & duas affert *glo.* reſponſiones, primam, quia quan-
1 tum potuit crimen ad effectum perduxit: alteram, quia ſcriptura priuata erat talis, quæ poterat nocere, & eſſe valida, ſaltèm ad comparationem.

2 35 Hinc omnes *Doctores* vnanimitèr ſumunt concluſionem, quòd falſitas quotieſcunque eſt talis, quæ poteſt eſſe nociua, & apta ad nocendum, licèt cùm effectu non fuerit nociua, tamen eſt punibilis, *Alexand. ad Bart. in d. l. damnus, C. ad leg. Cornel. de falſ. Soar. in conſ. 63. n. 4. verſ. vel quando, & num. ſeq. Bolla. & conſ. 104. num. 1. ante fin. verſ. nec conſiderari ſolùm. Rodil. lib. 1. reſſpect. deciſ. 404. num. 19. Foller. pract. crim. in verb. Et ſi conſtiterit, num. 102. Boſſ. in tit. de falſ. num. 82. & 84. Farin.* qui alios cumulat *quæſt. 150. num. 355.* Et quamuis aliquorum opinio ſit, vt hoc caſu non ordinaria, ſed extraordinaria ſaltem

pœna

pœna puniatur, vt voluit *Boss. tit. de falsi. nu. 84. in fi. Iodoch. pract. crim. c. 122. n. 11. Peguer. dec. 86. n. 16. Honded. conf. 109. n. 52. & seq.*

Attamen hæc eadem opinio communiter limitatur, vt non procedat in fabricante falsitatem, qui ex parte sua fecit quicquid potuit, vt falsitas ad effectũ perduceretur, sed non nocuit, quia fuit detecta, prout in casu nostro, veluti post *Bald. in l. qui veluti, n. 1. vers. nota, quòd falsum est punibile, C. ad l. Corn. de falsi. Soc. d. conf. 104. n. 1. in primo casu, volum. 1. Foller. pract. crim. in verb. Etsi confitebuntur, num. 102. Monticel. reg. crim. 15. n. 30. Rim. iun. conf. 145. num. 4. lib. 2. Franc. Pegg. conf. 46. num. 1. vers. aliter tamen, vol. 2. Peguer. dec. 80. post n. 16.* optimè declarat *Farin. d. q. 150. n. 358.*

36 Ergò ex hoc *text. & glos.* communiter approbata remanet planè fundatum, quòd actio querelandi competit ei, contra quem est commissa falsitas, non solùm quandò falsitas fuit cum effectu nociua, sed etiam quandò est apta ad nocendum.

Et propterea sequitur in casu nostro, in quo dictus inquisitus fabricando hanc apocam falsam, eâque præsentando Carcerario, fecit quicquid potuit ex parte sua, vt falsitas haberet effectũ, quòd actio querelandi competebat tùm Creditori, in cuius præjudicium cedebat excarceratio debitoris, quæ in apoca continebatur, quàm Actuario, cuius nomen falsò ibi erat subscriptum, contrafaciendo manum ipsius Actuarij, propter periculum, quod ei imminebat, si sequuta fuisset excarceratio, de qua ipse tenebatur reddere rationem; & sic vtiquè erat apta ad nocendum. Immò Actuarius erat etiam affectus iniuria ex illo actu subscriptionis sui nominis, ex traditis per *Petr. Caball. resolut. crim. centur. 3. casu 217. n. 6.*

37 Nec est vera illa conclusio, quòd scilicèt cessante damno cum effectu illato, cessat etiam remissionis necessitas, quia remissio non regulatur à damno, seù interesse, aut iniuria, seù offensione sequuta, sed ab animo; quem quis habuit aliquem iniuriandi, offendendi, aut damnum dandi, dicet nullus sequutus fuerit effectus, vt constat ex pluribus exemplis traditis per *Iul. Clar. pract. crim. q. 59. antè vers. scias autèm, post num. 4. propè fin. ibi, sunt tamen aliqui casus*, vbi in effectu concludit, quòd in omni delicto attentato malo animo deliberato requiritur partis remissio, pro quo facit optima *glos. in l. si quis seruo alieno, in verb. extẽdatur, C. de furt. & ser. corrupt.* quæ vult, illam actionem habere locum etiam contra attentantem corrumpere seruum, licèt non sequatur effectus, & interesse æstimabitur, ac si verè esset corruptus.

Et ex his fuit confirmatum decretum Mag. Cur. die 21. Februarij 1619. Actuarius Mag. Cur. est Danielis, & decretum S.C. est penès Secretarium eiusdem Sac. Cons.

ADDITIO.

A Dominus Regens in hac quæstione, an per hanc pragmaticam sit sublata pœna amissionis causæ imposita per *prag. 1. hoc eod. tit.* concludit cum *D. Car. in.* quòd sic in principali instruente, testes ad falsum deponendum, nàm censetur sublata pœna minor amissionis causæ per hanc maiorem contentam in hac 4. prag. prout in concursu duarum pœnarum, quarum vna est altera maior, remitti minorem, ac maiorem tantùm exigi nos quoquè supra dictimus in *prag. 4. sub n. 5. vers. verùm q. pœna impositior de armis.* Et in principali non instruente, sed producente tantùm testes, qui in eorum depositionibus falsitatem commiserunt, tenet cõtrarium, ea, credo, ratione, quia hic casus nõ est comprehensus in hac pragmatica, quæ loquitur in principali instruente, vel consulente, ibi *& qui consulerint instruxerint falsum*, cùmq; hic casus producentis tantùm testes non sit comprehensus in hac pragmatica, remanet sub dispositione iuris communis per quam producens tantùm testes falsos in causa criminali non amittit causam, vt per *Carau. in hac prag. n. 4. nativ.* & per *D. Regin. d. prag. 1. ante nu. 1.* & sic puniri debet pœna ordinaria, de iure communi imposita producenti testes falsos, iuxta *text. in l. damus licentiam in fi. vbi glos. fi. in ver. vleisci, C. ad leg. Iul. de falsis*, quæ allegat *text. in l. 1. §. final. ff. ad leg. Iul. de falsis*, per quam statuitur deportatio cum publicatione bonorum, quæ hodiè non sunt in vsu, sed tantùm seruatur pœna triremis, vt diximus suprà in *d. prag. 1. hoc tit.*

Verùm ego capere non possum, quomodò *D. Carauita* vir sanè doctissimus, ac perspicacissimus sibi persuaserit, posse ex dicta *prag. 1.* inferri ad hanc 4. & quòd voluerit Legislator in hac *prag. 4.* augere pœnam contra falsarios, remittendo alteram pœnam amissionis causæ in *d. prag. 1.* contentam, nàm si verum est, quod latissimè probat *D. Ioan. Nic. de Anna* Aduocatorum olim facilè Princeps, ac vir maximè doctrinæ in *alleg. 2. n. 1. cum seq.* quòd scilicèt dicta *prag. 1.* loquitur tantùm in causa ciuili, hæc verò *prag. 4.* loquitur in prima saltem parte de causis criminalibus, cùm sint termini diuersi, non potest de vna ad aliam inferri, vulgata *l. Papinianus, ff. de minor.* nec benè argumentamur de causa ciuili ad criminalem, quandò saltem militat diuersa ratio, *Everard. in loco à ciuil. ad crim.* vel quandò sumus in correctorijs, *Bart. in auth. ex testamento, C. de secund. nupt.* etiam quòd sit eadem, vel maior ratio, *Alex. ad Bart. in l. Fulcinius, § item videamus, ff. quib. ex caus. in poss. eat.*

Putarem ergò, quòd pœna amissionis causæ sic sublata, non per rationem à *D. Carau.* considerata, sed quia in concursu duarum pœnarum, quarum vna est altera maior, remittitur minor inflicta maiori, prout diximus suprà in *d. pragmat. 4. de armis.*

Io. Laganar.

De Falsis. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica hac auget pœnam iuris communis, contrà debitum bis petentes statutam, quæ est criminis stellionatus tantùm.*

2 *Debiti soluti compensationem opponens, pœna de qua hic punietur.*
Debiti, cuius compensationem quis opposuit, si idem existat petitor, eandem non euitabit pœnam.

3 *Debitum satisfactum procurator specialiter constitutus ad illud exigendum si petat, an pœna de qua hic, habeat locum in eo.*

4 *Debitum qui petijt tantùm, sed non exigit cum effectu etiam si ad actum executionis deuenisset, pœna hic statuta non punitur, & quare.*

5 *Pœna istius Pragmaticæ cessat, quoties in libello esset apposita clausula, omni modo meliori, vel saluo*

iure

iure superflui, vel falso, &c.

6 *Petens plus debito si caret dolo, non punitur ex hoc edicto, nec petens debitum, quod est exceptione elidibile.*

Dolus in petente debitum semel solutum quomodò cōsideretur.

Petens debitum semel solutum quomodò distinguatur ab exigente indebitum.

7 *Debitum aliàs exactum à sponte iteratò soluente recipiens nàm punitur, remissiuè.*

ITem, essa fidelissima Città, &c.

Bis debitum petentes puniantur pœna hic taxata. H.D.

1 Hæc Pragmatica auget pœnam iuris communis, quæ est pœna criminis stellionatus tantùm, vt per *Marant. cons.* 38. *nu.* 10. & amplia, vt procedat etiam 2 contrà opponentes compensationem debiti soluti, vt per *Bar. in Lamplùs, in fi. ff. rem rat. hab.* & è contra, vt procedat etiam contrà petentem debitum post oppositam compensationem, ità *Barbos. in lib. quarto, nu.* 72. *vers. adeò quòd si proposita ff. sol. matrim. Escob. de ratior. c.* 14. *n.* 10. *Gratian. discept. forens.* 728. *num.* 8.

Quibus repugnat *glos. in cap. cùm dilectus, in verb. in modum exceptionis, extrà de ord. cogn.* cum aliis adductis per *Bouium de stat. verb. præscr. glos.* 22. *nu.* 34.

3 Idem si debitum satisfactum petat Procurator specialiter constitutus ad illud exigendum, prout determinauit *Rot. Gen. dec.* 100. *n.* 4. *vers. non obstat.*

4 Limita verò, vt non procedat in eo, qui petiisset semel, sed postea egisset cum effectu, etiam si ad actum executionis deuenisset, vt probat mihi *text. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. testam. l. qui enim natu maior, §. accusasse,* & in *l. seruitute, §. petisse, ff. de bon. libert.* & determinauit *Hieron. de Monte var. qq. iur. q.* 29. *n.* 47. *& seqq. Barg. dec.* 76. *nu.* 14. *cum seq. & n.* 20. optimè conferunt tradita per *Surd. de alim. tit.* 9. *quæst.* 16. *num.* 58. *& seqq.* & latissimè tradita per *Ronchegall. in l.* 2. *ff. de duob. reis,* vbi post distinctas sex species petitionis ad intellectum illius *text.* qui loquitur de petitione, vt *num.* 74. tandèm *num.* 91 concludit, illum *text.* intelligi de ea petitione, ex qua sit secuta solutio, & nō de aliis, & ità Ego obtinui ad relationem M.C.V. in S.C. in aula Regij Consiliarij D. Ioannis Sanchez de Luna, in causa Marsilij Murroni, quam decisionem semper posteà secuta fuit M.C. in similibus, quicquid in contrarium scripserit *Ioan. Alphons. Gennarell. super hac eadem Pragmatica in* 1. *quæst. nu.* 24. *cum seqq.* nouissimè tamen videndus est *Farin. in suis fragmentis,* post hæc scripta editis in *verb. creditor petens debitum, num.* 732. *cum seqq. & in resol.* 56. post 2. *volum. consiliorum.*

Et ratio est, quia in his casibus datur pœnitentia, etiam appellatione pendente, iuxtà *text. in d. l. qui cùm natu maior, §. accusasse, vers. sed in appellatione, interposita, ff. de bon. libert.* est tamen videndus *Fulg. cons.* 179. *in* 1. *dub. Syria quæst. forens.* 3. Limitatur 5 etiam, si in libello esset appolita clausula, *omni modo meliori,* quæ facit cessare pœnam petentis plus debito, vt per *Ludoni. decis. Perus.* 117. *num.* 3. Idem si esset appolita clausula, *salvo iure superflui,* vel *salvo, &c.* vt per *Eundem decis. Perus.* 51. *n.* 13.

6 Item limitatur, si in petente plus debito abfit dolus, *Barg. d. dec.* 76. *num.* 14. qualiter in petente debitum semel solutum consideretur dolus, docet *Coccin. dec.* 123. vt non committat delictum nondum natum; sed tenetur crimine stellionatus, secus in exigente indebitum.

Quid autem in petente debitum, quod est exceptione elidibile negat *Marcabrn. cons.* 41. Et quid 7 in recipiente debitum aliàs exactum, sed à sponte iteratò soluente? vide *text. in cap. dilectus, to secundo, & cap. tua, extrà de simon. l. unitus, §. fin. ff. de reg. iur. glos. in cap. exigit, in verb. voluntate, de cēsib. in 6. Schrader. in l. admonendi, n.* 29. *in fi. de iure iur. Pet. Caball. resol. crim.* 169. Alia ad materiam facientia vide apud eundem *Pet. Caball. resol. crim. casu* 160. *Farin. fragm. par.* 1. *lit. C. num.* 725. *cum seqq.*

De Falsis. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Apoca in recognitione per principalem faciendæ est exhibenda integra apoca, alioquin si sola subscriptio ostendatur, non tenetur recognoscere.*

LI anni passati &c. Ad infligendam pœnam mortis naturalis his, qui præsentant in Bancis publicis apocas falsas, sufficit depositio principalis cum comparatione literarum, 1 etiam si hō fit sequuta numeratio, idem quòad scribentes, dictantes, consignantes, & participantes, etiā si dirigantur locis pijs, & arcæ generalis Thesaurariæ. H.D.

Aduertendum est in hac materia, quòd principalis 1 in recognitione apocæ per ipsum faciēda, an sit scripta eius propria manu, non tenetur recognoscere, si ostendatur sibi sola subscriptio, sed est exhibēda integra apoca, vt valeat inspicere, & legere totum tē- A norem ipsius apocæ, vt per *Præs. de Franch. dec.* 304.

ADDITIO.

A RIgorosa nimis est hæc Pragmatica, dùm per solam depositionem principalis, & comparationem literarum inducit delicti probationem, quod est exorbitantissimum, per comparationem enim in criminalibus delictum non dicitur probatum, *Vin. commun. opin. in verb. comparatio,* quem allegat *Thomas Trinis. dec.* 51. *num.* 18. post *Dec. cons.* 615. & *Afflict. dec.* 181. *num.* 3. & est suspecta, & periculosa animis, *text.* est celebris in *authent. de instrum. fide, & cautel. in princ. verb. videntes tamen,* ibi: *Quoniam literarum dissimilitudinem sæpè quidem tempus facit, non enim ità quis scribit iuuenis, & robustus, ac senex, & fortè tremens, sæpè autem & longo hoc facit, & quidem hoc dicimus, quando calami, & atramenti immutatio similitudinis per omnia aufert puritatem,* & ideò erit benè in hoc aduertendum, vt dicunt suprà citati *Doctores.*

Est quoquè hic notandum, quòd licèt per *Pragm. §. 8. 9. & 10. hoc titulo* sit prouisum circa diuersos casus apocarum Banchalium falsarum, attamen *Dominus Regens Sanfelic. dec.* 58. refert casum non comprehensum in istis Pragmaticis, quando scilicet apoca est vera, & solutio erat faciēda Titio, sed apoca fuit præsētata Bancho per Sempronium, qui mutato sibi nomine volebat recipere pecuniam, nō fuit

tamen

tamen actus receptionis cõsummatus, quia fuit detectus, & refert, quòd ex sola nominis mutatione fuit per M. C. delegatam condemnatus ad exulandum per triennium, & si Fiscus prætendebat condẽnationem ad triremes, quia fuit mutatio nominis ad delictum capitale, si recepisset pecuniam; quo casu dicebatur, commisisse furtum, & sic debebat maiori pœna plecti, iuxtà furti qualitatem, & quantitatem per *Capit. Regn. Ad hoc, quod nostrorum, & Gizzarel. dec.* 13.

Et quid si requisitus ostendat authorem, qui sibi apocam cõsignauit falsam, an sit excusandus, & euitabit hanc pœnam, dicendum est, quòd sic, ex *tex. in l. maiorem, C. ad leg. Corn. de falsi.* nec necesse est, quòd designet illum per nomen, & cognomen, nã sufficit, & probet se à quodam Nuntio recepisse, dato & non dicat, quis ei consignauerit, ità punctualitèr dicit *Iac. Butrig. in d. l. maiorem, in fi.* quem sequitur *Salyc. & Ang. ibid.* maximè si id allegans sit persona honesta, & bonæ famæ, & opinionis, cui sententiæ adhæret etiam *Dominus de Franch dec.* 401. *num.* 5. & videtur etiam de mente *glo. in d. maiorem, in verb. exhibet, in fi.* & dixit *Farinac. cons.* 175. *num.* 17. alios citans, qualitas enim personarum remouet suspitionem falsitatis. *Guazz. dec.* 60. *num.* 14. & datur casus mirabilis, quòd producens scripturam nõ authenticam, ei tamen creditur, si sit persona fide digna, *Salyc. in l. comparationes, num.* 17. *C. de fid. instr.* & scripsit *Cons. de Georg. in alleg.* 13. *n.* 5. Ioan. Laganar.

De Feriis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Feriarum origo, & ethimologia, remissiuè.*
2 *Feriæ in beneficium cuius sint inductæ, quo iure, & qualitèr sint obseruandæ, & de materia, remissiuè.*
3 *Feriæ qualitèr obseruentur in Regno.*
4 *Feriarum tempore quibus in casibus procedi possit, remissiuè.*
5 *Feriarum tempore potest procedi super prouisione, & constitutione alimentorum, & de quibus alimentis intelligatur.*
6 *Feriatis diebus legitimè procedi potest partibus consentientibus, vti in causis fiscalibus, & publicis, ac in omnibus voluntariæ iurisdictionis actibus, sed talis consensus non præiudicat Iudicibus, & testibus.*
7 *Profestis in diebus quid veniat obseruandum, remissiuè.*
8 *Profestis in diebus executio an fieri possit.*
9 *Citatio facta in die festiuo an teneat.*
10 *Feriarum, & festiuorum dierum obseruantia non procedit, vbi periculum est in mora.*
Nec impedit, per DD. consilium dari forensi, nec per Scholares studium continuari.
Iudices seculares, & Ciuitatis Decuriones an possint statuere super dierum festorum obseruantia.
Laicus non obseruans dies festos de licentia Superioris Ecclesiastici nõ potest à seculari Iudice molestari, pœna ab eodem præscripta.

1 DE origine, & ethimologia feriarum vide latè per *Thesaur. dec.* 39. vbi post *num.* 3. agit: An sint inductæ in beneficium hominum litigantium, vel Iudicũ, ad quod est etiam videndus *Anna sing.* 92. sed quo iure sint introductæ, & qualitèr sint obseruandæ? vide latissimè præ cæteris omnibus *Anast. Germon. in tract. de sacror. immun. lib.* 3. *c.* 20. *per totum*, aliqua ponit *Killadieg in for. iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *§.* 10. *&* 11. nulla per *Angel. Aretin. in §. appellatio, post num.* 17. *vers. nota, quòd tempore feriarum*, vsquè ad *numer.* 21. *Instit. de exception.* Qualitèr autem obseruentur in
3 Regno, explicat *Marant. in* 6. *p. sur. princip. fuis Specul. in actu* 10. *membr.* 11. *numer.* mihi 29. *Caraui. Rit.* 108. vbi dicit, quòd in Tribunalibus huius Ciuitatis Neap. feriæ messium incipiunt à die 15. Iulij, & durant per totum octauum diem Septembris, quam
4 obseruantiam innuit *text. in Rit.* 72. ibi: *Quandò inducuntur feriæ de mense Iulij, & Augusti*, nunc latius vide apud *Cons. Gizzarell. dec.* 61. vbi dicit, acta facta
5 tempore feriarũ ad honorẽm, & commoditatem hominum, parte non contradicente esse valida, *Alex. cons.* 253. *num.* 3. *lib.* 2. *Berett. cons.* 248. *num.* 2. *Caraui. dict. Rit.* 91. *Asin. in praxi, §.* 3. *cap.* 7. & quatènus in
6 *l.* 2. *Feod. titul.* numerantur multi casus, in quibus potest procedi etiam tempore feriarum, & inter cæteros est casus prouisionis, & constitutionis alimẽtorum, intellige, vt procedat in alimentis præsentibus, seu futuris, non autem in præteritis, vt per *Bald. in l.* 1. *num.* 6. *C. de fideic.* Item intelligo in alimentis debitis ex vltima voluntate, vel iure naturæ, non autem in debitis ex contractu, idem *Bal. in l. omnes, secunda lectura, ff. de iudicijs.*

6 Verùm est notandum, quòd si Partes consentiãt, etiam in diebus feriatis legitimè procedi potest, vt est *tex. in l. si feriatis, ff. eod. tit.* quod est limitandum, vt per *Thesaur. dec.* 39. *num.* 2. sed huiusmodi consensus partium non præiudicabit personis accessorijs, prout sunt testes, & Iudices, qui propterea non sunt arctandi tempore feriarum ad veniendum in iudicium, vt de testibus explicitè tradit *Paul. Castr. in l.* 1. *in prine. num.* 5. *ff. de feriis*, & de Iudicibus colligitur manifestè ex traditis per eundem *Paul. in eod. l.* 1. *§.* 1. *n.* 7. *ff. de feriis*, & idem est dicendum, quandò in feriis æstiuis impetrantur memorialia cum decretatione, quòd *procedatur in causis, feriis nõ obstantibus*: nàm cùm illa decretatio procedat ad petitionem Partis, non præiudicabit Iudicibus, & testibus. Tu vide *Annam singul.* 92. contrà Iudices, & eũdem *Thesaur. dicta dec.* 39. qui loquitur pro Iudicibus, & testibus, in hoc in *cap. final. de feriis* dicit, quòd sunt inductæ ob requiem laboris inter feruores æstiuos.

Ità quoquè procedi tur in causis fiscalibus, & publicis, iuxtà *text. in l. publicas, C. eodem titul.* & in omnibus actibus voluntariæ iurisdictionis, *l. alias omnes, C. eod. tit.*

7 Quid autem obseruandum sit in alijs diebus profestis? iura sunt satis nota in *l. omnes dies, & in l. fi. C. eod. tit.* explicat diffusè *Sebast. Medic. in summa decretor. p.* 3. *de consecrat. dist.* 3. *art.* 1. *&* 2. *Sanch. lib.* 3. *cons. moral. c.* 2.

8 An autem in his diebus profestis possit fieri executio? & vtiquè *text. in d. l. omnes dies, in fin.* probat, quòd non, prout decisum fuit per Senatum Pedemontanum, teste *Thesaur. dec.* 95. vbi propterea concludit, quòd Executori in die festiuo potest resistli impunè quòad pœnam corporalem, *num.* 3. tu pro obseruantia in hoc Regno videas *Caraui. Rit.* 174.

num.4.qui dicit,etiam in diebus feriatis in honorem Dei fieri executiones, etiam personales, de iure vide *Parlad.lib.rer.quotid.cap.fin. part.5.§.4. Ann. Rober.rer.iud.lib.4.c.15.Menoch.de arbitr.lib.1.q.30.* qui negant.

9 Sed quid in citatione facta in die festiuo? de iure communi est satis dubium,ex his,quæ cõsuluit *Flor. cons.20.DD.in cap.conquæstus,de feriis*, sed in Regno non tenet ubiq; vsus docuit,vt est *Rit.116.*

10 Verùm aduertas, quòd obseruantia huiusmodi feriarum,aut dierum festiuorum non procedit,vbi periculum est in mora, ità resoluit *Thesaur. d. dec. 95. in fi.*& in alijs casibus necessitatis, vt per *Moditum §. Prudentium Responsa, dubit.9.* scilicèt Doctoribus consulere pro torenti,& Scholaribus studere, & Iudices laici,& Decuriones Ciuitatum possunt statuere super obseruantia dictorum festorum, *Gabed.de vsif.Lusit.87.1.par.Megal.resol.97.* dicit,non posse Iudices seculares punire non obseruantes dies festos cum licentia Superioris Ecclesiastici, sub pretextu eorum prohibitionis,alia ad materiam feriarum vide apud *Mandos.in forma commiss. fer. non obstantib.* & de iuramento prestando testibus in criminalibus diebus festis,affirmant *Iul Ferret.de milit.iustit.n.78. Canale.de int p.2.n.56.Mauson.de caus.exequ.ampl.1.* limitat in debitore suspecto,vt possit capi.

De Feudis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Feudalia, vel potiùs allodialia in dubio bona an præsumantur,remissiuè.*

2 *Feudale præsumitur quicquid Baro intrà fines feudi possidet.*

Nisi prædia vicina sint allodialia, vel de eis liberè disposuerit,& steterit in possessione disponendi tanquàm de allodialibus, n.3.

4 *Item nisi in Curia regestro bona sint descripta vt allodialia.*

5 *Feudalia, vel allodialia bona ex quibus coniecturis præsumantur,remissiuè.*

6 *Feudalem qualitatem ad probandam sufficit respectu directi domini cõfessio possessoris,secus respectu aliorum, & quarè.*

7 *Feudalem rem simplex inuestitura à Domino facta, absq; traditione facit,& si inuestito ius minimè trãsferat.*

8 *Feudalis qualitas præscribitur spatio triginta annorum,& alij modi,in quibus qualitas feudalis probetur, remissiuè.*

9 *Feudale totum corpus iudicatur,quando constat,partem aliquam bonorum esse feudalem, sed ità mixtam cum allodiali, vt commodè discerni minimè possit.*

10 *Bona possessa per Baronem infrà fines feudi quotuplicis generis sunt,remissiuè.*

11 *Feudi presumpta qualitas ex quibus verbis resultet, remissiuè.*

12 *Feudum an sit pecunia redacta ex feudo, vel ad feudũ destinata,remissiuè.*

13 *Feudatarius sint natura, vt dignoscatur, quid erit inspiciendum.*

14 *Assensus Regis non requiritur in subfeudis,quæ conceduntur à Barone,etiam si alteretur solita subfeudorum natura,nisi nona inuestitura sit prima contraria.*

15 *Inuestitura si non apparet,nec probatur, vel contingat casus in ea minimè comprehensus,recurrẽdum est ad consuetudines,& iura feudorum.*

16 *Feudum extrà suos naturales terminos pactum trahit ad terminum pacti conuenti.*

HAec materia feudorum latissima est, & in Regno nostro practicabilior,quàm alibi, sed Ego in Rubrica vnica tantum quæstione contentus ero. An scilicèt in dubio
1 bona præsumantur feudalia, vel potiùs allodialia, de qua latissimè *Albert. Brun.in cons. 127. volum.2.* ad quem me remitto; & licèt Barone possidente
2 quicquid est intrà fines præsumatur feudale, de cuius veritate est videndus *Ruin.cons.39 num.14.lib.1. Mieres de maiorat par.4.q.20.num.37.* hæc tamen re-
3 gula limitatur multis modis, & Primò, si prædia vicina fuerint allodialia,vt dicit *Andr.in cap.1.in addi. vers.si verò*, post *num.3.de controuer.inter masc.& fœmin.* Secundò,si tenentes prædia in territorio liberè de eis disposuerunt,& steterunt in possessione disponendi tanquàm de allodialibus, vt *ibidem* tradiderunt *Andr.& Afflict.* & iterùm *Andr. in cap.1. §.præterea,num.48.de prohib.feud.alien. per Feder.* & *in cap.1. §.inter filium, si de feud.defunct.milit.* & iterùm *Afflict.in dec.267.* procùt limitatur, etiam si in
4 inuentario, vel in regesto Curiæ bona sint descripta tanquàm allodialia,ità *Andr.in cap.fin.ex quibus*
5 *caus. feud. amittat.* Plures alias coniecturas,ex quibus bona præsumuntur feudalia vide apud *Surdum cons.311. volum.3. Capibl.nc.pragm.8.num.200.de authorit.Baron.Seraf.dec.894.Mieres de maiorat.p.4. cap.seù quæst.20. num.36. vsq; ad num.88.* latissimè *Rosental. de feud.cap.12. concl.15.per tot. Thesaur. quæst.forens.105. lib.3.* Confessio autem possessoris
6 respectu directi domini sufficit ad probandum qualitatem feudalem, *Andr.in cap.1.in princip.vers.quærit glos.ex quibus caus.feud.amitt. Surd.cons.135.num. 105. vers.duodecimum quoquè, lib.1. Gratian.discept. 912.num.15.tom.5.* Respectu verò aliorum non sufficit,nàm elusoria esset prohibitio legis, si partium assertioni crederetur, *cap.commissa,de elect.in 6.l fi. §.fi.C.de vsur.rei ind.* & qui non potest alienare,non potest confiteri,*Gemin.in c.2.§.contractus,de reb. eccles.non alien.in 6.* quantas enim feudalis consistit in iure, quæ non probatur per assertionem partis, nisi super ea sequatur sententia Iudicis,ad *text. in l.2. ff. de confess. l.ornamentorum, ff. de aur.& argent.legat. Corne.cons.186.num.6.lib.3.* post *Socin. iun. cons. 112. num.1.& 3.lib.1.Menoch.cons.288. num.43. Marzar. cons.3.in fi.*& ait *Afflict.in Constitut.Constitutionem, diuæ memoriæ, num.18.* quòd nec contractus factus inter partes potest inducere cõfessionem, per quam inducatur certitudo, aut firmamentum aliquod sine assensu sequitur *Reg. de Pont.cons.36.num.3.* Item
7 simplex inuestitura facta à Domino absq; traditione facit rem feudalem, licèt non transferat ius inuestito, *Andr.in cap.1. §.si verò contigerit,num.49.vers. sed quomodò dicitur allodium,de pac.iuram. firman.* vbi etiam *num.50.vers.quid ergo, si legitimè*, probat,
8 quòd qualitas feudalis præscribitur spatio triginta annorum,& plures alios modos, ex quibus resultat probatio qualitatis feudalis,ponderat *Mastrill.dec.105.* Si tamen constaret, partem aliquam bonorum
9 esse feudalem, sed ità mixtam cum allodiali, vt discerni commodè non possit, tunc totum corpus iudicatur feudale,vt post *Guidonem de Suzar. Iacobin. Boss.& Roland.* probat *Surd.cons.151.num.49.& seq. Mieres de maiorat.par.4.quæst.20.num.61.in fi.* & ad om-

omnia ſupradicta vide *Gratian. diſcept.736. num.*§1. *cum plurib.ſeqq. Schrader.de feud part.3. cap.4.num.* 54.& 55.*Caualer. dec.93.* & quoruplicis generis ſint
10 bona poſſeſſa per Baronem intra fines feudi, idem *Capibianc.pragm.*11.*num.*7.*eod.tit.* & de præſumpta
11 qualitate feudi latè *Flam.de Rubeis conſ.*77. *volu.*2. & ex quibus verbis reſultet *Andr.in cap.*1. *num.*13.
12 *vſquè ad fin.ex quib. cauſ.feud.amitt.* Pecunia verò ex feudo redacta, vel ad feudum deſtinata an ſit feudum, declarat *Koppen German.q.*18.

13 Ad dignoſcendum verò, feuda cuius ſint naturæ, in primis inſpicienda eſt inueſtitura, & quid actum eſt in datione feudi, quia quilibet quandò infeudat, apponit rei ſuæ pactum, quod vult *l.in re mandata*, *C.mand.* quod procedit etiam in ſubfeudis, quę con-
14 cedũtur à Barone, nec requiritur aſſenſus Regis, etiam ſi alteraret ſolitam naturam ipſorũ ſubfeudorum, vt probat *Paris de Puteo de reintegr. feud. cap.*
23 *incip. Pone, quòd eſt priuilegium, num.*6. *verſ. quæ ſunt vera, vſquè ad num.*12. *fol.* mihi 130 *à terg.* & expreſsè voluit *Andr.in cap.*1. *num.*4. *in fin.* & *nu.*5. *de eo, qui ſibi, & heredib.ſuis*, niſi noua inueſtitura ſit primæ contraria, *Grat.diſcept.*724. *tom.*4. quod intelligo, prout *Ego* declaraui *conſil. meo primo, volum.*1.
15 Quòd ſi non apparet de lege dationis in feudum, aut quia non apparet inueſtitura, nec probatur, vel eueniat caſus non comprehenſus in ea, tunc recurrendum eſt ad conſuetudines, & iura feudorum, vt latè deducit *Andr. in prælud. feud. in princ. num.* 15. *verſ. circà quam ſciendum*, nec mirum, nàm pactum
16 trahit feudum extrà naturales terminos ſuos ad terminos pacti conuenti, vt dicit *Bal.in prima rubr. feu.* 6. & *quia, col.*4. *in princ. verſ. deindè dicitur hic*, quem ſequitur *Gul.Pern. conſ.*18. *col.*1. & *Curt.ſen. conſ.*49. *n.*38.

RARVM SVMMA.

17 *Ius prothomiſæos, ſeù prælationis an habeat locum in feudis, vel competat tàm filio alienantis, quàm agnato proximiori, & an procedat nedùm in feudo ex pacto, & prouidentia, ſed etiam in feudo hereditario, & n.*18. & 23.

18 *Feudum ex pacto, & prouidentia quodnàm dicatur, et quod feudum hereditarium, & alia ad dictorum feudorum cognitionem, & differentiam, & nu.*20. *vbi quotuplex ſit feudum hereditarium, ſubijcitur.*

19 *Feudorum tres ſpecies, nempè omninò hereditaria, ex pacto, & prouidentia non hereditaria, & ex pacto, & prouidentia hereditaria.*

20 *Feuda ex pacto, & prouidentia hereditaria habent omnia, quæ in feudis ex pacto, & prouidentia non hereditarijs conſiderantur, & n.*33.

21 *Feuda potiùs præſumuntur hereditaria, quàm non hereditaria.*

22 *Feudi alienationem à patre factam ſoluendo pretium filius reuocare poteſt.*

23 *Prælatio qua ratione competat agnato proximiori in feudis venditis.*

24 *Reſtitutio in integrum quandòq; minori conceditur ex cauſa honeſtatis, licèt non niſi data enormi læſione concedi ſolcat.*

25 *Hæreditatem oneribus imparem adire alicuius intereſt, ſi in ea adſunt prædia, in quibus Maiorũ ſepulchra ſunt.*

26 *Patrono datur ius reuocandi prædium à liberto alienatum, in quo vel ipſe educatus fuit, vel parentes ſepulti.*

27 *Emens prædium in Prouincia, vbi militet, vel in Republica quam adminiſtrat, graue delictum committit, fallit ſi prædia paterna emat.*

28 *Feudalia an comprehendantur in l.dudùm, C.de* contrahen.empt.

29 Afflicti *loca quàmplura declarantur.*

30 *Feuda non habet filius vt hæres, dùm vivit alienans, ſed ex prouiſione legis.*

31 *Retractus tunc datur, quando eſt perfecta alienatio.*

32 *Retractus iure euocata re ab agnato proximiore, nec alienans, nec eius hæres tenetur de euictione.*

33 *Agnatus proximior an poſt mortem alienantis, cuius hæreditatem adiuit, ius prothomiſæos exercere poſſit contra emptorem.*

34 *Feudi noui ex pacto, & prouidentia, & antiqui qua ſit differentiæ ratio.*

35 *Agnatus proximior ſi nolit vti iure retractus, an alius ſequens in gradu, quantumuis remotior poſſit retrahere.*

36 *Diſpoſitio poſſeſſoris de feudo non hæreditario an ſubſiſtat, in præiudicium agnati futuri ſucceſſoris.*

37 *Feudum ex pacto, & prouidentia ſi per ſtatutum conceſſa ſit poteſtas alienandi, an agnatus proximior perdat illud ius retractus ſoluto pretio, quod ſibi cõpetit vino alienatore.*

38 *Poteſtas diſponendi de feudo in præiudicium ſucceſſoris nihil commune habet cum iure retractus in vita.*

39 *Ius retractus, vel prothomiſæos nullum impedimẽtum præbet libero commercio.*

40 Andreæ *dictum in* §. Titius *explanatur.*

41 Afflicti *intentio in eodem* §. Titius *dilucidatur.*

42 Alexandri *opinio in* conſ.26. *num.*9. *verſ.* non obſtat, lib.5. *exponitur, aliorumq;* Doctorum *opiniones enucleantur.*

43 *Ius prothomiſæos habere locum etiam in feudo hereditario opinio nùm obſeruetur in eo tantùm loco, in quo talis viget mos, ſiue conſuetudo.*

44 *Feudales conſuetudines in tantum ligant omnes, in quantum ſunt rationabiles.*

17 VTrùm autem in feudis habeat locum ius prothomiſæos, ſeù ius prælationis in venditione feudi facta à conſanguineo pro eodem pretio. Hæc quidèm quæſtio prima facie videtur ſuperflua, & infructuoſa, quia de iure communi feudorum ſunt aperta iura, quæ hoc ius prothomiſeos admittunt in ipſis feudis, prout eſt *text in cap.*1. *§. Titius, ſi de feud. defunct. milit. c.*1. *§. porrò, per quos fiat inueſt. & in c.*1. *§. ſed & res, qualit. olim poter. feud. alien.* quæ quidèm iura non reperiuntur correcta de iure municipali huius Regni, ergò fruſtrà dubitatur de hac quæſtione, quæ habet iura tàm aperta pro ſua deciſione.

Sed quia *Doctores* tàm variè locuti ſunt circà intellectum prædictorum iurium, vt ex eorum dictis magna confuſio apud nos orta ſit, idcircò operæpretium eſſe duxi, hanc mihi diſputationem potiùs semel aſſumere, quàm multotiès ſuper indagatione veritatis inſudare.

In duo igitur capita hanc quæſtionẽ diuido, quorum primum eſt, an ius hoc prothomiſeos, quod certum eſt dari in feudis, competat tàm filio alienantis, quàm agnato proximiori. Secundum verò, an procedat, nedùm in feudo ex pacto, & prouidentia, ſed etiam in feudo hereditario.

Quòad primum caput tres reperio *Doctorum* ſententias diſformes, nàm aliqui fuerunt in opinione, vt filij tantùm alienantis poſſint retrahere feudũ

à patre

à patre alienatum in eius vita, soluto pretio; agnati verò nequaquàm, quasi quòd filij tanquàm quasi Domini etiam in vita patris plus iuris habeant in ipso feudo, quàm agnati, ità explicat *Andr. in d.§. Titius, vers. quòd si Titius*, quem sequitur ibi *Præpos.* & latè *Clar. in §. feudum, q.* 42. & alij, qui etiam fatentur communem.

Alij verò fuerunt in opinione prorsus contraria, vt scilicèt etiam agnato in vita alienantis competat ius hoc retractus, refuso pretio, cuius opinionis author reputatur *Bald. in d.§. Titius*, & alij, qui eum sequuntur.

Alij denique distinctionis fœdere controuersiam hanc absoluerunt, vt scilicèt si feudum sit alienatum in agnatum, qui non sit proximior, agnatus proximior nullo modo possit retrahere in vita alienantis, quia feudum non exijt de agnatione, si verò sit alienatum in extraneum: tunc incontinenti agnatus possit retrahere, refuso pretio, ità distinguit *Thom. de Marin. lib. 2. tit. de feud. ex pacto, & prouidentia, num.* 68. *Sousbec. de feud. part.* 13. *num.* 117.

Ad dignoscendum modò, quæ ex tribus his sententijs verior sit, elaborandum est super intellectu *text. in dicto §. Titius, in vers. quòd si Titius, si de feud. defunct. contr. fit*, in quo *text. Andr.* auriga noster, & author primæ sententiæ illam fundauit; præsupponit enim *Andr.* quòd dùm in *princip.* illius *text.* expressè disponitur, quòd Sempronius proximior agnatus non possit reuocare feudum à Titio alienatum, nisi demùm mortuo filio, ex his verbis agnatus sit excluſus, & dùm in *versic. quòd si Titius* subnectitur, *quòd si Titius habeat filios, etiam viuo Titio, pretio reddito possit feudum recuperare*, hic *versic.* intelligatur de filijs tantùm alienantis, non autèm de agnatis, & propterea *Andreas* filijs concessit ius retrahendi in vita patris, pretio soluto, agnatis non, nisi post mortem alienantis absquè pretio; sed hic intellectus tantùm abest à vero illius sensu, vt potius in eo totum contrarium probetur, siquidèm in terminis illius *text.* quæritur de feudo ex pacto, & prouidentia alienato à possessore, etiam cum consensu Domini, sed absquè consensu agnati proximioris, & disputatur, quod remedium competat agnato proximiori pro recuperatione feudi, & in prima parte disponitur, quòd si vult illud recuperare absquè solutione pretij, non potest, nisi post mortem alienantis, nàm cùm alienans non potuerat de tali feudo disponere, nisi durante eius vita, resoluto iure ipsius alienantis per mortem, resoluitur ius emptoris, & sequuta morte admittitur proximior agnatus absquè refusione pretij, quia venit ex propria persona vocatus, ex pacto primi acquisitoris, & ex prouidentia Principis concedentis.

In secunda verò parte ibi, *quòd si Titius*, disponitur, quòd si vult feudum recuperare, restituto pretio, potest etiam viuo Titio alienante, & sic ille *text.* semper loquitur in agnato, non autèm in filio, & succesiuè dùm *Andr.* ex illo *text.* constituit differentiam inter filium, & agnatum, in eo *text.* non probatur eius sententia, proùt benè aduertit *Albert. Brun. cons. feudal.* 80. *num.* 15. *in fine, vers. & quia considerata veritate*, dùm ait, quòd considerata veritate hęc opinio *Andr.* non probatur in *dict. §. Titius*

Immò idem *Albertus Brun.* in eodem *cons. numer.* 13. ait, quòd supradictus intellectus à me relatus est magis communis, & est amicus literæ, quia illa dictio, *quòd si*, licèt sit aduersatiua, aduersatur eisdem qualitatibus, & illa verba *quòd si consensit*, demonstrant, quòd termo sit continuatus in persona proximioris agnati, non filij, nàm terminus, *filios*, in numero plurali prolatus congruè non posset adaptari illi verbo, *consensit*, in *fine* posito, nec illa pluralitas posset conuenire verbo, *recuperare potest.*

Et sic patet, quòd prima sententia fulcita *Andreæ* authoritate non probatur in eo *text.* immò expressè conuincitur, & habet alia iura apertissima in contrarium, tùm in *d.§. sed & res, per quos fiat inuestitura*, vbi agnato proximiori nedùm datur ius retractus, refuso pretio, etiam in vita alienantis post contractum perfectum, sed etiam ius prohibendi, nè vendat alteri, quàm sibi, vel proximiori agnato, tùm etiam in *d.§. porrò, qual. olim poter. feud. alien.* ibi *prohibendo autem, vel redimendo.*

Tertia verò sententia fundata in illa distinctione *Thomæ de Marinis* inter alienationem factam in agnatum remotiorem, vel in penitùs extraneum: manifestè detegitur falsa ex eodem §. *Titius*, vbi alienatio erat facta in agnatum remotiorem, & tamen agnato proximiori datur ius retrahendi, refuso pretio, etiam viuo alienante.

Quò fit, vt explosis prima, & tertia sententijs emergat indubitata secunda sententia illorum, qui tenent, agnato proximiori dari hoc ius retractus iure sanguinis, seù prothomiscos, etiam viuo alienatore, refuso tamen pretio intrà annum, quæ quidèm sententia, proùt verissima est in se, præcitatis iuribus, ità est frequentissimo *Doctorũ* calculo approbata, quorum antesignanus est.

Iacob. Beluis. in d.§. Titius, in princ. vers. nota hic.

Martin. Laudens. ibidem, n. 23. *& cons.* 119. *n.* 19. *& 36. in fi. inter cons. feud. diuers.*

Bald. in d.§. Titius, in figuratione casus, & in *d.§. porrò, n.* 4. *vers. sed ego dico, qual. feud. olim poter. alien. & cons.* 276. *n.* 2. vbi latè, *vol.* 5.

Præpos. ipse, qui cum *Andr.* transierat in *d.§. Titius, col.* 1. *circà med. vers. vndè intelligo.*

Affl. in d.§. porrò, quem legit cum §. *donare, nu.* 70. *& n.* 18.

Zas. de feud. p. 9. *fall.* 7. *n.* 30. *vers. si tamen.*

Hannett. de feud. lib. 3. *c.* 7. *vers. & ideò.*

Cuiac. in d.§. Titius.

Borcholt. de feud. c. 8. *n.* 149.

Mat. Vuesemb. cons. 54. *n.* 3. vbi ait, quòd ità vsus obseruat.

Minsynger. cent. 4. *obsern.* 85. *n.* 6.

Ioann. Koppen German. decis. 54. *num.* 51. *cum.* 6. *seq.*

Andr. Fachin. controu. iur. lib. 7. *cap.* 11. apposi-tissimè, *& c.* 9. *vers. secundò notandum, & vers. tertiò multi.*

Harthman. Pistor. latissimè *lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 11. *num.* 11.

Cumi. in cap. si aliquem, nu. 361. *vers. sed in contrarium*, dùm pro hac opinione citat *d.§. sed & res*, & subdit *vide, & cogita.*

Cephal. consil. 133. *numer.* 20. *versic. dico etiam, vol.* 1.

Schrader. de feud. p. 8. *c.* 7. *n.* 11. *vers. ego tamen, cum seqq.* vbi latissimè comprobat.

Intrigl. de feud. cent. 2. *art.* 32. *n.* 3. qui citat etiam ad hoc

Rosental. in synopsi feud. cap. 9. *concl.* 87. *in fin.*

Theming. decision. 43. Alios ferè innumeros congerit *Ernest. Cothman. resp.* 75. *numer.* 10. *cum seqq.*

lib.1. & resp.37.num.38. volum.4. vbi affirmat, hoc casu agnatum teneri ad soluendum pretium, quod extraneus bona fide soluit, & iterùm *cons.* seù *resp.* 42. *num.*17. *cod.vol.* vbi affirmat, & probat, hoc ius prothomiseos esse omni iure approbatũ, & laudatũ.

Vndè fit, vt hæc sententia subsistat inconcussa, tàm iuribus, quàm grauissimorum *Doctorum* authoritatibus.

Absoluto igitur hoc primo capite aggredior secundum, in quo quæritur, an conclusio hæc procedat, nedùm in feudo ex pacto, & prouidentia, sed etiam in feudo hæreditario?

18 Qui tenẽt opinionem, quòd non procedat in feudo hæreditario, vtuntur rationibus, & *Doctorum* authoritatibus.

Pro rationibus considerant primo loco, quòd cùm feudum sit hæreditarium, non potest illud citrà ius, & nomen hæredis haberi, hæredi autem non permittitur, quòd veniat contrà factum sui prædecessoris, ex regula *l. cùm à matre, C. de rei vendic.* ergò, &c.

Secundò considerant, quòd indubitati iuris est, hanc prælationem non competere agnatis in feudo, etiam ex pacto, & prouidentia, quandò est nouũ, vt voluit *Andr. in d. §. Titius*, & passim alij sequuntur, quod non est ex alio, nisi quia illud habet vim hæreditarij: immò per omnia hæreditarium censetur, ergò à maioritate rationis idem concludendum erit in feudo de sui natura hæreditario, & ab initio formato, & erecto cum qualitate hæreditaria.

Tertiò adducunt maximam diuersitatis rationẽ inter feudum ex pacto, & prouidentia, & feudum hæreditarium, nàm in eo agnatus proximior succedit post mortem alienantis ex persona propria, velit, nolit alienans, & dùm possessor vult illud alienare in vita, agnatus proximior potest meritò præferri, quia nil aliud est, quàm anticipare tempus successionis, & ratione istius præuentionis tenetur soluere pretium, quod non teneretur soluere post mortem alienantis, at in feudo hæreditario secus est, quia possessor habet potestatem disponendi cum assensu Domini, & non potest considerari in agnato proximiore aliquod ius reuocandi iure proprio post alienantis mortem, ergò cùm omnia iura feudorum, quæ dant hanc prælationem agnato proximiori, loquuntur in feudo ex pacto, & prouidentia, non mirum si de vno ad aliud non possit inferri, extendendo eadem iura ad feudum hæreditarium.

Quartò, & vltimò magnificiunt iniquitatem, seù absurdum, quod dicunt resultare ex contraria opinione, nempè impedimentum liberi commercij, & liberæ dispositionis rei suæ, contrà *textum in l.2 ff. si quis à parent. fuer. manum. & l. in re mandata, C. mand.*

Pro authoritatibus verò *Doctorum* citant

Andr. in d. §. Titius, vbi ait, in eo *tex.* positum esse casum in feudo ex pacto, & prouidentia.
Afflict. in eodem §. Titius. n.4.
Alex. cons.26. n.9. vers. non obstat, lib.5.
Zas. de feud. p.8. n.61.
Alber. Brun. cons.80. inter cons. feud. diuers.
Cephal. cons.133.
Michael Craff comm. opin. q.25.
Intrigl. de feud. cent.1. q.51. n.11.
Cannet. in cap. Volentes, §. prospexit etiam, n.11.

His Ego addo

Frecc. de subfeud. lib.3. diff.2. inter feud. ex pacto, & hæreditaria, f. mihi 439.
Parid. de reintegr. feud. c. incip. *an si vendantur res feudales, in fin. f.* mihi 133.
Liparul. in verb. Titius, lit. C. vers. quintò præmitte, in c. Titius, si de feud. defunct. fuer. contr. & iterùm *lit. C. in verb. si hæreditarium, f.*153.

At Ego contrariam opinionem omninò veriorem esse affirmo, vt scilicèt prælatio hæc iure prothomiseos, siuè sanguinis concedatur agnato proximiori, non minùs in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto, & prouidentia, quam veritatem, vt faciliùs veluti digito omnium oculis subijciamus,
19 necesse est, vt priùs, & antè omnia absoluamus, quod dicatur feudum ex pacto, & prouidentia, & quod hæreditarium, & vt paucis rem ipsam medullitùs perstringamus, veritas est, quòd feudum ex pacto, & prouidentia dicitur illud, quod est concessum alicui pro se, & liberis, vel descendentibus, *Andr. in c.1. num.7. de succes. feud. & in cap.1. num.10. an agnatus*, & dicitur feudum ex pacto, quia acquirens per pactum speciale voluit prospicere nedùm sibi, verùm etiam omnibus suis liberis, seù descendentibus ordine successiuo, dicitur ex prouidentia concedentis, quia concedens feudum voluit prouidere, nedùm primo acquirenti, sed omnibus illius liberis, seù descendentibus, ità formaliter declarat *Camer. in cap. Imperialem, §. prætered Ducatus, car.* mihi 94 *colum.3 liter. N. cum pluribus seqq.* & hoc casu dicitur feudum ex pacto, & prouidentia simplex, non hæreditarium, quòd si in concessione sit adiecta dictio, *hæredibus*, nempè quia concessio sit facta pro se, & liberis, seù descendentibus hæredibus, tunc illa dictio, *hæredibus*, alterat qualitatem feudi simplicis, & recti, & erit feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium, ità vt non propterea desinat esse feudum ex pacto, & prouidentia, sed erit hæreditarium, & inter feudum ex pacto, & prouidentia non hæreditarium, & hoc feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium hæc est differentia, quia in illo primo quilibet successor succedit ex propria persona, nec opus habet, vt sit hæres vltimi defuncti, sufficit enim sibi pactum primi acquirentis, & prouidentia concedentis sub illa forma, in qua tot censentur esse concessiones, quot sunt personæ, quæ ordine successiuo succedunt, iuxtà *textum in l. quoties, C. de donat. quæ sub modo*. At in hoc secundo successor tenetur esse hæres vltimi defuncti, ità vt absquè illa qualitate hęreditaria nullo modo possit succedere, vt idem *Camer. ibidem* declarat, *car.* mihi 96. *lit. B. vers. quò verò ad secundum, per tres colum.* & in *cap. an agnatus, in princ.* fiuè in *rubr. num.47. vers. oppono quintò*, & iterùm in prima quæstione *num.8. vers. quæro ergò iterùm, fol.* mihi 400. post *Andr. in c.1. n.1. vers. secus si esset hæreditarium, de alien. feud. pater.* latissimè idem *Camer. in c.1. n.41. cum seqq. de succes. feud.* ex quibus patet, quòd feudum ex pacto, & prouidentia est duplex, alterum nõ hæreditarium, alterum verò hęreditarium.

20 Feudum verò hæreditarium similitèr est duplex, alterum omninò hæreditarium, alterum verò non omninò hæreditarium, sed mixtum, pro parte scilicèt ex pacto, & prouidentia, pro parte verò hæreditarium. Feudum omninò hæreditarium dicitur illud, quod est concessum pro se, & hæredibus quibuscunquè, quia per hanc formam concessionis transit ad quoscunq; hæredes, etiam extraneos,

vt

vt eſt communis *Feudiſtarum* theorica, relata per *Clar.in §.feudum,quæſt.9.verſ.hoc præmiſſo, Thom.de Marian.rubr.de feud.hared.per totam*, & præſertim *n.23. Andr.Fachin.controu.iur.lib.7.c.6.Harthm. Piſtor.lib.2.par.1. quæſt.1. num.37. vſquè ad 41.* quicquid in contrarium aſſeueret *Theſaur.deciſ.99. n.22.* & plenè conſtat ex *Capyc.* in ſua *inueſtitur. in verbo & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunquè, numer.93.* Feudum verò mixtum dicitur illud,quod in præcedenti concluſione cum *Camerario* dixi, eſſe feudum ex pacto, & prouidentia hæreditarium,participat enim de feudo ex pacto, & prouidentia, quia in eo non poteſt ſuccedere quilibet hæres, etiam extraneus, ſed is tantùm,qui ſit de liberis,& deſcendentibus primi acquirentis,tanquàm vocatus ex pacto acquirentis, & prouidentia concedentis, participat de feudo hæreditario,quia ille deſcendens,qui vult ſuccedere in hoc feudo, tenetur eſſe hæres vltimi defuncti, & abſquè illa qualitate hæreditaria non poteſt ſuccedere; propter hanc igitur mixturam vtriuſquè qualitatis dicitur feudum mixtum, prout latè explicat *Intrigliol. de feud. centur.1. quæſt.49.* & antè eum mixtum hoc feudum appellauit *Frecc.de ſubfeud. lib.3. tertia formula,in fin.fol.* mihi 418.2.*colum.* Non tamen me latet, quòd *Camerar. in cap.1. an agnat. in 1.quæſt. num.44.& ſeq.fol.* mihi 414. aliter declarauit feudum mixtum, ſed ea declaratione nunc non vtor, quia non deſeruit caſui meo, ſufficit illud mihi declarare,prout intelligunt *Doctores*, qui eo vocabulo vtuntur,ſecundùm quos patet, quòd hoc feudum mixtum eſt vnum, & idem cum feudo ex pacto, & prouidentia hæreditario.

21 Adeò quòd, quatènus ad rem noſtram attinet feuda ad tres tantùm ſpecies reduci poſſunt, quia aliqua ſunt feuda omninò hæreditaria, quæ tranſeunt ad quemlibet hæredem, etiam extraneum, & de his loquitur *text. & Doctores in cap.1. de feud. non hab.propriam feud.natur.* Aliqua ſunt feuda ex pacto,& prouidétia nó hæreditaria,de quibus ſunt plenæ conſuetudines feudales. Aliqua demùm ſunt feuda ex pacto, & prouidentia hæreditaria, ſeù feuda mixta, de quibus loquitur *text. in cap.1. in fin.qui ſucceſſ.feud.dare teneant.* & in *cap.1.in fi. apud quem,vel apud quos*,quæ iura ad id adducit *Camer. in l.Imperialem,§.præterea Ducatus,car.* mihi *96. lit. M. vſq; ad lit.P.* & in *cap.1. antè n.34.verſ.quod autem,an agnat.* Ego vltrà *Camer.* addo *text.* cum *gloſ. in cap.1.qui ſucceſſ.teneant.*

22 Quibus ſic præcognitis vlteriùs aduerto, quòd in hac ſpecie feudi ex pacto, & prouidentia hæreditarij omnia concurrunt, quæ in feudo ex pacto,& prouidentia non hæreditario conſiderantur, ità vt etiam in hoc feudo hæreditario vnus alteri præiudicare non poſſet,quemadmodùm & in feudo non hæreditario, etiam cum Domini aſſenſu, iuxtà *text.in cap.1.de alien.feud.pater.* ſed intuendo, & conſiderando formam conceſſionis, per quam in feudo hæreditario is,qui ſuccedit tenetur eſſe hæres in ipſo feudo vltimi defuncti, propter pactum ab initio generationis ipſius feudi expreſſum,ipſe ſucceſſor non reuocabit,quod à prædeceſſore factũ eſt,argumento *l.cùm à matre, ff de rei vend. & Luis ſepulchri,C.de relig.& ſumpt.funer.* ità poſt *Andr. in dict.c.1.de alien.feud.pater.* & in *cap.1.n.7.de ſucceſſ. feud.* declarat adamuſsim *Camerar. in d.§. præterea Ducatus,car.96.lit.K.& L.*

Ex qua notabiliſsima *Camerarij* doctrina illud vnum reſultat maximi momenti in hac quæſtione, quòd omnia iura feudorum loquentia in feudis nõ hæreditarijs,habent locum in feudis hæreditarijs, niſi quatènus repugnaret illa qualitas hæreditaria, quæ in eo tantùm conſiſtit, vt ſcilicèt ſucceſſor teneatur habere ratum factum defuncti, & illi non poſsit contrauenire,quod iterùm repetit *Camer. in cap.1.an agnat.in prima quæſtione, num.42. in fin. & 43.fol.* mihi 405.& latiùs declarauit in *cap.1.nu.70. cum ſeqq.de ſucc.feud.*

23 His quam breuius potui prælibatis meam concluſionem ſuperiùs affirmatam, vt ſcilicèt ius prothomiſeos competat agnato, tàm in feudo hæreditario, quàm in feudo non hæreditario. Primò declaro, vt procedat non minùs in feudo hæreditario omninò,quàm in hoc feudo, quod eſt ſimul, & ſemel ex pacto, & prouidentia, & hæreditarium, & dicitur hæreditarium ad differentiam alterius feudi ex pacto, & prouidentia non hæreditarij, ratione, de qua infrà. Secundò eandem concluſionem confirmare intendo, iuribus, rationibus,& authoritatibus.

Pro iuribus contentus ero illis tribus iuribus à principio adductis,nempè *text.in §.Titius,ſi de feud. defunct.controu.ſit,in §.ſed & res, per quos fiat inueſtitura*, & in *§.porrò, qual. olim feud. poter. alien.* quæ de per ſe ſatis perſpicua ſunt, & alia inductione non egent.

Nec dicatur, quòd illa iura procedunt in feudo ex pacto,& prouidentia, non autèm in feudo hæreditario, nàm ſi vera eſt concluſio, quam proximè excerpſi à *Camerar.* vt ſcilicèt omnia iura feudalia, quæ loquuntur in feudis non hæreditarijs, procedant etiam in feudis hæreditarijs, niſi quatènus ſucceſſor tenetur habere ratum factum defuncti, prout eſt veriſsima, vtiquè ſufficit mihi, quòd prædicta iura loquantur in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, nàm tunc ſequitur ſtatim, quòd habent locum etiam in feudo hæreditario, & re vera hæc concluſio non poteſt retorqueri, nàm videmus,quòd omnes *Feudiſtæ*, & præſertim noſtri Regnicolæ in materia horum feudorum hæreditariorum, quæ ſummoperè vigent in hoc Regno, non vtuntur alijs iuribus, quàm eiſdem conſuetudinibus feudalibus, quæ loquuntur in feudis non hæreditarijs.

Quòd autem illa qualitas hæreditaria non inducat diuerſam rationem decidendi circà ius prothomiſeos in his feudis hæreditarijs à feudis non hæreditarijs, inferiùs in reſponſionibus ad contraria, apertè demonſtrabo.

24 Vltrà quòd etiam attenta forma iuris communis,feuda potiùs præſumuntur hæreditaria, quàm non hæreditaria, quia forma iuris communis eſt, *tibi,& hæredibus*, vt voluit *Andr.in cap.1. colum.3. de alien.feud.pater.* & in *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, quem ſequitur *Frecc. lib.3. different.10. verſ. hæc eſt forma iuris communis,fol.* mihi 444. *de differ. feud.ex pact.& hared.* Ergò illa iura cùm ſint jus commune feudorum,potiùs ſunt interpretanda in feudis hæreditarijs,quàm in feudis non hæreditarijs, ſed non eundo per mendicata ſuffragia, quòd *tex.in d.§ Titius ſi de feud. defunct. contr. ſit* loquatur etiam in feudo hæreditario,apertè ſentit *Frec. in 21. formula inter feud.ex pacto,& hæreditaria,propè fi.f.* mihi 451.

25 vbi referens diſpoſitionem dicti *text.* quòd ſcilicèt filius reuocat alienationem factam à patre, ſoluendo pretium,aſsignat rationem,quia alio iure venit vt alius,& ſubdit, *& hæres poteſt reuocare iure proprio rem venditam à defuncto,licèt ille non potuiſſet.*

Ecce igitur,quòd *Frecc.* intelligit illum *text.* in filio hærede, ergò in feudo hæreditario, clariùs idem *Frecc.in* 25.*differ. inter feud. ex pact. & hared. verſ. hac credo,fol.*mihi 454.*col.*1.*in fin. & col.* 2. *in primo.* vbi in ſpecie agens de dicto §.*ſed & res* ait, quòd de vtroq; feudo,ſiue ex pacto, & prouidentia, ſiuè hæreditario eſt eadem cenſura, vbi non reperitur aliqua particularis differentia.

Prò rationibus verò illam primo loco affero, in
26 qua eſt fundata diſpoſitio *d. §. Titius*, cum alijs iuribus feudalibus ſuperiùs citatis, quæ quidèm iura dant prælationem agnato proximiori in feudis venditis, non ea ratione,vt bona remaneant in familia, ſed potiùs ratione honeſtatis, vt optimè declarat *Cuiac. in dicto §. Titius*, quæ quidèm honeſtas in eo conſiſtit, nè bona, quæ fuerunt Maiorum noſtrorum, ad alienas manus,quàm proximiorum perueniant,quæ honeſtas tanti fuit æſtimata in iure,vt ex ea reſultet notabile intereſſe in per-
27 ſonam proximioris,quod ei,ſi minor fuerit, præbet iuſtam cauſam reſtitutionis in integrum, quæ non niſi data enormi læſione ei concedi ſolet, ità conſtat ex *text.in l. ſi emptionem, ff. de minoribus*, coniuncta *l. ſcio, ff. de in integr. reſtitut. minor.* & reaſſumit *Tiraquell.in præfat. ad retract. conſanguin. num.*34. *& ſeq.*

Hanc rationem ad viuum comprobant diuerſa iura communia,& præ cæteris *text.in l libertus, qui ſoluendo,ff.de bon. liber.* vbi licèt aliàs adire hæredi-
28 tatem, quæ non ſit ſoluendo, ſit damnum pati, tamen ſi quis adeat hæreditatem, quantùmuis non ſit ſoluendo, ob id tantùm intereſt ſua adire, quòd in ea prædia ſint aliqua,in quibus Maiorum ſuorum ſepulchra ſunt.

29 Ad idem optimè congruit *text. in l.*1. §. *alios videmus,ff.ſi quid in fraudem patron.* vbi datur patrono ius reuocandi prædium à liberto alienatum, in quo vel ipſe educatus fuit, vel parentes ſepulti, ex hoc ſolo intereſſe, etiam ſi in pretio nulla fraus adhibita fuerit.

30 Adſtipulatur ſolidiſsimè *text.in l.qui officij, ff.de contrab.emptio.*& in *l.milites prohibentur, ff. de re milit.* quibus cauetur, quòd licèt qui in prouincia militat,aut Rempublicam adminiſtrat, graue delictum committat, ſi ibi prædium comparauerit, tamen ceſſat omne delictum, ſi emat prædia paterna. Tantum igitur eſt hoc intereſſe, nè bona Maiorum noſtrorum exeant à manibus proximiorum, vt quod aliàs erat grauiſsimum delictum, ex delicto efficiatur non delictum.

Id ipſum ſuprà omnes conſiderauit *Imper.in l.lex, quę tutores, C. de adminiſtrat. tutor.* vbi prohibetur tutoribus alienatio immobilium pupillorum,ea ſola ratione expreſſa verbis ſatis concinnis, & prægnantibus, ſcilicèt *maxima habenda eſt eius domus ratio,in qua pater defecit,filij creuerunt, in qua Maiorum imagines,aut non videre fixas, aut videre reuulſas ſatis lugubre eſt.*

Hęc ratio,nè ſcilicèt bona Maiorum noſtrorum perueniant ad manus alienas, quàm proximiorum, vtiquè militat ità in feudo hæreditario, quemadmodùm in feudo non hęreditario,ergò idem ius ſtatui debet in vno,quod in alio.

Secunda ratio apud me maximi ponderis ea eſt, quòd ſcilicèt antè *l.dudùm, C.de contrab empt.* certum eſt.quòd ius prothomiſeos habebat locum ex mero iure in omnibus bonis,prout fundat *Tiraquel. in præfat.ad tract.de retract. conſanguinit.* tàm per iura à me ſuperiùs adducta, quàm per diuerſos *text. Veteris Teſtamenti*, quos reaſſumpſit *num.*7. Superuenit poſtea dicta *lex dudùm*, quæ ſubſtulit hoc ius prothomiſeos, auferendo illam neceſsitatem,quam habebat venditor, vendendi rem alteri retrahenti inuitus, vt probat *Tiraquell. in dict.præfat.num.*22.*&* 23. licèt aliqui hoc negauerint, quos recenſet idem *Tiraquell.ibidem, num.*16. videndum
31 eſt modò,an dicta *l.dudùm* comprehendat etiam feudalia; & vtiquè circà hoc non eſt vagandum, nàm *l.dudùm* fuit condita ab *Imper.Valentino, Theodoſio,& Arcadio*, ſed *Imperator. Federicus, Lotharius,& Conradus*, qui conſuetudines feudales confirmauerunt, fuerunt longè poſt dictos *Imperator.* conditores *l.dudùm*,vt probat *Sonsbec.de feud.p.*13. *num.*117.*cum ſeq.*ſequitur *Harthm. Piſtor. de feud. lib.*2.*par.*1.*q.*11.*num.*9. Ergò dùm hi vltimi *Imperatores* confirmando conſuetudines feudales, ius hoc prothomiſeos,nedùm non reprobauerunt, ſed illud expreſsè approbauerunt in feudis, ſequitur perneceſſe,quòd illa *l.dudùm* nihil operetur in feudis, & remaneat hoc ius prothomiſeos incòcuſſum in omnibus feudis, cuiuſcunq; ſint qualitatis, non facta aliqua diſtinctione inter hæreditaria,& nò hereditaria,quippè quòd ſit ſuſcitum etiam authoritate iuris communis,quòad ipſa feuda non correcti.

Pro authoritatibus verò *Doctorum* incipiam à
32 Regnicolis,quorum anteſignanus erit *Afflict. in tract.de iure prothomiſeos, in princip.* illius *Conſt.n.*7. *verſ.item quæro*,& in §.*porrò*,quem legit cum §. *donare,num.*18.*qualit. olim feud. poter. alien.* nec iuuat dicere, quòd *Afflict.* citat *text. in dict.*§. *ſed & res*, qui loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, & ſic debet intelligi ſecundùm legem, quam allegat, nàm ſuperiùs demonſtraui, tàm dictum §. *ſed & res*,quàm alia iura procedere in feudo ex pacto, & prouidentia,ſiuè ſit hæreditarium, ſiuè non hæreditarium,ſed vt ceſſet omnis contradicendi occaſio, ecce idem *Afflict.in cap.*1. §. *hoc quoq; num.*56. *de ſucceſſ.feud.* vbi declarans differentiam inter reuocationem,quæ competit filio viuo alienatore, & eã, quæ competit poſt mortem alienatoris, ait, quòd in reuocatione poſt mortem requiritur, quòd feudum ſit ex pacto,& prouidentia, & quòd filius conficiat inuentarium, ſed in reuocatione in vita ſufficit, quòd feudum ſit antiquum,& ſic non requirit illam qualitatem, quòd ſit ex pacto, & prouidentia; ſed generalitèr procedit in quocunq; feudo, dummodò ſit antiquum,quòd autem hęc qualitas antiquitatis ſit neceſſaria,inferiùs patefiet.

Paris de reintegr.feud.cap.an ſi venduntur res, per totum,& ſignanter *num.*14.*&* 15.*fol.*mihi 133. licèt Aduerſarij illum citent pro opinione contraria, quibus infrà reſpondebo.

*Ial.conſ.*56.*per tot.vol.*3.

*Schrader.de feud.p.*8.*c.*7.*n.*26.in ſpecie,

*Harthm.Piſtor.de feud.lib.*2.*p.*1.*q.*11.*n.*20. *verſic. id,quod locum etiam habet.*

*Iul.Clar.in §.feudum,quæſt.*42. *verſ.quia hęc materia*,loquens in feudo mixto in ſpecie, quod eſt feudum hoc ex pacto, & prouidentia hęreditarium, vt ſuperiùs declarauj.

Schurph. damnatę memorię *conſil.*81. *num.*2. *in fin.centur.*2.

*Caumet.in extrauag.Volentes,in c.proſpexit etiam Rex,nu.*17. *in fi. &* 18.dùm loquitur in feudo ex pacto,& prouidentia mero,& mixto.

*Intrigl.de feud.cent.*2.*art.*32.*n.*8.*cum ſeq.* qui ſimilitèr loquitur de feudo mixto.

*Gothofr.Anton.diſput feud.*10.*theſ.*5.

Re-

Roſental.de feud.cap.9.membr.2.num.7. verſ.oſtendò nota, tom.1.

Fabius Anna magnus Feudiſta,& Regius Conſilianus *obſer.*10.vbi air, ſe de hac opinione tanquàm veriſſima nunquàm dubitaſſe, neq; vidiſſe peritos Feudiſtas dubitaſſe,quinimmò recordari, eius *Genitorem* in feudis verſatiſſimum illam tenuiſſe.

Et pro coronide accedat authoritas huius ſupremi Collateralis Conſilij,per quod ità fuit iudicatum in fauorem Iuliæ Muſceptulæ contrà Mutium Simonettam, qui emerat plura Caſtra in Terra Hydrunti ab Alphonſo Piſcicello, nepote ipſius Iuliæ, quæ fuerant ſuorum Maiorum,referente Regente Conſtantio, Marchione Corleti digniſſimo, & Me pro Iulia patrocinante, & erant ex pacto,& prouidentia hereditaria,prout cómunitèr ſunt in Regno, vt clariùs patet ex deciſionibus nupèr impreſſis per *Reg.D.Ioa.Franciſcum de Ponte* Marchionem Murconi *deciſ.*11. qui ſua humanitate,qua Me ſemper proſequutus fuit, nõ eſt dedignatus poſt illam ſuam *deciſionem* imprimi facere meas allegationes. Illud idem fuit iudicatum per S. C. in Aula Domini Felicis Ianuarij cum adiunctis alterius Aulæ, facta longa,lataq; diſcuſſione omnium hinc indè per Me adductorum in cauſa Marchionis Aquauiuæ cũ Marchione Corati ſuper prælatione in emptione Terræ Iuliæ nouæ,venditæ ſub haſta ad inſtantiam Creditorum Ducis Adriæ ſui Patris, ſub die 10.Nouemb. 1617. Actuarius eſt Galterius.

Quò fit,vt hæc mea concluſio remaneat roborata iuribus,rationibus,& authoritatibus,tàm *Doctorum*, quàm etiam rerum iudicatarum.

In contrarium adducta non obſtant, nàm quòad primam illam rationem attinet, vt ſcilicèt qualitas hæreditaria,quæ ineſt in hoc feudo,efficiat,vt agnatus proximior non poſſit illud habere citrà ius, & nomen hæredis,& tanquàm hæres venire contrà factum ſui prædeceſſoris,ex regula *l.cùm à matre,C.de rei vend.* Ego fateor,quòd regula eſt vera in ſe,& fateor etiam,quòd ſi hæc regula operatur, vt agnatus non poſſit habere prælationem, ceſſabit in hoc feudo ius prothomiſæos,quia ſuperiùs etiam affirmaui ex doctrina *Camerarij*,omnia iura feudalia, quæ lo-
33 quuntur in feudo ex pacto,& prouidentia non hæreditario, habere locum etiam in feudo hæreditario,niſi quatènus in eo reſiſtat hæc regula, vt ſucceſſor in feudo non poſſit contrauenire facto ſui prædeceſſoris, ſed expreſsè contendo, hanc rationem non rectè applicari huic quæſtioni, ſiquidèm illa ratio benè procedit,quandò agnatus ſucceſſit iam defuncto, & effectus eſt eius hæres, nàm tanquàm hæres defuncti non poteſt eius actum impugnare, licèt *Peregr.deciſ.Patau.*21.*nu.*5. probet,etiam poſt mortem alienantis eius hæredem ſimplicem, & abſolutũ poſſe retrahere rem à defuncto alienatam iure prothomiſæos, & pro hac opinione affirmet, ſæpiùs obtinuiſſe,& obtentum vidiſſe. At nos loquimur in vita alienantis,& antequàm agnatus ſuccedat,& ſit eius hæres, & antequàm in eo conſiderari poſſit illa qualitas hæreditaria,quæ ei præbuiſſet impedimentum ad contraueniendum, & hoc eſt,quod in ſpecie conſiderauit *Raſ.dicto conſ.*56.*num.*25.*vol.*3.dùm reſpondendo huic motiuo ait, quòd dùm alienans vi-
34 uit, filius non habet feuda vt hæres patris, ſed ex prouiſione legis, quam reſolutionem vti ſolidiſſimã ſequuntur *Schrader.dicto cap.7.num.*2. *& Harthm. Piſtor.dicto num* 10. *quæſt.* 11. & ideò cùm duplex ſit ius reuocandi, quod competit agnato rei alienatæ per feudatarium,alterum in vita ipſius alienantis per ius prothomiſæos,reſtituto pretio; alterum poſt mortem alienantis iure ſucceſſionis,abiq; reſtitutione pretij, hæc ratio conſiderata ab Aduerſarijs benè operatur, vt ceſſet illud ius reuocandi poſt mortem in hoc feudo hæreditario, quia cũ agnatus iam ſit hæres,& tanquàm hæres non poſſit contrauenire facto ab eius prædeceſſore,ceſſat illud ius reuocandi, quod ſecus eſt in feudo non hæreditario, in quo ſucceſſor non eſt hæres defuncti, ſed venit ex propria perſona, & non tenetur habere ratum factum illius;at in reuocatione,quæ competit in vita alienatoris iure prothomiſæos,hæc ratio ſumpta ex *l. cùm à matre* non procedit, tàm in feudo hereditario,quã in feudo non hæreditario.

Immò pro corroboratione huius reſolutionis cõſidero vnum, quod eſt fortius, vt in hoc iure retractus nulla penitùs cadat contrauentio facto alienatoris, immò potiùs confirmatio, ſiquidèm retractus
35 tunc datur,quandò eſt perfecta alienatio,& ipſe cõtractus,quo tempore filius,ſiuè agnatus retrahendo non impugnat iam actum factum, ſed quia eſt facta venditio, vult in ea præferri iure proprio ex prouiſione legis,quod adeò verum eſt, vt ſequuta reuoca-
36 tione ex hoc iure retractus ab agnato proximiore, nec alienans, nec eius hæres teneatur de euictione,vt tradit *glo.& DD.in l.1.C.de fideiuſſ. minor. Cifuentes in l.70.Tauri,q.*20.*in fi.*latiſsimè docet *Harth. Piſtor.lib.*2 *par.*1.*q.*10.*per tot.& Andr.Fachin. controuerſiar.lib.*7.*cap.*14.*Andr.Kol.de ſubfeud.cap.vlt. num.*35. quod non aliundè fit, niſi quia nulla datur actus contrauentio.

Et eatènus hoc verum eſt, vt hac ratione attenta
37 poſſet agnatus proximior, etiam poſt mortem alienantis,& adita eius hæreditate petere,& exercere hoc ius prothomiſæos contrà emptorem, prædicta iuris regula in aliquo non obſtante, vt expreſsè voluit *Cifuentes in d.l.Tauri* 70.*quæſt.*20.*& ibid.Anto. Gom.num.*10.*Montal.in l.*13.*glo.ſ.neue dias,titul.*10. *lib.*3.*for.circà med.Arius Pinell.in l.*1.*par.*3.*num.*99. *verſ.ſuloitur quintò,C.de bon.matern. Matienz.in l.*7. *glo.*1.*num.*68.*tit.*11.*lib.*5.*noua recopil.Gutierr pract. quæſt.c.*149.*lib.*2.Sed ex alio impeditur,nam defunctus potuit vendere, & obligare rem propriam ſui hæredis,qui poſt aditam hæreditatem ei contrauenire non poteſt, vt eſt *text.in d.l.cùm à matre*,ergò multò fortiùs non poterit contrauenire alienationi factæ de re propria teſtatoris, quam ipſe hæres potuiſſet iure proprio acquirere poſt mortem alienantis,vt pulchrè explicat *Andr.in cap.*1.*§.hoc quoq; num.*7.*de ſucceſſ.feu.& in c.*1.*§.ſi libellum,nu.*9. *verſ. ſed quid ſi acquiſiuit,de alien.feud.pat.*

Præterea ex alia conſideratione ceſſat illa prima ratio,nam non eſt certum,quòd ille agnatus,qui eſt proximior tempore alienationis,ſit etiam proximior tempore mortis alienantis,nam de facili contingere poteſt,vel quòd ipſe præmoriatur alienanti, & alius ſit illius hæres, vel quòd interim alius naſcatur, qui præoccuper locum,& gradum illius agnati, ergo dũ in ſuſpenſo eſt, an ipſe agnatus ſit futurus hæres, quomodò poteſt repelli ex qualitate hæreditaria, nè interim exerceat ius ſibi competens ex prouiſione legis in vita alienãtis?certè nullo modo,& hãc rationẽ in effectu cõſiderat *Raſ.in d.conſ.*56.*n.*25.*vol.*3.

Secunda verò ratio fundata in argumento deſum-
38 pto ex feudo ex pacto,& prouidentia,ſed nouo,vaniſſima,meo quidèm exiguo iudicio, apparet, ſi cõſideramus rationem differentiæ inter feudum nouũ & antiquum,ſiquidèm ratio,quarè ceſſat prælatio in feudo nouo, quantùmuis ſit ex pacto, & prouiden-

tia,non ea eſt,quòd habet vim hæreditarij, vt Aduerſarij aſſeuerant, ſed quia cùm non fuerit Maiorum, ſed acquiſitum de nouo ab ipſomet alienante, ceſſat illud intereſſe, nè ſcilicet bona Maiorum, in quibus lugubre eſt videre imagines Maiorum refixas, vel reuulſas,vadant ad alienas manus, quàm proximioris, ex quo intereſſe ortum eſt ius hoc prothomiſæos,vt ſuprà fundaui,& ceſſante ratione,non eſt mirum,ſi ceſſat legis diſpoſitio.*l.adigere,§ quamuis,ff.de iur.patr.cap.cùm ceſſante,ext.de appell.*

Tertia ratio fundata in diuerſitate rationis inter feudum ex pacto,& prouidentia,& hæreditarium, ictu oculi reſoluitur ex falſitate rationis in ea conſideratæ,nàm ratio, per quam conceditur proximiori agnato ius retrahendi feudum alienatum, non conſiſtit in eo,quòd ſcilicèt ipſe ſit futurus ſucceſſor, ẽt inuito alienante in feudo ex pacto,& prouidentia; nõ ſic in feudo hæreditario, de quo poſſeſſor poteſt diſponere cum aſſenſu inuito ſucceſſore,quia, vt ſuperiùs animaduerti,non eſt certum, quòd is, qui retrahit,ſit futurus ſucceſſor, ſed ratio cõſiſtit in intereſſe, quod habet agnatus, nè bona ſuorum Maiorũ vadant ad manus alienas, vt ſuprà latiùs probaui.

39 Hinc eſt,quòd ſi agnatus proximior nõ vult vti hoc iure retractus,tunc alius agnatus ei ſequens in gradu,quantùmuis remotior, & non futurus ſucceſſor, poterit ipſe retrahere ex perſona ſua, quia etiam in eo viget illud intereſſe,nè bona Maiorum vadant ad manus alienas,vt appoſitiſſimè fundat *Ioan.Koppen* Germanus *dec.54.n.56.in fi. 57. & 58. Schrader. conſ.20.n.41. Fachin.lib.7.cõtrouer.c.17.* Nec lapſus anni in perſona proximioris præiudicat ſequẽtibus in gradu,*Caldas de iure emphyt.lib.1.q.10.n.11.* Quæ quidèm ratio ità reſpicit feudum hęreditarium,quẽadmodùm & nõ hæreditarium, ergò ceſſante diuerſitate rationis,ceſſare debet diuerſa iuris diſpoſitio, quam ex ea Aduerſarij inducere intendunt.

Plus dico,quòd tantum abeſt,vt non poſſit conſiderari ratio aliqua differentiæ inter feudum ex pacto,& prouidentia,& feudum hæreditarium, vt potiùs totum contrarium manifeſtè conuincatur ex ipſamet ratione, ab eis adducta, inquiunt enim,quòd ideò in feudo hæreditario non datur ius prothomiſæos agnato futuro ſucceſſori, quia poſſeſſor habet poteſtatem diſponendi cum aſſenſu inuito ſucceſſore,quod non eſt in feudo ex pacto,& prouidentia,& propterea in hoc agnatus poteſt reuocare, in eo verò nequaquàm. Hæc ratio manifeſtè conuincit partem contrariã,& contrà eam tali pacto retorquetur.

40 Verum eſt,& indubitatum,quòd de feudo nõ hęreditario poſſeſſor non poteſt diſponere in præiudicium agnati futuri ſucceſſoris, ſed hoc eſt poſt mortem poſſeſſoris, quia tunc extincto iure poſſeſſoris, ſubintrat ſucceſſor iure proprio, at durante vita ipſius poſſeſſoris, vtiq; de eo poteſt diſponere ad libitum inuito ſucceſſore, nam interim viuo poſſeſſore nullum ius habet futurus ſucceſſor,& propterea docuit *Andr.in c.1. §. hoc quoq. verſ.quærit hic gloſ. de ſucceſſ.feud.* quòd viuo alienatore non poteſt proximus agnatus reuocare feudum, quia illo viuo, non cenſetur ei fieri præiudicium,intelligendo de ea reuocatione,quæ datur abſq; pretij reſtitutione, conferunt tradita per *Caldas de iure emph.lib.1.q.16.nu. 35.& lib.3.q.17.nu.2.* & tamen huicmet agnato, qui nullum ius habet in feudo viuo alienante datur ius prothomiſæos,refuſo pretio,ſecundùm opinionem Aduerſariorum, quandò eſt feudum non hæreditarium ex pacto,& prouidentia,non obſtante,quòd de eo potuerit poſſeſſor diſponere durante vita tãtùm, inuito ſucceſſore, ergò ex eadem ratione dandum eſt idem ius prothomiſęos in hoc feudo hęreditario, non obſtante, quòd de eo poſſeſſor poſſit diſponere cum aſſenſu,inuito ſucceſſore,quò fit,vt poteſtas illa diſponendi, quam habet feudatarius de feudo inuito ſucceſſore, nullius ſit momenti in materia huius iuris prothomiſæos,quod competit in vita, non autem poſt mortem alienantis.

Quod adeò indubitatum eſt, vt aliundè ſtatim 41 emergat hæc veritas irreſragabilis,ſiquidèm *Doctores in dicto §. Titius* ponunt caſum,vtrum ſi ex ſtatuto ſit conceſſa poteſtas alienandi feudum ex pacto, & prouidentia,agnatus proximior perdat illud ius retractus, ſoluto pretio, quod ſibi cõpetit viuo alienatore? & vno ore reſpondent,quòd non; & fatentur,quòd adhùc agnatus proximior poteſt feudum retrahere ab emptore,ità tradũt *ibi Bal.n.5. Præpoſ. circ.fi. verſ.in gloſ.ſed nunquid hodiè, Alnar.poſt nu.5. verſ.quæro,cum glo.1. Aſſl.n.85. Rauen.propè fi. verſ. & nota ſingulariter, Paris de reintegr.feud.in c.an ſi vendantur res*, n.8.&9.fol.133.

Si ergò,quandò feudatarius habet ex ſtatuto poteſtatem diſponendi de feudo ex pacto, & prouidẽtia non hæreditario, alienando illud in vita,nõ præiudicat agnato proximiori in iure retractus, quomodò poteſt concedi, vt quandò habet poteſtatem diſponendi ex qualitate hæreditaria,alienãdo in vitã,præiudicet agnato,vt non poſſit retrahere? certè non video,quomodò hæc ſibi compatiantur.

42 Veritas igitur eſt, quòd poteſtas diſponendi de feudo in præiudicium ſucceſſoris, nil commune habet cum iure retractus in vita,& propterea ſtant iſta ſimul, quòd feudatarius poſſit diſponere de feudo in præiudicium ſucceſſoris quòad ius ſuccedẽdi, ſed non quòad ius retrahendi, refuſo pretio.

Quarta demùm, & vltima ratio fundata in prohi- 43 bitione liberi commercij, ſeù liberæ diſpoſitionis rerſuæ; licèt prima facie videatur magnæ efficaciæ, tamen non me diutiùs detinebit, ex quo rerum ipſa magiſtra experientia incontinenti contrarium ſuadet,videmus enim, quòd in hac Ciuitate Neap. viget conſuetudo retrahendi rem venditam à vicino pro pretio appretiando, & in toto Regno ius retrahendi rem venditã à vicino pro pretio,quo fuit vendita,cum prælatione inter vicinos eius,qui eſſet cõiunctus,nõ ſolũ re,ſed etiam ſanguine, de primo eſt *Conſuetud.Si quis emit,de iure congrui*, & de ſecundo eſt *Conſtitut.Sancimus,de iure prothomiſæos*, per quæ iura ipſa experientia docet, quòd nullum impeditur liberum commercium inter contrahentes,& quotidiè practicantur; immò in materia *Conſuetudinis Neapol.* militat vnum abſurdum,quod non militat in hoc retractu feudali, ſiquidèm licèt Ego emerim rẽ pretio cariori propter affectionem, aut alia ex cauſa,poteſt tamen vicinus retrahere à me pro iuſto valore,mediãte appretio,& illud carius pretium,quod Ego exolui,cedit damno mei emptoris, & nõ retrahentis,& hoc abſurdo non obſtante videmus,quòd non propterea venditores carent emptoribus, nec emptores deſiſtunt ab emptionibus faciendis,quod apertè demonſtrat,ius retractus, ſiuè ius prothomiſæos nullum impedimentum præbere libero commercio, & ſucceſſiuè ceſſat hæc vltima ratio ex aduerſo ponderata.

Et ſic remanent reſoluta tàm iura,quàm rationes, quæ in contrarium afferebantur.

Supereſt, vt conuertam me ad authoritatem *Doctorum* ex aduerſo citatorum, quæ facili negotio diluitur,ſi ponderentur verba eorundem Authorum,

44 An-

44 *Andreas* igitur *in dicto §. Titius* licèt expresè ponat casum in feudo ex pacto, & prouidentia non hereditario, idq; pluriès repetat, tamen hoc ipse nó dicit ad hoc propositum; nàm quatènus ibi agit de agnato, ipse est in ea opinione, vt nec feudum ex pacto, & prouidentia agnatus possit reuocare viuo alienatore, ergò ex hoc non potest inferri, vt ipse sit contrariæ opinionis in feudo hæreditario, quatènus verò agit de filio, ipse considerat, feudum esse ex pacto, & prouidentia non hæreditarium, non ad finem denegandi retractum filio in feudo hæreditario, sed ad finem constituendi differentiam inter filium, & agnatum, cur scilicèt filio detur ius retractus in vita alienantis, agnato autem non, nisi post mortem, ergò nequaquàm potest inferri, quòd ipse sentiat in feudo hæreditario, etiam respectu filij, & sic *Andr.* non benè adducitur pro contraria opinione.

45 *Afflictus* in eodem §. *Titius* non loquitur de reuocatione in vita, sed potiùs præsupponit reuocationem post mortem, nàm priùs *num.* 2. ponit quæstionem in feudo hæreditario antiquo respectu filij, vt scilicèt filius nó possit reuocare tale feudum alienatum per patrem, quantumcunquè fecerit inuentarium, & sic præsupponit iàm mortuum alienatoré, dùm filius fecit inuentarium, & subdit posteà rationem, quia hæres non venit contra factum patris, ergò si erat iàm hæres, pater erat mortuus; posteà immediatè *num.* 4. subiungit hæc verba, *Idem in agnato, vt non possit venire contrà alienationem ab agnato factam, cum consensu Domini de ipso feudo hæreditario.* Hęc *Affli.* Ex quibus verbis non potest inferri, quòd voluerit excludere agnatum à iure reuocandi in vita in feudo hæreditario, dùm *Affli.* continuat eandem quæstionem, quâ proposuit de filio circà reuocationem post mortem, & mutat solùm personam de filio in agnatum, tantò magis quia idem *Afflictus* alibi, nempè *in §. hoc quoquè, num.* 16. *de succes. feud.* apertè affirmauit, etiam in feudo hæreditario competere agnato ius retractus in vita alienantis, dummodó sit antiquum, prout superiùs illum pro nostra opinione adduximus; de reuocatione verò, quę competit post mortem, de qua propriè loquitur *Afflictus in §. Titius*, Nos non negamus, quòd nullo modo competat in feudo hæreditario, sed ex ea non potest inferri ad reuocationem, quæ competit in vita iure prothomiseos, prout suo loco fundauimus.

46 *Alexander consil.* 26. *num.* 9. *vers. non obstat, lib.* 5. similitèr loquitur de reuocatione post mortem alienantis, prout patet ex *principio* illius *consilij*, in quo præsupponitur feudum alienatum à Michaele, & *num.* 4. *vers. si ergò feudum*, præsupponitur, Michaelem esse mortuum, dùm ponderat, quòd eius nepotes, qui volebant reuocare alienationem, non erant hæredes Michaelis alienantis, ergò eius authoritas non potest trahi ad reuocationem competentem in vita, quæ tàm longè distat à reuocatione, quæ fit in morte, per superiùs ponderata.

Zasius part. 8. *num.* 16. similitèr loquitur de reuocatione post mortem, vt ex principio illius periodi *num.* 60. & toto contextu facilè dignoscitur, ergò frustrà allegatur ex aduerso.

Albertus Brunus in consil. 80. licèt *numer.* 15. vsquè *ad* 16. differat de feudo hæreditario, & non hæreditario, tamen nunquàm loquitur de reuocatione feudi hæreditarij in vita alienantis, sed tantùm post mortem, quod Nos admisimus.

Cephalus in consil. 133. *numer.* 74. *vers. nec obstat* expresè loquitur de reuocatione ex causa successionis, & sic post mortem, non autem de reuocatione ex iure prothomiseos, & prælationis, immò aperit, quòd etiam *Brun. in d. cōs.* 80. loquitur de reuocatione ex causa successionis, secundū terminos *§. Titius.*

Michael Crassus dicta quæst. 25. expresse loquitur de reuocatione post mortē, & sic nó facit ad rumbū.

Intriglolus, & *Cametus*, quatènus *ille centur.* 1. *q.* 51. *num.* 10. & hic *in extrauag. volentes, cap. prospexit etiam, num.* 11. ajunt, quòd in feudo hæreditario filius, & agnatus non admittuntur ad reuocandum alienationem factam per defunctum cum Domini assensu, loquūtur de illo feudo, quod est omninò hæreditarium, non autèm de illo feudo hæreditario, quod est mixtum ex pacto, & prouidēria, nam aliàs ipsi essent sibi ipsis contrarij, qui in locis superiùs pro mea opinione citatis manifestè admiserunt, etiam in hoc feudo mixto, q̃ est ex pacto, & prouidentia hæreditarium, habere locum ius retractus q̃ agnato, viuente alienatore, & nó est verisimile, quòd sic de repentè voluerint sibi contradicere. Veritas igitur est, quòd ipsi in locis pro hac contraria opinione citatis loquuntur de feudo merè, seù omninò hæreditario, quod magnoperè distat à feudo hæreditario mixto, nam feudum omninò hæreditarium, perindè habetur, ac si esset res burgensatica, secundùm *Camerar. in cap. Imperialem, car.* 40. *lit. T. Michael. Crass. commun. opinio. cap. feudum, q.* 25. *in fi.* & propterea est transitorium ad omnes omninò hęredes, & successores, non tātùm sanguinis, sed etiam extraneos, tàm vniuersales, quàm singulares, *Bal. in l.* 1. *quæst.* 34. *ff. de ver. diuis. & in cap. imperialem, in. princ. num.* 19. *de prohib. feud. alien. per Feder. Jul. Clar. §. feudum, quæst.* 9. *Cacheran. decision.* 161. *num.* 16. & innumeri congesti per *Schrad. consil.* 3. *num.* 99. quod non potest dici de feudo mixto, quia in eo habent locum omnia iura feudalia, vt superiùs probaui, & nō differt à feudo ex pacto, & prouidentia, nisi in qualitate hæreditaria, quò fit, vt si feudum omninò hæreditarium reputatur res burgensatica, vtiquè remanebit sub correctione *legis dudùm, C. de contrahend. emption.* prout alia bona burgensatica, quod nec etiam admittimus, cùm sit feudum, licèt non habeat propriam feudi naturam, secus in hoc feudo mixto, quod remanet feudum, & *l. dudùm* non comprehendit feuda, vltrà quòd dùm ipsi præsupponūt alienantem iam defunctum, non possunt loqui de reuocatione in vita, sed post mortem tantùm, quam Nos affirmamus omninò cessare; meritò igitur hi duo Authores Siculi, nedùm delendi sunt à numero *Doctorum* pro contraria parte citatorum, sed potiùs sunt collocandi, prout collocati fuerunt in numero tenentium nostram opinionem.

Frecciain secunda differentia à me additus pro cōtraria opinione, loquitur apertissimis verbis de reuocatione post mortem, nam ait, quòd quandò feudum est hæreditarium, filius, vel agnatus hæres non admittitur ad reuocandam alienationem factā à defuncto cum assensu Domini, & sic apertè loquitur de hærede reuocare volente, & de alienante defuncto, ergò nō pōt intelligi de reuocatione in vita.

Paris denique vltimo loco à me ponderatus licèt prima facie videatur probare illam opinionem apertissimis verbis, adeò vt *Harthman. Pistor. dicta quæst.* 11. *num.* 20. *vers. id, quod locum habet* non potuerit non exclamare, vt cauendum sit à *Paride*, qui in *loco* prædicto tenet opinionem contrariam in feudo hæreditario, tamen si rectè perspiciatur, *Paris* hoc nō dicit, nàm ipse per totum illud *capitulum* loquitur de hoc iure prælationis competente agnato in feudis, nulla facta distinctione, an feuda sint hæreditaria,

sia, vel non hæreditaria, & *propè finem capituli num.* 17. facit conclusionem, quòd ius prothomiseos habet locum in feudis, & non in allodialibus, citat *text. in d. l. dudùm, C. de contrab. empt.* posteà immediatè subdit, *attamen in re particulari feudi, quæ foret concessa pro se, & hæredibus, & successoribus, & non ex pacto, & prouidentia non habet locum id, quod suprà dixi de agnatis, quia in istis bonis succeditur iure communi, vt in Const. Regni De homin. Baron.*

Ex quibus verbis *Paridis* constat, quòd ipse non loquitur de feudo hæreditario, quod sit concessum pro se, & hæredibus, sed de re particulari feudi concessa pro se, & hæredibus, & inter feudũ ipsum hereditarium, & rem particularem feudi eo modo concessam est maxima differentia, quia in feudo hæreditario habent locum iura feudalia, at in re particulari feudi taliter concessa habent locum iura cõmunia, & sic remanet sub dispositione *d. l. dudùm*, ab ipsomet allegatæ, quæ prohibet ius prothomiseos in allodialibus, & hoc est, quod ipsemet *Paris ibidem* subdit pro ratione, quia in istis bonis succeditur iure communi.

Quòd autem in istis bonis particularibus feudi alteri concessis sub illa forma seruetur ius commune, est indubitatum, tàm in successione, secundùm *Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 1. inter feud. quatern. & plana, & de tabul. fol. 419. & differ. 12. num. 29. f. 423. Parid. de reinteg. feud. c. veniamus igitur ad primum, fol.* mihi 2. *d ter.* & in *cap. & aduertendum est, fol.* mihi 14. quàm in alienatione, vt per *Camerar. in l. Imperialem. c. ar.* mihi 41. *lit. C. vers. primum, & lit. P. vers. hæc ergò feuda parua.*

Et sic luce clariùs apparet, nullum ex *Doctor.* ex aduerso adductis, probare id, ad quod fuerunt allegati, & successiuè opinio contraria remanet sine iuribus, & rationibus, & sine *DD.* authoritate.

E' contrà verò mea opinio, reiectis strenuè omnibus contrarijs, remanet fulcita iuribus, rationibus, & *Doctorum* grauissimorum authoritate, nedùm Germanorum, & Exterorum, sed etiam Regnicolarum.

47 Attamen si mea mens me non fallit, adhùc instabunt Aduersarij, quòd estò millies, quòd hæc opinio sit vera, & quòd ius prothomiseos habeat locum, etiam in feudo hæreditario, non tamen obseruabitur, nisi in eo loco, in quo viget talis vsus, prout cõcludit *Andr. in d. §. Titius in fin.* in quo est fundata hæc opinio; Sed hæc est noua fallacia, nàm illud dictum *Andreæ* non respicit hanc secundam conclusionem à me disputatam, si ius prothomiseos habet locum in feudo hæreditario, nec nè; sed illam præcedentem, an scilicèt hoc ius prothomiseos cõpetat agnato, etiam in vita alienãtis, vel solùm post mortem, & quia *Andr. ibid.* ex verbis *text.* tenet, quòd filius solus potest reuocare in vita, non autem agnatus, quam opinionem nos in principio probauimus, esse erroneam, ipsemet *Andr.* agnoscens, hanc differentiam inter filium, & agnatum esse irrationabilem, vt scilicèt filius possit reuocare in vita alienantis, agnatus verò non, nisi post mortem, & in *prælud. feud. num. 24. q. 1.* ipse *Andr.* firmauerat, has
48 consuetudines feudales in tantum omnes ligare, in quantum essent rationabiles, aliàs ligare eas tantùm Prouincias, quæ vsu illas acceptauerunt, ideò subjungit in *fine d. §. Titius*, quòd illa differentia inter filium, & agnatum caret omni ratione, & seruabitur in loco, vbi est talis mos, non alibi, & sic id, quod dicit *Andr.* de consuetudine, non respicit quæstionem de feudo hæreditario, sed tantùm de reuocatione concedenda, vel non concedenda agnato inuita, prout expresè patet ex verbis *Andr.* ibi, *sed certè talis mos in filio*, & diligenter aduertit *Albert. Brun. d. cons. 80 n. 15. propè fi.* At secunda conclusio, quę est fulcita tot iuribus, rationibus, & authoritatibus, satis suo pondere inconcussa, & illibata permanet, nec eget aliquo adminiculo consuetudinis.

SVMMARIVM.

49 *Feudum partim quaternatum, partim verò planum, aliqui appellant mixtum, aliqui tamen quaternatum secundum quid.*

50 *Feudum istud quomodò generetur, latè disseritur.*

51 *Feudum quaternatum mixtum, vel secundùm quid nõ est cognitum à iure communi feudorum, sed solùm in hoc Regno, & quarè, & nùm possit extrà Regnum practicari.*

52 *Assensus directi Domini in Regno Vlterioris Siciliæ in subinfeudatione feudi quaternati mixti, vel secundũ quid non requiritur, secus in hoc Regno.*

53 *Assensus Regius quilibet impetratus in subinfeudatione facta à Barone an producat talem effectum, vt feudum quaternatum secundùm quid efficiatur, & n. 55. 56. 57. 65. 71. 73. 74. 76. 80. & 81.*

54 *Feudi quaternati nomen vndè sit desumptum. & n. 78.*

58 Regent. de Ponte *circà hanc quæstionem distinctio refertur, & reijcitur n. 59. 61. & 64.*

60 *Res domanialis feudi semel concessa per Baronem cum assensu Regio, si reuersa sit ad Baronem, poterit ab eodem de nouo concedi absq; assensu. & quarè.*

62 *Rex si simpliciter assentit subinfeudationi rei domanialis factæ à Barone, an mutetur illa qualitas feudi quaternati, prout erat antè subinfeudationem, vel remaneat feudum quaternatum.*

63 *Baro possidens Castrum sibi à Rege concessum absquè potestate subinfeudandi, si illud dat alteri in feudum, & Rex assentit, vtrum hic subinfeudatus sit feudatarius Regis, vel subfeudatarius Baronis.*

66 *Assensus Regis non est semper eiusdem naturæ, nec sẽper producit vnum, eundemq; effectum, sed quãdòq; tollit obstaculum tãtùm, nullum ius tribuendo, quãdòq; verò habet vim nouæ inuestiturę.*

67 *Assensus Regis an, & quandò producat vnum, vel alterum effectum, regulæ traduntur, & exemplis probantur, & n. 68. 69. 70.*

72 *Rex confirmans subinfeudationem an videatur dare, & n. 77.*

75 *Feudum quaternatum subinfeudatum à Barone cum assensu Regis simplici, absq; aliqua clausula, per quã constet, quòd Rex velit, illud feudum recognosci, etiã ab ipso Rege, non remanet feudum quaternatum, sed planum, & de tabula.*

79 *Assensus Regis vt feudum quaternet, quam clausulam habere debeat.*

82 *Assensus Regis si contineat clausulam hanc*, dummodò teneat in capite à Nobis, & à nostra Regia Curia *tũc efficitur feudũ quaternatũ secũdùm quid, etiam si in concessione Baronis esset eadem clausula apposita in beneficium ipsiusmet Baronis.*

83 *Assensus Regis si habeat clausulam hanc*, vt *scilicèt* teneatur in capite immediatè ab ipso Rege, *tunc sit feudum quaternatum simplex, & nullum ius remanet in Baronis beneficium.*

84 *Clausula ista in concessione feudi facta à Barone*, vt *scilicèt* teneatur feudum in capite immediatè ab ipso *non quaternat feudum, si Regis assensus est sim-*

ſimplex abſq. dicta clauſula, ſed operantur, vt apud Baronem remaneat dominium, etiam directum, & dicetur feudũ ſimplex, planum, & de tabula, & quid ſi in Regis aſſenſu eſſet appoſita eadẽ clauſula, n.85.

ITem pro huius Rubricæ intelligentia neceſſariũ eſſet declarare quædam feudorum genera, quæ non niſi in hoc noſtro Regno cognita ſunt, prout ſunt feuda quaternata, & feuda plana, & de tabula, de quibus ſolus *Marinus Frec.* nonnulla ex profeſſo diſſeruit *lib.3.ſubfeu.in tit.de differ. int. feud. quatern. & plan.* ideò de his ad eum me remitto, & ad *Mutã in c.35.Sicil.num.17.cum ſeqq.tom.1.* ſolùm aliqua
49 attingam reſpectu illius generis feudi, quod partim eſt quaternatum, partim verò planum, & propterea aliqui illud appellant feudum mixtum, aliqui verò
50 feudum quaternatum ſecundùm quid; ſed quomodò generetur huiuſmodi feudum, valdè cõtrouersũ eſt inter noſtros Regnicolas, quorum controuerſias operæpretium eſſe duxi, hic in medium afferre, vt anſam præbeam perſpicacioribus veritatẽ perſcrutandi in hac nondùm deciſa quæſtione.

51 Hoc itaq; feudum quaternatum ſecundùm quid, ſeù, vt aliqui vocant, mixtum non eſt cognitum de iure communi feudorum, & ideò de eo nihil repe-ritur tactum à Feudiſtis non Regnicolis, fuit ſolummodò cognitum in hoc Regno, ſumpta occaſione ex prohibitione ſubinfeudandi, tradita per *Conſtitutionem Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, quæ prohibet omnem alienationem feudorum ſine aſſenſu Regis, vt ait *Frecia in loco* præcitato *in princ. poſt num.1. verſ ſit etiam.*

Quò fit, vt cùm quaternatio illa ſecundùm quid, oriatur ab aſſenſu Regio præſtito ſuper ſubinfeuda-tione facta à Barone, qui regiſtratur in quinternio-nibus R.C.S. & antiquitùs in Archiuio Magiſtrorũ Rationalium Regiæ Siclæ, non poteſt talis quater-
52 natio ſecundùm quid practicari extrà Regnum, vbi in ſubinfeudatione non requiritur aliquis conſenſus directi Domini, nec etiam in Regno Vlterioris Sicilię, vbi per *cap. Volentes* eſt derogatum dictæ *Conſtitutioni*, ſolùm igitur practicatur in præſenti Regno, in quo etiam in ſubinfeudatione requiritur aſ-ſenſus, vt per *Andr.in c.1.n.7.verſ.ſed an in Regno.de Capit.Corrad.Camer in l.Imperialem, car.69.lit.C.* & de hocmet feudo quaternato ſecundùm quid loquitur *Conſt.Poſt mortem.*

Et quamuis *Alunr.in prælud.diuiſ.21.& Iaſ.n.127* faciant mentionem de hoc feudo quaternato ſecun-dùm quid, illud habuerunt ab *Andr.* de iure huius Regni, vt benè aduertit *Lipar.ad Andr.in c.1. nu. 9. fol.111.à ter.in ver.quaternatum dit.A.de contr.feud. apud Par.term.*

53 Difficultas tamen, quę Regnicolarum ingenia cõtorſit, eſt, nùm quilibet aſſenſus Regius impetratus in ſubinfeudatione facta à Barone producat hũc ef-fectum, vt efficiatur feudum quaternatum ſecũdùm quid? &

Aliqui fuerunt in opinione, quòd quilibet Regius
54 aſſenſus hunc effectum producat ſtatim, cùm aſſen-ſus eſt regiſtratus in quinternionibus, à quibus hoc nomen feudi quaternati deſumitur, quaſi quòd talis effectus potiùs tribuatur illi regiſtrationi, quæ fit in quinternionibus, quàm conſenſui Regis, ità hanc opinionem ſtrenuè defendit *Camer. in l.Imperialem, car.69.*

55 Quæ opinio ſi eſſet vera, ſequeretur, quòd omnia feuda, quantumuis ſimplicia, ac plana, & de tabula, alienata cũ aſſenſu Regis, in quinternionibus regi-ſtrata, eſſent feuda quaternata ſaltẽ ſecũdùm quid, ꝙ ex inferiùs dicendis maximam patitur difficulta-tem, & ideò

56 Alij fuerunt in opinione, quòd non quilibet aſſen-ſus, quãtùmuis regiſtratus in quinternionibus qua-ternat feudum, ſed ille tantùm, in quo adſint verba talia, ex quibus conſtet de voluntate Regis, quòd il-lud feudum ſubinfeudatum teneatur immediatè in capite à Regia Curia, & huius opinionis fuit *Affli.* tàm in *dicta Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, in 12.notab.in fin.num.1.* quàm in *cap.1.num.mihi 52 & 53.de controu.feud.apud Par. termin.* & demùm in *deciſ.282.num.4.* vbi refert, ità deciſum per Sa-crum Conſilium, cuius Sectatores ſunt infraſcripti, videlicèt

Capyc.in ſua inueſt feud.in verb.feudales aſſenſus, §. effectus, & in dec.156.n.20.

Frec.de ſubfeu.lib.1.tit.de orig.Baron.n.55.

Lipar. ad And.in c.1.n.21.in apoſt.incip.cum aſſen-ſu Regis in fi.de Capit.qui cur.vend.

Vrſill.ad Affl.d.dec.282.

Balzar.in c.1.n.18.verſ.quandò Barones, de contr. feud.apud Par.term.

Franc.de Amic.in c.1.de his qui feud.dar.poſſ. cap. incip.ſecunda autem, f.29.

57 Quæ opinio ſi eſſet vera non daretur feudũ qua-ternatum ſecundùm quid, ſed ſimpliciter tantùm, quia hoc operatur illa clauſula, *vt teneatur in capi-te immediatè à Regia Curia*, vt infrà patebit.

58 Alij fuerunt in tertia opinione, quæ ſub ſedere di-ſtinctionis videtur vtrãq; præcedentẽ opinionẽ cõ-cordare, inquiunt enim, ꝙ ſi Baro alienat feudũ ſoli-tũ concedi tanquã feudum planum, & ſic erat iam in eſſe formatũ, & tunc quantùmuis interueniat Regis aſſẽſus, ille aſſenſus nõ quaternat feudũ, ſi ſit ſimpli-citèr præſtitus, ex quo non erat neceſſarius, & aſſen-ſus non neceſſarius eſt ſuperfluus, veluti clauſula, *Arma, virumq; cano*, appoſita in ſtipulationibus, & propterea nihil operatur, ac nihil immutat circà feudi qualitatem, ſed relinquit feudum planũ, prout erat antè impetratum aſſenſum Regis, quòd ſi Baro ſubinfeudat rem domanialem feudi, quæ tanquàm vnita feudo quaternato, & vti pars ipſius feudi qua-ternati habet in ſe illam qualitatem quaternati, tũc ſi aſſenſus eſt ſimplicitèr præſtitus, nihil immutat de illa qualitate, verùm ex ſubſequẽtibus actis poſ-ſeſſiuis declaratur, vtrum Rex, & Baro voluerint, vt retineret illam qualitatem quaternati, vel potiùs cõ-uerteretur in aliam qualitatem, & euaderet feudum planum, & de tabula, nẽpè ſi in alienationibus ſub-ſecutis interceſſerit, nedùm Baronis aſſenſus, ſed ẽt aſſenſus Regis, quia tũc clarum eſt, ſemper retinuiſ-ſe qualitatem quaternati; at ſi interceſſerit aſſenſus ſolius Baronis, tunc euaſiſſe dignoſcitur feudũ pla-num, ità poſt relatas opiniones aliorum, ac longè, la-tèq; diſputatam quæſtionem reſoluit *Regens de Pon.* prima vice *in tract.de pot.Prot.tit.de aſſenſ. Reg. §.2. fol.*mihi *299.n.14.propè fin.* ſecunda verò vice *in præ-lud.feudeſt.1.fol.*mihi *13.à n.75. vſq; ad 100.*

59 Sed, vt verum fatear, hæc eius diſtinctio, pace tãti Viri, apud me ſemper venerandi, mihi ſatis arridere nũquàm potuit, præſertim in hoc vltimo capite: nam vltrà quòd eius aſſertio redditur valdè dubitabilis, ex doctrina *Afflict. in Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, numer.*mihi *67.verſ.ſecundò quæro, propè fin.* ibi, *veritas eſt*, dùm clariſſimis verbis tradit illam
60 theoricam, quòd res domanialis feudi ſemel con-ceſſa per Baronem legitimè, & ſic cũ aſſenſu Regio,

ſi reuerſa ſit ad Baronem, poterit ab eodem denuò concedi ſine nouo aſſenſu, ex quo ſequitur, quòd nõ remanſit feudum quaternatum ſecundùm quid, ſed potiùs feudum planum, & de tabula, dùm poteſt denuò concedi ſine alio Regis aſſenſu, quod fieri non poſſet, ſi eſſet feudum quaternatum ſecũdùm quid, & *Capyc. in l. Imperialem. car.* mihi 24. *col.* 2. *in fi. verſ. nam Baro*, ex *Andrea ibid.* reaſſumit, quòd Baro non alienabit partem quotitatiuam, nec ſingularem ſuæ Baroniæ ſine aſſenſu, ſed poſt factam ſemel ſegregationem à corpore Baroniæ cum aſſenſu Regis efficiuntur feuda plana, quæ poſt ſegregationem non cenſentur eo iure, quo antè ſegregationem.

61 Aduerto, quòd quatènus concludit, per ſubinfeudationem rei domanialis factam à Barone cum aſſenſu Regis non mutari illam qualitatem quaternati, verùm admittit poſteà, ex ſubſequentibus actis poſſeſſiuis declarari, an ſit facta immutatio in aliam qualitatem feudi plani, nec ne, ab interuẽtu ſcilicèt, vel non interuentu aſſenſus Regij in alienationibus poſteà factis ab ipſo Barone, ſeù eius ſucceſſore; hoc apud me videtur habere maximam iuris repugnantiam, quia eſſet in manu poſſeſſoris mutare, vel non mutare illam primæuam qualitatem, impetrãdo, vel non impetrando aſſenſum in eorum alienationibus poſteà factis, inſcijs Rege, & Barone, & ſic ſine facto Regis, aut Baronis, cõtrà regulam *l. id, quod noſtrum eſt. ff. de reg. iur.* Si enim ipſe fatetur, quòd per primũ aſſenſum Regis in huiuſmodi ſubinfeudatione rei domanialis Rex non præiudicauit ſibi circà illam qualitatem quaternati, quomodò ferẽdum eſt, quòd ſine facto ipſius Regis illa qualitas quaternati, quæ remanſit huiuſmodi ſubfeudo, amittatur, & aboleatur per incuriam, aut verſutiam ſubinfeudati omittẽtis impetrare aſſenſum Regiũ in alienationibus à ſe poſteà factis? certè id nullo iure fieri poteſt.

62 Præterea dùm ipſemet *Reg. de Pont.* in hoc eodem vltimo capite admittit, quòd ſi Rex ſimpliciter aſsẽtiat ſubinfeudationi rei domanialis factæ à Barone, nõ mutetur qualitas illa feudi quaternati, prout erat antè ſubinfeudationem, ſed remaneat feudum quaternatum, videtur mihi hoc eius dictum contrà expreſſam determinationem *Afflict. in c. 1. nu. 53. verſ. ſed ſi eſſent bona, de contro. feud. apud Par. term.* vbi *Afflict.* ad literam ait, *quòd ſi eſſent bona feudalia, domanialia feudi Baroniæ conceſſa Baroni cum Baronia, & non eſſent feuda de per ſe, quæ non poteſt concedere, vt in Conſtitut. Conſtitutionem in fi. tunc ſi concedit cum Regio aſſenſu, non dicitur feudum quaternatum, quia non reperitur, quòd de per ſe ſit in quaternionibus, vel de per ſe taxatum, & in hoc Fiſcales non aduertunt, nec ille aſſenſus ſimpliciter præſtitus facit illud feudum quaternatum, vt ſuprà dixi.* Hæc ſunt formalia verba *Afflict.*

63 Item eſt cõtrà aliam expreſſam determinationem *Freccia* præcitato *tit. de orig. Baron. num.* 55. vbi expreſsè concludit, quòd ſi Baro poſſidens Caſtrum ſibi à Rege conceſſum abſquè poteſtate alienandi, aut ſubinfeudandi, illud alteri daret in feudum, & Rex aſſentiret, hic ſubinfeudatus non eſſet iam feudatarius Regis, ſed ſubfeudatarius Baronis primò inueſtiti, licèt nõ efficeretur feudum quaternatum, neque crearetur Baro, ex notatis per *Andream in Conſtitut. Si quis Baro*; & ſubdit, id procedere, etiam ſi in aſſenſu Regis eſſet clauſula, *feudi natura in aliquo non mutata*, item alia clauſula, *quòad expreſſa tantùm*, quia eſt ſatis expreſſum, dùm fuit dictum, quòd Baro dabat alteri in feudum, nec non & alia clauſula, *iuribus Curiæ ſemper ſaluis*, ità tradit *Freccia in loco* ſuprà citato, ſecundùm cuius doctrinam reſultaret, quòd in eo caſu, in quo id, quod ſubinfeu-
64 datur, eſt feudum quaternatum, quia eſt Caſtrum, nàm in Regno quodlibet Caſtrum præſumitur quaternatum, & aſſenſus præſtitus ſuper ſubinfeudatione eſt ſimplex, non remanet in ſubfeudo illa qualitas quaternati, ſed per ſubinfeudationem factam cũ aſſenſu Regis ſimplici fit immutatio illius qualitatis de feudo quaternato in feudum planum, & de tabula: ergò aut aſſumptum *Regentis de Ponte* in hac parte corruit, aut doctrina *Afflicti*, & *Freccię* non eſt vera, quod non audeo affirmare, dũ ipſe illas non impugnauit, nec eſt verſimile, quòd vir oculatiſſimus, conſũmatiſſimus, & verſatiſſimus in vtroquè iure, & præſertim im materia feudali, quam ſuis perpetuis, & indefeſſis vigilijs illuſtrauit, illas non viderit, ac pluriès, atquè pluriès præ manibus habuerit.

65 Hæc omnia dùm diutiùs hinc indè mecum ipſe penſitarem, nequè hàc, aut illàc me flectere placido, ac tranquillo animo valerem, in nouam tandèm ſententiam deueni, quam hìc ſubnectere libuit, vt detur occaſio Poſteris illam reprobandi, aut approbãdi, licèt in præcedenti impreſſione ex dignis reſpectibus illam ediderim ſub nomine Incerti Authoris, quibus iam ceſſantibus palàm modò loqui me non pigebit, paratum ſemper mutare ſententiam in gratiam melius ſentientis.

66 Præmitto igitur in primis, aſſenſum Regis non eſſe ſemper eiuſdem naturæ, nec ſemper producere vnum, eundemq; effectum, ſed quandòq; tollere obſtaculum tantùm, nullum ius tribuendo, vt poſt *Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, colum. 5. num. 35. in fin. extrà de conſt.* explicat *Capyc. in ſua inueſtit. feud. fol. 82. §. effectus, in fin. prine. Franc de Amic. fol. 29. in cap. ſecunda autem, num.* 2. Quandòq; verò habere vim nouæ inueſtiturę in perſonam illius, qui feudum acquirit cum aſſenſu Regis, cum quo transfertur dominium in acquiſitorem, & ſinè quo nullus eſſet contractus, vt docet *Andr. in l. Imperialem.*, poſt *n. 13. verſ. quamuis conſenſus Domini.*

67 Ad dignoſcendum autem, an, & quandò aſſenſus Regis producat vnum, vel alterum effectum, illam regulam obſeruandam conſtituo, vt ſi in aſsenſu adſit quæuis clauſula, per quam conſtituitur ius aliquod in illo feudo in beneficium Regis cum nouo feudi acquiſitore, tunc talis aſſenſus habeat vim nouæ inueſtiturę, quia vnus actus occultatur, & perindè eſt, ac ſi alienans feudum illud refutaret in manu Domini directi, ſeù Regis, & Rex de nouo illud concederet nouo acquiſitori ſub illa forma, & ſic ipſe Rex videtur dare, & habet locum illa regula, ſumpta ex *l. lege obuenire, ff. de verb. ſignific.* quòd qui confirmat, dat, ità patet ex *Andr. in c. 1. col. 4. verſic. alij dicunt, qui ſucc. teneãt.* & alibi pluriès *Reg. Lanar. conſ. 8. n. 12 cum ſeqq. conſ. 13. n. 3. cum ſeqq. & conſil. 82. n. 19. cum ſeqq.*

68 Exemplum erit, quandò feudatarius poſſidens feudum, quod tenet in capite à Regia Curia, & pro quo ſoluit debitum ſeruitium, & præſtat iuramentum fidelitatis eidem Regię Curię, cum alijs, quę reſpiciunt cognitionem ſupremi dominij, hoc feudum alteri vendat cum eiſdem oneribus ad beneficium Regię Curię, & Rex aſſentiat tali venditioni cum reſeruatione eorundem iurium in beneficium ſuę Curię, & cum onere præſtandi Sacramentum fidelitatis infrà biennium, prout eſt de formæ Regię Cancellarię, tunc quia per huiuſmodi aſſenſum conſtituitur ius in hoc feudo vendito cum nouo

empto-

emptore ad beneficium Regis, talis assensus habebit vim nouę inuestiturę, & sic nouus emptor habebit tale feudum ab ipso Rege, qui per confirmationem assentiendo censetur ei illud dedisse.

69 Si verò in assensu Regis nulla sit apposita clausula, per quam ius aliquod in eo feudo constituatur in beneficium Regis cum nouo feudi acquisitore, tunc remouet tantùm obstaculum, & tollit impedimentum, quod habet feudatarius impeditiuum alienationis rei feudalis absquè licentia directi Domini, tàm de iure communi feudorum, quàm de iure Regni, vt post *Andr. in cap. Imperialem, nu. 2. vers. sed si vendebatur, & num. 14. & in cap. 1. num. 8. qui succes. teneant. & Camer. in eod. cap. Imperialem, car. 43. lit. M. cum seqq.* declarat *Regens Lanar. cons. 60. num. 141. & seq.* ac *Liparul.* qui alias authoritates cõgerit ad *Andr. in d. cap. Imperialem, num 14. in verb. colligitur*; subdens, quòd tunc idem iudicamus de feudo cum tali assensu, quod de allodio, vt latè per *Loffred. cons. 1. n. 1. 6. & 187.*

70 Exemplum patet, si Baro concedat rem domanialem sui feudi, aut subfeudum suæ Baroniæ cum onere præstationis seruitij, seù aliarum conditionum, in beneficium suæ Baronalis Curiæ tantùm, & Rex huic concessioni assentiat simplicitèr absquè reseruatione alicuius sui iuris super corpore concesso, quod respiciat nouum concessionarium, talis assensus vtiquè non habet vim nouæ inuestiturę, quia ipse Rex per huiusmodi assensum nihil acquirit sibi, ac suæ Regiæ Curiæ, & successiuè non censetur ipse Rex de nouo dare sub illa lege, sed tollit obstaculum tantùm, quòd habebat Baro ex prohibitione *Constitutionis Regni* faciendi illam nouam concessionem.

71 His fundamentis tahtèr iactis nunc constituo regulam, quam conspicio indubitatam, vt ille tantùm assensus Regis producat feudum quaternatum secundùm quid, qui habet vim nouæ inuestiturę, non autem ille, qui habet vim tollendi obstaculum tantùm, quia in eo solùm militat illa ratio, quòd qui confirmat, dat, non autem in isto, ità videtur manifestissimè constare ex *Andr.* in omnibus locis, vbi hãc quæstionem tractauit, & præcipuè in *Const. Si quis Baro*, in qua volens declarare, qualitèr quaternari possit feudum, quod tenetur à Barone, protulit hæc formalia verba, videlicèt. *Potest quis habere plura feuda, & tunc si sunt quaternata, vel non, det vnum alij cum assensu Regis, vt sub eo, & ab eo teneatur, &*

72 *erit Baro, consensus Regis quaternabit istud, quia Rex confirmans videtur dare, auth. de defens. Ciuit. §. interim, de verbor. signif. l. lege obuenire, sed feuda collata per Regem dicuntur quaternata, quia scripta in registris, & quaternis Dohanarum Dominorum.* Hæc sũt verba *Andr.* quæ singula sigillatim ipse pondero tali pacto.

73 In primis reassumo illa verba, *si sunt quaternata, vel non*, siquidèm ex eis resultat, vt nihil referat, vtrum Baro subinfeudet feudũ quaternatum, quod ipse tenet in capite à Regia Curia, vel subinfeudet feudum, quod est solitum concedi à Barone, & tenetur in capite ab eodem Barone tanquàm feudum planum suæ Baroniæ, sed vis consistit in forma, sub qua conceditur ab ipso Barone, & sub qua Rex ipse consentit concessioni factæ à Barone, nàm si Baro subinfeudat aliquod corpus feudale, & Rex huic subinfeudationi assentiat, vt subfeudatarius illud subfeudum teneat sub ipso Rege, & ab ipso Rege, & hoc partim recognoscitur à Barone, qui subinfeudauit, partim verò à Rege, qui sub ea forma consensit, statim resultat effectus quaternationis secundùm quid; ratio est, quia ex assensu sub hac forma præstito constituitur ius super feudo, afficiens personam concessionarij in beneficium Regis, dùm illud recognoscit, nedùm à Barone, sed etiam à Rege.

74 Secundò reassumo illa verba sequentia, ibi *vt sub eo, & ab eo teneatur*, ponderans, quòd *Andr.* non dicit, cum assensu Regis simplicitèr, sed addit hanc clausulam, *vt sub eo, & ab eo teneatur*, sentiès expressè, quòd si Rex simplicitèr assentiret subinfeudationi factæ à Barone, etiam feudi quaternati, talis assẽsus à Rege simplicitèr præstitus non quaternabit feudum illud, sed necessariò requiritur, vt in assensu apponatur aliqua clausula, per quam conster, quòd Rex velit, illud feudum recognosci etiam ab ipso Rege.

75 Et ad comprobandam hanc meam intelligentiam adduco *Frece. in dict. tit. de origin. Baron. num. 55.* qui loquitur in Castro, & sic in feudo quaternato subinfeudato à Barone cũ assensu Regis simplici, absq; dicta clausula, & præsupponit, quòd non remaneat feudum quaternatum, sed efficiatur planum, & de tabula, & Ego addo *Camerar. in l. Imperialem, car. 77. colum. 4. lit. Q. vers. vel quia*, & clarius *car. 73. col. 2. lit. F.* vbi ait, quòd feuda quaternata quandòq; in aliam speciem conuertuntur, vtputà si pro aliqua parte subinfeudantur, quia adhùc feuda sunt, non tamen quaternata, sed plana, & de tabula, ità *Camerar. dict. car. 77.* Verùm *car. 73.* ait, quòd si est alienata aliqua pars Castri à feudatario cum assensu Regis, cum hac qualitate, quòd retineat hunc secundum in vasallum, tunc erit feudum quaternatum secundùm quid, ergò illa qualitas adiecta in assensu Regis, vt ipse Rex detineat hunc secundum in vasallum, operatur, vt sit quaternatum secundũ quid, aliàs esset planum, & de tabula.

76 Item ad probandum illud dictum, quòd hæc verba, siuè hæc clausula, *vt sub eo, & ab eo teneatur*, includat ipsum Regem, & intelligatur de ipso Rege affero *Afflict. in cap. 1. num. 52. in fin. & num. 53.* vbi in specie ità declarat in *vers. ergò si non est dictum.*

Et quòd huiusmodi assensus simplicitèr præstitus non operatur aliud, quàm remotionem obstaculi: pondero verba vtriusquè, nàm *Afflict. in loco* proximè citato expressè ait, *quòd concedendo Baro feudum non quaternatum cum consensu Regis, non dicitur tunc Rex alienare, sed alienantem non impedire, & ius eius prorogare, & non de nouo concedere, Frece.* verò *dict. num. 55.* ait, *sufficit Regi dicere, feudatarium suum alteri concessisse ipso consentiente, tollitur obstaculum nouæ legis Regni*, & sic vterquè videtur constituere vim in forma assensus simplicis, & vterquè habet pro vero, quòd assensus simplex tollit obstaculum tantùm.

77 Tertiò, pondero rationem, quam *Andr.* affert sui dicti, dùm ait, *quia Rex confirmans videtur dare*, quandòquidèm hæc ratio non congruit cuilibet assensui, nisi illi tantùm, qui habet vim nouæ inuestiturę ex occultatione vnius actus propter celeriorem coniunctionem, vt scilicèt feudatarius fingatur refutasse feudum in manu directi Domini, & Dominus de nouo concessisse subfeudatario, quæ noua concessio non potest verificari, nisi quandò subfeudatarius illud recognosceret in capite ab ipso Rege, quia si non recognosceret à Rege, tunc non daret Rex, & sic non militaret ratio adducta per *Andr.* & quotiescunquè cessat ratio ab *Andr.* adducta, cessab. et etiam quaternatio feudi.

78 Quar-

78 Quartò, pondero aliam rationem ab *Andr.* adductam ad probandum, cur feuda collata per Regem dicantur quaternata, quia. s. sunt scripta in regestris, & quaternis Dohanarum Dominorum, inferens ex
79 hoc, quòd vt assensus Regis quaternet feudum, debet habere clausulam, *quòd registretur in quaternionibus Regiæ Cameræ*, quæ clausula nō apponitur, nisi in alienatione feudorum, quæ recognoscuntur à Rege, vt tradit *Affict. in Const. Post mortem, num. 4.* qui ad literam scribit.

80 Quintò, & vltimò considero, quòd in hac ipsa quæstione idem *Andr. in cap. 1. num. 21. in fin. de Cap. qui cur. vend.* vsus est hac eadem formula verborum, qua vsus est in *dict. Constit. Si quis Baro*, quod non sine mysterio obseruasse credo, cùm *Andr.* fuerit tàm mysteriosus in verbis suis, vt nullum vnquàm verbum otiosum, aut superfluum admiserit in scriptis suis, sed potiùs nimis breuis, ac parcus ab omnibus reputetur, adeò quòd de eo dici potest, *obscurus fio, dum breuis esse laboro.*

81 Immò addo, quòd hæc verba mysteriosa non formauit, aut effinxit sibi *Andr.* ex suo capite, quod satis, superquè sufficeret apud omnes ob eius maximam authoritatem in materia feudali, sed illa excerpsit ex *text. in clem. pastoralis*, post *vers. verum est quidèm, de sent. et re iud.* vbi Summus Pontifex loquens de iniustitia sententiæ latæ per Imperatorem Henricum contra Robertum Regem huius Regni, dùm illum priuauerat Regno, Regia dignitate, Terris etiam alijs, & iurisdictionibus perpetuis, & temporalibus, vtitur illis verbis, videlicet, *quæ sub eo nullatènus, vel ab eo, sed à Nobis, et sub Nobis tenebat*, & sic per huiusmodi verba probauit Summus Pontifex, quòd Regnum hoc, & aliæ Terræ, & iurisdictiones possessæ per Regem Robertum tenebantur in capite ab ipso Summo Pontifice, & non ab Imperatore, qui propterea non poterat illis Regem priuare per suam sententiam.

82 Hinc posteà infero, quòd si in assēsu Regis adsint alia verba denotantia eandem vim, tunc resultabit idem effectus quaternationis, vtputà si fuerit apposita clausula, *dummodò teneat in capite à Nobis, et à nostra Regia Curia*, quia tunc efficitur feudū quaternatum secundùm quid, etiam si in concessione Baronis esset eadem clausula apposita in beneficiū Baronis, nempè *quòd teneatur in capite ab ipso Barone, & ab eius Baronali Curia*: nàm hæc ipsa non sunt repugnantia inter se, sed potiùs compatibilia, cùm sit hæc propria natura feudi quaternati secundùm quid, vt pro parte teneatur in capite à Barone, qui propterea exigit releuium, & seruitium in casibus contingentibus, item & percipit fructus subfeudi eo vacante per mortem subfeudatarij sine successore, donec conferatur à Rege, pro parte teneatur in capite à Rege, qui propterea in casu deuolutionis cōferet idem subfeudum, tenendum tamen à Barone, iuxtà *Constit. Post mortem*, ad quæ adduco *Camer. in l. Imperialem, car. 69. col. 3. lit. L. M. cum trib. col. seqq. & car. 71. col. 3. lit. M.*

83 Secùs verò erit, si in assensu Regis esset apposita alia strictior clausula, *vt* scilicèt *teneatur in capite immediatè ab ipso Rege*, nàm tunc efficeretur feudū quaternatum simplex, & nullum ius in eo remaneret in beneficium Baronis, vt idem *Camer.* declarat *ibidem.*

Dummodò tamen constet de scientia Baronis huiusmodi restrictionis appositæ in assensu Regis, aliàs Baroni non officeret, iuxtà doctrinam *Affl. in dict. Constitut. Post mortem, num. 4. et Camer. dict. l. Imperialem, f. 69. lit. L. M.* & constat ex *Pres. de Franch. dec. 48. in fin.*

84 Nisi in concessione facta à Barone esset eadem clausula stricta, *vt teneatur in capite immediatè à Barone*, nàm tunc assensus Regis simplex absquè eadē clausula non quaternat feudum, sed efficit, vt penès Baronem remaneat dominium etiam directum, & erit feudum simplex planum, & de tabula, vt tradit *Frecc. lib. 1. subfeu. tit. quis dicatur Princeps, c. sed vt verius, n. 6.*

85 Verùm si in assensu Regis esset apposita eadem clausula stricta, *quòd teneatur immediatè, et in capite à Rege*, tunc assensus esset difformis à concessione, & propter difformitatem nihil operaretur, nec pro quaternando simpliciter, nec pro quaternando secundùm quid, & Baro posset reuocare concessionē à se factam, vt per *Pres. de Frāch. d. dec. 48. in fi. et 154. nu. 5. Camer. in l. Imperialem, car. 56. lit. R. Frecc. lib. 2. auth. 1. q. 34.*

Hæc in effectu resultant ex multis vigilijs à me applicatis pro eruenda veritate circà hanc notabilem quæstionem, cùm casus acciderit, poterunt cuncta diligentiùs, & accuratiùs rimari, vt vera conclusio eliciatur. Et hanc opinionem tanquàm à me inuentam post horum primam editionem in omnibus paucissimis verbis comprobat *Cons. Georg. in Repet. feud. p. 1. c. 8. n. 6.*

ADDITIO.

A HAec feudorum materia nedùm latissima est, & in Regno nostro practicabilior, quàm alibi, proùt dicit hic *D. Regens*, sed ius hoc feudorum difficillimum ab omnibus iudicatur, tametsi & in foro, & in scholis in diem ventiletur, sicut testatur *Dom. Consil. Ioan. Andr. Georg. in princ. repetit. feud. num. 9.* Ideòq; vastissimum eius oceanum sulcare satis est periculosum, & si *Andream*, aliosquè feudorum hoc ius percallentes habeamus aurigas, quamobrem consultiùs erit extremas eius oras discurrere, quàm per medium profundum eundo, in scupulos incidere, & summergi.

Quæstio hæc, an bona posita intrà fines territorij alicuius Ciuitatis, vel Oppidi in dubio præsumantur feudalia, vel allodialia, seù burgensatica, & ad quem spectent, ità pulchra est, sicut difficilis, in ea enim tàm variè loquuti sunt *DD.* vt confusionem potiùs, quàm quæstionis resolutionem induxerint, sicuti dixit *Dom. Capiblanc. in pragm. 11. num. 41. de Baron. et Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 101. in princ.* murmurans de *Aymone Cranetta*, quòd in *responso pro genero* satis longam, & minus perfectam fecerit distinctionem. Idcòquè vt pro viribus, nostroquè captu, veritatem assequamur, puto distinguendos esse quatuor casus.

Primus est, si agitur inter Fiscum, & Baronem, vel Vniuersitatem.

Secundus, si agitur inter Baronem, & Vniuersitatem circà domanialia, quæ vocant, cuius sint.

Tertius, si lis est inter Baronem, & vasallum pro bonis, quæ vasallus possidet infrà fines feudi.

Quartus deniquè, dùm quæstio est inter Conuasallos de qualitate territorij, vtputà quia vnus asserit, esse feudale, & alter contendit, quòd sit burgensaticum, seù allodiale.

In primo casu subdistinguendi sunt duo casus. Alter est, quandò sumus in iurisdictionalibus, &

alijs,

alijs,quę ad ſolum Regem ſpectant,ac implicat poſſideri à priuatis, & inferioribus à Principe, vt ſunt Regalia,& ſimilia, & in his dicendum eſt, Fiſcum habere intentionem fundatam, quòd ad ipſum ſpectant, *Peregr.de iure Fiſci lib.7.cap.3.nu.14. Auend. de exeq.mandat.cap.1.num.7.verſ.idem probatur, Ioſeph.Seſe deciſ.Arag.74.num.5.* doctiſſimus,ac integerrimus *Horat. Montan.de Regal.in princ.ſub nu.3. verſ.paritèr iuriſdictiones omnes, & num.4.& 27.& Dom.Capiblanc.* in citata *pragm.11.num.50.* cùm omnes iuriſdictiones à Principe ſolo dependeant, fluant,& refluant, & ab ipſo ſolo poſſint alijs communicari,*Frecc.de ſubfeud.lib.2.quæſt.37.num.7.de Pont.deciſ.2.num.6.et Capiblanc. in loco* relato. Et Regalia, quòd ad ſolum Regem ſpectent, tradit *Dom.Reg.Capyc.Galeot.in fiſcal.reſpon.12.ſub n.129.* & ſatis ſubtiliter, & ingeniosè fundat idem *Dom. Montan.in loco* prædicto, vbi eam etiam tractans quæſtionem, an Regalia ſint à Regis perſona ſeparabilia, poſſintq; in alium transferri,de qua etiam per *Bald.in Leam.quam, num.30. C. de fideicommiſſ.* elegantèr diſtinguit de duplici Regalium genere, quorum alterum,vt ſunt Sceptrum,Diadema,& Solium,quæ in ſignum ſupremæ poteſtatis,ac dignitatis Regiæ Coronæ ſunt conſtituta, ſicuti etiam eſt ius illud ſuperioritatis,ſeù Regia Suprema Poteſtas ſuper omnes ſubditos Regi à Populo tributa tempore erectionis Regni,dùm ſubmiſerunt ſe vni Regi, ac alia ſuprema iura, quæ idem *D.Montan. ibidem* recenſet,negat cum communi, & poſſe à Regis perſona ſeparari, ideòquè ea eſſe inalienabilia, & præſumuntur reſeruata, proùt optimè fundant *Lanar. in conſ.34.num.1.verſ.& prima limitatio eſt,* poſt *Lucam de Penna,* & alios, quos allegat,& *Dom.Regens Capyc.Latro in conſult.2.à num.2 cum ſequent.* Alterum verò Regalium genus, quod inuentum eſt pro victu Regis, expenſiſquè militaribus,vt ſunt vectigalia,Monetæ,Mulctarum compendia, Bona vacātia,Bona,quæ vt ab indignis, Bona committentium crimen Maieſtatis, Bona contrahentium inceſtas nuptias, & condemnatorum,Theſauri,Salinæ, & alia,quæ enumerantur in *tit.Quæ ſint Regalia,* & latiſſimè per *Alfar. de offic. Fiſcal. gloſ.20.* concedit, poſſe alienari, & in alium transferri,vti ſeparabilia à Corona,& perſona Regis, vt latiſſimè *ibi* per eum à *num.2. cum ſequent.* Et ideò dùm habet Fiſcus ſuper iuriſdictionalibus, & Regalibus intentionem fundatam,cogere poteſt Barones,alioſquè poſſeſſores ad oſtendendum titulum eorum poſſeſsionis, idem *Peregr.in d.cap.3.num.18.* ex *Bald. in l.2. nu.8. C.quom.& quand.Iud.Frecc.de ſubfeud.in 17.author. Baron.num.2.* latiſsimè *Capiblanc.in ead.pragm.11.* & ità obſeruare Regiam Cameram, eſt deductum ſuprà in *pragm.8.ver.in Barone eſt amiſſio iuriſdictionis, nu.7.de Baron.*

Alter verò caſus eſt, dùm agitur de territorijs intrà fines Regni,Ciuitatum,vel Oppidorum poſitis, quę tamen à Barone,vel particularibus,aut Vniuerſitate poſsidentur,& in his dicendum eſt,territoria prædicta quòad iuriſdictionem ſupremam,de qua latiſsimè, & doctiſsimè tractat *Grammat.in voto 28.per totum, de Pont. de poteſtat.Proreg.in tit.de abund. Ciuitat. §.1. num.22. et ſeq.Dom.Montan.ibidem ſub num.3. et Dom.Capiblanc.in pragm.1.nu.43. de Baron.* non autem quòad proprietatem Regis eſſe, *Dom. Montan. in d. tract.de Regal.in princ.in 4. quæſt.ſub num.14.Menoch.d.præſump.101.* varios caſus diſtinguens,& *Peregr.d.c.3.lib.7.n.14.*

In ſecundo verò caſu, quandò agitur inter Baronem,& Vniuerſitatem circà bona,quæ domanialia dicuntur, ad quem ſcilicèt ſpectent,& in hoc ſciendum eſt,quòd omnia territoria Regni fuerunt à Populo in Regem translata in initio erectionis Regni, ac electionis Regis, & quòd Vniuerſitatibus nihil fuit à iure deputatum, niſi quod à Rege ex priuilegio fuit datum,vel legitima præſcriptione fuit per eam acquiſitum, doctrina eſt *Innoc. in cap.cùm ad Sedem,de reſtitut.ſpoliat.Bal.in l.1.n.12. C.de emanc. liber. et Auend.d.c.4.per tot.*

Hoc poſito neceſſariò dicendum eſt, quòd territoria omnia domanialia, quæ intrà fines ſunt feudi, nec à Barone, vel Vniuerſitate poſsidentur,ad Regem, & ſucceſsiuè ad Baronem, qui à Rege habet conceſsionem feudi *cum omnibus territorijs cultis, et incultis,nęmoribus,ſyluis,et pertinentijs omnibus,* iuxtà communem formam inueſtiturarum, de qua per *Capyc.in inueſtit. feudal. ſuis in locis*, ſpectant, proùt concludit *Auend. d.cap.4. num.4. ſub verſ.et Ciuitas,* niſi Vniuerſitas ea poſsideat,veritas nàmq; eſt,quòd hodiè videmus in aliquibus Ciuitatibus, & Oppidis Regni, domanialia iſta poſsideri per Barones,& appellari domanialia Baronis,per quem in eis fidantur animalia exterorum,ac exigitur terraticum(quod vocant) ex frumēto,& alijs frugibus, quæ in eis ſeminantur, tàm per exteros, quàm per ciues, ſeù vaſallos. Et in aliquibus alijs poſsideri per Vniuerſitates,& vocari domanialia Vniuerſitatis,quæ fidam exigit de animalibus exterorum, & terragia percipit, vel alitèr de eis diſponit, ad tradita per *Capiblanc. in 2. tom.cap.76. in princ.* non alia ratione,niſi quia Barones ea acquiſiuerunt per priuilegium ex Principis conceſsione, antequàm fuiſſent Vniuerſitatibus conceſſa, & aſsignata in diſtinctione, & diuiſione terminorum,iuxtà *Poetæ* carmen.*Limes agro poſitus,litē vt diſcerneret aruis.* Vniuerſitates verò vel ea acquiſiuerunt per legitimam præſcriptionem,& poſſeſsionem cētenariam, aut immemorabilem, quæ vim habet tituli,& priuilegij conceſsi à Principe, *Anna allegat.68. num.5. Dom.de Ponte d.deciſ.2. num.8. Camill.Borrell. conſ. 86.num.1.et Dom.de Marin.reſol.quotid. cap.107.nu.* 20. & ſatis magiſtraliter vtrumq; docuit *Andreas in cap.Imperialem, num.50. de prohib.feud. alien.per Feder.*

In tertio caſu,dùm ſcilicèt agitur inter Baronem, & vaſallum pro bonis, quæ vaſallus poſsidet infrà fines feudi, dicendum eſt, ea eſſe ipſius vaſalli poſsidentis quòad dominium,& poſſeſsionem, Baronis autem quòad iuriſdictionem, prout ſatis notabiliter, & elegantèr docet *Capiblanc. in d.pragm. 11.à num.53.cum ſeq.* vbi etiam declarat regulam, quòd quicquid eſt infrà fines feudi, præſumitur feudale, quem etiam refert, & ſequitur *Dom.Reg. hic*, & ratio eſt, quia quælibet res in dubio præſumitur libera,& allodialis,*l.altius,C.de ſeruit.et aqua, Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.89. num.1. et præſumpt.91. num.1. Maſcard. quæſt.79. de prob.* & per alios, quos adducit idem *Dom. Capiblanc.* pro hac materia omninò videndus, ideòq; Baro, qui prætendit,eſſe feudalem,probare id debet,interim verò vaſallo in poſſeſſorio ius aſsiſtit, etiam ſi aliquid in ſpecie, vel pecunia pro cenſu ſoluatur, vt per *Capiblanc.ibidem, num.56. et tomo 2.cap.46.nu.* 6. ſatis benè poſt *Afflict. Menoch. et Clar.* quos allegat.

Ex qua concluſione inferri poteſt etiam ad cenſum annuum ſuper territorio, vel re aliqua ſtabili debitum, an ſcilicèt is præſumatur emphyteoticus,

vel liuellarius, aut cenſus ordinarius, de qua per *Couarr.var.reſolut.lib.3.cap.7.num.1.Theſaur.lib.1. forenſ.quæſt.12.ſub num.4.et Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.106. num.3.* Et quibus coniecturis præſumatur, & an ex partium aſſertione in inſtrumento venditionis, donationis, vel alterius contractus facta probetur, ex infraſcriptis, quæ allegaui annis elapſis in Reuerendiſsima Curia Archiepiſc. Neapolitana pro Domino Iulio Comite, meo, ac Domini Lucæ Laganarij mei Patrui dilectiſsimi cliente cariſsimo, contra Reuerendum D. Fabium Niglium, facilè colligi poteſt, ideò imprimenda duxi.

IN hac cauſa D. Iulij Comitis cum D. Fabio Niglio de duobus poſſet dubitari.

Primũ eſt, an cenſus annuorũ duc. octo probetur conſtitutus ſuper domibus in actis deductis. Secundum, an ſit emphyteuticus, ità vt ob alienationem factam irrequiſito domino, & ob non ſolutionem canonum, ceciderint domus in commiſſum, vnà cum meliorationibus fortè exiſtentibus, vel ſaltim condemnandus ſit emptor ad ſoluendum laudemium cum cenſibus decurſis, & non ſolutis.

Reſpectu primi nulla cadere poteſt difficultas, ſiquidèm clariſsimè elicitur, tùm ex tribus inſtrumentis, de anno 1578. 1606. & 1622. tùm etiam ex ſolutionibus factis, & tùm denique ex confeſsione aduerſarij in eius comparitione, in qua fatetur, cenſum deberi, negat tamen eſſe emphyteuticum, timore caducitatis, & aliorum onerũ, quæ ſubſtinet.

Difficultas itaque conſiſtit in eo, an cenſus iſte iudicandus ſit emphyteuticus, vel alterius ſpeciei, qua in re indubitanter teneo, eſſe emphyteuticum, & ſic per Reuerendam Curiam fore declarandum.

In inſtrumento enim anni 1578. id clariſsimè dicitur, ibi. *Cum onere cenſus emphyteotici annuorum ducatorum octo, ſoluendorum Excell. Matthęo Comite in mediet. meníis Auguſti, &c.* Ideòq; cùm claris verbis contrahentes dicant, eſſe contractum emphyteuticum, ab hac denominatione recedendum non eſt, iuxtà *text. in l. ſi alij, ff. de vſu, & vſufruct. legat.* vbi *DD.* omnes, ità elegantèr fundat *Menoch. de præſumpt. lib.3 præſumpt.105. num.1.* vbi in ſpecie contractum emphyteuſis ex verbis iudicandum docet ex *Neuiz. Natt.* & alijs, quos allegat; talis enim præſumitur contractus, qualis ex verborum facie apparet, *l. ſi deiuſſores magiſtratuum, §.1. ff. de fideiuſſor.* præſertim verò cùm declaratio hæc fiat in publico inſtrumento, quod facit rem claram, & manifeſtam, ex *Cenc. de cenſ. dec.125. n.11. & dec. 133. nu.6. & dec.135. & 136. n.6.*

Nec vim facit, quòd non producitur inſtrumentum conſtitutionis, & creationis cenſus emphyteotici iàm dicti, qui neceſſariò nó requirit ſcripturam, *l.1. vbi gloſ. C. de iur. empyt.* nàm cenſus, & emphyteuſis poſſunt probari, etiã ſine ſcriptis, *dict. l.1.* vbi *Bart. num.6. C. de iur. emph.* refert *Cenc. de cenſ. deciſ. 113. n.1.* Et poſito, quod cenſus emphyteuticus probetur, ſeù præſumatur conſtitutus, inſtrumentum, & ſcriptura præſumitur, *Roderic. de ann. reddit. lib.1. q.15. n.57. ex text. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.*

Et ſi in indiuiduo caſus noſtri, quòd ſcilicèt contractus emphyteuticus probetur ex ſola aſſertione, & enunciatione facta in aliquo inſtrumento, putà venditionis, donationis, vel deſcriptionis in æſtimo, ſeù appretio, tradiderunt *Cranet. conſ. 217. nu.8. & ſeq. Alex. conſ.10. n.5. lib.4. Foller. de cenſ. in verb. huiuſmodi cenſ. ſuper rebus, num.98. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.17. n.73. Caſſan in Conſ. Burg. in tit. des cenſes, §.3. num.5. Nicol. Gen. de veriſimil. lib.2. q.4. nu.8. & ſeq.* vbi diſputat punctuale n quæſtionem noſtrã, & *Surd.* in propriis terminis noſtris *deciſ.10. per totam, ex text. in l. deſiderium, C. de poſit.* & ex *l. cenſualis, C. de donat.* & per doctrinam *Bart. in l. rura, C. de omn. agr. deſert. lib.11.* Concurrẽtibus præſertim alijs adminiculis, nempè alijs confeſſionibus factis in alijs inſtrumentis, ac ſolationibus factis vſquè ad hæc tempora, quæ omnia conſiderat *Surd. dict. deciſ.10. num.10. Foller. dict. num. 98. & Cranett. dict. conſ. 217.* quicquid dixerat *Guid. Pap. deciſ.24.* nàm ibi aderat ſola confeſsio, & enunciatio in inſtrumento venditionis, & non aderant alia adminicula, prout aduertit *Surd. d. dec. 10. n.24.*

Cui ſanè concluſioni non refragabitur, quòd verba hæc *cum onere cenſus emphyteotici, &c.* ſint incidenter prolata in dicto inſtrumento venditionis, & ſic tanquàm verba enũciatiua emiſſa propter aliud, non probent, ad *text. in Epiſtola, ff. de pact.*

Etenim negatur, verba hęc eſſe incidẽter, & propter aliud prolata, ſed ſunt propter ſe, & ſubſtantiã negotij emiſſa, ſine quorum expreſsione contractus conſiſtere non poterat; certum eſt enim, quòd venditor exprimere tenetur onera, ſeruitutes, & alia, propter quæ emptor veriſimiliter non fuiſſet emptus, *l.1. & toto tit. ff. de ædilit. edict.* vbi norant *DD.* omnes, *Alex. conſ.63. lib.6. conſ.14. lib.7. & conſ.107. vol.4. Lanar. conſ.15. num.34.* & in contractu emphyteutico tradit *Bertaz. in tract. clauſul. clauſ.14. gl.1. n.6.*

Dùm ergò in anno 1578. Fabritius Sarrianus vẽderet domos in actis deductas Petro Antonio Ruſſo, ex iuris diſpoſitione coactus fuit exprimere in contractu venditionis omnia onera, quę ſubſtinebant dictę domus, & ſic declarauit, domus prędictas ſubiacere onĕri cẽſus emphyteotici annuorũ ducatorum octo debitorum Domino Matthęo Comite, & eo onere vẽdidit. Erit ſanè confeſsio hęc pars contractus, & propter rem, & ſubſtantiam negotij emiſſa, non autèm incidenter, & ſine neceſsitate facta, aliàs enim reſolueretur contractus, *l. ex empto, §. ſi quis virginem, ff. de action. empt.* vel teneretur ipſe emptor ad intereſſe, *d.l.1. ff. de action. empt. & l. quoties, ff. de ædil. edict.* & notant *DD.* ſuprà relati.

Quinimmò non tantùm neceſse fuit declarare, domos eſſe cenſui ſuppoſitas, ſed apertius dicere naturam, & qualitatem cenſus, ſcilicèt emphyteotici, liuellarij, vel alterius ſimilis, *d.l.1. §.1. ff. de action. empt.* & optimè probat *Cranett. dict. conſil. 217. ſub num.10. & Bertaz. in tractat. clauſul. clauſ. 14. gloſ.1. num.6.* & idem *num 2.* tradit, quòd emphyteuta alienans rem, non declarata qualitate, & conditione rei, dicitur interuertere poſſeſsionem, & ius domini, & ſic poteſt emphyteuſi priuari, nàm longè differt contractus emphyteuticus à cenſuali, eſtquè magis oneroſus, *Menoch. de præſumpt. lib.3. præſumpt.106. num.10. et ſeq. et Gomeſ. ad l.68. Taur.* Quòd ſi debuit Sarrianus venditor hęc dicere in inſtrumẽto, & actu venditionis, nullo modo poterit prętendi, eſſe verba hęc incidenter, & propter aliud enunciata, ſed propter ſe, & ſubſtantiam negotij emiſſa.

Quo ſanè caſu (quãdò ſcilitèt verba, etſi enunciatiua, erant neceſſaria ad ſubſtantiam actus) clariſsimum eſt, quòd ea plenam inducunt probationem

circà

circà ea, quæ necessaria erant ad subsistantiam actus, proùt notant *DD. in l. optimam, C. de contrah. & com. stipul.* consuluit *Dec. cons. 118. num. 5. & cons. 359. num. 6. Cravett. de antiq. temp. par. 1. vers. propositum nostrum, nu. 12. & in cons. 134. num. 8. & in dict. cons. 217. num. 6.* ex *Bart.* & alijs, quos allegat, & hos sequitur *Nicol. Gen. de verb. enunc. lib. 2. q. 1. n. 9. & 10. & q. 17. n. 12.*

Id, quod eo magis sibi locum vendicat, cùm assertio hæc fiat ab ipso Domino domorum, in quo non præsumitur ignorantia, ad tradita per *Abb. in cons. 61. lib. 2. n. 12.* & per *Cravett. d. par. 1. n. 33.* In tantum, quòd præiudicat etiam singularibus successoribus, & habentibus causam ab ipso enunciante, *Cravett. in cons. pro genero, num. 428. & d. cons. 217. num. 10.* quem refert *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 101. nu. 16.* loquens in proprijs terminis nostris, & *Surd. d. dec. 10. n. 9.*

Præterea aduertant, rogo, quòd quoties incidit quæstio de verbis enunciatiuis, ea adhibenda est distinctio, quòd aut sumus inter easdem personas contrahentes, & indistinctè probant contrà enunciantem, *Cravett. de antiq. temp. par. 1. num. 19. Nicol. Gen. de verb. enunc. lib. 2. q. 1. nu. 7. & q. 45. num. 6. & q. 4. lib. 1. num. 73.* Aut sumus in tertio, qui non interuenit, sed Notarius stipulatus est pro eo, proùt communitèr fit, & adhùc probant, *Foller. de cens. loco* jàm relato, & *Redoan. d. quæst. 17. nu. 75. et Surd. d. dec. 10.* loquitur in contractu iurato, aut contractus non est stipulatus, & Notarius non interuenit, & certum est, quòd faciunt præsumptionem ad fauorem tertij, qui non interuenit, donec contrarium probetur per aduersarium, *Cravet. d. par. 1. num. 30. vers. quid tenendum*, & latè discurrit *Nic. Gen. d. q. 1. lib. 2. n. 17. et seq.*

Quocunq; ergò rem vertamus, fateamur, oportet, verba hæc (licèt enunciatiua) plenè, & sufficientèr probare censum, de quo loquimur, cumquè esse emphyteoticum.

Et tandèm non omittam, quòd verba enunciatiua probant in antiquis, *Cravett.* latissimè in *d. tract. de antiq. vers. ampliatur tunc, per totum, à num. 9. et Nicol Gen. de verb. enunc. lib. 1. qu. 4. num. 44. cum seq.* quamplurimos huius opinionis sectatores allegat, & *Rice. d. coll. dec. 189.*

Patet ergò ex prædictis, censum esse sufficienter, plenèq; probatum, illumq; esse emphyteoticum, ac proindè condemnandum esse D. Fabium ad census decursos, & ad laudemia propter venditionem factam.

ET deniq, si sumus in quarto casu, hoc est inter duos Cõuasallos, quorũ alter prætendat, territorium aliquod esse feudale, alter verò, burgensaticum, & in hoc casu similitèr dicendum erit, quòd in dubio præsumitur burgensaticum, & allodiale, non autem feudale, per ea, quæ dicta sunt in tertio casu, & per eandem rationem, quòd quælibet res præsumatur libera, & allodialis, non autem feudalis, *Menoch.* latissimè *d. præsumpt. 89. num. 1. et 4. & d. præsump. 91. nu. 1. lib. 3.* quia feudum est quædam seruitus, proùt idem *Menoch.* desumit ex *glos. in l. si cuius, §. si vsusfructus, in ver. oportet, ff. de vsufruct.* quæ non præsumitur, cùm non habeat causam naturalem, sed aut impositam, aut præscriptam, vt fundat *Menoch. d. præsump. 89. n. 2.*

Io. Laganar.

De Feudis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Soror dotata de bonis fratris, ab eius successione excluditur, secùs de bonis patris secundum ius Francorum; at de iure Longobardorum sufficit, vt sit dotata à communi patre, vt excludatur.*
... *dotata de bonis fratris quandò ab eiusdem fratris successione excludatur, remissiuè.*
2 *Pragmaticæ istius dubitandi, et decidendi rationes, remissiuè.*
3 *Clausula illa*, gratia generalis legis condendæ, *nùm. fuerit necessaria in hac pragmatica exprimi.*
4 *Sententia lata cognitionaliter per Regiam Maiestatem inter partes, examinato negotio habet vim legis generalis.*
Leg. fin. C. de legib. *intellectus, remissiuè.*
5 *Soror primogenita quàmuis dotata an excludat sororem secundogenitam in capillo existentem à successione feudorum.*
6 *Constitutio ex quibus modis generalis esse cognoscatur, remissiuè.*

VNiuersis, & singulis, &c.

1 In viuentibus iure Francorum soror maritata de bonis fratris, ab eius successione excluditur, secùs si de bonis patris, at in viuentibus iure Longobardorum sufficit, quòd sit dotata à communi patre, vt excludatur. H. D.

Circà exclusionem sororis à successione fratris, quandò fuit dotata de bonis eius, vide *Præsid. de*
2 *Franch. dec. 328.* & pro rationibus dubitandi, & decidèdi ad hanc pragmaticam, vltrà expressas in *tex.* vide *Affl. in Const. Vt de successionibus 10. notab.* & in *Constitut. In aliquibus 10. quæst. n. 17. Campag. in cap. Regni Considerantes, num. 16. cum sequentib. vsquè ad finem. Luc. de Penn. in l. fin. col. fi. vers. præmissorum, gratia subijcio hic, C. quandò et quibus quar. par. deb. lib. 10.* iterùm *Afflict. in § quin etiam, col. 2. in princ. vers. tertiò facit, Episcop. vel Abbat. et in cap. 1. n. 21. col. 11. vers. demùm quæro, de natura succes. feud.* vbi
3 *And.* citatus in corpore huius pragmaticæ, & dùm circà finem eiusdem pragmaticæ ibi, *vers. ea propter* apponitur illa clausula, *gratia generalis legis condendæ*, id factum fuit ad cautandum, nè in futurum posset dubitari, quòd hæc determinatio respiceret causam particularem inter has personas priuatas, de quibus hic fit mentio, nàm vulgaritèr hæc pragmatica appellatur *la Filingeria*, verùm non propterea
4 illa clausula erat necessaria, nàm quotiescunq; Regia Maiestas cognitionaliter examinato negotio profert sententiam inter partes, talis sententia habet vim legis generalis, iuxtà *tex. in l. fi. C. de legib.* Ad cuius intelligentiam vide aliqua per *Bellug. in specul. Princ. rub. 23. §. dicamus, nu. 3. et 4. Conrad. in templo iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. requisit. 21. Gabriel. lib. 2. comm. opin. tit. de citat. concl. 1. n. 9. et seq.* & amplia,
5 vt hęc pragmatica procedat etiam contrà sororem in capillo, vt per *Præs. de Franch. dec. 328.* Alios etiã
6 modos, ex quibus cognoscitur constitutio generalis, colligit *gl. in c. vt circà in verb. perpetuò, de elect. in 6. et glos. in verb. hoc in perpetuum, in extrauag. Ioa. Pierrum crescente malitia.*

De Feudis. Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Assensus præstitus intelligitur pro dotibus Neapolitanorum.*
Pragmatica ista vndè fuerit sumpta.
2 *Assensus intelligitur præstitus, etiam quòad fructus dotis, & in beneficium cessionarij mulieris, modò in cessione adsit assensus.*
3 ... *non intelligitur præstitus in dote data filiæ Neapolitanæ spuriæ, natæ ex matre exteræ, & quarè.*
4 ... *præstitus tùm per hanc pragmaticam, tùm per sequentem, & octauam, intelligitur vti præstitus, non à Regni Prorege, sed vti immediatè ab ipso Rege, & qui effectus ab hoc oriantur.*
5 ... *pro dotibus, & antephato an intelligatur præstitus in casu in quo obligans feudum caret successore.*

ITem supplicano, che attento in la Città di Napoli, &c.

1 Pro dotibus Neapolitanorum intelligitur præstitus assensus. H.D.

Pragmatica hæc in compilatione Pragmaticarũ anni 1598. est redacta in volumen, nàm antea deſiderabatur, & sumpta est ex *Capitulis, & Priuilegijs* concessis per Regem Catholicum *cap* 20. *fol.* 42. *à t.*
2 Amplia, vt procedat etiam quòad fructus dotis, & in beneficium cessionarij mulieris, dummodò in cessione adsit assensus, vt per *Camer. in cap. Imperialem, fol.* 17. *lit. C. & D.* & limita, vt hoc *Capitulum*
3 non procedat in filia Neapolitana, quæ sit spuria nata ex matre extera, quia sequitur originem matris, & non patris, vt per *Præs. de Franch. dec.* 452. & hoc *Capitulum* fuit confirmatum per Cæsaream Maiestatem in *cap.* 14. inter *Capitula, & Gratias* concessas in anno 1536. *fol.* mihi 105. Et intellige,
4 vt assensus præstitus, tam per hanc Pragmaticam, quàm per sequentem, & aliam *pragmaticam octauam infrà eodem*, intelligatur præstitus in beneficiũ mulierum pro dotibus, & antephato, vt in eis, non vti præstitus à Regni Prorege, sed vti præstitus immediatè ab ipso Rege, quod est maximi effectus, nàm hic assensus legalis operabitur effectum suum, etiam in illis casibus, in quibus huius Regni Proreges prohibentur assentire, pròut sunt expressi in pragmatica nouem capitum, quę est *pragmat. 4. infrà eodem, & in pragm. 18. infrà eodem*, quę loquitur de feudis possessis per exteros, & ità Ego obtinui in contradictorio iudicio, referente Regio Consiliario Fabio Riccardo, omni virtutum genere prędito, iunctis Consiliarijs duarum Aularum pro ..... Montenigra contrà alios creditores Marchionis Martialiani sui patris, qui erat Genuensis, quę decisio fundatur manifestè ex verbis *pragmaticæ sequentis*, ibi *se intenda esser prestito l'assenso di vostra Cattolica Maestà*, & sic loquitur expressè de assensu Catholicę Maiestatis, & non Proregis, addo nunc *Reg. de Pont. cons.* 28. *n.* 5. *vol.* 2.

5 Sed an hoc *Capitulum* habebit locum etiam in eo casu in quo obligans feudum prodore, aut antephato caret successore? videtur dicendum, quòd non, si assensus prestitus ab his *Capitulis* est assensus legis, & non hominis, ex his, quę tradit *Andr. in c.* 1. *n.* 6. *vers. ex præmissis apparet, & n.* 11. *vers. aliud, quandò lex permittit, qui succes. teneantur, tit.* 1.

De Feudis, Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Assensus in feudalibus intelligitur præstitus in beneficium Mulierum Neapolitanarum, vel nuptarum Neapolitanis, etiam super contractu mutui, dependente ex dote.*
Pragmatica huiusmodi vndè sit desumpta, & illius ampliationes, & limitationes remissiuè.
2 *Assensus pro bonis feudalibus intelligitur præstitus etiam in beneficium mulieris, & filiæ Neapolitanę naturalis tantum, & ità pluries decisum.*

1 ITẽ supplicano, che tutti, &c.

Assensus pro bonis feudalibus intelligatur præstitus in beneficium mulierum Neapolitanarum, vel nuptarum Neapolitanis, etiam super cõtractu mutui dependente ex dote. H.D.

Hęc Pragmatica sumpta est ex eisdem *Capitulis Regis Catholici*, ex quibus sumpta est *Pragmatica præcedens*, & est *cap.* 21. *fol.* 42. *à ter.* & inter cęteras
2 ampliationes nota, quòd procedit non solùm in mulieribus legitimis, & naturalibus, sed etiam in mulieribus, & filiabus Neapolitanis naturalibus tantum, pròut decisum fuit in causa Donnę Lauręę Aquauiuę filię naturalis Ducis Neritonis, & Donnę Iulię de Medicis filię naturalis Magni Ducis Hetrurię, de quibus decisionibus attestatur *Anna. in Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ, num.* 240. *in fin.* vbi etiam dicit, quòd vt habeat locum hoc *Capitulum*, requiritur expressa obligatio feudalium, & non sufficit tacita.

De Feudis. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Assensus in alienationibus feudorum faciendis per exteros feuda in Regno possidentes Prorex, & Collaterale Consilium præstare non possunt.*
2 ... *potest præstari per Proregem, si tractaretur de transferendo actionem hypothecariam, quam habet super feudo pro quãtitate, in qua reperitur creditor, etiam si non adsit successor.*
3 ... *super alienatione feudorum Titulatorũ à Prorege præstari prohibetur, licèt præstari possit alienationi feudi non Titulati, & si sit magni momenti.*
4 ... *in obligationibus tantùm feudorum Titulatorum à Prorege præstari potest, licèt exindè ad illorũ venditionem absq; assensu Catholicæ Maiestatis deueniri haud possit, siue feuda ipsa Titulata vendãtur cum Titulo, siue absquè Titulo.*
5 *Reuocatio huius edicti in* quinto capite nõ *est facta generaliter, sed tantùm quoad alienationem, reseruato dominio, siue vsufructu, & hæc in vno tantùm casu est permissa, quandò pater, aut mater ex causa matrimonij fecerint donationem bonorum feudalium, filijs.*
6 *Feudi diuisio per vsusfructus retentionem an inducatur.*
7 *Feudi refutatio, inspecto iure communi, etiam retento vsufructu in proximè successurum sine assensu fieri potest, sicuti in donatione feudi facta à patre eius fi-*

lio

lio primogenito cum clauſula, ex nunc pro tunc ſequuta morte, *& num.* 8. *&* 10.

9 *Refutatio pactionata, & conditionata de iure non ſubſiſtit.*

11 *Refutatio vt dicatur pura, & ſimplex an conſiſtat in eo, vt ab ipſo inſtanti transferatur poſſeſſio.*

12 *Donatio facta, reſeruato vſufructu ſtatim trãsfert dominium, & poſſeſſionem in donatarium, quod procedit etiam in feudalibus.*

13 *Refutatio cum retentione vſusfructus requirit talem aſſenſum, vt non poſſit præſtari à Prorege, ſed tantùm à Rege immediatè.*

14 *Refutatio tunc pura, & ſimplex dicitur, quandò nihil penitùs commoditatis penès refutantem remanet.*

15 *Pragmatica iſta, quę prohibet aſſenſum ſuper donatione, reſeruato vſufructu, nõ habet locum in donatione*, ex nunc pro tunc ſequuta morte.

16 *Donare, reſeruato vſufructu, & donare, reſeruatis fructibus an differant inter ſe.*

17 *Aſſenſus prohibetur à Proregibus præſtari diſpoſitioni facta à carente certo, & legitimo ſucceſſore, intelligendo de diſpoſitione importante dominij tranſlationem, vti factam à Domino, ſecus in ea, quæ induceret actionem hypothecariam tantùm ad feudũ, quod hodiè ceſſat per clauſulam in aſſenſibus apponi ſolitam*, quatènus contrahens habeat legitimum ſucceſſorem in feudo.

Aſſenſus Domini requiritur non minus in alienatione actionis ad feudum, quàm de ipſo feudo, quicquid dixerit Schrad. *qui perperàm arbitratus fuit, pignus ſuper feudo acquiſitum cum aſſenſu Domini reputari rem burgenſaticam.*

RECognoſcimus, &c. Vicereges, & Collaterale Conſilium aſſenſum in alienationibus feudorum præſtare poſſunt, præterquàm in nouem capitibus hic deſcriptis. H. D.

Hæc Pragmatica erat *tertia* in ordine ſub hoc *titulo* ſecundum compilationem *Caranitæ*, & aduerte, quòd reſpectu *tertij, quinti, & noni capitis* prohibitio huius Pragmaticæ fuit remiſſa per Cæſaream Maieſtatem in anno 1535. vt patet inter *Capitula & Priuilegia Neapolis fol.* mihi 97. hodiè tranſlata

1 in *pragm.* 7. *infrà eodem*, & vltrà cæteros caſus hic enumeratos adde alium caſum, in quo viget eadem prohibitio, nempè in alienationibus feudorum faciendis per exteros, feuda in Regno poſſidentes, vt in *pragm.* 17 *infrà eodem*.

2 Reſpectu verò *ſecundi capitis* limitabis, vt procedat in illo, qui tractaret de transferendo dominiũ ſuorum bonorum feudalium, non autem ſi tractaret de transferendo actionem hypothecariam, quam habet ſuper feudo pro quantitate, in qua reperitur creditor, quia hoc caſu etiam ſi careat ſucceſſore, poteſt Prorex aſſentire, ità docet *Reg. Lanar. conſ.* 87. & dicam inferiùs *num.* 17. Item reſpectu *quarti capitis*, vbi prohibetur aſſenſus in inſtitutione facta in alium, quàm immediatũ ſucceſſorem limitat *Regens de Ponte*, vt procedat, quandò diſponit quis inſtituendo, & ſic titulo inſtitutionis, ſecus ſi legando, & ſic titulo legati, ità *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg. §. 1. num.* 30.

3 Et quòad *nonum caput* huius Pragmaticæ, in quo prohibetur aſſenſus alienationi feudorum Titulatorum, & magni momenti, licèt quòad feuda magni momẽti non titulata ſit penitùs reuocata per *cap.* 3. *inter capitula, & gratias* conceſſas per Regiam Maieſtatem Philippi II. immortalis memoriæ, in anno 1561. redactum in volumen Pragmaticarum, proùt in *pragm.* 12. ſecundùm compilationem *Carau.* & in *pragm.* 18. ſecundùm compilationem meam *infrà eodem*, tamen quòad feuda titulata remãſit in ſuo robore, vt *ibidem* legitur, verùm in anno poſteà 1586. etiam reſpectu feudorum titulatorum fuit conceſſa

4 facultas Proregibus aſſentiendi illorum obligationibus tantùm, cum expreſſa clauſula, *quòd non poſſit vllo modo deuenire exindè ad illorum venditionem, abſq; aſſenſu ipſius Catholicæ Maieſtatis*, vt in *cap.* 3. *inter capitula, & priuilegia Neapolis, fol.* mihi 181. tranſlato in *pragm.* 26. *infra eodem*, quod procedit, ſiuè feuda ipſa Titulata vendantur ſimul cum ipſo Titulo, ſiuè abſquè Titulo, vt in *pragmat.* 21. *infrà eodem*.

5 Reſpectu verò *quinti capitis* huius Pragmaticæ reuocatio facta nõ eſt generaliter quòad omnes caſus in eodem *capite* contentos, ſed quòad alienationem, reſeruato dominio, ſiuè vſufructu, & hæc in vno tantùm caſu eſt permiſſa, quandò ſcilicèt pater, aut mater in caſu matrimonij fecerint donationem bonorum feudalium filijs, & non in alijs caſibus, ità expreſsè declaratur in ipſa gratia, de qua ſuprà mẽ-

6 tionem feci. An autem per retentionem vſusfructus inducatur diſmembratio feudi? latè diſputat *Bolognett. conſ.* 6. *num.* 24. *& ſeq.* & tandèm *num.* 27. concludit, quod non, cuius opinio optimè coadiuuatur per hunc Pragmaticam, vbi ponuntur in capitibus diuerſis, nàm prohibitio alienationis cum reſeruatione vſusfructus ponitur in *cap.* 5. prohibitio verò diſmembrationis ponitur in *ſeptimo*, & quòd inſpe-

7 cto iure communi poſſit fieri refutatio feudi, etiam retento vſufructu in proximè ſucceſſurum ſine aſsẽſu, latè demonſtrat *Sacca conſ.* 3. *dub.* 26. *nu.* 375. *cum ſeqq. Muta in cap.* 39. *Sicilia, num.* 14. *cum ſeqq. tom.* 1. quemadmodùm & in donatione facta à patre eius filio primogenito, cum clauſula, *ex nunc pro tunc ſequuta morte*, nixus fuit fundare *Reg. Conſiliar. Fabius Anna conſ.* 39. non obſtante hac Pragmatica, & videtur approbare *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refutat. in princ. num.* 2.

8 Sed vtrumquè falſum eſt, nàm vt refutatio in proximè ſucceſſurum ſit valida ſine aſsẽſu, etiam inſpecto iure communi feudorum, debet eſſe ſimplex, & pura, ità vt refutãs omninò tollat ſe de medio, & nihil penitùs commoditatis remaneat penès refutantem, ità *Bald. in cap.* 1. *col.* 2. *verſ. in dic hoc apertiùs, de alien. feud. patern. & in conſ.* 300. *col.* 1. *verſ. eſt autem notandum, lib.* 3. *Lipar. ad Andr. in d. cap.* 1. *nu.* 3. *lit. F. in verb. proximior. de alien. feud. pater. Præſ. de Frãch. deciſ.* 3. *num.* 9. aliàs enim dicitur cõditionata, & pactionata, quæ de iure non ſubſiſtit, ſecundùm *Andr. in cap.* 1. *§. & ſi libellum, num.* 5. *in fin. de alien. feud. patern. Camer. in l. Imperialem, car.* 31. *lit. G. verſ. ſola igitur*, latè *Reg. de Ponte conſ.* 12. *par.* 1. *per tot.* & ſignanter *num.* 1. vſquè *ad* 5.

10 Nec eſt habenda cõſideratio ad rationem, in qua ſe fundat dictus *Conſiliarius Anna*, quòd ſcilicèt dominium, & poſſeſſio transfertur in donatarium ſtatim à die refutationis, licèt effectus ſit ſuſpẽſus vſq;

11 ad mortem, ſiquidem vt refutatio dicatur pura, & ſimplex non conſiſtit in eo, vt ab ipſo inſtanti tranſ-

12 feratur poſſeſſio, quia etiam in donatione facta, reſeruato vſufructu ſtatim transfertur dominium, & poſſeſſio, vt eſt *text.* rotundus in *l. quiſquis, C. de donat.* quem procedere etiam in feudalibus, aſſerit *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *auth.* 3. *num.* 17. & tamen non

13 propterea talis refutatio cũ retentione vſusfructus

dicitur pura, & ſimplex, quia eget aſſẽſu, vt latè demonſtrat *Loffred. conſ. 3. per tot.* Immò tali aſſenſu eget, vt non poſſit præſtari a Prorege, ſed à ſolo Re-
14 ge immediatè, vt in hac Pragmatica *cap. 5.* vt igitur pura, & ſimplex dicatur refutatio, requirit, vt nihil penitùs commoditatis remaneat penes refutantẽ, vt ſuprà fundaui, aliàs non erit pura, & requirit aſſenſum.

15 Eſt tamen benè verum, quòd donatio *ex nunc pro tunc ſequuta morte*, de qua loquitur *Conſiliar. Anna* eſt ſatis diuerſa à donatione, *reſeruato vſufructu*, & propterea hæc Pragmatica, quæ prohibet aſſenſum ſuper donatione, *reſeruato vſufructu*, non habet locum in donatione *ex nunc pro tunc ſequuta morte*, quia talis donatio importat reſeruationem fructuũ tantùm durante vita, non autẽ iuris vſusfructus fo-
16 malis, & donare, reſeruato vſufructu, & donare, reſeruatis fructibus, ſatis diſtertit inter ſe, vt benè notat *Andr. in l. Imperialem. in princ. num. 2. in fine, & num. 3.* & ibi latiſſimè *Camer. fol. 17. col. 2 verſ. quinta concluſio, & col. 3. verſ. ſexta concluſio*, & ita fuit judicatum per Regiam Cameră in Collaterali Conſilio in cauſa reclamationis inter Federicum Tomacellum, & Regium Fiſcum circà nullitatem aſſenſus præſtiti ſuper donatione Terræ Montiſtuſculi, facta per dictum Federicum *ex nunc pro tunc ſequuta eius morte*, per quam ſententiam fuit reuocata ſententia in prima inſtantia lata, declarans aſſenſum nullum, nam aſſenſus præſtitus ab huius Regni Prorege fuit declaratus validus, tuente partes Fiſci integerrimo illo, & doctiſſimo viro Ferdinãdo Fornario. Actuarius N.

Et quatènus in *ſecundo capite* huius Pragmaticæ prohibetur aſſenſus diſpoſitioni factæ ab eo, qui careret certo, & legitimo ſucceſſore, limita, vt procedat
17 in diſpoſitione, quæ importaret dominij translationem, tanquàm factam à Domino, ſecus autem in ea, quæ induceret actionem hypothecariam tantùm ad feudum, tanquàm factã ab eo, qui haberet actionem hypothecariam tantùm ad feudum, vt fundat *Reg. de Ponte de poteſt. Prorog. tit. de aſſenſibus Regis, §. 8. num. 5.* poſt *Reg. Lanarium conſ. 87.* Verùm ceſſat hæc limitatio, attenta clauſula ſolita apponi in aſſenſibus, qui præſtantur etiam in actione hypothecaria, quatenus ſcilicèt contrahens habeat legitimũ ſucceſſorem in feudo, vt benè ponderat idem *Reg. de Ponte eod. tit §. 4.* quicquid ſomniauerit *Schrader. part. 7. cap. 2. num. 26. cum ſeq.* prætendens, quòd in alienatione pignoris acquiſiti ſuper feudo cum conſenſu Domini non requiratur nouus Domini conſenſus, quia reputatur res burgenſatica, nàm idem judicamus de actione ad feudum, quod de ipſo feudo, & ſic requiritur Domini conſenſus, non minus in alienatione actionis ad feudum, quàm in ipſo feudo, vt latè docet, & deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ. 75. Anna allег. 127. & Conſiliar. Georg. in repet. feud. cap. 33. num. 22.*

RERVM SVMMA.

18 *Pragmaticæ huius* ſecundum caput *an procedat in eo diſponente, qui habet ſucceſſorem, ſed ſucceſſor eſt in ea ætate, vel mala valetudine conſtitutus, vt nec habeat alium ſucceſſorem poſt ſe, neque habet aliquam ſpem probabilem quod illum poſſit habere.*

19 *Pater dicitur filio orbatus, nedùm ſi omninò careat filio, ſed etiam ſi habeat filium, ſed inutilem.*

20 *Proreges vti Regis Vicarij antè hoc edictum poterant præſtare omnes, & quoſcunque aſſenſus ſuper bonis feudalibus, etiã ſi alienantes carerent ſucceſſoribus, & in omnibus caſibus hic reſeruatis.*

21 Succeſſoris *verbum in hac Pragmatica poſitum de quo intelligatur, & verbum* hæres *de ſui proprio ſignificatu de quo hærede ſit intelligendum.*

22 *Feudi ſubinfeudatio ſine aſſenſu permittitur, vel & diuiſio inter plures fratres, fallit vtrumque, ſi fierit in fraudem, quandò ſcilicet, qui ſubinfeudat, vel diuidit, caret filio, vel eſt deſperatus de filijs, vel natura, vel ætate, vel morbo.*

23 *Caſtrum ſi fuerit conceſſum alicui* pro ſe, & ſuis hæredibus ex corpore, & ſi decedat ſine hæredibus ex corpore Caſtrum reuertatur ad Regem, & *contingat, acquirẽtẽ decedere relicto filio, qui filius poſtea decedat ſine filijs, an reuertatur ad Regem.*

24 *Propoſitio negatiua vt excludatur, ſufficit primus, & vnicus hæres.*

25 *Feudum ſi ſit cõceſſum per Regem Titio pro ſe, & deſcendẽtibus maſculis, & fœminis, & Titius decedat relicto filio maſculo, qui in feudo ſuccedit, qui filius poſteà moritur relicta filia fœmina tantùm, illa non ſuccedit in feudo de iure communi feudorum, ſecus de iure Regni.*

26 *Verba ſimplicia intelliguntur directè ſine aliquo medio, & ad proximiora adaptantur.*

27 *Verbum analogum in materia ſtrictè intelligenda debet capi per priùs, & non per poſteriùs.*

28 *Verbum* hæres *eſt analogum, & licèt à teſtatore prolatum comprehendat nedùm primum hæredem, ſed etiãulteriores, tamen in materia odioſa ſolùm primum hæredem complectitur.*

29 Text. in l. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ, ff. ſolut. matrim. & cap. 2. de renunc. in 6. *non procedunt, vbi actus ſit alio tempore, quàm in mortis articulo, & is, qui facit actum, proſpicit ſuæ indemnitati.*

30 Text. in l. fin. *vbi* gloſ. in verb. orbitates, C. ad leg. Flau. de plag. *num officiat quæſtioni propoſitæ ſub num. 8.*

31 *Refutare qui poteſt immediatè ſucceſſuro, non poteſt refutare muto.*

32 *Aſſenſus ſi ſit præſtitus per Regem Titio ſucceſſorem habenti, vt vendat feudum Sempronio, & antè factã venditionem Titius decedat, an hæres in feudo poterit vti eodem aſſenſu, & feudum vendere Sempronio, licèt hæres ipſe tempore, quo vendit, ſucceſſore in feudo careat.*

33 *Aſſenſum ſi Prorex, & Collaterale Conſilium denegarent ei, qui habet ſucceſſorem in feudo, qui ſucceſſor eſſet deſperatus de alio ſucceſſore, is, cui denegatur, non poteſt conqueri, quòd fiat ſibi iniuria.*

34 *Aſſenſus præſtitus à Prorege per verbum, fiat, ſuper venditione facienda ab eo, qui habebat ſucceſſorem in feudo, ſed deſperatum de alio ſucceſſore, an dicatur legitimè præſtitus.*

35 *Argumentum ab æquipollenti, vel à paritate rationis fit à Legiſlatore, non autem à Iudice.*

36 *Introductum contrà ius commune non eſt trahendum ad conſequentias.*

37 *Extenſio de caſu vero ad caſum fictum licita eſt fauore Reipublicæ.*

38 *Argumentum ab æquipollentibus non procedit ex diuerſitate rationis.*

39 Camerarij *intentio in* l. Imperialem, car. 79. lit. V. colum. 4. in fin. *explicatur.*

18 CIrcà idem *secundum caput* fuit quandòque valdè seriò dubitatum, an procedat etiam in casu, in quo is, qui disponit, habet successorem, sed ille successor est in ea ætate, vel mala valetudine cõstitutus, vt nec habeat alium successorem post se, nec habeat aliquam spem probabilem, quòd illum possit habere. Nam quandò rationabiliter sperat habere, idem est, ac si haberet filios, vt probat *And. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, circà princ. vers. secus si tempore diuisionis, de prohib. feud. alien. per Feder.* & prima facie videbatur dicendũ, quòd sic, ex regula *text. in l. filia meæ emancipatæ, &* 19 *ff. solut. matr. & in cap. 2. de renunc. in 6.* & quia pater dicitur orbatus filio, nedùm qui omninò caret filio, sed etiam, qui habet filium, sed inutilem, vt in *l. fin.* vbi *glos. in verb. orbitates, C. ad l. Flau. de plag.* quam exornant *Couar. in pract. cap. 7. num. 2. vers. est & in hoc, Roland. à Valle cons. 9. num. 34. lib. 1. & cons. 96. num. 36. lib. 3. Messia ad l. Toleti de los terminos, 2. par. fund. 10. num. 12.*

20 Ego tamen contrarium respõdi, his motus rationibus, siquidèm antè hanc Pragmaticam Proceres huius Regni tanquàm Regis Vicarij poterant præstare omnes, & quoscunq; assensus super bonis feudalibus, etiam si ipsimet alienantes carerent successoribus, & in omnibus casibus in hac Pragmatica reseruatis, ex *Andr. in cap. Imperialem, num. 11. in fin. vers. sed an Vicarius, & n. 22. de prohib. feud. alien. per Feder.* & ibidem *Camerar. car. 26. col. 4. cum tribus col. seqq.* & in proprijs terminis ità in indiuiduo tradidit *Reg. de Ponte cons. 1. num. 2. vol. 1.* ergò est videndum, quid per hanc Pragmaticam sit Proregi prohibitum, & immutatum, & vtiq; ex verbis Pragmaticæ in hoc *secundo capite* constat, quòd Pragmatica non requirit, vt successor alienantis habeat ipse quoquè successores, sed est contenta, vt ille tantùm, qui alienat, habeat successorem. Ergò extendere modò Pragmaticam ad successorem successoris, est contrà regulas iuris, quæ talem extensionẽ non permittunt in correctorijs exorbitantibus à iure communi, prout sũt casus in dicta Pragmatica comprehensi, ex superiùs allegatis, & est constituenda potiùs regula in contrariũ, vt scilicèt dispositio Pragmaticæ sit magis restringenda, quàm ampliandæ, vulgata *l. 1. §. hæc autem verba*, vbi *Doctores, ff. quod quisquè iur. l. si verò, §. de viro, ff. solut. matr.*

21 Tantò magis, quia verbum, *successor*, in Pragmatica expressum, de sui propria significatione intelligitur de primo, & immediato successore, non autèm de successore successoris, & sic mediato, quemadmodùm verbum, *hæres*, de sui propria significatione intelligitur de primo, & immediato hærede, non autèm de hærede hæredis, iuxtà *text. in l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulg. & pupill.* per quem *text.* ità determinat *Bald. in l. 1. col. 1. num. 3. vers. quæro, an dicatur, C. de cond. insert.* faciunt dicta per *Dec. in l. qui per successorem, num. 3. ff. de reg. iur.*

Hinc videmus, quòd *Doctores Feudistæ* in terminis iuris communis feudorum, per quod permissa est subinfeudatio feudi sine assensu, quandò tamen 22 subinfeudatio nõ fit in fraudem, & similitèr est permissa diuisio inter plures fratres, nisi fieret in fraudem, dùm volunt exemplificare hanc fraudem, considerant, quandò is, qui subinfeudat, vel diuidit, caret filio, & est desperatus de filijs, siuè natura, siuè ætate, siuè morbo, vt per *Andr. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, num. 36. vers. & sic est intelligendum, vsquè ad num. 57 Aluarot. ibidem num. 8. in fine, Curt. de feud. par. 4. quæst. 30. vers. hæc prima regula, Iacobin. in sua inuestit. in verb. Marchio, vers. quid autem si duo, Tiraq. de iure primog. q. 4. nu. 47. vers. quod tamen intelligunt.*

Qui omnes considerant primum tantùm successorem, nõ autèm vlteriores, & sic successores primi successoris, ergò idem dicendum est in casu nostro, sumendo interpretationem Pragmaticæ ab ipso iure communi feudorum.

23 Confirmatur hæc mea opinio ex notabili doctrina *Cyn. in auth. sed et si quis, col. fin. num. 8. vers. vltimò colligitur, C. de secund. nupt.* vbi formar quæstionem: si Rex dat alicui Castrum, cum clausula, *quòd habeat ipse, & sui hæredes ex corpore, & si decedat sine hæredibus ex corpore, Castrum reuertatur ad Regem*; contingat verò, quòd acquirens decedat relicto filio, sed filius postea decedat sine filijs: an Castrum reuertetur ad Regem? & concludit quòd non, ea ratione, quia illa conditio non extenditur vltrà primum, & immediatum hæredem, sequitur *Bald. ibid. colum. 3. vers. vndè deciditur talis quæstio, num.* mihi 8. & iterùm *Bald. in l. fin. num.* mihi 63. *vers. vigesimoquintò quæritur, C. de hæred. instit.* vbi facit regulam 24 quòd in negatiua propositione excludenda sufficit primus, & vnicus hæres, quæ regula decidit ad viuũ casum nostrum, nàm verba pragmaticæ continent propositionem negatiuam, scilicet si is, qui disponit de bonis feudalibus, caret successore, idest non habet successorem, ergò ad excludendam hanc propositionem negatiuam, sufficit, quòd adsit primus, & vnicus successor, nec est exquirendus alius successor post primum.

25 Adstipulatur huic motiuo *tex. in cap. 1. vers. quin etiam, Episcop. vel Abb. in vsibus feud.* vbi *Andr. n. 3.* ponit casũ, nõ in propositione negatiua, sed in affirmatiua, nempè si Rex concedat feudum Titio pro se, & descendentibus masculis, & fœminis, & Titius decedat superstite filio masculo, qui succedit in feudo, sed hic postèà decedat superstite filia fœmina tantùm, an hæc fœmina succedat in eo feudo? & *Andr.* per illum *text.* concludit, quòd non, quia tenor inuestituræ comprehendens masculos, & fœminas, intelligitur de prima, non de vlteriori, quod est verum de iure communi, sed de iure Regni est correctum per *Const. Vt de successionibus, & Cap. Regni Considerantes.*

26 Corroboratur vlteriùs er regula illa, quòd verba simplicia sunt intelligenda directè sine aliquo medio, de qua per *Bald. in l. vxor, num. 1. in fin. C. de his, qui accus. non poss.* qui eam desumpsit ex *l. 1. ff. de stipul. seru. l. hoc legatum, ff. de leg. 3. l. 1. §. qui perpetuum, ff. si ager. vectig. vel emphyt. petat. l. 1. ff. de loc. pub. fruend. & ibidem* concludit, quòd semper verba edicti ad proximiora adaptantur, quæ conclusio similitèr decidit casum nostrum, vt scilicet verba nostri edicti, seù Pragmaticæ adaptentur ad successorem proximiorem, & non ad vlteriores.

Et denique consolidatur, & inconcussa redditur hæc mea opinio ex ratione, qnæ in contrarium fortè adduci potuisset, vt scilicet dùm Pragmatica cõsiderat illum, qui caret successore, illud verbum, *successor*, possit verificari tàm in successore immediato, quàm mediato, sed tunc statim retorquetur argumentum. Nam si verum est, quòd verbum, *successor*, comprehẽdit tàm proximum, quàm remotum, ergò est verbum analogum, prout de omnibus verbis collectiuis, & præsertim de agnato, descendente, & his similibus tradit pro regula *Alex. Raudens. de analog. lib. 1. cap. 6. num. 13.* & si est analogum, sequitur alia regula, & indubitata conclusio, quòd

27 ver-

27 verbum analogum in materia ſtrictè intelligenda debeat capi per priùs, & non per poſteriùs, vt latiſſimè docet idem *Raudenſ. in eodem tract. cap. 9. per totum*. Ergò verbum, *ſucceſſor*, in caſu noſtro tãquam analogum debet ſumi per priùs, & ſic de ſucceſſore proximiori, non autèm per poſterius, & ſic de ſucceſſore remoto.

Confirmatur hoc motiuum ex traditis ab eodem *Raudenſ. ibidem, cap. 10. num. 20.* vbi ait, quòd ver-
28 bum, ſeù vox, *hæres*, eſt analogum, & licèt prolatum à teſtatore in materia fauorabili complectatur nedùm primum hæredem, ſed etiam vlteriores, tamen in materia odioſa complectitur ſolùm primum hæredem, idq; in ſpecie exemplificat in priuilegio tibi, & hæredi tuo conceſſo.

Quòd autèm caſus noſter verſetur in materia ſtrictè intelligenda, ſufficit ponderaſſe, quòd ſumus in Pragmatica correctoria iuris communis.

29 Contraria non obſtant, nàm regula ſumpta ex *l. filiæ meæ emancipatæ, & agrã*, & in *cap. 2. de renunc. in ſexto* procedit, quandò actus fit ab eo, qui eſt in diſcrimine vitæ conſtitutus, & ipſe, qui facit actum nullum commodum ex illo actu conſequitur, ſecùs autèm ſi actus fiat alio tempore, quam in mortis articulo, & is, qui facit actum proſpicit ſuæ indemnitati, vt declarat *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 13. à num. 1. ad num. 5.* Ergò cùm caſus noſter præſupponatur factus in recta valetudine, & ab eo, qui ex alienatione feudi ſentit commodum, quia percipit pretium, de quo poteſt diſponere ad ſui libitum, & ſic proſpicit ſuæ indemnitati, ceſſat omnis præſumptio fraudis, quod vltimum ſolum de per ſe ſufficit ad excluſionem fraudis, etiam ſi fieret à cõſtituto in mortis articulo.

Text. verò iuncta *gloſ. in l. fin. C. ad l. Flau. de plag.*
30 non benè adaptatur huic quæſtioni ex diuerſitate rationis; nàm dùm in eo *text.* præſupponitur, filium fuiſſe patri ablatum, & occupatum à plagiarijs, vtiq; rectè infert *gloſa*, quòd paria ſunt, ſi pater omninò careat filio, vel ſi illum habeat ſibi inutilem, quia ſtante occupatione filij, ità vt pater nullam eius notitiam habere poſſit, idem eſt, ac ſi eum filium omninò non haberet, & ſic filius dicitur inutilis, non quia ipſe filius non habeat, vel non poſſit habere filios, ſed quia ipſe deſijt quodãmodò eſſe in rerum natura, dùm fuit patri ablatus, & occupatus, quod non eſt in caſu noſtro, vbi adeſt ſucceſſor, & is non eſt inutilis, quia eſt habilis ad ſuccedendum in feudo, & poteſt feudum poſſidere, ſed eſt tantùm inhabilis ad generandum alios ſucceſſores poſt ſe, quod à pragmatica non eſt conſideratum, ergò ſufficit, quòd ipſe ſucceſſor ſit vtilis, hoc eſt habilis ad ſuccedendum, licèt non ſit vtilis, hoc eſt habilis ad generandum alios ſucceſſores. Hinc *Andr. in cap. 1. num. 14. in fin. quib. mod. feud. amitt.* quandò loquens in feudo, in quo viuitur iure Francorum conſiderat eum filium, qui debet eſſe Dominus feudi, intelligit, & declarat de idoneo ad ſucceſſionem, & ſic, vt ipſe ſuccedat, non autem, vt ſibi ſuccedatur poſteà, & ſic pragmatica habebit locum in eo, qui caret ſucceſſore in totum, vel habet ſucceſſorem, ſed inhabilem ad ſuccedendum, vt quia mutus, vel ſurdus, aut aliàs imperfectus, vt conſtat ex *Camerar. in l. Imperialem, fol. 5. colum. 1. verſ. qua de cauſa*, vbi poſt *Ioa. Rayn.*
31 concludit, quòd qui poteſt refutare immediatè ſucceſſuro, non poteſt refutare muto, ſed ſi ipſe ſucceſſor habilis ad ſuccedendum eſſet inhabilis ad generandum alios ſucceſſores poſt ſe, hoc pragmatica non conſiderauit.

Et hoc adeò verum eſt, vt ſi Rex præſtiterit aſſẽ-
32 ſum Titio, vt vendat feudum Sempronio tempore, quo ipſe Titius habebat ſucceſſorem, ſed antè factam venditionem ipſe Titius decedat, huius Titij hæres in feudo poterit vti eodem aſſenſu, & vendere feudum Sempronio, licèt ipſe hæres tempore, quo vendit, non habeat ſucceſſorem in feudo, ità voluit *Camerar. in l. Imperialem, fol. 46. colum. 3. verſ. quinta concluſio*, ibi *nec obſtat, ſi dicretur, pater habeat hæredem*, & eſt communis opinio Pertorum Regni, teſte *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 8. inter feud. ex pact. & hæredit. fol. mihi 449. & Luparul. ad And. in l. Imperialem num. 4. in fin. in verb. Hæredi*, licèt idem *Frecc.* videatur illam in dubium reuocare *lib. 2. ſubf. auth. 1. quæſt. 5.* quæ quidem decitio ſufficit ad tollendum omnem difficultatem in hoc articulo, nàm ſi in hoc caſu ſufficit, aſſenſum eſſe præſtitum habenti hæredem, licèt eo vtatur eius hæres tempore, quo hæres ipſe eſt deſperatus de alio hærede, ergò multò fortiùs idem dicendum eſt in caſu noſtro, vbi adhùc viuit, qui impetrauit aſſenſum, & nondum deuenit ad hæredem non habentem alium hæredem.

Benè fateor, quòd hæc eſſet iuſta cauſa, vt Pro-
33 rex, & Collaterale Conſilium ab initio denegarent aſſenſum in hoc caſu, & is, cui denegatur, non poſſet conqueri, quòd fieret ſibi iniuria, ex regula *text. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. et æſtiu.* iuxtà tradita per *Capyc. in l. Imperialem, colum. 101. in fin. verſ. limita, et Afflict. ib. d. not. 16. quæſt. 17. in fin. Camerar. fol. 86. colum. 2. verſ. quinta concluſio, ibi, ſed hic cadit pulchra dubitatio, Loffred. de prohib. feud. alien. per Lothar. colum. 1. in med. verſ. ſuper dubio autem tacto, Frecc. de ſubfeud. lib 2. auth 29. num. 7. in fin.* poſt *And. in cap. 1. §. neceſſitate qual. olim poter. feud. alien.* & ad id tendunt omnia iura, & rationes conſideratæ per *Regentem Rencrterium* in eius *deciſione* manuſcripta *100 par. 3.* vbi non fuit determinatus articulus, ſed poſtquàm aſſenſus eſt iàm præſtitus, etiam per verbum, *fiat in forma*, non poteſt in dubium reuocari, quin ſit legitimè præſtitus, ex regula prohibitiua huius pragmaticæ, & quin conualidetur priuilegio in forma Regiæ Cancellariæ infrà tempora, qui propriè erat caſus, in quo Ego conſului.

Poſt tamen hæc mea ſcripta prodit in forum *Tractatus de poteſt. Proreg.* editus per *Regentem de Ponte*, qui in *tit. de aſſenſ. Reg. §. 3. num. 11.* formar
34 quæſtionem in caſu aſſenſus præſtiti per verbum, *fiat*, in venditione Caſalis S. Antami, & in expeditione poſteà priuilegij in forma Cancellariæ fuit dubitatum de poteſtate Proregis, ex quo venditor habebat ſucceſſorem, ſed deſperatum de alio ſucceſſore, & refert, fuiſſe deciſum, illum aſſenſum fuiſſe nullitèr expeditum ob defectum poteſtatis Proregis in caſu *ſecundi capitis*, fuiſquè rationibus illam deciſionem tuetur, quæ omnes tendunt ad fundandum, quòd idem eſt, non habere ſucceſſorem, vel habere, ſed deſperatum de ſucceſſore, quaſi quòd ſit caſus ex identitate rationis comprehenſus in hac pragmatica, & propterea etiam in correctorijs habere locum extenſionem de caſu ad caſum ex vi comprehenſiua.

Item ponderat verba *Andr. in l. Imperialem n. 13. verſ. quia ergò prohibuit, de prohib. feud. alien. per Fed.* iuncta declaratione *Camerar. ibid. car. 79 col. 4. in fi.* dùm interpretando verba *Andr.* qui ait, *Vicarium Regis habere prohibitionem, ne alienet rem, vel ius Domini*, declarat, per illam vocem, *rem*, intelligi de dominio, & per illam vocem, *ius*, intelligi de iure

fortè

fortè aperiendo, & ſic de illa ſpe deuolutionis, quã habet Rex per lineam de proximo extinguendam, & ſic præſupponit, quòd in omni caſu, in quo adeſt ſpes probabilis deuolutionis feudi ad Regem, non poſſit Prorex præſtare aſſenſum ex prohibitione huius Pragmaticæ: ſed, pace tanti viri, rationes ab eo ponderatæ habent reſolutionem facillimam.

Nàm argumentum ab æquipollenti, ſeù à paritate rationis licet tacere Legiſlatori, ſeù legem Condenti, non autem Iudici, *Andr. in tit. quæ ſint regal. poſt num.87. verſ.non obſtat argumentum, & in cap.1. de ſtatut. & conſuetud.contr.lib.Eccleſ. num.24.verſ. hoc argumento*, vbi ait, quòd in caſibus, qui non ſint ſcripti à iure, alius quam Legislator non debet vti, eò ipsò enim, quòd lex noua corrigit, ſeù limitat ius commune, dicitur eſſe contrà ius commune, & quod eſt introductum contrà ius commune, non eſt trahendum ad conſequentias, ità eſt *text.* apertus in *l. quod verò, ff. de legib.* Quò fit, vt cùm de iure communi Prorex vti Regis Vicarius habet poteſtatem aſſentiendi in omnibus caſibus, etiam ſi contrahens careat ſucceſſore, iuxtà tradita per *Andr. in l. Imperialem, num.11. in fin. verſ. ſed an Vicarius, cum numeris ſeqq.* quatenùs poſteà per hanc Pragmaticã fuit correctum, ſeù limitatum hoc ius commune, vt Prorex non poſſit aſſentire, quandò contrahens careat ſucceſſore, proculdubio hæc diſpoſitio, & noui iuris introductio eſt cõtrà ius commune, & ſi traheretur etiam ad contrahentes, qui haberent ſucceſſorem, ſed inhabilem ad procreandũ filios, aut aliàs carentem ſucceſſore, eſſet trahere ad conſequentias id, quod eſt introductum cõtrà ius commune, quod eſt expreſsè prohibitum per *d.l.quod verò, ff. de legibus.* Præſertim, quia hæc Pragmatica non reſpicit commodum, & vtilitatem Reipublicæ, ac ſubditorum, quo caſu licita eſt extenſio de caſu vero ad caſum fictum fauore Reipublicæ, ad notata per *Ant. Butr. Imol. & Panorm.* per illum *text in cap. ad audientiã, de cleric. non reſident.* ſed concernit merum, & proprium commodum legem Condentis, qui ſi voluiſſet, potuiſſet declarare ſuam voluntatem, non ſolùm in contrahente carente ſucceſſore, ſed etiam in habente ſucceſſorem, ſed talem, qui caret alio ſucceſſore, ſed quia non dixit, præſumendum eſt, noluiſſe, ex regula *l. vnicæ, §. vbi autem, in fin. C. de caduc. toll.* Tantò fortiùs, quia eſt ſatis diuerſa ratio in vno caſu, quàm ſit in alio, nam quandò ipſe contrahens caret ſucceſſore, eſt proximior ſpes deuolutionis, ſed quandò ſucceſſor caret alio ſucceſſore, eſt remotior, & ideò etiam ex diuerſitate rationis argumentũ ab æquipollentibus non procederet, ex latiſſimè traditis per *Bartol.* & reliquos omnes in *l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum.*

Nec vrget interpretatio *Camer. in l. Imperialem, car.79. lit.V. col.4. in fin.* quatènus intelligit verba *Andr. ibidẽ, quòd non alienet rem Domini, & ius Domini*, vt pro re intelligatur de dominio, pro iure verò intelligatur de iure fortè aperiendo, & ſic de ſpe deuolutionis, nam vltrà, quòd non facilè eſt admittenda interpretatio hæc *Camerarij*, ſed potiùs dicẽdum ſit, quòd *Andr.* intelligit de iure iam quæſito, non autem de iure quærendo, tamen admiſſa pro nunc eius interpretatione, ea procedet in iure aperiendo per ſpem proximam, & immediatam, nõ autem per ſpem remotam, & mediatam, & hæc eſt vera intentio *Camerar. ibi*, qui tradit exemplum in eo, qui filios caret, non autem in eo, qui habet filium, ſed huic filius careat ſucceſſore, & ideò quandò iterùm caſus accidet, res erit matutiùs cogitanda, & perpendenda, nè ſub authoritate rerum iudicatarũ Reſpublica lædatur, maximè quandò is, qui rem iudicatam allegat, non eſt de numero illorum, qui in iudicando interfuerunt, vt plurimùm enim ſententiæ proferuntur ex varijs figuris cauſarum, Hinc conſtat, non mirum eſſe, ſi idem *Regens de Ponte* veritatis amator his diſcuſſis cum Patre *Andrea Molfeſio* Theatino mutauit propoſitum, & ſententiam, teſte eodem *Molfeſ. in addition. ad par.3. ſuper Conſuet. Neap. tit. de ſucceſſ. ex teſtam. quæſt.1. nu.19. & ſeq.* vbi etiam atteſtatur, ità fuiſſe practicatum, & præſtitum aſſenſum per Collaterale Conſilium alienationibus feudorum factis per Ducissam Cercæ ingreſſam Monaſterium, licèt eam ipſe non nominet, nouiſſimis temporibus. Immò poſſet dubitari, ſi Prorex præſtitit aſſenſum feudatario diſponendi de feudo tempore, quo habebat ſucceſſorem, ſed tempore diſpoſitionis factæ ſucceſſor erat mortuus, an erit valida diſpoſitio poſteà facta, hic eſt caſus *dueiſ. Reg. Reuert.37. vol.5.*

Inſuper quatènus in hoc *ſecundo capite* conſideratur exiſtentia certi ſucceſſoris in feudo, aduertatur, quòd ſufficit ſi ſucceſſor ſit certus in potentia, licèt non in actu, & ideò ſi ſucceſſor eſſet clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, qui poteſt dimittere habitum, ceſſaret hæc prohibitio, vt probat, & deciſum refert *Reg. de Ponte deciſ.4. à num.12. vſque ad num.18. & ibidem nu.42. cum ſeqq.* limitat, vt hoc caput procedat reſpectu feudorum, quæ poſſidebãtur tempore obligationis, non autem reſpectu illorum, quæ acquiruntur de nouo cum obligatione illorum.

RERVM SVMMA.

40 *Aſſẽſus à Prorege præſtari an poſſit ei, qui alienat feudum, & caret ſucceſſore, qui ſit in tertio gradu, iuxtà* Conſtit. Regni Vt de ſucceſſionibus, *ſed habet ſucceſſorem in quarto gradu, qui poteſt ſuccedere iuxtà gratias de nouo conceſſas.*

41 *Statuto ſtante, vt Iudex reſcindat omnes contractus, ſiuè venditiones factas per minores, nedùm intelligitur de factis antè ſtatutũ, ſed etiam de factis poſt ſtatutum.*

42 *Lex noua comprehendit quemlibet caſum recipientem perfectionem poſt legis nouæ promulgationem, quod procedit tàm in diſpoſitione legis, quã hominis, nam tunc attenditur non tempus primæ diſpoſitionis, ſed tempus, quo materia, vel qualitas debet in perſonam applicari.*

43 *Diſpoſitio quotieſcunquè eſt in diem, vel conditionalis, tunc non diſpoſitionis tempus, ſed diei, vel conditionis euentus attenditur.*

ITem in hoc *ſecundo capite* alia poſſet inſurgere dubitatio, dùm cõſiderat illum ſucceſſorem, qui iuxtà *Conſtitutionem Regni* in feudo ſuccedere debet, nàm hæc eſt *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus*, quæ includit ſolùm illum ſucceſſorem, qui ſit coniunctus defuncto in tertio gradu tantùm de iure ciuili, adeò quòd attenta illius diſpoſitione, qui eſt in vlteriori gradu, nõ poteſt ſuccedere, ſed poſt hanc Pragmaticam ſuperuenerunt nouæ gratiæ, quæ ampliauerunt ſucceſſionem collateralem vſquè ad quartum gradum de iure ciuili, concurrentibus quibuſdam qualitatibus, quas Ego annotaui in *pragmat.18. infrà eodem.* Dubitati

bitati propterea posset, quid si is, qui alienat feudũ, caret successore, qui sit in tertio gradu, iuxtà *Constit. Vt de successionibus*, sed habet successorem in quarto gradu, qui potest succedere iuxtà gratias de nouo concessas, an Prorex poterit præstare assensum huic, qui habet modò successorem, sed non iuxtà *d. Constit. Regni*?

Et prima facie videtur dicendum, quòd non, quia hæc Pragmatica, dum considerat successionem restrictam ad *Constitutionem Regni*, non potuit considerare successionem ampliatam per gratias superuenientes post Pragmaticas, ergo non potuit comprehendere hanc successionem ampliatam.

Sed veritas est in contrarium, nam intentio Regis restringentis potestatem præstandi assensus, non fuit distinguere tempus præsens, aut præteritum à futuro, sed denegare assensum non habenti successorem, & vt quotiescunq; de sui Proregis potestate in assentiendo quæreretur, locus sit dispositioni huius Pragmaticæ, inspecto tempore, quo accidit casus, nó autem tempore editæ Pragmaticæ, ità vt si tempore petiti assensus adsit successor de iure Regni, quãtumuis introducto post hanc Pragmaticam, possit Prorex assensum præstare, etiã si inspecto iure, quod vigebat tempore legis conditæ, successor non adesset, ità probat mihi synodalis doctrina *Io. Andr. in cap. nè aliquid, de priuileg. in sexto*, in quo *text.* statuitur, priuilegia concessa cuiuis personæ, nè interdici, aut excommunicari possit, non comprehẽdere sententias Ordinariorum, & sic *text.* loquitur de priuilegijs concessis pro præterito, & quæ reperiebantur concessa tempore illius Cõstitutionis promulgatæ, & tamen subdit *ibi Io. Andr.* quòd comprehendit etiam priuilegia concessa post illam Constitutionẽ editam, & sic etiam ea, quæ non vigebant tempore legis conditæ, sed fuerunt de nouo concessa, afferens illam pulchram rationem, quia scilicèt intentio literæ non fuit distinguere tempus præteritum à futuro, sed vt quotiescunquè de priuilegij alicuius viribus dubitari contingeret, locus sit dispositioni illius *text.* & id ipsum ad literam voluit *ibi Gemin. num. 3. & Anchar. in princ.* Sic in casu nostro Regis intentio non fuit distinguere tempus præteritum à futuro circà gradum succedendi, sed vt quotiescunquè ageretur de præstatione assensus ab huius Regni Prorege, illud tantùm inspiciendum sit, an eo tempore alienans habeat successorem, & sic talis successor includatur per gratias de nouo concessas post Pragmaticam.

Confirmatur hoc ex *text. in cap. 1. extrà de his, quæ vi, met. cauſ. fiunt, in sexto*, vbi litera loquitur per verbum præteriti temporis, & tamen comprehendit etiam futura, vt per *Io. Andr. ibi*, & reliquos *Scribentes*.

Et ex doctrina *Bart. in l. illicitas. ff. de offic. præſ.* qui ait, quòd stante statuto, vt Iudex rescindat omnes contractus, siuè venditiones factas per minores, non
41 solùm intelligitur de factis antè statutum, sed etiã de factis post statutum. Est enim regula generalis,
42 vt lex noua comprehendat quemlibet casum recipientẽ consummationem, & perfectionem post legis nouæ promulgationẽ, vt probat optimè *Caldas Pereira de iure emphyt. par. 3. cap. 11. num. 26.*

Quod quidem regulare est nẽdum in dispositione legis, sed etiam in dispositione hominis, quotiescunq; noua dispositio, seù ordinatio est accessoria antiquæ dispositioni, & præsertim si addatur materiæ, & qualitati respicienti capacitatem eius, cum quo fit dispositio, nam tunc attenditur, non tempus primæ dispositionis, sed tempus, quo materia, seù qualitas debet ad personam applicari, ità appositissimè declarat *Imol. in clem. fin. nu. 26. vers. sextò fallit*, vsquè ad *vers. secundo casu principali, de reſer.* quem sequitur *ibidem Bened. Capr.* inter *Reperent. Canon.* & plenissimè corroboratur ex traditis per *Sund. donſ.* §§3. *num. 2, 3. & 4. vol. 4.*

Ergò cùm nouæ gratiæ, quæ ampliauerunt gradũ successionis in feudis, sint accessoriæ ad *Regni Constitutionem*, quæ successionem hanc terminabat vsq; ad tertium gradum tantum, & addunt aliquid respiciens capacitatem successoris in feudis, proculdubio non debet attendi tempus dispositionis, & sic capacitas successoris, quæ vigebat tempore dispositionis, & sic tempore Pragmaticæ, sed potiùs tempus, quo capacitas hæc debet ad personã successoris applicari, & sic tempus, quo petitur assensus. Accedit omnibus prædictis, quòd per hanc Pragmaticã mihi iubetur quòad illos successores actualitèr, sed potentialitèr tantùm, nam considerat potentiam succedẽdi in successore tantùm, ergò satis est, quòd sit habilis persona ad succedendum tempore, quo potentia applicatur ad actum, vt probant *Io. Monach. & Io. Andr. in cap. is, cui conceditur, de præb. & dignit. in sexto*, tacit synodalis doctrina *Seraphin. deciſ. 309. num. 3.* vbi ait in proprijs terè terminis, quòd tẽpus præsens comprehensum in priuilegio est præsens confusum, & trahitur etiam ad futura.

Et demùm dispositio huius Pragmaticæ est in diem, immò conditionalis, dùm considerat tempus, & statum, quo quis careat legitimo successore, sed
43 quotiescunq; dispositio est in diem, vel conditionalis, tunc non dispositionis tempus, sed ipsius diei, seù conditionis euentus attenditur, vt iura aperta in *l. eum, qui, ff. de condit. & demonſtr. & in l. nõ oportet, ff. de leg. 2.* & voluit *glos.* in materia priuilegij in *extrauag. antiquorum, de pœnit. & remiſſ. in extrauag. communibus, in glos. magna, in verb. confitebuntur, circà medium*. Non est igitur dubitandum, quòd Prorex noster potest præstare assensum legitimè, quotiescunq; alienans habet successorem comprehensum in gratijs de nouo concessis, etiam post Pragmaticam, & ità fuit semper obseruatum, & passim obseruatur.

RERVM SVMMA.

44 *Assentiri an possit Prorex in casibus, in quibus prohibetur assensus ab eo præstari, si alienentur aliquæ res particulares feudi, remissiuè.*

45 *Assensus Regis, vel Proregis in quibus casibus non requiratur.*

46 *Feudatarius disponit de fructibus feudi, tàm in vita, quàm in morte absq; assensu, dummodò non transferat ius in tertium illos percipiendi propria authoritate.*

ET dùm in *septimo capite* huius Pragmaticæ auferatur potestas Proregi assentiendi, quandò alienatur
44 quota pars feudi, an idem dicendum sit, vbi alienarentur, non quota, sed aliquæ res particulares feudi? consulendus est *Luc. de Penna in l. 2.* quasi per *tot. C. de omni agro deſert. lib. 11.*

Modò est notandum, quòd quemadmodùm in his casibus hic expressis prohibentur Proreges huius Regni assentire, ità sunt multi casus in iure, in qui-

45 bus

45 bus nullus requiritur assensus, nec Regis, nec Prorегis, & alienatio feudi est valida sine vllo assensu, prout in omnibus casibus, in quibus per alienationē feudi conditio Domini, & sic ipsius Regis efficeretur melior, vt putà quia habens filios vendit feudū, filios, seù alios successores in feudo non habenti, aut si iuuenis vendit seni, qui ex iuris præsumptione citiùs est moriturus, & successiuè citiùs feudum aperiretur Domino, vel si is, cui alienatur, sit aptior pro seruitij præstatione, quàm esset venditor, & huiusmodi, ità tradit *Andr. in l. Imperialem, in prine.* post *num.* 13. *vers. item secus si conditionem Domini faceret meliorem.*

Proùt nec etiam vllus assensus requiritur, tàm à
46 Rege, quàm à Protege, quotiescunquè feudatarius, tàm in vita, quàm in morte dispoueret de fructibus feudi, non tamen transferendo ius in tertium illos percipiendi propria authoritate, sed grauando successorē in feudalibus in dictis fructibus, vt post longè, latèq; disputatum articulū coràm Arbitris super Multiplico instituto per Io. Baptistam Grimaldum, vtilē Dominū Status Terrænouæ in Prouincia Calabriæ de omnibus fructibus feudorum, vsquè quò eius primogenitus peruenisset ad ætatem annorum 18. vt ex eo exoluerentur onera hæreditaria, ac super legato in eodem testaméto facto annuorum ducatorum quatuor mille de eisdem fructibus bonorum feudalium in beneficium Philippi secundogeniti, fuit iudicatum cum voto duorum Cardinaliū, *Seraphini* scilicèt, & *Blanchetti*, ac duorum Consiliariorum huius Regni, scilicet *Io. Thomæ Vespuli, & D. Didaci de Vera, & Prato*, quorum omnium singula vota fuerunt conformia, licèt alter alterius voti, & consultationis fuissent penitùs ignari, & quia vota fuerunt in fauorem Philippi secundogeniti, cuius partes Ego subsstinui, libuit hic imprimēdas curare, tàm meas allegationes, quàm vota dictorū Consiliariorum, quæ postea ad manus meas peruenerūt, quæ quidem valdè prodesse poterunt in futurum ad tollendam fallaciam, in quam quilibet incidere posset, ex *voto Doctoris Martæ* 223. nupèr edito.

R E R V M S V M M A.

47 *Testator nùm possit ex fructibus bonorum feudalium constituere multiplicum vsquè ad perfectam ætatē annorum decem, & octo primogeniti, absorbēdo integros fructus feudales, & num.* 52. *cum seq. & num.* 123.

48 *Testator non præsumitur in dubio grauasse suum hæredem, vltrà quàm ipse disposuerit, & vltrà quàm ex eius verbis apparet iuxtà rectum eorum sensum.*

49 *Feudatarius alienationem fructuum ad longum tempus, etiam si esset mera locatio, in Regno sine Regis assensu facere nequit, cùm per eam constituatur ius in re, & num.* 72. 107. *&* 108.

50 *Exequtio super fructibus feudi propter onera defuncti, quandò fit, relinquenda est portio feudatario, vt ex ea viuere, & militare valeat.*

51 *Feudum grauari non potest.*

53 *Feuda dicuntur ex pacto, & prouidentia, attamen hereditaria, quandò in inuestitura apposita est clausula, pro te, & hæredibus ex corpore, & in his succedere volens debet esse hæres morientis, & num.* 92. *&* 124.

54 *Fructus pendentes feudi sunt feudales, sed separati sūt burgensatici.*

55 *Fructus feudi mortuo patre, non veniunt ex feudo patris, sed ex feudo filij.*

56 *Pater legans pecunias, quas vult præstari ex fructibus feudi, an stante hoc actu nullo respectu obligationis feudi, oriatur saltem actio personalis, per quā post patris obitum possit fieri exequutio in fructibus feudi filij.*

57 *Feudorum in fructibus duplici modo defunctus grauare potest hæredem.*

58 *Fructus feudi hæreditarij censentur res hæreditariæ, & de eis, sicut de alijs bonis defuncti iudicatur.*

59 *Hæres in feudalibus an, & quandò teneatur præstare legatum factum à defuncto de fructibus feudi, & num.* 125.

60 *Testator potest grauare hæredem in feudalibus, vt solueret secundogenito aliquid.*

61 . . . . *an possis grauare hæredem in feudalibus vsq; ad integrum feudorum valorem; vel vsq; ad deductionem legitimæ.*

62 *Legitima, quæ debetur ex re feudali, est tertia pars totius feudi, & num.* 115.

63 . . . . *relicta primogenito in feudis sufficit sibi pro omni alia legitima, quæ sibi competere possit in burgensaticis, & quarè.*

64 . . . . *nullum admittit onus etiā in fructu, & vsufructu.*

65 . . . . *admittit onus impositum ad beneficium filij, vel quandò est temporale, num.* 126.

66 *Prohibitio de alienando inuentia filio à patre, etiam infrà legitimam subsstinetur, quandò est temporalis, & non perpetua.*

67 *Primogenitus tenetur contribuere in soluendo ære alieno testatoris pro quantitate liquidanda pro rata valoris bonorum feudalium.*

68 *Hæres institutus in rebus particularibus loco legatarij habetur, & non tenetur contribuere in oneribus hæreditarijs.*

69 *Testator sicut potest habere duplex patrimonium, paganicum, & castrense, ità burgensaticum, & feudale, & institutus in altero ex prædictis dicitur hæres vniuersalis.*

70 *Vita, & militia deducitur à medietate omnium fructuum bonorum feudalium, diuidenda inter omnes filios, connumerato etiam primogenito.*

71 Auth. nouissima, C. de inoffic. testam. *habet locum etiam in liquidatione vitæ, & militiæ.*

73 *Feudi super fructibus exequutione facta nè concedantur fructus creditori, tanquàm habenti ius in re, sed perceptio tantùm datur iure creditoris, ità vt si fructus sint pendētes, possint sequestrari, vt ipsis indè separatis fiat in eis exequtio.*

74 *Creditoris sine assensu ad instantiam, & si possit denegari feudatario fructuum perceptio, non tamen fructus ipsi possunt capi per tertium, qui sic haberet ius illos percipiendi, quod non conceditur absq; assensu.*

75 *Fideicommissarij secundùm vulgarem loquendi modum in Ciuitate Genuæ idem sunt, quod tutores, & curatores.*

76 *Tutores in omnibus repræsentant pupillum, vndè factum eorum habetur pro facto pupilli.*

77 *Testator an possit de iure grauare hæredem in feudalibus onere soluendi certam annuam præstationem sine assensu.*

78 *Feudum nullum grauamen recipere potest absquè assensu.*

79 Clausula omni meliori modo *operatur, vt qui facit actū omni meliori modo, quo potest, si virtute vnius non potuit facere actum, videtur fecisse virtute alterius, quo potuit.*

80 *Actus*

80 *Actus & si non valeat secundùm verba, quæ sunt expressa, valebit tamen secundùm ea, quæ exprimi debuerunt.*

81 *Fideicommissum in bonis feudalibus à testatore iniunctum, si primogenitus sine liberis decesserit, absque Regis assensu non valet.*

82 *Fructus feudorum maturati in vita testatoris, sed non exacti an cedãt in beneficium hæredis in feudalibus, vel potiùs aliorum hæredum in burgensaticis.*

83 Text. in cap. 1. §. his consequenter, hîc finit lex *procedit nedùm in fructibus industrialibus, sed etiam in naturalibus, & num. 85. & 87. vbi etiam in ciuilibus.*

84 *Gemination is magna vis esse solet.*

86 *Dispositio* §. his consequenter *in hoc Regno recepta est, tàm in casu, quo feudum deuoluitur ad Dominũ, quàm etiam in casu, quo deuoluitur ad agnatum.*

88 *Fructus feudi maturati, & percepti post Kalendas Martij dicuntur burgensatici.*

89 *Successor in feudalibus an teneatur mortuo prædecessore petere inuestituram infrà annum, vel sufficiat solutio relenij tantùm.*

90 *Relenij solutio loco inuestituræ in Regno successit.*

91 *Relenium consistit in medietate fructuum feudi illius anni, quo decedit feudatarius, quod si non soluatur infrà annum, & diem, duplicatum debebitur.*

Prima Allegationes.

EX prænarrata dispositione facta per Io. Franciscum Grimaldum, quæ ad vnguem asseritur hùcusque obseruata post eius mortem, donec Hieronymus Grimaldus primogenitus superauit tam ætatem annorum decem, & octo à testatore præscriptam. Excitantur modò inter fratres infrascriptæ hæsitationes.

Prima, nùm potuerit testator ex fructibus bonorum feudalium cõstituere dictum multiplicum vsq; ad ætatem ann. 18. ipsius primogeniti, absorbendo integros fructus feudales.

Secunda, nùm idem testator post completum dictum multiplicum potuerit grauare primogenitũ, ipsaq; bona feudalia onere soluẽdi Philippo secundogenito, ac eius hæredibus, & successoribus in perpetuum annuos duc. 4000.

Tertia, nùm teneat, & validum sit fideicommissũ in bonis feudalibus ab eodem testatore iniunctum, si primogenitus decesserit sine liberis intrà ætatem annorum vigintiquinque.

Quarta, & vltima, an fructus feudorum maturati in vita Io. Francisci testatoris, sed non exacti, cedant ad beneficiũ Hieronymi hæredis in feudalibus, vel potiùs ad alios filios hæredes in burgensaticis.

Pro quorũ hæsitatione conuocatis per Ill. Magdalenam Spinolã Marchionissã Vriæ in eius domo octo Aduocatis Neapolitanis. Respectu primæ dubitationis fuit hæsitatũ, quòd illud multiplicũ instar tutũ de fructibus bonorũ feudaliũ per tot annos cõtinuos, omninò corruere deberet, tàm ex defectu voluntatis testatoris, quàm ex defectu potestatis.

47 Pro defectu voluntatis ponderabantur verba *capituli* ordinantis prædictũ multiplicũ, quę non comprehendunt fructus ex bonis feudalibus in futurum peruẽturos, nisi extantes tẽpore mortis ipsius testatoris, vt ibi: *con tutte l'entrate, e rẽdite, che esso Signore testatore di p̃sẽte hà e che in l'auuenire acquistarà, così delli d. suoi beni feudali, come allodiali, e burgensatici,* & paulò inferiùs ibi *insieme con le sudette intrate*, vbi repetuntur eadem formalia verba, quę videntur restricta ad vitam, & personam ipsius testatoris, & licèt in eodem *capitulo* fiat expressa mentio de fructibus, & redditibus quolibet anno percipiendis, tamen mentio dirigitur ad illos redditus, & introitus, qui percipierentur ex corporibus emendis de fructibus, & alijs bonis in multiplicum congerendis, non autèm ex fructibus bonorum feudalium, quę remanebant in hęreditate tempore mortis testatoris, vt constat ex illis verbis ibi, *& così di mano in mano si debbia impiegare ogn'anno, & multiplicare tutti quelli redditi, & entrate, che daranno detti beni stabili, annui censi, & altre entrate, che si compraranno, come di sopra.* Quò fit, vt cùm testator id non dixerit expressè, minus sit à nobis tacitè suppleudum,

48 quia in dubio non est præsumendum, testatorem grauasse suum hęredem, vltrà quàm ipse disposuerit, & vltrà quàm apparet ex eius verbis, secundùm eorum rectum sensum, *l. fin.* vbi *Bart. ff. ad Trebell. Curt. iun. cons. 57. col. 3. Bellon. cons. 53. nu. 6. Cucher. dec. Pedem. 126. sub n. 25.*

Pro defectu verò potestatis ponderabatur, quòd in effectu hoc multiplicum continet alienationem

49 fructuum bonorum feudalium vltrà decem annos, & ad longum tempus, per quam alienationem, etiam si esset mera locatio, constituitur ius in re, quod facere non potest feudatarius in Regno sine assensu Regis, per *Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ*, vbi *Afflict. num. 12.* tractat ex professo hanc quæstionem, & concludit, quòd vbi per longum tempus esset facta concessio fructuum feudi, dicereturque concessus vsusfructus feudi, quod fieri non potest sine Regio assensu, idem tractat *Camer. in cap. Imperialem, car. 18. colum. 2. lit. F. vers. alterum*, & passim Regnicolę omnes vbiquè, tantò magis, quia per hoc multiplicum absorbentur omnes

50 integri fructus bonorum feudalium, & tamen etiam in casibus, in quibus propter onera defuncti potest fieri executio super fructibus feudi, est relinquenda portio feudatario, vt ex illa possit viuere, & militare, vt concludit *Camerar. in l. Imperialem, car. 20. colum. 2. lit. G. cum seq. Afflict. in Constit. Si quis post litem, n. 9. vers. item quòd remaneant, Vuesembec.* latè

A *cons. 50. n. 16. cum seq.*

Et quòd ex tali multiplico de fructibus feudorum faciendo voluerit testator constituere ius in re, colligebatur ex verbis eiusdem dispositionis, per quę non est grauatus hęres ad tradendum, seù soluendum fructus, sed datur facultas fideicommissarijs implicandi fructus in multiplicum per se ipsos, non autem illos capiendo à manu hęredis, vt ibi: *si debbiano subito secuta la sua morte impiegare, & conuertire per l'infrascritti suoi fideicommissarij.* Immò in finalibus verbis eiusdem *capituli* expressè

51 grauatur feudum, vt ibi: *& acciò grauo li detti feudi*, quod est omninò prohibitum, per dictam *Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ.*

Per quę motiua id inconcussè affirmabat vnus ex Collegis, vt. s. hoc multiplicũ quòad fructus bonorũ feudaliũ nullo iure substineri potuerit, & successiuè hos fructus deducendos esse à multiplico, & præcipuos cessisse, & cedere in beneficium primogeniti, & in eiusdem sententiam pedibus ire non dubitauerunt duo alij ex eisdem Collegis.

Cæteri verò omnes in contrariam iuimus sententiam, nempè dictum multiplicum ex fructibus feudorum, vsquè ad ętatem perfectam annorum 18. successoris in feudalibus fuisse expressis verbis à testa-

teſtatore inſtitutum, & nullam habere iuris repugnantiam ad ſui validitatem.

52 De voluntate enim teſtatoris etiam expreſſa cõſtat per illa verba, ibi: *& così di mano in mano ogni anno ſi debbia impiegare, e multiplicare tutti quelli redditi, & entrate, che daranno detti beni ſtabili, annui cenſi, & altre entrate, che ſi compraranno, come di ſopra in virtù della preſente diſpoſitione, inſieme cõ tutte le ſudette entrate, che eſſo Signor Gio. Franceſco di preſente hà, & in l'auuenire acquiſterà, così feudali, come allodiali.*

Ecce igitur, quòd in multiplico prædicto comprehenduntur etiam introitus feudales tunc acquiſiti, & in futurum acquirendi ab ipſo teſtatore, adeò vt clarioribus verbis id demonſtrari non potuerit.

Confirmatur hęc enixa volũtas teſtatoris ex alijs verbis circà finem dicti *capituli* appoſitis, vbi teſtator ad obſeruantiã huius multiplici grauat in ſpecie Hieronymum primogenitum ſucceſſorẽ in feudalibus, & ipſamet corpora feudalia, nàm ad quid voluiſſet teſtator grauare feuda, & ſucceſſorem in feudalibus ad obſeruantiam multiplici, ſi in multiplico non comprehenderentur fructus feudorum? certè fatua fuiſſet hæc diſpoſitio, quod non eſt præſumendum, ad *text. in l. ſi quandò, ff. de legat. 1.*

De poteſtate verò teſtatoris diſponẽdi de huiuſmodi fructibus feudorum, ab hærede ex feudis percipiendis poſt mortem teſtatoris, nullatenùs eſt dubitandum, ſiquidèm caſus noſter verſatur in feudis
53 ex pacto, & prouidentia, attamen hæreditarijs, vt conſtat ex illa clauſula, *pro te, & hæredibus ex corpore* in inueſtitura appoſita, prout docet *Andr. in cap. 1. col. 2. de alien. feud. pat. cap. 1. col. fin. qui ſucceſſ. ten.* & alibi pluriès, *Capyc. in ſua feud. inueſt. in verb. & hæredibus ex corpore, verſ. clauſula ſupradicta, Ant. Gab. lib. 6. commun. opin. tit. de verb. ſignif. concluſ. 3. num. 5. & 6.* meliùs quàm quilibet alius *Camer. in cap. 1. an agnat. q. 1. num. 21. & 22. cum ſeq. fol. 405. Præſ. de Franch. deciſ. 6. in princ.* & propterea qui vult in eo ſuccedere, tenetur ſuccedere cum illa qualitate hæreditatia, & ſic neceſſariò debet eſſe hæres morientis, & conſequentèr contrà factum ſuum venire non poteſt, *l. cùm à matre, C. de rei vend.* ità declarat idem *Andr. vbi ſupra, & Camer. in d. q. 1. num. 23.* antè, & poſteà, *fol. 405. & in cap. 1. de ſucc. feud. nu. 93.*

Quò fit, vt dùm teſtator diſpoſuit de fructibus horum feudorum, etiam ſine aſſenſu, ſucceſſor horũ feudorum cum qualitate hæreditaria tenetur habere ratam hanc defuncti diſpoſitionem, quæ cùm nõ tangat corpus feudorum, ſed tantummodò fructus
54 ex his feudis percipiẽdos, nullo eget aſſenſu, ſiquidèm in caſu noſtro non conſiderauit teſtator hos fructus vti pendentes, & ſic ſolo cohærentes, quia tunc eſſent feudales tanquã pars rei, cui adhærent, *l. fructus, ff. de rei vendic.* & ſucceſſiuè non teneret diſpoſitio de re feudali ſine aſſenſu, ſed conſiderauit illos vti ſeparatos, ſeù prout erant ſeparandi à ſolo, qui ſunt burgenſatici, vt probatur in *cap. 1. an agnat.* explicat optimè *Camer. in l. imperialem, car. 18. col. 1. lit. E. & car. 19. col. 4. lit. T. & V. et in cap. 1. an agnat. queſt. 1. num. 98. fol. 437. Reg. de Ponte conſ. 34. nu. 13. lib. 1.* & ſi ſunt burgenſatici, non fuit opus aſſenſu, *Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 10.*

Quòd autem in caſu noſtro teſtator conſiderauit hos fructus ab hærede in feudalibus percipiendos, vti à ſolo ſeparandos, & ſicuti burgenſaticos, clarè paret ex eius diſpoſitione, quæ mandat, hos introitus implicari in emptionem, nàm talis implicatio nõ poteſt fieri, niſi poſtquàm ipſi fructus ſunt recollecti, & ſic à ſolo ſeparati, ergo conſiderauit hos fructus, vti ſeparandos, & ſucceſſiuè, vti burgenſaticos.

Nec dicatur, quòd talis conſideratio in fructibus vti à ſolo ſeparatis non cadat poſt mortem diſponẽ-
55 tis, quia mortuo patre non veniunt fructus ex feudo patris, ſed ex feudo filij, *l. fin. C. de inoffic. teſtam.* Nam huic obiecto reſpondet *Camer.* in eodem *c. 1. an agnat. quæſt. 1.* poſt *num. 96. verſ. ſed tunc contrà, fol. 437. col. 1. in princ.* inquiens, quòd ſi feudum eſt filij, non tamen haberet illud, niſi eſſet hęres patris, *l. ius ſepulchri, C. de relig. et ſumpt. funer.* & propterea ſubdit in finalibus verbis eiuſdem columnæ, quòd fructus feudorum conſiderantur hoc modo vt burgenſatici, vel futuri burgenſatici, nedùm donec feudum eſt ipſius diſponentis, ſed etiam donec erit ſui hæredis. Nàm licèt verum ſit, hos fructus perceptos poſt mortem nunquàm fuiſſe in bonis teſtatoris, ius tamen illos percipiendi in eius bonis remanſit, & potuit illud ius in alium transferre, *Seraphin. deciſ. 1365. num. 11.*

Patet igitur ex prædictis, quòd Io. Franciſcus teſtator per hanc diſpoſitionẽ in effectu voluit, quòd pecunia peruentura, ſeù percipiẽda ex fructibus horum feudorum conuerteretur in huiuſmodi multiplicum, quæ quidèm diſpoſitio nedùm ſubſtinetur ex prædictis, ſed etiam ex particulari deciſione eiuſdẽ *Camer. in d. Limperialem, car.* mihi 18. *col. 4. lit. V. in*
56 *fin.* vbi quærit, an ex diſpoſitione facta in teſtamẽto (ponit exemplum, vbi pater legauit pecunias, quas cenſuit præſtandas ex fructibus feudi) ſtante actu nullo reſpectu obligationis feudi, oriatur ſaltẽ actio perſonalis, per quam poſt mortem patris poſſit fieri exequutio in fructibus feudi filij? & poſt longam diſtinctionẽ inter feudum ex pacto, & feudum hæreditarium, & latè diſputatum articulum ad partes, tandem concludit, opinionem *Andr.* eſſe communẽ, & veriſſimam, nempè in feudo hæreditario filium oportere eſſe hæredem, & contrà factum teſtatoris venire non poſſe, & quemadmodùm teſtator obligat bona ſua, ità & bona hæredis, & propterea ſequitur, vt ſicut contrà ipſum obligatum poſſet fieri exequutio in fructibus, ita fiet exequutio in fructibus ipſius hæredis, ità concludit expreſsè *vbi ſuprà, col. 3. lit. O. P. Q.* & poſteà *lit. T. V.* ſubnectit illã magiſtralem conſiderationem fructuum, vti ſolo cohærentium, vel vti ſeparatorum, aut ſeparandorum à ſolo, idem *Camerar. ibid. car. 20. col. 1. lit. C.* ad confirmationem ſupradictorũ ſubdit, quòd duplici modo
57 defunctus grauare poteſt hæredem in feudorũ fructibus, altero in quantum poteſt de iure grauare hęredem in re hæredis, per *text. in l. unum ex familia. & §. ſi rem, ff. de leg. 3.* altero verò, quia prouenium ex re hæreditaria, hoc eſt ex re, quam iure hæreditario defunctus tranſmiſit ad hæredem, vt declarat *Iſern. in cap. 1. § quid ergò, de inueſt. de re alien. fact.* & propterea *Caſſ. in in Conſuet. Burg. rubr. 7. §. 4. nu. 19.* quẽ ſequitur *Vrſill. ad Affict. deciſ. 26.* inquit, quòd fru-
58 ctus feudi hæreditarij cenſentur res hæreditariæ, & iudicatur de eis ſicuti de alio patrimonio defuncti, & ſucceſſiuè ex hac *Camer.* doctrina ſolidiſſimè ſubſtinetur diſpoſitio facta horum fructuum ex feudis prouenientium ſine aliquo aſſenſu.

Corroboratur fortiùs hęc noſtra concluſio ex alia eiuſdem *Camerarij* deciſione in eodem *cap. imperialem, cart. 20. colum. 1. in fin. & colum. 2. in princ. lit. E. & F.* vbi declarando præcedentem concluſionem
59 ab ipſo firmatam, vt ſcilicèt hæres in feudalibus teneatur præſtare legatum factum à defuncto de fructibus

ctibus feudi, inquit, hoc esse intelligendum, nisi pecunia, quam testator legauit præstandam de fructibus feudi, esset maior, quàm valor ipsius feudi, nam tunc perpetuò esset facienda executio in fructibus feudi, quod omninò ipse denegandum esse affirmat: In duobus igitur casibus *Camer.* damnat hanc dispositionem. Primò, quando legatum esset maioris quantitatis, quàm pretium, & valor feudi. Secundò, quandò pro exoluendo legato esset perpetuò faciẽda exequutio in fructibus feudi, quod vtrumq; deficit in casu nostro, nàm pecunia legata secundogenitis ex multiplico redigenda, tàm attenta dispositione facta in testamento, quàm in codicillis, nõ trascendit ad summum aureos centum mille. Feuda verò erant tunc valoris, prout hodiè sunt ad minus duc. 300. mil. & fructus horum feudorum non perpetuò sunt addicti ad hoc multiplicum, sed per annos 13. tantùm, vel 14. qui deficiebant à die mortis testatoris vsquè ad annum 18. ætatis Hieronymi primogeniti, ergò remanet hęc dispositio extrà omnem dubitationem à iure excogitatam.

Quæ quidèm dispositio ex alia ratione redditur penitùs inconcussa, nàm tantùm abest, vt illa contineat aliquod grauamen in damnum primogeniti, vt potiùs appareat adinuẽta, & excogitata ad commodum, & beneficium ipsius primogeniti: Siquidèm prudens testator, qui vltra burgensatica, in quibus instituit secundogenitos tantùm, volebat, vt haberent de bonis suis ijdem secundogeniti alios aureos 60. mill. poterat absquè dubio grauare pri-
60 mogenitum hæredem in feudalibus, vt solueret secundogenitis aureos 60. mill. iuxtà communem opinionem Feudistarum omnium, de qua per *Losfred. cons. 46. per totum. Præs. de Franch. decis. 1. per totam*, & signanter *num 35. cum seq. per totam quintam oppositionem*, *Regens de Ponte cons. 13. num. 29. volum. 1.*

61 Nec opus est ingredi illam in iure feudorum cõtrouersam disputationem, an scilicèt possit testator grauare hæredem in feudalibus vsquè ad integrum valorem feudorum, vel vsquè ad deductionem legitimæ, de qua per meritissimum *Præsidem Camillum de Curte in suo diuersorio iuris feudorũ par. 1.* sub *nu. 82. fol.* mihi 51. *col. 3. vers. secundo quæstio*, quia cùm casus noster versetur in eo hærede, qui est filius, nõ dubitatur, ei deberi præcipuam eius legitimam, & successiuè non potuisse grauari pro integro valore feudorum, sed vsquè ad legitimæ deductionem, vt tradidit *Præs. de Franch. decis. 1. nu. 39. vers. nec conuenit*, attamen quia hoc grauamen aureorũ 60. mill. satis longè distabat à legitima, quæ iuxtà opinionẽ
62 *Camer. in l. imperialem, §. præterea ducatus. cart.* mihi 104. *col. 2. lit. R.* est tertia pars totius feudi, non potest difficultari, nùm grauamen hoc erat congruũ, necnè, quia (vt suprà ponderatur) attento valore omnium feudorum, quod ad minus fuit, & est duc. 300. mille, vtiquè legitima primogeniti erit duc. 100. mille, iuxtà hanc opinionẽ *Camerarij*, & successiuè poterat testator imponere grauamen, nedùm vsquè ad aureos 60. mill. sed etiam ad 200. mille, tantò magis, quia *Reg. Reuerter. decis. 50. propè principium* attestatur, fuisse decisum in S.C. legitimã in feudo non esse tertiam partẽ totius feudi, sed illius partis tantùm, quam quis habiturus esset ab intestato, iuxtà numerum filiorum, de quo in *authent. nouissima, C. de inofficios. testam.*

63 Et hæc legitima relicta primogenito in feudis sufficit sibi pro omni alia legitima, quæ sibi competere possit in burgensaticis, quia feuda hæc, cùm sint hæreditaria, computantur in legitimam omniũ bonorum, vt decisum refert *Præs. de Franch. decis. 368.* & vltrà eum addo *Ant. Padill. in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, colum. 2. vers. fecit, ff. de leg. 2. Valasc. de iur. emphyt. quæst. 46. Franc. Milan. decis. Sicil. 9. num. 323. in fin. lib. 1. Surd. cons. 427. nu. 1. cum seq. vol. 3. & decis. 235.*

Ex quo sequitur, quòd Io. Franciscus testator poterat ex tunc grauare Hieronymum primogenitum hæredem in feudalibus ad soluendum secundogenitis dictos aureos 60. mill. qui propterea, vel cogebatur vendere aliquod ex feudis pro soluendo legato prædicto, vel contrahere æs alienum super eisdem feudis cum onere grauium vsurarũ, ex quibus omnibus magnum detrimentum primogenitus ipse consequi potuisset, vt igitur hoc detrimentum prudens testator euitaret, censuit pro exoneratione horum feudorum, tàm ab onere legatorum, quàm ab alijs oneribus contractis in vita per testatorem instituere multiplicum ex fructibus, tàm feudalium, quàm burgensaticorum, vt solutis oneribus ex multiplico remanerent salua, & integra corpora, tàm feudalia, quàm burgensatica ad beneficium omniũ hæredum.

Nec dicatur, quòd saltim debebant relaxari ad beneficium primogeniti integri fructus pro rata le-
64 gitimæ, in qua nullum admittitur onus, per *l. quoniam in prioribus, C de inoff. testam.* etiam in fructu, & vsufructu, *authent. nouissima, in fin. C. eod.* Tùm quia hoc non continet grauamen legitimæ, quia non est perpetuum, sed ad tempus, & non applicatur tertio, sed potiùs ipsimet primogenito, qui aliàs fuisset coactus soluere in proprietate, tùm etiam, quia etiam si esset onus in legitima, hoc est de iure permissum,
65 dùm tendit ad beneficium filij, argumento *text. in l. multi non uota. ff. de liber. & posth.* & in *l. filius matrem, in fin. C. de inoff. testam.* per quæ iura substinetur
66 prohibitio de alienando iniuncta filio à patre, etiã infrà legitimam, quandò prohibitio est temporalis, non perpetua, vt resoluunt *Ias. in l. filiusfamilias, §. diui, 2. dest. num. 14. Opiz. & Crot. ibid. num. 17. Boss. de publ. bon. nu. 41. Rub. Alex. cons. 27. Port. Imol. cons. 38. in 1. dub. & per tot. Cephal. cons. 282. num. 18. Honded. cons. 72. nu. 5. Menoch. præsumpt. 18. num. 6. lib. 4. Surd. cons. 570. nu. 1. vol. 4. Præs. de Franch. decis. 14. num. 1.* latè *Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. quæst. 11.*

Quod beneficium indè magis perspicuum dignoscitur, si considerabimus, quòd etiam circumscripta dispositione huius testatoris, nõ integri fructus horum bonorũ, in quibus fuit institutus hæres primogenitus, spectauissent ad primogenitum, nàm in primis ab eis fuissent deducendi fructus burgensaticorum, quæ sunt infrà tines horum feudorũ, de quibus poterat testator absq; controuersia disponere ad sui libitum. Secundò à reliquis fructibus feudalibus sũt deducendi annui duc. 4000. legati per Io. Baptistam Grimaldum patrem Io. Francisci testatoris, qui fuit primus acquisitor horum feudorũ in beneficium se-
67 cundogeniti. Tertiò erat deducenda quantitas, quã debuisset primogenitus contribuere in soluẽdo ære alieno testatoris, liquidanda pro rata valoris bonorum feudalium, iuxtà communẽ resolutionẽ in hoc Regno receptã, de qua testatur *Ant. de Alex. ad Napod. in Consuet. Si quis, vel si qua, in princ. in apostil. incip. ad intellectum, in finalib. verbis, Capyc. decis. 198. Frecc. de subfeud. lib. 3. tit. de differ. inter feud. ex pacto, et hæred. differ. 13. Camer. in c. 1. an agnat. q. 22. fol. 468. Præs. de Franch. decis. 159. in princ. & decis. 1. nu. 24.*

Neque ad excludendam hanc contributionem

in ære

in ære alieno teſtatoris erit in conſideratione, quòd hic primogenitus non fuit inſtitutus hæres vniuerſalis in omnibus bonis, ſed in feudis huius Regni tãtùm, & ſic in rebus particularibus, & certis, qui loco
68 legatarij debet haberi, nec debet contribuere in oneribus hereditarijs *l. quoties, C. de hæred. inſt.* Nàm reſolutio patet ex adductis per *Præſ. de Franch. deciſ. 1. nu. 40. & ſeq.* qui ex diſpoſitione *text. in l. ſi certarum, ff. de milit. teſtam.* & *ibi* dicta per *Bald.* & per eundem *Bald. in auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* ait,
69 quòd quemadmodũ quis poteſt habere duplex patrimonium, paganicum ſcilicèt, & caſtrẽſe, ità poteſt habere patrimonium burgenſaticum, & feudale, & quilibet inſtitutus in altero ex prædictis patrimonijs dicitur hæres vniuerſalis in eo patrimonio, & feudum eſt vniuerſitas, ſicut peculium, & ideò quis poteſt habere vnum hæredem in feudis, & alium in burgenſaticis. Quartò, & Vltimò erat deducẽda vita, & militia debita quatuor alijs fratribus ſecundogenitis, qui remanſerunt ſuperſtites tempore mortis Io. Franciſci teſtatoris, quæ quidèm vita, & militia
70 erat deducenda à medietate omnium fructuũ bonorum feudalium, relicta reliqua medietate intacta ad beneficiũ ipſius primogeniti, vt de ea viuere, & militare potuiſſet, & illa medietas, ex qua erat deducenda vita, & militia, erat diuidẽda inter omnes filios, connumerata etiam perſona primogeniti, iuxtà diſpoſitionẽ *auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.* quam
71 habere locũ etiam in hac liquidatione vitæ, & militiæ, tradiderunt *Andr. in Conſt. Conuitibus, in 1 dect. in fin. & in 2 dect. circà princ. verſ. audiui magnos peritos, Aſſl. ibi n. 5. Pet. de Greg. de vita, & militia q. 7. Aſſl. in l. imperialem, §. præterea ducatus, nu. 19. de probib. feud. alien. per Feder. Franc. de Amic. fol. 11. nu. 7.*

Quapropter portio fructuũ, quæ potuiſſet remanere penès primogenitum, vtique remanſiſſet adeò exinanita, vt nullam, aut paruam commoditatem habere potuiſſet ab ipſis fructibus, & modò conuerſa in multiplicationẽ, efficit, vt omninò ipſe primogenitus remaneret liber ab omnibus oneribus cõtractis, tàm in vita, quàm in morte teſtatoris. Meritò igitur tàm prudens conſilium teſtatoris nõ fuit ſpernendum, ſed tenacitèr obſeruandum.

Non obſtant ea, quæ in contrariũ fuerunt ponderata, nam omiſſa dubitatione circà voluntatẽ teſtatoris, quæ ſatis perſpicua demõſtrata fuit ex præcedentibus, reſtringendo nos ad ea, quæ reſpiciunt defectum poteſtatis, id, quod primo loco põderabatur,
72 quòd hæc diſpoſitio fructuum vltrà decem annos conſtituit ius in re', quod fieri nõ poteſt ſine aſſenſu Regio, non eſt applicabile caſui noſtro, quia tunc dicitur conſtitui ius in re, quandò illud ius percipiendi fructus transferretur in tertium, vti ius penitùs ſeparatum ab ipſo feudatario, quod propriè cõtingit, quandò poſſeſſio feudi transferretur penès tertium ad percipiendum fructus, ità patet ex eiſdem authoritatibus ex aduerſo allegatis, dùm conſiderant contractum locationis vltrà decenniũ, & apertè declarat *Camer.* tàm in *l. imperialẽ, car. 19. col. 1. lit. C.* dùm
73 conſiderat, quòd in exequutione, quæ fit ſuper fructibus feudi, non cõceduntur fructus creditori tanquã habenti ius in re, ſed illa ſola perceptio datur creditoris iure, ità vt ſi fructus ſint pendentes, poſſint ſequeſtrari, vt illis indè ſeparatis fiat in eis exequutio, quàm etiam in *cap. 1. an agnat. quæſt. 10. fol.* mihi 434. *col. 2. verſ. aut quæris*, dùm diſtinguit, ꝙ licèt ad in-
74 ſtantiam creditoris ſine aſſenſu poſſit denegari feudatario perceptio fructuum, vt tedio affectus ſoluat, non tamen fructus ipſi poſſunt capi per tertium, qui ſic haberet ius illos percipiendi, quod non conceditur ſine aſſenſu, vndè cùm in caſu noſtro ius percipiendi hos fructus nõ ſit translatum in tertium, ſed reſederit ſemper penès ipſum primogenitum, nõ poteſt cõſiderari, vllo modo fuiſſe conſtitutũ ius in re, prout optimè declarat *Petr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 8. quæſt. 16. num. 24.*

Nec dicatur, quòd ex facultate data fideicommiſſarijs implicandi hos fructus in multiplicum dicatur conſtitutum ius percipiendi hos fructus ad beneficium fideicommiſſariorũ, nàm hæc eſt maxima fallacia, quia hi fideicõmiſſarij non repreſentãt perſonam alicuius tertij, ſed propriam perſonã ipſiuſmet
75 feudatarij, ſtante illius minori ætate. Fideicommiſſarij namquè ſecundùm vulgarẽ modum loquendi in Ciuitate Genuæ, vbi teſtator hic Genuenſis teſtamentum condidit, idem ſunt, quod tutores, & curatores, vt patet in *cap. 12. in fin. ſub tit. de tut. & curat. min. lib. 3. ſtatut. Ciuit. Genuæ, fol.* mihi 97. quod enim teſtator non potuit cõmittere hæredi propter imbecillitatẽ ætatis, commiſit eius tutoribus, qui in om-
76 nibus repræſentant pupillum hæredem, *l. ſi ex legati cauſa, cum l. ſeq. & ibi* omnes *DD. ff. de verb. oblig. l. non ſolùm, ff. de liber. cauſ. l. ſequitur, §. ſi pupilli, ff. de vſucap. Bart. in l. qui duos, ff. de reb. dub. Alciat. conſ. 16.* antè *nu. 1. verſ. & nihil refert, lib. 5.* Ex quibus iuribus, & *Doctoribus* conſtat, quòd factum tutoris habetur pro facto pupilli, immò ad remouendum omne penitùs obſtaculum, quòd teſtator non voluit vllum conſtituere ius in re, fuerunt denuò ponderata verba diſpoſitionis, vbi teſtator grauat in ſpecie ipſum Hieronymum hæredem ad complendum eius voluntatem, ergò noluit conſtitui ius in re ad beneficium tertij.

Quòd autẽ hoc multiplicum abſorbeat integros fructus feudorum, hoc nihil detrimenti affert noſtræ concluſioni, tùm quia in facto non eſt verum, quòd talitèr fructus omnes abſorbeantur, vt nõ remaneat primogenito pars, ex qua poſſit viuere, & militare, quia ex fructibus his quolibet anno in primis, & antè omnia fuit ſolutum ius adhoæ Regiæ Curiæ, & ſic militauit; item vixit honorificè ex legato librarum ſex mille annuarũ relictarũ vxori, & familiæ pro alimentis, tùm etiã, quia eſtò millies, quòd integri fructus abſorberentur per multiplicum, non tamen hi fructus cedunt ad beneficium tertij, ſed ad beneficium, & commodũ ipſiuſmet primogeniti in extinctionem onerum ſui ipſius, & ſic in effectu ipſe eſt is, qui percipit omnes fructus, dùm ad eius beneficiũ conuertuntur per illud tempus limitatũ. Hæc quòd primam dubitationem.

Secunda verò dubitatio habuit vnum tantùm ex Collegis contradictorem, qui fuit in voto, legatum hoc duc. quatuor mille in beneficium Philippi nullo pacto ſubſtineri potuiſſe ſine aſſenſu, nõ quòd teſta-
77 tor non potuiſſet de iure grauare hæredẽ in feudalibus onere ſoluendi hanc certam annuam præſtationẽ ſine aſſenſu, ex traditis per *Alex. conſ. 18. lib. 5. & Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 1. cap. pluribus autẽ modis, limit. 21. ad Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ſed quia id non fecit teſtator, immò grauauit ipſum feudum hoc onere, & ſic onus reſpicit ipſũ cor-
78 pus feudi, quod nullum grauamen recipere poteſt ſine aſſenſu, per *d. Conſt. Conſtitutionẽ diuæ memoriæ*, & per *l. imperialem, de probib. feud. alien. per Feder.* & proindè ſuccedit illa regula, quod potui, nolui, quod volui adimplere, nequiui, ex *l. multùm intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi, l. 4. C. de donat. antè nupt. l. ſi genero, C. de iure dot.* Quòd autem ipſa feuda ſint grauata,

ponderabat illa verba, ibi, *per li quali duc.4000. annui da pagarsi come sopra, aggraua in quel miglior modo, che può, cosi il detto Geronimo, come anco tutti li detti stati e beni feudali.* Ecce igitur, quòd ipsa feuda expressè sunt grauata.

Sed ex eisdè verbis emergit clarissima responsio, dùm ex eis constat, testatorem hoc legati onere grauasse, tàm ipsa feuda, quàm etiam feudatarium hęredem, nempè Hieronymum, vt ibi, *cosi il detto Geronimo*, quò fit, vt si quòad feuda ipsa onus non tenet ex defectu assensus, valebit tamen quòad ipsum feudatarium, qui sine assensu potuit grauari, & in actione personali tenebitur ad hanc annuam præstationem, præsertim attenta illa clausula, *in quel miglior modo, che si può*, quæ clausula operatur, vt qui facit actum
79 omni meliori modo, quo potest, si virtute vnius nõ potuit facere actum, videtur fecisse virtute alterius, quo potuit, *Bald.* per illum *tex. in l. si miles, ff. de milit. testam.* ex verbis *Innoc. in cap. cùm ex officij, extrà de præscript.* & saluat actum, qui poterat fieri virtute vnius, & nõ alterius, *Felin. in d. c. cùm ex officij, nu.* 17.
80 *limit.* 3. Et si non valent actus secundùm verba, quæ sunt expressa, valebunt tamen secundùm ea, quæ debuerunt exprimi, *Curt. iun. cons.* 71. *nu.* 12. *& cons.* 72. *nu.* 9. *vol.* 1. *Thob. Non cons.* 19. *num.* 11. & non fiet restrictio ad specificata tantùm, secundùm *Bal. in l. vinum, nu.* 18. *ff. si cert pet. Cranett. cons.* 326. *nu.* 15. idem *Thob. Non. cons.* 43. *num.* 7. *& d. cons.* 19. *num.* 12. Ergò multò fortiùs operabitur in casu nostro, vbi expressè, & specificè fuit grauatus hæres ipse, qui propterea in actione personali tenebitur ad obseruantiam legati, dùm quantitas legata non attingit legitimã primogeniti, ex his, quæ latè deduximus in primo fundamento nostræ opinionis in præcedenti dubitatione.

Et propterea reliqui omnes vnanimi consensu, contrariam opinionem indubitatam esse affirmauimus, nempè Hieronymum primogenitum hęredè in feudalibus teneri ad præstationè horum duc. quatuor mill. annuorũ Philippo secundogenito, & eius hæredibus, & successoribus, seruata forma legati.

Tertia dubitatio nullam attulit dubitationis causam, nam viua voce pariformitèr affirmauimus, fideicommissum illud à testatore iniunctum esse nullum prorsus, & inualidũ ex defectu Regij assensus,
81 qui nõ sufficeret impetratus ab huius Regni Proregibus, stante prohibitione *Regiæ Pragmaticæ nouẽ capitum*, quæ est *quarta*, in ordine sub *titulo de feud.* & continet nouẽ capita, in quibus denegatur Proregibus potestas assentiendi, & inter cętera est *sextum caput*, quod agit de substitutione, quæ fieret in contractu, vel testamento, & propterea erat impetrandus ab ipsa Catholica Maiestate immediatè.

82 Quarta denique, & vltima dubitatio circà fructus maturatos in vita testatoris, fuit pariformitèr absq; contradictione resoluta, iuxtà dispositionem *text. in cap. 1. §. his consequentèr, hic finit lex*, quem *text.* pro-
83 cedere nedùm in fructibus industrialibus, sed etiam in naturalibus, tradiderunt *Afflict. ibi nu.* 21. *Feder. Schench. ibidem, vers. quæ dicta sunt*, & latissimè cõprobat *Harthm. Pistor. lib.* 1. *q.* 14. *nu.* 54. vbi ponderat verba *text.* satis generalia, scilicèt, *omnes fructus*, quæ propterea nullam distinctionem admittunt, *l. de pretio, ff. de public. in rem act. l.* 1. *§. quod autem prætor, ff. de aleæ lusu, & aleat. l.* 1. *§. generalitèr. ff. de legat. præstan.* & qui omne dicit, nihil excludit, *l. à procuratore*, vbi notat *glos. C. mand. l. si pluribus. ff. de leg.* 2. Itẽ ponderat, quòd illa dictio *omnes* est pluriès in eodẽ
84 *tex.* repetita, & quemadmodũ geminationis magna vis esse solet, *l. quinquaginta, ff. de prob.* cũ similibus; ità in verbis vniuersalibus nullã admittit restrictionem, *l. permittendo, in princ. iuncta glos. ff. de iur. dot. Salyc. in repet. l.* 2. *C. de noxal. act.* hanc eandem opinionem admittit *Liparul. ad Andr. in d. §. his consequentèr, nu.* 20. *in verb. & hoc satis dici potest, fol.* 176. vbi aduertit, quòd licèt *Aluarot.* in eodem *§. his cõsequentèr, nu.* 5. *vers. quæro* colligat ex *Andr. ibi*, quòd distinctio illius §. non seruabitur in fructibus naturalibus, tamen *Andr.* hoc non decidit, sed loquitur
85 *Andr.* circumscripta distinctione illius §. prout rationabilitèr seruari deberet, & re vera ità apertè dignoscitur ex præcedentibus verbis *Andr.* nàm post *nu.* 20. *vers. & quia ista iura sunt consuetudines*, subdit, quòd distinctio illius §. seruabitur vbi est talis consuetudo, sed alibi seruabitur, quod est rationabile, & postea in *vers. videtur autem, potiùs illud esse rationabile* discurrit id, q̃ est rationabile circà omnes fructus, circumscripta dispositione illius *text.* nõ tamen
86 recedit ab illa distinctione, vbi seruatur talis cõsuetudo; vndè cùm in Regno nostro recepta sit dispositio dicti §. tàm in casu, quo feudũ deuoluitur ad Dominum, quàm etiã in casu, quo deuoluitur ad agnatum, prout est casus noster, vt per *Præs. de Franch. decis.* 19. & latiùs *decis.* 572. vtiquè dictum *Andr.* nõ non est applicabile ad casum nostrũ, qui prorsus remanet sub generali dispositione illius §.

Nequè curandũ est de *Aluaroto ibidem, & Capyc.*
87 *in inuest. feud. in verb. feudorum fructus, col.* 2. *limit.* 1. *fol.* mihi 204. qui faciunt prædictã distinctionem inter fructus naturales, & industriales, nam lapsi sunt sub clypeo authoritatis *Andr.* qui hoc non decidit, vt suprà annotaui, & propterea meritò idẽ *Harthm. Pistor. d. q.* 24. *nu.* 57. *cum seq.* affirmat, *text. in d. §. his consequentèr* procedere, nedũ in fructibus industrialibus, & naturalibus, sed etiam in ciuilibus, quod etiã affirmat *Borcholt. de feud. cap.* 7. *num.* 95. *vers. primo, & postremo casu, fol.* mihi 446.

Sed quàmuis hæc resolutio vera sit ex iuris feudalis dispositione, attamen in casu nostro nõ est vllo modo necessaria; siquidèm etiã si essemus in fructibus maturatis, & perceptis post Kalendas Martij, hi tamen non spectarent ad hæredes in burgensaticis, seù ad eumdẽ primogenitum hæredem institutũ in feudis, ex quo non solùm fuit institutũ in feudis, sed etiam in burgensaticis quibuscunq; existentibus in dictis feudis, & propterea licèt hi fructus maturati, & percepti post Kalendas Martij tanquàm burgensatici de iure spectare potuissent ad hæredes in burgensaticis, tamen attẽta dispositione testatoris spectabunt ad eundem hæredem in feudalibus simul cum alijs burgensaticis existentibus in his feudis.

Quòd autem in terminis dicti *§. his consequentèr*
88 fructus maturati, & percepti post Kalendas Martij dicantur burgensatici, tradidit expressè *Camer, in l. imperialem, car.* 19. *col.* 4. *lit. V.* & sentijt manifestè in *cap.* 1. *an agnatiq.* 10. *nu.* 96. vbi ait, quòd de fructibus feudi post mensem Martij iudicatur, ac si non sint pars feudi, in terminis *d. §. his consequentèr.*

Et demùm esto millies, quòd etiam ex dispositione testatoris spectauissent ad hæredes in burgensaticis, illi tamen comprehensi fuerunt sub dispositione eiusdem testatoris, de illos implicando in multiplicum, simul cum alijs fructibus feudalium, & burgensaticorum, & propterea non possunt secundogeniti vti hæredes in burgensaticis prætẽdere aliquod ius præcipuum super illis.

Et ex his remanet abundè satisfactum omnibus dubitationibus propositis.

Circà

Circà illud verò, quod postremò fuit extrà dubi-
89 tationes propositas quæsitũ, an .s. successor in feudalibus teneatur mortuo prædecessore petere inuestituram infrà annum, vel sufficiat solutio tantùm releuij, concorditèr fuit resolutum, in Regno nõ esse
90 necessariam inuestituram, quia loco inuestiturę successit solutio releuij, vt per *Andr. in c.1. post nu.6. de feud. cognit. Capyc. in l. Imperialem, car. 55. limit. 14.*
91 Quod releuium consistit in medietate fructuum feudi illius anni, quo decedit feudatarius, & si non soluatur infrà annum, & diem, soluitur duplicatũ releuium, profligata pœnitùs pœna deuolutionis feudi, quæ erat impolita de iure communi, vt latè explicat *Frece. de subfeud. lib. 2. author. 3. per tot.* Cætera suppleat concordia, quæ inter fratres nitescere debet.

RERVM SVMMA.

93 *Feuda acquirens cum qualitate hæreditaria, illud intentum habet, vt eius successor tanquàm suus hæres non possit contrauenire facto defuncti.*
94 *Feuda licèt iure Francorum sint deferenda ad primogenitos ob clausulam*, sexus, & ætatis prærogatiua seruata, *tamen primogeniti ipsi non ex propria persona succedũt, sed iure transmissionis ab vltimo moriente, cuius etiam debent esse hæredes, & absq; tali hæreditaria qualitate succedere minimè possunt.*
95 *Feuda cum clausula*, pro te, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, *an sint ex pacto, & prouidentia, vel hæreditaria, & nu. 96. 100. & 101.*
97 *Verbum*, hæres, *in feudo intelligitur de filio masculo, & de descendente.*
98 Andr. in cap. imperialẽ, §. præterea ducatus, nu. 38. vers. sed si dicatur *locus corrigitur.*
99 *Differentia, quæ sit inter dictionem alternatiuam, & coniunctiuam in feudi concessione, remissiuè.*
101 *Feuda ex pacto, & prouidentia quotuplicia sint, & quod dicatur feudum hæreditariũ ex pacto, & prouidentia, & quod non hæreditarium.*
103 *Filius primogenitus ad feuda hæreditaria ex pacto, & prouidentia venire nequit, nisi sit hæres, quo casu tenetur habere ratum factum defuncti, & soluere onera per testatorẽ vltimum morientẽ sibi inuncta.*
104 *Feuda ex pacto, & prouidentia hæreditaria veniunt in petitione hæreditatis, tàm in iudicio possessorio, quàm in petitorio, & pater disponẽdo in vita, vel in morte, vel etiam delinquendo præiudicat filio, secus in feudo non hæreditario, num. 106.*
105 *Assensus requiritur, quoties disponitur de corpore feudi, vel constituitur ius in re super feudo, secus si disponitur in pecunia.*
109 *Testator si disponat, vt anno quolibet de vinea feudali soluatur certum quid pro anima, non constituitur ius in re super feudo, & hæres tenetur adimplere legatum, & quarè, num. 110.*
111 *Feudo vendito absq; titulo, titulus ipse existens in ipso feudo non transit in emptorem, & nn. 121.*
112 *Feuda dignitatum an sint integra legitima primogeniti, & num. 114.*
113 *Feuda simplicia, & feuda dignitatum an habeant æquale priuilegium.*
116 *Feudum totum ex pacto, & prouidentia simplex est legitima primogeniti.*
117 *Fraus in feudis quandò sit in consideratione, & quãdò sit permissa.*
118 *Annuam prestationem ad sibi remittendum an quis cogi possit.*
119 *Exteri in hoc Regno prohibẽtur disponere de propriis feudis, etiam cum Proregis assensu, nisi adsit Regis assensus.*
120 *Consilium melius nemo capit pro filio, quàm pater.*
122 *Pecunia etiam redacta ex fructibus feudi nõ est feudalis, & per consequens dispositio de ea etiam sine assensu facta, valet.*
127 Text. in l. cùm à matre, C. de rei vendicat. *habet locum etiam in feudalibus, & in hærede cum beneficio, num. 128.*

Secunda Allegationes.

POst redditam in scriptis nostram sententiam, per quam fundauimus, dispositionem factam in testamento per quondam Ioannem Franciscum Grimaldum, tàm respectu multiplici etigendi, & iam erecti de omnibus fructibus vniuersæ hęreditatis vsq; ad perfectam ætatem annorum 18. Hieronymi sui primogeniti hæredis in feudalibus, quàm etiam respectu legati ann. duc. 4. mill. in perpetuum in beneficium Philippi secundogeniti, & illius hæredum, & successorum, soluendi per eundem Hieronymum hęredem in feudalibus, vidimus quatuor motiua adducta in beneficiũ dicti Hieronymi, per quæ eius Aduocati conantur euertere vtramq; dispositionem, quorum

Primum est, vt stante tenore inuestiturę horum feudorum, qui præ cęteris est semper attendendus, & per quem constat, feuda hæc fuisse concessa Baptistæ Grimaldo primo acquirenti cum conditione, vt deferantur ad primogenitum cum iuribus, & redditibus omnibus, hæc conditio modò esset sublata, si dispositio prædicta esset valida, cùm per eam auferantur fructus horum feudorum per longum tẽpus à primogenito, & transferantur ad alios fratres minores, quod est contrà tenorem inuestiturę. Addendo, quòd Ioannes Frãciscus testator habuit hęc feuda limitatè pro tempore vitæ suæ tantùm, & cum onere restitutionis ad beneficium primogeniti, qui venit ad successionem, non vt ex nunc, sed vt ex tũc, tanquã in inuestitura comprehẽsus, & propterea nõ potuit grauari in his feudis, quæ à suis antecessoribus prouenerunt, non autem à patre.

Secundum est, vt licèt feuda hęc sint concessa pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, attamen non propterea fiet, quin sint feuda ex pacto, & prouidentia simplicia, vel saltim mixta, & ex vtroquè sequitur, quòd quæuis testamentaria dispositio de eo facta, substineri non potest in præiudicium vocatorum.

Tertiũ est, quia dato, quòd hæc essent feuda merè hæreditaria, attamen adhùc onera prædicta legitimè subsistere non possint, quia per dispositionẽ fructuum vltrà decemnium, quæ in dictis oneribus cõtinetur, est constitutum ius in re, quod etiam in feudis hæreditarijs prohibetur sine assensu, attento magis casu nostro, in quo hic primogenitus est institutus hæres in feudis tantùm, non autem in burgensaticis, quo casu cessantibus bonis burgensaticis dicitur constitutum ius super feudo, & propterea talis dispositio corruit.

Quartum, & Vltimum, quia asserunt, casum nostrũ versari in feudis titulatis, & habentibus annexam dignitatẽ Ducatus, & Comitatus, in quibus fructus, & vtilitates omnes prouenientes ab ipsis feudis, & exercitio iurisdictionis sequuntur personam ipsius

feudatarij titulati inſeparabilitèr cum ipſa dignitate, & propterea dùm hæc noſtra diſpoſitio ſeparat fructus horum feudorum à perſona primogeniti,qui ſucceſſit in feudis cum titulo ipſorum feudorũ,omninò corruere debet, potiùs quâ inducatur ſeparatio fructuũ a perſona Ducis,& dignitate Ducatus.

Quibus quidèm motiuis volentes modò ſatisfacere,vt maneri nobis iniuncto par eſt, infraſcripta, quæſumus, aduertantur ad illorum facillimam confutationem.

92 Primum igitur motiuum,quatènus cõtinet, quòd tenor inueſtituræ eſt attendendus, & quòd ex tenore noſtræ inueſtituræ feuda prædicta, vnà cum iuribus,redditibus,& fructibus omnibus debeant venire ad primogenitum,nos non negamus, ſed benè affirmamus,quòd hic primogenitus non poteſt venire ad feuda hereditaria,niſi ſit etiam hæres vltimi morientis,& hoc ex eodem tenore inueſtituræ, quæ eſt cum clauſula, *pro te,& hæredibus ex corpore*, & hæc efficit,vt hæc feuda ſint hæreditaria,& ad ea admitti nõ poſſit filius,ſiuè alius agnatus, niſi ſit hæres vltimi defuncti, & tanquã hæres teneatur ſoluere omnia legata, & alia onera teſtatoris, vt latè probauimus in prioribus ſcriptis,in *verſ.de poteſtate verò teſtatoris*,& nunc addimus *Frecc.de ſubfeud. lib.3. formul.3.nu.8.*& iterùm *tit.de differ.inter feud. ex pacto, & hæreditaria,diff.*10.vbi in ſpecie agit,quandò priuilegiũ eſt ſub forma, *pro te,& hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, vt eſt caſus noſter, *Reg. de Ponte conſ.88.nu.36.& ſeq.vol.*1. Quod procedit inconcuſsè,nedùm quãdò primogenitus eſſet inſtitutus hæres ſoùm in feudalibus,proùt eſt caſus noſter, ſed etiã ſi eſſet inſtitutus alius,quàm primogenitus, & ipſe primogenitus veniret contrà teſtamentũ patris,nam adhùc nõ poſſet venire, niſi vt hæres,& vti hæres tenetur ad onera,& legata,vt latè probat *Regens de Ponte conſ.*13. *&* *conſ.*52. *num.*19.*lib.*1. poſt *Præſid.de Franch. in deciſ.*1. quem citauimus in primis ſcriptis.*Minad.conſ.*10.*num.*20.*cum ſeq.*

Quò fit,vt tantùm abſit, grauamen hoc impoſitũ per Io. Franciſcum ſuo primogenito hæredi in feudalibus eſſe contrà tenorẽ inueſtituræ, vt potiùs ap-
93 pareat,ab ipſo tenore inueſtituræ vires, & efficaciã ſumere; nam qui acquirit feuda cum qualitate hereditaria, illud habere intentum dignoſcitur, vt eius ſucceſſor tanquàm ſuus hæres non poſſit contrauenire facto defuncti,idem *Frecc.d.formul.*3.*nu.*19.*circa fin.verſ.ſuſcipiendo eam formulam*; nihil ergo grauamen hoc repugnat tenori huius inueſtituræ,& ſic motiuum non mouet.

Quatenùs verò contiaet, Ioannem Franciſcum teſtatorem habuiſſe feuda iſta limitatè pro tempore vitæ ſuæ tantùm,& cum onere reſtitutionis ad fauorem primogeniti, qui non habet hæc feuda ab ipſo teſtatore, ſed ab eius anteceſſoribus, & propterea grauari non potuit, hoc dependet à veritate ſequẽtis motiui,an ſcilicèt feuda hec ſint ex pacto,& prouidẽtia vel hæreditaria,nam ſi ſunt ex pacto,& prouidentia, vera erit aſſertio hæc pro primogenito, & ceſſabit omne grauamen; ſi verò ſint hæreditaria, falſa erit hæc aſſertio, & falſa eius conſequentia, & propterea remittimus nos ad ea,quæ dicemus in ſequẽti motiuo principali,vbi fundabimus,feuda hæc eſſe hereditaria,quę licèt ex iure Francorũ non poſ-
94 ſint deferri, niſi ad primogenitos propter clauſulã, *ſexus,& ætatis prærogatiua ſeruata*,tamen hi primogeniti non ſuccedunt ex propria perſona, ſed iure tranſmiſsionis ab vltimo morieute, cuius etiam tenentur eſſe hæredes,& ſine hac qualitate hæreditaria ſuccedere nõ poſſunt,vt latè demonſtrat *Camer. in cap.*1. *an agnat. in* 2.*oppoſit. num.*32.*in fin.verſ.ſed quandò capitur expreſſe, fol.*370. *col.*1. *&* *in* 2.*quæſt. num.*40.*&* *ſeq. fol.*412.& clariùs *q.*9.*nu.*93.*verſ.&* *ſi vlteriùs, cum num.ſeq.fol.*434. *Reg.de Ponte conſ.*93. *num.*19.*&* *conſ.*81.*nu.*29.*&* 30.*lib.*1.*Reg.Lanar.conſ.* 88. *num.*20. *Minad.conſ.*10. *num.*20.*cum ſeq.* optimè *Harth.Piſtor.quæſt.*3.*num.*72.*lib.*2.*part.*1.

Nequaquàm obſtat eidẽ tenor inueſtiturę, dùm in ea eſt data facultas alienandi dicta feuda cum iuribus, & redditibus, aſſenſu tamen Regio interueniente, & modò per hãc diſpoſitionem induceretur alienatio fructuum ſine hoc aſſenſu Regis,nam hęc clauſula reſpicit illam alienationem, quæ trãsferret ius in rem ipſam feudalem, & hæc ſola eget aſſenſu, vt fundauimus in eiſdem prioribus ſcriptis,*verſ.non obſtant ea*, non autem reſtringit facultatem, quam à iure habet teſtator grauandi quemlibet ſuum hęredem in actione perſonali,prout eſt caſus noſter,& in qua ſola actione perſonali nos figimus pedes.

95 Secundum motiuum,quatenùs continet,quòd ex clauſula,*pro te, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, hæc feuda ſint ex pacto, & prouidẽtia, hoc prorſus hæreticum eſt in iure feudorũ apud huius Regni Tribunalia,ſiquidẽ & ſi ab aliquibus fuerit hæc opinio tentata,immò magis communitèr recepta à *Doctoribus* forẽſibus, & præſertim à Siculis, inter quos eſt *Cannet.in extrauag. Volẽtes,in cap.* incip.*ſed ſi quis, fol.*49. Tamen in hoc Regno fuit ab omnibus vnanimitèr exploſa, & admiſſa ea opìnio, vt hæc clauſula, ſecundùm quam eſt communis forma inueſtiturarum huius Regni, reddat omnia feuda hæreditaria, vt poſt *Andr.in locis cõmunibus* voluit *Napod. in Conſt. Et ſi teſtator, in verbo,diſponere, nu.*8.*verſ.prętereà*,vbi *Addentes* cumulant magnum Catalogum *Doctorum*, *Capyc.in ſua inueſtit.feud. in verb.feudorum genera, verſ.hæreditarium, in* 1.*concl. fol.*234.*col.*2.vbi atteſtatur,communitèr teneri,& in practica obtentum eſſe, quòd dicta inueſtitura importat,feudum eſſe hæreditarium, & re vera ità obtentum fuit in iudicijs,vt patet ex *Afflict.deciſ.*140. vbi atteſtatur,quòd ità ſępiùs iudicatum eſt,& propterea minimè ſunt mutanda,quæ certam interpretationem habuerunt,non obſtãte,quòd ipſe contrariam opinionẽ tenuerit in *lectura feudorum*, ſcilicèt in *cap.*1. *ex quib.cauſ. feud.amitt.* illud idem repetit, & iudicando ſequutus eſt idẽ *Affl.in deciſ.*195.*nu.*7. *verſ.nec.obſtat*,& iterùm *deciſ.*240.*nu.*10.hoc idem ſequitur,& rationibus, & authoritatibus confirmat *Loffred.conſ.*52.*nu.*55.*&* *ſeq.* vbi affirmat, eſſe communem opinionem *Doctor. Fr. Antonius Villanus*, qui fuit maximus Feudiſta in hoc Regno, & Regẽs Regiam Cancellariam in eius *reſponſo* impreſſo poſt *Commentarios Cametij, num.*25.*&* 26. *Frecc.de ſubfeud. lib.*1.*in* 3. *formul.inueſtit. fol.*mihi 403. vbi poſt *nu.*3. nedùm atteſtatur, hanc eſſe communem *Scribentium* opinionem, ſed quòd ipſe tàm conſulendo, quàm iudicando ſemper ſequutus fuit hanc opinionem, & ità in S.C. ſępè ſępiùs fuit iudicatum, & in ſpecie de hac noſtra formula idem *Frecc.ibid.nu.*27. *Loffred.* latiſsimè *conſ.*1.*per totum*.& ſignãtèr *nu.*26. *Harthm.Piſtor.q.*3.*nu.*41.*lib.*2.*par.*1.vltrà *Camer.& Præſ. de Franch.* in prioribus allegationibus adductos, his addimus vlteriùs Doctorem Siculum maximæ authoritatis, is eſt *Cumia in prælud. ad cap. Si aliquem*, qui *à nu.*268.*vſq; ad nu.*293. diſputat hunc articulum ad partes,& *nu.*272. concludit,eſſe feudũ hæreditariũ,& *nu.*277.*verſ.quartò*,cumulat DD.pro hac opinione in indiuiduo, & demùm poſt *nu.*290.

verſ.

verſ.ſed pro maiori dilucidatione reſpondet omnibus contrarijs, eandem opinionem tutatur *Menoch.conſ.* 497.*num.*6.*& ſeq.volum.*5. *Pariſ.conſ.*4.*num.*27.*& num.*33.*lib.*1. vbi meminit harum *deciſ.Afflict.* ex quibus cõſtat, huiuſmodi dubitationem in hoc Regno circà hanc qualitatem hæreditariam eſſe pẽnitùs impertinentem, & propterea *Præſ. de Franch. dec.*387.*num* 5. ait, quòd in hoc Regno eſt perpetua concluſio, quòd feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ex corpore eſt feudum merè hæreditarium.

96 Sed nè illa aliquo colore fulciri vllo modo poſſit, quatènus illa fundatur de iure communi in *l. ex facto, ff. ad trebell.* & de iure feudorum in *cap.*1.*§.& ſi clientulus, de alien.feud.& in §.ſimiliter, de leg.Conrad.* ex intraſcriptis dignoſcitur manifeſtè falſa, ſiquidèm deciſio *text. in d.l. ex facto, §.fin.* eſt fundata in preſumpta mente teſtatoris, per rationem in ipſomet *text.* adductam, aliàs enim diſpoſitio teſtatoris eſſet eluſoria, & ità in ſpecie reſpondet *Camer. in cap.*1.*an agnat.in* 4.*oppoſ.in fin.num.*47.*fol.* mihi 375. *& Cumia in prælud.ad dict.cap.Si aliquem, num.*190. *verſ.ſecundum non obſtat; text.* verò *in §.& ſi clientulus*, in quo totam vim conſtituunt Aduerſarij, licèt
97 apertis verbis ſtatuat, vt verbum, *hæres*, in feudo intelligatur de filio maſculo, tamen non negat, quin ille maſculus teneatur eſſe hæres, & propterea etiã ille filius maſculus in caſu illius *text.* teneatur eſſe hæres, & ſic eſt vocatus cum qualitate hæreditaria, ità diſertiſſimè concludit *Camerar.* declarando illũ *text.* per quatuor columnas in *l.Imperialem, car.*21. *lit.S.cum plurib.ſeqq.* & in compendium reaſſumpſit in *cap.*1.*an agnat.in* 4.*oppoſ.n.*44.*fol.*274. vbi agit in ſpecie de hac materia, eundem ſpiritum habuit *Loſfred.in conſ.*1.*n.*29.*cum ſeq.in d.§.& ſi cliẽtulus, in paraphraſi propè fin.* & eodem modo reſoluit *Cumia in prædicto loco, verſ.non obſtat primum, fol.*55. vbi ait, quod fatemur, hæredis appellatione in materia feudali venire ſolùm deſcendentes, ſed hæredes debent eſſe, & eodem modo ipſemet *Cumia ibid.* reſpondet ad *dict.§ ſimiliter*, vbi ait, quòd ille *text.* loquitur reſpectu fœminarum, vt ſcilicèt dictio, *hæredibus*, comprehendat maſculos, non fœminas, ſed non dicit, quòd tales maſculi non debeant eſſe hæredes, immò ponderat *ibi text.* illum, quòd dicat totum contrarium, & hunc eundem intellectum amplectitur *Petr.de Greg.Sicul.de conceſſ. feud. part.*6. *quæſt.*2.*num.*4. vbi concludit, tantum eſſe dicere in priuilegio *pro ſe, & hæredibus* de iure communi feudorum, quantum eſt hodiè *pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, & nouiſſimè cõcordat *Harthm.Piſtor.* qui hanc materiam diffuſiſſimè tractat *lib.*2.*par.*1. *queſt.*3. *num.*31. *et ſeq.* hancquè interpretationem neceſſariam, & veram inſpecto omni iure demonſtrat *Hier.Alban.conſil.*3. *num.*12.
98 Quatènus verò fundatur in authoritate *Andr. in cap.Imperialem, §.præterea ducatus, num.*38.*verſ.ſed ſi dicatur*, dignoſcitur erronea, nàm litera *Andr.ibi* eſt corrupta, & mendoſa, proùt aduertit *Liparul.ibidem in lit.M.* vbi corrigendo literam, illam dictionem, *vel*, conuertit in, *non*, ità vt ſit ſenſus, *quòd ſi feudum ſit conceſſũ Titio, et liberis, non hæredibus ſuis deſcendentibus, etc.* ſit ex pacto, & prouidentia, & quòd hæc expoſitio ſit vera, indè patet, quia *Andr. ibi* refert ſe ad dicta in *cap.*1. *an agnat.* vbi in *princ.* conſtituit hanc ſpecificam differentiam inter verbum, *hæredes*, & verbum *liberos*, & propterea dicta per *Andr.* in hoc loco referente debent regulari ſecundum dicta in loco, ad quem fit relatio, *l. aſſe toto ff. de hæred.inſtit.l.ſi ità ff. de condit.et demonſtr.l.inſtituto, ff. de cond.inſtit.l.*1. *C. de codicillis*, ſed quatènus vellemus pertinaciter cõtendere, quòd litera *Andr. ibi* non ſit corrupta, adhùc dictum *Andr.* non poteſt iuuare Aduerſarios, nàm *Andr.* loquitur, quandò conceſſio eſt facta Titio, & liberis, vel hæredibus deſcendentibus, & ſic per dictionem, *vel*, adiectam inter dictionem, *liberis*, & dictionem *hæredibus*, at caſus noſter verſatur in conceſsione facta, non cum alternatiua, *vel*, ſed cum coniunctiua, *et*, ſcilicèt pro ſe, & hæredibus ex corpore legitimè deſcendenti-
99 bus, inter quæ magna ſit differentia, in propria noſtra quæſtione docet latè *Afflict. in cap.*1. *in princ. num.*11. *verſ.nec obſtat id, quod dicit, de alien. feud. pater.* quem ſequitur *Cumias in d. §. ſi aliquem, in prælud.num.*177. *verſ.et ità expreſſim*, referens formalia verba *Afflict. vbi ſuprà*, fruſtrà ergò adducitur *Andr.* ad fundandum hanc concluſionem.

100 Nec dicatur, quòd nullibi *Andr.* melùs quàm in *d.§.prætereà ducatus.*, coniunxit illam clauſulam., *pro ſe, et hęredibus*, cum dictione, *deſcendentibus*, nàm contrarium patet ex ipſomet *Andr. in cap.*1. *§. et ſi libellum, nu.*9. *verſ.ſed quid ſi acquiſiuit, de alien. feud. pater.* vbi ponit in ſpecie hanc formam priuilegiorum, quæ viget in hoc Regno Siciliæ, *pro te, et hæredibus ex corpore legitimè deſcendentibus*, & concludit, eſſe feudum hæreditarium, & quòd tale feudum non poſſunt habere deſcendentes, niſi ſint hæredes. Quò fit, vt ex omnibus, & ſingulis prædictis concludamus, feuda, de quibus agimus, nullo modo poſſe dici feuda ex pacto, & prouidentia ſimplicia, vt Aduerſarij conãtur perſuadere, ſed ſint feuda hæreditaria, vt ſuprà præmiſimus.

101 Quatènus verò ad hoc idem ſecundum motiuum attinet, vt non poſsit negari, quin hæc feuda ſaltim dicantur feuda mixta, nempè quòd participent de feudo ex pacto, & prouidentia, & propterea licèt ad illa nemo poſsit admitti, niſi ſucceſſor ſit hæres, tamen quòad reliqua remanent in omnibus ex pacto, & prouidentia, & propterea nec veniant in petitione hæreditatis, nec de eis valeat fieri diſpoſitio in præiudicium primogeniti ſucceſſoris; nos aliqua acceptamus, aliqua verò negamus, id, quod acceptamus, eſt, vt hæc feuda ſint ex pacto, & prouidentia, attamen cum qualitate hæreditaria, quod ipſum paſsi fuimus in prioribus ſcriptis, in *verſ. de poteſtate verò*, vbi ſuper hoc vti principali fundamento noſtræ intentionis totum noſtrum ædificiũ collocatum fuit, pro quo fundamento attulimus plures authoritates, & ſignantèr *Camer.in cap.an agnat.quæſt.*1.*num.*18.*cum pluribus ſeqq.* addimus nunc eundem *Camer. in ead.queſt.*1. *num.*9. qui ait,
102 quòd qui feuda neſciunt, credunt, quòd feuda hæreditaria non ſint ex pacto, & prouidentia, ſed grauitèr errant, & propterea concludit, quòd quædam ſunt feuda ex pacto, & prouidentia, ſed hæreditaria, & proſequendo poſteà, quæ dicantur feuda ex pacto, & prouidentia non hęreditaria, tandèm *num.*18. quęrit, quod eſt feudum ex pacto, & prouidentia hęreditarium, & poſt *num.*22. *verſ.et ſi quæris*, concludit, quòd eò ipsò, quòd de hęredibus mẽtionem fecit concedens, prima natura non hæreditarij trãsfunditur in naturam hæreditarij, illud idem diffuſiùs docuit ipſemet *Camerar.in l.Imperialem., §.prætereà ducatus, cart.*95. *lit.C. verſ.quibus hunc in modum explicitis, & cart.*96. *lit.B. verſ.quò verò ad ſecundum caput, cum ſeq.* quem ſequitur *Harthm.Piſtor.lib.*2.*p.*1 *q.*1.*num.*12. *& ſeq.* & ideò denuò fatemur, hæc feuda eſſe ex pacto, & prouidentia, ſed hæreditaria.

103 Con-

103 Concurrimus igitur cum Aduerſarijs in effectu, vt ſcilicèt filius non poſſit venire ad hæc feuda, niſi ſit hæres, & hoc ſolùm ſufficit, vt filius hic primogenitus, quantùmuis vocatus ex tenore inueſtiturę, teneatur habere ratum factum defuncti, & ſoluere onera per teſtatorem vltimum morientem ſibi iniuncta, vt concludit *Camer. in d. quæſt. 1. an agnat. num. 23. & num. 24. verſ. ego in feudo hæreditario, Frecc. dict. formul. 3. num. 8. verſic. cùm eſt in hæreditate*.

Id verò, quod negamus, eſt illud ſecundum, vt ſcilicèt hæc feuda quòad reliqua remaneant ex pacto, & prouidentia, ità vt non veniant in petitione hæreditatis, & de eis non valeat diſpoſitio facta per feudatarium in prejudicium ſucceſſoris, nàm vtrúq;
104 eſt falſum, quia adeò remanent in omnibus ſub qualitate hæreditaria, vt veniant in petitione hæreditatis, tàm in iudicio poſſeſſorio, quàm in petitorio, vt per eundem *Camer.* qui ſuprà cæteros omnes hanc materiam enucleauit, primo loco in *cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 67. cum ſeq.* & lignanter *num. 92. & 93.* & iterùm *in cap. 1. an agnat. quæſt. 8. num. 85. cum ſeq. fol. 430. colum. 2. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. tit. de differ. inter feud. ex pact. & hæred. differ. 8. Reg. de Pont. conſ. 88. num. 39. lib. 1.* & pater tàm diſponendo in vita, vel in morte, quàm delinquendo
105 poteſt præiudicare filio, ſed quandò diſponit de corpore feudi, vel cónſtituit ius in re ſuper feudo, requiritur aſſenſus, ſi verò diſponit in pecunia, grauando hæredem in feudalibus, poteſt ſine aſſenſu,
106 quod ſecus eſt in feudo ex pacto, & prouidentia non hæreditario, in quo pater neque cum aſſenſu, nec ſine aſſenſu poteſt præiudicare filio, quandò eſt feudum antiquum, vt latè explicat *Camerar.* ipſe in *dict. cap. an agnat. in rubr. poſt num. 15. verſ. oppono, nocebit ergò, cum ſeq. fol. 365.* latiùs in *text. in 6. q. num. 6. fol. 429.* idem ſi grauaret in fructibus, prout eſt caſus noſter, vt in ſpecie tradidit *Camerar.* in prioribus ſcriptis ad id citatus in *c. ſp. Imperialem, c. 18. colum. 4. lit. V. in fin. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 4. num. 19. & Vrſill. ad Afflictum deciſion. 26.* inquientes, quòd fructus feudi hæreditarij cenſentur res hereditarię, & iudicatur de eis ſicut de alio patrimonio defuncti. Quò fit, vt potiùs Regula contraria conſtituenda ſit, vt ſcilicèt hæc feuda, quæ ſecundùm Aduerſarios mixta appellantur, ſecundùm alios verò ex pacto, & prouidentia hæreditaria, in omnibus retineant naturam feudi hæreditarij, præterquàm vt in eis non poſſit ſuccedere hæres extraneus, ſed ſolùm hæres ſanguinis, vt poſt *Grat conſ. 4. volum. 1. Crauett. conſ. 256. num. 31. Couarr. lib. 2. var. cap. 18.* neruosè explicat *Harthm. Piſtor. quæſt. 3. lib. 2. part 1. num. 47. & 48.* Ex quibus remanet penitùs labefactatum hoc ſecundum motiuum.

107 Tertium motiuum, per quod conſideratur, hanc diſpoſitionem fructuum vltrà decennium conſtituere ius in re, & propterea etiam in feudis hæreditarijs eſſe prohibitam ſine aſſenſu, fuit ſatis, ſupèrq; eliſum ex adductis in primis Allegationibus ſuper prima dubitatione, quæ hìc repetere ſuperuacaneum eſſet, demonſtrauimus enim *ibi*, ex hac diſpoſitione fructuum nullum eſſe conſtitutum ius in re ſuper feudis, ſed tantùm eſſe grauatum hæredem ipſum in actione perſonali, quod omni iure eſt permiſſum.

108 Nec ad fundandum, quòd ſit conſtitutum ius in re in caſu noſtro eſt habenda in conſideratione doctrina *Bald. in cap. 1. §. donare, ſub num. 3. verſ. miran-dum, qual. feud. pot. alien.* quam approbauit *Afflict. in Conſtitut. Si quis poſt litem, num. 10. verſ. et ſcias*, qui ambo aſſerunt, legatum fructuum etiam ad piam cauſam factum non grauare hæredem in feudalibus, niſi ſit etiam inſtitutus in burgenſaticis, quaſi quòd deficientibus burgenſaticis videatur conſtitutum ius in re ſuper feudo, nàm *Afflictus met* in eodem *loco num. 11. verſ. tamen vidi*, atteſtatur, fuiſſe iudicatum contrarium, quia ſufficit, quòd ſuccedat in feudo hereditario vt hęres patris, & licèt ipſe *Afflict.* ſubdat, quòd tunc non fuit viſa doctrina *Bald.* tamen noſtris temporibus, & propriè in anno 1600. per noſtrum Sacrum Conſilium Neapolitanum facta relatione in Regio Collaterali Conſilio coràm Prorege fuit idemmet iudicatum contrà *Bald. & Afflict.* vt ex copia ſententię iàm tranſmiſſa, nec mirum, an ipſemet *Bald. in cap. 1. §. hoc quoquè, colum fin. de ſucceſſ. feud.* ait, quòd ſi te-
109 ſtator diſponat, vt quolibet anno de vinea feudali ſoluatur certum quid pro anima, putà, ſalma vini, vel olei, non propterea eſt conſtitutum ius in re ſuper feudo, & hęres tenetur legatum adimplere, quod *Bald.* dictum ſequitur *Frecc. lib. 2. ſubfeud. limit. 21. ad Conſtitut. Conſtitutionem diuæ memoriæ, fol.* mihi 164. vbi alios congerit, his addimus *Aluarot conſ. 64. inter conſ. feud. Brun. par. 1. Capyc. in ſua inueſtitura, in verb. feudorum fructus, fol. 255. verſ. futuri fructus*, vbi quamplures adducit, *Reg. Conſ. Fab. de Anna conſ. 46. num. 10. Petr. de Gregor. Sicul. de conceſſ. feud. par. 6. quæſt. 2. num. 14. Intrigliol. de feud. part. 7. cap. 2. num. 25. Caldas Pereira de iure emphyt. part. 3. cap. 17. num. 1. 2. et 3. lib. 4. cap. 5. num. 19. Ioa. Schneideui. de feud. part. 6. num. 10.* Rationem huius
110 dicti latè explicauimus in aliis ſcriptis, nunc denuò breuitèr repetemus, nàm fructus feudi, ſuper quibus eſt iniunctum grauamen, vt producant effectum à teſtatore conſideratum, neceſſe eſt, vt ſeparentur à ſolo, & ſic non ſunt pars rei, ſed merè burgenſatici, & licèt tanquàm percepti longè poſt mortem teſtatoris ſint propriè ipſius hęredis, ſunt tamen hereditarij, ſeù percepti ex re hereditaria, & etiam ſi non eſſent hereditarij, ſed proprij hęredis ex alio patrimonio, adhùc in re propria grauari potuit tanquàm hęres, & vti hęres tenetur adimplere, iuxtà *text. in l. vnum ex familia, §. ſi rem. ff. de leg. 1.* vbi *Peralta* in prioribus ſcriptis adductus, nunc addimus vltrà alios *ibidem* citatos *Petr. de Gregor. d. q. 2. n. 15. Cald. vbi ſup poſt n. 2.*

Quatènus autem pro corroboratione huius motiui Aduerſarij conſiderauerunt manifeſtam teſtatoris fraudem, quam colligere conantur ex onerum magnitudine, & ex facultate cóceſſa primogenito ſe liberandi ab annua preſtatione annuorũ duc. 4. mill. per ceſſionem Ciuitatis Montis S. Angeli in beneficium ſecundogeniti, & ad augendum motiuum addunt, quòd cùm hæc ſint feuda dignitatis Ducatus, tota, & integra ſunt legitima primogeniti, & proindè nec in obolo quidèm poteſt in eis primogenitus grauari, quia eſſet grauamen in legitima, quod à iure repellitur.

Nos hìc paulùlum ſubſiſtendum duximus, continent enim hęc omnia maximam ęquiuocationem in facto, & in iure, ad quam ęquiuocationem detegendam eſt ab hoc vltimo incipiendum; aſſerunt igitur Aduerſarij, hęc eſſe feuda dignitatis, ecce ęquiuocatio in facto; item aſſerunt; hęc integra feuda tanquàm feuda dignitatis eſſe tota, & integra legitimam primogeniti; ecce ęquiuocatio in iure, de ęquiuocatione in facto conſtat ih promptu ex

lectu-

lectura tàm instrumenti emptionis sub Insta factæ horum feudorum per Baptistam Grimaldum, quàm priuilegij assensus desuper obtenti, & expediti, nàm licèt Thomas de Marinis primus possessor horum feudorum fuisset decoratus titulo Ducatus in feu-
111 do Terrænouæ, tamen in venditione postea facta sub hasta ad instantiam suorum creditorum fuerunt vendita feuda tantùm absq; titulo Ducatus, & sic dignitas illa Ducatus non transijt in Baptistam emptorem, & per consequens penès ipsum emptorem, nec sunt, nec fuerunt vnquàm feuda titulata, & successiuè nec esse possunt penès illius hæredes, vt latè probat *Reg. de Pont. cons.* 1. *num.* 59. *lib.* 1 De æqui-
112 uocatione verò in iure indè constat, quia etiam si essent feuda dignitatum, non propterea tota, & integra essent legitima primogeniti, nã feuda titulata in nostra materia non habent aliud priuilegium, nisi quòd sunt indiuidua, & non possunt transire, nisi ad
113 vnum tantùm hæredem de iure communi feudorum, quod priuilegium per ius Francorum est introductum in omnibus feudis, etiam absq; dignitate, in quibus succeditur de iure Frãcorum, & sic quòad hoc habent æquale priuilegium feuda simplicia, & feuda dignitatis, & tamen feuda, in quibus viuitur iure Francorum, licèt debeant ire indiuidua ad primogenitum, non tamen sunt integra feuda legitima
114 primogeniti, sed secundùm opinionem *Camerar.* tertia totius feudi, non in quota, sed in pretio est legitima primogeniti, ità vt in reliquis duabus partibus pretij possit ritè, & rectè grauari à testatore, etiã inuitus; ità latè explicat *Camerar. in l. Imperialem, §. preterea Ducatus, cart.* 99. *colum.* 3. *in princ. vers. & quòad primum caput*, vbi per decem columnas reassumit argumenta omnium *Doctorum*, & opinionem *Innoc. Hostiens. & Abbat. in cap. licèt, extrà de voto*, & tandèm *car.* 101. *colum.* 4. *in fin. post lit. V.* concludit, vt neq; totum Regnum, neq; totus Comitatus, neq; res, quæ de iure Francorum primogenito debetur, inducant, vt feudum totum dicatur legitima primogeniti, & deniq; *cart.* 104. *colum.* 2. *lit. S. vers.*
115 *sed tunc incidenter* concludit, quòd hæc legitima est tertia totius feudi, idem in effectu concludit *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *de differ. inter feuda ex pacto, & hæreditaria, differ.* 19. vbi *num.* 1. deridet illos, qui credunt, feudum totum esse legitimam primogeniti, & propterea in eo grauari non posse, latè *Loffred. cons.* 1. *num.* 179. *Reg. de Pont. cons.* 88. *num.* 40. *lib.* 1.
116 & illud axioma, quòd totum feudum sit legitima primogeniti, procedit in feudo ex pacto, & prouidentia simplici tantùm, non autem in feudo hæreditario, vt docet *Minad. in rubr. Constitut. Reg. In aliquibus, num.* 27. & sic redditur prorsùs vanum illud fundamentum, quòd hæc feuda sint titulata, & propterea integra spectant ad primogenitum pro sua legitima.

Detecta modò æquiuocatione tàm euidenti circà hoc vltimum dictum, statim emergit æquiuocatio etiam in illo primo dicto, quòd scilicèt hæc dispositio cum hoc grauamine multiplici, & præstationis annuorum ducatorum 4. mill. in beneficium
117 secundogeniti sit facta in fraudem, nàm hæc fraus tunc esset in consideratione, quandò onera imposita grauarent legitimam, quod non est casu nostro, quia legitima primogeniti non consistit, nisi in tertia parte pretij omnium feudorum, ità vt duæ aliæ integræ remanebant liberæ ad dispositionem testatoris, & onera horum legatorum sunt satis minoris quantitatis; igitur hæc fraus non est in consideratione, prout constat ex latè disputatis per *Præs. de Franch. decis.* 1. *num.* 35. *&* 36. vbi cumulat omnes, & tandem sic refert tunc decisum, ità quòd non est vlteriùs de hac prætensa fraude dubitandum, immò dico vnum, quod est fortius, vt etiam si esset hæc manifesta fraus priuandi primogenitum successione, adhùc dispositio subsistit, quia est fraus permissa, per modum cautelæ à lege introductæ, vt latè demonstrat *Loffred. cons.* 46. *num.* 7. *vers. quòad secundum, vsq; ad finem*, quem sequitur *Reg. Lanar. consil.* 80. *nu.* 26.

Facultas verò data primogenito per testatorem liberandi se à præstatione annuorum ducatorum 4. mill. per cessionem Ciuitatis Montis S. Angeli tantùm abest ab allegata fraude, vt potiùs appareat continere maximum fauorem in beneficium pri-
118 mogeniti, nàm si non fuisset ei concessa hæc potestas, & facultas liberandi se ab annua præstatione, talis annua præstatio vti perpetua pro se, & hæredibus in infinitum, fuisset nimis onerosa primogenito, & nullo pretio potuisset illam redimere, nec potuisset cogere secundogenitum ad sibi remittendum annuam præstationem, ad *text. in l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vendit.* præsertim per dationem insolutum rei stabilis, & feudalis sitæ in hoc Regno, dùm creditor est exterus, & per dispositionem pragma-
119 ticarum huius Regni exteri prohibentur disponere de proprijs feudis, etiam cum assensu Protegis, nisi adsit assensus immediatè Regiæ Maiestatis, vt in *prag.* 18. *tit. de feud.*

Modò verò stante hac paterna dispositione tenetur secundogenitus acceptare insolutum dationem illius feudi Mõtis S. Angeli etiam inuitus; prudens igitur consilium paternum pro primogenito
120 vertunt hodiè Aduersarij in consilium fraudulentum, obliti, quòd nemo capit melius consilium pro filio, quã pater, *l. nec in ea, ff. de adult.* & nemo præsumitur odio habere carnem suam, *c. non æstimemus* 1. *quæst.* 2. Quæ prudentia, & charitas paterna ergà primogenitum nedùm dignoscitur ex prædictis quòad legatum duc. 4. mill. sed etiam quòad multiplicum institutum, cùm illud totum concernat commodum, vtile, & beneficium primogeniti, nõ solùm ex causis in primis allegationibus consideratis, sed etiam, quia de augmento, & multiplico redigendo participare debet etiam ipse primogenitus, iuxtà declarationem factam in codicillis paternis.

121 Remanet quartum, & vltimum motiuum fundatum in qualitate horum feudorum, quòd scilicèt habeant annexam dignitatem Ducatus, & Comitatus, in quibus fructus, & vtilitates non possunt separari à persona primogeniti, qui in eis succedit, eò quòd sequitur illius personam inseparabiliter, sed quia est fundatum in assumpto falso, vt suprà demõstrauimus, non enim feuda habent annexam aliquã dignitatem, postquàm fuerunt empta per Baptistam Grimaldum, sed sunt feuda simplicia, proùt alia feuda quaternata, ideò super eo aliter non insistendum duximus, quia vbi deficit fundamentum, corruit ædificium, *c. cùm Paulus* 1. *q.* 1.

Explosis igitur omnibus motiuis in contrarium adductis, remanet inconcussa conclusio à nobis firmata in prioribus Allegationibus pro dispositione facta per quondam Io. Franciscum Grimaldum, tàm respectu legati annuorum duc. 4. mill. in beneficium secundogeniti, quàm multiplici erecti, seù instituti ad beneficium filiorum.

Quam conclusionem libuit modò confirmare alio fundamento, nàm vtraq; hæc dispositio licèt respiciat fructus ex feudis percipiendos, tamen in

esse-

effectu resoluitur in pecunia, ex fructibus tamen redigenda, nàm legatum annuorum duc. 4. mill. in pecunia, & multiplicum erat erigendum mediantibus emptionibus faciendis in pecunia, quò fit, vt talis
122 dispositio non possit infringi, vti facta de re feudali, nàm pecunia etiam redacta ex fructibus feudi non est feudalis, & propterea sustinetur dispositio de ea hoc modo facta, etiam sine assensu, vt per *Loffred. cons. 3. nu. 39. & Consiliarium Anna cons. 46. nu. 37. & 38.*

Votum Regij Consiliarij Io. Thomæ Vespuli.

123 REquisitus pro parte Ioannis Baptistæ de Oria quondam Nicolai arbitri electi inter hæredes Illustr. quondam Io. Francisci Grimaldi Ducis Terrænouæ, vt meam dicerem sententiam, visis, & maturè discussis mecũ Allegationibus vtriusquè partis, visaq; licentia Illustrissimi, & Excellentissimi Domini Proregis, liberè sentio, Dominum Ioannem Franciscum Ducem in eius testamento valuisse, & potuisse grauare Illustrem Dominum Hieronymum filium eius primogenitum, & hæredem in feudalibus, tàm super multiplico, quàm super annuis ducatis quatuor mille, ex quo feuda omnia relicta, sunt hæreditaria, seruata forma inuestiturarum, quas legi, in quibus non potuit, neq; potest succedere dictus primogenitus, nisi vt hæres, & cum obligatione satisfaciendi onera, & legata, & ità iuris esse censeo. Iudico, non esse necessarium iudicare articulum validitatis inuentarij, cùm onera multiplici, & annuorum ducatorum 4. mi. in perpetuum, imposita non excedant valorem integrum feudorum, cùm video, esse, & fuisse tanti valoris, quòd liberè potuisset testator maiora onera imponere, contrà primogenitum, cui plusquàm legitima sibi debita remansit, & remanet. & proindè sentio, teneri primogenitum ad obseruantiam ipsorum, fideicommissum autem iudico, & sentio, non valere, quia nulla dispositio tenet iuper proprietate feudi, die 23. Decembris 1606.

Io. Thomas Vespulus Regius Consiliarius.

Votum Regij Consiliarij D. Didaci de Vera, & Prado.

EGO D. Didacus de Vera, & Prado Regius Consiliarius, & Præsidens Regiæ Cameræ Summariæ in Regno Neapolitano.

Viso compromisso facto inter Hieronymum Grimaldum fratrem primogenitum ex vna, & Philippum, ac alios fratres secundogenitos ex alia, ac differentijs per eos compromissis, visisq; scripturis per Arbitrum transmissis, ac Regia dispensatione mihi concessa per Illustrissimum, & Excellentissimum huius Regni Proregem, visis deniq; videndis, & consideratis omnibus de facto, & de iure considerandis, inuocato priùs diuini numinis auxilio, sum voti, partes Arbitri fore, & esse in laudando, arbitrando, & declarando.

Omnia bona feudalia remansa in hæreditate quondam Io. Francisci Grimaldi patris prædictorum fratrum, & acquisita per quondam Io. Baptistam Grimaldum patrem dicti Io. Francisci cum
124 clausula, *pro se, & hæredibus ex corpore descendentibus, sexus, & ætatis prærogatiua seruata*, fuisse, & esse merè hæreditaria, iuxtà receptissimam, & indubitatam in hoc Regno Neapolitano opinionem, de qua attestatur, nedum *Afflict. decis. 140. & Capyc. in sua inuest. in verb. feudorum genera, vers. hæreditaria*, cum alijs citatis per ipsum, sed etiam *Vincentius de Franchis* olim Sacri huius Consilij meritissimus Præses in *decis. 387. num. 5.* vbi ait, quòd in hoc Regno est indubitata, & perpetua conclusio, quòd feudum concessum cum clausula, *pro se, & hæredibus ex corpore*, est merè hæreditarium, & propterea dico, dictum Ioannem Franciscum testatorem potuisse grauare dictum Hieronymum primogenitũ hæredem in feudalibus, tàm ad præstationem aureorum quatuor mille in pecunia Philippo secundogenito, quàm etiam ad faciendum multiplicum omnium fructuum percipiendorum ex eisdem feudis in futurum, donec ipse primogenitus peruenisset ad perfectam ætatem annorum decem, & octo, etiam sine assensu Regio, cùm hæc onera non tangant ipsum feudum, seù corpora feudalia, constituendo ius in re super feudis, sed grauant personam tantùm feudatarij absq; aliqua diminutione suæ legitimæ, iuxtà aliã opinionem similitèr in hoc Regno receptisimam, de qua tractat idem *Vinc. de Franch. dec. 1. num. 39. vers. nec conuenit*, à qua in iudicando nunquàm fuit recessum, quinimmò in hoc Regno esset temerarium ab ea recedere, & fructus conuertendi in multiplicum non absorbentur perpetuò ex grauamine iniuncto, sed temporalitèr tantùm, nempè vsq; ad ætatem annorum decem, & octo, quo casu
125 est apud omnes indubitatum, hæredem in feudalibus teneri ad præstandum legatum factum à defuncto de fructibus feudi, iuxtà dictum *Bald. in cap. 1. § hoc quoquè, de successione feudi*, approbatum per *Frecc. de subfeud. lib. 2. limit. 21. ad Const. Constitutionem Diuæ memoriæ*, & latiùs exornatum per *Camerar in cap. Imperialem, car. 18. colum. 3. lit. O. P. Q. T. V.* & iterùm *car. 20. colum. 1. in fin. & colum. 2. lit. E. & F. & in cap. 1. q. 21. an agnatus*, antè, & post *nu. 23. fol. 405.*

Præsertim, quia multiplicum hoc ex fructibus cõstitutum tendit potiùs ad exonerandum, quàm ad grauandum primogenitum, nàm si æs alienum, & alia onera non exoluerentur ex multiplico prædicto, remansissent integra ad onus ipsius primogeniti, qui modò remanet ab omnibus exemptus, & liberatus ex multiplico, fructuum occasione, quo casu etiam si hoc grauamen attigisset aliquo modo legitimam ipsius primogeniti, de eo non potuisset
126 conquæri, dùm grauamen fuit in fauorem appositum, & non perpetuum, sed temporale, vt est resolutissima conclusio, de qua testatur *Vinc. de Franch. decis. 14. num. 1. Menoch. præsumpt. 28. num. 6. lib. 4.* & nouissimè *Surdus* plura referens *cons. 570. num. 1. vol. 4.* vltrà multos alios in allegationibus secundogenitorum adductos.

Ipseq; Hieronymus licèt vti primogenitus sit vocatus solus ad successionem horum feudorum ex tenore inuesturæ, non tamen potuisset in eis succedere absq; qualitate hæreditaria, quantùmuis fuerit institutus in his feudis tantùm, & non in omnibus bonis vniuersalibus, iuxtà opinionem in hoc Regno admissam, de qua attestatur *Vinc. de Franch. in d. dec. 1. n. 40. & seqq.*

Et

Et propterea vti hæredem in his feudis teneri ad obseruantiam prædictæ dispositionis paternæ, tanquàm omninò validæ, & à iure permissæ in actione personali, proùt expressè fuit grauatus, etiam
127 adiecta clausula, *omni meliori modo*, ex regula *tex. in l. cùm à matre, C. de rei vend.* quam habere locum etiam in feudalibus planè constat, non solùm ex traditis per *Andr. in c. 1. colum. 2. de alien. feud. pater.* & alibi sæpiùs, sed etiam ex cõgestis per *Surd. cons. 358. n. 5. cum seqq. vol. 3.*

Nec est faciendæ vis, quòd dictus Hieronymus
128 sit hæres cum beneficio inuentarij, vel sine, nàm dicta regula habet locum etiam in hærede cum beneficio prædicto, vt ait *Couarr. de testam. cap. 1. nn. 3.* Nec in casu præsenti opus est discutere vires hæreditarias, cùm habitum fuerit pro claro, & absoluto in facto, vt superiùs diximus, hæc grauamina, de quibus agimus, à testatore iniuncta non tangere, nec vllo modo diminuere legitimam dicti Hieronymi primogeniti, hæc tantummodò decreui ad istius voti corroborationem breuiter stringere, omissis longioribus Scriptorum disputationibus, quæ magis legendi, seù aduocandi, quàm iudicandi munus respicere videntur, omnia tamen subijcio melioris iudicij correctioni, & censuræ. Datum Neapoli die 22. mensis Decembris 1606.

D. Didacus de Vera, & Prado Regius Consiliarius.

ADDITIO.

ET *Frece. de subfeud. de differ. inter feud. ex pact. & prouident. fol. 441. vers. quintò quandò, Camil. de Curt. in diuers. iur. feud. f. 54. n. 106.* Io. Laganar.

De Feudis. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista hinc vndè est desumpta.*
2 Constitutio Vt de successionibus, in vers. idem ius, quod pater, *comprehendit feuda antiqua tantùm, sed hoc edictum etiam feuda noua.*
Et amplius præsens edictum complectitur feuda concessa etiam cum clausula pro se, & hæredibus ex corpore.
3 *Patruus autè Pragmaticam istam an fuerit exclusus à successione nepotis in feudis per aliquam interpretationem, vel consuetudinem.*

ITem si supplica, &c.

Ampliatur successio in feudalibus, vt patruus succedat nepoti. H.D.

1 Sumpta est hæc pragmatica ex *capit. 17. inter capitula, & priuilegia Regis Catholici. fol. 59. à tergo, & capit. 18. fol. 63. à tergo, inter capitula, & priuilegia Neapolis*, sed videtur mihi, quòd idem esset dispositum de iure communi, secundùm opinionem *Andr. in Constitut. Vt de successionibus, in ver. idem ius, quod pater*, quem sequitur *Petr. de Montefort. ibi in versic. quero, an patruus*, nisi dicamus, quòd hæc pragmatica comprehendit etiam feuda noua, sed *Constitutio*
2 tantùm feuda antiqua, vt in ea patet, item hoc *capitulum* comprehendit feuda concessa etiam cum clausula *pro se, & heredibus ex corpore*, qui non comprehenduntur sub dispositione *Constitut.* immò fuit adinuenta ad effugiendum illius dispositionem, *Afflict. in d. Constit. 6. notab. num.* mihi 10. *vers. secus si fuisset.*

Et quatènus in fine huius pragmaticę dicitur, 3 *non ostante qualsiuoglia interpretatione, e consuetudine vsata fin'al presente*, hoc dictum fuit, habito respectu ad *capitulum Regni Ex præsumptuosè*, non quòd antè fuisset exclusus patruus per aliquam interpretationem, aut consuetudinem, vt declarat *Loffred. in cap. 1. Imperat. Lothar. colum. 25. vers. hoc etiam clarè*, licèt *Andr. ibidem num. 2.* apertè dicat, fuisse factam in terminis *Constit. Vt de successionibus*, vt patruus non succedat nepoti, & pro defendenda tali interpretatione latè ipse disserit, & tandèm illam impugnat, & damnat, & concludit, quòd talis interpretatio semper sibi displicuit, quia iniqua, & eandem interpretationem clarè fatetur in *cap. 1. num. 7. propè fin. vers. benè putamus*, & iterùm post *num. 8.* antè *Addit.* ibi, *quia in collaterali non succedunt descendentes, nisi nepotes, patrui non, secundùm interpretationem, quam diximus, de nat. success. feud.* Hęc *Andreas*.

De Feudis. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista corrigit* pragmaticam nouem capitum, quartam *in ordine suprà hic respectu quinti capitis.*
2 *Assensus per Proregem prestari potest in donationibus feudorum faciendis per parentes filio primogenito successuro in feudo, non alijs.*
3 *Refutatio facta, reseruato vsufructu, in omni casu censetur prohibita, ex* [illegible] *tantùm qui hic permittitur.*

INsuper cùm per præfatos, &c.

Prorex prœster assensum donationibus feudorum faciendis per parentes filijs in contractu matrimonij, etiam reseruato dominio, vel vsufructu. H.D.

Hæc pragmatica pro-casu in ea expresso tantùm
1 corrigit *pragmaticam nonem capitũ* respectu quinti capitis, vt in *pragmatica quarta suprà eodem*, &
2 procedit, quandò donatio fieret filio primogenito successuro in feudo, non alijs, ità declarat *Reg. Cons. Fab. Anna cons. 41. in fin.* qui nihil allegat, sed potest comprobari ex verbis supplicationis alterius capituli concessi in anno 1557. vt in *pragm. 15. infrà eod.* & ex verbis decretationis alterius capituli eiusdem anni, vt in *prag. 16. infr. eod.*

Et per hanc pragmaticam cessat disputatio illa,
3 tàm controuersa, an scilicèt valeat refutatio facta, reseruato vsufructu, de qua per *Camer. in l. Imperialem, fol. 32. colum. 2. vers. ex quibus etiam alia quoquè prouenit conclusio*, & per *Loffred. cons. 3.* Nàm dum in hoc casu tantùm est permissa per hanc pragmaticam, in omni alio cẽsetur prohibita, *l. maritus, C. de procuratoribus*, quam in simili adducit ad hoc propositum *Andr. in c. 1. §. & si libellum, post n. 7.* ibi *cùm in vno casu concedit, de alien. feud. pater.*

De

De Feudis. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta vndè ſit deſumpta, & eiuſdem decidendi ratio, remiſſiuè.*

2 *Aſſenſus de quo hic, intelligitur præſtitus reſpectu quorumcunq; habentium ius ſuper dotibus, etiam mediante aſſenſu hominis, quod procedit, etiam quòad mereſſe dotis.*

3 *Ius de quo hic ſuper bonis feudalibus an tranferatur ad hæredes mulieris ex corpore non deſcendentes, & ex vſibus feudorum ad illorum ſucceſſionem non vocatos.*

4 *Aſſenſus intelligitur præſtitus tàm pro obligatione bonorum feudalium viri, quàm etiam ſoceri, vel cuiuſlibet alterius obligati pro reſtitutione dotis, & antephati.*

5 *Aſſenſus non intelligitur præſtitus pro filia ſpurij Neapolitani nata ex matre extera.*

6 *Aſſenſus, de quo hic, intelligitur præſtitus in feudis quaternatis tantùm, non autem in feudis planis, & de tabula.*

7 *Aſſenſus iſte an intelligatur præſtitus in ſubſidium tãtùm, deficientibus bonis burgenſaticis, vel ſit neceſſaria diſcuſſio illorum, & poſito pro vero, quòd ceſſet hoc priuilegium exiſtẽtibus bonis burgenſaticis, intelligitur, etiam ſi burgẽſatica eſſent pẽnès tertios poſſeſſores.*

8 *Probandi onus, non adeſſe bona burgenſatica cui incumbat.*

9 *Aſſenſus, de quo hic, intelligitur præſtitus in obligatione feudalium expreſſa, ſecùs in hypotheca inducta à lege, & quare.*

ITẽ ſe ſupplica voſtra Maeſtà, &c.

Aſſenſus intelligitur præſtitus mulieribus Neapolitanis, ſiuè nuptis Viris Neapolitanis, etiam reſpectu antephati, & illius vſusfructus. H.D.

1 Hæc Pragmatica eſt *ſexta* in hoc *titulo*, ſecundùm ordinem *Caranitæ*, & fuit deſumpta ex *cap.7 fol.* mihi 128. *à ter.* inter *capitula & priuilegia Neapolis*, & pro ratione decidendi vide *text. in l. cùm multa, in princ. cum authent. eò decurſum. C. de donat. antè nupt.* idem erat diſpoſitum de iure *Conſtitutionum Regni*, vt tenet *Afflict. in Conſtitut. Licentiam, num.* 13. poſt *Bartholomæum de Capua*, quem ipse refert, & am-
2 plia, vt diſpolitio huius pragmaticæ procedat reſpectu quorumcunq; habentium ius ſuper dictis dotibus, etiam mediante aſſenſu hominis, vt in *cap.* 2. inter *gratias* conceſſas in anno 1580. impreſſas in*ter priuilegia, & capitula Neapolis*, *fol.* mihi 171. & 179. *à tergo*, nunc tranſlato in volumine Pragmaticarum, vt in *pragm. 24. infrà eodem*, quam ampliationem procedere de iure communi, etiam quòad intereſſe dotis, tradidit *Camer. in l. Imperialem, car.* 17. *lit. D.*

3 Sed an hoc ius ſuper bonis feudalibus transferatur ad hæredes mulieris ex corpore non deſcendẽtes, & ex vſibus feudorum ad illorum ſucceſſionem non vocatos, vide latè *Frecc. lib. 2. ſubfeud. author. 1.*
4 *quæſt. 12. per totam*. Item amplia, vt omnia hæc *capitula*, quæ loquuntur tàm pro dotibus, quàm pro antephato, procedant, tàm pro obligatione bonorum viri, quàm etiam ſoceri, ſeù cuiuslibet alterius obligati pro reſtitutione dotis, & antephati, proùt ità iudicatum refert *Minad. conſ. 3.* & idem voluit *Camerar. in l. Imperialem, car. 52. lit. Q.*

5 Limita tamen, vt non procedat in filia ſpuria Neapolitani nata ex matre extera, vt per *Præſid.*
6 *de Franch. dec. 452.* Item limita, vt procedat in feudis quaternatis tantùm, non autem in feudis planis & de tabula, ſecundùm *Frecc. lib. 3. ſubfeudor. 14. differentia inter feuda quaternata, & de tabula.* Item li-
7 mita, vt procedat in ſubſidium tantùm, ſcilicèt deficientibus bonis burgenſaticis, ſecundùm *Camerar. in cap. 1. an agnatus, in fin. num. 157. Anna alleg. 115. & in Conſtitutione Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu.* 239. & ità fuit iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa D. Victoriæ de Matra contrà D. Franciſcum de Aquino. Actuario Iubeno, licèt contrarium ſemel fuiſſe iudicatum aſſerat *Anna* in prædicta *Conſtitutione, num.* 240. proùt contrarium verius eſſe, vt ſcilicèt hæc pragmatica procedat, etiam quòd pẽnès eundem debitorem adſint burgenſatica, & ſic etiam non facta diſcuſſione burgenſaticorum, demonſtrat ex verbis huiuſmet *Capituli*, ſeù *pragmaticæ Regens de Pont. in tract. de poteſt Proreg. tit. de aſſenſibus Regius ſuper dotibus, in princ. num.* 15. *cum pluribus ſeqq.* vbi aſſerit, ità fuiſſe pluriès iudicatum, etiam contrà Fiſcum, & *conſ.* 28. *lib.* 2. Sed data pro vera prima opinione, quòd ſcilicèt non procedat hoc priuilegium, exiſtentibus bonis burgenſaticis, amplia ipſam limitationem, etiam ſi burgenſatica eſſent pẽnès tertios poſſeſſores, vt in ſimili declarat *Menoch. præſumpt.* 190. *num.* 145. *& ſeqq. lib.* 4. In-
8 cumbit autem onus probandi, non adeſſe burgenſatica, aſſerenti, quandò nulla probatio, aut præſumptio repugnat, *Menoch. præſumpt.* 189. *n.* 174. *lib.* 4. & *lib.* 6. *præſumpt.* 26. *n.* 4.

9 Item limita, vt procedat in obligatione feudalium expreſſa, ſecùs in hypotheca tacita, inducta ex diſpoſitione legis propter priuilegium, nè concurrant duo ſpecialia in eodem ſubiecto, contra regulam *l. 1. C. de dot. promiſſ.* ità limitat *Camerar. in l. Imperialem, car. 15. lit. G. & car 86. lit. P. Q.* & plenius *car. 55. lit. G. verſ. ſed illud*, quæ quidèm limitatio deſtruit opinionem *Bartholomæi de Capua* relatam per *Affl. in Conſt. Licentiam, in fin.*

De Feudis. Pragm. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ, ad quas præſens refertur, quænàm ſint, & ad eius intelligentiam plura, remiſſinè.*

2 *Gratia, quam continet aſſenſus, dicitur perfecta à die expeditionis memorialis per verbum, fiat, modò cetera ſolemnitates circà expeditionem priuilegij ſequantur infrà tempus hic ſtatutum.*

3 *Aſſenſus reſpectu Regis ſemper eſt mera gratia, etiam quòd ſoleat paſſim omnibus concedi.*

4 ..... *ſi denegaretur alicui ſine iuſta cauſa, redundaret in eius iniuriam, & licèt Rex non faceret ſecundùm honeſtatem non tamen poſſet compelli.*

5 *Pragmaticæ huius ratio duplex aſſignatur, quarum prima fundatur in virtute ſigilli, cùm illud ſit quod probat, et vſt de ſubſtantialibus, hinc eius omiſſio vitiat literam, licèt non vitiet gratiam, quæ per verbum, fiat, perfecta dicitur abſquè appoſitione ſigilli, vel priuilegij expeditione. Secũda ratio eſt, nè fraudentur iura, & emolumenta ſigilli Regiæ Cancellariæ.*

6 Sigil-

6 *Sigilli ius soluere non compelluntur, qui sunt ex sanguine Regio, intelligendo de coniunctis per lineam masculinam, non autem fœmininam.*

7 *Possessio, vel quasi ex exactione in exigente resultat.*

8 *Scripturæ extractæ à libris publicis, vel à publico conseruatis faciunt fidem, & publicam authoritatem habent.*

9 *Solutiones factæ à Ministris an præiudicent ipsi Domino.*

10 *Possessor lite pendente manutenendus est in sua possessione.*

11 *Possessionis cognitio debet præcedere cognitionem proprietatis.*

12 *Immunitas concessa generi comprehendit descendentes ex masculis tantùm, non autèm ex fœminis, cùm illi dicantur de genere, qui sunt de agnatione, & cõiuncti ex latere patris.*

13 *Priuilegium concessum generi non descendit ad successores ex linea fœminina, & n. 17. vbi ponitur cõtraria opinio cum limitatione.*

14 *Consanguinei dicuntur, qui sanguine inter se coniuncti sunt, vndè appellatione consanguineorum veniunt coniuncti ex linea patris tantùm, non matris.*

15 *Dictio, de, propriè causam immediatam, impropriè verò causam remotam præfert.*

16 *Priuilegium contrà ius commune, propriè, non autèm impropriè, & sic strictè, & non largè est interpretãdum, & n. 48.*

17 *Sigillorum iuris emolumentum debetur de iure communi tam Principibus sæcularibus, quàm Ecclesiasticis.*

18 *Priuilegium immunitatis contrà ius commune generi cõcessum non comprehendit descẽdentes ex fœmina, sed tantùm ex masculis, & n. 47.*

COnsiderato il gran danno, &c.

Assensuum priuilegijs iàm expeditis apponantur sigilla, & memorialibus obtentis per verbum, *fiat*, expediantur priuilegia iuxtà formam Regiarum Pragmaticarum. H. D.

1 Pragmaticæ, ad quas hæc Pragmatica refertur, sunt infrà sub *tit. de fide memorialium*, & ad huius intelligentiam est videndus *Vrsill. ad Affl. dec. 167.*

2 Non tamen per hoc credas, quòd gratia, quam continet assensus, non dicatur perfecta, nisi à die expediti priuilegij, nàm est perfecta ipsa gratia à die expeditionis memorialis per verbum, *fiat*, dummodò posteà infrà tempus hic statutum sequantur reliquæ solemnitates circà expeditionem priuilegij, vt

3 per *Affl. dec. 253.* Et dùm dixi, quòd assensus continet gratiam, ideò dixi, quia respectu Regis assensus semper est mera gratia, etiam quòd soleat passim omnibus concedi. *Affl. in dec. 398. num. 5. Camer. in l. Imperialem, car. 86. lit. K.*

Sed si alicui denegaretur sine iusta causa, licèt

4 sit gratia, tunc redundaret in eius iniuriam, ex regula *text. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æstiu.* vt in simili tradit *glos. in verb. gratia, in cap. cupientes, prope fi. de elect. in sexto*, & Rex non faceret secũdùm honestatem, vt tradit *Andr. inc. 1. de inuest. de re alien. fact.* non tamen esset compellendus, vt concludit *Camer. vbi suprà*.

Ratio huius Pragmaticæ est fundata in virtute,

5 & efficacia sigilli, nàm sigillum est, quod probat, vt ait *Andr. cap. quoniam inter Dominum, numer. 3. verſic. dubitatur, de prohibit. feud. alienat. per Lotharium*, & est de substantialibus, adeò quòd eius omissio vitiat literam, *Andr ibid. num. 7.* sed non vitiat gratiam, quia dicitur perfecta per verbum, *fiat*, absq; appositione sigilli, seù expeditione priuilegij. *Affl. decis. 253. num. 6. Gomes. in Reg. Cancell. de non iudic. iuxtà formam suppl. quæst. 1. Laudens. de priuil. conclus. 22.* sed quotuplex sit sigillum, & quid debeat continere, docet *Rebuff. in tract. Nominat. 10. quæst. principali, num. 24. & seq.* & sigillorum vsus ad quid sit introductus, qui eis vtantur, & quæ sint eorum emolumenta explicat *Gasp. Thesaur. q forens. 100. lib. 2.*

Est etiam alia ratio, nè fraudentur iura, & emolumenta sigilli Regiæ Cancellariæ, quæ habet suam particularem pandectam pro Rostris in ipsamet Cancellaria affixam, vt omnibus palàm sit, & in ea

6 conspicitur, multos esse immunes, & exemptos ab hoc iure sigilli, inter quos sunt omnes illi, qui sunt de sanguine Regio, ex quo dùm Illustrissimus Dux Parmæ, & Placentiæ, qui est sanguine coniũctus nostro Sereniſſimo Regi Catholico, ex linea tamen fœminina, prætendisset se debuisse tractari immunem ab hoc iure sigilli, Ego defendendo partes Andreæ Imperialis Ianuẽsis Cõseruatoris sigillorum Regiæ Cãcellariæ, obtinui contrarium, ea precipua ratione, quòd dicta immunitas nõ comprehendat illos, qui sunt sanguine coniuncti ex linea fœminina, sed ex linea masculina tãtùm, vt ex meis Allegationibus, quas hìc inserere libuit.

Conseruator sigillorum Regiæ Cancellariæ habet suam intẽtionẽ fũdatam in possessorio, cõtrà Illustriſs. Parmæ Ducem circà exactionem iuris sigillorum ex partitis solutionum factarum à Ministris ipsius Ducis continuatis actibus, & temporibus, & quoties cunq; accidit casus exactionis.

7 Siquidèm de iure dubitari non potest, quin ex tali exactione resultet possessio, seù quasi in exigente, ex regula *text. in l. cùm de in rem verso, ff. de vsur. l. si certis annis, C. de pact.* & vtrobiquè notatur per *Doctores*.

Nèc potest dubitari de fide ipsarum partitarum,

8 cùm sint extractæ à libris publicis eiusdem Regiæ Cancellariæ, & in ipsa Regia Cancellaria conseruatis, & sic habent publicam authoritatem, *cap. ad audientiam, extrà de præscript.*

Quemadmodùm nequaquàm controuerti potest,

9 quin huiusmodi solutiones à Ministris factæ præiudicent ipsi Duci, etiam ex verisimili notitia, quam per tot annorum spatium verisimiliter habere potuit ab eisdem Ministris, *l. procuratoris, ff. de tribut. act. Oldrad. cons. 163.* latè *Crauett. de antiq. temp. p. 4. sect. absolutis, q. 7. n. 23. cum seq.*

Quò fit, vt dùm prætendunt modò ijdem Ministri, dictum Ducem debere immunem tractari ab hoc iure sigillorum, eò quòd Dux ipse sit de sanguine Regio, & in pandecta iuris sigilli declarantur immunes omnes de sanguine Regio, vtiq; hæc prætentio in possessorio nihil Duci prodesse potest, quia

10 lite pendente in possessione est manutenendus Conseruator sigillorum, prout reperitur, nedùm tempore litis motæ, sed longè antè per tot annos continuatos, *l. 1. & tot. tit. ff. vti possid.* & ordinarij iuris

11 est, vt priùs de possessione, quàm de proprietate cognoscatur, *Lordinarij, C. de rei vendic.* cum *ibi* per *glos.* annotatis. Præsertim, quia pro se habet iuris assistentiam.

Tantò magis, quia etiam si esset modò iudicandũ petitorium, non est adeò in propatulo iustitia pro

D Duce, quin potiùs appareat in prompti fouere malam cauſam, & etiam in petitorio debere ſuccumbere, ſi. & hodiè non ſit neceſſe de eo diſceptare, ſed volui h. e. paucà adnotare, nè videamur ſui defenſores tàm certo Matte ad ipſum pratum deſcendere.

Dux igitur prætendit immunitatem ab hoc iure ſigillorum ob priuilegium immunitatis conceſſum per Regem Catholicum in anno 1505. omnibus de ſanguine Regio, inter quos aut Dux, non eſſe ambigendum, quin ipſe comprehendatur, cum ipſe ſit natus ex Maria filia primogenita Edoardi Regis Portugalliæ, & deſcendat à Margharita Auſtriaca filia Caroli V. Imperatoris, & ſic ex matre, & Auia deſcendat à ſanguine Regio; ſed vtrumq; nihil eſt ad conſequendam hanc immunitatem.

Nàm cùm hæc ſit immunitas generi conceſſa, 11 vtriq; ex iuris diſpoſitione non comprehendit, niſi deſcendentes ex maſculis, non autem deſcendentes ex fœminis, *text. elit rotundus in l. cum ſin. ff. de iure immun.* vbi *Doctores* omnes. Illi enim dicuntur eſſe de genere alicuius, qui ſunt de agnatione, & coniuncti ex latere patris, prout dixit *Bald. in repet. cap. ſi pater. de teſtam. in textu*, per *text. in l. 1. & 3. ff. de ſtatu hom.* vbi at *glo. in l. 1. ff. de probat.* que exponit verbum *genus*, pro agnatione, & cognatione, & alia *glo. in §. 1. in verb. generi. in auth. de incæſt. nupt.* Et propterea *Petr. & Cynus in l. ſi. ff. de cauſa. Principe* tradiderunt, 13 quòd priuilegium conceſſum generi non deſcendit ad ſucceſſores ex linea fœminina: ſequitur *Bart. in l. quia tale, num. 4. ff. ſolut. matrim.* & *ibi Dec. in d. l. 1. ff. de iur. immun.*

Quod tantò fortiùs procedit in caſu noſtro, in quo hæc immunitas non eſt conceſſa generi, ſed il- 14 lis tantùm, qui ſunt de ſanguine Regio, & ſic ſolùm cõſanguineis Regis, non conſanguineis dicuntur, qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, *l. 1. circà fin. verſ. conſanguinei autem. ff. de ſuis*, & *legit.* quali ex eodem ſanguine nati, vt explicat *glo. in §. 1. in verb. conſanguinei. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.* Docet Bald. eſt, quòd conſanguineorum appellatione non veniunt illi, qui ſunt conſimili extante matre, ſed ex latere patris vnicùm. *l. fratres. C. de noſſe. teſtam. d. §. 1. Inſtitut. de legit. agnat. ſucceſſ.* quia intra conſanguinitatis à patre, non à matre prouenerunt *d. 2. ff. unde cognat.* ergò priuilegium hoc ſanguinis conceſſum nõ poteſt includere, niſi illos, qui connexi ſunt ex ſanguine paterno, non autem ex ſanguine materno, licèt contrarium aſſeuerit *Gra. ſpirit. conſ. 27. n. 1.*

Immò ſecundùm verba prædicti priuilegij non vi- 15 detur ponere os in Cœlum affirmare, quòd nec etiam omnes deſcendentes per lineam maſculinam poſſint hac immunitate, ſed tantùm illi, qui immediatè ab ipſis Regibus deſcendunt, prout ſunt filij Regum, verbum enim priuilegij ſunt hæc, *omnes de ſanguine Regio*, & Ego pondero illam dictionem *de*, quæ propriè importat cauſam immediatam, impropriè verò cauſam remotam, & mediatam, vt docet *Bart. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. et naufrag.* & probatur in *l. 1. §. nunc videamus. ff. de cõung. cum emancip. liberis. facit l. de pecoribus*, vbi *Bald. ff. ad leg. Aquil. & late de interpretatione*, vbi etiam *Bal. ff. de leg.* & quod tradidit *Bart. in l. ait prætor. §. quòd de fructibus. ff. de bon. auth. iud. poſſid.* & cùm non ſimus in materia beneficij conceſſi à Principe, iuxta terminos *l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* ſed in priuilegio cõ- 16 ceſſo contrà ius commune, vtiq; hoc priuilegium erit ſtrictè, non autem largè interpretandum, & ſic propriè, non autem impropriè, *l. 3. §. hac verbo ff. de neg. geſt. l. ſi verò. 1. de vtro. ff. ſolut. matrim.* nõn ſic *Andr. in cap. olim. de verb. ſignif.* & declarat *Bart. in d. l. fin. de conſt. Princ. & in l. 1. de iur. & fact. ignor.* & propterea nõ comprehendentur omnes deſcendentes ne Regio, ſed ij tantùm, qui immediatè deſcendunt ab ipſo Rege.

Nec dicatur, quòd hoc priuilegium non ſit cõtrà ius commune, cò quòd concedat immunitatem à iure ſigillorum, quod non debetur de iure communi, ſed de iure ſpeciali huius Regni, introducto per eandem pandectam, in qua eſt facta exemptio omnium de ſanguine Regio, nam ſatua eſſet ratio- 17 neratio, quia emolumentum iuris ſigillorum debetur de iure communi, tam Principibus ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, prout eſt *text. ad literam*, & fortaſſe recõditus *in claſſ. ſtaturum, propè princ. de elect.* & Rex Catholicus in illa pandecta moderauit tãmmodò ſportulas, quæ fortaſſe nimis immoderatè exigebantur, vt apertè dignoſcitur ex præfatione ad dictam *pandectam circà fin.* Ibi *id vtiq; ſcientes, quòd in graues antè hàc de ſigillis iſtius Regni noſtri Siciliæ citrà Farum ſolutiones exigi conſueuerint*, &c. Ergò ius ſigillorum eſt de iure communi, priuilegium immunitatis ab hoc iure conceſſum omninò erit contrà ius commune, & ſuccoſtiuè eſt reſtringendum ad proprietatem oudam verborum, nõ autem ampliandum.

Hinc modò reſultat, quòd etiam ſi eſſemus in priuilegio immunitatis generi conceſſo, & appellatione generis poſſet prætendi, quòd etiam deſcendentes ex fœmina comprehendantur, vt affirmat *Reg. Ribera in conſil. de ſucceſſ. Regni Portugal. per* 12 *num. 51. Conſiliarius Anna ober.* 11, tamen quicquid 18 in aliis actibus, contractibus, & diſpoſitionibus reſpectu huius priuilegij immunitatis contrà ius commune eſt indubitatum apud omnes, quòd non comprehenduntur deſcendentes ex fœmina, ſed tantùm ex maſculis, vt declarãt aperto ore infrà ſcripti DD. videlicèt.

Gloſ. in l. ſi ità ſcriptum. ff. de leg. 2.

Ant. de Burr. in conſ. 9. in princ.

Imol. conſ. 62. verſ. & prædicta concluſio.

Dec. latè *conſ. 221.* alias *223. incip. in cauſa propoſito tria*, poſt *n. 4. verſ. ſed illud ſpeciale.*

Curt. Iun. conſ. 5. nu. 40. qui hoc affirmat in omni materia priuilegiatiua.

Luc. de Penna l. fin. col. penul. in verb. poſteris, C. de loca. prad. ciuil. lib. 11.

Alex. conſ. 160. vol. 2. vbi optimè, & magiſtraliter loquitur.

Cotta memor. incip. *Immunitates, per tot.*

Et denique nè deſit particularis *Doctor*, qui hanc meam opinionem affirmet in ipſomet Duce Parmenſium hodierno Ranutio, videatur, quæſo, *Amed. à Pon. in conſil. 91. in 1. volum. conſ. 139. volum. 1.* ubi eſt de Centilijs editis circà ſucceſſionem Regni Portugalliæ, & ibi poſtquàm ſub *num. 2.* dixerat, quòd de genere, & ſanguine dicuntur propriè, qui ex maſculis deſcendunt, non autem ex fœminis *nu. 70.* infert ad primogenitum nunc Principis Parmæ, vti filium Mariæ primogenitæ Regis Edwardi, qui eſt hodiernus Dux Ranutius.

Ecce igitur, quantùm abeſt à prædicto Duce notoria iuſtitia in petitorio, vt potiùs manifestè appareat notoria iniuſtitia, ſed de his latiùs cùm de petitorio agetur, quia modò inſtatur ſuper poſſeſſorio tantùm.

Scipio Rouitus.

RE-

RERVM SVMMA.

19 *Superiorem non recognoſcens, et habens iura ſupremi dominij gaudet omnibus priuilegijs, Regibus, et Imperatori conceſſis.*
20 *Priuilegia latiſſimè ſunt interpretanda.*
21 *Principis dictum aſſerentis, aliquem eſſe de eius ſanguine, ſufficit ad probandum talem qualitatem.*
22 *Sanguis ità continuatur per lineam maſculinam, ſicut per fœmininam.*
23 *Agnati, et cognati de ſanguine dicuntur.*
24 *Conſanguinei dicuntur ſecundùm communem vſum, tàm coniuncti ex maſculina, quàm fœminina linea.*
25 *Naturales tantùm deſcendentes ex fœminis de ſanguine eſſe dicuntur, cùm quòad ſanguinem, non nuptiæ, ſed natura attendatur.*
26 *Maſculinum comprehendit fœmininum in priuilegijs.*
27 Text. in l. 1 in fin. ff. de iure immun. *vti intelligendus ſit, et n. 29.*
28 *Deſcendentes ex fœminis ſunt de genere Aui.*
30 Text. in cap quærelam, de elect. ion. *intelligitur de legitima, et iuſta poſſeſſione, non autem de iniuſta, et notoria extorſione.*
31 *Delinquens in officio non poteſt allegare poſſeſſionem, dùm delicta multiplicauit.*
32 *Poſſeſſio iuris improbi nullo tempore iuuatur, immò maius inducit peccatum.*
33 . . . . *iniuſta, et vitioſa nullum ius tribuit, ſignanter poſſeſſorium.*
34 *Poſſeſſio quæ infringit poſſeſſionem, non iuuat poſſeſſorem, ideòq; eſt, ac ſi non adeſſet.*
35 *Error non excuſat Officialem, qui tenetur ſcire pertinentia ad eius officium.*
36 *Poſſeſſio iniuſta dicitur, ſiuè ex eo, quod Officialis ſcivit, ſiuè ex eo, quod ſcire debuit.*
37 . . . . *In iuribus incorporalibus vt quæratur eſt neceſſaria ſcientia eius, ad quem iura ſpectant.*
38 . . . . *corporalium vt acquiratur, requiritur traditio, in incorporalibus verò eſt neceſſaria patientia aduerſarij.*
39 *Quaſi poſſeſſio iuris incorporalis conſtitui nequit, niſi ſciente, et patiente principali aduerſario intereſſato.*
40 *Actus geſti per Procuratorem non tribuunt poſſeſſionem, niſi conſtet de eius ſpeciali mandato.*
41 *Notoria iuſtitia aduerſarij aduersùs quodcũq; poſſeſſorium, etiam ſpolij admittitur, quandò in promptu de ea apparet, et non requiritur alia indagatio.*
42 *Probatio euidentiſſima dicitur ea, quæ conſtat per priuilegium.*

PRO contraria verò parte, nempè pro Illuſtriſſimo Duce Parmæ ſcripſit V.I.D. Orolandus Francus, in hunc, qui ſequitur modum.

Pro defenſione iuſtitiæ Ducis Parmæ aduerſus Conſeruatorem ſigilli Cancellariæ fundabo. Primò, exemptionem Ducis à dictatibus ſigilli. Secundò, remouebo obſtaculum prætenſæ poſſeſſionis, quæ ex aduerſo allegatur.

Quòad primum producitur priuilegium, ſiuè pãdecta dicti officij, continens, quòd à iure ſigilli ſint exempti omnes Reges Chriſtiani, & omnes de ſanguine Regio, & licèt Dux Parmæ non ſit Rex, habet tamen iura ſupremi dominij, & nõ recognoſcit ſuperiorem; proindè priuilegijs Regis gaudere debet, vt priuilegijs *l. benè à Zenone*, & alijs Imperatori, ſiuè Regi conceſsis, tenuerunt in Ducibus Mediolani, Sabaudiæ, & alijs *Bald. conſ. 363. quæritur, an Officialis, volum. 1. Rom. conſ. 59. num. 7. & ibi additio Mandoſ. & conſ. 310. circà fin. Soc. conſ. 4. nu. 11. in fi. volum. 3.* & in *reg. 342. fallent. 1. Rmn. conſ. 48. colum. fi. volum. 4. Iaſ. conſ. 227. num. 41. & ſeq. vol. 2. Gabr. in lib. comm. opin. de acqu. poſſ. concl. 2.* vbi alios allegat.

Priuilegia enim latiſsimè ſunt interpretanda, *l. fi. ff. de conſtit. Princ.* cum ſimilibus, propterea non eſſet ponere os in Cœlum, prætendere, quòd Dux in hac exemptione gaudere poſsit priuilegio Regum Chriſtianorum.

Item ad fundandum, quòd Dux ſit de ſanguine Regio, adducitur primò declaratio, & aſſertio noſtri Sereniſsimi Regis, qui in literis gratiæ, de cuius ſigillo agitur, expreſsit, Ducem Parmæ eſſe de eius ſãguine, & ſuum ſobrinum, cuius dictum ſufficit ad hanc qualitatem probandam, ex diſpoſitione *tex. in clem. 1. de prob.* cum cumulatis per *Soc. conſ. 4. col. 2. in fi. vol. 3. Aym. Cravet. de antiq. temp. p. 1. q. 1. 2. & 3.*

Item adducitur, qualitèr Auia paterna Ducis fuit Margharita de Auſtria, filia Inuictiſsimi Caroli V. & eius mater fuit Maria de Brabantia, neptis ex filio Regis Portugalliæ, & propterea notorium eſt, eum eſſe de ſanguine Regio, quia ità ſanguis continuatur per lineam maſculinam, ſicut per fœmininam, vt dixit *Bal. in l. 1. num. 4. C. de cond. inſert.* vbi *Paul. de Caſtr.* allegat *Euangelium* ſuper deſcendentia Domini Noſtri, qui dicitur de ſanguine Dauid, quamuis ex muliere natus ſit, idem clariùs dixit declarando verbum, de quo agitur *Io. de Plat. in l. vacantia, n. 2. C. de bon. vacant.* vbi dicit, quòd de ſãguine dicuntur tàm agnati, quàm cognati, & patet ex infinitis iuribus, in quibus agitur de computando gradus conſanguinitatis, vbi deſcribuntur, tàm deſcẽdentes à maſculis, quàm à fœminis, præcipuè in *c. ad ſedem, §. quædam 35. q. 5. c. tua nos, cum tit. extr. de conſang. & affin.* dixit *Bar. in l. cùm quidam, §. quod dicitur, nu. 1. verſ. ſciendum,* & clariùs *Bald. num. 6. de acquir. hæred.* quòd communis vſus appellat conſanguineos omnes coniunctos, tàm ex maſculina, quàm ex fœminina linea, & apertè dixit *tex. in l. 2. ff. vndè cognat.* eſſe de ſanguine deſcendentes ex fœminis etiam naturales tantùm, quia quòad ſanguinem attenditur natura, & non nuptiæ, *l. nihil, de ritu nupt. l. vel ſanguinis, ff. de manum. vindict.* cumulat prædicta, & alia *Tiraquell. in 1. lib. retract. §. 1. glo. 9. n. 4. 5. & ſeq. & n. 207.* Et in priuilegijs maſculinum comprehendere fœmininum, dixit *Bald. in c. ad audientiam, n. 18. et 19. de reſcript.* & etiam deſcendentes ex fœminis, dicit *Corn. conſil. 117. colum. 3. volum. 4.*

Nec prædictis obſtat *tex. in l. 1. in fi. ff. de iure immunit.* diſponens, quòd immunitas conceſſa poſteritati, ſiuè generi, porrigitur ad deſcendentes ex maſculis tantùm, quia vltrà alia, quæ aduerſus *text.* prædictum dici poſſent, ſignanter, quòd eſt contrà omnes regulas iuris, & proindè extrà caſum ſuum non verificatur, cùm deſcendentes ex fœminis ſint de genere Aui, vt dicit *text. in c. ſtatutum felicis, de hæret. in 6. et l cùm acutiſſimi, C. de fideicomm.* & alia iura cumulat *Tiraq. in loco* ſuprà citato, dicam ſolũ, cum *text.* procedere, quandò prætenditur immunitas ex priuilegio conceſſo Auo, vel alio aſcendenti, tunc deſcendentes ex fœminis iuuari non poſſunt tali immunitate, ſed ad præſens non agitur de priuilegio conceſſo Carolo Quinto, aut Regi Portugalliæ, ſed de eo, quod eſt conceſſum omnibus de-

de ſanguine Regio, ſed cùm ſuprà fundarum ſit, Ducem Parmæ eſſe de ſanguine Regio, debet gaudere hoc priuilegio ex eius propria perſona, non vti deſcendens ab alijs, & propterea non poteſt ei obijci deſcendentia ex feminis, nàm illa ſufficit ad finem efficiendi eum de ſanguine Regum, & adepta iſta qualitate ex eius propria perſona, gaudet priuilegio conceſſo illis, qui ſunt de hoc ſanguine, nec deſcendentia materna, aut auita ei obſtat, cùm non habeat ex perſona illarum hoc beneficium, iuxtà tradita per *Bart.* & alios in *l. qui ſuperſtitis ff. de acquir hered.* per *Marant.* in eius 10. *diſput.* per *Præſid de Franch. dec. 67.* qui benè terminos prædictos *in fin.* diſtinguit, & allegat *Aret. in d. l. qui ſuperſtitis, in 7. col. & Aym. conſ. 127. col. 1.*

Pars aduerſa prædicta negare non poteſt, ſed allegauit, reperiri in quaſi poſſeſſione exigendi ditrictus ſigilli ab ipſo Duce, ſeù ab eius Miniſtris, in qua conſeruari debet, donec aliter in iudicio ordinario prouidebitur, iuxtà regulam *c. quamlam de elect.*

Pro reſponſione aduertitur primò, quòd *text.* ille
30 procedit in legitima, & iuſta poſſeſſione, non autem iniuſta, & notoria extorſione; nàm cùm Officialis ſigilli tenuit, proùt tenet pandectam & priuilegium ſigilli affixam pro Roſtris in loco ſui officij, ſciuit, vel ſcire debuit, non poſſe exigere iura ſigilli à Duce, qui eſt notoriè de ſanguine Regio, & dùm cõtra formam ſuæ pandectæ, & inſtructionis exigit, non poteſt ex hoc prætendere poſſeſſionem, nec ef-
31 fectum aliquem poſſeſſionis, quia delinquens in officio non poteſt allegare poſſeſſionem, cum delicta multiplicauit, *Petr. Bellug. in Specul. Princ rub. 22. §. quia quotidiana, n. 18. & ſeq.* quia poſſeſſio iuris im-
32 probi nullo tempore iuuatur, immò magis peccatũ inducit, *cap. cùm haberet, circà fin. de eo qui duxit in*
33 *matrimonium*, & iniuſta, & vitioſa poſſeſſio ius nullum tribuit, ſignanter poſſeſſorium, *Ant. de Butr. in cap. ſin. num. 34. col. 45. verſ. in alijs tenet, de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* & poſſeſſio, quæ infringit poſſeſſio-
34 nem, non iuuat poſſeſſorem, dixit *Bald. in l. eius, n. 3. C. de probat.* & perindè eſt, ac ſi non adeſſet, *Cravett. de antiq. temp. par. 5. num. 5. Maſcard. concl. 771. num. 10.* immò auferri debet, *Roman. conſil. 499. Canoniſt. in cap. licèt Epiſcopus, de præbend. in ſexto, Gramm. at. deciſ. 81. num. 12. Cacheran. in deciſ. Pedemont. 34. Gabriel. lib. 5. de reſtit. ſpoliat. num. 8.* Nec Officialis prædictus poteſt ſe iuuare, quòd ignorabat qualitatem ſanguinis Regij Ducis Parmæ, quia vltrà quòd notorium eſt, & deductum in libris impreſſis, & in pluribus ſcripturis regiſtratis in Regia
35 Cancellaria, error non excuſat Officialem, qui tenetur ſcire pertinentia ad eius officium, *Bellug. in loco* ſuprà citato, *n. 21.*

36 Et poſſeſſio iniuſta dicitur, ſuè ex eo, quod Officialis ſciuit, ſuè ex eo, quod ſcire debuit, *Capyc. dec. 77. n. 11.* Si itàq; exactio prædicta fuit iniuſta extorſio, nullum ius Officiali ſigilli quæſitum fuit, ſed ab eo remoueri debet.

Secundò aduertitur, quòd hoc ius prætenſæ quaſi poſſeſſionis non fundatur ex actibus factis per legitimum procuratorem Ducis, qui poteſtatem habuerit ei præiudicium inferendi, ſed ab alijs à quibus abſq; ſcientia, & mandato Ducis prætenditur, fuiſſe ſoluta iura ſigilli, ex quibus nulla poſſeſ-
37 ſionis acquiſitio prætẽdi poteſt, quia ad finem quærendi poſſeſſionẽ in iuribus incorporalibus requiritur ſcientia eius, ad quem iura ſpectant, & actus geſti ab eius Miniſtris poſſeſſionem non tribuunt, nec Domino præiudicant, *l. pen. ff. de ſeruit. Bart. in l. 1. §. fi. ff. de aqu. pluu. arcend.* & in *l. fi. vti poſſid.* qui
38 reddit rationem, quia pro acquirenda poſſeſſione corporalium requiritur acquiſitio, ſiuè traditio, incorporalium verò requiritur patientia aduerſarij, quæ loco traditionis habetur, *Salyc. in l. 2. C. nou. vectig. al. Iaſ. in l. Imperium, num. 21. verſ. circà aliud, de iuriſd. omn. iud. Bald. in l. 1. in 2. lect. in princ. de officio eius, Ant. de Butr.* qui ex profeſſo rem examinat in *cap. fi. num. 37. de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* vbi dicit, non ſufficere patientiam poſſeſſoris, ſed requiri etiam proprietarij, *Bart. in l. 1. C. de ſeru. & aqu. circà*
39 *fi.* dicit, nunquam conſtitui in quaſi poſſeſſione iuris incorporalis, nili ſciente, & patiente principali aduerſario intereſſato, *Capyc. dec. 57. nu. 1. & in fi.*
40 *Alex. conſ. 94. col. 3. in fi. vol. 5.* Actus enim geſti per procuratorem non tribuunt poſſeſſionem, niſi conſtet de eius ſpeciali mandato, iuxtà notata *in l. 1. §. per procuratorem, ff. de acquir. poſſ. Pariſ. conſ. 99. n. 4. vol. 4. Corn. conſ. 299. vol. 1. Bart.* & alij in *l. qui, mihi donatum, ff. de donat. Maſcard. concl. 1199. n. 9.* Ex quibus apparet, nullo modo allegari poſſe poſſeſſionem ex parte Conſeruatoris ſigilli, cùm verè eam non habeat.

Sed ſi poſſeſſio adeſſet (quod omninò negatur) adhùc Conſeruator non ſeruiret, dùm in promptu conſtat ex priuilegio, ſiuè pandecta ſigilli, hoc ius ei non competere in perſona Ducis notoriè de ſan-
41 guine Regio, quia aduerſus quodcunq; poſſeſſorium, etiam ſpolij admittitur notoria iuſtitia aduerſarij, quandò in promptu de ea apparet, & non requiritur alia indagatio, *Innoc. in cap. conſtitutus, de fil. Presb. Bal. in l. ordinary, nu. 13. C. de rei vend. Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 13. fallen. 10. de acquir. poſſ. Capyc. dec. 77. nu. 4.* Maximus numerus *Doctorum*, quos congerit *Gabr. in tit. 5. comm. opin. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 1. nu. 110.* & dicitur euiden-
42 tiſſima probatio ea, quæ conſtat per priuilegium, *Felin. in cap. licèt cauſam, n. 15. not. 11. de probat. Ant. de Butr. in cap. inter nos, de re iud.* Cùm itaq; in promptu, & ſine alia indagatione appareat iuſtitia Ducis, quæ abſorbet omne poſſeſſorium, quod ex aduerſo prætendi poſſet, ea eſt attendenda, reiecta prætenſione poſſeſſionis, etiam quia qualitas, & natura negotij, de quo agitur, non requirit lites poſſeſſorij, aut petitorij, ſed ſummariè per circumſpectos Regentes prouideri debet ſuper obſeruantia pandectæ, vt iuris erit, &c.

Orlandus Franciſ.

RERVM SVMMA.

43 *Duces Parmæ, Vrbini, & Ferrariæ recognoſcunt Superiorem Summum Pontificem.*

44 *Dux Ferrariæ non potuit vti clauſula, de plenitudine poteſtatis, proùt dicitur de omnibus Comitibus, & Marchionibus recognoſcentibus Eccleſiam.*

45 *Iura ſupremi domini habentes aquiparantur Regibus quòad adminiſtrationem tantùm, non autem quòad dignitatem.*

46 *Generis, poſterorum, & his ſimilium appellatione regulariter in omnibus diſpoſitionibus, tàm inter vivos, quàm in vltima voluntate veniunt etiã deſcendentes ex feminis, quod fallit, ſi ſumus in penali materia, & in priuilegio immunitatis, & ſub n. 50.*

49 *Sanguinis iura proprie à patre oriuntur, non à matre.*

50 *Vltima voluntas largiſſimam interpretationem admittit.*

51 Tex.

51 Tex.in leg.vacantia,C.de bonis vacantibus,lib.10. *intellectus.*
52 Tex.in l.vndè cognati *intellectus.*
53 *Renunciatio matris an noceat filio.*

QVibus fuit perme replicatum cum infrascriptis nouis Allegationibus,videlicèt.

Duplici ex capite prætendit Dux Parmæ, non teneri ad emolumenta iuris sigillorum Regiæ Cancellariæ. Primò, quia in pandectis fiunt exempti omnes Reges Christiani; & ipse vti Dux habens iura supremi dominij, & non recognoscens superiorem,priuilegijs Regis gaudere debet. Secundò, quia in eadem pandecta fiunt exempti omnes de sanguine Regio, & ipse Dux ex matre,& Auia paterna dicitur de sanguine Regio.

Sed tuendo iura Conseruatoris sigillorum adhùc tenaciter contendo, neutrum caput ei prodesse ad fruendum hac immunitate: nàm

Primum assumptum duplicitèr reijcitur: Primò,
43 negando,quòd non recognoscat superiorem, nàm certissimum est, quòd recognoscit in superiorem Summum Pontificem,cuius est Vicarius perpetuus, proùt fuerunt hùcusquè Duces Ferrariæ, & est nunc Dux Vrbini, & propterea non reputantur inter Reges, nec inter supremos Principes,proùt de Duce Vrbini tradit *Socin.iun.cons.69. nu.43. lib.1.* & de Duce Ferrariæ tradiderunt *Dec.cons.97. in princ. versicùm Ciuitas Ferrariæ,Socin.iun.cons.60.num.18. lib.3.& cons.92.nu.7.versi.quia S.R. lib.4.* & propte-
44 rea voluit *Dec.cons.373.nu.15.* quòd Dux Ferrariæ non potuisset vti clausula *de plenitudine potestatis*, & idipsum tradidit *Paul. Castr.* de omnibus Comitibus, & Marchionibus recognoscentibus Ecclesiam in *l.quotiès*,post *num.12. C. de precib. Imperat. offerend.*

45 Secundò reijcitur, quia licèt hujusmodi Duces consequantur iura supremi dominij, & propterea possent in eorum dominio facere quicquid posset Rex in Regno suo, tamen non propterea æquiparari possunt Regibus quòad dignitatem, sed tantummodò quòad administrationem, vt tradidit *Hieronym.Gigas* agens de Duce Florentiæ in *cons.* 71.*num.*158.per *text. in l.2. C.de comit.rei milit.lib.* 12.*& ibi Platea.* vndè cùm in hoc priuilegio immunitatis fit contemplata ipsa dignitas Regalis, non autèm administratio, meritò isti Duces sub nomine Regum non possunt contineri.

Alterum verò assumptum de sanguine Regio pars nixa est fundare duplici dilegmate: Primò, quòd sit indubitatum,Ducem esse de sanguine Regio,licèt descendat ex fœmina,ex doctrina *Bald. & Castr.in l.1.C.de condit. insert. & Ioan. de Plat. in l. vacantia,num.2.C de bon.vacant.* & ex *text.* quem apertè loqui,ait,in *l.2. ff.vndè cogna.* Secundò,quòd *tex.in l.1 in fin.ff de iure immunit.* qui pugnat contrà se, non procedit extrà casum suum, & quòd verificetur in priuilegio concesso Auo, vel alij ascendenti,vt tunc non comprehendat descendentes ex fœminis,sed in casu nostro non agitur de priuilegio eò concesso Inuictissimo nostro Imperatori Carolo V. aut Regi Portugalliæ, sed de priuilegio concesso sanguini Regio,de quo sanguine Regio esse Ducem Parmæ asseuerat esse optimè fundatum, & sic non militat in eo *text.in d.l.1.ff.de iur.immun.*

Pro quorum resolutione ego aduerto vltrà deducta in primis Allegationibus, quòd primum dilegma resolutur ex doctrina *Dec. in cons.*222. aliàs 223. in scriptis adducto, scilicèt post *num.3. vers. tamen diligenter*, vbi concludit *Dec.* quòd regulari-
46 tèr in omnibus dispositionibus, & inter viuos, & in vltima voluntate appellatione generis, posteriorum,& his similium continentur etiam descendentes ex fœminis,sed fallit hæc regula in duobus casibus, scilicèt in materia pœnali, per *cap.vbicunq; de pœn.in sexto*, & in priuilegio immunitatis,per *tex.in d.l.1 ff.de iur. immun.* ergò cùm casus noster veretur in vna ex dictis limitationibus,scilicet in priuilegio immunitatis, non est insistendum in regula. Præsertim quia hoc priuilegium immunitatis non est respectu alicuius iuris,quod fuisset inductum de iure speciali,sed emolumenti iuris sigillorum,quod debetur de iure communi, vt probaui ex *clement. pen.de elect.* & omnes vno ore fatentur,priuilegium
47 immunitatis contrà ius commune non comprehendere descendentes ex fœminis, vt constat ex *Doctor.* in prioribus scriptis nuncupatim adductis, & alijs citatis à *Dec.d.cons.*222. alias 223.post *nu.4. vers.& per prædicta*, quibus addo nunc *And.Gayll. obseru.2.nu.16.vers.meminisse.lib.2.* Talis enim im-
48 munitas strictè, & propriè est interpretanda, non autem largè. *Alex.cons.125.nu.10 lib.2 Dec.cons.32. n.5.& cons.113.n.2.Bero.cõs.148.n.37.lib.2.Menoch.*
49 *cons.297.n.6.vol.3.* propriè autem iura consanguinitatis, & sic iura sanguinis à patre oriuntur,& non à matre.*l.spurius 4.ff.vndè cognat.*

Quò fit,vt in promptu constet, iura,& authoritates ex aduerso adductas, parti non opitulari, nàm *Bald. & Castr.in l.1.C. de cond.insert.* loquuntur in terminis illius *text.* nempè in vltima voluntate, in
50 qua non est dubium fieri largam, immò largissimã interpretationem: & quatènus quæstio formata à *Bald.et Castr.*est in contractu concessionis feudi,& emphyteusi,eorum determinatio tunc sustinetur,ex regula, quòd in omnibus dispositionibus etiam inter viuos appellatione generis veniunt descendentes ex fœminis, & proindè non applicatur casui nostro,qui versatur in specifica limitatione ad regulã *tex.in d l.1 de iur immun.*

Ioan.de Plat. colligit illud notabile ex ipso *text.*
51 scilicèt in *l.vacantia, C de bon. vacant. lib.*10. qui *text.*non loquitur simplicitèr de sanguine,sed cum dictione vniuersali, scilicèt *qualibet sanguinis linea*, ergò quid mirum si etiam linea materna includeretur?

Text.in l.2 ff vndè cognat. loquitur in successione
52 etiam ex linea fœminina, scilicèt *vndè cognati*, immò inter solos coniunctos ex parte matris, ergò dùm in dicto *text.* ratio sanguinis consideratur in linea fœminina, congruit ipsi materiæ,& ratione subiectæ materiæ adaptatur ad descendentes ex fœmina,non autem ex propria verbi natura,quod manifestissimum redditur ex subsequenti *l.4. spurius*, vbi loquendo propriè, ait, iura consanguinitatis à patre, non à matre oriri.

Secundum verò dilegma redditur vanum ex supradictis,nàm dùm ait aduersarius,*text in l.1.ff de iure immunitatis* non extendi extrà casum suum, ex hoc solo debet succumbere,nàm casus noster versatur in proprio casu illius *text.* ergò dispositio illius *text.*determinat casum nostrum.Quatènus verò ait, casum nostrum differre ab eo *text.* cùm hoc priuilegium immunitatis non sit concessum ascendentibus Ducis ex linea materna, sed omnibus de sanguine Regio. Hoc dictum continet maximam fallaciam, nàm si verum est, quod verissimum puto, nempè Ducem non esse de sanguine Regio pro cõ-

ſequendo hoc iure immunitatis, dùm à Regibus non deſcendit per lineam maſculinam, vtiq; hoc priuilegium non conſequitur, nec ex perſona propria, nec ex perſona aſcendentium, & ſic argumentum partis corruit ex defectu fundamenti, imile enim, quod adducit aduerſarius de renunciatione
53 matris, quod non nocent filijs venientibus ex propria perſona, ex *deciſ. Præſid. de Franch.* 67. vtiq; nullo modo applicari poteſt caſui noſtro, quia in materia renunciationis certum eſt, filio eſſe delatum ius ex propria perſona, & dubitatur ſolùm, an excludatur per renunciationem matris. In noſtro verò caſu contendimus, nullum ius eſſe delatum, nec acquiſitum filio, nec ex perſona matris, nec ex perſona propria, tanquam deſcendenti ex famina, & ſic ex diuerſis non poteſt fieri illatio.

Concludo igitur, Ducem Parmæ omninò eſſe excludendum ab hac prætenſa immunitate iuris ſigillorum.

Scipio Rouitus.

Ex quibus ſub die 13. Ianuarij 1604. facta relatione in Collaterali Conſilio per illum eminentiſſimum Regentem Ioannem Franciſcum de Ponte Regium Collateralem Conſiliarium, Marchionem Murconi; fuit prouiſum, quòd detur terminus in cauſa, & interim manuteneatur in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi Conſeruator ſigillorum, vt conſtat ex *deciſ.* 5. eiuſdem *Regent. de Ponte.* ex cuius diſcurſu paret, quòd decretum eſt fundatum, non ſolùm ſuper poſſeſſione, ſed principaliter ſuper notoria iuſtitia in petitorio, adeò quòd Aduocati dicti Illuſtriſſimi Ducis Parmæ non curauerunt ampliùs proſequi petitorium.

De Feudis. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta non eſt in obſeruantia, cùm cõtrà eam fuerit iudicatum.*

2 *Aſſenſus præſtiti ſuper contractibus faciendis per viã principalis, & non contractus, non valent, ſecùs ſi ſuper alienationibus, quæ reſpicerent confirmationẽ contractuum præcedentium.*

3 *Aſſenſus ſuper contractibus faciendis præſtari non poſſunt à Proregibus, ſed quid ſi impetrentur à Catholica Maieſtate.*

4 *Pragmatica iſta ſi extendatur ad aſſenſus expediendos à Catholica Maieſtate, non operatur effectum ſuum à die expeditionis in illa ſuprema Regis Cancellaria, apud eum exiſtente, ſed tantùm à die, quo executoriatur in hoc Regno.*

5 *Aſſenſus præſtitus contractui faciendo de iure communi an duret perpetuò, vel ad tempus.*

QVia nobis, &c. Aſſenſus præſtiti ſuper contractibus faciendis non valent, niſi contractus ipſi celebrentur infrà menſes tres. H.D.

1 Hæc *Pragmatica* eſt *octaua* in hac *rubrica*, ſecundùm ordinem *Caranitæ*, non tamen eſt in obſeruantia, nàm cõtrà illam fuit iudicatum, vt patet ex traditis per *Ann. alleg.* 55. *in fi. verb. & in Conſtit. Conſt. diu. me n.* 121. *Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. de refut. feud. n.* 23. *verſ. & licèt f.* mihi 405. Sed quatènus eſ-
2 ſet obſeruanda, intellige, vt vendicet ſibi locum in illis aſſenſibus, qui impetrantur ſuper alienationibus faciendis per viam principalis, & non contractus, non autem ſuper alienationibus, quæ reſpicerent confirmationem contractuum præcedentium, ità ſunt aperta verba *pragmaticæ, ibi non curans cõtrahere, neq; diſponere*, & in miſſibus demonſtratur ex ratione decidendi in eadem pragmatica adiecta, dùm conſiderat mutationem ſtatus, & qualitatis
3 rei. Item intellige, vt procedat in aſſenſibus, qui impetrantur ab huius Regni Proregibus, non autem in illis, qui impetrantur à Catholica Maieſtate, ſiquidem hæc pragmatica eſt lata à Proregibus, qui tãquam inferiores nõ poterant imponere legem ipſi Regi, & actibus ab eo faciendis, tanquam eius ſuperiori, *c. cap. veniens, extrà de iure iur. l. nam magiſtratus, ff. de recept. arbitr. n. 18 & ff. & cap. conſtitutus, in fi. de verbor. ſignific. in ſexto, cap. cùm inferior, de maiorit. et obedient.* Sed quatènus velis illum extendere ad aſſenſus expediendos ab ipſa Catholica
4 Maieſtate, vtiq; intelligas, vt non poſſit operari effectum ſuum à die expeditionis aſſenſus in alia ſuprema Regis Cancellaria, residente apud ipſam Catholicam Maieſtatem, ſed tantùm à die, quo executoriatur in hoc Regno, alias annus impartitus pro executoriandis expeditionibus factis in illa ſuprema Curia in hoc Regno per *Pragmaticam primam* ſub *titulo ac præſentandis priuilegiis infrà annum* eſſet inutiliter reſpectu huiuſmodi aſſenſuum, quod non eſt dicendum, nè vna pragmatica ſit alteri contraria, & ad eam tollendam legum correctionem & ita fuit iudicatum per Sacrum Conſilium iunctis Conſiliarijs duarum Aularum pro Marchione Buccentiæ contrà Ducem Martinæ. Actuarius eſt Amatruda.

Quid autem eſſet dicendum de iure communi,
5 an aſſenſus præſtitus cõtractui faciendo duret perpetuò, vel ad tempus? vide *Parid. de Pud. de reintegr. feud. c. quandò conceduntur f.* mihi 55.

De Feudis. Pragm. XI.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta in qua cauſa fuerit edita, et promulgata.*

2 *Feudatario defuncto ſi ſuperſit frater conſanguineus tantùm natu maior, et frater vtrinq; coniunctus natu minor, et feudum proueniat à patre, quis eorum erit præferendus in huius feudi ſucceſſione, conſanguineus tantùm ex prærogatiua ætatis, vel vtrinq; coniunctus ex duplicitate vinculi. n.* 20. *et* 21.

3 *Primogenitura introducta per ius Francorum, de iure communi feudorum non attenditur, cùm omnes ſuccedant pro diuiſo.*

4 *Ius cognationis in feudis non habetur in conſideratione.*

5 *Agnatio, quæ conſideratur in ſucceſſione feudorum, nà militat in fratre conſanguineo tantùm, ſicut in vtrinq; coniuncto.*

6 Conſtitutio Vt de ſucceſſionibus *licèt vocet ſorores ad ſucceſſionem fratris, non tamen intelligitur vocare cognatos, cùm ſorores ibi vocatæ non ſint cognatæ fratri, ſed agnatæ, tanquàm ex eodem patre procreatæ.*

7 *Deſcẽdentes ex ſororibus non ſunt vocati ab illa* Conſtitutione Vt de ſucceſſionibus.

8 *Patruus in ſucceſſione feudi antiquitùs non includebatur, licèt hodiè ſuccedat.*

9 *Amita olim excludebatur à ſucceſſione feudi, licèt hodiè includatur.*

10 *Fra-*

10 *Frater vterinus tantùm virùm succedit in feudo fraterno antiquo, quod non prouenit à matre, sed à patre.*

11 *Agnationis, & cognationis differentia in successione feudi per* Constitutionem Vt de successionibus *an sit sublata.*

12 *Frater si decedat superstite fratre vterino tantùm natu maiore, & consanguineo tantùm natu minore, in successione feudorum prouenientium à patre, in quibus viuitur iure Francorum, quis debeat admitti.*

NOtum facimus, &c. Fratres patruales prouenientes per lineam masculinam à primo stipite, non autèm per femininam succedant in feudis. H.D.

1 Hæc Pragmatica fuit promulgata in causa Ducatus Ferrandinæ inter D. Antonium Castriotã, & Regium Fiscum, in qua causa consuluit *Alciat. cons. 4. libr. 3.*

2 Sed si feudatario defuncto superstit frater consanguineus tantùm natu maior, & frater vtrinquè coniunctus natu minor, feudum autè prouenat à patre, quis horum erit præferendus in successione huius feudi, cõsanguineus tantùm ex prærogatiua ætatis, vel vtrinquè cõiunctus ex duplicitate vinculi? Accidit mihi quandòque hic casus consulendus inter Io. Baptistam, & Io. Vincentium Pennas pro fratre consanguineo tantùm natu maiore, his fundamentis: nam licèt qui tuentur fratrem vtrinque coniunctum contendant, vinculi duplicitatem esse prætorrendam, ex dispositione iuris communis Romanorũ per *authent. itaque, C. comm. de succ. & authent. post fratres, C. de legit. hæred.* & ex authoritate *Andr.* in *Constit. Vt de successionibus*, & in *Constit. Si quando la prima, & in cap. 1. de nat. succ. feud. & Loffred. in c. 1. de notis feud.* qui hanc opinionem pro vtrinque cõiuncto affirmarunt; attamen Ego nixus fui demonstrare, prærogatiuam ætatis esse omninò præferendam duplicitati vinculi, & ita, & authoritates in contrarium adductas in aliquo non obstare.

Siquidèm ijdem aduersarij non possunt inficiari, quòd inspecto iure communi feudorum quæstio est sopita in beneficium consanguinei tantùm, cum illo
3 iure, quo non attendirut primogenitura introducta per ius Francorum, sed omnes succedunt pro diuiso, *cap. 1. §. omnes filij, si de feud. fuer. controu.* vtrinque coniunctus non excludit consanguineum tantùm, sed ambo succedunt æqualitèr, & sic duplicitas vinculi nihil operatur, vt constat ex *Ardiz. in summa feud. cap. 137. tit. de succes. vers. sed nunquid frater ex vtroque parente, Andr. in cap. 1. col. 2. de natur. succ. feud.* & iterùm *in cap. 1. de grad. succes. in feud. & ibi Bald. & Aluar.* ac etiam *Affitt. col. 8. vers. in contrarium tamen est veritas, Laudens. in cap. 1. §. & quia vidimus num. 47. de his, qui feud. dar. poss. & ibi Præpos. num. 72. & Affitt. num. 21.* & ter. cijs alijs, quos citat *Tiraquell. de retract. conuen. § 14 glos. 2. num. 10. Vuesembec. cons. 82. lib. 1. Schrad. de feud. par. 7. cap. 7. num. 14. & Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 3. num. 37. & seq. Harthm. Pistor. lib. 2. qu. 2. q. 43. Vultc. de feud. lib. 1. cap. 9. nu. 108. Borcholt. de feud. cap. 7. nu. 80.*

4 Ratio est, quia in feudis ius cognationis non est in cõsideratione, & propter cognationis vinculum, quod in fratre vtrinque coniuncto reperitur, nihil
5 additamenti affertur, & agnatio, quæ consideratur in successione feudorum, ità militat in fratre consanguineo tantùm, sicut in vtrinque coniuncto, prout sequitur idem *Intrigl. d. art 3. num. 40. & seq.*

Ex qua cõclusione illud resultat, quòd in viuentibus iure Francorum, per quod introducta est prærogatiua ætatis, frater cõsanguineus tantùm natu maior excludebat vtrinque coniunctum natu minorẽ, ante *Constitutionem Regni Vt de successionibus*, quia duplicitas vinculi in ætate minori nihil operatur, ex supradictis.

Est modò videndum, nùm hæc dispositio receperit aliquam alterationem per dictam *Constitutionem Vt de successionibus*, & ipsem aduersarij affirmãt intrepidè, esse sublatam differentiã agnationis, & cognationis, eò quòd per dictam *Constitutionem* vocãtur etiam fœminæ in linea collaterali, nempè sorores, & propterea ex eadem *Constitutione* esse introductũ, vt ius cognationis sit in consideratione, quòd si concurrat cum iure agnationis, propter vinculi duplicitatem excludat prærogatiuam ætatis in consanguineo tantùm ad instar iuris communis Romanorum, quod Ego omninò falsum esse demonstrare conabor.

6 Nàm licèt per dictam *Constitutionem Vt de successionibus* vocatæ sint sorores, & sic fœminæ ad successionem fratris, tamen non propterea sequitur, quòd illa *Constitutio* vocauerit cognatos, & sic quòd etiam cognati sint habilitati ad successionem feudorum, quia sorores *ibi* vocatæ nõ sunt cognatæ fratri, sed agnatæ, tanquàm ex eodem patre procreatæ, *Socin. cons. 127. col. 7. & 8. lib. 1. Rimin. iun. cons. 786 num. 35 et 36 vol. 7. Menoch. cons. 585. sub nu 9. vol. 6. Bursat. cons. 129. num. 91. vol. 3. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 65. num. 9. & seq.* vbi alios refert, *Corne. cons. 222. libr. 3.*

7 Descendentes verò ex sororibus, qui essent cognati, nõ sunt ab illa *Constitutione* vocati, vt patet in *vers. filij autem fratrum*, per quem vocantur post fratres filij fratrum tantùm, non autem filij sororũ, cùm per prius vocasset, tàm fratres, quàm sorores, & in *vers. seq. in vlteriori autem gradu, &c.* vbi ad demonstrandum, quòd dùm includerat filios fratrũ, qui sunt nepotes ex fratre, non includerat filios sororum, & sic nepotes ex sorore, subiunxit *Imperator*, scilicèt *filijs nepotum ex fratribus*, quasi dicat, non intelligas de neporibus ex sororibus, licèt filij sororum sint in eodem tertio gradu, in quo sunt filij fratrum, quia illa *Constitutio* enumerat personas, non gradus, &
8 ideò cùm personæ filiorum fratrũ tantùm enumerentur, & non filij sororum, hi non censentur inclusi, quemadmodùm & de patruo fuit antiquis temporibus disputatum, reste *Affitt. in cap. 1. num. 3. vers. vnde concludo, an ille, qui interf. fratr.* & quia re vera non includebatur, quantùmuis esset in tertio gradu, dùm patrui persona in *Constitutione* nõ erat expressa, opus fuit impetrare nouam gratiam pro inclusione patrui, prout impetrata fuit in anno 1507. à Rege Catholico, vt in *cap. 17. inter priuilegia, & Capit. Neapol. fol.* mihi 59. *à terg.* & confirmata per Cæsareã Maiestatem in anno 1532. vt in *cap. 18 fol. 63. à terg.* inter eadem *priuilegia, & capitula Neapol.* nũc redacta in pragmaticis, vt in *pragm. 6. de feud.* cuius verba, quæso, videantur, nàm ex supplicationis precibus clarissimè apparet, antè illam gratiam fuisse receptam opinionem, quòd patruus nõ includeretur, ibi *non ostante qualsiuoglia interpretatione, e consuetudine vsata fin'al presente in fauore del Regio Fisco.*

9 Immò quia adhùc incluso patruo, non propterea includebatur amita, licèt esset in eodem gradu, & ex genere agnationis coniuncta, opus fuit denuò impetrare nouam gratiã pro inclusione amitæ, vt in *cap. 1.*

inter

inter *capit. & priuileg.Neap.* concessa per Cæs. Maiest. in anno 1536. *fol.* mihi 102.

Reges enim huius Regni licèt non dedignati sint diuersis temporibus successionem feudorum ampliare, tamèn eorum mos semper fuit, per ampliationes non includere gradus, sed personas tantùm in ampliatione expressas, quod inconcussum apparet, non solùm ex gratijs superiùs enunciatis, sed etiã ex proxima relata, & concessã per Cæsarem Maiestatem in anno 1536. nam dùm *ibi* fuissent preces porrectæ, nedùm pro includenda amita in successione nepotis, sed etiã pro includéndo toto quarto gradu vtriusque sexus, descendente tàm ex masculis, quàm fœminis, tamen noluit concedere, nisi vt extéderetur vsquè ad fratres patrueles tantũ masculos, prouenientes, & descendẽtes ex masculis, vt legitur in decretatione *d.cap.*1. *fol.*102. inter *capit. & priuileg.Neap.* licèt inter pragmaticas alia simplex decretatio appareat, vt in *pragmat.* 8. *de feud.* quod vitio Impressoris processit, & Ego animaduerti super eadem *pragmat.*8. *de feud.* in prima impressione.

Ecce igitur, quòd per *Constit. Vt de successionibus* non fuerunt vocati cognati, sed sorores tantùm, quæ sunt agnatæ.

10 Frater autem vterinus vtrùm succedat in feudo fraterno antiquo, quod non prouenit à matre, sed à patre? longa fuit controuersia inter nostros Regnicolas, quorum aliqui asserũt, *Andr.* remisse opinionem negatiuam, alij affirmatiuam *in cap.*1. *de natur. succes. feud.* vt constat ex *Loffred. in d.cap.*1. *de natur. succes. feud.* & ex *Luparul.* in suis *additionibus ibidem*, & certum est, quòd *glos. in d. Constit. Vt de successionibus*, in *verb. ex altero tantùm*, tenuit opinionem negatiuam, quam sequuti sunt *Petr. Piccol. ibidem*, & *Afflict. num.*14. *Bart. inter consil. Angel. cons.*120. *Iacobin. de feud par.*3 *quæst. principali* 1. & iterùm *Afflict. in cap.*1. *num.*11. *de natur. succ. feud.* cum quibus concordat *Cannet. in extranag. Si aliquem, cap.* incip. *sed quærendum est, num.*10. *in fin. fol.* mihi 234. vbi asserit prorogationem successionis feudorum ad non coniunctos ex latere feudi non fuisse inductam per *Constitutiones Regni*, sed per illam *Extranag. Si aliquem*, & iterùm *cap præmittendum est, fol.*137. *nu.*6. *in fine*, & alibi plures, sed quicquid sit de iure, veritas est, quòd etiam tenentes opinionem affirmatiuã, quòd scilicèt vterinus frater sit inclusus in successione feudi, etiam quòd nõ proueniat ex latere matris, concludunt, hoc esse in subsidium tantùm, & in defectum fratris consanguinei, non autem quandò extat frater coniunctus ex ea linea, ex qua prouenit feudum, ità *Andr.* expressè declarat in dicta *Const. Vt de successionibus, in verb fratres, col.*2. *vers. & hoc quandò frater vterinus tantùm supereßet*, & successiuè quotquot sequuntur *Andream. Milan. decis.*8 *nu.*168. *lib.*1. *Petr. de Gregor. de concess. feud. part.*4. *q.*9. *Intrigl. de feud. centur.*2. *art.*11. *num.*5.

11 Quò fit, vt omninò falsum appareat axioma affirmantium, per dictam *Constit Vt de successionibus* esse sublatam differentiam agnationis, & cognationis in successione feudorum, & per eam esse vocatum etiam genus cognationis, nàm cognati descendentes ex sororibus nullo modo vocantur; vterini verò, aut nullo modo secundùm vnam opinionem, quandò feudum non prouenit ex genere cognationis, aut in subsidium tantùm, & in defectum consanguineorum, & successiuè vinculum cognationis est omninò impertinens in successione feudorum, quotiescunq; extat alius in eodem gradu coniunctus per genus agnationis, à quo feudum prouenit, & ideò in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, nempè *sexus*,
12 *& ætatis prærogatiua seruata*, si decedat frater superstite fratre vterino tantùm natu maiore, & consanguineo tantùm natu minore, in successione feudorum prouenientium à patre, certè non succedet vterinus tantùm, quantùmuis natu maior, sed consanguineus tantùm, licèt natu minor, quia genus cognationis, per quod coniungitur vterinus, non est in consideratione, & sic habetur, ac si non extaret, ità appositissimè docet, & decisum refert *Intrigl. de feud. cent.*2. *art.*67. non per iura specialia illius Regni, sed per Constitutiones, quæ vigent in vtroque Regno, & iterùm cadoppenitur *art.*44.

RERVM SVMMA.

13 *Partes duæ si concurrunt, quarum vna est impertinens, ex ea nullus angetur effectus.*

14 *Sanguinis cõunctio aliunde, quàm ex parte vnde prouenit feudum, est impertinens, & talitèr coniuncti excludantur à successione.*

15 *Duplicitas vinculi nihil operatur: quandò vnumquodquè vinculum de per se nihil relenaret.*

16 *Ratio eadem est partis quòad partem, quæ est totius quòad totum.*

17 *Pater si decesserit relictis duobus filijs ex vna vxore, & alijs duobus ex alia vxore, si vnus repudiat, non propterea frater vtrinquè coniunctus in iure accrescendi præfertur consanguineis tantùm.*

18 *Filij fratris consanguinei, qui sunt in tertio gradu, præferuntur cognatis, licèt sint in secundo gradu.*

19 *Frater vtrinque coniunctus in materia Consuetudinis Neapol. non excludit fratrem consanguineũ tantùm.*

22 *Agnationis, & cognationis differentia per ius ciuile sunt in omnibus, & per omnia sublata.*

25 *Feudi concessio facta pro te, & hæredibus ex corpore, differt à concessione facta pro te, & hæredibus simpliciter, nàm primo casu non comprehẽditur frater vterinus, qui non descendit ex corpore primi acquirentis. Secundò verò casu admittitur frater vterinus in feudo paterno.*

24 Andreæ *lapsus detegitur, num.*26.

25 *Prærogatiua ætatis etiam in linea collaterali in successione feudi attenditur.*

27 *Feudalis casus, qui non est determinatus per iura Regni, remanet sub dispositione iuris communis feudorum, & non Romanorum.*

28 *Scripturæ ordo quandò sit attendendus.*

29 *Scripturæ ordo non attenditur in his, quæ ponuntur gratia exempli.*

30 *Dictio, siuè, plures significatus habet in iure.*

31 *Dictionis disiunctiuæ proprietates quæ nàm sint.*

32 *Dictio, siuè, quandòq; accipitur pro alternatiua.*

33 *Doctor, qui relinquit cogitandum, non facit numerum in communibus opinionibus.*

34 *Feuda in hoc Regno an sint redacta ad instar allodialium.*

35 *Frater propriè dicitur, nedùm vtrinque cõiunctus, sed etiam consanguineus.*

36 . . . *consanguineus est in eodẽ gradu, in quo est vtrinque coniunctus.*

37 . . . *vtrinque cõiunctus an sit proximior fratre consanguineo.*

38 *Prærogatiua ratione proximioritatis in feudis inter existentes in pari gradu nunquàm fuit considerata, sed tantùm ratione sexus, & ætatis de iure Francorum.*

39 Pro-

39 *Proximiores in ſucceſſione feudorum qui dicuntur.*

40 *Frater conſanguineus verè dicitur vtrinque coniunctus, cum ſit agnatus, & quilibet agnatus eſt etiam cognatus, ſed non è conuerſo.*

41 *Frater vtrinque coniunctus dato, quòd poſſit dici proximior fratre conſanguineo, tamen nō eſt proximior reſpectu lateris agnationis paternæ, ex quo prouenit feudum.*

Conſanguineus concurrit cum vtrinque coniuncto in terminis ſtatuti præferentis agnatos proximiores in ſucceſſione ab inteſtato.

42 *Prærogatiua non producens effectum nō admittit proximitatem reſpectu ſanguinis, ſed tantùm reſpectu ſucceſſionis, & ordinis ſuccedendi.*

43 *Frater vtrinque coniunctus licèt ſit proximior fratre conſanguineo tantùm reſpectu ſanguinis, non tamen eſt proximior ſucceſſionis, & ordinis ſuccedendi in feudo, quod prouenit à patre.*

HInc modò ſolidiſſimè reſultat, quòd quandò in ſucceſſione feudi prouenientis à patre cōcurrit frater conſanguineus tantùm natu maior, & vtrinq; coniunctus natu minor, prærogatiua ætatis efficiet, vt natu maior, qui eſt conſanguineus tantùm præferatur ei, qui eſt vtrinque cōiunctus, ſed minor ætate, quia licèt in perſona vtrinque coniuncti concurrat, nedùm vinculum agnationis, ſed etiam cognationis, tamē illud ius cognationis eſt omninò impertinens, & nihil operatur; quandò enim duæ concur-
13 runt partes, quarum vna eſt impertinens, ex ea nullus nugetur effectus, vt in propriis terminis docet *Bald. in cap. 1. §. his verò, num. 1. de ſucceſſ. fratr.* & in *l. 1. C. de legit. hæred.* vbi *Caſtr.* & *Corn.* & multis alijs adductis probat *Surd. conſ. 31.* poſt *num. 34. verſ. ſecundò reſpondeo, cum ſeq. lib. 1.* & in *deciſ. 239. num. 7.*
14 *& ſeq.* vbi omninò, quæſo, videatur. Nam ſanguinis coniunctio aliundè, quàm ex parte vndè prouenit feudum, eſt impertinens, & talitèr coniuncti, à ſucceſſione excluduntur; *Cumias in cap. Si aliquem, in verb. proximior. num. 18. Caro. iunior de feud. par. 3. quæſt. 5. nu. 56. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 3. quæſt. 7. verſ. præditam tamen concluſionem. Intrigl. de feud. centur. 2. art. 44. num. 10. Duaren. de feud. cap. 11. num. 13. verſ. ſequitur,* & propterea licèt in vtrumquè coniuncto concurrant duo vincula, non tamen propterea fortiùs ſtringunt contrà conſanguineum,
15 qui habet vnum tantùm vinculum agnationis: nam quandò vnumquodque vinculum de per ſe nihil releuaret, tunc duplicitas vinculi nihil operatur, vt inter per *Surd. conſ. 113. vol. 2.*

Nec prædictis refragatur, quòd in caſu noſtro int cognationis non videtur omninò impertinens, ex quo non eſt omninò excluſum, prout erat de iure communi feudorum, ſed admittitur in ſubſidium, vt ſuperiùs affirmaui, nam ſufficit, vt in caſu, de quo agitur, ſit impertinens, nempè exiſtente agnato in pari gradu, quia in tali caſu eſt omninò impertinens, & ſucceſſiuè perindè eſt, ac ſi non extaret, eadem-
16 enim ratio eſt partis quòad partem, quæ eſt totius quòad totū, ità in propriis terminis reſpondet *Surd. d. deciſ. 239. num. 10. verſ. nec obſtat,* vbi iterùm rogo, videatur, & cōfirmatur ex traditis à *Beroo conſ. 149. num. 22. verſ. non obſtat tertium. lib. 2. & num. ſeq.* & meliùs per *Menoch. conſ. 187. num. 16. in fin. vol. 2.*

His adſtipulatur ſolemnis illa deciſio *Bart. in l. Lucius, nu. 21. ff. de vulg. & pupill. & in l. reconiuncti,*
17 *num. 62. ff. de leg. 3.* dùm reſoluit, quòd ſi pater deceſſit relictis duobus filijs ex vna vxore, & alijs duobus ex alia vxore, ſi vnus repudiat, non propterea frater vtrinque coniunctus in iure accreſcendi præfertur conſanguineis tantùm, quia illud duplex vinculum non eſt cōſiderabile, dùm ſola agnatio eſt in conſideratione, & cum *Bart.* concordat *Alber. in repet. rubr. ff. de vulg. & pupill. quæſt. 16. Roman. & Salyc. in l. teſtamento, C. de teſtam. milit. Dec. conſ. 204. Cret. in l. reconiuncti, num. 125. in fin. ff. de leg. 3. Curt. iun. conſ. 25. col. vlt.* & alij, quos refert, & ſequitur *Menoch. d. conſ. 187. num. 15. vol. 2.*

Quæ omnia, ſi rectè procedunt in caſibus traditis à *Menoch. d. conſ. 187.* & *Surd. d. deciſ. 239.* qui agunt de ſtatuto excludente illos, qui erant inclusi de iure communi Romanorum, multò fortiùs procedent in caſu noſtro, in quo nos agimus de excludendo cognationis genus, quod non eſt incluſum, niſi in defectum tantùm agnati eiuſdem gradus, in quo nō verſatur caſus noſter. Immò neque eſt incluſum, quandò ſupereſt agnatus viterioris gradus, prout eſt fi-
18 lius cōſanguinei tantùm, quia tunc filij fratris conſanguinei, qui ſunt in tertio gradu præferuntur cognatis, ſiuè ex genere cognationis coniunctis, licèt ſint in ſecundo gradu, prout eſſet frater vterinus, ità conſtat ex *text. Conſtit. Vt de ſucceſſionibus, in verſic. filij autem fratrum, Harthman. Piſtor. lib. 3. part. 2. quæſt. 43.*

Ex quibus omnibus omninò concludendum eſt, fratrem conſanguineum tantùm in ſucceſsione feudi fraterni ſecundùm ius Frācorum ætate maiorem eſſe præferendum fratri minori vtrinque coniuncto, non obſtante vinculi duplicitate, quæ reſpectu cognationis nihil auget.

Prout in ſimili materia noſtræ Cōſuetudinis Nea-
19 politanæ, per quam in ſucceſsione bonorum omniū præter materna vocantur proximiores ex parte patris, recepta eſt indubitata ſententia, vt frater vtrinque coniunctus non excludat fratrem conſanguineum tantùm, ex *gloſ. Napod. in Conſuet. Si quis, vel ſi quis in verb. materna, num. 241. citrà finem, verſic. ſed nunquid frater, fol.* mihi 145. *& Apoſtilla Ant. de Alex. in Conſuet. Si moriatur,* incip. *ſed quid ſi patri, verſ. extat nunc dubium, fol.* mihi 124.

Et in materia ſtatuti excludētis cognatos vſq; ad certum gradū, latè cōſulunt *Menoch. d. conſ. 187. vol. 2.* & iudicant Senatus Mantuanus, teſte *Surd. d. deciſ. 239.* Rota Florētina, teſte *Magon. deciſ. 82.* & nouiſſimè *Petr. Cabalt. in conſ. 10. vol. 2.* vbi latiſsimè agit pleniùs, quàm alij, & non eſt conſiliū pretio redemptum ad inſtantiam partis, ſed deciſiuum.

Et in propria materia noſtra ſucceſsionis feudo-
20 rum, in quibus viuitur iure Francorum ità affirmāt *Cannet. in cap. Si aliquem, cap. notandum eſt etiam, fol.* mihi 291. *& in cap.* incip. *adnotandum eſt etiam, fol.* mihi 273. *Franc. Riccius, & Alc.* ab ipſo citati, *Milan. deciſ. 8. par. 1. à num. 115.* vſquè ad *num. 188.*

Nec dicatur, quòd prædicti ſunt Doctores Siculi, qui non loquuntur in terminis *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus,* ſed in terminis *cap. Si aliquem* illius Regni tantùm: nàm aduerto, quòd attenta diſpoſitione illius *cap. Si aliquem*, multò fortiùs erat iudicandum pro fratre vtrinque coniuncto, quàm attenta diſpoſitione *Conſtit. Vt de ſucceſſionibus,* ſiquidèm per *cap. Si aliquem* vocantur expreſsè ad ſucceſsionem feudalem fratris etiam illi, qui non attingūt ex genere, à quo prouenit feudum, & ſic etiam frater vterinus reſpectu feudi, quod prouenit à genere paterno, vt in illis verbis, ibi *ab aliquo ex parentibus ſibi, & fratri communibus, vel nō communibus peruenerit ad defunctum,* & ſic expreſsè vocatur tam frater vtrinque

coniun-

coniunctus, quàm vterinus, & proindè attẽta dispositione illius *cap. Si aliquem* erat potiùs decidẽdum in beneficium vtrinque coniuncti, vti vocati à *cap.* tàm ex latere patris, à quo prouenit feudum, quam ex latere matris, à quo non prouenit feudum, & sic genus maternũ, & cognationis non est impertinens, quod non procedit in terminis *Constit. Vt de successionibus*, quæ aut nullo modo vocat fratres non attingentes ex genere, à quo non prouenit feudum, secundùm opinionem *glos. ibi in verb. ex altero tantùm*, & aliorum supra citatorum, aut illos vocat in subsidium tantùm, & in defectum alterius attingentis ex latere, vndè prouenit feudum, secundùm opinionem *Andr. ibidem*. Et tamen Doctores Siculi à me adducti non obstante illo *cap.* decidunt pro fratre consanguineo tantùm, qui sit natu maior.

Hoc manifestè comprobatur ex *Cumia*, qui in *d. cap. Si aliquem, in verb. maior natu*, tenet opinionem pro vtrinque coniuncto, & tamen non fundat se in alio, quàm in verbis *d. cap. Si aliquem, ibi non communibus*, vt patet *num.* 18.

Ergo allegare modò, quòd Doctores Siculi per me adducti loquuntur in terminis *cap. Si aliquem*, non modò non elidit eorum authoritatem, sed potiùs magis corroborat, & confirmat, argumento à maiore ad minus, nàm si duplicitas vinculi, quæ magis inesse videbatur in terminis illius *cap.* non inest, & non est in consideratione; multò minus erit in cõsideratione in terminis *Const. Vt de successionibus*, in qua minus inest, *auth. multò magis*, C. *de sacros. Eccles. Euerard. in loco à maiori ad minus.*

21 Sed nè deficiat Doctor Regnicola, qui decidat hanc quæstionem pro fratre consanguineo ætate maiore, videatur, quæso, *Afflict. in cap. 1. nu. 20. vers. sed si viuitur, de grad. succes. in feud.* vbi post resolutã quæstionem, quòd de iure communi feudorum admittuntur paritèr vtrinque coniuncti, & consanguineus, hoc limitat, vt non procedat, vbi viuitur iure Francorum, quia tunc succedit maior natu, & sic excludit minorem natu, quàmuis sit vtrinque cõiunctus, & *Afflict.* sequitur *Vuesembec. cons. 82. num. 28. vers. cæterùm, quòd Afflict. vol. 2. Diomed. Maricond. in Apostill. ad Constit. Vt de successionibus*, relatus per *Minad. decis. 37. num. 10. in fin. vers. & hoc sine dubio*, sequitur hanc opinionem, attestando ità iuisse iudicatum, & reperiri determinatum in *Regestris Regis Alphonsi Primi, cart. 104 & 193.* & dùm *Minad.* non contradicit huic sententiæ, immò in ea se fundat, absquè dubio sequitur hanc eandem opinionem.

Quibus sic inconcussè firmatis nõ obstant modò in contrarium adducta. Nam quatenùs attinet ad iura communia, scilicèt *authitaque & auth. post fratres*, illa tanquàm iura ciuilia non possùt vllo modo
22 adduci in materia feudali, præsertim, quia per ius ciuile fuit in omnibus, & per omnia sublata differẽtia agnationis, & cognationis, §. *nullam autem differentiam, in auth. ab intest. venient.* at de iure feudorum etiam per iura municipalia huius Regni, non ità, nàm cognati semper excluduntur per agnatum eiusdem gradus, vt superiùs latè demonstraui, & proindè nõ est arguendũ à iure ciuili ad ius feudale, & hoc est, quòd in effectu ait *Cannet. in d. cap. notandũ nu. 11. & 12. fol. 295.* vbi respondet ad eadem iura.

Quatenùs verò attinet ad doctrinam *Doctorum* in contrarium citatorum, aduerto, quòd *Andreas*, qui antesignanus pro hac opinione adducitur, non
23 loquitur in feudo concesso *pro te, & haeredibus ex corpore*, prout est casus noster, sed in feudo concesso *pro te, & haeredibus* simpliciter, & inter vnam, & aliã inuestituræ formulam est maxima differentia, nàm quandò est concessum *pro te, & haeredibus* simpliciter, secundùm quam formam loquitur *Constit. Vt de successionibus*, tunc procedit opinio tenẽtium, quòd sit vocatus etiam frater vterinus in feudo paterno, at quandò est concessum *pro te, & haeredibus ex corpore*, tunc nullo modo comprehenditur frater vterinus, qui non descendit ex corpore primi acquirentis, ità appositissimè declarat *Loffred. in cap. 1. de natur. succes. feud. col. 7. vers. & hæc disputatio, car.* mihi 47. *col. 1.* & neruosissimè modò defendit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de succes. mulierum, §. 1. per totum, fol. 461.* reprobata enixè opinione contraria, ergò licèt in prima forma inuestituræ *pro te, & haeredibus* simpliciter, per quam includitur vterinus, posset dici, quòd sit cognitum genus cognationis, & propterea possit in ea operari vinculum ex latere matris, tamen in hac forma *pro te, & haeredibus ex corpore* est omninò exclusus vterinus, & propterea latus matris est omninò impertinens.

Præterea etiam in terminis inuestituræ, *pro te, &*
24 *haeredibus* simpliciter, *Andreas* tetellit se (liceat mihi pace tanti patris animaduertere pro defensione veritatis hanc manifestam eius fallaciam,) fefellit, inquam, se in ratione, quam adducit, dùm ait, quòd primogenitura, quæ concurrit in fratre consanguineo, consideratur, quandò succeditur patri, & non quandò succeditur fratri, & sic præsupponit, quòd prærogatiua, de qua loquitur illa *Constit.* paulò antè *vers. ex collaterali*, non attenditur, nisi in linea descendenti; non autem in linea collaterali, quod omninò falsum est (iterùm pace tanti viri id dixerim) quandoquidèm dum illa *Constitutio* tota loquitur in viuentibus iure Francorum, vtiquè hoc ius Francorum non cõsistit, nisi in prærogatiua sexus, & ætatis, & successiuè talis prærogatiua attenditur, tàm in linea descendenti, quàm in linea collaterali, & sic redditur manifestè falsa ratio ab ipso *Andrea* considerata, & sublata ratione, super qua ædificium suę opinionis est ædificatum, corruit & ipsum ædificium, *cum-cùm Paulus 1. q. 1. & Curt. sen. cons. 56. col. 4. circà med. vers. tertia conclusio, nu. 7.* ait, quòd sublato fundamento corruit Doctoris opinio.

25 Et dato, quòd per *d. Constit.* non esset ità clarum, quòd prærogatiua ætatis haberet locum in linea collaterali, omnis dubitatio fuit sublata per *cap. Regni Considerantes*, vbi siuè per viam declarationis, siuè nouæ dispositionis (in hoc nõ facio vim) apertè statuitur, esse attendẽdam ætatis prærogatiuã, quod *ibi* apertè notat *Campagnanum. 15. in fin.* inquiens, illum esse *text.* clarum contrà *Andr.* & ad hoc propositum illud citat *Afflict in cap. 1. num. 76. circà finem, vers. & pro hac conclusione in hoc Regno, de natur. succes. feud.* quod quidèm *cap.* iam vigebat tempore *Andreæ*, & tamen *ipse* nullam de eo facit mentionẽ, ergò necessariò fatendũ est, quòd *ibi citatus* aliquantulùm oscitantèr fuerit loquutus: nec mirum, nàm *quandòque bonus dormitat Homerus.*

Præterea ex alio conuincitur ineuitabilitèr hæc
26 fallacia *Andreæ*. Nam aut *ipse* habuit pro vero, quòd de iure Francorum, iuxtà terminos *d. Constit.* primogenitura considerabatur etiam in linea transuersali inter fratres, aut habuit pro vero, quòd non haberet locum, nisi in linea descendenti tantùm; si habuit pro vero, quòd haberet locum etiã in linea collaterali inter fratres, & tunc falsa est ratio per *ipsum* adducta, quòd primogenitura non habet locum, quandò succeditur fratri, & ex falsitate rationis cadit eius opinio; si autẽ habuit pro vero, quòd

ius

ios Francorum non consideraret primogenituram, nisi in linea descendenti tantum, & tunc successio in linea collaterali debebat remanere sub dispositione eiusdem iuris feudorum, prout erat antè editã *Constitutionem Vt de successionibus*, & sic non esset præterendus vtrinque coniunctus, per *auth. itaquè*, *& auth. post fratres*, sed debebat attẽdi maior ætas, etiam in consanguineo tantùm, iuxtà dispositionem iuris feudorum, quam in principio retulimus, remota penitùs dispositione iuris communis Romano-
27 rum, quo casus feudalis, qui non remanet determinatus per iura Regni, remanet sub dispositione iuris communis feudorum, & non Romanorum, *Afflict. in cap. 1. num. 76. vers. & sic casus iste, de natur. success feud.* loquens in specie in casu omisso a *d. Constit. Cumia in cap. Si aliquem in verb. proximior, num. 37. Gamer.* optimè *in cap. 1 an agnat. q. 32. post num. 249. fol.* mihi 461. *col. 1. in fine.*

Vndiquè igitur corruit hæc *Andreæ* opinio, & propterea non est ponere os in Cœlum cõtrà *Andr.* iudicare, prout in multis alijs contigit iudicari, & modernis, & antiquis temporibus.

Afflict. verò in *Const. Vt de successionibus*, 2. *quæst. num. 19.* limpliciter, & perfunctorie refert, & sequitur *Andr.* non disputato, nec gustato articulo, & sublato *Andr.* ex precedentibus cessant omnes eius sequaces, vltrà quòd idem *Afflict. in d. cap. 1. de grad. success. in feud.* non perfunctoriè, sed limitando ius commune per ius Francorum expressè decidit contrarium.

Loffredi authoritas in *cap. 1. de noth. feud. in fine operis*, æquo quam verget, nam sub specie rectum elicit, licèt videretur *Andreæ* feudorum patri contradicere, non ausus fuit ab eius opinione recedere, & rationes ab *ipso* confideratæ cessant ex superius adductis. Id autem, quod postremo loco cõsiderauit, scilicèt, hanc eius opinionem suaderi ex verbis *Constitutionis*, quæ in sui ordine primò ponit fratres vtrinque, & postea cõiunctos ex vno tantùm latere, & ex ordine scripturæ videntur vtrinque coniuncti præiudicium in successione fratris, esse prorsus ridiculosum,
28 tum quia illa regula, quòd ordo scripturæ attendi debet, procedit in dubio tantùm, vt *ipsemet* scripsit; non autẽm quãdò sumus in materia de qua certa, prout erat hæc nostra materia, circumscripta illa *Constitutione*, secundùm *Dec. in cap. ananitie, colum. 2.* circà *medium, extra de prob.* Tum quia *Imper. in d. Constit.* penitet illa verba gratia exempli, ibi *vt fratres, siuè ex vtroque parente, siuè ex altero tantùm*, quæ verba apponuntur ad exemplificationem lineæ
29 collateralis, & in his, quæ ponuntur gratia exempli ordo scripturæ non attenditur, *cum sanctorum* 10. q. 1. vbi *Præpos. num. 2.*

Immò, si ex his verbis est firmenda argumẽtatio, totum contrarium resultat, quia ex illis verbis *siuè ex vtroque parente, siuè ex altero tantùm* non aliud infertur, quàm quòd nulla sit differẽtia, an frater superstes sit vtrinque cõiunctus, vel ex vno latere tantùm, sed solùm attendatur prærogatiua ætatis, vt probatur in *l. qui liberis in princ. ff. de vulg. & pupill.* ibi, *siuè solus iste hæres institutus sit, & impuberi substitutus, siuè sit solus substitutus*, iuxtà *glos. in verb. solus, & in l. cùm quis decedens, ff. de leg. 3. l. generalis, C. de sacros. Eccles. l. 1. C. de custod. reor. l. sinè apud*
30 *alia, C. de transact.* Nam illa dictio, *siuè*, licèt plures habeat in iure significationes, de quibus per *Felin. in cap. inter cætras, num. 3. extrà de rescript.* principali & tamen est, vt disiungat verba, sed coniungat sensum, vt docet *Bart. in l. si is, qui ducenta, §. vnum,*

nu. 2. vers. quædam est disiunctiua, & vers. dic ergo sic, ff. de reb. dub. & in *l. 1. num. 13. ff. de cond. & demonstr. Corn. cons. 18. num. 5. vers. quamuis mò, volum. 3. & cons. 198. colum. fin. eod. lib.* quo fit, vt in dicta *Const. Vt de successionibus* hæc dictio licèt disiungat verba, nempè fratrem vtrinque coniunctum ab eo, qui est ex altero tantùm latere coniunctus, tamen coniungit sensum, scilicèt, vt in vtroque spectetur maior ætas, & sexus masculinus, ergò ex his verbis probatur irrefragabiliter opinio pro fratre consanguineo primogenito ad exclusionem fratris vtrinque con-
31 iuncti secundogeniti; proprietas enim dictionis disiunctiuæ est attribuere actũ cuilibet parti disiunctiuæ insolidũ, *l. si Titio, ff. de leg. 2. l. si ex toto, §. 1. & §. fin.* vbi *Ias. ff. de leg. 1. Ripa in d. cap. inter cæteras, num. 26.* ergò prærogatiua ætatis ita competit insolidum fratri consanguineo tantùm, quemadmodùm vtrinque coniuncto.

Quòd si velimus dicere, dictam coniunctionem,
32 *siuè*, non accipi pro disiunctiua, sed pro alternatiua, prout accipitur in *l. generaliter* circà *princ. C. de inst. & substit.* adhùc resultat idem effectus in tauorem fratris consanguinei, quia ad verificationem alternatiuæ sufficit, alteram partem esse veram, *l. si quis ità stipulatus, vers. at si, ff. de verb. oblig.*

Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 4. quæst. 8. nu. 3. & quæst. seq. num. 13. allegat solùm *And.* & non disputat articulum, vt figat pedes, sed reliquit cogitandum, quippè qui animaduertebat, quot, & quantas angustias habebat opinio *Andr.* & Doctor, qui
33 relinquit cogitandum non facit numerum in communibus opinionibus, *Corat. de commun. opin. lib. 1. tit. 6. inspect. §. num. 96. 97.*

Regius Consiliarius Anna in consil. 125. num. 15. non ita limpliciter admittit hanc opinionem, vt aduersarius autumat, sed in casu, quo frater vtrinque coniunctus esset maior natu, at quandò esset minor natu fratre consanguineo, sensit contrarium, vt patet post *nu. 35.* dùm intelligit, *decis. 8. Milan.* pro mea opinione loqui, quandò frater cõsanguineus est maior natu fratre vtrinque coniuncto, prout est casus nostri; Et circà eius dicta aliud etiam libuit animaduertere, quòd dùm *ipse num. 26.* asserit, *Loffredi* opinionem pro fratre vtrinque cõiuncto sequi *Vulpembec. cons. 84.* sed est *cons. 82. volum. 2.* hoc nõ procedit ità limpliciter, sed *Vulpembec.* præsupponit, q
34 in hoc Regno, quemadmodùm & in Francia feuda sint redacta ad instar allodialium, & propterea in eis succedatur, prout in allodialibus, ità *ipse* expressè declarat *dd. Andr. & Loffred. in d. cons. 82.* circà *finẽ, vers. cæterùm, quòd Andr. & Loffred. volum. 2.* quod quàm a vero alienum sit nemo est qui nesciat.

Vrsill. verò in *decis. 98. nu. 13.* est relator tantùm opinionum aliorum, quorum dicta remanent confutata ex superioribus.

Cumia, & ali; Doctores Siculi in contrarium citati vnico ictu reijciuntur. Tùm quia eorum opinio est fundata in *cap. Si aliquem* illius Regni, quod admittit expressè etiam cognatos, vt superiùs ponderauit, tùm etiam, quia in terminis illius *cap.* opinio contraria *d.* pro fratre consanguineo tantùm nati maiore fuit etiam in illo Regno admissa, vt constat ex *d. decis. 8. Milanens.*

Et sic opinio contraria remanet destituta iuribus, & authoritatibus.

Illud vnum tamen remanet confutandum, nempè dùm para tus constanter affirmat, fratrem vtrinque coniunctum esse proximiorem fratre consanguineo, & propterea proximioritatem, vt ità dicam, esse

illi

illi præferendum, licèt sit in pari gradu, quasi quòd ius Francorum in pari gradu inspexerit primo loco proximioritatem, & posteà prærogatiuam ætatis, quod mihi nullo iure persuadere possum, siquidem
35 *Constitutio Regni* vocat primo loco eos collaterales, qui sunt fratres, & frater proprié dicitur, nedùm vtrinque coniunctus, sed etiam consanguineus tantùm, vt probat *Bald. in l. Lucius, §. quæsitum, ff. de legat. 3. Soc. iun. cons. 22. col. 2. vol. 3. Corn. cons. 336. nu. 6.*
36 *vol. 1.* Et in eodem secundo gradu, in quo est vtrinque coniunctus, est etiam consanguineus, *l. Iurisconsultus, §. secundo gradu, ff. de gradib. Bart. in d. §. quæsitum, Ruin. cons. 168. num 18. vol. 2. Simon Pistor. cons. 15. num. 28 31. & 38. post 2. vol. consiliorum Modest. Pistor.* vbi dicit esse impossibile, quòd sit proximior,
37 & inter existentes in pari gradu nulla vnquàm fuit
38 cõsiderata prærogatiua in feudis ratione proximioritatis, sed tantum ratione sexus, & ætatis de iure Francorum, & per consequens nullo iure excogitari potest, vt frater minor vtrinque cõiunctus excludat fratrem consanguineum, qui est in eodem gradu, & maioris ætatis; quod maximè procedit in feu-
39 dis, in quibus proximiores ij dicuntur, qui sunt in eadem linea, de qua fuit defunctus, & dicuntur proximiores respectu aliarum linearum, vt in *cap. successionis, in fin. de natur. succes. feud.* quem *text.* in individuum ad hoc propositum citat *Napod. in Consuet. Si quis, vel si qua, in verb proximiores, lo primo, vers. nàm proximiores, num.* mihi 164. & hic in casu nostro certum est, quòd frater vtrinque coniunctus nõ potest dici proximior fratre consanguineo tantùm in linea paterna, sed ambo sunt in eodem gradu proximitatis, & tunc subintrat prærogatiua ætatis, & hãc opinionem in propriis terminis verissimam esse demonstrat *Gaspar Thesaur. quæst. forens. 74. nu. 1. lib. 1.* & quòd sit communis opinio attestatur *Schrad. de feud. par. 7. cap. 7. num. 4.* vbi innumeros citat.

Vltrà quòd etiam frater consanguineus verè di-
40 citur etiam vtrinque cõiunctus, ex quo est agnatus, & quilibet agnatus est cognatus, sed non è conuerso, *l. Iurisconsultus, § nomen, ff. de gradib. l. inter agnatos, ff. vndè cogn.* & propterea etiam in consanguineo non deficiũt illa duo vincula agnationis, & cognationis, vt tradidit *Intriglol. de feud. centur. 2. artic. 67. nu. 11. & 12.* Ergò non est medium, quo vtrinque coniunctus dici possit proximior consanguineo tantùm.

41 Et denique dato, quòd posset dici proximior, non tamen est proximior respectu lateris agnationis paternæ, à quo prouenit feudum, & sic respectu successionis feudalis, quæ hoc tantùm latus attẽdit, illa proximioritas nihil operatur ex dictis in præcedentibus, facit quæstio in materia statuti præferentis agnatos proximiores in successione ab intestato, vt debeat concurrere consanguineus cum vtrinque coniuncto, vt iudicauit Rota Florentina apud *Magon. decis. 81.* & Mantuana apud *Surd. decis. 259.*

Deniq; in materia ista respectu illius prærogati-
42 uæ, quæ non producit effectum, regula est, vt non consideretur proximitas respectu sanguinis, sed tantùm respectu successionis, & ordinis succedendi, vt aduertit *Paul. Castrens. in l. fin. C. de verb signif. Ruin. cons. 167. num. 8. vol. 2. Paris. cons. 59. num. 20. vol. 3. Soc. iun. cons. 94. num. 14. volum.* 1. quos sequitur *Peregrin. de fideicommiss. artic. 21. num. 9. & 10.* Ergo
43 licèt frater vtrinque cõiunctus esset proximior fratre consanguineo tantùm respectu sanguinis, nõ est tamen respectu successionis, & ordinis succedendi in feudo, in quo non consideratur latus maternum, à quo non prouenit feudum, vt suprà fundaui, & ità *Peregr.* in specie infert ad successionem feudorum, *d. artic. 21. num. 15.* Adhùc sub iudice lis est. Et dùm hic idem articulus disputari asserant inter Io. Vincentium Brancian. & Philippum Brancià Marchionem Lareni, ipse Marchio proposuit recusationem aduersus personam meam, quasi quòd ex his à me scriptis inter alios in eodẽ tamen articulo Ego propalassem votum meum, sed iunctis duabus aulis fuit reiecta hæc recusatio vti non legitimè per decretũ S.C. die 16. Aprilis 1623. pẽnès Secretarium.

RERVM SVMMA.

44 *Nepos maior ætate ex fratre tertiogenito, vel potiùs nepos minor ætate ex altero fratre secundogenito in successione feudi præferatur & nu. 58. & 61.*
45 *Instrumentum solum de per se probat possessionem.*
46 *Successor in feudalibus propria authoritate potest capere possessionem, & num. 89.*
47 *Audientia Regia Hydruntina habet priuilegium cognoscendi, etiam de feudis quaternatis.*
48 *Lis non incipit à sequestro de iure.*
49 *Sequestri requisita quænam sint, remissiue.*
50 Text. in æquissimum, ff. de vsufruct. *quando habeat locum.*
51 *Nepos ad successionem patrui semper subingreditur gradum, & personam patris, tàm de iure communi Romanorum, quàm de iure communi feudorum, quàm etiam de iure municipali huius Regni.*
52 Text. in cap. 1. §. his verò de hærentibus, de succes. frat. *feu.* de grad. succes. in feud. *procedit, tàm in feudo diuisibili, quàm indiuisibili, & loquitur de successione collateralis, non ascendentis, & numer. 53.*
54 *Ius succedendi cum prærogatiua primogenituræ est transmissibile ad descendentes ex fratribus, quàmuis successio illis realiter delata non sit.*
55 *Primogenitura cùm sit personalis, licèt non transmittatur, transmittitur tamen ius succedendi cum prælatione pro iure primogenituræ, aut secundogenituræ.*
56 *Filius etiam in linea collaterali subintrat in locum, & gradum patris.*
57 *Subingressio, quæ datur nepotibus per* Constit. Vt de successionibus, *procedit, siuè soli nepotes ex pluribus fratribus concurrant, siuè nepos cum patruo.*
59 Constitutio Vt de successionibus *procedit in feudis antiquis.*
61 *Nepos an repræsentet patrem, quandò in feudo succeditur iure Francorum.*
63 *Patruus natu maior an præferatur in successione feudi nepoti ex primogenito, tàm in successione ascendentis, quàm collateralis, & num. 64. & 65.*
66 *Differentia maxima est, an quis vocetur per prærogatiuam gradus proximitatis, an per prærogatiuam primogenituræ.*
67 *Filii fratrum habent idem ius, quod habebat eorum pater, si viueret.*
68 *Filius in successione feudali repræsentat patrem, etiam inspecto iure communi feudorum, & quæ sit ratio, num. 69.*
70 *Repræsentatio vbi non est sublata, ibi expressè est permissa vsquè ad tertium gradum.*
71 Text. in l. fin. C. de edict. Diui Hadr. tollend. *habet locum etiam in feudis, si testator ità disponit, prout ius volunt.*

Feudi

Feudi ſucceſſio ſpectat ad filium ſororis primogenitæ, excluſa ſorore ſecundogenita, etiam in feudo nouo empto pro ſe, & deſcendentibus ex corpore.

72 *Repræſentatio inducta per* Conſtitutionẽ Vt de ſucceſſionibus *non habet locum in quarto gradu.*

44 NOn minus pulchra eſt quæſtio, nùm in ſucceſſione feudi præferatur nepos maior ætate ex fratre tertiogenito, vel potiùs nepos minor ætate ex altero fratre ſecundogenito, in qua cauſa conſului, dùm eſſem Aduocatus pro nepote minore ætate ex fratre ſecundogenito, & pendet deciſio cauſæ, & vt veritati indagandę locus ſit in futurum volui hìc ſubijcere allegationes, quæ ſunt huiuſmodi.

Mortuo Octauio Carducio, qui poſsidebat Caſale Montis Meſulæ ex ſucceſsione Ludouici Carducij patris, inſtituto ſibi hærede vniuerſali, etiam in feudalibus Donato Maria Carducio eius nepote ex fratre ſecundogenito, captaq; poſſeſsione feudi prędicti, & omnium bonorum per dictum Donatum Mariam hęredem inſtitutum, comparuit in S.C. Andreas Carducius nepos ex Io. Donato fratre tertiogenito Octauij defuncti: & tacita veritate facti, q̃ .ſ. ipſe Donatus Maria eſt nepos defuncti ex fratre maiore, qui propterea fuit inſtitutus à defuncto, & iàm cęperat poſſeſsionem, immò expreſſo mẽdacio, cum reuerentia, quòd .ſ. ipſe Andreas ſit immediatus ſucceſſor, & eſſet in poſſeſsione feudi prædicti, obtinuit prouiſiones à Regio Conſiliario de Leonardis, directas Regiæ Audientiæ pro ſequeſtratione feudi, & fructuum, verùm obtenta per Donatum Mariam Regia decretatione, quòd fiat verbum in Sacr. Conſ. agitur nunc de iuſtitia, vel iniuſtitia dicti ſequeſtri.

Quòd autem dicto ſequeſtro locus eſſe nõ poſsit, fundatur tùm ex ordine iudicij, tùm etiam ex notoria iuſtitia ipſius Donati Mariæ.

Quòad primum indè patet, quia certum eſt, quòd dùm ipſe Donatus Maria vti legitimus ſucceſſor, & hæres inſtitutus reperitur in actuali, & corporali poſſeſsione, vt conſtat ex inſtrumento capturæ poſ-
45 ſeſsionis Donati Mariæ, *fol.* 9. quod inſtrumentum ſolùm de per ſe probat poſſeſsionẽ, vt tradit *Præſ.*
46 *de Franch. deciſ.* 204. *num.* 31. & de iure potuit ſucceſſor in feudalibus propria authoritate capere poſſeſsionem, doctrina eſt ſollemnis *Innoc. in cap. ex literis, in finalib. verb. extrà de conſuet.* accedente etiã decreto Regiæ Audientiæ Hydruntinæ *fol.* 13. quæ
47 habet priuilegium cognoſcendi etiã de feudis quaternatis, teſte *Frecc. lib.* 3. *de ſubfeud. tit. de differ. inter feud. quat. & de tab. num.* 8. *differ.* 4 *Carau. ritu* 50. poſt *nu.* 6. *verſ. dicit tamen*, vtiquè non poteſt ſibi impediri libera fructuum perceptio per huiuſmodi ſe-
48 queſtrum, cùm de iure non ſit incipiendum à ſequeſtro, ex regula *text. in l.* 1. *C. de probib. ſequeſtr. prę.* ne-
49 què concurrant requiſita de iure ad faciendum ſequeſtrum, quæ deducit *Guid. Pap. deciſ.* 246. *Luc. de Pen. in l. litibus, col.* 8. *in princ. verſ. ex quibus, C. de*
50 *agric. & cenſit.* Nec etiã adſit timor aliquis armorum, vt practicari poſsit diſpoſitio *text. in l. æquiſſimum, ff. de vſufr.* Immò etiam ſi adeſſet timor armorum, adhùc non poteſt eſſe locus diſpoſitioni *d. l. æquiſſimum*, cùm in caſu noſtro ſit certum, poſſeſsionem eſſe penès Donatum Mariam, & quandò cõſtat de poſſeſſore, aut etiam detentore, non eſt locus *d. l. æquiſſimum*, vt tradiderunt vnico ore *Practi. Pap. in form. ſequeſtr. ſeu ſaſſini*, propè *principiũ*, *Bald. in l. quidam æſtimauerunt, in* 2. *lect.* circà *finem, verſ. ſecundo caſu, ff. ſi cert. petat.* quem ſequitur *Iaſ. ibidem*, poſt *nu.* 4. *verſ. iſtud vltimum. Curt. ſen. in d. l.* 1. *nu.* 15. *C. de prohib. ſequeſtr. pec.* poſt *Bald. ibi, Lanfranc. de Orian. rubr. de cauſ. poſſeſſ. & propr. col.* 9. *verſ. ſin autem prędictas, inter Repet. Canon. Petr. Benint. deciſ. Bono.* 73. *num.* 5. *Menoch. de retin. poſſ. remed. vlt. num.* 45. *Io. de Cruc. in addit. ad Guid. Pap. d. deciſ.* 246.

Nec dicat aduerſarius, quòd ipſe eſt in poſſeſsione, nàm licèt in eius libello illam allegauerit, tamen nihil produxerit, & quòd nõ ſit verum, ex eo ſolo probatur, dùm affectat ſequeſtrum ad ſui inſtantiam, quod vtiquè tàm tenacitèr non affectaret, ſi re vera eſſet in poſſeſsione.

Quò verò ad ſecundum, nempè ad iuſtitiam ipſius Donati Mariæ, ſtatim illa in promptu eſt, quòd ſcilicèt legitimus, & immediatus ſucceſſor in feudalibus nullo modo poſsit eſſe Andreas aduerſarius, qui eſt nepos ex fratre tertiogenito defuncti, ſed omni iure ſit, & eſſe debeat Donatus Maria, vti filius ex fratre ſecundogenito, qui repræsẽtat ſuum patrem primogenitum, & natu maiorem.

Dixi, omni iure, quia ſi ageretur de ſucceſsione
51 patrui, ad quã concurrerent ex vna parte frater tertiogenitus, ex altera verò nepos ex alio fratre ſecũdogenito, nepos ſemper ſubingreditur gradum, & perſonam patris, tàm inſpecto iure cõmuni Romanorum, quàm iure communi feudorum, quàm etiam iure municipali huius Regni, prout de iure cõmuni Romanorum eſt *text. in §. ſi igitur defunctus, verſ. ſi autèm defuncto, in auth. de hæred. ab inteſt. venient.* & in *§. cùm filius, Inſtit. eod. tit.*

52 De iure verò communi feudorum eſt *text. in cap.* 1. *§. his verò deficientibus, de ſucceſſ. fratr.* ſeu *de grad. ſucceſſ. in feud.* qui *text.* procedit, nedùm in feudo diuiſibili, in quo plures in eodem gradu ſuccederent, ſed etiam in feudo indiuiſibili, in quo vnus tantùm ſuccederet, vt clariſsimis verbis explicat *Andr. in d. §. his verò, verſ. & hoc eſt verum*, ibi, *& ſi non diuideretur, idem eſſet, vt loco patris ſit.*

53 Qui quidèm *text. in d. §. his verò deficientibus* non poteſt in dubium reſtricari, an loquatur in ſucceſsione collateralis, vel potiùs aſcendentis, nàm apertiſsimè patet, quòd loquitur in ſucceſsione collateralis, & ſic de nepotibus ex fratre, non autè de nepotibus ex filio, nàm principium loquitur de ſucceſsione deſcendentium, & vocat omnes deſcendentes maſculos, excludendo filias, & deſcendentes ex eis, poſteà in *§. his verò deficientibus* ait, quòd deficiẽtibus illis, qui ſunt de linea deſcendenti, ſuccedunt fratres defuncti cum fratrum præmortuorum filijs, & ſic non agit ampliùs de ſucceſsione aſcendẽtium, nàm aliàs non diceret, *his deficientibus*, quia ſupereſſent deſcẽdentes illius, de cuius ſucceſsione tractatur, ſed agitur de ſucceſsione collateralis, quia vltimus feudi poſſeſſor deceſsit ſinè deſcendentibus, & tunc aperitur ſucceſsio lineæ collaterali; & primo loco vocantur fratres cum fratrum prę̃mortuorum filijs, deindè agnati vlteriores.

Et ità illum *text.* intelligunt omnes *Doctores ibi*, prout *Andr. Bald. Laudenſ. nu.* 6. *Affl. nu.* 21. *Aluar. in formatione caſus*, & paſsim reliqui omnes, & vltrà illos *Franc. Aret. conſ.* 162. *antè nu.* 1. *verſ. ad primum dicendũ eſt, Ruin. conſ.* 131. *n.* 13. *vol.* 2. *Natt. conſ.* 127. *in* 1. *lib. Tiraq.* qui multos congerit in *tract. de iure primog. quæſt.* 40. *nu.* 20. & latiùs *quæſt.* 41. *per tot.*

54 Ratio eſt, quia illud ius ſuccedendi cum prærogatiua primogenituræ eſt tranſmiſsibile ad deſcendentes ex eis, quàmuis ſucceſsio illis realitèr delata non fuerit, vt latè cõſuluit *Oldrad. conſ.* 224. omnibus

noto,& ab omnibus approbato,prout atteſtatur *Peregrin.de iure fiſci lib.*1. *tit.*2.*num.*52. ſubdens ex *Socin.conſ.*252.*num.*11.*vol.*2.*& Tiraquell. d.quæſt.*40.
55 *num.*39. *&* 66. quòd licèt ipſa primogenitura, quæ perſonalis eſt,nõ tranſmittatur, tranſmittitur tamen ius ſuccedendi cum prælatione pro iure primogenituræ, aut ſecundogenituræ.

Quòd ſi quæramus de iure municipali huius Regni,*text.*eſt ad literam, ni fallor,in *Conſtit.Vt de ſucceſſionibus,§.filij autem fratrum,*quæ loquens ſpecifice in feudis,in quibus viuitur iure Francorũ,ſtatuit, vt primo loco ſuccedant deſcendentes in infinitum, ſecundo loco ex linea collaterali vocat fratres, ſiuè ex vno,ſiuè ex vtroque latere ſint coniuncti, & quòad filios fratrum, vt filij habeant in feudis antiquis idem ius,quod haberet pater eorum,ſi viueret,ità vt non potuerit *Imperator* clarioribus verbis diſpone-
56 re,quòd filius etiam in linea collaterali ſubintret in locum, & gradum patris, ſiquidèm *Imper. Feder.* ad inducendam, ſeù potiùs conſeruandam hanc ſubingreſſionẽ in filijs fratrum, vtitur eiſdem fere verbis, quibus eſt vſus *Iuſtinianus Imperator* ad introducendam eandem ſubingreſſionem in *d. §. ſi igitur defunctus, in auth. de hæred. ab inteſt. venient.* vt ibi, *tantam ex hæreditate percipiant portionem, quantam eorum parens futurus erat accipere, ſi ſuperſtes eſſet,* immò dico vnum,quod eſt fortius, quòd .ſ. ſunt ma-
57 gis ampla verba *Imper. Feder.* in noſtra *Conſtitutione,* quàm *Imper.Iuſtin. in d.auth.* nàm *Iuſtinianus* dat priuilegium hoc nepotibus, quandò concurrunt cũ patruis ipſorum, at *Fedricus* dat hoc priuilegium indefinitè, & ſic ſiuè ſoli nepotes ex pluribus fratribus concurrant,prout eſt caſus noſter, ſiuè nepos cum patruo,vt eſt caſus *Conſtitutionis.*

58 Per quam quidẽ *Conſtitutionem* ità in proprijs terminis noſtris de ſucceſsione patrui inter nepotem ex primogenito, & fratrem ſecundogenitum in bonis feudalibus conſuluit *Franc.Aret.conſ.*162.quod eſt in terminis *d.Conſtit.Vt de ſucceſsionibus,* vbi poſt *num.*1. *verſ. & in hoc non eſt inſiſtendum* ponderat in ſpecie *d.verſ.filij autem fratrum.*

Et in propria ſpecie de filio fratris ſecundogeniti concurrente cum patruo, eodemque fratre tertiogenito ad ſucceſsionẽ alterius patrui prædefuncti, qui erat omnium frater primogenitus, & agebatur de bonis feudalibus ſitis in Vlteriori Sicilia, vbi vigent eædem Conſtitutiones huius Regni conſuluit *Socin. ſen. conſ.*252.*vol.*2. vbi præ cæteris ponderat tribus ponderationibus dictum *verſic.filij autem fratrum in d.Conſtit.Vt de ſucceſsionibus,*vt videre eſt *col.*mihi 7. *in princ.* antè *num.*10. *verſ.confirmatiſtas inductiones.*

Id ipſum ad amuſsim fatetur in ijſdem terminis noſtræ *Conſtitutionis* Corn.*conſ.*199.*vol.*2.qui agit de feudis in Regno Vlterioris Siciliæ poſſeſsis per feudatarium quendam, nomine Comitem Henricum Spataforam,qui deceſsit ſuperſtite ſibi Antonio de Barreſio filio ſororis primogenitæ prædefunctæ, & alia ſorore ſecundogenita, vt *ipſe* ſe explicat *nu.*35. *in princ.& nu.*46.*in fin.*& quia feudũ in perſona Comitis Henrici erat nouum, conſuluit pro ſorore contrà nepotem,aliàs, inquit *ipſe,* debuiſſet præferri nepos,qui ſubingreditur perſonam ſororis primogeni-
59 tæ ex *d.Conſt.Vt de ſucceſsionibus in d.verſ.filij autẽ fratrum.*dicẽs,illam procedere in feudis antiquis, vt expreſsè ſonãt verba illius literæ, ità optimè declarat Corn. *d.conſ.*199. *colum.*mihi 14. *in fin.* poſt *num.*44. *verſic. nec obſtat d.§. filij autem, ſub rubr. de ſucceſſ. nob. in feud.* & re vera ità ſunt verba aperta in *d.§.verſ.filij autem*, ibi *in bis, quæ fuerunt communis patris,aui eorum ſcilicèt,*quod nil aliud eſt,quàm dicere in feudis antiquis,& ità in ſpecie declarat *Affl. in d.Conſt.Vt de ſucceſſionibus,n.*35.

60 Hanc eandem opinionem ſequutus eſt *Affl. in d.Conſtitut.Vt de ſucceſſionibus* 8.*notab.verſ.ſed iuxtà hoc quæro,num.*mihi 18. vbi in fine atteſtatur,ſe audiuiſſe, quòd pro hac parte conſuluerunt plures *Doctores,*tam intrà,quàm extrà Regnum, citat etiã *d.cõſ.Aret.*licèt corruptè,ſcilicèt *conſ.*164.& debuit allegare *conſ.*162.

61 His omnibus addendus eſt *Tiraq.d.q.*41.*de iure primogenitorum*, vbi omnes ſupra citatos allegat, præter *Corn.*& tuetur enixè hanc opinionem, & propterea dùm illi,quos *ipſe* citat,loquuntur in terminis noſtræ *Conſtitutionis,ipſe* quoq; cenſetur loqui in terminis dictæ *Conſtitut.*

Et deniq; hanc ipſam opinionẽ approbauit apud Hiſpanos *lex Tauri* 40.*in* 2.*p.*cuius verba refert *Couarr.pract.quæſt.cap.*38.*n.*9.*in fi.*& latè declarat poſt *num.*10. *verſ. tertiò ad intellectum*, & licèt illa *lex* non liget præceptiuè in hoc Regno, tamen demonſtrat,hanc eſſe veriorem,& magis approbatam opinionem, & reſecatis dubijs in legem redacta eſt, præſertim cùm hodiè vtrumq; Regnum ſit ſub eodẽ Rege,& Monarcha, vt in ſimili perbellè probat *Aluar.Valaſc. in praxi partition. & collat.cap.*19.*num.*27.tantò magis,quia *Auend.in d.l.*4.*glo.*17. *num.*8.*verſ.& in hoc* ait expreſsè, quòd illa *lex* non eſt correctoria iuris communis, ſed declaratoria verioris opinionis, & idem aſſerit *Molin.de Hiſpan. primogen.lib.*3.*c.*6.*n.*24. tàm de *l.*40.quàm de omnibus alijs *legibus Tauri,& c.*7.*n.*11.poſt *verſ.tertiò põderatur,*ibi,*quæ omnia,*fatetur,omnia diſpoſita ex *d. l.*40.eſſe vera,etiam iure communi inſpecto.

62 Non me latet,*And.in d.cap.*1. *§.his verò deficientibus* fuiſſe in ea opinione, quòd quandò in feudo ſucceditur iure Frãcorum,vt *ibi,* niſi deferatur proximis,vel primogenitis ex forma verborum limitatis,tunc nepos non repræſentat patrem,& authoritate *Andr.*tantùm hoc ipſum voluit *Affl.in c.omnes filij,ſi de feud.defunct.fuer.contr.*vbi à *n.*2.vſq; ad 34. diſputat quæſtionem, & *n.*31. concludit contrà nepotem,ſed cum clauſula,*pro nũc,*illud idem affirmat *Cannet.in extranag. Si aliquem, c.*incip.*an filius excludatur.f.*mihi 285.

63 Sed hæc nihil obſtant,nàm *And.*ſemper,& vbiq; nedùm in ſucceſſione collaterali, ſed etiã in ſucceſſione aſcendentium fuit in ea opinione, vt patruus natu maior præferatur nepoti ex primogenito, attenta maiori ætate, & primogenitura, vt *ipſe* profitetur in *cap.*1.*de ſucceſſ.feud.circà principium*, & in *cap.*1.*in princ.verſ.ſecũdùm quam poſitionem,Imper. Lothar.*item in *cap.Imperialem,§.præterea ducatus, n.*mihi 39.*verſ.ſi pater acquirebat de prohib.feud. alien.per Feder.*& in *d cap.*1.*§.his verò deficientibus, de grad.ſucceſſ. in feud.* Fretus authoritate ſententiæ latę in fauorem Regis Roberti,ſub quo *ipſe* ſcripſit, de qua in *clem.paſtoralis, de ſent. & re iud.* ſed non obſtãte illa ſententia,hæc opinio fuit ſemper apud omnes reprobata,& preſertim in hoc Regno,vt patet ex 1.*dec. Gramm.* & atteſtatur *Minad.in Conſtit. In aliquibus* 3.*notab.n.*119.*verſ.nam ſicuti.f.*mihi 121. *& Couar.lib.*3.*var.c.*5.*n.*18. atteſtatur,opinionẽ pro nepote contra patruum conſuetudine totius ferè Orbis Terrarum receptam eſſe, & *Molin.de Hiſpan. primogen. lib.*3. *cap.*3. *numer.* 29. latè demonſtrat, ſub vocatione primogeniti non ſolùm filium primogenitum, ſed nepotem, & omnes primogenitos

nitos descendentes ex eo, tàm ex linea descendenti, quà collaterali intelligi vocatos, propter quod *Bald. in l. cùm antiquioribus, num.* mihi 18. *vers. nonò quia primogenitus, C. de iure deliber.* dixit, quòd nascendo primogenitus statim excluſit secundogenitum, & ideò dùm aliquis supereſt ex linea primogeniti, nec secundogenitus, nec alius de linea secundogeniti ad primogenium illud admittendus eſt, quod refert, & comprobat *Molin. vbi suprà* post *nu.* 30.

64 Quòd si hæc opinio *Andr.* pro patruo fuit semper reprobata, quandò agitur de succeſsione ascendentis, non video, cur idem non sit dicendum in succeſsione collateralis, quod in specie considerat *Tiraq. d. q.* 41. *nu.* 3. *& Cumia in cap. Si aliquem, in verb. gradu, quæst.* 1. post *num.* 9. *vers. sed hæc limitatio.*

65 *Afflict.* verò licèt in *d. cap. omnes filij* teneat opinionem contrà nepotem, tamen vtitur dictione, *pro nunc*, & ex his, quæ posteà scripsit in *d. Conſt. Vt de succeſſionibus, num.* 18. apparet, quòd receſsit ab illa opinione; nõ enim remittit se simpliciter ad ea, quæ dixit in *d. cap. omnes filij*, sed ait, quòd tetigit tantũ, & posteà dicit expreſsè, quòd non audet determinare, territus authoritate tot *Doctorum*, qui conſuluerunt pro nepote intrà, & extrà Regnũ, sed quicquid sit, eius opinio eſt expreſsè reprobata, tàm à *Tiraq. d. q.* 41. quàm à *Couarr. pract. quæſt. cap.* 38. *nu.* 10. *vers. tertiò ad intellectũ*, ibi, *nàm quòd ipſe in d. cap. omnes*, quàm etiam à *Peregr. in tract. de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 52. *propè fin.* ibi *ex quibus infero, malè ſenſiſſe eundẽ Afflict.* vltrà quòd etiam *Afflict.* ipſe sequutus fuit opinionem *Andreæ*, etiam in succeſsione ascendentis, vt planè decidit in *rubr. de succeſſ. feud. n.* 88. *vers. tertiò igitur*, & quemadmodũ eſt improbata in vno ex præcedentibus, remanet etiam improbata in alio ex conſequenti neceſsario, cùm nulla sit ratio differentiæ in vtroquè casu.

De *Cumetio* autèm non eſt curandum, quia *ipſe* non loquitur in terminis *Conſtitutionis noſtræ*, quæ viget in vtroque Regno, sed in terminis *extravag. Si aliquem*, quæ viget in illo Vlterioris Siciliæ tantùm, & ponderat *ipſe* illud verbum, *proximior*, quod eſt in *d. extravag.* vt in *d. cap.* incip. *an filius, num.* 3.
66 & iterùm *num.* 7. *in fine*, & eſt magna differentia, an quis vocetur per prærogatiuam gradus proximitatis, an per prærogatiuam primogenituræ, & adhùc etiã in terminis *d. cap. Si aliquem* eſt opinio grauiſſimi *Doctoris* pro nepote, prout eſt *Blaſ. Lancea* ad *d. cap. Si aliquem, quæſt.* 3.

Et hoc adeò verum eſt, vt *Cumia*, qui in terminis *extravag. Si aliquem in commentarijs ſuis in ver. gradu*, post *num.* 72. *vers. hos verò* tenet opinionem pro patruo, tamen in clauſula iuris Francorum, prout loquitur noſtra *Conſtitutio*, tenet opinionẽ pro nepote, vt patet ex eius declaratione in eodẽ verbo, *gradu*, post *num.* 9. *vers. limitari tamen ſolet, & vers. ſed hæc limitatio.*

Et vtiquè, si fucos, & fallacias omittere velimus, in hoc Regno pluriès accidit hic caſus, & nunquàm in controuerſiam deductus fuit, & nouiſſimis temporibus dùm deceſſiſſet Aurelia de Ebulo, ſuperſtite ſibi Beatrice de Ebulo sorore ſecundogenita, & Duce Feroleti nepote ex alia sorore primogenita præmortua, licèt Beatrix tanquã proximior in gradu prætendiſſet, in succeſsione debere preferri Duci in gradu remotiori, tamen Dux obtinuit succeſsionem, vt ex proceſsu in Banca de Felice.

Si igitur, quandò frater tertiogenitus concurrit in succeſsione fratris cum nepote ex alio fratre ſecundogenito præmortuo, nepos prefertur fratri tertiogenito, quãtò fortiùs in caſu noſtro Donatus Maria, qui eſt nepos ex fratre secũdogenito, debet præferri Andreæ, qui eſt similitèr nepos ex fratre tertiogenito, & sic nõ habet illam prioritatem, seu proximitatem gradus, quam preſeferebat ipſe tertiogenitus, si viueret, & ex verbis noſtræ *Conſtitutionis in*
67 *vers. filij autem fratrum* eſt determinatum, quòd filij fratrum habeant idem ius, quod habuiſſet pater eorum, si viueret, & non plus; ergò quemadmodum si vtriuſq; pater viueret, vtiquè secundogenitus præferretur tertiogenito, sic & filius secundogeniti debet præferri filio tertiogeniti, nam licèt in caſu noſtro ceſſet ſubingreſſio, ex quo non concurrit ad hãc succeſsionem patruus simul cum nepotibus, nõ tamen ceſſat repræſentatio proprij parentis, introducta etiam de iure communi feudorum, ex quo eſt
68 regula generalis, etiam inſpecto iure communi feudorum, vt in succeſsione feudali filius repreſẽtet patrem, *cap. 1. & ibi glo. in verb. ſolus, de nat. ſucceſſ. feud.* vbi *Bald.* & reliqui, *Couarr. pract. qq. cap.* 38. *num.* 13. *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 47. quos omnes, & alios quamplurimos ab eo citatos sequitur *Ma-*
A *tienz. lib.* 5. *tit.* 7. *glo.* 5. *num.* 2. *cum ſeqq.*

69 Ratio eſt, qa in his succeſsionibus indiuiduis, quæ ad vnum tantùm deferũtur, quilibet ex filijs diuerſum gradum ab alijs conſtituit, nempè filius primogenitus cum eius deſcendẽtibus primum gradum, secundogenitus cum eius deſcendẽtibus secundum gradum, & tertiogenitus cum eius deſcendentibus tertium gradum; dùm tamẽ perſonæ in his gradibus comprehenſæ sint infrà gradum succedendi, à iure communi, seu municipali introductũ, vt post *Paul. conſ.* 164. *col.* 2. *vol.* 2. *nu.* mihi 4. *& 5. Socin. in l. Gallus, §. quidã rectè, n.* 4. *ff. de lib. & poſthum. & conſ.* 227. *nu.* 3. *vol.* 2. *Aret. in l. ventre, fallent.* 4. *de acquir hered. Ruin. conſ.* 120 *n.* 11. *vol.* 1. *et conſ.* 127. *n.* 8. *vol.* 2. *Curt. iun. conſ.* 125. *n.* 5. *vol.* 1. tradit in ſpecie *Auend. d. l.* 40. *Tauri. glo.* 17. post *nu.* 16. *vers. in hac tantùm.*

Nec obstat, quòd aliqui *Doctores* Siculi in proprijs terminis teneãt opinionem pro eo nepote, qui eſt ætate maior, prout sũt *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.* 4. *q.* 10. *nu.* 23. *& Cumia in extravag.* seu *cap. Si aliquem, in verb. maior natu, q.* 7. *num.* 212. nàm hi *Doctores*, etiam quandò nepos cõcurrit cum patruo, sunt in opinione, quòd patruus tanquã natu maior præferatur nepoti ætate minori, quantùmuis nato ex primogenito, & ex illa opinione pro patruo inferunt ad hãc quæstionem inter duos patrueles, vt ex identitate rationis præferatur etiam maior natu, ità conſtat ex *Gregor. d. q.* 10. vbi *num.* 21. *&* 22. firmauit opinionem pro patruo, & *nu.* 23. infert ad patrueles, idem conſtat ex *Cumia*, qui in *verb. gradu, num.* 72. *vers. nos verò, cum ſeq.* firmat opinionem pro patruo ex verbis *d. cap. Si aliquem, & in d. verb. maior natu, nu.* 212. dùm firmat opinionẽ pro patruele natu maiore, fundat se in eo *cap.* inquiẽs, quòd per illud *cap.* non succeditur per repræſentationem, ergò vbi non
70 eſt ſublata repræſentatio, prout in hoc Regno, in quo eſt expreſsè permiſſa vſquè ad tertium gradum per *d. Conſtitutionem, in §. filij autem fratrum*, nõ procedit eorum opinio.

Hinc modò fit, quòd si legitimus succeſsor in hoc feudo eſt ipſe Donatus Maria, & sic eſt vocatus à iure, & eſt vocatus etiam à teſtatore per inſtitutionem factam ſpecificè in hoc feudo in sui perſonam, vtiq; etiam si non eſſet in poſſeſsione, tamen debe-
71 ret immitti, ex diſpoſitione *text. in l. fin. C. de edict. Dini Hadr. toll.* quæ habet locum etiam in feudis, si teſtator ità diſponit, prout ius voluit, vt eſt in ter-

minis *decis. Afflict.* 119. & in *Const. Hac edictali num.* 7. *in fin.* Icquum *Reg. de Ponte cons.* 20. *num.* 8. *lib.* 1. & *cons.* 62. *n.* 18. *et* 19. *cod. lib.* 1. *Gar. Mastrill. ad Petr. de Greg. de success. feud. par* 4. *q.* 11. *lit. L. Thom. de Marin. tit.* 6. *vers. quæro, an ex fin. num.* 45. *fol. mihi* 91. *Intrigl. de feud. cent.* 1. *q.* 51. *num.* 143. Hæc omnia fuerùt approbata per Sacrum Consilium iunctis Consiliarijs duarum Aularum in causa Alexandri Ioannæ cum Zenobia Blasia, in qua agebatur de successione iuxta Rhodij empti a Marcello Blasio, qui decessit absq; liberis, superstitibus dicta Zenobia sorore secundogenita, & dicto Alexandro nepote ex altera sorore primogenita præmortua in vita Marcelli, & sic agebatur de feudo nouo empto *pro se, & hæredibus ex corpore*, & sic de casu sortiori quam erat ille, in feudo d. antiquo, & tamen attenta gratia reducta in *pragm.* 24. huius *tituli* fuit declaratum, successionem feudalium spectasse, & spectare ad dictum Alexandrum filium sororis primogenitæ die 21. Iunij 1625. Actuar. Carbono, vt in *decis.* mea 32.

Sed audio, Partem prætendere, hunc casum fuisse determinatum per Sac. Cons. in fauorem Marci Antonij Moles in Castro Turi, adducendo ad hoc *Allegationem videcimam Regij Consiliarij de Georgio* Domini mei, sed hoc maximum continet fallacium, nàm in illa causa Ego quoquè interueni pro Marco Antonio Moles, & est satis diuersus casus à nostra facti specie, siquidè ibi non agebatur de successione patrui, sed de successione patruelis, ex quo decesserat D. Gabriel Moles, qui possidebat Castrum Turi, superstitibus D. Thoma Moles eius fratre patruele, qui fuerat institutus hæres vniuersalis a defuncto, & Marco Antonio Moles eius patruo, & Nos defendimus Marcum Antonium patruum, & vicimus, ex quo Marcus Antonius erat patruus, & sic in
72 tertio gradu, D. Thomas verò patruelis, & sic in quarto gradu, in quo non habet locum repræsentatio inducta per *Const. Vt de successionibus d. §. filij autem fratrum*, per quam est restricta repræsentatio ad tertium gradum tantùm, & ità patet ex eadem *Allegatione num.* 11. & antè *nu.* 49. at in casu nostro secus est, quia agitur de successione patrui, & sic in tertio gradu, & cum nepote ex fratre secundogenito concurrit alius nepos ex fratre tertiogenito, in quo si non habet locum subingressio; habet tamen locum repræsentatio gradus, & primogenituræ paternæ per omnia supradicta. Cætera suppleant amplissimi Senatores ex more, &c.

Allegationes verò in fauorem Marci Antenij Moles hìc etiam imprimendas curaui, tùm quia conferunt ad hanc materiam, tùm etiam quia ex illarum lectura plenìùs constabit, quàm diuersus sit vnus ab altero casus.

RERVM SVMMA.

73 Constitutio Instrumentorum robur *habet locum etiam in testamentis.*

74 *Copia testamenti non sufficit, etiam si exemplata sit manu eiusdem qui testamentum scripsit, & nu.* 75.

76 *Apertura testamenti in scriptis condita post mortem testatoris nedùm est necessaria, sed est solemniter faciendæ coràm eisdem testibus testamentarijs, vel coràm aliis subrogatis per decretum Iudicis, adhibita causæ cognitione.*

77 *Testamentum in feudalibus factum sine assensu est ipso iure nullum.*

78 *Institutus in feudis, si tamen is sit qui est proximè succeßurus, absq; assensu est manutendus in possessione.*

79 *Patruus, qui est in tertio gradu in successione neptis an præferatur alteri nepoti, qui est patruelis defuncti, & sic in quarto gradu, num.* 87.

80 *Ordo ille in feudis seruatur, qui in alijs bonis in succedendo.*

81 *Patruus, siue admelius an præferatur consobrino.*

82 *Subingressio de iure communi feudorum non habet locum, nisi quando filius fratris concurrit cum altero fratre defuncto, quod procedit etiam de iure cõmuni Romanorum cum eo iure sit prohibita vltrà fratres, & filios fratrum.*

83 *Subingressio in feudis non datur post fratrum filios, & num.* 117.

84 *Ius Francorum cum sit speciale in Regno, non præsumitur, nisi probetur.*

85 *Patruus, & consobrinus, vel patruelis quandò fuerint admissi ad feudi successionem, & num patruus sit inclusus à Const. Vt de successionibus.*

86 *Correctio iuris communis non præsumitur, nisi expressè dicatur.*

88 *Possidens conditio melior est in pari causa.*

90 *Possessiones vtraque eadem sunt.*

91 *Actus factus tempore nocturno, nullis adhibitis luminaribus, redditur nedùm clandestinus, & furtiuus, sed omnino nullus, & inualidus.*

92 *Actus non potest dici celebratus ab Vniuersitate, si non est accersita maior pars ipsius Vniuersitatis. Possessio instrumentalis alio non existente in possessione est de iure manutenibilis.*

93 *Possessio momentanea absquè exercitio alicuius actus inuidiosi non consideratur à iure nedùm ad manutenendum, sed nec ad restituendum in possessionẽ, & num.* 107.

Prima Allegationes pro Marco Antonio Moles contra D. Thomam Moles V.I.D.

QVòd D. Thomas Moles nec in possessorio quidèm possit obtinere circà successionem Terræ Turi, quæ controuertitur inter ipsũ, & Marcum Antonium Moles per mortem D. Gabrielis vltimi possessoris, nictu oculi in promptu demonstratur. Nàm ipse totum fundamentum fecit in testamento, in quo fuit institutus hæres vniuersalis per D. Gabrielem, quod quidẽ testamentum nullum ius ei tribuere potest respectu feudalium, tàm in petitorio, quàm in possessorio.

Primò, quia testamentum ab ipso productum nec est originale, nec est reassumptum in publicam formam, prout reassumi debet vigore *Constit. Instrumentorum robur*, quam habere locũ etiam in testa-
73 mentis, voluit expressè *glossibi in verb. quæ in contra-*
74 *ctu, & Andr. ibid. in princ.* & copiam non sufficere, etiam si exemplata sit manu eiusdem, qui testamentum scripsit, voluit in materia *l. fin. C. de edict. Div. Hadrian. toll.* in specie *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. *quæst.* 74. *num.* 652. & ità in propijs terminis, me patrocinante fuit determinatum per Sacrum Consilium in aula Regij Consiliarij Salamancæ ad relationem Mag. Cur. Vic. cum interuentu Præsidis de Franchis, æternæ memoriæ, in causa Iulij, & fratrum de Morsa, Actuar. est Viliglianus. Neq;
75 his contradicit limitatio eiusdem *Menoch. ibidem num.* 653.

num.653. nàm ipſe loquitur de eo exemplo, quod eſt authenticum, & redactũ in publicam formam, dùm remiſit ſe ad *Couarr.pract.quæſt.cap.21.num.3.* qui id nuncupatim tradidit.

76 Item hoc teſtamentũ aſſeritur ſolemne, & in ſcriptis conditum, & in eo nullus apparet actus apertura, quę nedùm eſt neceſſaria poſt mortem teſtatoris, vt per *Præſ.de Franch. deciſ.*530. ſed eſt ſolẽnitèr faciendа coràm eiſdem reſtibus teſtamentarijs, vel coràm alijs ſubrogatis per decretum Iudicis, adhibita cauſæ cognitione, vt per eundem *Præſ. de Franch. deciſ.*439.

Ità vt ſublato hoc aſſerto teſtamẽto, quod eſt totum fundamentum Partis, corruit eius ædificium, *can.cùm Paulus 1.quæſt.1.*

Secundò, quia quantùmuis teſtamentum hoc eſſet ſolemnitèr productum, non tamen ex eo metiri
77 poteſt aliquod ius aduerſarius, etiam in poſſeſſorio reſpectu feudalium, quia cùm ſit factum ſine aſſenſu, eſt ipſo iure nullum, per *text.in cap.1.in princ.de ſucc.feud.* & in *Conſt.Conſtitutionem diuæ memoriæ.*

Nec opitulabitur ſibi *deciſio Affl.* 119. nàm *Afflict.ibi* atteſtatur, totũ Conſilium reſpondiſſe, quòd quandò teſtator habẽs feuda diſponit de feudis alitèr, quam ius velit, puta in feudis antiquis, in quibus viuitur iure Francorum, diſponit dimittendo feuda omnibus filijs, iſta diſpoſitio non valet, quia eſt contrà ius Francorum, ſed ſi diſponit, prout ius vult, valet diſpoſitio, idẽ tradit *Capyc.in Limperialem, car.10.*
78 *col.2. verſ.limitat tertiò*, vbi dicit, quòd ſi feudatarius inſtituit proximum ſibi ſucceſſurum, etiam ſine aſſenſu debet talitèr inſtitutus immitti in poſſeſſionem, ex *l.fin. C.de edict. Dini Hadr.toll.* in idem conueniunt *Frecc.de ſubfeud.lib.3.differ.17.inter feud.ex pacto, & hared. Anna ſingul.*535. *Reg.de Ponte conſ.* 14. *lib.2.*

Vndè cùm in caſu noſtro hic teſtator diſpoſuerit alitèr, quàm ius vult, nempè inſtituendo D. Thomaſium, qui eſt in quarto gradu vti frater patruelis defuncti, & omittendo Marcum Antonium, qui eſt in tertio gradu vti patruus eiuſdẽ defuncti, & propterea præfertur ei in ſucceſsione, vtiq; talis diſpoſitio eſt nulla, & inualida, & de ea non eſt habenda ratio.
79 Quòd autem patruus, qui eſt in tertio gradu in ſucceſsione nepotis præferatur alteri nepoti, qui eſt patruelis defuncto, & ſic in quarto gradu. patet, nedùm ex iure *Conſtit. Regni Vt de ſucceſſionibus*, quæ includit eos tantùm, qui ſunt in tertio gradu, & etiã patruum, iuxtà opinionem *Andr. in d.Conſt. in verb. idem ius*, & latiùs in *cap.1. Imperat. Lothar. in vſib. feud.* quẽ ſequutus fuit *Petr.de Montefort in d.Conſt. in verſ.quæro, an patruus*, & *Afflict.* poſt latiſsimè diſputatum articulum ad partes in *d. cap.1. num.25. circa med.* & alij apoſtillati per *Liparul.ad Andr.ibidem*, quæ opinio fuit approbata ex gratia conceſſa per Regem Catholicum in anno 1507. inter *cap.& priuileg.Neapol. fol.* mihi 50. *cap.17.* & cõfirmata per Cæſaream Maieſtatem in anno 1532. in *pragm.6. de feud.* ſecundùm nouiſsimam impreſsionem, ſed etiã de iure communi feudorum, teſte *Afflict. in cap.1. §. his verò, num.19. de gradib.ſucceſ. in feud.* vbi ait,
80 quòd in feudis ſeruatur ordo, ſicut in alijs bonis in ſuccedendo, & in alijs bonis certum eſt, quòd poſt fratres, fratrumq; filios is præfertur, qui eſt proximior in gradu, *authent.poſt fratres, C.de legit. hared.*
81 Immò quòd patruus, ſiuè auunculus præferatur cõſobrino, vt in proprijs terminis noſtris eſt *text. in l.auunculo, C.commun.de ſucceſſ.* Hoc idem tradidit *Borcholt.de feud.tit.quomodò feud.acqu.cap.7.nu.79. in fin.* poſt *Rol.conſ.67.num.13. cum ſeqq. & conſ.68. num.2.cum ſeq. vol.1.*

Nec dicat D. Thomas, quòd cùm ipſe ſit filius Annibalis, qui inter filios Franciſci primi acquiſitoris feudi erat ſecundogenitus, ſubingrediatur locum, & gradum ſecundogeniti, & quòd per hanc ſubingreſſionẽ præferri debeat Marco Antonio, qui eſt quar-
82 togenitus, nàm hæc ſubingreſsio non procedit, nec inſpecto iure communi feudorũ, nec iure communi Romanorum, ſiquidèm de iure communi feudorum non habet locum, niſi quandò filius fratris cõcurrit cum altero fratre defuncti, vt eſt *text.* particularis in *cap.1. §.bis verò, de grad. ſucceſ.in feud.* & illud idem eſt de iure Romano, vt in *§.ſi igitur, verſ. huiuſmodi verò priuilegium, in auth. de hared. ab inteſt. venient.* Imo de iure Romano eſt expreſsè prohibita ſubingreſsio vltrà fratres, & filios fratrũ, & vocãtur illi collaterales, qui ſunt gradu proximiores, vt in *§. ſi verò neq; fratres, in eodem auth.* & cùm de iure feudorum non appareat aliud ſtatutũ circà huiuſmodi ſubingreſsionem, abſq; dubio erit obſeruandum ius Romanum, etiã in materia feudali, vt eſt *text. in c.1. de feud. cognit.* & in propria materia tradidit *Borcholt.de feud.tit.quomodò feud.acquir. c.7.n.81. in fin.*
83 Et non eundo per mendicata ſuffragia, quòd in feudis non detur ſubingreſsio poſt fratrũ filios, voluit manifeſtiſsimis verbis *Andr.in d c.1. §. bis verò, verſ.ſed poſt fratres, de grad.ſucceſ. in feud.* quẽ ſequitur *Affl. ibid. nu.19.* & idẽ expreſsè voluit *Borcholt. d.cap.7.nu.84.* latè *Schurph.conſ.92.cent.1.*

Et licèt in *d.deciſ.Affl.*119. fuerit iudicatũ in fauorem filiorum ſecundogenitorũ, qui fuerunt inſtituti a patre, excluſo primogenito, hoc indè proceſsit, quia inſtitutio à patre facta de ſecundogenitis non repugnabat iuri communi feudorum, per quod ſunt admiſsi, nedũ primogenitus, ſed omnes filij, *§.omnes filij, ſi de feud.defunct.fuer.controu.* ſed repugnat tam-
84 cùm iuri Francorũ, quod eſt ius ſpeciale in Regno, & non præſumitur, niſi probetur, vt patet ex eodem *Affl.ibid.n.3.* At in caſu noſtro hæc diſpoſitio teſtatoris repugnat etiã iuri communi feudorũ, per quod certum eſt, exiſtente proximiore in gradu nõ admitti remotiorem, vt ſuperiùs pleniſsimè probaui, ergò *deciſio Affl.* retorquetur contrà aduerſarium.

Hæc omnia fortiſsimè conſolidantur ex primæua inueſtitura huius feudi iàm producta, per quam in promptu conſtat, in eo ineſſe ius Francorum, nõ autem ius Longobardorum, ſecundùm quod ius Francorum indubitatum eſt, patruũ excludere conſobrinum, ſeù patruelem à ſucceſsione cõſobrini, ſeù pa-
85 truelis, ſiquidèm, vt ſuperiùs dixi, *Conſtit.Vt de ſucceſſionibus*, quæ reſtrinxit ſucceſsionem in feudis, in quibus viuitur iure Francorum, pẽnitùs excluſit patrueles, & cõſobrinos, & cæteros omnes, qui ſunt vltrà tertium gradum; patruum tamen, qui eſt in tertio gradu non excluſit, immò incluſit, ſecundũ *And. Petr.de Montefort. & Afflict.* quos ſuperiùs adduxi, vel ſaltim quatenùs patruus non fuiſſet incluſus per illam *Conſtitutionem*, non poteſt negari, quin fuerit priùs admiſſus, quàm fuit admiſſus patruelis, & conſobrinus, ſiquidèm patruus fuit incluſus ab anno 1507. vt inter *capit. et priuileg.Neap.cap.17.fol.* milii 59. Patruelis verò, & conſobrinus nõ fuit admiſſus, niſi vſq; ad annum 1536. vt in *pragmat. 8. de feudis* ſecundùm nouiſsimam impreſsionem, quæ admiſsio non operatur effectum ſuum, niſi in defectum
86 patrui, qui eſt in tertio gradu, aliàs enim inducereтur correctio iuris communis, quod non eſt præſumendum, niſi expreſsè dicatur, *l. præcipimus, in*

fine, C. de appell.it. Quò fit, vt dùm ex ipſa inueſtitura in promptu cóſtat de qualitate iuris Francorum, per quod D. Thomas omninò excluditur ab hac ſucceſſione in concurſu patrui, dubiũ non eſt, quòd venit excludendus etiam a poſſeſſorio vigore *l. fina C. de edict. Diu. Hadr. toll.* prout in terminis terminãtibus tradidit *Andr. in 9. inter filiã. ff. de feud. defunct. fuer. contr.* quem ſequuntur *ibi Præpoſ. & Aluar.* nec non *Camerin. capyt. an agnat. q. 9. nu. 90. in fin. Gozad. conſ. 7. num. 2. & conſ. 50. num. 20. & 26. Rolan. conſ. 2. num. 38. in fin. lib. 3. & conſ. 1. num. 23. lib. 1. & conſ. 48. ſub num. 51. lib. 4.* vbi arreſtatur, in eo caſu ſic fuiſſe iudicatum, *Molin. de Hiſpan. primog. lib. 4. nu. 45. Campeg. inter conſ. feud. Brun conſ. 2. nu. 9. Port. Imol. conſ. 1. num. 65. Zuccard. in d. l. fin. nu. 466. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. nu. 381. Vuejembec. latiſſimè conſ. 93. num. 19. verſ. item quoties, vol. hic, vol. 2.*

87 Et ſecundùm hanc opinionem fuit paſſim iudicatum in ſupremis Regni Tribunalibus, nempè inter Marchionem Lauelli, & Io. Antonium de Tuſo, qui dùm eſſet ſecundogenitus, fuit inſtitutus hæres à patre in feudalibus, & nõ obſtante teſtamento fuit inueſtitus Marchio vti primogenitus, teſte *Ann. al. leg. 126. vol. 2.* Item in cauſa Beatricis Pignatellæ cũ Io. Andrea Pignatello eius nepote, & hic eſt idem caſus cum caſu noſtro, nam Io. Baptiſta Pignatellus feudatarius deceſſit ſuperſtite Beatrice Pignatella eius amita, & ſuperſtite Io. Andrea eius fratre patruele, quem inſtituit hæredem, & propterea vigore teſtamenti prætendebat, debere immitti in poſſeſſionem, ſed per binas ſententias Regiæ Cameræ fuit excluſus Io. Andreas etiam à poſſeſſorio, quantùmuis eſſet inſtitutus, & fuit immiſſa, ſeu potiùs conſeruata in poſſeſſione Beatrix, quæ tanquàm amita præferebatur, teſte *Præſ. de Franch. deciſ. 1. in princ.*

Tertiò, & vltimò, quia Marcus Antonius habet poſſeſſionem pro ſe, pacificè, & quietè captam in-
88 continenti poſt mortem D. Gabrielis, & ſi in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis, *l. 2.* vbi *gloſ.* concordantes allegat *C. de cond. ob turpem cauſam*, multò magis procedet regula in beneficium ipſius Marci Antonij, qui nè dicam parem, ſed multò meliorem, & potiorem cauſam habet, quàm D. Thomas ex prædictis, *auth. multò magis, C. de ſacroſ. eccl.*
89 Quam quidèm poſſeſſionem, non eſt dubium, quòd potuit capere Marcus Antonius, etiam propria authoritate, dùm erat legitimus ſucceſſor in feudalibus claro, & aperto iure, ad *text. in cap. Regni Ex præſumptuosè, & Affl. deciſ. 195. Ernеſt. reſp. 35. nu. 120. vol. 3. Ludou. Bell. conſ. 13. num. 6.*

Ex huic poſſeſſioni nihil refragabitur anterior allegata poſſeſſio aduerſarij, qui prætendit, cepiſſe poſſeſſionem die 10. Aprilis præſentis anni 1602. poſſeſſio verò Marci Antonij eſt die ſequenti. f. die 11. eiuſdem. Nàm ſua prætenſa poſſeſſio eſt vitioſa, &
90 clandeſtina reſpectu noſtræ poſſeſſionis, & in ea concurrunt omnia vitia conſiderata per *Iuriſconſ. in l. clàm poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ.* furtiuè enim ingreſſus eſt poſſeſſionem, ignorante eo, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, quæ omnia patent ſatis apparenter ex actis; conſtat enim, quòd ille figuratus actus ſuę poſſeſſionis factus fuit ignorante Commiſſario, qui deſtinatus fuerat per Magnam Curiam ad tradendum poſſeſſionem Marco Antonio cum ſpeciali mandato Marci Antonij pro capienda poſſeſſione pro ipſo Marco Antonio, & eodem die antè aduentum aduerſarij contulerat ſe ad prædictam Terram Turi, & fecerat mandatum Vniuerſitati, eiuſque Syndicis, & Electis pro conſignanda poſſeſſione, quorum omnium erat optimè conſcius aduerſarius, vt patet ex aſſertionibus contenta in captura ſuę poſſeſſionis, ibi *non obſtantibus pro-*
91 *viſionibus Magn. Cur. &c.* Item ille actus fuit clandeſtinus fuit celebratus, hora tertia noctis iam pulſata, nullis adhibitis luminaribus, quod nedùm reddit actum clandeſtinũ, & furtiuũ, ſed omninò nullũ, & inualidũ, ad *text. in l. 1. §. vtia lumina ff. de aqua cot.*
92 *ſpic.* Item in eo actu non fuit accerſita maior pars Vniuerſitatis, ſed pauci tantũ particulares, vix aſcẽdentes ad num. 17. & ſic non poteſt dici actus celebratus ab Vniuerſitate, ad *text. in l. quod maior, ff. ad municip. Laurent. deciſ. Anen. 128. num. 6.* Quibus ſic ſtantibus, etiam ſi in tali poſſeſſione moleſtaretur ex interuallo, non debet manuteneri, iuxtà *text. in l. 1. ff. vti poſſid. l. ing. Boccio. de interd. vti poſſid. cap. 2. num. 10.* poſt *Bart. in l. ſi duo, num. 4. verſ. ſed ſi vnus, ff. vti poſſid. Rain. conſ. 28. num. 6. lib. 4.* conſentunt tradita per *Rot. Roman. deciſ. 204.* apud *Ludouiſium.*

Præterea illa figurata poſſeſſio aduerſarij fuit inſtrumentalis tantùm, & momentanea, licèt hæc poſſeſſio alio non exiſtente in poſſeſſione ſit manutenibilis, ſecundùm *Cocein. deciſ. 325. & 358. Canaler. deciſ. 185. num. 1.* nàm ſciens ſe poſſe iuſtè repelli, ſtatim diſceſſit, nullum pẽnitùs actũ iuriſdictionis, aut alterius poſſeſſionis exercendo, cedens locum Procuratori Marci Antonij, vt caperet ſuam poſſeſſionem pacificè, & quietè abſquè vlla contradictione, quod in promptu apparet ex captura poſſeſſionis Marci Antonij, vbi nullus apparet contradictor, quòd ſi aduerſarius loco nõ ceſſiſſet, poterat vtiquè, ſi non facto, verbo ſaltim contradicere per proteſtationem
93 verbalem, quò fit, vt talis poſſeſſio momentanea abſquè exercitio alicuius actus iuriſdictionis, non ſit in conſideratione à iure, nedùm ad manutenendum, ſed nec ad reſtituendum in poſſeſſionem; doctrina eſt ſynodalis, & menti tenenda *Philipp. Franc. in cap. cùm ad decimas*, per illum *text. in 2. notab. de reſtit. ſpoliat. in ſexto*, quem ſequitur *Io. Bapt. Ferret. conſ. 2. num. 9. conſ. 21. num. 10. & conſ. 349. nu. 7. Hieron. Grat. conſ. 69. num. 13. vol. 1.* & probatur optimè in *l. arboribus, §. de illo. in fin.* ibi, *& ſeruũ nomine vſufructuarij aliquid facere, ff. de vſufr.* prout de poſſeſſione inſtrumentali tradit *Ludouiſ. deciſ. Rotæ 14. 40. 69. 138. & 168.*

Quæ omnia ceſſant pẽnitùs in poſſeſſione ipſius Marci Antonij, quæ fuit capta de die, accerſita nedũ maiori parte Vniuerſitatis, ſed tota Vniuerſitate, cõcurrente etiam exercitio omnium, & ſingulorum actuum iuriſdictionalium, de quibus producæ ſunt authenticę ſcripturę in proceſſu, & adhùc cõtinuantur; quò fit, vt ex prædictis pateat, aduerſarium eſſe excludendum, nedùm à poſſeſſorio adipiſcendæ, ſed etiam à poſſeſſorio retinendæ, & recuperandæ.

RERVM SVMMA.

94 *Nuncius deſtinatus à Iudice pro conſignanda poſſeſſione licèt non dicatur expleuiſſe officium ſuum, niſi per actum veræ, & realis poſſeſſionis, tamen ſi aduerſarius impedit poſſeſſionem, lex habet illam pro apprehenſa, & facit prohibitum verum poſſeſſorem, etiam ſi Nuncius non acceſſerit ad locum capiendæ poſſeſſionis, & num. 95.*

96 *Iuſſus mitti in poſſeſſionem ſi impediatur actualem poſſeſſionem capere, perindè habetur, ac ſi poſſideat.*

97 Com-

97 *Commissarius, vel Executor destinatus à Iudice si fuerit impeditus, & nō potuit tunc habere possessionem, & obedientiam, perindè est, ac si possessionem tunc habuisset, hinc si cum voluntate Vniuersitatis postea intrauerit in possessionem, non dicitur spoliasse, nec contrà eum datur interdictum.*

98 *Possidere qui iussus est, si ab aduersario impediatur, competit etiam interdictum retinendæ introductum à Prætore, eiq; succurritur etiam manu militari, nec exigitur, vt vi fecerit qui prohibuit, & n. 99.*

100 *Custodis appositio sola de iure sufficit ad acquirēdum possessionem.*

101 *Differentia esse debet de iure inter tradentem, & recipientem possessionem.*

102 *Possessionem sibimet consignare potest quis, vbi ratione officij gerit duplicem personam.*

103 *Possessio clandestina quæ dicatur, & quis dicatur clàm possessionem nancisci.*

104 *Clandestinitatis vitium est adeò insanabile, vt nō possit iustificari ex iustitia causæ principalis pro obtinenda possessione, cùm sufficiat, originem nanciscendæ possessionis esse vitiosam.*

105 *Possidens clandestinè, si molestatur quantùmuis ex interuallo, ei non competit interdictum retinendæ, quod intentauit.*

106 *Possessio capta contrà prohibitionem Iudicis est ipso iure nulla, & nullum producit effectum.*

108 *Possessorium retinendæ non fouet eum, qui non est in possessione tempore litis motæ.*

109 *Inuestitura licèt non transferat possessionem, tamen operatur, vt habens eam possit ingredi possessionem propria authoritate.*

110 *Possessio ciuilis absq; naturali in feudis non datur.*

111 *Possessio ciuilis tunc retinetur animo, quandò absente, & ignorante possessore alius ingreditur possessionem, sed vbi quis in præsentia possessoris ingreditur possessionem, primus possessor censetur expulsus, & desinit possidere naturaliter, & ciuiliter.*

112 *Præsentia aduersarij præsumitur, nisi probetur absentia.*

113 *Possessionem accipiens authoritate Iudicis dicitur acquirere & naturalem, & ciuilem, etiam aduersario ignorante, nec procedit* tex. in d. §. qui ad nundinas.

114 *Possidens ciuiliter non potest obtinere lite pendente aduersùs naturaliter possidentem.*

115 *Hæres, qui habet remedium adipiscendæ, possidens, si petit in ea possessione confirmari, potest repelli per exceptionem dominij incontinenti probandam.*

116 *Patruus præfertur patrueli tàm de iure ciuili, quàm etiam de iure communi feudorum, & de iure Regni.*

118 *Legitimus contradictor dicitur quis per proximitatem gradus incontinenti probatam.*

119 Tex. in l. fin. C. de edict. Diui Hadria. tollend. *non habet locum in feudis, quandò est institutus extraneus hæres.*

120 Tex. in d. l. fin. *non habet locum agnato possidente, tribus tamen concurrentibus, & n. 121.*

122 *Feudi in successione partes si sunt cōcordes in genealogia, tunc est merus articulus iuris, qui absq; termino, vel aliquo iuris ordine decidi potest.*

123 *Possessio ad legitimum successorem absq; actuali apprehensione in feudalibus an transeat.*

124 *Filium priuari feudo ob non petitam inuestituram infrà annum, & diem dicens, debet probare, esse filium, & se immiscuisse hæreditati paternæ, cùm anni, & diei tempus non currat, nisi à tempore, quo possidet.*

125 *Possidere non præsumitur petens inuestituram, cùm etiam non habens possessionem, potest, si habet ius succedendi in feudum, petere inuestituram.*

126 *Vasallus succedens in feudo veteri, ex acquisitione, est infeudatus, siuè sit successor suus, siuè extraneus, licèt opus sit apprehensione possessionis.*

127 *Filius viuo patre in feudis an intelligatur inuestitus, & possidere, & post mortem continuare possessionem,* & n. 128. & 129.

Alia Allegationes pro eodem Marco Antonio Moles contrà D. Thomam Moles.

DON Thomas Moles pro victoria huius causæ totam vim constituit in eius possessione, quam dicit, esse anteriorem possessione capta per Marcum Antonium Moles: at Ego partes Marci Antonij tuendo demonstrabo, possessionem D. Thomæ non esse anteriorem, sed posteriorem, & quatènus omninò esset anterior, de iure nullum operari effectum aduersùs possessionē Marci Antonij, quantùmuis posteriorem.

Dixi, non esse anteriorem, sed posteriorem, nàm licèt ex instrumentis productis appareat, D. Thomam cepisse possessionem die 10. Aprilis, Procuratorem verò Marci Antonij die 11. eiusdem, & sic per diem anterior prima facie videatur possessio D. Thomæ, tamen in facto est verum, quòd antè capturam possessionis D. Thomæ in eodem die 10. Aprilis peruenerat in Terram Turi, de cuius possessione agitur, Hieronymus Politus V. I. D. Commissarius destinatus per Magnam Curiam Vicariæ pro consignanda possessione illius Terræ Marco Antonio, & cum speciali mandato Marci Antonij ad capiendum possessionem pro Marco Antonio, qui iàm fecerat mandatum Vniuersitati, Syndicis, & Hominibus eiusdem Terræ Turi pro consignatione prædictæ possessionis, nec fuit deuentum eo die ad actum realis, & actualis consignationis possessionis, quia superuenit D. Thomas, & impedinit actualem possessionem, operando, quòd possessio præparata per Commissarium ad beneficium Marci Antonij consignaretur ipsi D. Thomæ, vt ex scripturis nouissimè præsentatis plenissimè constat.

Hinc modò succedunt infrascriptæ conclusiones
94 de iure. Prima, quòd licèt nuncius destinatus à Iudice pro consignanda possessione non dicatur expleuisse officium suum, nisi per actum veræ, & realis possessionis, vt voluit *Specul. lib. 3. tit. de prim. et secund. decreto, §. iàm in princ.* per *text. in l. non est mirum, in fin. de pignor. act.* Tamen quandò aduersarius impedit possessionem, lex habet illam pro apprehensa in odium impedientis, & facit prohibitum verum possessorem, *l. cùm vnus, in fi.* cum *l. seq ff. de bon. auth. iud. possid. Aretin.* pulchrè in *l. 1. in princip. num. 31. per totum, et circà fin. ff. de acquirend. possess. Ias.* optimè *ibidem, num. 96. Felin.* post *Anton. et Panorm. in cap. cùm aliquibus, nn. 5. extrà de re iud. Ruin. cons. 161. n. 16. vol. 1. Rebuff. to. 3. ad Constit. Gall. tit. de mater. possess. in præfat. n. 111.*

95 Quod procedit, etiam si nuncius non accesserit ad locum capiendæ possessionis, vt est *text.* in terminis, & *ibi Canon. in cap. contingit, extrà de dol. et contum.*

96 Hinc

96 Hinc in possessionem mitti iussus, si impediatur actualem possessionem capere, perinde habetur, ac si possideat, *Bal. in l. ob maritorum, num. 6. C. nè vxor pro marit. Rebuff. vbi supra, num. 49.* & in indiuiduo videndus est *Afflict. in dec. 302.* vbi firmat, quòd si
97 Commissarius, siuè Exequutor destinatus per Iudicem fuerit impeditus, & non potuit tunc habere possessionem, & obedientiam, perinde est, ac si possessionem tunc habuisset, allegat *Bald. in d. l. ob maritorum, et in l. si postquàm, C. vt in poss. legat.* vbi addit vnum singularius, quòd si cum voluntate Vniuersitatis intrauerit postea in possessionem, non dicitur spoliasse, & contrà eum non darur interdictũ, & hic videtur casus noster in indiuiduo.

Secunda est conclusio, quòd hoc adeò verum est,
98 vt ei, qui iustis est possidere, si ab aduersario impediatur, competat etiam interdictum retinendæ, introductum à Prætore per *titul. ff. nè vis fiat ei, qui in possess.* adeò vt ei succurrendum sit etiam manu militari, *l. 3. in princ. ff. nè vis fiat ei, Menoch de retinend. poss remed. 1. q. 2.* Nec exigitur, vt vim fecerit, qui prohibuit, prout est casus noster *l. 1. §. hæc dictio, ff. eod. Menoch. ibidem q. 10.*

99 Ex qua conclusione sequitur, quòd etiam si die sequenti idem Commissarius coadunatis hominibus armatis, vt pars conquæritur, expleuisset actum effectualis possessionis, iure licito potuit adhibere illam manum militarem, dùm antea non expleuerat actum in totum, ex traditis per *Menoch. ibid. q. 16.* & ex *Afflict. vbi supra*; adeò vt ex prædictis remanet anterior possessio Marci Antonij continuata die sequenti cum successiuis temporibus, prout in præsentiarum etiam continuatur.

100 His accedit, quòd illa destinatio Commissarij antè possessionem aduersarij saltèm habet vim appositionis Custodis, quæ sola sufficit de iure ad acquirendam possessionem, *l. quarundam*, vbi *Alex. &* reliqui, *ff. de acquir. poss. Rebuff. vbi supra n. 55.*

Nec dicat aduersarius, quòd actus celebrati per Commissarium in illa die decima non poterãt operari effectum translationis possessionis, dùm ibi nõ aderat Marcus Antonius, nec legitimus eius procurator, in cuius personam actus illi potuissent operari, & de procuratione in personam eiusdem Commissarij non esse habendam rationem, cùm de iure
101 debeat esse differentia inter tradentem, & recipientem possessionem, *l. 2. ff. de stipulat. seruor. cap. fi. extrà de instit.* quasi quòd propterea Commissarius nõ potuisset repræsentare duplicem personam. Nàm quandò quis ratione officii gerit duplicem
102 personam, prout hic Commissarius, potest sibimet consignare possessionem, vt voluit *Bart.* communitèr approbatus in *l. 1. in princ. num. 20. ff. de acq. poss.* per *tex. in l. fistulas, §. 1. ff. de contrab. empt.* & habetur benè per *Affl. dec. 301.*

Dixi secundò, etiam si esset anterior, de iure nullum operari effectum in præiudicium Marci Antonij, idq; ex pluribus constat.

Primò, quia D. Thomas tempore captę possessionis habebat nedùm suspitionem de futura controuersia sibi mouenda per Marcum Antonium, sed pleniſſimam scientiam de controuersia iàm mota, & de prouisionibus expeditis per Magnam Curiam pro consignanda possessione Marco Antonio, vt constat ex eodem fonte instrumenti suæ possessionis, dùm in eo dicitur, *non obstantibus prouisionibus expeditis ad instantiam Marci Antonij Moles.* Quò
103 fit, vt huiusmodi eius possessio sit adeò clandestina, vt ab hoc vitio clandestinitatis defendi nullo modo possit, concurrunt enim omnia considerata per *Iurisconsl. in l. etàm possidere, in princ. ff. de acquir. possess.* quæ potest dici lata ad decidendam hanc cautam in indiuiduo, dùm in ea dicitur in finalibus verbis.

Is dicitur etàm possessionem nanciscì, qui futuram controuersiam metuens, ignorante eo, quem metuit, possessionem ingreditur.

104 Et hoc vitium clandestinitatis est adeò insanabile, vt non possit mitificari ex ratione obtinendæ possessionis, hoc est, ex iustitia causæ principalis pro consequenda possessione, nàm sufficit, quòd sola ipsa origo nanciscendæ possessionis vitiosa sit, ità sunt verba formalia *text.* in eadem *l. etàm possidere, vers. non enim*, & sic non opus est disputare, an vigore testamenti nõ abolitum, non cancellatum debuerit immitti in possessionem, nec nè, nàm hæc omnia silẽt, data clandestinitate possessionis.

105 Hinc modò succedit de iure, quòd etiam si in tali possessione clandestina D. Thomas molestaretur à Marco Antonio quantùmuis ex interuallo, vtiq; nõ competit D. Thomę interdictũ retinendæ, quod intentauit, *Bar. in l. si duo, nu. 4. vers. sed si unus, ff. vti possid. Ruin. cons. 28. n. 6. lib. 4. Virg. Bocc. ac. de interdict. vti possid. c. 2. n. 105.* per *tex. in l. 1. §. fi. ff. vti possid.*

106 Secundò, quia aderat prohibitio Iudicis facta ad instantiam eiusdem D. Thomæ nè possessio prædicta alicui consignaretur, vt ex decreto nouissimè præsentato apparet, & sic eius subsequens possessio vti cępta contrà prohibitionem Iudicis est ipso iure nulla, & nullum producit effectum, ad *tex. in l. insti è possidet, ff. de acq poss.*

107 Tertiò, quia est possessio instrumentalis tantùm abíq; sequela alicuius actus possessiui, aut iurisdictionalis, & propterea non est considerata à iure, nec ad manutenendum, nec ad restituendum in possessionẽ, iuxtà doctrinam notabilem *Philipp. Franch.* quam retulimus supra in prioribus allegationibus sub *n. 93.*

Hæc omnia, & singula de per se satis, superq; sufficiunt, ni fallor, ad probandum, possessionem allegatam per D. Thomam esse posteriorem, vitiosam, & inualidam, & quòd propterea nullum iuris effectum operari possit contrà Marcum Antonium Moles, qui habet suam possessionem anteriorem, iustam, & legitimam, & in ea actualitèr repetitur.

Dato tamen, & non concesso, quòd possessio D. Thomæ esset anterior, & legitima, adhùc tamen demonstralbo, quòd in hoc iudicio retinendæ, de quo agimus, ipse nullo modo obtinere potest, nàm in facto certum est, quòd tempore litis motę nõ erat in possessione ipse D. Thomas, sed Marcus Antonius, qui semper continuauit, & modò continuat
108 eius possessionem, & possessorium retinendæ nõ fouet eum, qui non est in possessione tempore litis motæ, *l. 1 ff. vti possid.*

Nec dicat D. Thomas, quòd Marcus Antonius possidet per vim, dùm manu armata ingressus fuit possessionem, & quòd ipse, licèt propterea desierit possidere naturalitèr, possidet tamen ciuilitèr, & sola ciuilis sufficit ad obtinendum in possessorio retinendæ. Nàm facilis est responsio, etiam secundùm eius lecturam.

Dico igitur primò, quòd estò millies, quòd Marcus Antonius ingressus fuerit cum magna vi possessionem Turi, & q̃ id facere ei non licuisset, prout licuisse probaui in prȩcedẽtibus, cũ habeat ordinem

Iudi-

Iudicis, & prouisiones Mag. Cur. quarum vigore cœpit possessionem, adhùc etiam absq; ordine Iu-
109 dicis poterat propria authoritate capere possessionem, quia ipse habebat inuestituram pro te, quæ licèt non transferat possessionem, tamen operatur, vt qui habet inuestituram, possit ingredi possessionem propria authoritate, doctrina est singularis *Innoc. in cap. ex literis, in vltimis verbis, de consuetud.* Ex hoc facto secundùm lecturam Partis, non potest Pars negare, quin ipse ēt anterior possessor amiserit possessionem, *Cum. & Alex. in l. quod meo, §. si ff. de acq. poss. Ruin. d. cons. 28. num. 10. circà fi. vers. quinimmo, lib. 4.*

Et quànuis Marcus Antonius vti per vim ingressus possit dici possidere iniustè, & vi ab aduersario, tamen dùm ipse est conuentus ab eodem aduersario, debet absolui, quia agenti hoc interdicto, qui non possidet tempore litis motæ, nō competit hoc remedium, ità in specie tradit *Ruin. d. cons. 28. nu. 6. in fi. lib. 4.* per *tex. in §. hodiè, Inst. de interdict. l. 1. § hoc interdictum. ff. vti possid. Bar.* clarè in *l. 1. col. 2. versic. modò venio ad glo. C. vndè vi.*

110 Neq; aliegata ciuilis possessio sibi quicquàm prodest, nàm nos sumus in feudis, in quibus non datur ciuilis possessio absq; naturali, & propterea in eis non habet locum *tex. in §. qui ad nundinas l. ciàm possidere, ff. de acq poss.* prout expressim tradidit *Affict. in prælud. ad Constit. Regni, quæst. 23. nu. 3.* & latè comprobat *Bolognet.* post cæteros *Scribentes in l. 3. § ex contrario, n. 86. ver. tertiò colligitur*, vsq; ad *n. 89. ff. de acq. poss.*

Prætereà etiam si essemus in burgensaticis, adhùc
111 cessat ciuilis possessio in persona D. Thomæ; nàm tunc retinetur animo ciuilis possessio; quandò absente, & ignorante possessore alius ingreditur possessionem rei, quæ ab alio possidebatur, & ità procedit *text. in §. qui ad nundinas*, sed quandò alius in præsentia possessoris ingreditur possessionem, ille primus possessor censetur expulsus, & desinit possidere, nedùm naturalitèr, sed etiam ciuilitèr, ità expressè tradidit *Soc. sen. cons. 15. nu. 5. vers. ad probandum autem, lib. 4.* & probatur apertè in *l. sed si nolit*, quæ sequitur immediatè post *§. qui ad nundinas. ff. de acq. poss.* & *ibi glos.* declarat, immò *Soc. ibidem* subdit vnum, quod est indiuiduum casus nostri, quòd præ-
112 sentia aduersarij præsumitur, nisi probetur absentia, vt decidit *Bart.* quem sequitur *Imol. in l. is potest, ff. de acq. hæred.* quæ præsentia aduersarij tantò magis præsumitur in casu nostro, in quo est certum, ipsum D. Thomam fuisse præsentem die præcedenti ex actu suæ prætensæ possessionis.

113 His accedit, quòd Marcus Antonius cœpit possessionem authoritate Iudicis, & sic acquisiuit naturalem, & ciuilem possessionem, etiam aduersario ignorante, nec tali casu procedit *text. in §. qui ad nūdinas*, ità est casus in *l. qui vniuersas, §. 1.* vbi notat *Bart. ff. de acquirend. possess. Roman. in dict. §. qui ad nundinas, Iaf. ibid. num. 20. & Soc. sen. d. cons. 15. nu. 6.* Ità vt omninò cesset ciuilis possessio pēnès D. Thomam.

Secundò dico, quòd etiam si haberet ciuilem, neqtaquàm potest obtinere, nàm aut Pars prætendit per hoc interdictum obtinere in possessorio ordinario, & tunc opus est termino, & iudicio ordinario, & sic non est præsentis speculationis, sed compilato processu discutientur intra vtriusq; Partis, aut prætendit obtinere in possessorio summariissimo, nempè lite pendente, & tunc certum est, ei nō competere, etiam si haberet ciuilem possessionem, ac si essemus in burgensaticis, quia ciuilitèr possidens
114 non potest obtinere lite pendente aduersùs naturalitèr possidentem, vt post *Guid. Pap. Ioa. Fab. Masuer. & Rebuff.* tradit *Couarr. practic. quæst. cap. 17. num. 5.* & sequitur *Menoch. de retin. poss. remed. vlt. n. 17.*

Nec dicat, quòd etiam si nec naturalem, nec ciuilem possessionem habeat, saltem debet obtinere ex remedio *l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. toll.* quod habet locum etiam in feudalibus; Nàm ipse non intentauit hoc remedium, quod est interdictum adipiscendæ, sed interdictum retinendæ tantùm, dùm in prima supplicatione perijt, confirmari in possessione,
115 & in secunda, conseruari, & de iure, si hæres, qui habet remedium adipiscendæ, possidet, & petit in ea possessione confirmari, potest repelli per exceptionem dominij, incontinenti probandam, vt voluit in terminis *Rub. Alex. in repet. §. nihil commune, in l. naturaliter. ff. de acquir. poss. num. 184. in fin.* & sequitur *Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 684. Vuesembec. cons. 1. num. 61. vers. at quandò notoriè, lib. 1. Milan. decis. Sicil. 3. num. 141 par. 1.* Ergò multò fortius repelletur D. Thomas in casu nostro, vbi est opposita exceptio dominij, incontinenti iàm probata ex scripturis præsentatis, non autèm probanda.

Constat enim manifestè, Marcum Antonium vti patruum D. Gabrielis vltimi defuncti, & sic in ter-
116 tio gradu esse proximiorem D. Thomæ, qui est frater patruelis, & sic in quarto gradu, & patruus præfertur patruelis, nedùm de iure ciuili, vt est *text.* expressus in *l. auunculo, C. comm. de success. & in auth. post fratres, C. de legit. hæred.* sed etiam de iure communi feudorum, per quod seruatur idem ordo in succedendo, prout de iure ciuili, *Affl. dec. in cap. 1. §. bis verò, num. 19. de gradib. succes. in feud. Rol. cons. 67. num. 13. cum seqq. & cons. 68. nu. 2. cum seq. volum. 1. Borcholt. de feud. tit. quom. feud. acquir. cap. 7. num. 79. in fi.* Immò sic etiam de iure Regni, quia per *Constit. Vt de successionibus* frater patruelis, & alij vltrà tertium gradum erant excluſi; patruus verò tanquàm comprehensus in tertio gradu erat inclusus, secundùm opinionem *Andr. in d. Const. Vt de successionibus, in verb. idem ius*, & latiùs in *cap. 1. Imperat. Lothar. in vsib. feud.* quem sequutus fuit *Petr. de Montefort. in dict. Constit. Vt de successionibus, vers. quæro, an patruus, & Affict.* post disputatum articulum ad partes in *dict. cap. 1. Imper. Lothar. num. 25. cited mod.* & alij apostillati per *Lipar. ad Isern. ibidem*, quę opinio demùm fuit confirmata per legem Regis Catholici in parlamento generali celebrato in anno 1507. inter *capit. & priuileg. Neapol. fol.* mihi 50. *cap.* 17. Quod adeò explicitum est, vt patruelis ad
117 exclusionem patrui, nec etiam beneficio subingressionis vti possit, quia vltrà fratrum filios non datur subingressio, etiam in feudis, vt manifestissimis verbis aperit *Andr. in cap. 1. §. bis verò, vers. sed post fratres, de grad. succ. in feud.* sequutus ab *Affl. Et. ibidem, num. 19. Borcholt. de feud. tit. quom. feud. acq. c. 7. n. 84.*

Immò quatènus expressè intentasset remedium *d. l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. toll.* liquidò constat, illud sibi non competere, stante possessione iàm capta
118 per Marcum Antonium agnatum proximiorem, tùm quia Marcus Antonius per proximitatem gradus incontinenti probatam dicitur legitimus contradictor, & impedit possessionem in personam D. Thomæ hæredis instituti, sed incapacis, iuxtà communem opinionem *Doctorum*, saltèm Regnicolarum,

ium,prout voluit in specie *Andr.in §.Inter filiam, si de feud.def fuer. contr.* vbi *Crapos. & Aluar.* & sequitur *Camer.in cap.1.an agnat.quæst.9.num.90.in fi.*latè *Milan.decis.Sicil.3.num.145.in 1.part.* & di-
119 spositio *text.in l fi.* non habet locum in feudis, quandò est institutus extraneus hæres,*Thomas de Marin.tit.6.vers.quæro,an lex finalis, num.35.f.*mihi 95. pulchrè *Intrigl.de feud quæst.§1.nu.143. & seqq.* centur.1.*Afflict.in Constitut.Hac edictali,num.7.in fi.*
120 Tùm etiam,quia Marcus Antonius iàm possidet, & agnato possidente non procedit dispositio *text.* & agnato possidente non procedit dispositio *text. in d.l.fi.*in feudalibus,vt voluit *Dec.in cons.§17.nu.8. Gozad. cons.7.num.3. & cons.50.num.26. Mandell. cons.78.num.18.*iterùm *Dec.cons 84.& cons.218.colum.1.*vbi aiserit communem, *& cons.224.& 467. Angel.cons.145.in fi.Neuiz. cons.79.nu.9.& cons.80.*
121 *Rol.cons.1.nu.71. vol.1.* vbi hanc opinionem omninò veram esse affirmat, tribus concurrentibus; Primùm, quòd agnatus sit in possessione. Secundum, quòd bona fide possideat. Tertium,quòd incontinenti doceat de iure suo, quæ singula concurrunt in casu nostro pro Marco Antonio. His addo nunc *Milanens. in d. decis.3. num* 147. qui *num.*149. subdit, hanc opinionem tantò magis procedere,
122 quandò Partes sunt concordes in genealogia,nàm tunc quæstio est meri iuris,& est merus articulus iuris,qui libris apertis,& absq; termino,aut aliquo iuris ordine decidi potest,& solùm ipsa merita sùt cognoscenda,ità *Bruu. cons.19. & Aym. in Consuetud. Aluer.tit.44 fol.44.*quos *ibi* citat, & alij, quos refert paulò inferiùs *num.*156. quæ similitèr concurrunt in casu nostro,vbi Partes sunt concordes in genealogia,& ex genealogia constat, Marcum Antonium esse patruum D. Gabrielis defuncti, D. Thomam verò fratrem patruelem, & sic omni iure D. Thomas remanet exclusus,etiam à possessorio,tàm ordinario, quàm summarissimo.

Ex quibus fuit conseruatus in possessione feudi Marcus Antonius per decretum interpositum in vna aula sub die 4.Iunij 1602. Quod postèà ad reclamationem interpositam per D. Thomasium fuit confirmatum,iunctis Consiliarijs duarum Aularum die 14.Martij 1603.vt in *decis.1.S.C.*de collectis per *Reg.Tap.*nouissimè impressis.

Et quia in præcedenti causa inter prædictos Moles magna vis constituta fuit in actuali possessione, & illius anterioritatè, aut posterioritate,nè miseris si in beneficium Marci Antonij,vti legitimi successoris in eo feudo non fuit considerata illa conclusio,
123 quòd in feudalibus transit possessio ad legitimum successorem,absq; actuali apprehensione,iuxtà doctrinam *Bal.in l.cùm antiquioribus, num.*11. *vers.decimò sic, C.de iur. delib.* quem sequutus est *Ias.in l. quotiès, num.*32. *C.de rei vendic.* & alij,quos citat *Intrigl.decis.*35.*num.*7. nàm hæc conclusio sic intellecta falsa est, & debet intelligi, prout loquuntur infrascripti *Doctores*, quos referre volui per eorum formalia verba, nè hic error vlteriùs irrepat in futurum.

*Bald.in cap.1.in fi. de capit.Corrad.*ait, *quòd is qui*
124 *dicit, filium priuari feudo ob non petitam inuestituram infrà annum, & diem,debet probare,quòd filius immiscuit se hæreditati paternæ,et sic requiritur actus possessiuus corporeus, & positiuus, l.filius,ff.de acquir. hæred.*

Affl.in eod.cap.1.de capit.Corrad. post *num.*8. ait hæc verba, *concludit ergò Andr. quòd non possidenti non currit tempus anni,& diei,nisi à tempore,quo possidet,*deindè subdit.

Ex ex his patet, quòd ille, qui petit inuestituram infrà annum,& diem,antè ipsam inuestituram,& antè fidelitatem potest possidere feudum, non tamen præ-
125 *sumitur possidere ille, qui petit inuestituram,quia etiam non habens possessionem,potest, si habet ius succedendi in feudum, petere inuestituram, licèt sibi non sit limitatum tempus,donec non possidet,quod est mèri tenendum,* vt *Affl.ibi.*

*Io.Raynaud.in l.Imperialem, §.præterea si quis infeudatus,num.*5.*in fin.fol.*mihi 78. ait ità, *Aut agitur*
126 *de feudo veteri, & tunc vasallus succedens in feudo iàm ex acquisitione est infeudatus, hoc est,ius feudi est sibi acquisitum,siuè loquamur in successore suo, de quo non est dubium l.in suis ff.de lib.& posth siuè in extraneo,licèt opus sit apprehensione possessionis, l.cùm hæredes,in princ.ff.de acq. poss.*

*Tiraquell.in tract. le mort saisit, in 1.part.in 4.declar.*post relatam opinionem *Bal. in l. cùm antiquorioribus,C.de iur.delib.* qui ex notatis per *glos. in cap fi.*
127 *de feud cognit.* dixit, quòd in feudis filius viuo patre intelligitur inuestitus, & possidere,& post mortem continuatur possessio, tandèm *num.*3. subdit hæc verba. *Sed attende lector amantissime, nè fortè decipiaris,nàm ea glos.in d.cap.1.de feud.cognit.quam Bal & cæteri pro huius opinionis authore citant, nihil omninò loquitur de possessione, sed solùm simpliciter de feudi acquisitione, tanquàm,scilicèt id haud dubiè intelligat dominium feudi ipso iure quæri filio vasalli, quod quidèm non concludit et possessionem quoquè eidem quæri ipso iure, neq; enim si dominium quæritur ipso iure, ac recta via transit in hæredem,vel legatarium,vt certè transit, continuò sequitur possessionem in eum rectò transire,vt patet ex l omnium,C.de testamentis, l.vlt.C.de edict.Diu.Hadr.toll. & l cùm hæredes,in princ.ff.de acq poss. Nàm & id generale est in cæteris omnibus, quibus dominium transit ipso iure, & propterea non transit possessio*, ad quod plures quotas allegat,& deindè *num.*4. adducit quamplurimos ad probandum, vt nec in feudis transeat possessio in filium, aut alium hæredem,sed opus esse apprehensione possessionis, & signanter *Masner.tit. de feud.§.item successor singularis,& §.seq. Iacobin. in verbis quòd ipsi inuestiti,col.vlt.vers.item quero, nũquid mortuo,Ias.in l.si sorori,col.2.vers.tertiò limita,C.de iur.delib.Zas.cons.10.col.4.vers.nunc ad tertiũ dubium,*vbi latissimè,*Curt.Iun.cons.*108.*nu.*23. Affl. in d.cap.1.§.sciendum,de feud.cognit.vers.sed quod dictum est,*& iterùm *col.vlt.vers.sed an in filium,Paris. cons.1.n.160. vol.1.*

128 Præterèà quatènus dicta opinio attendatur, vt scilicèt in feudalibus possessio continuetur in hæredes,illa procedit in hæredibus suis, scilicèt descèdentibus, qui etiam viuente patre possident, & in quos ius patris propter fictionem identitatis facilius continuatur, *d.l.in suis*, secùs autem in collateralibus,prout declarat *Hier.Schurf.cons.*27.*n.*8.*cẽt.*1. *Vuesembec.cõs.*41 *n.*33.vterq; damnatæ memoriæ.

129 Immò,quòd nec etiam in suis talis possessio trãseat absq; possessione, satis apertè declarat *Aluar. Valas.consult.*126. & quòd nec etiam in filiũ primogenitum transeat possessio absq; reali apprehensione,tradit *Petr.de Greg.de concess.feud.p.*4 *q.*11.*n.*20. *in fi.&* 21.& *Andr.in c.seiendum,n.*6.*de feud.cogn.*& clariùs *in l Imperialem, §.insuper.n.*60.*vers.sed si post mortem patris* ait, quòd possessio feudi non transit in successorem,siuè filium,siuè fratrem, nisi apprehẽdatur,quia possessio facti est,latiùs affirmat *Cald. de iur.emph.lib.*1.*q.*10.*n.*11.

ADDI-

ADDITIO.

ALocus iſte occaſionem præbet dicendi rem planè nobilem, ac curioſam, hoc eſt, quòd dùm *Petrus Iordanus Vrſinus* Regiam Cancellariam Regens, ac S.C. Præſes, vir (prætèr ſummam integritatem) doctiſsimus, & acutiſsimi ingenij *de ſucceſſione feudorum* ſcriberet, anceps erat in illo iuris articulo. An inter filios fratrum, vel ſororum inter ſe de ſucceſsione patrui contendentes ſit repræſentationi locus, vel, quod idem eſt, An filij fratrum, aut ſororũ ſoli inter ſe de ſucceſsione cõtendentes, ſuccedant patruo, amitę, materterę, vel auunculo, in ſtirpes, vel in capita, & ſic an in feudis etiam habeat locum repræſentatio. De vtroq; conſuluit *Dominum Regentem* ſequenti Epiſtola, eius propria manu ſcripta. Cui cùm repentè poſt iocoſa quædam verba reſpõdiſſet, propoſitæ quæſtionis nodum neruosè, ac magiſtraliter reſoluendo, illius iudicium, ac doctrinam doctiſsimus, itemq; eruditiſsimus *Præſes* mirum in modum laudauit, approbauit, *Dominumq; Regentem* ſummis laudibus extulit, ibi. *Ad te enim velut ad rerum S.C. Theſaurum confugio*, & ibi *Vale mi Scipio, noſtræ ætatis decus*, prout ex *reſponſo* eiuſdem *Domini Præſidis* manu exarato, videre licet, quod vnà cum *Epiſtola*, ſeù *Viglietto* (vt vulgò dicunt) ac ſcriptis *Domini Regentis* imprimendum curaui. Nihilominùs cùm ſupradictam quæſtionem deindè *Dominus Præſes* tractaſſet in *tractat. de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 6. art. vnico*, neglecta opinione *Domini Regentis* contrariam ſententiam fuit ſequutus, vt *n. 11. cum ſeq.*

Tu verò, Domine Lector, hæc attentè, precor, legas, & vtra opinio ſit verior, & amplectenda, dijudica, ac ſummo Deo pro animabus vtriuſq; preces funde, & Vale. Neapoli die 16. Februarij 1648.

Io. Laganar.

A Scipion Rouito del Conſejo de Su Mageſtad en el de Capuana, y Preſidente de la Regia Camera de la Summaria, que Dios guarde.

ILlud, mi Scipio charisſime, ex te nunc ſcire cupio circà gloſam in auth. ceſſante, *vbi filij fratrum inter ſe. & non cum patruo, de alterius patrui hæreditate contendunt, vtram opinionem rerum iudicatarum probauit vſus, an* Azonis *in capita, an* Accurſij *in ſtirpes filios fratrum ſuccedere putantis. Quod quanquàm in bonis burgenſaticis iubar diſcere, multò magis in feudis, vtputà ſi filius ſororis cum filia fratris de feudo contendant, vel filius fratris maioris minor cum filio fratris minoris maiori litem gerat de feudo, vbi viuitur iure Francorum. Reſcribe mi amantiſsime Scipio, ad te enim velut ad rerum S.C. Theſaurum confugio. Vale.*

P. Iordan Vrſino.

QVid eſt hoc? quid eſt hoc? Domine mi, Præceptor mi? Fons perennis ab areſcente riuulo aquam petit, Sol rutilans à lucernula pęnè extincta facè expoſcit. Iterùm dico, Quid eſt hoc? quid eſt hoc? Sed nũc recordor, munus ſolertiſsimi Præceptoris in eo verſari, vt quãdoq; per huiuſmodi titillationes Tyrũculos prouocare ſtudeant, vt audaciores ad arenam deſcendant. Quicquid tamen ſit, meum eſt tua tantùm iuſſa capeſſere, quò fit, vt libentèr proferam quod ſentio in vtroq; quæſito.

Primum eſt, cuius opinio vſu forenſi frequentiori ſit recepta in illa famigerata controuerſia de ſucceſsione filiorum duorum fratrum, vtrum *Azonis*, qui admiſit illam in capita, an *Accurſij*, qui admiſit eam in ſtirpes in *auth. ceſſante, C. de legit. hæred.*?

Alterum verò, an filius maſculus ſororis feudatarij defuncti ſine liberis præferatur filiæ fœminæ fratris eiuſdem defuncti in ſucceſsione feudi, & attẽto eodẽ themate. An filius fratris maioris natu minor, præferatur filio fratris minoris, dũ eſt natu maior?

Quòd primum breuibus me expediam, quippè qui hanc quæſtionem latiſsimè diſputaui in *conſil.* meo 23. *volum.* 1. vbi defendi opinionem *Azonis*, referendo omnes, qui pro, & contrà ſcripſerunt, & pro opinione *Azonis* cumulaui 94. Authores Claſſicos, inter quos ſunt tres Deciſionantes, *Farinac. Pappon. & Ant. Fab.* qui hanc deciſionem *ibi* relatam iterùm confirmat in ſuo *Cod. Fabr. lib. 6. tit. 31. de legit. hæred defin. 1.* & ſecundùm eam obtinui iunctis Conſiliarijs duarum aularum.

Nunc addo *Reg. Riber. in reſp. pro ſucceſſione Regni Portugall. n. 58. cum ſeqq.*

Gratian. diſcept. forenſ. 709. n. 30. cum ſeqq. vbi refert plures deciſiones Rotæ Romanæ.

Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 32.

Quòd verò ad ſecundum aliquantulùm immorabor, ſiquidèm in ſucceſsione feudorum plura conſiderantur, nempè linea, gradus, ſexus, & ætas, linea conſideratur ſi ſit deſcendens, vel collateralis, & deſcendens ſemper, & vbiq; & omni iure præfertur collaterali in *Conſt. Vt de ſucceſſionibus*, & deficiente linea deſcendenti intrat collateralis, per eandem *Conſt. in verſ. ex collaterali.*

In qua primo loco conſideratur gradus, quia proximior in gradu prefertur remotiori, *Intrigl. de feud. art. 43. cent. 2.* poſt *Gregor. de cõceſſ. feud. p. 4. q. 4.*

In paritate verò plurium eiuſdem lineæ, & gradus conſideratur ſexus, quia maſculus excludit fœminam, *Intrigl. ibid. art. 40.* & 41.

Et inter plures eiuſdem ſexus conſideratur ætas, quia maior natu præfertur minori, attenta illa clauſula iuris Francorum, videlicèt, *ſexus, & ætatis prærogatiua ſeruata, Intrigl. ibid. art. 39.*

Hæ ſunt maximæ indubitatæ, quæ nullam vnquã admiſerunt diſputationem, quandò concurrunt plures perſonæ eiuſdem gradus, & lineæ, non autèm diuerſæ, vt aduertit *Gregor d. q. 4. n. 19.* & 20.

Quæſtio nunc eſt; Nùm hæc prærogatiua ſexus, & ætatis vendicet ſibi locum inter ſucceſſores exiſtentes in æquali gradu, ſed diuerſæ lineæ, vtputà quia deceſsit feudatarius, ſuperſtite filio maſculo ex ſorore, & filia fœmina ex fratre prædefuncto, & ſic intrat linea ſororis, & linea fratris, & ambo ſunt in æquali gradu cum defuncto. An filius maſculus ex ſorore preferatur ratione ſexus filiæ fœminæ ex fratre, vel è contrà filia fœmina ex fratre mare repræſentando ſexum patris preferatur ratione ſexus paterni? filio ſororis. Item quia deceſsit ſuperſtite filio fratris maioris, qui eſt natu, & ætate minor reſpectu

ſpectu filij alterius fratris minoris, qui reperitur ætate maior, & ſic filius fratris maioris eſt minor ætate filio fratris minoris, qui reperitur maior, an hic nepos ætate maior ex fratre minore præferatur nepoti minori ex fratre maiori? attenta maioritate ex propria perſona, vel potiùs præferatur alter, attenta maioritate paterna?

Quæ quidèm quæſtio vti continet duo capita, ità vt clariorem recipiat reſolutionem, eſt ſeparanda in primo capite a ſecundo.

Quandoquidèm reſolutio primi capitis dependet ab alio iuris articulo. An ſcilicèt in ſtatutis excludẽtibus fœminas propter maſculos, filia fœmina procreata ex filio, ſeù fratre maſculo repræſentet ſexum, locum, & gradum paternum, nec nè? Nàm ſi talis repræſentatio habebit locum, vtiq; res eſt abſoluta pro fœmina repræſentante patrem maſculũ.

Hunc articulum Ego diffuſiſsimè examinaui in alio meo *conſil.64.volum.1.* vbi fundaui opinionem pro filia ex fratre maſculo, concurrente cum alijs fratribus in ſucceſsione paterna, & obtinui, vt ſuccederet pro integra portione, ac ſi eſſet ſuperſtes eius pater, addo nunc *Molfeſ.in Conſuetud.Neapol. part.4.de ſucceſſ.ab inteſtat.quæſt.27.num.28.* & licèt ille caſus acciderit in ſucceſsione burgẽſaticorum, tamen rationes *ibi* ponderatæ vendicant ſibi locum etiam in ſucceſsione feudalium.

Nunc addo, quia non ſolùm pro fœmina ex fratre mortuo concurrit illa tranſiuſio ſexus maſculini in filiam à *Doctoribus ibi* per me adductis conſiderata, & ſignanter à *Paul.Caſtr.* in illo ſolemniſsimo *conſil. 164.volum.2.* Sed etiam, quia contrà filium maſculum ex ſorore conſideratur illud iuris axioma omnibus obuiam, quòd quantum pertinet ad ſucceſſionem, & aliorum excluſionem non eſt cenſendus maſculus, qui ex fœmina natus eſt, attenta radice infecta, vt per *Tiraquel.de iur.primog.cap.13.num.6.* & infinitos alios cumulatos per *Intr.gl. de feud.cent. 2.art.51.n.16. Seſe dec.Arag.309.vol.3.*

Hæc concluſio in feudalibus manifeſtè depromitur ex *Conſtit.Vt de ſucceſſionibus, verſ.filij autèm fratrum*, vbi diſponitur ad literam, quòd filij fratrũ in ſucceſsione feudalium habeant idem ius, quod eorum pater haberet, ſi viueret, ſed certum eſt, quòd ſi pater huius filiæ viueret, tanquàm maſculus excluderet ſororem etiam natu maiorem per *Conſt. In aliquibus*, ergò ſimilitèr & eius filia, nàm licèt verba *Conſt.* ſint concepta per ſenſum maſculinum, vt in *dicti.verſ.filij autèm fratrum*, tamen comprehẽdunt etiam fœminas, vt primus omnium aduertit *Andr.in dicti.Conſtit.in verb.filij autèm fratrum, verſ. idem dicendum eſt, & ibid.Afflict.in 1.q.n.* . . & pro abſoluto admiſit *Præſ.de Franch. dec.73.n.13.14.*

Et propterea hic caſus remanſit indubitatus, ità vt licèt multoties acciderit, quòd poſt mortem feudatarij ſupereſſent maſculus ex ſorore, & fœmina ex fratre, nemo tamen auſus fuerit in controuerſiam deducere liberam ſucceſsionem filiæ ſuperſtitis ex fratre maſculo.

Reſolutio verò ſecundi capitis dependet ab altero iuris articulo. An ius primogenituræ, ſeù maioris ætatis tranſmittatur ad filium, ità vt illud ſemper metiri poſsit ex perſona patris, quantùmuis deficiat in perſona propria ipſius filij, in quo quidèm articulo licèt Nouiſsimi aliqui ſubtilis ingenij voluerint philoſophari, veritas eſt, quòd illud ius primogenituræ quandocunq; deceſſerit pater, etiam antè mortem illius, de cuius ſucceſsione agitur, remanet tranſiuſum ad filium, ità vt ab eo, & cæteris deſcendentibus ſeparari nullo modo poſsit, quod ſolidiſsimè fundatur, nedùm ex verbis eiuſdem *Conſtitut.* vt ſuprà ponderatis, quæ proculdubio includunt ius formatum in patre, tàm reſpectu ſexus, quàm reſpectu ætatis, ſed etiam ex illis pulcherrimis verbis prolatis ab *Oldr.id.conſ.224.num.38.* dùm ait, quòd ius primogenituræ non dependet a lege, nec ab ipſomet patre, ſed à Deo, & ab ipſa natura, & acquiritur in ipſo ortu, ſtatim atq; filius peruenit ad lucem, illudq; eadem natura operante tranſit ad filium, ſola filiatione attenta, ſequitur *Paul.d.conſ. 264.num.4.& 5.verſ.ad ſecundum*, vbi ait, quòd primogenitus naſcendo vendicauit ius primogenituræ pro ſe, & pro ſuis poſteris, qui eſt qualitas habens actum inſtantaneum, & acquiritur in momẽto cum naſcitur, & *Bald.in l.cùm antiquioribus.num.mihi 18. verſ.nonò quæro, C.de iur.delib.* iuris concinnè inquit, quòd primogenitus naſcendo ſtatum excluſit ſecũdogenitum, & idcò dùm aliquis ſupereſt ex linea primogenita, nec ſecundogenitus, nec alius de linea ſecundogeniti ad primogenituram admittẽdus eſt, cuius dictum ad ſydera extollit *Molin. de iur.primogen lib.3.cap.6.poſt num.30.* & idem *Bald ibid. nu.18. verſ.porrò illa eſt*, notabilitèr ait, quòd hæc trãſmiſſio iuris primogenituræ eſt neceſſaria, in qua non conſiderantur iura conſenſus, ſed iura naturæ, vndè licèt filius viuo patre ex aliquo ſuo conſenſu nõ potuiſſet iura patris ſui ſibi vendicare, tamen ius neceſſarium primogenituræ tranſmittit, quia iura naturalia ſunt inſeparabilia, & impoſsibile eſt non habere, quod natura infixit, *Lins agnationis, ff.de pact.*

Alia plura cumulat ad hoc propoſitum *Reg. de Pont.lect.feud.12.n.18 cum ſeqq.vſq; ad fi.* & ſignanter *n.42.& 44.* & vt verum ingenuè fatear, Ego non recolor vidiſſe, audiuiſſe, aut legiſſe hunc articulum in iudicium deductum, poſtquàm in Regno fuit recepta illa opinio, quòd nepos ex filio primogenito excludat patruum ſecundogenitum, de qua plena ſunt volumina.

Hæc ſunt Domine. & Præceptor mi humaniſsime, quæ ex meo exiguo Marſupio ſic repentè excerpere potui, tantùm abeſt ab illo Theſauro, quem tua humanitate mihi tribuis. Accipe libentèr, & ſi plura deſideras, recurram ad veſtrum ius Hiſpanum in *l.40.Tauri*, vbi *DD.* inferũt etiam ad ſucceſſionem feudorum; inter quos *Ludou.Velezq de Auend.gl.2. n.45.* Vale diù felix, meq; vt ſoles ama.

Scipio Rouitus.

MI Scipio doctiſsime, mihiq; charisſime tua ſcripta legi, relegi, & probaui, & te teſtante in ſpeciebus à me propoſitis, nùm filij fratrum inter ſe ſuccedentes patruo in feudalibus ſuccedãt per repræſentationem, nec nè, vtputà ſi filia fratris cum filio ſororis contendat, vel filius fratris maioris minor cum filio fratris minoris maiori litem gerat, non eſſe hos caſus deciſos, maximè gauiſus ſum. Quanquàm enim idem iuris etiam in eis puto & ſemper putaui, quod tu, & ex obſeruatione lineæ, et maximè ex text.in verſ.filii autem fratrum, qui adeſt expreſſus, et iàm Ego annotaueram, tamen lætatus ſum, quòd id non eſt deciſum, nè mea negligentia notari poſſe videatur. Vale mi Scipio, etatis noſtræ decus, et me, vt ſoles, ama. De caſa 21. Iunij.

Tuus Petrus Iordanus Vrſinos.

De

De Feudis. Pragm. XVI.

RERVM SVMMA.

1 *Assensus est à Catholica Maiestate impetrandus, quàdò feudum ab extero alienatur in Regno.*
Cæterùm hoc non procedit in annuo legato super feudo.
2 *Forensis si habitauerit per decennium cum familia in Regno an comprehendatur in prohibitione istius edicti.*
3 *Assensus Proregis an reconualescat, si post illius concessionem Forensis efficiatur Regnicola ex priuilegio.*
4 *Assensus in alienationibus corporum feudalium, pro quibus debetur seruitium Regiæ Curiæ per exteros in Regno, à Regia Maiestate tantùm est expetendus, at in cessione actionum, quas Forensis habet super feudo sufficit assensus huius Regni Proregis.*
Hypotheca tamen manet sub eadem prohibitione.

HAllandose como saueys, &c.

Assensus in alienationibus feudorum per exteros in Regno à Regia Maiestate tantùm est expetendus. H.D.

1 Quid si velit quis forensis relinquere annuum legatum super feudo, an adhùc assensus erit impetrandus ab ipso Rege? & videtur dicendum, quòd non, ex deductis per *Berett. consil. 17.* & in huiusmodi assensibus, qui impetrantur immediatè à Rege, solebat apponi vinculum in pretio, quòd conuertatur in emptionem aliorum bonorum in Regno, vt forensem magis adstrictum retineat, vt constat ex traditis per *Marcell. Maur. allegat. 71.* Et quid si forensis habitauerit per decennium cum familia in Regno, an adhùc comprehendetur in prohibitione huius pragmaticæ? *Surd. cons. 371. num. 45. vol. 3.* strenuè demonstrat, quòd nó, sed vsus seruauit semper contrarium, & demùm fuit per S.C. iudicatum iunctis Consiliarijs duarum Aularum ad relationẽ Consiliarij Riccardi in causa Creditorum Marchionis Mariliani Ianuensis, in quorum graduatione succubuerant Creditores, qui habebant assensum Proregis tantùm, licèt essent anteriores illis, qui obtinuerunt assensum ab ipso Rege.

3 Sed si post concessum assensum per Proregem forensis efficiatur Regnicola ex priuilegio, an ille assensus Proregis reconualescat? pulchra videtur quæstio, quæ poterit fortasse decidi ex traditis per *Ambros. de Opizonib. in repet. §. Dini, l. filiusfamilias, ff. de legat. 1. n. 114.*

4 Limitabis tamen hanc pragmaticam, vt procedat in alienatione corporum feudalium, pro quibus debetur seruitium Regiæ Curiæ, non autem in cessione actionum, quas forensis habet super feudo, nàm in huiusmodi cessionibus sufficit assensus Regni Proregis, proùt cum magna causæ cognitione fuit iudicatum inter Regium Fiscum, & Creditores Marchionis Paduli super pretio Roccæ Imperialis, facta relatione per Regiam Cameram in Collaterali Consilio sub die 13. Aprilis 1602. cuius decreti verba hìc subnectere libuit.

In causa liberationis depositi duc. 14666. cum dimidio pro capitali et tertijs decursis facti per Illust. Principem Scillæ pro reemptione faciendæ introitum per ipsum venditorum pro quantitate peruenta ex ditione Roccæ Imperialis in beneficium personæ declarandæ per Regiam Cameram super prætensione Regij Fisci, prætendentis præferri in duc. 2000. pro capitali, & tertijs ob defectũ nullitatis assensus, & alias, vt in actis.

Facta relatione Illustrissimo, & Excellentissimo D. Prorege in Regio Collaterali Consilio per Regiam Cameram Summariæ, referente Magnifico Milite V. I. D. Iulio Cæsare Minadoo, dictæ Cameræ Præsidente, & causæ Commissario, fuit per eandem Regiam Cameram accedente voto Illustr. Magnificorum, & Circumspectorum Regiam Cancellariam Regentium prouisum, & decretum, Illustrissimum Proregem potuisse præstare assensum cessioni hypothecæ factę per Iulium Cęsarem Centurionum, & Ioannem Augustinum Iustinianum in beneficium hęreditatis quondam Brigidę de Mari, & proindè Marchionem Petræ Comitem Imperialem de Auria, & Ioannem Franciscum Grimaldum esse anteriores Regio Fisco, tàm pro capitali duc. 2000. quã pro interesse, quatènus deberetur; pro tertijs verò esse posteriores, salua pronisione faciendą, an quantitates dictis solutę cedere debeãt in extinctionem capitalis, vel interesse, vel tertiarum, super quo auditis partibus prouidebitur, & proindè committatur calculus, & interim liberentur Regio Fisco ducat. 1000. & reliqui duc. 14666. cum dimidio liberentur prædictis Marchioni Comiti Imperiali, & I. o Francisco Grimaldo in causam per Regiam Cameram declarandam, cum obligatione de soluendo omne illud, quod fuerit iudicatum, creditum Fisci ascendere ad maiorem summam, & è contrà Fiscus promittat restitutionem, quandò fuerit iudicatum, ascendere ad minorem quantitatem dictorum duc. 1000. hoc sum, &c. Commissarius Præsidens Minadous, Actuarius Scognamilius, & licèt hæc prohibitio præstandi assensum alienationibus feudorum faciendis per exteros comprehenderet etiam hypothecam, aut pignoris nexum, iuxtà *text. in l. fi. C. de reb. alien. non alien.* tamen ad maiorem declarationem emanauerunt literę Catholicę Maiestatis sub die 24. Iunij 1633. id expressè prohibentes.

De Feudis. Pragm. XX.

RERVM SVMMA.

1 *Feudorum refutationes sunt describendę, et registrandæ infrà terminum hic præscriptum.*
Assensus super contractu refutationis si fuerit impetratus, et registratus in quinternionibus etiam post tempus hic statutum, tunc pragmatica ista non habet locum.
2 *Clausula annullatiua, et irritans hic posita an fuerit necessaria, et n. 4.*
3 *Pragmatica ista an habeat locum in donatione cõtemplatione matrimonij.*
5 *Registrationis defectus an reddat actum nullum, ad intellectum* l. non dubium, C. de legibus.
Delictum consistens in faciẽdo distinguitur ab eo, quod fit in omittendo.
Registratio an possit fieri ad instantiam tertij.
Et quid in donatione respectu insinuationis.
Refutationis, vel assensus scripturę Conseruatori cõsignata non habetur pro registratione, nisi cum effectu illa sequatur infrà statutum terminum.
Insinuatio manet sub eadem legis censura.

MOlte volte occorre, &c.

1 Feudorum refutationes deſcribantur & regiſtrentur in quinternionibus Regię Cameræ infra dies quindecim, aliàs ſint nullius roboris, & momenti, ac ſi factæ non fuiſſent. H. D.

Limitatur, vt non procedat, ſi ſuper contractu refutationis fuit impetratus aſſenſus, & hic aſſenſus fuerit regiſtratus in quinternionibus, etiam poſt hos quindecim dies, vt per *Præſ. de Franch. dec. 663.* & *Reg. Tap. dec. S. C. 47.*

2 Et quatenus hic eſt appoſita clauſula annullatiua, & irritans actum, vide perſpicaciſſimum *Proſperum Petram*, olim meritiſſimum Auditorem in Prouincia Principatus Citra, & quouis ſummo magiſtratu dignum in *apoſtill. ad Capyc. deciſ. 9.* vbi

3 mouet etiam quæſtionem, an hæc pragmatica procedat etiam in donatione facta cõtemplatione matrimonij, & ex authoritate *Salycet. in l. fin. num. 4.* negat, ſed obſtant relata per *Præſ. de Frãch. dec. 186.*

4 *num. 2.* Quæ quidem clauſula fuit neceſſaria, nàm ſine illa potuiſſet dubitari, an defectus talis

5 regiſtrationis redderet actum nullum, quia *text. in l. non dubium, C. de legibus* procedit in eo, qui facit prohibita à lege, non in eo, qui omittit facere iuſſa, vt expreſsè diſputando concludit *Andreas* circà defectum ſubſcriptionis Quæſtoris, ſeù Cancellarij, vel Logothetæ in *cap. quoniam inter Dominum, in addit.* poſt *num. 3.* vſquè ad *fin. de prohib. feud. alien. per Lothar.*

An autèm ſufficiat regiſtratio facta ad inſtantiam alterius, quàm refutantis, aut refutatarij? & credo, quòd ſic, ex deciſis in materia inſinuationis donationis per *Bartol. in l. ſi res, in fin. ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolu. Rebuff. tom. 2. ad Conſtitut. Gall. tit. de donat. inſinuat. art. 2. gloſ. 4. verſ. & ſi id omittat, Monteſperell. conſ. 171. in fi. Monter. dec. Arag. 42. nu. 96.*

Verùm non ſufficit, quòd ſcriptura, ſeù inſtrumentum refutationis conſignetur Conſeruatori quinternionum pro illa regiſtranda infrà quindecim dies; niſi cum effectu ſequatur ipſa effectualis regiſtratio infrà illos quindecim dies, ſiuè obliuione, aut incuria, ſiuè colluſione, aut malitia Cõſeruator omiſerit illam intrà tempus regiſtrare, vt ſimiliter in materia inſinuationis deciſum eſt apud *Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. quæſt. 15. num. 43.* & idem dico quòad regiſtrationem aſſenſuum intrà tempus in eiſdem aſſenſibus declaratum, *Bald. in l. final. num. 5. verſic. in text. C. de tempor. appellat. Roman. conſil. 203. num. 2. Rebuff. in tract. at. nominat. quæſt. 10. poſt num. 12. verſic. Item quandò lex, Iaſ. in l. admonendi, 2. lectur. num. 93. ff. de iur. iur.* & ità fuit declaratum, & iudicatum per Sacrum Conſilium in cauſa Hippolytæ Carbonæ cum Duce Ayelli ſuper nullitate venditionis Terræ Paduli ob regiſtrationem aſſenſus in quinternionibus Regiæ Cametę non factam in tempore, referente Conſiliario Petro Antonio Caraiua meo Domino, theoricæ, & practicæ verſatiſſimo ſub die 4. Maij

A 1610. Aquario de Felice.

ADDITIO

A HAC concluſione retenta, quid dicendum eſſet ſi aſſenſus expeditus cum clauſula, *Dummodò* 1
regiſtretur infrà annum in quinternionibus Regiæ Cameræ, alias habeatur pro non præſtito, non ſit verè regiſtratus infrà annum, ſed illius copia ſit poſita, & ſuta reperiatur in quinternionibus Regiæ Cameræ, an ſit per hoc ſatisfactum ſolemnitati regiſtrationis, intrà annum demandatæ in priuilegio, aſſenſus, vel aſſenſus haberi debeat tanquam non præſtitus? 2

Hic caſus dùm in S. C. in Banca Romani tractaretur inter Hæredes quondam Nicolai Scaglioni actores, & Principiſſam Caſtellanetæ conuentam ſuper reuocatione venditionis Terræ Saluæ, ob defectum Regij aſſenſus expediti cum clauſula prædicta, & non regiſtrati intrà annum, ſed illius copia fuit tantùm ſuta, & poſita in quinternionibus Regiæ Cameræ à Regiſtratore. Principale actorum fundamentum erat, quòd hęc clauſula *Dummodò regiſtretur infrà annum* importat formam, tùm quia eſt certum tempus à Principe regiſtrationi præſtitutum, dixit punctualitèr *Felin. in c. cùm dilecta ſub nu. 6. in octauo ſigno forma de reſcr. pt.* in hæc verba: *Octauum ſignum, quandò diſpoſitio apponit tempus, qui non obſeruat tempus dicitur non obſeruare formam*, & ad hoc allegat *Bald. in auth. quæ ſupplicatio, propè finem, C. de precib. Imperator. offerend.* & *text. in l. ſcire oportet, § conſequens, ff. de excuſat. tutorum*, ibi *non aliter audiri, ſi non fuerit conſeruatum conſtitutum tempus*, tùm etiam quia adeſt clauſula annullatiua, ſiuè decretum irritans, ibi *aliàs habeatur pro non præſtito*, ità *Felin. in cap. cùm dilecta, in quinto ſigno cognoſcendi formam*, dicens, *vbicunque eſt decretum annullatiuum, ibi eſt data forma. Bald. in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Burſat. conſil. 201. num. 84. & conſil. 140. num. 15. volum. 2. & Dominus Regens Tapia in deciſ. Sac. Conſ. 47. ſub num. 7. et 8.* & tùm denìquè quia regiſtratio infrà annum in quinternionibus à Principe demandata, eſt conditionalitèr, per dictionem, ſeù aduerbium illud, *Dummodò*, quod importat conditionem, vel modum, *Cors. in conſ. 162. n. 17. et 18. vol. 2.* ità magiſtralitèr docuit *Felin.* in citato *c. cùm dilecta, in ſecundo ſigno forma. de reſcript. ex Bald. in auth. matri. et auia. C. quem. mulier tutel. offic. fung. poſſit.*

Quòd ſi ſuprædicta Principis verba regiſtrationi formam præſcribunt, certum eſt, quòd forma hac non ſeruata corruit actus, optimè *Felin. ibidem, in verſ. Geſta contrà formam ſunt nulla*, & probatur *in Leim hi, § ſi pretor, ff. de tranſact. Burſat. dict. conſ. 201. num. 83. Alexand. conſ. 138. num. 6. lib. 7. et conſ. 137. num. 15. lib. 2. Dom. Anell. Amat. in conſ. 69. Afflict. deciſ. 335. num. 16.* in proprijs terminis aſſenſus Regij non regiſtrati in tempore, & *Dom. Regens Tapia in d. deciſ. Sac. Conſil. 47. num. 6. et 7.* quæ ſanè forma minimè adimpleri poteſt per æquipollens, ſed ad vnguem obſeruari debet, idem *Alex. in dict. cõſ. 137. n. 16. lib. 2.* & latiſsimè probat *D. Præſ. Anell. Amat. d. conſ. 69. n. 1. cum ſeqq.* Etiam ſi ex æquipollenti idem reſultaret effectus, doctrina eſt *Bald. in d. l. 1. ff. de liber. et poſthum.* & tradidit etiam *D. de Pont. in conſ. 5. n. 74. lib. 1.*

Angebant preterea motiuũ actores, nàm Rex expreſsè mãdat, aſſenſum regiſtrari infrà annũ in quinternionibus R.C. Eſt autem regiſtratio deſcriptio, quæ fit in Codice, ſeù Libro Regeſtri, quę ſcripturâ neceſ-

neceſſariò requirit, ità punctualiter ſcripſit *Sola in Conſtitut. Sabaud. in tit. de regiſtrat. inſtrum. gloſ. 1. numer. 1.* & ſentit *Alexand. in dict. conſ. 157. num. 2. lib. 1.* loquens de inſinuatione. Deſcribi ergò expreſsè debebit aſſenſus in quinternionibus Regiæ Cameræ, ſicuti iuſſio Regis vrgebat, non autem alia forma actum explicare, conſtat ſatis notata per *Felin. in dict. cap. cùm dilecta, in primo ſigno formæ*, explicantem *Bald. in l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omn. Iud.* dicentem, quòd *ea, quæ non ſunt ordinis* (ideſt formæ, vt dicit idem *Felin. ibidem num. 6.* & *Fab. de Ann. in conſ. 96. num. 6.*) *poſſunt per Principem fieri ordinis, quia quicquid Principi placet, quòd ſit ordo, ordo eſt ſubſtantialis, nàm Princeps nunquàm apponit ordinem in reſcripto, niſi cũ magno myſterio, & ratione.*

Et in puncto, quòd non ſufficiat ſi originalis aſſenſus, nedùm illius copia tradatur Regiſtratori, ſed requiratur, vt verè, & cum effectu regiſtretur, adducebant ſupradictam *Domini Regentis* doctrinam in hac *pragmat num. 5.* & in *pragmat. 1. num. 5. de fid. memorial.* vbi id etiam admittit authoritate *Tiraq.* & aliorum.

Dicebant ſecundò actores, quòd dato, non tamen conceſſo, quòd præſentatio, & ſcitio tantùm ſufficeret, illa tamen non erat facta infrà annum, ſed longè poſt, nàm apparebat euidenter, quòd copia prædicta erat ſuta poſt aliquos aſſenſus regiſtratos in anno 1580. & tamen iſte aſſenſus debebat regiſtrari in anno 1578. nec eo tempore elapſo poterat mora purgari, prout in proprijs terminis benè fundat *Dom. Anell. Anut. in dict. conſil. 69. num. 22.*

E contrà verò pro D. Principiſſa conuenta ponderabatur, quòd mens, & intentio Regis mandantis, quòd aſſenſus regiſtraretur infrà annum in quinternionibus Regiæ Cameræ, fuit, vt ipſe Princeps certus eſſet de perſona noui vaſalli, neue Regia Curia fraudaretur directibus, ſeù emolumentis, atq; releuio in caſu mortis vaſalli, & alijs eius iuribus, vt benè notant *Dom. Reg. Tapia* in citata *deciſ. S. C. 47. num. 1. & D. Præſ. de Franch. deciſ. 663. nu. 2.* & clarè habetur in hac *pragmat. 20.* at ex iſta ſola præſentatione, & ſuitione in quinternionibus Regiæ Cameræ poterat Rex, eiuſq; Curia ſe informare, & certus eſſe de perſona noui vaſalli, ac ſibi conſulere circà ſeruitia, releuia, & deuolutiones, ſicut conſiderant ſupradicti *Domini in dd. deciſ.* & ſic erat ſatisfactum intentioni Domini Regis, mandantis aſſenſus regiſtrationem, prout dicit *D. Tap. ibid. ſub n. 2. in fi.* & ſic dùm Regius Fiſcus habuerat intentum, minimè curandum erat de modo, ſic dicit *D. de Franch. d. dec. 663. n. 10. et D. Reg. Tap. d. dec. 47. nu. 2. in fi.* & per æquipollens potuit Principis mens, & intentio adimpleri.

Dicebatur ſecundò pro Principiſſa, quòd ex fide Magnifici Sebaſtiani Sergij Regiſtratoris cõſtabat, multorum aſſenſuum copias reperiri in quinternionibus, tantummodò ſutas, non autem regiſtratas, & ſic multotiès fuiſſe obſeruatum; ex qua ſanè cõſuetudine, & obſeruantia ſuendi copias aſſenſuum loco Regeſtri, non poterat dubitari, quin ſit inductus ſtylus ità adimplendi ſolemnitatem Regeſtri, qui ſanè ſtylus ſeruari debet, *Dom. Carauit.* ſummus practicus in *rit. 1. ſub nn. 22.* & ſatis benè *Theſaur. dec. 1. num. 9.* nàm facit ius, & pro lege ſeruari debet, idem *Theſaur. ibidem*, & dixit *Afflict. deciſ. 153. num. 4.* loquens de ſtylo Regiæ Cancellariæ circà aſſenſus, & mos retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis, *l. teſta-*

menta, 18. C. de teſtam. Quo ſtylo ſic ſtãte, & regiſtratione ſequuta, iuxta hunc ſtylum minimè prætendi poterat nullitas, ſeù defectus aſſenſus prædicti.

Nec curandum eſſe, addebant, de doctrina *D. Regentis* in hac *pragmatica*, tùm quia mouetur ex *Tiraquell.* loquente in alijs terminis, tùm etiam, quia eius opinio eſt ſatis dura, & non amplectenda, dùm ſubſtinet, aſſenſum ob omiſſam realem regiſtrationem corruere, ac debere annullari feudi emptionem, cuius aſſenſum emptor in tempore Regiſtratori conſignauit, vt legi obtemperaret, ille tamen regiſtrare neglexit in damnum emptoris, non enim legis beneficio priuandus eſt is, qui illam obſeruandi intentionem habuit, optimus eſt *text.* à contrario ſenſu in *l. final. §. ſin verò poſtquàm adierint, in fi. C. de iur. deliber.* ibi *Nec legis noſtræ beneficio perfruantur, quam contemnendam eſſe cenſuerunt.* Satis huic confert pulchra *Bartol.* doctrina in *conſil. 154. nu. 10. volum. 1.* loquentis de defectu formæ, ſeù ſolemnitatis inuentarij, in hæc verba. *Quandòque quis habuit propoſitum legem non contemnere, ſed eius voluit adipiſci beneficium, ſed dubitando in ipſius intellectu, verbum æquiuocum aſſumpſit ſecundùm vnam intellectum, & tunc non eſt veriſimile, quòd lex ſit impia, & velit, hæredem tàm modico peccato incidere in tàm magnam captionem, & de ſuo tantùm omnibus creditoribus, & legatarijs cogatur correſpondere. Intelligam ergò dictum §. in eo, qui nullum fecit inuentarium, non in eo, qui fecit, & aliquid omiſit, argumento l. 1. §. ex hoc edicto, C. de ventre inſpic. maximè cùm ius legatorum in nullo læſum ſit, & iſte intellectus inhæret rationi, & eſt æquus.* Dùm ergò Principiſſa non habuit animum legem contemnendi, & ſic aſſenſum non regiſtrandi, ſed ſumpſit verbum, ſeù factum æquiuocum, putans, quòd ſufficeret aſſenſus copiam Regiſtratori tradere, ad illam regiſtrandam, vel, quod ſatis eſſet, quòd copia prædicta fieretur in quinternionibus loco Regeſtri, iuxtà ſtylum, & morem hactènus obſeruatum, & in nullo Regis ius, nec actorum eſt læſum, minimè iudicari debet, quòd lex ſit tàm impia, vt velit, ipſam Dominam Principiſſam incidiſſe in tàm magnam captionem, & gratia Domini Regis, atquè aſſenſus prędicti priuilegio, & beneficio eſſe priuandam.

His tamen, & alijs pro Domina Principiſſa ponderatis replicabant actores, quòd reſpectu mentis, & intentionis Principis mandantis regiſtrationem infrà annum non verſari tantùmmodò intereſſe ipſius Principis, ſed etiam regiſtratio neceſſaria erat ad gratię perfectionem, ſic dicit *Dom. de Ponte dict. conſil. 5. num. 64. verſic. ex quibus apparet*, cùm gratia non dicatur perfecta pendente conditione regiſtrationis, vel ſaltèn ſtet reſolutiuè, non adueniente conditione, & ſic omninò, & formaliter adimplenda erat hęc forma, abſq; inueſtigatione cauſę rationis, aut mentis Principis, prout fundat *Dom. Amatus dict. conſil. 69. num. 19.* ex *Bald. in dict. l. 1. circà finem, ff. de liber. & poſthum.* & alijs, nec minus adimpleri poterat per æquipollens, vt eſt ſuprà fundatum.

Dicebant item, allegatum ſtylum ſuendi copiam, neque Dominam Principiſſam iuuare, ſiquidèm ſtylus nihil aliud eſt, niſi ius non ſcriptum, à Iudicis voluntate ſępè ſtillatum, *Rebuff. in proœm. Conſtitution Gall. in verſ. à ſtylo. numer. 8.* & *Dominus Carauit. in dict. rit. 1. numer. 18.* & ad illum inducendum requiritur authoritas, & confirmatio

Iudicis superioris, habentis potestatem legis condendæ, *Alber. in diction. in ver. Curia*, nec iuthent. obseruantia Curiæ, nisi etiam constet de confirmatione, *Iason in l. 1. Cod. de summ. Trin. et fid. catholic. & Felin. in cap. 2. in ver. stylus*, & in *cap. Rodulfus, de rescript.* maximè quia stylus iste lucrandi copias est contrà ius requirens expressam registrationem, & scripturam, quo casu, etiam si fuisset plenè probatus, non valeret, *Alexand. consil. 36. numer. 11. lib. 2.* & saltem oporteret, quòd alias fuisset in controuersiam deductus, & fuisset pro eo iudicatum, parte opponente, *Andr. in præludia feudor. quæst. 6. in fi.* & in *Consuetud. In locis dominij, & Giurba decis. 68.* In tantum, quod non debet haberi ratio de isto asserto stylo, introducto per Registratorem, personam priuatam, cùm nullus, nisi Princeps, vel Iudex Supremus possit ius inducere, *Caranz. dict. ritu 1. num. 22.* & de stylo introducto per Principem, & eius supremam Curiam, & benè probato, ac præscripto loquuntur *Afflict. & Thesaur.* in *locis* prædictis.

Et id attendendum est, quod fieri debet, non autem quod de facto, & quod ex marte Registratoris fit, & fundans se super tali obseruantia, error, cùm vsus imperitorum non faciat ius, *Affl. ct. in Constitution. Humanitate, num. 24.* & in *Consuetud. Dilationes, nu. 52.*

Et quod attinet ad doctrinam *Domini Regentis* fundatam authoritate *Tiraquell.* & aliorum, dicebatur illam veritissimam esse in se, & in casu suo, enimuerò fundata est in doctrina *Tiraquell.* qui commentando *Constitutionem Galliæ*, per quam consanguineo, ad retrahendum rem venditam, annus tribuitur, à die, quo acquirens notificari fecit Notario, ad id destinato, emptionem factam, qui Notarius tenebatur in actis illam referre, si tamen Notarius obliuione, vel malitia omisit redigere in actis emptionem sibi notificatam, eamq; non registrare, non currit annus, & sic culpa Notarij negligentis, vel nolentis registrare, imputatur emptori, qui debebat Notarium requirere, sollicitare, & cogere, etiam Iudicis imperio, ad registrationem, prout fundat *Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 45. & 46.* & sic culpa Magnifici Sergij omittentis registrare, Dominæ Principissæ imputari debet, ipsa namq; debebat Magnificum Sergium interpellare, & apud eum instare pro registratione, & si opus erat, per Iudicem cogi facere. Est ergò doctrina *Dom. Regentis* in se vera, & applicabilis casui nostro, in eo, quòd non fuit satis, assensum, seù illius copiam Sergio Registratori tradere, sed debuit Domina Principissa emptrix apud eum instare, & curare, vt realiter, & cum effectu registraretur, iuxtà tradita per *Tiraquell.* Est tamen verum, quòd supradicta doctrina *Dom. Regentis, & Tiraquelli*, seù illorum casus differt à casu nostro in eo, quòd ibi non fuerat copia suta, & posita in Regestro, loco, & vice realis registrationis, hic verò fuit copia per Registratorem suta in Codice, seù libro Regestri, quod tamen non sufficere, sed necessariam fuisse scripturam, ac expressam, realemq; registrationem, est satis suprà probatum.

Et postremò Principissæ assertioni, ac querelæ, quòd hæc *D. Regent.* doctrina est dura, & crudelitati proxima, vt sunt verba *Imperatoris* in *l. præses, C. de seruit. & aqua*, ibi *cùm sit durum, & crudelitati proximum*, responsum fuit per *Vlpianum Iurisconsul. in l. prospexit, ff. qui, & à quibus manumiss.* ibi *quod quidem perquàm durum est, sed ità lex scripta est*, idcòq; patienter ferendum est.

Nec minus refragari, dictum fuit, allegatam *Bart.* doctrinam fundatam in æquitate, quoniam rigor scriptus prauaret, & præsertim à quitari non scriptæ, *l. placuit, C. de ind. et Dom. de Franch. decis. 219. num. 3.*

Hæc, consultus, pro vtraq; parte considerabam, quid tamen fuerit decisum ignoro.

Quid autèm si hæc registratio fuerit ordinata in priuilegio assensus concessi pro obligatione, & hypotheca bonorum feudalium tantùm, absq; trãslatione dominij, & sic super contractu, per quem rei dominium non transfertur, si omittatur, vitiet assensum, vel nihilominùs gratia subsistineatur? vide *Dom. Regentem* infrà in *pragmat. 1. num. 12. ad fin. de fide, et authorit. memorial.* referentem decisionem Sacri Consilij pro validitate assensus, quam decisionem cum sub eodem motiuo idem *D. Regens* deindè posuit inter eius *decisionem 83.* in ordine.

Io. Laganar.

De Feudis. Pragm. XXIII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista cur fuerit promulgata.*
2 *Feuda quaternata tantùm, quæ tenentur à Rege, non autèm feuda plana, quæ tenẽtur à Barone hac pragmatica respicit.*
3 *Lex Regia noua non loquens de subfeudis Baronum, illa non comprehendit.*
4 *Terminus ad præstandum iuramentum fidelitatis emptoribus feudorum datur, emptore possidente, secùs si nondum apperit possessionem.*
5 *Regi priùs per vassallum, seù Baronem, et postea Baroni per suos vasallos burgenses iuratur.*
6 *Iurare qui teneantur, remissiuè.*
7 *Vasallorum pro hac assecuratione de iure nullus terminus est præfixus.*
8 *Terminus nullus est de iure statutus ad registrari faciendum priuilegia concessionum feudorum, et assensuum in quinternionibus Regiæ Cameræ, cùm sit clausula, quæ solet apponi in ipsis priuilegijs.*
Solemnitatum omissio vitiat contractum.

VNiuersis, & singulis, &c.

Assensus Regius requiritur etiam in adiudicationibus feudorum, vltrà primum assensum præstitum in obligatione. H.D.

1 Hæc pragmatica fuit promulgata ad effugiendum opinionem *Camerarij in l. Imperialem, car. 49. liter. N. et cart. 50. lit. N.* qui contrarium de iure verius demonstrauit, & eiusdem opinionem latissimè confirmauit *Hartman. Pistor.* doctissimus Germanus, & feudalem materiam optimè callens *lib. 1. q. 15. num. 39.* vsq; ad 69. nulla tamen facta mentione *Camerarij.*

2 Sed est aduertendum, quòd hęc Pragmatica respicit solùm feuda quaternata, quę tenentur à Rege, non autèm feuda plana, quę tenentur à Barone, tùm quia in *text.* fit sola mentio de assensu Regio,
3 & sic respicit ea feuda, in quibus requiritur assensus Regius, tùm quia lex Regia noua non loquens de subfeudis Baronum, illa non comprehendit, ex traditis per Regnicolas *in Constit. Constitutionem di-*

ug nc-

ua memoria, & per *Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 11. cum seqq. inter feud. quater. & de tabula*, & sic remanent sub dispositione iuris communis, & propterea si casus accideret in his feudis planis, & de tabula, esset disputandus articulus de iure communi, & decidenda controuersia inter *Camerar.* & *Frecc.* qui *lib. 2. subfeud. auth. 1. quæst. 19.* defendit opinionem, quòd non requiratur nouus assensus, nisi dicas, quòd hæc disputatio per hãc eandem pragmaticam est sublata, dùm per eam fuit approbata opinio contra *Camerar.* in illis verbis, ibi *secundùm receptam opinionem, quam approbamus, et cõfirmamus*, & sic hæc pragmatica est potiùs veteris iuris declaratiua, quàm noui iuris inductiua.

Et dum in hac eadem pragmatica statuitur, vt
4 terminus ad præstandum iuramentum fidelitatis emptoribus feudorum currat post biennium concessum pro expeditione priuilegij assensus in forma Regiæ Cancellariæ, limita, vt procedat ipso emptore possidente, secùs autem si non dùm cœperit possessionem, ex traditis per *Syluestr. Aldobrand. consil. 41.* post *Andr. in cap. 1. numer. 2. versic. & intelligenda sunt omnia, de capit. Corrad.* vbi *Liparul. in lit. L. in verb. quandò possidet* facit plenam *apostillam*.

5 Et priùs iuratur Regi per vasallum, seù Baronem, & postea iuratur Baroni per suos vasallos burgenses, vt docet *And. in cap. 1. in princ. in finalibus verbis, quid præcedere debeat, inuest. an fidel.* & ità
6 seruatur, & qui sunt isti, qui tenentur iurare, latè declarat *Andr. in cap. 1. in princ. qualit. vasal. iur. debeat fidelit.* & in *cap. 1.* antè *num. 6. vers. item & si non habet feudum*, vbi bona *apostilla in verb. tenẽtes, de nou. form. fidel.*

Et nota illa verba pragmaticæ ibi, *tempus, quod statuitur emptoribus feudorum in Regijs assensibus expediendi literas assecurationis vasallorum*, nàm de
7 iure nullus est præfixus terminus pro hac assecuratione vasallorum, vt tradit expressè *Andr. in cap. Si minori, in fi. si de feud. defunct. fuer. controu.* & in *cap. 2. in princ. de cap Corrad.* & ideò si in assensu nullus terminus sit præfixus, nunquàm currit, addo *Afflict. in Constitut. Comite, num. 7. vers. an autem succedens*,
8 proùt nec est de iure statutus aliquis terminus ad registrari faciendum priuilegia concessionum feudorum, & assensuum in quinternionibus Regiæ Cameræ, sed est clausula, quæ solet apponi in ipsis priuilegijs, vt attestatur *Liparul. ad Andr. in cap. 1. num. 9. in verb. officio Iudicis, lit. C. de controu. feud. apud par. term.* & omissio harum solemnitatum reddit contractum nullum, *Reg. Tap. dec. Sac. Consil. 3. 4. & 8.*

RERVM SVMMA.

9 *Tempus vnius ann statutum hic emptoribus feudorũ expediendi literas assecurationis vasallorum, & præstãdi iuramentum fidelitatis an currat nõ priùs, quã lapsum sit biennium datum ad expediẽdũ priuilegium Regij assensus, etiam si hoc priuilegium fueris expeditum antè biennium, vel statim expedito priuilegio currat, licèt biennium integrum non sit elapsum.*

10 *Inuestituræ solemnitates in Regno sunt sublatæ.*

11 *Assensus impetratus super venditione facta à Titio Seio obtinet vim priuilegij, & inuestituræ in personam Seij.*

12 *Fidelitatis iuramentum præstare tenetur Baro statim atq; fuit per assensum inuestitus, secũdùm iuris communis dispositionem, & ratio. n. 33.*

13 *Fidelitatem vt præstet monitus à Domino, si distulerit, feudo priuabitur.*

14 *Fidelitatis iuramentum est præstandum statim contractu perfecto.*

15 *Cessante causa dilationis, cessat dilatio, siuè sit concessa ab homine, siuè à lege.*

16 *Maritus omnibus præfertur in accusatione adulterij vxoris sibi præfixo spatio sexaginta dierum, ad illam proponendam, quòd si intrà dictum terminum declarauerit, se nolle de vxoris adulterio experiri, cæteris non expectata dilatione fit locus.*

17 *Filius si declarauerit, se nolle paternam bonorum possessionem petere, alijs statim fit locus, non expectato lapsu centesimi diei*

18 *Hæres licèt habeat trimestre tempus ad conficiendum inuentarium, quo tempore durante non potest à creditoribus hereditarijs conueniri, tamen si compleuerit inuentarium antè lapsum trium mensium, poterit statim à creditoribus conueniri.*

19 *Feudo alienato per vasallum irrequisitis agnatis, licèt donec durat tempus reuocandi agnato proximiori non currat sequenti in gradu, tametsi proximior agnatus non expectato anni cursu renunciat, statim incipit currere tempus sequenti in gradu, anno non completo.*

20 *Statuto stante, quòd infrà decem dies possit appellari, & post 60. dies debeat prosequi, tempus 60. dierum incipit currere à die appellationis, & non ab vltimo die decem dierum.*

21 *Appellatione non obstante appellans potest variare, & mutare libellum appellationis infrà decem dies.*

22 *Potestas si est electus pro primo semestri, et eodẽ instãti pro secundo semestri est electus secundus, desiciẽte primo antè lapsum semestris incipit tempus currere secundo.*

23 *Assensus Regius super contractu feudali potest obtineri, tàm ab emptore, quàm à venditore, sicut cuilibet competit ius reuocandi.*

24 *Assensus potest præcedere, & sequi contractum feudalem.*

25 *Assensum non esse impetratum, vel esse impetratum, & ipso iure annullatum ex aliqua dispositione legali idem est.*

26 *Lex quandò annullat assensum, perindè est iudicandus, ac si nunquàm fuisset in rerum natura.*

27 *Fidelitatis iuramenti ex defectu infrà legitima tempora præstiti, sit locus iuri reuocandi contractum feudalem.*

28 *Argumentum à consequenti destructo validissimum est.*

29 *Iuramenti assecurationis præstatio pro forma, ac validitate contractus alienationis rei feudalis, & translationis dominij est introducta, & ea non seruata, cuiusuis culpa procedat, corruit actus.*

30 *Alienatio rerum minoris corruit in totum, si vna ex solemnitatibus tantùm deficiat.*

31 *Pragmatica ista non tantùm fauore Regis, sed etiam vtilis Domini est introducta.*

32 *Assensus nullitas ex defectu registrationis illius in quinternionibus Reg. Camer. prodest contrahentibus pro acquisitione iuris reuocandi.*

NObiliſſima tamen ſe offert nunc forenſis controuerſia ſatis neceſſaria ad intellectum huius pragmaticæ, an ſcilicèt tempus vnius anni, quod
9 ſtatuitur in hac pragmatica emptoribus feudorum expediendi literas aſſecurationis vaſallorum, & præſtandi iuramentum fidelitatis, currat non priùs, quàm lapſum ſit biennium, quod ſtatutum eſt ad expediendum priuilegium Regij aſſenſus, etiam ſi hoc priuilegium fuerit expeditum antè biennium, vel ſtatim expedito priuilegio currat, licèt biennij integrum nõ ſit elapſum? Difficultas huius controuerſiæ naſcitur ex gratia conceſſa per Inuictiſſimum Regem Philippum in anno 1570. regiſtrata in *cap. vlt. fol.* mihi 170. *pragm. 3. de fid. memorial.* in qua habetur, peramplum eſſe contrahentibus impetrare aſſenſum in forma Regiæ Cancellariæ vſquè ad biennium à die expeditionis memorialis per verbum, *fiat*, & ex hac pragmatica, cuius verba hæc ſunt. *Mandamus, quòd tempus, quod ſtatuimus emptoribus feudorum in Regijs aſſenſibus expediendi literas aſſecurationis, non currat à die datæ memorialis ipſius aſſenſus per verbum, fiat in forma, ſed poſt biennium conceſſum ad expediendum priuilegium aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, vt nõ priùs decurrat tempus præmiſſa faciẽdi, quàm eis conſignatum fuerit priuilegium Regij aſſenſus cum clauſula prædicta.* Cùm hic caſus accidiſſet inter Hieronymum Scaragium Baronem Caſſani, & Principem Caſertæ: ex iſtis duabus Regijs ſanctionibus Princeps opponebat, non eſſe elapſum tempus præſtandi iuramentum aſſecurationis, cùm à die lapſi biennij non ſit elapſus annus ad præſtandum iuramentum, & ſic reuocatio non fuit ritè facta, ſed ad demonſtrandum, reuocationem factam à Barone licito iure proceſſiſſe, ac tempus præſtandi iuramentum fore elapſum, infraſcripta adducebam.

10 Illud in primis præſupponendum eſt, in Regno noſtro ſolemnitates inueſtituræ eſſe ſublatas, *Andr. in cap. 1. §. ſciendum, quibus mod. feud. conſt. poteſt*, & licèt in conceſſione feudi noui requiratur priuilegium, vt in *Conſtitut. Regni Dignum*, tamen aſſenſus
11 impetratus ſuper venditione facta à Titio Scio obtinet vim priuilegij, & inueſtiturę in perſona Scij, colligitur ex *Andr. in d. §. ſciendum*, & in *cap. Præterea ſi quis infeudatus, & c. Si minori, ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu.* idem *Andr. in cap. 1. qui ſucceſſ. tenea. colum. 4.* & in *Conſtit. Regni Fratribus, Bal. in c. Si facta, colum. 1 ſi de feud. defunct. milit.* & *ibi Præpoſ. Afflict. in cap. Imperialem, §. præterea lo 2. de prohib. feud. alien. per Federic.* & poſt omnes optime *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 2. in 17. quæſt. in verſ. hìc quæro de nona quæſtione, num. 12.* & demùm *Regens Lanar. conſil. 18. num. 6.* Quò fit, vt dùm Baro Caſſani impetrauit Regium aſſenſum in forma Regiæ Cancellariæ ſuper venditione ſibi facta à Principe Caſertæ, per illum aſſenſum fuit inueſtitus realitèr de dicto feudo Caſſani, ex quo ſequitur ſecunda
12 concluſio, quòd ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, ſtatim atq; Baro fuit per aſſenſum prædictum inueſtitus, tenebatur iuramentum fidelitatis præſtare, probatur ex *text. in cap. 1. in fi. ibi, fidelitate ſubſecuta, de nou. form fidelit.* & in *cap. 1. quid præced. deb. inueſt. an fidelit. Bald. in cap. Nulla, nu 5.* vbi etiam *Aluarot. nu. 6. per quos fiat inueſtit.* & ratio eſt, quia cùm Dominus inueſtiendo ex parte ſua adimpleuerit, cogitur ſtatim & vaſallus id, quod ad ſe ſpectat, agere, ac adimplere, ad *text. in l Iulianus §. offerri, ff. de act. empt.* Bal. ex mente *gloſæ in d. c. Nulla*, & *in c. 1. quid præced. debeat inueſt. an fidel.* & aliàs mon-
13 tus à Domino, vt fidelitatem præſtet, ſi diſtulerit, feudo priuabitur, *c. 1. quæ ſit prima cauſa benef. amit. c. 1. de capit. Corrad.* & in *d. c. Nulla*, vbi omnes *DD.* id notant.

Ad quod etiam accedit vis clauſulæ reſolutiuæ appoſitæ in aſſenſu, videlicèt de præſtando iuramentum fidelitatis, ſeù aſſecurationis, ob quam cogitur vaſallus dictum iuramentum præſtare, aliàs contractus reſoluetur, vt poſt omnes docet *Regens de Ponte conſil. 67. lib. 1.* Ex quibus ſequitur, quod ſtatim impetrato aſſenſu Regio in forma Regiæ Cancellariæ tenebatur Baro Caſſani præſtare iuramentum aſſecurationis, iuxtà *Conſtitut. Regni Donum à vaſallis*, nàm aliàs ſi ipſe à ſuis vaſallis tale iuramentum recepiſſet, feudo priuaretur, vt *in Conſtit. Regni Comite, vel Barone*, vbi *Andr. & Afflict.* ex his ſequitur clara concluſio, vt dùm Baro iuramentum non præſtitit, quòd aſſenſus ſit reſolutus, ac contractus nullus dicatur, & licitè reuocatio ipſa proceſſerit.

14 Quibus accedit, verum eſſe in iure, iuramentum fidelitatis eſſe præſtandum ſtatim contractu perfecto, liquidèm ſequi debet, non ſolùm poſſeſſionem, iuxtà *text. in cap. 1. quid præced. deb. fidel. vel inueſtit.* etiam illum *textum* ponderando in ſui ratione in fine poſita, *quia præſtatur à vaſallo Domino*, quæ verba fundant cõtractum perfectum, ſed etiam poſt capturam poſſeſſionis feudi, iuxtà tradita per *Andr. in cap. 1. in princ. colum. 2. de capit. Corrad.* & *Capyc.* latè in *deciſ. 86. nu. 5.* id, quoſ perſpexit pragmatica, dùm præfixit annum poſt impetratum aſſenſum in forma Regiæ Cancellariæ, & ſic contractu perfecto, cernituq; perfectus contractus prædictus ſtatim, atq; ſuerit aſſenſus impetratus in forma Regiæ Cãcellariæ, ergò annus prędictus ad præſtandum iuramentum fidelitatis currere debeat à die, quo dictus aſſenſus impetratus fuit in forma Regię Cancellarię.

Nec difficultas de lapſu biennij ex Regia pragmatica obſtat, nàm aut Regia pragmatica expreſsè decidit caſum pro nobis, ponderando illa verba, *ità vt non priùs decurrat tempus præmiſſa faciendi, quàm ipſis conſignatum fuerit priuilegium Regij aſsẽſus*, & ſic à contrario ſenſu conſignato priuilegio ſtatim currat tempus prędictum, aut ſi pragmatica caſum noſtrum non decidit, tunc recurrendum eſt ad ius commune, tanquàm ſit caſus omiſſus, & de iure communi non eſt dubitandum, quòd cùm emptor ſtatim poſt contractum aſſenſus priuilegium obtinuit, ab eo die impetrationis priuilegij
15 currat tempus prędſtandi iuramentum, cùm vera ſit concluſio, quòd ceſſante cauſa dilationis, ceſſat dilatio, *l. ſi quis hæres ſcriptus*, vbi *Bartol. Paul. & Aret ff. de acquirend. hæredit.* & in *l. à filia, §. alumno ff. ad Trebell. l liberto, §. vltimo, ff. de ann. legat.* quę regula inconcuſsè procedit, nedùm in dilatione conceſſa ab homine, proùt explicat *Bartol.* in termino ſtatuto à Iudice in *conſil. 174. proceſſus, lib. 1. Bald. in l. fin. §. fi. Cod. qui admitt.* & ſequuntur *ibidem Caſtrenſ. numer. 1. Roman. numer. 6. Alexand. numer. 7. Fulgoſ. in finalib. verb. verſ. in gloſa exaratur, Salycet. numer. 1. verſic. 2. quòd quis poteſt, Ialſum. 15. Purpurat. num. 32. Iacobin. num. 7 Dec. num. 7. verſic. ex iſto communi*, defendens quoq; *Baldum* ab impugnatione *Cornei*. Verùm etiam, & magis propriè ad caſum noſtrum procedit in dilatione data à lege, proùt eſt *text. in l. ſi maritus, la ſeconda, §. ſi*
16 *negauerit, ff. ad l. Iuliam de adult.* vbi maritus omnibus

bus præfertur in accusatione adultesij vxoris, sibi præfixo spatio 60. dierum ad illam proponendã, sed si infrà dictũ terminũ declarauerit, se nolle de vxoris adulterio experiri, cæteris nulla tẽporis prædicti dilatione expectata fit locus, affertur etiã *text. in l. pen.* 17 *§. si intrà, ff. de succ. edict.* vbi filijs infrà centesimum diem datur facultas bonorũ paternorũ petendi possessionem, & nihilominùs dicit *text.* quòd si filius declarauerit, se nolle paternam bonorum possessionem petere, alijs statim fit locus, nec expectandus est lapsus centesimi dici, & probat optimè *Franc. de Aret. in d. l. fin.* ità hæres scriptus, & ante ipsum *glos. in cap. fin. in vers. diuntaxat, de consuet. in sexto*, & post *ipsum Maraut. in suo specul. part. 6. in vers. & quandoque appellatur, num. 145.*

Et quòd dicta regula procedat etiam in dilatione 18 concessa à lege, confirmatur, quia licèt hæres cum beneficio inuentarij habeat trimestre tẽpus ad conficiendum inuentarium, & durante illo tempore nõ possit conueniri à creditoribus hæreditarijs, vt in *l. fin. §. donec, C. de iure deliber.* Tamen si hæres compleuerit inuentarium antè lapsum trium mensium, statim poterit à creditoribus cõueniri, non expectato fine totius trimestris, ità tradiderũt *Cepõll. cons.* 223. *Monticul. de inuent. fol.* vbi 56. *num. 6. Phanuc. in eod. tract. part. 4. num. 16.* & in materia ista feudali docet *Iacobin. in d. l. fin. §. fin. nu. 9. C. qui admit.* quòd 19 licèt alienato feudo per vasallum irrequisitis agnatis, donec durat tempus reuocãdi agnato proximiori, non curat sequenti in gradu, vt per *Andr.* & alios in *cap. 1. §. 1. de inuestit. de re alien. facta.* & hoc tempus est legale vnius anni, vt in *cap. 1. §. Titius, si de feud. defunct. controuers. sit*, tamen si proximior agnatus nõ expectato anni cursu renũciat, statim incipit currere tempus sequenti in gradu non completo anno, confirmantur hæc ex traditis per *Collantes in pragmat. Frument. lib. 2. cap. 9.* & per *Claper. cons. §. q. 1.*

Hinc patet, falsum esse dictum *Geminian. in cap. cupientes, colum. fin. in verb. nota benè istam glosam, de elect. in sexto*, vbi ait, illam regulam, quòd finita causa dilationis, sit extincta ipsa dilatio, procedere in dilationibus arbitrarijs, secus autem quandò dilatio est certa, determinata, & à iure statuta, quia sẽper durat, cùm contrarium constet de iure verius ex prædictis expressè, & *ipse* nihil allegat.

Nec facit, si fortè ponderẽtur verba illa pragmaticæ, videlicèt, *post lapsum biennium*, nam verba illa non denotant extremitatem temporis, cùm non fuerit principalitèr consideratum tempus biennij, sed consignatio priuilegij, & pragmatica habuit respectum ad id, quod cõmunitèr fieri solet, quia emptores bonorum feudalium semper differũt expeditionem priuilegij assensus in forma Regiæ Cancellariæ vsquè ad vltimos dies biennij, sed nõ propterea determinauit, quòd si priuilegium fuerit expeditum, autè, non curreret tempus anni ad præstandum iuramentum statim à die factæ consignationis, immò præsupponitur totum contrarium, dùm incontinenti subdit illa verba, ibi *vt non priùs decurrat tempus præmissa faciendi, quàm eis consignatum fuerit priuilegium assensus*, ergò attenditur consignatio priuilegij, & nõ lapsus biennij, ad quod facit punctualis decisio *Paul. de Castr. in d. l. si quis hæres, num. 7.* vbi de- 20 terminat quæstionem, stante statuto, quòd infrà decẽ dies appellari possit, & post 60. dies debeat prosequi, quòd tempus 60. dierum incipit currere à die appellationis, & non ab vltimo die decem dierum, non obstante illa dictione, *post*, & illam sequitur *Aret. ibidem*, idem *Paul. in l. fin. nu. 3. C. qui admit. Felin. in cap. quòad consultationem 10. conclus. num. 30. extrà de sententi. & re iudic. Purpur. in d. §. finali. l. final. C. qui admitt. num. 34. Afflict. in Constit. Appellationũ tempora, num. 9.* vbi *glos. & Andr. Alex. in l. fin. nu. 7. circà finem, C. qui admit.* latè *Cumia super Ritth. Regni Siciliæ cap. 78.* incip. *Item si fuerit appellatum, nu. 42. & seq. fol. 420. & Alex. in cons. 82. viso processu, in fin. vol. 6.* & licèt *Alex. in d. §. fin. in fin. verbis* dubitet de hoc dicto, ex quo non obstante appellatione 21 iàm facta potest idem appellans variare, & emendare libellum appellationis infrà decem dies, vt in *l. si quis libellos, C. de appellat.* Tamen opinionem *Pauli* approbauit *Summus Pontifex in clem. Sicut, de appellat.* vbi statuitur, quòd annus ad prosequendã appellationem currat, non à die lapsus decem dierũ ad appellandum, sed statim à die interpositæ appellationis.

Confirmantur hæc authoritate *Felin. in cap. final.* post *num. 4. vers. & adde, extrà de ind.* vbi ait, quòd si 22 pro primo semestre est electus Potestas, & eodem instanti pro secundo semestre est electus secundus, deficiente primo, etiam antè lapsum semestris, incipit tempus currere secundo, adducit *Roman. in l. fin. C. qui admitt.*

Et quatenùs opinio *Alexandri* esset attendenda, eius dubitatio potiùs confirmat nostram opinionẽ in casu nostro, quàm eàm debilitet, siquidèm ratio dubitandi secundùm *Alex.* in eo casu illa est, quia .s. appellans potest mutare, & variare appellationẽ infrà decem dies, & propterea non dicitur finita causa dilationis, & sic adhùc durare debet dilatio. At in casu nostro infrà illud biennium concessum ad expediendum priuilegium assensus in forma Regiæ Cancellariæ, nulla concedtur variatio, nec mutatio voluntatis impetranti assensum, nedùm post actum perfectum, nempè post expeditum ipsum priuilegiũ, sed nec post impetratum memoriale per verbũ, *fiat*, ergò non potest dici, quòd non cesset omninò causa dilationis, & successiuè omninò cessabit ipsa dilatio, ex regula suprædicta.

Et quia vnus ex Dominis insurrexit duobus argumentis. Primò arguens, nullitatem assensus, super qua fundatur dicta reuocatio, firmari ex defectu iuramenti homagij infrà legitima tempora non prestiti in manibus Petri Antonij Albertini Regij Commissarij ad id destinati per dictum Baronem, per quẽ illud præstari debebat, & sic cùm defectus prænarratus successerit culpa dicti emptoris, dicta reuocatio de iure non debet procedere, siquidèm ex culpa propria quis commodum sentire non debet.

Secundò nempè asserens, nullitatem assensus inductam ex hac Regia Pragmatica fuisse in beneficium Regij Fisci principalitèr, non autèm ipsarum Partium, & successiuè illas iuuare non posse respectu reuocationis prædictæ.

His obiectionibus respondebam, quòad primam, culpam hanc à iure non esse admissam, vt illa damno sit Partibus respectu reuocationis præfatæ, nàm- 23 que nulli dubium est, quin assensus Regius super contractu feudali possit obtineri, tàm ab emptore, quàm à venditore, sicut cuilibet competit ius reuocandi, iuxtà decisiones receptas per Sacr. Conss. licèt *Freccia, Anna*, & cæteri contrarium tenuerint, & nihilominùs impetrato assensu per verbum, *fiat*, sed lapso biennio, etiam ex culpa prædictorum non expedito Regio assensu in forma Regiæ Cancellariæ, quo casu euanescit assensus, vt hic, vtrique, tàm emptori, quàm venditori libera est facultas contractum reuocandi, & sic culpa hæc à iure non est considera-

ta : nàm ſi aliter diceremus, ius reuocandi non com-
24 peteret exiſtente culpa prædicta. Inſuper nonnè de iure ſancitum extat, aſſenſum poſſe præcedere, & ſequi contractum feudalem? ad dicta per *Bar. in l. ſi quis mihi bonam §. inſſum. ff. de acqu. hæred. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 33.* Etiò quia per emptorem, & venditorem ad firmandum contractũ ſine metu reuocationis poterat, quinimmò debebat, vel antè contractum, vel ſtatim poſt illius celebrationem impetrari aſſenſus per verbum, *fiat*, illo non impetrato ex culpa, vt ſuprà, non deberet concedi ius reuocandi dictum contractum, & ſic diſpoſitio *Conſtitutionis Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ* redderetur eluſoria; nec procedit obiectum, hunc caſum nõ eſſe comprehenſũ in dicta *Conſtitutione Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ*, quæ loquitur, nullo aſſenſu
25 impetrato, ſiquidèm idem eſt, non eſſe aſſenſum impetratum, vel eſſe impetratum, & ipſo iure annullatum ex aliqua diſpoſitione legali, vt hìc, ſiquidèm Regia Pragmatica diſponit, haberi aſſenſum pro
26 non præſtito, & nullius momenti, nam quandò lex annullat, perindè eſt iudicandus, ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura, quemadmodùm fuſiùs ſcripſit, ac firmauit *Afflict.* poſt *Andr. & Aluaros. in cap. Si quis fuerit, quo tempore miles*, & ſic dicendum eſt, caſum hunc eſſe comprehenſum in *Conſtitutione* iam dicta, iſta nàmque culpa eſt de admiſſibili, & permiſſa à iure, ſicut cernitur ſtatus illa licita veræ donationis, etiam quòd in conſequentiam fiat pro congruo euitando, de qua per *N. apod. in Conſuet. Si quis emit, num. 42. in fin. de iure congrui*.

Nouiſſimè dicimus, articulum hunc fuiſſe deciſũ in cauſa Marchionis Turris Francoliſij cum heredibus Innocentij Paulutij bis per S. C. & in cauſa interpoſitum perpetuum ſilentium, etiam relata cauſa
27 in Conſilio Collaterali, videlicèt ex defectu huius præſtationis iuramenti aſſecurationis, & homagij, ſeu fidelitatis infrà legitima tempora locum fuiſſe iuri reuocandi contractum feudalem; & ſic ſtante bina iudicatura non eſt inſiſtendum vlteriùs in hoc articulo.

Prætereà hoc primum argumentum corruit à cõ-
28 ſequenti deſtructo; nàm ſi hoc eſſet verum, ſequeretur, quòd etiam ſi annus hic deberet computari à die lapſi biennij (vt Pars prætendit) adhùc non poſſet allegari nullitas aſſenſus aſſecurationis non ſequutæ infrà annum, ex quo etiam tunc id procedit ex culpa emptoris, qui non curat præſtare iuramentum, ſed hoc eſt falſum, quia eo caſu etiam Pars fatetur, aſſenſum eſſe nullum, vltrà deciſiones vulgatas, ergò & ipſum argumentum remanet falſum, quod latè probat *Euerard.* in ſuis *cens mod. argum. loco 97.*
29 *fol.* mihi 259. Ratio eſt, quia præſtatio iuramẽti aſ-
† ſecurationis eſt introducta pro forma, ac validitate contractus alienationis rei feudalis, & translationis dominij, & ea non ſeruata, cuiuſuis culpa procedat, cornit actus, *l. cùm hi, §. ſi prætor. ff. de tranſaction. cap. cùm dilecta, de reſcript. & cap. Piſanis, de reſtitut.*
30 *ſpoliat.* Hinc inſerunt *Doctores*, quòd dùm in alienatione rerum minoris requiruntur plures ſolemnitates, ſi vna tantùm deficiat, corruit alienatio in totum quòad omnes contrahẽtes, nec inſpicitur, cuius culpa procedat defectus, vt per *Doctor.* omnes in *l. magis puto, §. non paſſim. ff. de rebus eorum*, & in ſpecie *Innoc. Hoſtien. Io. Andr. & Butr. in cap. 1. extrà de ſacram. iter. vel non. Ang. & Iaſ. in d. l. cùm hic, §. ſi prætor. ff. de tranſact.*

Secundo obiecto reſponderur. quòd hæc Regia
31 Pragmatica non aperit, ſi eius diſpoſitio fuit inducta Regis fauore tantùm, quinimmò eſt aſſeuerandum, illam interceſſiſſe, non tantùm Regis fauore propter iuramenti fidelitatis præſtationem Regi ab emptore vtili Domino, verùm etiã fauore vtilis Domini ob præſtationem iuramẽti aſſecurationis à vaſallis ipſi vtili Domino, & ſic ceſſat obiectum.

Secundò, demus tamen, haùd concedendo, interceſſiſſe Pragmaticã principaliter, & abſolutè fauore Regis, tamen cùm ex defectu adimplementi prædicti naſcatur nullitas aſſenſus, ac ſi nunquàm in rerum natura extitiſſet, vt ſuprà, ex qua ius reuocandi quæſitum fuit contrahentibus, ratio prædicta fauo-
32 ris Principis quòad ius non mutat, ſicut dicimus in nullitate aſſenſus ex defectu regiſtrationis illius in quinternionibus Regiæ Cameræ diſpoſita ex clauſula priuilegiorũ fauore Regis tantùm, quia ex defectu prædicto ſequitur nullitas aſſenſus, quæ prodeſt contrahentibus pro acquiſitione dicti iuris reuocandi, vt teſtatur *Afflict. in deciſ. 355. num. 14.* Inſuper obiectum prænarratum poſſet allegari, quandò forſan Prorex defectui prædicto diſpenſaſſet, vt dici poteſſet, quòd Rex poteſſet renunciare iuri in ſui beneficiũ inducto, & tamen in prædicta cauſa Marchionis Turris Francoliſij aderat diſpenſatio, quæ
33 hìc non cernitur, & quia diſpẽſatio non poterat tollere ius tertij ſtatim quæſitum ex reſolutione aſſenſus ex defectu præſtationis iuramenti fidelitatis, & aſſecurationis, fuit iudicatum, illa non obſtante locum fore iuri prædicto reuocãdi, prout teſtatur *Regens de Ponte*, illius cauſæ Aduocatus in ſuo *conſ. 67. num. 34. verſ. quo memoriali, lib. 1.* Hæc in primis allegationibus, ſed quia nouæ inſurrexerunt difficultates, ideò ſecundas protuli Allegationes, tenoris ſequentis.

RERVM SVMMA.

34 *Inueſtituræ ſub petitione fidelitatis iuramenti præſtatio comprehenditur.*

35 *Fidelitatem polliceri verba, non oblationem ſimplicem iurandi, ſed ipſam iuramenti præſtationem, quo vaſallus ad fidem ſeruandam ſe obligat, important.*

36 Textus *diſpoſitio in §. prætereà ſi quis infeudatus procedit tàm in feudo nouo, quàm antiquo, etiã nulla intercedente interpellatione.*

37 *Feudum vel ſucceſſione vel inueſtitura acquiritur.*

38 *Feudatario mortuo de iure communi feudorũ eius ſucceſſor infrà annum, & diem debet petere confirmationem inueſtituræ, & præſtare iuramentum fidelitatis. quod tàm in feudo nouo, quàm antiquo procedit.*

39 *Fidelitatem debere ſubſequi inueſtituram eſt determinatum, intelligendo de inueſtitura verbali, & abuſiua non autèm reali, & propria.*

40 *Inueſtitura ſi infrà annum, & diem non fuerit petita, & facta fidelitas, feudum ipſo iure amittitur, licèt quòad auocandam poſſeſſionem requiratur ſententia.*

41 *Fidelitatem ſolo verbo ſine tactu ſcripturarũ promittere olim ſufficiebat, ſed hodiè omnia capitula in iuramento fidelitatis exprimuntur, & actualiter fidelitas præſtari debet.*

42 *Fidelitatis iuramentũ ab emptore præſtandum ab hoc Regno in deſuetudinem abiit.*

43 *Renouatio nihil de nouo inducit, ſed facit, vt reuertatur ad priſtinam naturam.*

44 *Fi-*

44 *Fidelitatis ad præſtandum iuramentum terminus an incipiat currere à die requiſitionis, vt voluit* Capycius.

45 *Aſſenſus in Regno qui præſtatur emptori, habet vim inueſtiturę.*

46 *Pragmaticæ huius intelligentia ſubijcitur.*

47 *Dictio, tum, ſeu, tunc, diuerſa eſt à dictione, poſt.*

48 *Argumentum à contrario ſenſu eſt validiſſimum, etiã in interpretatione ſtatutorum, etiam ſi verba ſtatuti ſint cõcepta negatiuè, & ad euitandam ſuperfluitatem tale argumentum eſt conceſſum.*

49 *Relatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus ſuis.*

50 *Rex aſſentiendo non intelligitur contractum gerere, quia aſſenſus non eſt contractus.*

51 *Feudi emptor ſi impetrauit aſſenſum in forma priuilegij in primo anno, ſed omiſit appoſitionem ſigilli, poterit illud apponi facere, donec durat biennium.*

52 *Nihil commune habet, an terminus ſemel inceptus inceſſanter currat de momento ad momentum, vel an hic terminus, etiam ſi currat de momento ad momẽtum, dicatur extinctus per explicationem actus, pro quo terminus fuit ſtatutus, antè tamen lapſum totius integri termini.*

Dom. Conſiliarius Marcellus Marcianus *condignis effertur laudibus.*

53 *Aſſecuratio vaſallorum eſt petenda etiam à vaſallis, qui eſſent in feudo plano, & de tabula, & tenetur in capite à Barone.*

DIxi in prioribus ſcriptis pro Hieronymo Scarãgio emptore Terræ Caſſani contrà Principem Caſertæ, anni terminum præfixum à Regia Pragmatica ad præſtandum iuramentum fidelitatis per emptores feudorum eſſe computandũ à die conſignationis priuilegij aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, non autẽm à die integri biennij elapſi, vel quia id ità eſſet expreſſum ab ipſa Pragmatica, ſaltim à contrario ſenſu, ſub illis verbis ibi, *ità vt non priùs decurrat tempus præmiſſa faciendi, quàm ipſis conſignatum fuerit priuilegium Regij aſſenſus*, & hic eſt caſus prouiſus à Pragmatica, vel quia ſi non eſſet prouiſus à Pragmatica, remanſiſſet ſub diſpoſitione iuris cõmunis feudorum, per quod emptor acquiſito feudo infrà annum, tenetur præſtare iuramentum fidelitatis, à die acquiſitionis, ſeu conceſſionis computandum.

Audio nunc, quòd Aduerſarius impugnat meum aſſumptum, tàm circà diſpoſitionẽ iuris communis, quàm circà intellectũ Pragmaticæ, eo ſub prætextu, quòd de iure communi feudorum emptor, ſeu acquiſitor noui feudi, licèt debeat præſtare fidelitatẽ, non tamẽ habet tempus præfixum ad illam præſtandum, & de iure Regni eſt ſtatutũ, quòd emptor feudi cùm aſſenſu Regis non tenetur præſtare iuramentum fidelitatis: Pragmatica verò adeò clarè loquatur, vt tempus anni ad præſtandum iuramentum nõ currat, niſi poſt biennium conceſſum ad expediendum priuilegium aſſenſus, quod nullam admittit aliã interpretationem.

Vt ergò veritas magis eluceſcat, quia Ego affirmaui de iure communi feudorum, etiam in acquiſi-
33 tore noui feudi, & ſic in emptore eſſe præfixum terminum vnius anni ad præſtandum iuramẽtum fidelitatis directo Domino, quod Aduerſarius negat. Ego ad probandum meam opinionem affero *Andr. in cap ſi minori, in princ. ſi de feud. defunct. fuer. contr.* & magis ſpecificè de emptore, & donatario adduco eundem *Andr. in cap. 1. num. 10. verſ. ſed hoc caſu, per quos fiat inueſt.* & ſequitur *Ziparul. ad Andr. in d. § ſi minori, in verb. emptores, circa medium*, & in *l. Imperialem, § præterea ſi quis infeudatus, verſic. à proprio Domino, in verb. emptore, de prohib feud. alien. per Federic. Capyc. in eodem §. præterea ſi quis infeudatus, cart. 53. colum. 1. verſ. ſexta concluſio Andr.* citat *text. in cap. 1. quo temp. miles, & in cap. 1. § præterea ſi quis infeudatus de prohib. feud. alien. per Feder.* quæ iura expreſsè ſtatuunt nouo acquiſitori terminum anni, & diei ad petendum inueſtituram, & ſub petitione
34 inueſtituræ non eſt dubium, quòd comprehenditur præſtatio iuramenti fidelitatis, prout id declarando ſubdit *gloſ. in d. §. præterea ſi quis infeudatus, in verb. petierit*, dùm declarãdo, quid ſit petere inueſtiturã, ſubnectit illa verba, *pollicendo fidelitatẽ*, ad ꝙ citat *text. in cap. 1. in princ. de capit. Corrad.* & in *cap. 1. quibus cauſ. feud. amitt.* ſed voluit citare *cap. 1. in princ. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* in quibus apertiſſimè diſponitur, petentẽ inueſtituram debere vnicè contextu polliceri fidelitatem, & ſic præſtare iuramen-
35 tum fidelitatis; illa enim verba, *pollicendo fidelitatẽ*, non oblationem ſimplicem iurandi important, ſed ipſam præſtationem iuramenti, quo vaſallus ad fidẽ ſeruandã ſe obligat, vt expreſſim declarat *Vulteius de feud. lib 1. c. 6. n. 3.* citat in ſpecie *tex. in d. c. 1. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* & quòd *tex. in d. §. præterea*
36 *ſi quis infeudatus* procedat tàm in feudo nouo, quam in feudo antiquo, apertiſſimè demonſtrat *Harthm. Piſtor. lib. 2. part. 1. quæſt. 18. num. 5.* vbi poſteà per totum *num. 6.* conuincit, quòd diſpoſitio eiuſdem *text.* procedit, etiam nulla præcedente interpellationẽ.

37 Quibus accedit, quia feudum aut acquiritur ſucceſſione, aut inueſtitura, *cap. 1. § fin. in fin. de feud. cognit. Andr. in cap. ſancimus, num. 3. quo temp. miles,*
38 cum concordantibus. Primo caſu ſucceſſionis de iure communi feudorum mortuo feudatario, eius ſucceſſor infrà annum, & diem debet petere confirmationem inueſtituræ, & præſtare iuramentum fidelitatis, *cap. 1.* vbi *Andr. de capit Corrad. cap. 1. in princ. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt cap. 1.* vbi *Andr. num. 1. & 2. quo temp. miles*, & in *cap. ſi minori, num. 2.* per illum *text. ſi de feud. defunct. mil. fuer. contr. cap. Imperialem, § præterea ſi quis infeudatus*, vbi *gloſ. in verb. petierit, de prohib. feud. alien. per Federic. & ibi Capyc. in verb. regula, fol.* mihi 54. vbi poſt *Andr.* aſſent, hoc procedere tàm in feudo nouo, quã in feudo antiquo, & in ſua *feud. inueſt. in verb feudorum inueſtituræ, verſ. tempus petendæ inueſtituræ, & fidelitatis faciendæ, fol.* mihi 249. *Reg. de Ponte in conſ. 67. num. 1. & ſeq. lib. 1.*

Secundo caſu, quandò acquiritur inueſtitura, & ſic in feudo nouo, prout eſt caſus noſter, in hoc adeò
39 tempus eſt determinatum, quòd antiquitùs maxima fuerit controuerſia, an fidelitas deberet præcedere inueſtituram, vel è contrà, & licèt fuerit determinatum, fidelitatẽ ſubſequi debere, vt in *cap. 1. quid præced. debeat, inueſt. in fidel.* cum *ibi* notatis: attamen illud intelligitur de inueſtitura verbali, & abuſiua, non autẽm de inueſtitura reali, & propria, hoc eſt, vt priùs tradatur poſſeſſio feudi, ſiquidẽm primò debet peti, & fieri inueſtitura verbalis, & abuſiua: ſecundò debet præſtari iuramentum fidelitatis: tertiò, præſtito fidelitatis iuramento debet fieri inueſtitura realis, & propria, vt in *cap. 1. § inueſtitura*, vbi *Andr. de noua form fidelit.* ibi *vaſallus faciet fidelitatem*. Ecce gradus, *fidelitate facta Dominus tradit poſſeſſionem*, idem *Andr. in cap. 1. § nulla, num. 18. verſ. ſed facta fidelitate Dominus tradet poſſeſſionẽ, &c. per quos fiat inueſt. Capyc. in verb. feudorum inueſtitura. verſ.*

debet

debet peti, fol.252. & post Afflict. in cap.1.nu.2. quid præced.deb.inuest.vel fidelit. Intrigl. cent.1. quæst.56. num.155. Petr.de Gregor.de concess.feud. par.8. q.16. cap.1.num.1.& seq. Paris de Puteo de reintegr. feud. in cap.incip.Barо concessit feudum, num.2.& 3. in antiquis, fol. mihi 136. *Io.Blanc.in epitome feud. lib.1. cap.3.nu.27.* inserto in 10.*tomo tract.in 1.par.fol.266. & cap.7.num.2.fol.271. Zasius de feud. par.6.num.11. eodem tomo fol.308. Martinus de Silimanis de feud.in rubr.de inuest. qualiter fiat, nu.119.vers.ordo ergò talis, &c. eod.tom. fol.8.*

40 Quinimmò eatènus est tempus prædictum præfixum, quòd si infrà annum, & diem non fuerit petita inuestitura,& facta fidelitas,iura processerunt vlteriùs disponendo, vt feudum amitteretur, & sic ipso iure, licèt quòad auocandam possessionem requiratur sententia, prout *Andr. Bald.* & alios innumeros refert, ac sectatur *Reg.de Ponte* in allegato *cons.* 67. *à num.*1. vsquè ad *num.*10. & in *cons.*30. *à nu.*21. vsquè ad *num.*26. *cons.*5. *num.*39. *& seq. & cons.*61. *num.*4. & vltrà prædictos sic scripsit *Laurent. Siluan. de feud. recognit. quæst.*22. *&* 23. inserto in 10. *tom. tract.part.*1.*fol.*75.*&* 76.*Petr.de Gregor.d.par.*8.*q.*5. *num.*1.*& seq. Io.Vincent. de Anna in cap.*1. *in text. num.*111. *& seq. de vasall.decrep.ætat.* & ex his clarè apparet, assumptum Aduersarij de iure non procedere.

Nec obstant iura, quæ videntur dicere, *inuestituram petendo,& fidelitatem pollicendo,* vt in *cap.*1.vbi *glos. & Andr. quæ sit prim.caus.benef.amitt.* cũ con-
41 cordantibus, quia illa iura procedunt,ea ratione, siquidèm olim sufficiebat promittere fidelitatem solo verbo,sine tactu scripturarum, vt testatur *Bald. in cap.*1. *de pace iur.am. firm. Moronus de treugua, & pace, q.*9. quos nouissimè refert, & sectatur *Io.Petr. Surd.in decis.*159.*nu.*21.& tunc etiã vasallus tenebatur obseruare contẽta in *cap.*1. *de forma fidelitatis*, vt etiam testatur *Capyc.* in sua *feudal. inuest. in verb. feudorum iuramenta, vers.iurans fidelitatem, fol.*258. Attamèn hodiè propter homines ignaros,& simplices omnia capitula in iuramento fidelitatis exprimuntur,& actualitèr fidelitas prestari debet,vt post *Bald.Aluarot.& Sonsbec.* nouissimè testatur *Intrigl. d.centur.*1. *quæst.*56.*num.*178. & hoc etiam expressè videtur determinare *Andr.in cap.*1. *per quos fiat inuestit.*vbi etiã *Præpos.*& *imbi* etiam *Lipar. ad Andr. in lit.V.*qui *Andr.*his verbis loquitur ibi,*fidelitatem pollicendo dicit hic text. vt fidelitatem præstet,&c.& Liparulus* dicit,*vt infrà annum, & diem petat inuestituram, & præstet,& faciat fidelitatem*, & consequẽtèr nõ tantùm debet polliceri, & promitti fidelitas, sed etiam actualitèr præstari; & ex his omnibus luce clariùs apparet, nos nõ errasse, qui Baronem defendimus,prout Aduersarius autumat, dùm affirmauimus,de iure communi feudorum etiam emptori esse præfixum terminum vnius anni ad præstandum iuramentum fidelitatis.

At quia Aduersarius,nedùm negat,hũc anni terminum esse præfixum de iure communi quòad emptorem; sed etiam ipse affirmat, in hoc Regno esse statutum, vt emptor non teneatur præstare iuramẽtum fidelitatis; videamus, quæso, an ipse in hoc inuigilauerit, & vtiquè nullibi profectò tale statutum apparebit in æternum, & successiuè vana redditur hæc eius affirmatio, benè fateor,quòd *Andr. in d. c. si minori,in finalibus verbis,si de feud.fuer.controuers.* & in *l.Imperialem*, §. *præterea si quis infeudatus, in fin. de probib. feud.alien. per Feder.* præsupponit,hoc
42 iuramentum ab emptore præstandum abijsse in desuetudinem ab hoc Regno,dùm ait,quòd in Regno non est in vsu,quid autẽ iuxta affirmatio ab assertione *Andreæ* distet,quilibet dignoscere poterit.

Interim tamen quòad rem meam attinet, illud vnum libet adnotare, ex Aduersarij affirmatione assumptum meum destrui, ex *Andreæ* verò assertione fortius muniri,stabiliri,& confirmari; nam si esset verum,quòd in Regno esset statutum, nè emptores tenerentur ad præstandum iuramentum fidelitatis; si casus, de quo quæritur, non esset in Pragmatica comprehẽsus,remaneret sub dispositione huius statuti,per quod emptores nullo tempore arctantur ad illud præstandũ, sed data pro vera assertione *Andr.* nempè quòd hæc iuramẽti præstatio abierit tantum in desuetudinem in Regno; dùm posteà per stylum Regiæ Cancellariæ introductum solertia, & doctrina eminentissimi illius Regentis Salernitani sub Illustriss. Cardinali Granuelano, fuit illius obseruãtia-
43 renouata,vtiq; talis renouatio nihil de nouo induxit, sed fecit, vt hæc præstatio iuramenti reuerteretur ad suam pristinam naturam, prout erat de iure communi, ex regula *text. in l.si vnus, § pactus nè peteret, ff. de pactis, in finalibus verbis.* Quò fit, vt si Pragmatica, de qua disputamus emanata post renouationem huius iuramenti, non comprehendit casũ nostrum, procul dubio debebit determinari de iure communi, quod tempore Pragmaticæ promulgatæ erat in suam obseruantiam reuocatum, ex regula *text.in l.si extraneus, ff.de condit.ex causa, l.commodissime, ff. de liber & posthum. cap.penult. de iureiur. cap. ex nostra, de iniur.* quæ maximè procedit in statutis, vt latè docet *Surd. cons* 416.*num.*21. *volum.*3. & sic non est dubium, quòd debet præstari iuramẽtum hoc infrà annum statutum à iure communi,etiã circumscripta Pragmatica, vltrà quòd estò millies, quòd ius commune non fuisset reuocatum ad veterem obseruantiam, & res esset decidenda in terminis, in quibus loquutus fuit *Andr.* Aduerto, quòd *Andr.* nõ indefinitè,& simpliciter dixit,quòd in feudis emptis de more Regni nõ est restrictum tempus anni,& diei ad præstandum fidelitatẽ, sed in eo tantùm casu, in quo Rex consentijt feudum emendo, vt sunt eius formalia verba, tàm in *d. cap. si minori, in fin. si de feud.controu.*quàm in *d.*§. *præterea si quis infeudatus, in verb.à proprio Domino, in fin.* ibi, *quod per alienationem cum consensu Domini peruenit*, & sic loquitur *Andr.* in feudo acquisito de nouo cum assensu Domini,vt in specie aduertit *Liparul.ad And. in d.vers.à proprio Domino,in verb.emptore, in fine*, qui dicit expressè,quòd secus est,quandò non fuisset præstitus assensus infrà annũ,& diem,id ipsum antè illum seriò adnotauit *Capyc. in d.* §. *præterea si quis infeudatus.cart.*53.*col.*1.*vers.sexta conclusio*,ratio est, quia dùm Rex assentijt sine interpellatione iuramẽti, videtur velle quodãmodò illud differre, at quandò in ipsomet assensu Rex apponit clausulam,*vt debeat præstari iuramentum fidelitatis*,prout est in casu nostro, vtiq; doctrina *Andr.* non procedit, nec desuetudo Regni poterit considerari.

44 Potuisset fortassè magis lepidè obijcere aduersarius, quòd quantùmuis sit præfixus annus de iure communi feudorum ad præstandum hoc iuramentum,non tamen incipit currere,nisi à die requisitionis,prout voluit *Capyc.*in sua *feudal.inuestit. in verb. feudorum iuramenta,vers.mora vasalli,fol.*mihi 258. *colum.*2. *in fin.* & iterùm *ibidem fol.*259.*col.*1. *vers. tempus iurandi*, per *text in cap.*1. §.*est & alia instior, quæ sit prima caus. benef.amitt.* quæ quidèm requisitio in casu nostro videtur deesse, & sic etiam adhùc

possit

posset dici, annum hunc non incepisse currere propter defectum requisitionis factæ à Domino.

Sed hæc obiectio facilè diluitur, tùm quia hæc Capycij opinio passim improbatur, quia *Bald. in d. §. fin. per quos fiat inuestit. num. 5.* dicit contrarium, vt etiã in nouæ concessione, quando inuestitura iàm est præstita, prout est casus noster, teneatur ilatim præstare fidelitatẽ, & *text. in d. §. est & alia instior*, in quo se fundat *Capyc.* loquitur in eo casu, in quo Dominus non vult expectare annum ad recipiendũ iuramentum vasalli, & tunc nè vasallus decipiatur ex termino anni à iure concessi, requiritur nedùm vna, sed trina monitio, cum termino arbitrario Iudicis, vt *ibi* in *text.* expresè, & declarat *ibidem Bald. propè finẽ, vers. ego puto, Aluaros. num. 5. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 16. nu. 239.* & propterea *Capyc. in d. vers. tempus iurandi* non ausus fuit constanter id affirmare, sed remisit se ad *Bald. ibi*, dicendo expresè, *sed vide Bald. ibi cum illa dictione, sed, quæ est aduersatiua præcedentibus*, quasi dicat, illam primam non esse tutam.

Tùm etiam, quia estò millies, quòd requiratur interpellatio, illa clausula apposita in priuilegio assensus, nempè *volentes etiam, quòd prædictus emptor infrà annum, computandum à die elapsi termini biennij concessi pro expeditione Regij assensus in forma Regiæ Cancellariæ, teneatur expediri facere literas assecurationis vasallorum, & ligium homagium, ac fidelitatis iuramentum præstare*, operatur de iure hãc interpellationem, ità vt quòcunque se conuertat Aduersarius, semper certum sit, hunc annum esse terminum præfixum à iure communi pro iuramento præstando ab emptore, qui, si attendimus opinionem communem, incipit à die concessionis, seu assensus præstiti, vel quia Rex assentiendo, ipse intelligitur concedere, secundùm *Andr. in d. cap. si minori, si de feud. fuer. contron.* & alibi pluriès, vel quia assensus in Regno, qui præstatur emptori, habet vim inuesturæ, vt per *Andr. in cap. 1. qui succeff. tenent.* & in *Const. Fratribus, Reg. Lanar. conf. 18 num. 6. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 2. cap. Hic quæro, num. 12.*

Si verò attendimus opinionem *Capycij* incipit à die interpellationis, & sic reincidit in eundem diem expeditionis assensus in forma Regiæ Cancellariæ, ex quo in eodem assensu fit interpellatio, quòd præstetur iuramentum infrà annum, ergò certò certius est, quòd si casus noster est decidendus de iure communi, hic annus incipit currere vtroquè casu à die consignationis priuilegij assensus in forma Regiæ Cancellariæ.

Videamus, quæso, modò, quid resultet ex verbis huius Pragmaticæ, & quia dixi in primis Allegationibus, quòd illa expressio biennij facta in Regia Pragmatica habuit respectum ad id, quod communitèr fieri solet, vt scilicèt huiusmodi assensus non expediantur, & consignentur, nisi in fine biennij, nõ autem, quòd omninò requiratur integer cursus totius biennij. Pars hoc negat, inquiens, hanc esse magnam restrictionem Pragmaticæ, præsertim illorum verborum, *post biennium*, quæ admissa hac restrictione essent inutilia, dùm ab anno 1570. illud biennium ad expediendũ priuilegium assensus fuerat concessum, & si hæc fuisset intentio Condentis, sufficiebat dicere, quòd terminus curreret à die expeditionis assensus, si expeditio erat attendenda, & non lapsus biennij.

Verùm hæc obiectio cessat, data instantia, quòd non propterea illa verba remanent inutilia, siquidé si Pragmatica fuisset concepta sub illis verbis, quæ aduersarius effingit, potuisset contingere casus, vt emptor non obtinuisset expeditionem, & consignationem assensus intrà biennium, sed longè post (prout multotiès accidit, dùm omittunt appositionem sigilli, seu Regestri, & illam postea impetrãt per viã dispensationis, de qua habetur in hac eadem nostra Pragmatica.) Quo casu si Pragmatica fuisset concepta iuxtà formam verborum traditam ab aduersario, vtiquè potuisset prætendere Pars illa, terminũ anni huius ad præstandum iuramentum fidelitatis non incœpisse currere, nisi a die totalis expeditionis, & consignationis assensus, quod hodiè attentis illis verbis, *post biennium*, nullo modo prętendere potest; nam post lapsum biennium currit hic annus iuramenti irremissibilitèr, etiam si infrà biennium non fuisset expeditus totalitèr assensus, & sic illa verba, *post biennium*, adiecta in Pragmatica non sunt superflua, sed adhùc remanent valdè vtilia, imò necessaria.

Nec est facienda vis in illa dictione, *post*, quasi significet extremitatem temporis, & sic respiciat vltimum diem biennij; nàm hoc falsum est, vt pluribus demonstraui in prioribus scriptis ex *vers. nec facit*, dùm citaui *Paul. & Aret. in l. si quis hæres, 2. secõda, ff. de acquir. hæred.* & alios nonnullos, qui in specie loquuntur de tempore præfixo cum dictione, *post*, & *text. in l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* qui pro illa
47 opinione adducitur, loquitur per dictionem, *tùm*, seu *tunc*, quæ est satis diuersa à dictione, *post*, vt eam latè declarant *Berett. conf. 27. num. 5. & 17. cum seqq. Trentacinq. de subst. part. 1. cap. 1. num. 41. Surd conf. 443. num. 7. & 32. vol. 3.* prout de eadem dictione, *tunc*, loquitur *text. in l. vxori vsumfructum, ff. de vsufruct. legat.* vbi id expressim notat *Bart. num. 2.*

Tantò magis, quia si aliqua dubietas oriri posset ex illa dictione, *post*, fuit omninò sublata ex illis verbis subsequentibus, scilicèt, *ità vt non priùs decurrat tempus præmissa faciendi, quàm consignatum fuerit priuilegium cum clausula prædicta*, quasi voluerit Legislator respõdere tacitę obiectioni, Quid si fuerit expeditum priuilegium assensus antè biennium; an ab eo die curret hic annus? & respondet, quòd curret, sed non priùs, quàm fuerit consignatum priuilegium, & non dixit, quòd non priùs currat, quàm fuerit elapsum biennium, & secundùm hanc declarationem patet, quòd casus noster est specificè determinatus pro mea opinione in eadem Pragmati-
48 ca, nedùm per argumentum à contrario sensu, quod est validissimum, etiam in interpretatione statuto secundùm *Bellug. in specul. Princip. rubr. 27. §. milites, num. 4. vers. & præsupposita*, etiã si verba statuti sint conceptanegatiuè, vt voluit *Alex. in l. 1. nu. 38. cum seqq. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & ibidem Dec. num. 54.* & comprobat *Raudens.* illud in practicã deducens in *tract. de analog. cap. 33. num. 80.* sed etiam in sensu directo, quia si illa clausula id non operaretur, vt scilicèt post consignatum priuilegium statim currat annus ad præstandum iuramentum, vtiquè ad nihil aliud deseruiret, & esset superflua, & ad euitãdum hanc superfluitatem est permissum à *DD.* argumentum à contrario sensu, per *text. in authent. ex testamento*, vbi in specie *Rom. & Iaf. C. de collat.* præsertim quia in casu nostro per hoc argumentum nõ inducitur noua dispositio, sed cessat tantùm illa dispositio, quæ à directo sensu erat inducta, siquidèm illa clausula operatur prohibitionem, vt tempus anni non currat, nisi post consignatum priuilegium; modò per argumentum à contrario sensu consignato priuilegio cessat prohibitio cursus anni, & si cessat

fat prohibitio,non video,quid aliud impediat cursũ anni prædicti,ad latè tradita per *Gallin.de verb.sign. lib.8. cap.14.*

Nec illa verba, *cum clausula prædicta*, important repetitionem biennij ad significandum geminatam præfixionem biennij, vt Pars suo marte effingit, sed illa verba repetunt conditionem iniunctam emptori præstandi iuramentũ fidelitatis,& denotant,quòd vt tempus anni pro hoc iuramento fidelitatis curret post consignatum priuilegium assensus, necesse est, vt in priuilegio consignato sit adiecta clausula illa præstandi iuramentum fidelitatis intrà annum, alias si in priuilegio non adesset talis clausula, anni tempus nunquam curreret,& emptor non esset in mora, quasi quòd illa clausula sit subrogata loco interpellationis Domini,vt superiùs dixi, & sic per illam clausulã est decisa quæstio, secundùm opinionem *Capycij*, vt annus hic pro iuramento præstando in feudo empto non curtat, nisi a die interpellationis.

Nequaquàm dicatur,quòd si res est dubia ex verbis Pragmaticæ,remanet clara ex verbis assensus, in quo præfigitur tempus integri biẽnij, dùm in eo dicitur, *infrà annum computandum à die elapsi biennij*, nam verba assensus circà hanc clausulam nõ tanguntur hic, sed vlteriùs progrediũtur,scilicet *à die elapsi biennij concessi pro expeditione Regij assensus*,& sic nõ statuitur in assensu certus, aut determinatus terminus de nouo, vt per viam principalis dispositionis, sed relatiuè tantùm ad terminum biẽnij concessum, quæ concessio fuit facta per capitulum gratiarum anni 1570. inter *capitula,& priuilegia Neap.fol.* mihi 170. ergò vis est in videndo,quandò finitur biennũ ab illo capitulo concessum: nam si finietur statim consignato priuilegio per illam rationem: quia cessante causa dilationis cessat dilatio, res erit in tuto, tàm ex verbis Pragmaticæ,quàm ex verbis assensus, & sic frustrà Aduersarius fundat se in verbis assensus,& frustrà ponderat stylum Cancellariæ,qui nihil de nouo induxit,nec declarauit.

Et ex his cessat etiam aliud motiuum Partis,quòd terminus hic statutus in assensu, cẽsetur statutus in contractu,quia Rex assentiendo intelligitur contrahere,& in contractu debet expectari integer cursus termini,per *tex.in l.in illa stipulatione, ff de verb. obl.* Nàm cùm Rex in assensu non præfigit terminum præcisum,sed indicat solùm terminũ à capitulo concessum, & sic habet relationem ad capitulum, vtiq; 49 relatio censetur facta cũ omnibus qualitatibus suis, vulgata *l.esse toto, ff.de hæred.instit.*& non per fictionem, sed verè,& propriè, *Bald. in l.qui interrogatus, ff de interrog.actio.Dec.cons.489.nu.*10. *Crau.cons.45. num.4.*& proindè nõ potest operari vltrà quàm operatur capitulum, ad quod est facta relatio,& successiuè extincta dilatione capituli, extinguitur etiam dilatio assensus,vltrà quùd decisio *text.in d.l.in illa stipulatione* non est fundata in ratione,quòd sit dilatio concessa à contrahentibus, sed in alia ratione, quia adhùc ille terminus potest afferre vtilitatem respectu actus principalis,pro quo fuit inducta dilatio, nempè longius tempus ad soluẽdum, vt inferiùs 50 declarabo. Item non est verum, quòd Rex assentiendo intelligitur contractum gerere,nàm assensus non est contractus *Ann.in Constit.Constitutionem diuæ memoriæ,num.65.* & sic non sumus in contractu, sed in mera gratia Regis assentientis, teste *Loffred. cons.7.num.*11. *Camer.in l.Imperialem,cart.44. lit.S.* quia Rex non dicitur conferre, nec donare assentiendo, sed tantùm permittit,alium de re sua dispo-

nere, *Frecc.de subfeud. lib.2.author.*1. *q.*29. *num.*3.

Audio nunc, quòd idem Aduersarius ad retellendam supradictam rationem à me adductam, scilicèt quòd cessãte causa dilationis,cessat ipsa dilatio,quæ procul dubio ponit gladium ad radicem, duas adhibere conatur responliones. Prima,quòd Ego etiam circà hæc æquiuocauerim,dùm dixi, expeditionem, assentus intra biennium fuisse causam dilationis anni circà iuramentum præstandum,eò quòd terminus biennij fuerat concessus longè antè Pragmaticam, scilicèt ab anno 1570. Altera verò,quòd illa regula non procedit,quotiescunq; expectatio temporis potest afferre vtilitatem,prout affert in casu nostro.

At Ego quòad primam ingenuè fateor, me illam non capere, culpa fortasse Relatoris, qui meus proprias verba fortasse non percepit, sed vtcunque sit, Ego audacter affirmo, me nec per somnium quidem cogitasse id, quod ipse pro æquiuocatione mihi tribuit, siquidèm Ego nunquam dixi, quòd expeditio assensus intrà biennũ fuerit causa dilationis alterius anni ad præstandum iuramentum, sed bene dixi,& nunc repeto,quòd causa, propter quã in anno 1570. fuit concessa dilatio biennij emptoribus feudorum ad expeditionẽ priuilegij Regij assensus fuit,vt contrahentes commodiùs potuissent illam expeditionem procurare intrà biennium, quò fit, vt si intra biennium, vtputà in primo anno priuilegium illud sit expeditum, cessat causa dilationis, propter quam fuit concessum biennium, & successiuè cessat ipsum biennium,& si cessat biennũ, statim extincto biennio incipit cursus anni pro iuramento præstando. Quòd autem causa dilationis biennij fuerit commoda expeditio priuilegij assensus, patet clarissimè ex verbis supplicationis gratiæ,quæ nulla prorsus egẽt inductione.

Quò verò ad secundum Ego fateor, quòd regula non procedit,quotiescunque expectatio integri termini afferre potest vtilitatem, prout optimè probatur in dicta *l.in illa stipulatione, ff. de verb. oblig.* sed in applicatione huius vtilitatis differimo à Parte, seù potiùs ab Aduersario: nàm hæc vtilitas non debet considerari respectu actus consecutiui post dilationem concessam, exẽpli gratia,in quæstione *Paul. de Castro*; Pars habet terminum dierum decem ad appellandum,& post illos decem dies aliorum quinquaginta ad prosequendum, si appellat infrà biduũ, non est amplius expectandus cursus integri decennij, ponamus modò, quòd idem appellans post illam appellationem factam intrà biduum voluerit mutare, & variare appellationem infrà restantem terminum decennij, an possit? & certè erit dicendum, quòd sic, quia propter hanc vtilitatem variandi appellationem non dicitur finita causa dilationis per illam primam appellationẽ,quia adhùc superest vtilitas illa dilationis ex facultate mutandi,& variandi appellationem, ità declarat *Alexand.in l.fin.in fin. libus verbis, C.qui admitt.* quòd si appellans non variauerit,& sic cessat vtilitas in actu,non est dubium, quòd per primam appellationem factam infrà biduum est extinctus cursus integri decẽnij,ità apertissimè docet *Rimald.sen.in d.§.fin.num.*7. *vers.circà verò*. Adrò quòd si infrà quinquaginta dies ad prosequendum omiserit appellationem prosequi,nõ supplebuntur ei illi restantes dies de termino ad appellandum, quantùmuis illorum supplerio esset sibi vtilis,quia vnus actus est ab alio satis diuersus.

Similiter in casu nostro, si emptor impetrasset as- 51 sensum in forma priuilegij in primo anno, sed omisisset appositionem sigilli, vtiquè potest illud apponi

ponî facere,donec durat de biennio,quia illa dilatio biẽnij ſemper poteſt afferre ſibi vtilitatem circà expeditionem, & perfectam abſolutiõnem priuilegij, ſed abſoluto integralitèr priuilegio infrà primum annum, ſi Pars omittat præſtare iuramentum infrà alium annum à die conſignationis priuilegij,& velit poſtea illud ſupplere ex reſtanti tẽpore biennij conceſſi ad expeditionem priuilegij,quia hoc affert ſibi vtilitatem,vtiquè hæc vtilitas non erit in conſideratione, quia non reſpicit illũ actum, pro quo eſt conceſſa prima dilatio,ſed actum ab illo conſecutiuum, pro quo eſt ſtatutus diuerſus terminus, & ex diuerſis non eſt facienda illatio, *l.Papinianus exuli, ff.de minorib.* alias enim ſi eſſet attendenda vtilitas,etiam reſpectu actus conſecutiui, vtiquè regula illa, quòd ceſſante cauſa dilationis, ceſſat dilatio, remaneret prorſus inutilis, & deſtruerentur iura per me adducta, etiam in dilatione conceſſa à lege, quia in dilatione conceſſa ſequenti in gradu deberet computari etiam dilatio conceſſa præcedenti, qui eam renunciauit, quod nõ eſt vllo pacto dicendum, & ſic ceſſat prorſus hæc limitatio,quæ eſt vera in ſe, ſed non applicabilis caſui, de quo agimus.

Id autem,quod idem Aduerſarius adducit de diuerſitate inter terminum ad appellandum, & proſequendum appellationem, de quo loquitur *Caſtr.* & alij à me citati,ac inter terminum biennij conceſſum ad expediendum priuilegium aſſenſus, nempè quòd in appellatione currat terminus de momẽto ad momentum, ſed non ſic in caſu noſtro, eſt guſtui meo adeò inſulſum, vt nihil inſulſiùs dici, aut excogitari potuiſſet; ſiquidèm præterquàm,quòd illa differentia non verificatur in omnibus caſibus à me explicatis in prioribus Allegationibus,nempè in termino accuſandi conceſſo vxori de adulterio vxoris, in termino petendi bonorum poſſeſſionẽ proximiori agnato, in termino cõceſſo agnato proximiori ad reuocandum alienationem feudi factam ſine aſſenſu, & propterea tanquàm non generalis, non poteſt deſtruere argumentum à me fabricatum,& ſolidiſſimè fundatum,ex regula *text.in l.cùm pater, §.dulciſſimis, ff.de leg.2. l. licèt, C.de excuſat. tutor.* & etiam ſi eſſet generalis, nihil eſt,quid enim commune ha-
§2 bet quæſtio, an terminus ſemel inceptus inceſſantèr currat de momento ad momentum, cum alia quæſtione, an hic terminus,etiam ſi currat de momento ad momentum, dicatur extinctus per explicationẽ actus,pro quo terminus fuit ſtatutus,antè tamen lapſũ totius integri termini? certè prorſus nihil:Nos enim non diſputamus, an dies termini computetur in termino, in qua diſtinguunt *Doctores*, verum currat de momento ad momentum; vt per *DD.* & præſertim *Iaſ.in l.1. ff.ſi quis caution.Hier.Caual.q.401.* ſed an terminus inceptus extinguatur, ſtatim explicato,& abſoluto actu,pro quo conceditur, licèt non ſit integralitèr elapſus. Fuit tandèm facta relatione in Collaterali Conſilio ſub die 3. Iunij 1602. abſolutus Princeps Caſertæ, attenta clauſula adiecta in aſſenſu, *quòd* ſcilicèt *regiſtratio fieret infrà annũ poſt biennium præfixum ad expeditionem priuilegij aſſenſus.* Actuarius S.C. eſt Balſamus. Pro qua deciſione optimè conferunt tradita per *Bouad.lib.3. Politicor. cap.8.num.101.in lit.F.*& per *Carpan.ad Stat.Mediol. cap.196.nu.47.par.2.* eſt optimus *text. in l. de illa ſtipulatione 8. ff.de verb. oblig.* Contrarias, & ſic Principis partes,& ſtrenuè, & diligẽtèr tutatus fuit Dominus *Marcellus Marcianus I.C.* maximi nominis, nunc inter huius Ciuitatis Aduocatos primi Ordinis, Orator facũdiſſimus, memoria præ cæteris plurimùm pollens,& facti ancipitis,& dubij conciliator perpetuus, & nemini ſecundus, nunc meritiſſimus Conſiliarius, qui in eodem articulo bina compoſuit *conſilia*, in præſentiarum prælata ſub *num.47. & 48. lib.1.* iam ſub prælo exiſtente, in quo multa continentur, in quibus Authoris ingenium, eruditio, & ſapientia maximè eluceat.

§3 Inſuper eſt aduertendum, quòd hæc aſſecuratio vaſallorum eſt petenda, nedùm pro vaſallis, qui sũt in feudo quaternato, quod tenetur in capite à Regia Curia, ſed etiam pro illis vaſallis, qui eſſent in feudo plano, & de tabula, quod tenetur in capite à Barone, & petetur etiam à Regia Curia, ità docet *Andr.in Conſtit.Poſt mortem,in fine*, quem ſequitur *Capyc.* in ſua *inueſt. in verb. feudorum aſſecurationes, & in verb. feudorum clauſula,verſ.caſtris,& in verb. quaternatum*.

De Feudis. Pragm. XXIV.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta procedit tàm in dotibus, quàm in antephato, licèt in diſpoſitiuis in dotibus tantùm loquatur.*

ITem ſimilmente eſſa fedeliſsima Città, &c.

Aſſenſus legales pro dotibus intelligantur præſtiti in beneficũ omnium, quibus eſt earum facienda ſolutio, aut reſtitutio. H. D.

1 Hæc Pragmatica in aſſertiuis loquitur tàm de dotibus, quàm de antephato,ſed in diſpoſitiuis loquitur de dotibus tantùm, omiſſo antephato, ideò poſſet dubitari, an procedat etiam in antephato? & videtur mihi probabilitèr poſſe reſpõderi, quòd ſic, ex diſpoſitione *text. in l.fin. § ſimili quoquè modo, C. iure dot.* qui loquitur propriè in donatione propter nuptias, in cuius diſpoſitione videtur mihi fundata hæc gratia.

De Feudis. Pragm.XXV.

RERVM SVMMA.

1 *Succeſſio feudalis in feudis nouis extenditur vſquè ad fratres,& ſorores, eorumque filios vtriuſquè ſexus, quod procedit etiam in exteris poſſidentibus feuda in Regno.*

2 *Vita, & militia debetur filijs ſecundogenitis à primogenito ſuper feudis nouis, ſicut ſuper feudis antiquis.*

3 *Secundogeniti in electione eſt in feudis nouis, ſi mauult partem pretij ipſorum feudorum ſemel conſequi, & non vitam,& militiam,& è contrà.*

4 *Vita, & militia quid ſit, quis teneatur illam præſtare, & cui, & nùm ſit tranſitoria ad hæredes, & vti ſit liquidanda.*

5 *Iuriſdictionis prouentus reſpectu vitæ, & militiæ annumerentur inter fructus.*

6 *Vita, & militia præſtatur ſingulis annis, non obſtante, quòd aliquibus annis nulli fructus percipiantur ex feudo, & præſtatur, non tempore fructuum recollectionis, ſed in tribus tertijs.*

7 *Secundogenitus in materia vitæ, et militiæ dicitur etiã primogenitus, qui propter inhabilitatem, vel aliud impedimentum non potuit in feudo succedere.*
8 *Vitæ, & militia debetur statim facto casu successionis primogeniti, siuè succedat per mortẽ patris, siuè per renuntiationem puram, & simplicem.*
9 *Vitæ, & militia non est compensanda cum legato à patre facto in beneficium ipsius secundogeniti.*
10 *Secundogenitus pro vitæ, & militia non tenetur contribuere in solutione adhoæ, vel alterius seruitij, à primogenito præstandi.*
11 *Renũciatio specialis an requiratur in vita, & militia, sicut requiritur in legitima.*
12 *Vita, & militia an succedat loco legitimæ, vel potius alimentorum.*
13 *Filius ingratus potest exhæredari etiam ab hac vita, & militia.*
14 *Actio hypothecaria nec pro legitima, nec pro paragio competit, nisi adsit legatum paternum pro certa quantitate in locum legitimæ, quia tunc non solum pro quantitate legata, sed etiam pro supplemento competit hypotheca.*
15 *Hypotheca pro vita, & militia super feudo competit.*
16 *Vitam, & militiam an teneatur secundogenitus compensare cum feudo sibi à patre relicto, & alia.*

ITem detta Fedelissima Città, &c.

1 Feudalis successio in feudis nouis extenditur vsq; ad fratres, & sorores, eorumquè filios vtriusq; sexus, qui sunt nepotes acquirentis. H.D.

Gratia, de quâ hic fit mentio, est in *prag. 18. suprà eod. tit.* quæ hic modò ampliatur, & vtraq; comprehendit etiam exteros possidentes feuda in Regno, prout declarauit eadem Regia Maiestas ad supplicationem Iacobi, & aliorum de familia Grimalda Ianuensium per literas Regias expediras Madritij 26. Iunij 1587. exequutoriatas in hoc Regno per Comitem Mirandæ die vltimo Augusti 1587. registratas *in partium* 10. *fol.* 102.

Et quia in hac Pragmatica fit prouisio circà feuda noua, quæ considerantur in primo acquirente, est
2 sciendũ, quòd filijs secũdogenitis ab ipso primo acquirẽte debetur vita, & militia à primogenito super ipsis feudis nouis, quemadmodùm super feudis antiquis, ex dispositione *Constitut. Regni Comitibus, & cap. Regni Alienationis actus*, prout declarat *Regius Consiliar. Minadous in repet. Const. In aliquibus in rub.*
3 *in verb. de successione, post num.* 30. sed in feudis nouis est in electione secundogeniti, si mauult partẽ pretij ipsorum feudorum semel consequi, & non vitam, & militiam, & è contrà, vt passim receptum est in supremis huius Regni Tribunalibus, prout fatentur *Prætor. lib. 3. subfeud. tit. de differ. feud. ex pacto, & hæred. differ. 33. num. 4. & Minad. vbi suprà.*

Quæ quidèm vita, & militia est annua præstatio
4 in pecunia, quam primogenitus tenetur dare secundogenito, durante vita tantùm secundogeniti, non tamen ad [illegible]us hæredes transitoria, liquidanda ex fructibus feudi, habita ratione ad numerum filiorũ, ità vt primogenitus capiat antè partem medietatẽ fructuũ, tanquàm æs alienum ratione seruitij, quod præstat directo Domino, & alia medietas diuiditur æqualitèr intèr omnes filios, computata inter eos etiam persona primogeniti, secundùm *Affl. in l. imperialem, § prætered ducatus num 19. de prohib. feud. alien per Feder. Franc. de Amic. de his, qui feud. dare*
poss. §. sed hic pulchrum, num. 7. fol. mihi 11. *Capyc. dec.* 211. *post num. 6. vers. & hoc*, & habita ratione ad fructus, qui percipiebantur tempore mortis patris, comprehensis etiam corporibus reintegratis post mortẽ patris, iuxtà decisa per Sacr. Cons. relata per
5 *Præs. de Franch. decis. 61.* Sed an inter fructus connumerentur prouentus iurisdictionis, *Affl. in l. imperialem, §. prætereà ducatus, num. 66.* distinguit inter prouentus iurisdictionis ciuilis, & prouentus iurisdictionis criminalis, & hæc annua præstatio erit vni-
6 formis singulis annis, non obstante, quòd pro aliquibus annis nulli fructus percipiantur ex feudo, secundùm *Minad. decis. 10. Reg. de Ponte cons. 79. num. 10. vol. 1. Reg. Tapia decis. S.C. 44. num. 3.* & præstatur, nó tempore recollectionis fructuum, sed in tribus tertijs, prout decisum refert per *S.C. Io. Ang. Pisanell.* ad *Napod. in Consuet. Verùm si aliquis, in apostill. in-*
7 *cip. inferendum, fol.* mihi 223. & dicetur secundogenitus in hac materia, nedùm qui est minor natu, sed etiã, qui esset maior natu, & primogenitus, sed propter inhabilitatem, aut aliud impedimentũ non potuit in feudo succedere, vt fuit decisum per S. C. in
8 *decis. Præsid. de Franch. 20.* quæ quidèm vita, & militia debebitur statim facto casu successionis primogeniti, siuè succedat per mortem patris, siuè per renuntiationem puram, & simplicẽ, vt per *Ann. alleg. 13.* qui refert, ità fuisse iudicatum per Sac. Cons. per binas sententias, licèt *ipse* in contrarium allegauerit, & iterùm in *rubr. de vasall. decrep. ætat. nu. 225.* idem affirmat *Giurb.* qui alios citat in *Consuet. Messan. c. 4. glos. 5. nu. 26.* licèt vitio Impressoris adhuc dictio, *non*, negatiua, cõfirmat plurib⁹ *Mastrill. decis. 248. nu. 15.*
9 *cum seqq.* nec erit compensanda cum legato à patre facto in beneficium ipsius secundogeniti, *Affl. de-*
10 *cis. 138. & ibi Vrsill.* neque pro vita, & militia tenebitur contribuere in solutione adhoæ, seù alterius seruitij, à primogenito præstandi, vt post *Affl. & decis. 252.* refert decisum *Præs. de Franch. d. decis. 20. in fin.* cui Ego addo *Bacz. de decim. tutor. cap. 29. nu. 13. Camill. Salern. ad Napod. in Consuet. Quòd si aliquis, in*
11 *apostilla* incip. *an secundogenitus. fol.* mihi 216. an autem in hac vita, & militia requiratur specialis renũciatio, prout in legitima? disputat, sed non decidit *Præs. de Franch. decis. 525. nu. 21. cum seqq.* at in *d. decis. 20. num. 6. & 7.* inclinat in affirmatiuam.
12 Sed hæc vita, & militia vtrum succedat loco legitimæ, vel potiùs loco alimentorum, differit *Consil. Fab. Anna cons. 6. Marta de iurisdict. part. 4. casu 23. num. 20. cum seqq.* vbi disputat quæstionem, an debeatur in successione linea transuersalis. Certum
13 tamen est, quòd filius ingratus poterit exhæredari, etiam in hac vita, & militia, quemadmodùm & in legitima, vt disputando concludit *Camill. Salern. ad Napod. in Consuet. In omnibus, in apostill.* incip. *ad istã Consuetudinem, fol.* mihi 226.

In vno tamen vita, & militia est magis priuilegia-
14 ta, quàm legitima, nàm licèt nec pro legitima, nec pro paragio competat actio hypothecaria, prout de paragio testãtur *Affl.* docendo in *Const. In aliquibus, q. 6. nu. 34.* & decidendo *decis. 161. Napod. in Consuet. Si qua mulier, in verb. de bonis*, quod nec *Andr. in d. Const. In aliquibus* potuit negare, & de legitima fatetur *Hier. Laur. decis. Auen 51. nu. 5. & Affl. in d. decis. 162.* quam latissimè cõprobat *Dec. cons. 234. magnifici viri nu. 6. vsq; ad fin.* & latiùs *Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 147. cum seqq. Mangil. de imputat. quæst. 13. nn. 14.* latissimè *Giurb. in Consuet. Messan. cap. 4. glos. 4. num. 10. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 4. quæst. 1.* Nisi adsit legatum paternum pro certa quantitate in locum legi-

legitimæ, quia tunc nedùm pro quantitate legatæ, ſed etiam pro ſuppiemento competit hypotheca, vt declarat *Intrigl.deciſ.45.nu.11.& ſeq.* licèt in ſuppiemento contrarium ſentiat *Mangil. vbi ſup. nu.16.*

15 Tamen pro vita, & militia competit hypotheca ſuper feudo, ex diſpoſitione *text. in cap. Alienationis actus*, inter *Capit.Regni.* Et hæc vita, & militia de-
16 betur ſecundogenito, etiam ſi pater diſpoſuerit de aliquo feudo in ſui beneficium, quia non compenſabitur cũ vita, & militia, niſi expreſsè dicatur, ſecundùm *Afflict.deciſ.138.in fine*, quem ſequitur *Muta in cap.Regni Sicilia 33.nu.188 tom.1.* ſed in contrarium arguit *Vrſill.ad Affl.ibi*, & ſi ſecundogeniti decedãt in vita patris, debetur filijs eorum, ſi pater ſuperuixerit, *Præſ de Frãch.deciſ.542.Reg.Tap deciſ.S.C.44.* An autem filiæ fœminæ faciant partem in liquidatione vitæ, & militiæ, declarat *Capyc. deciſ.vlt.in fin. Minad.conſ.2.Reg.Tap.ibid.*

Alia plura circà hanc materiam habes apud *Camill.Salern.ad Napod. in Conſuet. Quòd ſi aliquis, in apoſt.* incip. *vita, & militia, fol.* mihi 217. *& ſeq. Conſiliar.Anni conſ.4. & Petr. de Gregor. Sicul. in tract. de vita, & militia.*

RERVM SVMMA.

17 *Secundogenitus ſi mallet eligere partem pretij in feudis nouis, eam non iure collationis, ſed petitione hæreditatis deberi, defenditur, & num.* 32. *& 34.*

18 *Collatio pretij militiæ tunc fit, quandò pater ipſe viuẽs donat filio militiam à ſe quæſitam, vel emit militiã filio de pecunia ipſius patris.*

19 *Collatio penitùs ceſſat, quãdò filius ſuccedit poſt mortem patris.*

20 *Feudum pater emens, in quo primogenitus ſuccedit, an videatur filio donare in vita tacitè, & vti donatio acquiſita, non per ſucceſſionem, ſed per actum inter viuos debeat conferri, & num.11. & 12.*

23 *Conferre non tenetur filius ea, quæ habet à patre in vim ſimplicis donationis, ſecundùm communem opinionem.*

24 *Collatio eatènus habet locum, quatènus is, à quo petitur, vult ſuccedere in reliquis bonis hæreditarijs defuncti ſimul cum alijs fratribus, alioquin ceſſat.*

25 *Primogenitus tenetur ad partem pretij, ſiuè velit, ſiuè nolit ſuccedere in reliquis bonis defuncti, & ità pluriès deciſum & num.46.*

26 Andreæ locus declaratur.

27 *Feudum emptum à patre cum qualitate hæreditariæ, eodem modo cẽſetur, quo reliqua bona hæreditatis, & reputatur vnicum patrimonium, nec diuerſum à bonis burgenſaticis.*

28 *Pecunia à patre erogata in emptionẽ feudi an abſceſſerit à patrimonio patris & num.33.*

29 *Vita, & militia tantùm ſecundogenitis, tàm in feudis antiquis, quàm nouis debetur.*

30 *Opinio* Harthm.Piſtor. lib.2. quæſt. par.2. q.38. *dicentis, hãc pretij partem deberi ſecũdogenitis remedio querelæ inofficioſæ donationis, reijcitur.*

31 *Collatio exceptionis tantùm iure competit quãdo perſona, cui debet conferri, poſſidet bona hæreditaria, vel officio Iudicis, quando illa poſſideret is, qui tenetur conferre, ex quo fuit facta diuiſio, & ex errore fuit omiſſa collatio.*

35 *Feudum de iure non patitur diuiſionem.*

36 *Actio petitionis hæreditatis non minus competit hæredi ad corpora hæreditaria, quàm ad pecuniam hæreditariam.*

37 *Feudum nouum, & antiquum in hac ſubiecta materia vti differant inter ſe.*

38 *Primogenitus nõ tenetur ad aliquam partem pretij ſecundogenitis, quandò nullum adeſt pretij onus, etiam ſi eſſet feudum nouũ, veluti qua Rex gratis ex munificentia cõceſſerit alicui feudum iure Francorum, ſecus ſi talis Regis munificẽtia eſſet remuneratoria, & num.45.*

39 *Actus medius celeritate coniungendarum actionum occultatur.*

40 *Induſtria, & labor æquiparantur pretio.*

41 *Donatio remuneratoria compenſatio eſt, quę vim ſolutionis habet.*

42 Solutionis *verbum ad omnem liberationem, quoquo modo factam pertinet.*

43 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundùm dictum alterius* Doctoris, *quem allegat.*

44 *Creditor ſi liberat fideiuſſorem donatione remuneratoria, poteſt fideiuſſor agere actione mandati contrà principalem debitorem ad quantitatem, pro qua fideiuſſit, ſecus ſi non animo remunerandi, & quæ ſit ratio diuerſitatis.*

47 *Secundogenitis debetur pars pretij in feudis nouis, non tantùm in linea deſcendenti, ſed etiam in collaterali.*

48 *Collatio ceſſat in linea collaterali.*
Feudi nom ſucceſſio nullatènus pertinet ad aſcendẽtes.
Pater refutans ſuccedens filio refutatario non tenetur ad vitam, & militiam fratri, & filio refutatarij, & refutantis reſpectiuè, & cum ratione.

49 *Vita, & militia debetur tantùm in linea deſcendenti, non autem collaterali.*

50 *Primogenitus tenetur ad partem pretij feudi noui vnà cum intereſſe, etiam ſine mora, in illis tamẽ caſibus, in quibus hoc intereſſe debetur actione petitionis hæreditatis, & quando dictum intereſſe debeatur, an à die mortis patris, vel à die moræ.*

51 *Mora idem operatur, quod litis conteſtatio circà vſuras, & fructus.*

52 *Bonorum, quæ debent conferri, intereſſe nõ debetur, niſi à die moræ, & quãdò daretur officium Iudicis à die litis motæ tantùm.*

53 *Secundogenito debetur pars pretij, habito reſpectu ad ipſum pretium ſolutum tempore emptionis feudi, nõ autem ad valorem feudi tempore mortis patris.*

54 *Pretium militiæ emptæ à patre filio, vel donatæ attẽditur tempore mortis, nõ autem donationis, vel emptionis.*

55 *Feudi incrementum accedit ipſi corpori feudi, non autem pretio, intelligendo de incremento intrinſeco, ſecus ſi eſſet extrinſecum, ſiuè per opus manufactum in ipſo ſolo feudi, vel per alia bona circumadiacentia, feudo vnita, & incorporata per primum acquirentem, nàm tunc cedunt feudo in beneficium primogeniti, verùm tenetur ſecundogenitis ad partem pretij.*

56 *Secundogenitis pars pretij eatènus debetur, habito reſpectu ad pretium in emptione feudi erogatum, quatènus feudum durante vita primi acquirentis durauerit in eodem ſtatu, ſecus ſi aliquo pacto in totum, vel in partem feudum receperit diminutionẽ, quia tunc habebitur reſpectus ad valorẽ feudi tempore mortis primi acquirentis, non ad pretium erogatum.*

57 *Secundogenitis debetur pars pretij tempore mortis, ſi feudum pluris valeat, ſecus ſi minoris.*
Non debetur pars pretij erogati in emptione tituli, & dignitatis ſuper feudo, num.58.

59 *Paragium competit filiabus tàm super burgenſaticis, quam ſuper feudis remanſis in hæreditate patris, nec non ſuper emphyteuticis, quamuis in ipſis ex particular. pactione non ſuccedant.*

60 *Paragium debitum filiabus quandòque eſt liquidandum vſquè ad legitimam, quandoque vſquè ad virilem.*

61 *Paragij pro conſequutione vnà cum intereſſe poterit filia experiri contrà fratrem, vel alium patris ſucceſſorem in actione perſonali, & cogere illum ad feudi venditionem pro integrali ſatisfactione, & an cõpetat actio perſonalis in rem ſcripta, etiam contrà tertium poſſeſſorem.*

62 *Actio nulla pro paragio competit, nec perſonalis in rem ſcripta, nec hypothecaria ſuper corpore feudali, ſed tantum ſuper fructibus feudi, & non inſolidum, ſed pro rata, habito reſpectu ad omnia bona in hæreditate remanſa, & num. 72.*

17 SEd quandò ſecundogenitus mallet eligere partem pretij in feudis nouis, tũc nobiliſſimę quęſtionis eſt inueſtigare, quo iuris remedio hæc pars pretij debeatur ſecundogenitis; in qua non me latet, paſſim receptum fore, hanc pretij partem deberi à primogenito per collationem, ſeu iure collationis, quaſi quòd ſtantibus ſecundogenitis teneatur primogenitus, qui ſucceſſit in feudo nouo cõtetre ipſis ſecundogenitis partẽ pretij erogati à communi patre in emptione feudi, eò quòd *Andr.* qui primus omnium author fuit huius opinionis in *cap. imperialem, §. præterea ducatus, in vlt. addit. nu. 30. de prohib. feud. alien. per Federic.* vtatur argumentis huiuſmodi collationis ad fundandum ſuam intentionem, & per eadem media illud i dem affirmauerunt *Affl. et Loffred. in eod. § præterea ducatus*, & paſſim alibi reliqui *Doctores*, quos conſultò omitto. Rationem verò huius collationis in eo conſtituunt, quia hoc feudum nouum ex re patris eſt, nam pretium abſceſſit à patre, & mortuo patre, tantò minus remanſit in patrimonio; in quo ſi nõ abſceſſiſſet, poterat ſecundogenitus ſuccedere, vt colligitur ex *Andr. in d. §. præterea ducatus*, ibi *& ſic ex re patris eſt*, & uerùm *inferiùs*, ibi, *quia ex re, & pecunia patris*, & denuò *circà finem*, ibi, *ex re patris eſſe videatur*, clariùs ex *Luc. de Penna in l. 1. col. 8. circà princ. verſ. nàm ſi pater*, ibi, *ſecus ſi pater emit, C. de impon. lucr. deſcript. lib. 11.* ſequitur *Loffr. in d. §. præterea ducatus, fol. 61. col. 2. circà princ. Camer. in l. imperialem, cart. 107.* in illo Dialogo cum *Iſern.* & *Conſil. Anna conſ. 26. in fin. vol. 1. Alnar. Valaſc.* qui ponit quæſtionem in emphyteuſi empta à patre cũ qualitate maioratus in *prax. part. & collat. cap. 13. num. 102. & ſeqq.*

Ego verò, licèt veriſimam putem concluſionem principalem, nempè deberi omninò ſecundogenitis partem pretij feudi noui à patre quæſiti, tamen etiã ab ipſorum feudorũ cunabulis nunquàm mihi perſuadere potui, quòd hæc pars pretij deberetur iure collationis, ſed potiùs mera actione petitionis hæreditatis, & quantum diſtet, an debeatur iure collationis, vel petitione hæreditatis, ex concluſionibus in fine reaſſumendis apertiſimè patebit.

Quòd autem non debeatur iure collationis, plu-
18 ribus apertiſsimè probatur. Primò, quia collatio pretij militiæ à qua argumentatur *Andr. ibi*, procedit, nõ indiſtinctè, ſed quandò pater ipſe viuens donat filio militiam à ſe quæſitam, vel emit militiam filio de pecunia ipſius patris, vt conſtat ex *l. omnimodò, §. imputari, C. de inoff. teſt.* vbi *DD.* & præſertim *Bellap. & Bal. in l. illud, C. de collat.* vbi *DD.* & ſignanter *Bald. Paul. & Iaſ. Ripa in l. an quartam, nu. 163. ff. ad l. falc. Couar. lib. 3. var. cap. 19. in fin. Gomeſ. in l. 29. Tauri, nu. 21. Vaſq. de ſucc. creat. §. 3. nu. 203.* poſt *Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe, nu. 4. ff. de collat. bonor.* latè *Gam-*
19 *ma deciſ. Luſitan. 39.* At quandò filius ſuccedit poſt mortem patris, ceſſat penitùs collatio, notat *gloſ. in auth. ex teſtamento in l. à patre, in l. ſi donatione, & in l. ſi emancipati, C. de collat.*

Et licèt *Andr.* huius manifeſti iuris axiomatis nõ ignarus, vt hunc ſcopulum euitaret, huiuſmodi collationis fundamentum in eo conſtituat, quòd ſcilicèt
20 pater emens feudum, in quo primogenitus ſuccedit, videtur filio tacitè donare in vita, & vti donatio acquiſita, non per ſucceſsionem, ſed per actum inter viuos, debeat conferri, & cum eo concurrit *Afflict. ibi num. 79. verſ. in contrarium*, eſt aduertendũ, quòd hoc eius dictum non eſt verum, proùt validiſsimis rationibus ad viuum demonſtrat *Loffr. in eod. §. præterea ducatus, fol. 58. col. 1. & 2. cum ſeq.* ad què me remitto.

21 Nec me latet, quòd idem *Loffr. ibid. fol. 59. col. 4. verſ. & cùm clarum ſit*, nõ audens recedere ab opinione *Andr.* per duas longas, lataſq; columnas, nimiùm inſudando pro tuenda *Andr.* opinione, quòd ſcilicèt debeatur per viam collationis, pro effugiendo hoc ſcopulo, cõcludit, quòd licèt feudi poſſeſsio non ſit acquiſita filio primogenito in vita patris, ſed tantùm poſt mortem, tamen huic filio fuit acquiſita actio vtilis ſuper feudo ex emptione facta per patrẽ pro ſe, & filijs heredibus, & propterea hoc feudũ cenſetur donatũ in vita patris. Sed Ego, vel inuitus fateri cogor, quòd *Loffr.* pro extricando *Andr.* totũ ſe involuit. Nàm hęc ratio eſt eadẽ cũ dicto *Andr.* qui eã duobus verbis explicauit, & quãtò longioribus verbis explicata eſt, tantò magis dignoſcitur falſa, quia nulla actio poteſt dici quæſita filio per actum patris, niſi priùs conſtet, filium eſſe hæredem, dùm eſt quæſita per patrem cum qualitate hæreditaria, & propterea quia interim poteſt illud feudum alienare, etiam ſi eſſet ex pacto, & prouidentia, quandò eſt de nouo quæſitum, ius filij pendet à morte patris, & in vita nihil eſt ei quæſitum, etiam quòad actionem, vt benè aduertit *Minad. in d. ver. de ſucceſſione, num. 3. poſt medium*, & licèt pater, qui emit feudum, dicatur illud habere ex cõtractu, tamen filius eius hæres, qui non poteſt venire, niſi cum qualitate hereditaria, dicitur habere ex ſucceſsione, non ex cõtractu, quòad ipſum enim hæredem proximior cauſa eſt ſucceſsio, quàm contractus, *Bald. in l. ex placito, C. de rer. permut.* quem ad id in indiuiduo adducit *Frecc. d. different. 33. in fin. tit. de different. inter feud. ex pacto, & hæred.*

22 Et vltrà hos grauiſsimos Feudiſtas Ego addo, quòd ſi hæc ratio conſiderata ab *Andr.* & tantoperè inſudata à *Loffred.* eſſet vera, concluderet vtiq; nedùm in feudis iure Francorum quæſitis à defuncto, ſed in omnibus alijs bonis, etiam burgenſaticis, in quibus filij ſuccedunt poſt mortem patris, nam etſi ſint quæſita per patrem, in eis tamen dicuntur habere dominium filij, etiam in vita patris, adeò vt ſucceſsio filiorum dicatur potiùs continuatio dominij, quàm noua acquiſitio, *l. in ſuis, ff. de liber. & poſthum.* & tamen fatuum eſſet aſſeuerare, quòd bona, in quibus filij ſuccedunt poſt mortem patris, dicantur illi habere titulo donationis *in* vita patris, non autèm titulo hæreditariæ ſucceſsionis poſt mortem: ergò inuitis dentibus fatendum eſt, quòd non poteſt habere locum collatio in feudis iure Francorum,

à patre

à patre quæsitis, in quibus filius primogenitus succedat titulo hæreditario post mortem patris, non autem titulo donationis in vita patris.

Secundò cessat manifestè prætensa collatio, quia estò millies, quòd filius primogenitus haberet huiusmodi feuda potiùs titulo donationis tacitæ sibi à patre factæ tempore acquisitionis sub natura iuris Francorum, prout considerabat *Andr.* Tamen hoc non potest esse, nisi in vim simplicis donationis, non
23 autem ob causam, sed ea, quæ filius habet in vim simplicis donationis à patre, non tenetur conferre, secundùm communem opinionem *DD. in auth. ex testamento, C. de collat.* vbi *glos. in verſ. datorũ*, & alia *glos. fin. in l. illud, C. eodem*, quod etiam animaduertit *Affl. in d. § præterea ducatus, nu. 79. verſ. in contrariũ*, ibi *iſtud argumentum mihi non placet*, licèt *Ioannes* glossator antiquus in *d. auth. ex testamento* voluerit contrarium, quia eius opinio cõmunitèr damnatur; hinc est, quòd *Andr.* dùm fundat se in hac præsumpta donatione in vita patris, sentijt hanc difficultatem, quòd esset simplex donatio, & in simplici donatione non habet locum collatio, iuxtà communem opinionem, sed *ipse* loquutus fuit secundùm opinionem *Ioãnis*, vt expressè patet ex verbis ipsius *Andr. ibid.* pluriès repetitis, ergò quemadmodùm opinio *Ioannis* est damnata, necessariò venit etiã damnanda opinio *Andr.* circà hanc collationem, fundata in opinione *Ioannis*.

Tertiò, ad vnum demonstratur, hanc assertã collationẽ non posse procedere in casu nostro, tàm palpabili demonstratione, vt contrariũ attentari nullò módo possit.

Siquidẽ in exploratissimi iuris est, collationẽ eà-
24 tenùs habere locum, quatenùs is, à quo petitur collatio vult succedere in reliquis bonis hæreditarijs defuncti simul cũ alijs fratribus, sed si non vult succedere, retinebit pro se bona donata, & cessabit in eis collatio, ità probatur expressè in *l. si maritus. C. de collat.* vbi *Imperator* amitæ cohæredi dotem non conferenti denegat actiones hæreditarias tantùm, non autem cogit illam ad conferendum, idem disponitur *in l. filiæ C. eodem*, & apertiùs *in l ex causa, C. fratrem. hercisc.* & *in l. 1. §. iubet autẽ. verſ. ſi cum duobus ff. de collat. bonor.* latè *Hieron. Laur. in l. ſi emancipati, num. 145. cum ſeq. C. de collat. Craſſ. de ſucc. par. 2. in verb. collatio bonorum, quæſt. 4. num. 2.* vbi ait, quòd hoc nunquàm habuit dubium.

Quò fit, vt si hæc pretij pars deberetur per viam collationis, vtiq; posset primogenitus abstinere se à successione reliquorum bonorum, retinẽs pro se integrum feudum, & secundogeniti non possent illum cogere ad conferendum partem pretij, quòd vtiquè
25 fatuum esset omninò admittere, nam primogenitus tenetur ad partem pretij, siuè velit, siuè nolit succedere in reliquis bonis defuncti, vt fuit iudicatũ per Sacr. Consin causa Filiorum Comitis S. Agathæ relata à *Thoro in verb. primogenitus. par. 2.* & idem cum magna discussione iudicatissimus hodiè 29. Ianuarij 1635. in causa D. Abb. Francisci Peretti hæredis vniuersalis in burgensaticis Principis Peretti sui patris cũ Principissa Albani hærede vniuersali in feudalibus, iunctis Consiliarijs duarum Aularum cum tribus Regentibus adiunctis, nempè D. Berardino Montaluo Locumtenente R.C.S. D. Io. Enriquez Marchione Campi, & Me. si ergò consequẽs est falsum, ergò & falsum antecedens, argumento à consequenti cessante, de quo per *Eucrard. in loco 97. à deſtructione conſequentis*.

Non est igitur verum, quòd hæc pars pretij, quam omninò deberi à primogenito affirmamus, debeatur per viam collationis, prout hucusq; *Doctores* passim admiserunt.

Nequaquam est vera ratio introducendæ huiusmodi collationis, quam ijdem *Doctores* definxerũt, dùm considerant, hanc partem pretij abscessisse à patrimonio defuncti tempore emptionis feudi, nàm
26 *Andr.* cui hoc dictum tribuitur, nunquàm loquutus fuit de abscessione à patrimonio defuncti, sed tantũ dixit, quòd est ex re patris, & ex pecunia patris, quod Ego fateor, sed nõ propterea sequitur, quòd illa pecunia erogata in emptionem feudi abscesserit à patrimonio patris, benè verum est, quòd *Luc. de Penn. in loc.* iàm citato hoc dicit expressè, sed *ipſe* fallitur
27 (pace sua dixerim) nàm feudum emptum à patre cum qualitate hæreditaria eodem modo tenetur, quo reliqua bona hæreditatis, & reputatur vnicum patrimonijũ, nec est diuersum à bonis burgensaticis, sed est vnicũ, & idẽ patrimonium, vt benè aduertit *Frece. differ. 33. in final. verb.* & in *3. formul. inueſt. n. 3. in fi. & nu. 4. & 48.* & in *differ. 13. propè fi. inter feud. ex pact. & hæred. fol.* mihi 445. & sufiuq *Camer. in cap. 1. an agnat. qu. 22. num. 155. verſ. quod dicemus, f. 469.* ergò si feudum emptum de pecunia patris dicitur vnum, & idem patrimonium cum alijs burgẽ-
28 saticis paternis, nõ est verum, quòd pecunia erogata in emptionẽ dicti feudi abscesserit à patrimonio patris, immò dicetur totũ oppositũ, vt adhùc duret in eodẽ patrimonio, prout reliqua bona burgẽsatica, & est tantùm mutata qualitas, quia quod priùs consistebat in quantitate, postea consistit in corpore subrogato in locum pretij, quo emptum fuit, vt à simili in emphyteusi empta pro filio primogenito de pecunia patris, tradit *Cald. Pereir. de iur. emphyt. c. 15. nu. 14 p. 3.*

Si ergò hæc pretij pars non potest deberi secundogenitis per viam collationis, & si ratio, quæ suader, hanc partem pretij deberi primogenitis, nõ est ea, quòd scilicèt pretium abscesserit à patrimonio defuncti, vbi fundabitur communis opinio, quam nos verissimam esse de iure in principio fassi sumus, quòd *f.* omninò debeatur à primogenito pars pretij feudi noui secundogenitis, & priusquàm meam sententiam proferam, non omittam, quòd *Minad.* qui paucissimis verbis hæc omnia contrarta degustauit in *d. verb. de ſucceſſione*, post *n. 30.* apertissimè sentit,
29 quòd communis hæc opinio non sit vera, immò secundogenitis tàm in feudis antiquis, quã in feudis nouis debeatur tãtummodò vita, & militia per *Cõſtit. Comitibus*, quæ non distinxit de feudo empto, vel non empto, sed posteà non audet recedere à cõmuni opinione propter authoritatem rerum iudicatarum, inquiens, quòd illa opinio iàm vsu recepta fuit, nullam penitùs rationem adducẽs pro eius cõ-
30 firmatione, & *Hartbm. Piſtor.* subtilissimus Germanus, & feudalis materiæ instructus *lib. 2. suarum qq. p. 2. q. 18.* in qua agit, an filiæ fœminæ debeatur legitima super feudis, agnouit, hanc portionem pretij etiam pro iure legitimæ non posse deberi iure collationis, sed conatur hanc opinionem substinere remedio querelæ inofficiosæ donationis, vt in *d. q. 38. num. 66. in fine et num. 71. verſ. hanc Minadoi*, & iterùm *num. 86.* verùm attenta hac eius opinione, illa non posset procedere, nisi quòad obtinendam legitimam suam, non autem quòad obtinendam integram portionẽ virilem in successione ab intestato: alia igitur declaratio est inuestiganda, & nouissimè *And. Fachin. lib. 7. controu. iur. c. 48.* latè probat, hanc collationem cessare, sed non dicit, si alio

iure debeatur pars pretij: Ego verò constitutus in tàm vasto gurgite iuris feudorum; in quo apparent rari nantes, spero, Deo auspice, demonstrare, opinionem hanc veriſſimam esse in se, aliundè tamen, quàm hùcusque *Doctores* existimauerint.

Dico igitur, hanc partem pretij in feudis nouis de-
31 beri secundogenitis, non per viam collationis, quæ exceptionis tantùm iure competit, quandò persona, cui debet conferri, possidet bona hæreditaria, vel officio Iudicis, quandò illa possideret is, qui tenetur conferre, ex quo fuit facta diuisio, & ex errore fuit omissa collatio, vt explicat *DD. in l. si soror, C. de collat.* scilicèt *Cyn. in finalibus verbis, Alberic. n. 1. Bart. num. 1. Bald. in 1. opposit. Fulgos. num. 2. Corn. num. 4. & 5. Curt. iun. num. 8. Rimin. sen. num. 2. Ias.* qui eam legit cum *l. præcedenti ea demùm, in 3. notab. Petr. Bellapert. in l. si emancipati, in fin. vers. sed quæritur, & ibidem Hieron. Laur. nu. 150. Vital. Nemanſ. in tract. de collat. part 2. in finalibus verbis* post 10. *concluſ. Craſſ. de ſucceſſ. in verb. collatio, quæſt. 21. num. 5. Valaſc. in praxi part. & collat. cap. 14. num. 8.* Sed per
32 viam principalis actionis, scilicèt petitionis hæreditatis, & non ea ratione, quòd pretium abscesserit ab hæreditate tempore emptionis, sed potiùs, quia pretiũ nunquàm abscessit à patrimonio, immò semper permansit in patrimonio patris, & post mortem patris repertur in eius hæreditate, & in eodem patrimonio.

Quòd hoc vltimum sit verum, nempè quòd pre-
33 tium nõ abscessit à patrimonio patris: satis, superq; probatum est, scilicèt authoritate *Frecc. & Camer.* dùm reprobaui rationem illam adductam per *Luc. de Penna*, & ad literam id tradidit *Camerar. in l. Imperialem, §. præterea ducatus, cart. 104. col. 4. lit. Q. in fine*, licèt transeat simplicitèr cum opinione *Andr.* vt sit per viam collationis, *ibi* enim explicitè ait *Camer.* quòd ex parte pretij, quã debet primogenitus, minuitur patrimonium filij primogeniti, non patris, & augetur hæreditas burgensatica patris, ecce igitur, quòd semper remansit in hæreditate patris, & in patrimonio paterno: sed vltrà *illos* hoc probat expressè *text.* à nemine, quem viderim, animad. ersus in *l. pater, ff. de adimend. legat.* vbi *Iurisconſ.* loquens, de pecunia filiæ legata, & postea cõuersa in emptionem prædij, & quærens, an ex hoc videatur ademptum illud legatum filiæ, respondit per hæc verba formalia: *Non enim abſumptum videtur, quòd in corpus patrimonij verſum eſt*, & sic in induiduo probat hic *text.* vltimum meum axioma, quòd scilicèt per emptionem feudi non dicatur abscessisse pretium à patrimonio patris; ad idem alius *text.* expressus in *l. idem ſeruandum 74. ff. de legat. 2.* & alia iura adducta per *gloſ. in verbo videtur in d. l. Pater.*

Quòd autem primum sit verum, nempè compete-
34 re ad hanc partem pretij actionem petitionis hæreditatis; necessariò sequitur ex veritate illius vltimi dicti: nam si verum est, prout est verisimum, quòd illud pretium erogatum à patre in emptione feudi non propterea abscesserit à patrimonio patris, sed durante eius vita fuit semper vnicum patrimonium cum cæteris bonis burgensaticis, & post eius mortem remansit in eius hæreditate, vtiquè frater primogenitus vti possessor feudi, cum quo est incorporatum pretium, tenebitur petitione hæreditatis, *l. regulariter ff. de pet. hæred.* quæ *lex* habet locũ etiam in iudicio familiæ herciscũdæ inter cohæredes, *l. ſed & ſi lege, §. pen. ff. eod.* ad dandum partem pretij fra-
35 tribus secundogenitis, dùm feudum ipsum non patitur de iure diuisionem, quemadmodùm traditum est in re burgensatica diuidenda inter plures cohæredes, quæ non patiatur commodam diuisionem, vt in *§. eadem, vers. quòd ſi commodè, Inſtit. de offic. iud.* notat *gloſ. in d. l. ſed & ſi lege, § pen. l. ſi familiæ, ff. fam. hercisc. l. ad officium, C. com. diuid.* nam idem est, quòd non possit diuidi de facto, vel de iure, *l. filius*, vbi *gloſ. fin.* concordantes allegat, *ff. de cond. inſtit.* &
36 actio petitionis hæreditatis nõ minus competit hæredi ad corpora hæreditaria, quàm ad pecuniam hæreditariam, vt est *text. in l. etiam, §. 1. in fin. vers. ſed Sabinus, ff. de pet. hæred.*

Dicet fortasse aliquis, quòd si hoc esset verũ, sequeretur, quòd hanc partem pretij possent prætendere secundogeniti etiam in feudo antiquo hæreditario, quod similitèr remanet in hæreditate patris, & dicitur similitèr vnicum patrimonium cum alijs bonis burgẽsaticis, vt constat ex *Camer.* in *loco* à me supra citato, qui loquitur indistinctè in quolibet feu-
37 do hæreditario, nulla facta distinctione inter nouũ, & antiquum, & tamen attentare hoc idem in feudo antiquo, est prorsus erroneũ in iure feudali: sed hoc nihil est, nàm dictum meum non est fundatum in eo, quòd corpus feudi sit hæreditarium, & quòd remãserit in hæreditate, sed quia pretiũ, quo fuit emptũ, nunquã abscesserit à patrimonio, & semper permanserit in eodem patrimonio, licèt conuersum in emptionem feudi, quod non potest dici de feudo antiquo; nam in feudo antiquo nõ potest dici adesse pretium, quo fuit emptum, quia illud iam fuit diuisũ inter secundogenitos primi acquirẽtis, & semel distributum non est amplius distribuendũ, & quandò postea deuenit ad alios primogenitos descendẽtes vlterioris gradus, iam ad eos peruenit liberũ ab onere pretij iam exoluti, ergò non mirum, si cõuersum est in feudo antiquo, quàm sit in feudo nouo.

Hinc est, quòd quandò nullum adest onus pretij,
38 etiam si esset feudum nouum, primogenitus nõ tenetur ad aliquam partem pretij secũdogenitis, putà quia Rex gratis ex munificentia cõcessit alicui feudum iure Francorum, prout aperto ore tradiderunt *Andr. in d. §. præterea ducatus, propè fin. vers. quandò Rex, vel alius donat feudum, Luc. de Penna in d. l. 1. colum. 8. C. de impo. lucr. deſcript. lib. 11. Capyc. deciſ. 2. num. 7. Afflict. in eod. §. præterea ducatus, nu. 33. vers. & hanc vltimam partem, Loffred. ibid. col. 15. in princ. antè vers. ex prædictis*, quod etiàm apertissimè voluit *Frecc. in d. differ. 33. num. 3. in fin.* ibi, *quandò feudum gratuità habet*, licèt aliquatènus se inuoluit circà duplicitatem patrimoniorum, nam cùm non fuerit solutum pretiũ pro acquisitione feudi, remanet solùm ipsum corpus feudi liberum ab onere pretij, & successiuè succedet solus primogenitus absq; onere partis pretij in beneficium secundogenitorũ, nec secundogeniti possunt causari, quòd pretium, q. priùs erat in patrimonio patris in quantitate, modò reperiatur in eodem patrimonio incorporatum cũ ipso feudo, quia antè acquisitionem feudi nullum pretiũ erat in patrimonio; ergò non est pretium, cuius pars aliqua ipsis possit competere.

Secus est, si hæc Regis munificentia, seù donatio ab altero facta rei feudalis, non esset gratuita, sed remuneratoria, nempè in remunerationem seruitiorum, pro quibus recipienti feudum cõperebat actio, vel Iudicis officium ad consequendum mercedem congruam illorum seruitiorum, quia tunc feudum censetur emptum illamet actione, & quemadmodùm antè acquisitionem feudi erat illa actio in patrimonio defuncti, ità post feudi acquisitionem, licèt non possit dici, quòd duraverit eadem actio, quia

per

per ſolutionem eius, quod debetur, tollitur omnis actio, & obligatio: emerſit tamen effectus illius actionis, nempè merces ſeruitiorum, quæ ex dicta actione, ſeù officio Iudicis dicto defuncto debebatur, ità vt habeatur, ac ſi remunerans ſoluiſſet priùs in pecunia mercedem ſeruitiorum defuncto, & poſteà pro illa mercede in pecunia ſoluta vendidiſſet eidem feudum pro illa pecunia, occultatur
39 enim actus ille medius, proùt in iure ſæpiſſimè contingit, celeritate conungendarum actionum, per *l.3. §.fin. ff.de donat.inter vir.& vxor.l.ſingularia*, vbi *Bart.& Decius, ff ſi cert. petat.* latè *Foller. de cenſibus, in verb.quæ quidem exceptio, nu.*30. & hoc eſt, quod in effectu voluit *Andr.in cap.1.num.3.in fin.de feud.guard.* dùm ait, *quia ſi poteſt feudum emi à Domino per pecuniam, quare pro labore non compu-*
40 *tabitur pretium, cùm induſtria, & labor æquiparentur pretio, l.ſi conuenerint, §.1. ff.pro ſocio*, meminit *Regens Conſtant.in l.1. & 2. num.65. C. de filijs officialium.*

41 Hæc enim donatio remuneratoria compenſatio eſt, vt per *Io.Monac.in rub.de pan.& remiſſ.in ſexto, Rimin.iun. Inſt.de donat. in princ. num.*318. & compenſatio vim ſolutionis habet, *l. ſi debitor, ff.qui pot.*
42 *in pign. hab.* Immò *ſolutionis* verbum ad omnem liberationem quoquo modo factam pertinet, *l.ſolutionis, ff.de ſolut.* proùt conſtat ex *Andr. in cap.1. §. ſed nec eſt alia iuſtior, num.*42, *verſatem ſi Rex remiſit, quæ ſit prima cauſ.benef.amitt.* & ità iudicatum fuit in cauſa *delli Fedeli* relata per *Ann.ſingul.*201. quæ deciſio omni iuri conſona apparet ex prædictis, licèt aliqui reputauerint illam fatis dubiam propter authoritatem *Luc. de Penna* relati à *Capyc. d.dec.*2. *num.*7. qui ad hæc non aduertens proprupit in illa verba, *vt l. non debeatur pars pretij, quandò feudum eſt donatum etiam per donationem remuneratoriam*, & pro ſua opinione citauit *Andr. in §. præterea ducatus, propè finem*, qui non loquitur quicquàm de donatione remuneratoria, ſed tantùm de donatione ſimplici facta à Rege, vel ab alio, & propterea ſi
43 dictum Doctoris debet intelligi ſecundùm dictum alterius Doctoris, quem allegat, *Luc.de Penn.* hoc non ſentijt, dùm *Andr.* quem citat, id non dixit, vel ſi hoc ſentijt, intellexit de illa donatione remuneratoria, pro qua non datur actio, nec officium Iudicis, præſertim quia in *d.§.ſed nec eſt alia iuſtior* apertè dicit contrarium in donatione remuneratoria, & ità in materia huius donationis remuneratoriæ diſtinguunt *Pinell.de bon.matern.l.1.p.3.nu.8.& ſeq. Tell. Fernand.in l.*28 *Taur.n.*3. *Valaſc.in prax.part.& collat.c.*13.*n.*108.

Pro cuius opinionis confirmatione adduco *text. in l.item*; *§.ſi.& ibi gloſ.in verb.mandati*, iuncta *l. ſi verò non remunerandi, in princ. ff.mandat.* vbi quan-
44 dò creditor liberat fideiuſſorem donatione remuneratoria, poteſt fideiuſſor agere mandati contrà principalem debitorem ad quantitatem, pro qua fideiuſſit, ſecus autem ſi liberatio eſſet facta ſimpliciter abſq; animo remunerandi, ratio eſt, quia primo caſu creditor cenſetur ſoluiſſe ſuum debitum, ad quod tenebatur remunerationis cauſa fideiuſſori, & breui manu fideiuſſor eandem quantitatem ſoluiſſe creditori, quod non poteſt cenſeri, quandò liberatio eſt gratuita, ità ſentijt apertiſſimis verbis *Aret.in d.§.ſi.in ſummario*, dùm conſiderat ſolutionem fictam, & latiſſimè ad rem noſtram explicat *Rimin.Inſt.de donat.in princ.n.*332.

Nec dicatur, quòd eſſet intelligendum, non pro
45 integro valore feudi donati, ſed pro rata tantùm æſtimationis, ad quam aſcendere potuiſſet merces ſeruitiorum præſtitorum arbitrio Iudicis, ex traditis per *Imol.in l.Aquilius, ff.de donationibus*. Nàm cùm integrũ feudum eſt donatum pro remuneratione ſeruitiorum, donans cenſetur æſtimaſſe illa ſeruitia iuxtà integrum valorem feudi donati, quæ nemo alius potuit iuſtiùs æſtimare, quàm is, qui ea recepit, dùm non fuit inter perſonas à iure prohibitas, in quibus aliqua fraudis ſuſpitio potuiſſet conſiderari, latè *Dec.conſ.*20. & ſignantèr poſt *n.*5. *verſ.non obſtat ſecundum argumẽtum*, & in *l.ſi donationem.n.*19. *C.de collat.Pariſ.conſ.*88. *circà finem, volum.*3. *Curt. iun.conſ.*142. *num.*4. *Rimin. iun.d.princ.Inſtit.de donat. nu.*259.

Remanet igitur vndiq; abſoluta, ni fallor, hæc concluſio, quòd pars pretij feudi noui titulo oneroſo quæſiti debeatur ſecundogenitis à primogenito, non per viam collationis, ſed per actionem petitionis hæreditatis, & non ea ratione, quòd pretium abſceſſit à patrimonio, ſed potiùs, quia ſemper duraui in vno, eodemq; patrimonio, incorporatum tamen cum ipſo feudo, vide nouiſſimè ponderata in hoc articulo per *Montanum in leg. Imperialem*, §. *præterea ducatus, numer.*128 *cum ſequentibus*, vſquè ad *nu.*134.

Ex qua quidèm concluſione ſic firmata ſequuntur quamplures illationes maximi ponderis, & momenti, ac notabiliſſimi effectus in hac materia.

Prima igitur illatio eſt illa, vt hæc pars pretij
46 debeatur à primogenito, etiam ſi ipſe vellet retinere feudum tantùm pro ſe, & abſtinere à ſucceſſione paterna in alijs bonis, nàm cùm in eius feudo inſit pretium, quo fuit acquiſitum, & hoc pretium eſt burgenſaticum, & hæreditarium patris communis, tenebitur ſecundogenitis actione petitionis hæreditatis, vti poſſeſſor feudi, ad dandum illis partem pretij, quæ reperitur incorporata cum feudo à ſe poſſeſſo, vt ſuperiùs probaui, quod ſecus eſſet, ſi hæc pars pretij deberetur per viam collationis, nàm cùm collatio ceſſet, quandò is, qui recipit donationem, non vult ſuccedere in alijs bonis, vt latè demonſtraui ſuprà in tertio motiuo adducto pro hac mea opinione, vtiq; primogenitus non poſſet cogi ad partem pretij, quotieſcunq; abſtineret à reliqua ſucceſſione, qui caſus quotidiè accidere poteſt, & propterea hæc illatio tantò diligentiùs erit attendenda.

Secunda illatio eſt, quia hac mea concluſione
47 attenta huiuſmodi pars pretij in feudis nouis debebitur ſecundogenitis, nedùm in linea deſcendenti, ſed etiam in linea collaterali, vtpotà ſi poſt mortem patris relictis tribus filijs, vnus ex eis emerit feudum, & poſteà deceſſerit ab inteſtato ſine filijs, vtiq; in corpore feudi ſuccedet alter ex fratribus natu maior, ſed minor natu habebit partem pretij, quo fuit emptum, quia cùm hæc pars pretij debeatur petitione hæreditatis, quæ habet locum tàm inter hæredes de linea deſcendenti, quàm de linea collaterali, etiam in hoc caſu debebitur pars pretij, ſecùs autem ſi deberetur per viam collationis, quia
48 collatio non habet locum in linea collaterali, niſi in deſcendenti tantùm, proùt fuit concluſum in facti contingentia non ſunt multi menſes per aliquos Aduocatos, cum quibus Ego concurri, dùm materiam ipſam ſic funditùs non deguſtaueram, ſed poſteà cognita hac veritate, illam monui Clientem pro tutela meæ conſcientiæ. In linea verò aſcendẽti nulla cadit quæſtio de parte pretij, cùm in feudo nouo aſcendentes nullo iure vocentur, & in feudo

refutato ab ascendente non datur concursus aliorum cum patre, iure auo, & propterea nec etiam erit locus vitæ, & militiæ in beneficium fratrum defuncti, vt post *Andr.* probat *Reg. de Pont. de potestat. Proreg. in tit. de refut. feudor. in princ. num.* 43. & aduertit *Melfes. in Consuetud. Neapolit. par.* 4. *quæst.* 36. *num.* 13. *&* 14. Quòd autem cesset collatio in linea collaterali, tradidit *glos. in l.* 1. *in fi. C. de legit. hæred.* vbi *Paul. Castr. & Doctor.* omnes in *l. si emancipati, C. de collat.* prætùt sunt *Cyn. in pen. quæst. Paul. num.* 2. *Ias. num.* 23. *Cagnol. num.* 118. *Hieron. Laur. num.* 160. qui omnes testantur de communi; eandem communem asserit *Dec. in d. l. si emancipati, num.* 7. *vers. & non est mirum*, licèt *ipse* contrarium affirmet, sed nemo eum sequitur, *Crass. de succes. par.* 2. *verb. collatio,* 49 *q.* 6 *num.* 2. quod secus est in vita, & militia, quæ debetur in linea descendenti tantùm, non autem in linea collaterali, vt fuit decisum per Sacrum Consilium iunctis aulis in causa Horatij Grimaldi cum Marchione Cimpaneæ, pro quo scripsit *Fab. Ann. cons.* 6. *Gizzarell. decis.* 37. licèt contrarium antiquis temporibus fuisset decisum per Sacrum Consilium, vt per *Capycium dec. vltima*, iuxtà *consilium Minad. primum*, quam opinionem defendit nouissimè *Marta de iurisd. part.* 4. *casu* 23. *num.* 20. *cum seqq.* & nuperrimè prodijt in lucem Volumen consiliorum *Camilli de Medicis*, qui *consilio* 8. consuluit contrà fratrem in eadem causa relata per *Gizzarellum d. decis.* 37.

Tertia illatio est, quòd dùm hæc pars pretij de- 50 betur petitione hæreditatis, primogenitus tenebitur ad partem pretij vnà cum interesse, etiam sine mora: in illis tamen casibus, in quibus hoc interesse debetur actione petitionis hæreditatis, prout quando pecuniam hæreditariam vnus ex cohæredibus attingit, & in proprios vsus conuertit, iuxtà *text. in l. si possessor, la prima, in princ. ff. de petit. hæred. l. si nauis, in princ. ff. de rei vendic. glos.* solemnis in *l.* 1. *in glo. magn. in verb. vsuras, vers. attingere autem, C. eod. tit.* vbi reliqui *Doctor.* vel quando est mota controuersia in bonæ fidei possessore, etiam extraiudicialis, vt per *glos. in dict. l.* 1. *C. de petit hæred.* quam sequuti sunt *Petr. Cyn. Butrig. Bart. Bald. Odoffr. & Salyc. ibidem.*

Immò in hoc casu Ego censerem, indistinctè deberi hoc interesse statim à die mortis patris, saltem pro quantitate, & rata fructuum, quos primogenitus percipit ex corpore feudi, respectiuè tamen ad ratam pretij, quæ spectabat ad secundogenitos, iuxtà terminos *text. in l. cùm arbit. C. de act. empt.* præsertim quia etiam in hoc casu non deest mora, in quam incurrit cohæres incontinenti, cùm non tradit eius cohæredi portionem sibi contingentem, vt considerat *Fabian. de Zoch.* inter *Repet. in auth. nouissima, C. de inoffic. testam. num.* 113. secundùm veterem impressionem, & *num.* 119. secundùm recentiorem, & sic ratione moræ ab eo die debetur interesse, etiam pro pecunia, quæ licèt non producat fructus, producit tamen actionem ad interesse ob moram, *l. mora, ff. de vsur. l. debito, ff. eodem,* & mora idem operatur, quod litis contestatio circa vsuras, & fructus, *glo. in l.* 1. *C. de vsur.* 51

Et propterea, quicquid sit de interesse in petitione hæreditatis, quando exerceatur contrà tertium possessorem, quando tamen exercetur contra hæredem possessorem, qui scit alium habere cohæredem, & non tradit sibi incontinenti suam portionem, Ego cènserem, indistinctè deberi interesse à die mortis patris.

Quod secus esset, si hæc pars pretij deberetur 52 per viam collationis, nam tunc non debetur, nisi à die moræ, vt est *text. in l. si quis filium, §. stipulatio. ff. de collat. bon.* comprobat *Hier. Laur. in rep. l. emancipatum.* 140. *& seq. C. de collat.* immò à die litis motæ tantùm, quandò daretur solùm officium Iudicis, vt notat *Purpurat. in d. l. si soror, num.* 1. *in fi. C. de collat.* per *text. in l. cùm postulassem, in princ. ff. de damn. infect.* & decisum fuit per *Minad.* vti Arbitrum, prout *ipse* testatur in *d. rubr. Const. In aliquibus, in verb. de successione, n.* 3. *propè fi.* quæ quidem decisio modò deregitur falsax ex prædictis.

Quarta illatio est, vt ex hac conclusione emergat veritas illius decisionis sic frequenter receptæ in 53 his Tribunalibus, nempe hanc partem pretij deberi, habito respectu ad ipsum pretium solutum tempore emptionis feudi, non autem ad valorem feudi tempore mortis patris, vt testatur *Minad. in d. verb. de successione, num.* 32. *vers. tamen secundùm*, *Annasing.* 200. post *Loffred. in d. §. prætered ducatus, car.* 62. *col.* 4. *& seq.* quæ decisio hucusq; torsit animos supremorum Feudistarum huius Regni.

Nam si hæc pars pretij deberetur per viam collationis, vtiq; nullo pacto posset hæc decisio sustentari, quia est contrà *text.* expressum in *l. omnimodò,* 54 *§. imputari, C. de inoffic. testam.* vbi disponitur ad literam, pretium militiæ emptæ à patre filio, vel donatæ, attendi tempore mortis, non autem tempore donationis, seu emptionis, *Bol. ad lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 290. per quem *text.* hanc opinionem communiter Feudistæ damnauerunt, affirmantes, veriorem esse opinionem de iure, quòd attendatur valor feudi tempore mortis, & hi sunt *Frecc. d. quæst.* 11. *num.* 4. *Minad. d. verb. de successione, post num.* 37. vbi dicit, hanc determinationem esse contrà communem doctrinam in materia collationis *Afflict. in d. §. prætered ducatus, numer.* 34. *vers. sed remanet, Liparul. ad Andr. in dict. §. prætered ducatus*, *car. mihi* 289. *in verb. consuetudo.*

At si attendamus nostram opinionem, quòd scilicèt debeatur hæc pars pretij petitione hæreditatis, vtiq; hæc opinio non posset comprehendere, nisi illud pretium, quod fuit versum in emptione feudi, & vti incorporatum semper permansit in patrimonio patris, & post mortem patris reperitur in eius pa- 55 trimonio, vt totiès suprà repetij, quicquid enim incrementi capiat feudum post illius emptionem, illud incrementum non potest accedere pretio iam soluto certæ quantitatis, ad quam solam quantitatem datur petitio hæreditatis, sed accedit ipsi corpori feudi, & proindè sortitur naturam feudalè eiusdem feudi, cuius dominium integrum est primogeniti, nec vllam actionem prætendere possunt secundogeniti super eodem feudo.

Hinc patet, quòd spiritus, vbi vult spirat, & dirigit mentes Iudicantium ad rectum iudicium, & secundùm puram veritatem, licèt per vias incognitas, & rationes incogitatas, quod vt plurimùm contingere solet illis Iudicibus timoratæ conscientiæ, qui nó humanis respectibus, sed Deum tantùm præoculis habentes disponunt se ad iudicandum, obseruantes tradita de iure ciuili in *l. obseruandum, ff. de offic. Præsidis*, & de iure canonico in *cap. cùm æterni, extrà de indic.*

Redeundo verò de semita ad viam, id, quod dixi de augmento, siuè incremento feudi, quòd accedat ipsi corpori feudi, non autem pretio, est intelligendum de incremento intrinseco, secus autem si esset incrementum extrinsecum, siuè per opus manufactum

ctum in ipso solo feudi, vel penalia bona circũadiacentia, feudo vnita, & incorporata per eundem primum acquirentem, nàm hæ meliorationes, & incrementa cedunt feudo in beneficium primogeniti, verùm tenetur secundogenitis ad partem pretij, iuxtà *text. in cap. 1. §. é contrario, de inuest. de re alien. fact. Reg. de Ponte cons. 11. num. 8. & 9. lib. 1. Loffred in dict. §. præterea ducatus*, latè *Schrader. de feud. 2. part. 9. par. princ. sect. 2. per tot. Harthman. Pistor. quæst. 42. lib. 2. part. 2.*

Quinta, & vltima illatio est, vt hæc pars pretij debita secundogenito, habito respectu ad pretium erogatũ in emptione feudi, eatènus debeatur, quatènus durante vita primi acquirentis durauerit in eodem statu, & æstimatione, ità vt tempore mortis acquirentis in eadem proportione reperiatur in eius hæreditate, secùs autem si exinaniuerit in totum, aut aliquo casu receperit diminutionem, vel quia chasmate feudum pereat, aut alio facto detrimentum notabile accepit, nàm tunc pars pretij debebitur, habito respectu ad valorem tempore mortis primi acquirentis, non autem ad pretium, quod fuit in acquisitione erogatum, si enim ratio, in qua fundatur nostra principalis conclusio, est, quia scilicèt pretium erogatum non abscessit à patrimonio acquirentis, sed in eo semper permansit vsq; ad diem mortis, eadem ratio conuincit, quòd si idem pretium nõ durauit integrum vsq, ad diem mortis, petitio hæreditatis competens secundogenitis pro parte pretij, quæ regulatur à statu ipsius hæreditatis, & sic ab eo, quod remanet post mortem acquirẽtis, non habebit locum respectu pretij, quod abscessit tàm à patrimonio defuncti antè mortem, sed in illo pretio, & valore tantùm, qui remanet tempore mortis.

Hinc resultat modò, quòd decisio *Frecc. in d. differ. 33. inter feud. hæredit. & ex pacto*, post *nu. 4. vers. si tempore*, dùm affirmat, quòd si post emptionem à patre factam acciderit depopulatio Turcarum, per quam vasalli ferè omnes capiantur, & prædia deuastentur, sic vt feudum ipsum notabilissimum damnum recipiat, hoc casu non erit danda pars pretij secũdogenitis, proùt fuit emptum feudum, sed proùt valet modò tempore mortis patris, verissima est in se, tàm de æquitate, in qua se fundat *ipse*, quàm de rigore iuris, sed non ex ea debet inferri, vt idem dicendum sit, quandò feudum reciperet incrementum, quia ex his, & alijs dictis in proxima præcedẽti illatione patet, quàm diuersa ratio sit inter vnum, & alium casum, & ex diuersis non est facienda illatio, vulgata *l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Et è contrà ex hac vltima illatione resultat, vt cauendum sit à *Minad in d. verb. de successione*, post *num. 32.* dùm in hac materia affirmat, dandam esse partem pretij, quod impensum est, siuè minoris feudum valeat tempore mortis. Nàm licèt vera sit eius doctrina, quandò feudum pluris valeret, vt probauimus in præcedenti quarta illatione, secùs tamen est, quandò minoris valeret, ex animaduersis in hac illatione, quod non aliundè procedit, nisi ex diuersitate rationis, quæ militat inter vnum, & alterum casum: nimirùm quia ratio est anima legis, & propterea remota ratione non est lex, sed cadauer, vt patet ex discursu eiusdem *Minad. cons. 1. num. 37. cum plu-*
ribus sequentibus. Quæ omnia rectè procedunt respectu pretij soluti pro corpore feudi tantùm, secùs autem respectu pretij fortè soluti pro assequendo aliquo titulo super ipso feudo, putà Comitis, seù Marchionis, aut maioris dignitatis, quia cùm talis dignitas plus oneris, quàm emolumenti afferat, illius pretium erit præcipuum primogeniti propter onera dignitatis, & nullam portionem habere possunt secundogeniti, ità probat mihi *textus* notabilis in *l. 1. §. Nec castrense, verfic. sed an hic, ff. de collat. bonor.*

Hæc occurrunt respectu iurium, quæ competunt filijs masculis super feudis paternis. Nunc respectu fœminarum est indubitatum, quòd filiabus competit paragium, tàm super burgensaticis, quàm super feudis remansis in hæreditate patris, vt in *Constitut. In aliquibus*, & etiam super bonis emphyteuticis, quàmuis in concessione sit dictum, quòd in eis non succedant fœminæ, *Reg. Tap. decis. Sacri Consilij* 20. quod paragium est liquidandum, quandòque vsq; ad legitimam, quandòque vsq; ad virilem, vt ex *Grammat. decis.* 101. Pro cuius paragij consecutione vnà cum interesse poterit soror experiri contrà fratrem, seù alium successorem patris in actione personali, eumq; cogere, etiam ad venditionem feudi pro integrali satisfactione, vt latè per *Andr. & Afflict. in d. Constitut. In aliquibus*, & per *Afflict. in dec. 162. Grammat. dec. 90.* Immò vsq; ad nostra tempora fuit obseruatum, vt pro hoc paragio competeret filiæ actio personalis in rem scripta, etiam contrà tertium possessorem, & ità passim iudicabatur, verùm dùm accidisset mihi hic articulus disputandus in causa D. Nicolai Bertotti Marchionis Illiceti conuenti ad instantiam Monasterij Sancti Sebastiani super paragio competente sorori Corneliæ de Piccolominibus, filiæ quondam N. de Piccolominibus, olim Marchionis Illiceti, demonstraui, pro paragio nullam competere actionem, nec personalem in rem scripram, nec hypothecariam super corpore feudali, sed tantùm super fructibus feudi, & non insolidum, sed pro rata, habita consideratione ad omnia bona burgensatica, & feudalia remansa in hæreditate, seù post mortem patris, per infrascriptas ponderationes deductas in meis allegationibus, quas hic subnectere visum fuit.

RERVM SVMMA.

63 *Actio hypothecaria, quæ oritur ex legato, non potest exerceri super feudo, cùm non adsit assensus.*

64 ... *hypothecaria nec pro paragio, nec pro legitima competit, quod fallit, si adsit legatum patris in locũ legitimæ.*

Hypotheca non datur pro alimentis, secundùm Sesc.

65 *Exequutio sententia in actione personali nõ potest fieri contrà successorem singularem, & sic tertium possessorem, sed solùm contrà cõdemnatum, vel eius hæredes vniuersales.*

66 *Reuocatoria in actione quæ debeant requisita intervenire.*

67 *Fraudis præsumptio quandò cessat, actio etiam reuocatoria pro ipso paragio cessabit.*

68 *Paragium est onus merè personale, vndè non transit ad alios feudi possessores, & sic ad singulares successores.*

69 *Feudi onus quandòque dicitur id, pro quo obligatur feudatarius occasione feudi, non autem quòd capiatur ius super feudo.*

70 *Feudum donec est penès debitorem paragij, manet in subsidium exequutioni obnoxium pro paragio, non ad finem vendendi feudum, sed percipiendi fructus in vita debitoris, & n. 71.*

73 *Feuda si deuenerunt ad plures hæredes, tunc quilibet tenetur ad paragium pro rata feudi, & portionis suæ.*

74 *Paragij liquidatio in Monacha non potest transcendere paragium ingressarum in Religionem.*

75 *Læsionis in materia non veniunt fructus, seù interesse, nisi à die rescissionis tantum, non pro præterito.*

QVòd soror Cornelia de Piccolominibus nullo modo possit immitti in possessionem Terræ Illiceti possessæ per Hæredes Ioan. Pauli Berrorotti pro eius prætenso legato duc. 4000. vnà cum interesse, facilè, vt spero, ex intrascriptis assumptis in iure verissimus demonstrabo, siquidem

Aut ipsa prætendit habere hypothecam vigore legati paterni, & vtiq; eius prætensio vana est respectu feudalium, cùm in legato prædicto non adsit
63 assensus Regius, & successiuè hypothecaria actio, quæ oritur ex legato, non potest exerceri super feudo ex defectu assensus.

Aut verò prætendit habere hypothecam ex paragio, & legitima, ipsi vti filiæ comperente in hæreditate paterna, in cuius locum, asserit, cessisse legatum prædictum, & vtiquè eius prætensio vanior est.

Quandòquidèm ex dispositione iuris nec pro pa-
64 ragio, nec pro legitima competit actio hypothecaria, proùt de paragio testantur omnes Regnicolæ, & præsertim *Afflict.* docendo in *Constitut. In aliquibus, quæst. 6. num. 34.* & decidendo *decis. 162. Napod. in Consuetud. Si qua mulier, in verb. de bonis*, quod nec *Andr. Iser.* in eadem *Constitut. In aliquibus* potuit negare, & de legitima testatur *Hier. Laur. decis. Auen. § 2. num. 5.* & illam fatetur communem in *finalibus verbis, vers. cæterùm*, & alios cumulat *Afflict.* in eadem *decis. 162.* quam latissimè comprobat *Dec. cons. 234 num. 6.* vsquè ad *finem*, quod incip. *In casu Magnifici viri.* & latiùs *Peregr. de fideicommiss. art. 36. num 147. cum seqq. Sese decis. 170. num. 3.* vbi etiam de alimentis, & negat, dari hypothecam, nisi adsit legatum paternum pro aliqua quantitate in locum legitimæ, quia nedùm pro quantitate legata, sed etiam pro supplemento competeret tunc hypotheca, vt per *Intrigl. dec. 45. n. 11. & 12.*

Ergò cessãte hypothecaria actione per ipsam intentata non potest habere locum perita immissio in possessionem horum feudalium, præsertim contrà tertium possessorem.

Pars ex ijs, quæ dixit in Aula, fatetur, sibi non competere actionem hypothecariã, verùm asserit, sufficere sibi actionem personalem contrà hæredes patris, contrà quos iàm obtinuit sententiam, & quòd stantibus hæredibus prædictis non soluendo, potest nunc in subsidium exequi contrà hos tertios possessores super hoc feudo Illiceti, ex doctrina *Iser. in d. Constitut. In aliquibus, colum.* mihi 6. *vers. quid si desinat*, super qua doctrina constituit totum eius fundamentum.

Verùm enimuerò hæc doctrina *Iser.* in nihilo Parti opitulari potest, immò potiùs reddit eius opinionem omninò vanam. Primò, quia *Afflict in dict. Constitut. In aliquibus, quæst. 6. vers. quid ergò dicendum* post discussas rationes *Iser.* concludit, quòd eius decisio non probatur legibus, & superiùs in eadem quæstione demonstrauit, quòd eius rationes
65 non subsisterent, ex quo impossibile est, quòd executio sententiæ in actione personali fiat contrà successorem singularem, proùt est tertius possessor, & non potest exequi, nisi contrà condemnatum, vel eius hæredes vniuersales, citat *glos. in l. ea lege, C. de condit. ob caus.* & *Ang. in l. 2. C. si aduers. creditor.* Secundò, quia admissa pro vera opinione *Iser.* illa nõ procedit ità simpliciter, vt Pars prætendit, quia non dicit *Iser.* quòd possit recta via exequi contrà tertium possessorem, sed præsupponit, quòd agendum est actione reuocatoria ad rescindendum alienationem factam à fratre tanquàm in fraudem ipsius sororis creditricis in paragio, & sic dùm *Iser.* præsupponit, necessariam esse actionẽ reuocatoriã, præsup-
66 ponit etiam necessariò, vt interuenire debeant omnia illa tria requisita de iure in actione reuocatoria, de quibus in *l. ait prætor, §. 1.* & in *l. si quis cùm haberet, ff. quæ in fraud. credit.* & per *DD. in §. item si quis in fraudem, Iustit. de action.* inter quæ illud est præcipuum, scilicèt consilium fraudandi tàm ex parte dantis, quàm ex parte recipientis, quandò alienatio fit titulo oneroso, proùt est titulus noster. Est benè verum, quòd hæc fraus sufficit, etiam si præsumptiuè probetur, vtputà si alienatio titulo oneroso sit facta pro minori pretio, quàm sit verus valor rei, sed quotiescunq; cessat talis præsumptio
67 fraudis, vtiq; cessabit etiam actio reuocatoria pro ipso paragio, ità in propijs terminis nostris decisum fuisse refert *Marius Saxus*, qui fuit Regius Cõsiliarius in eius *apostilla* super *d. Const. In aliquibus*, quam ad verbum inserut *Camill. Salern. ad Napodan. in Consuet. Si qua mulier, in apostill.* incip. *Quoniam tractat, fol.* mihi 208. quæ est recentior decisio, quam in hac materia inuenire potui, & *Ant. de Alexand. in addit. ad Bart. C. de ineffic. dot. l. 1.* relatus à *Grammat. in apostill. ad Afflict. in d. decis. 162.* dicit, in S.C. fuisse decisum, pro legitima, & paragio non posse agi contrà tertium possessorem, licèt *Paulus* teneret contrarium.

Quò fit, vt cùm in casu nostro nulla adsit presumptio fraudis, immò nec adesse possit, ex quo alienatio non fuit voluntaria, sed est facta sub hasta, instantibus creditoribus, vtiq; hæc actio reuocatoria nõ competat, & successiuè remedium traditũ ab *Iser.* cui interperè Pars insistit, non vendicabit sibi locum in hoc casu.

Hinc constat illud axioma, quod volat per ora
68 Practicorum, scilicèt paragium esse onus feudi, dùm illud intelligunt, quòd sit onus feudi reale, esse omninò falsum, quia est onus merè personale, ità vt nullo modo transeat ad alios possessores feudi singulares successores, proùt optimè, & dilucidissimè aduertit *Petr. de Gregor Sicul. in tract. de dote de parag. quæst. 3. num. 5. et 6. Camerar in l. Imperialem, §. præterea ducatus, cart. 105. lit. B.* idem *Camerar. in cap. 1. an agnat. in fi. repet. num. 158. vers. quod si nulla ratione, fol.* mihi 472. *colum. 2. Io. Koppen decis. Germ. 39. num. 37.* & iterùm *Camerar. in l. Imperialem, cart. 14 lit. D.* ait, quòd nulla lege cauetur, vt pro dote sororis, quæ est onus feudi, sit feudum obligatum, & sic fuit iudicatum, vt per *Affl. d. dec. 162.* quicquid in contrarium seruet Rota Florentina, teste *Monac. dec. 22. nu. 27.*

Et re vera hoc nulla lege communi, nec municipali huius Regni probatur, immò si ponderanda sunt verba *Constit. In aliquibus*, quæ hoc paragium introduxit, vtiq; illa verba *dotandi de paragio*, sunt directa in personam fratris succedentis, non autèm ad ipsa bona, adeò vt ex illis resultet axioma, quòd paragium sit onus feudatarij, non autèm onus feudi,

Nec

Nec prædictis obſtat doctrina *Andr. in cap. 1. §. quid ergò, de inueſt. de re alien. facta*, poſt *num. 6.* quatènus *ibi* exemplificando caſus, in quibus feudum poteſt capi in cautam iudicati, ait, id fieri poſſe, vbi eſſet onus feudi, vt pro maritanda ſorore, & ſic *ipſe* videtur ſentire, quòd paragium debitum ſorori pro eius dote ſit onus feudi, nàm reſponſio prompta eſt ex ſolidiſſima doctrina declarationis traditæ per *Camerar. in l. Imperialem, fol. 12. col. 4. verſ. quartò, et* 69 *vltimò, cum ſeq. col.* dùm *ibi* tradit, quòd onus feudi quandòque intelligitur id, pro quo obligatur feudatarius occaſione feudi, non autèm quòd cauſetur ius ſuper feudo, & id propriè contingit in paragio, ad quod obligatur feudatarius occaſione feudi, non autem quòd cauſetur aliquod ius hypothecæ ſuper ipſo feudo. Addo nunc *Reg. de Ponte conſ. 50. vol. 2.*

Fateor tamen, quòd donec feudum eſt pęnès ip-
70 ſum debitorem huius paragij, poterit in ſubſidium fieri exequutio pro paragio ſuper feudo, non ad finem vendendi, ſed ad finem percipiendi fructus in vita debitoris, iuxtà tradita per *Andr. in c. 1. §. quid ergò. num. mihi 6. de inueſtit. de re alien. facta.* ſed exiſtente feudo pęnès tertium poſſeſſorem, ſecus eſt, ex ſupradictis.

Hæc proculdubio, ni fallor, omninò tollunt actionem Aduerſarij, & eius intentionem: ſed liceat modò mihi alia breuitèr ponderare ad illius modificationem, non tamen animo cedendi prædictæ exceptioni, ſed gradatim, conditionalitèr, & ſucceſſiuè, & nunquàm recedendo à prædicta totali excluſione.

Aduerto igitur primò, quòd quatènus opinio
71 *Iſern.* eſſet admittenda ſic indigeſta, proùt Pars intelligit, non tamen propterea poterit concedi exequutio ſuper corpore feudi, ſed tàtùm ſuper fructibus feudi, proùt expreſsè aduertit *Camerar.* ſic, doctrinam *Iſern.* declarando in *cap. Imperialem, car. 14. colum. 1. lit. C. et lit D.* & expreſſiùs *car. §1. lit. F. verſ. attende*, & clariùs *cart. §1. lit. I. verſ. et intellige ſanè*, vſq; ad *verſ. cum qua videtur*, & affirmat, quòd ità
72 *ipſe* iudicaret, ſi caſus occurreret, & non pro toto paragio, ſed pro rata valoris feudi Illiceti tantùm, habita ratione ad vniuerſa bona feudalia, & burgenſatica, quæ remanſerunt in hęreditate Marchionis patris Cornelię, iuxtà *text. in l. 2. C. de debitor. Ci-*
73 *uit. lib. 11.* quod procedit, nedùm quandò feuda deuenerunt ad diuerſos tertios poſſeſſores, ſed etiam quandò deuenerunt ad plures hæredes, nàm tunc quilibet teneretur ad paragium pro rata feudi, & portionis ſuæ, vt pro abſoluto tradidit *Manad. in rubr. Conſtitut. In aliquibus, verb. de ſucceſſione, num. §1. fol. 17.*

Hinc patet, quòd dùm id, quod petit Pars aduerſa, recipiat corpus feudi, vtiq; ex prędictis eius petitio eſt reijcienda.

Secundò aduerto, quòd actio Aduerſatię eſt etiã modificanda in quantitate, nàm licèt ipſa obtinuerit ſententiam contrà hęredes patris pro integra ſumma duc. 4000. legata, vnà cum intereſſe iàm liquidato in alijs duc. 100. non propterea exequutio huius ſententię pro tota hac ſumma poſſet fieri
74 contrà tertium poſſeſſorem feudi, ſed tantùm pro paragio liquidando per Sacrum Conſilium, quę liquidatio non poterit tranſcendere paragium ingreſſarum, dùm hęc lis fuit ab ipſa Sorore Cornelia intentata poſt ingreſſam Religionem, iuxtà tradita per *Praſid. de Franch. dec. 44.* poſt *Affl. in d. Conſt. In aliquibus 8. q.* & alios, ques adducit.

Nec dicatur, quòd hæc liquidatio fuit facta à patre in prædictis duc. 4000. & propterea illa debet attendi: nàm dùm liquidatio prædicta tranſcendit quantitatem à iure debitam, vtiq; diſpoſitio paterna potuit præiudicare hæredibus, ſed non poteſt extendi in præiudicium tertij poſſeſſoris, qui non poteſt grauari vltrà quantitatem, quæ eſt à iure taxata.

Tertiò aduerto, quòd reſpectu intereſſe non eſt facienda liquidatio à die mortis teſtatoris, ſed à die reſciſſionis tranſactionis tantùm ex capite læſionis,
75 quia in materia læſionis non veniunt fructus, ſeù intereſſe pro præterito, niſi à die reſciſſionis tãtùm, iuxtà deciſa plurès per S. C. teſte *Preſ. de Franch. dec. 495. n. 2. cum ſeqq. et 496.*

Scipio Ronitus.

Die 23. Decembris 1600. referente Regio tunc Conſiliario Marco Antonio de Ponte in vna Aula cum interuentu Præſidis Vincentij de Franchis fuit iudicatum, eſſe ſatisfaciendum dictæ Sorori Corneliæ in fructibus Terræ Illiceti pro concurrenti ſumma paragij liquidandi, pro ea tamen rata, quæ competere poterit ſuper dicta Terra Illiceti, habito reſpectu ad totum patrimonium remanſum poſt mortem Marchionis patris, vnà cum fructibus dicti paragij ad rationem duc. quinq; pro centenario à die litis conteſtatæ.

Et dùm pro parte Monaſterij Sancti Sebaſtiani ex perſona dictæ Sororis Corneliæ fuiſſet reclamatum, facta relatione per Regium Conſiliarium Alphóſum Arcualo Sedeño ſub die 21. Auguſti 1604. ſtante Regia diſpenſatione feriarum æſtiuarum, iunctis Conſiliarijs duarum Aularum fuit confirmata predicta ſententia, cum impoſitione perpetui ſilentij. Actuarius eſt Balſamus. Nunc addo *Auel. Amat. conſ. 42. n. 20. et conſ. 71. n. 17. Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. p. 4. q. 14. et in addit.* eiuſdem 4. p. q. 14. *Conſ. Theodor.* qui huius deciſionis meminit *alleg. 7.* & in hacmet cauſa *Reg. Tap. dec. 5. C. 48.*

De Fide, & authoritate inſtrumentorum, & qualitèr reaſſumantur. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Inſtrumentum vti differat à contractu, et quid vnumquodq; ſit.*

2 *Inſtrumentum publicum triplex eſt.*
Prothocollum, originale, authenticum, exemplar, et exemplum quomodò inter ſe differant.

1 PRO declaratione huius Rubricæ aduerto, quòd inſtrumentum differt à cõtractu: nàm inſtrumentum eſt ipſa carta, in qua deſcribitur actus à Partibus celebratus, contractus verò eſt ille actus, quem Partes celebrant, putà venditio, locatio, permutatio, & huiuſmodi, ità docet *Bart. in l. ſi quis legatum, num. 2. verſ. quidam ſunt, ff. ad leg. Cornel. de falſ.* conferunt tradita per *Ioſeph. Seſe de inhibitionib. cap. 5. §. 8.* poſt *num. 58. in 4. Regula, cum ſeq. Parid. de Puteo de reaſſ. inſtrum. rubr. 19. n. 2. cum ſeqq.*

2 Item inſtrumentum publicum triplicitèr conſideratur, aut enim eſt prothocollũ, aut originale, vel authenticum, aut exemplum ſumptum, ſeù trãſumptum, quorum ſingulorum declarationem, ac exactiſſimam enucleationem latiſsimè tradit *Caſtill-*

rer.

rer.quotid.lib.2.cap.16. num.39. cum seqq. nouissimè *Rodriq.de exequut.sent.c.1.art.4.* vbi late totâ materiam declarat, & prothocollum est regestrum, quod à Tabellione conficitur, vt apud eum ad perpetuam memoriam maneat originale, siuè authèticum, scriptura desumpta à prothocollo, exemplum verò desumptum ab exemplari prothocollo, vel ab originali suo authentico.

De Fide, & auth. instrumentorum, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Instrumentorum in reassumptione plura iura in Regno considerantur quòad eos, qui in illis interuenire debent.*
2 *Instrumenti in reassumptione per alium Notarium faciendâ, quid erit obseruandum, & quid Notario viuo, si Iudex, & testes mortui sunt, & quid vbi Notarius, Iudex, & testes omnes ex hac vita discesserint.*
3 *Instrumentorum materia, remissiuè.*
4 *Instrumentum non potest Notarius cõficere extrà territorium Creantis ipsum Notarium.*
5 *Scriptura sumpta ex archiuio publico alicuius loci non probat extrà territorium.*
6 *Notarius vltrà propriam testium subscriptionem, ipsorum nomina, & cognomina describere in instrumento tenetur.*
7 *Notarius si semel instrumentum reassumpserit, Partique tradiderit, adhùc aliud de nouo reassumere tenetur.*
8 *Notarius si sit impeditus non potest alteri instrumenti reassumptionem committere.*
9 *Scripturæ publicæ, vel priuatæ, aut ipsarum transumpta quandò probent, remissiuè.*
10 *Scriptura quandò publica dicatur, & quæ requirantur ad probandum scripturam authenticam, vt valeat in publicam reassumi formam, remissiuè.*
11 *Dispositio iurium hic prænarratorum an operetur cõtrà forenses habitantes, vel contrahentes in hoc Regno, et quid contrà Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, & quid in instrumentis ius publicum concernentibus, in causis fiscalibus, in feudis, vel miserabilium personarum, & quid in instrumento dotali.*
12 *Instrumentum licèt in publicam formã reassumi haùd possit, non tamen contractus in eo cõtentus corruet, cùm possit in iudicio ordinario verificari.*
13 *Instrumentum solemnitatibus debitis carens mortuo Notario semiplenam probationem facit, licèt viuo eo nihil probet.*
Notarius in iudicio negans se confeciſſe instrumentum, quod postea sine solemnitate vallatum producitur, an sit puniendus.
14 *Voci mortuæ quandò magis credatur, quàm viuæ, & è contrà, remissiuè.*
15 *Instrumentum cum iuramento factum die Dominico an valeat, & quid si sit celebratum in Ecclesia, & nùm contrahentes peccent, vel contractus teneat.*
16 *Instrumentorum loco Officialium literæ habentur, vbi Notariorum vsus non adest.*
Loci descriptio, vbi est confectum instrumentum, est de solemnitate, non autèm de substantia contractus.
Instrumentum non solemne producens, vel ad illud se referens, videtur approbare.

NE testificantium, &c.

In reassumptione instrumentorum adhibeantur Iudex, & testes alij in locum præmortuorum, si Notarius viuit, cõstito de fide, & legalitate Notarij, & Iudicis. H. D.

1 Circà hanc materiam reassumptionis instrumentorum plura iura sunt condita in Regno, nàm per *Cõstitutionem Instrumentorum robur* est ordinatum, vt in instrumentis continentibus quantitatem infrà libram auri, duo testes, suprà verò libram auri, saltim tres testes probatæ fidei interuenire, & se subscribere debeant, vltrà Iudicem, & Notarium, & per *Con-*
2 *stitutionem Baiulos, & omnes* statutum est, vt Notarij intrà hebdomadam à die celebrati instrumenti, illa scribere, & subscribere debeant, ac in publicam formam redigere, quòd si casu contingat, Iudicem, vel Notarium priùs decedere, quàm instrumentum reassumat, Partes, vel ipsarum hæredes cogendi sunt ad conficiendum de nouo aliud instrumentum, verùm si Partes desint, constito de fide, & legalitate Notarij, & de veritate instrumenti, saltim per duos testes, qui contractui interfuerunt, possit instrumentum reassumi per alium Notarium; verùm si Notarius, qui celebrauit instrumentum viuat, Iudex verò, & testes sint mortui, nulla erat facta prouisio per dictas *Constitutiones*, & propterea edita fuit hæc *Pragmatica prima*, per quam prouidetur, quòd constito per acta, notam, & prothocollum Notarij, qui viuit, de fide, & legalitate ipsius Notarij, & Iudicis, & de manu, & scriptura eiusdẽ Notarij, & de morte Iudicis, & testium, possit per eundem Notarium in publicam formam redigi, adhibitis alijs Iudice, & testibus in locum demortuorum, & quia multotiès accidit, quòd tàm Iudex, & testes, quàm etiam Notarius ipse mortui sunt, licèt hic casus esset prouisus per *Cap.Regni Nè personarum*, vt post requisitionem factam alteri Parti super refectione, & noua celebratione contractus, eaq; recusante possit per alium Notarium, & Iudicem reassumi, adhibitis testibus in numero opportuno, seruata forma *Constitutionis Regni*, tamen superuenit *Capitulum* concessum per Cæsaream Maiestatem in anno 1532. translatum in *pragmat.2.infrà eodem*, vbi est facta pinguior prouisio, & data certa forma circà huiusmodi reassũptionem instrumentorum in casu prædicto.

3 Ad materiam tamen omnium prædictorum iurium, & etiam pro declaratione terminorum in hac materia vide *Conarr. pract. quæst. cap.19. & 20. Minad. decis.6. Pancirol. cons.110. Graſſin.de liquid.instrum.part.1.declar 6.* vsq; ad *declar.11. Aym.consil. 216. Præpos.de Franch.decis.200. Parid.de reassumptione instrum. rubr.3. num. 20. & Gratian. discept. 889.*

4 Notarius non potest conficere instrumentum extrà territorium Creantis ipsum Notarium, etiam de cõsensu Partium, vel inter ipsas Partes, nisi sit creatus à Papa, vel Imperatore, *Ant.Gabr.lib.1.comm. opin.tit.de fide instrument.conclus.1.* Item scriptura
5 sumpta ex archiuio publico alicuius loci non probat extrà territorium, nisi produceretur contrà subditum illius loci. *Auiles in cap.19. Prætorum, in glos.*
6 *Esten, num.8.* & vltrà propriam subscriptionem ipsorum testium etiam ipse Notarius tenetur illorum nomina, & cognomina describere in instrumento,
7 *Frecc.de præsentat.instrum.par.4.* Quòd si Notarius semel instrumentum reassumpserit, & Parti tradiderit, adhùc tenebitur aliud de nouo reassumere, secundùm *Marant.consil.82.* quod tu latiùs prosequere secundùm *Ioseph.Sese dec.Arag.83.* Sed Tabellio
8 impe-

impeditus non posset alteri committere reassumptionem instrumenti, *Couar. pract. quæst. cap.* 21. in
9 *princ.* Pro generali verò cognitione, quandò scripturæ publicæ, vel priuatæ, aut earum transumpta probent, multa explicat *Io. Koppen German. quæst.* 46.
10 *Coccin. decis. Rotæ* 85. Tunc autem dicitur scriptura authentica, quandò est publica manu confecta, vel habet sigillum authenticum, *glos. in clement.* 3. *in verbo authentica, de elect.* alia ad probandum scripturam authenticam, vt reassumi possit in publicam formam, adducit *Felic. allegat.* 52. *part.* 3. An autem
11 dispositio horum iurium operetur etiam contra forenses habitantes, siuè contrahentes in hoc Regno, *Paris de Puteo de reassumpt. instrum. rubr.* 8. voluit, quòd non, prout nec etiam operari contrà Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, scripsit *ibidem rubr.* 9. neque in instrumentis ius publicum concernentibus, vel in causis fiscalibus, aut in feudis, vel miserabilium personarum, vt per *Eundem ibid. rubr.* 10. nec etiam quandò non reassumptū esset denunciatum in aliquo instrumento, *Idem ibidem rubr.* 11. sed quid dicendum sit in instrumento dotali? vide *Parid. vbi suprà, rubr.* 13. *num.* 30. qui tenet, non cõprehendi à *Constit. Baiulos*.
12 Est tamen notandum, quòd licèt deficientibus his requisitis instrumentum in publicam formam reassumi non possit, non tamen propterea contractus in eo contentus corruet, sed in iudicio ordinario poterit verificari ex eodem prothocollo, & alijs adminiculis, vt notabiliter declarat ipsemet *Paris ibidem, rubr.* 19. quibus adstipulatur, quia licèt instrumentum carens sollemnitatibus debitis, viuo
13 ipso Notario, qui illud confecit, nihil probet, tamen eo mortuo facit semiplenam probationem, vt per *Menoch. præsumpt.* 5. *num.* 10. *cum seqq. lib.* 5. & si Notarius interrogatus in iudicio neget, se confecisse instrumentum, sed postea in lucem prodeat omni sollemnitate vallatum, an puniatur de mendacio, dicas, quòd sic, *Sese decis.* 419. *vol.* 4.
14 Et regulariter quandò magis credatur voci mortuæ, quàm viuæ, & è contrà, docet *glos. in §. si verò aliquid, in verb. cum iureiurando, in auth. de instrum. cant. & fide*.
15 Instrumentum celebratum cum iuramento die Dominico non valere, docet *Io. Botta cons.* 59. sed contrarium decidit, licèt peccent iurando contrahentes, *Seraph. decis.* 782. *nu.* 4. & quid si sit celebratum in Ecclesia? *glos. in c. decet, §. si. in verb. processus, de immun. Eccl. in* 6. dicit, quòd contractus tenet, sed qui faciunt, peccant, *Bal. cons.* 278. *vol.* 1. quem approbat *Nauarr. de orat. & hor. canon. c.* 5. *n.* 31. *vers. tertiò*
16 *sequitur*. Notabis tamen, quòd in locis, in quibus Notariorum vsus non habetur, literæ Officialium habentur loco instrumentorum, secundùm *glos. in cap. Vt circà, in verb. literis, de elect. in sexto*. Quid in descriptione loci, vbi est confectum instrumentum, an sit de substantia contractus? vide *Sese decis.* 372. *vol.* 4. qui negat, esse de substantia, sed de sollemnitate, & si quis producat instrumentum nõ sollemne, vel se referens ad illud, an censeatur approbare? idem *Sese decis.* 376. *volum.* 4. sic affirmasse Senatum dicit.

De Fide Instrumentorum, &c.
Pragmat. II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista vndè sit desumpta.*
2 *Instrumentorum in reassumptione à prothocollo Notarij præmortui, quot, & quæ requirantur, remissiuè.*
3 *Pragmaticæ huius dispositio an habeat locum, si scripturæ non reperiantur in prothocollis, sed in cedulis, & fasciculis Notariorum, remissiuè.*
4 *Notæ, listæ, vel filtiæ Notariorum an probent.*
5 *Notarij duo si simul, & semel fuerint rogati de eodem instrumento, & ambo sint mortui, an vnus tantùm subrogatus possit illud reassumere, & ab vno tantũ reassumptum, vtrum probet, remissiuè.*
6 *Reassumptionem scripturarum, falsam esse allegans an teneatur in hoc iudicio falsitatis speciem declarare, remissiuè.*
7 *Instrumentum semel reassumptum, Parti traditum, ac amissum potest iterùm reassumi, & si Notarius, Iudex, & testes omnes sint mortui, etiam circumscripto hoc edicto.*
Instrumẽti posterior reassumptio si in aliquibus verbis discrepet à priori, illi præiudicium non infertur, si eadem sit substantia.
8 *Notarius reassumẽs instrumentum ex prothocollo Notarij præmortui non valet abbreuiaturas extendere, sed tantùm transcribere debet, & si essent extendenda, vti sit facienda extensio, remissiuè.*
9 *Clausula in fine instrumenti appositа, nempè* quæ omnia per me Notarium vulgaritèr stipulata fuerũt, *an importet, vt Notarius præsumatur stipulatus pro absente.*
Clausula, actum est, denotat actus perfectionem.
10 *Reassumptio an sit denegandа, si in instrumento appareat aliqua visibilis ratura, cassatura, vel interlineatura, etiam in loco substantiali, & de veritate dictæ cassaturæ quandò erit cognoscendum.*
11 *Reassumptio an sit faciẽda, si instrumentum in prothocollo scriptum reperiatur cancellatum cum nota in margine manu eiusdẽ Notarij mortui, quòd fuit cassum de voluntate Partium.*
12 *Instrumentum semel reassumptum an valeat iterùm reassumi absquè Iudicis decreto, remissiuè.*
13 *Instrumenti reassumptionis in iudicio an sint concedẽda beneficia, & num illud sit summarium.*
14 *Instrumẽtorum reassumptionis forma hìc tradita seruabatur etiam antè publicationem huius edicti.*
15 *Notario absente à Regno, idem quod hic statuitur, est obseruandum in reassumptione instrumẽtorum ab eo stipulatorum.*
16 *Copia instrumenti sumpta à prothocollo Notarij infrà dietam quandò probet.*
Notarius etiam postquàm est effectus Doctor, vel aliã dignitatem assecutus, tenetur in publicam formam reassumere instrumentum anteà per ipsum confectum.
17 *Instrumentum antiquum reassumptum probat, etiam si non reperiatur in Prothocollo.*

ITem atteso, &c. Mortuis Notario, Iudice, & testibus, & cõstito de ipsorum integritate alij subrogentur in reassumptione instrumentorum. H. D.

1 Hæc Pragmatica sumpta est ex *cap.* 35. inter gratias concessas in anno 1532. per Cæsaream Maiestatem inter *capit. & priuileg. Neap. fol.* mihi 92. quot, &

2 quæ requirãtur in reaſſumptione inſtrumenti à prothocollo Notarij præmortui? vide latè *Doctores in cap. Cùm P. Tabellio, extrà de fide inſtrument. Angel. Aret. conſ.* 51 *per totum*, omninò *Conarr. practi. quæſt. cap* 21. *nu.* 3. *Minad. deciſ.* 12. *Anna*, remiſſiuè tamen *ſingul.* 254. & ſi huiuſmodi ſcripturæ non reperiun-
3 tur in prothocollis, ſed in cedulis, & faſciculis Notariorum, non habet locum diſpoſito huius Pragmaticæ, vide plenam deciſionem *Grammat.* 106. & de materia *Caſtrenſ. conſ.* 305. *ad primũ. vol.* 1. *Capyc. deciſ.* 171. latè *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *caſu* 187. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 81. *per totã*. & ſignanter *num.* 7. *& ſeq. Peregrin. deciſ. Pataun.* 33. omninò *Seraph. deciſ.* 888. 902. 909. 917. *&* 949. *Siman. conſ.* 22.

4 Quid de notis, liſtis, ſeù ſiltijs Notariorũ, an probent? eſt conſulendus *Curt. iunior conſ.* 201. *vol.* 3. qui negat, *Peregr.* qui plures caſus diſtinguit in abbreuiatura *conſ.* 64. *lib.* 1. & negat *nu.* 5. *&* 9. quandò non concurrunt omnia requiſita, & late *Cæſar Buſſ. deciſ.* 39. *nu.* 23. affirmat, ſi conſtare poſſit, quòd Notarius rogationes in ſiltrum loco libri redigere ſolitus eſſet.

5 Quòd ſi duo Notarij ſimul, & ſemel fuerint rogãti de eodem inſtrumento, & ambo ſint mortui, vnus tantùm ſubrogatus non poſſet illud reaſſumere, colligе ex *Theſaur. deciſ.* 145. & ſi fuerit reaſſumptum ab vno tantùm viuente, an probet? *Io. Botta conſ.* 5. conſuluit, quòd non.

Aduertas tamen ſingulariter, quòd ſi quis oppo-
6 nat ſe aduerſus petitam reaſſumptionem huiuſmodi ſcripturarum, allegans, quòd illa ſit falſa, non tenebitur in hoc iudicio declarare ſpeciem falſitatis, vt per *Capyc. deciſ.* 79. Nota etiam, quòd ſi ſemel ab
7 ipſo Notario inſtrumentum fuerit reaſſumptum, & Parti traditum, & demùm amiſſum, tunc poterit iterùm reaſſumi, etiam ſi Notarius, Iudex, & teſtes omnes ſint mortui, & etiam circumſcripta hac Pragmatica, vt declarat *Paris de reaſſumpt. inſtrum. rubr.* 20. Quod in tantùm eſt verum, vt ſi in hac ſecũda reaſſumptione inſtrumẽti aliqua diuerſitas in verbis reperiatur à prima, nihil primæ præiudicat, ſi ſubſtantia ſit eadem, ità notabiliter tradit *Abbas* per illum *text. in cap. dudùm, num.* 3. *extrà de conuerſ. conjugat.* ſed cõtradicit *Joſeph Seſe deciſ. Arag.* 13. *num.* 5. fine nouo decreto.

8 Notarius verò reaſſumens inſtrumentum ex prothocollo Notarij præmortui non poteſt extendere abbreuiaturas, ſed debet ſolùm tranſcribere, vt per *Bald. in rubr. C. de fide inſtrum. quæſt.* 4 & quandò eſſent extendendæ, & qualiter ſit facienda extenſio, docet nouiſſimè *Præſ. de Franch. deciſ.* 567. *Foller. in pract. crimin. in verb. item quòd commiſit falſitatem*, *num.* 63.

9 Clauſula verò adiecta per Notariũ in fine ſui inſtrumenti, ſcilicèt, *quæ omnia per me Notarium vulgariter ſtipulata fuerũt*, an importet, vt Notarius præſumatur ſtipulatus pro abſente? *Capyc. deciſ.* 73. dicit, quòd non, de clauſula, *actum eſt*, vide *Seſe deciſ. Arag.* 37. *volum.* 4. dicentem, denotare perfectionem actus, quòd ſi ex facie inſtrumenti, ſeù teſtamẽ-
10 ti, cuius reaſſumptio petitur, apparet aliqua viſibilis raſura, ſeù caſſatura, aut interlineatura, etiam in loco ſubſtantiali, non propterèa erit denegãda reaſſumptio, ſed eſt concedenda cum ijſdem raſuris, caſſaturis, ſeù interlineaturis, proùt iacent in prothocollo, & de veritate dictæ raſuræ, caſſaturæ, ſeù interlineaturæ erit cognoſcendum poſt reaſſumptionem in iudicio ordinario circà deciſionem cauſæ principalis, prout iunctis Aulis indicatum refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 495. pro qua deciſione faciunt notata per *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *Marchiſell. quæſt.* 138. ſed ſi inſtru-
11 mentum in prothocollo ſcriptum reperiatur cancellatum cum nota in margine manu eiuſdem Notarij mortui, quòd fuit caſſum de voluntate Partiũ,
12 adhùc tamen debet reaſſumi, ſecundùm *Bal. conſ.* 7. *vol.* 6. cui addo *Maluaſ. conſ.* 69.

Ibi, *Partibus ſummariè auditis, &c.* Ex his verbis
13 videbatur dicendum, quòd in iudicio reaſſumptionis inſtrumenti, cùm ſit ſummarium, non concedãtur benchcia, attamen contrarium fuit deciſum per Sacrum Conſilium, teſte *Auma ſing.* 255. & in *alleg.* 84.
14 *num.* 12. Eſt tamen tenendum, quòd de ſtylo huius Regni circà hanc reaſſumptionem inſtrumentorum poſt mortem Notarij, & Iudicis, ac omnium teſtium, hac eadem forma ſeruabatur, etiã antè publicationem huius *capituli*, vt atteſtatur *Paris de reaſſumpt. inſtrum. rubr.* 7. *in fin.* & Ego credo, inductum iuſte ex *d. cap. Regni Neapolitanorum*.

15 Iuſtum, quod ſtatuitur in hac Pragmatica mortuo Notario, idem erit obſeruandum, ſi Notarius viuit, ſed abſens ſit à Regno longa abſentia, *Afflict. deciſ.* 6. obſeruandum quoquè eſt, quòd ſi agatur de
16 inſtrumẽto intrà dictam à loco iudicij, & viuit Notarius, aut Iudex, aut aliquis ex teſtibus inſtrumentarijs, tunc probat ſimplex copia à prothocollo ſumpta abſque hac ſollemnitate, ſed ſi reperiantur mortui tam Notarius, & Iudex, quàm omnes teſtes deſcripti, tunc nõ probat copia, ſed neceſſaria eſt reaſſumptio, iuxtà hanc Pragmaticã, & ità concordatur *deciſ. Minad.* 11. cum *deciſ. Præſ. de Franch.* 77. *in fin.* & ſi Notarius poſt ſtipulata multa inſtrumenta efficiatur Doctor, vel aliam dignitatem conſequatur, adhùc tenetur illa reaſſumere in publicam formam, ſecundùm *Afflict. in tit. quæ ſint regal. in verbo poteſtas conſtituendorum magiſtratuum. num.* 67. & nota, quòd ſi reperiatur inſtrumentũ antiquum reaſſumptum, faciet plenam fidem, etiam ſi non reperiatur ſcriptum in Prothocollo, *Monac. deciſ. Florent.* 60. *nu.* 15. *&* 16. & circa *deciſiones Minad.* 11. *& Præſid. de Franch.* 77. *in fin.* vide *Afflict. in Conſtit. Baulos & omnes, num.* 56. *&* 57. qui dubitat de conſuetudine examinandi teſtes ſuperuiuentes mortuo Notario an probent; in tranſumptis verò quæ ſollemnitates requirantur, docet *Cocchm. deciſ. Rotæ* 85. remiſſiuè.

De Fide, & authoritate memorialium, ſeù libellorum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Terminus ſtatutus ad adimplendum hic enarrata eſt annorum duorum, quod limita, remiſſiuè.*

2 *Aſſenſus an expiret, ſi antè expeditionem priuilegij in forma Regiæ Cancellariæ interim concedens aſſenſum moriatur.*

3 *Gratia eſt perfecta abſque nouo heredis conſenſu, ſi interim vnus ex contrahentibus aſſenſum impetrans decedat quod intelligitur, dummodò mors ſuccedat infrà biennium ſtatutum ad faciendum prædicta adimplementa.*

4 *Aſſenſus an ſit validus, ità vt reuocatio non teneat, ſi poſt lapſum temporis alienans ſciens, aſſenſum habere defectum priuilegij, vel ſigilli, reuocauerit alienationem factam, & poſt reuocationem altera*

Pars

Pars obtinuerit Regiam dispensationem faciendi adimplementa, quæ deficiunt, ac sint omnia adimpleta.

1 *Assensus pro validitate super alienatione bonorũ feudalium non sufficit, quòd expediatur priuilegium cũ appositione sigilli, & registratione in Regestris Regiæ Cancellariæ, sed etiam quòd registrẽtur in Quinternionibus Regiæ Cameræ, ac etiã quòd expediantur literæ pro præstando fidelitatis iuramento, quæ omnia sunt adimplẽda infra tempus in assensibus apponi solitum, quod quandò currat, subijcitur.*

6 *Assensus an conualidetur, si tempore obtentæ dispensationis adimplendi necessaria in assensibus, & priuilegijs, res non sit integra.*

7 *Pragmatica ista cessat in subfeudis Baronum, & quarè.*

8 *Pragmatica ista procedit etiã quòad gratias, quæ delinquentibus conceduntur.*

9 *Sigillo quanta fides sit præstãda, & quæ requirantur, vt fides ei præstetur, remissiuè.*

10 *Sigilli appositio adeò substãtialis est, vt si deficiat, reddit actum nullum.*

11 *Priuilegijs, & literis Regijs nulla fides adhibetur, nisi adsit taxa manu Taxatoris.*

Quæstoris officium hodiè in hoc Regno per quos exerceatur.

12 *Priuilegia assensuum super alienatione feudorum registrantur in Quinternionibus Regiæ Camerę virtute clausulæ apponi solitæ ex stylo Regiæ Cãcellariæ, hinc si nõ apponitur, assensus remanet validus absq; dicta registratione.*

Et ab hac forma, etiam si sit contrà cõsuetudines feudorum, non est recedendum, secundùm Afflict.

Regestri clausula ex Reg. Lanar. *optimè debet apponi etiam in assensibus super obligatione feudalium.*

At nouissimè decisum fuit contrarium, referente Regia Camera in Collaterali Consilio.

Assensus Regius super obligatione feudalium adhùc firmus persistit, quàmuis non sit registratus iuxtà clausulam Regestri in eo appositam.

Officialis Regiæ Cancellariæ si in extendendo priuilegium assensus aliquam adijciat clausulam cõtrà decretationis signaturam, huiusmodi adiectio nil operatur.

Breuis Apostolici extensio vltrà formam signaturæ nil operatur in superfluo.

LA Cattolica Maestà, &c.

Memorialia absquè priuilegio in forma Cancellariæ, & priuilegia absquè sigillo, & manu Taxatoris nullius sint roboris. H. D.

Aduertas, quòd terminus statutus ad prædicta
1 adimplendum est annorum duorum, vt in *cap. vlt.* inter gratias concessas in anno 1570. impressas inter *cap. & priuileg. Neapol. fol.* mihi 170. & colligitur ex *pragm. 26. suprà de feud.* & est *pragm. 3. infrà eodem.*, sed limita vt per *Regent. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensibus Regis.* §. 9. sed si antè expeditionem
2 priuilegij in forma Regiæ Cancellariæ interim cõcedens assensum moriatur, an assensus expiret? dic, quòd non, sed debet expediri per successorem, ità colligo ex *Peregr. de iur fisc. lib. 5. tit. 2. num.* 13. & ità
3 vsus obtinuit, quemadmodùm si interim vnus ex contrahentibus assensum impetrans decedat, gratia erit perfecta absquè nouo consensu hæredis, vt colligitur ex eodem *Peregr. ibi num. 14. vers. ex hoc autem*, quod est intelligendum, dummodo mors succedat infrà biennium statutum ad faciendum prædicta adimpleméta: nam lapso tempore, & adimplementis non factis, remanet assensus nullius roboris virtute huius Pragmaticæ, & successiuè corruit contractus propter defectum assensus, & requiritur nouus contractus, & successiuè nouus consensus hęredis, super quo possit impetrari nouus assensus.

4 Quid autem si post lapsum temporis alienans sciens, assensum habere defectum priuilegij, vel sigilli, reuocauerit alienationem factam virtute *Constitutionis Constitutionem diuæ memoriæ*, & post reuocationem altera Pars obtinuerit Regiam dispensationem faciendi adimplementa, quæ deficiunt, & cum effectu fuerint omnia adimpleta, vtrum assensus huiusmodi sit validus, ità vt reuocatio non teneat? & ex verbis huius Pragmaticæ, ac ex doctrina *Afflict. in cap. Imperialem, quæst. 47. num. 84. cum seqq.* videbatur dicendum, quòd non, attamen contrarium fuit decisum per Sacr. Cons. in causa Petri Antonij Comitis cum Vniuersitate Pitticij super rescissione afflictus perpetui nonnullorum introituum feudalium. Actuario Caro, nunc de Felice.

Sed post hanc decisionem contrarium fuit determinatũ per binas sententias conformes, iunctis Aulis in Collaterali Cõsilio in causa Marchionis Turris Francolisij cum Innocentio Pauluccio V.I.D. seù eius Hæredibus, vbi erat minor defectus, quàm expeditionis priuilegij infrà biennũ, nempè deficiebat assecuratio vasallorum tantùm, vt per *Reg. Tap. decis. 3. Sacr. Cons.*

5 Scias tamen, quòd pro tali validitate assensuum super alienatione bonorum feudalium non sufficit, quòd expediatur priuilegiũ cum appositione sigilli, & registratione facta in Regestris Regiæ Cancellariæ, sed requiritur etiam, quòd registrẽtur in Quinternionibus Regiæ Cameræ Summariæ, & insuper quòd expediãtur per emprorem literæ assecurationis vasallorum, & præstetur iuramentum fidelitatis, quæ omnia adimpleri debent cum effectu infrà tẽpus, quod communiter apponi solet in ijsdem assensibus, illudque non currit à die datæ memorialis assensus per verbum, *fiat*, sed post biennium concessum ad expediendum priuilegium assensus in forma Regiæ Cancellariæ, vt est expressè prouisũ in prædicta *pragm. 26. suprà de feudis*, & quia quandò contrahentes omittebant adimplere prædicta, vel aliquod ipsorum, solebant impetrare Regiam dispensationem illa adimplendi, non obstante lapsu temporis, & si tempore obtentæ dispensationis res non fuisset integra, vtputà quia aliqua Pars reuocasset, vel decessisset, multotiès disputabatur, an propter dictam dispensationem assensus cõualidaretur, etiã in præiudicium Partium, prout patet ex doctissimè traditis per *Regent. de Ponte in cons. 5. num. 12. cum seqq. lib. 1. & cons. 60. num. 1. lib. 2.* & per *Regentem Lanarium*, qui pro contraria parte consuluit in *consil. 82.* Idcircò ad euitandum controuersiam, in eadẽ *pragmat. 23. suprà de feudis* fuit expressè decisum, quòd huiusmodi dispensatio tunc sortiatur effectũ suum, quandò re integra fuerit obtenta, & citrà præiudicium iuris alieni, & Regij Fisci.

7 Est tamen limitãda hæc Pragmatica, iudicio meo, vt nõ habeat locum in subfeudis Baronum, eò quòd in eis cessat ratio huius Pragmaticæ, quæ est fundata ad euitandum præiudicium iurium Regij sigilli, & vtiquè non militat in assensibus, qui conceduntur per Barones. Sed an habeat locum in Albaranis, quę fierent à Regia Curia, *Reg. de Ponte cons. 131. nu. 19. vol. 2.* dicit, quòd non.

8 Ampliatur tamen, vt procedat etiam quòad gratias, quæ fiunt delinquentibus, vt in *pragmat. 4. infrà cod.* redacta in volumen in nouissima compilatione.

9 Et dum hic agitur de sigillo, vt scias quanta fides sit præstanda sigillo, & quæ requiratur, vt fides illi præsteatur, vide *Menoch. præsumpt. 57. & 58. lib. 2. & Andr. in cap. Quoniam inter Dominum, nu. 6. & 7. de prohib. feud. alien. per Lothar.* vbi ait, quòd apposito sigillo est de substantialibus, & si deficiat, reddit actum nullum. Et quanta sit authoritas huius Regij sigilli, docet *Parlador. differ. 10. num. 12. Borrell. de magistr. edict. lib. 2. cap. 14.* & qui deligner magistratus in Regio sigillo impressa, vide *cap. Regni In forma sigilli*.

10

11 Quatènus verò hic agitur de taxa facienda manu Taxatoris, aliter nulla fides adhibeatur priuilegijs & literis Regijs, hoc fuit necessarium exprimere ad euitandum opinionem *Andr.* qui *in eodem cap. Quoniam inter Dominum*, post *num. 3. in addit.* disputando concludit, defectum subscriptionis Quæstoris, seu Cancellarij, vel Logothetæ non reddere actum nullum, cuius Quæstoris officium hodiè in hoc Regno, & alibi exercetur per Regentes Cancellariam, vt attestatur *Panetrol. de notitia Imper. Orientalis, c. 72. col. 2. in princ. fol. 46.*

12 Id autem, quod suprà admoui, vt priuilegia assensuum super alienatione bonorum feudalium debeant registrari in Quaternionibus Regiæ Cameræ, non est de necessitate iuris vigore alicuius legis communis, aut municipalis, sed vigore clausulæ, quæ ex stylo Regiæ Cancellariæ solet apponi in huiusmodi assensibus, vt constat ex *Capyc. in sua inuestit. fol. 230. col. 1. in fin. vers. Hodiè Regia Camera, Liparul. ad Andr. in cap. 1 num. 9. in verbo effic. die. lit. C. de controuers. apud par. terminand.* adeò quòd si non apponeretur, assensus remanet validus absq; registratione facta in Quaternionibus Regiæ Cameræ, & è contrà si fuerit apposita in priuilegio assensus super contractu, qui non contineret translationem dominij, sed simplicem hypothecam, esset omninò obseruanda, & eius omissio vitiaret assensum, quia dependet ex mera voluntate assentientis, *Afflict. decis. 335. num. 14. & seq.* vbi ait, quòd non est recedendum ab hac forma, etiam si sit contra consuetudines feudorum, authoritate *Bald. in cap. 1. § præterea, quid sit inuestit. Reg. de Ponte cons. 5. nu. 32. vsque ad fin. vol. 1.* & optimè conferunt tradita per *Cacher. decis. 165. & 166.* nouissimè *Reg. Lanar. in repet. cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. num. 108.* vbi subdit, quòd etiam in assensibus super obligatione feudalium deberet apponi hæc clausula Regestri. Ar hodiè 8. Augusti 1631. in causa Mariæ Bernizzone cum Regio Fisco, & alijs creditoribus Bonifacij Naselli, referente Regia Camera in Collaterali Consilio fuit iudicatum, dictam clausulam in assensibus pro obligatione feudalium nihil penitùs operari, ac si non esset apposita, & proindè fuit iudicatus validus eius assensus non obstante, quòd non fuisset registratus in Regia Camera, iuxtà dictam clausulam in eo appositam, etiã annuente Fisci Patrono. Actuar. Constantinus, & fuit ponderatum, quòd in decretatione facta super memoriali petiti assensus fuit dictum simplicitèr, *fiat in forma*, & de forma huiusmodi assensuum non requiritur registratio in quinternionibus Regiæ Cameræ, & quatènus in extensione priuilegij assensus Officialis Regiæ Cancellariæ illam clausulam apposuerit, non poterit operari contrà signaturam decretationis, vt in simili de extensione Breuis Apostolici vltrà formam signaturæ tradit *Canaler. in decis. Rotæ 255. num. 9.* vt latiùs patet in *decisione 34.*

Verum quia *suprà num. 2.* dixi, quòd si post impetratum assensum, et verbum, *fiat in forma*, lapsoq; biennio ad expedienda priuilegium in forma Regiæ Cancellariæ succedat mors vnius ex contrahentibus, corruit contractus factus de re feudali, & ibi non explicaui, num id verum sit, tàm si decedat venditor, quàm etiam si decedat emptor, & ex generalitate verborum, dùm dixi, *vnus ex contrahentibus*, videtur, quòd includatur vtrique, tàm si decedat venditor, quàm si decedat emptor, & hic articulus semel accidit mihi disputandus pro Dom Diomede Carata Duce Cercæ Maioris, & Thesaurario Generali huius Regni, ideò non abhorrui mihi visum fuit imprimi hic facere illas Allegationes simul cum decreto desuper interposito, vt cùm denuò casus acciderit, iterùm diligèntius veritas perquiratur.

RERVM SVMMA.

13 *Assensus, per quo non fuit expeditum priuilegium in forma Regiæ Cancellariæ intentionem, vel infrà quatuor menses, seruata forma Regiarum Pragmaticarum hic mentionatarum, corruit ex defectu formæ priuilegij.*

14 *Dilatio concessa pro expediendis priuilegijs in forma Regiæ Cancellariæ vnius anni est hodiè prorogata vsque ad biennium, quæ quidem dilatio futuras non autem præteritas respicit negotia.*

15 *Dominium vt transferatur est necessarius nouus contractus cum hærede defuncti, & super eo nouo contractu nouus est impetrandus assensus.*

16 *Dominium vt transferatur non est necessarius nouus contractus cum hærede emptoris, quando moritur alienans feudum antè impetratum assensum.*

17 *Dispositio facta de re feudali vt sit valida, debet habere assensum Domini, & si tempore, quo habetur, status rerum est mutatus, nihil operatur.*

18 *Assensus operatur vt ex nunc, non vt ex tunc.*

19 *Assensus si non est præstitus in vita defuncti, non potest operari dominij translationem in personam defuncti.*

20 *Hæres non potest repræsentare defunctum hac actiuè, nec passiuè, nisi in iure formato in persona defuncti.*

21 *Hæres si acquirit ex propria persona, nõ potest acquirere absq; nouo contractu in persona propria ipsius, cùm ad dominij trãslationem requiratur titulus habilis ad illius acquisitionem.*

22 *Hæredis tacitus consensus, qui resultat ex assensu impetrato post mortem patris, in hac materia nõ sufficit, cùm requiratur expressus per contractum.*

23 *Assensus præstitus super venditione facta alicui, nequã operatur super venditione facienda eidem.*

24 *Assensus materia stricte ipsam est intelligenda.*

25 *Assensus materia non extenditur de persona ad personam, etiam si esset hæres nominatus in assensu.*

26 *Concessio feudi Titij, facta à Rege, cum mortuum esse credebat, non confirmatur, si postea moriatur.*

27 *Assensus præstitus à Rege super feudo empto ab aliquo, quem Rex putabat esse viuum, non operatur, si reperiatur mortuus & quare, num 28.*

29 *Assensum accipiẽs licèt cogitet de hærede, non sic Dominus cogitauit de hærede eius, cui dedit.*

30 *Regis interest, vt feudum potiùs habeat hæres ex contractu proprio, quàm ex contractu patris & quare, num. 31.*

32 Em-

32 *Emptor, & Venditor sunt correlatiua, & ideò vti assensus non potest impetrari post mortem venditoris, ita nec post mortem emptoris.*

33 *Reuocatio alienationis bonorum feudalium permissæ venditori, est etiam permissæ emptori.*

34 *Assensus concessus alicui, tam actiuè, quam passiuè transit etiam ad eius hæredem.*

35 *Hæres, de quo hic celebrãdo contractum statim acquirit dominium, & quare.*

36 *Aliter opinio reprobatur.*

37 *Interesse venditoris non vsquequaque, sed principaliter Domini consentientis cõsideratur id, quod consistit in sola voluntate.*

38 *Assensio quælibet in materia assensus prohibetur.*

39 *Feudi dominium, quod post factam venditionem pendente impetratione assensus est in suspenso, sequuta morte emptoris desinit in suspenso esse.*

40 *Venditoris interest potiùs habere obligatum hæredem per contractum cum eo gestum de facto ad faciem, quàm ex contractu gesto cum defuncto.*

41 *Assensus potest subsequi contractum, sed nõ potest impetrari post mortem acquirentis.*

42 *Aliter authoritas in decisionibus maxima est, non sic in lectoris, præsertim super feudis, quę scripsit in ætate decrepita.*

43 *Regula* tex. in l. sed si manente, ff. de precario *non habet locum in assensu.*

44 *Omissio clausulæ appositæ in cõtractu affert subreptionem in substantia ipsius contractus.*

45 *Pactum de retrouendendo si fuit omissum in assensu super venditione facta cum dicto pacto, assensus ipse vitiatur.*

46 *Assensus vt valeat, nedùm est necesse, vt exprimatur facultas disponendi, & personarum in quas est faciẽda dispositio, sed etiam est exprimendus modus disponendi.*

47 *Contractus validus in totum non pro parte præsupponendus est, vt euitetur claudicatio ipsius.*

48 *Pactum si non est seruatum, rescinditur quicquid est actum.*

49 *Læsio vltrà dimidium in modicitate pretij requiritur.*

50 *Bona insolutum accipiens vltrà modicitatem pretij, & pactum de retrouendẽdo an solitus fœnerari præsumatur.*

51 *Dilatorij onus in omnibus introitibus, & bonis feudalibus mesti, & cum hoc mere æstimantur ad rationem quatuor pro centenario.*

52 *Contractus pignoratitius an præsumatur nõ tantùm in contractu vẽditionis, sed etiam in solutum dationis, & Decij opinio* in cons. 166. nu. 6. *quãdò procedit.*

DVx Cercæ Maioris impetitus per Ioannem Antonium Carafam, & successiuè per eius hæredes super relaxatione Castri S. Blasij, & aliorum introitum feudalium super feudo S. Angeli omninò absoluẽdus est, eo solo iure, quo possessores vincere solẽt. Actor enim, qui rei vendicationem intentauit, pro necessario fundamento suæ intentionis dominium probare tenetur, *ex Aff. decis. 40. text. & glos. in l. cũ rei, C. si alien. rés pign. data sit.* Quod quidem dominium in hac causa nullatenus probatum esse cõstat, siquidem

Actor pro fundando hoc dominium, adducit titulum insolutum dationis dictorum feudorum factę per Portiam Carafam Victoriæ de Capua eius matri in satisfactionem ducatorum mille pro rata dotis Victoriæ, spectante adipsã Portiam, mediãte instrumẽto celebrato sub die 15. Iulij 1530. fol. 49. cũ assensu Regio impetrato per verbũ, *fiat*, sub die 11. eiusdem mẽsis, fol. 61. roborato in forma priuilegij die 8. Aprilis 1536. fol. 62. Cuius insolutum dationis vigore, ait, dominium fuisse acquisitum Victoriæ, & post eius mortem transiuisse ad Ioannellam filiam primogenitam Victoriæ, & post mortem Ioannellæ ad Hieronymum Caratam filium primogenitum Ioannellæ, & denique mortuo Hieronymo sine liberis, ad Ioannem Antonium actorem, fratrem Hieronymi secundogenitum, adeò vt tota vis huius acquisitionis dominij consistat in ea insolutum datione facta per Portiam Victoriæ de Capua, cuius actor fatcit se hæredem in feudalibus per intermedias personas suorum prædecessorum.

Quò fit, vt si Ego demonstrauero, ex eo contractu nullum vnquàm dominium fuisse acquisitum Victoriæ, procùl dubio corruit totum fundamentum Aduersarij.

Ad hoc igitur demonstrandum aduerto, quòd pro translatione dominij dictorum bonorum feudalium necessarius erat legitimus assensus Regius super eo contractu insolutum dationis, tàm de iure communi feudorum, ex *l. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Feder.* quàm de iure Regni, per *Const. Constitutionem diuæ memoriæ*, & propterea Pars videns, illum esse necessarium, tentauit illum impetrare, prout impetrauit, vt suprà, sed minus legitimè, & proindè habetur, ac si non fuisset impetratus: Assensus itaq; prædictus hos continet defectus insanabiles. Primus, quia licèt fuisset impetratus die 11. Iulij 1530. per verbum, *fiat*, *d. fol.* 61. non tamen super eo fuit expeditum priuilegium in forma Regiæ Cancellariæ incontinenti, prout eo tempore expediri debebat, vigore *pragmaticæ* editæ in anno 1507. quæ est *prima, tit. de fide memorial.* & quàmuis per *pragmaticam* editam in anno 1529. quæ est *secunda, eod. tit.* fuerit impartitus terminus quatuor mensium ad expedienda priuilegia pro præterito, tamen illa dilatio est restricta ad memorialia impetrata antè illã *pragmaticam*, vt expresè *ibi* cauetur, non autèm respectu memorialium de futuro, quæ remanẽt in primæua dispositione, vndè cùm assensus hic fuerit impetratus post illam *pragmaticam*, dùm priuilegium assensus non fuit impetratus incontinenti, nec infrà quatuor menses, corruit assensus ex defectu formæ priuilegij.

Et quatènus in anno 1537. fuit concessa dilatio vnius anni ad expedienda huiusmodi priuilegia, vt in *cap. 10.* inter *capitula, & priuilegia Neap. fol.* mihi 163. & demùm prorogata vsquè ad biennium, vt in *cap. vlt.* inter *capitula, & priuilegia* prędicta *fol.* mihi 170. *prag. 3. infra eod.* Hæc dilatio respicit futura negotia, non autèm præterita, *l. leges, C. de legib.*

Pars aduersa pro consolidando hoc defectu produxit priuilegium iàm expeditum sub die 8. Aprilis 1536. vt *fol.* 62. sed hoc nihil est, nàm eo tẽpore erat mortua Victoria, cui facta fuerat datio insolutum, & sic extrema nõ erant habilia, nàm mortuus erat vnus ex contrahentibus, quo casu, vt dominium transferatur, necessarius est nouus contractus cum hærede defuncti, & super eo nouo contractu est impetrandus nouus assensus, vt latè docet *Andr. in l. Imperialem num.* 15. & post *num. 16. in addit. vers. in contrariũ videtur verbis, de prohib. feud. alien. per Feder. Camer. ibid. col. 90. per tot.* & signanter *lit. B. C. D. E.*

Nec dicatur, quòd prædicta conclusio procedit quandò moritur alienans feudum ante [illegible] assensum, vt tunc requiratur nouus assensus in hærede eius, ad quem dominium feudi fuit [illegible] tum, non autèm quandò moritur [illegible]

sitor feudi, quia tunc non est opus nouo contractu cum hærede emptoris, prout in specie tradidit *Affict. in d.cap. Imperialem*, post 12. *notab. q.* 34. *num.* 45. vbi appellat bestiales contrarium sentientes, & *Paris de Puteo de reintegr. feud. cap.* incip. *An consensus Regis, num.* 4. vbi citat eadem iura, quæ citat *Affict.* sed *illum* non allegat, *fol.* mihi 146. *à terg. Sibrader. de feud. part.* 8. *cap.* 4. *num.* 4. *Rosental. tom.* 1. *tit.* 1. *de feud. succes. cap.* 7. *concl.* 4. *in fin. verb.*

Nam contrarium aperte suadent omnes regulæ
17 iuris feudalis, quæ volunt, quòd vt dispositio facta de re feudali sit valida, debet habere assensum Domini, & si tempore, quo habetur, status rerum reperitur mutatus, nihil operatur, vt per *Bald. in l. fin. & ibi text. C. ad Maced.* Mors enim emptoris, qui est vnus de duobus extremis, impedit coniunctionem extremorum, *l. si in ædem, §. si pater, ff. rem rat. hab. l. cùm decem. ff. de solut.* quæ iura in hac materia assensus citat *Frecc. de subfeud. auth.* 1. *quæst.* 30. *nu.* 10. *in fin. &* 11.

Item probatur ratione palpabili, cui non video, quomodò possit responderi, nàm certo certius est,
18 quòd assensus operatur vt ex nunc, non vt ex tunc, *Frecc. ibidem per totum*, & signanter *num.* 12. *&* 13. & latiùs *Affict. decis.* 286. *& Ann. in Const. Constitutionem diuæ memoriæ, num.* 28. & in *rubr. de vasall. decrep ætat. nu.* 219. *&* 220. & ideò aut dicemus, quòd hic assensus operatur ad conualidandum contractũ gestum cum defuncto, & hoc fatuũ omninò est: nàm
19 si assensus non fuit præstitus in vita defuncti, non potuit operari translationem dominij in personam defuncti, aut verò dicemus, quòd operetur translationem dominij in personã hæredis. & tunc aut hoc dominium acquiret hæres ex persona patris, & sic vti hæreditarium, & repertum in hæreditate patris, & vtiquè hoc falsum est, dùm illud nunquàm fuit
20 acquisitum à patre, & hæres non potest repræsentare defunctum, nec actiuè, nec passiuè, nisi in iure formato in persona defuncti, *Aret. cons.* 123. *num.* 4. per *text. in l. cùm à matre, C. de rei vend. & l.* 1. *&* 2. *C. de hered. action. Phanus de inuent. part.* 7. *num.* 162. *in fin. Rol. cons.* 6. *num.* 11. *vol.* 3. aut acquiret hæres ex per-
21 sona propria, & certè non video, quomodò id fieri possit sine nouo contractu in persona propria ipsius hæredis, cùm certum sit, ad translationem dominij esse necessarium titulum habilem pro dominij acquisitione, ita voluit *Frecc. in d. cap. A Regnicolis, nu.* 16. quem sequitur *Lip. rud. ad Andr. in d. l. Imperialem, fol.* mihi 260. *col.* 4. *in apostill.* incip. *nonus consensus, circà finem*, & voluit expressè *Andr. in d. l. Imperialem*, post *num.* 18. antè *addit.* dùm ait, quòd debèt esse talia verba, quæ significent causam aptam, & titulum transferendi dominium.

Quò fit, vt si dominium non fuit acquisitum patri, & impossibile sit, quòd acquiratur filio sine nouo eius cõtractu, vtiquè corruit assensus, si præmortuus fuerit emptor, quemadmodùm quandò præmoritur
22 venditor, præsertim quia in hac materia nõ est curandum de tacito consensu hæredis, qui resultaret ex impetratione assensus post mortem patris, quia non sufficit tacitus, sed requiritur expressus per cõtractum, vt suprà.

23 Et si assensus præstitus super venditione facta Titio non operatur super venditione facienda eidẽ Titio, & sic quandò est eadem persona, quæ acquirit, & idem genus contractus, vt latè per *Frecc. de subfeud. auth.* 1. *quæst.* 11. multò minus operatur, quãdò per mortem emptoris mutatur persona, & extinguitur, siuè caducatur contractus.

24 Cùm materia assensus sit adeò stricta, vt sit strictissimè intelligenda, *Leff. cons.* 9. *num.* 21. & non ex-
25 tendatur de persona ad personã, *Camer.* post *Andr. in d. l. Imperialem, tract.* 44. *in* 2. *concl.* etiam si esset hæres nominatus in assensu, qui alias dicitur esse eadẽ persona cum defuncto, sed re vera est diuersa persona, & non eadem, *Paul. cons.* 197. *lib.* 3. *Dec. in l. hæredem, & l. qui per successionem, ff. de regul. iur. Frecc.* in hac materia *lib.* 2. *subfeud. auth.* 1. *q.* 5. *num.* 7.

Præsertim, quia in hoc assensu non fuit facta mentio, quòd Victoria acquirens erat mortua, & sic intentio Regis concedentis assensum, fuit, vt feudum, & dominium feudi acquireretur Victoriæ, & ideò
26 quemadmodùm si Rex concessit feudum Titij, quẽ credebat esse mortuum, talis concessio non confirmatur, si postea moriatur, *Andr. in cap. moribus, si de feud. fuer. controu.* sequitur *Frecc. de subf. lib.* 2. *auth.* 1. *quæst.* 11. *num.* 6. eodem modo si præstitit assensum
27 feudo empto à Titio, quem putabat esse viuum, nõ operabitur, si reperiatur mortuus, quia in materia
28 assensus verba sunt interpretanda, prout cantant, nec est licita vlla extensio, & quod est omissum, habetur pro omisso, ità *Andr.* in his terminis in *d. l. Imperialem, num.* 5. *circà fin.* quem sequitur *Camer. in*
29 *d. car.* 44. *col.* 1. *in* 2. *concl.* & licèt capiens assensum cogitet de hærede, non sic Dominus, qui dedit, cogitauit de hærede eius, cui dedit, ità expressè ponderat *Camer. in l. Imperialem, car.* 46. *col.* 4. *lit. S.* Interest
30 enim Regis, vt hoc feudum potiùs habeat hæres ex contractu proprio, & sic vti feudum nouum, quàm ex contractu paterno, & sic vti feudum antiquum,
31 propter faciliorem deuolutionem, quæ immineat in feudis nouis citiùs, quàm in antiquis.

32 His accedit, quia emptor, & venditor sunt correlatiua, ergò si assensus nõ potest impetrari post mortem venditoris, similitèr nec post mortem emptoris, *l. fin. C. de ind. vid. toll. l.* 1. *C. de cupress. lib.* 11. & propterea licèt aliàs fuisset magna controuersia inter
33 *Doctores* Regnicolas, an reuocatio alienationis bonorum feudalium, quæ est permissa venditori per *Const. Constitutionem diuæ memoriæ*, sit etiã permissa emptori? & si nonnulli ponderando *text. Const.* qui loquitur de alienante, fuissent in opinione, quòd
A non sit permissa emptori, sed venditori tantùm, inter quos est *Frecc. de subfeud. lib.* 2. post *primam authoritatem cap. A Regnicolis*, tamen cõtraria opinio ex hac ratione correlatiuorum prævaluit, & fuit vsu recepta, vt testatur ipsemet *Frecc. ibid. in fin. Thom. de Marin. lib.* 1. *tit.* 2. *c. Const. Regni, nu.* 13. *fol.* 37.

Nec prædictis obstant tradita per *Camer. in l. Imperialem, car.* 46 *col.* 3. *in* 5. *concl.* vbi concludit, quòd
34 assensus concessus Titio, tàm actiuè, quàm passiuè transeat etiam ad eius hæredem, & sic hæres Titij possit emere, & vendere feudum cum assensu concesso Titio: nàm termini nostri sunt satis diuersi à terminis *Camer.* nàm *Camer.* loquitur, quandò assen-
35 sus est impetratus antè contractum, & sic hæres celebrando contractum, statim acquirit dominiũ, quia assensus præcedens facit cessare obstaculum, *Anna alleg.* 67. *num.* 8. *Reg. de Ponte cons.* 81. *num.* 22. *lib.* 1. & sic assensus interuenit tempore cõgruo ad acquirendum dominium; Nos autem loquimur, quandò assensus est impetratus post contractũ, & post mortem contrahentis, & sic tẽpore incongruo ad acquirendum dominium. & vt assensus operetur effectum suum, debet interuenire congruo tempore, *Andr. in l. Imperialem. in addit.* antè *nu.* 17. dùm ponderat defectum in confirmatione non habita congruo tempore.

Et

Et vltrà prædictas ineuitabiles rationes confirmatur hæc mea opinio authoritate *Cephal.conſ.*118. vbi latè demonſtrat, etiam poſt mortem emptoris aſſenſum non poſſe impetrari.

36 Non obſtat modò opinio *Afflict.* ſiuè attẽdamus rationem,quam *ipſe* allegat, ſiue iura,quæ citat,ſiuè *ipſiuſmet* authoritatẽ,nam ratio,quam *ipſe* aſſignat, ea eſt, quòd ſcilicèt non agitur de præiudicio alicuius, ſed ſolùm de præiudicio ipſius venditoris conſentientis,qui nullum habet intereſſe, dùm interim non reuocauit venditionem, quæ ratio prorſùs inſulſa eſt, quia in aſſenſu non conſideratur intereſſe venditoris vlquequàque, ſed principalitèr conſideratur intereſſe Domini conſentientis, id, quod conſiſtit in ſola voluntate, ad *text.in l.ſi. ff.de uſu, & habit.* & hæc eſt ſola ratio, per quam prohibetur quælibet extenſio, tàm de perſona ad perſonam, quàm de re ad rem, quam etiam de contractu ad contractum in materia aſſenſus.

Vltrà quòd quatenus eſſet attendendum intereſſe venditoris, illud in promptu eſt, vt ſcilicèt dominium feudi,quod poſt factam venditionem pendente impetratione aſſenſus erat in ſuſpenſo, ſequuta morte emptoris deſinat eſſe in ſuſpenſo, & remaneat radicatum penès ipſum venditorem,vt nõ poſſit ab eo euelli abſq; nouo contractu, etiam non facta reuocatione, multa enim accidere poſſent, quæ etiam ſi vellet reuocare,impedirent reuocationem, ergò intereſt venditoris,quòd etiam ſine reuocatione conſolidetur, vt ita dicam, cum ipſo venditore dominium, nec ab eo auferatur abſquè nouo conſenſu.

Præterea nonnè magnoperè intereſt venditoris, potiùs habere obligatum hæredem per cõtractum cum eo geſtum de facie ad faciem,quàm ex contractu geſto cum defuncto, & ſignanter ſi remaneret creditor in pretio, vel in aliquo reſiduo pretij? certè ſic,& nemo ſani capitis dicet contrarium,ergò adeſt notorium intereſſe venditoris, vt nõ acquiratur dominium hæredi emptoris ſine nouo contractu cum ipſo hærede geſto.

Iura verò, quæ citat, ſunt *text.in l.1.§.prodeſt, ff. quor. legat. & l. ſi autem plures, ff.de aqu.p'u.arcend.* quę iura hinc ad mille annos nõ poterint aliud probare, niſi quòd aſſenſus poteſt ſubſequi contractum, quod Nos non negamus,ſed quòd poſſit impetrari poſt mortem acquirentis, in æternum non probabunt.

De authoritate verò ipſius *Afflict.* non eſt curandum (pace illius dixerim) nàm in deciſionibus quas edidit,fateor,quòd maxima eſt, teſte *Theſaur.* in *præfat.* ad ſuas *deciſiones*,poſt *nu.6.* ſed in lecturis ſatis modica eſt,præſertim ſuper feudis, quæ ſcripſit in decrepita ætate,& facilè errauit, teſte *Camer.in cap. Imperialem, cart. 91. lit. D.* & verba beſtialia,in quæ ſine cauſa tàm indecenter prorupit,manifeſtè indicant, quòd iàm ceperat propter ſenium delirare.

Ex quibus omnibus ſatis,ſuperquè conſtat, hunc primum defectum, ſcilicèt impetrationis aſſenſus poſt mortem Victoriæ eſſe inſanabilem.

Secundus modò accedit defectus ex vitio obreptionis,& ſubreptionis, nàm poſt factam inſolutum dationem cum pacto de retrouendendo infrà quadriennium, pactum de retrouendendo fuit prorogatum per aliud triennium per nouum contractum geſtum inter Partes de menſe Martij 1534.& in aſſenſu impetrato in anno 1536.non fuit facta mentio huius prorõgationis, non obſtante, quòd prorogatio fit facta pendente termino prorogato, quia regula *text.in l.ſed ſi manente,ff.de precario* non habet locum in aſſenſu, vt multis probat *Frecc.de ſubfeud. lib.2.auth.1.quæſt.*17.poſt *Camerar.in l.Imperialem, cart.*55.*colum.*3.*lit.L.per tot. colum.* ſequitur *Regens Lanarius conſ.*33.*nu.*3. Attenta etiam communi diſtinctione ſecundùm opinionem in Tribunalibus receptam, de qua teſtatur *Reg. Reuerter. deciſ.*134. *in final.verb.*

Et ex hoc ſecundo defectu reſultat modò confirmatio præcedentis defectus,etiam data pro vera opinione *Afflict.*quam ſuperiùs confutaui, ſiquidèm ea ratione *Afflict.* mouetur, vt aſſenſus poſſit impetrari poſt mortem emptoris,quia venditor nullum habet intereſſe,dùm non reuocauit, ergò præſupponit *ipſe*,quòd ſi venditor reuocauit,adeſſet præiudicium venditoris, & non poterit impetrari aſſẽſus poſt mortem emptoris.

Vndè cùm in caſu noſtro adſit intermedius poſt inſolutum dationem primæuam contractus hic prorogationis pacti de retrouendendo, per quam prorogationem eſt acquiſitum ius venditori,vtique intererat Portiæ,quòd aſſenſus præſtaretur ſuper pacto de retrouendendo per integrum ſeptennium, cõputato termino prorogato,non autem ſuper quadriennio tãtùm, proùt fuit impetratus, & ſic adeſt manifeſtum intereſſe venditoris.

Item ex hoc pacto conſtat de expreſſa mente Portiæ inſolutum dantis,quòd nolebat,dominium in hoc caſu transferri ad hæredem Victoriæ in feudalibus, ſed vt reuerteretur ad ipſam, ergò etiam data pro vera opinione *Affl.* aſſenſus ſuperueniens poſt mortem Victoriæ non poteſt operari translationem dominij in Ioannellam primogenitam, cui ex pacto contrahentium nõ poterat tranſmitti, etiã ſi fuiſſet acquiſitum Victoriæ per aſſenſum impetratum in vita Victoriæ.

Tertius, & vltimus defectus verſatur in alia ſubſtantialiſſima obreptione facta in aſſenſu, ſiquidèm in contractu adeſt pactum expreſſum, quòd ſi infra tempus pacti de retrouendendo moreretur Victoria, quæ in ſolutum recepit feuda, ipſa Portia, quæ fecit in ſolutum dationem, ſuccederet tàm in pretio,quàm in corporibus feudalibus in ſolutum datis, vt *fol.*56. *& ſeq.* In aſſenſu verò de ſucceſſione in corporibus feudalibus verbum nullum,ergò ſubreptio manifeſta, quæ reddit contractum nullum ratione indiuiduæ voluntatis; non enim voluit Portia feuda aliter à ſe abdicare,niſi ſub ſpe illa eadem recuperandi per ſucceſſionem in morte martis, ergò omiſſio huius clauſulæ affert ſubreptionem in ſubſtantia contractus, ſine qua Portia non contraxiſſet ratione indiuiduæ voluntatis, ad *text.in l.eiuſdem generis,ff.de adil edict.* & ſucceſſiuè ex tali ſubreptione vitiatur aſſenſus,proùt vitiatur, quandò in aſſenſu ſuper venditione facta cũ pacto de retrouẽdendo fuit omiſſum pactum de retrouendendo, iuxtà deciſa per *Camerar.in l.Imperialem,car.*58.*col.*2. *lit. L. Præſ. de Franch.deciſ.*105.*in finalibus verbis, Grammat.deciſ.*76.*Reg.Lanar. conſ.*73.*num.*1.*cum ſeqq. & num.*5. *Reg. de Pont. conſ.*21.*num.*37.*lib.*1. *Cravett. conſ.*246. vbi alios cumulat, & vt aſſenſus teneat, nedùm eſt neceſſariò exprimenda facultas diſponendi, & nominatio perſonarum, in quas eſt facienda diſpoſitio,ſed etiam eſt exprimendus modus diſponendi,*Præſ.de Franch.dec.*153.*n.*28.

Immò dico vnum,quod eſt fortius, quòd ſi in anno 1536. quo fuit expeditum priuilegium aſſenſus, fuiſſet facta expreſſa mentio huius pacti, quòd ſucceſſio

cessio feudorum per mortem emptricis reuerteretur ad Portiam vendentem, non potest præstari assensus, stante *prignoratitio honeri capitum*, edita in anno 1531. 4. *dyfad.* per quam *quitto* prohibetur præstatio assisiæ, quandò natura feudi mutatur, prout in casu prædicto mutabatur, auferendo successionem a primogenita, quæ erat Ioannella, & applicando ipsi Portiæ, quæ erat secundogenita, & sic hoc vitium subreptionis redditur vndique irrefragabile.

Deniq; aduerto, quòd circumscriptis omnibus supradictis defectibus assensus, qui reddunt omninò contractum nullum, dato quòd contractus fuisset validus, & assensus super eo legitimè impetratus, & quòd in assensu comprehenditur etiam tempus triennij inter Partes prorogati circà pactum de retrouendendo, adhuc pollet locus absoluendi sua
47 ab hoc iudicio vendicationis. Nam dùm præsupponimus contractum hunc validum, vtiq; illum reputabimus validum in totum, & non pro parte, ad effugiendam claudicationem contractus, & sic erit iudicandus validus contractus etiam respectu illius pacti, quòd eo mediante casu mortis Victoriæ succedat in feudis datis insolutum ipsamet Portia; hinc fit, quòd cùm hic casus præfixus iam acciderit, ex quo Victoria decessit in anno 1535. vt ex testamento, & apertura fol. 66. & 67. & sic infrà terminum prorogatum pacti de retrouendendo, sequitur, quòd vigore illius pacti ipsi Portia debebat succedere, prout successit, non Ioannella, quantumuis primogenita.

Et si non potuit succedere Ioannella, sequitur, quòd nullum dominium potuit acquirere Ioannella, & successiuè nec eius hæredes, & totum dominium reuersum fuit ad Portiam.

Nec dicatur, quòd Ioannella fuit instituta hæres vniuersalis à Victoria, quæ etiam vigore illius pacti habebat potestatem disponendi de bonis sibi insolutis datis secundùm potestatem à lege concessam; nàm hæc potestas porrigitur ad corpora, sed ad pretium ducatorum duorum mille tantùm, dùm facultas concessa est in legendo tantùm, vt sunt aperta verba
48 *fol.* 59. & si non est seruatum pactum, rescinditur quicquid est actum, *Bald. in l. cùm te, C. de pact. inter empt. & vendit.*

Et quandò hæc potestas legandi comprehenderet etiam legatum corporum feudalium, Victoria in testamento non legauit feuda, sed relicta legitima Portiæ in reliquis instituit hæredem vniuersalem Ioannellam, quæ ob hoc non posset prætendere feuda, sed æstimationem tantùm, quandò esset legatum feudum.

Adeò, quòd ex omni parte cessat actio rei vendicationis intentata per Aduersarium.

Scipio Roulus.

Ad motiuum, quòd contractus gestus inter Portiam, & Victoriam sit pignoratitius, & successiuè non habilis ad transferendum Parti dominium, opponit Pars.

Primum, quòd de iure sit veriot, & communior opinio, vt vltrà modicitatem pretij, & pactum de retrouendendo accipiens bona insolutum sit solitus fœnerari.

Secundum, quòd quandò illa duo tantùm sufficerent, requiritur in modicitate pretij læsio vltrà
49 dimidiam, quæ hic non adest, dùm eadem Victoria relaxauerat ducat. 600. in bem fidium Portiæ, apposuit pactum de retrouendendo, & aliud pactum de succedendo in eisdem corporibus, quæ pacta sunt pars pretij, & adest onus adhoarum, seu donatiorum, quæ reddunt rem feudalem minoris pretij.

Tertium, & vltimum, quòd illa consultatio deducet, vt ex huiusmodi præsumptionibus reiiciatur contractus pignoratitius: licet procederet in contractu venditionis, non tamen procedit in contractu insolutum dationis, *Dec. cons.* 166. *n.* 6.

Sed hæc nihil obstant, nàm quòd pactum contra opinio nedùm est verior, & communior, sed est vlu recepta, tam in hoc Regno, quam in alijs locis, prout patet ex *Loseth. cons.* 132. & ex *Capyl. Latr. decis.* 60 *colum.* 4 *vers. quo vero ad meritum*, fuit *decisiones Lucenses Dyn. 32.* qui nedum elaborant in commendo 2. hinc inde pro vtraq; opinione, sed etiam eaccepiunt omnes decisiones, quæ duo tantùm sufficere admittunt, & firmauit in Regno nostro adduxit *Afflict. decis.* 65. *Gramm. decis.* 76. *num.* 29. & 30. & ita passim in dies iudicatur, quicquid nouissimè sub nouis dispositionibus se inuenerit *Ioannet. in repet. l. 2. nu.* 46. *C. de pact. inter empt. & vendit. & Bertr. decis.* 123. Addo nunc pro hac eadem nostra opinione *Marchisell. q.* 33. *Mazzium de contract. art.* 4. *num.* 57. *Mant. cons.* 247. *de probat. tom.* 1. *Roderic de annuit. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 9. *cum seq.*

Quòd secundum ex *Afflict. decis.* 40. *nu.* 14. constat, actionem reponi in arbitrio Iudicis, vltrà quòd in casu nostro adest etiam vltrà dimidiam: nam Victoria erat creditrix in ducat. 2000. tantùm, & dantur insolutum bona valoris ducat. 4100. nàm Castrum cum iurisdictione, & vassallis reditus perpetui annuorum duc. 130. ad minus æstimatur ad rationem quatuor pro centenario, & sic annui duc. 130. absorbent pretium duc. 3250. annui duc. septuaginta perpetui in hac Ciuitate ad minus æstimantur ad rationem sex pro centenario, & sic absorbent pretium ducatorum mille, & ducentum; adeò quòd pretiũ verius; corporis ascendit ad duc. 4450. ergò lasio satis vltrà dimidiam.

Nec onus adhoarum, & pactorum adiectorum
51 diminuit quicquam de hoc pretio, nàm in omnibus introitibus, & bonis feudalibus inest onus adhoarum, & cum hoc onere æstimantur ad rationem quatuor pro centenario. Pacta verò apposita, tantùm abest, vt minuant pretium, vt magis arguant simulationem contractus, nam hæc pacta non sunt perpetua, sed ad tempus, & elapso tempore bona remanebunt libera absq; his pactis, & sic absq; hoc onere, ergò pretium non diminuitur, nisi durante pacto, sed extincto pacto pretium remanet integrum; nam aut Pars vult, hæc pacta esse extincta cum tempore quadriennij, prout allegauit in Aula, & tunc cessat diminutio pretij fundata in his pactis, aut vult, illa esse perpetua, & tunc debet succumbere, quia vigore vltimi pacti ipsa Portia iure successit in corporibus post mortem Victoriæ.

52 Quòd verò ad tertium, & vltimum opinio *Decij* improbatur ex allegatis ab ipsomet *Decio*, dùm *ibidem in fine* ait, quòd nonnulli *Doctores* tenent meam opinionem, etiam in datione insolutum, & quatenus opinio *Decij* esset attendenda, *ipse* loquitur in datione insolutum necessaria, prout ex *eius* verbis manifestissimè colligitur, nos autem fumus in datione insolutum voluntaria quæ nihil differt à venditione, vt latè per *Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 14. num. 2. 3. & 4. Ludou. decis. Perus. 68. nu.* 3. quid autem differat insolutum datio necessaria à voluntaria, docet idem *Tiraq. ibid. n. 8. & seq.*

Scipio Roulus.

Die

Die 13. Nouembris 1602. referente tunc Regio Conſiliario Marco Antonio de Ponte, iunctis duabus Aulis fuit lata ſententia, per quam fuit declaratum, Mario Caraffæ, nomine, vt in actis, deberi ex cauſa dotium quondam Victoriæ de Capua ducatos duos mille, illoſq; licere eiſdem conſequi, ac eſſe ſoluendos ſuper Caſtro Sancti Blaſij pro ſumma ducatorum mille, & tercentum, & pro aliis ducatis ſeptingẽtum ſuper feudo S. Angeli Radicinoſæ, vnà cum intereſſe liquidando, deducta legitima debita Portiæ Caraffæ, & ei relicta per dictam Victoriam matrem, vnà cum intereſſe.

Et ſic patet, quòd Sacr. Conſil. habuit pro vero, dominium non fuiſſe translatum in Victoriam, ſed remanſiſſe tantùm creditricem in pecunia, ſed hæc determinatio an proceſſerit ex eo, quòd habuerit contractum nullum ex defectu aſſenſus impetrati poſt mortem emptoris, vel potiùs, quòd habuerit contractum pignoratitium ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo temporali, adhùc percipere non valui.

Actuarius eſt Ioannes Andreas de Fœlice, rubrica Proceſſus eſt. Pro Ioanne Antonio Caraffa contrà Matteum Antonium de lo Balſo, & Octauium de Blaſijs. Poſt hæc impreſſa in lucem prodierunt *deciſiones* olim Conſiliarij *Nicolai Antonij Gizzarelli* vtrij acutiſſimi, inter quas cernitur *ſecunda, & tertia deciſio* in hac cauſa.

ADDITIO.

A SED quid in hærede alienantis, vel ementis, vel aliter acquirentis, an hic poſſit alienationem, vel emptionem, ſine aſſenſu factam reuocare, vigore ſupradictæ *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, affirmatiuam ſententiam, & ſic ampliationem ad regulam defumptam ex ſupradicta *Conſtit.* fundani in quadam cauſa, in Sacro Conſilio vertente inter Ioannem Petrum Barreſium, & V.I.D. Angelum Panſa Ciuitatis Marſici noui coràm *Dom. Regente* nunc Conſiliario, & Commiſſario, in Banca de Scacciauento, prout ex infraſcriptis Allegationibus, quas veluti continentes nonnullos alios feudales articulos imprimendas duxi.

Venditionem molendini, Balcheriæ, & Territoriotum feudalium in actis deductorum, olim factam per Ioannem Iacobum Barreſium Magnifico Angelo Panſa, licito iure potuiſſe reuocari à Ioanne Petro filio, & hærede dicti quondam Ioannis Iacobi, & ex defectu Regij aſſenſus, vigore *Conſtit. Regni Conſtitutionem Diuæ memor. de reuoc. feud.* perſpicui iuris eſt. In facto etenim eſt ſatis abundè probatum, molendinum prædictum, Balcheriam, ſeu Battinderium, vt vocant, ac Territorium circum circà eſſe feudalia, ex quo neceſſariò requiritur, nullo pacto potuiſſe alienari, abſq; aſſenſu, *cap. Imperialem de prohib. feud alien. per Federicum*, vbi *And. Camer. Capyc.* & cæteri Scribentes omnes. *Frecc. de ſubfeud. in ver. A Regnicolis, fol.* 150. *num.* 1. *Cæuert. in extrauag. Volentes, in ver. & correlatiuè, num.* 23. *fol.* 149. *Capyc. deciſ.* 100. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 278. *in.* 1. & vulgata *Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, de reuoc feudor.* vbi *Andr. Afflict.* & alij, & docuit *Dominus Regens Rouitus in pragmat.* 1. *de fide memor. ſub num.* 13. *verſ. ad hoc igitur, & num.* 17. Cùm enim feuda conſtent ex vtili, & directo dominio, ac vtile in feudatarium, directum penès Dominum remaneat, *cap. vnico, circà finem, ex quibus cauſ. feud. amitt.* & tradit *Andr. in cap.* 1. *§. præterea, num.* 9. *de capit. Corrad.* ex regula *text. l.* 1. *ff. ſi ager vectigal.* Feudatarius ratione directi dominij ad plurima Domino obligatur, *toto titul. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.* Ideo plurimum Domini intereſt, ne mutetur feudum, ſeu vaſallus ſine eius voluntate, immò nec melior perſona in feudo eligi poteſt, abſq; Domini conſenſu, per ea, quæ tradit *Andr. in d. c.* 1. *§. præterea, de capit. Corrad.*

In tantum, quod ſuprà citata *Regni Conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ*, non ſolùm alienationem ſine aſſenſu prohibet, atq; annullat, verùm etiam facultatem alienanti tribuit, antè aſſenſus impetrationem reuocandi alienationem. Qua de re veluti fatis nota, & in ore omnium exiſtente non plura verba facio. Illud tantummodò recordentur, velun, poteſtatem hanc reuocandi non ſolùm principali alienanti fuiſſe conceſſam, ſed etiam ad eius hæredes extendi, *Andr.* in relato *cap. Imperialem, ſub nu.* 16. *in addit. Camerar. in repetit.* eiuſdem *cap. fol.* 88. *d ter. lit. T. V.* et *Afflict.* in hac *Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, num.* 8. *Frecc. de ſubfeud. d. ver. A Regnicolis, num.* 25. *et* 26. *fol.* 152. *Anna in repetit. Conſt. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, in* 3. *part. num.* 248. dicens, eſſe communem DD. ſententiam, & ſic fuiſſe per Sacrum Conſilium deciſum in proprijs terminis, refert *Afflict. d. deciſ.* 278. Non enim dicitur hæres venire contrà factum defuncti, cùm ipſemet defunctus hoc facere poterat, ex *Camerar.* & alijs in *locis* ſuprà citatis, & *Dom. de Pont. deciſ.* 28. *num.* 38. Nequè dixit idem *Camerar.* poterit hoc caſu hæres præcisè cogi ad obſeruantiam obligationis illius realis, cauſatæ ſuper re feudali, quæ nulla eſt, *d. fol.* 88. *lit. K.*

Liberè itaq; poteſt tàm principalis alienãs, quàm eius hæres alienationem rerum feudalium, abſquè aſſenſu factam iure proprio reuocare.

Hanc ueritatem nullo modo ſubterfugi poſſe, cognoſcens Magnificus emptor, duo adducit, quibus agentis intentionem excludere conatur, & ſi nullius ſint conſiderationis.

Primum eſt, molendinum prædictum primo loco emptum ui fluminis, & inundatione aquæ corruiſſe, ideòq; licèt feudale fuerit, cùm tamen ad præſens non exter, non eſt ei ſuper nouo ab ipſo conſtructo moleſtia inferenda, iuxtà terminos *text. l.* 1. C. *de iur. emphyt.* & ità pariter dicit de Balcheria, quæ ſimiliter perijt.

Secundum eſt, quòd cùm à die uenditionis ſint elapſi anni triginta quinq; feudum eſt præſcriptum, *l.* 1. *§. ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. mul. cõtrom. fuer.* & ſic exceptione ſaltèm præſcriptionis repellendum eſſe actorem, facilè ſibi ſuadet.

Verùm hæc omnia facillima reſponſione ſoluuntur, quoniam reſpectu primi aduerrant, rogo, molendinum olim à Ioanne Iacobo uenditum conſtare ex aqua feudali fluminis dicti agri, cùm certum ſit, aquas fluminum, earumq; decurſus eſſe feudales, & ad Barones ſpectare, *Capyc. in inueſtitur. in ver. Regalia, fol.* 279. *Bald.* antè *eum in l. ſi plures, num.* 13. *C. de condit. infert. Alex. conſ.* 194. *volum.* 2. *Boer. deciſ.* 352. *num.* 4. *et* 5. Idemq; eſt territorium, quod emicet ſuper aquas, & quod immergitur aquis. *Bald. in d. l. ſi plures.* Et quòd aqua fluminis prædicti ſit Ciuitatis Marſici noui, uti Baronis, ipſamet Pars ex aduerſo fatetur in ſuis poſitionibus. Rursùs territorium, ſuper quo molendinum erat conſtructum eſſe feudale, prout ex prima, & ſequentibus conceſſionibus,

nibus ac venditione elicitur, ac etiam de iure præsumitur, cùm sit infrà fines feudi, *Cravett. cons. 54. & in respons. pro Genero, num. 430. Lanar. cons. 2. num. 1.* & latè *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 100. & 101. et Dom. Capiblanc. in pagm. 11. num. 35. de Baron. et Dom. Reg. Rovit. in Rubr. de feud. num. 1.* Dùm ergò molendinum prædictum fuit de nouo constructum in eodem solo, & territorio feudali, remanet istud nouum, etiam feudale, iuxtà *textum* insignem in *l. finali, ff. de pignor. et hypoth.* & tradidit clarissimè *Paris de reintegr. feudor. cap. 282. num. 2.* & notata per *Dom. Lanar. in d. cons. 2. sub num. 5. et 6.* qui consuluit in casu, vbi aqua tantum erat feudalis. Quinimmò si territorium tantùm esset feudale, molendinum super eo constructum solo feudali cedere, atq; esse Domini territorij, dixit *Capyc. in inuest. in ver. Regalia. fol. 279.* allegans *Andr.* & scripserunt *Paris dict. cap. 282. num. 2. et Anna allegat. 6. num. 1.* ex *Bald. in l. 1. ff. de rer. diuis.* ædificium enim solo cedit, *§. cùm in suo solo, Inst. de rer. diuis.*

Hinc planè fit, vt cùm bona ista sint feudalia, & in feudum concessa, non potuit Ciuitas Marsici, Baronem repræsentans feudi naturam mutare, & ea vti burgensatica tractare, ad tradita per *Camerar. in dict. cap. Imperialem. car. 67. lit. M.* & sic corruit motiuum Partis aduersæ, quòd scilicèt molendinum, ad præsens existens refecerit cum consensu Ciuitatis, nàm cùm sint feudalia, non potuit Ciuitas ea vti burgensatica tractare, & concedere, *Camerar.* singulariter *loco* iàm relato, & omninò Regis assensus requirebatur, prout mox clarius dicetur.

Præterea cùm bona ista feudalia sint pars feudi quaternati simpliciter, vel saltem quaternati secundùm quid, vt declarat *Camerar. in d. cap. Imperialem, fol. 68. à ter. lit. M. et fol. 79. lit. B. C. D. E.* cùm non teneatur simpliciter à Barone, vtriusq; Baronis scilicèt, & Regis assensus erat necessarius, ità post longam disputationem concludit *Camerar. in dict. cap. Imperialem, f. 72. lit. I. et fol. 73. lit. C. et Reg. de Pont. in tit. de his, qui feud. dar. poss. lect. 6. num. 39.* Nec tacitus sufficit assensus Ciuitatis, idem *Camer. fol. 66. à t. sub lit. O.*

Quicquid sibi Pars aduersa somniet ex verbis illis Marchionis Villæ Franchæ Proregis instrumento domanij adiectis tempore, quo fuit Ciuitas prædicta ad Regium Domanium admissa, scilicèt. *Ad vendendum, alienandum, dandum, donandum, et permutandum, prout melius sibi visum fuerit*, ità vt isto loquendi genere, vel sit data potestas alienandi, ablq; alio assensu, mutauitq; Princeps feudi naturam, & sic tanquàm res semel permissa alienari, sit perpetuò alienabilis; iuxtà *text. in cap. 1. de feud. non hab. prop. natur. feud. et cap. feudum ea lege*, vbi *And. si de feud. defunct. fuer. contr.* Vel posito, quòd idem Marchio tunc Prorex tenebatur assentire, non existente legitima causa denegandi assensum, intelligatur præstitus assensus, ad tradita per *Lanar. cons. 20. num. 2.* & per *Camill. de Medic. cons. 47. num. 12.* Nàm cùm post verba illa. *Ad vendendum, etc.* sequuntur alia. *Reseruato Regio assensu, et feudali natura in aliquo non mutata*, clarè cernitur, Principem noluisse licentia illa alienandi feudi naturam mutare, ac assensum remittere, & hoc casu omninò necessarium esse Domini assensum, docet *Camerar. in d. cap. Imperialem. car. 29. lit. P. S. T. et V. et car. 46. lit. A. et Dom. Reg. Rovitus in cons. 56. num. 3. tom. 1.* Et ista verba. *Cum facultate vendendi, etc.* intelligéda sunt ciuili modo, idest cum assensu, *Dom. Consil. Georg. in repet. feud. part. 1. cap. 42. num. 12.* & omnimè antè *eum* comprobauit *D. Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de origin. Baron. n. 50. f. 15.*

Circa secundum, exceptio præscriptionis opposita vim minimè facit, quoniam *text. in cap. Imperialem*, eam expressè prohibuit, stante contractus nullitate, & *text. in d. §. si quis per triginta* est correctus per dictum *cap. Imperialem*, vel saltem debebat allegari inuestitura, prout dicit *Andr. in d. §. si quis per triginta, sub num. 1. in vers. vel hic contra aliud tertium, qui dicebat, se inuestitum*. Hinc dixit *Camer. in d. cap Imperialem. fol. 8. lit. C.* quòd bonus Cautidicus minimè dicit, se possedisse per triginta annos, sed dicit, se habere inuesturam, & loco inuestituræ præsentandæ probabit, cursu temporis 30. annorum præstitisse seruitium Domino suo, ex quibus sic copulatiuè probatis, inducetur præsumpta quædam inuestitura; At Magnificus Aduersarius non solùm inuesturam tacuit, sed expressè negauit, molendinum, cæteraq; bona esse feudalia, vt. *fol. 10. à t. et 52.* Et sic ex hoc solo mendacio condemnandus fuit, ex regula *text. in l. si dubitet, §. ad. denique. ff. de fideiuss. et l. fin. ff. de rei vendic.* & tradit *Andr. in cap. 1. §. vasallus si feudum, num. 1. et 2. si de feud. defunct. fuer. controu. et Camer. in d. c. Imperialem. c. 76 lit. M.*

Nec huic veritissimæ conclusioni refragabitur *text. Consil. Consuetudinem pravam hactenus, de rei. actio. et except.* per quam *Federicus* Imperiali lege constituit, eum, qui 30. annis feudum integrum, vel quotam partem feudi, de quo certum seruitium Curiæ debetur, continuè, & sine interruptione possederit, in perpetuum fore securum. Nàm omissa disputatione, an *Constitutio* prædicta locum sibi vendicet in casu nostro, vbi cùm necessariò ad inducendam præscriptionem rei, præsertim feudalis, requiratur titulus, iuxtà *text. in l. 2. C. de præscript. long. temp.* & elegantèr tradunt *Dom. Reg. de Pont. consil. 97. num. 8. et 9. volum. et Dom. Consil. Georg. in allegat. 14. sub num. 8. et 9.* (cùm simus extrà centenariam, vel immemorabilem, quæ de titulo non curant, ex *Thesaur. forens. quæst. lib. 2. quæst. 27. num. 15. et Couarr. in 2. par. relec. §. 3.*)

Cùmq; titulus hic sit vitiosus ex defectu Regij assensus, nullo modo potuit incipere præscriptio, ad tradita per *Lanar. in cons. 94. num. 3.* adducentem communiter receptam *Innoc.* doctrinam *in cap. dudum, num. 2. de decim.* & per *Afflict. dec. 107.* & dixit *Reg. de Ponte in d. cons. 97. num. 8. et D. Georg. dict. allegat. 14. num. 18. et Dominus Reg. Rovit. consil. 91. n. 1. vol. 1.*

Certum tamen est, eandem *Constitutionem* plures habere limitationes, pluraq; requiri ad illius obseruantiam. Primum est, vt procedat, cùm tractatur de præscribendo integrum feudum, vel quotam illius, non autem certam rem, & particularem feudi, vt purà prædium, vel domum feudi, & præsertim vt liberam, hoc fanè casu denegat potentiam præscribendi eadem *Federici Cæsaris Constitutio*, vt in *§. cæterùm*, vbi *Afflict. in 6. part. diuisionis text. antè num. 1. et in decis. 254. num. 4. et Frecc. de subfeud. in 28. quæst. de Pont. d. cons. 97. num. 10. et Georg. d. allegat. 14. num. 6.* Cùmq; hic tractetur de præscribendo Molendinum, & Balcheriam quandam, & sic rem particularem feudi Marsici noui, & quod peius, vti liberam, vt est in facto deductum, nullo modo poterunt dici bona prædicta præscripta.

Secundò corruit ex eadem *Constitutione* præscriptio cursu triginta annorum, nisi minori aliqua ætate fuerit interrupta, vt patet ex verbis *Constit.* abi

fine

ſine interruptione minoris ætatis Aduerſarij. Hinc dixit *Afflict.in d.Conſt.ſub num.* 12. quòd quando ille contra quem allegatur præſcriptio, fuit minor annis 18. tunc deducuntur ipſo iure de dicta præſcriptione anni 18. & ſic tempus minoris ætatis, & *Balbus de præſcript.in 1.part.6.& vltimæ principalis,nu.* 11. *verſ.octauus caſus eſt,fol.* 127. dicit, quòd in pupillo præſcriptio 30. annorum tanquam odioſa dormit durante minori ætate, etiam quòd inceperit cum maiore defuncto,ex *l.ſicut,C.de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* At clara res eſt, etiam ex depoſitionibus teſtium Partis aduerſę,quòd poſt mortem Ioannis Iacobi venditoris,Ioannes Petrus filius remanſit decem ſuæ ętatis annorum, & ſic ſuperſent octo alij anni, quibus demptis ex triginta quinq; temporis, quo fuerunt bona poſſeſſa per Magnificum Angelum emptorem, remanent anni 27. poſſeſſionis, & ſic non eſt completum tempus 30. annorum, & hoc, credo,replicationem non admittere.

Tertiò, retentis terminis eiuſdem *Conſtitutionis*, oportet,vt Aduerſarius,contra quem allegatur præſcriptio,fuerit tempore totius curſus 30. annorum in Regno præſens,alias non currit præſcriptio, vt *Conſtitutio* prędicta clarè diſponit. Verùm in facto eſt probatum, Ioannem Petrum per multos annos, à tempore pupillari ab hoc Regno abfuiſſe, in diuerſas Hiſpaniæ,Italiæq; partes migrando,vndè reuerſus hoc præſens iudicium inſtituit, vanè ergò Pars aduerſa ſe fundat in curſu 30. annorum, & ſic in præſcriptione.

Et poſtremò non poſſet ignoranti denegari reſtitutio aduersùs præſcriptionem 30. annorum, ex cōmuni DD. opinione, relata ab *Afflict. deciſ.* 37. *ſub num.* 1. *& deciſ.* 329. *num.* 7. vbi *Vrſill.* & in hęrede præſumi ignorantiam, notauit idem *Afflict. d.deciſ.* 32. *num.* 2. & *Andr.in cap.Imperialem, ſub num.* 16. *in addit. de prohibit. feud. alienat. per Federicum.* Ideòque malè ex prędictis Pars ſe fundat in præſcriptione.

Atq; ex his clarè (ni fallor) fundatum maner,bona prędicta tanquàm feudalia, non potuiſſe abſquè aſſenſu alienari, reuocationemquè alienationis prędictę à Ioanne Petro factam, ritè, & rectè proceſſiſſe, & ideò condemnandus eſt emptor, & poſſeſſor conuentus ad ea relexandum, vnà cum fructibus perceptis, non obſtante exceptione nouæ conſtructionis, ac præſcriptionis, ab ipſo conuento oppoſita.

Cauſa hac in Sac. Conſil. relata per *Dominum Conſiliarium Rouitum* Commiſſarium fuit condemnatus conuentus ad reſtituendum Molendinum, & Balcheriam, compenſatis fructibus cum intereſſe, & quibuſdam expenſis per conuentum prętenſis, & Partes ipſę ſe concordauerunt.

Et quia hic tractata fuit materia præſcriptionis feudalis, & intellectus *§.ſi quis per triginta,ſi de feud.defunct.mil.controu.* ac etiam *Conſt.Regn. Conſuetudinem prauam hactènus,de rei act.& excapt.* libuit hic tranſcribere *Apoſtillam*, propria manu *Domini Regentis* ſcriptam in margine dict. *Conſtitutionis Conſuetudinem prauam* in eius *Libro Conſtitut.Regni*, ex qua percipitur vera, ſanaquè reſolutio huius materię præſcriptionis feudalis, quę eſt tenoris ſequentis.

IN materia præſcriptionis rei feudalis ſic diſtinguo. Aut agitur de præſcribendo contrà Fiſcum, & ſerua *Conſtitutionem Quadragenalem* infrà proximè ſequentem. Aut contra priuatum, & tunc, Aut ex huiuſmodi præſcriptione res feudalis proueniret ad manus mortuas, puta Eccleſiam, vel Vniuerſitatem, & non præſcribitur minori ſpatio centum annis, nàm cùm in Eccleſia ſit prohibita omnis conceſſio, & alienatio, vt in *cap.1.de alien.feud.* erit etiã prohibita & præſcriptio, vt dixit *gloſ.* ſupra in *Conſt. Conſtitutionem Dinæ memoriæ,in ver.Minuendis*, nè quod prohibetur fieri expreisè, tacitè, & præſumptiuè permittatur, latè *Paris de reintegr.feud.cap.reperitur,Eccleſiam,fol.* 80. *à ter.* Aut peruenirет ad priuatum æquè idoneum, & tunc, Aut agitur de præſcribendo feudo, ſiuè quota parte ipſius, aut de re particulari ipſius feudi. Primo caſu ſufficit præſcriptio 30. annorum cum præſtatione certi ſeruitij per tempus continuum, præſente tamen Aduerſario in Regno, vt in hac *Conſt.& in § ſi quis per triginta,ſi de feud.defunct.controu.fuer.inter dom.* Secundo verò caſu. Aut agitur de præſcribendo rem particularem, vt liberam à ſeruitio, & non præſcribitur quanticunq; temporis ſpatio, minori tamen centum annis, vt in *fine* huius *Conſtitutionis,ver.cęterùm*, proùt in hoc caſu intelligit, eam procedere *Paris de reintegr.feud.cap.Videndum eſt*, *fol.* mihi 135. *in fine cap.* Aut agitur de illam præſcribendo tanquàm rem de ipſo feudo, & ſeruitio obnoxiam, & tunc Aut ſumus in re excadentiali, ſiuè emphyteotica, vel cenſuali, aut alitèr redditicia feudo, & ſolita concedi ad certum reditũ, & præſcribitur ſpatio triginta annorũ, ex regula *l.ſi certis annis,C.de pact.* & per *tex.* ſatis particularè, vbi *gloſ.in l.final.C.de fund.patrim.lib.* 11. & facit regula generalis huius *Conſtitut.* per quę iuratà in propriis terminis tradidit *Paris vbi ſuprà, in cap.pone, quòd eſt quæſtio. fol.* mihi 34. *à ter.in cap an ſi pro re, fol.* mihi 84. *à ter. in cap. videndum eſt itaq; fol.* 135. & *in cap.ſequitur quotidiana quæſtio,fol.* mihi 153. *à ter.* Aut verò ſumus in re domaniali, & non ſolita cōcedi ad certũ reditum, & in hoc caſu etiam ſi quis per triginta annos tenuerit bona domanialia ſibi locata ad annuum reditum, non inducitur conſuetudo locandi, nec poſſet prętendi ius coloniæ perpetuę, ſed requiritur tantum tempus, cujus non exiſtat memoria in contrarium. Quemadmodùm etiam feudatarius hoc non poteſt facere expreſsè, ſcilicèt concedendo illam ad annuum reditum per *Conſt.Conſtitutionem Dinæ memoriæ*, ità nec tacitè, recipiendo reditum per 30. annos, ità in ſpecie tradidit idem *Paris vbi ſuprà,c.an ſi quis per 30. annos, fol.* 114. Vide ad materiam *gloſ.* magnam ſuprà in *Conſt.Si dubitatio,in ver.faciente*, ibi *Sed numquid in premiſſo caſu.*

Ad intellectum huius *Conſt.* vide *Camer. in c.1.§. 3.q.13.n.104.* & præſertim 109. *an agnat. Ann.ſingul. 194. feudum.*

Et quòd hęc *Conſtitutio* habeat locum etiam in præſcriptione actionis competentis ad feudum, vide *Cannet.in c.Volentes,§.* incipiente *Sed operæpretium, fol.* mihi 30. Hactènus *D.Regens.*

Ioannes Laganarius.

De Fide, & auth. memorialium, &c.
Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius, & præcedētis validitas, remissiuè.*
2 *Gratia quandò dicatur perfecta per verbum, fiat, absq; priuilegij expeditione, remissiuè.*
3 *Sigilli expressa mentio hic ideò est facta, quia sigillum est, quod probat.*
4 *Clausula annullatiua per lapsum termini ad expedi. tionem priuilegij cum sigillo fuit necessaria, cum aliàs simplex lapsus termini non præiudicet, donec res est integra.*

EManauerunt, &c. Memorialibus obtentis expediantur priuilegia cum sigillo infrà quatuor menses, aliàs nat nulla. H. D.

1 Pro conualidatione huius Pragmaticæ, & præcedentis vide *Bald. in l. vniuersa, num. 2. C. de fide instrument.*

2 Et quandò gratia dicatur perfecta per verbum, *fiat*, absquè expeditione priuilegij, docent *Afflict. decis. 253. Anend. in l. 41. Taurin. glos. 2. & in l. 43. glos. 2. & 3. Gomez in regul. Cancell. de non iudic. iuxtà formam supplic. quæst. 1. Martin. Laudens. de priuileg. conclus. 11. Cabed. decis. Lusit. 29 part. 2.*

3 Et nota, quòd hic est facta expressa mentio sigilli, quia sigillum est, quod probat, secundùm *Andr. in cap. quoniam mater Dominum. num. 3. vers. dubitatur, de prohib. feud. alien. per Lothar. per text. in l. distrahente, C. de reb. alien. non alien.* & dixi in *pragmat. præcedenti.*

Et aduertas, quòd clausula annullatiua hic, & in
4 aliis Pragmaticis in præcedent. citatis per lapsum termini ad expeditionem priuilegij cum sigillo fuit necessaria, quia aliàs simplex lapsus termini nō præiudicat, donec res est integra, iuxta *text. in cap. Si tibi absenti, in fine, & ibi glos. fin. de præbend. & dignit. in sexto.*

De Fide, & auth. memorialium, &c.
Pragmat. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Gratiæ factæ delinquētibus de iure communi an requirant scripturam, remissiuè.*
2 *Delinquens si post gratiam delicti obtentam iterùm deliquerit, an gaudebit illa gratia pro primo alio delicto.*
3 *Guidaticum cessat in continenti commisso alio delicto post guidaticum ipsum.*

COme sapere, &c. Delinquentes non fruantur gratijs, nisi illæ præsententur in Magna Curia, roboratæ solemnitatibus Regiæ Cancellariæ, & cum appositione sigilli. H. D.

1 An huiusmodi gratiæ de iure communi requirant scripturam? vide *Bald. in l. si qua per calumniam, vers. modò quærit hic, C. de Episcop. & cleric. num. 7.* qui distinguit inter gratiam factam à Principe, & ab Inferiore, vt illa statim valeat, sed eget probatione, quæ non potest fieri, nisi per scripturam, hæc verò facta ab Inferiore semper eget scriptura, sed videas *Afflict. in Constit. Si dubitatio num. 20. Cassador.*
2 *decis. 35. super regul. Cancell.* Quid autem si delinquens post huiusmodi gratiam delicti impetratam iterum deliquerit, vtrum gaudebit illa gratia pro illo primo delicto? dicas, quòd sic, vt per *Præsid. de*
3 *Ferr. anch. decis. 433.* licèt diuersum sit in guidatico, quod cessat in continenti facto delicto post guidaticum, vt in *pragmat. 1. infrà de guidaticis.*

De Fide, & auth. memorialium, &c.
Pragmat. V.

RERVM SVMMA.

1 *Libelli supplicis decretatio, vt* M.C.V. iustitiam faciat *non perimit alias præcedentes decretationes, immò eas confirmat, & admittat secundùm hanc Pragmaticam sanctionem.*
Quæ est iuri communi conformis.
Quod semper loquitur, & attendi debet, etiam si hæc Pragmatica non vigeret.
Quæ iuris conclusio nō est adeò restricta, quin aliquandò extrà suos vagetur limites.
Hinc primò ampliatur modo præscripto hic num. 2.
Vbi eadem conclusio bifariam limitatur.
Clausula ista, iustitiam faciat, multùm distinguitur ab admissione appellationis cum Iudicum electione, super qua fuerantur qui contrarium tuentur, ibidem in fine.
3 *Eadem libelli decretatio, siuè clausula, iustitiam faciat, non tollit ordinem iudiciarium.*
Idquè illustratur exemplo septuagenarij, petentis salua guardiam, vt non possit arrestari de persona, nam non erit expedienda absque termino, & causæ cognitione, ex abrupto ad simplicem petitionem.
Pro cuius beneficij assecutione requiritur ætas septuaginta annorum completa, & non sufficit incœpta.
Forma decreti, quod expeditur in beneficium septuagenarij.
Salua guardia antedicta expeditur seruata forma præfati decreti.
Hinc non poterit expediri antè diffinitiui decreti prolationem.
Sed iis est inter Maiores nostros, ex quo iure originem traxit huiusmodi salua guardia.
Quæ non militat in debito contracto cum iuramento post dictam ætatem septuaginta annorum, ibidem in fine.
Eadem clausula, iustitiam faciat, aliam recipit ampliationem, & limitationem, de quibus num. 4. vbi ponitur exemplum in decretatione Præs. S. C. directa M.C.V.
5 *Prouisionibus M.C.V. cum clausula, iustitiæ, quomodò sit obtemperandum.*
6 *Iudices M.C.V. debent animaduertere in concedendo similes prouisiones, nè auocent causas ab ordinarijs Iudicibus, & eas exteris delegent.*

1 HAuiendose visto, &c. Decretatio in memorialibus, quòd *M.C. de iustitia prouideat* non reuocat alias præcedētes decretationes, immò continet, vt ex seruentur. H. D.

Hæc Pragmatica exprimit meram iuris dispositionem, vt per *Afflict. decis. 79. num. 3. in fin. & decis. 128. num. 13. & 14. Pisanell. ad decis. eiusdem Afflict. 239. & Vrsill. 253. num. 2. Mart. de clausul. clausul. 64.*

Am.

Digitized by Google

*Ann.alleg.74.nu.*11. facit *dec.Præſ. de Franch.327. n.2.verſ.ex aduerſo.* Ideòq; ceſſat dubitatio, ſi hodiè poſt diſceſſum Proregis, dùm non fuerit promulgata,aſſiſtēte Regio Collaterali Conſilio,vigeat, quia cùm non contineat aliquod ſpeciale,ius commune ſemper ineſt, loquitur, & diſponit, *l. Arrianu,Cod. de hæret.*

2 Idq; locum habet etiam in prouiſionibus, & decretationibus Collateralis Conſilij,directis M.C.ſeù alteri Tribunali,quòd *iuſtitiam faciat*, quia ex cadē ratione nō cenſentur reuocatæ aliæ iuſſiones, & obſtacula impedientia,etiam quòd de his ſit facta mētio per ſupplicantem in corpore petitionis, *Ias.in Leauſas,C.de tranſact. Ann.alleg.49.n.7.* niſi decretatio haberet clauſulam,*non obſtante*,vel ex certa ſciēţia iubentis procederet,*idem Vlpianus 14.§.2. ff.de excuſat.tutor. Andr.de Iſer.in l.Imperialem, nu.53.de prohib.alienat.per Feder. Ann.d.alleg.49. nu.9. & 10.* quæ debet exprimi,vt per *gloſ.final. in clem.2. de reſcript.& in c.ſtatutum,in verbo literarum, de reſcript. in ſexto*, & alios citatos per *Anan. in cap paſtoralis, num.7.de offic. delegat.* & licēt aliqui contrarium affirment, non loquuntur in iſta clauſula *iuſtitiam faciat*, ſed in admiſſione appellationis cum Iudicum electione.

3 Idemq; erit ſeruandum, quandò non adeſſent iuſſiones in contrarium, ſed requireretur ordo iudiciarius,veluti ad inſtantiam ſeptuagenarij,petentis ſaluaguardiam in ſui beneficium, vt non poſsit capi de perſona,quia ſi præſētatur memoriale, cum decretatione Collateralis Conſilij, quòd *M.C.de iuſtitia prouideat*,eadem M.C.non debet ſtatim, abſq; cauſæ cognitione iuxtà petita expedire ſaluaguardiā petenti, quia decretatio prædicta non continet, quòd ità faciat,ſed quòd iuſtitiam faciat, & iuſtitia erit,vt detur terminus in cauſa, auditis creditoribus,& compilato proceſſu, & conſtito de ætate non minore ſeptuaginta annorum per legitimas probationes, ità vt non ſufficeret, eſſe ingreſſum, ſed requireretur,eſſe egreſſum annum ſeptuageſimum, *l.maiores 3.ff.de iur. immun.* debet interponere decretum,quòd *non capiatur de perſona, verùm domi ſe contineat loco carceris,& pro re ſacra, & aliis diuinis Officijs in diebus Feſtiuis in honorem Dei, in propinquiori Eccleſia valeat intereſſe,verùm ſi fuerit captus extrà fines,nō gaudeat,&* cum inſerta hac forma decreti poteſt expediri ſaluaguardia; ſed non pendēte iudicio antè latum decretum diffinitiuum,*prag.2.de inſtrum.liquid.* & dixi *pragm.1.nu.8. de ceſſion.bonor.* Hoc beneficium non reperitur inſertum in corpore iuris,*Natt.conſ.319.nu.2.* quem refert *Grat.diſceptat. 728.nu.9.Oſaſc.dec.123.nu.3.verſ.nec obſtant,& Menoch.cōſ.916.n.7.Monac.dec.Bonon.68.n.19. Paſchal. de virib.patr.pot.par.2.c.9.num.83.* ſolùm *Carpan.ad ſtatut.Mediol.343.nu.6.par.1.* aſſerit de iure communi,& allegat *Anchar.conſ.336.n.2.* qui hoc ſupponit,
A ſed vndè ſuppoſitum oriatur, non apparet, nec ipſe demonſtrat. Credo ego ex aliquo ſtatuto,proùt loquitur *Anchar.iunior q.8.par.2.* proùt in ſimili ſtatuto loquitur *Monac.in d.dec.Bonon.68. nu.7.& Menoch.conſ.916. Ancharanum* tamen ſequuntur omnes,vt refert *Thor.in 1.part. Compendij,in verb.ſenex ſeptuagenarius*,& paſsim à Collaterali Conſilio emanant prouiſiones,quòd *M.C. iuſtitiam faciat ſuper dicto beneficio ætatis petito*, quod beneficium non habet locum, niſi pro debitis contractis antè annum ſeptuageſimum,pro contractu verò cum iuramento poſt annum ſeptuageſimum non debet gaudere, *Anchar.d.q.8.n.9.Carpan.ibid.n.8.Grat. diſcept.328. n.20.Paſchal.d.n.83.* qui alios allegat, & *Manſon.de cauſ.exequut.limit.13.n.15.*

4 Hoc idem procedit in ſupplicationibus porrectis S. R. C. cùm decretatione ipſius Præſidis, quòd *M.C.de iuſtitia prouideat*,quia ſi adeſt altera decretatio,quòd *verbum faciat M.C. cum interuentu aliorum Iudicum*,vel *verbum faciat in S.C.* per dictam decretationem non erit reuocata prior decretatio de verbo faciēdo,ſed iuſtitia erit,vt ſeruetur illa decretatio de verbo faciendo, niſi in iſta decretatione adeſſet clauſula,*non obſtante,&c.*

5 Non ſecus aliæ Curiæ Regni debent ſeruare circà prouiſiones M.C. mandantes, quòd *iuſtitiam faciāt*, quia ſi præcedunt aliæ prouiſiones pro trāſmiſſione actorum, vel alitèr, non cenſentur reuocatæ per eam, & iuſtitia erit obedire prioribus prouiſionibus, niſi in iſtis diceretur, *prouiſionibus aliàs expeditis non obſtantibus*, vel *reductis ad ius, & iuſtitiam*.

6 Verùm aduertant Iudices Magn. Cur. & proſpiciant, cui diriguntur ſimiles prouiſiones, quòd *iuſtitiam faciant* in primis prouiſionibus,antè quàm illas ſubſcribant, quia ſi diriguntur Iudici fori rei conuenti,rectè procedunt,aliàs ſi diriguntur alteri, qui non ſit Iudex competens, reſpectu rei conuenti non procederent de iure, quia non poteſt Magn. Cur.auocare cauſam à Iudice competenti, & delegare alteri, & proindè acta indè ſequuta poſtmodùm erunt nulla, & Iudex nō euitabit in foro poſſi refundere de proprio expenſas factas per actorem & reum.

ADDITIO.

A ADde *Intrigl.conſ.18.num.1.* vbi alios etiam adducit ad fundandum, quòd ſenile hoc priuilegium,vt non poſsit pro debito capi de perſona, ſeù carcerari in publicis carceribus ſit introductum de iure communi, ſeù ſit conforme iuri communi,attamen id non probat de iure communi, ſed ratione tantùm ſatis vulgari,nè ſcilicèt creditor humani ſanguinis ſitibundus in debitoris ſenis perſonam ſeuiat,quod etiam comprobat *Gabr.Velazq; de priuileg.miſerabil.perſ. quæſt.18. num.7.* ex *Rocca* doctrina in *tract.de inope debitore,cap.7. num.11.* affirmantis, non magis, quàm mortuum debitorem ſenem creditoribus addici poſſe, de qua ſęuitia, & poteſtate creditoris in miſerum debitorem, 12. *tabularum lege*, ac communi iure introducta, latè ſuprà egimus in *rub.de ceſſ.bon.n.1.*

Quæ ſanè ratio nùm conſiderari quoquè poſsit etiam in debitore iuuene, ità vt etiam iuuenis debitor priuilegium hoc ad effugiendam creditoris ſęuitiam prætendere poſſet, tàm *Intriglioli*, tùm etiam aliorum, quos adducit ſententia non mihi ſatis arridet, meliorquè aſsignari poſſet ratio, quæ deſumitur ex *Calliſtrato Iureconſult. in l.ſemper,ff.de iure immunit.* hoc eſt, quòd ſemper ſenectus venerabilis fuit, maioreſquè noſtri pęnè eundem honorem ſenibus, quem Magiſtratibus tribuebant.

Nec quemquam latet,quanto in honore habiti fuerint ſenes, quantaquè reuerentia fuerit eis ſemper exhibita, tùm Diuino, tùm etiam humano præcepto. Cauebatur enim in *Leuit. cap.19.* in hæc verba.*Coràm cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.* Et *Iuuenal.* teſtimonio habetur, præter ceteros, quòd mortis pœna expiabatur irreuerentia

ſeni per iuuenem illata, prout elegantibus his tradit *verſibus Satyr.13.*

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si iuuenis vetulo non aſſurrexerat: & ſi
Barbato cuicunq; puer, lucèt ipſe videret
Plura domi farra, & maioris glandis acerros.

Quantaquè ſint ſenilis ætatis priuilegia, ac etiam encomia, require apud eruditiſſimum *Velazq.* qui ea ad nauſeam vſquè collegit in *diſt. quæſt. 18. de priuileg. miſerabilium perſ.* poſt *Lucam de Penna in l. antiquitus, numer. 1. & ſeq. Cod. de conſul. & non ſparg. ad his, lib. 12.* & in *l. decurio, Cod. de decur. lib. 10.* & in *l. præclaram, C. de primicer. & ſecundic. lib. 12.* Hoc vnum tantùm ſenilis ætatis ſpeciale enunciabo, quod confert quodammodò ſupradicto priuilegio, vt non poſſint ſenes in carceribus detineri, quòd ſenex in decrepita ætate non poteſt torqueri, proùt probant *Bal. in tract. de quæſt. & tortur. numer. 4. Gandin.* in eodem *tract. colum. 2. Paris de Puteo de ſyndicat. in verb. tortura, cap. Officialis, numer. 2. Brun. de indit. & tortur. part. 2. quæſt. 4. num. 18. Hippolyt. de Marſil. in l. edictum, numer. 10. ff. de queſt. Carrer. in practic. crim. in princ. numer. 280.* & *Boſſ. de indit. & conſider. antè tortur. num. 21.* Immò nec ferula cædi poteſt, *Boſſ. in tit. de tortur. num. 20. Plaza cap. 32. num. 10. Duchas reg. 269* incipient. *Ætas ampl. 6 Vin. comm. opin. in ver. ſenex.*

Nec etiam cogi poteſt ad præſtandum iuramentum, quia quaſi extrà mentem eſt, ità dixit *Andr. in cap 1. in princip. poſt num. 2. verſ. Iſti omnes, de pace iuram. firm.* nec minus ad teſtimonium ferendum, *Intrigl. in d. conſ. 18. nu. 3.* authoritate *gl. in l. minuti, in ver. ſenes, ff. de teſtib.*

Quæ ætas decrepita incipit in anno ſeptuagenario, *Pariſ. conſil. 29. numer. 38. & ſeq. volum. 2. Plaza dict. cap. 32. nu. 16. & Vmbert. in praxi in l. in ver. ſenes,* vbi ait, quòd ſenex cùm attingit ſeptuageſimum annum, non poteſt torqueri, nequè ferula cædi, aut terreri, quantumcunquè ſit benè complexionatus, quia timetur de eius morte, & propter hoc eius tortura non relinquitur arbitrio Iudicis.

Nequè in hac ætate ſpeciale aliquod reperitur habere crimen læſæ Maieſtatis, proùt habet in minore 14. annis, iuxtà *textum in l. de minore, in princip. ff. de quæſt.* aut in militia, genere, & dignitate, iuxtà *textum in l. nullus, C. ad legem Iuliam Maieſtat.* ratio eſt, quia imminet periculum mortis in decrepito, quod non imminet in alijs priuilegiatis, vt dixit *Vmbert. loc. citato.*

Præſertim vbi non eſſent indicia vrgentia, etiam in crimine læſæ Maieſtatis, vt in *l. ſi quis alicui,* vbi *Cynus, Baldus, & Salycetus, ff. ad legem Iuliam Maieſtat. Hippolyt. in d. l. de minore, numer. 14. ff. de quæſt.* & alios citat *Afflict. in tit. quæ ſint regalia, §. bona committentium, numer. 44.* & latè *Gigas de crim. læſæ Maieſtat. lib. 2. rub. quomodò, & per quos crim. læſa Maieſtat. probet. quæſt. 16.* Nec contradicit iuris regula, quæ deſumitur ex *textu in l. famoſi, §. hoc tamen crimen, ff. ad legem Iuliam Maieſtat.* quòd in hoc crimine ob ſolam ſuſpitionem incipi poſſit à tortura; quandoquidem *text.* verba ſunt hæc. *Hoc tamen crimen à Iudicibus non in occaſionem ob principalis Maieſtatis venerationem habendum eſt, ſed in nonitate rei; nàm & perſona ſpectanda eſt, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, an ſanæ mentis fuerit, nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum eſt, quanquàm enim temerarij digni pœna ſint, tamen vt inſanis illis parcendum eſt.* Patet ergò ex hoc *textu,* ab huius criminis pœna excuſari non ſanæ mentis homines, vt ſunt ſeptuagenarij, ex doctrina *Andreæ in dict. cap. 1. poſt num. 2. de pace iuram. firm.* Idròque regula, quòd ob ſolam ſuſpitionem improbi huius criminis incipi poteſt à tortura, in iſto *textu* fundata, non poteſt contrà ſeptuagenarios, qui inſani, & extra mentem præſumuntur, applicari.

At redeundo è diuerticulo ad viam, vndè digreſſi ſumus, concludamus, ſenem ſeptuagenarium eo potiri priuilegio, vt pro debito ciuili minimè poſſit carceribus publicis mancipari, ſed propriam domũ carceris loco eſſe ei aſsignandam, in qua ſe continere debeat, donec creditori ſatisfaciat, iuxtà praxim, quam docet *Dom. Reg. hic,* de qua per *D. de Thoro in Compend. dec. p. 1. in ver. ſenex ſeptuagenarius,* vbi multorũ *DD.* authoritate, ac deciſione Reg. Audiẽtiæ Calabriæ, & M. C. eã comprobat, quinimmò dicit, quòd nedùm domus ſolet aſſignari, ſed etiã tota Ciuitas pro carcere, iuxtà ea, quæ tradit *Grammat. dec. 33. in fi.* quicquid aſſerant *Cacher. dec. 123. Natt.* & alij, quos commemorat *D. Velazq. in d. q. 18. ſub n. 59.* quòd ſcilicèt aſſignari debeat Prætoria, non autèm propria domus, vel priuilegium hoc communi iure, aut gentium moribus, vel Pragmaticorum vſu ſit introductum.

Quam concluſionem ampliabis etiam in debito fiſcali, proùt ex multorum *DD.* aſſertionibus firmat *D. Gabr. Velazq. in d. quæſt. 18. num. 52.* citans præſertim *Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 7. num. 9. Iaſſred. dec. 393. Grat. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 506. num. 3. & Farinac.* & ità fuit iudicatum per Regiam Cameram in anno 1645. in cauſa Benedicti de Tertio cũ Regio Fiſco in Banca de Pepe.

Hanc autem ætatem probandi multi ſunt modi. Probatur enim.

Primò ex fide Baptiſmi, ſeù ex libro Parochi, in quo baptizatorum nomina, & cognomina deſcribũtur, annum, & diem continente, ità tradit *Nicol. Genua de ſcriptura priuata, lib. 5. in rubr. de libris plebam. q. 1. per tot.* pleniſſimè id probans multorum *DD.* authoritate, præſertim *Mauritij de reſtit. in integr. cap. 321. Maſcard. de probat. concl. 673. Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ. 55. nu. 7. p. 1. Dec. Canalc.* & aliorum. Quod ampliat *num. 5.* etiam ſi non dies natiuitatis, ſed tantùm dies Baptiſmi fuerit adnotata, ex *Mandoſ.* et *Maſcard.*

Secundò probatur per notam à patre factam in eius libro de ætate, ſeù natiuitate filij, *Anna Pater ſingular. 379. & Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 116. num. 4.*

Tertiò matris teſtimonio probatur filij ætas, *Menoch. dict. caſu 116. num. 3.* & ſic etiam conſanguineorum depoſitione, *Menoch. ibidem,* & alios citat *Fabius de Anna* addens ad dictum *ſingular. Patris 379.*

Quartò per teſtes etiam extraneos, & reddentes cauſam ſcientiæ, vel etiam de eorum iudicio deponentes ex aſpectu corporis, *Intrigliol. dict. conſil. 18. ſub numer. 3.* in quo etiam Iudicis officiũ verſatur, *Menoch. de arbit. Iud. caſ. 117. et Gramm. dec. 48. nu. 18. & 19.*

Et Quintò coniecturis probari ætatem, ſcripſit *Surd. deciſ. 75. num. 22.* ex doctrina *Cravett. conſ. 613.* vbi maiorem ætatem arguit, quia ille contrahens habebat beneficium curatum, cui adſtipulatur notabile *Gramm.* dictum in relata *deciſ. 48. in fi.* quòd

ætatis probatio coadiuuatur per numerationem foculariorum factam per Regiam Cameram Summariæ,in qua filius describitur annorum tot sub foculare patris.

Io.Laganar.

De Furtis. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Furtorum pœnæ quàm variè ab Antiquis fuerint practicatæ,remissiuè.*
2 *Pragmatica ista procedit etiam contrà exteros furta nocturna committentes intus Ciuitatem Neapolis, & Suburbia in personas Itinerantium.*
3 *Furtum de nocte commissum quandò dicatur.*
4 *Pœna mortis naturalis hic statuta procedit contrà illos fures,qui aliquid Itinerantibus per Ciuitatem, & Suburbia furantur,cùm contrà alios fures etiam nocturnos,qui in domibus,non in viis furantur, alia sit pœna statuta.*

HAuendo inteso, &c. Furta nocturna cõmittentes in personas Itinerantium intus Ciuitatem Neapolis, & Suburbia vltimo supplicio plectantur.H.D.

1 Quàm variè furtorum pœnæ fuerint ab Antiquis practicatæ vide apud *Guber. Constant. Polyhistor. cap.* 18. post *Menoch.de arbitr.iudic.lib.2.casu* 295.
2 *& seq.*Et amplia,vt hæc pragmatica procedat etiam contra exteros,vt latè per *Præsid.de Franch.dec.*521.
3 Quandò autem dicatur furtum de nocte commissum,vide *Bursat.consil.*519.*volum.*3.asserentem,post occasum,& antè ortum Solis noctem dici, & *num.*6. dicit, esse arbitrarium quandoq; licèt Sol non sit actualitèr super Terram,ob radios Solis in Cœlum reflexos,ità vt res clarè, & explicitè cernantur. Et
4 aduertas,quòd hæc pœna mortis naturalis procedit contrà illos fures tantùm, qui aggredientes Itinerantes per Ciuitatem, & Suburbia aliquid eis furantur,sed contrà alios fures etiam noctumos, qui non furantur in viis, sed in domibus alia pœna est statuta,vt in *pragmat.*2.*&* 3.*infrà eodem*, & in *pragmatica* 11.*suprà de emptione,& venditione*, demùm renouata per Comitem Oliuares sub die 14.Octobris 1598.vbi etiam habes, quid seruandum sit etiã contrà minores suprà duodecimum annum. Plura autem ad hanc materiam spectantia, & signantèr quandò fur possit grauius puniri ex reiteratione trium furtorum,& quandò possit commutari pœna mortis in pœnam triremium, habes apud *Villadieg. lib.*7.*for.indic.tit.*2.*l.*13.*&* 14. *Hañon.qq.*III.*disput.* 18.*per tot.Riccoll.*182.

De Furtis. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Furtum trium depositiones in tortura cum qualitatibus hic relatis plenè probant contrà nominatos pro furtis.*
Furtum si plures insimul committant omnes insolidum tenentur vna eademq; pœna.
2 *Furto opem,vel consilium dãs vti puniatur, remissiuè.*
3 *Furti particeps post illud commissum punitur iuxtà valorem portionis ad ipsum pertinentis.*
4 *Fures,qui occultè,& sine armis furantur,de iure communi non debent mori,& quid de iure Regni, remissiuè.*

1 ESsendo in questa, &c. Tres depositiones furum factæ in tortura, etiam singulares legitimè probant contra nominatos pro furtis commissis in Ciuitate Neap. & Suburbijs. H.D.

Et nota, quòd in furto si plures insimul furentur, omnes insolidum tenentur vna, eademq; pœna, vt explicat *Andr.in cap.si verò violator,* §.*si quis quinque solidos,num.*40.*vers.quid de dante,de pace tenend.*
2 *& eius violat.* vbi etiam declarat, quid de dante opem,vel consilium furto, quod intellige, quandò plures ab initio simul furantur,secùs si quis post furtum commissum ipso nesciente participet de furto,
3 quia tunc punitur iuxtà valorem portionis ad ipsum peruenræ,vt ipsemet *Andr.ibidem* declarat.

Et ad materiam omnium *pragmaticarum* huius *tit.*
4 aduertas,quòd fures, qui occultè, & sine armis furantur non debent mori de iure communi, vt in §.*fi. vers.pro furto autem,in auth.vt nulli iudic.lic.hab.loci seruat.* sed de iure Regni vide *c.Ad hoc,quod nostrorum,& ibi Camp.*ag.

De Guidaticis, seù Fide publica danda, & obseruanda. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Guidatus delinquens absq; guidatici clypeo, adhùc illò priuatur,quicquid de iure communi esset.*
2 *...guidatico non gaudet, quandò commisit delictum, verè punibile,secùs si esset delictum leue.*
3 *Guidatici sub clypeo capti sunt reponendi in pristinam libertatem.*
Etiam si guidaticum postèa declaretur nullum, secundùm Aliquos, sed tu vtere Farin. *distinctione hic relata.*
4 *Guidatica nùm possint concedi à Baronibus in eorum feudis.*
5 *.... an concessisse videantur Barones per simplicem conuocationem.*
.... concessa censentur per simplicem vocationem factam à Principe.
6 *.... vtrum possint concedi in præiudicium alterius iurisdictionis.*
7 *Bannito si simplicitèr concedatur facultas,vt tutò possit venire in Ciuitatem,intelligitur,vt semel tantùm veniat.*
8 *Clausula in guidaticis apposita*, dummodò non accedant,vbi Partes offensæ habitant, *intelligitur de accessu,qui fit animo residendi,non de raro, & momentaneo.*
9 *Appellatione Partium offensarum an veniant tãtùm ij,ad quos ius remittendi spectat,vel etiam alij consanguinei non successibiles,remissiuè.*
10 *Guidatus si repertus fuerit intrà loca prohibita, non animo ibi permanendi,sed potiùs statim recedendi, an licitè fuerit detentus, & non possit gaudere guidatico.*

AD tollendam,&c. Non gaudeāt guidaticis ij, qui Regios vasallos offenderint, aut eis ex aliqua causa sint obligati. H.D.

1 Nota ista verba, *quouis modo illos offenderint*, quòd etiam si Guidatus delinquat sine clypeo guidatici, illo priuatur, nàm secùs erat de iure communi, nisi ex proposito sub clypeo guidatici deliquisset, vt per *Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. casu 337.* Limita verò
2 hanc pragmaticam, vt procedat, quandò Guidatus committit delictum verè punibile, secùs si esset aliquod leue, vt per *Præsid.de Franch.dec.258.* qui dispositionem huius *tex.* fundat de iure cómuni, circũscripta hac pragmatica, cuius opinioni aduersantur tradita per *Rosell.* inter *cons.crim.diuers. cons.27.n.5. & 6.volum.2.* sed videndus est *Caball. resolut.crim. 50.Peguer.dec.229.* Aliàs enim, qui capiuntur sub
3 clypeo guidatici, sunt reponendi in pristinam libertatem, ex ratione *text. in l.1. C. de his, qui veniam ætat.impetr.* & ex traditis per *Præsid. de Franch. dec.415.* vbi in *principio* dicit, idem seruari, quandò inquisitus obtinuerat gratiam, quæ posteà esset declarata nulla, cui addo *Boss. de remed. ex sola clem. princ. num.41. & Merlin.controuers.forens.54.n.15.* tu distingue cum *Farin.cons.53.n.21.* si pure est cõcessa fides, vel per viam iustitiæ, est seruanda: si verò cõditionaliter, vel cũ qualitate, & tunc nequaquàm con-
4 ditione non adimpleta, & aduertas, quòd huiusmodi guidatica nõ possunt concedi à Baronibus in eorum feudis, vt per *Socin.iun.cons.76.num.5.cum seqq. vol.3.* cuius contrarium innuit *Præs.de Franch.decis. 370.* & pro indubitato admittit *Capiblanc.in prag.6. num.75.suprà de Baronib.ex authoritate 45. Frecciæ*
5 *lib.2. subfeud.* Immò quòd Barones per simplicem conuocationem censeantur concessisse huiusmodi guidatica, voluit *Cancer. lib.2. variar.resolut. cap. 2.num.291.* sed pro opinione *Soc.* est *decisio Afflict. 4.* qui loquitur in Aduocato Fisci, & in omni Iudice, qui Superiorem habet, tu vide *Reg. de Ponte de potestat.Proreg.tit. de promiss. fier. solit.§.4. num.50. ad 57. & Mexiam de taxa panis conclus.1. num.25.* vbi post multos, quos allegat, probat, quòd licentia data ab Inferiore non excusat contrauenientes legibus, & præceptis Superiorum, si autem sit vocatus à Principe, eò ipsò censetur guidatus, *Ramon.*
6 *consil.53. & 54.* Sed quicquid sit, huiusmodi guidatica non possunt cõcedi in præiudicium iurisdictionis alterius, vt latè probat *Enerard.cons. 2.inter cons.*
7 *Borcholt.par.2.* & quandò licitè conceduntur, si simpliciter concedatur facultas Bannito, vt tutò venire possit in Ciuitatem, intelligitur, vt semel tãtùm veniat, vt volunt *Bart. in l.dotis promissio, ff. de iur.dot.* & in *l.1. vers.quartò quæro, ff. ad l.Iul.Maiest.* & alij, quos refert, & sequitur *Tiraq.in l.boues, §.hoc sermone, n. 80. ff. de verb.signif.*

Et quia in guidaticis, vt plurimùm solet apponi
8 clausula, *dummodò non accedant, vbi habitant Partes offensæ*, intelligas de habitatione, quæ fieret animo ibi residendi, non autèm de rata, & momentanea, vt per *Carau.in pragm.1.§.13.num.9. & 10. infrà de Senatusc. Maced.* & faciunt tradita per *Foller. in*
9 *pragm.1.num.45. suprà de exulib.* An autem appellatione Partium offensarum comprehendantur solùm ij, ad quos spectat ius remittendi, iuxtà dispositionem *pragmat.7. suprà de compositionibus*, vel etiam alij consanguinei non succesibiles? vide notata per *Me in d.prag.7. circà prine.*

10 Quid autem, si ipse Guidatus repertus fuerit intrà loca prohibita, non animo ibi permanendi, sed potiùs statim recedendi, veluti per transitum, an licitè fuerit detẽtus, & non posset gaudere guidatico? Hic casus semel accidit in S.C.Me in eo assidente, non in terminis guidatici, sed in terminis indultus, & gratiæ cõcessæ sub conditione, *quòd nõ accederet ad hãc Ciuitatem Neap. per triginta milliaria*, & fuit decisũ contrà inquisitum, & quia fuit casus nouus, & diù ventilatus in Sacro Consilio multa hinc inde põderando, libuit hìc inferere motiua, & decisionem huiusmodi.

DECISIO.

IN exitu Illustr. Comitis Benauenti ab hoc Regno plures delinquentes obtinuerunt gratiam, etiam qui non habebant remissionem à Partibus offensis, sub conditione tamen, quòd illam obtinere deberent infrà certum tempus, & inter hos fuit Scipio Ferrarius, qui fuerat foriudicatus ob homicidium commissum in personam Pompeij Corradi Baronis, vnà cum alijs Complicibus eiusdem delicti, & omnes fuerunt in eadem gratia comprehensi, & in corpore gratiæ fuit expressa conditio, *quòd obtinere debuissent remissionem à Partibus offensis infrà quatuor menses, alias gratia haberetur pro non concessa, esset q, nullius roboris, & momenti*, & post hæc subiungitur alia clausula sub his formalibus verbis, videlicèt. *Con che non habbiano da accostar nella Città di Napoli, nè trenta miglia d'intorno.*

Hæc gratia fuit præsentata in M.C.V. per vnum ex inquisitis, & per Magnam Curiam post præsentatas validas remissiones Partium offensarum fuit interpositum decretũ, quòd obseruetur gratia iuxtà sui seriem, & tenorem. Accidit tamẽ post aliquot annos, quòd dictus Scipio fuit captus in mole magna huius Fidelissimæ Ciuitatis, ad quam appulerat cum triremibus, quæ soluerant à Ciuitate Ianuę, vbi dictus inquisitus vnà ex dictis triremibus ascẽderat, vt Neapolim se conferret, & ductus ad carceres Mag.Cur.Vic. fuit interrogatus de captura, & de delicto, repertaq; gratia in processu, visum fuit Magn.Cur. dare illi terminum ad probandum incũbentia super exceptione gratiæ, licèt ipse nihil de gratia exciperet, & tandèm seruatis seruandis fuit interpositum decretum per Magnam Curiã, quòd procedatur ad vlteriora in causa, non obstante gratia prædicta, illudq; fuit fundatum in contrauentione conditionis in eadem gratia adiectæ, *quòd* scilicèt *non accederet Neapolim, nec extrà per triginta milliaria circumcirca.* Ab hoc decreto fuit appellatum ad Sacrum Consilium, factaquè relatione per Iudicem ipsius Magnæ Curiæ visus fuit articulus satis dubitabilis, præsertim in casu, de quo agitur, in quo excluſa gratia statim esset deueniendum ad pœnam capitalem mortis naturalis eiusdem inquisiti.

RERVM SVMMA.

11 *Conditio, & modus differunt inter se, quia conditio apponitur ex parte antè, modus verò ex parte post.*

12 *Verba in dubio sunt potiùs interpretanda, vt inducãt modum, quàm conditionem.*

13 *Gratia concessa cum clausula*, dũmodò nõ discederet à Ciuitate, *non extinguitur, neq; resoluitur ex contrauentione, & quære n.18.*

14 *Gratia non torruit modo non impleto, sed datur actio ad implendum modum, at conditione non impleta corruit actus omninò, ac si non esset factus.*

15 Clau-

Digitized by

15 *Clauſula decreti irritantis, ſiuè ſit per viam modi, ſiuè per viam conditionis ſemper intelligitur pro forma, qua non impleta corruit diſpoſitio, & actus inualidatur.*

16 *Moræ purgationi, ac pœnitentiæ locus adhùc eſt, etiã ſi ſumus in eo modo, qui ex verbis, aut mente diſponentis induceret reuocationem actus ex contrauentione.*

17 *Gratiæ contrauenisſe non dicitur, ſi ſit in ea appoſita conditio, nè affiliat in tali loco, ſi moram ibi non traxerit, ſed tantùm per illum locum tranſit.*

Pro Inquiſito ponderabantur plura magni momenti.

PRimò, quòd illa clauſula, *con che, &c.* reſpicit potiùs modum, quàm conditionem, ex quo eſt appoſita ex parte poſt, & in conſequentiam alterius diſpoſiti, liquidém id, quod principaliter, & antè diſponitur in gratia, eſt abolere crimẽ, & poſt abolitionem criminis adijcitur illa clauſula, *quòd nõ accedat Neap. p triginta milliaria circũcircà.*

11 In hoc enim dignoſcitur modus à conditione, quia conditio apponitur ex parte antè, modus verò ex parte poſt, vt poſt *Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 5. & 6. ff. de condit. & demonſtrat.* docet *Bald. in l. cùm eorum, num. 6. C. de ſent. & interlocut. omn. iud.* idem *Bald. in cap. dudum, lo ſecondo, num. 43.*

12 *extrà de elect.* vltrà quòd etiam ſi eſſemus in dubio, verba ſunt potiùs interpretanda, vt inducant modum, quàm conditionem, ſecundùm *Bart. in l. cùm mota*, propè *princ. C. de tranſact.* cum alijs citatis à *Tiber. Decian. reſponſ. 3. n. 83. vol. 1.*

Et nè deſit in hoc particularis doctrina, affereba-
tur punctualis deciſio *Farin.* qui in *conſil. 93. nu. 11.*
conſuluit, gratiam conceſſam per Summum Ponti-
13 ficem Proſpero Caetano, cum clauſula, *dummodò non diſcederet à Ciuitate Auenionenſi*, non eſſe extinctam, nec reſolutam ex contrauentione, quia illa clauſula, non conditionem, ſed modum importat, & ſic datur actio ad implementum modi tantùm.

Hinc modò ſequitur, quòd ſi illa clauſula reſpicit
14 modum, & non conditionem, modo non impleto, gratia non corruit, ſed datur actio ad implendum modum, quod ſecus eſt in conditione, qua non impleta corruit actus omninò, ac ſi non eſſet factus, vt conſtat ex eadẽ doctrina *Bart. in d. §. Termilius, Abb. & Alex. de Neuo in cap. verùm, extrà de condit. appoſit.* Quò fit, vt hic non remaneat priuatus gratia ſemel ſibi conceſſa, ſed debeat cogi tantùm ad obſeruandum modum, & ſic ad præſtandum cautionem de non accedendo Neapol. per 30. milliaria circumcircà.

Secundò id videtur eſſe perſpicuum ex mente Principis concedentis gratiam, vt in caſu contrauẽtionis huius clauſulæ gratia ipſa non perimatur, dùm in alia conditione appoſita in clauſula proxima præcedenti circà impetrandam remiſſionem à Partibus offenſis adiecit clauſulam decreti irritantis, nempè vt non impetrata remiſſione infrà cer-
15 tum tempus, gratia ſit nullius roboris, & momenti, quæ quidèm clauſula decreti irritantis, ſiuè ſit per viam modi, ſiuè per viam conditionis, ſemper intelligitur pro forma, & ea non impleta corruit diſpoſitio, & actus inualidatur, *Caſſador. dec. 10. num. 7. de reſcript. Pariſ. conſ. 19. nu. 14. cum ſeq. & nu. 250. cum ſeq. vol. 2. Surd. conſ. 457. n. 34. vol. 4.* & tamen in hac clauſula immediatè ſequenti, quæ prohibet acceſſũ Neapol. non fuit appoſita talis clauſula annullatiua, & irritatiua, ergò cenſetur, non voluiſſe, quòd hoc caſu gratia corruat, quia vbi voluit, dixit, vbi noluit, non dixit. *l. vnic. §. vbi autem, in fi. C. de caduc. toll. Reg. de Pont. dec. 40. n. 30. Caſanat. conſ. 47. nu. 45. cum ſeqq.*

16 Tertiò confirmatur, quia etiam ſi eſſemus in co modo, qui ex verbis, aut mente diſponentis induceret reuocationem actus ex contrauentione, adhùc eſſet locus pœnitentiæ, & purgationi moræ, vt tradunt communitèr *Doctores in l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* Ergò hæc moræ purgatio non eſt deneganda huic inquiſito, attẽtis maximè nonnullis circumſtantijs in facto, quæ videntur illum excuſare ab hac inculpata contrauentione, & ſignanter, quia in proceſſu non conſtabat, habuiſſe notitiam huiuſmodi gratiæ, nec conditionum in ea appoſitarum, nec diù moram traxit in Ciuitate, quia ſtatim ferè è triremibus egreſſus in primo lictoris, ſeu portus ingreſſu
17 fuit apprehenſus, & ſic potiùs per tranſitum dicitur appuliſſe, quàm vt moram traheret, quo caſu nõ poteſt dici contrauenisſe gratiæ, vt in proprijs terminis noſtris tradit *Follerin pragm. 1. de exulibus, num. 45.*

Quartò, & vltimò corroboratur validiſſimè authoritate rei aliàs iudicatæ per S. C. in ſimillima
18 quæſtione, nempè in gratia conceſſa inquiſito, qui obtinuerat remiſſionem à Parte offenſa ſub conditione, nè accederet vllo vnquàm tempore ad locum, vbi ipſa Pars offenſa domicilium habebat, in qua fuit deciſum, per contrauentionem huius conditionis gratiam non euanuiſſe, ſed remanſiſſe validam, & inquiſitum teneri ad obſeruantiam illius modi, iuxtà *text. in l. quàmuis, C. ad Turpillian.* teſte *Conſ. Gizzar. dec. 11.*

RERVM SVMMA.

19 *Dictio*, cum hoc, *importat conditionem ſuſpenſiuam, quæ actum ſuſpendit, donec impleatur, cùm coniungat præcedentem cum ſequenti, ità quòd cenſeatur vna, & indiuidua diſpoſitio, nec vna poteſt ſubſiſtere abſq; altera.*

20 *Dictio*, con che, *verſa in latinum idem importat, quòd dictio*, ità tamen, *quæ inducit conditionem præcisè ſeruandam.*

21 *Dictio*, ità tamen, *cùm ſit poſita ex parte poſt, & in diuerſa oratione, cõditionem reſolutiuam importat, non autèm ſuſpenſiuam, quia non reſpicit perfectionem actus, ſed reſolutionem, & n. 36.*

22 *Conditio reſolutiua eius eſt naturæ, vt quàmuis non impediat, actum eſſe purum de præſenti, tamen quãtum ad effectum reddit diſpoſitionem in ſuſpenſo reſpectu reſolutionis, & attenditur futurus euentus, quo ſequuto reſolnitur actus, ac ſi ab initio non eſſet factus.*

23 *Actus ſub modo conceſſus reſoluitur, modo non impleto.*

24 *Legatarius modo non impleto, ità legato priuatur, ſicut deficiente conditione ab initio non capit.*

25 *Conditio, & modus in effectu conueniunt, ſed conditio ſuſpendit, modus verò reſoluit, & priuat.*

26 *Contractus modo non ſeruato habetur pro non facto, ac ſi non euenisſet conditio, quia in hoc modus, & conditio æquiparantur.*

27 *Modus quòad effectum ſaltèm non differt à conditione reſolutiua.*

28 ...*non impedit ſubſtantiam diſpoſitionis, nec eius acquiſitionem, ac actionis natiuitatem, ſed ſuſpendit exequutionem.*

29 *Conceſſionarius facta conceſſione ſub modo, eo non impleto non poteſt gaudere conceſſione.*

30 *Gratia Principis vno modo conceſſa, alio modo cenſetur denegata.*

31 *Delinquentes non poſſunt morari in Curia Principis.*

32 *Modus quotieſcunq; appoſitus in diſpoſitione hominis reſpicit finorem tertij, aut honorem diſponẽti, ſemper cenſetur continere cauſam finalem, & n.33.*

34 ...*appoſitus pro cauſa finali debet exiſtere, ſecus ſi pro cauſa impulſiua.*

35 *Forma ſpecificè non ſeruata corruit actus.*

37 *Modo non impleto duplex oritur remedium, & eſt in electione illius, in cuius beneficium eſt faciendum, implementum, vel agere ad implementum modi, vel ad priuationem rei ob non ſequutum implementum.*

38 *Interpellatio, ſeu monitio ad inducendam reſolutionẽ ex modo non impleto non requiritur, ſi modus reſpicit factum affirmatiuum.*

39 *Regula deſumpta ex* l.vnica,§.vbi autem,in fin.C.de caduc.toll.*quandò procedat.*

40 *Omiſſum non dicitur, quod reſultat ex diſpoſitione iuris, cùm taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, immò quandòq; maior eſt virtus taciti, quàm expreſſi.*

41 *Morę purgationem inquiſitus facilè prætendere poteſt pro impetranda remiſſione, etiam poſt lapſum tempus, ſi ceſſat intereſſe Partis offenſa.*

42 ...*purgari poteſt etiam poſt lapſum termini, ſi Partis intereſſe eſt ſucceſſiuum, & non præteritum.*

43 ...*purgatio datur in obligatione dependente ex contractu, concurrentibus tamen tribus, de quibus remiſſiuè.*

44 ...*purgatio in delicto, vel malefacto non admittitur, præſertim quando eſt in obligatione factum momẽtaneum, & quarè, nu.45.*

46 Folleri *lapſus notatur.*

47 *Habitare non dicitur, qui eſt in tranſitu.*

48 *Clauſula appoſita in remiſſione Partis offenſæ, dummodò non accedat ad locum habitationis Partis offenſæ, de iure non poteſt operari, vt in caſu contrauẽtionis delictum illud ſemel extinctum per gratiam, iterùm reuiuiſcat, cùm hoc nõ ſit permiſſum, nèdum priuatis, ſed nec etiam Iudici Principe inferiori, quod erit ſecus, ſi fuerit appoſita in gratia facta à Principe.*

49 Text.in l.Mæuia,ff.de manumiſ.teſtament.*declaratur.*

50 *Libertas ſemel data ſemper irreuocabilis eſt, etiam ſi eſſet adiecta conditio reſolutiua, vel modus, niſi expreſsè ſit adempta in pœnam.*

51 ...*etiam ſi ſit adempta in pœnam in euentum conditionis reſolutiuæ, illa conditio reſolutiua reſoluitur in ſuſpenſiuam, vt non competat libertas, niſi ſequuto implemento potiùs, quàm dici poſſit, quòd ſemel data poſſit reuocari.*

52 *Guidaticum, ſeu ſaluaguardia conceſſa à Principe, vel ab inferiore quando ſit obſeruanda, nec ne.*

53 ...*conceſſum à Principe ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè eſt omninò ſeruandum.*

54 ...*non poteſt concedi ab Inferiore abſq; iuſta cauſa, & cum cauſæ cognitione, & hoc tenentur obſeruare etiam Superiores.*

55 ...*conceſſum ab Inferiore abſq; cauſæ cognitione non tenentur obſeruare Superiores.*

56 ...*conceſſum contrà formam priuilegij, ſeu ſtatuti habentis clauſulam decreti irritantis non eſt obſeruandum.*

...*iteratò conceſſum non facta mentione de primo eſt ab initio nullum.*

57 *Iudex quandò poſſit promiſſam impunitatem non obſeruare.*

Guidaticum conceſſum à non habente poteſtatem an ſit ſeruandum.

E' contrà pro Parte Regij Fiſci ponderabantur infraſcripta.

19 PRimum, quia illa dictio, *cum hoc*, importat conditionem ſuſpenſiuam, quæ actum ſuſpendit, donec adimpleatur, nàm coniungit diſpoſitionem præcedentem cum ſequenti, talitèr, quòd cenſeatur vna, & indiuidua diſpoſitio, nec vna poteſt ſubſiſtere ſinè altera, vt conſuluit *Pariſ.conſ.*35. *abſoluto, num.*17. *& ſeq. vol.*2. *& conſ.*38.*num.*76.*vol.*3. vbi multa adducit, ſequitur *Tiber.Decian.conſ.*78.*num.*30. *vol.*3. vndè ſequitur, quòd abolitio criminis contenta in præcedenti diſpoſitione non poteſt ſeparari ab obſeruantia ſequentis diſpoſitionis prohibentis acceſſum Neapol. & ſic eatènus gratia producit effectum abolitionis, quatènus non acceſſerit Neapol. & ſequuto acceſſu ſtatim ceſſat gratia.

Secundum, quia etiam ſi illa dictio in vulgari
20 ſermone, *con che*, verſa in latinum idem importaret, quod dictio, *ità tamen*, adhùc induceret conditionem, *Pariſ.conſ.*17.*n.*19.*vol.*1.*Ruin.conſ.*1.*nu.*12.*volum.*4.quę præcisè eſſet ſeruanda, *Tiber.Decian.reſp.* 31.*num.* 4.*volum.*2.*Rimin.iun.conſ.*747.*n.*4.*&* 5.

21 Sed quia ponitur ex parte poſt, & in diuerſa oratione, eſt conditio reſolutiua, non autèm ſuſpenſiua, quia non reſpicit perfectionem actus, ſed reſolutionem, *l.*2. *ff.de in diem adict.* vbi *gloſ. Bald.in cap. dudùm, lo ſecondo, num.*43. *extrà de elect. Crot. conſ.* 138. *num.*7. *volum.*1. *Cagnol.in l.lecta, num.*172.*ff.ſi cert.petat.* & apertè colligitur ex doctrina *Bart. in l. ſi Iudex poſteàquam, In vltima quæſtione, ff de re iudic.* declarat *Surd. conſ.*527. *num.*20. *volum.*4. Quæ
22 quidèm conditio reſolutiua eius eſt naturæ, vt licèt non impediat actum eſſe purum de præſenti, tamen quantum ad effectum, & iuris diſpoſitionem reddit diſpoſitionem in ſuſpenſo reſpectu reſolutionis, & attenditur futurus euentus, *Cagnol.in l.is damnum dat,*9.*quod pendet, ff.de reg.iur. Menoch.conſ.*388.*nu.* 16.*Riminald.iun.conſ.*747.*num.*24. & ſequuto euentu reſoluitur actus, ac ſi ab initio non eſſet factus, *dict.l.*2.*ff.de in diem adict.* ergò in hoc caſu quantúuis gratia eſſet pura quòad abolitionem criminis, donec non fuit contrauentum illi conditioni, tamen ſequuta contrauentione fuit reſoluta gratia, ac ſi nunquàm fuiſſet conceſſa.

Tertium, eſtò millies, quòd hæc dictio importaret
23 modum, adhùc tamen modo non impleto reſoluitur actus ſub modo conceſſus, *text.* eſt formalis in *l.*1.*C.de donat.quæ ſub modo, & l.*1.*C.de his, quæ ſub mod.in l.cùm te fundum, C. de pact. inter emptor. & vendit. l.libertas,* § *hæc ſcriptura, ff.de manumiſſ. teſtam.* tradit *Bart.in l.quibus diebus,*9.*Termilius,* n.13. *ff.de condit. & demonſtr. Soc.ibid.nu.*8.*Menoch. præſumpt.*175.*n.*11.*lib.*4.

24 Hinc *gloſ.in rubr. ff.de condit. & demonſtr.* tradit, quòd modo non impleto legatarius ità legato priuatur, ſicut deficiente conditione ab initio non capit, & *Cuman.*in eadem *rubric, num.*2.ex *gloſ.* notat,

25 con-

25 conditionem, & modum in effectu conuenire, sed conditionem suspendere, modum verò resoluere, & priuare, & *Alciat. resp.* 53. *num.* 3. *lib.* 8. post *Bart. in*
26 *dict. §. Termilius*, ait, quòd modo non seruato contractus haberur pro non facto, ac si non euenisset conditio, quia in hoc modus, & conditio æquiparantur.

27 Et quòd modus respectu effectus saltem non differat á conditione resolutiua, tradit in specie *Corn. in l. 1. n. 3. C. de his, quæ sub mod. Menoch. cons. 494. n. 6. & cons. 652. n. 2.*

28 Et *Ias. in l. huiusmodi* post *n.* 12. *& n.* 14. *ff. de leg. 1.* ait, quòd modus non impedit substantiam dispositionis, nec eius acquisitionem, & natiuitatem actionis, sed suspendit executionem.

29 Et in specie, quòd facta concessione sub modo, eo non impleto non possit concessionarius gaudere cõcessione, voluit *Bart. in d. §. Termilius, n. 17. & ibidem Soc. nu. 14. vers. secunda conclusio*, alios cumulat *Surd. cons. 487. n. 23. vol. 4.*

30 Et magis in specie, quòd gratia Principis vno modo concessa, alio modo censeatur denegata, tradit specificè *Farinac. cons. 53. num. 39. vers. Principis*, per *tex. in l. cùm lex fin. de legib. & in l. cùm prætor, ff. de indic.*

Præsertim, quia modus hic adiectus continet causam finalem, sine qua Princeps gratiam non concessisset, quod indè clarissimè suadetur, quia hæc prohibitio commorandi in hac Ciuitate, & per 30. milliaria circumcircà non continet fauorem, aut vtilitatem ipsius inquisiti, sed honorem, & reuerentiam
31 Principis concedentis, nè delinquentes morentur in Curia Principis, quod fieri non posset sine dedecore, vt in *cap. 1.* & ibi *Andr.* & reliqui, *an ille, qui interf. frat. dom. sui*, nec non fauorem tertij, scilicèt Parrij offensarum, quæ quantùmuis remiserint ex pietate christiana, tamen non potest negari, quin eorum animi contristentur ex aspectu interfectо-
32 rum suorum consanguineorum, & quotiescunq; modus appositus in dispositione hominis respicit fauorem tertij, aut honorem disponentis, semper censetur continere causam finalem, *l. Quintus Mutius, §. Pomponius, ff. de ann. leg.* docet *Soc. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, n. 7. vers. quidam dicetur modus, ff. de cond. & demonstr.*

33 Immò quòd modus, qui respicit fauorem alterius, quàm eius, cui datur, semper in dubio præsumatur causa finalis, probat *tex. in l. Titio, in fin. & l. quibus diebus, in fin. ff. de cond. & demonstr. Signorol. in repetit. l. 1. num. 6. C. de instit. & substit. Salyc. in l. 1. in fin. C. de his, quæ sub modo, Villagut de extens. in rubric. de extens. leg. corr. & panal. quæstion. vnic.*
34 *num. 3.* Sed modus apppositus pro causa finali debet existere, secus si pro causa impulsiua. *l. si cùm filiusfamil. §. Titio decem, ff. de donat. & ibi Bald. in summario.*

Immò plus dico, quòd etiam si essemus in modo, qui non haberet alium finem, quàm simplicem obseruantiam ipsius modi, tunc ille modus censebitur traditus pro forma, nè illa dispositio circà appositionem modi reddatur elusoria, & proindè forma
35 non seruata specificè corruit actus, vt perbellè tradit *Albert. Brun. de forma, & sollemn. in rubr. quand. censeat. aliquid pro form. concluf. 12. colum. 7. vers. aliquandò videtur modus, fol.* mihi 38.

Quæ quidè ratio militat in indiuiduo in casu, de quo agitur, nã si hic inquisitus per huiusmodi cõtrauẽtionẽ non priuaretur gratia, vtiq; si millies cõtrauenirer, millies esset libertandus, & sic illa prohibitio accedẽdi Neap. redderetur elusoria, & frustratoria, nam posset impunè commorari Neap. inuito Principe, & in eius contemptum.

Et ad ponderata ex aduerso respondebatur re-
36 spectu primi argumenti dupliciter, vno modo negando, quòd illa dictio, *conche*, importet modum, sed potiùs conditionem, aut suspensiuam, aut resolutiuam, prout probatum est in primo, & secundo argumento pro Fisco, & propterea aut gratia semper fuit in suspenso, etiam quòad abolitionem criminis, & actus perfectionem, aut saltim fuit in suspenso respectu resolutionis, quæ fuit sequuta ob euentum conditionis per contrauentionem. Altero verò modo admittendo, quòd importet modum, sed eum modum, vt ob non implementum illius gratia resoluatur, & reducatur ad non gratiam, & producat eundem effectum, quem producit conditio resolutiua in eius euentum, vt latè probatum est in tertio argumento pro Fisco.

Nec est verum, quòd modo non impleto non detur aliud remedium, quàm actio ad implendum ip-
37 sum modum. Nàm veritas est, quòd contrà modum non seruantem duplex est proditum remedium. Alterum, per quod is, qui debet implere, priuatur re sibi concessa. Alterum verò, per quod potest cogi ad implendum, vel ex stipulato, si sumus in contractu, vel ex testamento, si sumus in vltima voluntate, vt admittit *Bart. in d. l. quibus diebus, §. Termilius, n. 17. ff. de condit. & demonstrat.* & est in electione illius, in cuius beneficium est faciendum implementum, vel agere ad implementum modi, vel ad priuationem rei ob non sequutum adimplementum, *Surd in tract. de aliment. tit. 9. quæst. 17. num. 57.* & est *textus* satis apertus in *l. 1. C. de don. at. quę sub modo.* Quò fit, vt dùm in casu nostro Fiscus, in cuius beneficium erat implendus modus, egit potiùs ad priuationem gratiæ, quàm ad implementum modi, iusta fuit electio, & non potest sibi denegari.

38 Nec dicatur, quòd ad inducendum resolutionem ex modo non impleto saltèm requiratur interpellatio, seù monitio, iuxtà *glos. in cap. extirpandæ, in glos. penult. de præbend. Crauett. cons. 59. num. 7. Ruin. cons. 100. num. 4. vers. cùm ergò, lib. 5.* Nàm modus hic appositus respicit factum affirmatiuum, scilicèt appropinquandi Neap. per triginta milliaria, dùm prohibet hanc appropinquationem, & quandò modus respicit factum affirmatiuum, non requiritur monitio, nec interpellatio, vt constat ex aurea doctrina *Innoc. in d. cap. extirpandæ, in fi.* post *n. 2. vers. item hæc habent locum de præben.* & alijs, quos latè cumulat *Menoch. cons. 131. num. 8.* inter quos est *Alex. in l. Titià stipulatus, nu. 13. ff. de verb. obligat.* vbi exemplificat in specie in pœna appositа ei, qui intrauerit talem locum, qui ferè est idem casus, de quo quæritur.

Nec est curandum de authoritate *Farinacij* in contrarium adducta in proprijs terminis: nàm contrarium fuit iudicatum, vt *ipsemet* attestatur in fine illius *cons. 93.* vbi ait, illum suum Clientem inquisitum vltimo fuisse affectum supplicio, licèt *ipse* hoc tribuat, non contrauentioni gratiæ, sed alijs delictis, quæ fuit confessus.

39 Respectu secundi argumenti dicebatur, regulam brocardicam sumptam ex *l. vnic. §. vbi autem, in fin. C. de cadur. toll.* non procedere, quotiescunq; omissum in vno casu, quod in alio fuit expressum, inest de iure, & ex dispositione iuris in casu, vbi fuit omissum, prout suprà fundatum est in argumentis pro
40 Fisco adductis, quia omissum non dicitur, quod re-

sultat

fultat ex diſpoſitione iuris, quia tunc taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *l.cùm quid, ff.ſi cert.pet. l.ſi ſponſus,§.1.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Immò quãdoque eſt maior virtus taciti, quàm expreſſi, vt notat *glo.ſ.in verb.remitti in l.2.§.ſed quia, C. de iuram. calumn.* & probat *tex.in l.ſi ſine voluntate, C.ad Velleian. Caſan.at.d.conſ.47.n.52*

Tanto magis, quia in caſu non impetratæ remiſſionis, vbi fuit appoſita clauſula decreti irritantis,
41 neceſſariò erat apponenda, vt euitaretur purgatio moræ, quam facilè prætendere potuiſſet inquiſitus pro impetranda remiſſione etiam poſt lapſum tempus, ceſſante in hoc caſu intereſſe Partis offenſæ, proùt tradunt *Alber.* poſt *Cyn.* & alij in *l.1.in fi.C.de*
42 *donat. quæ ſub mod.* & quatènus in hoc aliquod intereſſe Partis poſſet conſiderari, illud eſt ſucceſſiuum, & non præteritum, & ideò poteſt mora purgari, etiam poſt lapſum termini, iuxtà doctrinam *Bald.in l.1.nu.50.in fi.ff.de his, quæ pœn.nom.* per *text. in l.lecta, ff.ſi cert.pet.* quæ moræ purgatio ceſſat reſpectu huius conditionis, ſiuè modi non impleti in caſu contrauentionis, vt fundabitur in reſolutione tertij argumenti.

Quò fit, vt non modò per appoſitionem huius clauſulæ irritantis in vno caſu non reſultet contraria volũtas Principis cõcedentis gratiã in alio caſu, vbi nõ fuit appoſita, ſed potiùs emergat cõtraria expreſſa voluntas Principis, vt gratia prædicta nõ ſortiretur effectum, niſi ſeruatis ad vnguem omnibus conditionibus, ſiuè modis in ea adiectis.

Ad tertium argumentum fundatum in purgatione moræ reſpondebatur, quòd caſus hic non verſa-
43 tur in obligatione pendente ex contractu, in qua datur purgatio moræ, concurrentibus illis tribus, quæ cumulat *Alber.in d.l.1.in fi. C.de donat. quæ ſub modo.* Sed verſatur in obligatione dependente ex delicto, ſeù ex maleficio, quia accedere ad locum prohibitum à Principe, ſi non eſſet delictum, non poteſt negari, quin ſit malefactum, & in delicto, aut
44 maleficio nõ datur purgatio moræ, vt voluit *Petr. Bellapert. in l.1. in fi. Cod.de donat.quæ ſub mod.* per *text.in l.qui ex mente, ff.de furt.* & *Salycet.* latè diſtinguens in *l.magnam, nu.12. C.de contrab. & committ.ſtipul.*

45 Præſertim quandò eſt in obligatione factum momentaneum, vt tradit idem *Salyc.in repet.l.ſemel mora, num.37.ff.ſolut.matrim.* poſt *Bart.in l.ſi inſulã, num.21.ff.de verb.oblig.* vbi *Iaſ.num.36.* addit rationem, quia ſcilicèt in facto momentaneo delictum, ſeù malefactum eſt perfectè conſummatum, & ideò non admittitur purgatio moræ, quaſi quodammodò facta executione ab homine, & hic eſt propriè caſus noſter, nàm eò ipsò, quòd acceſſit ad locum prohibitum, illicò in momento temporis fuit actus cõtrauentionis conſummatus, & ſic non eſt locus purgationi moræ.

Nec aliquam excuſationem tribuere poſſunt illæ circumſtantiæ in facto conſideratæ, quòd ſcilicèt in proceſſu non appareat, habuiſſe notitiam gratiæ ſibi conceſſæ cum dictis conditionibus in ea appoſitis. Nàm aut habebat notitiam gratiæ, & conditionum in ea appoſitarum, & fuit in manifeſta culpa, contraueniendo prohibitioni in ea appoſitæ, aut nõ habuit notitiam gratiæ, quod veriſimilius eſt, dùm nec in actu capturæ, nec poſt oppoſuit de gratia, & fuit in maiori culpa accedendo ad locum delicti, pro quo erat contumax, & foriudicatus, & ideò ceſſat omnis excuſatio.

Quemadmodùm nec iuuat illa cõſideratio, quòd videatur potiùs per tranſitum acceſſiſſe, & ſic tueri
46 poſſit doctrina *Foller. in d. pragm.1.de caulibus, nu.* 45. nam *Foller.* laptus eſt authoritate *Gand.n.de malefic.in tit.de bannit.q.8.* qui hoc nullo modo dicit in libro meo; item laptus eſt authoritate *Nelli de bannit.in 1.part.2.temp. num.* 58. qui loquitur de eo, qui
47 prohibitus eſt habitare in aliquo loco, & certum eſt, quòd qui eſt in tranſitu, non dicitur habitare, per iura, quę vterq; allegat, at gratia, de qua hic agitur, prohibet nedùm acceſſum in hanc Ciuitatem, ſed per triginta milliaria circumcircà, ergò nec etiã per tranſitum: illa enim verba, *con che non habbiano da accoſtare*, operantur, vt talitèr aggratiati non potuiſſent non ſolùm accedere, ſed nec appropinquare ad hanc Ciuitatem per triginta milliaria, & ſic nõ benè applicauit *Foller.* iura, & authoritates prædictorum ad caſum noſtrum.

Quartum verò, & vltimum argumentum fundatum in authoritate rei iudicatæ in ſimili caſu, nullius momenti eſt, conſiderata diuerſitate rationis inter vnum, & alium caſum, ſiquidèm in eo caſu gratia fuit à Principe conceſſa abſq; prohibitione accedendi ad aliquem locum, adiecta tantùm conditione, vt inquiſitus obtinere debuiſſet remiſſionem à Parte offenſa infrà certum tempus, poſteà Pars offenſa noluit facere remiſſionẽ ſimplicitèr, ſed adiecit clauſulã, *dũmodò nõ accederet ad locũ, in quo ipſa Pars offenſa domicilium trahebat*, capto poſteà inquiſito in loco domicilij Partis offenſę, dicebat Pars offenſa, quòd inquiſitus erat priuatus gratia ſibi cõceſſa, dùm non ſeruauit conditionem in ſua remiſſione appoſitam, è contrà verò inquiſitus excipiebat, quòd gratia non perdiderat effectum ſuum, ex quo illa clauſula appoſita in remiſſione non importabat conditionem, ſed modum, & proindè firma remanente gratia poterat cogi ad obſeruantiam modi tantùm, & hi ſunt propriè termini *text. in dict. l. quamuis, C. ad Turpill.* prout eſt de mente *Bart. ibi*, dùm remittit ſe ad ea, quæ dixit in *l.ſi vnus, §.pactus nè peteret, ff.de pact.* prout infrà illum adducam; at in caſu noſtro illa clauſula prohibitiua accedendi ad hanc Ciuitatem, & per 30. milliaria circumcircà nõ eſt appoſita in remiſſione Partis, ſed in ipſa gratia à Principe conceſſa, & inter vnum, & alterum caſum
48 eſt maxima differentia, quia quandò talis clauſula eſt appoſita in remiſſione facta à Parte, de iure non poteſt operari, vt in caſu contrauentionis delictum illud ſemel extinctum per gratiam, iterùm reuiuiſcat, neq; quòd Pars contraueniens per contrauentionem reincidat in eandem pœnam ſemel remiſſam, ex quo hoc non eſt permiſſum, nedùm priuatis, ſed nec etiam Iudici Principe inferiori, vt ex *text.in l.ſi vnus, §.pactus nè peteret, ff.de pact. & ibi Bart. nu.25. & 26.* & in propria materia remiſſionis factæ ſub hac conditione *Villalpand. in repet.l.22. tit.1.part.7. in quæſt.8.part.3.fol.* mihi 180. *à tergo*, & latè proſequitur *Farinac. præct. crim.ſom.1.part.2.quæſt.107. artic.20.num.262.cum ſeq. Cancer.lib.2.variar.reſol. cap.11.num.90. Ant.Gamma deciſ. Luſit.63. & 368.* Quandò verò talis clauſula eſt appoſita in gratia facta à Principe, qui habet poteſtatem ſubrogandi illam pœnam pro delicto in pœnam contrauentionis, vtiq; ceſſat illa ratio; & proindè non mirum, ſi diuerſum ius ſtatui debet.

Maior difficultas videbatur inſurgere ex *tex. in l.*
49 *Mœuia, ff.de manum.teſtam.* vbi teſtatrix reliquit libertatem ſeruis ſuis in hanc formam, videlicèt, *omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſollemnia*

mortis

mortis peragant. Quærit *ibi Iuriſconſ.* ſi ſerui aſſiduè monumento non adſint, an liberi eſſe poſſint, & reſpondit, *neque contextum verborum totius ſcripturæ, neque mentem teſtatricis eam eſſe, vt libertas ſub conditione ſuſpenſa ſit, cùm liberos eos monumento adeſſe voluerit, officio tamen Iudicis, eos eſſe compellendos teſtatricis iuſſioni parere*, ecce igitur, quòd per non adimplementum illius conditionis, ſeu potiùs modi, vt *gloſ. ibi* intelligit, libertas ſemel collata nò perditur, ſed datur actio, ſeu officium Iudicis ad adimplendum modum, ergò idem eſt dicendum in caſu noſtro, vt gratia ſemel ſortita effectum ſuum non perimatur per non adimplementum illius modi circà prohibitionem acceſſus ad Ciuitatem.

Hic *tex.* prima facie videtur valdè ſtringere contrà Fiſcum, ſed, ni fallor, nihil vrget, nàm ex reſolutione eiuſdem *Iuriſconſ.* conſtat, quòd ex contextu verborum, & mente teſtatricis nulla reſultat conditio, nec modus in collatione libertatis, ſed cum ipſa libertate ſeruis collata fuit adiectum onus, vt *alterius menſibus lucernam accendant, & ſolemnia mortis peragant*, ergò ceſſante conditione, aut modo, non eſt vndè argui poſſit priuatio libertatis iam collatæ, immò potiùs conſtabat, quòd teſtatrix volebat, illos ſemper liberos eſſe, vt ponderat idem *Iuriſconſ. ibi, cùm liberos eos monumento adeſſe voluerit*, non eſt ergò mirum, ſi in eo *tex.* firma remanente libertate ſemel præſtita datur officium Iudicis ad explendum
50 onus iniunctum. Quod indè fortius ſuadetur, quòd etiam ſi eſſet adiecta conditio reſolutiua, aut modus, in euentum conditionis, aut modo non impleto, libertas ſemel data ſemper irreuocabilis eſt, *l.1.2. C. ſi aduerſ. liber. l. ſi ex cauſa, §. fin. ff. de adim. legat. l.*
51 *Imperatores ff. de manum. teſtament.* niſi expreſsè ſit adempta in pœnam, iuxta *tex. in l.1. C. de his, quæ pœn. nom. & ibi Bald. nu.18.* Immò etiam quandò expreſsè eſt adempta libertas in pœnam in euentum conditionis reſolutiuæ, illa conditio reſolutiua reſoluitur in ſuſpenſiuam, vt non competat libertas, niſi ſequuto adimplemento potiùs, quàm dici poſſit, quòd ſemel data poſſit reuocari, ità reſidet *Rot. Roman. deciſ.464.n.10. & 11. inter nouiſſ. par.1.* poſt *Paul. & Fulgol. in l.1.n.6. C. de his, quæ pœn. nomin.*

Die 8. Nouembris 1614.

Referente Domino D. Ferdinando Quadra Iudice M. C. V. fuit per S. C. confirmatum decretum Mag. Cur. interuenientibus DD. Conſiliarijs Cęſare Frecia, Didaco Salinas, Cęſare Alderiſio, & me Scipione Rouito. Hæc deciſio eſt redacta in volumen deciſionum mearum in *4. deciſione.*

52 Pro declaratione tamen, quandò guidaticum, ſeù ſaluaguardia conceſſa à Principe, aut ab alio Iudice inferiore ſit obſeruanda, nec nè, ex traditis à *DD. in auth. præſenti, C. de Sacroſ. Eccleſ.* in *l.1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Bart. in l. is, qui reus, ff. de public. iudic.* in *l. relegati, ff. de pœn. Bald. in l. reos, C. de accuſat. Vital. in tract. clauſul. in verb. nil nouari ſecurit. pend. Blanc. in pract. in verb. ignorantia, num.190. Afflict. deciſ.4. Gramm. vot.25. Menoch. conſil.100. & caſu 337. Surd. deciſ.307. Peguer. dec.19. & 229. Farinac. q.29. Caball. caſu 50. Cancer. var. reſol. lib.2. cap.2. num.292.* & alijs. Talis reſultat diſtinctio, aut enim ſumus in ſaluaguardia conceſſa à Principe, ſiuè eius Locumtenente, ſeù Viceſgerente, aut ſumus in ſaluaguardia conceſſa ab Inferiore à Principe.

53 Primo caſu ſaluaguardia eſt omninò obſeruanda, ſiuè ſit iuſtè, ſiuè iniuſtè conceſſa, tàm ab inferioribus Iudicibus, quàm ab ipſomet Principe, ab Inferioribus, quia ipſi debent exhibere omnem reuerentiam, & honorem mandatis à Principe factis, nec eis datum eſt diſputare de poteſtate Principis, ſed ſi quis ſentit ſe læſum, debet adire eundem Principem pro reuocatione grauaminis. Ab ipſo Principe multò fortius, quia ipſe tenetur ſeruare propriam fidē, nè incurrat notam proditoris.

54 Secūdo verò caſu regula eſt, quòd Inferior à Principe non poteſt cōcedere huiuſmodi ſaluaguardias, niſi cum cauſa, ac etiam adhibita cauſæ cognitione, quæ requirit citationem Partis, & quandò cum huiuſmodi circumſtantijs eſt conceſſa, ab omnibus eſt ſeruanda ſaluaguardia, etiam ſi ſint Iudices æquales, & pares iuriſdictionis concedentis, ac etiam Superiores, ratio eſt, quia cùm ſit cōceſſa ex iuſta cauſa, ipſimet tenerentur illam concedere, ſi non fuiſſet conceſſa, ergò multò fortius tenentur conceſſam obſeruare.

55 Si verò fuiſſet conceſſa abſq; his ſolemnitatibus, vel in caſibus à iure prohibitis, vtiq; ipſe Iudex, qui illam conceſſit, & alij Iudices inferiores eidem ſubordinati, abſq; dubio tenentur illam obſeruare: ipſe tenetur, quia nō debet vllum fallere ſub fide Regia, nec debet venire contrà factum proprium, ſui Inferiores ſubordinati ob reuerentiam, quam tenentur exhibere Superiori, vt dictum eſt in ſaluaguardia conceſſa à Principe.

Iudices verò ſuperiores nullo modo teneatur illam obſeruare, quia Inferior non poteſt legem imponere ſuo Superiori, & ſimiliter Iudex habens æqualem, ſiuè parem iuriſdictionem, quia par in parem nō habet Imperium, *Thoming. conſ.24. q.2. vol.1.*
A moderat *Merlin. controu. c.52. n.14.*

56 Quod multò fortius procedit, vbi eſſemus in caſu prohibito à lege, vel ſtatuto, cum clauſula annullatiua, ſiuè decreti irritantis, vt in ſpecie tradit *Menoch. d. caſu 337. num.7. Farinac. quæſt.29. nu.97.* qui licèt nihil allegent, probatur tamen optimè in *§ neque autem homicidis, in auth. de mandat. Princip.* iuncta *gl. ibi*, faciunt tradita per *Bouad. lib.4. cap.5. n.44.* ità per has authoritates fuit iudicatū in cauſa Thomę Mariæ de Aquino Tarentini capti ſub guidatico ſecundo ſibi conceſſo per Commiſſarium Campanię, in quo non erat facta mentio primi guidatici, iuxtà diſpoſitionem *pragmaticæ 10. de effic. ind. num.70.* in qua id expreſsè prohibetur cum clauſula decreti irritantis per bina decreta conformia, alterum per Iudices quatuor delegatos, alterum per totam M.C.V. cum interuentu nouem votorum, me referente in vtroq; decreto, & ſecundum fuit latum die 6. Maij 1630. Actuarius M.C. eſt Panſa.

Nec huic vltimo dicto contradicit *Peguer. d. deciſ.39.* prout putabat *Farin. vbi ſuprà*, nam *Peguera* loquitur in ſaluaguardia conceſſa à Principe, ſeu Locumtenente Principis, qui caſus eſt extrà omnē aleam, vt in primo membro diſtinctionis. Alios ca-
57 ſus, in quibus ſaluusconductus non eſt ſeruandus, recenſet *Menoch. conſ.100. Muta in c.52. Reg. Iacob. tom.1. n.19.60. Reg. Tap. lib.4. Iur. Reg. in rubr. de morat. & ſaluocond. ſuper vit.287. fol.103.* vbi ex *Rebuff.* cumulat 24. caſus, & demùm *in verſic. ſed nunc videmus* tractat quæſtionem, an ſaluusconductus, ſeu guidaticum conceſſum à non habente poteſtatem ſit ſeruādum, & refert deciſiones S.C. quòd ſic, authoritate *Belling. in ſuo ſpecul. Princip. rubr.25. verſ. ſed pone*, qui *in verſ. nunc dicamus* longè, latèq; agit de hac quæſtione, ſed eius dicta ſunt benè ponderanda, nàm ex eis non reſultat concluſio adeò explicita, vt ſuper ea fundari poſſit deciſio vniuerſalis, quòd captus ſub guidatico conceſſo à non habente

pote-

poteſtatem ſit reſtituendus in priſtinam libertatem, *Giurb.conſ.*57.& 80,ſed omninò vide *Farin. conſ.*53. idem ſi fuerit aſſecuratus ab amico,ſub aſſertione, quòd obtinuiſſet gratiam à Principe,*Reg.Tap.deciſ. S.C.*55.adde nouiſſimè *Merlin.controuerſ.forenſ.cap.* 53.& 54.& *Bullæum conſ.*3.*q.*5.*num.*38.& *ſeqq. fol.* 265. vbi notabiliter limitat totam materiam, & in quibus caſibus poſſit Iudex tuta conſcientia non obſeruare promiſſam impunitatem Reo ſponte cõfitenti delictum,docet latè *Bouad. lib.*3. *cap.*13.*num.* 16.*ad* 17.ſcilicèt ſi reus videns,non ſeruari ſibi promiſſa, confeſſionem ratificauerit, & tunc non erit plectendus pœna ordinaria, niſi alia indicia concurrerent.Secundò,ſi Iudex vltrà confeſſionem vidiſſet, delictum commiſſum fuiſſe à Reo fatente, & plura ad materiam ſaluiconductus habes apud *Farinac. conſ.*131.*volum.*2.*Maſtrill.deciſ.*285.*Reg.Tap. deciſ. Sac.Conſ.*21.

ADDITIO.

ADde,dicens, attendendam eſſe cauſam,ex qua motus ſit Inferior ad ſecuritatem concedendam,nàm ſi ea iuſta ſit, etiam à Superiore ſeruanda eſt,ex traditis per *Prete.*45.*authorit.Baron.& Vital. de Gamban.de clauſ.in clauſ.nihil nouar.ſecur.pend.*

Ioannes Laganarius.

De Ictu ſcopictæ, ſeu ſcopleti. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Scopictæ,vel baliſtæ origo qua fuerit, & quot nominibus nuncupentur,& vndè denominentur,remiſſiuè.*
2 *Scopictæ, vel baliſtæ ictum emittens, non ad nocendum, ſed ad ſe defendendum non punitur pœna hic ſtatuta.*

AD reſtringendum, &c.

EMittens ictum ſcopictæ, vel baliſtæ ad nocendum, etiam non ſequuto effectu, pœnam mortis naturalis incurrat. H.D.

Conſimilis ordinatio adeſt in Luſitania, de qua loquitur *Ant.Gamma deciſ.* 170. & alia in Regno Siciliæ vltrà pharum, teſte *Intriglia ſing.*136.*lib.*2. & eſt *pragm.*3.4. & 5. *titul.* 41. vbi nonulla tradit *Ant.de Ballis var.tract.lib.*5.*f.*mihi 231.& *Maſtrill. dec.*155. *Rite: volleti* 1363. qui amplius verum ſi abſque pilæ emiſſione, ex ſicone tantùm flamma corruſcauerit, conſtare tamen debet, quòd realiter pila inerat in corpore,nam aliàs defficeret delictum in genere,tu vide *Conſil.Gizzar.lect.*17. Quæ autem fuerit origo huius armorum generis, & quot nominibus nuncupentur, & vndè denominentur, vide apud *Guibert.Conſtan. Polybiſtor.c.*9. *Zonaras* verò *tom.*2.relatus per *Sim.Maiol.in diebus canicularibus, colloq.*1.atteſtatur, Amulium quendam fuiſſe harum machinarum inuentorem, vt ſe in tonitribus,& fulguribus Deo æqualem redderet, & quòd non comprehendat emittentem, non ad nocendum, ſed ad ſe defendendum, latè probat *Petr.Caball.reſolut. crim.caſ.*88.

Hæc pragmatica abierat iàm in deſuetudinem, ſed fuit renouata, & nouis prohibitionibus aucta per aliam pragmaticam emanatã ſub die 14. Aprilis 1614. nouiſſimè in volumen redacta *prag.*3.*inf.cod.*

De Immunitate Neapolitanorum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Ciuem aliquem eſſe,maioris roboris eſt, quàm pro Ciue haberi,& ad materiam aliqua,remiſſiuè.*
2 *Ciuis,an exterus in dubio quis præſumatur eſſe, remiſſiuè.*
3 ... *Neapolitanus oriundus reputatur emens domum per contractum emphyteoticum,& quarè.*
4 ... *Neapolitanus reputatur quis,ſi domũ emerit, vel ædificauerit extrà Ciuitatẽ,modò intrà eius diſtrictum,& in locis ſub eius iuriſdictione poſitis.*
5 *Ciuis verè efficitur quis ex diſpoſitione iuris communis eò ipſò, quòd in aliquo loco habet domum propriam,& ducit vxorem,ſola tamen domus poſſeſſio abſq; vxore non ſufficeret.*
6 *Electi Ciuitatis Neap poſſunt aggregare quoſlibet exteros ad conſortium ipſius Ciuitatis vti oriũdos,& vt gaudeant immunitatibus in Lobana, et alys gabellis,quibus Ciues Neapolitani gaudent,modò Regius aſſenſus interueniat.*
7 *Priuilegium Ciuitatis per Electos expeditum ſemper continet clauſulam,* dummodò venerit ad habitãdũ cum familia,*vndè tale priuilegium non ſortitur effectũ, niſi adimpleta habitatione,licet pro adimplemento ſufficiat, quòd habitare faciat eius filium tantùm,et ſi ipſe principaliter non habitet.*
8 *Priuilegium iſtud quãdo,et quibus concedi poſſit, qualiter acquiſitum amittatur, vel retineatur,et nùm. tranſeat ad filios inuitos,remiſſiuè.*
9 *Domicilium ſuum in aliquem locũ verè, et nõ fictè cũ animo ibi perpetuò permanendi transferens adeò illius loci ciuis efficitur, vt in loco originis conuenirì haùd poſſit,niſi ibi reperiatur.*
Ciuis,Municeps,et Incola quomodò inter ſe differant.
Ciuis factus per priuilegium conſequitur eadem priuilegia,quæ Ciuitas concedere poteſt.
Ciuis originarius in dubio quis præſumitur illius loci, vbi reperitur,ſiuè viuus,ſiuè mortuus.
Quid de nato per tranſitum,et ſic ex accidenti.
10 *Electi Ciuitatis Neapol. poſſunt priuare ciuitate Neapolitana in ciues aſſeitos ex cauſa,quod an ſit de iure, remiſſiuè.*
11 *Neapolitanorum immunitates quæ ſint,remiſſiuè.*
12 *Neapolitani gaudent priuilegio, vt eorum bona pro quouis delicto non publicentur,excepto crimine hæreſis,& læſæ Maieſtatis in primo capite,et vtrum hoc caſu debeant venire ad natos remiſſiuè,et nùm. procedat reſpectu tertiæ partis mobilium, propter contumaciam,vel multa impoſitæ pro pœna ſpreti mandati, vel quoad ſequeſtrationem fructuum introitum,et nominum debitorum.*
13 *Neapolitani torqueri minimè poſſunt de mandato Regio, vel ex proceſſu informatiuo.*
14 *Milites eiuſdis ſint nationis torqueri non poſſunt ex proceſſu informatiuo.*
15 *Praxis quæ obſeruetur in compoſitionibus conceſſis contrà Neapolitanos, et vtrum communicentur Baronibus contrà eorum vaſallos.*
16 *Tortura ex proceſſu informatiuo non eſt locus, vbi pœna delicti eſt arbitraria.*
17 *Barones Regnicolæ, etiam non ſint Neapolitani,et etiam ſi ſint exteri,ex proceſſu informatiuo torqueri non poſſunt, modò habeant vaſallos, et iuriſdictionem in Regno.*

Pareat

Digitized by Google

PAteat vniuersis,&c. Vxorem Neapolitanam ducentes,domumq; ementes,aut ædificantes,vt Ciues Neapolitani oriundi reputentur. H.D.

1 Nota illa verba in *textu, sint, & esse debeant Ciues*, nam sunt maioris roboris, quàm si dictum fuisset, quòd *habeantur pro ciuibus*, vt patet ex traditis per *Dec. cons.* 457. quod declara, vt per *Rauennat. in rubr. ext. qui fil. sint legit. colum.* mihi 4. *in princ. vers. & pariu*, ad materiam tamen sunt videndi *Alex. cons.* 99. *vol.* 6. *Soc. in l. ciuibus ff. de reb. dub. Alciat. in l. pronunciales ff. de verb. signific. Affl. decis.* 384. *Boer. dec.* 13. *&* 160. *Sylvest. Aldobran. cõs.* 2. *n.* 56. *cũ seqq.*

2 & in dubio ciuis, an exterus quis præsumatur vide *Menoch. præsumpt.* 30. *lib.* 6. latè *Io. Botta cons.* 18. *nu.* 7. *cum seqq. &* qui sint habendi veri ciues, *Ricc. col-*

A *lect.* 269.

Et dùm hæc pragmatica requirit emptionem,

3 vel ædificationem domus, dic, idem esse, si acquirat quis domum per contractum emphyteoticum, quia per contractum emphyteoticum transfertur dominium vtile *l.* 1. *C. de iur. emphyt.* Idemq; si domum

4 emerit, vel ædificauerit extrà Ciuitatem, dummodò intrà eius districtum, & in locis sub eius iurisdictione positis, si credimus *Menoch. cons.* 131. *num.* 13. *vers. sextò, & vltimò*, circà quod est cogitandum, nàm ratio *ibi* per *eum* assignata non conuenit casui nostro, fortasse & eò ipsò, quòd qui in aliquo loco

5 habet domum propriam, & ducit vxorem, ex dispositione iuris communis efficitur verè ciuis, circumscripta hac pragmatica, *l. assumptio, §. filius ff. ad municipal. l. libertus, §. patris, eod. tit.* & tradit expressè *Gramm. decis.* 103. *num.* 111. Adeò, quòd hæc pragmatica non est noui iuris inductiua, sed confirmat ius commune. Sola tamen domus possessio absquè vxore non sufficeret, *l. libertus, §. sola, ff. ad municipal.*

6 scias etiam, quòd absq; his requisitis Electi Ciuitatis Neapol. possunt aggregare quoslibet exteros ad numerum, & consortium ipsius Ciuitatis, tanquàm oriundos, etiam ut gaudeant immunitatibus in Dohana, & alijs gabellis, quibus gaudent Ciues Neapolitani, dummodò interueniat Regius assensus, ex gratia particulari, per Magnum Capitaneum concessa, registrata in *c.* 25. inter *priuilegia, & capitula Neapol. fol.* mihi 15. Quæ gratia (vt credo) fuit procurata ad euitandum scopulum, *Bart. in l. si maritus de secunda, §. 1. circà finem ff. de adult. & Salyc. in l. ciues,*

7 *C. de appell.* Sed est aduertendum, quòd in priuilegijs Ciuitatis expeditis per Electos semper est adiecta clausula, *dummodò venerint ad habitãdum cum familia in hac Ciuitate*, quæ clausula operatur, vt nũquàm priuilegium sortiatur effectum suum, nisi adimpleta habitatione, quia dicta clausula importat conditionem, non modum, vt per *Paseth. consil.* 28. *nu.* 18. *&* 19. sed contrarium consuluit *Menoch. cons.* 134. *volum.* 2. *Bardell. cons.* 80. verùm pro adimplemento sufficit, quòd habitare faciat eius filium tantùm, licèt ipse principaliter non habitet, vt tenet *Marchisell. q.* 113.

Hæc autem ciuilitas quandò ex causa, ob remunerationem, & ob merita, & Doctoribus, ac Medicis, ac etiam aliquando Ciui nouiter creato, sed ad tempus concedi posset, *Barz. dec.* 117. & acquisita

8 amittatur per non vsum longi temporis, per plures actus contrarios sponte factos, & reuocatione, vel retineatur ex priuilegio, cum pacto non reuocandi, explicat *Surd. cons.* 419. *volum.* 3. & taliter acquisita transit ad filios inuites, si res possidet, *Sylvest. Aldo-*

9 *brand. cons.* 2. *num.* 23. *& seq.* Non tamen omittas, quòd quotiescunq; aliquis transfert suum domicilium in aliquem locum verè, & non fictè, cum animo ibi perpetuò permanendi, absq; aliquo priuilegio efficitur verè ciuis illius loci de iure communi, ac si ibi natus esset, vt latè demonstrat *Goffred. de Caiet. super Ritibus Reg. Cam. fol.* mihi 199. *à ter. cum seq.* qui hoc plenius declarat in *rub. de mercatoribus, qui faciunt se ciues, vt nõ soluant Dohanam, fol.* mihi 202. *à ter.* Immò adeò efficitur ciuis in loco domicilij, vt in loco originis non possit cõueniri, nisi ibi reperiatur, vt post *Bart. Castrens. & Abbat.* tradit *Affli. decis.* 384. *num.* 6. Domicilium enim acquiritur animo perpetuò manendi in aliquo loco, & in tantum requiritur habitatio per decennium in eo loco ad finem acquirendi domicilium, quatènus aliundè nõ constat verè animus ille acquirendi, quòd si aliundè constat, tunc absq; alia temporis expectatione domicilium est acquisitum, ità constat ex *Abb. in cap. si. in fin. verb. extrà de Paroch. Felin. in cap. Dilectus, lo secondo*, post *num.* 12. *in* 2. *casu, extrà de rescript. & Argent. in Consuetud. Briton. art.* 449. *glos.* 1. *in fi.* qui ait, quòd vno toto die constituitur, si de voluntate apparet.

E' contrà verò, licèt quis habitauerit alicubi per decennium, & vltrà, sed ex alijs coniecturis appareat, seù præsumatur animus recedendi, nunquàm dicetur acquisitum domicilium, *Bart. In l. lex Cornelia, §. si tamen, ff. de iniur.* idem *Bart. & Ang. in l. hæres absens, §. 1. ff. de iudic. & Felin. in dict. cap. dilectus, nu.* 12. *in* 2. *limit. tertij casus de rescript.* Ad finem tamen acquirendi, aut deserendi domicilium non attenditur declaratio voce tantùm facta ab habitante, nisi concurrat etiam aliquod factum, vt constat ex *gl. in l.* 7. *in verb. mendacium, C. de incol.* & alia *glos. in l. ciues, in glos. magna, ibi, & nota quòd incola, & glos. seq. in verb. larem, C. eodem, lib.* 10. exemplum primi casus est, si quis venditis bonis omnibus, aut maiori parte, quæ habebat in propria patria, transtulerit se cum tota familia ad habitandum in alio loco, ibiq; alia bona emat, quod est propriè larem constituere, vt explicat *Matienz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 1. *glos.* 5. *nu.* 7. exemplum secundi casus est, vbi quis gerendi Magistratus, Legationis, exilij, aut studij causa ad aliquem locum se transfert, nàm semper præsumitur animus redeundi cessante causa.

Alia ad hanc materiam pertinentia declarant *Boss. de foro compet. num.* 26. *cum pluribus seqq. Belleg. in specul. Princip. rubr.* 46. *vers. sed videamus, Anna. allegat.* 130. *Ioseph Ludouic. decis. Perus.* 76. *num.* 11. *cum seq. Anile in cap.* 2. *Præt. in verb. tales rueblas. Menoch. præsumpt.* 42. *lib.* 6. *Farinac. decis. posthum.* 473. *tom.* 2.

Item in hac materia reperiuntur in iure tria nomina, quæ videntur synonima, sed differũt inter se, habemus enim municipem, incolam, & ciuem, municeps est genus, quod comprehendit sub se ciuem, & incolam, & dicitur municeps, quasi muneris particeps propriè, abusiuè tamẽ dicimus municipes suos cuiusq; Ciuitatis ciues, vt in *l.* 1. *& tot. titul. ff. ad munic.* & in *rubr. C. de incol. lib.* 10. est *glos.* optima in *d. l. ciues, C. de incol. lib.* 10. ciuis quis efficitur origine propria, vel paterna, item manumissione, adoptione, & allectione, *d. l. ciues*, incola verò dicitur, qui in vno loco natus, in alium postea transfert suum domicilium, vt est *text.* in eadem *l. ciues, & ibi glo. & Doctores, Bart. in l. assumptio ff. ad municip. in l. lex Cornelia, §. si tamen, ff. de iniur.* dicitur autem incola, qui inhabitat pro maiori parte anni, qui per decem annos traxit moram, vel larem constituit, vel per seruos

dome-

domesticos, vel institores in aliquo loco operatur, *Laur.dec.*140. Ciues verò facti per allectionem, idest per priuilegium, seù conuentionem dicùtur veri ciues, & consequuntur eadem priuilegia, quæ Ciuitas concedere potest, *Conrad.in templo iudic.lib.*1.*cap.*1. §.4.*vers. vigesimoprimò.* In dubio tamen quis præsumitur ciuis originarius loci, vbi repetitur, siue viuus, siuè mortuus, *Io.Butta cons.*18.*num.*7.*cum seq.& Canall.qq.comm.*458. Quid autem de eo, qui nascitur ex accidenti per tranſitum, *Marzar.cons.*43. *& seq. & Gratian.discept.forens.*75.*lib.*1. affirmant, *Leonnus cons.*34. dicit communem contrariam, *Canall.quæst.*
B *comm.*458. refert hinc indè communes.

20 Præterea ijdem Electi Neapolitani nedùm exteros possunt allicere in ciues, vt suprà, verùm etiam post illos allectos possunt priuare ciuilitate Neapolitana ex causa, vt per *cap.*12. inter gratias concessas in anno 1485. per Regem Federicum II. impressas inter *capitula, & priuilegia Neapol. fol.* mihi 21.*à ter.* sed quia in dicta gratia erat adiecta clausula, *quòd causa priuationis debuisset notificari ipsi Regi*, idcircò per eundem Regem Federicum in anno sequenti fuit denouo concessa dicta gratia simpliciter, absq; illa clausula, vt in *cap.*15.*f.*23.*à ter.* quod an sit de iure, consulas *Barz. dec.*118.

21 Quæ autem sint immunitates Neapolitanis concessæ, vide in *volumine priuilegiorum, & capitulorũ Neap.cap.*5.*fol.* mihi 10.*à tergo, cap.*17 *fol.seq.cap.*15. *fol.*16.*à tergo, cap.*25.*fol.*17.*cap.*5.*&* 7.*fol.*21.*cap.*3. *fol.*44.*cap.*52.*fol.eodem, cap.*48.*fol.*45.*à tergo, cap.*15. *&* 16.*fol.*42.

22 Et vltrà prædictas immunitates Neapolitani habent priuilegium, vt eorum bona pro quouis delicto non publicentur, excepto crimine hæresis, & læsæ Maiestatis in primo capite, vt in *cap.*14. de gratijs concessis per Regem Catholicum *fol.* mihi 41. *à tergo*, verùm hoc casu debeant ire ad agnatos, iuxtà doctrinam *Bart.in l.*1. *ff.de interdict. & relegat.* latè *Præs.de Franch.decis.*213.*nu.*10.*cum seq.* Quod est limitandum, vt non procedat respectu tertiæ partis mobilium, in quam incurrunt delinquẽtes propter contumaciam, prout sunt expressa verba *cap.*8. inter gratias concessas per Cæsar. Maiestatem in anno 1550.*fol.* 149. licèt in *volumine priuilegiorum, & capitulorum Neapol.* impresso in anno 1588. *in calce dicti cap.*14.*fol.*41.*à tergo* sit descriptum quoddam memoriale cum Regia decretatione, & subscriptione quondam Regentis Salernitani, per quam videtur includi in priuilegio etiam hæc pœna contumaciæ, sed credo, illam decretationem fuisse tumultuariè factam, non animaduertendo ad dictum *cap.* 8. Secundò limitatur, vt priuilegium non procedat in mulcta imposita pro pœna spreti mandati, vt per *Surgent. de Neapol illustrata, cap.*15. *num.*9. *vers.sed cum hic*. Tertiò limitatur, vt non procedat quòad sequestrationem fructuum, introituum, & nominum debitorum, ex ratione *text.in l.fin.in fine, ff.de requir. reis.* Ad quod vide *Pegner.in pract.crim.cap.*20. *propè finem* post insertam formam processus, *vers.intelligo tamen.*

23 Item Neapolitani habent priuilegium, nè torqueri possint ex mandato Regio, siuè ex processu informatiuo, vt in *cap.*16. de gratijs concessis per Cæsaream Maiestatem in anno 1554. *fol.* mihi 154. *à terg.* quod fuit confirmatum per Catholicam Maiestatem Regis Philippi II. per *cap.*7. de gratijs ab ipso concessis in anno 1557.*fol.* mihi 161. vt *pragm.* 5.*infr.eod.*

24 Quod priuilegium est communicatum militibus, cuiusuis sint nationis, teste *Præsid.Mutio Surgente, in addit.ad Marc. Ant. eius fratrem de Neapol. illustrata, in vers. magistratus, qui fiscales exterjerint pecunias, in addition.* incip. *Iustit. de pubi.ind. fol.* mihi 341. *& ibidem propè finem* declarat, quæ praxis obseruetur in dispensationibus, quæ conceduntur cõtrà Neapolitanos, & quomodo communicentur Baronibus contra eorum vasallos, sed circà has dispensationes est plenius videnous *Præses de Franch.*
26 *decis.*143. & obiter est notandum, quòd huiusmodi torturæ ex processu informatiuo non est locus, vbi pœna delicti est arbitraria, *Intrigl.sing.*234. *& decis.* 19.*num.*22.*cum seqq.& Ego* dixi in *pragm.*1. *suprà de custod.reorum.*

27 Nupernimè autèm hoc priuilegium, vt Neapolitani nò possint torqueri ex processu informatiuo, est ampliatum ad omnes Barones Regnicolas, etiã si non sint Neapolitani, & etiam si sint exteri, dummodò habeãt vasallos, & iurisdictionem in Regno, vt inter gratias concessas de anno 1605. quæ nunc est *pragm.*22. *de Baronibus.*

ADDITIO.

A D. *Regens Moles* in eius decision. manuscriptis, *quæst.*15.*decis.*50. notat quatuor modos, quibus quis efficitur ciuis ad finem gaudendi immunitatibus.

Primus est per ortum, seù natiuitatem, secundus per allectionem, tertius per habitationem continuam in aliquo loco, & quartus est, cùm aliquis exterus ducit vxorem Neapolitanam, & habet propriam domum, iuxtà hanc pragmaticam, quos omnes benè fundat, & piguit authoritates transcribere, recurras ad eum, qui circa hæc multa adducit notabilia. Præsertim verò, quòd ciuilitas orti, & sic per natiuitatem acquisita, & eius priuilegium transit ad filios, etiam quòd non sint nati in eo loco, per *l.filios.C.de munic. & orig.lib.*10. *l.assumptio, §. finali, ff.ad municip.* Immò etiã quòd si nec pater sit ortus, si tamen auus est ortus, transit hæc ciuilitas ad filium, & nepotem, per *text.in dict.l.assumptio, §. finali*, ibi *item qui ex his nascuntur*, & in *l.libertus, §. in adoptiua familia. ff.eod.* ibi *apud originem sui*, quod etiã placuit *Bar. & Ioan.de Platea in dicti.l. filios*, licet *glos.* voluerit contrarium, & cum *glos.* est magis communis opinio, quando nepos est natus in vita aui, secus si post mortem aui, ità vt primo casu nepos gaudeat origine, & ciuilitate aui sui, in secundo verò nõ sequatur originem, & ciuilitatem aui, vt voluit *Oldrad. & Cyn.in l.2.C.de iurisd. omn. iudic. Platea, & Luc.de Penna in dict.l.filios, C. de munic. & orig. lib.* 10. *Bar.in dict.l.assumptio*, §.1. *Boer.decis.*13. *Peregr. cons.*55.*in princ.lib.*5. Immò *Platea* requirit etiam, quòd talis nepos nascatur à filio, qui sit in potestate sui patris, & aui nepotis, & ità etiam *Lucas de Penna in d.l.filios.*

Hæc opinio si admitteretur in nepote nato in vita aui, qui filium in potestate habebat, certum tamen est, quòd non extenderetur ad pronepotem, cui non proderit origo proaui, & aliorum ascendentium, vt voluit *glos. in dicti. l. filios in princ.* aliàs oporteret quærere agrum Damascenum, vbi Adam creatus fuit, vt dicit eadem *glos.*

An autem ciuilitas patris ex conuentione, vel contractu acquisita transeat ad filios heredes, & quando, vide per *Claper.caus.vectig. causa* 81. *quæstion. vnica per totam*, optimè id pertractantem.

B Quid

3 Quid de eo, qui ortus eſt Neapoli, matre in fraudem parturientem intus Ciuitatem. Hanc quæſtionē tractat idem *D.Regens Molea decis.* 51. *ars.* 1. & refert, caſum cuiuſdā Ciuis Caſalis Iuliani, qui cum haberet vxorem pragnantem, & proximam diebus partus, eam tradiuit Neapolim, vt ibi pareret, & demū emiſſo partu, ipſeq; filio reuerſa eſt ad Caſale Iulianum, fuit ergò dubitatum in Regia Camera, ſi ille filius ortus in Ciuitate Neapolis deberet gaudere, & dici, fuiſſe nuncupatum, quòd ille ortus non deberet gaudere ciuilitate Neapolitana, tanquàm in fraudem Fiſci, & Baronis, & quòd fuit allegata *gloſ. in l. ſcimus, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. *Bar. & Salycet. in l. ſi quis, C. de natur. liber. & Boer. dec.* 13. *in fi.* Sed aduertendum eſt, quòd *Bart. & Salycet.* non deueniunt ideò quod allegantes, & *Boer. ibi n.* 52. *& ſeq.* loquitur in caſu diuerſo, vt ſcilicèt ſi mater caſualiter parit extrà Ciuitatem, filius fingitur natus in Ciuitate adeò cogitandum puto. Nec minus *gl. in d. l. ſcimus* ſibi hoc ſomniauit, quàuis credā, quòd voluerit allegare *gl. in l. cùm ſatis, eo. tit. in verſ. in ſobole eorum, nata ex colonis, propè fi.* ibi *Item daretur occaſio*, ſi id etiam probat, tu vide *Joſeph. Gonzalez var.* 44. *n.* 36. *n.* 39. *cum ſeqq.*

Tractat etiam idem *D. Regens* alios curioſos caſus, ſcilicèt quid in Infideli, Mauro ſcilicèt, vel Hebreo in hac Ciuitate baptizato, quid in Expoſitis, & filijs Expoſitorum, quid in filijs allecti, vel ciuis effecti per hanc pragmaticam, & in alijs, quos videre poteris apud *Eum dec.* 51. *art.* 2. *& dec.* 54. *n.* 4. *& dec.* 55. *n.* 6.

Ioannes Laganarius.

De Immunitate Neapolitanorum. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta non loquitur de ciuibus originarijs Neapolitanis ſed de his, qui ſunt effecti ciues Neapolitani.*

2 *Ciues Neapolitani an teneantur ad contribuendum tanquàm bonis tenētes in functionibus fiſcalibus pro bonis, quæ poſſident extrà hanc Ciuitatem.*

3 *Immunitates conceſſæ an obligent Regem ſucceſſorem, & cuius damno cedāt, & in cuius præiudicium ſint interpretandæ, remiſſiuè.*

PErche ſono molti, &c.

ETiam Ciues effecti Neapolitani alibi degentes tractentur vt Ciues illius loci, vbi degunt, nec gaudeant priuilegijs Neapolitanorum. H.D.

1 Aduerte, quòd hæc Pragmatica non loquitur de Ciuibus originarijs Neapolitanis, ſed de ijs, qui effecti ſunt Ciues Neapolitani, & ſic per allectionem, vt in præcedenti declaratum eſt, & patet expreſſè in principio huius Pragmaticæ, ibi, *molti, che ſi fanno Cittadini Napolitani*, quod eſt notandum ad
2 confutandam erroneam opinionem illorum, qui aſſerunt, per hanc Pragmaticam etiam Ciues Neapolitanos teneri ad contribuendum tanquàm bonatenentes in functionibus fiſcalibus pro bonis, quę poſſident extrà hanc Ciuitatem, nàm hæc aſſertio eſt de directo contrà priuilegium Neapolitanis cōceſſum, vt ſint immunes à quibuſuis functionibus fiſcalibus, & collectis pro quibuſuis bonis, etiam accaſtatis in omnibus locis huius Regni, vt in *cap.* 31. de gratijs conceſſis per Regem Catholicum in anno 1505. *fol.* mihi 44.

Eſt tamen verum, quòd ijdem Neapolitani *in cap.* 1. de gratijs petitis à Cæſarea Maieſtate in anno 1541 *fol.* 143. aſſerunt, ſemper per Reg. Cameram fuiſſe expeditas prouiſiones, quòd oriundi Neapolitani contribuerent, prout cum effectu contribuerunt in functionibus Fiſcalibus tanquàm bonatenentes, & Ego vidi proceſſum fabricatum in Regia Camera Summaria ad inſtantiam nonnullarum Vniuerſitatum contrà nonnullos Particulares Neapolitanos ſuper huiuſmodi contributione, in quo ſunt quamplurimæ prouiſiones recentes, & antiquæ contrà Neapolitanos, vt contribuant tanquàm bonatenentes, verùm in eodem proceſſu ſubintrauit Ciuitas Neapolis, quæ porrecto memoriali in Collaterali Conſilio, obtinuit Regiam decretationem, quòd *Reg. Camera de inſtitia prouideat, & interim Neapolitani non moleſtentur*. Actuarius eſt Io. Vincentius Coppula, & proceſſus eſt inter Vniuerſitates Caſalis noui, & aliarum Terrarum, & Fideliſſimam Ciuitatem Neapolis, & Particulares, quæ quidem decretatio locum obtinuit, & nunc etiam obtinet quòad annuos introitus, & redditus cenſuales, quos tenent emptos extrà Ciuitatē Neapolis tantùm, ſed reſpectu immobilium ſemper ſoluerunt iura fiſcalia tanquàm bonatenentes.

3 Plura autem circà materiam huiuſmodi immunitatum, & exemptionum, & ſignantèr an obligent Regem ſucceſſorem, & cuius damno cedant, an ſcilicèt Regiæ Curiæ, vel reliquorum non exemptorum, & in cuius præiudicium ſint interpretandæ, declarat latè *Goffredus de Caiet. ſuper Ritibus Regiæ Cameræ, in prima rubr. de iure fiſci. à fol.* 56. *ad fol.* 66.

De Impreſſione Librorum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius decidendi ratio quæ ſit, remiſſiuè.*

2 *Librorum Hæreticorum Impreſſores qua pœna puniātur, remiſſiuè.*

PErche conuiene, &c.

AGitur de Sacræ Theologiæ libris, qualitèr imprimantur, & detineantur. H.D.

1 Hæc diſpoſitio huius Pragmaticæ maximè prodeſt in obſequium Eccleſiæ, & Sanctæ Fidei Catholicæ, pro ratione decidendi vide *Marc. Ant. Surg. de*
2 *Neap. Hiſt. c.* 23. *n.* 1. & qua pœna puniantur Impreſſores librorum Hæreticorum, vide *Menoch. de arbit. Iud. caſu* 549.

De Impreſſione Librorum. Prag. II.

RERVM SVMMA.

1 *Liber nullus abſq; Prouiſis licentia imprimi debet, quod etiam à Platone fuit ſtatutum.*

2 *Librorum Author i Typographus tot Codices de libris impreſſis dare tenetur, quot ſufficiant pro ijs, quibus libri ſunt inſcripti, & alijs amicis, etiam ſi de hoc non ſit factum pactum.*

PErché l' esperienza, &c.

1 Agit de eadem materia: Idem statutum fuit à *Platone de legibus*, teste *Chopp. de dom. Francia, in proœm. num. 6.* & nota, quòd Authori librorum de libris impressis debentur per Typographum tot Codices, quot sufficiant pro ijs, quibus liber est inscriptus, & alijs amicis, etiam non appolito pacto, vt multis probat *Marzar. consil. 73.* & sequitur *Hotbom. cons. 104.* per eadem formalia verba. Priuilegio verò dato Impressori librorum cum pœna contrà eos, qui sine ipius licentia libros venales habuerint, quando quis contrauenisse dicatur, vide *Farinac. conf. 122. lib. 3.*

De Incisione arborum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Arbores aptæ ad fabricandum Triremes radicitùs incidi non debent, etiam ex dispositione iuris communis.*

POrrò quia, &c.

Arbores aptæ ad fabricandū Triremes radicitùs non incidantur, H.D.

Idem est ex dispositione iuris communis, ex traditis per *Boer. dec. 177.* & *Reg. Constant. in l. vnica, num. 152.* & *seq. C. de classic.* vbi alia notabilia congerit.

De Iniurijs. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Iniuriarum materia, remissiuè.*
2 *Mentita quando sit licita, remissiuè.*
3 *Iniuria hæc, tu mentiris, etiam in iudicio licitè dicitur aduersario.*
Iniuria an inferatur, vel repellatur, si dicatur, tu mentiris.
4 *Iniuriam hanc, tu mentiris, an, & quando quis inferre, vel repellere dicatur, remissiuè.*
5 *Iniuria quot modis inferatur, & quomodò procedatur in Regno in hoc crimine, & plura ad materiam remissiuè.*
6 *Scribens literas famosas, & eas alicui secretè mittens, qua pœna puniatur, remissiuè.*
7 *Infamatio quid sit, quotuplex, & quatenus in ea peccetur, remissiuè.*
8 *Iniuria an possit reproperari iniurianti, remissiuè, & quid si iniuria proponatur per viam exceptionis & de verbis iniuriosis vnus dicebat, & alteri relatis.*
9 *Iniuria an sit appellare aliquem, furfante.*

1 AD materiam huius rubricæ vide *Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 21. per totum*, latissimè *Farinac. pract. crim. par. 2. quæst. 105. per totam*, *Hector. Pelic. alleg. 4. 6. 35. §. 11. 56.* in quibus locis declarat, quando licita sit mentita. Plura congerit *Villadieg. lib. 12. for. ind. tit. 3. in rubr.* & in *l. 1. per tot. Iul. Clar. lib. §. iniuria.*

3 Illud tamen non est obliuioni tradendum, quòd etiam in iudicio licet dicere Aduersario, *tu mentiris*, vt probat mihi *text. in l. quæ omnia, §. 1. ff. de procurat.* quem à nemine ponderatum videram in hac materia, sed postea reperi *Marquil. in Visitat. Barchin. in visit. treugua d. 24. col. fin. vers. quia Franciscus*, ponderasse *text. prædictum* ad hoc propositum, & attestatur, per illum *text.* fuisse iudicatum in fauorem ipsius. Tu verò de huiusmodi conuitio, *fauè iniuriarum*, & quandò dicatur quis inferre, vel repellere iniuriam, dicendo, *tu mentiris*, recurras ad *Bertaz. qui* à prouocante inferri, dicit, prouocato repelli, *consil. crim. 88.* & *89. num. 5. Hector Pelic. alleg. 4. num. 53.* & *alleg. 25. num. 1.* & *alleg. 56. num. 25.* si incontinenti iniuria propulsetur, secus ex interuallo, videas *Bertaz. consil. crim. 152. num. 7. Hahon. quæst. Illustr. disput. 18. nu. 25.* & quot modis iniuria inferatur vide latissimè *Afflict. de pace iur. fir. §. iniuria, num. 15. cum plurib. seqq.* & quomodò procedatur in Regno in hoc crimine, vide *Caran. in vit. 311. §. notab. num. 7.* & plura ad materiam huius tituli vide omninò per *Couarr. lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 7. per tot. Boer. cons. 4.* incipiente *si quis animo*, & scribens literas famosas, & eas alicui secretè mittens hæc pœna non punitur, *Marcobrun. cons. 18.* quid autem sit infamatio, hæc quotuplex, & quatenus in ea peccetur, vide *Nauarr. in manual. confessi cap. 18. num. 17.* vsquè ad *num. 24.* & *in repet. can. inter verba 11. q. 3. conclus. 6.* & iniurianti non potest iniuria reproperari, *Capyc. dec. 58.* affirmat, *Andr. Gayll. obsern. 100. lib. 2.* secùs si conuitium prouocanti obiectum aliud factum cōcernat, & si iniuria proponatur per viā exceptionis, affirmat *Magon. dec. Lucens. 26. num. 1. cum seqq.* & ad materiam latè *Andr. Gayl. obsern. 99.* & *101. lib. 2. Ludou. Peguer. in qq. crim. c. 13.* & de verbis iniuriosis vni dictis, sed alteri relatis potest agere primus, *Alberic. de statut. lib. 2. q. 209.* & *in l. fideicommissa, §. plerunq; in fi. ff. de leg. 3.* & an sit iniuria appellare aliquem *furfante*, affirmat *Bertaz. cons. crim. 89. nu. 5. Idem* plura alia exempla tradit *cons. crim. 118.* si alicui dicatur, *tu es bonus vir*, est iniuria, *Neuiz. in syn. nupt. lib. 4. num. 76.* & alia quamplurima exempla explicat *Villadieg. lib. 12. for. ind. tit. 3. d. 6.* & *Boer. cons. 4. num. 13.* tenebitur etiam iniuria, quandò expressa erit contra aliquem in libello Principi oblato, *Lederch. cōs. 182. Paseth. cōs. 183.* & si expressa sit cōtrà defunctum, hæres eius poterit agere, *Modest. Pistor. q. 35. lib. 1.* & *ibi Additio in lit. A.*

De Iniurijs. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Ciambellariani fatiemis pœna non excusatur consuetudine, & de origine talis consuetudinis plura, remissiuè.*

AD euitanda scandala, &c.

Ciambellariam facientes vltrà pœnas ordinarias vntijs 100. puniantur, H.D.

Hæc eadem pragmatica est impressa, in *volumine priuilegiorum Neapol. fol. mihi 146. d ter.* ad eius tamen propriam materiam vide *Boer. in cons. 4. nu. 14. Preposit. in c. 1. opposit. 1. extrà de coniug. leprof. Guiliel. de Bened. in cap. Raymundus, in verb. qui cum alia in matrimonio, nu. 161. extrà de testam.* & nota, quòd pœna huius delicti non excusatur consuetudine, vt per *Greg. Syntag. iur. vniuers. lib. 5. c. 4.* vbi plura de origine talis consuetudinis.

De

De Iniurijs. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Petriatam facientes de iure communi non puniuntur pœna corporali, & quæ pœna eodem iure sit contrà eosdem statuta,vel remissiue.*
2 *Petriatam facientes de iure communi tortura inferri nequit.*
3 *Petriatæ pœna de iure communi statuta per hoc edictũ non est alterata,nisi respectu Ciuitatis Neapolis tãtùm,& Casalium vsq; ad pœnam triremium,vel deportationis per decennium.*
4 *Macriatæ pœna de iure communi statuta est alterata in toto Regno vsq; ad pœnam mortis per hanc pragmaticam.*
5 *Deportationis pœna an possit esse temporalis.*
6 *Obscenitates si quis effinxit,& alterius domui appẽdit, qua pœna puniatur.*
7 *Epigramma famosum si quis scripsit, nullius expresso nomine, illudque appendit, vel si quis pingit hominem vilem in loco honesto in eius derisum,qua pœna puniatur.*
8 *Cornua,pudenda virilia,aut muliebria,& his similia, si quis alicuius domui appendit vti puniatur, & vti excusentur prædicta facientes.*
9 *Iniuria infertur ipsimet,qui facit iniuriam.*

ESsendo, &c. Facientes petriatam, aut macriatam pœna vltimi supplicij puniantur. H D.

1 De iure communi quæ sit pœna cõtrà facientes petriatam, vide *Marant. cons.*121. & quòd non esset pœna corporalis de iure communi, fatetur *Conditor* huius *pragmaticæ in princ.* ibi *sapendo,che per la legge commune non se li dona pena corporale,& Follerin.in pract.crim.par.3. princ. num.*1. & 108. vbi de iure communi adducit *text.in l. si statua, ff.de iniur.* ex quo *text.* concludit, quòd pro hoc crimine de iure communi non potuisset tortura inferri, & ideò est aduertendum, quòd respectu petriatæ extrà hanc Ciuitatem Neapolis remanet pœna sub dispositione iuris communis, quæ per hanc Pragmaticam non est alterata,nisi respectu Ciuitatis Neapolis tantùm,& Casalium vsq; ad pœnam triremium, seù deportationis per decennium, vt expresè dicitur in finalibus verbis huius Pragmaticæ, quo verò ad macriatam est alterata in toto Regno vsq; ad pœnam mortis, vt in secunda parte huius Pragmaticæ.

5 Et quatènus in hoc *text.* imponitur pœna deportationis per decennium pro macriata in Ciuitate, & Casalibus,obtèt notandum duxi casum, in quo pœna deportationis imponitur ad tempus, scilicèt decem annorum tantùm,& hic habemus hic in praxim deductam opinionem *glos. in l. relegatorum*, §. *hæc est differentia,in verb.quis potest, ff.de interd. & releg.& Raphael.Cum.cons.*95.*in fi.* & quòd etiam in alijs casibus vltrà expressum in hac pragmatica possit imponi pœna deportationis temporalis, est *pragmat.*1.*infr.de relegat.*ibi *relegationem,seù deportationem temporalem*, sed eadem pœna non tenetur,

6 qui obscenitates effinxit,& alterius domui appẽdit,

7 *Bertaz.cõs.crim.*265.*vol.*2.nec qui scripsit epigramma famosum,nullius expresso nomine, & illud appendit,*Idem cons.crim.*237.& quid de eo,qui depingit hominem vilem in loco honesto in eius derisum, vide *text.in l. si qua,C.de spectacul.et scenicis, lib.*10.

8 & nec is, qui appendit pudenda virilia, aut muliebria,vel cornua,aut his similia, *Petr.Caball.resolut. crim. casu*71. Ad excusandos tamen reos vide *Burſat.cons.*94.& *Addentes ad Bertaz.in d.cons.*237.*in vltima Apostill.*qui ponunt tria requisita,vt sit positum nomẽ,in cuius dedecus fabricatus est libellus, vt sit factus animo iniuriandi, & vt crimen oppositum sit eiusmodi,vt mortem mereatur.

Ibi *declarando per lo presente bando*. Nota, quòd

9 ex actibus hic expressis infertur iniuria ipsimet facienti iniuriam, in quo concordat cum dispositione iuris Canonici in *can.Inter cætera, in fi.*22. *quæst.*4 vbi sunt hæc formalia verba, videlicèt *iniuria quippè iniustè irrogata eius est infamia, qui facit*, nec non concordat cum dispositione iuris Ciuilis in *textu l.vnica,in finalibus verb. C.de famos. libell.* ibi *huiusmodi autem libellus alterius opinionem non ladat*.

De Iniurijs. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Natatores ostendentes pudenda, vel alia inhonesta facientes quomodò sint puniendi per hanc pragmaticam.*
Pragmatica ista vndè sit desumpta.
2 *Nudum incedere, & se nudum aspectibus hominum exhibere inhonestum est.*

1 ALl'anni passati,&c. Natatores ostendẽtes pudenda,& inhonesta,obstrepentes, vel sibilantes puniãtur,Ignobiles pœna quatuor ictuum funis,Nobiles verò pœna arbitraria Proregis. H. D.

Quòd ad ostendentes pudenda, credo, hanc pragmaticam fuisse desumptam ex *l.cum suprà, C.de re milit.lib* 12.ibi *publicos oculos nuditatis incestet*, vbi

2 *Ioa.de Plat.* dicit,quòd est inhonestum,& inuerecũdum,ac impudicum,nudum incedere,& se nudum aspectibus hominum exhibere.

De Instantia causæ non restituenda sine expensis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Vitæ spiritus quot vicibus possit insufflari.*
2 *Instantiam prorogare Iudex arbitrium habens an possit.*
3 *Instantia formalis non datur in causis arbitrarijs, nisi in casibus hic expressis.*
4 *... an perpetuetur per citationem ad dicendum, & quid in causis criminalibus, remissiuè, & quid in causis fendalibus.*
5 *.... an restituatur in causa appellationis, vel remissionis.*
6 *.... peremptam licèt Partes non possint restaurare, antè tamen peremptionem valent illam prorogare, etiam si sit restricta à statuto.*
7 *.... an præsumatur perempta facto Iudicis, vel Partis,remissiuè.*
8 *.... aliquibus in casibus dormit,& est in suspenso.*
9 *Instantia materia,remissiuè.*
10 *.... cepta cum eo,qui lite pendente moritur, qualitèr possit transferri in hæredem alterius, vel rei, ac etiam in singularem successorem,remissiuè.*
11 *.... restituta per insufflationem spiritus vitæ,qui effectus remanent,vel pereant.*
12 *Litigiosi vitium quandò intelligatur contractum, &*

quandò cesset, vel duret peremptæ instantia.

13 L. eum post aquam. ff. de iudic. *limitatur.*

14 *Insufflatio spiritus vitæ non operatur contrà tertium, effectu consummato.*

15 *Præscriptionis interruptio, seù perpetuatio actionis interdictæ per citationem, aut litis contestationem an cesset peremptæ instantia.*

16 *Malandes orta ex lite mota, seù contestata quandò cessit peremptæ instantia.*

Durat viuente eo, cum quo lis fuit contestata, secùs eo mortuo, si is, qui succedit habet bonam fidem, num. 17.

18 *Insufflatio spiritus vitæ, seù instantiæ restitutio, quæ fit per viam gratiæ, quid differat ab ea, quæ fit per viam iustitiæ.*

19 *Audientia Hydruntina habet prærogatiuam insufflandi spiritum vitæ instantiæ peremptæ.*

20 *Audientia Lucensis habet eandem prærogatiuam, & quare.*

21 *Insufflatio vitæ est terminus legalis, & vnde habuerit originem.*

1 QVot vicibus possit spiritus vitæ insufflari? quinquies refert *Ann. in Const. Constitutionem, num.* 191. & Iudex habens arbitrium valet instantiam prorogare, si arbi-

2 trium fuit concessum tàm in condemnando, quàm in procedendo, *Menoch de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 21. & in

3 causis arbitrarijs non datur formalis instantia, nisi in controuersia ex vltima voluntate dependente, vel super contractu fuisset ad extraudi tamen arbitrandum alter contrahentium assumptus, vel esset de re tempore peritura, vide *Menoch. ibidem q.* 22. & in-

4 stantia perpetuatur per citationem ad audiendum, *Capyc. dec.* 109 *nu.* 5. *Marescott. var. resol. lib.* 2. *c.* 124. & quid in causis criminalibus, vide eundem *Capyc. dec.* 206. *Gramm. vol.* 21. *per tot. Præs. de Franch. dec.* 250. & 641. *Matthæ. de magistr. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 176. *cum seqq. Bertaz. cons. crim.* 175. *volum.* 2. *Surd. cons.* 199. *volum.* 2. & est decisum per *pragm.* 50. *de offic. Magistr. Iustic.* & ad materiam vide *Capyc. dec.* 165. quid autem in causis feudalibus, vide *Rit.* 144. & *ibi Carau.*

5 sed quid in causa appellationis, seù tertionis, an instantia restituatur? *Frecc. lib.* 3. *subfeudorum, c.* 1. *nu.* 8. tenet, quòd sic, sed valdè obstat *text. in l.* 3. *in princ. C. de tempor. & reparat. appell.* Quid in causa feudali, an transeat instantia ad hæredes non successibiles in feudis? *Præs. de Franch. dec.* 593. non decidit, conferunt tradita de re Maioratus per *Peguer. dec.* 218. *propè fi.*

6 Partes tamen licèt non possint instantiam peremptam restaurare, antè tamen peremptionem possunt illam prorogare, etiam si sit restricta à statuto, *Cafarel. consil.* 141. *num.* 5. *volum.* 1. *Cranett. consil.* 833. *colum.* 2. *Rimin. iun. consil.* 495. *num.* 6. *volum.* 5. &

7 latè *Cæsar Barz. dec.* 32. vbi etiam declarat, quòd instantia præsumitur peremptæ, si potuit adire Superiorem facto Partis. Datur tamen casus, in quo in-

8 stantia dormit, & est in suspenso, vtpotà pendente oppositione *pragmaticæ* editæ *Thori*, vt per *Gramm. dec.* 65. *num.* 46. Idem posset dici pendente oppositione capitulationis Attripaldæ, de qua in *pragm.* 5. *infrà de possessoribus non turband.* sic etiam pendente oppositione literarum Catholicæ Maiestatis prohibentium processum ad vlteriora in causis Officialium, seù eorum Consanguineorum in materia Sedilium.

Quòd verò ad alias quæstiones emergentes, vel incidentes, videndus est *Capyc. dec.* 11.

9 Sed plura ad hanc materiam adnotauit *Arism. Tepat. lib.* 1. *in rubr. de instantia.*

10 Instantia autem cepta cum eo, qui lite pendente decedat, qui litèi posse transiri, & continuari in hæredem, huic actionis, licè rei, aut etiam in singularem successorem, docet *Carau. rit.* 234. *in fi. Ioseph Sesse dec. Arag.* 89.

11 Non tamen credas, quòd restituta instantia perèpta per insufflationem spiritus vitæ, restituantur etiam illi effectus iuris, qui nondùm fortiti erant effectum suum ante instantiam peremptam, sed illi tàtùm, qui iam fortiti erant effectum antè peremptionem instantiæ, vtpotè qui etiam peremptæ instantia nunquàm pereunt, etiam nulla impetrata spiritus vitæ insufflatione, vt constat ex solemni doctrina *Bart. in l. cum lite mortua ff. iudic. solui*, exempli gratia. Conuenitur quis in actione realis, aut hypothecaria, si lite pendente conuentus alienet rem, super qua fuit mota lis, secutus alienatio ex vitio litigiosi contracto per alienationem prædictam lite pendente, *tot. tit. C. de litigios.* & in Regno adest *Consuetudo Eorum fraudibus*, vbi latè *Affl. & c. Conuentus*, vbi *Io.*

12 *Ant. de Ngr.* Sed hoc intelligitur, si alienatio prædicta sequatur durante instantia litis motæ, tàm feruente calore iudicij in compilatione processus, quàm etiam durante tremore, intra quod durat instantia, ut ibi *doctores*, vt in *l. properandum, in princ. C. de iud.* Quod si post lapsum triennium, & sic post peremptam instantiam, & ante illam mortua sequatur alienatio, tùc nullum considerari potest vitium litigiosi, & per cõsequens cessat nullitas alienationis, quæ ex vitio litigiosi resultaret, nam vbi non adest lis, non potest dari vitium litigiosi, & paria sunt, quòd nunquàm fuerit mota lis, vel quòd semel mota, ea mortua sit, ita opposita simè resoluit *Lancellot. de attent p.* 2. *c.* 4. *tit de attent. lit. pend. in præfat. nu.* 66. qui *ibidem* etiã *à n.* 195. latè disputat articulum, an peremptæ instantiæ cesset vitium litigiosi, & relatis quatuor opinionibus, tandem distinguit, & declarat, ità vt nullus relinquatur disceptationi locus, & ità est intelligendus *Mandos. de arbit. lib. q.* 113.

13 Similitèr si quis posteaquàm in ius vocatus est, alterius fori esse coperit, non habebit ius reuocandi forum in ea causa, quasi præuentus per citationem, *l. si posteaquàm ff. de iud.* sed hoc intelligitur, quandò conuentus fortius fuerit priuilegium alterius fori, pendente lite, & durante instantia, quòd si post instantiam peremptam fortitus fuerit fori priuilegiũ, secùs est, nàm tunc potest opponere exceptionem declinatoriam fori, & omnes alias exceptiones, ac si illa lis nunquã mota fuisset, vt post *Angel. cons.* 289. incip. *visa facto, & statutis prædictis*, docet *Marant. in suo specul. p.* 5. *princ. in verb. & fiant omnia durante instantia, n.* 61. *Borgn. Canal. dec.* 10. *num.* 33. *volum.* 5. *Ann sing.* 129.

14 Quæ omnia procedunt, nedùm si post instantiam primæ litis peremptam vellet quis inchoare nouam litem per nouum libellum, & nouam citationem, prout loquitur *Marant. vbi suprà*, sed etiam si obtinuerit restitutionem instantiæ, & insufflationẽ spiritus vitæ illius primæ litis, quia talis insufflatio spiritus vitæ, seù restitutio instantiæ non operatur in præiudicij alterius, cui medio tempore *l.* post instantiam peremptam, & antè illam restauratam est ius quæsitum, ità appositissimè docet *Grãm. dec.* 101. *n.* 113. *vers. nec obstat, cum seq.* vsq; ad *n.* 119. & *Versil. ad Affl. dec.* 311 *n.* 2. *vers. sed in istis nota.* & mirabiliter explicat *Minad. dec.* 5. quæ est pulcherrima decisio, & aureis literis scribenda. Conferunt valdè tradi-

Digitized by Goo

tradita per *Carol. de Graſſ. effect. clericat. i. nu. 141. & ſeq. & 1241.* & in propria quæſtione affirmat *Marta de iuriſdict. part. 4. caſu 141. num. 11. Roncheg. d. in l. ſi ex duobus, num. 16. & 17. ff. de duob. reis, Cabed. deciſ. Luſit. 15. par. 2. Conſiliar. Carleual de iudic. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7. num. 648. & q. 7. ſect. 3. num. 940. & 942.* ex quibus ità poſt diſputatum latiſſimè articulum in duabus ſeſſionibus cum magna cauſæ diſcuſſione iudicauimus in Sacro Conſilio, me exiſtente Commiſſario in cauſa Anelli de Conterio cum Medoro Bono ſub die 15. Ianuarij 1616. in qua Anellus conuenerat Medorũ in Magna Curia Vicariæ pro certa pecuniarum quantitate ab anno 1598. & eodem tẽpore fuit lis cõteſtata, & immediatè poſt terminum Medorus petijt remiſſionem ad Curiam Artis Serici, ſed quia dato termino non probauit matriculam, & exercitiũ, fuit denegata remiſsio, & factum decretum, quòd procedatur in M. C. in eodem anno 1598. ſed ab eo die non fuit factus alius actus in dicta lite, nedùm per totum annum 1607. quo durabat triennium inſtantiæ, ſed nec longè poſt, vſq; ad annum 1613. Interim dictus Medorus in anno 1607. & ſic poſt inſtantiam peremptam fuit admiſſus ad matriculam Artis Serici, & ſic ſortitus fuit priuilegium fori Curiæ Artis Serici, propter quod dùm dictus Anellus actor in anno 1613. obtenta inſufflatione ſpiritus vitæ voluiſſet proſequi illud iudicium motum in Magna Curia Vicariæ in anno 1598. comparuerunt Conſules Artis Serici, petendo remiſſionem cauſæ ad eorum Curiam, ſtante matricula, & exercitio in perſonam dicti Medori, & quia Magna Curia denegauit remiſſionem, interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium per dictos Conſules fuit pronunciatum, benè appellatum, & proindè cauſa fuit remiſſa ad Curiam Artis Serici.

Actuarius eſt de Felice.

Ratio differentiæ inter vnum caſum, & alium in promptu eſt, quia quandò alienatio rei deductæ in iudicium fit antè peremptam inſtantiam, vitium litigioſi, quod contrahitur per alienationem lite pendente, iàm ſortitum eſt effectum ſuum, & propterea etiam ſi poſteà perimatur inſtantia, non tamen perimitur effectus vitij litigioſi iàm contracti, & ſic ſẽper durat, etiam poſteà perempta inſtantia, ſecùs eſt, ſi alienatio fiat inſtantia perempta, quia tunc nõ contrahitur vitium litigioſi, & propterea non poteſt dici, quòd tale vitium habuerit effectum conſummatum, quæ eſt vera medulla illius ſolemnis doctrinæ *Bart. in d. l. cùm lite mortua, ff. iudic. ſolui.*

Item quandò quis ſortitus eſt priuilegium fori durante inſtantia, non poteſt vti tali priuilegio, quia iàm præuentio facta ab actore, vocando illum in ius antè acquiſitionem priuilegij, ſortita eſt effectum ſuũ, qui ſemper durat, etiam perempta inſtantia, ſed quãdò priuilegium eſt conſequutus poſt inſtantiam peremptam, illa præuentio quòad hoc priuilegium acquiſitum poſt peremptionem inſtantiæ nullum effectum conſequuta eſt, & ptopterea ceſſat effectus, quem nunquàm ſortita fuit, latiſſimè *Conſil. Carleual* omnium virtutum genere optimè præditus *tract. de iudic. n. 311. verſ. qui tamen.*

Hinc modò fit, quòd interruptio præſcriptionis,
15 ſeù perpetuatio actionis, quæ reſultat ex ſimplici citatione, aut litis conteſtatione, *l. cùm notiſſimi, in princ. & §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. c. poteſt 16. q. 3.* docet *Balb. de præſcript. part. 6. q. 4. princip. num. 3. cum ſeqq.* nunquàm perit etiam perempta inſtantia, quia interruptio habuit iàm effectum conſummatũ per illam ſimplicem citationem, ſeù litis conteſtationem, & ſic ſemel citatio illa ſortita fuit effectum ſuum, qui propterea ſemper durat, *Balb. vbi ſuprà.* His addo *Canali. pract. qq. comm. q. 467.*

16 De effectu verò conſtituendi poſſeſſorem in mala fide, vt ſi fuerit condemnatus, etiam perempta inſtantia, teneatur tamen ad fructus à die litis conteſtatæ antè peremptã inſtantiam, latè tractat *Capyc. dec. 11.* ſed eius dicta non ità ſimpliciter ſunt intelligenda, vt indiſtinctè procedant, niſi quandò lite cõteſtata erant factæ plenæ probationes per actorem, & de eis notitiam habuerat reus, quia erant publicatæ, ſecùs ſi non fuerint factæ probationes, vel de eis notitiam reus non habuiſſet, vel etiam ſi ipſe reus aliquid probaſſet, quod offuſcaret, & dubias redderet probationes actoris, ità *Soc. tract. ac inſtantia. num. 54. in primo caſu*, quem in omnibus ſequitur *Aſin.* in ſua *praxi, §. 2. cap. 15. ſub num. 33. 34. & 35. Rebuff. in concord. tit. de priuil. appel. §. ſtatuimus, verſ. quartò an.* & alij, quos citat, & ſequitur *Caball. conſil. 89. num. 8. quæſt. 2. volum. 2.* eſt de mente *Bart. in d. l. cùm lite mortua, circà princ.* ibi *ſi dicta teſtium in prima inſtantia ſint publicata*, & fundamentum habet ab eadem radice effectus conſummati, nàm notitia in reo, quòd res à ſe poſſeſſa debeat actori reſtitui, non prouenit à citatione, nec à litis conteſtatione, ſed à probationibus per actorem factis, quæ ſi non ſint factæ, vel non ſint publicatę, vt ad notitiam poſſeſſoris conuenti peruenerint, non reſultat effectus malæ fidei, & ſic litis conteſtatio non habuit effectum conſummatum, & ſucceſſiuè fructus percepti antè publicatas atteſtationes non ſunt reſtituendi, *Garz. de expenſis, cap. 23. num. 44. 45. & 46. & Affl. deciſ. 59.* Immò *Aud. Fachin. lib. 12. controu. iur. c. 33.* eſt in opinione, quòd hæc mala fides non reſultet, niſi demùm lata ſententia.

17 Hic tamen effectus litis conteſtationis durat viuente eo, cum quo eſt lis conteſtata, ſecùs eo mortuo, ſi alius ſuccedat, qui habeat bonam fidem, vt poſt *Imol.* tradit *Felin. in c. illud, n. 10. verſ. verùm tamen, extrà de præſcript.*

Sed prædicta omnia vera ſunt in ea reſtitutione
18 inſtantiæ, quæ fit per viam gratiæ à Principe obtentæ, nempè per inſufflationem ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ, quæ conceditur, vel ab ipſo Principe immediatè, vel à Sacro Conſil. ſeù ab ipſius Præſide, à quibus Regia Maieſtas repræſentatur, & ſub cuius nomine proferuntur ſententiæ, iuxtà *pragm. 1. in princ. de offic. S. C.* & hæc eadem authoritas, & præhe-
19 minẽtia retenta eſt per Regiam Prouincialem Audientiam Hydruntinam, quæ olim dicebatur Sacrũ Conſilium, & reſidebat in Ciuitate Litienſi, vti Metropoli illius partis huius Regni, quæ contigerat in portionem Regis Catholici in diuiſione facta cum Rege Gallorum.

Quæ quidem Regia Audientia Hydruntina priùs comprehendebat tàm Prouinciam Hydruntinam, quàm etiam Prouinciam Barenſem, & poſtmodùm diuiſa eſt in duas ordine Catholicæ Maieſtatis, ità vt Tribunal Audientiæ Hydruntinæ reſideat in Ciuitate Litienſi, Tribunal verò Audientiæ Barenſis reſideat in Ciuitate Thrani, ſed per hanc
20 diuiſionem non eſt diminuta authoritas, & præheminentia alterius, ſed in vtraq; reſidet inſolidum eadem præheminentia, quæ reſidebat in vna antè diuiſionem, & propterea hæc inſufflatio ſpiritus vitæ conceditur ab vtraq; iuxtà *text. in l. binos, C. de aduoc. diuerſ. iud.*

Verùm ſi reſtitutio inſtantiæ peremptæ nõ fieret per viam gratiæ, ſed per viam iuſtitiæ, prout ſolet

concedi minoribus, & alijs priuilegiatis ex priuilegio iuris, & minoribus ex iusta causa, tunc absq; vlla distinctione remanent intacti omnes iuris effectus, tàm durante instantia, quam ea perempta, ac si nunquàm fuisset peremptа, vt perbellè explicat *Asin. prax. iudic. §. 2. c. 16. n. 5.* & resultat ex *text. in l. fin. C. de sent. pass.* & ibi traditis per doctrinam *Alber in auth. vt de Nestorianis, C. de haret.* & per *Doctores* omnes in *l. Gallus, §. & quid si tantùm, ff. de liber. & posthum.* & signanter *Emman. Costa part. 2. nu. 49. & Aquil. ibidem in verb. quid enim. nn. 122. cum seqq. fol. mihi 57. col. 4.* centerunt tradita per *Phab. dec. Lusit. 123. vol. 2.*

Nec miteris, quòd pluriès Ego vsus fuerim termi-
21 no insinuationis spiritus vitæ, & tamen tàm in hac *rubric.* quàm in *text.* pragmaticæ non fit mentio, nisi de restauratione, & de restitutione instantiæ, quia hic est terminus, quo in hac materia vtuntur communiter Practici, & est terminus legalis, sumptus ex *glos. in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, in glos. magna post med.* vbi *nisi prætor inspirat mea spiritum vitæ ff. ex quib. c. insanior.* & obseruatus in *d. prag. 1. in princ. de offic. Sacr. Conf.* & ponderatus à *Frecc. lib. 3. subfend. in prima formul. tenesti. n. 6. & 7.* obseruat notabiliter *Mart. de inrisd. par. 4. cas. 141. n. 3.*

De Instantia causæ non restituenda. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Instantia perempta non restituitur, nisi refectis expensis.*
Instantia peremptio procedit etiam de iure canonum, & Partes in contrarium pacisci nequeunt, etiam cum iuramento.
2 *Instantia in Regno à quo actu incipiat.*
3 *... perempta, an pereat quoq; omnes iuris effectus.*
4 *Vitium litigiosi, an cum instantia pereat, remissiuè.*
5 *Instantia restaurata, quæ erat perempta, an veniant fructus medio tempore percepti per contentum, remissiuè.*
6 *... perempta non restauratur in iudicijs fundatis super officio Iudicis mercenario.*
7 *... an poterit vlterius restaurari, si antè eam restauratam Pars aduersa opposuerit de peremptione instantiæ.*
8 *Donatio an possit insinuari, postquàm fuit oppositum de nullitate ipsius ob defectum insinuationis.*
Appellatio non potest reuideri ex eisdem actis post factum oppositionem de desertione causæ.
Sententia cum falso Procuratore lata nequit ratificari.
Instantia peremptio potest opponi ore tenus tantùm, & in scriptis iudicialiter pepes acta, & inter vtramq; oppositionem maxima intercedit differentia, sub nu. 9.
9 *Pragmatica ista limitatur in pluribus casibus, in quibus potest ferri sententia post peremptam instantiam.*
Sententia, vel decretum per S.C. prolatum post peremptam instantiam an sint nulla.
10 *Instantia perempta restauratur etiam non refectis expensis, quando Pars propter paupertatem eas soluere nequit.*
11 *Expensæ solutæ vigore istius edicti non veniunt in liquidatione expensarum, si actor post refectas expensas obtinuerit sententiam pro se in causa principali, vnà cum expensis.*
12 *Instantiæ peremptio potest opponi etiam post sententiam.*
13 *... an restaurata erit, si in supplicatione pro eius restauratione porrecta sit facta decretatio, quòd Commissarius Partes audiat, & iustitiam faciat.*
14 *Expensarum in refectionem hac quæ praxis sit seruanda.*
15 *Expensarum refectio inuasiua per hanc pragmaticam habet locum quando insufflatur spiritus vitæ ad instantiam Actoris, non autem quando insufflaretur ad instantiam Rei.*

1 INstantia causæ, &c. Perempta instantia nõ restituitur, nisi refectis expensis. H. D.

Hæc instantiæ peremptio procedit etiam de iure canonum, & in contrarium Partes pacisci non possunt, neq; cum iuramento, secundùm *Couar. in cap quamuis, part. 2. nu. 4. de pact. in sexto.* Sed à quo
2 actu incipiat instantia in Regno, vide latè *Milan. Siculan. dec. 20. per totam, lib. 1.* qui dicit, currere à
3 momento temporis, quo fuit datus terminus. Sed an peremptа instantia pereant etiam omnes iuris effectus, vide *Tiraquell. in tract. cessante causa, limit. 12. num. 6.* qui dicit, non cessare effectus consummatos,
4 veluti ad constituendam malam fidem. Quid in vitio litigiosi an pereat cum instantia? consulas *Sard. cons. 429. nu. 58. & 59. vol. 2. Peregr. de iure Fisc. lib. 4. tit. 6. num. 39. Vrsill. ad Afflict. dec. 331.* latissimè supra omnes *Lancell. de attent. c. 4. num. 595. cum pluribus seqq.* vsq; ad *num. 617.* vbi post relatas diuersas opiniones, tandem distinguit, & declarat per limi-
5 tationes, & dixi *supra in rubr.* & restaurata instantia, quæ erat peremptа, an veniant fructus medio tempore percepti per contentum? vide remissiuè *Thesaur. dec. 29. in fin. Capyc. dec. 11. nn. 4. Tiraquell. in d. tract. cessante causa, limit. 12. n. 6. Menoch. de recup. possess. remed. 15. nn. 596. Lancellot. de attent. d. cap. 4. nu. 606. vers. ad secundum. Ant. Fab. in suo Codice Fabrian. lib. 3. tit. 8. de lit. contestat. defin. 2.* sed *Tiraquell. in tract. legnag. §. 15. glos. 2. num. 19.* asserit, in eo Senatu seruari opinionem *glos. in l. 2. in fin. prima glos. C. de fruct. & lit. expens.* vt scilicèt peremptа instantia non veniant fructus medio tempore percepti. At S.C. determinauit contrarium, vt scilicèt attendatur tempus litis contestationis, etiam si postea sit peremptа instantia, vt per *Capyc. d. dec. 11. in fin.* quæ omnia Ego latiùs declarani *supra in rubr.*

6 Hæc tamen pragmatica limitatur multis modis, Primò, vt non procedat in iudicijs fundatis super officio Iudicis mercenario, vt per *Bal. in l. 2. num. mihi 5. colum. 2. vers. modò quæro. C. de exceptionib.*
7 Secundò, si antè instantiam restauratam Pars aduersa opposuerit de peremptione instantiæ, nam nunc non poterit vlterius restaurari, ex traditis in se inijs per *Canals. de tutor. & curat. num. 21.* Facis
8 quod voluit *Abex. cons. 227. num. 13. vol. 6.* vt scilicèt non possit insinuari donatio, postquàm fuit oppositum de nullitate ipsius ob defectum insinuationis, licèt in statuto nullus sit præfixus terminus ad insinuandum, item facta oppositione de desertione causæ non potest appellatio reuideri ex eisdem actis, *Puluerin. in addit. ad dec. Afflict. dec. 275.* & in simili *Saray. ad Matthesil. sing. 155. nu. 14. Hodier. ad Surd. dec. 70. nu. 6.* nec ratificari sententia cum falso Procuratore lata, *Bloct. alleg. 4. nu. 8.* & licet videatur contrarium probari ex traditis per *Præsid. de Franch. dec. 644. propè fin. vers. nihilominus, quando Partes de ea opponunt*, tamen hoc est intelligendum de oppositione, quæ fieret voce tantùm, secus autem de oppositione facta in scriptis, & iudicialiter

penè si

penès acta, & ità Ego didici vitæ vocis oraculo ab ipſo *Præſide* in facti contingentia, quicquid contrà affirmet ex eadé deciſione *Reg. de Pon. conſ.* 142. *n.* 3.

9 *in fin. vol.* 2. limitatur etiam in quàmplurib. alijs caſibus relatis per *Parid. de Pu. de ſind. in verb. ſententia, cap. Reſtat, num.* 5. & 6. & *Marant. in* 5 *part. princ. ſpecul. limit.* 11. *in fin.* & 12. *Reg. de Ponte d. conſ.* 142. *vol.* 2. item limitatur, vbi adeſſet Rei confeſſio iudicialis, quia tunc poteſt ferri ſententia, etiá poſt peremptam inſtantiam, quaſi ſuper notorio, *Bald. in l. properandum, in princ. C. de iudic. Iaffred. Balb. deciſ.* 331. & ex *deciſ. Præſid. de Franch.* 643. hic allegata, & alia *Reg. Tap.* 38. in eadem cauſæ nota, quòd ſententia lata per S. C. etiam peremptæ inſtantiæ non eſt nulla, ſecus tamen in decreto S. C. ratio differentiæ eſt, quia ſententia profertur nomine Regis, qui proferendo ſententiam ipſo actu cenſetur inſufflare ſpiritum vitæ, *Afflict. deciſ.* 283. *nu.* 7. ſecus in decreto, quod profertur nomine S. C. ſed hæc diuerſitas rationis redditur falſa ex *prag.* 3. §. 1. *de offic. S. C.* per quam datur facultas ipſi S. C. inſufflandi ſpiritum vitæ, & proindè redditur etiam falſa differentia inter ſententiam, & decretum Sacri Conſilij.

10 Verùm id, quod dicitur hic de refectione expenſarum, non habet locum, ſi Pars propter paupertatem non poſſit ſoluere expenſas, vt per *Bald. in l.* 2. §. *ſi quis in iudicio, ff. ſi quis cautio. Cremenſ. ſingul.* 121.

11 *ſtatuto cauetur*, & nota, quòd ſi actor poſt refectas expenſas obtinuerit ſententiam pro ſe in cauſa principali, vnà cum expenſis, in liquidatione harum expenſarum non venient expenſæ ſolutæ vigore huius pragmaticæ, vt per *Præſ. de Franchis deciſ.* 331.

12 Et aduertas, quòd hæc inſtantiæ peremptio poteſt opponi etiam poſt ſententiam, vt per *Ioſeph. Ludon. in deciſ. Lucenſ.* 24. & *deciſ.* 43. *in fin.*

13 Quòd ſi in ſupplicatione correctá pro reſtauratione inſtantiæ ſit facta decretatio, quòd *Commiſſarius Partes audiat, & inſtitiam faciat*, non propterea inſtantia erit reſtaurata, vt per *Lauren. deciſ. Auenion.* 61. faciunt tradita per *Iaſon. in l. cauſas, nu.* 4. *cum ſeqq. C. de tranſact. & ibid. Alciat poſt nu.* 9. *Præſ. de Franch. deciſ.* 700.

14 Quæ autèm practica ſit ſeruanda in hac refectione expenſarum, explicat *Rodolphin. de poteſtat. Ducum Italiæ, num.* 190. qui diſtinguit, aut culpa Iudicis periit inſtantia, & actor non tenetur, aut culpa actoris, & ipſe tenetur, aut dolo aduerſarij, & ipſe tenetur, & addit, quòd vidit in practica remitti, vt de eis habeatur ratio in fine litis.

15 Quæ quidèm expenſarum refectio tunc eſt facienda, quando ſpiritus vitæ inſufflatur ad inſtantiam actoris ab ipſo actore, qui fuit in mora proſequendi iudicium, habi faciendo inſtantiam, ſecus autèm ſi ſpiritus vitæ inſufflaretur ad inſtantiam rei conuenti; quia tunc ipſe reus non tenetur reficere expenſas, cùm in eo nulla poſſit mora conſiderari, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium, teſte *Grammat. deciſ.* 91. quod eſt ſummopere notandum, quia huiuſmodi refectio expenſarum in hoc Regno eſt in vſu obſeruantia.

De Inſtrumentorum liquidatione Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Inſtrumentum nullum, quantùmuis publicum, & ſolemne habet de iure communi paratam executionem.*

2 *Sententiam, quæ paratam habet executionem, ſi quis habeat pro ſe, ſi poſtea deducat illam in liquidationem per contractum, perdit illud ius executionis, & tenetur ordinariè agere ex illo nouo contractu.*

3 *Inſtrumentum, in quo adſint guarentigiæ clauſulæ, & inſtrumentum liquidum in Regno non conditionatè, vel pactionatum habet executionem paratam per* Ritum Mag. Cur.

4 *Inſtrumenti liquidi in præſentatione, quæ vulgariter liquidatio inſtrumenti appellatur, forma quæ ſit ſeruanda, & nu.* 6. *vbi materia, remiſſiuè.*

5 ... *quantumuis liquidum non poteſt præſentari ad inſtantiam Officialis habentis iuriſdictionem durante officio, remedium tamen eſt, vt ceſſet iura ſua alteri, ità quòd de euictione non teneatur.*

7 *Inſtrumentum vigore* Rituum *filius contrà patrem, vel gener contrà ſocerum præſentare an poſſit, & an nurus contrà ſocrum, & quid in fratre contrà fratrem.*

8 *Inſtrumentum, in quo deficit iuramentum, & pœna, non poteſt liquidari, immò iuramentum eſt præſtandum de facie ad faciem inter creditorem, & debitorem.*

9 .... *ſtipulatum per Procuratorem debitoris non poteſt liquidari contrà debitorem principalem, ſicut ſi ſit ſtipulatum per Procuratorem creditoris, non poteſt liquidari per ipſum creditorem principalem.*

10 *Ceſſionarius inſtrumentum liquidare nequit, abſquè Cedentis interuentu.*

11 *Cedens non cogitur inuitus liquidare, niſi in actu ceſſionis ſe obligauerit ex pacto ad liquidandum, inſtante Ceſſionario.*

12 *Iuramenti præſtiti de facie ad faciem defectus licèt impediat inſtrumenti liquidationem, tamen ſi alias ſit liquidum dictum inſtrumentum, poterit creditor vti remedio executiuo.*

13 *Inſtrumenta publica vt valeant præſentari ſeruata forma* Ritus, *quæ dicantur, remiſſiuè.*

14 *Inſtrumentum dotale ſoluto matrimonio an poſſit præſentari ſeruata forma* Ritus *per hæredes mariti pro reſtitutione dotium, & quid in inſtrumento dotis promiſſæ, & capitulorum matrimonialium.*

15 ... *venditionis fundi ad menſuram facta pro certo pretio an poſſit præſentari iuxta* Ritum, *non facta menſuratione, remiſſiuè.*

16 .... *in quo continetur obligatio facti, liquidari an valeat.*

17 .... *in quo non adeſt cauſa, an poſſit liquidari, remiſſiuè.*

18 .... *ſi contineat certam ſummam ex cauſa affectus terrarum certæ menſuræ, adiecto pacto, vt menſurari debeat, an interim menſuratione non facta poſſit dici liquidum reſpectu menſuræ in eo expreſſæ.*

19 .... *an præſentari valeat pro tacita promiſſione, quæ reſultaret ex inſtrumento liquido.*

20 .... *liquidare an poſſit alter non obſeruato tempore prorogato, ſi quis eſſet obligatus duobus in ſolidum, & ab vno fuerit ſibi prorogatum tempus ſolutionis, remiſſiuè.*

21 .... *vt dicatur liquidum quæ requirantur, remissiuè.*

22 *Instrumenti illiquiditas etiam Parte non opponente poterit à Iudice cognosci.*

23 *Pactum in instrumento solitum apponi, vt etiam si nõ sit liquidum, possit pro liquido præsentari, an aliquid operetur.*

24 *Instrumentum dicitur liquidum, quotiescunq; quis est obligatus ad certam summam, etiam si sit apposita clausula, saluo meliori calculo, & per consequens nulla facta calculi reuisione poterit liquidari.*

25 ... *poterit liquidari pro tota summa in eo expressa pendente calculo, si expressè dictum sit, quòd si facto calculo repertum fuerit, minorem quantitatem deberi, illa minor censeatur promissa.*

26 ... *simplicis expromissionis factæ pro tertio an possit liquidari.*

27 ... *cum clausula guarentigiæ, nedùm prodest ad illud præsentandum via* Ritus, *sed etiam vt possit produci in iudicio merè ciuili, & facere rem liquidam, aliàs nõ habens dictam clausulam, si negetur à Parte, non facit rem liquidam.*

28 ... *an possit rescindi, si in eo solutio sit promissa singulis tertijs, cum pacto, quòd possit liquidari pro qualibet tertia, sed non rescindi, nisi fuerit cessatum à solutione per tres tertias continuas, si creditor pro prima, vel secunda tertia liquidauerit, & debitor soluerit pœnam tantùm, sed non tertias, pro quibus est facta liquidatio, & interim fuerit altera tertia maturata.*

Pœnæ duplicis concursus pro eadem mora, seù culpa non datur.

PRO huius rubricæ intelligentia nosse debent Tyrones, quòd de iure communi nullũ instru-
1 mentum, quantumuis publicum, & solemne habet promptam, & paratam executionem, sed debet ordinariè in iudicio deduci, & præsentari, vt correcto libello, consummatisq; omnibus actis ordinatorijs exindè feratur sententia diffinitiua, vt probat *text. in l. si cùm dotem, §. eodem autem tempore ff. solut. matrim.* vbi *Angel. & Alexand. nu. 6.* alius *text. in l. minor 25. annis, cui fideicommissum ff. de minor.* vbi *Bart. Bald.* & reliqui id notant, *Præs. de Franch. decis. 118.*
2 *num. 5.* & hoc adeò verum est, vt si quis habeat pro se sententiam, quæ paratam habeat exequutionem, & postea illam deducat in stipulationem per contractum, perdit ius exequutiuum competens per sententiam, & remanet sibi ius agendi via ordinaria ex nouo illo contractu, ità est *text.* clarus in *l. 2. C. de exequt. rei iud.* vbi *Bart. Salyc. & Paul.* ità summant illum *textum*, quod latiùs prosequitur *Boer. dec. 295. num. 5. cum seqq. Segura in l. si ex legati causa, nu. 57. ff. de verb. obligat.* Hæc tamen regula recipit aliquas limitationes, cùm de iure communi, quas recensет *Ioseph de Sesc de inhibit. cap. 25. §. 1. num. 20. & seqq.*
3 tàm etiã per statuta vniuersalia totius Italiæ, quandò adsunt clausulæ guarẽtigię, de quibus breuiter tãgit idem *Ioseph de Sese ibidem, num. 35.* & in Regno quandò instrumentum est liquidum, non conditionatum, aut pactionatum, tunc habet exequutionem paratam, introductam ex dispositione *Rit. M. C. V. 166.* vbi latè *Caranit.* & tàm in *dict. Rit. 166.* quàm in *seqq.* vsq; ad *rit. 190.* traditur forma, quæ est seruan-
4 da in præsentatione huiusmodi instrumenti liquidi, quæ præsentatio vulgaritèr nuncupatur liquidatio instrumenti, quia requiritur, vt instrumentum sit liquidum, & super eis edidit copiosa *Commentaria Marin. Frecc.* olim Regius Consiliarius, & Propræsidens Sacri Consilij, sub denominatione *tractatus de præsentatione instrumentorum.*

5 Quod quidẽ instrumentũ quantũuis liquidum nõ poterit præsentari ad instantiã Officialis habẽtis iurisdictionẽ durante officio, sed remediũ est, vt cedat iura sua alteri, ità q̃ de euictione nõ teneatur, ità voluit *Angel. in l. pars literarũ, ff. de iudic.* quem sequitur *Paris de Put. de synd. in verb. officiales durante, n. 10. Aules in c. 2. Prætor. in verb.* seù *glos. de mercaderia, nu. 40.* quæ est maxima limitatio, & propterea summoperè notanda, q̃ Ego intelligo, quandò liquidationis actus est faciendus coram ipsomet Officiali creditore, nàm si potent fieri coràm alio, etiam si sit eius Collega, cessaret ratio prohibitiua, iuxtà tradi-
A ta per *Cranett. cons. 232. n. 7. vers. secundò respondeo.*

6 Quæ forma sit seruanda in liquidatione instrumentorum? vide *d. Rit. Mag. Cur. 166. cum seqq.* vsq; ad *rit. 190.* ad quorum declarationem, & pro perfecta declaratione totius materiæ, vltra *Caranit. in ritibus* prædictis sunt videndi *Frecc. de præsentatione instrum. Ant. Canar. de exequt. instrum. Franc. Ant. de Iudic. Robert. de liquidat. instrum.* & *Bernard. Pandut de præsentatione & exequtione instrum. Tartagl. in præl. cin. cap. 1. n. m. 10. Bellug. in specul. Princip. rub. 41. num. 15.* An autem filius possit vigore prædictorum
7 *rituum* præsentare instrumentum contrà patrẽ, *Præs. de Franch. decis. 162.* non decidit, sed gener potest contrà socerum, idem *Præs. de Franch. dec. 366.* & an nutus contrà socerum, *Minad. dec. 2.* non decidit, & quid in fratre contrà fratrem, collige ex adductis per *Thesaur. decis. 119.* qui concludit, non posse
8 in carcerem detrudi. An autem instrumentum, in quo deficiat iuramentum, & pœna, possit liquidari, dic, quòd non, vt per *Frecc. de præsentatione instrumentorum, par. 6.* immò requiritur, quòd iuramẽtum sit præstitum de facie ad faciem inter creditorem, &
9 debitorem, *Affli. decis. 64.* & propterea nedùm sit instrumentum sit stipulatum per Procuratorem debitoris, non poterit liquidari contrà debitorẽ principalem, vt per *Affl. d. dec. 64.* sed nec etiam si sit stipulatum per Procuratorem creditoris, poterit liquidari per ipsum creditorem principalem, vt docet *Frecc. de præsent. instrum. par. 2. quæst. 2.* quicquid in contrarium voluerit *Camill. Borrellus* alioquin oculatissimus *consil. 25. num. 12. & 13.* & ideò neq; per
10 cessionarium poterit liquidari instrumentum, nisi cum interuentu cedentis, qui fuit stipulatus de facie ad faciem, vt per *Vrsill. ad Affl. dict. decis. 64. num. 8.*
11 sed cedens non cogitur inuitus liquidare, vt per *Præs. de Franch. dec. 311.* nisi in actu cessionis se obligauerit ex pacto ad liquidandum, inflante cessionario, vt docet *Scaglion. rit. 163. n. 21.*

12 Nonobis tamen, quòd licèt defectus iuramenti præstiti de facie ad faciem impediat viam hanc liquidandi instrumentum, si aliàs sit liquidum poterit creditor vti remedio exequtiuo, prout docet *Ca-*
13 *far Barz. dec. 45.* & quæ dicantur publica instrumẽta, vt præsentari possint seruata forma *Ritus*, vide *Frecc. de præsent. instrument. par. 1. cap. 2.* An autem
14 instrumẽtum dotale soluto matrimonio possit præsentari seruata forma *Ritus* per hæredes mulieris pro restitutione dotium, affirmat idem *Frecc. ibidem par. 12. quæst. 2.* negat *Caranit. rit. 167. num. 5.* & quid in instrumento dotis promisse? negant *Anna singul. 248. Thes. dec. 26. num. 3.* & in instrumento capitulorum matrimonialium, stante confessione Patris matrimonij contracti, affirmat *Præs. de Franch. dec. 366.*
15 Instrumentum venditionis fundi ad mensuram factæ pro incerto pretio respectu totius fundi sine asser-

Digitized by Google

assertione quantitatis iugerum non potest præsentari iuxtà *Ritum*, non facta mensuratione, collige ex *Soc. in cons. vlt. volum. 3.* & ex *Thesaur. dec. 185.* &
16 quid in instrumento, in quo continetur obligatio facti? affirmat cum distinctione *Franc. Ant. de Iudice Robert. de liquid. instrum. consider. 2. num. 6.* quid
17 autem in instrumento sine causa, negant *Imol. in l. 2. num. 3. vers. tertiò limitatur, ff. à quib. appell. non lic. & Ann. singul. 250. Paul. de liquid. instrum. p. 3. de-*
18 *clar. 14.* affirmat, & quid si instrumentum contineat certam summam ex causa afflictus Territorij certæ mensuræ, putà decem iugerum ad certam rationem pro quolibet iugere, adiecto pacto, vt mensurari debeat, an interim mensuratione non facta possit dici liquidum respectu summæ in eo expressæ? *Præs. de Franch. dec. 222.* videtur affirmare, licèt aliter decisum referat, sed pro eo vide *Soc. cons. vlt. n. 2. vol. 3.*
19 An verò instrumentum possit præsentari etiam pro tacita promissione, quæ resultaret ex instrumento liquido? & procùl dubio dicendum est, quòd non, *Præs. de Franch. dec. 325.* cuius contrarium suadebatur ex decisione *Bart. Angel. & Imol. num. 9. & 10. in l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent.* dùm concludunt, quòd statutum dans executionem paratam instrumento publico, habebit locum nedùm in eo, quod expressè apparet promissum in instrumento, sed etiam in eo, quod virtualiter inest, ex iuris dispositione idem asserit *Cuman. ibidem num. 4.* post *Bald.* qui pluribus comprobat *nu. 9. vers. item facit.* Quòd
20 si quis esset obligatus duobus insolidum, & ab vno postea fuerit sibi prorogatum tempus solutionis, poterit alter liquidare instrumentum, non expectato tempore prorogato, idem *Præs. de Franch. dec. 281.*
21 Vt autem instrumentum dicatur liquidum, quæ requirantur vide *Frecc. de præsent. instrum. p. 7. & Ca-*
22 *rau. vt. 167. num. 14.* Illiquiditas enim instrumenti est tantæ considerationis, vt etiam parte non opponente possit Iudex de ea cognoscere, *Frecc. d.*
23 *p. 7. q. 2.* Nec pactum, quòd solet apponi in instrumentis, vt etiam si non sit liquidum, possit pro liquido præsentari, quicquàm operatur, vt aduertit *ibidē Frecc. p. 8 q. 3.*
24 Et dicetur liquidum instrumentum, quotiescunq; quis sit obligatus ad certam summam, etiam si sit apposita clausula, *salvo meliori calculo*, quia etiam interim nulla facta remissione calculi poterit liquida-
25 ri, *Borrell. cons. 77.* Idem si expressè dictum sit, quòd si facto calculo repertum fuerit, minorem quantitatem deberi, illa minor censeatur promissa, nàm adhùc poterit liquidari instrumentum pro tota summa expressa pendente calculo, ità tradit *Soc. in l. pecuniâ, ff. si cert. pet. Cagnol. in l. is damnum dat. §. quod pendet. num. 5. ff. de reg. iur. Gramm. dec. 58. num. 11. Surd. cons. 527. num. 19. volum. 4. & cons. 38. num. 25. volum. 1. Escobar de ratioc. cap. 33. num. 27.* Fr. *A. de Iudic. Ro-*
26 *bert. consid. 2. num. 7.* & idem de instrumento simplicis expromissionis factæ pro tertio, idem *Borrell. consil. 98.*

Et in hac materia est notandum, quòd habere
27 instrumentum cum clausula guarentigiæ, nedùm prodest ad illud præsentandum seruata forma *Ritus*, sed etiam vt possit produci in iudicio merè ciuili, & facere rem liquidam, & notoriam, aliàs enim non habens talem clausulam, si negetur à Parte, non facit rem liquidam, & notoriam, vt docuit *Bald. in Letiam. C. de execut. rei ind.* quem sequutus est *Aret. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. Cæsar Barz. dec. 43. & dec. 94. n. 9. cum seqq.*

Et quia, vt plurimum liquidationes instrumento-
rum pro rescindendis contractibus ex causa tertiarum non solutarum in tempore præfixo est satis vti-
28 liter aduertendum in hac materia, quòd si in instrumento sit promissa solutio singulis tertijs cum pacto, quòd possit instrumentum liquidari pro quali-
bet tertia, sed nō possit rescindi, nisi fuerit cessatum à solutione per tres tertias continuas, & fiat casus, quòd creditor pro pœna, vel secunda tertia liquidauerit instrumentum, & debitor soluerit penam tantùm, sed non purgauerit moram in soluendo tertias, pro quibus est facta liquidatio, & interim aduenial terminus alterius tertiæ, ità vt vnius tribus tertijs maturatis, & non solutis, contractus ex pacto posset rescindi, tamen hoc casu non poterit rescindi, quia pro primis duabus tertijs debitor iàm soluit pœnam liquidationis, & non tenetur ad aliam pœnam rescissionis, nè concurrant duæ pœnæ pro eadem mora, seù culpa, ità colligitur ex *Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua*, fusè in *rubr. de emphyt. n. 50. q. 39.* faciunt tradita per *Ioseph Sese dec. Arag. 110. num. 5.* & ideò ad hoc euitandum debet apponi specificum pactum rescissionis contractus, quando cessatum est à solutione per duas, aut tres tertias continuas, etiam si pro aliquibus ex ipsis tertijs fuerit instrumētum liquidatum, & pœna liquidationis soluta, sed etiam rescisso contractu per liquidationem semper debetur pœna Fisco.

RERVM SVMMA.

29 *Rescissio contractus contrà vnum correum debendi an operetur rescissionem quòad alios.*
Pro affirmatiua opinione affertur insignis Bart. *distinctio.*
Nec non ponderatur Imperat. *Constitutio.*
Creditoris vnius interruptio alijs suffragatur concreditoribus.
Rei vnius debendi agnitio cæteris correis infert præiudicium, et cum ratione.
30 *Cæterùm* Bart. *distinctio est cautè accipienda, & rectè examinata hìc non spectat, ex ingeniosè cōsideratis per D. Author. rem, & n seq.*
Obligatione principali sublata, necesse est, vt tollatur eius accessoria, seù consecutiua.
Reus stipulandi si vnum ex reis debēdi præsentem liberauit, cæterorum correorum absentium obligationes eqnit pariter extinctæ, & cum ratione.
Quæ cōsurgent, & actio restituetur in omnes liberatos, si huiusmodi contractus liberationis ex aliqua iusta causa fuerit rescissus.
Non tamen restituetur omnibus correis credendi, iuxta hìc considerata.
31 *Interuentio mulieris facta animo nouandi, & liberandi omnes reos debendi, si rescindatur, actio restituetur in omnes reos debendi.*
32 *Obligatio vnica, vel plures oriūtur ex obligatione plurium reorum debendi respectu vnius rei stipulandi.*
Quòd sit vnica, plures allegantur leges.
Pro contraria ponderantur varia iuris loca.
Subnectitur modò plurimorum DD. distinctio affirmātium esse plures in substātia, & veritate, & vnicam existimari quòad effectum, propter rationem eorundē hìc relatam, quamuis subtilissimus Ronchegal. *contradicat, & vnicam esse opinetur.*
33 L. fin. C. de duob. reis *quo pacto intelligenda.*
Inducta in fauorem non sunt in odium retorquenda.
Casus, qui speciali iure imitatur, non est in consequentiam trahendus.

St a

Stabilitur nunc sententia communis, quæ in præfato articulo agnoscit pluralitatem obligationum, vltrà leges, & DD. authoritates suprà comemoratas aliquot exemplis ductis ex rebus physicis, seu naturalibus, & num. seq.

Neglecto illo Vltramontanorum de funiculo, quod à Nostratibus fuit acriter impugnatum.

34 *Obligatio vnius rei debendi in beneficium pluriũ reorum credendi assimilatur fonti.*

Et è conuerso pluriũ reorum debendi in beneficium vnius creditoris comparatur sturpi, imò magistralem discursum hic habitum.

35 *Ex præmissis sit prima conclusio, obligationem scilicet rescissam contra vnum correum non afficere eũdem contractum, sed illum validum, & firmum adhuc contrà alios, vt prius persistere.*

36 *Monasterium quomodò stirpi assimiletur, & qualiter ex Monachi persona acquirat.*

29 ET rescisso contractu contrà vnum ex pluribus reis debendi insolidum obligatis, conseruatur reliquus etiam quòad alios correos, secundùm tamen distinctionem *Bar. in auth. hoc ità, num. 65. C. de duob. reis* posset ponderari *l. fin. C. de duobus*, vbi, interruptio vnius creditoris operatur etiam in beneficiũ aliorũ, & agnitio vnius rei debendi præiudicat alijs correis, assignat rationem *text. in fine*, quia ex vna stirpe, vnoq; fonte effluxit contractus.

30 Sed est aduertendum, quòd distinctio *Bartoli*, scilicèt, si rescissio fit cum eo, ad quem principaliter spectat negotium, operatur quòad alios, si cum eo, ad quem negotium spectat in consequentiam, non operatur quòad alios, procedit in rescissione contractus liberationis, quandò reus stipulandi liberauit alterum ex reis debendi præsentem, quia tunc sunt liberati etiam alij rei debendi absentes, sublata principali obligatione, quia vnicum est debitum *l. si rem. §. si duo, ff. de nouat. l. 3. §. qui duo, ff. de duob. reis*, & sic si postea rescindatur ex aliqua iusta causa, iste contractus liberationis initus cum reo præsenti, tũc in omnes, qui liberati sunt, restituitur actio, sed non omnibus restituitur, dicit *text. in l. quàmuis 8. §. quamquàm, ff. ad Senatusconsult. Velleian.* quandò vnus ex duobus reis stipulandi liberauit, quia sublato obice liberationis, omnes rei stipulandi habent actionem, vnus absq; restitutione, & alter mediante restitutione contrà reos debendi, qui remanent obligati, vt priùs erant antè liberationem, & hoc dicit *text.* Allegatus à *Bart. in l. si. in princ. ff. quæ in fraud. credit.* ibi, *in duobus autem reis par vtriusq; causa est*, scilicèt vt si præsens liberetur, sit liberatus & absens, si rescindatur liberatio restituitur actio in omnes. Idem

31 dicit *l. si pro vno, ff. ad Velleian.* vbi mulier intercessit animo nouandi, & liberandi omnes correos debendi, vt per *Accursium ibi*, quem omnes DD. sequuntur, quòd rescisso contractu nouationis initæ cum muliere, actio restituitur in omnes reos debendi, & sic loquitur *Bartolus*, quãdò animus creditoris ex facto alicuius ex debitoribus concurrit ad liberandum omnes reos, vt rescisso illo contractu, remanent omnes obligati, vt priùs erant antè cõtractum. Nos verò loquimur in rescissione contractus contrà reum insolidũ obligatum, vt faciliùs creditor recuperet suum creditum, nec ex hoc facto resultat animus creditoris sibi præiudiciũ inferendi quòad alios correos, nec concurrit animus ipsius ex necessaria consequentia illos liberandi, & ideò pro decisione articuli, cessante distinctione *Bartoli*, esset vi-

32 dendum an ex obligatione plurium reorum debendi respectu vnius rei stipulandi oriatur vnica obligatio, vel plures, quia si sunt plures, amota vna, remanent alię. Et quamuis ex *l. 2. & 3. §. vbi, ff. de duobus reis, & l. fin. in fi. C. eodem*, videatur, quòd sit vnica obligatio, tamen rei veritate sunt plures obligationes, *l. si reus 12. ff. de duobus reis, l. generaliter* cum *l. sequent ff. de solution.* vbi, si reus stipulandi succedit alteri reo stipulandi, duas species obligationis sustinet, *l. eandem 9. §. si ff. de duobus reis*, vbi in eumq; persona stipulorum reorum promittendi constituit obligatio, *§. ex huiusmodi. Instit. de duob. reis*, & ibi *glos.* & in *l. licèt 42. §. porrò, ff. de procur.* & in *l. si plures 9. ff. de pact.* & in *l. qui bonorum 14. §. 1. in verb. communi, ff. de solut.* & in *d. l. 3. §. vbi. ff. de duob. reis*, quam sequuntur *Bart. in d. l. eandem 9. §. fin.* dicens, quòd duæ sunt veritè, sed in effectu vna, & *ibid. Angelus*, & in *d. l. 3. §. vbi duo* affirmat, plures esse in essentia quòad veritatem, quoniam sunt plures obligationes, & actiones numero, sed dici vnam propter vnum effectum exactionis, quia omnes vna solutione, & vna acceptilatione tolluntur, *Cumanus in d. l. eandem, §. cùm duos*, & in *l. si reus, ff. de duobus reis* notat, quòd obligationes duorum reorum sunt duorum substantia, & non vnica, & in eisdem *locis Aretinus* concludit, quòd licèt multis rationibus dicatur vna, re tamen vera sunt plures obligationes, dicitur tamen vna respectu effectus, quia vnica solutione tolluntur, & omnes continent idem, *Paulus de Castro* in vtroq; *loco* tenet, quòd sint plures in substantia, & reputatur vna in effectu, quia vnica res exigitur, & si non essent diuersæ, & plures, non posset alter fideiubere pro altero, *Imola in dict. §. cùm duos* colligit, quòd in persona cuiuslibet correi intelligitur esse vna obligatio, & tot sunt obligationes, quot sunt correi, & per hoc patet, quòd re vera non est vna obligatio, quantum ad veritatem, & essentiam, licèt intelligatur vnica propter effectum vnius solutionis faciendæ, hosq; refert, & sequitur *Surd cons. 318. num. 14. & 15. vol. 3. Aret. in d. §. ex huiusmodi* dicit, idem, & quòd dicatur vna, & plures diuersis respectibus, dicunt in eodem §. *Minsyng. Velembec. & Cantiunc.* & in *§. 1.* ejusdem *tituli. num. 8. Valterus*, & hanc esse communem opinionem post disputatum articulum *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 15. c. 4. per tot.* quàmuis contrarium videatur tenere post relata argumenta hinc indè *Ronchegal. in d. l. 3. §. vbi duo, vers. vtiq; n. 5. ff. de duob. reis*, vt potiùs diffinienda sit vna in ipsa constitutione, ratione finis.

33 Nec obstat *d. l. si. C. de duobus reis*, quia illa *lex* fuit lata fauore creditorum, vt scilicèt possint exigere, non obstante interruptione non facta cum aliquibus debitoribus, vel agnitione non facta ab aliquibus debitoribus, ideò non est in odium retorquenda, *l. nulla ff. de legib. & l. quod fauore, C. de leg.* secundò, quia pietate suggerente, vt *ibi Imperator* testificatur, & sic iure speciali fuit introducta: vndè non debet trahi in consequentiam aliorum casuum. Patet igitur, tàm ex dispositione legis, quàm ex authoritate *Glos. & Scribentium* esse plures obligationes; vndè vna sublata cõtractus rescissione respectu vnius ex pluribus in solidum obligatis, potest instrumentum remanere firmum, & validum respectu aliorum Correorum. Eritq; exemplum, non tanquàm funiculus tenens plura animalia colligata, proùt tenebant Vltramontani, quos reprehendit *Angelus in d. l. si reus, ff. de duob. reis*, & refert *Imol. & Ronchegal. ibidem, num. 7. et Mantic. d. lib. 15. tit. 4. in princ. de tacit. et ambig. conuent.* Sed iuxtà *text. in d. l. fin. in fi. C. de*

34 *duob. reis*, tanquàm stirps, vel fons, eritq; fontis similitudo

Digitized by Google

liſtudo, quandò vnus reus debendi erit obligatus duobus, vel tribus ceu credendum, ut quemadmodùm aqua tota per quemlibet tubũ capacem totius aquæ poteſt effluere in plures piſcinas, donec Dominus inſolidum vnius piſcinæ ſibi elegerit eam, apponendo papillas, ſeu clauiculas aliis tubis, & electione facta remanent alij tubi inutiles, ſic creditor poterit exigere totam ſummam à debitore, qua exactione facta remanent actiones aliorum nullæ, & ſubſtarent de quo caſu Nos non loquimur. Et econuerſo quandò erit vnus creditor, prout eſt caſus præſens, & plures rei debendi inſolidum, erit ſimilitudo ſtirpis, vt quémadmodùm ſtirps vnica, ſeù arbor, aut truncus attrahit ex tribus radicibus virentibus. Sic vnica obligatio ex tribus obligatis quælibet radix inſolidum nutrit vnicam ſtirpem, quilibet debitor accedit obligationi vnici creditoris, & ſi vna reſcindatur, remanere eadem ſtirps virens, producens fructus ex nutrimento
35 aliarum radicum, ſic vnica obligatione reſciſſa contrà vnum Correum remanet firmus idem contractus, & validus, producens eaſdem tertias ex obligatione aliorum Correorum, & quemadmodùm radix reſciſſa, & ſeparata amplius non nutrit eandem ſtirpem, nec aliquid operatur ad producendum fructus, ſic obligatio reſciſſa ex contractus reſciſſione contrà vnum, non operatur amplius ad producendum tertias contrà illum, ſed remanet alij Correi ad ſubſtentandum eundem contractum, & inſtrumentum, quemadmodùm aliæ radices ad alendum eandem ſtirpem. Non igitur eſt monſtruoſum, eundem contractum reſciſſum contrà vnum reum debendi, remanere firmum, & validum reſpectu aliorum, ſed eſſe rem naturalem, vt ex ſimilitudine ex eodem ex-
allata abſq; vlla iuris fictione. Hæc eadem ſimilitu-
36 do ſtirpis demonſtrat (vt obiter hoc dicam, licèt in *conſ.* meo 44. *num.* 13. *volum.* 1. aliud exemplum adducerim) quomodò Monaſterium ex perſona Monachi acquirat, Monaſterium enim eſt tanquàm arbor vnica fructifera, & virens, Monachi tanquàm radices, arbor recipit continuum nutrimentum à Terra per radices, ſic Monaſterium ex perſona Monachi acquirit continuum incrementum, radice excisa humor terræ non tranſit ad arborem, Monacho mortuo, ex perſona Monachi amplius Monaſterium non acquirit: Nutrimentum non poteſt tranſire recta via, ſeù immediatè in arborem, niſi per radices; ſic Monaſterium non poteſt acquirere immediatè abſq; perſona Monachi.

RERVM SVMMA.

37 *Probatio quæ dicatur facta in promptu pro impedienda liquidatione, remiſſiuè.*

38 *Teſtes, vt probent ſolutionem debiti ex ſcripto facti, requiritur, vt ſint rogati.*

Reus in probanda ſolutione in promptu poteſt deferre iuramentum actori, qui tenetur in continenti iurare.

39 *Exceptiones quæ poſſint in prompta opponi, & probari ad impediendam liquidationem, remiſſiuè.*

40 *Inſtrumenti liquidationem exceptio vſurariæ prauitatis in prompta probata non impediat.*

41 *... liquidationem an compenſationis exceptio impediat, & n. 42.*

Vbi ponuntur limitationes negatiuæ opinionis.

Iuramentum eſt ſeruandum in forma ſpecifica.

Obligatio in forma Cameræ an admittat compenſationem.

43 *Inſtrumentum etiam liquidum ſine guarentigiatum, ſi non eſt iuratum liquidari, non poteſt.*

44 *Exceptio retentionis, ſeù promiſſionis erronea, remiſſionis mercedis propter ſterilitatem an poſſit opponi.*

45 *Exceptio beneficij, ne quis teneatur vltrà quàm facere poſſit, opponi an valeat.*

46 *Inſtrumentum quantumuis liquidum, & iuratum poſt 20. annos perdit vigorem liquidationis, nec iſti 20. anni à quo die computentur, remiſſiuè.*

47 *Creditor an poſſit cogere debitorem ad ſe obligandum de nouo per inſtrumentum guarentigiatum, quandò primum inſtrumentum non eſt iuratum de facie ad faciem.*

Creditori habenti inſtrumentum liquidum, & differenti illud liquidare poteſt præfigi terminus ad liquidandum.

Inſtrumenti liquidatio facta eodem die, quo debitor ab hac vita diſceſſit, an viribus ſubſiſtat.

Pactum, quòd debitor poſſit citari in Curia Notarij ſtipulantis inſtrumentum an ſit de iure validum.

37 ET dùm per *Rit.* 166. ad impediendum liquidationem inſtrumenti admittitur ſolùm ſatisfactio in prompto; & ipſo inſtanti probata, vt ſcias, quæ probatio dicatur facta in prompto, vide *Frecc.*
38 *ibidem par.* 16. *q.* 1. Quatènus tamen *ibi Frecc.* admittat etiam teſtes, aduertas, quòd teſtes, vt probent ſolutionem debiti ex ſcripto facti, requiritur, vt ſint rogati ad illum actum, nec ſufficit, ſi propter aliud opus aſſumantur, ſe ſuiſſe præſentes, vt in §. *& licèt dudùm*, & in §. *neq; igitur, in auth. de teſtibus*, quod nota, quia quotidianum, & nullus, quem viderim, hùcuſque aduertit. Sed ad probandam ſolutionem in prompto allegatam poterit reus deferre iuramentũ actori, an teneatur incontinenti iurare, ſecundũ *Harthm. Piſter. lib.* 4. *q.* 13.

39 Et quæ aliæ exceptiones poſſint in prompto opponi, & probari, vide *Caran. in d. rit.* 166. *num.* 17. poſt *Frecc. vbi ſupra par.* 9. *queſt.* 7. latiſſimè *Coler. de proceſſib. execut. par.* 4. *cap.* 1. & 2. item *Cumar. de execut. inſtrum. queſt.* 1. 2. 4. & 11. cum *multis ſeqq. Bellug. in ſpecul. Princ. rubr.* 41. §. *leges Regni, num.* 19. *circà finem, verſ. item ſcias*, latè *Menoch. præſumpt.* 48. *lib.* 2. *Rodriquez de exequut. ſentent. cap.* 6. Exceptio autem
40 vſurariæ prauitatis etiam in prompto probata non impedit liquidationem inſtrumenti, vt doctiſſimè docet *Surd. conſ.* 327. *num.* 15. 16. & 17. *volum.* 4. Contrarium tamen admittit *Joſeph de Seſe de inhib. c.* 4. §. 1. *n.* 7. & 8.

Quid in exceptione compenſationis? in hac quæ-
41 ſtione *Bart.* fuit in opinione in *L. amplius, ff. rem rat. hab.* quòd poſſit opponi, quem ſequutus eſt *Alex. conſ.* 12. *colum. penul. 2. volum.* Sed idem *Alex. in conſ.* 91. eodem *volum.* conſuluit contrarium, ratione iuramenti, quod debet ſeruari in forma ſpecifica, at prò *Bart.* opinione vide *Conarr. in cap. quamuis, par.* 1. §. 4. *num.* 9. *Menoch. præſumpt.* 48. *num.* 34. *lib.* 2. & ſecundùm eam iudicauit *Rot. Genuen. dec.* 104. *in princ.* quam nouiſſimè ſequutus eſt *Fachin. lib.* 1. *controu. iur. cap.* 7. & hanc magis communem, & veriſſimam, ac in praxi ſeruandam tradit *Hier. Canalt. q.* 23. *num.* 5. *comm. contr. rerum.* alios adducit *Eſcobar de ration. par.* 1. *cap.* 36. facit *Rot. Rom.* apud *Ludouiſ. dec.* 142. Sed pro opinione *Alex.* faciunt tradita in materia obligationis in forma Cameræ per *Sebaſt. Medic. in tract. de compenſ. par.* 1. *queſt.* 23. *nu.* 3. & latiùs *q.* 24. & ſecundùm eam iudicauit Sacrum Cõſilium, teſte *Affl. dec.* 381. *vbi Vrſill. nu.* 4. exclamat, ſe nunquàm
42 potuiſſe obtinere contrarium; tu vide latè *Joſeph. Seſe de inhib. cap.* 56. 7. *num.* 5. vſq; ad *num.* 17. qui dicit idem eſſe iuramenti *nu.* 7. *Rodriq. de exequut.*

ſent.

seni.cap.6.num.6. Hæc tamen opinio *Alexandri* recepta per Sacrum Consilium limitatur, vt non procedat, quandò per confessionem creditoris constaret de veritate obiectæ compensationis, vt per *Capell.Tholos.dec.1.* quam sequitur *Scagl.in rit.163.nu.* 55. Item limita in paupere, *Affl.dec.163. Gaiter.in Praxi instrum.in 2.par.3.par.rub.3.num.7. Grat.discept.forens.718.num.12.* & inter socios, & mercatores, *Idem ibid.num.14.* idem si debitum compensandum sit contractum post instrumentum iuratum, seù obligationem liquidam, *Idem ibid.num.20.* & plures decisiones inter se contrarias refert *Ther.vot.99.* ta vide *Farn.dec.possibum.532.tom.1.* & *dec.424.tom.2.* qui negat, nisi rescriptum in personam Iudicis habe-

43 ret clausulam *cum arbitrio.* Item limita in instrumento etiam liquido, siue guarentigiato, sed non iurato, vt per *Sebast.Medic.* in eodem *tract.de compens.par.1. quæst.47.* & *par.2.quæst* 10. Item limita in casu *Affl. dec.121.* de quo latè per *Gallet. de oblig. ad form.Camer in 4.partic.2.par.q.2.n.7.*

44 Quid in exceptione retentionis? affirmat *Angel. Aret.cons.81.in 2.dub.* & de exceptione promissionis erroneæ, affirmat *Thesaur.dec.16.num.15.* si constat per instrumenta liquida, & de exceptione remissionis mercedis propter sterilitatem, *Franc.Marc. dec.* 208.*par.2.* affirmat. An autem possit opponi exce-

45 ptio beneficij, nè quis teneatur vltrà quàm facere possit? *Marant.cons.50.* consuluit, quòd non, sed in contrarium est videndus *Præs. de Franch.dec.181. Caran.in rit.166.n.79. Fr.Ant.de Indic. Robert. de li-*

B *quid.instrum.consid.42.69.*

Est tamen notandum, quòd instrumentum quan-

46 tùmuis liquidum, & iuratum post viginti annos perdit rigorem huius liquidationis, vt in *rit.167.* de cuius ratione decidendi vide *Fr. Ant. de Ind. Robert. de liquid.instrum.2.consid.num.5.* sed hi anni viginti computabuntur, non à die celebrati contractus, sed à die promissæ solutionis, *Præs.de Franch.dec.341.*

Quòd si instrumentum, quod habet quis contrà suum debitorem non sit iuratum de facie ad faciem,

47 & guarentigiatum, & sic non possit liquidari, an creditor poterit cogere debitorem ad se obligandum de nouo per instrumentum guarentigiatum? *Author* quidam damnatæ memoriæ tenet, quòd sic, reprobata opinione *Ang.* & *Alex.* in contrarium, licèt illorum opinionem sequantur *Cumis super vitib. Sicilia cap.25.num.31.* & *Canen.* siue *Troyf.in rit.166. num.21.* & *Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione l.Reg.cap.* incipiente *item quæritur, fol.* mihi 725. pro qua opinione addo *Albam cons.33. volum.1.* sed pro priori *Benedict.Barz.de guarentig. par.1.q.5. Gallet.ad form.camer.oblig par.3.q.3. Roderic.de ann. reddit.lib.2.q.9.num.56.* facit *dec.Guid.Pap.* 417. latè *Tiraq.de retract.lignag.§.29.gl.5.* vbi esset consuetudo, *Palaez de maiorat.par.1.quæst.48.num.59. Grat. discept.722.num.22.cum seqq.* maximè si haberet instrumentum cum guarentigia, *Præs. de Franch.dec.* 615. At creditori habenti instrumentum liquidum, & differenti illud liquidare posset præfigi terminus ad liquidandum. *Harthm.Pistor.lib.4.quæst.15.* & an liquidatio instrumenti facta eodem die, quo debitor decessit, valida sit disputat *Cons.Gizzar.dec.9.* & dicit, remansisse indecisum ex paritate votorum, & quia in omnibus ferè instrumentis, præsertim quæ celebrantur Neap. apponitur pactum, quòd citatio illius vigore possit fieri in Curia Notarij stipulantis contractum, vel in alia certa domo, etiam si in locis destinatis nemo habitauerit, quandòque fuit dubitatum de validitate huius pacti, & postea reperi ex professo quæstionem disputatam per *Gabriel. Pereyra dec.Lusit.34.* recurras ad *ipsum ibid.n.9.* vbi asserit, per illum Senatū fuisse declaratam nullam citationem taliter factam, licèt ex notoria iustitia fuisset sententia confirmata.

R R R M S T M M.

48 *Debitor si post liquidationem instrumenti, bonè satisfecerit creditori per depositum eidem liberationi cum cautione si posset à dicto creditore fuerit coactus, illud restituere alteri creditori, in sequuta dicta pecuniæ vocatione, possit carcerari ad instantiam eiusdem creditoris vigore liquidationis primo loco factæ, & n.53. & 55.*

49 *Debitor in genere si soluit genus, liberatur, quod si fuerit euictum non agitur illa prima actione, sed actione in factum de euictione, secùs si sit debitor in specie, & qua sit ratio inter vtrumq; casum.*

Pecunia recipit functionem in genere soluti.

Debitor soluere potest quamlibet pecuniam actiua inuito creditore.

50 *Euictione sequuta in illis casibus, in quibus non est sublata prima actio, potest agi illa prima actione vtili tantum, & non directa, cum directa omninò sit sublata.*

51 Text. in l. defertæ, §. finali, ff. de iure Fisci *declaratur.*

52 Glosæ *expositio in l. sed reuocata, ff. de iure Fisci reiicitur.*

54 *Actor idemq; victor si cadat à possessione rei, quam sententialiter obtinuit, non poterit vigore eiusdē sententiæ iterum illam auocare à manu eiusdem rei victi, secundo loco possessoris, sed agere debebit via ordinaria.*

56 *Actori quatenus sit licitum postquàm intentauit iudicium hoc executiuum variare ad iudicium ordinarium, & è contra, remissiue.*

57 *Instrumentum habuidem, sed deperditum, licèt probetur, eius tenor per testes non poterit liquidari.*

58 *Reconuentio aduersùs instrumentum liquidum qualiter admittenda.*

Instrumenti liquidatione facta contrà principalem debitorem, illud ius executiuum etiam personale, transit aduersùs illius hæredem sine beneficio legis, & inuentarij.

48 QVid autem si debitor post liquidationem instrumenti contrà se factam verè satisfecerit creditori per depositum, quod sit liberatum creditori cum cautione, sed posteà idem creditor fuerit coactus illud restituere alteri creditori, an sequutæ huiusmodi auocatione pecuniæ possit carcerari ad instantiam eiusdem creditoris vigore liquidationis primo loco factæ? & dùm hæc quæstio de facto occurrisset inter Hæredes Annibalis Caraccioli creditoris, & Ioannem Michaelem de Morra, & Corneliam de Magistro Iudice coniuges debitores, defendi opinionem negatiuam duobus assumptis in ipsa.

Primum est, quia indubitata est iuris conclusio,

49 quòd quandò quis est debitor in pecunia, & sic in genere, & soluit genus pro genere, & sic pecuniam pro pecunia, vel aliam rem pro pecunia, tunc per huiusmodi solutionem liberatur debitor, & si pecunia, vel alia res soluta pro pecunia euincatur, non agitur illa prima actione, quæ per solutionem fuit extincta, sed actione in factum de euictione, secùs est, si sit debitor in specie, quia siue soluat species pro specie,

ſpecie, aut pecuniam pro re illa prima actio, & obligatio non tollitur, & ſi ſequatur euictio, agetur illa prima actione, quæ nunquàm fuit ſublata, ità voluit *glos. in l. libera quidèm Theodora, in glo. fin. in fin. C. de ſent. & interloc. omn. Iud.* quam *ibi* ſequitur *Petr. de Bellapert. colum. 1. verſ. pro euidentia, & col. 2. verſ. vbi autem, Cyn. colum. 1. verſ. quid dicemus*, & *Alber.* ferè per eadem formalia verba, *Cyn. in d. l. libera quidèm Theodora.*

Et ratio eſt in promptu, quam afferunt præcitati *Doctores* vnanimiter, ſiquidèm quandò quis eſt debitor in pecunia, quæ ſine dubio recipit functionem in genere ſuo *l. 2. §. mutui, ff. ſi cert. pet.* poteſt ſoluere quamlibet pecuniam, etiam inuito creditore, *d. §. mutui datio*, & ſoluendo transfert dominium in creditorem accipientem, & ſic tollitur prima actio, vt *Inſtit. quibus mod. toll. obligat. in princ.* & licèt poſteà euincatur pecunia ſoluta, non poteſt agi illa prima actione, quæ eſt ſublata, *l. qui res, §. aream, ff. de ſolut.* ſed agetur de euictione, *l. ſi prò fundo, C. de tranſ. l. ſi prædium, C. de euict. l. elegantèr, in princ. ff. de pignor. action.* At quandò quis eſt debitor in ſpecie, tunc non poteſt vna res pro alia ſolui, niſi creditore volente, *Inſt. quib. mod. toll. oblig. in princ. & l. ſi non ſortem, §. ſi libertus, ff. de cond. indeb. l. inter artifices, ff. de ſolut.* & propterea ſi debitor rem ſuam, quæ alteri obligata eſt, creditori ſolueret, vti ei debitam non liberatur, quia auocari creditori illa res poteſt ab eo, qui eam pignori accepiſſet, vt eſt *text.* formalis in *l. ſi rem meam. ff. de ſolut.* & probant idem *l. etiam, circà, l. qui ſibi in princ. l. ſi quis aliam, ff. de ſolut.* & dū non liberatur, illa prima actio nūquàm extinguitur, quò fit, vt ſi ſequatur euictio, poterit creditor reuerti ad illam ſuam primam actionem, quæ nunquàm fuit extincta, & ſemper durat.

Sed quia *Bald. in l. libera quidèm Theodora, num. 6.* voluit contrarium, vt ſcilicet quandò eſt data pecunia pro pecunia, & ſequatur euictio, non ſit ſublata prima actio, ſed adhùc poſſit agi illa prima actione, quod videtur etiam eſſe de mente *Bart. in l. ſi quis alia, num. 2. verſ. ſi verò datur denuò, ff. de ſolut.* ideò.

10 Secundum aſſumptum erit in iure veriſſimum, quòd etiam in illis caſibus, in quibus non eſt ſublata prima actio, ſequuta euictione poterit agi illa prima actione, non tamen directa, ſed vtili tantùm, ex quo iura directa remanent penitùs extincta, & vtilia tantùm ſuſcitantur, ità voluit *Cyn. in l. 1. ante num. 1. verſ. ego dicebam, C. ſi antiq. cred. & Alber. ibidem prope finem, verſ. Cynus dicit*, quos ſequitur *Capyc. dec. 47. numer. 5.* qui omnes non loquuntur de iuribus vtilibus, ſeù actione vtili, ſed de iure datiuo, & actione datiua, quod in idem recidit, nàm actio natiua idem eſt, quod actio directa, & actio datiua idem eſt, quod actio vtilis, vt docet *glos. in l. ex legato, C. de legat.*

Et eandem opinionem, quòd ſcilicèt prima actio directa ſit omninò ſublata, & vtilis tantùm per euictionem ſuſcitata, tenuit *glos.* apertiſſimis verbis in *l. deferre, §. final.* in *glos. ſin. in ſecunda opinione*, ibi *alij dicunt primam omninò ſublatam. ff. de iure fiſc.* & Ego affero *text.* in individuo in *l. ſed reuocata, ff. eod. tit. de iure fiſc.* cuius *text.* verba ſunt adeò clara, & hic ſuboectere libuit. Dixerat enim *Iuriſconſult. in l. 2. precedenti, §. fin.* quòd *Fiſcus habet priuilegium auocandi pecuniam liberatam creditori poſteriori*, ſubdit poſteà *Papinian.* ibi *ſed reuocata pecunia in fideiuſſorem liberatum vtilis actio dabitur*, ecce igitur, quòd creditor, à quo fuit auocata pecunia per Fiſcum habet vtilem actionem contrà fideiuſſorem, qui per illam ſolutionem erat liberatus, & non directam, idem voluit expreſsè *Imperator in l. ſi prædiū, C. de euict.* ibi *igitur ſi hoc iure fuerit euictum, vtilis actio contrà debitorem competit.*

11 Nec obſtabit *text. in d. l. deferre, § fin. ff. de iure fiſc.* dùm *ibi* dicitur, *poſt auocatam pecuniam, directam, actionem competere, & glos. verb. directam in princ.* quæ declarat illud verbum *directam*, ſcilicèt priſtinam ſuſcitatam, nàm ille *text.* dùm loquitur de actione directa, non reſpicit perſonam creditoris priuati, à quo eſt auocata pecunia per Fiſcum, ità vt huic creditori priuato competat actio directa contrà ſuum debitorem, ſed reſpicit perſonam Fiſci, vt ſcilicèt Fiſco competat actio directa in debitorem, cui eſt ablata pecunia per creditorem priuatum, & hunc intellectum affert *glos. in d. verſ. directam, in final. verb.* dùm attulit ſecundam opinionem, quem intellectum ſequuntur *ibi Iacob. de Aren. & Alber.* qui nè potuiſſet dubitari, quòd actio directa Fiſco contrà debitorem nō poterat competere, dùm Fiſco fuit ſatisfactum per pecuniam ablatam creditori priuato, declarando intellectum *glos.* dicunt, ideò competere Fiſco actionem directam contrà debitorem, quia quod recuperauit Fiſcus, priùs debet cedere in vſuras, & poſteà cedet in ſortem *d. Titia, ff. de ſolut.* & ſic adhuc remanet creditor Fiſcus ſui debitoris, & pro reſiduo habebit directam, & hic intellectus omninò tenendus eſt, nè dictus *§. fin.* ſit contrarius *l. ſed reuocata*, vbi dicitur, quòd competit vtilis actio illi creditori, à quo fuit auocata, & eſt *ſecunda* in ordine poſt *d. §. fin.*

12 Nequè eſt obſeruanda expoſitio *glos. in d. l. ſed reuocata*, dum exponit illud verbum, *vtilis*, ſcilicèt efficax, nàm vtilis actio in iure propriè dicitur ad differentiam directæ, vt probat *text. in l. quoties, ff. de præſcrip. verb.* & non debemus recedere in dubio à proprietate verborum, tàtò magis, quia eadem *glos.* id præſentiès, remittit ſe ad ea, quæ dixerat in *d. l. deferre, §. ſi.* vbi concludit, competere vtilem actionem, & non directam, licèt contradicat *Merlin. controuer. forenſ. cap. 27. num. 21. & ſeq.*

13 Cū igitur in caſu noſtro Annibal Caracciolus eſſet creditor in pecunia, & poſt liquidatum inſtrumētum fuerit ei ſatisfactum à Io. Michaele de Morra debitore in pecunia, vel ex his, quæ dixi in primo aſſumpto, illa prima actio inſtrumenti liquidati fuit omninò extincta, vel ſaltim ex alijs adductis in ſecundo aſſumpto fuit ſublata actio directa, & remanſit vtilis ſolùm, & proindè ſtante euictione, ſeù potiùs auocatione pecuniæ, non poterit creditor reuerti ad iura directa, dependentia ex inſtrumento liquidato, ſed habebit ſolam actionem vtilem, quam debet experiri via ordinaria.

14 Quod eò fortiùs admittendum eſt ex his, quæ propriùs accedendo ad caſum noſtrum in ſimili determinant *DD.* in ea quæſtione, ſcilicèt ſi Titius condemnatur per ſententiam ad relaxandum aliquam rem Sempronio, & pro exequutione ſententiæ cum effectu illam reſtituit, & tradit, poſtea Sempronius victor cadat à poſſeſſione, quæ reuertatur ad eundem Titium, non poterit Sempronius vigore illius primæ ſententiæ cogere denuò Titium ad reſtituēdam illam rem, nàm illa ſententia iàm habuit effectum ſuum per reſtitutionem primo loco factam, ſed debet Sempronius de nouo dirigere greſſus ſuos via ordinaria cōtrà Titium, ità voluit *Iacob. Butrig. & Bart. in l. permiſceri, §. fin. in fin. ff. de acquir. poſſ. & ibi Alber. nu. 3. Angel. in princ. Rom. per totum*, qui

tandèm post multa contraria soluta distinguit in *verì possèt tamen, Paul. de Castr. num. 2. vers. item & quarto*, vbi dicit expressè, *quòd Iudex post primam restitutionem factam non potest amplius se intromittere per modum exequutiuum, sed debet ordinariè agi*, ita sunt propria verba *Pauli*, quæ legantur (rogo) *Cuman. num. 1. vers. item habetis, & num. 2. Alex. nu. 2.* idem *Cuman. in l. euidenter, circà fi. vers. verbi gratia. ff. de except. rei iud.* hanc eandem opinionem amplexus est *Bart. in l. Claudius Felix, num. 1. col. 2. circà med. vers. aut fuit factum. ff. qui pot. in pign. hab.* hoc idem volunt satis explicitè *Petr. Bellapert. in l. debitor. col. mihi; in princ. vers. dicit glos. C. de pact.* vbi inquit, quòd si ex mihi condemnatus, & soluis, tollitur actio ex re iudicata, & si reddam tibi, propter hoc non resurgit. & *Cyn. ibidem* post *num. 1. ver. certè ego, Salyc. num. 6. Alex. num. 8.* qui dicit, hanc esse communem *Iacob. de S. Georg. num. 1 vers. sed quæro*, vbi dicit *hanc opinionem amplectimur*, habet contrarium voluerit *Bald. ibidem*, hanc eandem opinionem tanquàm indubitatam amplectitur *Alciat. in d. l. debitori num. 6.* quibus Ego addo *Rimin. sen. in eadem l. debitor. colum. 3. in princ. vers. et in quartum, & in l. at prætor, § si petitor nu. 6. ff. de iurisdict.* vbi hanc opinionem communem probat multis similibus, & omnes præcitati *DD.* inuentur authoritate *glos. in l. Pomponius, § sed & hoc an glos. in verb. rato in fin.* vbi *liberaretur sola facta traditione, ff. de procur.* licèt nonnulli citati a *Tiraquell. vbi si vnquam, in verb. susceperit liberos, num. 182. C. de rei uxor. donat.* teneant contrarium, nàm *Ipsemet ibidem, num. 191.* citat innumeros pro hac mea opinione.

55 Cùm igitur in casu nostro Ioannes Michael condemnatus per interloquutoriam super liquidatione instrumenti semel soluerit, quod debebat vigore illius interloquutoriæ, licèt pecunia soluta, fuerit auocata suo creditori, non poterit amplius creditor denuò agere via exequutiua vigore illius interloquutoriæ, & liquidationis factæ, sed debet denuò se dirigere via ordinaria, prout expressè loquitur *Castr. in d. l. permisceri, § fin. num 2. vers. Item & quartò, ff. de acq. possess.* ex quibus in prædicta causa licèt per Magnam Cur. fuisset prouisum, quòd renouarentur literæ exequutoriales realiter, & personaliter vigore instrumenti ab initio liquidati, tamen facto verbo in Sacro Consilio ad supplicationem Corneliæ de Magistro Iudice contrà sint decretum, quòd ipsa audiatur ordinariè in iuribus suis, pro qua decisione est videndus *Surd. dec. 166.* post harum primam impressionem editus. Actuar. Mag. Cur. est Pulpus, non tamen omittas in hac quæstione cumulata prò, & contrà per *Tiraquell. in l. si vnquàm, in verb. susceperit liberos. num. 182. et in seqq.* sed antequàm pecunia cum effectu auocetur à manibus creditoris, licèt sit reuocabiliter apud eum, non poterit instrumentum liquidari, nec vigore instrumenti liquidati poterunt expediri literæ exequutoriales, vt per *Præsid. de Franch. dec. 100.* Quatenus autem licitum

56 sit actori, postquàm intentauit iudicium hoc exequutiuum, variare ad iudicium ordinarium, & è contrà, latissimè tradunt *Roder. Suarez in l. post rem iudicatam, § fin. ff. de re iud. Marant. in prax part. 6. act. 8. n. 31. & disput. 6. per tot. Azened. lib. 4 nouæ recop. l. 1. tit. 21. n. 151. & 154. Burgos de Paz cõl 39. n. 7. Gutier. lib. 3. pract. quæst. 39. Rebuff. de inter. obligator. tit. 6. glo. 3. n. 7. cum seqq. & art. 2. gl 1. n. 20. Burgn. Canale. dec. 1. num. 15. & 16. par. 1. Ioseph Sese de inhib. cap. 3. nu. 7. cum seqq.* vsque ad *finem*.

57 Sed si instrumentum liquidum sit deperditum, illiusq; tenor probetur per testes, siue instrumentarios, siue extraneos, non habebit exequutionem paratam via *Ritus*, sed agendum est via ordinaria, quia priuilegium exequutiuum constat in scriptura, non autem in mera obligatione, ità tradit *Bart. in l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent.* quem sequitur *Bald. ibidem propè fin. vers. & dicit Bart.* Aduertius tamen hæc

58 instrumenta liquida si summario agatur iudicio non est admittenda reconuentio simultaneo processu *Iacob. Gall. cons. 119.* & facta liquidatione contrà Principalem, illud ius exequutiuum, etiam personale transibit etiam contra hæredem absquè beneficio inuentarij, *Coccin. dec. Rot. 59.*

ADDITIO.

A HIC etiam nota, quòd per M.C. liquidantur instrumenta contrà Regios Consiliarios, & alios Officiales, etiam Supremos, *D. Reg. Tap. dec. Senat. Ital. 3. 4 num. 34. cum seq.* vbi optimis rationibus id statuit. Est enim M.C. ordinarius Iudex omnium in Regno, prout sunt etiam Regiæ Audientiæ in Prouinciis, *Dom. Carau. in ritu 230. num. 7.* & liquidat instrumenta etiam contrà Supremos Magistratus, ac cõtrà Barones, Comites, Marchiones, Duces, & Principes omnes, etiam si habeant vnum de septem officijs Regni. *D. Regens* satis benè in *consil. 90. volum. 2.* per *Ritum* ipsius M.C. 46. in quo idem *Dom. Carau.* benè probat, quòd ràm in causis ciuilibus, quàm criminalibus ista possunt in Mag. Cur. conuenire, & sic vel causa liquidationis instrumenti sit crimalis, secundùm aliquos, vel potiùs ciuilis, vt fundat *Dom. Regens in pragmat. 1. num. 34. de offic. Baiul.* rectè potest per Mag. Cur. instrumentum liquidari contra prædictos, cùm in eos vtramq; habeat iurisdictionem.

B Impedit etiam instrumenti liquidationem præuentionis exceptio legitimè facta, vt in *Ritu* M. C. 189. vbi *Carau. sub n. 3. ver. secundò nota*, & in *Rit. 168. ante n. 1. ver. secundò notandum* per *pragmat. vnic. an. de præuent. moderan.* Requiritur tamen, vt debitor citatus super tenore instrumenti compareat, & de præuentione ab eo facta excipiat, eò quoniam iura prædicta de præuentione loquentia disponant, vt præuentio interrogationem, seù liquidationem instrumenti impediat, non tamen impediunt citationem, prout expressè aduertit *Carau. sub d. num. 3. & vers. secundò nota*, qui remittit se ad dicta in alio *Ritu 168.* quæ quid sentire videatur *Grauin. in Ritu 164. part. 4. declarat. 19. in princ.* Facta autem citatione quilibet citatus tenetur comparere, & suas exceptiones allegare, *l. si quis ex aliena. ff. de iudic.* quem citat *Carau. ibidem.* Et cùm *Ritus* non prohibeant, procedi ad reputandum debitorem citatum contumacem, eumq; condemnandum, sed solùm ad eum procedendum contrà eum ad interrogationẽ, & liquidationem, propter præuentionem contrà eũ factam; vt in *dd. Ritib.* sequitur, vt citato debitore, & contumace reputato instrumenti liquidatio impediri non possit, cùm præuentio nõ fuerit in actu liquidationis opposita, quàmuis de præuẽtione prædicta Iudici constet, vt per *Carau. d. rit. 168. sub n. 1.* & per *Galter. de liqu. instr. p. 2. 2. p. princ. n. 22. vers. fuerit ab eo præuentus.* Et ità indicatum fuit per M.C. in anno 1645. referente integerrimo, ac prudentissimo Iudice Don Thoma Carauita in fauorem Lucretiæ, & Prudentiæ de Angria contrà Ioannem Camillum, & Francisci Battiglierios, patrocinante pro dictis

dictis de Angria Magnifico V.I.D.*D.Carolo de Lellis* Iuriſconſulariſſimo,& eruditiſſimo, qui ſicuti à *D. Donati* eius patris virtutibus non degenerat in Aduocati præſertim munere diſertiſſimè explendo; ità parem pro meritis laudem promeretur.

C Sed quid dicendum ſit in permutatione, an ſcilicèt euicta re permutata agi poſſit rei vendicatione, ad rem permutatam conſequendam, exiſtentem penès alterum contrahentem, aut penès tertium, vel actione in factum pro euictione paſſa? *Dom. Vincent. de Franch. dec.* 14. teſtatur, per S. C. fuiſſe deciſum, reiuendicationem rei permutatæ in caſu euictionis non competere, ſed fuiſſe tantum præſtitam aſſiſtentiam ex cauſa euictionis paſſæ, per *text. in l. cum precibus*, iuncta *gloſ. in verſ. nullam*, *C. de rer. permut.* Verùm *Franc. Claper. in dec.* 49 *quæſt. vnica* refert, fuiſſe deciſum per illum Senatum, eſſe in poteſtate actoris, euictionem paſſi ad libitum agere ad rei datæ reſtitutionem; vel actione præſcriptis verbis, ad id, quod intereſt, per *text. in l. 1. C. de rerum permut.* & in *d. l. cum precibus.* Ego tamen veriorem putarem deciſionem S. C. data euictione priorum iurium, ac translato dominio rei permutatæ, iuxta ſuprà adducta per *D. Regentem*, nullaq; facta reſeruatione iurium, proùt docet ſingulariter idem *D. de Franch. dec.* 50. *n.* 7.

Et quid in datione in ſolutum, an ſi res in ſolutum data ſit euicta, poſſit agi primæua actione ad debitum conſequendum, vel ex ipſo contractu dationis in ſolutum? & primæua actione minimè agi poſſe, concludit *Marta voto* 144. *num.* 2. & 4. ratione, quia primæua actio per ſolutionem eſt extincta, & ſic etiam voluit *Surd. dec.* 51. *num.* 20. Secùs autem eſſet, ſi datio in ſolutum fuiſſet nulla, quia tunc primæua iura non ſunt extincta, & poteſt ex eis agi. *Affl. dec.* 315. *num.* 19. *in fi.* quod etiam comprobauit *Surd. d. dec.* 51. *nu.* 20.

D Nec admittenda erit reconuentio aduersùs inſtrumenta liquida, ſi ageretur iudicio exequutiuo, *Marant. par.* 4. *tit. an ſit iudicium conuen. vel reconuen. num.* 39. & 40. & *Cartar. dec.* 3. *cauſ. exequt.* iuxtà doctrinam *Ioan. Gutierr. lib.* 1 *practic. quæſt.* 112. quo loci duas affert limitationes ad regulam, quòd in cauſis exequutiuis, & ſic in liquidationibus inſtrumentorum ad formam *Ritus* non admittitur reconuentio. Altera ſcilicèt, quandò actor reconuentus confiteretur debitum, pro quo reconuenitur, nullamq; exceptionem aduersùs illud opponeret. Altera verò, quotièſcunq; reconuentio fieret mediante alio inſtrumento publico, eoque liquido, & habente exequutionem paratam, *Cartar. in d. dec.* 3. *nu.* 7. & 10. reconuentio enim debet eſſe naturæ, & qualitatis cauſæ principalis conuentionis, in tantum, quòd ſi iſta ſit inappellabilis, inappellabilis quoquè erit cauſa reconuentionis, proùt latè fundat *Gurb. dec.* 3. *num.* 1. 2. & 3. Poſſet etiam addi tertia limitatio, ſi reconuentio non fiat ad finem, vt pari paſſu, & ſimultaneo proceſſu procedatur, ac vnica ſententia vtraq; cauſa terminetur, & ſic ad finem impediendi exequutionem, ſed tantùm ad finem conſequendi Iudicem, & ſtandi iuri coràm eo, ad tradita per *D. de Franch. dec.* 376. vel ſi reconueniens renunciat priuilegio reconuentionis, vt vtraq; cauſa ſimul terminetur, hoc nàmq; caſu poſſet reconuentio admitti, etiam ſi cauſa conuentionis eſſet ſummaria, & exequutiua. *Sebaſt. Medic. de compen. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 7. & tradit *Cartar. in d. dec.* 3. *ſub num.* 6. & 7. & deſumitur ex dictis per *Caraū. in rit.* 67. *n.* 7.

Et tandem hic non omittendum puto, quòd omnia prædicta, quæ dicta ſunt de reconuentione, procedunt, tàm ſi reconuentio fiat coràm Iudice ordinario, quàm etiam delegato, proùt ex *Bart. & Speculat.* firmat *Caraū. d. rit.* 67. *num.* 5. quàmuis diſtinguat inter delegatum impetratum ab actore, & impetratum ab vtroq;, actore ſcilicèt, & reo. *Io. Lagan.*

De Inſtrumentorum liquidatione. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Audientiæ Regiæ poſſunt cognoſcere de inſtrumentorū liquidatione.*

2 *Baronibus non denegatur cognitio cauſarum ſuper liquidatione inſtrumentorum, cùm in eorum Curijs poſſint liquidari, & quotidiè liquidantur inſtrumenta contrà vaſallos ipſorum, ſed tantùm denegatur remiſſio, niſi Baro haberet in priuilegio facultatem cognoſcendi etiam de iſtis cauſis in ſpecie.*

PER la lettera voſtra, &c.

Cauſæ ſuper liquidatione inſtrumentorum non remittantur ad Barones. H. D.

1 Hæc Pragmatica dirigitur Gubernatori in Audientia Principatus citrà, & quòd Audientiæ poſſint cognoſcere de liquidatione inſtrumentorum, apparet ex *pragmat.* 6. § *Item, quòd incontinenti. num.* 6. *in fin. de offic. Inſtitur.* ſed eſt aduertendum, quòd in

2 hac Pragmatica non denegatur Baronibus cognitio cauſarum ſuper liquidatione inſtrumentorum, ſed tantùm denegatur remiſsio. Nàm etiam in Curijs Baronum poſſunt liquidari, & quotidiè liquidantur inſtrumenta contrà vaſallos ipſorum Baronum, proùt ſeruabatur etiam tempore *Caraū.* vt *ipſe* teſtatur in *Rit.* 54. *in princ.* Sed ſi vaſalli Baronum citantur in Mag. Cur. vel in Regijs Audientijs ſuper tenore, & liquidatione inſtrumentorum, non poſſunt Barones petere remiſsionem cauſæ, nàm eis denegatur per hanc Pragmaticam, aliàs circumſcripta Pragmatica non denegaretur, vt per *Caraū. in Ritu* 166. *in* 12. *quæſt.* & ſic quòad cauſas liquidationis inſtrumentorum Barones habent iuriſdictionem cumulatiuam tantùm, non autèm priuatiuam reſpectu Regiorum Tribunalium, verùm ſi aliquis Baro haberet in priuilegiū facultatem cognoſcendi etiam de huiuſmodi cauſis in ſpecie, tunc non poſſet ſibi denegari remiſsio, non obſtante hac Pragmatica, & ità Ego obtinui in S. C. ad relationem M.C.V. pro Marchione Burgentiæ, vrili Domino Status Diani ſuper remiſsione cauſæ liquidationis inſtrumenti ad inſtantiam Fabritij Salui contrà Laurentium Sabinum de Diano. Actuarius M.C. eſt Terracianus.

ADDITIO.

A FActo tamen depoſito, vel conſtituto debitore in vinculis, iuxtà *prag.* 63. *de offic. Proc. Caſ.* & prout idem *D. Reg.* declarauit in quadā Apoſtilla eius propria manu exarata in hac *pragm.* *Io. Laganar.*

De Inſtrumentorum liquidatione. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti ſi præſentauerit depoſitum antè vltimam contumaciam, vel purgata vltima contumacia per comparitionem de ſero, antequàm fiat inſiſtentia in ſequenti Curia, an ſufficiat ad impediendam liquidationem. & n.* 3. & 6.

2 *Lex quantùmuis generalis debet restringi ad principium.*

4 *Finis, propter quem facta est aliqua lex, si non læditur, non habebit locum eius dispositio.*

5 *Pragmatica huius finis qui nam sit.*

7 *Depositum facere debitori non est licitum, nisi vbi creditor recusat recipere pecuniam numeratam oblatam.*

8 ..... *admittitur per hanc Pragmaticam, modò fiat Curia pro Tribunali sedente, & fit explicitum, ità vt nullum damnum per depositum patiatur creditor.*

9 .... *fieri nequit, vbi solutio pecuniæ est in conditione.*

10 *Depositum, quod non est integrum, sed defectiuum an impediat liquidationem.*

Fieri potest etiam per extraneam personam.

11 *Depositum nullum potest fieri penès Actuarios, ob præsumptam auaritiam de dilatione expeditionis.*

12 .... *si sit factum penès personam Ecclesiasticam an Iudex secularis possit contrà eam procedere si fuerit retinens in liberatione depositi.*

13 *Depositum, vel solutionem creditor an teneatur recipere de nocte.*

14 *Pragmatica ista sicut non admittit debitorem ad præsentandum scripturas in Aula S.C. ità nec admittitur creditor ipse cùm actor, & reus non debeant ad imparia iudicari.*

15 *Promissio super expediendis citationibus super tenore instrumenti, remissiuè.*

16 *Pragmatica ista quatènus prohibet, recipi scripturas, & depositа in S.C. limitatur aliquibus modis.*

CVM nupèr, &c.

1 Ad impediendam liquidationem instrumentorum non recipiantur depositа, aut scripturæ in Aula Sacr. Consil. sed tantùm in Magna Curia tempore vltimæ contumaciæ, seù insistentiæ, Curia pro Tribunali sedente. H.D.

2 Quid si citatus super tenore instrumenti præsentauerit depositum antè vltimam contumaciam, vel purgata vltima contumacia per comparitionem de fero, antequàm fiat insistentia in sequenti Curia? verum sufficiat ad impediendum liquidationem, & licèt dispositio huius Pragmaticæ sit satis generalis, tamen Ego credo, & in hoc casu non procedat eius dispositio, tùm quia quælibet dispositio, quantùmuis generalis debet restringi ex vi rationis expressæ in principio, ex traditis latissimè per *Menoch. præsumpt. 2. lib. 6.* & lex quantùmuis
3 generalis debet restringi ad principium, prout in simili voluit optima *glos. in Constitut. Priuilegia, in*
3 *glos. 2.* & ratio expressa in principio huius Pragmaticæ, considerans tempus, quo fit relatio in Sacro Consilio non militat in hoc casu, tùm etiam, quia cùm hæc Pragmatica sit facta ad finem cuitandi
4 abusum narratum in ipsius principio, si is finis, propter quem facta fuit, non lædatur, non habebit locum eius dispositio, per ea, quæ tradidit *Dec. in cap. quoniam contrà in vlt. notabilia trà de probat.* & ratio est, quia si non læditur finis, cessat causa, propter quam lata fuit, & per consequens cessabit eius dispositio. Quòd autem in præfato casu finis Pragma-
5 ticæ non lædatur, indè patet, quia finis huius pragmaticæ est obuiare præsentationi scripturarum, & depositorum, quæ admittebantur in Aula S.C. post contumaciam contractam, vel post insistentiam factam, quod tendebat in præiudicium Partiũ, quibus per hoc differebatur solutio, & Fisci, cui auferebatur pœna iàm quæsita, at in casu prætato nec Partibus, nec Fisco præiudicium generatur, Fisco non, quia
6 antè contumaciam contractam, vel liquidationem factam non est illi quæsitum ius pro pœna, non Partiquia nedùm non differtur solutio, sed potiùs anticipatur, & per hoc si aliter diceretur, debitor, qui per depositum adimpleuit, pateretur damnum indebitè, quod permitti non debet, per ea, quæ in his terminis tradit *Everard.* in suis *argument legal. loco à ratione legis stricta colum. mihi 4. in princ. lit. A. vers. secundo casu, quando restrictio*, sed in contrarium fa-
7 cit, quia non est licitum debitori facere depositum, nisi quandò creditor recusat recipere pecuniam numeratam oblatam, vt probatur ex *l. si creditrici, & l. acceptam, C. de vsur.* ergò per solum depositum non præcedente oblatione pecuniæ numeratæ, & recusatione creditoris, non est satisfactum creditori, *Caran. Rit. 169. in princ.* & licèt per hanc Pragmati-
8 cam admittantur etiam depositа, dummodò fiant Curia pro Tribunali sedente, tamen intelligitur de his depositis, quæ sunt explicita, & quæ non requirant decretum liberationis, in quo sit necessarium erogare expensas, quia non debet esse creditor in aliquo damno per depositum, *prag. 8. num. 7. infr. eod.*

9 Nam vbi solutio pecuniæ est in conditione, non potest fieri depositum, *Gallin. de verb signif. lib. 9. c. 7. n. 10. Soeglion. Rit. 163. num. 17. ver. & quid si debitor*, facit *dec. 347. Rot. Rom.* apud *Ludouis. Caran. Rit. 169. Canaler. dec. 156. Rodriq. de exequut. sentent. cap. 7. nu. 18. vers. sed cùm lex.*

10 Item intelligitur de his depositis, quæ sunt integra, non autem defectiua, aut conditionata, vt per *Caran. Ri. 169. Grat. discept. 795. & d pragm. 8. nu. 7. infr. eod.* & talia depositа possunt fieri etiam per tertium. *Merlin. controu. foren. c. 82.*

11 Et aduertas, quòd hæc, & quæcunq; depositа non possunt fieri penès Actuarios, secundùm *Io. de Platea in l. duos Tabularios, in fi. C. de suscep. & archiat. lib. 10. Aules in cap. 10. de syndic. in glos. nombrare*, *Azened. in l. 13. tit. 9. lib. 3. Bouad. lib. 3. Polit. cap. 14. num. 52. Ioseph Sese de inhibit. cap. 4. §. 2.* antè *num. 6.* qui pro ratione dicit, hoc prohiberi propter præsumptam auaritiam, & dilationem expeditionis. authoritate *glos. in verb. mala fide in l. 1. C. de fide instrument. & iure hast. fiscal. lib. 10.* & in *l. 2. in verb. executè. C. de suscep. & archiat. lib. 10.* modò est expressè prohibitum per *Pragm. 79. num. 19. infrà de offic. S.C.*, sed Iudex potest se ipsum eligere in depositarium, secundùm *Additionat. ad Bald. in l. acceptam. C. de vsur. in 2. addit.* authoritate *Fulgos. in l. si fideiussor, § final. ff. qui satisd. cogant.* vbi *Ialon num. 2.* adducit *glos. in l. Senatusconsulto, §. final. in verbo deponatur, de offic. Præsid.* & in *l. cùm filiofamilias, num. 22. de legat. 1. Curt. de sequestr. quæst. 4. Bald. Alex. & Roman. in d. l. final.* & alij, quos allegat *Didacus Perez lib. 3. ordin. tit. 10. quæst. 9. Anul. vbi suprà, nu. 3. Azened. loco cit. num. 5.*

Sed si huiusmodi depositum fuerit factum penès
12 personam Ecclesiasticam, an Iudex secularis poterit contrà eam procedere, si fuerit renitens in liberatione depositi, docet *Aules in cap. 10. de syndic. in verb. nombrare. num. 6.* qui tenet opinionem affirmatiuam, sed contrarium expressè tradiderunt *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 4. num. 9. Mexia de Taxa pan. concl. 5. num. 11. in fin. Azened. lib. 4. tit. 12. lib. 1. num. 24. Surd. cons. 196.* post *num. 33. vers. Ratione sequestri. Mart. de iurisd. par. 2. cas. 104. Carol. de Graff. de effect. cler. effect. 1. num. 815.* vbi in *fine* quæstionis,

con-

concludit cum *Surdo*, extrà verò caſum huius Prag-
23 maticæ poſſet dubitari, an creditor teneatur recipere ſolutionem, vel depoſitum de nocte? quam quæſtionem latè tractat *Andr. in cap. 1. in princ. quo temp. mdes*, vbi concludit, quòd ſi ſua non intereſt, vtputà quia non diſturbaretur à ſomno, nec haberet inimicitias, tenetur recipere.

Præterea aduerte, quòd quemadmodùm hæc
24 Pragmatica non admittit debitorem ad præſentandum ſcripturas in Aula Sacri Conſilij, ſimiliter nec ipſe creditor admitteretur ad præſentandum ſcripturas, ſed alia inſtrumenta neceſſaria pro faciendo inſtrumentum præſentatum liquidum, quod alias de per ſe eſſet illiquidum, vel pro excludendo ſcripturas forſitan per debitorem præſentatas Curia pro Tribunali ſedente, quia Actor, & Reus non debent ad imparia iudicari, *l. final. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* ità plurès vidi de facto obſeruatum per eminentiſſimę ſcientiæ virum *Præſid. de Franch.* qui poſtea particularem edidit ſuper hoc *dec. 420.*

25 Et dùm in fine huius Pragmaticæ inſeritur proviſio aliàs facta ſuper expediendis citationibus ſuper tenore inſtrumenti, recurre ad *pragmat. 7. infrà de offic. Magiſtr Inſtatiarij*, ſeù *Magnæ Curiæ*.

26 Et quatènus in hac Pragmatica prohibentur recipi ſcripturæ, & depoſita in Sacro Conſilio, pro applicandis aliquibus limitationibus vide *Ioſeph. Veſe dec. Aragon. 92.* veluti ſi exhiberetur confirmatio alicuius Pragmaticæ, & allegarentur quæ in ea ſunt.

RERVM SVMMA.

17 Inſtrumentum cum illo celebratum, qui ſuit poſtea prodigus declaratus, an contrà eum præſentari poſſit.

18 Ius liquidandi inſtrumentum oritur ex mora per debitorem contracta in non ſoluendo.

19 Mora non poteſt contrahi per prodigum, qui de iure præſumitur animum non habere.

20 Furioſus pati non poteſt venditionem bonorum ad inſtantiam creditoris cauſa latitationis, cùm in illa requiratur animus fraudandi, qui animus conſiderari non poteſt in furioſo qui ſanus non eſt.

21 Inſtrumento liquidato contrà prodigum, licèt deueniri non poſſit ad exequutionem perſonalem omninò, tamen deueniendum erit ad exequutionem realem.

22 Interdictio pro præterito non operatur, ſed reſpicit tantummodò futura negotia.

23 Mora per adultum ſui iuris commiſſa, per ſuperuenientem interdictionem non purgatur.

24 Prodigo non conceditur reſtitutio aduersùs geſta per ipſum adhè interdictionem.

25 Interpellatio facta prodigo cum authoritate Curatoris, operatur vt prodigus moram committat.

26 Inſtrumentum tempore habili celebratum, à ſuperueniente inhabilitate non recipit detrimentum.

27 Prodigus, quantùmuis iudicio, & animo carens, non poteſt euitare liquidationem inſtrumenti cum authoritate Curatoris.

28 Inſtrumentum vt liquidetur via Ritus, non conſideratur animus debitoris, ſed ſufficit, quòd ſit purus, & liquidus debitor, & in mora ſoluendi.

29 Actus liquidationis requirit, vt à creditore interrogetur debitor, & ille cum iuramento reſpondeat, eſſe inſtrumentum, & in illo contenta, vera ſint, nec ne.

30 Aſſertio, quòd prodigus iurare non poſſit, ſimpliciter prolata eſt falſa, cùm ſit ſub diſtinctione intelligenda.

31 Iuramentum prodigi præſtitum in contractu abſq; Curatore, non obligat.

32 Prodigus in cauſa criminali poteſt iuramentum præſtare abſq; Curatore.

33 Iudicium liquidationis inſtrumenti eſt criminale propter periurium.

34 Interdictio Iudicis prodigo limitata eſt quòad bonorum adminiſtrationem tantùm, & ideò non extenditur ad delicta.

35 Prodigus ſtatim factus reus criminis, integra perſona cenſetur.

36 Iuramentum litis deciſorium, quod à Parte Parti defertur, prodigo poteſt deferri, prout etiam pupillo defertur.

37 ..... de veritate dicenda, an inſtrumentum ſit verum, de iure ciuili nè reperitur expreſſum, vt præſtetur à Principalibus in iudicio, niſi in ſupplementum.

38 .... à Principalibus de veritate dicenda de iure Canonico præſtandum eſt in omni lite.

39 Et ipſum iuramentum ſucceſſit in locum iuramenti calumniæ, & à Curatore præſtatur, & n. 40.

41 Prodigus in ſermone, & in cæteris rebus, præterquàm in dilapidatione bonorum, & luxu iudicatur prudès.

42 Conſenſus, & intellectus qualis qualis ſufficit in homine ad iurandum, & ideò etiam impuberi doli capaci iuramentum defertur.

Liquidationis inſtrumenti cauſa partim eſt ciuilis, et partim criminalis.

17 HIs curioſa ſuccedit quęſtio, an contrà prodigum poſſit præſentari via *Ritus* inſtrumentum, quod fuerat celebratum cum eo, antè tamen, quam fuiſſet declaratus prodigus, & fuerat aliàs fuiſſet declaratum per Magnam Curiam, quòd non, ſed quòd deberet agi ordinariè cum eius Curatore, tamen dùm hæc caſus acciderent inter Marchionem Pollæ creditorem, & Paulum Franconum Baronem Latigani debitorem, Ego agens cauſam Marchionis obtinui contrariùm, quòd poſſet liquidari inſtrumentum, & propterea ſubnectere habui Allegationes, quas ſcripſi in ipſa facti contingentia, tenoris ſequentis.

Bato Latigani debitor Marchionis Pollæ in duc. 20 mill. prætendit, quòd contrà ipſum liquidari non poſſit inſtrumentum via *Ritus*, ex quo fuit declaratus prodigus, & de iure contrà prodigum non poſſit liquidari inſtrumentum, ea potiſſimùm ratione, quia
18 ius liquidandi inſtrumentum oritur ex mora, quam contrahit debitor in ſoluendo tertias creditori, ſed
19 hæc mora non poteſt contrahi per prodigum, qui præſumitur de iure non habere animum, & abſque animo contrahi non poteſt, &, hi, qui hanc ſequuntur opinionè, mouètur ex *tex. in l. Fulcinius. §. adeò autè*, iuncto *verſ. ſeq. Idèq. & in prodigo, ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* vbi *text.* dicit, furioſũ pati no poſſe vẽditionem fuorum bonorum ad inſtãtiam creditoris, cauſa fuæ latitationis, quia in latitatione requiritur animus fraudandi creditores, qui animus non poteſt conſiderari in furioſo ex quo ſuus non eſt, ſubdit deindè idem *Iuriſconſ.* quòd id, quod dicitur in furioſo, dicendum eſt etiam in prodigo, ergò inquiunt Aduerſarij, quemadmodùm prodigus non poteſt pati venditionem bonorum ex cauſa latitationis factæ animo fraudandi creditores, eodem modo non poteſt pati liquidationem inſtrumenti ex cauſa moræ per ipſum contractæ in non ſoluendo tertias creditori, quia non poteſt in eo conſiderari hic animus contrahendi moram.

Ego verò omni iure contendo, liquidationem prædictam impediri non posse contrà prodigum, ità
21 vt licèt ex ea deueniri non possit ad exequutionem personalem, & sic ad carcerationem personæ ipsius prodigi, omninò tamen deueniendum sit ad exequutionè realem in bonis, & ad illorum venditionè.

Ad quod fundandum præmitto in facto, quòd casus noster non versatur in instrumento quod esset celebratum cum prodigo post interdictam sibi administrationem, sed cum eo, qui tempore celebrati contractus habebat integram, & liberam suorum bonorum administrationem, & interdictio superuenit longè post.

Item maior pars tertiarum est maturata similitèr antè subsequutam interdictionem, & sic mora est ab ipso contracta antequã esset declaratus prodigus.

Item quòd tempore, quo dictus Baro fuit citatus ad instantiam Marchionis super tenore dicti instrumenti, habebat Curatorem, qui in hoc iudicio fuit similitèr citatus cum ipsomet Barone prodigo.

His talitèr in facto præmissis subiectã congruas conclusiones de iure indubitatas, quarum Prima est, quòd instrumenta celebrata cum eo, qui habebat liberam suorum bonorum administrationem tempore habili, si postèa superueniat inhabilitas, per subsequentem interdictionem nullam patiuntur debilitatem, sed remanent in suo robore, & efficacia,
22 prout erant antè interdictionem, & interdictio nõ operatur pro præterito, sed futura tantùm respicit negotia, vt voluit *gl. in l. 1. ff. de curat. furios.* not. *gl. & Doct. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig.*

23 Secunda, quòd mora semel commissa per adultũ sui iuris non purgatur, nec excusatur per superuenientem prodigalitatem, seù interdictionem, quia alitèr nodum esset reportare commodum ex vitio,
24 sed esset concedere prodigo restitutionem in integrum aduersùs omissa, aut gesta per ipsum antè interdictionem, quod a iure denegatur, *Aret. in d. l. is cui bonis. Iaſ. ibid. n. 6. Greg. Lop. & l. 5. tit. 11. p. 5. lit. D.*

25 Tertia, quòd interpellatio facta prodigo cum authoritate Curatoris, operatur, vt prodigus ipse moram committat, siuè citetur prodigus authore Curatore, siuè solus Curator, vt est *text.* vbi *Doctor.* omnes in *l. sed ex stipulatu ff. de verb. oblig.*

Hinc modò, & in facto, & in iure resultat indubitata resolutio, q hæc liquidatio instrumẽti non possit vllo modo impedir, siquidẽm, aut consideramus
26 ipsum instrumentum de per se, & cùm instrumentum hoc celebratum tempore habili propter superuenientem inhabilitatem nullum receperit detrimentum, sed in sui robore, & firmitate permanserit ex dictis in prima conclusione, procùldubio habet eandem vim, quam habent cætera instrumenta liquida, vt possit præsentari, & liquidari via *Ritus*, qui non reperitur limitatus in hoc casu, & proindè standum est regulæ.

Aut verò respicimus causam, propter quam est facienda liquidatio, quæ est mora commissa per debitorem in non soluendo tertias congruo loco, & tempore, & Ego non video, cur hæc mora non officiat huic debitori, quantùmuis prodigo, cùm hæc sit mora commissa per debitorem, vel antè prodigalitatem, vel post, sed facta legitima interpellatione cũ authoritate sui Curatoris, ex adductis in secunda, & tertia conclusione præcedenti.

Aut verò consideramus personam ipsius debitoris iàm prodigi effecti, & declarati, & adhùc affir-
27 mo, prodigum, quantùmuis is iudicio, & animo carere dicatur, nõ posse euitare liquidationem instrumenti ex sua prodigalitate cum authoritate Curatoris, quia *text. in d. l. Fulcinius, §. adeò*, pro aduersa parte adductus nihil obstat, loquitur enim ille *text.* in venditione bonorum debitoris latitantis, quæ fit ad instantiam Creditorum, & quia in *§. cùm hoc edictum* eiusdem *l. Fulcinius* dixerat *Iurisconſ.* quòd vt procedi possit ad venditionem bonorum, non sufficit simplex latitatio debitoris, sed requiritur, quòd debitor latitet animo fraudandi suos creditores, & ad id subdat plura exempla, postèa in *d. §. adeò* ex præcedentibus infert *Iurisconſ.* quòd furiosus non potest pati venditionem suorum bonorum ex causa latitationis, quia non potest habere animum, & affectum fraudandi creditores, dùm suus non est, hoc est, non est compos mentis suæ, & sic decisio illius *text.* versatur in casu, in quo principalitèr spectatur animus, & affectus debitoris, & proindè meritò cessat, quandò debitor caret animo, & affectu fraudandi, prout est furiosus, & prodigus, iuxtà eundem *text. d. versic. Idemque.*

Item versatur in casu, quo furiosus non habet Curatorem, sed dato Curatore, idem *text.* subdit, quòd omninò pati debet venditionem bonorum, quãtùmuis sit furiosus.

28 At in casu nostro, vt instrumentum possit liquidari via *Ritus*, nullus consideratur animus, aut affectus fraudãdi debitoris, sed sufficit, quòd sit debitor pœnus, & liquidus, & quòd sit in mora soluendi, & non agitur contrà prodigum solùm, sed cum eo, qui habet Curatorem, citato etiam Curatore, nec dicatur, quòd hæc mora non potest considerari in prodigo, dùm non potest habere animum contrahendi moram, nàm hoc motiuum cessat ex his, quæ superiùs consideraui, tùm in facto, tùm etiam in iure. in facto, quia versamur in mora commissa per hunc debitorem antequàm declararetur prodigus, in iure verò, quia demonstraui, moram semel commissam per debitorem non excusari per superuenientem interdictionem bonorum: immò posse de nouo committi etiam post ipsam interdictionẽ, si interueniat interpellatio cum authoritate Curatoris, prout in nostro casu obseruatum fuit.

Ex ex his credo, satis, superq; demonstrasse, liquidationem intentatam ad instantiam Marchionis contrà Baronem Latigani rectè procedere.

Quòd si quis sub imagine æquioris sententiæ velit in contrariam partem inclinare, (quod mihi persuadere nequeo) aduerto, quòd hic prodigus poterit euitare liquidationem instrumenti ad finem euadendi exequutionem personalem tantùm, & sic carcerationem, non tamen poterit effugere exequutionem realem, & sic venditionem bonorum pro mensura debiti, prout expressè statuitur in eodem *textu*, quem Pars adducit pro se, nempè in *d. l. Fulcinius, §. adeò, versic. Labeo autem scribit*, ibi *vt non amplius, quàm necesse est ex bonis furiosi veneat*, & in *l. si minor ff. de bon. author. Iud. possid.* præsertim cùm in casu nostro sit datus iàm Curator huic prodigo, prout in eo *text.* requiritur, & ità in similibus obseruari per Magnam Curiam, attestatur *Curan. in ritu 166. num. 77.* scilicèt procedi ad liquidationem, cum clausula, quòd *pro debito, & pœna supersedeatur in exequutione personali, donec aliter fuerit prouisum.*

Audio, ex aduerso fieri nouum motiuum, fundatum in dispositione *Ritus 166.* sub prætextu, quòd
29 per dictum *Ritum* sit inductum pro forma, vt in ipso actu liquidationis debeat fieri interrogatio debitori per creditorem, ad quam interrogationem debet ipse debitor præstito iuramento respondere, si

instru-

Digitized by Google

instrumentum, & contenta in eo, vera sint, nec nè? quæ quidem forma in prodigo practicari non potest, vtpotè qui iuramentum hoc præstare de iure non possit, ad instar furiosi cui de iure æquiparatur.

Sed hoc motiuum facili negotio diluitur, siquidem hæc assertio, quòd prodigus non possit præstare iuramentum, sic simpliciter prolata, falsa est, cùm distingui debeat inter iuramentum iudiciale, & extra-
31 iudiciale, & quòad iuramentum extraiudiciale, puta si sit præstitum in contractu, verum est, quòd illum non obligat absq; Curatore, vt per *Bart.* & cæteros omnes in *l.is, cui bonis, ff. de verbor. obligat.* licèt contrarium fortitèr defendat *Ant. de Butr.* in *cap. cùm contingat, num.* 8. *colum.* 4. *vers. per quæ puto, extrà de iureiur.* & latè comprobat *Bertram. consil.* 248. *num.* 7. *et* 8. *volum.* 1. & nouissimè *Massa de oblig. ad form. Camer.* 1. *part. princ. quæst.* 3. *num.* 6. *vers. & in contractu prodigi*, quòd si interuenerit authoritas Curatoris, bènè eum obligat iuramentum, ità distinguit *Bald.* in *l.* 1. *num.* 5. *in fin. ff. de curat. furios. Aret.* in *§. item prodigus, num.* 3. *Inst. quibus non est permiss. fac. testam.* quem sequitur *Cataas* in *l. si curatorem habes, in verb. cùm absimilis, num.* 15. *vers. quam Bart. opinionem, C. de restit. in integr.* quò verò ad iudiciale
32 est subdistinguendum inter iudicium criminale, & ciuile, quia in criminali absq; dubio potest præstare iuramentum, etiam absq; Curatore, prout *Omnes* admittunt in *d. l. is, cui bonis.*

In ciuili verò iudicio, si agatur de iuramento litis decisorio, quod defertur à Parte Parti, non est dubitandum, quòd possit deferri iuramentum prodigo, dùm potest deferri etiam pupillo, ex *l. qui iurasse. ff. de iurejur.* & de iuramento in litem licèt *Alex.* in *l. videamus, num.* 10. *ff. de in lit. iur.* sit in opinione negatiua, tamen allegat, *Fulgosium* tenuisse opinionem affirmatiuam, & hanc opinionem *Fulgosij* latè defendit *Thamar. de iuramento calumniæ, part.* 2. *membr.* 3. *num.* 14.

Et ideò dùm Aduersarius facit assumptum, quòd in hoc iudicio super liquidatione instrumenti prodigus non potest iuramentum hoc præstare, non est ità absolutum, prout prætendit, immò est omninò erroneum, nè dicam falsum, prout demonstrabo.

Dico igitur, in iudicio liquidationis instrumenti etiam prodigum posse iuramentum præstare seruata forma *Ritus*, quod fundatur dilucidissimè vnico tantùm argumento, scilicèt à sufficienti partium-
33 enumeratione. Nàm, aut hoc iudicium liquidationis est criminale propter periurium, prout habet pro absoluto *Affl. dec.* 64. *num.* 2. & latissimè comprobat doctissimus *Præs. de Franch. dec.* 162. & in iudicio criminali non est dubium, quòd etiam prodigus potest iurare, & iuramento astringitur, vt *Omnes* traduntin *l. is, cui bonis, ff. de verb. oblig.* Rationem assignat *Bald.* in *§. furiosi, num.* 13. *vers. & tamen cre-*
34 *do. Inst. de curat. furios.* quia scilicèt interdictio iudicis limitata est quòad administrationem bonorum tantùm, & ideò non extenditur ad delicta, & *Plaza de delict. cap.* 29. *post num.* 1. *vers. cæterùm* ait, quòd
35 prodigus statim criminis reus factus, integra persona censetur, & propterea *Guilelm. Mayner.* in *l. furiosi, num.* 5. *de reg. iur.* magis in terminis ait, prodigum reum periurij factum puniri, alios ad saturitatem cumulat idem doctissimus, & laborioßissimus *Præs. de Franch. dec.* 461. Aut verò est iudicium ciuile, & tunc, quia in *Ritu* exprimitur, iuramentum illud esse iuramentum de veritate dicenda, sed non specificatur in specie, quòd propriè iuramentum sit, est in-

dagandum, quæ species iuramenti sit ab ipso *Ritu*
36 requisita, & ideò si dicemus, quòd sit iuramentum litis decisorum, quod defertur à Parte Parti, eò quòd defertur à creditore debitori, vt sunt aperta verba *Ritus*, non est controuertendum, quin iuramentum hoc ipsi prodigo deferri possit, cùm possit deferri etiam pupillo, prout est *text.* expressus in *l. qui iurasse. ff. cod.* si verò dicemus, esse iuramentum in specie
37 de veritate dicenda ab ipso Principali, an scilicèt instrumentum productum sit verum, nec nè, prout in ipso *Ritu* dicitur, & tunc aduerto, quòd de iure ciuili non reperitur expressum, hoc iuramentum præstandum esse ab ipsis Principalibus in iudicio, nisi in iuramento suppletorio, ex dispositione *text.* in *l. bonæ fidei, C. de reb. cred.* & iuramento de calumnia, vt *toc. tit. ff. & C. de iureur. propter calum.* quod dicitur iuramentum credulitatis, non autem veritatis,
38 sed de iure Canonico est expressum, esse præstàdum à Principalibus iuramentum de veritate dicenda in omni lite, vt in *cap. ex literis, extrà de iureur. cap. dudùm, & secundo extrà de elect.* Verùm hoc iu-men-
39 tum de veritate dicenda, à Principalibus præstandum in illis casibus, in quibus non iuratur de calumnia, successit in locum iuramenti de calumnia, prout notabilitèr docet *Innoc. in cap. literas, num.* 2. *extrà de iuram. calum.* vndè dùm in iudicio liquidationis non iuratur de calumnia, quatènus illud esset iudicium ciuile, dicendum est, quòd iuramentum de veritate dicenda requisitum à *Ritu* prædicto succedit in locum illius iuramenti de calumnia, quò fit, vt quemadmodùm ex dispositione iuris iuramentum de calumnia præstitur à Curatore, similitèr & hoc iuramentum de veritate dicenda, quod successit in locù iuramenti de calumnia, potest præstari à Curatore, qui ad hunc finem sint in specie citatus in hoc
40 iudicio ad instantiam Marchionis, quòd autem iuramentum de calumnia præstetur ab ipsomet Curatore, est *text.* expressus in *l.* 2. *§. quod obseruari, C. de iureur. propt. calum.* & in *auth. principalis, in fi. C. eod.* & propterea ex omni capite videtur resolutissimũ, iuramentum hoc posse deferri, vel ipsi Curatori, vel
41 ipsimet prodigo, quod indè facilius admittendum est, quia prodigus in sermone, & in cæteris rebus, præterquàm in dilapidatione bonorum, & luxu, iudicatur prudens. *l. bis, qui, §. duus, ff. de test. & curat. dat. ab his,* & est magis ciuilis, quàm naturalis illa contrahendi prohibitio, hoc est, non quia prodigus mente omninò careat, sed quia bonis à Prætore interdicta ei sit administratio, ità *Reuster. de testam. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. & ad iuramentum de-
42 ferendum sufficit qualis qualis consensus, & intellectus in homine, & propterea etiam impuberi, doli tamen capaci defertur, *cap. Ex literis, extrà de sponsal. cap.* 1. *iuncta glos. extrà de delict. puer. l. fi.* 6. *in cum. ff. de liber. caus.* Præsertim quia iuramentum hoc à *Ritu* requisitum est nullius præiudicij, cùm sit tantùm introductum pro forma, ex quo debitor non contrahit aliquam obligationem per illud iuramentum, sed contractam ab initio tempore celebrati contractus persoluit, & quicquid respondeat, siuè affirmatiuè, siuè negatiuè, est carceri mancipandus, nisi compareat saculo parato. Dato igitur, & non concesso, quòd iudicium hoc sit merè ciuile, adhùc apertissimum est, posse huic prodigo deferri iuramentum illud, à *Ritu* requisitum.

Denique addam, quòd disputatio hæc tota sit ad euitandum pœnam, quæ ex liquidatione huius instrumenti venit Fisco applicãda. Nàm respectu crediti Marchionis, idem Curator præsentauit compe-

titio-

ritionem, in qua agnoscens veritatem debiti, contératur, quòd instrumenta Marchionis habeantur pro confessis, vt fol. ... & sic totum hoc iudicium hodiè versatur respectu pœnæ Fisco applicandæ; ergò non potest controuerti, quin iudicium hoc sit criminale, etiam secundùm distinctionem doctissimi *Præsid. de Franch. dec. 162.* vbi *num. 15.* concludit, quòd causa liquidationis instrumenti respectu formæ applicandæ actori est ciuilis, respectu verò pœnæ applicandæ Fisco est criminalis, & propterea in hoc iudicio criminali omni iure potest deferri huic prodigo iuramentum, prout in cæteris iudicijs criminalibus, & ità indubitati iuris esse censeo.

Scipio Rouitus.

Ex his obtinui pro Marchione in Magna Curia Vicarix, per quam fuit pronunciatum, esse procedendum ad liquidationem instrumenti contra dictũ Baronem, verum supersedeatur in executione personali, tàm pro debito, quam pro pœna, donec aliter fuerit prouisum; sed pendente nunc verbum faciendũ in Sacro Consilio iunctis Aulis. Actuarius Magnæ Curiæ est Matthæus de Bucciis, Commissarius causæ est in eadem Magna Curia Iudex Ioa. Baptista Melior, qui à postulandi munere frequentissimo Clientum calculo delectus ad iudicandi onus per Excellentissimum Comitem Oliuares Proregem vel inuitus euectus tàm dissertè se gessit, vt non minori fœlicitate purgatissimũ iudicium in iudicandi fastigio, quàm acutissimum ingenium, & dicendi facundiam in Aduocati solertia exhibuerit. Cùm indicatur cùm statim post discessum dicti Comitis Oliuares in aduentu successoris, scilicèt Excellentissimi D. Ferdinandi de Castro Lemensium Comitis suasponte cessisset, & ad Aduocationis munus redijsset, demùm in fœlicissimo aduentu Excellentissimi D. Petri Ferdinandi de Castro Lemensium Comitis, filij prædicti D. Ferdinandi, qui nunc Regnum prudentissimè moderatur, & regit, ad Senatoris munus in Sacro Regio Consilio Neapolitano communi omnium applausu proprio motu Inuictissimi nostri Regis Philippi III. euectus est vnà mecum, & doctissimis Iureconsultis Ferdinando Brancia, & Camillo Villano, qui vno, eodemq; die in supernumerarios Sacri Consilij electi, & publicati fuimus, cùm Sacr. Cons. esset vndiq; plenum, & nullus ex Consiliarijs ordinarijs, & eorum locis vacaret, vnàq; simul possessionẽ officij adepti fuimus sub die 19. Maij 1612.

Post harum primam editionem prodijt *quartum volumen decisionum* illius celeberrimi Viri *Præsidis de Franchis*, in quo cernitur *dec. 672.* super hoc endè articulo, sed apud *Eum* non fuit decisa quæstio. Cùm iterum casus acciderit omnia erunt trutinanda. Nouissimè prædictum *consilia Pauli Staibani*, qui consuluit in hac causa pro Andrea Francono, vt in *cons. 30.* & *Consilia Camill. de Medic.* qui in simili causa consuluit pro contraria opinione, vt in *cons. 39.*

De Iudæis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Iudæorum superstitio tùm Regni, tùm etiam communi iure reprobatur.*
2 *Intellectus ad l. 3. § fin. ff. de decur. remissiuè.*
3 *Iudæi regulariter examinati vt testes in iudicio fidem non faciũt, nisi in aliquibus casibus, de quibus remissiuè.*
4 *Iudæis non sunt committenda officia publica.*
5 *Iudæi an astringantur iuramento, & quodnam sit eorum iuramenti forma, & alia ad Iudæorum materiam, remissiuè.*
Iudæus, vel alius Infidelis habens rem cum Christiana, pœna coercetur arbitraria.
Ipsorum diuortia secundùm legem Mosaycam etiam hodiè continentibus omnibus permittuntur.
... deprædari, & captiuari, vt alij Infideles quando possint.

1 IVdæorum superstitio fuit exosa, nedùm per iura huius Regni, verum etiam de iure Codicis, vt toto titulo *C. de Iudæis*, & etiam de iure Digestorum,
2 vt est particularis *text. in l. 3. § final. ff. do decem.* Decuius intellectu, omissa declaratione *Alexand. lib. 3. dispunct. cap. 8. &* in *rubr. C. de decur. lib. 10.* vt videndus *Conart. in clem. si furiosus, part. 1. § 2. circa fin.* &
3 ideò regulariter examinati vt testes in iudicio non faciunt fidem, *Affl. dec. 214.* nisi in casibus specialibus, notatis per *Belu. in cap. Iudæi, extra eodem tit.*
4 Nec eis fuit commissa temporalia officia publica, *cum multis, dixi ad l. 54. cum consuetudinem, q. 4. Anchar. cons. 270.* neque cum eis est contrahenda societas, *Megal. resol. 151.* Alia ad Iudæos pertinentia vide apud *Lancell. in Consuet. Alexandri in verbo Maritus, quæst. 7.* & in quibus casibus sit Iudex competens, laicus, vel Ecclesiasticus inter Iudæos, explicat *Marta de iurisd. part. 4. calu. 166.* vt in causis spiritualibus, in quibus ex dispositione iuris Canonici relaxati sunt eius iurisdictioni, & an temporalibus subsint Principi sæculari, in causis fidei, & Religionis, & eorum propriæ Religionis, Iudici Ecclesiastico, astringuntur tamen iuramento, *Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 123.* & forma eorum iuramenti erit, vt iurent de veritate dicenda super legem suam, *Maranta in specul. par. 3. num. 50 Pegna in addit. ad Eymeric. in directorio Inquisit. par. 2. cap. 23 comment. 13. in fi.* arbitraria verò pœna punitur Iudæus, vel aliter Infidelis habens rem cum Christiana, *Mieta dec. Sicil. 89.* Alia ad Iudæorum materiã pertinentia plenissimè tractat *Farinac. par. 2. fragment. in verb. Iudæis, Bellanus cons. 5.* siue *responso 92. fol. 343. ad fol. 419.* tenet, diuortia secundùm legem Mosaycam contrahendo eis permittenda, & deprædari, & captiuari possunt, vt alij Infideles, si degunt vti subditi alicui Domino inimico, aliàs secus, *Mastrill. dec. 254.*

De Iudæis. Fragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Iudæi signati incedere debent, vt ab aliis dignoscantur, idq; tùm Principum antiquorum, tùm Summi Pontificis Constitutionibus statutum est.*
2 *... quot, & quibus beneficijs priuentur, remissiuè.*
3 *Iudæis an per legem generalem Princeps bona auferre valeat, remissiuè.*
4 *..... an Ciuitatum statutis comprehendantur, remissiuè.*
5 *.... an possint à Rege sine peccato expelli à Regno.*
6 *.... in delictis cui Iudici sint subiecti, Ecclesiastico, vel Laicali.*
7 *.... non sunt priuilegiandi à Principibus in dedecus Fidei.*
8 *Turcæ, & Mauri, qui nondum sunt baptizati, signati incedere debẽt, vt à baptizatis dignoscantur, & inter ipsos prohibetur cohabitatio, & commercium, & deambulatio.*

9 Iudæo-

Digitized by Google

9 *Iudæorum filij parvuli possunt baptizari inuitis parentibus, sed post baptismum non debent educari penès Parentes.*

10 *Iudæi an ex hac signi gestatione possint aliqua violentia, vel iniuria affici.*

11 ... *baptizati si redierint ad ritum Iudæorum, puniuntur tanquàm Hæretici, idem est quòad Turcas, & Mauros baptizatos.*

12 ... *baptizati, etiam si non redierint ad Iudaismum, adhuc non possunt ad publica officia admitti.*

13 ... *cùm sint extirpati à Regno, ideò Pragmaticæ istæ sunt inutiles.*

COnsiderato, &c. Iudæi signati incedant, vt ab alijs dignoscantur. H.D.

1 Hoc idem antiquorum Principum Constitutionibus cautum fuisse, refert *Conrad. in templ. Iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. requisit. 22. nu. 6. in fine*, & signanter à Summo Pontifice, vt in *cap. In nonnullis, extrà*
2 *de Iudæis.* Quot autem, & quibus alijs beneficijs, & commodis priuentur Iudæi, vide latissimè *Io. Franc.*
3 *Terz. Crem. inter cons. crim. Bertazz. cons. 250.* Princeps autem per legem generalem posset Iudæis bona auferre, exigendo consueta seruitia, *Belling. in Specul. Princip. rubr. 39. §. nouissimè, num. 3. & sequentibus.*
4 Et statuta Ciuitatis comprehendunt Iudæos. *Alex. cons. 75. num. 8. volum. 5. Felin. in cap. Iudæi, el secondo,*
5 *num. 4. cum sequentib. extrà de Iudæis;* verùm an Rex possit sine peccato expellere Iudæos à Regno, *Capyc. in sua inuest. feud. in verb. feuda officiorum, col. 2. vers. Rex an possit, fol.* mihi 267. dicit, quòd sic, quandò Christianis oritur scandalum ob illorum habitationẽ, sed videndi sunt quàmplurimi congesti à *Foller. in pragm. 2. num. 13.* hoc *tit.* quam habes impressam in *comm. Foller. super Const. Cap. Ritibus, & Pragm. Regni, fol. 101. Modit. in §. lex est dubit. 101. nu. 36. et* in *§. Plebiscitum, dubit. 165.* tenentes, sine peccato de territorio, & Regno à Principe sine causa non posse expelli, neq; bona auferri, immò à Papa tolerari debere.

6 In delictis verò cui Iudici subsint, Ecclesiastico, an sæculari? declarat *Surd. cons. 497. & seq. vol. 4.* distingue, vt in *rubr. num. 4.* & vide *glos. in clem. 1. in verb. Principum, in princ. de testib.* & eadem *gl. in fin.*
7 dicit, quòd Principes Christiani non debent priuilegiare Iudæos in dedecus fidei; & propterea Princeps sæcularis non posset tuta conscientia permittere Iudæis vsurarum exercitium, inconsulto Summo Pontifice, secundùm *Petr. Caball. cons. 110. vol. 2.*
8 Et aduertas, quòd eadem prouisio facta est respectu Turcarum, & Mauorum, qui nondùm sunt baptizati, vt dignosci possint à baptizatis, & inter ipsos est prohibita cohabitatio, & quodlibet commercium, & etiam deambulatio, vt in *pragm. 1. supra de commerc.*

9 Filij autem parvuli Iudæorum an possint baptizari inuitis parentibus, vel post baptismum debeant educari penès parentes? latè disputat *Afflict. decis. 151.* & concludit, posse baptizari, & baptizatos denegari parentibus.

10 Non tamen credas, quòd ex huiusmodi signi gestatione sit permissa violentia, aut aliqua iniuria in eos, nàm hoc est expressè prohibitum per *l. Christianis, C. de pagan. & sacrif. tor.* & ex *glos. in can. Dispar 23. q. 8.*

11 Quòd si hi Iudæi baptizentur, & post redierint ad ritum Iudæorum, puniuntur tanquàm Hæretici ab Ecclesiastico Iudice, vt in *cap. contrà Christianos,*
12 *de hæret. in sexto*, & idem credo quòad Turcas, & Mauros baptizatos, & etiam si non redierint ad Iudaismum, non possunt admitti ad publica officia, vt post *glos. in can. Constituit, in verb. qui ex Iudæis 17. q. 4.* voluit *Tiraq. in tract. cess. caus. limit. 11. num. 11.*

13 Hodiè tamen à nostro Regno sunt penitùs extirpati, adeò vt hæ Pragmaticæ sint inutiles, nisi de nouo admitterentur, prout prorsus expulsi fuerunt à Regnis Hispaniarum, teste *Villadieg. lib. 12. for. indic. tit. 2. l. 3.* vbi multa cumulat pro iustitia huiusmodi expulsionis. & in *l. 8.* eiusdem *tit.* recenset tempus illius expulsionis.

De Iuribus, & Exactionibus Fiscalibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Functiones fiscales præstabantur Fisco etiam de iure communi tempore Romanorum.*

2 *Distributio huius oneris inter Ciues iuxtà facultates vnius cuiusq; concordat cum iure communi.*

3 *Functionum Fiscalium exactio quomodò sit facienda, ne Populi grauentur, remissiuè.*

4 *Functionum Fiscalium Exactoribus non possunt committi executiones priuatæ.*

5 *Functionum Fiscalium Exactores non possunt retinere, vel exequi pecunias Vniuersitatum, destinatas pro operibus, & frumentis Ciuitatum, aquæductibus, & alijs solemnitatibus, & salarijs.*

6 *Exactoribus iurium Fiscalium Barones auxilium præstare tenentur, etiam ex dispositione iuris communis. Eisdemq; Exactoribus competit via executiua.*

7 *Functionum Fiscalium pro distributione de catastis faciendis per Vniuersitates debent scribi quinque quinterniones, vt præter hanc pragmaticam disponitur per ius commune.*

8 *Functionum fiscalium augmentum ad quem spectat, ad Regiam Curiam, vel ad Barones concessionarios? vbi Regentis Reuerterij distinctio affertur, & num. 40.*

9 *Interpretatio in dubio est facienda contrà concedentem, qui potuit clariùs legem dicere rei suæ, & num. 12.*

10 ... *in dubio facienda est contrà eum, qui fundat se in pacto obscuro, & ambiguo.*

11 *Augmentum in contractu Principis semper spectat ad Concessionarium.*

13 *Interpretatio larga, & plenissima, quæ fit in beneficijs Principum, cessat, vbi constat de contraria ipsius voluntate.*

14 *Concessio semper trahitur ad futura, vbicunque in ea non agitur, nisi de præiudicio concedentis.*

15 *Priuilegium concessum rei principali, extenditur ad augmentum, etiam si agatur de magno Concedentis præiudicio.*

16 *Donationi remuneratoriæ maior fauor, quam simplici debetur.*

17 *Dictio, cum, respectu personarum coniungit æquè principaliter, sed respectu rerum accessoriè.*

18 *Feudi concessio quandò fit, nil prorsus reseruato, vel retento per Dominum, omne incrementum feudo cõtingens, non Domino, sed vasallo cedit, siue illud sit latens, siue patens.*

19 Text. in Litem si fundi, *§. sed in Insulam, ff. de vsufruct. an habeat locum in vasallo, & feudatario.*

20 *Argumentum de vsufructuario ad vasallum vti valeat.*

21 ... *à minori ad maius non valet negatiuè.*

22 *Ius foculariorum est vniuersale, aptum recipere augmentum, & diminutionem.*

23 *Aug-*

23 *Augmentum ad eum ſpectat, ad quem ſpectat diminutio, & quare.*

24 *Vniuerſalitas ipſa, vel ipſum nomen augetur, vel minuitur, non ſingula corpora, ſi in vniuerſalibus res nouæ ſuperueniant, vel aliquæ decreſcant.*

25 *Vniuerſalis res ſi promiſſa, vel relicta ſint, non conſideratur tempus ipſius contractus, & diſpoſitionis, ſed tempus futurum ſolutionis, vel præſtationis.*

26 *Incrementum futurum etiam in contractibus ſtricti iuris venit.*

27 *Fructus etiam de futuro, ſiuè minuantur, ſiuè augeantur, veniunt in contractu quantumuis de re præſenti facto.*

28 *Ciuium nomen dicitur ius vniuerſale.*

29 *Ius decimandi ſi ſit conceſſum in vniuerſo aliquo territorio, vel in aliqua villa, & ſic ſub nomine collectiuo, veniunt etiam decimæ noualium, & quæ de nouo fiunt.*

30 *Iuriſdictio ſi fuerit conceſſa alicui in aliquo Caſtro poterit is illam exercere, nedùm in Incolas, qui reperiebantur tempore conceſſionis, ſed etiam in nouos, in eiuſdem Caſtri augmento.*

31 *Augmentum focularium, quod eueniret in Caſtro mihi conceſſo per Regem, qui in eo reſeruauit ſibi centum domos vaſallorum, ad quem ſpectabit.*

32 *Oratio, vel verborum conceptio in diſpoſitione prolata ab homine ſuper re variabili, vel quæ poterat dubitari ab initio, ſiuè ſit concepta per verba præſentis temporis, ſiuè ſine tempore, ſemper extenditur ad futura.*

33 *Oratio cõcepta per verba præſentis, vel præteriti temporis regulariter non trahitur ad futura, quod fallit in multis caſibus, præcipuè quandò id, quod in futurum ordinatur, accedit principali, ſed non eſt ei æquè principale.*

34 *Conceſſio, quæ per tractum ad futura poteſt afferre commodum, & incommodum, etiam ſi ſit facta per verba præſentis temporis, adhuc comprehendit futura.*

35 *Oratio ſimpliciter prolata ſi concernit nomen collectiuum, ac ſuper eo fundatur, ſemper extenditur ad futura particularia, quæ illi collectiuo ſubijciuntur.*

36 *Oratio ſimpliciter prolata ſi eſſet particularis, comprehenderet futura, quotieſcunq; acceſſio de futuro venit vt acceſſorium ad id, quod principaliter diſpoſitioni ſupponitur.*

37 ... *vniuerſalis comprehendit futura.*

38 ... *indefinita, ſi agitur de modico præiudicio concedentis, comprehendit futura, quòd ſi de magno, ſubdiſtinguitur, vt in litera.*

39 ... *indefinita, etiam ſi agatur de magno præiudicio concedentis, comprehendit futura, ſi caſus futurus potuit præuideri, & cogitari ſaltim in genere.*

41 ... *definita æquipollet vniuerſali, præſertim in materia augmenti.*

42 *Diſpoſitio includens certam rem, includit etiam eius augmentum.*

43 *Poteſtas ſi ſit conceſſa alicui exequendi tanquam de re propria, quidquid poteſt exigi ab aliqua Communitate, ſecundum quod apparet per librum exiſtentem penès certas perſonas, ſi poſtmodùm dicto libro ſcribãtur noui introitus ex noua deliberatione Communitatis, an poterit ille exigere dictos nouos introitus.*

44 *Rex, vel Baro vendens collectas, ſi poſtea contingat, eas duplicandas eſſe, quia dat vxorem filio, hoc augmentum duplicationis, non ad Regem venditorem, ſed ad emptorem ſpectat.*

45 *Bona adiecta Comitatui ad eum ſpectant, ad quem ſpectat ipſe Comitatus.*

46 *Auctio iure datoris in re debita ex contractu, augetur ius acceptoris, etiam ſi tale augmentum ſit factum à concedẽte, & multò fortiùs in vniuerſalibus, etiam ſi conſiſtant ex capitibus ſeparatis.*

47 *Augmentum omne, quod venit acceſſoriè, ſiuè per cõtractum, ſiuè per teſtamentum, vel augmentum, ſemper eodem modo regulatur, quo res principalis, cui additur, & quare.*

48 *Augmentum feudi non facit illud feudum ſeparatum à primo, ſed eſt idem inſeparabile cum primo feudo conceſſo.*

49 *Principali nominato, videtur nominatum acceſſorium.*

50 *Conceſſo vno, cenſentur conceſſa acceſſoria eius, & omnia, quæ ex eo ſequi poſſunt.*

51 *Incrementum intrinſecum non facit, rem cenſeri diuerſam, ſed eſt pars prima, & acquiritur nobis eodẽ iure, quo res augmẽtata ad nos primùm pertinebat, nec noua apprehenſione, neq; nouo titulo eſt opus.*

52 *Augmentum prouenies ab eadem cauſa, ex qua prouenit ius ipſum conceſſum, cenſetur eadem res cum principali, & ſpectat ad eum, ad quem pertinet res principalis.*

53 *Nemo dat, quod non habet actu, ſecùs ſi haberet potentia.*

54 *Præiudicium ſolius concedentis quandò adeſt, parum facit, an ſit magnum, vel parum, cùm ſemper futura comprehendantur.*

55 *Oratio indefinita, etiam ſi agatur de magno præiudicio concedentis, ſemper trahitur ad futura, quandò res conceſſa ità poteſt augeri, ſicut diminui.*

56 *Gabella, quæ exigitur in aliquo loco, qui poſt conceſſionem, vel venditionem eſt auctus, an debeat cedere in beneficium conceſſionarij, & emptoris, vel cedentis, & venditoris, & quid in cõductore gabellarum.*

57 *Augmentum cedit in beneficium concedentis, qui fecit impenſam, quandò factum concedentis tendit principaliter, & de directo ad ipſum augmentum, ſecùs ſi veniat in conſequentiam, vel ſi concedatur futurus euentus, vel ſi veniret ex veteri cauſa, exiſtente in infeudatione.*

58 *Intellectus ad* cap. quia circà, extrà de priuilegijs.

59 *Conceſſio facta per hæc verba*: Concedo Titio functiones fiſcales, quas Regia Curia habet in talibus Terris, *differt à conceſſione hoc modo concepta*, Concedo Titio ius functionum fiſcalium in talibus Terris.

60 *Conceſſio decimæ differt à iure decimandi, ſicut concedere fructus differt à conceſſione iuris fruendi.*

61 *Decreta quædam Regiæ Cameræ non eſſe contraria, ſed potiùs diuerſa demonſtratur.*

62 *Gabella exigenda ſub certa forma, veluti vnius ducati pro qualibet ſalma, ſi ſit vendita, tunc augmẽtum non ſpectabit ad emptorem.*

63 *Augmentum in caſibus, in quibus ſpectat ad conceſſionarium, an ſit ei augendum ſeruitium, ſcil. adboa, & ad materiam plura, remiſſiuè.*

64 *Functionum fiſcalium iura per venditiones factas à Regia Curia diuerſis particularibus cum pacto de retrouendendo, an reputanda ſint vti bona ſita in diſtrictu huius Ciuitatis, vbi ſtipulantur contractus per Notarium Regis, vel potiùs vti bona ſita extrà diſtrictum ob illorum ſolutionem, & deſtinatam exactionem in Prouincijs.*

Com-

Digitized by Google

COmmissario,&c. Iura, & exactiones fiscales impositę per generale Parlamentum in Regno non impediantur.H.D.

Hoc generale Parlamentum super impositione functionum fiscaliũ ad rationem annui ducati vnius pro quolibet foculari, de quo hic fit mentio, habes in *volumine priuilegiorũ, & capitulorum Neap. fol.3.* 1 *cum seqq.* Sed est aduertendum, quòd hæc iura, & functiones præstabantur Fisco, etiam de iure communi, & tempore Romanorum,vt probat mihi particularis *text.in l.si pendentes,§ si quid cloacarij,in fin. ff.de vsufruct.& in l.si functiones,C.de donationibus,l. si minor,C.de actionib.empt.* & dùm in *vers.& accioche* datur forma super distributione huius oneris faciendi inter Ciues iuxtà facultatem vniuscuiusquè, 2 concordat cum dispositione iuris communis,vt in *l. 2. C.de annon.& tribut.lib.*10. *glos.in l.in fraudem,in verb.par, eod.tit.& Bellug.in Specul.Princip. rub.46. vers.restat videre,nu.*1.*col.*2.*vers.& licèt.*

3 Sed pro facienda exactione horum iurium fiscalium,nè Populi pergrauentur, vide pulcherrimum *tex.*& aureis literis scribendum in *§.oportet igitur,in auth.de mandat.Princip.*

4 Verùm aduertas, quòd Executoribus deputatis ad exactiones harum functionum fiscalium nó possint comitti executiones priuatæ, vt in *§.eos autem,* 5 *qui,vers.hoc quoquè iubemus,in auth.de collator.* Nec hi Exactores fiscales poterunt retinere, aut exequi pecunias Vniuersitatum,quę operibus,& frumentis Ciuitatum,aquæductibus,ac alijs solemnitatibus,& salarijs sunt deputatæ,vt in *§.Ciuitatum, auth.de collatorib.*quæ,vtinam,hac nostra ętate obseruarentur, nàm esset fęlicior aurea ætate.

Et dùm *paulò inferiùs*, ibi *& debbiano essi, & ciascun di loro* iniungitur Baronibus,vt debeant auxiliũ 6 præstare Exactoribus,& Collectoribus dictorum iurium,concordat cũ *tex.in l.finali, eod.tit.C.de annon. & tribut.lib.*10. & est expressa ratio in *l.fiscalibus,C. de exactor.tribut.lib.*10. scilicèt vt eis necessitas maneat exigendi,à quibus expectatur authoritas,& an pro eis possit agi via exequutiua, latè *Mauss. de caus. exequut.lib.*1.*ampl.*19.*per totam*,vbi concludit,quòd sic *num.*10.

Et dùm in *vers. delle quali distributioni* prouidetur,quòd de catastis,siue æstimis faciendis per quælibet Vniuersitatem pro distributione huiusmodi 7 oneris debeant conscribi quinque quinterniones, detinendi,vt in ea disponitur,concordat cum dispositione *tex.in l.*1.*C.de apoc.public.lib.*10.

Sed quia in diuersis partibus huius Regni dicta iura functionum fiscaliũ reperiuntur alienata simul cum ipsis Terris pęnès Barones, & ex numerationibus generalibus in Regno factis iura prædicta in qualibet Vniuersitate fecerunt maximum augmen- 8 tũ,& propterea multotiès cõtingit dubitari,augmẽtum prædictum ad quem spectet, vtrum scilicèt ad Regiam Curiam, vel potiùs ad Barones concessionarios? Doctores Regnicolæ super hac dubitatione fuerunt in cõtrarijs sententijs,nàm *Afflict in Constit. Dignum,nu.*10. videtur inclinare in eam opinionem, quòd augmentum spectet ad Regiã Curiam,in quã, ipse asserit,inclinasse tunc Præsidẽtes Regiæ Cameræ,& quòd propterea consuluerunt Regem,*Loffred.* verò in suis *paraphr.feudal.in cap.*1.*de controu.inuest. fol.* mihi 5. post disputatum articulum ad partes,videtur abijsse in opinionem contrariam,quòd scilicèt augmentum spectet ad Barones, & eandem opinionem tãquàm indubiam amplexus est *Io.Vinc.Ann. in cap.*1.*nu.*265. *& seq.de vasall.decreq.stat. & Regens Reuerterius*, immortalis memoriæ, in quibusdã suis *decisionibus*,quas vidi manuscriptas, distinguebat duos casus principales. Primum, quandò Rex cõcessit immunitatem horum iurium aliquibus Ciuitatibus,& Terris Regni,quo casu,inquit ipse,etiã augmẽtum cedit in beneficium Vniuersitatum, per *cap.Quia circà, extrà de priuileg.* & propterea affirmat, quòd Regia Camera semper seruauit immunes dictas Vniuersitates,etiam ab augmento.Secũdus casus principalis est, quandò Rex donat alicui Baroni functiones fiscales suarum Terrarum,& hic *ipse* subdistinguit tres alios casus. Primum scilicèt, quandò Rex cõcedit hoc augmentum,vel expressè, vel per verba æquipollentia,& iste casus non habet dubium, quia venit augmentum. Secũdum,quandò Rex concedit Baroni functiones fiscales suarum Terrarum per verba futuri temporis,putà *quæ competent Regiæ Curiæ,& quæ competere possunt*,vel *debitas, & debendas*, & per alia similia verba, & hoc casu affirmat *ipse*, quòd venit augmentum, argum. *text.in l.si stadium ff.de auro,& argent.leg.* & inquit,quòd est casus in *l. si stipulatus fuero*, *§.*1. *in fin. & in l. si à colono,in fin.ff.de verb.oblig.* & sic affirmat,quod indistinctè obtinuit Regia Camera. Tertius, & vltimus casus est,qui secundùm *ipsum* est dubius,quandò est facta concessio per verba præsentis temporis, veputà si dicatur, *Concedo Titio functiones fiscales, quas Regia Curia habet in tali Terra*, in quo casu,testatur *ipse*, quòd Regia Camera semper iudicauit, augmentum spectare ad Regiam Curiam.

Et hodiè tractatur in Regia Camera hæc quæstio in causa reclamationis inter Regiũ Fiscum, & Ducem Neritonis super augmento iurium foculariorum,& salis Ciuitatis Neritonis, & Terræ Sternatiæ, quæ in prima instantia fuit decisa cõtrà Fiscum, scilicèt augmẽtum spectare ad Ducem,& causa hæc reclamationis est votanda in Regio Collaterali Cõsilio cum tribus Regijs Cõsiliarijs adiunctis,& Ego tanquàm Aduocatus Ducis assumpsi onus scribendi in iure pro Duce, idcircò quia materia est peregrina, quæ communicari potest inter quæstiones illustres, quotquot scriptæ fuerint,libuit mihi eas Allegationes hic describere,quæ sunt tenoris sequentis.

ALLEGATIONES.

Non me latet,insignes Aduocatos,qui in prima instantia huiusmet causę tutelam susceperunt,& victoriam reportauerunt,nó munùs disertas, quàm luculẽtas Allegationes edidisse,adeò,vt illis vltrà quid addere temerarium tentare quilibet videatur; sed nè rem tàm grauẽ summo digito,sub fide (vt aiunt) Parentum attigisse videri possim, ac vt Illustrissimo Clienti,mihiquè meripsi satisfaciam,volui in hac secunda instantia aliqua alia in medium afferre pro confirmatione primæ sententiæ latæ in fauorem Ducis Neritonis.

Et quia controuersia hæc vertitur circà interpretationem concessionis factæ in priuilegio Regis Federici,idcircò nè sub incerto vagemur, libuit in primis subnectere verba ipsius concessionis, quæ huiusmodi sunt.

Respectu Neritonis.

CConcedimus Ciuitatem Neritonis cum iuribus salis & focolariorum exigendis & assignandis, vt *fol.*4. *à tergo*, & deindè subnectuntur hæ clausulæ, *vbi ius-*

ris,

ris, aut actionis in, & ſuper dicta Ciuitate reſeruantes, &c. fol. 57. & vlteriùs, *et quòd omnes clauſulæ prætermiſſæ interpretari debeant in fauorem Comitis, fol. 7. à tergo.*

Reſpectu Sternatiæ.

Cõcedimus Terram Sternatiæ, et omnia iura nobis, et noſtræ Curiæ competentia, et competitura, quomodòcunquè, et qualitercunquè, et quæ competere poſſunt in futurum, vnà cum iuribus foculariorum, et ſalis, fol. 10. & *quòd omne dubium interpretetur in fauorem Comitis, fol. 11. à tergo.*

Tempore harum cõceſſionum focularia verſuſq; Vniuerſitatis aſcendebant ad certum numerum, qui poſteà ſucceſſiuis temporibus, aucto numero ciuiũ, auctus eſt in magna quantitate, ità vt dùm ex foculariibus exiſtentibus tempore factæ cõceſſionis percipiebantur quolibet anno functiones fiſcales, putà ducatorum mille, modò ſtãtibus foculanbus auctis, percipiuntur functiones ducatorum duorum mille, prætendit prendè Regius Fiſcus, quòd huiuſmodi augmentum factum poſt concelſionem cedat ad beneficium Regiæ Curiæ concedentis, non autem ad beneficium conceſſionarij, eiuſq; ſucceſſorum.

Ego autem inconcuſsè demonſtrabo, hanc prætenſionem Regij Fiſci nullo pẽnitùs iure fulciri, & propterea ritè, & rectè fuiſſe iudicatum in prima inſtantia, augmentum omne ceſſiſſe, & cedere in beneficium conceſſionarij, & illud idem debere modò confirmari in hac cauſa reclamationis.

Ad hoc igitur demõſtrandum aduerto, quòd pro reſolutione huius materiæ, Primò eſt conſideranda perſona concedentis, Secundò perſona conceſſionarij, & cauſa ipſius conceſſionis, Tertiò res ipſa, quæ conceditur, Quartò oratio, ſeù verborum conceptio, ſub qua ipſa conceſsio eſt facta, Quintò, & vltimò augmentum ipſum de per ſe, & in abſtracto.

Quòad primum, conſiderando perſonam concedentis, qui eſt Princeps, reſolutiuè procedendo, indubitabile eſt apud omnes, quòd interpretatio facienda eſt, vt augmentum ipſum in conceſsione cõ-
9 prehendatur, ex illa generali regula, quòd in dubio facienda eſt interpretatio contrà concedentem, qui potuit clariùs legem dicere rei ſuæ, *l. veteribus, ff. de*
10 *pact.* vbi *Bart.* manifeſtè annotauit, quòd in dubio facienda eſt interpretatio contrà eum, qui fundat ſe in pacto obſcuro, & ambiguo, ſequuntur *Iaſ. conſ. 59. col. fin. lib. 1. Dec. conſ. 313. num. 4. Pariſ. conſ. 32. num. 12. conſ. 64 num. 50. & conſ. 88. num. 19. lib. 1.*

Quæ regula ſi procedit in contractu, & conceſsione facta à quolibet priuato, multò fortiùs procedet, quandò ſumus in contractu, & priuilegio, ſeù beneficio Principis, prout eſt caſus noſter, in quo eſt facienda larga interpretatio, per *text. in l. fin. ff. de conſtit. Princip.* per quem ità ſolidiſsimè affirmauit *Tiber. Decian conſ. 123. num. 94 lib. 3.* qui conſuluit ſerè
11 in proprijs terminis noſtris, augmentum in contractu Principis ſemper ſpectare ad conceſsionarium, *Felin.* latè in *c. cauſam, quæ, num. 13. cum ſeq. extrà de*
12 *reſcript.* & procedit tàm contrà concedentẽ ipſum, quàm contrà eius hæredes, vel habentes cauſam ab eo, *Archid. in can. frater*, antè *num. 5. verſ. ad iura autem 16. q. 1.*

Quod tantò faciliùs admittendum eſt in caſu noſtro, in quo vltrà hanc iuris diſpoſitionem ſic indubitatam, quæ fulcitur quoquè ex *text. in cap. cùm dilecti, extrà de donat.* & *cap. olim, extrà de verb. ſignif.* habemus etiam expreſſam mẽtem, & diſpoſitionem concedentis, ex illa clauſula ſuperiùs relata, *quòd omnes clauſulæ prætermiſſæ interpretari debeant in*
13 *fauorem Comitis.* Adeò vt non poſſit prætendere Regius Fiſcus, quòd illa pleniſſima interpretatio in beneficijs Principum ceſſet, quandò conſtat de contraria Principis voluntate, prout limitabat *Curt. ſen. conſ. 16. col. 12.* quem ſequitur *Gramm. conſ. crim. 6. num. 18.* quia habemus expreſſam voluntatem Principis pro nobis per dictam clauſulam, quæ quidẽm clauſula ſi non operabitur effectum ſuum in hoc caſu, non video, in quo alio caſu verificari poſsit.

His adſtipulatur illa recepta concluſio, quòd cõ-
14 ceſsio ſemper trahitur ad futura, vb. cunq; in ea nõ agitur niſi de præiudicio concedentis, *Cranett. in l. 1. n. 21. verſ. quæ iura, & num. 27. verſ. ex præmiſſis infertur. ff. de leg. 1. Cephal. conſ. 367. num. 25 lib. 3.*

Et in ſpecie, quòd priuilegium cõceſſum rei pri-
15 cipali extendatur ad augmentum, etiam ſi agatur de magno præiudicio concedentis, indubitanter affirmarunt *Panorm. in cap. quia circà, in fine extrà de priuil. Fort. Garz. in l. Gallus, §. & quid ſi testatum, num.* mihi 113. & iterũ *n num. 115. ff. de liber. & poſthum. et Roman. in l. damni infecti, § ſi is, qui, num. 8. ff. de damn. infect. Alber. Brun. de augment. concl. 9. princip. num. 7. in fin. et num. 11. et 12. Raudenſ. de analog. cap. 35. num. 28.*

Quò fit, vt attenta perſona concedentis, procùl dubio tergiuerſari non poſsit, quin augmentum hoc cedere debeat ad beneficium conceſsionarij.

Quòad ſecundum, conſiderando perſonam conceſsionarij, & cauſam ipſius conceſsionis, certè cõceſsionarius eſt vaſallus benemeritus, & cauſa conceſsionis eſt ob remunerationem ſeruitiorum, ipſi concedenti præſtitorum, vt ſunt manifeſta verba priuilegij, propter quod nullo modo inficiari poteſt, quin augmentum prædictum cedere debeat commodo conceſsionarij, ob illam pleniſsimam interpretationem, quæ ſi fieri debet in ſimplici donatione Principis, multò fortiùs fieri debet in donatione remuneratoria, prout concludunt *Doctor.* omnes in *d. l. fin. ff. de conſtitut. Princip.* argumento à minori ad
16 maius, nàm maior fauor debetur donationi remuneratoriæ, quàm ſimplici, vt notatur in *l. Aquilius, ff. de donat. Aret. in l. ſecundum. ff. de legat. 1. Gramm. deciſ. 73. num. 11.*

Quòad tertium, nempè ſi conſiderabimus rem ipſam conceſſam, negotium abſolutiſsimum eſt pro conceſsionario, quòd, vt perſpicuum fiat, diſtinguẽdum eſt: nam aut pro re conceſſa conſiderabimus Ciuitatem Neritonis, & Terram Sternatiæ, quibus
17 accedunt iura foculariorum, & ſalis, ponderando illam dictionem, *cum*, quæ licèt reſpectu perſonarũ coniungat æquè principaliter, tamè reſpectu rerum coniunxit accelſoriè, ex regula *text. in l. 1. ff. de fund. inſtruct. et inſtrum. legat. et l. 1. 2. 3. et 4. ff. de pecul. leg. Dyn. in cap. acceſſorium, de reg. iur. in ſexto, Cyn. in l. fundo, C. de verb. ſignif.* vbi *Bart. Idem in l. Titiæ textores, §. nihil, ff. de legat. 1.* & *in l. ſi cui fundum, ff. de fund. inſtruct. et inſtrum. legat. Doctor.* omnes in *§. ſi quis ancillas, Inſtit. de legat.* & denique *Carol. Rum. in l hoc edicto, §. nunciatio, ff. de non. oper. nunc.* quapropter cùm in caſu noſtro conceſsio ſit facta per ſupradicta verba, videlicèt *Concedimus Ciuitatem Neritonis cum iuribus ſalis, et foculariorum*, certè illa dictio, *cum*, cõiungit iura foculariorum, & ſalis cum ipſo corpore feudi acceſſoriè, & non principaliter, & ideò res ipſa principalis conceſſa dicetur ipſum corpus feudi Neritonis, & Sternatiæ, & in hoc caſu nullo quæſito colore in controuerſiam adduci poteſt.

Digitized by Google

teſt, quin augmentū prædictum cedat beneficio concessionario, per *text.* expreſſum in *§. ſi quis de manſo,*
18 *de contr. inueſt. in vſib. feud.* in quo eſt caſus expreſſus, quod quandò fit conceſſio feudi, nihilo prorsùs reſeruato, aut retento per Dominum, omne incrementum feudo contingens, non Domino, ſed vaſallo cedit.

Quam concluſionem ſic reſolutiſſimam habuere Feudiſtæ omnes in *d. §. ſi quis de manſo*, *Decian. conſil. 123. num. 91. in fin. lib. 3. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienand. q. 15. fol. mihi 395.* eamquè procedere, ſiuè incrementum ſit latens, ſiuè patens, voluere *Doctor. in d. §. ſi quis de manſo*, vbi *Bald. colum. 1. poſt num. 3. Mart. Laud. fol. mihi 93. Præpoſ. poſt num. 3. verſ. ultimò Bald. Affliict.* ſatis explicitè in *§. mitto num. 11. & 13. Feder. Sebench.* optimè, *Iacobin. de Franchinis 6. & 7. Zaſ.* omninò videndus in *tract. de feud. par. 6. num. 47. & 48.* vbi expreſsè reprobat *Alnar.* contrarium tenentem, *Redoan in d. q. 15. nu. 6.* vbi reprobat opinionem *gloſ.* in contrarium, ponderando illud verbum vniuerſale, *omne augmentum*, in prout illud idem ponderat pro hac parte *Gloſ. Pariſ. tit. 1. gloſ. 1. n. 10.* antequàm damnaretur vſu, vbi vtitur his formalibus verbis, quæ decidunt quæſtionē noſtram, videlicet *ſtat igitur concluſio quòd huiuſmodi incrementum, ſiuè latens, ſiuè apparens, cedit feudo, vt feudo, & tenebitur vaſallus ponere, & deſcribere in ſuo denumeramento*, eadem opinionem amplexus eſt *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 16. ver. ſi autem incrementum*, vbi dicit hanc opinionem veriorem, *Renat. Coppin de doman. Franc. lib. 2. tit. 5. n. 1. circà fin.* dum ait, commodum omne aduentitium ſiducriæ ditionis, ſiuè latenter acceſſerit, velut alluuione, ſiuè à ſolo appareat ſeparatum, vt Inſula in flumine nata, panagium auget, & citat *text. in d. §. ſi quis de manſo*, & denique id reſolutiſſimum habuit *Brunor. à Sol. in compend. reſolut. Propoſ. nu. in verb. alluuio, in fin.*

Nec obſtat *text. in l. item ſi fundi, §. ſed in Inſulam,*
19 *ff. de vſufruct.* vbi augmentum patens pertinet ad Dominum proprietarium, non autem ad vſufructuarium, quia reſpondent *Bald. & alij in d. §. ſi quis de manſo*, quòd *text.* ille non habet locum in vaſallo, ſeù feudatario, quia vaſallus plenius ius habet, quàm vſufructuarius, & idem in propriis terminis affirmat *Corn. conſ. 15. nu. 12. volum. 4. Decian. in conſ. 123. num. 86. lib. 3.* Siquidèm argumentum de vſufru-
20 ctuario ad vaſallum, vel emphyteutam non valet, niſi affirmatiuè, tanquàm de minori ad maius, vtpotè acquiritur vſufructuario, ergò multò magis vaſallo, qui maius ius habet, ſed non valet negatiuè, ſcilicèt non competit vſufructuario, ergò
21 nec vaſallo, quia argumentum à minori ad maius non valet negatiuè, *authent. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & optimè explicat in propriis terminis noſtris *Decian. in d. conſ. 123. num. 84. verſ. item text. & n. 85. lib. 3.*

Vndè hoc augmentum foculariorum, ſiuè latens, ſiuè patens ſit; quòd accedat feudis prædictis, ex ſuperiùs congeſtis cognoſcitur, quòd omninò ſpectabit ad conceſſionarium, ex quo in caſu noſtro concedens Dominus in feudis conceſſis nihil penitùs ſibi reſeruauit, vt ſùt expreſſa verba vtriuſq; priuilegij.

Aut verò pro ipſa re conceſſa conſiderabimus ipſum ius foculariorum, & ſalis vti quid ſeparatum
22 à feudo, & de per ſe, & ſimiliter quæſtio remanet ſine ſcrupulo in beneficium Ducis, nàm cùm hoc ſit ius vniuerſale, etiam quia eſt incorporale, & continet vniuerſitatem perſonarum, à quibus exigitur iuxtà tradita per *Bart. in l. Seia, §. Tramme. ff. de fund. inſtruct. & in l. ſi ita, in fin. ff. de aur. & argent. legat. Bald. in l. legatis, C. de legat.* & ſic recipiat augmentum, & diminutionem, *Bart. in l. cum pater, §. menſa, ff. de legat. 2. Marc. abrun. conſ. 5. num. 78. & ſeqq. Decian. conſ. 123. num. 26. lib. 3.* per *text. in l. quod dicitur, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. l. peculium naſcitur, ff. de pecul. legat. Item venunt, §. fructus, ff. de petit. hæ-*
23 *red.* procùl dubio ad eum ſpectabit augmentum, ad quem in caſu contrario ſpectaret diminutio, *l. ſcribit Celſus, ff. ad Trebell. l. ſi ex toto, ff. de legat. 1. l. 3. ff. de fund. inſtruct.* optimè *Peregr. de fideicomm. art. 10. nu. 39.* Ratio eſt, quia in vniuerſalibus dicitur manere idem ſtatus reiuniuerſi etiam ſi aliquid addatur, vel mi-
24 nuatur, *l. greges, ff. de pign. l. proponebatur, ff. de indic. Natt. conſil. 340. num. 13.* propterea apertiſſimè infert, quòd augmentum, & diminutio non concernūt, niſi quantitatem, vel qualitatem rei, non autem mutant eſſentiam, vel ſubſtantiam, vndè poſt augmentum, vel diminutionem manet idem corpus numero, quod antè fuit, ſicut dicitur de nauc Thæſei;
25 & in vniuerſalibus ſi nouæ res ſuperueniant, non dicuntur augeri ſingula corpora, ſed augetur ipſa vniuerſitas, vel ipſum nomen, ſicut etiam dicitur decreſcere, ità eſt *text.* cum *glo.* notab. in *verb. ſed dotis in l. quod dicitur. la prima, in princ. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.* & aſſerit *Albert. Brun. in tract. de augment. concl. 15. n. 4.*

Hinc eſt, quod quandò promiſſa fuit, vel relicta
26 res vniuerſalis, non conſideratur tempus ipſius contractus, & diſpoſitionis, ſed tempus futurum ſolutionis, atquè præſtationis, ità *Bart. in l. vltima, §. fin. ff. de legat. 2.* & in *l. ſi ita, num. 4. ff. de aur. & argent. legat. Angel. in l. ſi ſeruitus, colum. final. ff. de ſeruitut. vrbanor. prædi. Alex. conſil. 178. num. 10. lib. 2. Crot. in l. omnes populi, num. 155. ff. de iuſtit. & iur. Hervel. diſput. 1. colum. 2. 3. verſ. ſeptimò fallit, Neviz. conſ. 21. num. 2. Cagnol. in l. fin. nu. 223. C. de pact. Bellon. conſ. 5. num. 7.* quos omnes refert, & ſequitur *Menoch. conſil. 606. n. 21. vol. 7.*

Et hoc adeò veriſſimum eſt, & irreſtagabile, quòd etiam ſi eſſemus in contractibus ſtricti iuris, ad-
26 hùc venit incrementum futurum, proùt eſt ſtipulatio reſtituendi legati, vel fideicommiſſi conditionalis, inducta per *rubr. ff. vt legat. ſeù fideic. nom. caueat.* quæ licèt ſit ſtricti iuris, tamen recipit incrementum fructuum, & vſurarum, vt eſt *text. in l. 1. §. belliſſimè, ff. vt legat. ſeù fideicom. nom. caueat.* quod non aliundè procedit, niſi quia ſtipulatio, quantùmuis ſit ſtricti iuris, reſpicit actionem vniuerſalē, prout eſt actio ex teſtamento, & propterea comprehendit etiam incrementum futurum.

Præterea in hac materia eſt non oſtitanter conſi-
27 derandum, quòd id, quod conceditur in his priuilegijs, eſt ipſum ius foculariorum, & ſalis, exactio verò ipſius iuris à foculatibus, & Vniuerſitatibus, quantùmuis facienda, non eſt ius ſeparatum ab ipſo principali iure conceſſo, ſed eſt fructus illius iuris tan-
28 conceſsi, & propterea quemadmodùm fructus eriā de futuro, ſiuè minuantur, ſiuè augeantur, veniunt in contractu, quantùmuis de re præſenti facto, vt eſt *text. in l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de act. empt.* ità & in caſu noſtro veniunt etiam functiones Fiſcales de futuro, ex eodem iure prouenientes ſingulis annis, ſiuè augeantur, ſiuè minuantur, tanquàm fructus illius iuris foculariorum tàm conceſsi, ità perbellè docet *Bald.* à nemine, quem viderim, citatus in *conſ. 112. n. 4. vol. 2.* vbi ait, quòd eſt ſubtiliter conſiderādum,

quid ſit præſens,& quid ſit futurum, nàm in conceſſione iuriſdictionis præſens eſt ipſa iuriſdictio, quæ conceditur, exigere autem, cùm caſus attulerit, non eſt ipſa iuriſdictio, ſed fructus iuriſdictionis, & illius acceſſio, vt notat *Innoc. in cap. in literis, extrà de reſt. ſpol.* qui fructus etiam de futuro veniunt in contractu, quantumuis de præſenti facto, & allegat d. *l. Iuſtianus. ff. de act. empt.*

Vlterius perſeuerari libet, quòd nedùm ipſum ius foculariorum, & ſalis conceſſum conſideratum de per ſe, eſt ius vniuerſale, verùm etiam cohæret rei vniuerſali, & corpori collectiuo, nempè ipſi Ciuitati, ac eius Ciuibus, a quibus ius prædictum exigitur, & hoc ſiuè conſideremus ipſam Ciuitatem in
28 vniuerſo, ſiuè ipſius Ciues, quia etiam nomen Ciuiũ dicitur ius vniuerſale, vt volunt *Natta in conſ. 340. num. 15. & 16.* & ideò quemadmodùm durat eadem Ciuitas, & idem populus, ſiuè Ciues augeantur, ſiuè minuantur, nec fit ſeparatio Ciuium de nouo auctorum ab his, qui per prius reperiebantur in Ciuitate, prout indubium eſt in omnibus alijs nominibus collectiuis, vt ſunt grex, peculium, & ſimilia, quia omnes Ciues in locum vnius populi ſubſtituuntur, & propterea omnis numerus eorum pro ſingulari perſona eſt habendus, vt eſt pulcher *text. in l. cui fundus, in fin. verb. ff. de condit. & demonſtrat.* eadem mo[illegible] exclusionem [illegible] ius iuris foculariorum non erit in conſide[illegible]one [illegible]ua augmentum, ſiuè diminutio ipſorum fo[illegible]lariorum, quia tamen reducitur ad ſingularitatem vnius perſonæ, ſcilicèt ipſius Ciuitatis, quæ per eius Ciues repræſentatur, licèt modò in maiori numero aucto, modò verò in minori diminuto.

Hinc ſolidiſſimè conſuluit *Tiber. Decian. conſ. 22.*
29 *num. 24. volum. 1.* quòd quando conceſſum eſt ius decimandi in vniuerſo aliquo territorio, vel aliqua villa, & ſic ſub nomine collectiuo, & vniuerſali, veniunt etiam decimæ noualium, & quæ de nouo fiunt, citat *Ant. de Butr. & Abbat. in cap. cùm in tua, extrà de decim.* & ſequitur *Pariſ. conſil. 73. num. 18 & 19. volum. 4.* & eſt *text.* omnibus notus in *c. quia circà, extrà de priuil.*

His mirum in modum ſuffragatur concluſio, non minùs elegantèr, quam verè elicita per *Couarr. in*
30 *cap. 2. pract. quæſt.* quòd ſi conceſſa ſit mihi iuriſdictio in aliquo Caſtro, poſſero illam exercere, nedùm in Incolas, qui reperiebantur tempore conceſſionis, ſed etiam in nouos, & in eiuſdem Caſtri augmento, citat ad hoc *Bald. in l. cùm fundus, ff. de legat. 2. & ibi Cuman. Laudenſ. in tract. de caſtell. concluſ. 32.* & congruentiſſimè confert, quod in terminis terminantibus decidit *Capyc.* in ſua *inueſtitur. in verb. feudorum augmenta, verſ. va-*
31 *ſallorum verò*, dùm quærit, augmentum foculariorum, quod eueniret in Caſtro mihi conceſſo per Regem, qui in eo reſeruauit ſibi centum domos vaſallorum, ad quem ſpectabit? & dicit, quòd ſi illa focularia creuerũt ex familijs domorum reſeruatarum per Regem, erunt Regis: ſi verò aliundè, erunt mea, citat *Bald. in colum. 3. & Aluarot. colum. penult. in §. ſi quis de manſo, de contron. inueſtit. & ibidem Afflict. num. 49.*

Ex quibus patet, quòd vndècunq; & qualitèrcunq; res ipſa conceſſa conſideretur, ſemper intendum ſit, augmentum ipſum cedere commodo cõceſſionarij, prout res ipſa principalis.

Quòd ſi quærum conſideremus, ſcilicèt orationem ipſam, ac verborum conceptionem, ſub qua conceſſio facta eſt, & tunc illud idem fatendum eſt inuitis dentibus, quòd ſcilicèt augmentum omni iure ſpectet ad conceſſionarium, & demonſtrarunt euidentèr à ſufficienti partium enumeratione pluribus medijs, &

32 Primò, quia ſumus in diſpoſitione prolata à Rege, & ſic ab homine, & eſt ſuper re variabili, vel quę poterat dubitari ab initio, quòd eſſet variabilis, nempè circà numerum foculariorum, qui poterat dubitari, quòd creſceret, vel decreſceret, quo caſu oratio, vel verborum conceptio, ſiuè ſit concepta per verba præſentis temporis, ſiuè ſine tempore, ſemper extenditur ad futura, vt probatur in *l. quod in rerum, §. ſi quis poſt, & l. ſi ex toto, in princ. ff. de leg. 1. l. cùm fundus nominatim, ff. de leg. 2. l. fin. §. fin. ff. de lib. leg. l. Mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alim. & cibar. legat.* docet *Bart. in l. ſi ita, ff. de aur. & argent. legat.* & optime explicat *Decian. in prælirato conſ. 123. num. 88. vol. 3.* ſigens ſummoperè pedes ſuper hoc aſſumpto, tanquam infallibili, & firmiſſimo.

Secundò, quia ſi eſt introſpicienda forma verborum, ſub qua oratio noſtræ conceſſionis eſt concepta, & tunc aut Fiſcus prætendit, quòd ea oratio ſit concepta per verba futuri temporis, prout verè ſunt expreſsè in futurum extenſa, ponderando in priuilegio Neritonis illa verba, *exigendis, & aſſignandis*, quæ ſunt participia, & reſoluuntur, ideſt quæ exigentur, & aſſignabuntur, & in priuilegio Stemariæ illa *competentia, & competitura, & quæ in futurum competere poſſint*, & hoc caſu res Ducis in tuto eſt, quia nemo dubitat, quin comprehendatur augmentum, prout ipſemet Aduocatus Regij patrimonij confitetur, quia ſumus in claris.

Aut verò Fiſcus prætendet, quòd oratio conceſ-
33 ſionis ſit concepta per verba præſentis, vel præteriti temporis, & ſic, quòd illa participia, ſiuè gerundia reſoluantur in tempus præteritum, & præſens, quod *Priſcianus* procùldubio non admitteret; & hoc caſu licèt regulariter oratio per talia verba concepta non trahatur ad futura, tamen fallit in multis caſibus, relatis ab *Imol. in clem. literas, num. 26. de reſcriptis*, inter quos ſexto loco illum collocauit, quandò ſcilicèt id, quod in futurum ordinatur, accedit principali, ſed non eſt ei æquè principale, per *text.* optimum, omninò videndum, rogo, in *l. fin. §. fin. ff. de lib. legat.* ità volunt *Bart. in l. ſi ità, num. 3. in fin. ff. de aur. & argent. legat. Hercul. in 1. quæſt. in ſolut. quæſt.* poſt argum. ad partes, *fallent. & Caſtrenſ. in l. damni infecti ſtipulatio, §. ſi is, qui vicinas, in fin.* per illum *text. ff. de damn. infect. Crauett. in rubr. de leg. 1. num. 94. Natta conſ. 340. num. 12.* & hic eſt propriè caſus noſter: nam hæc foculatia de nouo aucta non ſunt corpora ſeparata de per ſe, ſed accedunt eidem populo, & eidem vniuerſitati, ſuper qua eſt radicatum ipſum ius foculariorum, in priuilegio conceſſum, & ſi conſiſtant ex capitibus ſeparatis, tamen ſemper dicuntur vnicum corpus, *l. grege, in princ. ff. de pign.* & explicat *Brun. de augment. com. luſ. 16. in nona ampliat.* & latiùs *num. 14.* poſt primam limitationem, quod tantò pro-
34 cliuius admittendum eſt in hoc caſu, quia hæc noſtra conceſſio per tractum ad futura poteſt afferre commodum, & incommodum, quo caſu, etiam ſi ſit facta per verba præſentis temporis, comprehendit futura, vt voluit *Angel. in conſil. 260. vltim. column. Hercul. in 1. quæſt. fallent. 8.* & alij citati in principio huius quartæ conſiderationis.

Aut deniquè prætendet, quòd ſit concepta per verba apta comprehendere vtrumquè tempus, hoc eſt, tàm præſens, ſiuè præteritum, quàm futurum, & ſic ſumus in oratione ſimplicitèr prolata, & *tunc* tex

Fiſci

Fiſci magis in procliuo eſt, nàm, vt magiſtraliter docet *Imol.in d.clem.literas, extrà de reſcript.* ad quem ſemper recurrendum eſt in hac materia, *is*, inquam, *ibi num.26. & 27. verſ. tertio caſu principali* ſubdi-
35 ſtinguit plures caſus, & tandèm concludit, quòd ſi huiuſmodi oratio ſimplicitèr prolata concernit nomen collectiuum, & ſuper eo fundatur, ſemper extenditur ad futura particularia, quæ illi collectiuo ſubijciũtur, *l.grege.ff.de leg.1.l.ſi peculium. ff de leg.2.* & hic proprie eſt caſus noſter, nam oratio noſtra, & conceſſio concernit nomen collectiuum, nempè Vniuerſitatem, & ſuper ea fundatur, & focularia particularia de nouo augmentata ſubijcientur illi collectiuo, ſcilicèt Vniuerſitati, & populo, & ſic extenditur etiam ad focularia poſteà augmentata; idem ait, ſi fundatur ſuper iure vniuerſali vnito, per *text.in cap.quia circà.extrà de priuil.* vbi conceſſio decimarum extenditur ad futuras, & hic ſimilitèr eſt caſus noſter, quia conceſsio, & eius oratio fundatur ſuper iure focularionum, & talis, quod eſt vnitum ex pluribus, & ſic eſt ius vniuerſale, & meritò comprehendet etiam focularia futura, illud idem, inquit, eſ-
36 ſe dicendum, quandò oratio ſic ſimplicitèr prolata eſſet particularis, quotieſcunquè acceſsio de futuro venit vt acceſſorium ad id, quod principalitèr diſpoſitioni ſupponitur, per *text.in d.l.quod in rerum, & l. ſi ex toto. ff.de leg.1.item ſi adhùc, §.1. ff.de vſufruct. leg.* & hic ſimilitèr caſui noſtro adaptatur, nam, vt ſuprà fundatum eſt, huiuſmodi augmentum foculariorum non venit vti res æquè principalis, ſed vti acceſſorium illi iuri foculariorum, quod fuit ab initio conceſſum, & illi principali accedit, & per conſequens etiam ad hoc augmentum, vti acceſſorium refertur conceſſio, licèt re vera in caſu noſtro non
37 poſſit negari, quin ſit oratio vniuerſalis, tàm reſpectu rei, quæ conceditur, quàm reſpectu perſonarum, ad quas dirigitur, prout optimè explicat *Hercul. in d.1.q.in 7. fallent. & Brun.de augment.concl.15.num.* 10. & proindè abſquè vllo ſcrupulo comprehendit
38 futura, vt *Idem ibidem* declarant. Quòd ſi Fiſcus velit, quòd huiuſmodi oratio noſtræ conceſſionis ſit indefinita, & tunc *Imol.* in præcitato *loco* vult, quòd ſi agatur de modico præiudicio concedentis, comprehendat futura, *l.fin.C.quæ res pign.oblig.poſſ.* ſi ve-
39 rò agatur de magno præiudicio concedentis, quod non potuit tempore conceſſionis præuideri, non comprehendat futura, at ſi potuit præuideri ab initio, comprehendat etiam futura, allegat *text. in l.ſi ſeruitus. ff.de ſeruit.vrb præd.* illud idem voluit *Geminian. in cap.authoritas, §.fin in fin.de priuil. in ſexto, Bart.in l.ſi ità, num.5.in verſ ſi verò eſſet oratio indefinita, ff.de aur.& argent.leg. Pariſ.conſ.68.nn.7.vol.1. Alciat.in l.verbum erit, num.6.verſ. idemq; quotiès, & verſ. cæterùm. ff.de verb. ſignif.* Immò, quòd ſufficiat, ſi caſus futurus potuit præuideri, & cogitari ſaltim in genere, voluit *Valaſc.conſult.58.nn.13. in fin.* per *text.in l. ſub prætextu da ſecunda, C.de tranſact.& in d.l. ſi ſeruitus* ſecundùm communem intellectum, & ſi velimus tranſire cũ hac opinione, poterit abſq; hæſitatione applicari caſui noſtro, nam hoc futurum augmentum potuit facillimè præuideri à Rege tempore factæ conceſſionis, cùm ab ipſa natura inſit augmentum, & decrementum in populis.

At Ego dico vnum, quod eſt fortius, quòd etiam
40 ſi non potuiſſet præuideri ab initio, tamen in caſu noſtro, in quo agitur ſolùm de præiudicio concedentis, comprehendet futurum hoc augmentum, ità eſt *gloſ.not.in d.c.quia circà, in verb. ſed futuri, extrà de priuil.* quam extollit *Abb.ibi num.5. Felin.in cap. cauſam, quæ, num.12. de reſcript. Crot.in l.omnes populi, num.153. ff.de iuſt.& iur. Alciat.in d.l.verbum erit, nu.7. ff.de verb. ſignif. Conar.lib.1.var.reſol.c.13. in fin.* quantùmuis *Hercul.in d.quæſt.1.in 12 fund.& Pariſ. diſt. conſil. 68. num.8. lib.1.* teneant contrarium.

Quæ licèt firmitèr ſtabilita ſint de per ſe, non in-
41 firmitèr fulciuntur ex illa regula, quòd oratio indefinita æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus, ff.de leg.2. l.places. ff. de lib.& poſtlim.* præſertim in hac materia augmenti, vt per *Bar.in l.ſi ità ff.de aur.& argent. legat. Menoch.conſ.9.num.133. lib.1.*

Adeò quòd ex prædictis ſingulis ſatis, ſuperquè conſtat, nullum relinqui locum Regio Fiſco, in quo poſſit figere pedem ſuum pro excludendo augmento hoc foculariorum ab ipſa oratione, & conceptione verborum noſtræ conceſsionis. Idem & clariùs (vt ſpero) demonſtrabo ex quinta, & vltima conſideratione, quæ reſtat enucleanda, nempè conſiderando augmentum ipſum de per ſe, & in abſtra-
42 cto: Siquidèm omnia iura Mundi clamant, quòd diſpoſitio includens certam rem, includit etiam eius additamentum, ſiuè augmentum, ſunt *text.* rotundi, qui loquuntur in ſpecie per verbum *augmentum in cap. fin.in fin. extrà de verb. ſignif. & in cap. fin. §. ſin autem.de conceſſ præbend.in ſexto*, per quæ iura conſuluit *Geminian. conſ.25.in princ.* quòd
43 ſi data ſit poteſtas alicui exequendi tanquàm de re propria, quicquid poteſt exigi ab aliqua Communitate, ſecundùm quod conſtat, & apparet per librum exiſtentem pènès certas perſonas, ſi poſteà huic libro deſcribantur noui introitus ex noua deliberatione Communitatis, ille poterit exigere, etiam hos nouos introitus additos, & augmentatos. Quæ quidèm deciſio videtur mihi ſatis punctualis ad caſum noſtrum, vt non poſsit melior deſiderari, immò *Geminian.* conſuluit in caſu, in quo erat facta diſpoſitio per verba præſentis temporis, & augmentum erat extrinſecum; ſed in caſu noſtro verba ſunt futuri temporis, vt ſuprà fundaui, & augmentum eſt intrinſecum, iuxtà *l. proponebatur, ff.de iudic.*

Nè autem tàm ſolemnis deciſio vnius tantùm authoritate roboretur, licèt *Geminiani* authoritas ſola de per ſe maxima ſit apud omnes, volui tamen ei addere Collegam non minoris authoritatis, nempè *Probum in addit.ad Io.Monach.in cap. quanquàm, num.5. & 6. de elect. in ſexto*, qui refert, & ſequitur *Geminian.* & infert *ibi* ad alias quæſtiones augmenti.

Huic deciſioni ſatis amica eſt alia deciſio ſcrè in proprijs noſtris terminis, aut ſaltèm valdè proximis, tradita à *Baldo*, non antè à me viſa, nec ab alijs ab hoc ponderata, *is*, inquam, in *l.at vbi*, quam legit cum *l.vtrum, ff.de pet.hæred.in prima lect.in fin.*
44 format quæſtionem in Rege, vel Barone, qui poteſt imponere collectas, & eas duplicare, putà quandò dat vxorem filio, & ait, quòd ſi Rex, vel Baro vendit illas collectas, & poſteà contingit caſus duplicationis, quia ſcilicèt Rex dat vxorem filio, & propterea gabella debet duplicari, hoc augmentum duplicationis non erit Regis venditoris, ſed emptoris, quia augmentum reſpicit rem, ex regula illius *text.* & hanc *Baldi* deciſionem per omnia ſequutus eſt *Barbat.de præſtantia Cardinal. part.1.q.3. num.34.* & repetit ipſe *Bald. in 2.lectur.* eiuſdem *l.vtrum, in princ.* illud idem voluit *Angel. in d.l. at vbi*, exemplificando in gabella pedagij, vendita, & poſteà duplicata.

45 Hinc receptum est apud omnes, quòd bona adiecta Comitatui, ad eum spectant, ad quem spectat ipse Comitatus, *Bart. in l. si conuenerit, la seconda, §. si nuda, ff. de pign. act. & in tract. Tiberiad. tit. de Insula, column. 3. vers. sed quæro, Bald. in l. ex hoc iure, vers. & not quòd in terris, ff. de iust. & iur. Angel. in l. damni infecti, §. si is, ff. de damn. infect. Cyn. Bald. et Salycet. in l. non modus, C. de serv. et aqu. Guid. Pap. decis. 489. Roman. consil. 218. col. 2. Alexan. in l. 1. columna 5. ff. de legat. 1. consil. 151. col. 2. lib. 2. et 214. in fin. lib. 4. Alciat. in cap. quòd sedem, num. 92. de offic. ordin. Crot. in cap. 1. columna 3. extra de const.* & alibi passim.

Hinc etiam omnia iura disponunt, quòd aucto
46 iure datoris in re debita ex contractu, augetur ius acceptoris, ità vt augmentum superueniens acquiratur ei, cui res ipsa debetur ex contractu, *l. si fundus in princ. et in §. si res, et l. Paulus, §. si domus, ff. de pign. l. grege in princ. cod. tit. l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pign. act.* per quæ iura hanc indubitatam conclusionem reassumit *Alber. Brun. de augment. conclus. 16. in princ.* qui in quinta ampliatione ait, id procedere, etiam si augmentum sit tractum à concedente, per *text. in l. Iulianus, §. si quid seruo ff. de act. empt.* & per allegata per *Dec. cons. 4.* & in prædicta ampliatione ait, procedere multò fortius in vniuersalibus, etiam si consistant ex capitibus separatis, prout est casus noster, addo *Bald. in l. proindè, circà princ. ff. si cert. pet. in l. sed et quia, ff. de contrab. empt. Crot. cons. 10. vol. 1.*

Quæ omnia, si rectè procedunt in quolibet augmento, rectiùs procedunt in casu nostro, qui versatur in augmento accessorio ad ipsum ius focularium, principaliter concessum, & ad ipsum Castrum, super quo est concessum, respectu cuius augmenti accessorij non potuit se continere *Author* ille damnatæ memoriæ, quin exclamasset, quòd est maxima
47 indubitata in iure, vt omne augmentum, quod venit accessoriè, siue fiat per contractum, siue per testamentum, siue per legatum, semper est eiusdem conditionis, & naturæ, & in omnibus eo modo regulatur, quo res principalis, cui additur, & ratio est, quia augmentum rei accedens dicitur eadem res, non noua, vt est pulcher *text. in l. si proprietati, ff. de*
48 *iure dot.* Ità quòd augmentum feudi superueniens non facit illud feudum separatum à primo, sed est idem feudum inseparabile cum primo feudo concesso, vt optimè explicat *Petr. de Gregor.* nouissimè impressus in *tract. de concess. feud. part 8. q. 8. num. 7.* per *text. in l. 1. C. de alluuion. & in l. inter socerum, §. cùm inter, ff. de pact. dotal.*

49 Et nominato principali, videtur nominatum accessorium, argumento *l. si vt certò, §. vsquè adeò, ff. commod. l. sed & hæredes, §. si quis mulierem ff. locat. Rota Roman. in decis. 46. tit. de rescript. in antiq.* &
50 concesso vno, censentur concessa accessoria eius, & omnia, quæ ex eo sequi possunt, *l. detrahere legatis, ff. de adim. legat. l. 2. §. inspectio, ff. quemadm. testam. aperian. l. 1. in fin. ff. si vsusfruct. petat. l. 3. §. qui habet, ff. de seru. rustic. prad.*

Item casus noster versatur in incremento intrin-
51 seco, quod non facit rem censeri diuersam, sed est pars primæ, & acquiritur nobis eodem iure, quo res augmentata ad nos primùm pertinebat, per *text. in l. adeò, §. 1. ff. de aqu. rer. dom.* adeò quòd nec opus est noua apprehensione, nec nouo titulo, *l. ex mille, §. quod si modò, ff. de euict. Peregr. de fideic. art. 10. nu. 22.*

52 Item versatur in augmento, quod prouenit ab eadem causa, ex qua prouenit ius ipsum concessum, & hic censetur eadem res cum principali, *Alciat. in l. si ex toto, num. 27. & 28. ff. de leg. 1.* Item procedit ex natura rei, quæ facto hominis, & sic spectat ad eum, ad quem spectat res principalis, latè *Curt. sen. cons. §. 6. nu. 14. vers. vndecimò comprobantur. Cephal. cons. 267. nu. 19. Sebast. Medic. de acq. conser. & amitt. rer. dom. in verb. acquirendo, glos. 1. num. 178.*

Absolutis itaque singulis supradictis quinque
53 considerationibus, manifestum fit, quòd vndiquè remanet eradicata penitùs prætentio Regij Fisci, & firmissimè, ac tutissimè confirmata intentio Ducis, quòd huiusmodi augmentum focularium cedere debeat eius beneficio.

Sed aduhuc superest aliquid agendum, nempè respondere aliquibus motiuis Regij Fisci, quæ (vt aquio) allert pro resolutione nostrorũ fundamentorũ.

Primum itaquè motiuum Fisci est, quòd hæc focularia de nouo augmentata nullo modo in concessione comprehendantur, ex quo ea non extabant, nec possidebantur a Rege tempore factæ concessionis, & sic vẽdicat sibi locum regula, quòd nemo dat, quod nõ habet, sed hoc facili negotio diluitur, quia
54 ea regula procedit in eo, qui non habet in actu, nec in potentia, sed si habet saltim in potentia, dicitur potentiam illam concessisse, vt habetur in *L. quod nostrum nõ est, ff. de vsufruct.* pulchrè *Iaf. in l. qui in aliena, §. interdum, num. 22. ff. de acquir. hæred. & Tiber. Decian.* omnino videndus *cons. 123. num. 83. lib. 3.* & hic est casus noster, quia Rex si nõ possidebat focularia aucta tempore concessionis in actu, possidebat tamen in potentia, & illam potentiam intelligitur concessisse.

Secundum obiectum est, quòd concessio nostra est facta sub oratione indefinita, & hic agitur de magno præiudicio Concedentis, concernit enim diminutionem introitum Regiæ Curiæ, qui deputati sunt ad conseruationem Regni, & propterea non comprehendit futura, sed hoc facilius diluitur, tùm ex superiùs adductis ex *Imol.* & aliis, quòd etiam si agatur de magno præiudicio, quia tamẽ potuit præ-
55 uideri ab initio, comprehendit futura. Nec non agitur solùm de præiudicio ipsius Concedentis, quo casu non attenditur, an præiudicium sit magnum, vel paruum, nam semper futura comprehendet ex *gl. in*
56 *c. quia circà, Herenl.* & aliis supra citatis, tùm etiam quia sumus in casu, in quo tantum potest esse de cõmodo, quantum de incommodo, quia iura focularium, quemadmodùm fecerunt augmentum, poterãt pati diminutionem, quo casu etiam si agatur de magno præiudicio Concedentis, indefinita semper tractatur ad futura, ità pulchrè resoluit *Angel. in l. seruitus, ff. de seru. vrb. prad. Herenl. in dicta 1. disp. col. 24. vers. ollanò fallit*, quos sequitur *Menoch. cons. 606. num. 26.*

Hinc *Rip. in l. ex toto, nu. 4. ff. de leg. 1.* ponens quæ-
56 stionem de facto, quòd Rex Franciæ vẽdidit gabellam salis totius Comitatus Prouinciæ cuidam Baroni, & post venditionem Comitatus fuit auctus per adiectionem totius quarterij Terrænouæ, dùm quæritur, an gabella, quæ exigitur in dicto quarterio aucto debeat cedere in beneficiũ Baronis, vel potiùs Regis? concludit per illum *text.* quòd cedat in beneficium Baronis, quia si Comitatus fuisset diminutus, diminutio similiter cederet damno Baronis, illud idem respondẽrũt de Conductore gabellarum Vniuersitatum *Felin. & Ripa in c. cùm Ill. Ferrariensis, extrà de constit. ille num 5. hic nu. 37. Dec. cons. 4. nu. 2. Menoch. d. cons. 606. nu. 12. vol. 7.*

Tertium

Tertium Fiſci motiuum eſt, quòd hoc augmẽtum procedit ex opera,& tacito Regis concedentis,& cũ impenſa ipſius Regis, ipſe enim deſtinat Commiſſarios ad faciendũ nouas numerationes,& de ſuo
57 impendit ſalaria, quo caſu augmentum non cedit Conceſſionario, ſed Concedenti, & ei, qui facit impenſam,ità *Cuma.& Alex.in d.l.ſi ex toto.ff.de leg.1. & Alber.in l.Rutilia polla.ff.de contrahend.empt.*ſed hoc motiuum nictu oculi remouetur pluribus modis, &

Primò,quòd illud procedit, quandò factum Concedentis tendit principaliter,& de directo ad ipſum augmentum, ſecùs ſi veniat in conſequentiam, vt declarat *Rip.in d.l.ſi ex toto,num.7.verſ.minùs etiam obſtat, & Dec. in d.conſ.4. in fin.* & eſt ſic in caſu noſtro, nam numeratio iuncta per Reg.Cur. principaliter tendit ad vtilitatem publicam totius Regni, & accellorie ſequitur indè augmentum ſocularioruꝫ.

Secundò procedit, quandò venditur, ſiuè conceditur aliquid certi, ſecùs ſi concedatur futurus euẽtus, prout eſt in iuribus vniuerſalibus, qui ſimiliter eſt caſus noſter,ſecundùm eumdem *Rip.ibi num.7.in fin.* & denique procedit in acquiſitione, quæ fit ex noua cauſa,non autem in ea,quæ fit ex veteri cauſa, exiſtente in intendatione, prout ſimiliter eſt caſus noſter, ità explicabat nctuosè more ſolito *Author* damnatæ memoriæ, quem hodiè non licet allegare.

Quartum, & vltimum motiuum Fiſcus excerpſit ex quibuſdam deciſionibus manuſcriptis quondam *Regentis Reuerterij* tempore, quo fuit Præſidens, & poſtea Locumtenens Regiæ Cameræ Summariæ,in quibus habetur, quòd diſpoſitio *cap.quia circa, extrà de priuil.* non procedit, quandò decimæ conceduntur alicui tertio per viam translationis dominij in illum tertium, ſed ſolùm, quandò conceditur immunitas decimarum ipſimet habenti decimas, nam tunc immunitas comprehendit etiam futuras decimas,& proindè ex hac interpretatione, inquit,quòd Regia Camera ſemper obſeruauit, vt omnes Vniuerſitates Regni, quæ habent priuilegium immunitatis functionum Fiſcalium, ſeruarentur etiam immunes ab augmẽto facto in nouis numerationibus, at quandò conceſsio functionum Fiſcalium non eſt facta per viam conceſsionis immunitatis, ſed per viam trãslationis iuris in tertium, ità vt tertius poſſit illas exigere in ſui beneficium, tunc teſtatus *ipſe*, quòd ſi conceſsio eſt facta per verba præſentis temporis, etiam ſi loquatur vniuerſaliter, Reg. Camer. ſemper indiſtinctè obſeruauit, quòd augmentum declaretur ſpectare ad Reg.Cur.per *text.in d.l.ſi ità, de aur.& argẽt.legat.*& in *l.ſi ità ſcripſiſſet,ff.de leg.2.* quicquid in contrarium ſcripſit *Loffred. in paragr. fend.*

Sed, pace tanti viri, & eius memoriæ, liceat mihi hanc foueam detegere, quæ ſub huiuſmodi doctrina ſubtegitur, nè Iudicantes illius authoritate freti oſcitanter incidant in eam.

Et ideò aduerto, quòd dùm *Reuerterius* præſup-
58 ponit, Primò,diſpoſitionem *cap.quia circà,de priuil.* procedere ſolùm,quandò cõceditur immunitas decimarum ipſimet debenti decimas, non autem quãdò conceduntur tertio per viam translationis iuris, vt exactio illarum fiat ab ipſo tertio in ſui beneficiũ, longè fallitur, tùm quia *ipſe* loquitur ex ſuo capite tantùm,nullam in hoc adducendo rationem, vel authoritatem, quæ talem differentiam inducat, tùm quia authoritates *Doctorum* ſunt in contrarium, vt ſcilicèt habeat locum diſpoſitio illius *text.* etiam quandò fit translatio decimarum in tertium,ità colligitur ex *Archid.in c.ex. frater, poſt num.4.in verſ.in ſuis 16.quæſt.1.* dùm ait,quòd verba priuilegij indefinitè poſita,extenduntur ad futura,& allegat *d.cap. quia circà*,item patet ex traditis per *Imol. in d.clem. literas,num.27.verſ. ſecundo caſu, de reſcript.* per *Conar.præct.quæſt.cap.2.num.1.verſ.primò ſiquidem*,vbi expreſsè exemplificat, tàm in exemptione, quàm in iuriſdictione tertio conceſſa, & ampliſsimè tradidit *Cephal.conſ.367.n.26.lib.3.* vbi concludit,illam inueſtituram factam Domuꝫ de Terris, Villis, Iuriſdictionibus, & Decimis, comprehendere etiam decimas futuras,per *d.cap.quia circà*.

Vltrà quòd quando nulla *Doctoris* authoritas eſſet in contrarium,Ego non video concludentem rationem diuerſitatis inter vnum caſum, & alium, ſiquidem ſiuè conceſsio fiat per viam immunitatis,ſiuè per viam translationis in alium, quotieſcunquè concedens remanet priuatus illo augmento de nouo ſuperuenienti, intellectus meus imbecillis non capit diuerſitatis rationem de vno caſu ad alium, & ſic dictum *Regentis Reuerterij* remanet ſine authoritate, & ſine ratione.

Eodem modo, dùm ait, quòd in conceſsionibus functionum Fiſcalium factis per verba præſentis tẽporis, Regia Camera ſemper indiſtinctè conſueuit declarare, quòd ſpectat augmentum ad Regiam Curiam,deceptus eſt, tùm in facto,tùm etiam in iure, Decipitur in facto, quia, vt notatum eſt in nota. facti, Regia Camera nunquàm fecit declarationes in beneficium Regiæ Curiæ, niſi in conceſſionibus reſtrictis ad certam ſummam, vel cum dictione taxatiua, *hactenus*; Decipitur in iure (eius pace dixerim) quia contrarium verius eſt per indubitatas iuris cõclusiones, vt ſupra firmatas,ſed vt eius authoritati quantò minùs fieri poteſt detrahatur, dico, quòd dictum *Regentis Reuerterij* poteſt eſſe verum
59 in caſu ſuo,iuxtà exemplum ab *ipſo* poſitum,vtputà ſi conceſsio eſſet facta per hæc verba,*Concedo Titio functiones Fiſcales, quas Regia Curia habet in talibus Terris*, ſecùs autem quandò conceſsio eſt facta per hæc verba,*Concedo Titio ius functionum Fiſcalium, ſeù focularioruꝫ, & ſalis in talibus Terris*, prout eſt in caſu noſtro;magna enim eſt differentia inter vnã formam conceſsionis,& aliam,prout pulchrè aduertit *Decian.conſ.22.num.34.vol.1.* qui ait,eſſe conſideranda verba inueſtituræ,quæ in caſu ſuo talia erant, *Item tota decima,& ius decimandi fructus Terrarum Villæ Fegarolij,&c.* & ponderat *ipſe*, quòd non ſim-
60 pliciter dictum eſt,concedi totam decimam,ſed additum fuit etiam ius decimandi. & præſupponit, in hoc eſſe magnam differentiam, nam quandò conceditur decima in tali Villa,inquit *ipſe*,quòd debet intelligi de præſenti decima,ſcilicèt iam impoſita,ſed quandò dictum eſt, ius decimandi,tunc reſpicit non tantùm ius quòad decimas de præſenti, ſed etiam quòad alias,quæ in futurum imponentur, ſicut aliud eſt concedere fructus talis fundi,& aliud concedere ius fruendi, nam primo caſu intelliguntur conceſsi fructus,qui de præſenti percipi poſſunt, tanquàm corporale quoddam; ſecundo verò caſu intelligitur de quibuſcunq; fructibus, qui in futurum quoquo modo percipi poterunt, quia cenſetur conceſſum ius quoddam incorporale,& vniuerſale,quod poteſt recipere augmentum, & diminutionem, *l.neceſſariò, §.fin.de peric. & comm. rei vendit.* cum alijs ab *ipſo* citatis, & eſt pulcher *text.* qui optimè probat hanc differentiam,ſed ab *ipſo* non adductus in *l.quod ergò, verſ.ſed quod dicitur, ff.de vſufruct.& quemadm.quis*

vtat.hanc eandem declarationem sequitur *Rim.iun. cons*.504.*n*.19.*& seq. vol*.5.qui propterea subdit *nu*. 21. quòd dum in casu suo erat concessa decima simpliciter,& non erat additum,& ius decimandi,quod importat ius vniuersale,non porrigitur ad futura.

Et hic remanet tuta ab omnibus impugnationibus Regij Fisci iustitia Ducis Neritonis,si non breuiter,saltem diligenter enucleata.

Non tamen omittam, quòd in eadem causa sunt producta quamplurima decreta eiusdem Reg.Cam. cum diuersis Baronibus,quę videntur inter se de directo contraria, siquidem respectiu aliquorum fuit declaratum,augmentum spectare ad Reg.Cur.& in
61 aliquibus augmentum spectare ad Barones,sed veritas est,quòd non sunt contraria,sed potiùs diuersa secundùm diuersitatem formæ concessionis, & priuilegiorum, nàm in illis concessionibus factis per verba futuri temporis, videlicèt, *cum functionibus Fiscalibus impositis,& imponendis,vel debitis,vel debendis*,semper fuit declaratum, augmentum spectare ad concessionarios, & signanter in anno 1509. pro Ducissa Mediolani in Terra Medunei, in anno 1515.pro Principe Bisiniani in Ciuitate Bisiniani,in anno 1524.pro Matthæo Piscicello in Terra Roccæ Pimontis,& in eodem anno pro Duce Termularum in Terra Gambatesæ, & demùm in anno 1546.pro Marchione Vallis Siculæ in Marchionatu Renoæ.

Et similèr in concessionibus factis, etiam cum augmento vel decremento,quod contingeret in nouis numerationibus, semper fuit declaratum, augmentum spectare ad concessionarios, & signanter in anno 1512.pro Marchione Atræ Paludis, siuè Attipaldæ in ipsa Terra Attipaldæ, in anno 1522. pro Io.Baptista Spinello in Terra Castri Velleris,siuè Castri Villarum,& in eodē anno 1522. pro Principe Melfiti,Iurenatij,& S.Seuerini, & demùm in anno 1526. pro Principe Sulmonis in Ciuitate Sulmonis,& hic casus nullum habet dubium.

E contrà verò in illis concessionibus factis sub limitata,& taxata forma,aut quia adest dictio, *hactenus*,videlicèt *cum functionibus hactenus impositis,& debitis*,aut quia erat taxata certa summa annui reditus super functionibus Fiscalibus, videlicèt, *annui ducati mille super functionibus Fiscalibus illius Terræ*, semper fuit iudicatum,augmentum spectare ad Regiam Curiam,& signanter in anno 1524.contra Ducem Sueſſæ,& in anno 1512. contrà Ducem S.Petri, qui habebant priuilegia ad certam summam, nec non contrà Comitem Bernardinum Castriotam in Terra Cupertini,& Galatolæ,contrà Andronicam Cominatam in Terra Gagliani, & contrà Ducem Ferrandinæ in Statu Cupertini,qui omnes habebāt priuilegia cum dictione *hactenus*. Quas decisiones substinet,& fulcitur doctrina *Angel*.in *Lat vbi,nu*.2.
62 *ff.de petit.hared*.qui ait,quòd si est vendita gabella exigēda sub certa forma,putà vnius ducati pro qualibet salma,tunc augmentum non spectabit ad emptorem,quia verba repugnant,sequitur *Barbat.de præstant.Cardinal.p*.1.*q*.3.*n*.35.*in fin*.

At verò in illis cōcessionibus,quæ erant factæ per verba indefinita,videlicèt, *cum functionibus Fiscalibus,vel cum luribus foculariorum,& salis, spectantibus,& pertinentibus ad Reg.Cur*.semper fuit iudicatum,augmentum spectare ad Concessionarios,& signanter in anno 1569. pro Ioanne Thoma Caracciolo in Terris Alanei, & Bolognani, in anno 1572. pro Duce Sueſſæ in Terris Carcabutatij, Castellutij,& Lucitli,in anno 1576. pro Vniuersitate Massæ Lubrensis, & in anno 1579. pro Fabio Barono in Terra Gioiæ,& in anno 1590. pro Duce Andriæ in Ciuitate Ruborum,reuocando priorem sententiam latam pro Fisco.

His taliter exaratis,prodijt in lucem *Volumen cōsiliorum Fabij de Anna* Iureconsulti Neapolitani, quem eruditum,& elegantem Iurisconsultum merito appellat *Constant.Capriol.in tract.de success. ab intestat.lib*.1.*num*.117.postea verò assumpti ad munus Regij Consiliarij in Sacr. Reg. Neapol. Consil. in quo quidem volumine reperi *cons*. 61. ab ipso editū in hac eadem causa Ducis Neritonis,vbi adeò luculenter,& eruditè hanc materiam agit,vt libenter fatear,quòd si illud vidissem antequam scribendi onus susciperem,absq; dubio tantoperè non insudassem, quia re vera nihil in eo desiderari potest, licèt illud *consilium* sit mancum,& mutilatum ex duobus solijs amissis,& non impressis, proùt *ipsemet* protestatur circà *finem*,& secundùm has Allegationes fuit demùm iudicatum in hac causa in fauorem Ducis Neritonis.

Nouissimè tamen ad hanc materiam sunt videndi *Io.Koppen German.quæst*.17. *Nicol. Reuinet cons*. 21.*n*.2.*q*.1.*n*.153.*cum seq.vol*.1. *Io.Gratia.reg*.50.*Sim. de Pret.cons*.60.*cent*.3. *Ioseph de Sese de minib. cap*.4. §.6.*nu*.20.21.*& seqq.Reg.de Pont.cons*.30. *volum*.2. *Cokier.de iurisd.tom*.1.*p*.1.*q*.38.

63 Sed in casibus,in quibus augmentum spectat ad Concessionarium,an sit ei augendum seruitium,sub adhoc, latè differit *Andr*.in *c*.1.§ *si quis de manso*, *n*.17.*& seqq.de controu.inuest*.

Hinc non impertinenter subnecti potest illa quæstio,olim satis famigerata in his Supremis Tribuna-
64 libus,an hæc iura functionum Fiscalium, quæ per venditiones factas a Regia Curia diuersis Particularibus cum pacto de retrouendendo ab eis possidentur, reputari debeant vti bona sita in districtu huius Ciuitatis,vbi stipulantur contractus per Notarium Regis, vel potiùs vti bona sita extrà districtum ob illorum solutionem, & exactionem destinatum in Prouincijs,quæ fuit longè,latèq; disputata in Sacro Consilio iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum inter D Pompeiū de Cardenas actorem,prætendentem,esse bona in districtu,& propterea esse subiecta Consuetudinibus Ciuitatis Neapol,per quas ipse debebat admitti ad successionem D. Antonij sui patrui consanguinei tantùm in his iuribus Fiscalibus remansis in illius hæreditate ex vna,& Don Bernardinum de Cardenas cōuentum, prætendentem,esse bona extrà districtum,& propterea ipsum vti fratrem vtrinq; coniunctum solùm debere succedere,excluso dicto D. Pompeio nepote ex altero fratre consanguineo tantùm D. Francisco, in qua causa necesse fuit allegare prima, secunda,& tertia vice pro D.Bernardino, cuius partes substinui,& quia decisio fuit celebertima,placuit hāc subijcere singulas Allegationes cum decisione.

RERVM SVMMA.

65 *Functiones Piscales quandò fuerint institutæ in hoc Regno,& cuius quantitatis.*

66 *Annui reditus functionum Fiscalium an reputentur immobilia & quid si sint redimibiles cum pacto de retrouendendo quandòcunq; n* 67.*& 70.& n*.71.*dicuntur solo cohærentes.*

68 *Annui reditus functionum Fiscalium debentur Reg. Cur.loco collectarum,quæ quolibet anno imponebantur personis pro rebus.*

69 *Collectam ratione bonorum etiam non subditi soluere tenen-*

Digitized by Google

tenentur,quia est onus patrimoniale.

72 *Annui reditus modico tempore duraturi reputantur inter mobilia.*

73 *Consuetudines Neapolitanæ & si procedant tàm in immobilibus,quàm etiam in mobilibus, tamen id procedit,quandò mobilia sunt intrà districtum Neapolis.*

74 *Annui reditus si constituunt tertiam speciem,habētur, ac si essent nomina debitorum,& idem iudicatur de illis,quod de nominibus debitorum;quæ licèt loco nō conscribantur, tamen ratione exactionis dicuntur esse in loco,in quo est destinata solutio,& si alibi sit factus contractus.*

75 *Stylus Curiæ inductus dicitur,quoties pluriès aliquid est iudicatum,à quo nullo modo recedi potest,cum vim legis obtineat.*

76 *Contractus celebratus intelligitur non in eo loco, in quo negotium factum est,sed in quo soluenda est pecunia,& n.77.*

78 *Contractus si in uno loco est factus, & in alio destinata solutio, locus destinatæ solutionis debet attendi, quod facit pro diuersitate statutorum.*

79 *Functiones Fiscales an inter iura incorporalia computentur.*

80 *Functionum Fiscalium iura cùm debeantur à Rege,& Republica,pro re immobili penitùs iudicari debent.*

PRIMÆ ALLEGATIONES.

NON possum equidèm vllo modo mihi persuadere,nec tantillum quidèm argumenti, ex quo aliquam saltim coloratam dubitandi rationem depromere possim ad fundandum,quòd introitus venditi per Reg.Cur. diuersis Particularibus super functionibus Fiscalibus Prouinciarum huius Regni, etiam cum pacto de retrouendendo, dicantur esse bona sita intrà districtum huius Ciuitatis Neap. & propterea in eis habeant locum Consuetudines eiusdem Ciuitatis in successionibus ab intestato, vel ex testamento, quandòquidèm hæc prætensio tàm grauitèr à sensu meo abhorret,vt faciliùs admitterem,me potiùs delirare,aut somniari,quàm huic dicto consentire.

Nàm locus destinatæ solutionis dictarum functionum Fiscalium, siuè consideremus exactionem faciendam ab ipsa Reg.Cur.siuè à Particularibus, qui habent causam à Reg.Cur. certò certius est, quòd non est in Ciuitate Neapol.nec intrà eius districtū, sed in ipsdem Prouincijs,quæ illas persoluunt, prout respectu Reg.Cur.patet ex primæua origine ipsa-
65 rum functionum,quæ fuerunt institutæ in hoc Regno in anno 1442.tempore Alphonsi Primi Regis, vt patet inter *cap.& primil.Neapol.fol.*mihi 5. in *c.1.* vbi per generale Parlamentum offertur solutio Regiæ Curiæ ducati vnius pro quolibet anno in singula focularia,quæ oblatio à Rege acceptatur, & postèà fuerunt additi carolenj quinque pro quolibet foculari pro iure salis,vt ex *pragm.1.de iur.& exact.*
A *fiscal.*& in *cap.4.eod.fol.*5 *a ter.* In qualibet Prouincia destinatur vnus locus pro recipienda solutione, videlicèt. In Comitatu Molisij Ciuitas Neapol. In Principatu citrà,& vltrà, atquè Basilicata Ciuitas Beneuenti.In Calabrijs citrà,& vltrà Ciuitas Consētiæ. In Prouincijs Capitanatæ,Terræ Hydrunti,& Bari Ciuitas Trani,& in Aprutio citrà, & vltrà Ciuitas Sulmonis, quæ quidèm loca crescentibus Populis postèà pro minori incommodo Populorum fuerunt immutata, vt in qualibet Prouincia hodiè adsit vnus Perceptor Prouincialis, qui in loco sibi commodiori,intrà tamen suam Prouinciam exig[it] à Prouincialibus has functiones Fiscales, tàm ordinarias,quàm extraordinarias,& hoc procedit, nedū vigore dictæ capitulationis factæ cum Rege Alphōso,sed etiam ex dispositione iuris communis, vt in specie tradit *Rebuff.* in *Limediterraneæ,*per illum *text. n.2.C.de ann.& trib.lib.*10.

Respectu verò Particularium,qui causam habent à Reg.Cur.constat ex instrumentis venditionum factarum per Reg.Cur.in actis productarum, in quibus nedùm non est alteratus locus destinatæ solutionis ab ijs locis,in quibus fit exactio per Reg.Cur. sed adsunt intrascriptæ clausulæ, denotantes, quòd exactio est facienda in eadem Prouincia, immò in vnaquaq; Terra,à qua debet fieri solutio, videlicèt.

Mandat etiam præditus Illustr. D. Vicerex dicto nomine coràm nobis prædictæ Vniuersitati, & Hominibus,ac Perceptoribus,& Cōmissarijs Regijs quibuscunquè,quatènus ex nunc in antea, & de cætero in perpetuum respondeant,& respondere debeant, & faciant dictæ &c.& suis hæredibus,& successoribus,vel Exactoribus,& Procuratoribus, ac Commissarijs,per eam,vel eos ad id deputandis de dictis annuis ducatis, &c.quolibet anno in perpetuum de tertia in tertiam, prout soliti sunt respondere dictæ Reg.Cur.

Et iterū in cessione iuris luēdi,videlicèt *dictosq; introitus recemendos post factam recemptionem ipsorum in tribus tertijs anni cuiuslibet per se ipsam cessionariam,vel alios eius nomine, aut per homines deputandos consequi, petere,exigere, et habere,seu exigi facere ab Vniuersitatibus, et Particularibus supradictarum Terrarum authoritate propria, et de facto, nullo alio requisito mandato, sed ad solum nutum,et simplicem præsentis instrumēti ostensionem,et contrà eos exequi, et via exequutiua procedere realiter, et personaliter ad eorum electionem, prout per Regios Perceptores Prouinciarū huius Regni fieri solitum, et consuet à est.*

Iacto igitur hoc fundamento, quòd locus destinatæ solutionis, seu exactionis horum introituum nō sit in Ciuitate Neapol. nec intrà eius districtum, remanet quæstio sine controuersia,quòd non possūt hi introitus connumerari in bonis intrà hunc districtum, & successiuè non possunt esse subiecta Consuetudinibus huius Ciuitatis,ex traditis per *Napod.* in *proœm.*Cōsuet.*in verb.districtus,et in prima Cojuet. in verb. facultatem.in fine,* & alibi sæpiùs.

66 Siquidèm aut hi annui reditus reputabuntur immobilia, prout verè sunt, dùm non fuerunt limitati ad modicum tēpus,sed sunt perpetui,iuxtà communem opinionem, de qua per *Bald.in l.etiam.col.2. C. de excep.rei iud.glos.in l. iubemus,an verb. annonat,* vbi *Bart. Bald. Castr.* & alij,*C. de sacrof. eccles. Ant. Gabr.*qui infinitos cumulat *lib 6. tit.de verb sign.* & *clus.8.Tiraq.de retract.consang.§.1.glos.6.num.24.* & *glos.7.nu.9.Ferron.in Consuet.Burdeg.tit.de feud.§.20. Surd.dec.*204 *per tot. Mutam in Consuet.Panorm. c.*61. *num.*19. *Gayl. practic.obseru.lib.2. obsern.*10.*Dionys. Gothofr.*dariſsimè *prax.ciuil.lib.*1.*tit.*8.*Rubr.de reditib.ann.fol.*mihi 484 *Greg.Lop.in l.*8 *Hispan.p.*2.*tit.*17. *l.*1 *in glos.in verb.rayzes, Bertra.cons.*172.*vol.*2. *Conar.lib.*3.*var.cap.*7.*num.*2.*Trat.de Franch dec.*162. *nu.*7. & probatur aperte in *l. iubemus, la seconda. C. de sacrof.eccles.& in auth.de nō alien.vel permut. reb. Eccl.tex.*clarissimus in *clem.exiui de paradiso,§ cumquè annui reditus.de verb. sign.* Etiam si sint redimi-
67 biles cum pacto de retrouendendo quandòcunquè (vt in casu nostro) prout appositissimè declarat *Tiraquell.de retract.proxim.§.1.glos.*14.*num.*120 *& de retract.conuent.§.2.num.*39.*per textum in l. sufficit.ff.*

de

de cond.indeb. sequitur *Foller. de cens.* in *verb. huiusmodi censualiz.num.*33. *Sura d. dec.*204. *num.*10. *Gothofr. vbi suprà, circà med.* & etiam si super iure aliquo annua præstatio constituta sit, proùt in casu *Alex.in consil.*103. *num.*16. *circà med. volum.*2. omissa limitatione huius conclusionis, tradita à *Peregr. consil.*19. *num.*8. *cum seq. & consil.*20. *num.*14. *cum seqq. volum.*3. *Petr. Caball. resol. crim. cent.*3. *cas.*268. *nu.*7. *cum seqq.*

Et tunc ubiq, vlla prorsùs hæsitatione non poterunt dici subiecta Consuetudinibus Neapol. quemadmodum nec alia bona immobilia, quæ sunt sita extrà Ciuitatem Neap. & eius districtum.

Quæ tantò facilius habebunt locum in casu no-
68 stro, in quo hi annui introitus consistunt in functionibus Fiscalibus debitis Reg. Cur. loco collectarum, quæ quolibet imponebantur anno personis pro rebus, & ideò erat onus ordinarium, vt patrimoniale, & propterea licèt nuncuparetur collecta, tamen in effectu ob continuam, & ordinariam exactionem idem erat, quòd indictum, quod est munus canonicum, & patrimoniale, ac ordinarium, secundùm *glos.* iuncto *text. in l. indictiones, C. de ann. & trib.* ità *And.* in *cap.*1. *verb. extraordinaria, vers. de collecta, nu.*61. *quæ sint regal.* sequitur *ibi Afflict. num.* 14. vbi dicit, quòd illud, quod erat indictum *Imperat. Federic.* vocauit collectam, *Luc. de Penn. in l.*1. *C. de indict. lib.*10. & in tantùm hoc est verum, quòd etiam nō subditi
69 tenebantur soluere dictam collectam ratione bonorum, eò quòd erat ordinaria, & sic onus patrimoniale, ità in specie tenet *Bald.* allegando *Andr.* in *d. cap.*1. *nu.*6. *quæ sint reg.* sequitur *Alex. cons.*52. *nu.*8. *vol.*5. *Dec. cons.*694. *nu.*8. *Ias. in l. placet, nu.*3. *in fin. C. de sacros. eccl.* vbi dicit, quòd est merè reale, *Loffr. in paraphrasi, tit. quæ sint regal. in fin.* & in specie *Antibol. de muner. & honor. §.*2. *prim. à diuis. n.*28. *in fin.* vbi dicit, quòd collectæ hodiè exiguntur de patrimonio, & propterea illarum contributio est munus patrimoniale, & antè *ipsam* idem tradidit *Salyc. in l.*
70 *fin. C. sine cens. vel reliq. n.*5. *vers. alij inducuntur.* Quò fit, vt dùm hi annui introitus, & eorum annua præstatio contineant debitum reale, vt saltim mixtum, omninò debeant inter immobilia computari, iuxtà particularem doctrinam *Bald. in cap.*1. *§. sciendum, num.*4. *de feud. cogn.* quem *ibidem* sequitur *Afflict. Rip. resp.*3. *tit. de diuers. rescript. num.*12. qui alios citat, vbi
71 dicit, quòd nedùm inter immobilia computantur, sed sunt solo cohærentia, *Cass. in Consuet. Burg. rubr.*11. *tit. des censes, §.*6. *in verb contre l'assignal, nu.*2. & iterùm in *§.*2. eiusdem *rubr. nu.*29. *vers. tamen de consuetudine.* & hoc adeò verum est, vt passim id semper fuerit habitum pro absoluto in introitibus emptis super functionibus Fiscalibus huius Regni, patet ex *dec. Præs. de Franch.*177. vbi licèt Fuccan cōuenti in hoc Regno petijssent remissionem causæ ad Iudices Imperialis Ciuitatis Augustæ, vbi habebant domicilium, tamen fuit eis denegata, ex quo iudicium erat in actione hypothecaria super functionibus Fiscalibus huius Regni.

Aut verò reputabuntur inter mobilia, ac si essent
72 annui reditus modico tempore duraturi, prout voluit *Ioa. de Anan. in cap. In Ciuitate, extrà de vsur. Bald. in l. hac edictali. §. his illud, col.*2. *vers. annorum, C. de sec. nupt. & in l. si certis annis, in fin. C. de pact. Feder. de Sen. cons.*12. aliàs *consil.*122. cum aliis adductis per *Boer. consil.*3. *num.*7. & 8. & per *Doctor. in locis* suprà citatis.

Et tunc nequaquàm poterunt esse subiecta Con-
73 suetudinibus Neapolitanis, quæ licèt habeant locū, tàm in immobilibus, quàm etiam in mobilibus, vt per *Capyc. dec.*194. *n.*16. *Ant. de Alex. ad Napod. in Consuet. Si aliquis moriens, in apostill.* incip. *nota, quòd potest accidere, vers. & in tex.* ibi *de bonis fol.* mihi 102. *Præs. de Franch. decis.*93. *in princip.* & probatur in *l. si ita legatum,* vbi *Bartol.* & alij, *ff. de legat.*3. *l. debitor, ff. de pign. l. ex facto, §. rerum, ff. de hæred. instit. Bald. in cap.*1. *super verb. publicentur, de pace tenēd.* tamen hoc procedit, quàdo mobilia sunt intrà districtum Neapol. prout est in immobilibus, non autem si sint extra, prout in casu nostro ex prædicta solutione destinata in Prouincijs, quia tunc in mobilibus extrà districtum nō habent locum Consuetudines, vt declarat *Præs. de Franch. d. decis.*93. *post numer.*7.

Aut denique, nec inter immobilia, nequè mobilia
74 reputabuntur, sed constituent tertiam speciem, ac si essent nomina debitorum, & tūc idem iudicabimus de his annuis introitibus, prout de nominibus debitorum, quæ licèt loco non conscribantur. *d. Cains, in princ.* vbi *glos. in verb. nomine, ff. de legat.*2. tamen per effectum exactionis dicuntur esse in loco, in quo est destinata solutio, licèt alibi sit celebratus cōtractus, ità probat optimus *text. in l. quæro, ff. de solut. & in l. Titium, §. tutores. ff. de admin. tut.* & probant infrascripti *Doct.* videlicèt *Lap. alleg.*91. *post nu.*8. *vers. modò est quæstio, Roman. in l. si constante, § fin. post nu.*9. *vers. tu autem dic, & vers. illas tamen singulariter limitauit, ff. solut. matr. Alex. cons.*16. *in fin. vers. idem etiam, lib.*1. *Soc. sen. cons.*101. *post nu.*6. *lib.*1. *& cons.*175. *nu.*1. *lib.*2. *Bertrand. cons.*74. *num.*8. *& seq. lib.*2. *Rub. Alex. cons.*136. *Berous* latè *cons.*155. *nu.*9. *et seq. vol.*2. *Pedroc. cons.*2. *nu.*175. *Peregr. de iure fisci lib.*5. *tit.*1. *nu.*142. *circà medium.*

Quæ quidèm opinio nedùm est tot grauissimorū *Doctorum* authoritatibus roborata, sed pluribus iudicialijs sententijs confirmata, prout testatur *Ant. de Alex. in apostill. ad Napod. in Cōsuet. Si aliquis moriens. in apostill.* incip. *nota, quòd potest,* vbi ait, se ità iudicasse in propria materia *Consuet.* simul cum Marcello Gazella, & nouissimis temporibus, ter ità iudicatum fuisse per S.C. refert *Præs. de Franch. dec.*93. *per tot.*

Adeò, quòd ampliùs in dubium reuocare hanc quæstionem prorsùs inane sit, quia postquàm plu-
75 riès ità per S.C. in eodem iuris articulo iudicatum est, inductus est ltylus in hoc Regno, à quo recedi nullo modo potest, & ità peneceſſe in futurum est iudicandum, prout docet *Dec. in cap.*1. *§. at si clerici, nu.* mihi 166. *extrà de iudic. Præs. de Franch. dec.*228. *nu.*2. & latiùs *dec.*470. *per totam, Thesaur. in proœm. dec. Pedem. nu.*23. *vers. quòd si ter, vel quater, Anton. Gamm. Lusita. dec.*288. & probant apertè *tex. in l. nam Imperator, ff. de leg. l. an ita totum, C. de ædif. priuat. §.*1. *in auth. de restit. & ea quæ par. in* 11. *mense*: ltylus enim Curiæ vim legis obtinet, *Cyn. & Bald. in l. fin. C. quæ sit long. consuet. Afflict. decis.*135. *num.*3. sed quòd non faciat ius, tenet *Ferrer. in Constit. hac nostra* 2. *euidential. num.*41.

Neque huic conclusioni obstabit *tex. in d. l. Titiū, §. tutores, ff. de admin. tut.* ponderando illa verba, ibi, *si Prouincialis contractus esset*, quasi non sufficeret destinata solutio in Prouincia, nisi concurrat etiam
76 celebratio contractus in Prouincia. Nàm contractus celebratus intelligitur, non in eo loco, in quo negotium factum est, sed in quo soluenda est pecunia, ità sunt *tex.* ad literam *in l.*3. *ff. de bon. auth. iud. possid. & in l. contraxisse, ff. de action. & oblig.* Hinc doctissimus ille vir, & in iudicando versatissimus

Ant.

Digitized by Google

Ant.de Alex. in dicta ſua *apoſtill. ad Conſuet. Si aliquis moriens*, non facit vim in loco,in quo ſit celebratus contractus, ſed in eo tantùm loco, in quo eſt deſtinata ſolutio,dùm formatquæſtionem, & re-
77 ſoluit his verbis,videlicèt. *Quid autem in nominibus debitorum,dic,quòd ſi contractus ſunt celebrati Neap. vel alibi,& Neap.eſt deſtinata ſolutio,iudicatur de eis, prout de bonis ſitis Neap.* & ſic apertè decidit, quòd etiam ſi contractus eſt celebratus alibi,quàm Neap. tamen ſi ſolutio eſt deſtinata Neap.iudicatur, ac ſi eſſent bona Neap. illud idem appoſitiſſimè tradit *Zaſ.*in *d.l.contraxiſſe,ff.de act.& oblig.* vbi ait, quòd
78 ſi in vno loco celebratur contractus,& in alio eſt deſtinata ſolutio,non locus contractus, ſed deſtinatæ ſolutionis attendi debet, inferens, hoc eſſe multum vtile pro diuerſitate ſtatutorum, quæ ſunt in locis, nàm non inſpiciuntur ſtatuta loci cõtractus, ſed ſtatuta loci deſtinatæ ſolutionis, & ſic *Zaſ.* determinat in indiuiduo caſum noſtrum.

79 Quòd ſi velit Pars, has functiones Fiſcales eſſe iura incorporalia,& propterea nullo modo loco cohærere, hoc omninò falſum eſt, quia datia,& pedagia,quæ ſimiliter ſunt iura incorporalia, loco tamen cohærent,& inter immobilia reputantur,prout ſpecificè tradidit *Ripa reſp.3.de diuerſ. reſcript. num.*12.
80 Immò cùm hæc iura debeantur ab ipſo Rege, & Republica,pro immobili omninò iudicari debent, ex traditis per *Tiraquell.de retract.lignag.§.1.gloſ.6. num.*14. *Auend de exeq. mand. lib.*2. *cap.*14. *num.*15. *in fin.Laſſarte de Alcaual.cap.*10.*num.*77. *Bouad.lib.* 3.*num.*291. quicquid in contrarium perſuadere videantur tradita per *Felic.de cenſ lib.*2.*cap.*fi.*n.* 12. & quòd hæc iura annuæ penſionis cenſeantur eſſe, vbi ſunt bona obligata ſpecificè,tradidit *Roderic.de ann. reddit.lib.*2.*q.*9 *num.*8.*in fin. Azened.lib.*5. *recop.tit.* 15.*l.*1.*num.*9.*Hieron.Gabr.conſ.*141.*volum.*2. *Conſil. Anæ conſ.*45. *num.*78. *& ſeqq. Parlador.rer. quotid. lib.*1.*cap.*3.§.8.*num.*10.*cum ſeqq.* & nè deſit particularis deciſio in propriis terminis terminantibus, videatur, quæſo, *Virg.Boccat.*in *tract.de cenſib.par.*2. *num.*98. vbi ponit hanc quæſtionem in indiuiduo, & concludit, hos introitus reputari bona extrà diſtrictum,etiam ſi ſolutio illorum ſit promiſſa in Ciuitate,vnà cum reſtitutione pretij tẽpore reemptionis, & per Sacrum Conſilium ità fuit punctualitèr iudicatum inter Antonium Mariam, & Fratres de Geſualdo,& Comitem Muri, ſiuè Ducilſam Grauinæ, & Iſabellam Ferrellam eius filias in introitibus emptis ſuper gabellis Vniuerſitatis Molæ,& promiſſio erat de illos ſoluendo, etiam de propria pecunia in Ciuitate Neapol,cum reſtitutione pretij in eadem Ciuitate tempore reemptionis, vt in articulis Conſentarum 16.17.fol.41. & inſtrumento fol.70. celebrato ſimiliter in Ciuitate Neapol. inter Lucretiam Ferrellam,& Vniuerſitatem Molæ. Qua Lucretia mortua dùm concurrerent ad eius ſucceſſionẽ prædicti Fratres de Geſualdo,vti nepotes ex Catharina altera ſorore præmortua,& Comes Muri frater carnalis,& in hæreditate dictæ Lucretiæ remanſiſſent prædicti introitus ann.duc.400. ſuper gabellis Molæ,& ann.duc.120.ſuper ſtabilibus intus hanc Ciuitatem,dicti Fratres de Geſualdo fuerunt excluſi ab introitibus ſuper ſtabilibus intus Ciuitatem,ſed obtinuerunt reſpectu introituum ſuper gabellis Molæ,eò quòd illi introitus in Ciuitate erant bona intrà diſtrictum,à quibus excluduntur fœminæ, & deſcendentes ex fœmina vigore Conſuetudinis.Introitus verò ſuper gabellis Molę erant extrà diſtrictum, in quibus non operatur Conſuetudo, ſententia eſt folio 108. *in primo proceſſu*.

A qua dùm Hęredes Comitis Muri reclamaſſent, dicta ſententia fuit confirmata,facta etiam relatione in Collaterali Conſilio,vt fol.67.in ſecundo proceſſu;licèt in contrarium conſuluiſſet *Io. Thom.Minad.conſ.*12.fundando ſe,quòd dicti introitus eſſent bona in diſtrictu huius Ciuitatis, ob deſtinatam ſolutionem in Ciuitate. Actuarius Romanus, nunc Cioffus.

Quocunq; igitur ſe vertat Aduerſarius,hi introitus reputari debent tanquàm bona extrà diſtrictum huius Ciuitatis,& ſucceſsiuè conſtat, non eſſe hos introitus ſubiectos Conſuetudini.

Scipio Ronitus.

RERVM SVMMA.

81 *Pactum de retrouendendo etiam perpetuum,& quandocunq; non minus efficit, vt pendente dubio illius euentu, interim emptor non ſit Dominus verus, & perpetuus,cùm ea,quæ pendent à futuro euentu, ſint ſit conditio caſualis,ſiuè poteſtatiua, interim perpetua ſint cenſenda.*

82 *Dominus pleno iure eſt etiam is,qui ſcit, rem à ſe poſſeſſam eunci,auocari,redimi,repeti,relai,aut condici poſſe.*

83 *Rei qualitas haùd mutatur ex eo,quod contingere poteſt,etiam ex caſu præordinato.*

84 *Status præſens rei conſideratur,quo ſcilicèt res nondũ redempta eſt, vt ità cenſeatur qualis nunc eſt.*

85 *Statuto ſi caueatur, vt bona ſtabilia deferantur vni,et mobilia alteri,ſi teſtator emat domum cum pacto de retrouendendo,& tempore mortis non ſit redempta, ad quem ſucceſſorem prædicta domus ſpectabit?*

86 *Mortis,& ſic delatæ ſucceſſionis tempus in reemptionibus attenditur,non autèm factæ reemptionis.*

87 *Conditio ſi eſt poteſtatiua, non attenditur tempus cõtractus,ſed impletæ conditionis.*

88 *Facultas exercendi pactum de retrouendendo cùm pendeat ex voluntate retrahentis, non trahitur retrò;ſed operatur vt ex nunc, non vt ex tunc.*

89 *Hypothecæ contractæ ſuper re empta per emptorem, medio tempore ſequuta retroemptione facta per venditorem reſoluuntur.*

90 *Reſolutio dominij reſultans ex ſequuta retrouenditione operatur pro præterito, & circà ea tantùm, quæ reſpiciunt præiudicium habentis ius redimendi.*

91 *Emptor effectus Dominus rei cum pacto de retrouendendo conſequitur omnes effectus veri dominij pro tempore, pro quo exercitium pacti de retrouendendo ſtat in ſuſpenſo.*

92 *Feudum emenți cum pacto de retrouendendo debẽtur omnia iura,quæ debentur vero Baroni, etiam adintoria.*

93 *Emptore feudi defuncto,eius hæres tenetur ſoluere relieuium,non autèm hæres venditoris.& n.*101.

94 *Emptor feudi cum pacto de retrouendendo etiam poſt retrouenditionem factam poteſt exigere fructus, & iura ſibi acquiſita antè retrouenditionem factam.*

95 *Mortis tempus in deferenda ſucceſſione attenditur.*

96 *Rei meæ occaſione quicquid prouenit, meum eſſe dicitur.*

97 Iacobi Rauen.*opinio quæ nàm ſit.*

98 Baldi *ſententia recenſetur.*

99 *Intellectus ad text.*in l.2.§.id quoq; quod ſub conditione,ff.de coll. bon.

100 Tiraquell.*ratio de* retrac.conſangu.ad fin.tit.n.22. *reprobatur.*

D.de Franch.& Giurb. *lapſus denotatur ibidem circà finem.*

Feudo empto cum pacto de retrouendendo, & poſt patris obitum retrouendito, pretium illius ex retrouēditione habitum ad ſolum pertinet primogenitum, n.101.in fi.

SECVNDÆ ALLEGATIONES.

ADuerſus concluſionem per me firmatam in alijs Allegationibus, quòd ſcilicèt functiones Fiſcales emptæ per D. Antonium de Cardenas à Regia Curia cum pacto de retrouendendo, & remanſęrit in eius hæreditate tempore mortis, ſint iudicandæ vti bona extrà diſtrictum, ſiuè ſint immobilia, ſiuè mobilia, ſiuè nomina debitorum. Dicet forſasè Aduerſarius, quòd empti o huiuſmodi introituum non eſt libera, & perpetua, aut irreuocabilis, ſed eſt cum onere pacti de retrouendendo quandòcunq; ad beneficium Regiæ Curiæ, & ſic eſt reuocabilis, & quandò fiet reemptio, pretium eſt reſtituendum in hac Ciuitate Neap. & per conſequens hic eſt deſtinata ſolutio, & ſucceſſiuè etiã ratione deſtinatæ ſolutionis prædicti introitus empti ſuper functionibus Fiſcalibus reputandi ſunt vti bona intrà diſtrictum huius Ciuitatis.

Verùm enim verò hæc ſubtilis conſideratio nihil
81 obſtat ſuperiùs firmatis, nàm illud pactum de retrouendendo eti am perpetuum, & quandòcunq; non minus efficit, vt pendente dubio illius euentu, & donec exerceatur, interim emptor non ſit Dominus verus, & perpetuus, ac omninò plenus, & perfectus, tùm quia ea, quæ pendent à futuro euentu, ſiuè ſit conditio caſualis, ſiuè poteſtatiua, interim perpetua cenſeri debent, ex *text.* in *l.ſufficit, ff.de cond.indeb.* quem ſuperiùs adduxi, & comprobaui authoritate *Tiraquell.* qui cæteros vſq; ad nauſeam congerit de *retract.conuent.§.2.glo.1.nu.19.& de retract.conſang.*
82 *9.1.glo.14.num.120* Tùm etiam, quia interim eſt verè Dominus pleno iure etiam is, qui ſcit, rem à ſe poſſeſſam euinci, auocari, redimi, repeti, relui, aut cõdici poſſe, vt ex multis probat *Tiraquell.in d.§.2.glo.1.num.38.de retract.conuent Præſ.de Franch. dec.76.*
83 & qualitas rei non mutatur ex eo, quod contingere poteſt, etiam ex caſu pręordinato, vt probat *text. in l.1.ff.de in lit.iur.* quem ad id expendunt *Rot. Rom. dec.445.in nouis, Affl.dec.385.in fi.* & alij citati à *Tiraquell.vbi ſuprà, num.17.* & propterea idem *Tiraq. d.§.1.glo.14.num.120.de retract.conſang.* ait expli-
84 citè in propria materia, eſſe conſiderandum præſentem ſtatum rei, quo ſcilicèt res nondùm redempta eſt, vt ità cenſeatur, qualis nunc eſt, & ſequitur *Foller.de cenſib.in verb.huiuſmodi cenſualia, num.33.* id, quod expreſſiſsimis verbis probatur in *l.plerumquè, ſit, vt ea, quæ à nobis poſſunt abire, perindè in eo ſtatu ſint, atquè ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſint.* Plura enim accidere poſſunt, vt Regia Curia non velit vti eo pacto redimendi, quę conſiderat idem *Tiraquell.d.§.2.glo.1.num.11.de retract. conuent.* & probat *text.in l.naturalem, §.1.in fin. ff.de acquir.rer. dom.* & alia congeſta per *Tiraq.de legib.connub. gl.2. num.17.18.& ſeq.*

Hinc in terminis ferè terminantibus *Frecc. de ſubfeud.lib.2.author.2.poſt quæſt.17.§.hic quæro, n.6.*
85 tradidit, quòd ſtante ſtatuto, vt bona ſtabilia deferantur vni, mobilia verò alteri, ſi teſtator emat domum cum pacto de retrouẽdendo, & tempore mortis non ſit redempta, hęc domus ſpectabit ad ſucceſſorem ſtabilium, non autem ad eum, qui vocatur ad pretium, ſi res fuiſſet redempta.

Quò fit, vt dùm inſpecto nedùm tempore mortis D. Antonij, de cujus ſucceſsione agitur, ſed etiam præſenti ſtatu, quo hæc quæſtio decidenda eſt, non ſit factus caſus reemptionis, ſed emptio annuorum introituum, adhùc ſtat in ſuo robore, vtiq; iudicandũ erit de eis, vti de fructibus rei emptę, non autem vti de pretio redacto ex reemptione, quę nec facta eſt, nec fieri ſperatur ſic breui tempore.

Immò dico vnum, quod eſt fortius, quòd etiam ſi fuiſſet facta reemptio à Regia Curia, poſt tamen mortem D. Antonij, & ſic poſt acquiſitum dominiũ D. Bernardino per ſucceſsionem, adhùc deberet excludi à pretio, pro quo fuit facta reemptio D. Pom-
86 peius aduerſarius, ſiquidem in huiuſmodi reemptionibus attenditur tempus mortis, & ſic delatæ ſucceſsionis, non autem tempus factæ reemptionis, prout in ſpecie voluerunt *Doctores in l.ea demùm, C.de collat.* nempè *Fulgoſ. num.2. verſ. ex quibus, Alexand. num.4. & 5. Aretin. circà princip. Corn. num.3. cum ſequent.* vſquè ad *fin.* licèt *Tiraquell.in loco* infrà notando, citet eum pro contraria opinione, & hanc opinionem dicit eſſe veram *Apoſtill.ad Dec.in d.l.ea demùm in vlt. apoſtill.* vbi hanc opinionem confirmat expreſsè, etiam quandò emptio eſſet facta à defuncto cum pacto de retrouẽdendo, & reemptio fit poſt mortem defuncti, prout eſt caſus noſter.

Ratio eſt, quia integrum dominium introituum, iàm ſemel tranſiuit ad D. Bernardinum, qui tempore mortis D. Antonij reperit hos introitus extrà diſtrictum, & licèt illud ſit reſolutiuum, ſub conditione, quandò Regia Curia voluerit exercere pactum de retrouendendo, tamen hæc non eſt conditio caſua-
87 lis, ſed poteſtatiua, nempè collata in poteſtate debitoris, qui eſt Regia Curia, & quandò eſt poteſtatiua, nõ attenditur tempus contractus, ſed tempus adimpletæ conditionis, *l.qui balneum, in princ.et l.prior, in princ.ff.qui pot.in pignor.hab.* declarat in ſpecie *Bart.in l.ſi filius familias, verſ.ſed quæ eſt ratio. ff.de*
88 *verb.oblig.* Et cùm dicta reſolutio depẽdeat ex mera voluntate retrahentis, quatènus velit illam facultatem exercere, non trahitur retrò, ſed operatur vt ex nunc, non vt ex tunc, ad *text.in l.pẽn. ff. quæ res pign.oblig.poſſ.l.1.§.fin.& l potior.ff.qui pot.in pignor. hab.* & in terminis tradit *Caſtrenſ.in conſ.74. num.11. volum.2.* & poſt *Io.de Lignano* affirmauit *Gemin.in cap.ſi pro te, eſtim.fin. ibi. & immò ipſe ſolvit, dereſcript.in 6.* ſubdens, quòd hoc caſu perindè eſt, ac ſi diſpoſitio illa conditionalis adhùc non eſſet facta, & ſic habetur, ac ſi venditio eſſet omninò pura abſq; onere retrouendendi. Ergò in caſu noſtro, vbi tempore, quo fieret reemptio, reperitur Dominus ipſe D. Bernardinus, pretium redigendum ex retrouenditione horum introituum debet eſſe integrum D. Bernardini, cuius erat integrum dominium bonorũ retrouenditorum.

Nec prædictis refragatur *Bart. in l. ſi res, ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolu.* & in *l.in diem, ff.de aqu.*
89 *plu. arcend.* qui ait, quòd ſequuta retroemptione facta per venditorem, reſolluuntur hypothecæ contractæ ſuper illa re vbempta per emptorem medio tempore, donec res fuit pẽnès ipſum emptorem, cuius opinio communis eſt, teſte *Belleg.in ſpecul. Princip.rubr.41.§.leges Regni, num.7. verſ.ſed dubitatur quotidiè, Tiraquell de retract.conuent.§.1.glo.2.nu. num.10.11.* Nàm id non procedit ex eo, quòd dominium, & contractus reſoluantur ex tunc, non autem ex nunc, vt ſuperiùs affirmaui, ſed quia illæ obligationes

tiones censetur contractæ per emptorem eo iure, quo res obligata erat penès ipsum emptorem, nempè revocabiliter in casu sequutæ reemptionis, prout erat dominium penes ipsum venditorem, ità voluit *Paul. de Castro in l. 2. q. 8. C. de rejcin. vend. Tiraquell. ubi suprà, num. 11. vers. & hanc rationem.* Ratio rationis est, quia cùm res obligata tempore obligationis erat affecta penès emptorem illo onere pacti de retrouendendo, nò poterat obligari ab eodé emptore, nisi cum eodem onere, per *regulam nemo plus iuris ff. de reg. iur.*

90 Patet itaquè, quòd resolutio dominij, quæ resultaret sequuta retrouenditione, operatur pro præterito circà ea tantùm, quæ respiciunt præiudicium eius, qui habet ius redimendi, sed circa ea, quæ respiciunt cómodum, aut incommodum possidentis cum onere pacti de retrouendendo, nihil penitùs operatur.

91 Hinc videmus, quòd emptor, qui est effectus Dominus rei cum pacto de retrouendendo, consequitur omnes effectus veri domini pro eo tempore, pro quo exercitium pacti de retrouendendo stat in suspenso, nedùm donec sequatur reemptio, sed etiam post subsequutam reemptionem, & sic etiam post resolutum dominium.

92 Primum patet, quia ementi feudum cum pacto de retrouendendo debentur omnia iura, quæ debentur vero Baroni, etiam adiutoria, de quibus in *Constitutione Regni Quoniplurium*, vt latè per *Frecc. lib. 2. subfeud. auth. 2. q. 17. §. hic quæro*, & defuncto hoc emptore, eius hæres tenetur soluere relevium,

93 non autèm hæres venditoris, vt *ibidem Frecc. nu. 2.*

Secundum verò dignoscitur ex discussis, & decisis per *Præs. de Franch. decis. 76.* vbi fuit determina-

94 tum, quòd emptor fundi cum pacto de retrouendendo, etiam post retrouenditionem factam, & sic post resolutum dominium potest exigere fructus, & iura sibi acquisita antè retrouenditionem factam, quod vtiquè de iure non posset procedere, si post retrouenditionem contractus fuisset resolutus ex tunc, nam omnia remanerent ad beneficium illius, qui fecit reemptionem.

95 Prædictis accedat, quia in successione, in qua verfatur casus noster, tempus mortis attenditur pro deferenda successione, quicquid post acquisitam successionem contingat, etiam si statim cessauerit, vt probatur in §. *quin etiam, Episcopum, vel Abbatem, in vsibus feudorum*, & ex traditis per *Oldrad.* vulgato *cons. 21. Dec. cons. 227. nu. 7. 286. in princ. 290. nu. §. 634. nu. 16. et 17.* & alibi sæpè.

96 Confirmantur hæc omnia, quia quicquid occasione rei meæ provenit, meum esse debet, *l. solùm, §. meum ff. de rei vend. l. fin. §. sed cùm in secundam, C. de furt.* ibi *vtpotè ex sua rei occasione ortam*, quæ iura ad id expendit *Andr. de Fend. Guard. post nu. 6. vers. quod autem occasione.* Cùm itàque dominium horum introituum sit ipsius D. Bernardini, absquè dubio ergò pretium, quod occasione illorum indè provenit sequuta retrouenditione, suum quoque erit.

Scio, quòd contrà conclusionem superiùs à me firmatã ex *Fulgos.* & alijs in *l. ea demùm, C. de collat.* allegantur *Iacob. Rauen. Cyn. Alber. Bald. & Dec. in d. l. ea demùm*, citati à *Tiraqu. de retract. conjang. ad fin. tit. nu. 14.* quibus *ipse* adhæret *n. 18. cum seqq.* Ta-

97 men aduerto, quòd *Iacob. de Rauen.* qui vti antesignanus pro hac opinione à *Tiraq.* adducitur, non est penes manibus nostris, vt illum in fonte videre possimus. Nec *Cyn.* eum citet, tamen ex dictis *Cyni* nò constat eius opinionis fuerit *Iacobus* ipse, sed tantùm dicit, quòd *Iacobus de Rauen.* in quæstione de facto respondebat, & non dicit, quid respondebat, & post relatam quæstionem dicit *in fin.* quòd fuit dictum, quòd Executores deberent habere, sed non explicat, quo fuit dictum.

Item ipsemet *Cyn.* non potest adduci pro hac opinione, quia est simplex relator tantùm, non autem aliquid pro, aut contra annuit.

Alber. similiter nihil affirmat, sed refert tantummodò formalia verba *Cyni*, prout assolet.

98 *Bald.* verò licèt in casu retractus, qui fit iure sanguinis ex statuto, concludat secundum hanc opinionem, tamen in casu retractus, qui fit ex cõuentione, & sic ex contractu, vult expressè contrarium, dùm *in principio* ait, acquisitum ex contractu post mortem defuncti esse conferendum, & postea limitat, hoc esse verum, nisi requirat vestimẽtum per implectionem conditionis, citat *tex. in l. si seruus communis Titij, §. fin. ff. de stipul. seruor.* prout etiam aduertit *Aret. ibidem in princ.* inquiens, quòd vbi conditio est potestatiua, debitum ex contractu non confertur, & ait, quòd hoc videtur esse de mente *Baldi*, vndè cùm in casu nostro hoc pretium, licèt sit ex contractu debitum, tamen requirit vestimentum implementi cõditionis, scilicet vt Regia Curia exerceat pactum de retrouendendo, vtiquè non potest retrotrahi ad tẽpus contractus, nec debet conferri, dùm exercetur post mortem.

Præterea omnes præcitati *Doctores* hãc vltimam opinionem reminiscentes mouentur per *tex. in l. 2.*

99 *§. sed quoquè, quod sub conditione ff. de collat. bonor.* qui *tex.* ni fallor, prorsus abest ab huiusmodi interpretatione, vbi enim *in principio* statuerat *Iureconf.* vt nepos natus ex filio emancipato post mortem aui, qui eum præterijt, dùm propter vitiũ prætertationis rũpit testamentum aui, teneatur conferre omnia bona, quæ habebat eius pater, ab auo emãcipatus, deindè *in §. sed quoquè* declarando, quæ bona sunt conferẽda, subdit, illud quoquè esse conferendũ, quod sub conditione ex stipulatu debebatur eius patri emancipato, vt puta, quia eius pater, idemquè filius, dùm erat in potestate patris sui, stipulatus fuerat centum à Titio, sub conditione, si nauis ex Asia veneris, & pendente conditione fuerat emancipatus, dubitabatur, an id, quod debebatur sub hac cõditione casuali, esset conferendum? & videbatur dicendum, quòd non, quia dùm conditio non erat purificata antè emancipationem, etiam si purificaretur postea, id, quod erat in stipulatione deductum, debebat acquiri ipsi filio, qui tempore purificatæ conditionis erat effectus sui iuris, sed cõtrarium respondet *Iureconf.* & ratio est, quia in his, quæ debentur ex contractu, pro acquirenda actione attenditur tempus celebrati contractus, non autem impletæ conditionis. *l. si filiusfamil. ff. de verb. oblig.* ergò si tempore stipulationis stipulator erat filiusfamil. hæc actio fuit acquisita patri, qui habebat filium stipulantem in potestate, nõ autem ipsi filio, quantùmuis emancipato tempore impletæ conditionis. Modò, illum *tex.* sic declaratum, cõstat, nullo iure applicari posse casui nostro, nec prædictæ quæstioni, de qua loquuntur *Doctores* suprà citati, siquidèm in casu prædictæ quæstionis defunctus, qui emerat fundum, nullam actionem acquisiuit sub conditione in vita, ità vt sequuta adimplectione post mortem possit retrotrahi ad tẽpus acquisitionis, sed acquisiuit rem stabilem, licèt obnoxiam iuri retractus in beneficium proximi, & sic ex huiusmodi emptione licèt oriatur actio retractus, hæc actio non acquiritur ipsi defuncto, sed vicino, & est in potestate vicini illam exercere, siuè in vi-

in vita, siuè post mortem emptoris ad sui libitum, & sic ex parte vicini tantùm consideratur actio, ex parte verò emptoris consideratur sola passio, ergò non conueniunt termini illius §. loquētis de actione acquisita defuncto sub conditione, nō autem de passione.

100 Et ex hac animaduersione patet, quàm futilis sit ratio vltimo loco adducta per *Tiraqu.* pro confirmatione huius opinionis in *retract. conſang. ad fin. tit. num.* 22. dùm ait, actionem iudicari mobilem, vel immobilem ex natura rei, pro qua competit, nam hoc dictum verum est in se, sed illi quæstioni non benè applicatur, quia ibi defunctus nullam habebat actionem, nec ad rem mobilem, nec ad immobilem, sed possidebat rem stabilem, affectam tamen onere illius retractus.

Nec illa qualitas, quòd scilicèt res stabilis sit affecta onere retractus, debet esse in consideratione, vt sequuta postea retractu censeatur, ac si nunquàm fuisset res immobilis, nam si hoc admitteretur, sequeretur, quòd res immobilis adiudicata primo creditori, quæ remanet obnoxia iuri offerendi competenti secundo creditori, sequuta oblatione secūdi creditoris deberet censeri semper mobilis, quod nemo sani capitis admittet. Item sequeretur aliud absurdum, quo nihil absurdius dici potest, videlicèt. Quòd esset in facultate eius, qui habet ius luendi, post ius vni quæsitum, illum excludere, & alios admittere ad concursum, quod est contrà *tex.* si rectè perpendatur in *d. l. pen. ff. quæ res pign. oblig. poss. & in l. 1. & l. potior ff. qui pot. in pign. hab.* Et hoc in individuo considerauit *Gemin. in d. cap. si pro te*, vbi dùm confirmaret regulam, quòd in actu voluntario attēditur præsens status, & sic tempus exequutionis, nō autem status præteritus, & sic tempus originis, subdit hæc formalia verba, videlicèt, *& absurdum esset, in potestate illius esse excludere eum, cui medio tempore esset ius quæsitum.* Hæc tile, quem sequitur *Soc. cōs. 41. col. 1.* vsquè ad *vers. pro his etiam. vol. 4.* Item resultaret aliud absurdum, vt is, qui semel successit in totum, & sic est hæres vniuersalis, si facta retrouendrione fratres succederēt in pretio, qui erant exclusi à corpore, desineret esse hæres in totum, & fieret pro parte, contrà regulam *text. in l. ei, qui soluendo, in fin. ff. de hæred. instit. in l. ex facto, §. Iulianus, ff. de vulg. & pupill.* Item contrà regulam, quòd hæreditas ex certo tēpore, aut ad certum tempus dari non potest, *l. hæreditas ex die. ff. de hæred. instit. §. hæres. Instit. eod.* & esset in facultate retrahentis, quem vellet hæredem efficere, & sic successio penderet ex alieno arbitrio, contrà *l. illa institutio, & l. captatorias, ff. de hæred. instit.*

Reliqua iura, quæ pro sua opinione conglutinat *Tiraq.* vnico verbo submouentur, loquuntur enim in actibus, qui interim sunt in suspenso, & ideò iudicatur de eis ex futuro euentu, at in casu nostro actus est purus, & dominium est purè quæsitum, licèt sub conditione resolutionis, & cùm res debeat iudicari secundùm præsentem statum, de vno ad alium non rectè infertur, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* Quæ quidèm differentia satis probatur ex *l. 2. cum ibi* notatis, *ff. de in diem adiectione*, & infrà sigillatim respondetur.

Supereſt modò, vt refellam obiectum, quod sibilando auribus insurgit ex doctrina *Illius* damnatæ memoriæ, qui eo tempore nondùm erat prohibitus, qui in materia feudali *tit. 1. §. 11. numer. 31.* aiebat, quòd si patersfamilias emit feudum sub pacto de retrouendendo, & interim moriatur, relictis pluribus filijs, non est dubium, quin inter eos, quandiù non redimitur, sit locus iuri primogenituræ, cùm autem redimitur, pretium debebit inter omnes hæredes diuidi, per *tex. in l. codicillis, §. insulam, ff. de legat. 2.*

Sed hæc doctrina nedùm obicem aliquem non opponit meæ opinioni, *sed* potiùs illam confirmat. & propterea rectè ponderentur, quæso, singula eius verba, nam *ipse* non simplicitèr dicit, quòd facta reemptione pretium debet diuidi inter omnes hæredes, sed declarādo se, subdit infrascripta alia verba, videlicet, *non pro quota hereditaria, sed pro portione, quam quisque habet in feudo, quia vere portiones suis teneuntur, & dissoluitur prior contractus per nouum contractum*, ecce igitur, quòd in diuisione pretij non attenduntur portiones hæreditariæ, vt scilicèt, quot sūt hæredes patris, tot fiāt portiones feudi, sed attenduntur portiones dominij in ipso feudo retendito, ità vt quot sunt Domini feudi retenditi, & pro quota parte quisquè est Dominus tot fiant portiones pretij, habita ratione ad quotam dominij, loquitur enim *Author* ille secundum illas Consuetudines Parisienses, secūdùm quas non primogenitus solus succedit in feudo, sed omnes filij succedunt æqualitèr, assignato tantùm primogenito ante partē iugere Terræ feudalis iure primogenituræ, vt patet in themate illius §. t. e. in cap. *quando in feudo*, ergo in casu nostro, in quo dominium horum introituum per mortem D. Antonij emptoris fuit translatum ad D. Bernardinum solùm, quātùmuis fiat reemptio à manibus ipsius D. Bernardini, pretium indè prouenieus non diuidetur cum alijs hæredibus, sed erit integrum ipsius D. Bernardini, prout est integrum dominium ipsorum introituum, hinc patet, cauendū esse à *Præsid. de Franch. decis. 64. num. 23.* vbi in contrarium sensum adducit authoritatem prædicti *Authoris* damnatæ memoriæ, & à *Gurb. in Consuetud. Messan. cap. 1. glos. 2. p. 1. nu. 63.* vbi simplicitèr transit cum opinione dicti *Præsidis de Franch.*

Quicquid igitur sit in casu retractus, qui fit iure consanguinitatis, de quo loquitur *Tiraq.* sufficit mihi, quòd in casu retractus, qui fit vigore pacti de retrouendendo, qui est casus, de quo agimus, opinio mea sit cōfirmata ex ipsa naturali ratione, quæ nullo pacto potest mihi contrarium persuadere.

His optimè adstipulatur sollemnis decisio *Frece. de subfeud. lib. 2. auth. 5. num. 20. post med. vers. in hoc*
101 *casu*, vbi in ea quæstione, an hæres illius, qui vendidit feudum cū pacto de retrouendendo, redimens feudum post mortem venditoris, teneatur soluere releuium per mortem illius, concludit, quòd non, ea ratione, quia est magis spectanda causa immediata, quæ est ipsa reemptio ex contractu, quàm causa remota, quæ est ius redimendi competens defuncto, subdens, quòd pecunia, & volūtas hæredis est causa potentior rehabendi feudum, & est magis proxima reacquisitioni feudi, & propterea illa debet inspici, ex quo magis coheret, adducens pulchrum exemplū in naturalibus, satis ad propositum, ait enim, quòd in arbore, si in trunco pruni inseratur ramusculus pyri, licèt nutrimentum procedat à trunco, tamen forma specifica procedit ab immediato ramusculo pyri, & sic non nascuntur pruna, sed pyra, quia causa immediata magis imprimit, & dirigit materiam, ità in casu nostro, licèt D. Bernardinus cogeretur ad retrouendendum ex pacto D. Antonij defuncti, tamen pretium acquirit ex retrouendītione, qui est nouus contractus factus ab ipso hærede immediatè, non autem à defuncto, & successiuè ipsi acquiritur, & nō defuncto, & id est, quod specialiter considerat. *Author* ille damnatus in *loco* proximè citato, dùm ait, quòd

disso-

diſſoluitur prior contractus per nouum cõtractum.

Concludo igitur, quòd quemadmodum D. Bernardinus ſolus per ſucceſſionem acquiſiuit dominium horum introituum extrà diſtrictum, ità ad ipſum ſolum ſpectabit pretium, quando fiet caſus retrouenditionis, addo *Vrſil.* ad *Aſſiſt. dec. 195. in fin.* qui loquitur in feudo empto cum pacto de retrouendendo, & poſt mortem patris retrouenditio, vt pecunia peruenta ex retrouenditione ſpectet ad primogenitum. Cætera ſuppleat eminens doctrina, & innata Religio ampliſſimi Senatus.

Scipio Ronitus.

Hæc omnia non fuerunt guſtata ab *Antonin. de Amat. in reſolut. 4.* vbi nullo argumento in contrarium allato aſſerit, contrarium eſſe verius, vt ſcilicèt pecunia redacta ex retrouenditione feudi, non ad primogenitum ſolum, ſed ad omnes fratres pertineat, nàm ſi hæc vidiſſet, proùt videre poterat, dùm longè poſt hæc edita *ipſe* ſcripſit, fortaſsè contrarium reſoluiſſet.

RERVM SVMMA.

102 *Intellectus ad* text. in l. ſed & ſi quis, §. 1. ff. de vſufruct. l. ſi ſeruus, §. 1. ff. de acqu. rer. dom. & l. boué, §. fin. ff. de ædil. edict.

103 *Intell. ad* l. ſi ſeruus, in princ. ff. de leg. 2.

104 *Intell. ad* l. ſi is, qui pro emptore, in princ. ver. quòd ſi ſeruus, ff. de vſucap.

105 *Intell. ad* l. in bello, §. 1. l. bona, §. 1. & 2. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & l. ſi ſeruus cõmunis, §. ſeruus, ff. de ſtipul. ſeru.

106 *Intellectus ad* text. in l. penul. §. fin. ff. de caſtrenſ. pecul.

107 *Intellectus ad* l. fideiuſſor obligari, §. ſtipulatione, ff. de fideiuſſor.

108 *Intellectus ad* text. in l. qui res ſuas, §. rem autem, ff. de ſolut. & l. præſcriptũ, §. 1. in fin. ff. de diſtract. pignor.

109 *Contractus rei emptæ cum pacto de retrouendendo, ſequuta reemptione an reſoluatur vt ex tunc, vel vt ex nunc.*

110 *Deciſio S. C. facta ſuper hac principali quæſtione refertur.*

TERTIÆ ALLEGATIONES.

Ad retorquendum iura in contrarium adducta per Tiraquellum.

Tiraquell. de retract. conſangu. ad fin. tit. nu. 14 cum ſeqq. adducit quàmplurima iura ad fundandum, quòd ſequuta reemptione rei venditæ cum pacto de retrouendendo per defunctum, pretium ex reemptione perueniens non erit illius, qui vti ſucceſſor in ſtabilibus obtinuit rem ipſam vti ſtabilem, ſed ad eum, qui eſt ſucceſſor in mobilibus, quia reſolutio contractus retrotrahitur ad tempus ipſius contractus, & pretium, quod reſtituitur, cenſetur fuiſſe in bonis defuncti ab ipſo tempore factæ emptionis, non autem ipſa res. Quæ omnia vnica ſolutione in prioribus ſcriptis refellenda duxi, quòd ſcilicèt omnia illa iura loquuntur in actibus, qui interim ſunt in ſuſpenſo, nec producunt aliquem iuris effectum, ſed omninò pendent à futuro euentu, quod ſecus eſt in caſu noſtro, vbi contractus producit effectum ſummum quòad translationem dominij, quàm quòad effectus ipſius dominij, licèt ſub conditione reſolutionis; Modò tamen vltrà illam reſponſionem generalem operæpretium eſſe duxi ſigillatim retellere ſingula iura, ab ipſo *Tiraq.* allegata. Dico igitur, quòd

102 *Text. in l. ſed & ſi quis §. 1. ff. de vſufr. in l. ſi ſeruus, §. 1. ff. de acquir. rem. dom. & in l. bouem, § fin. ff. de edil. edict.* benè probant, quòd ſeruus, in quo vnus habet vſumfructum, & alius proprietatem, emens rem, donec ſoluat pretium, eſt in pendenti, cui acquirat dominium, an ſcilicèt proprietario, vel vſufructuario, & pendet à futuro euentu, nàm ſi ſoluit pretium de pecunia vſufructuarij, acquiret dominium vſufructuario, ſi verò de pecunia proprietarij, acquiret proprietario, ſed non propterea intertur, quòd ſoluto pretio de pecunia vnius, eiq; acquiſito dominio, dominium non remaneat perpetuò acquiſitum illi, & ſic *text.* prædicti loquentes antè acquiſitum dominium non conueniunt caſui noſtro, qui verſatur in pretio ſoluto poſt acquiſitum dominium.

103 *Text. in l. ſi ſeruus, in princ. ff. de leg. 2.* videtur mihi prorsùs impertinens, nàm ibi nil aliud diſponitur, niſi quòd legatum vnius rei, vel vtriuſq; de duabus alternatiuè debitis confirmatur ab euentu ſolutionis, quam faciet debitor, qui habet electionem vnã, vel alteram ſoluendi, quod ideò ſic deciſum eſt, quia interim electione non facta à debitore, neutrius habet dominium reſtator, at in caſu noſtro, in quo dominium fuit ab initio acquiſitum à contrahente, & translatum in eius hæredem, non eſt applicabilis *text.* ille.

104 *Text. in l. ſi is, qui pro emptore, §. 1.* ſeù in *princip. verſ. quòd ſi ſeruus, ff. de vſucap.* eſt ſatis extrà propoſitum noſtrum, nàm licèt *ibi* ſit in pendenti vſucapio rei emptæ per ſeruum illius, qui eſt apud hoſtes, donec videatur exitus captiuitatis Domini, an ſcilicèt moriatur in captiuitate, vel reuertatur ad ſuos, Ego, vt ingenuè fatear, non video, quomodò poſſit trahi ad quæſtionem noſtram, ſed quatènus poſſit attrahi, potiùs videtur mihi probare contrarium, dùm in eo *text.* probatur, quòd illud eſſe in pendenti, eatènus durat, quatènus ſequatur mors, vel regreſſus Domini, non autem vlteriùs, ergò idem dicendum eſt in caſu noſtro, vt ſcilicèt poſt emptam rem ſtabilem, ſubiectam retractui conſanguinitatis, vel conuentionali, eatènus ſit in pendenti, an ſit mobilis, vel ſtabilis, quatènus ſequatur mors emptoris, vt ſcilicèt ſi in vita ipſius ſit locus retractui, pretium retractus dicatur res mobilis, ſed in vita emptoris non ſequatur retractus, remaneat perpetuò immobilis pœnès eius hæredes, à quibus ſi retrahatur poſt mortẽ emptoris, retrahetur vti res hæredis, ad quem fuit trãſlatum dominium, & ſucceſsiuè illius erit pretium.

105 Et eodem modo reſpondetur ad *text. in l. in bello, §. 1. & l. bona, §. 1. & 2. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. & in l. ſi ſeruus communis Mauij, §. ſeruus, ff. de ſtipul. ſeru.* quæ iura citat *Tiraq. ibid. n. 20.*

106 *Text. in l. pen. §. fin. ff. de caſtr. pecul.* quem in eodem *num.* adducit, benè probat, quòd dominia rerum poſſunt eſſe in ſuſpenſo, ſed non propterea ſequitur, quòd ſemel acquiſito dominio rei ſtabilis, quantùmuis reſolubili ex pacto, vel ex diſpoſitione legis, interim ſit in ſuſpenſo qualitas, ſeù potiùs ſubſtantia huius rei, an ſcilicèt ſit ſtabilis, vel mobilis, de quo nos diſputamus.

107 *Text. in l. fideiuſſor obligari, §. ſtipulatione, ff. de fideiuſſor.* nullo modo huic quæſtioni adaptatur, nàm ibi ideò ius eſt in pendenti, quia antè impletam conditionem non eſt ius quæſitum, at in caſu noſtro ius eſt quæſitum perfectè, ſed illius tantùm reſolutio eſt in pendenti, & ſic ſatis duerſa ratio.

108 Et deniquè *text.in l.qui res suas, §.rem autem, ff. de solut.* & in *l præscriptum, §.1 in fi. ff. de distract. pign.* quos citat *Tiraq. ibi.num.21.* bene probant, quod pendet ex futuro euentu, an debitor, qui dedit rem in solutum creditori, sit liberatus, nec nè, donec appareat, si res data in solutum euinci potest, quod nos non negamus, sed non propterea sequitur, quòd sequuta euictione huius rei datæ in solutum, censeatur hæc res alterius naturæ, quàm fuerit tempore factæ in solutum dationis, immò si esset attendenda opinio *Tiraq.* sequeretur maximum absurdum, vt scilicèt in casu statuti, de quo *ipse* loquitur, si post mortem creditoris, cui fuit data in solutum res stabilis, sequeretur à creditore anteriore illius rei euictio, & ex causa euictionis eius hæres recuperaret pretium à debitore, qui dedit rem in solutum, hoc pretium nó deberet peruenire ad hæredem vti pretium rei stabilis, sed potiùs ad Exequutores tãquàm res mobilis, quod nihil absurdius, meo iudicio, dici posset, neq; huic absurditati à me consideratæ obstat authoritas *Glos. Parisien. quæ tit. 1. §. 11 num. 33.* antè suam memoriam damnatam, videtur prima facie determinare contrarium, nàm *ipsa* loquitur, quãdò fuit vendita res aliena à non Domino, & posteà fuit euicta à vero Domino, quo casu emptor non acquisiuit dominium rei venditæ à vero Domino, & successiuè ad eius hæredes non potuit transire dominium, sed tantùm actio ad interesse, vt ipsamet *Glos.* se declarat, at in casu meo res fuit data in solutum à vero Domino, & sic fuit acquisitum dominium emptori, & eius hæredi, licèt posteà euincatur à creditore anteriore, actio ad interesse pro euictione erit illius tantùm hæredis, qui acquisiuit dominium, non autem aliorum cohæredum, sed hodiè hæc authoritas iam delcta est à libro Vinentium.

Cętera verò intra, quæ coaceruat *Tiraquel.* in eod. *n.* sunt adeò extrauagantia à sua quæstione, vt nec relatu quidèm digna mihi videantur.

Et sic sublatis iuribus, & rationibus ab *eo* congestis pro sua opinione, remanet mea opinio & vera, & magis communis, & solidioribus rationibus munita, quod indè patet, quia idem *Tiraquell.* qui fuit tàm anxius in congerendis iuribus prorsùs extraneis ad confirmandum suam opinionem, non ausus fuit aliquod, vel minimum responsum afferre rationibus pro mea opinione adductis per eundem *Tiraq. ibid. n.10.11.12.& 13.*

Et quandò omnes rationes deficerent, illa ratio considerata à *Corn. in dict. l. ea demùm, post num. 6. vers. nàm in casu nostro*, non potest deficere in æternum, inquit enim *Corn.* quòd dùm exercetur ius retractus post mortem defuncti contrà eius hæredem, pretium recipitur ab ipso hærede, & hæc receptio pretij non potest fingi retrò facta in vita defuncti emptoris, & sic hæres recipit pretium vti pretium rei suæ, & rei stabilis, & successiuè non potest dici mobilis.

Hæc eadem ratio multò fortiùs militat in casu nostro, vbi retractus fit ex conuentione, & licèt con-
109 tractus rei emptæ cum pacto de retrouendendo sequuta reemptione resoluatur vt ex tunc, non autem vt ex nunc, per *Bart. in l. in diem, ff. de aqu. plu. arc.* & in *l.3. § Marcellus, ff. de in diem adict.* hoc est respectu hypothecæ medio tempore contractæ super ipsa re, vt fundaui in præcedentibus Allegationibus, at respectu pretij non potest fingi retrò receptum vt ex tunc, sed vt ex nunc, tempore, quo recipitur, nam hoc pretium recipitur causa implendæ conditionis pacti de retrouendendo, & quòd recipitur cauta conditionis implendæ, non potest fingi retrò receptum, vt appositissimè docet *Corn.* in eodem *loco* proxime citato.

Adeò vt ex singulis prædictis, aut saltem ex omnibus simùl junctis remanent indubitata, & irrefragabilis opinio, quam alias firmaui, vt scilicet in his introitibus redimibilibus non attendatur tempus factæ reemptionis, sed tempus mortis emptoris, tàm respectu acquisitionis dominij ipsorum introituum, donec redimantur, quàm respectu pretij, si sequatur reemptio post successionem hæredi delatam.

Scipio Rouitus.

110 Die 16. Martij 1604. referente Regio Consiliario Io. Ruiz de Valdeuieso, junctis Consiliarijs duarum Auiarum, scilicèt Salamanca, & Gizzarelli, per Sacrum Consilium fuit declaratum, has functiones Fiscales esse bona extrà districtum Ciuitatis Neap. Interuenerunt in votando D. Petrus de Vera ab Aragonia Præs. Salamanca, Gizzarellus, Mestanza, Tapia, Io. Ruiz de Valdeuieso Commissarius, Freccia, Arcualo Sedeño, de Leonardis, quorum hodiè tres tantùm viuunt, scilicèt Tapia, qui, vt alibi dixi, euectus fuit ad summum fastigium Regentatus in Supremo Consilio rerum Italicarum apud Catholicam Maiestatem, vbi talitèr se gerit, quòd meruerit honestari, prout iàm decoratus fuit titulo, & dignitate Marchionatus, Valdeuieso, qui clericali ordine insignitus translatus fuit ab eadem Catholica Maiestate ad exercendum munus Iudicis Monarchiæ in Sicilia vlteriori, quod est vnum ex supremis Officijs illius Regni, & D. meus Cæsar Freccia, qui ex nobilissima, & Patritia Neapolitana familia natus, hodiè vti post Decanum primus in ordine Senatorio dign.simè præsidet in Aula, in qua Ego resideo.

ADDITIO.

A DE origine functionum Fiscalium vide apud *Capyc. in insest feud. in ver. collectis, Dom. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de Regal. impos. §. 2. à num. 10. ad 17.* & latiùs in *§. 8. num. 32. cum seq. Montan. de Regal. in §. extraordinaria collatio*, & latissimè apud *Dom. Reg. Moles* in suis *quæst.* seù *decis.* manuscriptis, in *rubr. de function. Fiscal. ibi in princ. & per totum*, vbi fundat, eas nedùm ex Populi largitione, sed etiam ex iuris communis dispositione deberi, per *text. in l. comperit, C. de præscript. 30. vel 40. ann.* quod etiam comprobat latissimè *Capyc. in d. ver collectis*, & in *ver. collectarum verò ad Dominum Regem, & Montan. in d. §. extraordinaria collatio*, post *Dom. de Pont. in d. §. 8. num.* præsertim 37. In recognitionem Supremi, vniuersalisq; dominij, & tutelæ, quam Rex de Regno tenet, *Dom. de Ponte ibidem num* 10. & satis elegantèr demonstrat idem *Montan. in d. tract. de Regal. in prælud. quæst. 2 num. 2. & seq.* id probans, tùm ex sacris, tùm etiam ex prophanis, politicisq; documentis, & latiùs tractat eruditissimus *Auendan. de metu lib. 2. cap. 23 per tot.*

Confert etiam hic scire, quòd functio Fiscalis dicitur solutio tributorum, ac cuiuscunq; rei, quæ Fisco præstatur, *Luc. de Penn. in l. omnes omninò 4. C. de annon. & tribut. lib. 10.* ex *text. in l. placet*, vbi *glos. in. ver. functionibus, C. de sacrosanct. Eccl.* itaut comprehendat collectas, *glos. in d. l. placet in ver. ab hinc*, & *in ver. canonicam*, ius quoq; foculariorum, & salis, quæ erat collecta quædam carolenorum quindecim, & grani vnius pro quolibet foculari, quæ exigebatur tempore Regis Alphonsi Primi, *D. Reg. hic* post

Dom.

Dom. Moles d. tit. de collect. ver. verùm elapso triennio, & Montan. in §. extraordinaria collatio, sub num. 7. Tributa, *glos. in d. l. comperit*, Census, *l. bi, pendes quos, C. de agricol. & censit. lib. 10.* Vectigalia, *D. Moles de iurisd. Fiscal. vers. Hinc alienum non erit*, Donatiua, idem *Moles in vers. & vltrà iura prædict.*, aliasq; ordinarias impositiones, vel extraordinarias, quas superindictum vocant, *Montan. d. §. extraordinaria collatio, sub num. 2. vers. Hæc extraordinaria collatio*, post *And. in eodem loco, & Dom. de Pont. de Regal. impos. §. 1. num. 1.* Et de his omnibus oneribus, functionibus, seu solutionibus, quæ Regi fiunt, loquuntur suprà citati *DD.* quę tamen multis ab hinc annis recesserunt ab aula, sed earum vice exactæ sunt quædam aliæ impositiones, quæ ex gratia Inuictissimi, & Clementissimi Regis Nostri PHILIPPI IV. procurante Serenissimo Principe D. IOANNE ab AVSTRIA, eius in hoc Regno Vicario, ac Plenipotentiario Amplissimo redactę sũt ad carolenos quadraginta duos pro quolibet foculari, cęteris omnibus sublatis.

Quæ Fiscales functiones Publicæ etiam functiones dicuntur, *d. l. comperit & l. omnes omnino*, vbi *Lucas de Penn.* quia Regi propter publicam vtilitatem præstantur, vt in *Auth. de mand. Princ. § publicorum verò*, ibi. *Quoniam Fiscalium ratio, & militibus, & priuatis, ipsisq; templis, & cunctæ Reipublicæ vtilis, & necessaria est*, id idem est *text. in l. 1. in fin. C. de cond. ex lege*, ibi. *Vt Fisco, cuius ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet*. Hinc bene notat *Montan. sub num. 2. ex Affitt. & Alex.* tunc impositiones, ac functiones illas esse licitas, ac Regi deberi, cùm Reipublicæ expedit pro defensione Regni, vel pro subditis, quod etiam tradit *D. de Ponte de Regal. impos. in princ. & per totum*, qui etiam sub *num. 17.* dicit vnum singulariter, quod adeò verum est, quòd in his functionibus, publicus fauor, & vtilitas versatur, vt quotiescunq; de his tractatur, dicatur factum, & negotium Vniuersitatum Regni, ideoquè in eis maior pars posset præiudicare minori, contrà id, quod firmauimus suprà in *pragmat. 2. num. 3. de administr. Vniuers. ex Capiblanc.* & alijs in tangentibus singulos vt singulos, nam dicit *D. de Pont. ex Innoc. & Io. Andr.* doctrina in *cap. quanto, de iureiur.* quòd negotium Regis reputatur negotium Vniuersitatum Regni, & ideò sufficit consensus maioris partis Regni, posset enim cedere in magnum Regni præiudicium, si donatiua, impositionesq; non fierẽt, quæ, vt plurimum, & semper fiunt ob imminentes Regis necessitates, ad defensionem Regni, & vt alias Prouincias, & Regna acquirat, & securius, quæ habet in pace, possideat, ideòq; sufficit consensus maioris partis Regni, seu Magnatum Regni, cùm tangant huiusmodi impositiones singulos vti vniuersos, quo casu potest maior pars præiudicare minori, ex notatis suprà in *d. pragm. 2.* & traditis per *D. de Franch. dec. 2.* præsertim sub *num. 27.* cùm adsit publica vtilitas, quæ principaliter consideratur, ac etiam necessitas faciendi donatiua, & impositiones, ob causas prędictas, quod etiam confirmat *Petra ad decis. Capyc. 152. ver. possint impedire*, licet loquatur in materia prohibitionis pascuorum, ac defensarum in pascuis, quas facere intendit Vniuersitas, seù maior pars ipsius, contradicente minori parte, de quo per *Capyc. d. dec. 152. de Franch. dec. 197.* quem citat, & sequitur *Costa de ration. rat. q. 159. n. 10. & Oter. de pasc. c. 11. n. 39. & 40.*

Nonnulla tamen concurrere debent, vt talia onera, impositionesq; iustè fiant, quorum tria tradit *Montan. in d. §. extraordinaria collatio. nu. 2.* Primum est, quòd expediat Reipublicæ pro defensione Regni ab hostibus, vel si alio modo expedit pro subditis. Secundum, vt Rex non habeat de suo, *Andr. d. §. extraordinaria collatio.* Si an. Rex habet de suo, non debet ad subditorum bona manus extendere, vt dicit *Andr. ibidem, & Capyc in d. ver. Collectis, in ver. temporibus verò necessitatis.* Recolo ad hoc propositum *Marci Antonini Imperatoris* egregium, Regiumq; factum, quod refert *Sext. Aurel. Vict. in epitom. vitæ* prædicti *Imperatoris* in hæc verba.

Hic cùm ærario exausto, largitiones, quas militibus impenderet, non haberet, neq; indicere Prouincialibus, aut Senatui aliquid vellet, instrumentum Regni cultus facta in foro Traiani sectione distraxit, vasa aurea, pocula cristallina, & murrhina, vxoriam, ac suam sericam, & auream vestem, multa ornamẽta gemmarum, ac per duos continuos menses venditio habita est, multumquè auri redactum. Post victoriam tamen emptoribus pretia restituit, qui reddere comparata voluerũt, molestus nulli fuit; qui maluit semel empta retinere.

Et Tertium est, quòd commensurentur necessitati occurrenti, non autem sint immoderatæ, *Lucas de Penn. in l. 1. num. 10. C. de superindict.* quod dixit prius *Tacit. lib. 13. annal.* ubi *vt ratio quæsitum, & necessitas erogationum inter se congruant.*

Tres alias cõditiones ad has impositiones iustificãdas requirit *D. Auend. d. c. 23. n. 41. de metu* Hæ sũt Potestas, Causa, & Proportio, *Alsar. de offic. Fiscal. glos. 20. §. de vectigali, num. 59.* quæ duæ vltimæ reincidunt in supradictas à *Montan.* positas. Potestas est in Rege, & Principe Supremo. Causa est necessitas publica. Proportio est, vt tributum respondeat facultatibus, ità *Auend. in loco* citato, qui *num. 44.* fundat, quòd illis concurrentibus, is, qui negat, tributum Regi deberi, committit crimen læsæ Maiestatis, quod tamen declarat *num. 46.* vt non procedat in eo, qui non negaret, Regi tributum deberi, sed quòd ipse ex aliqua causa non posset ad illud compelli. Reliqua in hac materia vide apud *DD.* supradictos.

SED hic cadit quæstio satis quidèm illustris, quæ tractata fuit annis elapsis in Reg. Camera Summariæ inter Excellent. Dom Aloysium Sanseuerinum, Bisiniani Principem, & Regium Fiscum super petitione integrarum functionum Fiscalium, quæ exiguntur per Regiam Curiam in Ciuitate Bisiniani, etiam vltrà carolenos quindecim, & granum vnum, pro quauis causa sint impositæ, etiam pro donatiuis extraordinarijs, & alijs quibuscunq; impositionibus, quocunq; nomine nuncupentur, vigore contractus emptionis factæ per quondam Illustr. Lucam Sanseuerinum, Ducem Sancti Marci à Rege Ferdinando Primo in anno 1462. In qua nonnulla subijciam, quæ pro vtraq; parte adducebantur.

Pro parte Principis D. Aloysij producebatur instrumentum venditionis factæ per Regem Ferdinandum Primum Lucæ Sanseuerino Duci Sancti Marci in anno 1462. Ciuitatis Bisiniani. *Cũ iuribus, redditibus, gabellis, &c. & signanter cum iure collectarum, foculariorum, seù taxæ generalis, iurium salis, & aliarum quarumcunq; Fiscalium functionum, ordinariarum & extraordinariarum, quonus nomine nuncupentur, seù in posterum nominari, seù appellari contingerit, etsi in aliud nomen, vel quoduis vocabulum, posted immutarentur in Regno prædicto, dudum impositarum, & de cætero imponendarum.*

Ex quibus sanè verbis apparet, omnes functiones Fiscales, quæ hodiè exiguntur in Ciuitate prædicta spectauisse, & spectare ad ipsum Principem D. Aloysium,

ſrum,ex dictis per *Reg Moles in deciſ.* manuſcripta §.*verſ.alius eſt caſus,quando Rex concedit terras cum functionibus Fiſcalibus, vnà cum augmento, verbis claris vel æquipollentibus,quia tunc ſi Rex fecit, non eſt,quid obſtet,quominus augmentum veniat in conceſſione*,ad quæcunq; enim impoſitione verba ſpecianda ſunt,nec eſt ab eis recedendum,*l.non aliter,ff.de legat.*3.& latè *Tiraquell.in l.ſi vnquàm,in verbis,verſ.C.de reuoc.donat.* & inſpici debet ſtipulationis termo,*l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum,ff.de verb.oblig.* cum aliis latè ad propoſitum cumulatis per *Tiraqu.* loco citato,*num.*11.*Bald.in cap per venerabilem,de elect.& Surd.*in terminis contractus, prout eſt caſus noſter,*conſ.*127 *num.*15. *& conſ.*150.*num.*32.*vol.*1. Quòd planè ſit, vt cum in verbis contractus nulla ſit ambiguitas,non debeat admitti quæſtio voluntatis, *laſſe,aut ille,ff.de legat.*3. Et dùm vniuerſalitèr vendit Rex, nullam talis venditio, aut conceſſio poteſt recipere a futuro euentu interpretationem,quin futuræ impoſitiones non veniant, *Bald.in l final.C.ſinè cenſ.vel reliqu. Ruin conſ.*111.*nu.*2.*volum.*1. *Rimin. ſenior conſ.*61.*num.*18.*&* 19.*Natta conſ.*325.*num.*6. *Roland. à Valle conſ.*2.*volum.*4.*num.*2. *& Cephal. conſ.*58 *num.*11.*volum.*1. Quæ eò magis ſine dimultate proceduat,quando non agitur, niſi de præiudicio concedentis,tunc enim ſemper conceſſio trahitur ad futura,*Cravett.in l* 1.*num.*21.*ver.qua iura,& num.*27.*verſ.ex præmiſſis infertur, ff.de leg.*1.*Cephal. conſ.*367.*num.*25.*lib.*3. & ſemper verba indefinitè prolata in conceſſione,comprehendunt futuras impoſitiones,nec habetur ratio de regula, quòd quælibet diſpoſitio intelligitur, *rebus in eodem ſtatu permanentibus*, ſùm de concedentis tantùm præiudicio tractatur,*gloſ.in cap.quia circà de priuileg.* vbi *Abb. num.*5.*Felin. Alc.at. Crot.* & cæteri, quos allegat, & ſequitur *Aluar.Valaſc.conſult.*58.*num.*11.& in vniuerſalibus ſemper dicitur idem ſtatus rerum permanere,licèt addatur, vel minuatur, *Hercul.*& cæteri per *Natt.*allegati *conſ.*340.*nu.*13.*vol.*2.

Quandò enim concedens vult excludere futuras impoſitiones,debet cautè agere, & expreſsè hoc dicere,vel in conceſsione præſentium debet addere taxatiuam,aliàs ſibi imputabitur,ſi quod potuit,noluit exprimere,& apertius legem dicere,& ob id ſub indefinita eius conceſsione veniunt futura, vt dicit expreſsè *text.in d.cap quia circà de priuileg.* & dixit *Camill.de Medic.conſ.*51.*num.*38. *ver.deniq;* ex *Bart. in l.veteribus,ff.de pact.*& aliis, *Aluar.Valaſc.d.conſult.*58.*nu.*10.Ideòq; conceſsionem onerum, & impoſitionum ſimpliciter abſq; taxatiua factam, comprehendere etiam futuras, & de nouo poſt conceſsionem impoſitas,poſt *Carber.dec.*136.*num.*1.*Alex. & Dec.*dixit *Io.Vinc de Ann. ſingul.*698. & poſt eum *Marchio Belmontis in l.fin p.*1.*c.*4.*num* 5.*ff.de conſtit. Princip.*

Hæc præſertim adducebat Princeps pro eius intentione fundanda, quam Regius Fiſcus (cuius partes in hac cauſa tuebatur doctiſsimus,ac prudentiſsimus *D.Regens Caſanate*,tunc Regiæ Cameræ Præſidens)profligare nitebatur ſequentibus mediis.

Primò conſiderandum proponebat Fiſcus, quòd tempore præfatæ venditionis ſolùm erant impoſita grana 151.pro iure foculariorum,& ſalis,quæ pertinebant ad Regiam Curiam, ſubrogata in locum gabellarum,& aliarum rerum, quæ antè præfatam venditionem debebantur, ſed impoſitiones,quas Princeps petit,erant impoſitæ ob certam cauſam, & deſtinatæ ad certum effectum,& earundem impoſitio eſt facta poſt venditionem prædictam. Vndè cùm Rex teneatur præciſè erogare præfatas impoſitiones in vſibus deſtinatis,nò dicitur earum dominus, ſed ſolùm diſpenſator,& adminiſtrator, atq; ob hàc cauſam non comprehenduntur in conceſsionibus gratioſis,vel oneroſis factis de functionibus Fiſcalibus,impoſitis,& imponendis, vt refert *Reg.Moles quæſt.*ſeù *deciſ.*5.*verſ.Quòd verò ad alias impoſitiones turrium.*

Quod comprobatur,quia Princeps Biſiniani vtilitatem cõſequitur ex impoſitione harum Fiſcalium functionum,atq; ita iniquum eſſet in propriam vtilitatem conuertere ea,quæ pro vtilitate publica, & eius quiete impoſita ſunt,exemplo Clericorum, qui licèt ſint exempti ab omnibus oneribus ordinarijs & extraordinarijs, quandò tamen imponuntur pro vtilitate publica, quæ etiam Clericos tangit, eos cõprehendit, & contribuere tenentur vt cæteri laici, *l.ad diſtributionem,C.de Sacroſ.Eccleſ.Aret.& Abb. in cap.non minus,& in cap.aduersùs, de immun.Eccl.* quos ſequitur *Reuerter.dec.*45.*volum.*2.*Luc.de Penna in l.final.C.de exactor.tribut. Canoniſta in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſt.Surd.conſ.*301.*volum.*3. *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg. de elect. offic.*§.1.*num.* 40.*& de Regal.impoſ.in rubr.num.*62. *Vin.opin.*102. *Emmanuel Suarez lib.*1.*comm.opin.tit.de Epiſcop. & Cleric.num.*54.*&Grat.diſcept.*149 *num.*45. compellendi tamen erunt per Iudices Eccleſiaſticos in caſibus debitis,vt in *cap.non minus*, & in *cap.aduersùs de immun Eccleſ.*& aduertit *D.Reg de Pont.d.tit.de Regal impoſ.nu.*62.& nos adnotauimus ſuprà in *rub. & pragm.*2.*de excub.noct.n.*17.*in fi.*

Longè magis confirmantur hæc omnia ex praxi, & ſtylo Regiæ Cameræ, quæ non obſtantibus quibuſcunq; conceſsionibus,quantùmuis ampliſsimis functionum Fiſcalium,ordinariarum, & extraordinariarum,impoſitarum,& imponendarum,ſolita eſt interpretari,& declarare, vt ſimiles conceſsiones effectum habeant in impoſitionibus ordinarijs tantùm,non autèm in extraordinarijs, quæ ob certam cauſam impoſitæ ſunt,quia non obſtante conceſsione, (vel ſit ex cauſa oneroſa,vel gratioſa)Regia Curia exigit impoſitiones extraordinarias,hoc eſt iura foculariorum,& ſalis pro granis 151. Quæ iudicandi conſuetudo,& ſtylus inueteratus inducit notoriã probationem intellectus clauſulę venditionis,vt intelligatur de impoſitionibus extraordinarijs, factis ad beneficium Regiæ Curiæ,non verò de illis, quæ fiunt pro re particulari,deſtinata in conceſsione, vel impoſitione,& declarat,ac interpretatur diſpoſitionem factam,*c.cùm dilectus,de conſuet.Bart.in l.ſum, C.de aquæduct.lib.*11.*Iaſ.in l.beneficium,ff.de conſtit. Princip.Felin.& Dec.in cap.cùm acceſſiſſent, de conſt. Roman.conſ.*7. *& Alex.conſ.*103.*num.*11.*volum.*2. & minimè ſunt mutanda,quæ certam habuerunt interpretationem,*l.minimè ff.de leg.*

Tantò magis,quia ſumus in materia alienationis functionum Fiſcalium, quæ eſt odioſiſsima, adeò quòd multi grauiſsimi *Authores* dixerunt, non licere Regibus eas alienare, *Affl.in cap* 1.*num.*48.*in fi. qui ſucceſſores teneantur,& in cap.*1.*num.*66.*quæ ſint regal.Roland conſ.*1.*nn.*100 *volum.*2.*de Pont. de poteſt.Proreg.tit.de tract.num.*30. *Anna alleg.*69.*nn.*1. *& de Curt.in diuerſ.iur.feudal.in* §. *licèt autèm veriſſima,& Reg.Reuerter.dec.*34.*volum.*4. & ſic in hac materia alienationis functionum Fiſcalium ſtricta debet fieri interpretatio,& vt minus noceat alienãti,& Regno,*De Thor in* 1.*p.Comp.dec.in ver.priuilegium conceſſum Baroni.*

Quæ omnia licèt concurrant, idem procedere in dona-

donatiuis ordinarijs, & extraordinarijs, quod in reliquis impositionibus, exceptis iuribus focularioru̇m, & salis, (quæ Fiscus non denegat) tamen particulari ratione donatiua ordinaria, & extraordinaria non possunt censeri comprehensa in venditione allegata per Principem Bisiniani, in qua comprehendu̇ntur solùm impositiones ordinariæ, & extraordinariæ, Donatiua autèm non imponuntur, sed gratiosè donantur, eorumq; natura primordialis oritur ex concessione facta per Regnum, Impositionum verò natura primordialis oritur ex impositione facta per Superiorem. Cùm ergò venditio comprehendat tantùm impositiones, & hæc donatiua non possint sub eo nomine comprehendi, minimè poterit Princeps in illis ius aliquod prætendere, ex *Reuert. decis. 44. tom. 2 fol. 151. in ver. Immò fuit dictum, quòd cùm alia priuilegia Ciuitatis Caietæ*, in fine, cuius decisionis asserit, ità fuisse consultum, nemine discrepante, à diuersis enim, & separatis non rectè fit illatio, *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* & idem confirmat *D. Moles dec. 3. ver. tamen hoc non obstante*, vbi testatur, pluriès in Regia Camera fuisse iudicatum, immunitatem quantùmuis amplè concessam non comprehendere functiones sponte donatas, nisi specificè, & in individuo de donis fiat mentio, quia donatiua voluntariè fiunt.

Id, quod etiam comprobatur, quia Principes Bisiniani per se, vel per suos procuratores præsentes fuerunt in Parlamento generali tempore concessionum donatiuorum, & sic renunciauerũt iuri, si quod illis competebat vigore venditionis prædictæ, tantibus præsertim continuatis solutionibus factis Regiæ Curiæ, tàm per Vniuersitates Regni, quàm per Principes Bisiniani, quo fundamento iudicatum fuisse refert *Moles dict. quæst. 3.* & videndi sunt *Florian. in l. hæc iura. ff. de seruit. urban. prad. & Gizzarel. dec. 73. nu. 5.*

Secundò limitebatur Fiscus literis quond. Regis Federici confirmatis per Regem Philippum Secundum, immortalis memoriæ, per quas mandatur, quòd omnes concessiones, & gratiæ factæ de functionibus fiscalibus per ipsum, & eius prædecessores exequentur ad rationem carolenorum quindecim pro quolibet foculari, & non aliter, quæ literæ cùm fuissent remissæ ad Regiam Cameram in anno 1566. fuerunt interpolita multa decreta, quibus fuit ordinatum, quòd concessiones functionum Fiscalium (nulla facta distinctione, an procederent ex contractu oneroso, vel ex concessione gratiosa) reducerentur ad iura focularioru̇m, & salis, hoc est gran. 151. & in alijs impositionibus extraordinarijs non haberet locum, vt constat ex pluribus decretis Regiæ Cameræ. Quæ decreta cùm contineant declarationem voluntatis Regum, nemini faciunt injuriam, & sunt obseruanda, cùm possit Princeps in vim legis generalis declarare contractus à se celebratos, & alias quascunq; dispositiones gratiosas, vel onerosas, prout decet *Mutu. in Cap. Regis Ioan. 107. nu. 80. lib. 7. ex Alexand. Afflict. Dec. Roland.* & alijs.

His etiam addebat Regius Fiscus, quòd non poterat venditionis contractus Ciuitatis Bisiniani, factus per Regem Ferdinandum Primum exequtioni demandari in præiudicium Regis Hispaniarum, Domini, & possessoris Regni Neapolis, nàm notissimum est, quòd Rex Ferdinandus Catholicus, & eius descendentes non successerunt in Regno præfato Regi Ferdinando Primo, sed Alphonso Primo, à quo causam habent, suntq; eius immediati successores, & quo bene discurrit *D. Rex. Reuitus in dec. 72. n. 63.* & sic non tenentur stare contractibus, & priuilegijs concessis per Ferdinandos Primum, & Secundum, Alphonsum Secundum, nec Federicum, *Bald. in l. 1. ff. de consti. Princ. post Cynum in l. digna vox, C. de leg. Reuerter. dec. 95. volum. 3. & dec. 53. & 58. volum. 1. & Moles quæst. 10. art. 8. ver. sed his non obstantibus*, vbi referunt plures decisiones, tàm Regiæ Camerę, quàm Collat. Consil. iuxtà prædicta, & eò fortiùs dicendum est, concessionem hanc functionum Fiscalium factam per Ferdinandum Primum, non posse comprehendere functiones Fiscales, quæ fuerunt impositæ tempore Regis Catholici, & eius successorum, quia illæ non pertinebant, nec potuerũt pertinere ad ipsum venditorem, sed spectabant, & pertinebant ad Reges, in quorum beneficium imponebantur, qui cùm non habeant causam à venditore, non possunt compelli ad obseruantiam contractus, per eum celebrati, ex regula *tex. l. cùm à matre, C. de rei vendic. l. Lutius, & ibi Bart. Alexand.* & cęteri *ff. sol. matrim. & Gabr. comm. concl. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 11. n. 24.*

Nec vim faciunt confirmationes priuilegiorum, & concessionum Regum Ferdinandi Primi, & Secũdi, & Alphonsi Secũdi, & Federici, factæ in beneficũ Principis Bisiniani per Regẽ Catholicum, Carolum Quintum, & Philippum Secundum, solitissimę semper recordationis. Primò, quia expressè excludunt functiones Fiscales. Secundò, quia confirmãt solùm ea, in quorum possessione existunt, cùm ergò Bisiniani Principes nullam vnquàm habuerunt possessionem functionum Fiscalium extraordinariarum, non potest ad eas confirmatio extendi, confirmatio enim limitata, limitatum producit effectum, *l. cancellauerat. ff. de iis, quæ in test. am. delent. Gutierr. pract. quæst. lib. 3. quæst. 31. num. 7. Mar. Anton. Amat. lib. 1. resolut. 108. num. 18. & Stephan. Grat. decis. Marchiæ 56. num. 5.*

Dùm ergò titulus primordialis venditionis fuerit infectus, vti celebratus à Rege illegitimo, & de re prohibita alienari, & confirmationes sint restrictæ ad ea tantùm, in quorum possessione existunt, non possunt prædictæ confirmationes vllum operari effectum, respectu extraordinariarum functionũ, quia nunquàm in earum possessione fuerunt Principes Bisiniani. Verba enim *si, et prout, et quatenus*, cum quibus factæ fuerunt confirmationes prædictæ, inducunt cõditionem, modificant, restringunt, & limitant dispositiones, ità vt necesse sit probare, eos stetisse, & stare in possessione, vt cõfirmatio ex nunc, & tanquàm noua concessio possit operari effectum in re modificata, limitata, & restricta, *Bero. cons. 51. num. 12. volum. 2. Aleiat. cons. 36. num. 4. lib. 6. Decian. cons. 3. num. 144. volum. 1. et cons. 67. nu. 25. volum. 5. Dec. cons. 497. num. 4. Bardell. cons. 50. num. 17. et Ossasseus dec. 5. n. 9.*

Tertium Fisci motiuum erat præscriptio annorũ 160. in circà, quam opponebat, cum certum sit, Bisiniani Principem, ciusq; Prædecessores vnquàm exegisse à Ciuitate Bisiniani, nisi tantùm iura focularioru̇m, & salis, & pro eis grana 151. Donatiua verò ordinaria, & extraordinaria, aliasq; impositiones omnes semper fuisse quietè, & pacificè exactas absquè vlla contradictione per Regiam Curiam, quo fit, vt Regius Fiscus præscripserit ius, quod vigore prædictæ venditionis poterat Principi, & eius Antecessoribus competere, cùm sint elapsi à tempore venditionis vsq; ad tempus litis motæ anni fermè 160. per quod tempus legitima introducta est præscriptio, *Nouæ, C. de præscr. 30. vel 40. ann. Afflict. omnino*

videndus *cons.* 26. qui *nu.* 3. asserit, priuilegium non solùm non vtendo amitti, sed fortius actum contrarium faciendo, puta soluendo, seù aliter paciscendo, *Aluar Valasc. consul.* 132. vbi *num.* 32. dicit, contra Vasallum prescribere Regem iura Regalia, prescriptione ordinaria 19. vel 20. annorum, allegans *Cyman. Paris. Balb.* & alios. Tacitè enim per illos actus contrarios videtur priuilegio renunciatum, *Moles d. decis.* 3. *in fin.* vbi refert decisionē Regiæ Cameræ in causa Immunitatis Tarentinæ, & latissimè *Reuert. d. decis.* 58. *vol.* 1. in qua loquitur de immunitate Ciuitatis Puteolorum pro functionibus Fiscalibus ordinarijs, & extraordinarijs, impositis, & imponendis, qua immunitate cùm nunquam fuerit via Ciuitas Puteolorū, seu semper soluit donatiua, prout omnes aliæ Vniuersitates Regni, amisit priuilegium, nec amplius potest illius obseruantiam prætendere, ex late congestis per ipsum *D. Reuert.* qui refert etiam decisionem R.C. contra Ciuitatem Puteolorum.

Et Quartū denique Fisci fundamētū erat iniustitia pretij, quæ resultaret ex cōtractu prædicto, si eius verba comprehenderent omnes impositiones ordinarias, & extraordinarias, ac donatiua. Siquidèm pro pretio ducatorū viginti mille haberet Princeps Bitiniani Ciuitatem Bitiniam cum primis, secūdis, & tertijs causis, gabellas Ciuitatis, & annuos ducatos quinque mille in circa, prouenientes ex impositionibus ordinarijs, & extraordinarijs, quorū omniū capitalia faciunt summam plusquàm centum quinquaginta mille ducatorum, quæ iniustitia, & iniquitas sufficiens est ad resolutionem contractus, quando enim noua superuenit causa, quæ iniustificat cōtractum, illumquè reddit iniquum, receditur à qualibet dispositione, *l. quod seruus*, cum ibi notatis per *DD. ff. de condit. ob caus. Auchar. cons.* 84. *nu.* 2. *Roland. cons.* 1. *vol.* 2. *nu.* 159. *cum seqnent.* ex *Dec. cons.* 334. *Cranet. cons.* 232. *Rain. cons.* 102. *vol.* 5. *& Felin. in cap.* 1. *de Constitut.*

Et licèt iniustitia pretij ad rescindendam venditionem considerari debeat tempore contractus, *ad text. in l. si voluntate, C. de rescind. vend.* Illud tamen intelligitur, quando venditio cōtinet præsentia, quæ si ex aliqua causa augmentum recipiunt post venditionem, illud augmentum non attenditur ad rescindendam eam, secus verò, quando contractus vēditionis non solùm respicit præsentia, sed comprehendit etiam futura, eo enim casu iustitia, vel iniustitia contractus non solùm regulatur ex statu præsenti tempore venditionis, sed etiam ex futuro, qui expressè comprehenditur, & deducitur in venditione, sicuti ex *Abb. cons.* 34. *nu.* 15. docet *Roland. d. cons.* 2. *n.* 174. *cum seqq. vol* 2. & in proprijs terminis nostris *Rimin. iunior cons.* 59. *nu.* 68. *vol.* 1. omninò videndus, qui decidit casum nostrum, quælibet enim dispositio intelligitur, *rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus*, ideoquè ex causa de nouo superuenienti potest contrauenire contractui, & ab eo recedi, prout ex *Alexand. Rubeo. Cranet. Marsil. Paris. Gozzad. Socin. Affl. Tiraquell.* & alijs tradit *Rimin. iun. d. cons.* 59. *num.* 74. *vol.* 1.

Hæc, & quamplura alia, ad diluendam Principis intentionem insinuabat disertissimus, ac eloquentissimus Dominus Fisci patronus, quæ de mea in longiùs protrahatur oratio, omittenda duxi, & si his omnibus relatis, aliisque intermissis Bitiniani Princeps occurrere conabatur sequentibus responsionibus.

Et quòad primum, quòd cùm hæ impositiones essent ad certum vsum destinatæ, ideòque eas non comprehendi in concessione prædicta facta de functionibus impositis, & imponēdis Replicabat, quòd verissima est cōclusio, quod sub concessione, vniuersalibus verbis facta, veniunt ea omnia, quæ extraordinariè, & ad certum vsum fuerunt imposita, etiam si occasione imminentis belli, nam ex dictione illa, vniuersalis nihil intelligitur reseruatum, nihil excluſum, *can. si Romanorum* 19. *distinct. Alex. cons.* 30. *n.* 4. *& 14. vol.* 5. *Barbat. cons.* 26. *lib.* 1. *& Paris. cons.* 68. *lib.* 1. Præsertim quando adsunt verba *functiones ordinarias, & extraordinarias*, tunc enim quia talis impositio occasione belli, vel alterius causæ destinata, dicitur onus extraordinarium, expressè venit sub cōcessione, talibus verbis concepta, *Decius cons.* 113. *Rain. cons.* 111. *vol.* 1. *& Bald. in l. fin. C. sine cens. vel reliq.* & plenè probat *Natta consil.* 525. *& Roland. Vall. consil.* 2. *vol.* 4. *num.* 12. vel si adsint illa verba, *quocunque nomine nuncupentur, Cephal. cons.* 58. *num.* 118. *vol.* 1. Et in puncto, cōcessionem talibus verbis factam, comprehendere impositiones pro refectione stratarum, pontium, ac murorum, benè fundant *Roland. Vall. d. cons.* 2. *vol.* 4. *à nu.* 7. *ad* 31. *& Paris. cons.* 68. *vol.* 1. *in* 2. *dubio*, antè *nu.* 13. mirabilis ad hoc est doctrina *Bal. in cons.* 406. *vol.* 5. antè *num.* 5. *ver. Verba cum dicunt*, quod cuiam latè fundat *Cranet. cons.* 294. *num.* 6. *Roland. d. cons.* 2. *nu.* 30. *& cons.* 5. *vol.* 1. *nu.* 35. *Natta cons.* 275. *vol.* 2. *& Vini. communia opin. opin.* 367. *num.* 3. Præsertim cùm sit etiam venditum ius collectandi, quæ imponuntur personæ pro rebus, ratione oneris extraordinarij, quod per accidēs obuenit, & certā, determinatamquè prestationem nō habent, *l. rescripto, §. fin.* vbi *gloss. in Vet. Incolis, ff. de muner. & honor.* vbi *Bar. Bald.* & cæteri, & fundat *Ofast. dec.* 95. *n.* 4. *& Bald.* elegāter *cōs.* 112. *vol.* 2. *n* 6. *& seq.*

Replicabat item Princeps, quòd si Rex expressè concessisset omnes impositiones, ex causa particulari factas, & ad certū vsum destinatas, illas distinctim exprimendo, scilicet pro subuentione Regni, & bellorum, pro reparatione stratarum, pontium, & murorum, pro Barricello, & similibus, certè talis concessio subsisteretur, prout subsistitur immunitas à talibus oneribus *l. cui muneris, ff. de munc. & hon. Fran. Marc. decis.* 102. *num.* 1. *par.* 2. *et* 458. *sub nu* 6. *par.* 1.

Cùm ergò idem operetur verba vniuersalia in concessione apposita, *quarumcunque functionum ordinariarum, et extraordinariarum, quouis nomine nuncupentur*, ac si fuisset dictum *pro refectione viarum, pontium, et murorum, pro Barricello, subuentione Regni, et similibus*, prout est suprà fundatum ex *Roland. d. cons.* 2. *Paris.* & alijs. Ergò sicut concessio valet in casu expresso, ità sublimari debet in casu vniuersali, eandem vim habente. Præsertim cùm hæc cōcessio fuit facta in cōtractu iurato, & iuramentum in dispositione vniuersali habet vim casus expressi, *cap. ex rescripto*, vbi *gl. de iure iur. Alexan. Bar.* & cæteri, quos refert loquens in proprijs terminis *Cephal. d. cons.* 58. *num.* 26. *volum.* 1.

Et tandēm considerandum proponebat idem Princeps, quòd in concessione prædicta duo comprehenduntur, Alterum est ius exigendi prædictas impositiones, eo modo venditas, Alterum verò est, fructus istius iuris venditi, at fructus futuri si augeātur, cedunt lucro, & beneficio emptoris, *l. Iulianus, §. fructus, ff. de actio. empti*, ità ista exactio augmentata ex noua impositione, cuę est fructus illius iuris concessi, cedit beneficio cessionarij, prout ingeniosè dixit *Balin cons.* 112. *num.* 4. *vol.* 2.

Nec his negotiū exhibet Fisci consideratio, quòd istę impositiones non sunt Domini Regis, nō intrā

ih

in ipsius burſam, nam verè vadunt ad commodum Regis, & in illius burſam intrant, & ſine eis tenebatur Rex facere ea omnia, quorum cauſa fuerunt facte impoſitiones, & exactiones, & ſi Rex exigit plus, vel minus, quàm opus ſit pro illis neceſſitatibus, totum cedit damno, vel beneficio Regis, & ſic non eſt adminiſtrator, ſed Dominus illarum exactionum, & omnes cõſunduntur in arcamilitari pro ſeruitio Regis, nec de eis habetur diſtincta ratio, immò expenduntur in aliũ vſum, & neceſsitatem Regię Curię, *de Põte de pot. proreg. tit. de reg. impoſ. §. 2. ſub n. 60.*

Poſito ergò, quòd ſub hac conceſsione comprehendantur omnes impoſitiones ordinariæ, & extraordinariæ, etiam ad certum effectum deſtinatę, impoſitę, & imponendę, minimè prętendi poteſt, quin comprehendantur etiam donatiua, ea planè ratione, quòd donatiua non imponuntur per Superiorẽ, ſed offerũtur, ac donãtur per ſubditos voluntariè.

Nam ordinaria ea ſint, vel extraordinaria, hodiè omnia dicuntur neceſſaria, & per Regem impoſita, qui, nihil refert, quòd eius literis mandet, vel roget quia idem important preces, quod mandata illius, *Alexan. conſil. 124. numer. 4. lib. 1.* poſt *Iſer.* & alios, in tractatu illud.

Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi,

& quòd ſimulatè retinẽt nomen donatiui, quia irremiſsibilitèr petuntur, & verè poterunt appellari impoſitiones, *Frecc. de ſubſ. in 3. auth. Bare. num. 26. de Ponte deciſ. 3.* & fundat *Gierb. deciſ. 118. num. 2. & 3.* Nec eſt nouum in iure aliquam exactionem ſui ortu fuiſſe extraordinariam, deinde verò ex cauſa, & continuata prestatione factam fuiſſe ordinariam, *Andr. in tit. quæ ſint Regalia, §. extraor. collatio,* & docet *Regens Moles deciſ. 5. de funct. fiſc. ver. quo verò ad gratia 48.* Poteſt enim Princeps munus extraordinarium facere ordinarium, *l. 1. C. de indict. lib. 10. Andr. in cap. 1. n. 27. in fin. de Cap. qui Cur. vend.* cum *Calder. conſ. 7. de conſt. & conſ. 2. de cenſib.* & quòd Princeps preſens in parlamẽto ſibi prętudicauit, non facit ad rem, ſiquidèm Princeps nunquàm fecit actum poſitiuum contra priuilegium, ſed tantummodò non exegit id, quod ad ipſum ſpectabat, quod cùm ſit meræ facultatis, nunquàm præſcriptum fuit, *l. viam publicam, ff. de via publica, Gabr. Roman. comm. concl. 10. de præſcrip. & de Franch. deciſ. 166. num. 8.*

Ad ſecũdum de literis Federici, & Philippi Secundi replicabatur, eas loqui de gratijs iam conceſsis, & ſic non poſſe comprehendere ea, quę per contractum fuerunt vendita, quę nullo modo violari poſſunt, vt dicit *Bald. conſ. 499. ſub nu. 6. Roien. de Valle conſ. 13. nu. 51. vol. 3. & conſ. 2. vol. 4. nu. 47. et D. Marchio Torelli conſul. 38. nu. 1.*

Nec de illegitimitate Regis Ferdinandi Primi, & de legitima, iuſtaque ſucceſsione Sereniſsimi Regis Catholici in hoc Regno tractari oportet, quandoquidèm Rex Succeſſor tenetur habere ratum factum ſui prędeceſſoris, notant *Ant. de Butr. et Abbas in cap. 1. de probat.* licèt nõ ſit illius hęres, nec vti talis ſucceſſerit in Regno, *Affl. deciſ. 2. n. 2. per tex. in cap. 1. qui ſucc. teneantur,* & dixerunt *Cyn. et Bal. in l. digna vox, C. de legib.* & punctualitèr Regem Catholicum obligatum fuiſſe ad obſeruantiam geſtorum Federici Regis, licèt non fuerit eius hęres, docte, latèque fundat *Loffred. conſ. 38. n. 17. cum ſeq.* Præcipuè cum tractetur de obſeruantia, non priuilegij gratuiti, ſed contractus iurati, quia *tex. in l. digna vox, C. de legibus* non vindicat ſibi locum in contractibus, vt poſt *Innoc. et Hoſtien.* tenet *Loffred. d. conſ. 38. ante num. 19. et D. Regens de Ponte conſ. 52. num. 38. vol. 1.*

Et hoc ſine difficultate fuit admiſſum per Regiam Cameram, nã ab anno 1503. quo regnare cepit Rex Catholicus, vſquè ad præſes Princeps B. ſinjani poſſedit, & poſſidet vigore contractus prędicti Ciuitatem Buſinjani cum omnibus prærogatiuis, & in anno 1562. obtinuit augmentum foculariorum, & ſalis, in anno 1618. Portulaniam, & deindè in anno 1623. Siclam, & ius ponderum, & menſurarum, & ſic cum nedùm Rex Catholicus, ſed eius felicisſimi, & Inuictisſimi deſcendentes, & ſucceſſores, & præſertim Carolus Quintus Rex, & Imperator Auguſtisſimus, in anno 1520. ratam habuerunt venditionem prędictam cum iuribus prędictis, quomodò ergò ad præſens poteſt hoc in controuerſiam deduci?

Nec dicatur, aliquas cõfirmationes eſſe cum clauſulis importantibus conditionem, *quatènus* ſcilicet *in poſſeſſione, &c.* nam preterquàm in vltima Regis Catholicę de anno 1507. non legitur talis, vel ſimilis clauſula, ſed diſpoſitiuè loquitur, præterea tempore harum confirmationum non erant impoſitę functiones, de quibus tractatur, cùm ceperint in anno 1541. vt teſtatur *Moles in d. deciſ. 5. de funct. Fiſc.* & denique quia verè extabat Princeps in poſſeſſione omnium contentorum in priuilegio, dùm Ciuitatem, & alia multa, ex pluribus in priuilegio cõceſſis poſſidebat, tùm quia ad hanc poſſeſſionem fundandam ſufficit vſus, & poſſeſsio generalis priuilegij, nec requiritur ſpecifica poſſeſsio illius individui, de quo agitur, ſic fundat *Marta de claus. p. 1. clau. 111. nu. 3.* poſt *Feder. de Sen. conſ. 102.* & alios, quos citat, vel quia ſufficit, vt Princeps poſſederit vnum ex pluribus ſibi in priuilegio conceſsis, vt retineat etiam omnia alia ſibi conceſſa, *Specul. in tit. de inrif. omn. ind. §. 1. n. 35. ver, Illud etiam nota,* qui deſumpſit ex *Innoc. in cap. cùm dilectus, nu. 3. de Capel. Monach. l. pretia rerum 48.* vbi *glo. ff. de acqu. poſſ.* & ſatis egregiè *D. Regens Marchio Torelli conſul. 14. n. 28.* Poteſt etiam dici, quòd dictiones, & clauſulę prædictæ ſtent cauſatiuè, non autem conditionalitèr, dùm certitudinarię exprimitur id, quod confirmatur, ſic firmat *Alex. a. conſ. 16. num. 28. vol. 5. Gloſ. in can. ſi Romanorum, in ver. deſunt 18. diſt. Inno. et de Ponte conſ. 58. nu. 2. vol. 1.*

Nec munus obſtabit Fiſci conſideratio, quòd Rex Ferdinandus venditionis tempore non habebat impoſitiones iſtas, quę ortum habuerunt tempore Caroli Quinti, & Philippi Secundi, bonę memoriæ, & ſic non potuit vendere id, quod non habebat. Nam duplex datur reſponſio, Altera, quia Rex Ferdinandus omnes iſtas impoſitiones habebat in potentia, licèt non in actu, & ſic potuit vendere id, quod in potentia habebat, *l. quod noſtrum ff. de vſufr. & Iaſon in l. qui aliena, §. interdum, ff. de vſufru.* Altera verò, quoniam ſufficit, fuiſſe venditum ius functionum, & impoſitionum, quę de præſenti exãt, nàm exactiones veluti fructus, & acceſsiones illius iuris venditi, recte venient, & comprehendentur ſub venditione prędicta, nec erunt res futuræ, prout dixit *Bald. in cons. 112. vol. 2. ſub nu. 4. et Tiber. Decian. conſil. 23. num. 36. vol. 1.*

Ad tertium de præſcriptione dicebatur, quod minimè dici poterat, præterſę præſcriptionis tempus incepiſſe à die venditionis in anno 1462. cùm iſtæ impoſitiones cęperint eſſe in anno 1541. vt teſtatur *Moles d. dec. 5.* Princeps verò Bernardinus, qui habuit cõfirmationes prędictas, natus fuit in anno 1551. & in anno deindè 1574. fuit et tanquàm prodigo datus Curator, quo ſit, vt contra ipſum dùm in minori ætate erat, non potuit præſcriptio incipere, nec contra eundem prodigum currere, *Sfort. Oddus de reſt.*

rest.in integr.qu.est.90. Nec fundatur,Principem scisse,hoc ius sibi competere,& neglixisse, prout requiritur,*Cravett.cons.201.num.29. et Vrsill.* ad *Affl. dec.239.n.3.*

Rursùs dicebatur,iura ista fuisse Principi vendita,contractu iurato,ideò virtute iuramenti præseruantur intacta aduersus quamcunq; præscriptionē etiam longissimi temporis, *Hostiens.in cap.si diligenti,de præscript.colum.2.vers.vndè licita, & Butr. ibid. num.3.* satis clarè. Habet enim iuramentum vim litis contestatæ,& constituit in mala fide, & ideò nūquàm præscribitur contra iuramentum,*l.num & posted.& is qui ff.de iurar.* vbi *Bart.* & benè *Socin. iun. cons.145.n.10.vol.1.Hippol.de Marsil.in sing.141. & Vrsill.* ad *Affl.dec.139.n.3.*

Quòd si præscriptio ex prædictis non potest per Fiscum prætendi,neq; poterit per eundem dici,fuisse priuilegium hoc per non vsum amissum,ad *text. in l.1.ff.de nund.* vbi *DD.* quandoquidem nos nō versamur in priuilegio,sed in contractu oneroso, quo casu est in facultate concessionarij, siue emptoris, quandocunq; sibi placuerit vti re vendita, absq; timore præscriptionis,aut amissionis iuris sibi quæsiti,*Glos.et Butr.in cap.priuilegia, de priuil. Calder.cons. 2.de præscr. Mastr.dec.96.num.8.et D.Reg.Tapia de consil.Princ.par.2.cap.1.num.8.* Immo cùm Bisuntini Principes continuatis temporibus vsi fuerint possessione Ciuitatis,cum omnimoda iurisdictione,ac functionibus Fiscalibus,quæ tunc exigebantur, ac aliis juribus deindè quæsitis retinuerunt possessionem, seù quasi omnium aliorum iurium, de quibus non ceperunt actualem possessionem, ex relata doctrina *Innoc.in d.cap.cùm dilectus,de capel.Monach.* quem sequuti sunt *Host.Io.Andr.Butr.*& cæteri, *Mart.vot. 66.num.14.et Iac.Ant.de Mar.alleg.51.num.4.* Sufficit enim,quòd sint vsi in parte, vt conseruet ius in totum,*Vrsill.*ad *Affl.d.dec.139.n.4.* & mirabilis est *decisio Rot.139.decisionum nouissimarum p.2.* omninò videnda.

Et postremò oppositio de iniustitia, & inæqualitate pretij à duc.20.mill.ad 150.mill. quos importaret capitale functionum,& exactionum prætensatum per Principem,fuit considerata à *Bald.* in supradicto citato *cons.112.vsm.4.volum.2. ver.nam si hoc esset,& ver in contrarium est subtiliter*, qui ratione incertitudinis,& quia poterat crescere, & excrescere,decidit in fauorem concessionarij, & cum maxima ratione,quia emens gabellas, collectas, functiones, & similia,dicitur emere dubium euentum, & ob id non potest considerari læsio,*Olasc.dec.94.n.4. ex Bal.Alex.Ias.*& alijs.Et ad excludēdā lęsionē sufficit,pretium fuisse congruum tempore venditionis, nàm si res vendita ex post facto potuit crescere, vel decrescere, compensabitur spes augmenti cum timore diminutionis, & ideò si augmentum postea contingat, non debet iudicari contractus iniquus, neq; alteram partem fuisse læsam, attenditur enim iustitia,vel iniustitia,habita consideratione ad tempus contractus,non autem prosperi, vel minus prosperi euentus,sunt verba *Corn.cons.15.num.9.vol.4.* quem sequitur *Tiber.Decian.cons.123.num.93.vol.3.* & satis sufficiens, & iustum fuit tunc pretium duc. 20.mill.in tàm vrgenti necessitate, prout Rex ipse fatetur,cui de facto proprio standum est, *Io.de Imol. in clem.1.de probat. Angel.cons.368. Corn. cons.312. volum.1.* & *Cravett. de antiquit. tempor.par.1.nu.11.* & latè *D.Reg.Marchio Torelli consult.47.num.68. & seq.* nec contrà talem assertionem admittitur probatio in contrarium, *Cynus in l.final.Cod. si cont. int. vel vtilit.public. & Mascard.concl.1217.num.15. de probat.*

Hæc habui,quæ in hac quæstione dicerem,fateor tamen,quòd multo plura alijori stylo, & acutiori ingenio proponebant doctissimi,ac disertissimi,tùm Fisci, tùm Principis Aduocati, quæ vel ob ingenij mei tenuitatem capere non potui,vel nè prolixitatis vitio redarguerer, consultò omittere necesse fuit, supplent tamen poterunt per Peritiores iuris studiosos,Dominosq; causæ Patronos.

Huius causæ decisio non est publicata, siquidem vota sunt transmissa ad Suam Maiestatem,vt audiui, ab Excell.Principe D.Aloysio meo Domino.

Ioannes Laganarius.

De Iurisdictionibus inuicem non turbandis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Baroni licitum est pro defensione suæ iurisdictionis emanare proclama pœnale, nè sui vasalli litigent in aliena iurisdictione.*

2 *Expensæ quas fecit Baro pro tuenda sua iurisdictione in litibus, vel alio modo,cedunt suo, non Vniuersitatis damno.*

3 *Iurisdictio quandò possit dici turbata, quibus actibus turbetur,qui possint agere de turbata iurisdictione, & quibus pœnis sit castigandus turbator iurisdictionis,remissiuè.*

4 *Iurisdictionem secularē Iudex Ecclesiasticus si turbaret,quæ remedia sint à iure inducta,remissiuè.*

5 *Iudex secularis quandò possit se intromittere principaliter, vel incidenter in discernendis quibusdam causis,an sint merè ciuiles, vel merè canonicæ,remissiuè.*

6 *Puniens per Iudicem Ecclesiasticum an valeat aliquo casu puniri etiam per Iudicem laicum,remissiuè.*

7 *Iurisdictioni Ecclesiasticæ,vel seculari Seruientes Ecclesiæ an subsint,remissiuè.*

HAec rubrica loquitur de turbatione iurisdictionis, quæ fit inter Barones Comitatus eiusdem nostri Inuictissimi Regis, circà quam est notandum,quòd licet Baroni pro tutela suæ iurisdictionis facere proclama pœnale,nè sui vasalli litigent in aliena iurisdictione,vt per *Andr.in l.Imperialem,nu.78. vers. sed si Dominus,de prohib.feud.alien.per Feder. Cancer. lib.1.variar.resolut.cap.2.num.93.* & expensas, quas facit Baro pro tuenda sua iurisdictione in litibus, vel alio modo,cedunt suo damno,non Vniuersitatis, per ea,quæ docet *Anides in cap.prætor.3.in glos.iurisdict. nu.39.*

Quandò autem dici possit iurisdictio turbata,quibus actibus turbetur,qui possint agere de turbata iurisdictione,& quibus pœnis debeat plecti turbator iurisdictionis, cum multis aliis scitu necessarijs explicat *Capyc.dec.130.num.11.cum seq.in 3.dub. Ias Vinc.Ann.in Constit.Terminum vitæ,* impressa in *fin. vol.Const.Ann.filij,n.150.cum seqq. Ruginell. practic.q.c.17.Farinac.q.114.in pract.1.& 2.in 2.tom.p.2.Cephal.cons.661.*

Sed quæ remedia sint à iure permissa, quandò Iudex Ecclesiasticus turbaret iurisdictionem secularem,aliqua attingit *Capiblanc.in prag.8.par.2.num. 17.*secundùm impressionem anni 1614.*cum seqq. supra de Baronibus,Mexi.ad l.5.Tolet.in 11.par.2.fund.*

n.47.

num.47.per tot.Ioſeph Seſe de inhibit. cap.8.& 9.& in deciſ.114.2.tom.Fulu.Pacian. conſ.164. Bouad. lib.2. cap.18.num.84.& 85.Oliban.de iure Fiſc.cap.9.nu.28. cum ſeqq.& cap.12.Petr.Cened.ad ius Canon. collect. 5.& 17.nonnulla Gutierrez lib.1.pract. quæſt.20.Bellug.in ſpecul.Princip.rubr.18.Roderic.de ann.reddit.b. lib.1.cap.17.num.66.cum ſeqq. Caldas Pereira de iur. emphyt.par.3.cap.5.nu.9.& ſeq. plura *Peguer.practi. crim.cap.24.& deciſ.22. Azeued.lib.4.recopilat. tit. 1.leg.4.in gloſ.fi. Garz.de Nobilitat. gloſ.9.numer.324. Ioa.Valer.an differen.utriuſ.for.in verbo peccatum., differ.30.Valaſc.conſult.89.& 93. Pereir.de man.reg. p.1.c.12.Farin.dec.poſthum.10.to.2.Poſtius de manutenend.obſerv.6.n.26.*

Ego tamen ſemper in primis recurrendum cenſeo ad Summum Pontificem, quæ videtur mihi tutior via.

1 Pro diſcernendis autèm quibuſdam caſibus, an ſint merè ciuiles, vel merè canonici, & quandò in eis Iudex ſæcularis poteſt ſe intromittere principaliter, vel incidenter, agit latè *Andr.in cap.1.in verb.committentium inceſt.nupt.num.35.* vſq; ad *num.40. quæ*
6 *ſunt regal.* & an punitus per Iudicem Eccleſiaſticum, poſſit in aliquo caſu puniri etiam per Iudicem laicum, explicat *gloſ.in extravag.Ioannis Dierum crescē-*
7 *te malitia.in verb.ediderunt*, & an Seruientes Eccleſiæ ſubſint iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, vel ſæculari, explicat idem *Andr.in c.1.n.11.de ſtat.& conſuet.cōtrà libertatem Eccleſiaſticam.*

De Iuriſdictionibus inuicem non turbandis. Pragmatica I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta vndè ſumpta videatur, & in quibus caſibus procedat, remiſſiuè.*

2 *Iuriſdictione aliena qui vtitur, vel ſuam extrà Territorium exercet, an in foro poli peccet.*

3 *Iuriſdictionem dat conſuetudo, etiam abſq; priuilegio, & ex tali conſuetudine euitabitur pœna huius pragmaticæ.& n.11.*

4 *Iuriſdictionem ſuorum vaſallorum Princeps in quibus caſibus turbare dicatur.*

5 *Inquiſiti, & carcerati poſſunt opponere fori declinatoriam in Regno.& reprobatur* Cauenſis *opinio, contrarium ſentientis.*

6 *Iuriſdictionis vſurpatæ crimen vti puniatur, tàm de iure Regni, tàm etiam de iure communi, remiſſiuè.*

7 *Iuriſdictionis vſurpatæ in crimen quandò quis incidere dicatur, remiſſiuè.*

8 *Iuriſdictione aliena vt quis ſemel tantùm vtatur, non ſufficit, vt puniatur pœna hic ſtatuta, ſed requiritur ſaltim binus actus.*

9 *Turbationem fieri de facto extrà iudicium, non autem de iure per viam iudicij, oportet, vt habeat locum pœna iſtius pragmaticæ.& quòd vtatur dolo, et ſciēter, et in vſu perduxerit per aliquod tempus, ex quo magnum præiudicium ſequatur.*

10 *Iuriſdictio in alieno territorio quibus modis legitimè acquiratur, vt ceſſet pœna huius pragmaticæ.*

12 *Iuriſdictionem ſui Iudicis an turbare dicantur ſubditi, qui patiūtur ſe à nō ſuo Iudice examinari, remiſſiuè.*

13 *Iuriſdictionem illius Baronis, in cuius iuriſdictione alius Baro mandaret expeditiones negotiorum ſua Baronia turbare an dicatur.*

14 *Baro poteſt iudicare extrà territorium, modò executio fiat in proprio territorio, hinc ſi per mille annos hos actus exerceat in aliena iuriſdictione, non præſcribet dictam iuriſdictionem.*

15 *Iuriſdictionem exercendi in alieno territorio licēti in generalis Officialis dare nequit, niſi Dominus tātum, vel cum mandato ſpeciali.*

16 *Iudex vt poſſit citare ſubditum extrà territorium, quo remedio vti poſſit.*

17 *Subditus extrà territorium exiſtens, ſi abſq; illius Iudicis imploratione brachij citatus reperiatur, citatio non erit inualida: eum teneatur comparere, aliàs reputabitur contumax.*

Citatio facta in Eccleſia, in qua criminoſus confugit, eſt de iure valida.

18 *Iudex requiſitus pro executione ſententiæ latæ ab alio Iudice, in perſona tamen, vel in bonis exiſtentibus in iuriſdictione ipſius Iudicis, an debeat incontinenti parere, vel non, niſi adhibita cauſæ cognitione circà iniuſtitiam, vel nullitatem ſententiæ.*

19 *Iuriſdictionem ſecundarium cauſarum in Baronia alterius, qui habet primas cauſas tantùm habens, an poſſit deputare in ea Baronia Iudicem ordinarium ſecūdarum cauſarum, etiam reſpectu futurarum appellationum, vel ſolùm pro appellationibus iàm interpoſitis, aliàs diceretur turbare iuriſdictionem Baronis, remiſſiuè.*

20 *Iudex iſte appellationis non poteſt ſe intromittere circà ſalaria Aduocatorum, et Procuratorum pro patrociniis præſtitis, etiam in cauſis coràm ipſis agitatis, et quarè.*

21 *Citatio facta extrà iuriſdictionem citantis non cauſat poſſeſſionem, ſeù quaſi exercendi iuriſdictionem in alieno territorio in beneficium citantis, ſi citatus nō comparet.*

22 *Per proceſſum factum contrà contumacem non acquiritur iuriſdictio.*

23 *Sententia, de cuius obſeruantia non conſtat, nihil iuris, aut poſſeſſionis tribuit Iudici illam proferenti.*

24 *Sententiam Iudex tantùm proferendo, dicitur ſolùm labia ſua poſſidere.*

25 *Citationis actus ſimplicis factus à nuncio, non dicitur actus iuriſdictionalis.*

26 *Poſſeſſio in incorporalibus, et iuriſdictionalibus non reſultat ex actibus poſſeſſinis, niſi cum eis cōcurrat ſciētia, et patiētia eius, de cuius præiudicio agitur.*

27 *Poſſeſſio iuriſdictionis vt acquiratur in alieno territorio, requiritur conſenſus eius, de cuius agitur præiudicio.*

28 Bart. in l.1.§.hoc interdictum, n.10. in fin. ff. de itin. actuq; ptiuato *declaratur.*

29 *Interdictum vti poſſidetis non datur exercenti iuriſdictionem in alieno territorio, niſi oſtendat titulum.*

30 ..... *vti poſſidetis non datur ei, cui reſiſtit ius cōtrà illum, qui eſt fundatus de iure communi, niſi probet titulum.*

31 *Nec etiam interim lite pendente.*

32 *Poſſeſſorium iuriſdictionis deſiderat iuris adminicula, & ideò appellatur mixtum.*

33 *Poſſeſſio ſine titulo nihil valet in iuriſdictionalibus.*

34 *Poſſidens clandestinè non turbatur poſſeſſione clandeſtina quæ reſultat ceſſante ſcientia Aduerſarij.*

35 *Patiētia Aduerſarij ceſſante, intrat vis, per quam excluditur interdictum vti poſſidetis.*

36 *Patientia vt ceſſet, ſufficit quilibet actus cōtradictionis, verbo, aut facto explicatus.*

37 *Actus declaratorius voluntatis producit effectum ſuū, etiam Parti non notificatus.*

38 *Iuriſdictionis poſſeſſio vt conſeruetur Baroni in aliquo loco, ſufficit exercitium iuriſdictionis, etiam nomine abſentis, & ignorantis.*

Diſcur-

DIscordias, &c. Officiales vltrà demandatam iurisdictionem, in aliena non se intromittant. H. D.

1 Hæc pragmatica videtur mihi sumpta ex *l. militaribus viris, C. de decur. lib.* 10. & in quibus casibus procedat, vide *Follerin Const. De quæstionibus, nu.* 14. *& pragmat.* 8. *iuprà de Baro.* vbi aliqua dixi, omnino *Menoch. cons.* 230. *nu.* 111. *cum plur. seqq. volum.* 3. *Borrell. cons.* 10.

2 An autem peccet in foro poli, qui aliena vitur iurisdictione, vel suam exercet extrà territorium? affirmat *Nauarr in manual. confess. cap.* 23. *nu.* 14. *vers. sextò, & cap.* 25. *num* 8. *vers. vigesimo secundo peccat,*

3 *& cap.* 27. *nu.* 8. Nota tamen, quòd consuetudo etiam absque priuilegio dat iurisdictionem, vt probat *tex. & ibi glos.* expressa in *l. virus C. de diuers. offic. lib.* 12. *Bonad. lib.* 5. *cap.* 10 *num* 12. & propterea ex tali consuetudine euitabitur pœna huius pragmaticæ, Adde *infrà nu.* 11.

4 Princeps autem in multis casibus dicitur turbare iurisdictionem suorum vasallorum, scilicet edicendo, vel cognoscendo de primis causis, vel impediendo vti re, cui fuit liberè concessa, vel quandò ex duobus Dominis Superior imponit manum super re cõcessa Inferiori, vel quandò vasallus habet plura Oppida, & deputat plures Iusdicentes, & Superior dominus intromittit se in cognitione appellationum ab istis, quæ deuoluuntur ad Dominos Oppidorum inferiores, vide *Curt. iun. cons.* 2. *lib.* 1. *Pancirol. consil.* 185. *col. pen.*

Aduertas tamẽ, quòd dùm *Cauens. hic circà finem*

5 ait, quòd ipsemet delinquens non potest opponere declinatoriam fori, tanquàm suspectus, & fugitiuus, hoc non est verum in Regno, stante dispositione *pragm.* 2. *infrà, vbi de delicto quis conueniri debet*, vbi hoc permittitur in specie ipsimet inquisitis, & car-

6 ceratis, quomodò autem puniatur hoc crimen vsurpatæ iurisdictionis, tàm de iure communi, quàm Regni, vide *Capyc decis.* 130. *in 3 dub.* vbi etiam declarat, quandò quis dicatur in hoc crimen incidere:

7 notabis autem, quòd non sufficit, vt quis semel tantùm vtatur iurisdictione alterius, vt puniatur hac

8 pœna, sed requiritur saltem binus actus, vt probat

9 *Intrigl. sing.* 136. *lib.* 1. *Borrell. d. cons.* 10. *num.* 11. & vt habeat locum pœna huius pragmaticæ, oportet, turbationem fieri de facto extrà iudicium, non autem de iure per viam Iudicis, *Reg. de Ponte decis.* 13. *nu.* 6. Item oportet, quòd dolo, & scientèr vtatur, & quòd in vsu perdurauerit per aliquod tempus, ex quo magnum præiudicium sequatur, vt perbellè explicat *Villadieg. in for. iud. lib.* 1. *tit.* 2. *d.* 16. *num.* 4.

10 Acquiritur legitimè iurisdictio in alieno territorio exercitio, præscriptione, exequutione, captura pignorum, consuetudine, & condendo statuta, & sic cessat pœna huius pragmaticæ, *Flam. de Rubeis cons.* 69. *num.* 71. *cum seqq vol.* 2. Consuetudo tamen præ-

11 cipuè dat iurisdictionem, *can. conquæstus, quæst.* 3. *c. cùm contingat, extrà de for. compet.*

12 Subditi verò, qui patiuntur, se à non suo Iudice examinari, ex hoc dicuntur turbare sui Iudicis iurisdictionem, explicat *Bursat. cons.* 404. *lib.* 4. vsq; ad *num.* 42.

13 Et est digito alligandum, quòd si Baro in iurisdictione alterius Baronis mandaret expediri negotiorum suæ Baroniæ, etiam si iudiciarij saperent, non diceretur turbare iurisdictionem illius Baronis, quia huiusmodi expeditiones possunt fieri, etiam extrà proprium territorium, *Andr. in cap.* 1. *in princ. num.* 1. *in fin. vers. similitèr et de loco, quo temp. miles,*

14 *& in cap.* 1. *num.* 5. *de capit. Corrad.* vbi dicit, quòd potest etiam Iudicare extrà territorium, sed Ego intelligo, dummodò exequutio fiat in proprio territorio. Alia cumulat *Muta in cap.* 39. *post num.* 102. *to.* 1. *Regn. Sicil.* ex quo infertur, quòd etiam si per mille annos hos actus exerceat in aliena iurisdictione, nõ præscribet iurisdictionem in territorio alieno, quia illam exercet iuris authoritate, & non alio titulo, vt docet *glos. in clem. vnic. in verb. vt prædicetur*, & in *glos. seq. de for. compet.*

15 Aduertas tamen, quòd licentiam exercendi iurisdictionem in alieno territorio non potest dare Officialis generalis, sed tantùm ipse Dominus iurisdictionis, vel cum speciali mandato, vt voluit *glos. in*

16 *clem. vnic. in verb. diœcesanis de for. compet.* Quandò autem Iudex vult citare subditum extrà territorium, remedium est, vt requirat Iudicem loci, ubi habitat, & illius brachium imploret, & hoc casu requisitus potest impartiendo suum brachium præfigere longius tempus, quàm sit appositum in citatione requirentis, ità pulchrè docet *And. in c.* 1. *num.* 4. *vers. quia tunc Iudex de contr. inter vassall. et alium de benef.* & in *Const. Edictorum § si verò extrà Regnum et ibi Af-*

17 *flict. num.* 25. sed si absq; requisitione, & implorationc brachij illius Iudicis reperiatur citatus subditus extrà territorium, non propterea citatio erit inualida, sed citatus tenetur comparere, & si non ueniret, reputabitur contumax, & procederetur contrà eum, uti contrà contumacem, ità optimè declarat *Andr. ibid. num.* 7. *vers. aliàs potest dici, et num.* 8. *et* 9. vsque ad *vers. quid ergò*, quod procedit, etiam si citatio fieret in Ecclesia, in qua criminosus confugerit, *Abbas in cap. inter alia, num* 8. *vers. quæro, quia text. de immunitate Ecclesiæ*, quod est declarandum secũcundùm *Valasc. consult.* 81. & vide, quæ dixi *in rubr. de cit. num.* 12. *Bonad. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 287. *Molin. de*

18 *brach. sæcul. lib.* 2. *cap.* 23. sed Iudex requisitus pro exequutione sententiæ latæ ab alio Iudice, in persona tamen, vel in bonis existẽtibus in iurisdictione ipsius Iudicis, an debeat incontinenti parere, vel non, nisi adhibita causæ cognitione circà iniustitiam, vel nullitatem sententiæ explicat idem *Andr.* in eodem *cap.* 1. *num.* 15 *de contr. inter vasall. & ali.* & in *Const. Post mundi machinam*, latissimè *Farinac. præst. crim. par.* 2. *tom.* 1. *quæst.* 97. *casu* 4. qui inter alia concludit, quòd sæcularis non tenetur impartiri brachium in sententia notoriè iniusta, vel nulla, quandò nullitas apparet in promptu, iuris ordine non seruato ex defectu iurisdictionis, vel pendẽte appellatione, in cri-

19 minalibus nunquam, nisi in crimine hæresis, sed aliis, qui habet iurisdictionem secundarum causarum in Baronia alterius, qui habet primas causas tàntùm, possit deputare in ea Baronia Iudicem ordinarium secundarum causarum, etiam respectu futurarum appellationum, vel solùm pro appellationibus iàm interpositis, aliàs diceretur turbare iurisdictionem Baronis? decisio haberi potest ex traditis per *Doctores Canonistas in cap.* 1. *de offic. ordin. in* 6. vbi est materia sua.

Illud tamen est indubitatum, quòd hic Iudex ap-

20 pellationis nõ potest se intromittere de salarijs Aduocatorum, & Procuratorum pro patrocinijs præstitis, etiam in causis coràm ipso ventilatis, nàm talis cognitio spectat ad Iudicem primarum causarum, vt est *text. in cap.* 1. *§ nec etiam suffragineorum, de offic. ordin. in* 6.

21 Præterea est aduertendum, quòd si quis Baro citari fecerit vasallos alterius Baronis per suos nuncios,

cios, etiam in locis subiectis iurisdictioni illius, non propterea resultat aliqua possessio, seu quasi in sui beneficium exercêdi iurisdictionem in alterius territorio, nisi constet, illos citatos comparuisse, & obedientiam sibi citanti præstitisse, iuxta doctrinam *Bald. in l. data opera, num. 28. vers. quia videt homines illius loci citatos comparere, C. qui accus. nō poss.* quem sequitur *Alex. cons. 43. circa fi. vol. 1.*

Hinc dixit idem *Bald.* solemniter in *cap. 1. §. sacramentum. de consuet. reiect. feud. num. 17.* quòd per processum factum contra contumacem non acquiritur iurisdictio, citat *Innoc. in cap. olim, lo tertio, extrà de rest. spol.* qui circà *princ. vers. sed si alius Episcopus,* vult vnum, quod est fortius, vt scilicet etiam si fuerit deuentum ad sententiam, dùm non cōstat de obseruantia sententiæ, nihil iuris, vel possessionis acquiritur, quia sententiam tantùm proferendo dicitur solùm labia sua possidere, & *Bal.* sequitur *Iacob. de Put. in alleg. pro Communitate Valentiæ n. 15.*

His addo, quòd simplex citationis actus à nuncio factus non dicitur actus iurisdictionalis, & ideò potest fieri etiam extrà territorium, licèt non arctet citatum, vt per *Soc. in cap. licèt ratione, nu. 46. extrà de for. compet.* vbi alios citat, *Bellemer. in repet. cap. Romana, § contrahentes. num. 6. vers. nec obstat cap. 2. ne fi. extrà de foro compet.* & iterùm *ibid. num. 16.* cuius dictum quatènus in eo, quod affirmat, citationis actum extrà territorium non arctare citatum, videatur contradicere doctrinæ *Andreæ*, superiùs *nu. 17.* à me relatæ, qui in *cap. 1. num. 7. vers. aliàs potest dici, & seq.* asserit, vasallum Baronis citatum à suo Domino in alieno territorio, absq; brachio Domini territorij teneri comparere, aliàs reputabitur cōtumax, & procedetur contrà eum vti contrà contumacem, tamen omissa pro nunc indagatione, vtra opinio sit verior, sufficit mihi, quod ex vtriusq; dicto resultat, quòd ex simplici actu citationis nullus resultat actus possessiuus exercendæ iurisdictionis, nisi processum fuerit ad vlteriora.

Insuper nec etiam si sequatur cōtinuatio aliorum actuum possessiuorum, resultare ex eis poterit aliqua possessio, seu quasi horum iurium incorporalū, & iurisdictionalium, nisi cum eis concurrat etiam scientia, & patientia eius, contrà quem acquiritur, seu retinetur, & de cuius præiudicio agitur *l. quotiès, la seconda, ff. de seruit. generi. l. 2. C. de serv. & aqu. Rol. cons. 9. num. 4. lib. 1.* & punctualiter in proprijs terminis volunt *Soc. sen. cons. 187. nu. 21. vers. quintò, & vlt. lib. 2.* post *Innoc. in cap. bona, de postul. Prælat. in cap. conquærente, de offic. ordin. Butr. in cap. fin. de caus. possess. & propr. Anchar. in cap. sine possess. 4. q princ. de reg. iur.* Interens propterea idem *Soc.* quòd ad acquirendam quasi possessionem iurisdictionis requiritur consensus eius, de cuius præiudicio agitur, & ità fuit iudicatum per S. C. teste *Capys. dec. 57.* qui est omninò videndus in hac materia.

Neq; huic assertioni obstat doctrina *Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. num. 10. in fi. ff. de itin. actuq; priuato*, qui in huiusmodi actibus iurisdictionalibus videtur requirere solùm vsum, absq; scientia Domini, nàm *Bart. ibi* loquitur in seruitute discontinua, non autèm in iurisdictione, cuius licèt sit vsus per actus discontinuos, non tamen propterea ipsa iurisdictio dicitur habere causam discontinuam, sed potiùs cōtinuam, prout declarat idem *Bart. in Liuio errore, § non mutato, in fi. ff. de vsu cap.* pulchrè *Alex. cons. 16. n. 17. per tot. lib. 5. Corn. cons. 187. n. 7. vol. 3.*

Et denique quotquot actus possessiuos iurisdictionales habeat quis in aliena iurisdictione, & in territorio alterius, si Dominus territorij, & iurisdictionis turbaret illum in sua possessione, seu quasi suorum actuum possessiuorum, is taliter turbatus non poterit intentare interdictum vti possidetis contrà turbantem, nisi ostendat titulum suæ possessionis, seu quasi, nàm is, qui turbat in proprio suo territorio, & iurisdictione, habet intentionem fundatam de iure communi, & in assistentiam iuris pro se, is verò, qui turbatur, & allegat possessionem in alieno territorio, & iurisdictione, habet resistentiam iuris contrà se, & interdictum vti possidetis non datur ei, cui resistit ius, contrà illum, qui est fundatus de iure communi, nisi probet titulum, ità punctualiter docet *Io. Faber in § retinenda, num. 33. vers. item nota, Inst. de interd.* vbi in *vers. subiecq.* incip. *& item si aliquis*, infert in mouriduo ad casum nostrum, vt si quis dicat, se habere quasi possessionem iurisdictionis infrà fines territorij alicuius Comitis, vel Baronis, agens hoc interdicto debeat succumbere, & eum sequitur *Menoch. de retin. poss. remed. 3. num. 590.* faciunt tradita nouissimè per *Rot. Rom.* apud *Ludouis. dec. 370. nu. 10.* vt ibi. Et quandò est resistentia iuris, possessio non est manutenibilis.

Quod procedit non solùm in possessorio ordinario, sed etiam in summarijssimo lite pendente, vt appositissimè obseruat *Ioseph Sese in proœm.* seù *anacephal.* ad *tract. de inhib. num. 7. vers. plus dico*, vsq; ad *num. 15.* & præsertim *num. 11. vers. ratio est*, subdens, quòd hæc doctrina sumitur ex *tex. in cap. cùm persona, de prin. l. in 6.* & re vera est de mente omnium *Scribentium ibi*, prout sunt infrascripti, videlicèt.

Philipp. Franch. qui in *§. quòd si tales, n. 2.* ait, quòd lite pendente non debet quis turbari, vel priuari sua possessione, etiam si possideat contrà ius commune, dummodò talis possessio adiuta sit titulo, non solùm allegato, sed etiam producto, alias si possessio non sit adiuta titulo, & ius commune ei resistat, non iuuaret, & fit executio contrà possidentem.

Anchar. qui *nu. 5. in fi.* ait, illum *text.* inferre, quòd interim, ideò lite pendente possit possessor, contrà quem facit ius commune, turbari, & violèter expelli, & eum sequitur *Reg. de Ponte dec. 18. num. 12.* & antè eum *Io. Lopez in cap. per vestras*, post *2. not. ab. cap. incip. Sed est pulchra dubitatio, num. 43. in fi. fol.* mihi 247. & vltra hos *Zabarell. in cap. 1. extrà vt lite pend. vers. oppono extrà ad hoc de priuilegio.* ait, quòd remedium ex illo edicto, vt lite pendente nihil innouetur, non competit turbato in possessione, quandò habet ius commune contrà.

Et nouissimè *Regens de Ponte decis. 40. num. 3.* loquès in specie de possessorio summarijssimo, inquit, quòd quandò qualitas rei repugnat possessioni, & etiam detentationi, quia non potest possideri, vel detineri sine titulo, tunc si titulus non iustificatur, non potest in hoc iudicio obtinere simplex possessor.

Ratio est, quia possessorum iurisdictionis desiderat iuris adminicula, & ideò appellatur possessorium mixtum, & quia fundatur in iure, non sufficit exercitium solùm aliquorum actuum, sed debet fundari in aliquo iure vero, vel præsumpto, ità pulchrè *Bald. in l. 1. num. mihi 6. in fin. col. 2. vers. sed de iure Canonico*, ibi, *& idem si agatur possessorio iurisdictionis*, C. *si de moment. possess.* & eum sequuti sunt *Cassador. decis. 1. num. 1. vt lit. pend. Verall. decis. 304. par. 3.* qui apertè ait, quòd in iurisdictionalibus possessio sine titulo nihil valet, & *Angel. in l. 1. § illud autem, ff. de aqu. quotid. & æstiu.* per illum *text.* infert ad iurisdictionem exercitam in forma non debita, vt per tale exercitium

tium non conseruetur imperiũ verè debitum,& non debitum non acquiratur, quæ sunt pulchra verba in
A hac materia.

Et ex his Ego per quàmplurimos annos defendi Marchionem Vriæ contrà Regium Baiulum Ciuitatis Lycij,qui prætendebat habere iurisdictionem in tota Prouincia Hydruntina,& Barenti,& signanter in Statu dicti Marchionis,contrà quem tuentem suam iurisdictionem,& prohibentem Ministros dicti Baiuli,nè vllum actum,& iurisdictionem exercerent in locis sibi subiectis , intentauit interdictum retinendæ possessionis , pro qua præsentauit actus possessiuos,nempè citationes,à sua Curia emanatas, & intimatas Vasallis Marchionis in eius Statu.Item obligationes stipulatas nomine Curiæ ipsius Baiuli per Vasallos Marchionis, & in eius Statu. Item cõmissiones expeditas ab eodem Baiulo pro stipulatione obligationum factendarum per Vasallos eiusdem,vnà cum stipulationibus subsequutis in Statu Marchionis,& hi actus erant ferè innumerabiles, & tamen quia huiusmodi actus non erant adiuti aliquo titulo, quem nunquàm voluit exhibere,non potuit vnquam obtinere,nec etiam lite pendente in Regia Camera,vbi lis fuit mota. Actuarius Regiæ Cameræ est Franciscus Salamon. Addo nunc eundem *Ioseph.Sese* in eodem *tract. de inhibitionib. cap.* 5.§.10.*num.* 5.*cum seqq.* vsq; ad *fin.* vbi hanc materiam exactissimè ad satietatem declarat, *Rot.Bonon.diuers.dec.*138.*to.*1.*Farin.dec.posthum.* 129.*to.*2. *Postium de manuten.observ.*91.

Et non sine causa dixi suprà,quòd actus possessiui absq; scientia,& patientia eius,de cuius præiudicio agitur,non tribuunt possessionem, nàm cessante
34 scientia,illi actus præsumuntur clàm facti,& ex possessione clandestina non iuuatur possidens interdicto vti possidetis, *l.*1.*in princ. ff. vti possid. Rnin.cons.* 28.*num.*6.*&* 7.*lib.*4.cum sexcentis alijs,& cessante
35 patientia intrat vis,scù violentia,per quam excluditur interdictum vti possidetis, quod non datur,nisi possidenti,non vi, non clàm, non precario, eadem
36 *l.*1.*ff. vti possid.* Quæ patientia vt cesset, sufficit quilibet actus contradictionis , aut verbo,aut facto explicatus,& per illam contradictionem conseruat sibi possessionem,etiam si de contradictione Aduersarius nullam habuerit notitiam, cùm simus in actu
37 declaratorio voluntatis actum gerentis,qui producit effectum, etiam absq; Partis intimatione, iuxtà tradita per *Bart.*& reliquos in *l.numeratio,§.morte,ff.*
38 *de non.oper.nunc.* In consequanda verò possessione iurisdictionis,quam habet quis in loco,non requiritur eius scientia,sed sufficit exercitium iurisdictionis,quod faciunt eius subditi in loco nomine Baronis absentis,& ignorantis , dummodò Baro fuerit semper propositi consequendi sibi illam iurisdictionem;ità notabiliter infert *Ang.* ex illo *text.in l.arboribus,§.idem tractat.ff.de vsufr.*

ADDITIO.

A ADde. Et satis benè hoc probat, & elegantèr expendit *D.Regens Galeota in controuers.*14. *nu.*8.9.*&* 10.

Ioannes Laganarius.

De Iurisdictionibus inuicem non turbandis. Pragmatica II.

RERVM SVMMA.

1 *Causæ ciuiles vti à criminalibus discernantur, remissiuè.*
2 *Actuarius secundarum causarum an possit se ingerere in recipiendo,& stipulando obligationes penès acta Curiæ Iudicis secundarum causarum inter priuatas personas contrahentes inter se, & illas incusare,applicando pœnam Curiæ secundarum causarum, & nùm per hoc dicatur iurisdictionem primarum causarum turbare.*
3 *Stipulatio obligationum penès acta est actus voluntariæ iurisdictionis.*
4 *Iurisdictio voluntaria potest prorogari per Partes cõsentientes,nullo adhibito consensu Superioris in quẽcunq; Iudicem,vel alium habentem iurisdictionem, etiam sine Tribunali, & n.*35.
5 *Notarij Iudices chartularij appellantur.*
6 *Creditor quotiescunq. vult accusare obligationem in alia Curia,quàm in ea,penès cuius acta ea est stipulata,debet citare debitorem ad dicendum causam, quarè non debet accusari obligatio,& n.*14.
7 *Pœna debetur illi Curiæ,in qua fit accusatio.*
8 *Creditor si velit rectà via accusare obligationem in eadem Curia secundarum causarum , in actis cuius fuit obligatio stipulata,non posset impediri,et habet hic executionem paratam.*

GRauitèr,&c. Causæ, in quibus venit imponẽda mortis naturalis,aut ciuilis,aut membri mutilationis pœna sunt iurisdictionis criminalis,cætera verò ciuilis.H.D.

Hanc pragmaticam optimè exornauit *Campag.* in suis *commentarijs ad Capitula Regni*, post *Cap. Vt delatas*,ad cum recurras,& vide *Const. Locorum Baiuli*,& ad discernẽdas causas ciuiles à criminalibus,
1 vide *Menoch.de arbitr.iudic.lib.*3.*cent.*3.*casu* 265.*Intrigl.sing.*128.*lib.*1.latè *Iacob.Cancer.lib.*2.*var.resol. cap.*2.*n.*44.*cum seqq.*& pro intelligentia huius pragmaticæ vide *Caran.de Sen.cons.Maced.pragm.*1. §.3. *num.*4.

Et quia in hac rubrica agitur de discretione iurisdictionum inter Officiales , & Barones , & in hoc Regno Rex communicauit Baronibus iurisdictionem ciuilem,& criminalem,nedùm in primis causis, sed etiam in secundis,& pleriq. in tertijs,& accidit, quòd in vna,eademq.Ciuitate iurisdictio primarum causarum est vnius Baronis , iurisdictio verò secundarum causarum est alterius,potest opportunè quæri,nùm Actuarius secundarũ causarũ possit se ingerere
2 in recipiendo,& stipulando obligationes penès acta Curię Iudicis secundarũ causarũ,inter priuatas personas contrahentes inter se,& in eadem Curia possit incusari pœna ipsarum obligationum contrà obligatos,applicando illam pœnam Curiæ secundarum causarum,ità vt non possit dici per hoc turbari iurisdictionem Iudicis primarum causarum; In qua quidèm quæstione consultus de facto pro Archiepiscopo Theatino,respondi,vt infrà in Allegationibus, quæ subnectuntur.

Præsupponitur in facto , quòd in Ciuitate Theatina est diuisa iurisdictio primarum causarum à iurisdictione secundarum causarum, siquidèm illa exercetur per Officialem Regium,& fructus huius iurisdictionis cum omnibus alijs introitibus Baronalibus

Digitized by Google

bus spectant ad Vniuersitatem vigore priuilegij Regij domanij; hæc vero residet pœnès eiusdem Ciuitatis Reuerendissimum Antistitem, qui eam exercet per particularem Iudicem lucum, ab ipso deputatum, in eadem Ciuitate pro Tribunali sedentem cum assistentia sui ordinarij Actuarij, qui quidèm Actuarius semper hucusque consueuit recipere, & stipulari pœnès acta sui Tribunalis quascunq; obligationes inter Particulares illius Ciuitatis pro negotijs inter eos occurrentibus. Prætendit modò Ciuitas Theatina, quòd Actuarius Iudicis secúdarum causarum non possit vllo modo se ingerere in recipiendo huiusmodi obligationes pœnès acta, cò quòd officium eius se extendat solùm ad causas appellationum, & quòd receptio obligationum spectet propriè ad Actuarium primarum causarum, quæritur ergò, quid iuris?

Et decisiuè procedendo indubitantèr affirmo, quòd Actuarius Iudicis secundarum causarum rectè, & rectè processerit in præteritum, & legitimè continuare debeat in futurum in recipiendo, & stipulando quascunq; obligationes inter Ciues Theatinos,
3 & ratio est, quia stipulatio huiusmodi obligationum est actus voluntariæ iurisdictionis, vt docet *Caranz.*
4 *in Ritu 128.num.14.* quæ iurisdictio voluntaria potest prorogari per Partes consentientes, nullo adhibito consensu Superioris in quemcunq; Iudicem, seù alium habentem iurisdictionem, etiam sine Tribunali, prout est *text.* formalis in *l.1.ff.de iudic.* vbi
5 *glos.* intert in specie ad Iudices chartularios, qui propriè sunt Notarij, vt optimè explicat *Abb. Panormitan.in cap P.& G.num.14.de offic.deleg. & Iacob.de S.Georg in d.l.1.num.29.de iud.* post *Bald. ibid. num 8.in fin.in 1.lect. Soc. in cap significasti, in 4 art. quæst.10.nu.* mihi *27.extrà de for. compet. Ant. Gamm.2 dec.133.* & latè disserit *Ang.cons.93.num.1. in fin. & n.3.* qui expresè in eo se fundat, quòd sint actus voluntariæ iurisdictionis.

Vndè quemadmodùm quilibet Notarius potest conficere instrumenta, etiam guarentigiata inter Partes, nullo adhibito consensu Superioris, & quilibet Actuarius etiam alterius fori potest recipere huiusmodi obligationes, etiam inter Partes alienæ iurisdictionis, absq; illarum Superioris consensu, eodem modo poterit eas recipere hic Actuarius, qui hanc iurisdictionem voluntariam exercet inter suos subditos.

Neq; in hoc vertitur aliquod præiudicium iurium Iudicis primarum causarum. Nàm siuè creditor velit agere via ordinaria, siuè via exequutiua contrà suum debitorem, non impeditur agere coràm Iudice primarum causarum, immò si velit agere via ordinaria, de necessitate tenetur illum conuenire coràm Iudice primarum causarum, prout in omnibus aliis iudicijs, & in vim probationis in eo iudicio producet copiam obligationis captæ in Curia Iudicis secundarum causarum, prout posset producere quaslibet alias scripturas, & cautelas. Sin autem velit agere via exequutiua, poterit producere copiam ejusdem obligationis in Curia Iudicis pri-
6 marum causarum, & citare debitorem ad dicendum causam, quare nò debet accusari pœna obligationis, prout de iure tenetur creditor, quotiescúq. ipse vult accusare pœnam obligationis in alia Curia, quàm in ea, pœnès cuius acta est stipulata, vt per *Caran.in rit. 128.n.3.vers. primus casus est*, & hoc casu si deueniatur ad actum accusationis, non est dubium, quòd pœ-
7 na applicabitur huic Curiæ primarum causarum, in qua fit accusatio, ex quo pœna debetur ex accusatione, per ea, quæ latè disserit *Affl.in dec.3.* Quòd si creditor ad euitandum hunc circuitum, & ne intrà decennium velit recta via accusare pœnam obligationis in eadem Curia secundarum causarum, in actis cuius fuit obligatio stipulata, non posset impediri, & habebit exequtionem paratam, vt est *glos.in auth.generaliter, C.de Episcop.& cler.* & docet *Affl. in dec.387.num.1. Angel.in l.fin.nu.4 in fi. C. de edict. diu. Hadr.toll.*

Concludo igitur ex omnibus prædictis, quòd Actuarius Curiæ secundarum causarum nullo pacto potest prohiberi à stipulatione harum obligationum pœnès acta eiusdem Curiæ, prout hactenus consueuit.

RERVM SVMMA.

9 *Promissiones in iudicio factæ habent vim confessionum, hinc Parte non citata possunt accusari, & exequi, si sint liquidæ, modò stipulentur coràm Iudice competenti, secùs si coràm Iudice incompetenti, quia tunc non habebunt paratam exequutionem, sed iure ordinario agatur, & quarè*

10 *Apud acta id fieri dicitur, quod apud Iudicem fit.*

11 *Actorum Notarij non est probare, vel improbare.*

12 *Magistratus qui sint.*

13 *Testes in obligationibus pœnès acta quarè non intermittunt.*

14 *Actuarius non potest stipulari, nisi de pertinentibus ad officium suum.*

15 *Index extrà suam Prouinciam dicitur carere iurisdictione.*

16 *Lex Principis non ligat, nisi eos, qui Imperio suo sunt subditi.*

17 *Fides vt detur scripturæ alicuius, tanquàm publicæ, hoc est de speciali priuilegio Principis.*

18 *Priuilegio vt quis vti possit extrà officium sibi commissum, quæ concurrere debeant.*

19 *Tabellio etiam cum prorogatione contrahentium non potest extrà locum officij sibi commissi Tabellionatum exercere.*

20 *Iurisdictio sua si cuiq; non seruatur, confunditur ordo, cùm vnusquisq; suis terminis contentus esse, nec suprà mensuram affectare debeat, aliàs si contrà facit, irritum est, quod facit.*

21 *Iurisdictionem voluntariam tunc Partes prorogare possunt, quandò concurrunt requisita, de quibus in. num.19.*

22 *Index appellationis non cognoscit, nisi de causis sibi commissis per appellationem, quo casu erit Iudex delegatus.*

23 *Consiliarij Sacr. Consil. Neapol. an sint delegati, vel ordinarij.*

24 *Iurisdictionis prorogatio in iurisdictione limitata fieri nequit, & si fieret, posset impediri per Iudicem, qui in sportulis lederetur.*

25 *Iurisdictio prorogari nequit in Iudicem cognoscentem de certis causis, nisi de negotijs pertinentibus ad mercantias.*

26 *Appellationis Iudex respectu Iudicis primarum causarum dicitur maior iurisdictione, sed minor potestia.*

27 *Appellationis in Iudicem prorogatio prima iurisdictionis fieri an valeat.*

Pro parte verò contraria fuerunt mihi exhibita infrascripta Allegationes, tenoris sequentis.

QVæritur, nùmquid Actuarij Tribunalis secundarum causarum possint obligationes pœnès acta stipulari de negotijs ad causas appellationum non pertinentibus, & stipulatæ habeant paratam executionem? In hoc iuris articulo omissis exordijs pro tenui ingenio meo veritatem amplectens, dico, Actuarium prædictum non posse obligationes prædictas accipere, & acceptas paratam exequutionem non habere, sed substinere in vim pacti, seù contractus, non autem in vim obligationū exequutiarum, & moueor ex multis.

9 Nàm quod dicimus, promissiones in iudicio factas propter calorem iudicij habere vim confessionum, & proindè Parte non vocata posse accusari, & exequi, si tamen liquidæ fuerint, vt dicunt *glos. auth. generaliter, C. de Episcop. & cler. & l. eum, pro quo*, vbi etiam *Bald. Paul. & Alex.* per illum *text. ff. de in ius voc.* & sic in praxi obseruatur ex *Ritu Mag. Cur.* 128. hoc procedit, quandò obligationes pœnès acta stipulantur coràm Iudice competenti, quia tunc dicuntur paratam habere exequutionem, sin autem stipulatæ fuerint coràm Iudice incompetenti, prout est Iudex appellationis, vt infrà apparebit, tunc non habebunt paratam exequutionem, sed iure ordinario agetur, ità mirabiliter dicit *Andr. in cap. sancimus il primo, quo tempore mil. num.* 11. *circà medium*, vbi allegat mirabilem *text. in l. si pacto, quo pœnam, in fi. C. de pact. can.* 1. 2. *quæst.* 1. & hanc doctrinam sequitur *Cass. in Consuet. Burgund. tit. des fiez, §. 1. verl. & aduerte*, & istorum est ratio, quia obligationes pœnès acta habent exequutionem propter lu-
10 dicis authoritatem, ex cuius præsentia nascitur iudicij calor, vndè id dicitur, apud acta fieri quod apud Iudicem fit, *l. in dictionibus* iuncta *l. præcedenti, C. de*
11 *donat.* & sic probare, vel improbare, non ad actorum Notarium, sed ad Iudicem pertinet, *cap. vlt. de fid.*
12 *instrum.* & Magistratus sunt illi, qui dicuntur habere potestatem conficiendi acta *l. placuit, in fi. C. de coll. fund. patr. lib.* 11. nō quòd ipsi scribant, vt dicit *Innoc. cap. cùm à nobis, de testibus*, sed quia ipsis mandantibus acta fiant, omnia enim nostra facimus, quibus authoritatem impartimur *l.* 1. *§. sed neque, C. de vet. iur. enucl. l. item autem. § gessisse, ff. de administr. tutor.* prout dè *Luc. de Penn l.* 2. *num.* 10. *C. de iur. fisc. lib.* 10. dicit, increpandos esse illos actorum Notarios, qui recipientes obligationes in eorum hospitijs, in ipsarum stipulationibus asserunt, contrahentes constitu-
13 tos pœnès acta, & esse abusum non permittendum, nàm ideò in obligationibus non interueniunt testes, quia debent in Curia stipulari, in quo multitudo Gētium semper esse præsumitur.

Ex prædictis ergò apparet, Iudicem appellationis non posse authorari, nec Actuario mandare, quia nō est Iudex, nisi causę deuolutæ per sententiam Iudicis à quo, vt infrà iùs demonstrabitur.

Et prædicta patent, quia si obligatio fuerit stipu-
14 lata in vna Curia, vel coràm vno Iudice, non potest in alia Curia, vel coram alio Iudice incusari, nàm debet citari Pars ad dicendum causam, quarè obligatio non debet incusari, ità dicunt *Andr. & Affl. in Const. Regni Baianus si furem*, & idem *Andr. in Const. Editorū, col. fi. verſi verò, & Affl.* latè *in Const. Dilationes*, quos sequitur *Carau. ritu* 128. & si attenderetur persona Actuarij pœnès acta stipulantis, non fieret differentia, an Iudex esset, vel non esset com-
15 petens. Nàm Actuarius non poterit stipulari, nisi de pertinentibus ad officium suum, argumento eorum, quæ dicit *Innoc. cap. dudùm, verſ. Ecclesiæ, de cōuerſ. coniug.* vbi etiam *Abb. num.* 11. *in fin. glos. & Doctores* omnes *in cap. quanquàm, de reg. iur. in sexto*, &
16 sicut Iudex extra suam Prouinciam dicitur carere iurisdictione *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* & censetur vt priuatus, ità Actuarius extrà officium sibi com-
17 missum, & sicut lex Principis non ligat, nisi eos, qui Imperio suo sunt subiecti, *l.* 1. *C. de summ. Trin. & fid. cath.* ità Actuarius non exercebit officium suum, nisi
18 in personas sibi subditas in appellationibus interpositis; nàm, vt detur fides scripturæ alicuius tanquà publicæ, hoc est de speciali priuilegio Principis, vt notat *Innoc. in cap. cùm P de fid. instrum.* & ad hoc vt
19 possit quis vti priuilegio extrà officium sibi commissum, debent concurrere plura, videlicèt gratia Principis, causa necessaria, & consensus illius, qui ex hoc tangitur, ità dicit *Hostiens. in cap. ex tuarum, de*
20 *vsu pallij*, ex quibus infert *Luc. de Penn.* quòd Tabellio etiam cum prorogatione contrahentium non potest extrà locum officij sibi commissi Tabellionatum exercere, ità dicit *in l. dumnitrum, in princ. 3. col. C. de decur. lib.* 10. sic & Actuarius secundarum causarum, cui nec de Partium consensu licet extrà suum officium actus etiam voluntariæ iurisdictionis exercere. Pone enim casum, quòd contingat dubitari super obligationibus stipulatis à Iudice secundarum causarum, an possint, nec ne accusari, quis iudicabit, esse accusandas? Iudex secundārum causarum non, quia debet expectare iudicium primi Iudicis; Iudex primarum non, quia non sunt captæ in eius Curia, vt
21 suprà dictum est, confunderetur ergò ordo, si sua iurisdictio cuiq; non seruaretur, contrà *text. in can. pernenit, in fi.* 11. *q.* 1. & debet quisq; suis terminis esse contentus, nec suprà mensuram affectare, *can. si quis Episcopus* 7. *q.* 1. & si contrafecerit, irritum est, quod fecerit *can. nullus primas* 11. *q.* 2.

22 Nec prædictis obstabunt, quæ fortè dicerentur, scilicèt posse Partes iurisdictionem voluntariam prorogare, ex latè deductis per *Doctor. in l.* 2. *ff. de ind.* hoc enim intelligitur, quandò concurrunt requisita, de quibus suprà diximus, & lucidior apparebit
23 veritas pro supplemento, quòd Iudex appellationis non cognoscit, nisi de causis sibi commissis per appellationem, quo casu dicit *Bald.* quòd erit Iudex delegatus *d. præcipimus, num.* 1. *C. de appellat.* quem in
24 Consiliarijs Sacr. Cons. Neap. quòd sint delegati, & non ordinarij, sequitur *Carau. ritu* 265. *nu.* 28. & hoc nulla alia ratione, nisi quia præter causas sibi commissas cognitionem aliquam non habent, si ergò Iudex appellationis habet taxatam, seù limitatā iurisdictionem, scilicèt in causis appellationum, sequitur
25 alia iuris regula, quòd in iurisdictione limitata non potest fieri iurisdictionis prorogatio, ità dicūt *Bald. in l.* 1. *ff. de ind. & Cyn. in l. si qui ex cōsensu, C. de Episc. aud.* & si fieret de facto, posset impediri per Iudicem, qui in sportulis læderetur, ità dicunt *glos. l. de iure, verb. munera. ff. ad municip. Paul. l.* 1. *§. & post operis, ff. de nou. oper. nunc. Bald. d. l. si qui ex consensu, col.* 3. *verſ. sed lucidenter*, & hic est propriè casus, de quo agitur, nàm Actuarius primarum causarum habet interesse pro salario scripturarum, & Iudex similitèr pro sententijs fortè faciendis in discussionibus, & exequutionibus dictarum obligationum, & ad

hoc

hæc propoſitum faciunt ea,quæ dicunt *Bald. in l.vlt. q.2.& Salyc.de iuriſd.omn.iud.* quòd in Iudicem co-
26 gnoſcentem de certis cauſis non poteſt prorogari iuriſdictio,niſi de negotijs petimentibus ad mercàtias,& non alijs:hinc notabiliter dicit *Bar.in d.l.præcipimus,& officijs,C de appell.*quòd Iudex appellatio-
27 nis reſpectu Iudicis primarum cauſarũ dicitur maior iuriſdictione,& minor potentia,proindè non poteſt ſe intromittere,nili in negotijs deciſis per Iudicem primarum cauſarum:& nè deſit particularis deciſio in caſu,de quo agitur, togo videri *Bald. cap.P. & G.num.14.verſ.quæro numquid, de offic. deleg.* qui videtur in terminis decidere quæſtionem noſtram,
28 quæritur enim, an in Iudicem appellationis poſſit fieri prorogatio primæ iuriſdictionis? & dicit,quòd non, magiſtralibus rationibus pro more ſuo, quia iuriſdictiones non ſunt eiuſdem rationis,cùm cauſa appellationis ſit mixti imperij,nec idem debeat eſſe Iudex à quo,& ad quem,nec debeant confundi proceſſus,& iuriſdictiones,vt *ipſe* idem dicit in præcedenti quæſtione,& debet eſſe differentia inter alterum,& alterum, *cap. per tuas,de authoritate,& vſu pall, cap.vlt.de inſtit.* & ex his, licet multa poſſem cumulare, concludo, vt ſuperiùs dixi, ſalua correctione aliorũ Conſulentium pro contraria opinione

RERVM SVMMA.

29 *Iuriſdictio Iudicis appellationis de conſenſu Partium, quandò ſunt Laici poteſt prorogari, etiam reſpectu cauſæ principalis in prima inſtantia, nullo adhibito conſenſu Iudicis primæ inſtantiæ,quicquid in contrarium dixerit* Baldus, *cuius rationes reprobantur num.31.*

30 *Appellans ſi contradicat, poteſt appellatus ſolus prorogare iuriſdictionem Iudicis ſecũdarum cauſarum, ità vt omiſſo articulo appellationis teneatur Index ſecundarum cauſarum procedere in cauſa principali, quo caſu dicetur Index prorogatus in prima inſtantia,non autem appellationis.*

31 Glo.in l.de iure,in verb.ad munera, ff.ad municip. *declaratur.*

33 *Index ſi penitùs incompetens non eſt,ſed tantùm poteſt per exceptionem elidi, efficitur competens per Partium prorogationem.*

34 *Iuriſdictio limitato modo conceſſa, prorogari poteſt etiam pactis priuatorum.*

36 *Conſuetudine introduci poteſt,vt habẽs iuriſdictionem ſpecialem,& ad certi generis, vel ſpeciei cauſas reſtrictam,de cauſis alterius generis,vel ſpeciei cognoſcere poſſit.*

Sed pro confutatione harum obiectionum replicaui,vt infrà.

DIxi indubitantèr in prioribus meis Allegationibus, quòd Actuarius Iudicis ſecundarum cauſarum Theatinæ Ciuitatis poſſit nitè, & rectè recipere, & ſtipulari quaſcunquè obligationes inter Ciues Theatinos, nullo admiſſo conqueſtu in contrarium Actuarij primarum cauſarum,ea ſcilicèt ratione motus,quòd talis ſtipulatio ſit actus volũtariæ iuriſdictionis,quæ poteſt prorogari per Partes conſentientes, etiam ſinè conſenſu Superioris in quemcunquè Iudicem habentem quamlibet iuriſdictionem, etiam ſine Tribunali,ex *tex.& traditis per DD.in l.1. ff.de ind.*

Et ſicet aduerſus meas Allegationes doctiſſimè ſe oppoſuerit aliũs Conſulens, nomen cuius me latet, ſed eius dicta non exigui nominis eſſe apertè demonſtrant, adhùc tamen in mea perſiſto opinione, liquidem eius oppugnationes facili negotio diluì poſſunt.

Inquit enim *ipſe* in effectu, quòd in huiuſmodi obligationibus eſt conſiderãda authoritas, non Actuarij impij:ità,ſed Iudicis, ex cuius præſentia iudicij calor procedit, & ex calore executio illa parata, quam habent obligationes ſtipulatæ pènès acta,& hic Iudex debet eſſe competens, aliàs ſi ſit incõpetens non habebunt paratam executionem. Quòd autem in caſu noſtro Iudex ſecundarum cauſarum non ſit competens, ſed incompetens, probat *ipſe* ex eo aſſumpto, quod eius iuriſdictio ſit reſtricta ad cauſas appellationis tantùm, cuiùs quàm reſtrictæ,& limitatæ ad certum genus cauſarum,non poteſt prorogari vltra ſuum genus, & ſic ad huiuſmodi obligationes,quarum actuſatio, & executio reſpicit iuriſdictionem primarum cauſarum, & non ſecundarum, & pro comprobanda hac ſua ſentẽtia magnificè dicit,an *Bal.in cap.P.& G.num.14.& 15.ext.de offic.deleg.*

Pro quarum obiectionum reſolutione Ego aduertò, quòd quæſtio noſtra circà duo copulatiuè verſatur. Primum,an in Curia ſecundarum cauſarũ poſſint recipi, & ſtipulari obligationes inter contrahentes, omiſſo Actuario primæ inſtantiæ. Alterum verò, an receptæ poſſint in eadem Curia ſecundarum cauſarum incamerari,ita vt prouentus, & emolumenta acquirantur ipſimet Curiæ ſecundarum cauſarum, vel potiùs illarum accuſatio debeat remitti ad Iudicem primæ inſtantiæ, & Ego fundaui, vtrunque fieri poſſe in ipſa Curia ſecundarum cauſarum.

Conſulens verò pro contraria opinione, primum nõ negat, vt ſcilicèt poſſint huiuſmodi obligationes ſtipulari, & recipi per Actuarium ſecundarum cauſarum,ſed ſecundum tantùm controuertit,vt ſcilicèt non poſſint accuſari,quia non habent paratam executionem,dùm non fuerunt receptæ corãm Iudice competenti,& ità (ni fallor) *ipſe* videtur reſtringere ſuam intentionem, dùm paulò poſt principium ſuarum Allegationum ait per hæc formalia verba: *Sin autem ſtipulata fuerint corãm Iudice incompetenti, prout eſt Index appellationis, prout inferius apparebit, tunc non habebunt paratam executionem.*& ſuperiùs dixit,illas ſubſtineri in vim pacti, non autem in vim obligationum executiuarum.

Ergò onus meum erit defendere mea ſcripta ab eius impugnatione circà ſecundum articulum tantũ, nàm reſpectu primi ni decipior,conuenimus.

Pro mea autem defenſione illud vnum adducam, quòd doctrina *Bald.in d cap.P.et G.*in qua ſe fundat
39 Aduerſarius,non ſit vera, liquidèm contrarium eſt verius, vt ſcilicèt iuriſdictio Iudicis appellationis de conſenſu Partium,quandò ſunt laici poſſit prorogari etiam reſpectu cauſæ principalis in prima inſtãtia,nullo adhibito conſenſu Iudicis primæ inſtantiæ, ità formaliter tradidit *Panor.in cap.vt debitus,n.35. extrà de appell.*& latè proſequitur *Franch.ibi n.5.in.4.q.verſ.tertia, & vltima concluſio*, latiſſimè *Alex. de Neuo ibidem n.68.*& eſt *tex.*apertus *in c.Romana*, iuncta *gl.in verb.clericorum,de for.compet. in 6.*

Immò idem *Franch.ibidem in 5.quæſt.*ſubdit,quòd
50 hoc adeò verum eſt,vt etiam ſi appellans contradi-

cat,posit appellatus solus prorogare iurisdictionẽ Iudicis secundarum causarum, ita vt omisso articulo appellationis teneatur Iudex secundarum causarum procedere in causa principali.

Et *num.* 53. idem *Franch.* declarat,vt tali casu Iudex secundarum causarum dicatur procedere,& cognoscere,non vt Iudex appellationis, sed vt Iudex prorogatus in prima instantia, idem *Dec.ibidem,nu.* mihi 78. *vers.si ergò omittatur,col.fin.*

31 Non est igitur curandum de opinione *Bald.* dùm habemus contrariam opinionem communem, præsertim quia rationes per *Baldum* adductæ non sunt tàm magistrales,quin facillimè euelli possint, rationes enim *Bald.*in eo consistunt,quia scilicèt iurisdictiones non sunt eiusdem rationis, cùm causa appellationis sit mixti imperij, nec debeat idem esse Iudex à quo,& Iudex ad quem.

Hæ rationes procùl dubio nil concludunt, nàm quòd causæ appellationis sint mixti imperij,non impedit,quin Iudex appellationis cognoscat de causa in prima instantia ex Partium prorogatione, & non propterea dicitur esse idem Iudex à quo, & Iudex ad quem,quia in tali casu facta prorogatione nó cognoscet de causa vt Iudex appellationis, sed vt Iudex prorogatus,per doctrinam *Franch. d.c. vt debitus,num.* 53. & si contigerit ab eius sententia appellari,eius Superior est adeundus, & non ipsemet, qui iudicauit.

Nec erit habenda ratio de interesse Iudicis primæ instantiæ propter sportulas, & prouentus, qui sibi auferuntur ex tali prorogatione, nàm licet Aduersarius ponat assumptum indubitatum, quòd ratione huiusmodi interesse posset Iudex primæ in-
32 stantiæ impedire huiusmodi prorogationem, & pro eo adducat *glos.in l. de iure, in ver. ad munera, ff. ad municip.* nec non *Cyn. & Bald. in l. si qui ex consensu, C. de epis. aud.* tamen tale assumptum falsissimum est (pace tanti viri id dixerim)liquidèm *Cyn.num.* 14. *in* 5. *q. & Bald num.* 9. *vers. sed incidenter in d.l. si qui ex consensu* contrarium expressè decidunt, sequendo *Petr Bell.ap.ibidem*,qui assertiuè dicit quòd non potest impedire, *glos.* verò in *d.l. de iure in vers. ad munera*,id nec somniauit quidèm,bene verum est, quòd *glos.* præcedens in *verb. Prouincia* dicit,quòd si commodum pertinet ad Iudicem, quia decimam est habiturus,contradici potest, sed *glos.* non intelligit de contradictione facienda a Iudice, qui habet interesse,sed de contradictione ipsiusmet *glossæ* argumentantis,vt scilicèt dicatur contrarium eius, quod dixerat in principio,quod indè patet;nàm in *text.* dicitur,quòd si quis negat, Præsidem Prouinciæ esse suum Iudicem competentem, & quòd non sit Incola in ea Prouincia, ille Præses debet de hoc cognoscere,*glos. in verb. Prouincia* censet cõtrarium, quòd idem Præses non posset cognoscere, an sit sua iurisdictio,quia esset Iudex in causa propria,& pro solutione huius contrarij declarat, quòd hoc ideò est, quia commodum non pertinet ad Iudicem, & ideò non videtur ferre sententiam in causa propria, deindè subdit, *sed si commodum ad eum pertinet, quia decimam est habiturus, contradici potest*, hoc est,contrarium dici potest,si est habitutus decimam, & sic commodum, vt scilicèt in hoc casu non possit ipse cognoscere,an sit sua iurisdictio; non ergò *glos.* intelligit de contradictione facienda per Iudicem, qui habet interesse circà prorogationem iurisdictionis,immò de tali contradictione verbum nullum in ea *glos.*

Nec est facienda vis in Iudicis incompetentia,
33 nàm quandò Iudex non est penitùs incompetens, vt laicus respectu clerici,sed exceptione tantùm elidibilis,vt in casu nostro; tunc efficitur competens per prorogationem Partium, vt docent *Doctor.* omnes in *l. 1. ff. de offic. eius,cui mand. est iurisd.* & sic pro-
34 rogatio facit cessare incompetentiam,licèt enim pactis priuatorum alicui iurisdictio concedi nequeat, *l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iud.* tamen iurisdictio limitato modo concessa extendi, & prorogari potest,etiam pactis priuatorum, *Angel. in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. Dec. cap. de causis, extra de offic. deleg. num.* 3. facit *text. in l. sed & si manente, ff. de precar.* & id,quod tradit *Ias. in l. fin. col. antep. ff. de ferijs*,tantò magis, quia casus noster versatur in iurisdictione
35 voluntaria,quę potest prorogari in quemlibet Iudicem habentem quamuis iurisdictionem, etiam sine Tribunali,& etiam sine cõsensu sui Superioris,iuxtà *text. gl. & DD. in l. 1. ff. de iud.*

Remotis igitur contrarijs remanet firma conclusio per me aliàs fundata pro Reuer. Antistite Theatinę Ciuitatis,adhuc tamẽ submissa correctioni eiusdem ex aduerso Consulentis.

His accedat,quòd hæc consuetudo per antiquissimum tempus fuit vsu recepta in Ciuitate prædi-
36 cta,& clarissimi iuris est,quòd consuetudine introduci potest,vt is, qui habet iurisdictionem specialem,& ad certi generis,siuè certæ speciei causas restrictam,de causis alterius generis, & alterius speciei cognoscere possit, *Rom. cõs. 300. Benuenut. Strac. in tract. quomodò in caus. mere. proced. sit p. 2. num.* 10. *Schrad. de feud. to. 2. p. 10. sect. 3. q. 9. n.* 146.

RERVM SVMMA.

37 *Laudum latum inter Episcopum Policastrensem, & Comitẽ Policastri super iurisdictione in Terra Turris Orsaiæ circà declarationem causarum ciuilium à criminalibus.*

38 *Laudum latum inter quondam Ioannem Gesualdum Commendatarium Monasterij S. Heliæ Terræ Carbonis Dominum iurisd. ctionis ciuilis, & Principem Bisinianj Dominum iurisdictionis criminalis.*

39 *Exilij appellatione an comprehendatur nedùm deportatio,sed etiam exilium simplex, & temporale, vel pœna triremium,nu.* 48. *vbi quot modis exilium consideretur,n.* 62. & 85.

POST horum primam editionem reperi laudum latum per Thomam Salernitanum, & Io. Felicem Scalaleonem celeberrimos Aduocatos suæ tempestatis, & ambos posteà euectos ad summos Magistratus inter Episcopum Policastrẽsem,& Comitem Policastri super iurisdictione in Terra Turris Orsaiæ circà declarationem causarũ ciuilium à criminalibus,quod hìc totũ describendum duxi,& est tenoris sequentis,videlicèt.

37 *In primis fuit declaratum,quòd omnes casus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, & abscissionis membri spectant ad Curiam criminalem, & insuper ad maiorem declarationem fuerunt declarati, & particulariter expressi infrascripti casus, videlicèt*

Homicidium,assassinium,adulterium, incestus, falsitas,nisi fuisset commissa in Curia ciuili, quo casu ad ciuilem Curiam pertinet.

Item sacrilegium,in quo veniret imponenda altera pœna ex supradictis tribus pœnis.

Item incisio arborum fructiferarum, seditio, furta à de-

decem carolenis exclusiuè suprà, infrà verò dictam summam ad Curiam ciuilem pertinet, vt infrà.

Incendia appensata, & non casualia, resistentia, & alia offensa facta Officialibus dictæ Curiæ criminalis.

Raptus virginis, vel vxoris alterius, luxuria contrà naturam, cognitio contrà tutorem corrumpentem eius pupillam, cognitio contrà furantes alienos pueros.

Item, quòd in causis ad criminalem Curiam spectantibus eius Officiales habeant potestatem exigendi pœnam ratione spreti mandatum causis prædictis expediti, & facti.

Item, quòd prouisio super salario Aduocatorum, & Procuratorum, qui interuenerunt in causis spectantibus ad dictam Curiam criminalem, spectat ad Curiam eandem.

Item, quòd Officialis criminalis possit emanare banna contrà inferentes damnum in bonis Curiæ Comitalis, & à transgressoribus pœnam exigere, & similiter emanare banna in causis prædictis ad eam spectantibus.

Ad Reuerendum Episcopum, & eius ciuilem Curiam, declaratum fuit, spectare omnes causas merè concernentes prosequutionem bonorum rerum, et pecuniarum inter Partes, et eodem modo causas damni infecti, prouisionis tutoris, et curatoris, et similes, et pariter causas omnium delictorum, in quibus venires imponenda pœna pecuniaria, applicanda Fisco, et insuper declaratum fuit ad maiorem declarationẽ, subscriptos casus spectare, et pertinere ad eandem Curiam ciuilem, videlicèt.

Blasphemiam facta à decem carolenis inclusiuè infrà, periurium, verbera, pugillos, vulnuscula, vsuram, fracturam limitis, insultus, nisi fuerint cum comitiua hominum armatorum, introeundo per vim alienam domum, alioquè verberando, pulsandoque, qui casus exceptuati ad Curiam criminalem spectant.

Item incisionem arborum infructiferarum, iniuriã, minas de termino amoto, rixam, vbi nõ sequitur mors, vel vulnus graue, videlicèt, quòd ex eo remaneat aliqua læsio membri, vel cicatrix in facie, vel quòd vulnus fuerit letale, qui casus exceptuati ad Curiam criminalem spectant.

Item ad Curiam Reuerendi Episcopi spectant tumultus, illius lapidis super domibus, et fenestris, resistentia, vel qualibet alia offensio facta Episcopo, siue eius Officiali et Vicario, dummodò Canones non resistant.

Item emanatio bannorum super dictis casibus ad ipsum Episcopum spectantibus.

Item punitio affectus, si non sequatur effectus, dummodò non in assassinio. Quò verò ad prohibitionem armorum, quòd laicos fuit prouisum, quòd ambo illa prohibeant, et Comes solus, et eius Officiales licentiam impartiri possint Seruientibus suæ Curiæ, ac Familiaribus, et Seruientibus domus ipsius, inter quos sit Aerarius.

Et pariter Reuerẽdus Episcopus, ac Vicarius, et Officiales ipsius illam possint impartiri Seruientibus Curiæ suæ, ac Familiaribus domus suæ, inter quos sit ille, qui curam habet colligendorum, et conseruandorum fructuum Episcopatus.

Pœna asportationis armorum sine licentia, tàm Comitis, quàm Episcopi, eius commodis applicetur, qui præuenerit in capiendo.

Quò verò ad omnes alios laicos ambo licentiam prædictam impartiantur, et vnus sine alio non possit, ità quòd si vnus impartiatur, et fuerit sine alio, liceat ille impartiri integrè pœnam exigere, non obstante altero impartiente, et banna emananda, sub dicta forma emanari debeant, tam de asportãtibus arma de die quàm de nocte.

Item quòd bannum, vt pulsata secunda, vel alia hora nullus homo incedat cum armis, & sine lumine, vt solitum est similia banna emanare, emanentur per Episcopum solum, & eius Curiam.

Verùm Regium Collaterale Cõsilium noluit præstare assensum super hoc laudo, nisi priùs Partes declarassent, quòd hæc determinatio erat facta de voluntate ipsarum Partium, vt in futurum viuerẽt quietè inter ipsos, non quòd ità procederet ex dispositione iuris, vt apparet ex integra copia præsentata in Reg. Cam. Summ. in processu inter Episcopum N. & Baronem; seu vtilem Dominum Catalis N. Terræ Hydrunti. Hinc non mirum est, si postea in causa, de qua interùs fuit facta determinatio satis diuersa, videlicèt. In causa admodùm Reuerendi Archiepiscopi Tarentini cum Serenissima Regina Poloniæ, & successiuè cum Hærede quondam Io. Iacobi Cossæ, & Regio Fisco, referente insigni illo viro Francisco Antonio Dauid, Præsidente tunc R.C.S. Actuario Raparo, postea Rugerio.

Post hæc inueni aliud laudum latum per Matthæum de Afflicto inter quondam Io. Gesualdum Commendatarium Monasterij S. Heliæ Terræ Carbonis, Dominum iurisdictionis ciuilis, & Principem Bisiniani Dominum iurisdictionis criminalis, tenoris sequentis.

32 Declaramus, spectare ad Baiulum omnes causas ciuiles, siuè personales, siuè reales, tàm magnas, quã parvas, exceptis causis feudalibus quaternatis, & non quaternatis, vt in Const. Regni Baiuli locorum, & Const. Iustitiarij de cætero.

Item iurisdictio ciuilis Baiuli est separata à iurisdictione Iustitiarij, qui habet criminales, & Iustitiarius non cognoscit de causis ciuilibus, nec alteri potest committere causas ciuiles, nisi constito de negligentia Baiuli in iustitia ministranda, vt in Const. Iustitiarij nomen, & normam.

Item Baiulus sine commissione Iustitiarij potest capere furem, & ducere ad Iustitiarium, & etiam eorum receptatores, & postquàm ipsum cepit, non potest relaxare, vt in Constitut. Baiulus si furem, & etiam potest capere omnes malefactores in facinore deprehensos, & ducere ad Iustitiarium, & etiam eorum receptatores, & forbannitos, vt in Constitutione Regni Cùm circà.

Item Baiuli locorum non solùm habent iurisdictionem in omnibus causis ciuilibus, præterquàm in feudis, vt suprà, sed etiam habent merum, & mixtum imperium, nàm possunt dare tutores pupillis, & adultis, & curatores ad lites, et confirmare tutores testamẽtarios, vt in Const. Magister Iustitiarius, & in Const. prædicta Baiuli locorum.

Item Baiulus potest recipere cautionem ex causa dãni infecti, vt in Const. Magni Camerarij.

Item Baiuli cognoscunt de omnibus damnis datis in rebus stabilibus burgensaticis, & faciunt damnum resarcire, vt in Const. Baiuli locorum.

Item Baiuli cognoscunt, si est quæstio de pretio rei feudalis, ibidem.

Item Baiuli ponunt assisiam in rebus comestibilibus vnà cum Magno Camerario in Terris domanij, & cum consilio proborum virorum, vt in Const. Magni Camerarij, sed si Terra est Ecclesiæ, prout est dictum Casale Carboni, tunc imponunt assisiam cum consilio proborum virorum.

Item Baiulus potest punire omnes vendentes res

eptas ad comedendum vltrà affiſiam, & omnes venditores cum ponderibus & menſuris non mercatis, vt in Conſtitutione Ad officium Baiulorum.

Item Baiuli locorum poſſunt exigere pœnas conuentionales ab illis, qui locauerunt operas, & non ſeruauerunt promiſſa, ibidem.

Item Baiuli locorum faciunt bannum, & prohibitionem, quòd nullus cum animalibus inferat damnum in poſſeſſionibus, ſub pœna vnius auguſtalis, vel infrà, ſed in magnis foreſtis poſſunt imponere pœnam vnius vnciæ, vt in d. Conſt. Ad officium Baiulorum.

Item Baiulo debetur trigeſima, vel vigeſima, aut ſexageſima, ſecundum diſtinctionem cauſarum, vt in Conſtitutione Conſtitutionem, & Conſtitutione Cùm circà iuſtitiæ.

Item Baiulus cognoſcit, an vaſallus ſit de demanio Regis, vel Baronis, & ſoluatur ei trigeſima, vt in Conſtitutione Quoniam *dummodò Baiulus ſit de demanio Regis, vt* ibi *dicitur.*

Item Baiuli locorum poſſunt procedere contrà Gabellotos, & eorum participes, & Paſſagerios, & Platearios ſummariè ad reſtitutionem eius, quod indebitè eſt exactum, ſed non ad pœnam rapinæ, vt in Conſtitutione Authoritatem.

Item Baiuli locorum poſſunt mittere in poſſeſſionem ex primo decreto, ſiue agatur actione perſonali, ſiue reali, vt in Conſt. Rei vendicatione, in gloſa.

Item Baiuli locorum poſſunt imponere defenſam ex parte Domini Regis pro priuatis perſonis oppreſſis, vel iniuriatis, vt in Conſt. Si quis in poſterùm, *ſed iudicium ſpretæ defenſæ agitur coràm Iuſtitiario Prouinciæ, nec Baiulus poterit poſtea remittere, & caſſare defenſam impoſitam, & habebit Baiulus de pœna ſpretæ defenſæ lata ſententia ſexageſimam*, ibidem.

Item ad officium Baiulorum pertinet, quòd illæ perſonæ quæ capiunt animalia damnum dantia in poſſeſſionibus eorum, debeant ipſa animalia capta per eas ſtatim præſentare Baiulis locorum, vt ab ipſis Baiulis poſſint Dominis fieri reſtaurari damna à Dominis ipſorum animalium, vt in Conſtitutione Animalia in vineis.

Item Baiulus non poteſt pro contumacia condemnare ad tertiam partem bonorum mobilium, ſed tantùm ad pœnam vnius auguſtalis ſingulo menſe, vt in Conſt. Pœnam nouem vnciarum, & Conſtitutione Crebra, in fine.

Hoc eſt laudum latum per Matthæum de Afflicto Regium Conſiliarium in anno .... vti arbitrum electum inter Principem Biſiniani, & quondam Ioannem de Geſualdo, tunc perpetuum Commendatarij Monaſterij S. Heliæ de Terra Carboni, quod fuit ratificatum, & inſertum in tranſactione inita in anno 1551. die 2. Ianuar. inter Principem Biſiniani, & Cardinalem S. Seuerinæ ſucceſſorem in dicta Cõmenda per manus Notarij Roberti Barattę de Terra Caſtronillarum, præſentata in S.C. in Banca Amatrudæ in proceſſu inter dictum Cardinalem, & Principem Biſiniani *fol.* 11.

A Non tamen decet, vt ſilentio prætermittatur illa famoſiſſima, & celeberrima deciſio, quę noſtris temporibus fieri contigit in cauſa per centum annos ventilata inter Eccleſiam, & Capitulum S. Nicolai Batenſis ex vna, & vtilem Dominum iuriſdictionis
39 criminalis Terrarum S. Nicandri, & Rutiliani, an ſcilicèt appellatione exilij reſeruati in beneficium Regiæ Curiæ, & demùm translati in emptorem dictæ iuriſdictionis, comprehendatur, nedùm deportatio, ſed etiam exilium ſimplex, & etiam temporale, & propterea cognitio omnium cauſarum criminalium, in quibus veniret imponenda pœna, quæ nõ eſſet minor exilio temporali, ſpectaret ad Dominum iuriſdictionis criminalis, vel potiùs appellatione exilij comprehẽdatur ſolùm deportatio, ità vt omnes aliæ criminales infrà deportationem ſpectarent ad Eccleſiam, & Capitulum prędictum; quę quidèm cauſa licèt ęporibus illius eminentiſſimi viri *Vincentij de Franchis* fuiſſet ſtrictiſſimè diſputata, & expeditioni valdè proxima, ità vt illam reaſſumpſerit ingeniosè in eius *dec.* 116. non tamen potuit totalem expeditionem ſortiri, ſed nouiſſimis noſtris temporibus illam ſęliciter ſortita eſt, me patrocinante, cum interuentu doctiſſimorum Conſiliariorum duarum Aularum, inter quos eminuit *Iacobus de Franchis*, illius meritiſſimus filius, doctrina conſpicuus, & morum lenitate ſuauiſſimus, qui propter ſuas inſignes virtutes meruit inter Titulatorum numerum cooptari, inſignitus à noſtro potentiſſimo Rege titulo Marchionatus ſui Oppidi Tauiani in Prouincia Hydruntina, & quia pro Eccleſia inter cęteras fuit pręcipuè ponderata hæc pragmatica, ideò libuit hic inſerere meas Allegationes, ac aliorum, qui antè me ſcripſerunt cum deciſione S. C.

RERVM SVMMA.

40 *Sententia tranſacta in rem iudicatam pro veritate habetur, nec poteſt in dubio refricari, cùm faciat de albo nigrum, & vim mutat in verum, & verum in falſum, & faciat ens de non ente.*

41 *Relatiuum* quis, *vel* qui, quæ, quod, *eſt reſtrictiuum, & limitatiuum præcedentium.*

42 *Iuriſdictione ſimpliciter conceſſa, merum, & mixtum imperium comprehenditur.*

43 *Cognitio criminum, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel mẽbri abſciſſionis, pertinet ad iuriſdictionem criminalem, vbi verò ceſſat mors naturalis, vel ciuilis, ſeù membri mutilatio, ad iuriſdictionem ciuilem. n.* 73.

44 *Pragmatica iſta non eſt noui iuris inductiua, ſed tantùm declaratiua.*

45 *Incendij pœna quæ nàm ſit, quæ alapa manu aperta, & vulneris in capite cum ſanguinis effuſione, & num.* 46.

47 *Poſſeſſio continuata ſuffecit ad declarandum verba ambigua priuilegiorum.*

48 Alex. Raudenſ. *laudat.*

49 *Opinio tractatum conficientis in communi opinione præfertur opinioni conſulentis.*

50 *Exilium, & mors ciuilis an vnum, & idem ſint, et n.* 81. *vbi exilium proprie importat deportationem.*

51 *Dictio, ſeù, eſt declaratiua repetens idem.*

52 *Mortis appellatione an veniat medium naturalis, ſed etiam ciuilis, et n.* 53.

54 *Deportatio licèt ſit pœna capitalis, non tamen eſt mortis proxima, ſicut eſt condemnatio ad metallum.*

55 *Ordine verborum non attento talis ordo præſumitur, qualis eſſe debet.*

56 *Emancipatio priùs facta præſumitur, quàm donatio, ſi in inſtrumento primo loco ſit facta donatio à patre ipſi filio, et poſtea emancipatio.*

57 *Dictio*, videlicèt, *eſt reſtrictiua, et n.* 79.

58 *Exilium temporale an ſit pœna corporalis, vel corporis afflictiua, et an ſit proprie exilium, n.* 87.

59 *Procurator poteſt intercedere, quandò pro delicto eſt imponenda pœna relegationis, et exilij temporalis, ſecùs vbi venit imponenda pœna corporis afflictiua.*

60 *Tortura ex officio non infligitur, niſi in caſibus, in quibus eſt imponenda pœna vltrà relegationem, n.* 65.

Digitized by Google

n.65.vbi quandò inquisitus possit in carcere detineri,vel sub fidemissoribus relaxari.et n.66. vbi quādò pœna dicatur vltrà relegationem.

61 *Decisio Sacr. Reg. Consil. super hac quæstione recenſetur.*

Exilij pœna multiplex remissiua.

Allegationes meæ.

PRO Eccleſia,Priore,& Capitulo D.Nicolai Barenſis tàm copioſè,doctè,& neruosè ſcripſerunt mei doctiſſimi Collegæ, & Prædeceſſores poſt editam *dec.116.Præſ.de Franchis*, vt mihi vltrà ſuperaddi poſſit,at Ego nè videar ſic illotis,vt aiunt, manibus ad defenſionem huius cauſę nouitèr proſilire,vt muneri iniuncto pro viribus ſatisfaciam,volui hæc pauca in medium afferre.

Primò igitur aduerto, quòd in vanum hodiè Aduerſarius contendit,noſtrum priuilegium non comprehendere aliud,quàm ſimplicem iuriſdictionem ciuilem;pòderando ad id tàm communem formam inueſtiturarum illius temporis, quàm etiam aſſertas conceſſiones antiquas,per quas Theſaurario Capituli concedebatur ciuilis tantùm iuriſdictio, eamq; cumulatiuè cum Capitaneo Reg.Cur.nàm hæc omnia pati poterant diſputationem antè ſententiam latam in beneficium Capituli in anno 1508.ſed lata ea ſententia,per quam in petitorio fuit ſolemnitèr, & expreſsè declaratum,ad Capitulum, & Priorem ſpectare,& pertinere,nedùm iuriſdictionē ciuilem, ſed etiam criminalem, exceptis tribus caſibus, procùl dubio ceſſat omnis dubitatio, quia cùm ſit lata inter eaſdem partes, cum quibus hodiè diſputatur,

42 & ex curſu ferè vnius ſæculi iàm fecerit tranſitum in rem iudicatam, vtriq; pro veritate habenda eſt, nec ampliùs in dubium reſtricari poteſt, *l.res iudicata.ff.de reg.iur.*quia facit de albo nigrum,*l.1.§.final.* cum duab *ll.ſeq.ff.de liber.agnoſc.* & falſum mutat in verum,*Bald.in cap.preſentia.extrà de renunc.Crau. conſ.79.num.1.volum...Paul.Leon. in l.qui Romæ, §. duo fratres,num.127.ff.de verb.obligat. Marzar.conſ. 47.num.10.Surd.conſ.61.num.1.2.3.et 4.conſil.106. num.13.et conſil.133.num.9.lib.1. Peregr.conſ.88. num.4.lib.1.*Immò è contrà verum mutat in falſum, & facit ens de non ente,*glo.ſ.in verb.repeti in l.ſi non ſortem.ff.de cond.indeb. Iaſ. in l.Iulianus verum debitorem,col.2.n.2.eod.tit.Mexia ad l.5.Toled.tit.3.lib. 7.p.1.et 2.fund.n.11.*

Quæ quidèm ſententia poſſet ex eo ſolo firmiſſimè defendi,ſi opus eſſet, quia ſi ſibi Rex voluiſſet ſeruare vniuerſam iuriſdictionem criminalem, vtiquè poterat id apertè definire, reſeruando ſibi cauſas criminales indefinitè,& ſic ſub pauciloribus verbis,ſed videmus, quòd Rex in priuilegio poſt illa verba,*reſeruatis nobis cauſis criminalibus*, ſubnectit illam clauſulam, *pro quibus venit imponenda pœna corporalis.etc.*Ergò non vniuerſa iuriſdictio criminalis eſt reſeruata,ſed ea, pro qua venit imponenda

41 pœna corporalis in tribus caſibus, ponderando relatiuum illud,*pro quibus*,quod eſt reſtrictiuum,& limitatiuum præcedentium,ad *text. in l.ea tamen a. dieſſio.ff.de leg.3.*& in *l.cunctos populos*, vbi *Scribentes* omnes.*C.de ſumm.Trinit.*vltrà adducta per *Præſ. de Franch.dec.116.num.11.in fin.* Item ex alio con-

42 firmatur, quia conceſſa ſimpliciter iuriſdictione à Principe per infeudationem,non eſt dubium,quòd comprehenditur etiam merum, & mixtum imperium,& ſic omnis iuriſdictio criminalis, vt eſt communis opinio,relata,& declarata per *Borrell.de Magiſtr.edict.lib.1.cap.1.num.111.ad* 130. vt igitur ab hac generali conceſſione excipientur aliqui caſus,neceſſaria fuit illorum ſpecifica expreſſio,qui ſine tali expreſsione omninò comprehenſi fuiſſent.

Secundò aduerto,quòd eſtò millies, non tamen admiſſo, vt noſtrum priuilegium expreſsis verbis comprehenderet ſolam iuriſdictionem ciuilem conceſſam Capitulo, & Eccleſiæ, Iuriſdictionem verò criminalem fuiſſe reſeruatam indefinitè,& abſq; reſtrictione pœnès Regem, non tamen propterea denegari poterit Eccleſiæ cognitio exilij temporalis, aut alterius citra mortem ciuilem,nàm ei obſtat ad viuum declaratio edita in anno 1515. per Regem Catholicum,de qua in *pragmat.2.de iuriſd.inuic. non turband.* vbi Rex ſapientiſſimus ad ſedandas con-

43 tentiones,quæ in Regno occaſione prædicta oriebantur,declarauit per viam legis condendæ omnes caſus, culpas, vel crimina, pro quibus pœna mortis naturalis,ciuilis, vel membri mutilatio principaliter imponenda non venit, pertinere ad iuriſdictionem ciuilem,in quibus verò mortis naturalis,aut ciuilis, ſeù membri mutilatio principaliter veniret imponenda, pertinere ad iuriſdictionem criminalem,ad quid igitur hodiè diſputamus, ſi Capitulum quantùmuis haberet ſolam iuriſdictionem ciuilem, poterit cognoſcere,nec nè de relegatione, vel exilio temporali,ſi hi caſus ſunt expreſsè comprehenſi ſub iuriſdictione ciuili?certè vana prorsùs eſt omnis diſputatio.

Sed vtcunquè ſit,mihi duo tantùm libuit ex dicta *Pragmatica* annotare,vnum,quòd caſus,ex quo fuit motus Rex prudentiſsimus ad illam legem condendam,accidit inter Monaſterium, quod poſsidebat iuriſdictionem ciuilem,& Ducem S Petri, & ſic laicum,qui poſsidebat criminalem,adeò quòd eſt idem cum caſu noſtro,in quo Capitulum poſsidet iuriſdictionem ciuilem,& laicus criminalem, vt ipſe prætendit,& emanauit ſeptem annis poſt latam ſenten-

44 tiam ad beneficium Capituli. Alterum verò, quòd prædicta *Pragmatica* non eſt noui iuris inductiua, ſed veteris tantùm declaratiua,vt patet ex illis verbis aſſertiuis,ubi,*et declarare,quæ pertinent ad iuriſdictionem.etc.*& iterùm in diſpoſitiuis,ibi, *declaramus omnes caſus.etc.*

Quò fit,vt ex hoc vltimo conſtet, omnes doctrinas, & authoritates Doctorum Regnicolarum ex aduerſo ponderatas,quòd antè Regem Alphonſum Primum non erat communicata Baronibus iuriſdictio criminalis,ſed ciuilis tantùm, modò retorqueātur contrà Aduerſarium, vt ſcilicèt ſub illa iuriſdictione ciuili comprehenderentur omnes caſus, in quibus non venit imponenda pœna mortis naturalis,ciuilis,vel abſciſsio membrorum, prout fuit declaratum per *Pragmaticam* prędictam,& ſucceſsiuè illæ doctrinæ nedùm non impugnant,ſed potiùs cōfirmant noſtram intentionem.

Tertiò aduerto,quòd fruſtrà Pars aduerſa contēdit,ſub verbo,*exilij*,quod eſt vnum ex tribus caſibus reſeruatis pœnès Regem,comprehendi etiam caſus, pro quibus venit imponenda pœna exilij temporalis,& quòd ità debeat hodiè fieri interpretatio priuilegij cōceſſi per Carolum Regem Secundum, nā hæc interpretatio iàm diù facta fuit in beneficium Eccleſiæ,dùm per tria decreta antiqua interpoſita per Sacrum Conſilium fuerunt remiſſæ cauſæ inquiſitorum de incendio extrà Ciuitatem, de alapa-

manu aperta,& de vulnere in capite cum effusione sanguinis ad Ecclesiam,& Capitulum, etiam parte ipsa contradicente,in quibus quidem casibus dubiũ
45 non est,quòd minor pœna, quæ veniebat imponenda,est pœna exilij temporalis, prout in Incendiario patet ex *text.l.capitalium,§.incendiarij, ff. de pœn.* ex traditis per *Andr.in Const.Super incisionibus,in verb. punãtur,*& in *Const.Qui dolosè,*& *vtrobiq;* per *Affl.* & latissimè per *Ioseph.Ludou.dec.Perus.*25. qui *num.* 3. ait,in incendio extra Oppidum esse pœnam deportationis in persona honesta, in vili verò remigationis,citans etiam *Capyc.* in nostra *decis.*27. *n.*18. & in *alapa ex text.in l.lex cornelia,n princ. vers. apparet igitur,ff.de iniur.* vbi *Doctor.* omnes.

In vulnere autem in capite cum effusione sangui-
46 nis,patet ex latè discussis per *Gramm. voto* 23. *per totum*, ergò ex huiusmodi interpretatione per S.C. quod est supremum Tribunal in hoc Regno, facta in contradictorijs iudicijs cum Aduersario cessare debet pœnitùs omnis controuersia pro faciendo nouo,& diuersa interpretatione.

Præsertim,quia ex eisdem decretis resultat con-
47 tinuata possessio pœnès Capitulum,& Priorem cognoscendi de his casibus, quæ sola possessio sufficit ad declarandum verba ambigua priuilegiorum, ad *text.in l.si de interpretatione,ff.de legib. cap. cùm dilectus,extrà de consuet.cap.contingit,extrà de transact.* *Bart.in l.cætera,§.fin.in penult.oppos.ff.de leg.*1. *Alex. cons.*87 *lib.*6. *Purpurat.consil.*402. *num.*33 *lib.*2. *Crau. in cons.pro genero,n.*317. *Natt.cons.*508. *n.*15. *lib.*3.

Quartò,& vltimò aduerto, quòd ex iuris disposi-
48 tione non potest vllo modo negari, quin verbum illud, *exilij*, in casu nostro accipiendum sit in proprio,& stricto significatu, & sic vt comprehendat deportationem tantùm,ac pœnam triremium in perpetuum,non autem in improprio, & lato significatu,& sic relegationem,vel exilium à certo loco,iuxtà *text.in l.*2. *ff.de publ. iud.* nedùm ex ponderatis per *Præs.de Franch.* perpetuò memorandum, *d.dec.*116. post *num.*3. vsq; ad *finem*, sed etiam ex solidissimè perpensis ad confirmationem huius nostræ opinionis in individuo per regulas analogicas ab acutissimo *Alex.Raudens.in tract.de analog. cap.*15. *q.*28. *nu.* 225. *cum seq.* vbi resolutiuè ait *num.*229. hoc verbum,*exilium*,esse analogum,& recipere interpretationem per priùs,& sic strictè,& per posteriùs,& sic largè,sed *num.*236. resolut in casu nostro, siuè præsupponamus materiam odiosam, siuè fauorabilem, esse interpretandum per priùs, non autem per posteriùs,& sic strictè,non largè;cuius quidem authoritati Ego summoperè deferendum esse censeo, tùm quia est Doctor,licèt modernus, grauissimæ authoritatis, nedùm ex hoc solemni *tractatu de analogis*, ab ipso iampridèm edito,sed etiam ex *tractatu de emphyteusi*, quem longè anteà exhibuerat,ac ex duobus voluminibus *Consiliorum* tertio loco emanatis, quæ circumferuntur, & denique ex *decisionibus Pisanis* nouissimè impressis,& vbilibet eius scripta redolent neruosam, & ingeniosam doctrinam, herclè,non contemnendam, tùm etiam, quia hæc eius opinio non est confirmata consulendo, ità vt pretio,vel affectione redempta dici possit, sed tractatum edendo,in quo non præsumitur motus, nisi
49 mera,& pura veritatis conscientia, adeò vt in communi opinione præferatur opinio tractatum conficientis,quàm consulentis, prout optimè considerat *M.Ant.Corat.de comm.opin.lib.*1. *tit.*6. *nu.*64. *et* 65. ità vt hæc opinio videatur mihi non egere alia confirmatione,seù corroboratione. Sed adhùc pergam.

Confirmo igitur vlteriùs hanc opinionem authoritate *Io.Ant.de Nigris de Campagna in c.Regni.Ad perueniendum,n.*22. vbi ponit quæstionem, quandò in aliqua Terra vnus habet reseruatas causas criminales,prout in nostro priuilegio in specie, nempè pro quibus debet imponi pœna mortis, aut mutilationis membri,aut exilij,& post illud verbum, *exilij*, *ipse* subdit,seù *mortis ciuilis*, & sic *ipse* expressè declarat,quòd exilium,& mors ciuilis vnum, & idem
50 sint,& quòd reseruatio pœnæ exilij comprehendat solùm reseruationem mortis ciuilis, ponderando
51 dictionem illam, *seu*, quæ est declarativa,repetens idem *cap.*1. *de lit.contest.in sexto*,vbi *Archid.* & *cap. vnico,in fin.* vbi idem *Archid. de excess. Prælat. in* 6. *Carau. pragmat.*1. §.16. *nu.*31. *de Senatu,cons.Mactl.* Et est aduertendum, quòd hæc doctrina *Campagnæ* est in terminis terminantibus huius priuilegij nostri,siquidèm *ipse* mouet hanc quæstionem in terminis *dec. Capyc.* 27. vt paulò interiùs declarat, licèt aberrauerit in percipiendo verba *Capyc.* & *d.decisio*,non est dubium,quòd fuit edita in specie nostri priuilegij, huiusque authoritas non est parui faciendа,cùm fuerit mannus practicus in Regno, & illustrauerit iura municipalia huius Regni.

Neque huic declarationi obstat id,quod Aduersarij argumentantur,dùm dicunt,verbum,*exilij*,non posse restringi ad deportationem tantùm, quæ est mors ciuilis,sub prætextu,quòd hæc pœna mortis ciuilis erat comprehensa in primo casu, in quo fuit
52 expressa pœna mortis indefinitè, & appellatione mortis venit,nedùm mors naturalis,sed etiam ciuilis,ad *text.in l.Gallus,§. & quod si tantùm, ff.de liber. & posthum.* & in *l.si decesserit,ff.qui satisd.cogan.* nam hoc argumentum fallax est, siquidèm veritas est, quòd appellatione mortis intelligitur naturalis tantùm,non etiam ciuilis,vt probat optimus *text.in l.ex parte,§.in insulam,ff.de verb.oblig.* & in *l. Statius, §.Cornelio Felici.ff de iure fisc.* & admittunt *Bart.* & reliqui in *d.§.in insulam.Ias.in d.§. & quid tantùm, nu.*8. & iura in contrarium adducta probant, quòd mors naturalis, & ciuilis æquiparantur in casibus habentibus eundem effectum, non autem, vt sub appellatione mortis comprehendatur etiam sola mors ciuilis, vt docet *Ias.in d.l.si decesserit,num.*10. *ff.qui satisd.cogan.* Idq; probat mihi *text.* expressus in *l.*2. *in princ.ff.de pœn.* vbi inter pœnas capitales ponitur primò mors indefinitè,postea verò amissio Ciuitatis,& deniq;seruitus,quæ est pœna damnationis ad metallũ,quia efficitur seruus pœnæ,vt *ibi gl.* declarat, quæ duæ vltimæ ambæ sunt pœnæ mortis ciuilis,& si comprehendebantur sub appellatione mortis, quæ primo loco fuit expressa, non opus erat, eas sic particularitèr exprimere, ergò si fuerunt expressæ, certum est,quòd mors ciuilis non venit appellatione mortis indefinitè. Quod multis confirmat *Bonius de stat.Verb.præscript.cap.*102. *glos.*12. *nu.*2. *cum seqq.* & procedit,siuè in dispositione legis,siuè in dispositione hominis,& tàm in cõtractibus,quàm in rescriptis,vt docet *Napod.in Consuetud. Si moriatur,n.*3. *in verb.moriatur,in princ.* id ipsum pluriũ authoritatibus corroborat *Farin.pract.crim.quæst.*19. *num.*11.

Quæ fallacia indè fortiùs suadetur, quia etiam si appellatione mortis veniret mors ciuilis, hoc pro-
53 cederet in ea morte ciuili, per quam nedùm Ciuitas,sed etiam libertas amittitur, & efficitur damnatus seruus pœnæ,prout in damnato ad metallum, nè autem in ea morte ciuili,per quam sola Ciuitas,non autem libertas amittitur, vt in deportato, qui est casus noster,ità in specie declarat *Ias.in d.§. & quid si tan-*

Digitized by Google

si tantùm, *num.*11. quod probat mihi in indruiduo *text. in l.licèt capitalis.ff.de verb.signific.* ergò quantùmuis illæ primus casus mortis in nostro priuilegio expressus comprehenderet mortem etiam ciuilem, non tamen comprehendebat deportationem, quæ propterea fuit necessariò exprimenda per verbum, *exilij*, quod est propriè deportatio.

His adstipulatur, quia pœna deportationis licèt
54 pœna capitalis sit, non tamen est morti proxima, prout est pœna condemnationis ad metallum, vt perbellè declarat *Angel. in l.2.num.2. vers.tertiò est pœna.ff.de publ.iud.* & ideo non est mirum, si hæc venit appellatione mortis, deportatio verò nequaquã.

Minùs etiam dicatur, quòd si intentio Regis concedentis fuisset, sub hoc verbo, *exilij*, comprehendere deportationem tantùm, & sic mortem ciuilem, non collocasset illud vltimo loco post pœnam amissionis membrorum, quæ est mitior, sed vt seruaretur ordo scripturæ, & prærogatiua gradus, post primum casum mortis, si de naturali tantùm esset intelligenda, collocasset exilium, & sic mortem ciuilem, & post mortem ciuilem vltimo loco collocasset casum amissionis membrorum, descendendo per gradus à pœna grauiori ad mitiorem: nam hæc peruersio ordinis non est potens ad impropriandum verba à proprio sensu, & hoc argumentum confunditur ab eodem *text. in d.l.2. in princ. ff de pen.* vbi *Iurisconsl.* in primo gradu collocauit mortem naturalem, prout *glos.ibi* declarat, secundo gradu amissionem Ciuitatis tantùm; tertio verò gradu seruitutem, nempè damnationem ad metallum, vt *glos.ibi* exponit, & sic amissionem Ciuitatis, & libertatis, & vtriq; si prærogatiua gradus fuisset attendenda, priùs erat collocanda damnatio ad metallum, scilicèt amissio Ciuitatis, & libertatis, quàm amissio Ciuitatis tantùm, ergo hic
55 ordo non est attendendus de iure, nam ordine verborum non attento, talis ordo præsumitur, qualis esse debet, *l.talem in princ. l.si ità quis, ff de hæred.instit. l.præposteri, C. de testam. Bart.* & alij in *l.Gallus. § quidam rectè. ff. de lib. & posthum.* Hinc *Bald. Angel. & Imol. in l.cùm in testamento, §.1.* per illum *text. ff. de*
56 *hæred.instit.* tradiderunt, quòd si in vno instrumento primo loco scriptum sit, donationem fuisse factam à patre filio, deindè in eodem instrumẽto sit scriptum, emancipationem filij ab eodem patre factam, præsumitur priùs facta emãcipatio, quàm donatio, quod sequitur, & multis comprobat *Euerard. in loco ab ordine 3.col. lit.* mihi *A.B.*

Et denique non obstat, quòd dùm reseruauit sibi Rex pœnam corporalem, licèt posteà exemplificauerit eam in illis tribus casibus tantùm, tamen debeat fieri larga interpretatio, vt censeatur reseruasse omnes casus, qui puniuntur qualibet pœna corporali, & successiuè etiam exilium temporale, nam vltrà quòd argumentum cessat per illam dictionem, *videlicèt*, quæ subsequitur immediatè post pœnam
57 corporalem, ibi *mortis videlicèt*, &c. & est dictio restrictiua, vt in *l.cùm quidam, §.1. ff. de vsur.* & propterea denotat, quòd Rex noluit sibi reseruare omnem pœnam corporalem, sed in illis tribus casibus tãtùm, aduerto, quòd hæc est maior fallacia omnibus præ-
58 cedentibus, ex quo exilium temporale non est pœna corporalis, neque comprehenditur sub pœnis corporis afflictiuis, vt patet ex *Claro*, qui in *practic.crim. q.67.in princ.* distinguit pœnas corporales à non corporalibus, & per totam illam *quæstionem* cum *qq. seqq.68.69. & 70.* enumerat omnes pœnas corporales, atq; corporis afflictiuas, & inter eas non enumerat exilium temporale, item ex *Grammat.* qui in *decis.96.num.7.* ait, quòd quandò pœna capitalis venit moderanda ex causa, non potest extendi, vt sit corporis afflictiua, sed pecuniaria, vel alia, per quam corpus non affligatur, & in *fin. ipse* concludit, quòd per hanc rationem *ipse* fuit in voto, vt ille inquisitus condemnaretur in exilium per quinquennium, illud idem repetit *vot.15. num.14.* iuncta conclusione illius *voti* post *num.16. Bouadil.lib.5.Polit.cap.1.nn. 128. Hier.Magon.decis.Lucens.36.nu.25.* ponderando dictionem illam, *quodammodò*, *Peguer. decis.22.* post *vers. His tamen*, late *Io. Anton. Bellon. cons.99. num.9.cum seqq.* vbi agit etiam de relegatione, quicquid in contrarium tradiderit *Muta in pragm. Sicil. tom.1.tit.2 de offic.iudic.nu.9.* post *Farinac. in pract. q.33.nu.7.* addo pro mea opinione *Sese decis. Arag. 261.num.5.vol.3.*

Et hinc est, quòd in pœna relegationis, & exilij
59 temporalis potest interuenire Procurator, qui alias non potest interuenire, vbi venit imponenda pœna corporis afflictiua, *Bart. in l.fin §.ad crimen, num.4. in fin. vers.eodem modo*, vsq; ad *vers quid dicimus, ff. de publ.iud.* & alij, quos longa serie refert, & sequitur *Clar. pract. crim. q.32. vers. cæterùm* cum *vers. seq.* incip *Hinc est*, & in hoc Regno Neapolitano non po-
60 test procedi ex officio, nec ad actum torturæ, nisi in casibus, in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem, intrà enim non sunt corporis afflictiuæ, vt in *Capitulo Regni Vt delatas, & in cap. Regni Tormenta*.

Quò fit, vt quocunquè vertat se Aduersarius, res clarissima reddatur pro Ecclesia, & Capitulo S. Nicolai Barensis, cuius iustitiam tàm pijssimis, & religiosissimus Senatoribus solam de per se commendatam reddi non dubito.

Scipio Ronitus.

Die 23. Martij 1602. referente Regio Consiliario
61 Gizzarello iunctis Aulis fuit iudicatum in fauorem Ecclesiæ per infrascripta verba.

IN DEI NOMINE. AMEN.

Visa supplicatione olim Maiestati nostræ, seù nostro Sacr. Consil. exhibita, & præsentata pro parte Regalis Ecclesiæ, & Capituli S. Nicolai de Baro contrà D. Antonium Aquauiuã de Arragonia, & successiuè D. Marcum Antonium Aquauiuam de Aragona eius hæredem, tenor cuius est videlicèt

Sacræ Regiæ Maiestati, &c.

Visis denique videndis, & c. Iunctis Magnificis Consiliarijs duarum Aularum.

Per hanc nostram diffinitiuam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, ac declaramus omnem iurisdictionem criminalem spectasse, ac spectare ad Ecclesiam, & Capitulum S. Nicolai de Baro primatiuè, exceptis casibus, pro quibus venit imponenda pœna corporalis mortis, abscissionis membri, vel exilij, quod exilium declaramus comprehendere tãtùm casus, pro quibus venit imponenda pœna deportationis, cæteros verò casus, pro quibus venit imponenda pœna relegationis, vel exilij simplicis spectasse, & spectare ad Ecclesiam, & Capitulum prædictum.

Hanc eandem, &c.

Consiliarij, qui votauerunt in hac sententia, sunt Nicolaus Antonius Gizzarellus Commissarius, & relator causæ, Octauianus Cæsar, Iulius de Palermo, Marcus Antonius de Ponte, Carolus Tapia, Fabius de Anna, Alphonsus Arenalosedeño, Iacobus de Franchis, Io. de Valdenieso, nunc *Reg. Tap.* edidit suam *decis. S C. 10.* & de multiplici pœna exilij agit *Phœbus decis. Lusit. 108. num.28. cum seqq.*

In hac eadem causa scripsere alij Prædecessores

Aduo-

Aduocati, inter quos fuit D. Cęsar Freccia vir Patritius sua tempestate primarius Aduocatus, qui paucis diebus antè expeditionem causæ fuit ad Cōsiliarij munus assumptus, quod semper gessit, & in præsentiarum gerit summa doctrina, & integritate tanquàm Decanus Aulæ, in qua Ego resideo; & nè debito honore defraudentur, libuit singulas hic imprimendas curare.

RERVM SVMMA.

63 *Relegatio infamia, & dignitatis amissio non sunt pœnæ capitales.*

64 *Pœna damnationis ad triremes successit loco damnationis ad metallum.*

67 *Pœnæ quæ sint de mero Imperio.*

68 *Pœna mortis, abscissionis membri, & exilij in multis æquiparatur, cùm in eis ex inquisitione procedatur, & inquisitus potest capi de persona.*

69 *Officiales habentes merum, & mixtum Imperium tenentur in scriptis denunciare Regis Vicario, seù Magno Iustitiario, & Iudicibus Magnæ Curiæ omnia delicta, in eorum iurisdictione commissa, in quibus venit infligenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscissionis.*

70 *Forijudicatio, & capitulorum datio in quibus casibus habeant locum.*

71 *Missio ad confinia, & sic electio extrà Ciuitatem an dicatur exilium, & sub num. 62. & 74.*

72 *Relegatio an sit propriè exilium, sub pœna corporali comprehensum.*

Allegationes Regij Consiliarij Cæsaris Freccia.

ADuersus scripta per Doctorem Sempronium Ascium in Allegationibus per eum in lucem editis pro D. Marco Antonio Aquauiua contrà Capitulum Regalis Ecclesiæ S. Nicolai de Baro, dico, quòd in multis, tàm in facto, quam in iure decipitur.

Primò, dùm asserit, ex permutatione facta inter dictam Regalem Ecclesiam cum Serenissimo Carolo II. annuarum vnciarum quadringentum, exigendarum à Regia Dohana Bari cum Terris Rutiliani, & S. Nicandri fuisse concessam iurisdictionem ciuilem cumulatiuè Thesaurario prædictæ Regalis Ecclesiæ, ipsumq; Thesaurarium inuestitum de dicta iurisdictione, prout ex allegatis per eum, dico, hoc esse falsum ex dicto priuilegio Caroli II. cùm permutatio fiat de voluntate Cardinalis Guglielmi Prioris dictæ Ecclesiæ, & cum expresso consensu Capituli, ipsiq; agunt dictam permutationem; prout legitur *fol.* 82. *à tergo*, ipsiq; nomine dictæ Ecclesiæ dantur Terræ cum vasallis, territorijs, & iurisdictionibus omnibus, quòad vtile dominium, non autem Thesaurario, cui conceditur tantùm ex dicto priuilegio, quòd ipse procuret, & administret Ecclesiam, iura, reditus, & prouentus, prout legitur *fol.* 183. *in fin.* ibi, *concesso, &c.* & cùm fuerit sibi concessa administratio, & exactio prouentuum ipsorum Castrorum, propterea de dicta administratione inuestitur, non autèm de vtili dominio, & iurisdictionibus Castrorum, nec transferri poterat, nam Prior, & Capitulum principaliter agunt in dicta permutatione cum Carolo II. vt legitur in dicto *priuilegio in prine.* & in alio anni 1306. *fol.* 187. ex quibus dum in Ecclesiam sint iurisdictiones omnes translatæ, stante dicta dictione vniuersali, *omnibus*, idem est, ac si omnimoda iurisdictio esset concessa, prout dicta verba sonant, & fuerit interpretata ex *Capyc. decis.* 27. & circumspectissimo *Dec. Franch. decis.* 116. *num.* ... dum pro absoluto tenent, dictam Regalem Ecclesiam habere omnimodam iurisdictionem, & probatur etiam ex scriptura anni 1504. in primo processu *fol.* 5. vbi fit mentio de omnimoda iurisdictione, quam habet dicta Ecclesia, & dum ex sententia anni 1508. declaratur, quod liceat Capitaneo dictæ Regalis Ecclesiæ cognoscere de causis ciuilibus, & criminalibus, exceptis illis, in quibus venit imponenda pœna mortis, abscissionis membri, vel exilij, & quòd in illis tribus casibus tantùm potuisset cognoscere Capitaneus Marci Antonij Filomarini, manifestè patet, quòd si Capitaneus Ecclesiæ habet cognitionem causarum ciuilium, & criminalium, exceptis illis tribus casibus, quòd in Ecclesiam fuerit omnimoda iurisdictio translata, exceptis dictis tribus casibus criminalibus, & quòd in illis tantùm Capitaneus Filomarini cognoscere potuisset, ex quibus iurisdictio ciuilis, & criminalis priuatiuè concessa Ecclesiæ declaratur, non autem ciuilis cumulatiuè, prout asseritur.

Cùmq; ex dicta sententia hoc sit determinatum, à qua nō est reclamatum, nec reclamari potest, cùm fecerit transitum in rem iudicatam, propterea in decisione præsentis causæ non erit de hoc tractādum, etiam quia super hoc non adest processus, nec fieri posset ex prædictis, sed tantùm erit declarandus casus exilij reseruatus in sententia, quomodò intelligatur.

Nec oporteret respondere literis Regijs Ferdinandi I. *fol.* 217. cùm post eas contrarium fuerit iudicatum, quæ si rectè intueantur, expeditæ fuerunt tempore, quo Thesaurario pro faciliori exactione introituum Ecclesiæ cōcedebatur etiam iurisdictio ciuilis cumulatiuè cum Capitaneo, qui nomine Ecclesiæ exercebat etiam iurisdictionem ciuilem, & criminalem in casibus in Ecclesiam translatis, & prædictæ literæ expeditæ fuerūt tempore, quo vnus tantùm Capitaneus aderat in dicta Terra, & eligebatur, videlicèt à Priore pro causis ciuilibus, & criminalibus ad Ecclesiam spectantibus, & casus iurisdictionum fuerunt distincti, & separati ex dicta sententia anni 1508. ea stante non potest de prædictis amplius tractari, eò magis, quia post sententiam in casibus alapæ, & vulneris cum effusione sanguinis, & cum baculo, dùm Capitaneus Marci Antonij Filomarini præuenisset in captura informationis, per plura decreta S.C. in anno 1516. 1522. & 1538. fuit semper iudicatum, causas prædictas remittendas ad Capitaneum Ecclesiæ, & ideò iurisdictio Ecclesiæ criminalis, & ciuilis extrà illos tres casus fuit semper priuatiua, & non cumulatiua, vt figuratur.

Ex quibus corruunt allegata per *Doctorem Ascium*, siquidèm dùm causæ ciuiles, & criminales fuerunt translatæ, exceptis tribus casibus, cum omnibus iurisdictionibus, & cum territorijs, & vasallis, iàm fuit omnimoda iurisdictio concessa, cùm idem sit, & successiuè merum, & mixtum imperium translatum, prout in alijs fundauit, & *ipsemet* fatetur, quidò omnimoda, seù plena iurisdictio conceditur.

62 Secundò principaliter, dùm fundat, exilium multis modis considerari, & quòd siue sit perpetuum, siue temporale, semper exilium dicatur, & ità cùm casus exilij sit reseruatus, de omni exilio intelligi debeat; dico, quòd in hoc etiam decipitur, siquidem priuilegium Caroli II. non reseruat simpliciter sibi

casum

casum exilij, & indefinitè, sed illud exilium, quod est sub pœna corporali comprehensum, ita quod sit corporis afflictiuum, prout verba eiusdem priuilegij probant ibi, *reseruatis, seù retentis prædictis casibus criminalibus, pro quibus corporalis pœna, mortis videlicet, & abscissionis membrorum, aut exilij, debeat inferri.* Dùm igitur non omne genus exilij indefinitè reseruatur, sed eius tantùm, quòd sub pœna corporali comprehenditur, ità quòd sit corporis afflictiuum, dùm agitur de electione corporali de habitaculo Ciuitatis, nulli dubium est, quod illud non est exilium, sed missio ad confinia, vt dicit *Bald. in l. data, num. 4. C. qui accus. non poss.* si de relegatione, licèt ex decisione eiusdem *Bald.* sub exilio, improprio, & largo sumpto vocabulo comprehendi potest, non autem sub pœna capitali, vel corporali includitur, nam pœna mortis, damnationis ad metallum, & deportatio-
63 nis sunt capitales, sed relegatio, infamia, & dignitatis amissio dici non possunt, *Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior, col. fin. 1 lect. ff. de his qui not. infam.* quem ad hoc allegat *Io. Antonius de Nigr. in cap. Tormen-*
64 *ta. num. 23. in fin.* & hodiè in Regno loco pœnæ damnationis ad metallum succedit pœna damnationis ad triremes, *Capyc. decis. 153.* & de iure communi licèt dubitari possit, si pro omni delicto possit quis
65 carcerari, & torqueri, liquidèm vbi venit imponenda pœna relegationis, debet sub fideiussoribus liberari, *glos. in l. 1. ff. de custod. reor.* vbi *Bart.* & alij *Doctores, & l. Diuus Pius, eod. tit.* In hoc tamen Regno per *Regni Constitutiones, & Capitula* inquisitus teneri non posset, nisi sit pro delicto, in quo venit imponenda pœna vltrà relegationem, *Constit. Regni Humanitate*, vbi *Afflict. num. 13.* Quod postea ex nouissimis Pragmaticis Ducis Alcalà fuit reformatum; tormen-
66 ta tamen, verum est, quòd in hoc Regno inferri non possunt, nisi in casibus vltrà relegationem, *cap. Regni Tormenta, & cap. Si iustè quis, in princ.* qui casus vltrà relegationem sunt, quandò pœna corporalis imponitur, quæ cùm sit corporis afflictiua, illa coercitio in personam dicitur pœna vltrà relegationem, *Bart. in l. penult. §. ad crimen 3. oppos. num. 4. col. 2. ff. de publ. iud. Paris in tract. sindic. in verb. tortura, §. in causa pecuniaria, Gramm. vot. 15. num. 12.* cum alijs allegatis per *Nigr. in d. cap. Tormenta, in princ. additionis, num. 12. & cap. Si iustè num. 40.* & pœnæ vltrà relegationem sunt mortis naturalis, abscissionis membri, vel ciuilis, quæ adimit libertatem, quia seruitus est quòad actus ciuiles, & morti comparatur, vt est, quandò quis libertate priuatur, quia damnatur ad metallum, vel in opus publicum in perpetuum, prout est hodiè condemnatio ad triremes, vt dicit *Ni-*
67 *ger in cap. Si iustè, num. 41.* & istæ pœnæ sunt veræ corporales vltrà relegationem, in quibus torturadatur, & sunt de mero imperio maiori, *Iacob. de Aren. in l. Imperium, col. 1. de iurisd. omn. iud. & ibi Cyn. col. 8. q. 5. Bar. col. 3. Dec. col. 8. cum seq. & Niger in d. loco* prælegato, quod merum imperium maius fuit Regi reseruatum, dùm retinuit causas criminales, pro quibus pœna corporalis imponitur, videlicèt
68 mortis, abscissionis membri, & exilij, ideſt mortis ciuilis, siquidèm in multis isti tres casus paricātur, & in eis fit eadem dispositio, & præsertim quòd in illis ex inquisitione procedatur, & quòd capi de persona possit inquisitus, vt in *cap. Regni Abillo incho-dum, & cap. Vt delatas, cum seq.* & quòd Iustitiarij,
69 & alij Officiales habentes merum, & mixtum imperium teneantur in scriptis denunciare Regis Vicario, seù Magistro Iustitiario, & Iudicibus M. C. delicta omnia in eorum iurisdictione commissa, in quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abscisio infligi debeat, *cap. Regni Subiungēdo, de crim.*
70 *denunc.* & quòd in his tantum possit deueniri ad datationem capitulorum, *Niger d. cap. nu. 14.* post *Barth. de Cap. in d. cap. Ab illo*, & in eis casibus tantùm habeat locum totiudicatio, *cap. Siue quis sit. de formd.* qui casus sunt de mero imperio maiori, & à pari procedit in illis, & pœna mortis ciuilis, & exilij sub pœna corporali comprehensi eadem est, prout idem *Niger* allegat *in cap. Ad perueniorum, num. 22.* in casu eiusdē priuilegij, de quo agitur, dùm allegat *Capyc. decis. 27.*

Ex quibus cùm nec missio ad confinia exilium dica-
71 tur, ex decisione *Bal. in l. data, C. qui accus. nō poss.* nec relegatio sub pœna corporali includatur, & pœnes Regem exilium illud est tantùm reseruatum, quòd sit corporis afflictiuum, vt est deportatio, & condemnatio ad triremes in perpetuum, quia perdat
72 Ciuitatem, & pœna corporalis dicitur, sed relegatio non est proprie exilium, sub pœna corporali comprehensum, vt ex *glos. in l. exilium. ff. de interd. & releg. & l. capitalium. ff. de pœn.* & ex *Pragmatica Regis Catholici de non turbandis iurisdictionibus*, sunt etiam
73 declaratum, quòd omnes casus, pro quibus pœna mortis naturalis, seù ciuilis, vel membri mutilatio principaliter nō venit, pertineant ad iurisdictionem ciuilem, quantò magis in Regia Ecclesia S. Nicolai casus relegationis, & temporalis exilij fuit trāslatus, cùm etiam causæ criminales cum omnibus iurisdictionibus sint concessæ, vt dixi, &c.

Cæsar Freccia.

RERVM SVMMA.

74 *Exilij appellatione non venit casus electionis extrà Ciuitatem.*

75 *Relegatio, & electio à Ciuitate non connumerantur inter pœnas corporales.*

76 *Mortis appellatione in dubio intelligitur de morte naturali.*

Alia Allegationes eiusdem Regij Consiliarij Cæsaris Freccia.

AD obiectum, quod in priuilegio Caroli II. dùm retinentur tres casus, mortis, abscissionis membrorum, & exilij, quòd fauore Regis censeatur reseruatus casus mortis, scilicèt nedùm naturalis, sed etiam ciuilis, dùm simplicitèr casus mortis exprimitur, siquidèm vtraq; mors comprehendi potest, & ex verbis subsequentibus, dùm reseruatur etiam casus abscissionis membri, & exilij, non in propria significatione pro deportatione, seù pro morte ciuili intelligatur, cùm sub primo casu mortis comprehendatur, sed de electione extrà Ciuitatem, vt aliquid dictum verbum, *exilium*, operetur, etiam ad finem, nè iurisdictio tranſeat in Ecclesiam, & ad manus mortuas, prout nouissimè allegatum fuit, plures dantur responsiones.

Et primò dicitur, quòd casus electionis extrà Ci-
74 uitatem non dicitur exilium, vt dicit *Bald. in l. data, C. qui accus. non poss. num. 4.* & ideò exemplificari non potest in casu dictæ electionis extrà Ciuitatem, quæ sub verbo *exilij* nō comprehenditur, vt in alijs dixi.

Secundò respondetur, quòd Rex Carolus II. non reseruauit generaliter omnes casus mortis, sed trāsferendo omnes iurisdictiones in Ecclesiam, ciuiles

sci-

ſcilicèt,& criminales,retinuit tantùm tres caſus criminales, in quibus pœna corporalis venit imponenda, mortis ſcilicèt, abſciſſionis membri, aut exilij, dum igitur iuriſdictio ciuilis, & criminalis in Eccleſiam transfertur,& ex conceſſione iuriſdictionis ciuilis tantùm poſſet in exilium, ideſt extrà limites Ciuitatis mittere, ſeù extrà Ciuitatem ejcere, ac etiam relegare,cùm relegatio non ſit pœna capitalis, nec corporis afflictiua, prout in aliis fundauit; ergò ex eodem priuilegio prætendi non poteſt, quòd caſus iuriſdictionis ciuilis in Eccleſiam fuerint tranſlati,& ex eodem priuilegio retenti, vt eurtetur perplexitas, & contrarietas, quæ ex eodem priuilegio oriretur, ſi talis intellectus admitteretur, prout de iure admitti non debet.

Tertiò dicitur,quòd ſimplex ejectio à Ciuitate,& 75 relegatio non includitur ſub conditione cauſarum criminalium,ſed ciuilium. Item non comprehenditur, nec connumeratur inter pœnas corporales, vt per *Io. And. de Nigr. in cap. Tormenta, num. 13. & cap. Si iuſtè, num. 41.* & ideò dùm Rex tres caſus tantùm criminales ſibi reſeruat,& ſub pœna corporali incluſos, non poſſunt intelligi, nec interpretari reſpectu dictæ ejectionis à Ciuitate,vel relegationis,cum tales caſus ab habente iuriſdictionem ciuilem, non autem criminalem, cognoſcantur, prout ex *Pragmatica Regis Catholici de non turband. iuriſd.*

Quarto dicitur, quòd caſus mortis in dubio intel- 76 ligi debet de morte naturali, *§. deinceps, in princ. in auth. de nupt. gloſ. in l. verũ §. ſocietatis, verſ. intereunt, ff. pro ſoc. & § hæc quidèm, verſ. cod. ordine, auth. de hær. & falc.* vbi *gloſ. in verb. mors.* ſiuè verbum, *mors*, ſit prolatum à lege, ſiuè à Principe, ſiuè à teſtatore, ſiuè à contrahentibus, vt benè probat *Napod. in Cõſuetudine Vxo mortuo, num. 47. de iur. dot.* & in *Conſuet. Si moriatur, in verb. moriatur, de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 3.* & licèt in aliquibus caſibus mors ciuilis etiam naturali æquipararetur, quod non eſt regulariter, ſed in caſibus, in quibus lex expreſsè æquiparat, tunc poſſet intelligi, etiam de morte ciuili, aliàs ſecùs, *gloſ. in can. placuit, el ſecondo 16. q. 1. in verſ. mortuus*, & in *cap. ſuſceptum. de reſcript. in ſexto. in verb. non morti*, vbi *Doctor. & Napodan. & Addent. ad Eum. d. Conſuet. Si moriatur num. 31.* Et propterea per multa *Regni Capitula* dùm caſus mortis naturalis, vel ciuilis excludirur, non ſimpliciter ſub verbo, *mortis*, exprimitur, ſed expreſsè caſus mortis naturalis, vel ciuilis excipitur, cùm maxima ſit differentia inter caſum mortis naturalis, & ciuilis, *cap. Regni Ab illo inchoandum. de inquiſit. cap. Vt delatas. de non procedendo ex officio*, in quo *cap.* priùs caſus mortis ciuilis, poſtea naturalis, vel membri abſciſſio exprimuntur, & in *cap. Subiungendo, de crim. denunc. Magiſtr. Iuſt.* vbi etiam probatur, pœnam deportationis à pœna mortis, ſeù mutilationis membri eſſe pœnitùs diuerſam,& ſeparatam, & ſub ea non includi, licèt dicatur ſimpliciter, *omni pœna mortis*, prout in *d. cap. Subiungendo* optimè probatur,& propterea dùm caſus mortis, abſciſſionis membri, & exilij reſeruantur, intelligi debet de caſibus meri imperij maioris à Regibus reſeruari ſolitis, prout ſunt caſus mortis naturalis, abſciſsionis membri,& exilij, ideſt deportationis,ſeù mortis ciuilis,prout intelligit idem *de Nigr. in cap Regni Ad perturſorum, num. 22.* omninò ad hoc videndus.

Vltimò etiam dicitur,quòd cùm caſus mortis naturalis ſit pœnitùs ſeparatus, & diſtinctus ab alijs mortis ciuilis,& ex priuilegio Caroli II. tres tantùm caſus criminales reſeruantur, mortis, abſciſsionis membri,& exilij, ſi intelligeretur caſus mortis naturalis, ac etiam ciuilis, abſciſsionis membri, & exilij, ideſt ejectionis extra Ciuitatẽ, & relegationis,vtiq; reſeruatio non eſſet trium caſuum criminalium, ſed quatuor, & omnium caſuum criminalium,& ciuilũ, & vltrà id,quod in priuilegio exprimitur. Propterea caſus mortis, ideſt naturalis, intelligi debet abſciſsionis membri,& exilij, ideſt deportationis,vel mortis ciuilis, vt dixi, &c.

Cæſar Freccia.

RERVM SVMMA.

77 *Mens diſponentis in omnibus diſpoſitionibus tàm inter vivos, quam in vltima voluntate inſpicienda eſt.*

78 *Iuriſdictio quotuplex ſit, & quot ſpecies ſub ſe comprehendat, num. 83.*

80. *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

81. *Donatio facta Eccleſiæ latè interpretari debet.*

84. *Vſucapio quarè fuerit introducta.*

Allegationes Petri Antonij Petriconi.

IN cauſa eiuſdem D. Nicolai,quæ agitatur inter Regium Priorem,& Capitulum Eccleſiæ ſuæ,& Illuſt. D. Antonium Aquauiuam ſuper interpretatione verbi, *exilij*, licèt ſine Allegationibus pertranſire potuiſſem, poſtquàm per *D. Vincentium de Franchis* Regium Conſiliarium omnia iura Partium ſint latè, doctèq; diſcuſſa, vt in eius *deciſ. 116.* ex qua diſcuſſione ius dictæ Eccleſiæ manifeſtè colligitur, tamen vt Clienti morem geram, ſpicas ſegetum poſt Meſſorem colligendo, aliqua pro iuſtitia dictæ Eccleſiæ in medium afferam.

Primò, per DD. Iudicantes conſiderandum cenſeo, quæ fuerit mens Seremiſſimi Regis Caroli II. in concedendo Rutilianum, & S. Nicandrum Eccleſiæ prædictæ,& excipiendo à dicta conceſſione tres tãtùm caſus, videlicèt, pœnam mortis naturalis,abſciſ- 77 ſionis membri,& exilij,quoniam in omnibus diſpoſitionibus ſemper mens diſponentis eſt inſpicienda, ſiuè ſit inter vivos, ſiuè in vltima voluntate, vt in *cap. cùm dilecti*, vbi *gloſ. & Doct. de donat. l. in conventionalibus, ff. de verb. obligat. gloſ. in l. blanditus. C. de fideiuſſ.* cum alijs cumulatis per *Dec. conſ. 48. num. 4. part. 1.* & per *Neuiz. conſ. 29. num. 8. l. in conditionibus primum locum, ff. de cond. & demonſtr.* cum alijs cumulatis per *Port. conſ. 46. num. 12. & ſeq.* & certum eſt, mentis eius fuiſſe donare, prout donauit dictas Terras eidem Eccleſiæ, cum omnibus iuribus ipſarum,& cum cognitione cauſarum ciuilium,criminalium,& mixtarum,idq; ex verbis donationis colligi, dùm donat Terras ipſas cum omnibus earum introitibus, & cum iuriſdictionibus, & reſeruat ſibi tres caſus, videlicèt, vbi venerit imponenda pœna mortis naturalis, abſciſsionis membri,& exilij,aliud verbum, *iuriſdictionibus*, in numero plurali eſt poſitum cum myſterio, vt comprehendat omnes caſus iuriſdictionis ciuilis, & omnes caſus iuriſdictionis criminalis,nàm *Vaconius* in ſuo *opere*, quod intitulatur *novæ declarationes iuris ciuilis lib. 6. c. 77. & 78.* dicit,quòd duplex eſt iuriſdictio, vna eſt realis, quæ 78 eſt damni emendatiua, & eſt propriè iuriſdictio ciuilis, quæ facit, vt vnuſquiſque ſuum habeat,& non vnus ſit in lucro, alius in damno, alia eſt *legalis*, quæ conſiſtit in mero imperio quod eſt punire facinoroſos

sos ad vindictam, nè delicta remaneant impunita, item in mixto imperio, scilicèt nè quis damnum inuitè patiatur, item in imperio interiori, quod est modicæ coercitionis, vt dicant homines Magistratibus obtemperare, & in his tribus speciebus consistens est iurisdictio criminalis, licèt quilibet Iudex habeat dictam modicam coercitionem pro tuenda sua iurisdictione, dicitur legalis, quia legum transgressores punit, cùm ergò Rex concesserit iurisdictionem in numero plurali, in ista concessione venit iurisdictio ciuilis, & criminalis, & quòd intentionis dicti Regis fuerit dare omnem iurisdictionem, tàm ciuilem, quàm criminalem, fundatur ex reseruatione dictorum trium casuum iurisdictionis criminalis, scilicèt mortis naturalis, abscissionis membri, & exilij, & sic mortis ci-
79 uilis, etiam quia reseruatio fit per dictionem, *videlicèt*, quæ est restrictiua, *Bart. in l. 1. ff ad l. Aquiliam, cap statutum, secũdo de haret. & ibi Gemin.* quoniam
80 exceptio firmat regulam in casibus nõ exceptuatis. Ità quòd faciat omnes alias causas criminales in cõcessione venire, *l. quæsitum, § denique, & ibi glos. ff. de fund. instr. l. nam quod liquidè. § fin ff. de pen. leg. 1 generalis, § uxori, ff. de vsufruct. leg. Alex. cons. 173. vol. 2.*

Secundò considerandum reor, quòd verbum, *exi-*
81 *lium*, sit propriè mors ciuilis, & sic deportatio, vt vltrà *text. in l. 2. ff. de publ. iud.* & alia iura allegata in *d. decisione*, & *text. in can. in primis, in princ.* ibi *vtrum adhuc in exilio, vel deportatione 2. q. 1.* id firmat *Luc. de Pen. in l. si quis procurationem. C. de decur. lib. 10.* est etiam pro hoc *text. in l. sed & si quis, in princ.* ibi *rei capitalis condemnatum accipere debemus, qui morte, exilioue coercetur est ff. si quis cautio.* latè id etiam dicit *Lancellot. Corrad.* in suo *tract. de offic. præf. in criminalibus, in cap. de contumacibus, num. 19. & seq.* & quòd verbum, *exilium*, importet propriè deportationẽ, non solùm dixerũt *Iurisconsulti* sed etiam *Poetæ*, qui etiam proprietatem verborum Latinæ linguæ seruarunt, vt patet ex his *versibus Ouidij in lib. 1. de tristibus.*

Adde, quòd edictum, quàmuis immite, minaxquè
Attamen in pœna nomine lene fuit,
Quippè relegatus non exul dicor in illo,
Parcaquè fortunæ sunt ibi verba meæ,
Nec mea concessa est aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipse tui,
Arua relegatum insistli visceree ponti,
Et Scythicum profuga, scindere puppe fretum.

In libro quinto.

Ipse relegati non exulis vtitur in me,
Nomine tuta suo Iudice causa mea est.

Ex quibus verbis patet, quòd exilium est maior pœna, quàm relegatio, & proindè significat interdictionem aquæ, & ignis, loco cuius successit deportatio, quæ mors ciuilis est, isti *versus* citati sunt à *Francisco Hotbomano* in suo *libello*, quem *commentarium verborum iuris* appellat, in *verb. exilium*.

Tertiò considerandum, quòd concessio prædicta fuit in recompensam vnciarum 400. quas pro dote Ecclesiæ d. D. Rex donauerat, & Rutilianũ, & S. Nicander nõ poterant esse tanti reditus tunc, ideò vult, iurisdictionem tàm ciuilem, quàm criminalem esse Ecclesiæ, vt ex his habeat emolumenta, reseruat sibi dictos tres casus, scilicèt mortis naturalis, abscissionis membri, & exilij, idest mortis ciuilis, qui casus Ecclesiæ, & Clericis non videbantur conuenire, & ex eis nullum Ecclesia poterat percipere emolumẽtum, iste intellectus debet fieri d. verbi, *exilij*, quia Ecclesia tractabat de damno, & Rex tractabat de lucro; postquàm ab ea auferebantur vnciæ 400. *l.* nõ *debent, §. in re obscura, ff. de reg. iur. l fin. § si legatarij, ff. de iur. delib.* cum similibus, *specul. in tit. de confess.*

82 *§. ter. vers. vltimò quæritur.* Item est dominio tuendæ Ecclesiæ, cuius tuitio est tuenda pro eius vtilitate lata interpretatio, hoc est, vt habeat iurisdictionem omnium casuum criminalium, reseruatis tribus casibus prædictis, mortis naturalis, abscissionis membri, & exilij, idest mortis ciuilis, *l. Titia, §. Seia, & ibi glos. & Bart. ff. de aur. & arg. leg. cap cùm dilectus in fin.* & ibi notant *Canonistæ, de donat.*

Quartò considero, quòd iurisdictio est quid ge-
83 nerale, continens sub se plures species, vt declarat *Bald. in repet. Perusina l. edita. colum. 9. C. de edend. & Cagnol. in l. 2. § post originem ff. de orig. iur.* dum ergo Rex concedit Ecclesiæ iurisdictionem, illam generalem concessit, & sic omnis iurisdictio est penes Ecclesiam, exceptis dictis tribus casibus retentis, mortis naturalis, abscissionis membri, & exilij, idest, mortis ciuilis, & quod dictum verbum in d. *priuilegio* id importet, hoc etiam colligitur ex duobus casibus præcedentibus, dùm primo excipit, & sibi reseruat casum mortis, quæ aufert hominem ab hoc Mundo, abscissionis membri, quæ aufert membrum, ità exilium, quod aufert hominem in perpetuum a dictis Castris, aliàs si intelligeretur de omni exilio, vt Aduersarius vult, nullam iurisdictionem criminalem haberet Ecclesia, cùm pro quolibet minimo excessu pœna exilij imponitur, & quòd verbum, *exilij*, mortem ciuilem importet, dùm esset huiusmodi controuersia inter Venerabile Monasterium S. Catharinæ Nouellæ Ordinis Montis Oliueti, & Illustr. Ducem S. Petri sic declarauit Serenissimus Rex Catholicus, memoriæ celebris.

Vltimò, rogo DD. Iudicantes, vt considerent, quòd tàm à *Iureconsultorum* legibus, quàm ab *Imperatoribus, & Regibus* lites odio habitæ sint, nam, ùm ha-
84 berent alium modum post tot leges ad eradicandas lites constitutas, fecerũt *titulum vsucapionis pro suo*, vt declarat *text. in l. fin. ff pro suo*, ibi, *vt sit litium finis, Lapertissimi, C. de iud.* ibi, *nè lites in infinitum extendantur. & in l. fratris, C. de transact.* ibi, *nullus erit litium finis*, & in alijs legibus concordantibus, sed si verbum, *exilium*, declararetur, prout Aduersarius prætendit, non solùm non esset litium finis, sed in dies inter Ecclesiam Dominam Castrorum, & d. D. Antonium lites ex litibus orirentur, quas extinguere DD. Iudicantes curare debent, imitando *Reges, & Iureconsultos*, quæ finem ex declaratione faciendo, quòd intelligatur de deportatione, accipiẽt. Et sic concluditur, quòd Illustr. D. Antonius non potest cognoscere de delictis commissis per Homines dictorum Castrorum, nisi quandò venit imponenda pœna mortis naturalis, abscisionis membri, & exilij, idest mortis ciuilis.

Petrus Antonius Petriconus.

RERVM SVMMA.

85 *Exilij appellatione venit mors ciuilis, & deportatio.*
86 *Exilij ethymologia quæ verior sit & de eius origine.*
88 *Priuilegij verba in proprio significatu capi debent, etiam in fauorabilibus.*
89 *Regem impropriè fuisse loquutum in priuilegio, cui se subscripsit, non est credibile.*
90 *Verbi significatio illa capi debet, per quam Regis beneficium ampliatur.*
91 *Verba priuilegij sicut in fauorem priuilegiati sunt largissimè interpretanda, ità contrà concedentem restringenda.*

91 *Regis munificentia, quantò minùs poteſt reſtringi debet.*

93 *Intentionem ſuam clariùs quis exprimere debet, alioquin reprehendi poteſt.*

94 *Senſus ſecundum quem plenior contractus redditur in ambio præfertur.*

95 *Verba æquiuoca quod minimum eſt, continere debent.*

96 *Verba interpretari debent iuxtà qualitatem perſonarum, ad quas ſe referunt.*

97 *Solitum attenditur in his, quæ cõceduntur à Principe.*

98 *Deportationis impoſitio Eccleſiaſticis perſonis mitigatur licet relegatio, & aliæ pœnæ inferiores concedantur.*

99 *Confiscatio bonorum ſub deportatione continetur, licèt ſub relegatione & aliis non veniat.*

100 *Princ pis liberalitas ſemper in augmentum tendit, nõ in diminutionem.*

101 *Contractus quid comprehendat, ſi dubitatur inſpicitur, quid acceptum ſit, nè plus detur, quàm recipiatur.*

102 *Caſtro conceſſo cum iuriſdictione venit merum imperium, & num.* 105.

Allegationes Ceſaris Petriconi.

IN hac cauſa Regalis Eccleſiæ Barenſis breuitèr perſtringendo, quæ meus pater allegauit, aliquibus additis priùs diſcutiam, quid veniat appellatione exilij: deindè iura Eccleſiæ proponam ad excluſionem Illuſtr. D. Antonij Aquauiuæ.

Primum clariſſimè patet, quòd mortem ciuilem,
85 & deportationem importet, ex verbis *Pauli*, & *Vlp. in l. 2. ff. de publ. iud. in l. ſed & ſi quis, ff. ſi quis cautio.* & antea reſponſum *Labeonis l. 10. ff. de iur. patr.* idem aperte declaratur in *l. ſi quis cum maior, §. is demum. ff. de bon. libert.* ibi, *aut exilium*, quod ſit vice deportationis in *l. 1. C. de monop.* ibi, *bonis proprijs expoliatus perpetuitate damnetur exilij, in l. ſi fortè, §. nunc genera, ff. de pœnis*, ibi, *aut Ciuitatem auferunt*, vt exilium, ad idem pondero *tex. in Sacrilegij pœnã, §. ſi quis ex metallis*, iunctio § *cæterùm*, *ff. ad l. Iuliam peculat.* vndè patet manifeſtè, quòd vna, & eadem ſit pœna exilij, & deportationis, & injungi ſoleat perſonis honeſtiori loco poſitis, ad ſimilitudinem pœnæ metalli, quæ dabatur humilibus, & notanda ſunt prædicta ad proprietatem pœnæ, quia in pœnalibus ſit benignior interpretatio, & ideò ſi minor, quàm deportationis pœna potuiſſet ſub exilio completi, vtique in pœnis imponendis tali verbo æquiuoco vſi *II. CC.* non fuiſſent.

Nec obſtat vulgata exilij ethymologia, quòd di-
86 catur quaſi extra ſolum patriæ, & conſequẽtèr exul ſit omnis, qui à ſolo patriæ fugatur, etenim ſi ethymologia attenderetur, verior erit illa, quam tradit doctiſſimè *Alber. in d. l. 2. de publ. ind.* vt dicatur in exilium damnatus, quaſi extrà auxilium Ciuitatis conſtitutus, probatur authoritate *Paul. ibid.* qui loci mutationem in pœna exilij non conſiderat, ſed Ciuitatis ademptionem, ibi, *tunc enim Ciuitas retinetur*, & ideò cætera, non exilia, ſed relegationes propriè dicuntur, quod etiam repetitur in *d. §. nunc genera.*, idem & clariùs fundatur ex origine exilij, de qua per *Cicer. pro Cecin & in Oratio. de conſur.* apud *Saluſt. Titolium lib. 10. & Surton. in Nero.* Ex quibus haberur, quòd Ciuitatis, & patriæ priuatio ab initio voluntaria fuerit, non ad pœnam, ſed ad perfugium, ſuppliciq; portum, quam rei iudicandi ſpontè ſubibant, & indè pœnas ciuiles imminentes euaderent, & quia patriæ cedebant, digni erant vti ciuilibus ſuffragijs, indè ſuccederet, vt cum exilio aquæ, & ignis interdictio veniret, & conſequentèr pœna non erit patriæ fugatio, ſed ciuilium priuilegiorum priuatio, ad idẽ verba *Cicer. pro Sextio*, ibi, *idemq, vt cum M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulſſet, omni cõtineretur, ne eius viatorem, qui M. Bibul. nuntium vi abſtraheret, vt quod in priuatis ſemper eſt ſeruatum, id ne tribu. plcb. conſuli nomus exilium eſſe non poſſit*, exilium itaq; Conſulis appellauit *Cicero*, non quòd exulatio ſolum patriæ eſſet, quia domi continebatur, ſed quòd foro, curia, aliiſq; publicis omnibus, ceſſiſſet, & ideo aut ethymologia ex aduerſo ponderata, vera non erit, aut nullius cõſiderationis, vndè *Ketbor. ad Heren. lib. 2. cap. de confir. vitio* dixit, quòd omnes, quibus aquæ, & igni interdictum eſt, exules appellantur, quod & deindè firmauit *Lactãt. de orig. error. 2. cap. 20.* & antea *Ouid. lib. 1. de triſt.*

Ex prædictis fundatur intellectus communis,
87 quòd *I. C.* in *l. exilium, ff. de interd.* impropriè loquutus fuerit, vt latiſſimè fundatur in *deciſ. D. V inc. de Franch.* 116. & vltrà *ibi* allegatos, idem notaſſe inuenio *gloſ. in l. 1. ff. de iur. patr. in l. nemo, C. de Epiſcop. aud. & in can. quicunq; de pœn. diſtin. 1. Luc. de Penn. in l. ſi quis procurationem, C. de decur. lib. 10. Io. de Plat. in l. 1. C. de his, qui in exil. dant. eod lib. Cuman. conſ. 138 Ceſſi in Verbi exulũ, Alex. in d. l. ſed & ſi quis, Cagnol. in l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud. num. 224. Bruchaus in l. liceat, n. 3. ff. de verb. ſignif. Conrad. in tuo brev. prator. ſub tit. de contum. num. 19.* idem videtur de mente omnium, qui *gloſ.* ſequuti ſunt in *l. vnic. C. de chriſtian. manicip.* dicentes, exilium ſub pœna capitali comprehendi, vt tradunt *Aſſ. Il. deciſ. 1. num. 14. Alciat de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 45. num. 9. Gramm. in Conſil. Qui literas. & in Conſil. Adulterium, Io. Cephal. Ferrar. conſ. 206. num. 3. lib. 2. & Franc. Burſat. conſ. 295. num. 4. lib. 3.* quibus accedat *Salyc. in d. l. nemo*, qui præter omnes, meo iudicio, melius dixit, quòd exilium, de quo *d. l. 2.* ſit proprium, quia ſimpliciter profertur, in *d. l. nemo* impropriũm, quia ex verbis adiunctis apparet, quòd impropriè loqui velient, & probatur huiuſmodi diſtinctio euidentiſſimè ex *d. l. ſed & ſi quis*, & ex cæteris *legibus*, de exilio loquentibus.

His itaque præſuppoſitis redditur clara intentio Barenſis Eccleſiæ, quòd Rex Carolus ſub caſu exilij reſeruato, pœnam deportationis ſibi reſeruauerit in
88 Caſtris Rutiliani, & S. Nicãdri, quia verba priuilegij in proprio ſignificatu capi debent, vt fundatum eſt *in deciſ. 116.* vt ſimpliciter, non ſecundum quid verbum, *exilij* ante ligatur *d. hoc legatur, & ibi Bart. ff. de leg. 3.* et iam in fauorabilibus, *Sec. conſ. 1. num. 5. lib. 3. & 121. num. 40. lib. 4. Gozad. conſ. 79. num. 14.* & dixit *Paul. Caſtr. in l. in teſtamento, C. de mil. teſt. 2.* eſſe
89 incredibile, quòd Rex impropriè loquutus fuerit in priuilegio, præſertim cui ſe ſubſcripſit Bartholomæus de Capua, quem *Bart.* mirè laudauit in *l. Preſbyteros, C. de Epiſc & cler.* & magnum Doctorem appellauit *Cyn.* in ead. *l. Presbyteros*, irritabilem in virtutibus *Luc de Penn. l. quoties, C. de vend. rei fiſc. lib. 10.* & dixit egregium *Napod. in proœm. ad Cõſuet.* & notandum eſt, quòd *Luc. de Penn.* ſub eodem Rege vixit, & ſcripſit ſuper *tribus lib. Cod.* ſub Regina Ioanna, & ſimiliter *exilium* ità interpretatur, patùm antea *Cæleſt. Pap.* poſt annum 1190. ità pœnam exilij inſumit in *cap. cùm non ab homine, in fin. de iud.* & anteà in *Concil antic.* d. pœna exilij ità ſimiliter intelligebatur, vt ex *cap. 2. de cler. excomm. et can. in ſynodo 63. diſtinct.*

Se-

Secundò id suadetur ex reg. *l. vlt. ff. de constit. Princ.* vndè dixit *Innoc. in cap cùm dilectus, de donat.*
90 quòd illa capi debeat verbi significatio, per quam Regis beneficium ampliatur, indè *Alber. Brun. cons.* 117. *num.* 132. quòd in dubio contra Dominum in fauorem vasalli, & dixit *Gozzad. cons.* 48. *num.* 21.
91 quòd verba priuilegij, sicut in fauorem priuilegiati sunt largissimè interpretanda, ita contra Regem concedentem restringenda, quæ regula sine controuersia procedet in fauorem dictæ Ecclesiæ Regalis, nedùm præsumptione iuris, sed ex manifesta Concedentis mente in illis verbis priuilegij, *cum quid ob Dei laudem, &c.* & ideò ex præsumpta Regis affectione debet reseruatio exilij interpretari, & quantò
92 minùs possit Regis munificentia restringatur, *l. Aurelius. §. Titio testamento. ff. de lib. legat.* & regularitèr magis benigna interpretatio prævalet, *l. vlt. C. qui bon. ced. poss.*

Tertiò, priuilegium non fuit gratuitum, sed in excambium annui reditus vnciarum 400. quem dictæ Ecclesiæ debebat priùs ex alio priuilegio fundationis, ergò dùm agitur de interpretatione contractus, conuenit, quòd illius verba contrà Regem proferentem intelligantur in fauorem Ecclesiæ ementis, tùm
93 quia debuit Rex dictam reseruationem in sui commodum clariùs exprimere, vt in *l. Labeo.* & in *l si in emptio. ff de contrah. empt.* & in *l. veteribus. ff. de pact.* alioquin reprehèndi posset, quòd suam intentionem clariùs non expressent, *l. Saluius Aristo, ff. de legat.*
94 *præst.* tùm etiam, quia in dubio præfertur sensus, iuxtà què plenior cóstructus redditur, *l. 1. §. si te rogauero, ff. depos. l. non solùm, §. vlt ff. de vsucap.* & sic de vero exilio senserit, quo maior, & plenior iurisdictio
95 transferatur in Ecclesiam. Item, quia sub verbis æquiuocis, quod minimum est continetur *l. qui concubinã, §. 1. & ibi DD ff. de leg. 3.* ergò vt minor sit reseruatio in proprio exilio deportationis verificabitur.

Quartò ad idem concludendum erit, si qualitas
96 Concessionarij attendatur, quia verba interpretari debent iuxtà qualitatem personarum, ad quas se referunt *l. plenum, § equitij, ff. de vsu, & hab. l. ex militari. ff. de milit. test.* & *l. cum filio, ff. de leg. 3.* concessit Rex suæ Regali Ecclesiæ omnimodam iurisdictionem, & credi debet, inspecta affectione Concedenti-
97 bus, quòd vniuersalem concessisset, quia ità solebat alijs, in quos minor cadebat affectio, & in his attenditur solitum, vt notatur in *cap. 1. de feud. cogn.* & *Paris. cons.* 101. *num.* 23. *lib.* 1. & consequentèr in reseruatione licet dicere, quòd tres casus reseruauerit, qui illos non censuit dictæ Ecclesiæ conuenire, & ità S. C. in hac causa aliàs iudicauit, teste *Capyc. decis* 27. *num.* 12. ergò de vero exilio deportationis
98 intellexit, quia Ecclesiasticis interdicitur illius impositio, *cap. 2. de cler. excomm. et c. cùm non ab homine, de iud.* non de relegatione, & alijs inferioribus pœnis, quæ possunt sine scrupulo ab Ecclesiasticis inungi, *can. accedens in fin. dist. 50.* & *cap. ad audientiam de crim. falsi.* militat insuper alia reseruationis occasio in vero exilio deportationis, quę cessat in
99 alijs, videlicèt quòd consequutiuè sub exilio prædicto veniat bonorum confiscatio, *l. si debitori deportatio, ff. de fideiuss.* & tamen sub relegatione, & alijs non venit, *l relegati ff. de interd. & releg.* & *l. relegationis ad tempus, ff. de pœn.* ergò minimè dicta reseruatio ad inferiores pœnas fieri debet, dato, quòd illę sub exilio comprehenderentur, stante diuersitatis ratione. *Alexand. in l. generalitèr, C. de milit. & subsist. Dec. cons.* 466. *Gozzad. cons.* 35. *num.* 14. & 15.

Quinò, idè multò magis concludere licet ex præcedenti concessione de mèdietate dictorum Castrorum facta per eundem Regem in beneficium Anselmi de Caprosia in excambium tantundem reditus vnciarum 200. de qua concessione meminit Rex in priuilegio Ecclesiæ, quæ credi debet, quòd fuerit illi concessa cum vniuersali iurisdictione, absque aliquius casus reseruatione, tùm quia reliqua medietas ità pœnes Regem residebat, tùm quia ità cócedi solebat Baronibus eo tempore, tùm etiam, quia in concessione dictæ iurisdictionis, quã deindè fecit Ecclesiæ, illam limitauit, reseruando ex illa dictos tres casus, quos vtiquè non reseruasset, si reseruari fuissent in priuilegio Anselmi, ergò credi debet, quòd multò magis Ecclesiæ a se fundatæ vniuersam iurisdictionem concesserit, & quòd tres casus, & inter illos exilium deportationis tantùm cócedendo reseruauerit, vt non conuenientes quali-
100 tati Concessionarij, quia Principis liberalitas sèper in augmentum tendit, non in diminutionem, *l. fin. C. de præpos. agent. in reb. lib.* 12. etiam quia reditus dictorum Castrorum nunquàm ad valorem vnciarum 400. quarum loco concessa fuerunt, pertue-
101 nit, & quandò dubitatur, quid in contractibus venerit, inspicitur, quid acceptum sit, nè plus detur, quàm recipiatur, *glos. & Bart. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. Alexand. cons.* 26 *lib.* 4. *Cornens cons.* 189. *lib.* 1. & *Aret. cons.* 6. Ergò vt minùs, quàm fit possibile, lædatur Ecclesia, concluditur, quòd omnimodam iurisdictionem concessisset, nec aliquid reseruasset, si Ecclesiis potuisset concedi.

Vltimò in fauorem Episcopi Cassani per Ludouicum de Tarento, & demùm in fauorem Monasterij S. Catharinæ Nouellæ per Serenissimum Regem Catholicum fuit per viam legis determinatũ, quòd reseruatio iurisdictionis criminalis reseruari solita priùs generalitèr à prædecessoribus Regibus, & præsertim in concessione iurisdictionis pœnès Ecclesias, comprehendat tres casus tantùm reseruatos Iustitiarijs Prouinciarum in *Constitutione Iustitiarij nomen, & normam*, videlicèt mortis naturalis, abscisionis membri, & mortis ciuilis, idest exilij ergò concludendum est omninò, quòd in hoc priuilegio nil vltrà dictos tres casus reseruauerit, postquam non omnes causas criminales sibi reseruat, sed illas, in quibus veniret pœna corporis afflictiua, non omnes pœnas corporales, sed eas tantùm, quæ mortem inferrent, & membri mutilationem, & exilium, cæteras omnes, quamuis criminales, & corporales Ecclesiæ concedendo, & ità S.C. dixit, & priuilegium aliàs declarauit, teste *Capyc. in d. decis.* 27. *num.* 20. & faciunt tradita per *Paris. cons.* 8. *num.* 8. & *cons.* 9. *num.* 11. *lib.* 1. *Dec. cons.* 197. *num.* 7. & regulari-
102 tèr concesso Castro cum iurisdictione venit merũ imperium, *Paris.* in prælegato *cons. nu.* 4 & 19. *Capyc. in tract. in verb. feudorum accessoria, vers. concesso Castro, Roland. cons.* 42. *lib.* 2. *Conar. pract. quæst. cap.* 1. *num.* 10. alioquin si de improprio exilio intelligeretur, vt prætenditur, nil remaneret Ecclesiæ de iurisdictione criminali.

Cæsar Petriconus.

RERVM SVMMA.

103 *Scripturæ non possunt præsentari in processu, qui est conclusus.*
104 *Scripturæ sumptæ de sumptis non faciunt fidem.*
106 *Intellectus ad* Constitutionem Ea, quę ad decus, *& num.* 107.

Allegationes Io. Iacobi Serræ.

EX nouis ſcripturis præſẽtatis Pars aduerſa conatur demonſtrare, Eccleſiã in Terris Rutiliani, & S. Nicandri non habere, niſi iuriſdictionem ciuilem, & propterea declarationem, ſeù interpretationẽ verbi, *exilij*, prætenſam eſſe vanam, nam quomodòcúq; interpretaretur, ad iuriſdictionem ſpectat criminalem, quæ non eſt Eccleſiæ, ſed ſua.

103 Aduerſus hoc Eccleſia plura replicat: Primò, has ſcripturas non eſſe ponendas in proceſſu, qui tantùm extat cõcluſus, & relatus, quod procedit diſpoſitione iuris, ritus, ac communis ſtyli S.C. vti teſtatur *Marant.* in ſuo *ſpecul. part. 6. in 8. actu, nn. 47. cap. 126.*

104 Secundò, has ſcripturas non eſſe authenticas, ſunt enim ſumptæ de ſumptis, quæ non faciunt fidẽ, *l. procurator, C. de cdend. Afflict. decis. 282. num. 6.*

Tertiò, quòd poſſent prætentari in proceſſu, & eſſent in forma valida, hæ ſcripturæ no fundant intentionem Partis: nàm licèt loquãtur, pẽnes Theſaurarium Eccleſiæ extare iuriſdictionem ciuilem dictarũ Terrarum, non ex hoc infertur neceſſariò, Eccleſiam non habere cognitionem certarum cauſarum criminalium, maximè cùm in illis ſemper fiat mentio de priuilegio Regis Caroli, cui ſe referunt, quod priuilegiũ, vt inferiùs demonſtrabitur, transfert in Eccleſiam iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, præterquam tres caſus; præterea Rex Ferdinandus in his literis reſeruat intacta iura, & prærogatiuas Eccleſiæ, declarando, nolle eis præiudicare, in tantũ quòd ſi prædictæ literæ, dùm de iuriſdictione ciuili loquuntur, damnum inferrent Eccleſiæ, quæ vtráq; iuriſdictionem ex priuilegio habet, eſſent nullius roboris, & momenti, ex defectu voluntatis: poſtremò literæ Regis Alphonſi intentionem Eccleſiæ potiùs fundant, dùm loquuntur, quòd Capitanei, & Theſaurarij, qui pro tempore fuerint per Regiam Maieſtatẽ electi, iuriſdictionem ciuilem in dictis Terris in cauſis ciuilibus, & caſibus non reſeruatis in priuilegio Regis Caroli indifferenter exerceant cumulatiuè, ſeruato tamen loco præuentionis; in caſibus verò reſeruatis ad Capitulum, ſolùm Theſaurarius, qui Eccleſiam repræſentat, habet cognitionem cauſarum ciuilium, & caſuum reſeruatorum, & ſunt illi, pro quibus non imponeretur pœna mortis, abſciſſionis membri, & exilij, ideſt deportationis. ſed ad quid hodiè diſputare de iuriſdictione Eccleſiæ? ſi diffinitiua ſententia in anno 1508. fuit declaratum, Capitaneum Eccleſiæ poſſe cognoſcere de cauſis ciuilibus omnibus, & de cauſis criminalibus, præterquàm in illis, in quibus veniunt imponendæ pœna prædictæ, vt ex ea legitur fol. 230. in ſeptimo proceſſu. ſemper enim fuit habitum pro abſoluto, Eccleſiam cognitionem cauſarũ criminalium non reſeruatarum habere, nec vnquàm de hoc fuit dubitatũ, vt claré liquet ex tot decretis S.C. remiſſionum cauſarum criminalium ad Capitaneũ Eccleſiæ, *Capyc.* etiam ità teſtatur in ſua *deciſ. 27. n. 12.* vltrà teſtium depoſitiones, quæ cẽtenariam probant, ſed circumſcripta hac ſententia, tot decretis S.C. & teſtium depoſitionibus roborata, non nè ex priuilegio Caroli cõceditur Eccleſiæ iuriſdictio

105 criminalis? certè ſic, concedit enim Carolus Caſtrum Rutiliani, ergò conceſſum cenſetur merum, & mixtum imperium, *Oldrad. conſ. 252. Loffred conſ. 24. Luc. de Pen. in l. 1. penult. col. C. de priuil. ſchol. Bald. in l. cùm multa, C. de bon. quæ liber. & in cap. 1. num. 5. de Cap qui cur. vend. Capyc. in ſua inueſt. feud. in 2. col.*

106 Nec huic veræ concluſioni repugnat *Conſtit. Pa, quæ ad decus*, nàm quandò liquet de volũtate Principis concedentis, licèt non adſit particularis conceſſio meri, & mixti imperij, nihilominùs cõceſſum intelligitur, *Afflict.* in eadem *Conſtit.* hoc firmat.

Quam Regis voluntatem ſatis indicant illa verba generalia & prægnantia, *cum omnibus iuribus, introitibus, iuriſdictionibus*, hoc verbum *iuriſdictionibus*, in numero plurali eſt poſitum cum myſterio, vt comprehendat omnes caſus iuriſdictionis ciuilis, & criminalis. nàm ſi voluiſſet ciuilem tantùm comprehẽdere, in ſingulari numero tuiſſet loquutus, maximè indicat conſiderare, etiam concedentem Regem eſſe conceſſionarium Eccleſiam, quo caſu ſuccedit id, quod dixit *Imperator Iuſtinian. in authent. de nõ alien. & permut. rebus Eccleſ. in §. ſimmus*, vbi vtitur his verbis, *quid enim cauetur Imperator, nè meliora deturſcui plurima dedit Deus habere, & multorum Dominum eſſe, & facile dare, & maximè in ſanctiſſimis Eccleſijs, in quibus optima menſura eſt donatarum rerum immenſitas*, vndè ſtantibus infinitis meritis Eccleſiæ S. Nicolai, & Regis deuotione, præſumẽdum, immò clariſſimè colligẽdum eſt, merum, & mixtum

107 imperium fuiſſe conceſſum; Prætereà *Conſtitutio* prædicta non habet locum in conceſſione facta Eccleſiæ, *Afflict. ibidem, verſ. fallit.* Ex quibus concludendum, pẽnes Eccleſiam reſidere iuriſdictionem ciuilem, & criminalem, præter caſus reſeruatos, & ideò verbum *exilij*, indigere interpretatione, nàm ſi largiſſimè eſſet ſumendum, non darentur caſus criminales, pertinentes ad Eccleſiam, pro qua interpretatione, rogo, conſiderari notata per doctiſſimum *Vincentium de Franch. deciſ. 116.* & allegata per meũ Collegam, bonæ memoriæ. *Io. Iacobus Serra.*

ADDITIO.

ACVm ſit diuiſa iuriſdictio ciuilis à criminali in ſupradicta Terra Carbonis, illa etenim ſpectat ad Abbatem, & Commendatarium Abbatiæ Sãcti Eliæ prædictæ Terræ, qui nunc eſt Eminentiſs. & Reuerendiſs. FRANCISCVS ANGELVS RAPACCIOLVS Romanus, S.R.E. Cardinalis amplisſimus, vir ſumma Religione, doctrina, eruditione, omniq; virtutum genere præditus, thiaraq; Pontificia dignisſimus, meus Dominus, & Clens, hæc verò eſt Ill. *D. Franciſci de la Porta* Marchionis Latianæ. In anno 1641. diſputandus accidit iuris articulus, primum in M.C. deindè in Collaterali Conſilio in gradu reclamationis. An Affictator iuriſdictionis ciuilis cũ omnibus iuribus, & introitibus Baronalibus, & ſic an Baro ciuilis terræ prædictæ delinquens poſſit pro delictis cognoſci à Barone criminalis iuriſdictionis, & eius Curia. Accidit enim, quòd Ioannes Fœlix Satrianus Affictator Terræ prædictæ, ac iuriſdictionis ciuilis, & mixtæ cum omnibus introitibus, ac iuribus Baronalibus, nonnulla commiſit delicta, de quibus miſ formationem cepit prædicta Curia criminalis, illumq; prætendebat cognoſcere pro eis, verùm habito recurſu ad M.C. fuerũt expeditæ prouiſiones pro tranſmiſſione actorum, quibus ità tranſmiſſis, fuit ordinatum, quòd procedatur in eadem M.C. à quo decreto cùm ſupradictus criminalis Baro reclamaſſet, cauſaq; proindè ad Collaterale Cõſilium delata, Ego qui eram Aduocatus Eminentiſſ. & Reuerendiſs. IO. BAPTISTAE PAMPHILII, Abbatis tunc, & perpetui Commendatarij Abbatiæ prædictæ, & vtilis Domini Terræ Carbonis, nunc verò ob eximias eius virtutes, & merita ad Pontificatus apicem euecti, INNOCENTII X. appellati, pro eius iuriſdictione tuenda, ſequentibus rationibus cõfirmationẽ decreti M.C. fundaui, & obtinui.

Decre-

Decretum M. C. V. delegatæ per S.E. per quod fuit ordinatum, quòd causa præteusorum delictorum contra Ioannem Felicem Satrianum conductorem Terræ Carbonis Eminentiss. Cardinalis PAMPHILII, remaneat in ipsa M.C. non obstante remissione petita per Illust. Franciscum de la Porta, Dominum Iurisdictionis criminalis in tribus tantùm casibus eiusdem Terræ, fundatum est in maxima iustitia, ideòq; confirmari debet per Reg. Collater. Consil. ex inde scriptis.

Primò, nam cum dictus Ioannes Felix sit conductor dictæ Terræ Carbonis, cuiusq; iurisdictionis ciuilis, & mixtæ, ac etiam criminalis, cum mero, mixtoq; Imperio, exceptis tamen tribus casibus iurisdictionis criminalis, & repræsentet personam, & iura Baronis, ad tradita per *D. Reg. de Ponte de potestat. Proreg. in tit. de elect. offic. §. 2. num. 10.* non potest in delictis cognosci ab Officiali criminali, per ea, quæ dixit *Bart. in l. inter tutores in fine, ff. de admin. tutor.* quem sequitur *Felin. in cap. prudentiam, num. 4. de offic. deleg. & Clar. in §. finali, q. 38 num. 2.* vbi vid. *Ward.* addens *num. 8.* qui licet duas referat opiniones affirmatiuam scilicèt, & negatiuam, residere tamen dicitur in vltima, quam refert, negatiua, sicuti de Doctore referente duas opiniones notat *Præs. de Franchis decis. 221. num. 3.* & hos sequitur *Capiblanc. in pragm. 8. par. 2 num. 260.* vbi hanc opinionem pro Barone ciuili benè probat, & testatur, Regiam Audientiam Principatus Citra iudicasse contra Officialem criminalem, prætendentem cognoscere Baronem ciuilem pro quodam delicto commisso, ea potissimùm ratione, quia par in parem non habet Imperium, *l. nam Magistratus, ff. de receptis arbitr.* & Baro delinquendo non efficitur priuatus, vt placuit *Rotæ decis. 3. de foro compet. in antiquis.* Sed spectat forum Regiæ Audientiæ, vel M.C. vt mox latissimè fundabitur.

Nō refragantibus duabus *decisionibus Rotæ* scilicèt prædictæ *3. de foro compet. in antiq. & Capyc. 27. num. 9.* Nam vltrà quòd loquuntur in diuerso casu, prout *de Capycio* aduertit *Capibl. loco* iam relato, & *Rota* tractat de duobus Conbaronibus habentibus eandem iurisdictionem insolidum, & pro indiuiso, quia ad feuda, iure communi feudorum inspecto, successerunt, ad *text. in c. 1. §. omnes filij, si de feud. defunct. controu.* & in *c. 1. de success. feud.* vel quia sunt feuda in quibus viget ius Longobardorum, prout in Prouincia Aprutij, *D. Regens Tapia dec. S. C. 1. num. 29.* ac etiam in Lombardia, *Capyc. in inuestit. in ver. iure Longobardorum,* & in *ver. in Lombardia.* Præterea ratio *decisionum Rotæ, & Capyc.* scilicèt q; Baro delinquendo amittat merum Imperium, & efficiatur priuatus, & sic possit à Conbarone cognosci (pace tantorum Patrum) falsa clarè conuincitur, siquidem Baro per delictum non amittit merum Imperium, & iurisdictionem, quam habet in terra, sed remanet Baro, & delinquendo sortitur forum Præsidis Prouinciæ, vel M.C. ità elegantèr probat *Capiblanc.* in citata *pragm. 8. part. 2. num. 263. & seqq. & pragm. 11. num. 3. & tom. 2. cap. 62. num. 8. & cap. 85. num. 2. & 3.* post *Capyc. decis. 59.* & nouissimè benè probat *Consil. D. Thomas Carleual de iudic. disput. 1. quæst. 6. sect. 8. num. 696.* Quòd si sortitur forum Regiæ Audientiæ, vel M.C. propter delictum, non potest dici, quòd possit à Conbarone cognosci, & tanto minùs ab eius Officiali, cùm ergò *Rota. & Capycij* ratio non sit adæquata, corruet planè eorum decisio in ea ratione fundata.

Corruit etiam altera ratio à *Capyc.* adducta, quòd Officialis criminalis sit dignior, ex quo habet maiores gradus imperij. Nam considerandum est, Ioannē Felicem repræsentantem iura Eminentissimi Cardinalis esse Dominum totius iurisdictionis ciuilis, criminalis, & mixtæ, cum mero, mixtoq; imperio, & Illustr. Franciscum de la Porta esse Dominum iurisdictionis criminalis in tribus tantùm casibus, quando scilicèt est imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, & abscisionis membri, prout ex transactione, quo plane fit, vt Ioannes Felix non totum in Dominus simplicis iurisdictionis ciuilis, & mixtæ, mixtiq; imperij, sed etiam quamplurium casuum meri imperij, itaut gradus meri imperij sint inter Ioannem Felicem, & Franciscum diuisi, cùm certo si ad Illustr. Franciscum spectant casus mortis naturalis, ciuilis, & membri abscisionis, qui sunt de mero imperio, prout docent *Bart. Bald.* & ceteri in *l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudic. & Peguer. decis. Cathal. 16. num. 3.* Ad Magnificum Ioannem Felicem pertinent reliqui casus, qui etiam sunt de mero imperio, prout sunt relegatio, damnatio ad triremes ad tempus, fustigatio, exilium, & similes, ex quibus corpus acriter affligitur, *Bart.* in relata *l. imperium, sub num. 8. & Bald. ibidem, sub num. 2.* vbi etiam notat, quòd omnis sententia corporalis est de mero imperio, & *Claper. de imper. & iurisd. concl. 5 in 4. 5. & 6. gradu meri imperij* ponit hos, & alios casus, qui sunt de mero imperio.

Patet ergò, Magnificum Ioannem Felicem vltrà iurisdictionem simplicem, & casus omnes mixti imperij, habere etiam omnes reliquos casus meri imperij, præter tres ad Illustr. Franciscum spectantes, & sic minimè dici potuit Ioannes Felix inferior, sed maior (vt mox fundabitur) vel saltem æqualis.

Præterea nemo est, qui nesciat, Baronem ciuilem esse verum Dominum Terræ, non autem criminalē, & Baronem ciuilem præstare Regi fidelitatem, posse eius arma depingi facere, aduitoria petere, & alia, *de Franchis decis. 131. & Capiblanc. pragm. 1. num. 64.* quæ Baroni criminali non competunt, cùm non sit Dominus terræ, nec territorij. Imò dicitur Dominus potentia, si delicta fiant, & casus occurrerit, ita vt non aduenient casu, omni careat iurisdictione, nec poterit dici Dominus, ità *Capibl. d. pragm. 8 p. 2. num. 265. & 266.* & antè eum latis egregiè demonstrauit *Frecc. de subfeud. lib. 2. in 2. author. Baron. sub num. 21. circa finem,* vbi dicit multa ad propositum, & præsertim, quòd Baro criminalis est Dominus, cum qualitate, & secundùm quid, & est Dominus per accidens, & improprie, & non verè Dominus. Quod etiam confirmat *D. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. seù de donis, & expens. V. niu. num. 14. & Capan. de iure releu. par. 4. q. 2 num. 10. & 20.* Dùm ergò ciuilis Baro, & successiuè conductor terræ Carbonis est verus Dominus terræ, & territorij, & vltrà ordinariam iurisdictionem, & mixtum imperium, habet etiam plurimos casus meri imperij, priuatiuè ad Illustr. Franciscum, nullo modo dici poterit inferior prædicto Francisco, sed potiùs iudicandus erit maior administratione, & sic non poterit ab alio ipso inferiore cognosci, vel saltem erit æqualis. Et dato ad summum, quòd sit æqualis propter iurisdictionem, quam ambo exercent, certum tamen est, quòd vnus æqualis alterum non iudicat coæqualem, nisi eo volente, *text.* est clarus in *l. est receptum. 14. ff. de iurisd.* & in citata *l. nam magistratus 4. ff. de recept. arbitr.* quæ sanè æqualitas non consideratur tantùm respectu eiusdem iurisdictionis, quam ambo insolidum vel pro parte exercerent, sed etiam

respectu plurium specie distinctarum, vt probat *Bart. l. si quis violauerit in fine, ff. de rer. diuis.*

Nec minus vera est altera ratio, quam affert *Capyc. ad decis. 27.* quòd Barone per delictum effecto inhabili, iurisdictio accrescat alteri habili, quoniam non insolidum iurisdictio per eos possidetur, vel sunt tc., aut verbis communi, sed vnusquisque priuatiuè ad alium ius vtitur iurisdictione, quo sanè casu non procedit ius accrescendi, ex *Bart. in l. reconuncti, num. 7. & 8. ff. de leg. 3.* Et in feudo non datur regulariter ius accrescendi, probatur ex *text. in c. vnico de fratribus, de nouo benef. inuest.* & quamuis *Bal. in l. 1. num. 42. C. quando non petent. part.* affirmet, dari in iurisdictione ius accrescendi, loquitur tamen in iurisdictione ordinaria, pluribus concessa, quorum vno effecto inhabili, poliunt cæteri iudicare, qui non est casus noster. Ex quibus etiã resoluitur *decisio D. de Franch. 274.* nam fundatur in eisdem doctrinis *Capycij.*

Patet ergò vndiquè, vtramquè decisionem *Rotæ*, scilicet *& Capycij* solidis rationibus non fulciri, ideoq; ambas cadere perneceſſe est. Et sic firma remanet veior opinio, & in praxi obtenuata, quòd Baro per delictum fortitur forum Præsidis Prouinciæ, vel M. C. & in casu delicti non potest ab alio Conbarone, seu ab eius Officiali punirj, sed ad Principem spectat eius criminis cognitio, prout fundat etiam *Bart. in d. l. si quis violauerit, in fine, ff. de rer. diuis.*

Nec prædictis vim faciet, Terram Carbonis fuisse concessam quondam Principi Bisiniani, cum amplissimis priuilegijs, & præsertim cognoscendi delicta, de quibus sola M. C. cognoscit. Nam priuilegium hoc fuisse extinctum cum persona prædicti quondã Excellentissimi Principis de eo benemeriti, nec ad alios inferiores, quibus Rex non fuisset concessurus, transiisse, docet *de Franch. decis. 125. & decis. 275. num. 7.* per ista, & rationes per ipsum addictas, & nouissimè hoc ipsum comprobat *Montan. de Regal. in § bona vacantia, num. 4.* vbi contradicit *Reg. Ronit. decis. 6.* contrarium sententi, eiusq; motiuo satis benè respondet, & plures alios congerit *Consil. Carleual de iudic. disp. 6. sect. 7. sub num 581. in fin.* etiam existentibus Baronibus, *prout melius, & plenius, &c. D. Reg. Marchio Torelli decis. 67. & Capiblanc. in pragm 5. num. 64. de Baron.* tantò magis, quia in priuilegio Principi concesso leguntur hæc verba, *& ad maioris gratiæ cumulum, exposcentibus sic meritis ipsius Illustr. Principis erga nos, & statum nostrum.*

Præterea est aduertendum, quòd vel priuilegium hoc est extinctum cum persona Principis, nec transit ad alios ipso inferiores, nec benemeritos, vt diximus. Vel fuit in Ecclesiam Sancti Eliæ, & successiuè in Eminentissimum Cardinalem PAMPHILIVM, ad præsens illius perpetuum commendatarium dignissimum, ab eodem Principe translatum. Cùm verum sit, quòd annis superioribus existentibus differentijs inter Ecclesiam S. Eliæ Terræ Carbonis, & quondam Petrum Antonium Sanseuerinum, Bisiniani Principem, tam super iurisdictione, & possessione Terræ Carbonis, quàm super alijs feudis, prætendente Ecclesia, ipsam fuisse à Principe dicta terra, & iurisdictione spoliatam. In anno 1551. deuenerunt ad transactionem, Apostolico, & Regio assensu munitam, per quam prædictus Princeps cessit, & renunciauit dictæ Ecclesiæ, & pro ea eius Archimandrito, tunc existenti, & successiuè futuris. *Cognitionẽ omnium causarum ciuilium & mixtarum, ac criminalium, mero, mixtoq; imperio, & quatuor literis arbitrarijs in homines, & vasallos dicti Castri Carbonis, ac omnium aliarum causarum, & iurium, omnimodãq. iurisdictionem. Reseruatis tantùm causis feudalibus, quæ nullatenus includantur, sed iure expresse reseruatæ, vna cum cognitione causarum criminalium in tribus casibus tantùm, scilicet, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, & membri abscissionis, in quibus casibus tantum dictus Dominus Princeps habeat dictam iurisdictionem criminalem, ita quod exceptis dictis tribus casibus, & causis feudorum, ac primis, & secundis appellationibus, ius omne quouis modo competens præfato Principi super Terra prædicta cum eius integro statu, &c. sit translatum ad ipsam Ecclesiam, etiam quod esset ius, quòd requireret expressam, & specificam mentionem in eius translatione, & nihil iuris in prædictis sibi reseruans, &c.*

Ex quibus sanè verbis manifestè apparet, Principem nihil sibi reseruasse, sed omnia iura in Ecclesiã trãstulisse, præter dictos tres casus, causas feudales, ac primas, & secundas appellationes, ideoq; priuilegium hoc, vel est à Principe in Ecclesiam translatum, vel cum Principis persona extinctum, vt suprà est fundatum.

Iustificatur secundò decretum M. C. ex eo, namcùm Excellentissimus Prorex ista, & alijs rationibus cognouisset, (exhibita etiam relatione Spectabilis Regentis Zufiæ) quòd cognitio causarum ipsius Ioannis Felicis conductoris, minimè spectabat ad Curiam prædicti Illustr. Francisci, Domini iurisdictionis criminalis in tribus casibus tantùm, suis particularibus literis iussit, quòd Officiales dicti Illustr. Francisci minimè, nec modo aliquo se intromittant, nec procedant in causis ciuilibus, nec criminalibus ipsius Ioannis Felicis Affictatoris, eiusquè vxoris, & filiorum, durante tempore affictus, prout ex copia dictarum literarum, in actis productarum. Ex quibus omnis planè tollitur dubitatio circa hunc articulum remissionis, dùm ex eis expressam habemus Principis decisionem, factam cum causæ cognitione, & præcedente relatione prædicti Spectabilis Regentis Zufiæ, Collateralis Consiliarij, iuxtà tradita per *Mont. de regal. in §. potestas consl. Magistratum, num. 30.*

Neq; hoc nouum videri debet, quandoquidèm in anno 1638. me patrocinante Regium hoc Collat. Consil. idem iussit in causa Illustriss. & Reuerendiss. Capituli Canonicorum S. Petri de Vrbe, Baronis Terræ Boschi, in qua habet iurisdictionem ciuilem, & mixtam cum Illustr. Comite Policastri, Domino iurisdictionis criminalis terræ eiusdem, mandando, quòd Capitaneus in criminalibus Terræ Boschi minimè se intromittat contra Affictatores, & Officiales Curiæ ciuilis, deputatos, & deputandos per Capitulum, nec procedat ad carcerationem, inconsulto Excellentissimo Prorege, seù Spectabili Regente Casanate, causæ Commissario, ad cuius relationem fuerunt prouisiones prædictæ decretæ, vt penès de Giorno, facta expressa mentione in precibus, quòd ex iuris dispositione nõ potest ciuilis Baro, nec eius Affictator ab Officiali criminalis cognosci.

Tertiò, causa prædicta non debuit remitti, quia delicta, de quibus Magnificus Io. Felix inquiritur, non pertinent ad Curiam prædicti Illustr. Francisci, habentis tantùm supradictos tres casus. Inquiritur enim. Primò de prætenso stupro simplici, absq; vi, cũ famula vilissimæ conditionis, cuius pœna non esset mors naturalis, non ciuilis, nec membri abscissio, *Clar. in §. stuprum, nu. 3. & Menoch. de arbitr. cas. 228.* sed ad summum tenetur stuprans, stupratam dotare, nisi

Digitized by Google

nisi posset illam ducere, quinimmò stuprum commissum cũ istis Fatefchis (vt vrat vocabulo *Gramm. & Baiard.*)quæ non præsumuntur virgines, non est punibile, *Gramm.dec.107.nu.3.6.7. & 8. & Baiard. ad Clar.in §.stuprum,num.2.* & ad pœnam pecuniariam solùm teneri,notat *Capibian.in pragm.8. n.329. & tomo 2.cap.44. sub num.19. ex Fabro, Ioseph.Ludon.& Gutierr.* Inquiritur secundò de verbo ihreuerenter dicto in Deum lubrico linguæ, quod non facilè ad pœnam trahendum est, *l.famosi.ff.ad leg.Iul. Maiest.*& inaduertenter potiùs, quam animo maledicendi emisso,quo casu dici potest, non peccasse mortaliter,ex ijs,quæ dicit *D.Reg.Rouit. in rubr.* seù *pragm.1.de blasphem.num.14.* & ante eum dicit *Asflict.in Consi.Blasphemantibus,num.6.* vbi fundat authoritate *S.Thomæ*,non esse blasphemiam,ac proindè fuisse absolutum quendam rusticum.Et pro hæreticalibus verbis inreuerenter dictis ex leuitate, & per iocum imponi pœnam pecuniariam, probat *Farinac.de hæresi,q.178.*& extraordinariè arbitrio Iudicis,secundum qualitatem scandali, loci, & personarum, *Decian.lib.5.tom.1.cap.37.tit.de defens.reor. num.8.* Nàm & statutum,si velit, vt pro homicidio quis moriatur,intelligitur de homicidio, dolo, & ex proposito cõmisso,latè *Dec.cons.9.num.2.* & Iudicis arbitrio puniendum,censuit *Menoch. de arbitrar. casu 176.*cùm nec propria sit blasphemia, ex notatis per *Borrell. cons.43.num 3.& seq.* sed verbum quodam potiùs ex leuitate prolatum, quod non est punibile,*l.vnica.C. si quis Imper.maled.* Tertiò inquiritur de exemptione exequutionis pro debito ciuili, quod quandò verũ fuisset, nõ ad aliud teneretur,nisi ad debitum soluendum.*l.si per alium*, §.1.*ff.nè quis eum,qui in ius,* vbi *DD.l.3 C.de exact. trib. lib.10. & Bosi.in tit.de capt.nu.15.*vel ad pœnam exilij temporalis,vel pecuniariam,aut ictuum funis, prout testatur *Dom.Reg.Hector Capyc.Latr.dec.76.in fin.*qui tamen loquuntur in eximente carceratum, non autem exequutionem,quod est minus, *glos.in d.l.1. in verb.crediderit.C.de exact. trib.lib.10.* Et tandèm, quòd vti Locumtenens firmasset quasdam literas exequutoriales vigore obligationis incusatæ, cuius pœna ad ipsum spectabat,& sic fuit Iudex in causa propria,contra *text.in l.qui iurisdictionem 10. ff. de iurisd. omn.iud.* qua in re nullum delictum considerari potest,sed ad summum esset nullitas actorum.

Et demùm denegari debuit omninò remissio propter multa grauamina Io.Felici per dictam Curiam illata,inter quæ primum occurrit,quia illum processauit de supradictis causis,non spectantibus ad eius iurisdictionem,quæ consistit in dictis tribus casibus tantùm. Secundum est,quia processit ad capturam informationis de stupro post ordinem,& literas inhibitoriales S.E. Et tertium grauamen est,quia non solùm processit contrà ipsum, sed etiam ad carcerationem eius vxoris,& animaliũ pro causis prædictis, contrà *l.C.nè vxor pro marito.* Propter q̃ omnia grauamina,& vnumquodq; ipsorum(cæteris omissis)priuari debuisset absq; difficultate cognitione totius causæ,posito,quòd fuissent casus spectantes ad ipsius Curiam, *Reg. de Pont.de potestat.Proreg. tit.de elect.offic.§.1.num.27.*per doctrinam *Luc.de Penn. in l.defensionis facultas, C.de iur. fisc. lib.10.* Id, quod quotidiè etiã à Regijs Tribunalibus obseruatur in causis appellationum à grauaminibus illatis per Curias inferiores.

Atq; ex his,siuè consideremus articulum generalem,quòd non potest ciuilis Baro, siuè Affictator, à criminum Iudice eiusdem terræ cognosci, siuè particulares rationes,in hac causa concurrentes, defectum scilicèt iurisdictionis Curiæ prædicti Illustr. Francisci, quæ trium casuum tantùm habet notionem,inter quos non comprehendi possunt delicta, de quibus inquiritur Ioannes Felix, ac grauamina illata,vndiq; refulget iustitia Decreti M.C.ideòque eius confirmationem a iustissimis Dominis, indubitantèr spero.

Die 15.Maij 1641.

Facta relatione per Iudicem Ioannem Cioffum in Collaterali Consilio fuit causa remissa eidè M.C. quæ de iustitia prouideat.Milanus Actuarius.

Ioannes Laganarius.

De Iurisdictionibus inuicem non turbandis Pragmatica III.

RERVM SVMMA.

1 *Causæ mixti fori per quos Iudices cognoscantur.*
2 *Et quid de causis blasphemiæ,& vsuriæ prauitatis.*
3 *Iudices Ecclesiastici de iure in quibus casibus cognoscant contrà laicos remissiuè.*
4 *Iudices laici in quibus casibus possunt cognoscere de personis,& rebus Ecclesiasticis,remissiuè.*

PER lettere, & informationi, &c.

1 Agit,quid seruetur in Regno quòad cognitionem
A causarum blasphemiæ,& aliarum mixti fori.

Ad hanc pragmaticam vide *Abb.Alphons.Villanu* in sua *decisione*,seù mauis *consil.36.Baiard. ad Clar.§. fin.q.37.num.2.*memmit *Consil.Carleual. de iud. lib.1. n.745. in fin.*

Et ex primis verbis huius pragmaticæ licet colli-
2 gere,quid seruatur circà crimẽ vsuriæ prauitatis,
& blasphemiæ commissum per Laicos in hoc Re-
3 gno,casus autem,in quibus Officiales Ecclesiastici de iure cognoscunt contrà laicos, centum quadraginta nouem adnotauit *Stephan.Aufrer. in tract. de potestat.Eccles.super laicis*, & alios descripsit *Petr. Rebuff. in tract quandò secular.Iudic.cognosc. poss.de person.Eccles.num.25. cum pluribus seqq.* vtq; ad *fin.*
4 An autem Iudex laicus possit cognoscere de perso-
nis,& rebus Ecclesiasticis, videre poteris apud eundem *Rebuff.ibidem in princ.& Stephan.Aufrer.*in copioso *tractatu de potestat.secular.super Eccles. & Ecclesiasticis personis*, *Alphons.Aluarez* in suo *specul. iur.Pontif.& Cæsar.cap.36.Bonadill lib.2.polit. cap. 18.per tot.Aluar.Valasc.consult.92. Ioseph.Sese de inhibit.c.8.§.1.2.3 & 4.& cap.9.& 10. Belleth. disquis. cler.p.1.tit.de fauor.cler.reali,§.4 & 5.*

ADDITIO.

AQVæ autem crimina sint mixti fori, vide apud *Decian.in tract.crim. lib.4. tit.mixti fori, quæ sint, Andr.in tit.quæ sunt Regal. in §.contrahentium incestas.nuptias,à num.35.cum seq.* & alios congestos per *Carleual.de indic.lib.1.disput.2.quæst.7. num.771.* qui etiam declarant, quis sit Iudex competens in criminibus prædictis,& quandò vnus priuatiuè ad alterum possit cognoscere,& nos de verbis hæreticalibus nonnulla diximus suprà in *rubr.de blasphem. num.2.ex Reg.Sanfelic.Crispol.* & alijs, quibus nunc addo *Cost.de fact.scient.& ignor.inspect.27.n.10.*

In

In hac materia decreuerunt nonnulla vtilia, & practicabilia edicere, attamen quia periculosa est hæc tractatio, propter dissidentes *DD.* sententias in his, quæ ad iurisdictiones pertinent, ideò omittenda duxi, remissione tantummodò contentus ad *DD.* supra citatos, & ad alios per eos adductos.

Et quoniam in superiori *Pragmatica* declaratæ sunt causæ spectantes ad iurisdictionem ciuilem, & criminalem nulla facta mentione de causis mixtis, Ideo scire oportet, quòd causæ mixtæ dicuntur illæ, quæ participant de vtroque, de criminali scilicèt, & ciuili, vt docet *Marant. in 4. part. specul. ver. an sit ind. ciuil. vel criminum. 92. & 94.* Et quando simul cum pœna corporali iuxta tamen supradictam *Pragmaticam* hic statutum fuit etiam interesse partis, quia pars vtra; tamen corporalem agat etiam ad interesse, vel ad rei abstractæ restitutionem, vt in casu *Cap. Regn. St de furto*, & in casu *pragmat. 11. §. 67. de offic. Ill.* de quibus agit *D. Regens in dec. 67. num. 23. et 24.* (In qua tissimè etiam cum tractat quæstionem, An mixta condemnationis ad pœnam extraordinariam, possit etiam reus eadem tententia condemnari ad interesse partis) Quando itaq; in iudicio verumq; deducitur, pœna scilicet corporalis, & partis interesse, dicetur iudicium, seu causa mixta, iuxtà *Clari* sententiam in *§ final quæst. 1. nu. 2. vers. Tertius est casus*, & tradit *Afflict. in Const. Varietates pœnarum, sub num 6. & Bossi. in tit. de indic. & confider. ante tortur. n. 100. X in tit. quemadmodo procedatur per action. in debit. n. 16.*

Hoc supposito, quia pragmatica loquitur de causis ciuilibus, & criminalibus, videndum hic est, an ea locum habere possit in causis mixtis, & ita nò, quia lex, vel statutum loquens de causis ciuilibus, vel criminalibus, non comprehendit causas mixtas, maximè in odiosis, & exorbitantibus, vt tradunt communiter *DD. in l. ff. de verbor obligat. Bossi. in tit. de appellat. sub num. 8.* & doctissimus, omniq; eruditione refertus *D. Io. Iacobus Asturinus* in eleganti, & copioso tractatu *de præcent. vsurum. cap. 1. q. 1. nu. 107.* qui adducit *Mastrill. dec. 270. n. 35.*

Nonnulla alia ad hanc materiam pertinentia habebis forsàsse (Deo duce) infrà in *pragmat. 1. de ordin. iudic.*

Ioannes Laganarius.

De Lapidibus, fulguribus, & ignibus factitijs non proijciendis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Prohibitio, de qua hic vndè ortum habuerit.*
2 *Deiectio, vel effusio prohibetur fieri de die, secus autem si de nocte, quod non procedit respectu fulgurum, quæ nec de nocte proijci possunt.*
3 *Proijciens lapidem vel fulgura, si aliquem in corpore lædat, vltrà pœnam in his pragmaticis statutam, tenebitur etiam ad interesse ipsi læso.*

1 PRohibitio, de qua in hac rubrica habet ortum ex edicto *ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt*, est tamen aduertèdum, quòd illud
2 edictum non habet locum, nisi deiectio, vel effusio facta fuerit de die, secùs autem si de nocte, vt in *l penult. § fin. in princ. ff. eod. tit.* sed respectu fulgurum hæc prohibitio procedit, etiam si proiectio
3 fiat de nocte, vt in *prag. 2. infrà eodem*, quòd si ex talibus proiectionibus aliquis lædatur in corpore, vltrà pœnam in his pragmaticis contentam, tenebitur etiam ad interesse ipsi læso, iuxtà *text. in l. final. ff. eod.* pro cuius declaratione est omninò videndus *Nauar. in manual. confess. cap. 15. nu. 22. & 24. Anton. Gomes. lib. 3. resolut. cap. 6. tit. de iniurijs, num. 9. cum seqq.* & sigillatèr *num. 12.* alii extendit etiam ad moderatum fumus, hic etiam ad æstimationem cicatricis mulieris non nuptæ.

De Lapidibus, fulguribus, &c. Pragmatica I.

RERVM SVMMA.

1 *Lapidibus ludentes circùmcircà mœnia Ciuitatis Neapol. præter pœnam hic statutam puniuntur pœna remigationis.*
2 *Occidens in hoc ludo aliquem rixantium per iactum lapidis non punitur pœna homicidij ordinaria, sed mitiori arbitrio Iudicis.*

EPeruenuto à notitia, &c.

Lapidibus ludentes circumcircà mœnia huius Ciuitatis Neapol. pœna hic taxata punjuntur. H. D.

1 Hæc pœna est nunc aucta vsq; ad pœnam remigationis, vt in *pragmat. 3. infr. eodem.* Quòd si in huiusmodi ludo aliquis rixantium per iactum lapidis occidatur, non debet occidens puniri pœna homicidij ordinaria, sed mitiori arbitrio Iudicis, iuxta *text. in l. item si obstetrix, §. sed etsi per lasciuiam*, cum *§. seq.* & *l. seq. ff. ad l. Aquil.* & in *l. omne delictum, §. pen. ff. de re milit.* ita retinuit *Peguer. post dec. 14. in addition. num. 24.*

De Legatis pijs. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Legata pia an possit adimplere Exequutor testamentarius per se.*
Virgo inops ingrediens Monasterium an admittatur ad legatum relictum puellis pauperibus, quotannis in matrimonium locandis.

1 HAec Legata pia an sint adimplenda per Exequutores testamentarios immediatè, ità vt ipsi possint authoritate propria exigere introitus hæreditarios, ac vendere bona hæreditaria, & pretium convertere in satisfactionem huiusmodi legatorum pijorum, vel solùm mediatè, scilicèt capiendo pecuniam à manu hæredis? disputat *Cephal. cons. 625. lib. 5.* sed post *n. 9.* tenet, exactionem nominis debitoris legati spectare ad Exequutorè simul & legatarium, non autem ad hæredem. Legatum relictum virgini pauperi maritandæ singulis annis an solui possit
A puellę pauperi ingredienti Monasterium? *Megal. resol. 146.* negat.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

AHVius conclusionis rationem asſignat *Gutierr. canon.quæſt.lib.1.cap.32.num.20.*& in *conſ.26. num.13.*& 14.nam cùm teſtatoris voluntas poſsit in ſpecifica forma adimpleri in alijs puellis,& virginibus,quæ carnales maritos ducant,minimè conſequi debet legatum puella maritanda, quæ Religionem ingreditur,quia eſſet contra teſtatoris voluntatem, & mandatum,ita *Gutierr.in locis* prædictis,authoritate *Bald.in auth.ſi rogati,num.11. C. ad Sen.Conſ. Trebell.*& in *l.1.num.58.C.de his,quæ pœn.nom. Bald. Nouell.de dote,in 6.par.princ.priuil. 77.num.2. Palat. Rubios in cap.per veſtras,§.12.nn.6.de donat.Bertach.* & aliorum.

Intelligenda eſt ergò ſupradicta *Megal.* doctrina, quotieſcunq; legatum eſt incertæ puellæ maritandæ, à teſtatore factum,nam tunc non poſſet puellæ, Monaſterium ingredienti,præterè teſtatoris mandatum, legatum pro maritagio dari,ſed alia erit eligenda, quæ carnalem maritum,iuxtà teſtatoris voluntatem ducat. Cùm enim, inquit *Bald.in d.auth.niſi rogati*, Virgines pauperes maritare ſit actus pius, piaquè cauta,non poteſt per alium actum piũ excludi,adimpleri ergò debet,cùm poſsit,in forma ſpecifica teſtatoris voluntas, quæ formam facit, & conditionem, idem *Gutierr.* in relato *conſ.26. num.3.* & in *l.nemo poteſt,num.3.ff.de legat.1.*à qua recedendum non eſt, idem *Gutierr.in conſ.5.n.5.*

Secùs verò ſi certæ puellæ pro maritagio legatũ eſſet relictum, nàm tunc puella hæc certa legatum conſequetur,etiam ſi Religionem ingrediatur iuxtà *text.in §.ſed & hoc præſenti, auth.de Sanctiſſ.Epiſcop. DD.in cap.in præſentia.de probat.tex.& DD.in d.auth. niſi rogati,C.ad Senat.conſ.Trebell.* & docet egregiè *Gutierr.in d.cap.32.num.20.& conſ.26.num.13.* dum enim teſtator pro certa puella diſpoſuit, nec poſsit alio modo eius voluntas adimpleri, conſequetur planè hæc Religioſa legatum à teſtatore, pro maritagio relictum.

Quinimmò ſi duæ fuiſſent quantitates certæ perſonæ à teſtatore relictæ,vna altera maior, maiorquè fuiſſet conſtituta,ſi virum duxerit,minor verò,ſi monaſticam vitam elegerit, & Monaſterium fuerit ingreſſa,conſequeretur planè maiorem, licèt noluerit carnali viro nubere, ſed Monaſterium ingredi, Deoq; ibi famulari,ita multorum authoritate probat *Gutierr.d.cap.32.can quæſt.lib.1.num.15.* & præſertim *Bar.& Soc.in l.2.ff.de his,quæ pœn.nom.laſ.in auth.ſi qua mulier,num.11.& 15.C.de Sacroſanct.Eccleſ.Dec.conſ.674.nn.4.Couarr.var.reſol.lib.1.cap.19. num.9.& Cacher.dec.126.num.6.*Eritq; impleta conditio nubendi,ſi monaſticam vitam elegerit,*Gramm. in Conſt.In aliquibus,num.25.*quem refert *D.de Thoro in 1.p.Compend.dec.in ver.legatum dotis ſi ſit mulieri factum,*quàmuis contrarium dicendum eſſet, ſi Monaſterium non verè,& formaliter ingrederetur, ſed religioſè domi viueret,ſumendo regulam Tertij Ordinis D.Franciſci,vel aliam ſimilem regulam, prout ex *Caſtill.dec.88. Socin.conſ.10.num.22.lib.1. Execu. conſ.26.Andr.in Conſt.In aliquibus,& Carol.de Graſſ. de effect. cler.effect.1.nu.43.* docet *Conſil.Paſchal. de vir. patr. poteſtat.part.3.cap.2. ſub num.27.*vbi etiam refert,ità fuiſſe per M.C. iudicatum, nàm huiuſmodi Sorores vti laicæ reputantur, vt per *Soc.d.conſ.10.*

Huic tamen concluſioni tres applicat limitationes,ſeù cautelas,vt non poſsit hæc certa puella maritanda maiorem quantitatem conſequi,ſi Monaſterium ingrediatur,idem *Gutierr.d.cap.32.à n.16.*

Prima eſt,vt pater, vel alius teſtator dicat, *Lego filiæ meæ*,vel *tali puellæ tantam ſummam*, puta *centum pro dote,& illi,qui eam in vxorẽ ducet, relinquo mille*, quia in hoc caſu ſi Monaſterium ingrediatur filia, non poterit iſta mille petere, quia non ſunt legata ipſi mulieri,ſed eijqui ipſam duceret in vxorem, ex *Bart.in d.l.2.num.2.ff.de his,quæ pœn.nom.* Nè autem maritus legatum habeat, ſi matrimonium nõ ſequatur,addendum conſulit idem *Bart.* vt in legato addatur,quòd id,quod marito relinquitur, eſſe debeat in augmentum dotis ipſius filiæ. Quod tamen non video, quomodò poſſit procedere, quandoquidem antè matrimonium non dicitur maritus, & ſic non poterit legatum conſequi, poſt verò matrimonium non poterit mulier Monaſterium ingredi, niſi in caſu viduitatis, & tunc ſtota dos, ſcilicet centum, ac etiam mille,quos maritus,ſeù eius hæredes reſtituũt, ipſi mulieri debentur,cùm ſint etiam dos, iuxta ſupradictam cõcluſionem ſupra firmatam. Et ideò cogitandum puto,an hæc cautela, ſeù additio ad cautelam ſuprà traditam,ſit bona.

Secunda limitatio, ſeu cautela eſt, vt teſtator expreſsè caueat,quòd ſi Religionẽ filia,vel talis puella ingrediatur,nolit,eam dotis nomine habere,niſi tot, vel quòd nolit,filiam,vel talem puellam eam dotem, vel tantum habere, niſi matrimonium contraxerit, carnaliq; viro nupſerit, ex *Vſu commun. opin.in ver. Filiæ relinquens pater*, quod etiam comprobat idem *Gutierr.*ſub *num.18.*ea ratione,quia *text.in d.§.ſed et hoc præſenti,auth.de Sanctiſſ. Epiſcop.* per quem fundatur,quòd relictum certæ puellæ pro maritagio,ſeù nuptijs,ei debebitur, etiam ſi Monaſterium ingrediatur,ac monialis efficiatur,eſt exorbitans à regulis iuris communis,volentibus, conditionem debere adimpleri in forma ſpecifica,vt eſt ſuprà dictum.

Præterea,quia eſt contrà diſpoſitionem plurium iurium,& præſertim *l fideicommiſſum, ff de condit. et demonſtr.& l.ſi ità quis,§.15,cui ff.de leg.2.* vbi *gloſ.in ver conſequi.* Exorbitat etiam à mente teſtatoris, & ſic non debet extendi ad alios terminos, & caſus, qui ſunt ſimplicis conditionis matrimonij,& nuptiarum;ſed volũtas,& mandatum teſtatoris eſt expreſsè ſeruandum.

Tertia deniquè eſt limitatio, quandò legatum eſſet relictum pro maritagio, & dote incertarum virginum maritandarum,hoc enim caſu ſi aliqua vellet Monaſterium ingredi, non poſſet dotem hanc à teſtatore relictam conſequi,quia cùm poſsit teſtatoris voluntas adimpleri in alijs puellis,quæ velint matrimonium carnale contrahere, illa, quæ monaſticam vitam elegerit, non erit audienda pro legati conſequutione, cùm non debeat vnus actus pietatis in alium transfundi,& commutari, iuxtà ſupradictam *Bald.*doctrinam in *d.auth.niſi rogati.C.ad Senat.Conſ. Trebell.*& alia ſuperiùs deducta. *Io. Laganarius.*

De Legatis pijs. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Notarij infrà dies 15.à die ſtipulationis denunciare tenentur legata facta pijs locis.*
Legatorum ad piam cauſam factorum privilegia plura, remiſſiuè.
2 *Legata pia ſi infrà annum non fuerint exacta, Tribunal Reuerendæ Fabricæ S.Petri de Vrbe procedit ad exactionem, & recuperationem, cuius Tribunalis Officiales qui ſint, ſubijcitur.*
3 *Iudicium pro legatis pijs eſt populare, cùm quilibet de popula*

populo agere valeat pro conſequendo legata pia.

4 *Iudices inferiores infrà annum de relictis pijs cognoſcere an poſſint.*

5 *Teſtator non poteſt prohibere quin Iudex Eccleſiaſticus in legatis pijs ſe intromittat.*

Capella non remanet exempta ab Epiſcopi poteſtate, etiam ſi cum hac prohibitione fuerit conſtructa.

6 *Legatum factum Eccleſiæ, vt conficiantur organa, & picturæ Sanctorum, an inter legata pia contineatur.*

7 *Legatum factum à Teſtatore loco pio ab vno tantùm hærede, an alij etiam cohæredes præſtare teneantur fauore p æ cauſæ, & nùm præſtantes poſſint obtinere ceſſionem contrà eum, à quo nominatim eſt legatum relictum, vel etiam contrà alios cohæredes non gratuatos.*

8 *Legatum factum conſanguineo pro decima, vel propter Dei honorem non ducitur ad piam cauſam.*

Priuilegiorum Reuerendæ Fabricæ duplex reſtrictio, ſeù declaratio admittitur.

9 *Priuilegia cauſæ piæ an tranſeant in Ceſſionarium, remiſſiuè.*

10 *Priuilegia dotis nùm in Ceſſionarium tranſmittantur.*

11 *Pia cauſa hæres inſtituta, etiam non confecto inuentario, non tenetur vltrà vires hæreditarias.*

12 *Hæres non confecto inuentario an teneatur ad adimplendum legata pia vltrà vires hæreditatis, & num. ſeq.*

14 *Legatum factum alicui Sancto, cuius corpus, vel reliquiæ non conſeruantur in propria Eccleſia, quæ eſt in loco, ſed in alia, propria Eccleſiæ erit applicandum, & ſi eſſent plures Eccleſiæ eiuſdem nominis, pauperiori.*

15 *Legata pia omnia de iure communi etiam relicta pro redemptione captiuorum ſunt exequenda per Epiſcopum loci, & infrà ſex menſes ſoluenda, aliàs debetur vſura à die mortis.*

16 *Fabrica S. Petri auocat pecuniam à ſecundo creditore, qui illam bona fide conſumpſit.*

Legatū pium ſi in ſpecifica & expreſſa forma nequeat adimpleri, poteſt in ſimilem cauſam applicari.

PER parte delli Gouernatori, &c.

1 Legata pijs locis facta, ijſdem denuncientur à Notarijs infrà dies quindecim à die ſtipulationis. H. D. Hæc Pragmatica fuit renouata, & confirmata per Comitem Mirandæ in anno 1589. Plura priuilegia huiuſmodi legatorum ad piam cauſam factorum videas latè apud *Tiraquell. in tract. de priuilegijs piæ cauſæ. Ricc. collect. 215. Thom. tract. 10. Thor. in ſumm. priuil. cauſ. piar.* & in Regno pro adimpleméto huiuſmodi legatorum, quandò pia loca, in quorum beneficium ſunt facta, non curant illa exigere infrà annum, ex conuentione inter Sedem Apoſtolicam, & Regiã Catholicam Maieſtatem eſt introductum Tribunal Reuerendæ Fabricæ Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli de Vrbe, quod regitur per Commiſſarium, qui eſt perſona Eccleſiaſtica, & per Iudices, ſiuè Conſultores laicos, qui in prima, ſecunda, & tertia inſtantia ſunt Officiales Regij, electi ab Illuſtriſſimo Prorege, & in hoc Tribunali ex officio etiam pijs locis legatarijs non inſtantibus proceditur ad exactionem, & recuperationem huiuſmodi legatorum, quod indè introductum, credo,

3 quia iudicium pro legatis pijs eſt populare, & quilibet de populo poteſt agere pro relictis ad pias cauſas, vt eſt *text. in § ſi verò ſanctiſſimus, verſ. ſi autem hæres*, vbi *Angel. in auth. de Eccleſ. tit.* & docet *Roman. in conſ. 69. colum. 1. verſ. ſecundò principaliter*, & alij communiter, relati per *Tiraquell. in priuil. 151. de*

4 *priuileg. piæ cauſæ*, ſed nec etiam infrà annum de his legatis pijs poſſunt cognoſcere Iudices inferiores, ſed ſuperiores tantùm, ſi deferendum eſt authoritati *Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 150.* pulchet *text. in l. hæreditas 53. ff. de petit. hæred.* ibi *Quàmuis enim ſtrictè iure nulla teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tamen Principali, vel Pontificali authoritate compelluntur ad obſequium*

5 *ſupremæ voluntatis.* Nec teſtator potent prohibere, vt Iudices Eccleſiaſtici non ſe intromittant in adimplemento harum piarum diſpoſitionum, ſecundùm *Bonad. lib. 2. cap. 17. num 104.* vbi alios citat, *Gutierr. in l. nemo poteſt. num. 449 de leg. 1.* Idem concludit reſpectu Capellæ conſtruendæ cum prohibitione, vt Epiſcopus non ſe intromittat, *Sarmient. ſelect. interpret. lib. 1. c. 11. n. 11. & 13.*

6 Inter quæ legata pia continetur etiam legatum factum Eccleſiæ, vt conficiantur organa, vel picturæ Sanctorum in Eccleſia, vt per *Simon. de Pret. conſ. 87. Iaffred. dec. 21. Aloy. Ricc.* latè in *collect. deciſionum, collect. 563. p. 3.*

7 Eſt tamen perpetuò notandum in hac materia, quòd ſi teſtator relinquens plures hæredes, legat aliquid ab vno tantùm hærede loco pio, fauore piæ cauſæ etiam alij cohæredes tenentur ad præſtationem dicti legati, licèt ab vno hærede nominatim ſit relictum, ità nobiliter tradidit *Roman. in auth. ſimiliter, in 15 ſpecial. vlt. volunt. C. ad leg. Falcid.* quem ſequitur *Dec. conſ. 181. num. 6. in fin. Euerard. in locis Topic. leg. loc. 25. de dote ad piam cauſam, verſ. item tertiò*, vbi aſſerit, in facti contingentia ità fuiſſe iudicatum. Quanquàm in cæteris legatis ſecùs eſt de iure, per *text. in l. cùm ab vno ff. de leg. 2. & l. ab omnibus, ff. de legat. 1. Præſ. de Franch. dec. 584.* Sed contrarium in facti contingentia iudicauit idem oculatiſſimus *Præſ. de Franch.* tanquam Iudex primarum appellationum prædicti Tribunalis Reuerendæ Fabricæ, vt in eius *dec. 483.* non tamen facta mentione de prædicta doctrina *Roman. Dec. & Euerar.* in contrarium, quibus nunc addo *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 2. num. 16. Didac. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ. 3. principal. num. 2.* qui loquitur in legato facto pro cõſtructione Capellæ, de quo loquitur etiam *Præſ. de Franch. d. dec. 581 num. 4.* circa *med. verſ. Quid ſi teſtator legat mille*, qui etiam eſt videndus *dec. 565.* vbi di-

8 cit, legatum factum conſanguineo pro anima, vel pro amore Dei non dici pium, cuius authoritate ità Ego vti Iudex ſecundarum cauſarum dicti Tribunalis Reuerendæ Fabricæ iudicaui in legatis factis in teſtamento Io. Pauli Vernaleonis de Litio in beneficium marium, & mulierum de ſua familia egentium ſub die 13. Septembris 1619. Ad quod eſt etiam videndus *Dec. conſ. 120.* vbi bona *Poſtilla*, quæ citat in contrarium *Caſ. conſ. 183. lib. 2. Ricc. reſol. 181. Muta cap. 54. num. 50. & 51. tom. 3. Regni Sicil. Canaler. dec. 212 num. 6.* vbi etiam in *numeris* præcedentibus reſtringit priuilegia Fabricæ, vt non habeant locum in legatis certis, nec in diſpoſitionibus, cauſa conſanguinitatis relictis. Credo tamen, quòd in hoc caſu Eccleſia tenetur cedere iura contrà illum cohæredem, à quo eſt relictum legatum nominatim, vt alius cohæres, qui ſoluit, poſſit illud inſolidum recuperare, prout in ſimili de ceſſione facienda per Regiam Curiam tradit *Luc. de Penna in l. vnic. colum. 5. verſic. quintò quæritur, C. vt nulli ex vicar. lib. 12. Liparul. ad And.*

Digitized by Google

Andr.in cap.omnes filij num.4. in verb. eligit, lit. V. alias enim huiusmodi priuilegium piæ causæ redundaret in beneficium hæredis grauati, & in præiudicium hæredis non grauati,quod iura abhorrent: Sed an huiusmodi cessio possit fieri etiam contrà alios coh æredes non grauatos?resolutio dependet ab illa
9 quæstione,an huiusmodi priuilegium causæ piæ trâseat in cessionarium? pro qua resolutione sunt videnda ea,quę tradit *Bar.* in simili de priuilegijs dotis,
10 an transeant in cessionarium in *l. post dotem, col. fin. num.* 35. *ff. solut. matrim.* de quorum veritate videndus est *Bald.Noueil.de dote par.*12. *quæst.*4. & latissimè *Menoch.præsumpt.* 189. *in* 12. *dubit num.* mihi 141. *cum seqq lib.*4. qui affirmant,facta cessione ad commodum cedentis,sed negant, facta ad commodum cessionarij,*Pisanell.in pragm.*4.*num.*56. *infr.de possess. non turb.* omnino *Costa de portion.rat.q.*47. qui tenet, deducta tata posse agere cessionarium Fisci intoldum contrà alios.

Est etiam notandum, quòd quemadmodùm pia
11 causa hæres instituta nullum opus habet beneficio inuentarij,quia etiam non confecto inuentario non tenetur vltrà vires hæreditarias, iuxtà notabilem doctrinam *Bart.in repet.l.*1.*in* 4 *q.quartæ quæst.princ. C.de sacrosanct.Eccles.*& communem *Doctorum* opinionem amplexam per *Tiraquell. in priuil.* 88. *de priuil.piæ causæ*, eodem modo hæres priuatus etiam
12 non confecto inuentario non tenetur ad adimplendum legata pia vltrà vires hæreditarias, iuxta communem opinionem *Doctorum in d.L.*1. *C. de sacrosan. Eccles.* & signanter *Andr. de Bessut inter Repetentes num.*129. *& seq.* Audio tamen,quòd hęc quæstio pendet in facto coràm Iudicibus Tribunalis Reuerendę Fabricæ Basilicæ Sanctorum Petri,& Pauli de Vrbe, cuius meminit *Præs.de Franch.dec.*536.*num.*29 Cuius occasione *S.P.Clemens VIII.* sub die 27. Martij 1598.edidit *Bullam*, declarando diuersas facultates officij Reuerendæ Fabricæ prædictæ, & inter cęteras in *vers.Tandèm teneri hæredes*, statuit, vt etiam
13 in legatis pijs hæredes non conficientes inuentarium teneantur etiam vltrà vires hæreditarias,& ità passim post dictam *Bullam* iudicatum est, & tenacitèr obseruatur in Tribunali prædicto,cuius Ego sum Consultor secundarum causarum,nomine Regio, &
14 hæc Bulla est inserta per *Quarant. in summ. Bullar. in verb.Fabricæ S.Petri*,sed legatum factum alicui Sancto,cuius corpus, seù reliquiæ non conseruantur in propria Ecclesia,quæ est in loco,sed in alia Ecclesia, propriæ Ecclesię erit applicandum,*Affl.dec.*244.vbi etiam declarat *num.*4. quòd si essent plures Ecclesiæ eiusdem nominis,deberentur pauperiori, & in pari
15 causa Episcopus eligeret, & de iure communi omnia legata pia etiam relicta pro redemptione captiuorum sunt exequenda per Episcopum loci, vt in *§.si quis autem pro redemptione,in auth. de Eccles. tit.* & sunt exoluenda infrà sex menses, aliàs debentur vsuræ à die mortis,*§.si autem hæres, vers.si autem legatum,eodem authent.*

16 Et Œconomus Reuerendæ Fabricæ S.Petri auocat pecuniam à secundo creditore bona fide consumptam,*Dott.Marta voto* 42.*num.*1. An verò legatum pium,quod non potest adimpleri in forma expressa,possit applicari in similem causam, *Megal.resol.*23.affirmat. Plura alia in materia reperies apud *Danzam de pugn.Doctor.in tit.de legatis pijs.*

De Lenonibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Lenones vti de iure communi, & vti de iure Regni puniantur, & contrà eos quid sit statutum,remissiue.*

2 *Matres prostituentes filias qua pœna plectantur, remissiue.*

3 *Lenocinium pater,vel dominus committens in filias, vel ancillas, patria, vel dominica potestate priuatur, & metallorum pœnæ subijcitur de iure communi.*

1 QVid sit statutum de iure communi contrà Lenones,vide *tex.in l.palàm,§.lenocinium, ff.de ritu nupt.in l.athletas,§.aut prætor, ff. his,qui notant.infam. & auth.de lenonibus,* & de iure Regni vide *Constitutionem Le-*
2 *nas sollicitantes,la prima,et la seconda.*& quid in matribus prostituentibus filias, vide *Constitutionem Matres virgines,& Constitutionem Matres,quæ*, pa-
3 tres verò, vel domini lenocinium committentes in filias,vel ancillas,priuantur patria, & dominica potestate,nec non metallorum pœnæ subijciuntur de iure communi, vt in *l fin.C.de spectacul.scœnic.lib.*11. *l.si lenones, C. de Episcop. audient.* Plura alia habes apud *Villadieg in foro indic lib.*3.*tit.*3.*L.*11.*Didac.Perez lib.*8.*ordin.tit.*14.*in gloss.ruffianos.*

De Lenonibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius pro declaratione, & lenocinij crimine plura,remissiuè.*

2 *Lenones de consuetudine non puniuntur pœna mortis, sed fustigantur cum mitra, & alia pœna extraordinaria plectuntur.*

3 *Lenocinij de crimine non cognoscunt nec Officiales Baronales,nec alij Officiales Regij, sed sola Magna Curia.*

4 *Leno punitur eadem pœna, qua punitur Principalis, pro quo Leno cooperatus est.*

5 *Leno si procurauit,vt vxor, filia, vel alia coniuncta Domini concuberet,vel alia luxuriosa faceret cum alio,amittit feudum,vti & ille,qui concubuit.*

6 *Lenocinium fœdius est,quàm adulterium.*

DEsiderantes, &c.

Lenones vltimo supplicio tradantur, plectendi per solam Magnam Curiam, non obstantibus priuilegijs Baronibus concessis. H.D.

1 Pro declaratione huius pragmaticæ vide *Foller. in pract.crim.*1.*part.*2.*part. vers. Item quòd sint leno, num.*mihi 33.*et seq.*& plura circà huiusmodi crimen in actu practico vide per *Ludou.Peguer.dec. crim.*15.
2 vbi concludit, quòd de consuetudine lenones non puniuntur pœna mortis,sed fustigantur cum mitra, & alia pœna extraordinaria plectuntur, idem *Aulet. in cap.Prætorum* 47.*in verb.manceba publica*, & *Petr.Caball.resolut.crim.casu* 171. Et est notandum ex hac Pragmatica circà finem, ibi *quibuscunque priuilegijs primarum causarum*, quòd de hoc crimine lenocinij non possunt cognoscere nec Officiales Baronales,nec alij Officiales Regij,nisi sola Magna

Cu-

Cuia. Tu pro declaratione materiæ vide *Menoch. de arbitr. iudicum casu* 534.

4 Et sic tibi regulam, quòd leno tenetur semper eadem pœna, qua tenetur Principalis, pro quo leno cooperatus est, vt latè, & eruditè demonstrat *Andr. in cap. 1. num. 12. quibus modis feud. amitt.* vbi concludit, quòd leno, qui procurauit, vt vxor, seù filia, 5 aut alia coniuncta Domini concuberet, seù alia luxuriosa patraret cum alio, amittit feudum, quemadmodùm & ille, qui concubuit, licèt lex non loquatur 6 de lenone, & *num. 19. in fin.* ait, quòd lenocinium tedius est, quàm adulterium. Tu vide *Eundem in cap. 1. num. 46 vers. vltimò dicit egregiam, quæ sit prima causa benef. amitt.*

De Literis cambij, seù Tesseris collybisticis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Cambium quotuplex sit cum pluribus alijs quæstionibus, eandem materiam concernentibus, remissiue.*

1 QVotuplex sit cambium, sub qua forma literæ cambij concipiantur, contrà quem sit dirigenda actio vigore literarum cambij, & an pro eis competat hypotheca, aut quæ actio concedatur, & an habeant executionem paratam? vide *Nicolaum Genuam de script. priuat. lib. 3. tit. de liter. cambij* per septem quæstiones, & quando ante tempus solutionis interueniat mutatio monetæ, cuius periculo cedat? latè *Gratian. discept. 884.* vt solutio fiat iuxtà monetam antiquam, & plura de his literis cambij, & earum obligatione nouissimè tradit *Phœbus decis. 206.* vsq; ad 212. *vol. 2. Castill. decis. 243. vol. 3. Scacc.* in pleno *tract. de commerc. & cambijs, Megal. resolut. 114.* quid in literis dictis *de auso, Thor. vol. 55.* vult, vt habeant executionem contrà eum, cui scribuntur,
A si sunt acceptatæ.

ADDITIO.

A CAmbij nomen dicitur à cambire, quod est vnam rem pro alia commutare, & sic cambium est permutatio vnius rei pro alia, *Nauar. in manual. c. 17. num. 286* & *Lopez de contract. lib. 2. tit. de diffinit. & diuis. camb.* & potest cambium consistere in triplici specie, nam primò fit cambium, seù permutatio, vbi vnum numisma pro alio cambitur, secundò cùm cambitur res naturalis pro alia re naturali, vt equus pro boue, aut artificialis pro artificiali, vt liber pro libro, veste, & similibus, & tertiò cùm vsus vnius rei pro vsu alterius permutatur, vt putà vsus bouis pro vsu equi, ità *Lopez in loco* citato.

Hæc autem rubrica loquitur de primo genere cambij, scilicèt cùm numisma, seù pecunia pro numismate, & pecunia cambitur. Hoc cambium, quod de pecunia cum pecunia fit, dupliciter contingit, vno modo, quandò præsens pecunia pro præsenti cambitur, vt cùm numisma vnum aureum pro argenteo, vel è contrà permutatur, & appellatur cambium minutum. Altero, cùm pecunia præsens pro absente, & existente in alio loco cambitur, & tunc dicitur cambium per literas, quia qui suos nummos præsentes Neapoli numerat ad cambium pro Roma, literas recipit, virtute quarum possit eos recuperare Romæ, ità *Lopez*, & *Nauar. in locis* prædictis, & de istis literis cambij agitur in hoc titulo, estque hoc cambium per literas iustum, & Reipublicæ necessarium, quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium quemlibet remotum, virtute literarum, quibus efficit Campsor, vt tradatur tanta pecunia in alio loco, quanta ei datur in isto loco, in quo ipse dat literas, & recipit pecuniam, & aliquid amplius pro iusta mercede, ità *Nauar. ibidem, n. 289.* & hoc propriè dicitur verum, & reale cambium, vt vt mox dicam.

Diuiditur autem cambium in duas species, realis scilicèt & ficti. Reale cambium est, cùm Campsor prius accipit pecuniam, quàm det, seù numerari faciat in loco destinato, vt putà quia hic verbi gratia Neapoli Campsori numero centum aureos, vt Romæ eandem quantitatem mihi, vel alteri nomine meo numerari faciat. Alterum verò dicitur cambium ficcum, hoc est non verum, sed fictum, & fit cùm Campsor prius dat pecuniã, quàm recipiat, vt putà quia indigeo hic Neapoli centum aureis, illos recipio a Campsore ad cambium, soluendos in alio loco, ità *Nauar. ibid. d. num. 286.* & *Lopez d. lib. 2. c. 12. & 13 in princ.* qui declarat, quòd hoc cambium ficcum, & fictitium tunc fit, quando distantia loci, quæ necessaria erat ad veritatem cambij, conuertitur in solam distantiam temporis, dùm pecunia ad cambiũ accepta in eodem loco redhibetur, vbi accepta est, licet non in eodem tempore, restituitur autem in eodem loco cum lucro. Hoc autem nihil aliud est, quã mutuum cum lucro, quod est vsura, & sic cùm recipiens ad cambium, non restituit pecuniam in loco in literis destinato, sed in eodem loco, vbi pecunia ei a Campsore fuit data, dicitur cambium ficcum, & mutuum cum vsura, quod est improbatum per *Bullam Pij V.* quam ponunt supradicti DD. & pro eo non debetur interesse, *Rota Genuen. dec. 37. num. 11.*

Multa autem requiruntur ad iustificationem cãbij veri, & realis, quæ tradunt supradicti *Doctores*, per quos infinitè etiam enucleantur quæstiones in hac vasta, & periculosa cambiorum materia, quæ vsuratiæ sæpè coniungitur prauitati, ideò ad eos recurre.

Ioannes Laganarius.

De Literis cambij, seù Tesseris collybisticis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Cambij literarum per acceptationem factam à Mercatore, cui literæ dirigantur, vel ab alio eius nomine an sit inducta liberatio in beneficium Scribentis.*

2 *Cambij literas scribens ab obligatione non liberatur, nisi completis literis cambij.*

3 *Mandatum de soluendo non dicitur impletum nisi sequuta effectuali solutione.*

Creditor ex apoca cambij, si differat exactionem absq; protestatione non habet recursum contrà Scribentem, num. 4. vbi ponitur alia declaratio ad hanc pragmaticam.

5 *Cambij literarum per acceptationem an cesset vigor exequutiuus huius pragmaticæ contrà Scribentes, & num. 7.*

6 *Alternatiua natura est, vt sufficiat, alteram tantùm partem esse veram.*

7 *Determinatio vna, eademq; non debet diuerso iure censeri.*

8 *Mandatum per mortem mandantis, vel Scribentis*

an

an sit extinctum, & mandatarius stante sua acceptatione literarum nihil amplius possit cogi ad soluendum. & quid quando mandans est decoctus.

L. vltim. num.1. de solut. *litera qualiter sit resoluenda, remissiuè.*

9 *Cambia in quibus casibus sint licita, & quod interesse pro illis licitè capi possit, remissiuè.*

10 *Pecuniam ad cambium dans potest accipere pignora, fideiussorem, vel aliam securitatem. & adhuc exigere interesse cambiorum.*

11 *Lex, vbi est condenda super aliqua negotiatione, vel artificio, semper vocari debent negotiatores, & periti dictæ negotiationis, vel artificij.*

12 *Cambiorum exequutionem exceptiones quæ impediant.*

13 *Cambij in literis clausula apponi solita, nempè vt soluto filio Titio, vel ei, qui eas ferret, vel præsentabit. quid operetur.*

14 *Cambij ex literis an oriatur hypotheca contrà Scribentem, remissiuè.*

15 *Cambij literæ si sint deperditæ, antequàm præsententur Mercatori, cui dirigebantur, etiam si adsint literæ, quæ vulgò dicuntur, d'auiso, adhuc nihil operantur.*

16 *Cambij ex literis ius exequutionis per hoc edictum introductum an competat etiam cessionario, remissiuè.*

Compensationis exequutio de debito cedentis an possit opponi cessionario.

Forenses an ligentur statuto illius loci, in quo contrahunt.

Literæ priuatæ, vulgò dictæ de auiso, multùm differunt à literis cambij.

Priuilegium iuris exequutini habet locum etiam in interlocutoria.

17 *Cambij literarum à se acceptatarum vigore soluens, ignorans Scribentem esse decoctum, an possit solutum repetere.*

18 *Cambij literarum exequutio vti possis impediri.*

NVpèr, &c. In hac Pragmatica datur certa forma ad instantiam Mercatorum pro acceptatione, & exequutione literarum cambij. H. D.

Circà quam materiam est sciendum, quòd licèt latissimè in vsu venisset apud *Doctores* illa quæstio an
1 scilicet per acceptationem literarum cambij factam à Mercatore, cui literæ diriguntur, vel ab alio eius nomine, sit inducta liberatio in beneficium Scribentis, de qua diffusè per *Bart. in l singularia, num.* 19. vbi ceteri *Doctores. ff. si cert. pet. Bonacurs. Strac. de decoctoribus. part.* 5. *num.* 5. *Rota Genuen. dec.* 2. & *dec.* 4. *num.* 8. *cum seqq.* & *dec.* 8. *num.* 18. plenissimè *Sforz. Odd. consil.* 87. Tamen in Regno recepta est opinio, quòd per acceptationem factam Acceptans obligetur vt fideiussor, & nihilominùs remaneat obligatus Scribens, vt principalis, teste *Præs. de Franch. dec.* 303. *num.* 3. Adeò, quòd Scribens à tali
2 obligatione non liberatur, nisi demùm completis literis cambij, vt tenet *Bald. consil.* 348. incipiente, *facta fuerunt literæ*, post *num.* 2. *volum.* 1. & *consil.* 190. *Sempron. volum.* 2. *Salyc. in l. pro debito, num.* 4. *versic. ego autem, C. de bon. author. iud. possid.* & in *l. si filius, num.* 3. *versic. quæro, quid si filius, C. ad Macedon. Castr. Aret. Soc.* & *Ias. in l. qui vsumfructum, num.* 8. *verf.* & *per hoc apparet, ff. de verbor. obligat. Barbat. consil.* 37. *volum.* 1. *Soc. consil.* 167. *volum.* 2. *qui num.* 3. testatur esse communem opinionem, & hanc communiter à *Doctoribus* sequi affirmat *Bologn. in l singular. ff. si cert. pet. num.* 89. *verf. sed in contrarium*, eamque in multis probat inhi *tenant. si literarum, C. de solut.* ibi, *mandato non impleto*, inuit *Decian. Bald. ibidem num.* 29. *verf. si ergo literæ non sunt acceptatæ, vel non habuerunt effectum*, & magis expressè *Salycet. eodem loco, num.* 2. *verf.* & *sic Aristonem obligasse, qui literas acceptauit*, mandatum enim de soluendo non dicitur impletum, nisi sequuta effectuali
3 solutione, *l. Lucius, ff. mandat. l. si procu. C. eod. tit.* tu vide *Mastrill. dec.* 177. *Foller. ad Marant in* 6 *par. Specul. actu* 6. *de testium productione, num.* 49. vbi etiam *num. seqq.* latè tractat materiam literarum cambij, & hoc procedere, etiam si acceptans inceperit soluere partem debiti, in literis contentam, secundùm *Marcell. de Mauro allegat.* 62. quod nouissimè est immutatum, &
4 statutum, vt creditor, cui est facienda solutio, si differat exactionem ab acceptante infrà terminum promissum, vel omitteret protestationem, non possit amplius habere recursum contrà Scribentem,
A vt in *pragm.* 6. *num.* 4. *infrà eod.* edita 11. Iulij 1618. & de iure communi addo nouissimè *Rot. Romanam* apud *Ludouis. dec.* 217. *Percir. dec. Lusitan.* 116. *Mastrill. dec.* 121. *Farin. dec. postum.* 652. *num.* 2. non procederet hæc pragmatica in literis acceptatis à Scribente, sed non protestatis, nec præsentatis Mercatori, cui literæ erant scriptæ, *Scacc. de commerc.* §. 7. *glos.* 2. *num.* 3.

Aduerto tamen, quòd aliqui erant in opinione,
5 quòd per acceptationem literarum cesset rigor exequutiuus huius pragmaticæ contrà Scribentem, & quòd habeat locum contrà Acceptantem tantùm, & nò complétem literas acceptatas, quod Ego in facti contingentia falsissimum esse demonstraui, siquidèm est contrà expressam mentem, & verba huius pragmaticæ, ibi in eo *verf. che tutti li protesti che di qualsiuoglia parte di fuori, & dentro Regno veneranno in questa Città di Napoli di lettere di cambio, che non siano state accettate, ò pagate, habbino pronta, e parata esecutione, senz'altro termine*, ponderando illam dic-
6 tionem alternatiuam, *aut*, ibi *accettate, ò pagate*, de cuius alternatiuæ natura est, vt sufficiat, verificari tantùm partem esse veram, *l. si is, qui ducenta, §. viriñ. ff. de reb. dub. l. si quis ità stipulatus, ff. de verb. obligat.* & sic sequitur, quòd etiam si literæ sint acceptatæ, si tamen post acceptationem non sunt completæ, adhùc remanet rigor exequutiuus ex prædictis verbis pragmaticæ, quæ sunt directa contra Scribentem, aliàs enim si vellemus, illa verificari contrà Acceptàtem seùm, dispositio huius pragmaticæ esset frustratoria, & non posset præticari, quandoquidèm in ea dicitur *che tutti li protesti che da qualsiuoglia parte di fuori, & dentro Regno veneranno in questa Città di Napoli, &c.* & sic præsupponit, quòd literæ sint acceptatæ extrà Regnum, & non sint completæ, vndè si vellemus intelligere, quòd hæ literæ acceptatæ extrà Regnum, & non completæ haberent exequutionem paratam contrà Acceptantem, qui est extrà Regnum, & sic non est subditus Tribunalibus huius Regni, pragmatica hæc non esset imi consona, sed eluforia, & non est præsumendum, quòd Supremus Senatus voluisset facere pragmaticam frustratoriam.

Præterea ex alio hæc pragmatica non patitur
7 hanc interpretationem, nàm dùm disponitur, quòd literæ non acceptatæ, & protestatæ habeant exequutionem paratam, non est dubium, quòd intelligitur contrà Scribentem, quia non potest verificari

contrà aliũ,dùm alius hõ eſt obligatus, ſi ergò pragmatica verificatur contrà Scribentem, in caſu, quo literæ non ſunt acceptatę, ergo eodem modo debet verificari contra Scribentem, quandò ſunt acceptatæ,ſed non completæ,cùm ſit eadem ratio,& vna,eadęmq; determinatio, quæ non debet diuerſo iure cenſeri,*l.ſtam hoc iure,ff.de vulg.& pupill.* Nec dicatur,quòd primo caſu non eſt obligatus alius, quàm ſcribens,& propterea neceſſariò contrà illum ſit determinatio. Secundo verò caſu eſt obligatus,qui acceptauit,& ſic non eſt neceſſariò inferendum contra Scribentem, nàm hoc momentum ceſſat ex deductis in præcedenti quæſtione,vbi demonſtraui,quòd per acceptationem literarum Scribens non liberatur, ſed remanet obligatus eodem modo, quo erat autè acceptationem, vndè ſi ſemper remanet obligatus Scribens,quemadmodùm fauore liberi commercij Mercatorum datur parata executio contrà Scribentem, quandò literæ non fuerunt acceptatæ, eodem modo debet dari,quandò acceptatę fuerunt, ſed non completæ propter eundem fauorem liberi commercij,& ità obtinuit pro Auguſtino Piſcino cõtra Viſuccios die 5. Iulij 1596. referente Regio Conſiliario Veſpulo,cum interuentu doctiſſimi *Præſid. de Franch.* Actuarius eſt Ioannes Laurentius de Ferrarijs.

Verùm cadit hic quæſtio non minùs practicabilis,quàm præcedens, vtpota Titius Romæ exiſtens dedit mandatum per literas cambij Sempronio exiſtenti Neapoli,quòd ſolueret Mutio ducatos mille pro totidem habendo Romæ præcepta præſenti pecunia,qui Sempronius literas ſibi à Mutio exhibitas acceptauit,ſed antequam de dictis ſolutionis,in eiſdem literis adiecti,Titius,qui ſcripſit literas, & per illas dedit Sempronio mandatum ſoluendi Mutio,deceſſit,propterquod Sempronius allegat,ſibi mandatum de ſoluendo eſſe extinctum, & ſpropterea non poſſe cogi ad ſoluendum, non obſtante acceptatione literarum,& contra verò Mutius contendit,Sempronium per ſuam acceptationem, per quã eſt acquiſitum ius ipſi Mutio,eſſe obligatum ad ſoluendum,non obſtante ſubſequuta morte Scribentis. Quæro igitur,quid iuris? *Bal. in l.cùm pater.§. Mutio,verſ.ſed Hugol.ff.de leg.2* quem *ibidem* ſequuntur *Caſtrenſ.in fin.& Imol.num.9.verſ.aut fuit mandatum*, ex illo *text.* concludit, quòd per mortem mandantis, ſiue ſcribentis ſit extinctum mandatum, & mandatarius, non obſtante ſua acceptatione, non poteſt cogi ad ſoluendum,& ſi ſoluat poſt ſcientiam mortis mandantis, non poſſet repetere ab eius heredibus,& pro hac opinione videtur mihi *text. in l. fin.ff.de ſolut.* adiuncta reſtitutione literæ illius *text.* quem habes apud *Cuiacium lib. 1. obſervationum., cap.28.in princ.* Adhùc tamen eſt cogitandum, quia in mandante decocto poſt literas acceptatas contrarium fuit determinatum,vt per *Præſidem de Franch. d.dec.303.* per quam vana redditur dubitatio *Surd. conſ.§28.lib.4.Berlich.* verò *dec.37.* requirit vtriuſq; conſenſum.

In quibus tamen caſibus huiuſmodi cambia licita ſint,& quod intereſſe pro illis licitè capi poſſit, vide latè *Nauarr. in manual.confeſſ.cap.17. num.284. cum pluribus ſeqq.* vſq; ad *finem*,latiſſimè præ cęteris omnibus,quotquot hùcuſq; ſcripſerunt, *Ludou. Lopez in tract.de contractib lib.2.cap 2.cum plurib.ſeqq.* vſq; ad *cap.14.* inclusiuè, nouiſſimè *Morla in empor. iur par.1.tit.8.queſt.25.num.26. cum ſeqq. Surd. conſ. §40. num.31. verſ.quod verò,lib.4.Reg.Tap. dec.S.C. 27.* & in eadem cauſa Ego ſcripſi in *conſ.meo 103. volum.2.* diffuſiſſimè *Salon.de inſt.& iur.tom.2.tit.de camb.* vbi *q.4.controuerſ.12.fol.mihi 611.* diſputat,an dans pecuniam ad cambium poſſit recipere pignora,aut fideiuſſionem,ſeu aliam ſecuritatem,& adhùc exigere intereſſe cambiorum,& concludit,poſſe.

Et nota, quòd pro edenda hac pragmatica fuerunt conuocati negotiatores, & periti huiuſmodi negotiationum,vt in *text.* dicitur, quod faciendum eſt ſemper in condendis legibus alicuius negotiationis,aut artificij,& ſimilium, vt probatur in *auth. de vſur.nauitic.in princ.verſ. itaq; nos*, ibi *conuocaſſe naucleros,quibus hæc mutuę curę ſunt*, quę autem exceptiones impediant executionem huiuſmodi literarum cambij,docet *Crot. conſ.59. & conſ.51. vol.1.* vbi plura ad hanc materiã tangit,& concludit, quòd licèt admittatur exceptio nullitatis, reijcitur exceptio ſimulationis,& illa clauſula,quæ quandòq; ſolet apponi in his literis cambij, quòd .ſ. ſoluto fiat Titio,etuc,qui eas faceret,ſeu præſentabitur,quid operetur,explicat *Leonin.conſ.13. & 92.num.4.* .ſ. neq; de iure,neq; de conſuetudine operatur circà ortum, natiuitatem,aut initium obligationis, ſed tantùm circà executionem,& exactionem nominis, rectè contracti,conſtituiturq; de iure afferens obligationem ex potentia talis clauſulæ adiecti loco, cui facultas eſt recipiendæ pecuniæ, ſi alioqui obligatio aliundè iuſtam originem habeat, nec de vitio tituli excipiatur,& acti ,quæ contrà authorem competebat,rectè contra conceſſionarium proponi poſſet.

An autem ex literis cambij oriatur hypotheca contra Scribentem ? videndus eſt *Burſat. conſ 59. num.37.cum ſeqq.volum.1.* qui aſſimat cum clauſula *obligamus*,& *Surd.conſ.499.num.2.* negat. Et non ſine cauſa fuit introductum,quòd de his literis cambij fiunt plures eiuſdem quantitatis,formæ, & tenoris,quæ appellantur ſecunda,& tertia, vt vna perdita,aliæ repetiantur, quæ præſentari poſſint, aliàs enim ſi literæ cambij ſint deperditæ, antequàm præſententur Mercatori,cui dirigebantur, licèt appareant literæ,quæ vulgò dicuntur, *de auiſo*, nihil tamen operantur. *Aut. Gamma dec. Luſit.336.*

Hoc autem ius executiuum per hanc pragmaticam introductum ab competat etiam ceſſionario? negat *Rota Genuæ dec.10.num.9.* & ibi *num.16.* admittit exceptionem compenſationis cõtrà ceſſionarium de debito cedentis,& ligat etiam Forenſes hic contrahentes. *Seraph. deciſ. 330.* vbi plura ad hanc materiam,& in *deciſ.162.* Limita tamen in pulchro caſu non adimplementi ſequuti intrà literas priuatas,vulgò dictas, *de auiſo*, per *Monach. dec. Florent. 70.* & hoc priuilegium iuris executiui procedet etiam in interloquutoria, ſecundùm *Rotam Bonon. Diuerſ deciſ.144.tom.1.*

Soluens verò vigore literarũ cambij à ſe acceptarum,ignorans,Scribentem eſſe,decoctum,an poſſit ſolutum repetere ? latè explicat *Surd. conſ.§28. lib.4.* ſed ceſſat diſputatio ex traditis per *Præſid. de Franch.dec.302.* vt ſuperiùs dixi.

Pro impedienda verò executione in huiuſmodi literis cambij, *Andr.Fach. conſ.42.lib.2.* ponderat, ſi non ſint liquidæ,ſcilicèt non acceptatæ, ſeu conditionales,aut extinctæ ſolutione.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO.

ET cùm in anno 1632. in R.C.S. hic idem articulus, & præses doctrina controuerteretur in causa Ill. D. Fabritij Carafæ Comitis Policastri cum Gubernatoribus Attendamenti Fundaci lati terræ Bonatorum, qui scripserant Iosepho de Caro eorũ Capsterio, & Locumtenenti in fundaco, vt solueret dicto Comiti duc. mille pro eorundem per ipsos receptis, ipsoque Ioseph eũ soluisset duc. 719. iuit ab officio, & capsa remotus, recusabant Gubernatores soluere restãtem quantitatem, duplici ratione. Altera, quia per acceptationem literarum, & ordinis factã per dictũ Iosephum, ac solutionem in parte requisitam fuerint liberati. Altera verò, quia cùm Comes non exegerit restantem quantitatem à Ioseph, hoc infra terminum contentum in *Reg. prag. 6. §. 4 de lit. camb.* non potuit amplius molestari. Attamen re bene discussa fuerũt p R.C. condemnati Gubernatores ad soluẽdũ restantes duc. 281. pro complemento duc. 1000. contentorum in literis prædictis, iuxtà iuprà dictam doctrinam *Domini Regentis*, tũc Regiæ Cameræ Prætidẽtis, & causæ Commissarij. Pro cuius doctrinæ, & causæ defensione pro Illustr. Comite meo Cliente infrascripta allegaui.

GVbernatores Attendamenti falsum prætendunt absolui per Regiam Cameram à petitione duc. 281. contra eos facta per D. Fabritium Carafa Comitem Policastri, duplici ratione. Altera, quia acceptatio ordinis soluendi ducatos mille facta per Iosephum de Caro cedit loco solutionis, & sic scribens est liberatus, ex *Bart. in l. singularia ff. si cert. petat. l. si pupilli §. 1. ff. de solut. l. inter causas §. abesse ff. mandati*, quos quidam sequuti fuerint *Salycet. in l. si filius familias 18 ff. ad Macedon.* & Dominus *Præs. Rovitus in pragmat. 1. de liter. camb.* cùm fundetur in *decis.* Dom. *Præsid. de Franch* 303. cuius ratio non est applicabilis casui nostro, nam Ioseph de Caro, qui literas acceptauit, erat debitor Attendamenti, & si non poterit dici, ipsum obligationi accessisse vt fideiussorem, sed vt principalem debitorem, ex *Anna cons. 81. num. 6. & 24.* Altera verò, quia ex dispositione *Regiæ Pragmaticæ* sancitum est, Scribentes liberari, si infra terminum octo dierum satisfactionem non procurauerit creditor, vel infrà dies quatuor post præsentationem protestatus non fuerit. Cùm ergò tacuerit D. Fabritius per sex menses, amplius audiri non potest.

Sed, Domini, hæc Aduersariorũ prætẽsio iustis tulcita rationibus, tùm ob facti qualitatem, tùm etiam ob contrariam iuris dispositionem, ita vana mihi videtur, vt nihil laborandum sit pro illius confutatione. Verissima namque, & ab omnibus recepta est doctrina Domini, & Præceptoris mei obseruandissimi *Præsidentis Roxit. in pragmat. 1. num. 1. de liter. camb.* quòd per acceptationem literarum cambij factam à Mercatore, cui literæ sunt directæ, non sit inducta liberatio in beneficium Scribentis, per *text. in l. si literarum 23. C. de solut.* qui loquitur in fortiori casu, scilicet quando creditor confessus esset, pecuniam recepisse ab eo, qui literas acceptauerat, mandato hanquè non impleto, debiti integra petitio manet *in l. si literarum*, nihil confessio receptionis nocet, *Consil. Paschal. de viribus patr. potest. cap. 8. num 66 par. 1.* tradunt *DD. in l. singularia ff. si cert. petat.* & vltrà notatos à Domino meo ipsum postea sequuti sunt Dom. *Consilior. Paschal. d. cap. 8. part. 1. num 71. & Gaut. de credito capit. 2. tit. 7. num. 2381.* quos nolens, qui vult, me potis aduersa pro se adducat, & licet *Consiliar. Paschal.* se remittat ad *Burjat. cons. 59. l. 1.* attamen circà hanc remissionem improbatum à *Gaito loco cit. 10.* qui probat, *Burjati* dicta non posse adaptari nostræ quæstioni.

Ratio huius conclusionis est duplex. Prima, quia certum est, quod ex contractu, & numeratione pecuniæ facta per creditorem Scribentem, est nata obligatio contra Scribentem, quæ non nisi solutione, vel nouatione tolli potest. *l. final C. de nouat.* quæ sanè nouatio ad tollendum priorem obligationem non fit, etiam intercedente nouæ personæ, nisi expressè dicatur, relata *l. final. C. de nouat.* & ita arguunt *Alexand. consil. 173. lib. 7.* & *Decius cons. 107.* Altera ratio est, quam affert *Gaitus loco citato, sub num. 2381.* quòd scilicet acceptatio facta non est nouus contractus, sed pars contractus cambij facti inter Scribentem, & Creditorem, cuinque licet acceptantis non sit sequutus Creditor, Scribentem non liberauit, *arg. in d. l. si filius familias, ff. ad Senat. Conset. Maced.*

Hinc *Alexand. d. cons. 173. lib. 7. sub num 5. Decius d. cons. 107.* & *Addentes* ad *Bart. in d. l. singularia, in versic. quarta sit*, licèt bene dixerint *Bart.* dictum in *d. l. singularia* intelligendum esse, quoties cunque intercesserit nouatio, seu delegatio expressa, quæ necessariò præsupponit stipulationem, & clarè patet, nàm *Bart.* in primo capite distinctionis loquitur per verbum, *Promisit*, quod tam in scriptura publica, quàm priuata importat stipulationem, *Alexand. & Decius in locis* prædictis, per *text. in l. 1. C. de contr. & commit. stipulat.* vbi etiam dicunt, quòd *text. in d. l. inter causas, §. abesse. ff. mand. & l. si pupilli, §. 1. ff. de solut.* loquuntur, quando acceptans promittit per modum delegationis, & ità intelligi notata per *Bart. in d. d. singularia.* Et *Surd. decis. 188. sub num. 1.* ex multis, quos allegat, tradit, tùnc dictum Scribentem, seu Mandantem liberari, cùm creditori cui facienda est solutio per stipulationem acceptat promissionem, quæ quidem nouatio, delegatio, aut promissio non apparet in casu nostro, ideòque omninò fateamur oportet, priorem obligationem contractam non esse extinctam, nec Scribentes fuisse liberatos, ex regula *text. d. l. finalis C. de nouat.*

Ex quo etiam sequitur, vt admissa etiam doctrina *Bartoli in l. singularia*, adhùc habeamus in hoc nostro casu intentum, cùm *Bart.* sic distinguat. Quòd si Mercator promisit soluere, ista promissio cedit loco solutionis (cùm verbum, *promitto*, importet stipulationem, & sic nouationem, vt suprà fundauit) si verò Mercator non promisit, sed tantùm dixit, quòd soluet, non inducitur liberatio. Cùm ergò in dorso literarum nullum verbum adsit de promissione, immò nunquàm fuit ordo, seù literæ Iosepho præsentatæ, & si fuerint in partem solutæ, non aliam ob causam, nisi quia nunquam voluit D. Fabritius Iosephi fidem sequi, iuxtà notata per *Salycet in d. l. si filius familias*, & per *Gait. d. cap. 2 tit. 7. num. 2386.* quæ ergò ratione dici poterit, Scribentes fuisse liberatos, etiam in opinione *Bartoli*. Et in puncto, quòd quando literæ non sunt præsentatæ, non procedit *Pragmatica*, tradit *Dominus* meus in dicta *pragmat. numer. 4. in fine*.

Verùm in. verò aduertant, rogo, nàm si non fallor, in hac nostra facti specie sumus extrà scrupulum,

quandoquidèm quæstio à DD. tractata est, an scribens tertio aliquis, vt soluat, sequuta acceptatione sit liberatus, casus verò nostri est longè diuersus nàm Gubernatores non scripserunt alicui tertio, sed sibi ipsis, & personæ eos repræsentanti, scilicet Iosepho nostro Capsenio, & Locumtenenti, qui tanè scribendi nouus est etiam inter Mercatores vsitatus, prout testatur *Gaitus d. tit 7. num.* 1392. vt cùm aliquis per literas cambij ipsemet soluere promittit, dicendo, *pagarò io per questa prima di cambio à Pietro docati* 100.

Ex quo sequitur duorum alterum, quòd aut cùm non sint personæ diuersæ, nec diuersi debitores, non facta solutione per Capsenium, Locumtenentem, seù Institorem, à Principalibus Gubernatoribus ordinata, remanent adhùc Principales substituentes, & Domini, qui solutionem mandauerunt insolidùm obligati, *l. quicunque, ff. de instit. action. l. si Institorem* 29. *ff. si cert. petat.* aut cùm ipsi captam, & administrationem Iosepho antè solutionem ademerint, eorum culpa, & dolo factum est, vt solutio non sit facta, enim verò si Ioseph in capsa, & administratione perstetisset, vtique soluisset. Contrahens enim appositò nomine officij censetur officij contemplatione contraxisse, *Bart. in l. fin. ff. de instit. action.*

Id, quod facilè parat responsionè obiectioni partis aduersæ, vt doctrina *Salycet. in l. si filius familias, ff. ad Maced.* quòd scribens non liberetur, nisi completis literis, procedere, quando per scribentem fierit, quin literæ compierentur; nàm data etiam hac restrictione, hoc casu nostro scribentium facto, & opera factum est, literas non fuisse completas, per ablationem scilicèt officij, & administrationis.

Nec alicuius erit considerationis vana, & insulsa partis aduersæ consideratio, quòd doctrina Domini *Præsid. Rouiti* cùm sit fundata in *decis. Præs. de Franch.* nó potest procedere, ex quo dicta *decisio* non procedit, quando acceptans esset debitor scribentis, eo enim casu accedit obligationi vti principalis, & nó vti fideiussor, cùq; Ioseph de Caro esset debitor Artendamenti, accessit tànquà principalis, quoniã concedo, q̃ quãdo est debitor, accedit tanq̃ principalis, sed nego, quòd per hoc liberetur alter principalis, qui priùs erat obligatus, sed benè efficientur duo rei debèndi, nec postera obligatio vnius, pristinam nouat obligationem alterius *l. in duobus 9. ff. de duobus reis*, sicut nec obligatio fideiussoris nouat obligationem principalis, *l. si ità fuero 6. ff. de nouat.* vbi *Bart.* nec si creditor contrà vnum ex pluribus reis experiatur, ceteri liberantur *l. fin. § idemquè C. de fideiuss.* & sic vel accedat vti principalis, vel vti fideiussor, semper tenebitur, nec liberatur primus debitor principalis scribens, prout tradit *Rota Genuens. decis. 8.* sub *num.* 19. & in vtroquè casu procedet doctrina Dom. *Præsid. Rouiti.*

Retenta ità què hac verissima sententia, quòd Scribentes per acceptationem non sunt liberati, tùm quia est opinio ab omnibus recepta, & ratione fundata, tùm etiam, quia nos sumus in casu faciliori, cùm non appareat promissio, nouatio, seù & ordo, seù literæ non apparent præsentatæ, sed reperiuntur penès D. Fabritium, alterum, quod opponunt de *Regia Pragmatica*, non cadit in quæstione nostra, tùm quia non sumus in literis cambij, de quibus loquitur *Regia Pragmatica*, sed in simplici ordine, seù literis missilis, cumquè *Regia Pragmatica* sit correctiua iuris communis, & exorbitans, non debet extendi, tùm etiam, quia facto, & culpa Gubernatorum non fuit soluto procurata, & completa per ablationem capsæ, & officij à Iosepho, cui non apparet, literas missæ præsentatas, quo casu non procedit *Regia Pragmatica*, vt est suprà fundatum.

Et licèt pars aduersa replicet, hoc fuisse decisum per R.C. quæ mandauit fieri depositum, adeò quòd non poterant audiri sine depositu, propter rigorem literarum cambij, non possum tamen, non mirari de huiusmodi replicatione, pro cuius confutatione aduerto, quòd non sequitur bona consequentia, mandauit Regia Camera fieri depositum, ergò sunt literæ cambij, cùm etiam Epistola, vel alia priuata scriptura, recognita, vel à parte acceptata paratam habeat executionem, *Mayon. decis. Lucens. 15. num. 19. Gait. cap. 2. tit. 6. num.* 1121. ex *Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. final. par. 1. §. 5. num.* 17. post *Bart.* & alios, quos allegat, & *Nicol. Gemma de script. priuat. tit. 1. num.* 32. Cùmquè Gubernatores acceptauerint ordinem, seù literas missiuas scriptas pro solutione, sed dicebant, velle probare nouam conuentionem, fuit per Reg. C. prouisum, quòd facto depositu audiantur, quod tamen facere non curauerunt, & sic non fuerunt admissi ad probandum prædictam prætensam nouam conuentionem.

Facta relatione per Dominum Regentem, rènc R.C. Præsidentem, & causæ Commissarium fuerunt condemnati Gubernatores prædicti ad soluendum D. Fabritio Carafa Comiti Policastri duc. 281. pro complemento duc. 1000.

Ioannes Lagnarius.

De Locato, & Conducto, seù de migrando.

Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista corrigit* Consuetudinem Ciuitatis Neapolis.

2 *Locationes domorum in hac Ciuitate Neapolis non sunt differmes, & quandò olim incipiebant, & quãdò hodiè, subijcitur.*

3 *Limitatio ad tenutam litem quæritur, §. qui impleto in fine, ff. locati. & tacita reconductio in hac Ciuitate censetur facta pro integro anno, non autem pro eo tempore, quo quis habitauit.*

4 *Pignorum obligatio, quæ in tacita reconductione durat, an censeatur introducta pro mercede tacitæ reconductionis, vt ex tunc, vel vt ex nunc, & quid in obligatione fideiussorum, vel aliorum, qui sunt obligati in prima conductione, & nu. 5.*

6 Text. in d. §. qui impleto procedit etiam mortuo locatore infrà tempus primæ conductionis. vel etiam si conductor mortuus sit, quandò eius hæredes perseuerent, & hoc casu an transeat obligatio in fideiussores primæ conductionis.

7 *Tacita reconductio habet executionem paratam, prout habebat prima.*

8 . . . *si ab initio non fuit allegata, sed expressa, tunc expressa si non sit probata, non poterit inuari Inquilinus ex tacita, nec in alijs casibus, de quibus remissiuè num. seq.*

9 . . . *non procedit statim in ipso ingressu sequentis anni finito primo, sed si post aliquos dies non[illegible]*

allegauerit, infrà quos habitauerit absquè vlla interpellatione.

10 . . . *an habeat locum, vbi prima conductio fuerit facta in scriptis, & affertur intellectus ad d. §. qui impleto, in fine, in illis verbis, nisi in scriptis certum tempus.*

Dictionis, nihil natura.

11 *Reconductio quæ ab Inquilino allegatur expressè facta sibi per Locatorem, an admitti debeat absquè scriptura in promptu producta, & nu. 12. 13. & 14.*

15 *Probatio per testes an sit denegãda in materia tex. in l. neminem, C. locati, etiam si tam magnandi tempus aduenit, si testes sunt legales, & fide digni, & n. 17.*

16 *Solutio licèt dicatur, quòd non possit probari per testes, sed per scripturam, verum possit adhuc per testes probari.*

Instrumentorum appellatione veniunt etiam testes.

18 *Locator durante conductione, vel reconductione tacita, siue expressa non potest expellere conductorem, etiam si offerat illi reficere interesse, num. 20. nisi conductor cessauerit à solutione pensionis in terminis promissis.*

19 *Locator poterit expellere Conductorem, si probauerit, domum sibi esse necessariam pro propriis vsibus, etiam si Conductor habeat eam in specie obligatam, quod procedit respectu ipsius Domini, vel eius successoris vniuersalis, non autem aliorum successorum, quod non habet locum, si Dominus aliter sibi commodè prouidere poterit.*

21 *Emptor, vel quilibet alius singularis successor an poterit expellere conductorem habentem causam à venditore, siue primo Domino.*

22 *Successor particularis an teneatur stare colono Ecclesiæ habenti causam a Prælato defuncto.*

23 *Fideicommissarius an teneatur stare colono hæredis grauati.*

24 *Filius an teneatur stare colono, habenti causam ab eius patre in bonis aduentitijs post mortem patris, remissiue.*

25 Text. in l. emptorem, C. locati *procedit etiam in casu contrario, vt colonus possit recedere à conductione inuito singulari successore.*

26 Tex. in d. l. emptorem *habet locum re integra, antequàm nouus annus sit inceptus, nàm in anno iam incœpto successor tenetur stare colono, & colonus debet perseuerare in conductione.*

27 *Conductor si vitæ non poterit habitare in domo locata, iusto aliquo timore ductus, poterit à conductione recedere, nec ad pensionis solutionem tenebitur.*

28 *Pensionem domus tenentur soluere filij, & vxores, qui cohabitauerunt cum patre familias, ipso existente non soluendo.*

29 *Vxor mortuo viro si permaneat in eius domo, nùm. teneatur ad solutionem pensionis.*

Hypotheca tacita cum prælatione etiam aduersus anteriores creditores quando detur Domino pro pensionibus domus, aut hypotheca.

Mœnia bona sunt etiam tacitè hypothecata pro pensione rei conductæ.

Hypothecæ tacitæ vt bona remanent obnoxia, qualiter debeant esse inuictæ.

Insuper semel inuictæ & amota remanent eodem onere affectæ, cum declaratione tamen, quæ hic subnectitur.

Perpetuum in materia locationis *intelligitur durante tempore locationis.*

30 *Locationis annus, qui ex certa die vsquè ad certam diem, qua migrandum est, in Ciuitate Neapolis ex inueterata consuetudine practicatur, vigebat etiam tempore Romanorum in ipsa Vrbe Roma.*

ESsendosi visto per esperienza,&c.

Tempus locandi domos in Ciuitate Neapolis à medietate mensis Augusti transitur ad primã diem mensis Maij. I. D.

1 Corrigitur *Consuetudo Ciuitatis Neapolis*, de qua *Additio ad Napod. in Consuet. Sed si finaum, tit. de locat.*

Sed tàm ex consuetudine, quam ex pragmatica
2 resultat, quòd locationes ædium, siue domorum in hac Ciuitate Neapolis non sunt diffomes, sed vniformes, scilicèt incipiendo a certa die, vsquè ad eandem diem per anni circulum, qui annus secundùm consuetudinem incipiebat a die 15. cuiuslibet mẽsis Augusti, & in eodem die post annum finiebat, secundum verò hanc pragmaticam incipit, & finit in qualibet prima die Maij, ex hac modò consuetudine, & obseruantia resultat notabilis limitatio ad
3 *tex. in l. etem quæritur, §. qui impleto, in fin. ff. locat.* vbi *Iurisconsul.* recenset differentiam tacitæ reconductionis inter prædium rusticum, & vrbanum, & statuit, vt in rustico tacita reconductio intelligatur facta pro vno integro anno ad minus; in vrbano verò nõ nisi pro eo tempore, quo quis habitauerit, & si in vno mense tantùm habitauerit, pro eo solo censetur facta reconductio; modò limitatur hoc vltimum, vt in hac Ciuitate, in qua est consuetudo locandi etiam prædia vrbana a certa die ad certam diem, ea tacita reconductio censeatur facta pro integro anno, non autem pro solo eo tempore, quo habitauerit, ità pulchrè declarat *Ant. Gamm. decis. Lusit. 47. in fine, Magon. decis. Lucens. 47. num. 9. Borgn. Cauale. decis. Fusc. 44. n. 76. Gomez lib. 2. resol. tit. de locat. num. 15. in fine.*

Et postquàm incidimus in materiam *d. §. qui impleto*, per quem statuitur, in hac tacita reconductione durare eandem pignorum obligationem, sub qua
4 fuit contracta prima conductio, contingit dubitari, an eadem pignorum obligatio censeatur introducta pro mercede huius tacitæ reconductionis, vt ex tũc à die primę conductionis, vel potiùs, vt ex nunc à die tacitæ reconductionis? & per *d. §. qui impleto* videtur, quòd ex tũc, ponderando illa verba, *durare obligatio*, sed contrarium suadetur ex *tex. in l. legem, C. eod. tit in final. verb.* ibi *renouare videtur*, tu vide *Alber. in d. §. qui impleto*, qui videtur innuere, à die tacitę reconductionis.

Quid autem in obligatione fideiussorum, seù
5 aliorum, qui obligati sunt in prima conductione? *Ruginell. pract. quæst. cap. 24.* recenset quatuor opiniones, & tandem ipse relidet contrà fideiussorem, sed in contrarium videtur mihi *tex.* expressus in *d. §. qui impleto, in princ. vers. sed hoc ità.*

Eiusdem *tex.* dispositio ampliatur etiam mortuo
6 locatore infrà tempus primę conductionis, secũdùm *Castrens. in l. si id, quod, §. fin. ff. pro soc.* vel etiam si cõductor mortuus sit, vbi eius hęredes perseuerent, *Angel. in l. cùm satis, §. caueant, C. de agric. & censit. lib. 12. Menoch præsumpt. 85. num. 26. lib. 3.* vbi etiam alias tradit declarationes, & an etiam hoc casu transeat obligatio in fideiussores primę conductionis? disputat *Ruginell. ibid. cap. 25.* & concludit, transire.

7 Item ampliatur, vt hæc tacita reconductio habeat exequutionem paratam, prout habebat prima, *Intrigl. cons. 25. Cæsar Barz. decis. Bonon 60.*

8 Limitatur, vt non procedat, si ab initio non fuit allogata tacita reconductio, sed expressa, nàm expres-

si non probata non poterit iuuari Inquilinus ex tacita, *Reg. de Pont. cons.* 23. *n.* 5. *lib.* 1.

9 Ieni amittatur, vt non procedat statim in ipso ingressu sequentis anni finito primo, sed si post aliquos dies noui anni eam allegauerit, inita quos habitauerit, ibiq; aliqua interpellatione, secundùm *Canale. d. dec. Flor.* 44. *num.* 77. post *Bar. in d. Latem quæritur, §. 1. num.* 9. & 10. ac *ibidem Odofr.* & *Bald. in fi.* & alios, quos allegat.

Alias declarationes tradit *Seb. ast. Medic. de regul. iur. part.* 1. *regul.* 4. *ampliat.* 108. ad quem me remitto, post *Affict. dec.* 365. *Rota Genuæ dec.* 31. *numer.* 10. *vers. ottiua.*

Illam tamen limitationem non præteribo, vt scio 10 licet tacita reconductio non habeat locum, quandò prima conductio fuit facta in scriptis, vt pro absolutò habent: *Bald. in l. vnic. col. pen. num.* 40. *C. quand. non petent. part. Ias. in l.* 1. *num.* 66. *C. de iur. emph. Phyt. Tiber. Decian. resp.* 8. *num.* 11. *volum.* 3. per *text.* in eodem *§. qui impleto, in fine*, ibi, *nisi in scriptis certum sit tempus.* Mihi verò diutiùs cogitanti super intellectu illius *text.* nedùm id nullo modo probat, sed potius contrarium ex eo manifestè deducitur. Dixi, quòd no probat, nàm si reconductio in eo *text.* non datur, nisi pro eo tempore tantùm, quo habitauit, per habitationem iàm habuit effectum suum reconductio, ad quid ergò alia scriptura? non est ergò mirum, si *glos. ibi* tandiù insudauit in afferendo sensum intellectus ad illa verba, *in scriptis*. Dixi, quòd probat contrarium, nàm illa dictio, *nisi*, est dictio exceptiua, quæ ponit exceptionem ad regulam præcedentem, quæ regula præcedès est, vt in prædijs vrbanis inducatur tacita reconductio pro eo tempore, prout quisq; habitauerit, excipit postèa *Iurisconsultus* ab ea regula illum casum, si in scriptis certum tempus conductionis comprehensum est, vt scilicèt tunc non inducatur tacita reconductio pro eo solùm tempore, quo habitauit, sed pro integro tempore, contento in prima conductione facta in scriptis, exempli gratia, si quis in scriptis conduxit domum pro integro anno, & finito anno continuauerit in habitando per alium mensem, ex hac continuata habitatione resultat tacita reconductio, non solùm pro eo mense, quò habitauit post primum annum, sed pro alio integro anno, pro quo fuit facta prima conductio in scriptis. ergò licèt prima conductio sit facta in scriptis, adhuc reconductio inducitur ex continuata habitatione, & sic *text.* ille probat contrarium in hac limitatione, quòd autem in *d. text.* dictio illa, *nisi*, stet exceptiuè, dùm præcedit oratio affirmatiua, patet ex vulgata theorica *Bart. in l. si eum, §. qui inuriarum, num.* 3. *in fi. ff. si quis cautionibus*, & hanc opinionem tenet *Aff. dec.* 165. *num.* 10. vt nuper ponderaui in *vers. sed si scriptura.*

Quid autem in reconductione, quæ ab Inquilino 11 allegatur expressè facta sibi per locatorem, an admittenda sit absq; scriptura in promptu producta? hæc quæstio multoties in facto contigit, & in controuersiam fuit deducta, & aliqui asseuerabant, nullo modo admittendam esse sine scriptura, per *text.* expressum in *l. nè cui, vers. ipsis quidem, C. locat.* adducendo etiam *dec. Præs. de Franch.* 278.

Ego verò, dùm semel hanc quæstionem disputan- 12 dam suscepissem pro Dominico Missenno contrà Martium Riccardum, distinguebam, quòd aut Inquilinus allegat expressam reconductionem post finitum tempus primæ reconductionis, & tunc procedat *text. in d. l. nè cui, & dec. Præs. de Franch.* vt scilicèt non audiatur, nisi appareat scriptura reconductionis. Ratio est, quia prior conductor nolens migrare, continuò allegaret pactum nouæ reconductionis, & interim secundus conductor nollet stare sine habitatione, & sic noua locatio huic secundo facta per Dominum domus nunquam haberet effectum, aut verò illam allegauit antè finitum tempus primæ reconductionis, & tunc admittatur etiam sine scriptura, ad finem obtinendi terminum ad probandum reconductionem, etiam per testes, illoquè producendi durante tempore primæ conductionis, antequàm adueniat tempus migrandi, quo casu cessat ratio suprà ponderata.

Et quòd *text. in l. nè cui, C. locat.* procedat, quandò 13 est finitum tempus conductionis, & aduenit iam tempus migrandi, voluit in specie *Fulgos. ibi*, qui summando illum *text.* sic ait. *Conductor non potest inferre controuersiam in eandem rem secundo conducenti post finitum tempus suæ conductionis, nisi pactum in scriptis habitum inter ipsum locatorem & conductorem intercesserit*, & ne secùs procedit *dec. Præsid. de Franch.* 278. qui propterea in primis verbis *decisionis* ponderat, quòd erat in medietate mẽsis Augusti, in qua tunc tempus locationis terminabatur.

Quòd autem ratio, in qua fundatur ille *text.* sit il- 14 la, quia scilicèt prior conductor nolens exire, continuò allegaret pactum, & interim secundus conductor nollet stare sine habitatione, tradit punctualitèr *Bald. ibidem in 2. dell. in 2. notab.* & *ibidem Salyc.* similiter in 2. *notab.* per eadem formalia verba. Hanc etiam approbat *Præs. de Franch d. dec.* 278. post *n.* 5. *vers. & Salycet. ibi*, quæ ratio non potest considerari, nisi quandò aduenit iàm tempus migrationis primi conductoris, nam aliàs non esset in consideratione, quòd secundus conductor interim nollet stare sine habitatione, & licèt Pars aduersa aliam adduceret rationem, scilicèt nè Dominus inuitus cogatur locare rem propriam ei, cui non vult relocare; aduertatur, ergo, quòd hæc est maxima fallacia, nàm aut supponimus in facto, quòd dato termino Pars probauit plenè per testes, esse factam à Domino reconductionem, & tunc non potest dici, quòd Dominus cogitur inuitus relocare, quia stante probatione relocationis ab ipso Domino factæ non potest dici inuitus, sed volens, & sic cessat eius ratio, & dictũ in hoc casu, aut verò supponimus in facto, quòd Pars non probauit reconductionem expressam, & tunc si hæc probatio admissa est antè finitum tempus primæ conductionis, Dominus absoluetur à petita relocatione, ob probationem non factam, & per consequens secundus conductor cum Domini voluntate habitabit, & sic non est verum, quòd Dominus cogitur inuitus locare, aut verò hæc probatio per testes est admissa post finitum tempus primæ conductionis, & tunc verum est, quòd Dominus cogeretur inuitus locare, non tamen directè, seù præcisè, sed per indirectum, & cautariuè, quia scilicèt secundus Conductor interim, dùm recipiebantur probationes, nolunt stare sine habitatione, & sic facta sibi prouisione de alia domo conducta, Dominus illius domus, quantùmuis primus Conductor non probauerit secundam reconductionem, tamen nè domus remaneat vacua, contentatur relinquere eundem primum conductorem in domo, & sic reincidit hæc ratio adducta per Partem in eandem rationem considerandam à *Bald.* & aliis, vt suprà, quæ non militat antè finitum tempus locationis, sed eo tantùm finito.

Vlteriùs non omittam, quòd etiam in proprio 15 casu *text. in l. nè cui*, scilicèt, quandò iàm aduenit tẽ-

pus

pas migrandi, adhùc non omninò est deneganda probatio per testes, dummodò sint testes legales, & fide digni, ità in proprijs terminis *d. Iné eius* tradidit *Caroc. de locat. & conduct. in tit. de progressu accident. locationis, rubr. de libertate*, id materiam *Iné cui, q. 1. num. 67. fol.* mihi 148. quod probat authoritate *Butr. in cap. sicut. circa fin. extrà de probat.* vbi *Felin. col. 5. num. 14. vers. quarto & Dec. col. antepen. nu.* mihi 84. *limit. 5.* & per *tex. in l. Diui. ff. de liber. caus.* & *l. fin. ff. de action. & oblig.* & Ego comprobo authoritate illorum, qui admittunt, quòd etiam si Partes conueniant, vt solutio non posset probari per testes, sed per scripturam tantùm, quod non valere dicit *glos. in §. propterea in verbo senatusconsulto, circa medium, in auth. vt sine prohibit. matre*, adhùc tamen admittitur probatio per quinque testes idoneos, vt latè probat *Hippol. de Marsi. in rubr. C. de probat. nu.* 38. & non est mirum, quia appellatione instrumentorum etiam testes comprehenduntur, *l. 1. ff. de fide instrum. cap peruenit. lo primo, extrà de testib. cogend. Greg. Tholos. synt. gm. iuris vniu. lib.* 48 *cap.* 14.

16

Ego tamen, vt ingenuè fatear, quod tertio, hoc vltimum dictum puto verum, non ad finem retardandi migrationem primi conductoris post finitum tempus suæ conductionis, sed solùm ad finem recuperandi interesse à locatore, quatenus primus Conductor probauerit per testes reconductionem factam à Domino, quod passus fuerit ob non obseruatam conuentionem, vel ex conductione amplioris domus cum cariori mercede, vel alio modo.

17

Et ità fuit iudicatum in fauorem Dominici Misserini contrà Martium Riccardum per M. C. Vicar. dando terminum in causa sub die 23. Iulij 1610. & eligendo Examinatorem pro examinandis testibus sub die 2. Augusti 1610. & cum dictus Martius appellasset ad Sacrum Consilium, facta relatione in Sacro Consil. sub die 28. Septemb. 1610. fuit confirmatum decretum M. C. in Aula Consiliarij Felicis de Ianuario, à quo cùm reclamasset idem Martius, facta iterùm relatione in S. C. per eandem M. Cur. sub die 2. Martij 1611. fuit confirmatum decretum prædictum S. C. & *fol.* 25. *cum seqq.* fuit præsentatum aliud exemplum iudicatum per S. C. in eadem Aula in anno 1603. Actuar. Mag. Cur. Vic. est Franciscus Vulturalis. Nupèr prodijt in lucem inter decisiones *Consil. Gizzar. decis.* 71.

18

Durante tamen conductione, vel reconductione, siuè tacita, siuè expressa sit, locator non poterit expellere conductorem, *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. l. 13. C. eodem*, nisi Conductor cessauerit à solutione pensionis in terminis promissis, vt in eodem §. *inter locatorem*, propè *finem*, ad cuius materiam est videndus *Alexand. cons.* 105. *vol.* 3. *Isa. in auth. quia rem, C. de sacrosc. Eccl. Affl. in Constit. Pacis cultum. num.* 30. *Couar. in rubr. de testam par.* 2. post *num.* 12. *vers. eodem fere pacto, Curt. iun.* in eodem §. *inter locatorem. Anton. Gamm. decis. Lusit.* 128. *Nauarr. in manual. confess. cap.* 17. *n.* 193. *cum seq.* vbi ampliat etiam in alijs casibus.

19

Item nisi locator proprijs vsibus eã necessariam sibi esse probauerit, vt in *d. l.* 3. *C. locat.* aut filij sui, secundùm *Intrigl. sing.* 322. *lib.* 1. etiam si Inquilinus haberet domum eandem in specie obligatam pro obseruantia conductionis, secundùm opinionem *Couar. lib.* 2. *variar. resol. cap.* 15. *num.* 4. sed hoc limitat procedere respectu ipsius Domini, vel eius successoris vniuersalis tantùm, nòn autem aliorum successorum particularium quorumcunquè, nisi tamen Dominus aliter sibi prouidere commodè posset, iuxtà declarationem *Nauarr. d. cap.* 17. *num.* 193. Ad eius tamen *tex.* materiam vide *Ant. Gabr. lib.* 3. *t. 1. de locat. concl.* 3. *Magon. decis. Lucens.* 75. *num.* 6. *Martian. dec.* 29. *Rimin sen. cons.* 613. *vol.* 4. & *cons.* 664.

20

& extrà casus expressos non poterit Dominus expellere conductorem, etiam si offerat illi refacere interesse, vt contulit *Aug. Aret. cons.* 70.

21

Quid autem in emptore, seu quolibet alio singulari successore, an poterit expellere conductorem habentem causam à venditore, seu primo Domino? materia est *tex. in l. emptorem, C. locati*, de qua sunt videndi *Boer. decis.* 234. *num.* 3. *versic. nec etiam habet. Alexand. in l. si filio, § fin. ff. solut. matrim. Couar. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. *Præs. de Franch decis.* 216. & 302. *Ioseph Ludou. decis. Lucens.* 38. *Magon. decis. Lucens.* 97. *num.* 8. & 23. *Benuntend. decis Bonon.* 54. *Laurent. decis. Auenion.* 108. *Gamm. decis. Lusitan.* 234. *Martian. decis.* 23. *Surd. decis.* 40 215. 264 & 265. & *cons.* 331. *volum.* 3. *Intrigl. consil.* 79. *Caroc. de locat. & conduct. par.* 3. *concl.* 12. 13. 14. & 15. *fol.* mihi 133. *d. terg. Præs. de Franch. decis.* 488. vbi loquitur in emptore sub hasta, & *decis.* 334. vbi loquitur in colono partiario, sed *Zoannet. rer. quotid. cap.* 42. pro primo anno negat, & in *l.* 2. *num.* 143. *C. de pact. inter empt. & vend.* vbi loquitur in colono emptoris cum pacto de retrouendendo negat, *Villadieg. lib.* 10. *for. iudic. tit.* 1. *lib.* 11. *num.* 2. affirmat, sed tenebitur locator restituere tatam pensionis, & interesse conductori, *Peregrin. de iure Fisci lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 33. loquitur in emptore Fiscali, & negat.

22

Quid autem in colono Ecclesiæ habente causam à Prælato defuncto? si locatio fuit facta nomine Ecclesiæ, & in eius vtilitatem, & non ad longum tempus, *Tiber. Decian. cons.* 14. *vol.* 2. *Valasc. consult.* 40. *Iacob. Phil. Port. cons.* 161. negant, *Ann. singul.* 488. & *alleg.* 92. affirmat, & quid in fideicommissario, an teneatur stare colono hæredis grauati? docet *Alber. in l. postulante. § fin. ff. ad Trebell.* affirmando, quòd sic.

23

24

Et filius tenetur stare colono habenti causam ab eius patre in bonis aduentitijs post mortem patris, *Ann. sing.* 217. & pro patre habente vsufructum est *tex. in l. arbores ff. de vsufruct.*

25

Et nota, quòd ille *text. in d. l. emptorem* habet locum etiam è conuerso, vt scilicet colonus possit recedere à conductione inuito singulari successore, secundùm *Padillan. l. vnum ex familia, §. 1. num.* 13. *ff. de legat.* 2. *Surd. decis.* 52. vbi multas tradidit limitationes; Sed respectu vtriusquè, locatoris s. & conductoris non est silentio inuoluenda limitatio, quam tradit notabiliter *Monald. consil.* 25. *volum.* 1.

26

vt *l.* regula *d. l. emptorem* procedat re integra, s. antequàm nouus annus sit inceptus, nam anno iam incœpto successor tenetur stare colono, & colonus tenetur perseuerare in conductione, idem *Surd. decis.* 40. *num.* 1. & *decis.* 52. *Borgnin. decis.* 344. *num.* 23. & 24. *par.* 1.

27

Verùm in omni casu si conductor non poterit tutè habitare in domo locata, iusto aliquo timore ductus, poterit à conductione recedere inuito locatore, nec ad solutionem pensionis tenebitur, iuxtà *tex. in l. habitatores. § fin. ff. locat.* de quo agit *Affl. decis.* 258. *Couar. pract. quæst. cap.* 20. *num.* 2. & iterùm *lib.* 4. *variar. resol. cap.* 6. vbi exemplificat illum *text.* in timore ex causa terrarum imaginum, & nocturnarum illusionum, quem casum aliquandò, immò pluriès accidisse scio in hac Ciuitate Neapolis, & consultò nolo nominare, sed est notandum, quòd

28 si

si paterfamilias conduxit domum pro habitatione sua simul cum vxore, & familia, eo existente non soluendo, tenentur ad solutionem pensionis principaliter eius filij, & vxor, qui inhabitauerunt, etiam de bonis propriis, & dotalibus, *Theſſ. lib. 4 quæſt. forenſ. quæſt. 53. num. 7. Canall. quæſt. 727. num. 41.* vbi *num. ſeqq.* id probat multis rationibus, ſequitur *Gratian. 29 diſceptat. forenſ. lib. 1. cap. 107. num. 9.* prout etiam mortuo viro vxor, quæ remanſit in habitatione, tenetur similiter ad pensionem pro rata temporis, niſi habitauerit cum hæredibus viri iure familiaritatis, *Gaſd. in l. contractus, Cod. locat. Vrſil. ad Affliſ. dec. 184. num. 6.* qui *numer. 4.* negat in bonis vxoris viuo viro, idem aſſerit *Gratian. diſceptat. forenſ. 713. num. 6.* vbi declarat, hoc procedere, ſi tempore conductionis maritus non erat ſoluendo *num. 10.* & in eodem *loco* declarat, Dominum domus, horrei, aut apothecæ locatæ pro pensione non præferri creditoribus, etiam anterioribus, niſi locata eſſet pro conſeruatione rerum ibi repoſitarum, eruntq; inuecta obligata etiam minoris conductoris, *Surd. deciſ. 287. nu. 14.* etiam ſubconductoris, vel ſi eſſent inuecta in porricu, ſeù arca rei locatæ, ſeù in naui, aut molendino, aut prædio ruſtico, & ſemel inuecta, etiamnota remanent hypothecata; dummodò eo animo adducta, vt perpetuò ibi maneant, ſ. toto tempore locationis, vt latè per *Mareſcott. lib. 2. variar. cap. 119. per totum*, qui ponit multas ampliationes, & limitationes: Si domus eſſet communis inter plures, & maior pars vellet alteri locare, & alter diſſentiret. Primum remedium erit, diuiſio, ſi domus eam patitur. Secundum remedium erit, vt diuidatur tempus fruitionis totius domus alternis annis. Tertium remedium erit, ſi non patitur commodam diuiſionem, vt locetur tota domus requiſito ſocio, & eo muito, quia ſocius poteſt vti re ad vſum deſtinata, quandò pro parte actus non poteſt explicari, & ipſe ſolus percipiet vtilitatem, & ſibi ſoli ex eo contractu inferretur præiudicium, quod ſecus eſſet, & omnib̃ concurreret conſenſus. Si vnus certæ perſonæ, & alter alteri vellet locare, præfertur honeſtior conductorum, ſi eſſent omnes honeſti, & diſſentirent in vſu fundi, quia alter vellet locare, & alter colere, Iudex debet curare, vt ager colatur. Præfertur tamen ſocius, ſi vellet domum, vel fundum pro vſu proprio, & alter vellet locare alteri; vt omnia reſolutiuè declarat *Gomez. variar. reſolution. tomo 1. c. 4. num. 14.*

Poſſet tamen ſocius locare rem communem pro parte ſocij ignorantis, iuxta doctrinam *Bart. in l. & hac diſt. actio 38. §. cum fundum, ff. locat.* quatuor concurrentibus. Primò, quod ſocius locet rem communem vti communem, & non vti propriam. Secundò, quòd ſit vtilis. Tertio, quòd res ſit deſtinata ad locidum, & conſueta locari. Quarto, quòd locatio ſit vtilis, & fructus præcedenti, vt per *Ger. Spin. conſ. 36. num. 19. cum ſeqq.* qui alios adducit.

Nec omittendum duxi, quòd hic frequentiſſimus vſus, qui Neapoli viget, vt ſcilicet locationes domorum incipiant vno, eodemque die vniuerſaliter, durature per annum tantùm, & alio certo die ab eis migrandum ſit, quia nonnullis dominatur tanquam abuſus, quaſi quòd ſatius ſit ad bene Rempublicam gubernandam, quòd locationes fiant, prout caſus locationis contingit, & Partes conuenire melius poſſunt inter ſe; non eſt nouus vſus à Neapolitanis perperam ex eorum capite introductus, ſed valdè antiquus, & ab ipſiſmet Romanis approbatus, prout multorum *Iureconſultorum*, & aliorum grauiſſimorum Virorum authoritate fundauit Ferdinandus meus filius in quadam ſua *Epiſtola*, quam ſcripſit Antonino Maſſimo I. Conſ. Romano, ſecum de hoc abuſu per literas altercanti, cuius tenorem hìc imprimendum curaui, videlicet

ANTO-

ANTONINO MASSIMO

I. C. ROMANO

Ferdinandus Rouitus S.P.D.

NON possum non mirari, te Romanum hominem, Romani iuris Consultum, mirari de more Neapolitanorum, qui Kalendis Maijs ex veteribus domibus migrare, & nouas incolere consueuerint, quandò mos iste ab Vrbis consuetudine promanauit, quam indicat *Iulianus* ad Vrsicium Ferocem scribens. 1. de eo, qui fundum alij obligatum sic emptum rogauit, vt esset is sibi emptus, si cum venditer liberaret, dummodò ante Kalendas Iulias liberaret, quærens, an vtiliter in ea facti specie ex empto agi posset: intererat enim emptoris ante eas Kalend. prædium liberari, vt si vellet illic habitare, posset, aut alij locare ex Romano instituto, iuxta quod veteres inquilini illa die ex conductis domibus in alias commigrabant, id clarius ostendit *Iabolenus lib. 6. posteriorum.* 2. pertractans de domu locata in plures annos, quam præstare, inquit, locatorem debere, vt non solùm habitare Conductor ex Kalend Iulijs cuiusq; anni, sed etiam locare, & habitare cum alijs, si velit suo tempore, possit, subiungitq; si forte ea domus ex Kalend. Iulijs fracta vsq; in Kalend. Iunias permansisset, ita vt nec habitare quisquam, nec ostendi alicui possit, (quæritanti scilicèt domum conducere, vt hodiè fit, titulis præforibus inscriptis) nihil locatori conductorem præstaturum, adeò vt nec cogi quidem possit ex Kal. Iunijs refecta domu habitare, veluti si quispiam hodiè locata domo ex Kal. Maijs, eaque non idonea ad habitandum existente, incolendam traderet ex Kal. Aprilis; nec alius est *Aphricani* sensus *lib. 8. quæst.* 3. Balneum quis conduxerat, & donec merces soluerentur conductor seruum locatori pignori dedit, idem Conductor ante Kal. Iulias eũdem seruum alij ob pecuniam creditam pignori dedit, quæstio fuit inter locatorem bonæ fidei, & creditorem pecuniæ, vter in serui pignore præferretur, consultus *Aphricanus*, Prætori consuluit, vt locatorem in pignoris prioritate tueretur; allegabat autèm pecuniæ creditor, eo tempore, quo ipse serui pignus accepit, nondùm quicquam locatori balnei pro conductione deberi, id sanè tempus expressit *I. C.* cùm ante Kal. Iulias (quarum scilicèt die pendentis dies cedebat) seruum pignoris nexu traditum ob creditam pecuniam discuti; accedat *Celsus libro Digestorum quinto supra vigesimum.* 4. qui meminit de eo, qui domum precario dedit in Kal. Iulias non vltrà, accidit enim id perìcpè diebus etiam nostris, vt cùm domos locare non possumus, gratis postremis mentibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrandum est, ex his *I. C.* locis luce clariùs apparet priscorum Romanorum mos in die K. Ian. Quintilis migrandi, quorum locorum depravatorum etiam in Florentinis Politiano debemus restitutionem, teste *Antonio Augustino.* 5. & iam indè à *Ciceronis* ætate erat consuetum Kal. Quintilibus, siuè Iulijs migrare, is enim dies conductionum primus erat, prout scribit ad *Quintum fratrem.* 6. mu. domum Lucrinianam ad lucum Pisonis conduxerat, suadetq; ei, vt paucis mensibus post Kalen. Quintiles in proprias domos remigrare velit, quasi solemnem illam diem ei rei, de qua agebat, indicaturus; *Idem ad C. Memmium* scribit. 7. intercedens pro Euandro, cui propter opera instituta multa multorum subirum erat emigrare Kal. Quintilis; hunc statutarium fuisse coniicimus, innuit autèm *Cic.* vt cùm instarèt iam Kalendæ, & propter breuitatem temporis incommodum illi esset emigrare ex ædibus ob opera nondùm absoluta, quæ moueri loco, ac aliò transferri minus tutum videbatur, eidem habitationem accommoder, ne ũ damno cogatur Kal. Quintilibus emigrare. Hinc cùm Senator quidam sordidus dedita opera sub Kal. Iulijs ad hortos demigrasset, vt vilius post eam diem domum in Vrbe conduceret, (quod nostra ætate factitatum videmus) Tiberius eam indignitatem stomachatus, ei latum Clauum ademit. 8. eundem morem satis indicat *Martialis.* 9. festiuè in Vacerram iocatus, cuius vilem suppellectilem ex conducta domo asportatam dedecus appellat Iuliarum Kalendarum, tantiq; mos iste apud Romanos habebatur, apud quos atrorum, fastorumq; dierum religiosa erat obseruatio, vt Kal. Quintilium diem, in quo ex veteribus domibus in nouas commigrabant, veluti boni euentus, & fortunatum obseruarint. 10. eundemq; morem in Kalendario Romanorum fastorum annotauit *David Origanus Glacensis.* 11. & viguisse cùm in vrbanis, tùm in rusticis prædijs ex recensitu *I. C.* verbis, domus, & fundos exprimentibus, animaduertisti, quod & alij notauere. 12. & si prædijs rusticis Kalendas Martias alijs 13. obtigerint, ducti ex *Papiniani & Scævolæ* verbis. 14. qui nihilo magis hoc intellexerunt, vicunq; tamen res se habuerit, certa dies migrandi ex conductis domibus destinanda fuit in bene instituta Republica, in qua cùm Ciues conductitijs domibus indigeant, nõ omnibus proprias habentibus domus, & ijs, qui habent, non semper propriæ vsui sint, necesse etiam fuit tempus huic rei seligere opportunum, in quo quis veterem linquens domum, nouam inueniat ad habitandum; alias inquilini ex veteribus domibus migrantes, aut nouas non inuenirent, aut certè non commodas ex necessitate ipsos cogente ad conducendum incommodas, quasq; inuenire casu obtulerit, quibus sæpè difficultatibus prædicti Ciues in ædibus habitationis vsu parum

1. *l. cùm ab eo 41. ff. de contrab. empt.*

2. *l. cùm in plures 62. in princ. ff. locati.*

3. *l. qui balneum. 9. ff. qui potior in pign. hab.*

4. *l. cum precario, 12. ff. de precar.*

5. *lib. 4. emend. iur. ciuil. cap. 14.*

6. *Cic. lib. 11. epist. ad Quint. fratrem epist. 3.*

7. *Cic. epist. 2. lib. 13.*

8. *Sueton. in Tiber. cap. 35.*

9. *Martial. epigr. lib. 12. epigr. 32. in prin.*

Sig
ò Iuliarum dedecus Kalendarum, vidi Vacerra, sarcinas tuas vidi. quas non retentas pensiones pro buma, portabat vxor.

10. *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 20.*

11. *In 2 to. Ephem. sub anno 1633.*

12. *Guid. Pancirol. lib. 1. thes. var. lect. cap. fin.*

13. *Barn. Brisson. de verb. quæ ad ius*

pertin.signif.lib.3.in Kalendis.
14.*l.defuncta* 64.*ff. de vsufr. l. diuortio* 8. *in 9. è contrario, ff. soluet.matr.*
15. *Pragm.*1. *de locato.*
16. *Anno* 1603. *Anno* 1611. *Prag.* 2.*&* 3.*de locat.*
17.*d l.qui balneum* 9 *ff.qui pot.in pign.*
18 *d.l.defuncta* 64. *ff. de vsufr.*
19.*l.vnic. ff.de migrando.*

parum idoneis remanerent, ipsi veluti carceribus inclusi, cogerentur. Neapoli verò annum ante octuagesimum nonum supra millesimum quingentesimum migratio exitus acerbi cuiusdam tudine in mense Sextili sub leonis æstu contigebat. 15. in anni tempore patribus familias nimis importuno Cerere in horreis iam recondita, Bacchoq; in subterraneis fornicibus Aetheris igneis iterùm extimescente, vt proinde ab eo tempore migratio migrauerit ad Kal. Maias, quo anni tempore Taurus desuper colla iugo submittit, farinarum onera leuaturus, opportunum tempus indicando; quod postea intercedentibus annis, Religionis ergò primò ad postridie Kalend. deindè in quartam mensis diem fuit translatum. 16 Neque per annuæ migrationis occasione sumpta alium in ea re Ciuitatis nostræ morem referre, soluendæ scilicet pensionis pro domibus conductis bina præstatione; altera scilicet portionis in Quintili mense; altera reliqua in termino conductionis, qui videbitur Romanæ consuetudini contrarius, iuxtà quam pensio soluebatur in fine anni, si hoc voluit dicere *Aphricanus* in recitata Balnei cõtra duorum iuuenum quæstione, dùm antè Kalend. Iulias quicquam pro conductione debere negat. 17. Verùm antè Kalen. Martias pensiones exolui moris fuisse legimus apud alios *l.* 18 Sed forte ea solutionum tempora priuata pactione cauta fuere; quòd si nihil conuenerit, moris fuisse coniicio interendi mercedem conductionis duabus semestribus pensionibus, vt *Vlpian. lib.*74. ad edictum de migrando. 19. particulatim indicat, Desine mirari; sed non admirari. Vale. Neapol. pridie 9. Ianuarij Anno MDCVIII.

De Magistris artium, seù Artificibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Magistri artium mechanicarum mechanici appellantur, & de istis tractatur hic, & non de Magistris artium liberalium.*
2 *Sartorès non possunt Toraciariorum artem exercere.*
3 *Picturia ars an inter artes mechanicas cõnumeretur, rem ipsam.*

HAec rubrica loquitur de Magistris artium mechanicarum, & non liberalium, vt patet ex artibus enunciatis in nigrò, & constat ex declaratione 1 *glos. in §. quod autem, in verb mechanicis in auth. de non alien. aut permut. reb. eccles.* quæ *ibidem* ait, quòd magistri harum artium dicuntur mechanici. Artifex verò vnius artis non poterit exercere officia artificis alterius artis, vt fuit decisum in Senatu Lusitano, teste *Gabed. decis.* 158. *par.*1. & Nos sententiauimus 2 in Sacr. Consil. vt Sartores, seù Sutores non possint 3 exercere artem Toraciariorum. Quid autem in arte Pictoria, an connumeretur inter artes mechanicas? *Pereir. decis Lusit.* 113. refert decisum in vna causa affirmatiuè, & in alia negatiuè.

De Magistris artium, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Primarius de iure communi appellatur Primas mechanicus.*
2 *Primarij duo vnò, eodemq; tempore esse possunt, quod malè seruatur in Ciuitate Neapolis, quòd sit vnus tantùm Primarius.*
3 *Primarij, & Tabulariorum à iudicijs appellari non possit.*
4 *Fabricatores pro malo magisterio puniuntur, vt hic, quæ pœna non tenet eos in perpetuum, sed vsquè ad annos quindecim tantùm in operibus publicis.*
5 *Fabri derelinquentes opera imperfecta, si non reperiantur alij Fabri, qui ea ad perfectionem deducant, puniuntur, vt hic, quod erat etiam de iure communi prouisum.*

ESsendo, &c. Datur modus Fabris vnicuiquè iuxtà artem suam. Dùm in primo capite huius pragmaticæ fit mentio de Primario, & Tabulatijs, 1 notandum, quòd Primarius hic de iure communi appellatur Primas mechanicus, vt probat mihi *text.* optimus in *§. quod autem, verf. duabus per tempora Primatibus mechanicis, in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles.* Ex quo *text.* est etiam notandum, quòd vno, & eodem tempore possunt esse duo Primarij, & sic malè seruatur in Ciuitate Neapolis, quòd sit vnus tantùm Primarius. 2

Quòd autem à iudicijs Tabulariorum, & Primarij possit appellari, probatur tàm de iure communi, ex traditis per *Garz. de ex pens. & meliorat. c.* 24. *nu.* 22. quàm de iure Regni, ex *pragm.* 2. *infrà eod.* 3

Nota ex *verf. item dicto magistri fabricatori*, circà *principium* huius *pragmat.* penam inductam contrà Fabricatores pro malo magisterio, sed est aduertendum, quòd hæc pœna non tenebit eos in perpetuum, sed vsquè ad annos quindecim tantùm in operibus publicis, vt est *text.* ad literam in *l. omnes. C. de operib. publ.* & explicat *Præsides Matias Sarges in Apostillis* ad *Marcum Antonium fratrem de Neapol. illustrata, in verf. sublata potestate ædificandi, col. pen. fol.* mihi 439. *Claper. caus.* 198. 4

Et dùm in *verf. seq.* ibi *item, che nessuno fabricatore* imponitur pœna huiusmodi Fabris derelinquentibus opera imperfecta, non repertis aliis Fabris, qui ea ad perfectionem deducant, vt scias, quid circà hoc sit prouisum de iure communi, vide *text. in l. penan. ff. C. de ædif. priuat.* 5

De Memorialia, seù libellos subtrahentibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Subtrahentes aliena memorialia literas, & scripturas alienas tàm per hanc pragmaticam, tàm etiam per ius commune quæ pœna puniuntur.*

PEr diuerse persone, &c. Subtrahentes aliena memorialia prouisa in Regia Cancellaria puniantur. Nobiles pœna 1 depositationis, Ignobiles verò perpetuæ remigationis, si procedatur ad Partis quæstionem, quòd si ex officio puniantur pœna statuta de iure communi, & alia arbitrio Proregis. H.D.

Quæ

Quæ autem ſit pœna ſtatuta à iure communi contrà ſuotrahentes literas, & ſcripturas alienas, docet *Nauarr. in manual. confeſſ. cap. 18. num. 53. & ſeq. Bertaz. conſ. crim. 112. Anna ſing. 383.* latiſſimè *Farinac. q. 150. part. 4. num. 114. cum ſeqq. & part. 7. num. 154. cum ſeqq.*

De Mercatura Officialibus prohibita. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Mercatura an ſit laudanda, vel vituperanda, remiſſiuè.*
2 *Mercatura an aboreat nobilitati.*
3 *Mercator, vel Negotiator quis dicatur.*

A MErcatura an ſit laudanda, vel vituperanda, declarat *Tiraq. de nobilit. cap. 33. num. 8. cum*
1 *mult. ſeqq. Caſſan. in catalog. glor. mundi par. 11. conſider. 45. Benedict. Stracc. de mercatur. part. 1. & 2. Mexia de 12 aprilis comit. 5. num. 137. & ſeqq.* & de-
2 rogat nobilitati, ſi adhibeatur in contrarium, vel per alios exerceatur, *Tiraq. de nobilit. cap. 33. num. 20. &*
3 *Minſynger. obſerv. 54. cent. 6.* & quis dicatur propriè
B Mercator, ſeù Negotiator, declarat *Bart. in l. legatis, ff. de leg. 3. Anchar. in c. quanquàm, de cenſib. in 6. Goffred. de Caieta ſuper ritibus Reg. Camer. in rubr. de iure fundi, verſ. item reuertendo ad canonicos, fol. mihi 24. à tergo, & in verſ. ſed circà proximè dictum, fol. mihi 14. & à tergo.* ſcilicet vt emat negotiationem quæſtuariam, & aliquid percipiat ille, qui rem emit, & ipſam integram, & immutatà vendendo lucretur.

ADDITIO.

A MErcaturam vituperauit *Cicero in libro de officijs*, dicens. *Officium Mercatoris non eſt officium aperti, non ſimplicis, non ingenui, non iuſti, non boni viri, ſed verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis, et callidi.* Potrò in rebus emendis, vendendiſque tot inſcent fraudes, tot verbis abundant Mercatores, vt impoſſibile ſit, emptores ab eorum fallacijs illaſos euadere, quorum circumuentiones benè deſcripſit *Horat. lib. 2. epiſt. 2. ad Iulium Florum*, his verſibus.

Si quis fortè velit, puerum tibi vendere, natum
Tyburre, vel Gabijs, et tecum ſic agat hic et
Candidus, et talos, à vertice pulcher ad imos
Fiet, erit q tuus, nummorum millibus octo,
Verna miniſteryis, ad nutus aptus heriles
Literulis græcis imbutus, idoneus arti.
Cuilibet argilla quiduis imitabitur vda
Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.
Multa fidem promiſſa leuant, vbi plenius æquo
Laudat venales, qui vult extrudere merces.
Res vrget me nulla, meo ſum pauper in æere
Nemo hoc Mangonum faceret tibi non temerè à me
Quinis ferret idem. Semel hic ceſſauit, et vt ſit
In ſcalis latuit, metuens pendentis habenæ
Des nummos, excepta nihil te, ſi fuga ladat
Ille feret pretium pœnæ ſecurus opinor.
Prudens emiſti vitioſum, dicta tibi lex eſt.

Et conueniunt verſus *Ouidij lib. 1. Metamorph.*

Omne nefas, fugere pudor, verumquè fideſq;
In quorum ſubiere locum, fraudeſquè, doliq;
Inſidiæquè, et vis, et amor ſceleratus habendi.

Hinc refert *Redoan. de ſpol. Eccleſ. quæſt. 2. num. 2.* quem citat eruditiſſimus *Velaſq. de priuileg. pauper. p. prima. quæſt. 8. ſub nu. 1.* Carthaginenſes Mercatoribus aditum ad ſtatuas diuertoria, nec ea volebant, cum Ciuium habitationibus eſſe communia, neque aſpectus eis concedebatur ad ſecretiora Vrbis loca, ſicut Græci etiam obſeruabant, eos intra Vrbem non recipientes, & apud multas Reſpublicas ſtatutum erat, ne quis Mercator Magiſtratum gereret, nec in Senatum, nec in Conſilium admitteretur. Et Mercatorem vix, aut nunquam poſſe placere Deo, dixit *Diuus Chryſoſtom. ſuper Matth. cap. 21. hom. 38.* cuius verba ſunt deſcripta in *c. ejciens Dominus 88. diſt.* quod patet, nam Dominus noſter *Ieſus Chriſtus* eos eiecit de Templo, quia iuſtitiam Dei minimè conſiderantes per iminoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces ſuas plus pertitijs onerando, quam pretijs; iunt verba *tex. in c. quid eſt aliud 88. diſt.* & tandem multas Mercatorum fraudes detegit *Affliet. in Conſt. Mercatores*, ſub *n. 3. & 4.*

Hæc etſi apertè conuincant Mercatorum pernicioſum Vrbibus mercimonium non eſſe admittendum, nihilominus negari non poteſt, quin Negotiatores ad bene, beatèquè viuendum, Vrbibus ſint neceſſarij, prout ex *Platone* monet *Calliſtratus Iureconſ. in l. 2. ff. de nundin. Indiget enim Ciuitas pluribus vtiq; ruſticis, et alijs conditoribus, et alijs miniſtrantibus, inchoantibus, et incbentibus ſingula; hi autem ſunt negotiatores*, vt inquit *tex. in d. l. 2. ff. de nundin.*

Præterea hæc, quæ dicta ſunt de Mercatorum fraudibus, ac difficultate placendi Deo, non ſimpliciter, & abſolutè admittenda ſunt, cùm quia etiam Publicanos, & peccatores *Chriſtus Deus* recepit, & cum eis diſcumbebat, nec venit vocare iuſtos, ſed peccatores, vt hæc omnia habentur in *Euang. Matthæi, cap. 9.* tùm etiam, quia non eſt neceſſe Mercatores, cùm merces vendunt, fraudibus, ac mendacijs, aliiſq; circumuentionibus vti, ſed poſſunt mercaturam iuſtè, omniq; dolo remoto, peragere. Sic Deo placere, & Reſpublicæ vtiles, & neceſſarij eſſe, & tùm denique, quia *Chryſoſt. in d. c. ejciens Dominus*, non dixit omninò, Mercatores non poſſe placere Deo, ſed quòd vix, & ſic, non excludit omninò Mercatores à Regno Dei, ſed innuit, quòd cum difficultate admittuntur, quæ ſanè difficultas, non dicit impoſſibilitatem. Præſertim quia inter Mercatores, ſeù Negotiatores, quorum generale eſt nomen, *l. ſeruus legatis, in principio. ff. de legat. 3.* & dixit *Guid. Papa deciſ. 287. ſub num. 1. in fine*, comprehenduntur Campſores, ſeù Argentarij, Nummularij, & ſimiles, qui nobiliter, ſatiſq; honeſtè, ac probè mercaturam, ſeù negotiationem exercent, inter quos tanta exuberat fides, tantaq; Religio, vt in eorum cauſis, bona tantùm fides, & facti ſolùm veritas attendatur, ac de bono, & æquo procedatur, *Rota Genuenſ. deciſ. 31. num. 1. & deciſ. 3. num. 23.* quorum fides, ac probitas ità publicè ſpectatur, vt ipſorum libris plena fides, etiam ad fauorem ipſorum Nummulariorum, ſeù Bancheriorum, præſtetur, prout teſtatur *Rota Genuenſ. deciſ. 38. num. 2. et Eſcobar de ratioc. cap. 11. num. 7. et 13.* qui ſub *num. 8. et ſeq.* latè tractat etiam de libris Mercatorum, an, & quando eis ſit fides adhibenda. Et ſic iſtis ſaltem minimè adaptari debent ea, quæ de Mercatoribus fraudulentis, & dolioſis ſupra dicta ſunt (præſertim ſi ſint Nobiles, vel nobile obiectum tractent, *D. de Thoro in 1. p. compendiar. ver. Mercator librorum*) ſed ea intelligenda ſunt de Mercatoribus vilis conditionis, ac de rebus vilibus, & ſœdis, vt ſunt Cauponæ, & ſimiles, qui miſcent aquam cum vino, de quo conquæritur *Iſai. in cap. 1.* dicens, *Vinum tuum miſtum eſt aqua*, & vt *Affliet.*

loqui-

loquitur in d. *Const. Mercatores*, sub *num.* 3. inutilia vobis commendo.

Et de istis Negotiatoribus, Mercatoribus, Campsoribus, Nummularijs, & Argentarijs, & eorum officio agunt *Claper. in causa*, seù *decis.* 35. *quæst.* 6. & 7. & *Guid. Papa decis.* 287. & *ibi Addent.* qui eam etiam tractat quæstionem. An cuilibet liceat Campsoris, seù Cobibistæ, ac Argentarij, seù Nummularij mensam aperire, & tenere, vel Principis licentia sit necessaria, traditq; circa hoc diuersorum Regnorum mores, & instituta. Nos verò in hoc Regno circa Nummularium, seù Banchariam mensam aperiendam, & tenendam, habemus *Regiam Pragm.* 2. *de Nummular.* per quam statuitur, vt nemo possit Banchariam mensam aperiendi, & tenendi licentiam obtinere, nisi præstita cautione duc. 100. millia pro securitate interessatorum, & negotiantium, quæ cautio præstatur in Regia Camera, præuijs literis Regij Collateralis Consilij.

B Quis dicatur Mercator, quis Negotiator, Campsor, Nummularius, seù Argentarius, & quod sit eorum officium, & alia ad id pertinentia habes apud *Claper. in causa*, seù *decis.* 35. *quæst.* 6. & 7. *Guid Papa decis.* 287. & *Escobar de ratione cap.* 11. *in principio.*

Et quomodo probetur, quem esse Mercatorem, docet *Rota Genuens. dec.* 137. *num.* 13. & *dec.* 139. *num.* C. Et an per vnam tantum negotiationem, seù mercaturam dicatur quis Mercator, seu Negotiator, vide apud *eosdem*, & tradunt *Velasq. in d. quæst.* 8. *n.* 17. & latè *Gutierr. de gabell. quæst.* 93. *num.* 41.

Io. Laganat.

De Mercaturis Officialibus prohibita. Pragm. 1.

RERVM SVMMA.

1 *Mercaturas quaslibet Officiales omnes, etiam pecuniarijs, tàm maiores, quàm minores, ac eorum Exequutores exercere prohibentur, & cum ratione.*
2 *Mercatores dolis, fraudibus, mendacijs, & periurijs supra omnes sunt dediti, ideòq; de eorum salute vix speratur.*
3 *Mercatura, & quælibet negotiatio deuiat animum ab exercitio proprij muneris, et ideò etiam militibus est prohibita.*
4 *Mercatura etiam Actuarijs est prohibita.*
5 *Pragmatica ista vbi limitetur, remissiuè.*
6 *Mercat. cum pecunia sui officij quandò liceat de iure communi. Ministro pecuniario.*
7 *Mercaturæ an sit prohibita Baronibus.*
8 *Baro statim, quòd quis est, efficitur nobilis, quia feudum nobilitat, et confert paradogium, et an idem sit in feudatario, qui tenet feudum à Barone.*
9 *Nobilitas an retineatur vendito feudo.*

QVoniam inter, &c. Officiales prohibentur quaslibet mercaturas exercere. H. D.

1 Idem statutum fuit in omnibus Officialibus, etiam pecuniarijs, tam maioribus, quàm minoribus, ac eorum Exequutoribus per Reges Catholicum in *cap.* 38. inter *cap. varia, et pragmaticas Neapolis anni* 1507. *fol.* mihi 61. Ac item est ordinatum in Gallia, vt ait *Guid. Bened. Cl. in cap. Raynutius, in verb. duas habens filias. num.* 50. *extra de testam.* & concordat de iure communi *text. in l.* 3. *C. si cert. pet.* explicat *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 34. vbi ampliat, & limitat vsq; ad *num.* 61.

Ratio decidendi est, quia in Officialibus requiruntur diuersæ qualitates, de quibus in *pragmat.* 1.
2 § *igitur, infrà de offic. Sacr. Consil.* quæ sunt de directo contrariæ Mercatoribus, qui dolis, fraudibus, mendacijs, & periurijs supra omnes sunt dediti, ac veluti mancipati, ita vt vix de eorum salute sperandum litteste *Tiraquell. de pœn. temper. caus.* 51. *num.* 142. authoritate *Diui Augustini*, & aliorum. Item
3 quia mercatura, & quælibet negotiatio deuiat animum ab exercitio proprij muneris, & propterea etiam militibus est prohibita, vt *C. Neget. ne milites, lib.* 12. & *ibi Luc. de Penn.* alia ad hoc propositum tendentia tradit *Laurent. Grajman. Glosiat. de optimo*
4 *Senat. lib.* 2. *cart.* mihi 80. & nouissimè hæc eadem prohibitio fuit confirmata, & ampliata in omnibus Officialibus maioribus, & minoribus quibuscúque etiam Actuarijs per *pragm.* 14. *infrà de Officialibus*, & 6.

5 Pro limitatione tamen est videndus *Aniles in cap. Prætor.* 2. *an glos. de mercaderia, num.* 2. *Matienz. in dialog. Relator. & Aduocat. par.* 3. *cap.* 28. *num.* 2.
6 qui admittunt vnicum actum. De iure verò communi, quando liceat Ministro pecuniario mercari cum pecunia sui officij, docet *Peregr. cons.* 94. *nu.* 7. *vol.* 3. & de iure Regni latè *Regens Lanar. cons.* 43. *Gratian. discept. forens. cap.* 304. *num.* 20.

7 Quid autem in Baronibus, an eis sit prohibita mercatura? credo, quòd sic, per *text. in l.* 3. *C. de commerciis, & mercatoribus*, & tradita per *Bombin. cons.* 89. *num.* 8. quod est *vltimum* totius *voluminis*; præ-
8 sertim quia eò ipso, quòd quis est Baro, efficitur nobilis, nàm feudum nobilitat, & paradogium confert, secundum *Andr. in cap.* 1. § *Personam, circà medium, per quos fiat inuestitura, & in cap.* 1. *num.* 3. *qualit vasall. iur. deb. fidel in cap.* 1. § *cæteri verò, quis dicat. Dux*, vbi plena *apostilla in verb. paradogium. in cap.* 1. *num.* 15. *ex quibus caus. feud. amitt. in cap. filij nati, si de feud. defuncti. Iuer. controu. cap.* 1. *num.* 4 *in fin. de alien. feud. patrim. & cap.* 1. *num.* 3 *in fin. num.* 3 *in fin. & num.* 14 *vers. feudum ergò, de Capit. qui cur. vend.* vbi plenæ *apostillæ, & in cap.* 1. § *si verò contigerit, num.* 50. *de pact. inter feud.* ex quibus habes, an sit idem in feudatario, qui tenet feudum à Barone, & vendo-
9 to feudo non retinetur nobilitas, latè *Tiraquell. de nobilit. cap.* 7. *per totum, et num.* 18. sed vsus hoc non
A admisit.

ADDITIO.

A QVid in Barone, vel Officiali vendente fructus suos Feudales, vel Burgenfaticos, an hi dicantur mercaturam exercere, contra hanc Pragm. negatiuam opimonem tenet *Bart. in l. legatis ferijs, num.* 3. *ff. de legat.* 3. *Abbas in cons.* 6. *in fine, Claper. d. decis.* 35. *quæst.* 7. *nu.* 1. *et* 2. *et D. de Franch. decis.* 128. *post Andr. in* 9. *et plaustrorum*, sub *num.* 58. *quæ sunt Regal.* Prout de Clerico vendente fructus suorum bonorum, vel beneficij, tradunt *D. Gabriel Velasq. d. quæst.* 8. *num.* 18. *de priuil. pauper. et D. Gutierr. d. quæst.* 93. *num.* 25. *de gabel.* Quod ampliabis, etiam si Baro, vel Officialis propria territoria coleret, vt maiores fructus percipiat, nam ex hoc non dicetur mercaturam exercere. *D. de Franch. in d. decis.* 128. & *Andreas in d.* § *et plaustrorum*, nam ex hoc non dicetur Negotiator, vel Mercator, nec perdet nobilitatem, etiã si eius manibus prædia coleret, & laboraret, *Guid. Papa* clarissimè *in decis.* 41. *et* 391.

Am-

Amplíabis item, nedùm in fructibus feudalibus, vèl burgenſaticis proprijs,ſed etiam in animalibus, quæ impinguauit herbis, vel glandibus feudi, vel quæ tenet pro cultura, vel ad inſtructionem feudi, *Andr. in d.§. & plaustrorum, num.*58. vbi *Liparul.* etiam ſi aliqua tantùm parte anni in feudo teneat, & herbas depaſcere faciat, per *text.* expreſſum in *l.quæſitum,§. ſi aliqua,ff.de fundo inſtruct.* Verùm adhùc cogitandum puto,ſi hoc intelligi tantùm debet de animalibus deſtinatis pro cultura feudi, & ad inſtructionem feudi, de quibus loqui videntur *Andr. Lipar.et Capyc.à Lipar.*allegatus, ac etiam *tex.in d.l. quæſitum,§. ſi aliqua, ff.de fundo inſtruct.*non autem animalibus, quæ emeret Baro, vel Officialis,vt illa impinguet herbis,vel glandibus feudi, & ſtatim reuendat, vt quæſtum,ac lucrum faciat; nam hæc credo, quod forte eſſet mercatura, ſeù negotiatio, per ea,quæ dicit *Claperum d.deciſ.*35.*quæſt.*6. Nec vim facerent, (ſi tenoremus hanc reſtrictionem,) ea,quæ dixit idem *Claper. in d. deciſ.*35.*quæſt.*7. à *num.*2. ad *finem*, nàm loquitur de eo, qui vendit fructus ſuos, prouenientes ex propris prædijs, quod nos non negamus.

Et an Officialis poſſit per alios, & ſic per interpoſitam perſonam mercaturam exercere facere? vide *tex.*clariſſimum in *l.3.C.ſi cert.petat.*nihilominùs *D.de Thoro in* 1.*par.compend.deciſ.in ver.Mercaturã exercere facere* refert, fuiſſe per Collaterale Conſilium diſſequeſtratam quandam mercaturam olei, quam publicè faciebat quidam Officialis Regius, non tamen refert rationes, quibus motum fuit Collaterale Conſilium ad ſequeſtrum tollendum,vide ſi pro hac ſententia aliqualitèr faciunt tradita per *Gutierr.d.quæſt.*93. à *num.*29.cum *ſeqq.*

Ioannes Laganarius.

De Meretricibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Meretrix quæ dicatur, & vtiprobetur meretricium, & plura de meretricibus,earumq; dolis, fraudibus, ac pœnis,remiſſiuè.*
2 *Meretrici an ſit ſoluendum pretium, vel merces meretricij, ſaltem in foro poli,remiſſiuè.*
...non eſt inferenda violentia.

MEretrix quæ dicatur, & quomodò probetur meretricium,docet *Surd.conſ.*469.cum *ſeq.*& plu-
1 ra de meretricibus,earumq; dolis, fraudibus, ac pœnis latè diſſerit *Menoch.de arbitrar.iudic. cent.*6.*caſu* §35.*& Gregor. ſyntagm.iur. vnm.lib.*10.*cap.*2.& me-
2 retrici debet ſolui,& dari pretium, ſcù merces meretricij, ſaltem in foro poli, latè, & benè diſſerit *Andr. in cap.*1.*num.*11.*quibus mod. feud. amittatur.* Eis tamen non eſt violentia inferenda, vt in *Conſtit. Omnes noſtri*,latè *Menoch.de arbitr.lib.*2.*caſu* 291.

De Meretricibus. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Meretrices ab omnibus locis, in quibus habitant perſonæ honeſtæ, nedùm in Ciuitate Neapolis ex priuilegio ei conceſſo, ſed etiam in toto Regno iure Conſtitutionum, & vbiq; locorum ex iure communi migrare debent, & num.*4.
2 *Meretrices locis honeſtis migrare debent, etiam ſi habeant domos proprias, ſecundùm vnam opinionẽ, quæ etiam reſtringitur, & limitatur.*
3 *Pragmaticæ huius plures limitationes,remiſſiuè.*

ESſendo ſtati informati,&c. Meretrices à platea Ruæ Catalanæ, & eius locis migrent. H.D.

1 Amplia,vt procedat in omnibus alijs locis,in quibus habitant perſonæ honeſtæ, nedùm in hac Ciuitate Neapolis ex priuilegio ei conceſſo per Regem Catholicum in anno 1505.vt in *cap.*59.inter *capitula,& priuilegia Neapol.fol.*mihi 46.*à tergo,*ſed etiam in toto Regno per *Conſtitutionem Regni*, incip.*Quæ paſſim, in fin.* & vbiq; locorum ex diſpoſitione iuris communis,vt docet *Luc.de Penn.in l.ſi qua.C.de ſpectac.et ſequic. lib.*11. per *tex.in l.non aliter,ff de vſu, & habitatione*, *Præſ. de Franch. deciſ.*315.*in princ.* & pulchrè comprobat *Peguer.deciſ.*12.vbi *in fin.*teſtatur, in Principatu Cathaloniæ id ipſum ſpeciali
2 lege cautum eſſe, etiam ſi habeant domos proprias, proùt illud idem conſuluit *Barbat. in conſ.*48.*col.*1. *& 2.vol.*2.*Auend.de exequ mand.cap.*6.*num.*5.*lib.*2. tu vide *Gaſpar.Theſaur.quæſt.forenſ.*33.*lib.*1.qui negat è propria domo, ſi paulatim euaſit meretrix, dummodò non ſit propè Eccleſiam,vel Monialeſ,
3 aut omnibus ſcãdalo ſit.Fallit quãdò ob amorem ſui ipſius copiã amãti fecit, *Aun.ſing.*338.*& ibi additio.*

Quòd verò ad diſpoſitionem iuris communis eſt
4 videndus *Cæſar Barz. deciſ.*19. *Theſaur. d.quæſt. forenſ.*33. *Petr.Caball.reſol.crim.caſu* 184.*Villadug.in for.indic.lib.*3.*tit.*4.*l.*17. *Riccius reſol.*133. Amplia etiam in muliere nupta luxuriosè viuente, viro tamen conſcio, *Gizzarell. deciſ.*56. Alia ad materiam habes apud *Borrell.de Magiſtr.edict. lib.*3.*cap.*13.

De Meretricibus. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Meretrices etiam tempore Domitiani Imperatoris pro hibebantur in bigis, ſeù quadrigis deferri.*
2 *Mulieres omnes Romæ per legem Oppiam prohibebãtur vti vehiculis, tàm intus, quàm extrà Vrbem, ſpatio mille paſſuum, niſi ſacrificij cauſa.*
3 *Meretricum materia,ac plura de earum dolis,& fraudibus,remiſſiuè.*
4 *Et de Scholari loquente cum puella.*

ANoſtra notitia,&c. Meretrices deferri in bigis, ſeù quadrigis prohibentur. H. D.

1 Hæc prohibitio non eſt noua, ſed fuit facta tempore Domitiani Imperatoris, teſte *Alex. ab Alex. lib.*5 *genial.dier.cap.*8.circà *finem,verſ.apud Partos,* quod confirmat *Rebuff.in Conſt.Galliæ, tom.*1.*tit.de pannis aureis,argenteis,n.*40. Immò *Conrad.in templo*
2 *ind.lib.*1.§.3.*requiſit.*22.*n.*6.refert,q; omnes mulieres Romæ prohibebãtur per legẽ Oppiam vti vehiculis in Vrbe, tàm intus,quàm extrà ſpatio mille paſſuũ,
3 niſi ſacrificij gratia. Plura verò de meretricibus,earumq; dolis, & fraudibus, ac pœnis latè diſſerit *Menoch.de arbitr.iud.caſu* §35. *& Gregor. ſyntagm.iur.*
4 *vnm.lib.*10.*c.*2.qui inter alia dicit *n.*6.ex *Baldo*,quòd aliqua ſit meretrix, & ſi actus non probent, ſi videatur ſæpiùs ſcholaris noctu, & interdiù ingredi domũ eius,& eam alloqui ſolã,quia non præſumitur dicere *Pater noſter*,dũ Scholaris loquitur cũ puella.

De Militibus grauis, & leuis armaturæ, & his, quæ eis competunt. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Miles vt quis dicatur quæ requiruntur.*
2 *Militantium personarum distinctio quotuplex sit, militare iuramentum quod dicatur, quæ missio à militia, quibus legibus astringantur, quæ sit annona, & vestis militaris, quæ hospitia eis debeantur, & alia plura ad milites pertinentia, remissiuè.*
3 *Milites qualiter se gerere debeant, & cum eis agendum sit, remissiuè.*
4 *Militum aurei velleris materia, eorumq; priuilegia, remissiuè.*
Ipsorum insigne, quod est aureum vellus vnde habuit originem.
5 *Milites effecti Duces exercitus si fraudant stipendia militum, tenentur pœna vltimi supplicij.*
6 *Militibus priuilegia à iure concessa an competant hodiè militibus nostri temporis, & sub distinctione res plana redditur.*
7 *Miliri peregrinanti, vel aliter absenti ab exercitu cum licentia debetur salarium, etiam pro tempore absentiæ.*
8 *Milites non sunt immunes à solutione vectigalium pro rebus, quas deferunt.*

PLura requisita, ad hoc vt quis dicatur miles, enumerat *glos. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior. & Belleg. in specul. Princip. rubr. 20. §. quis*, post *num. 7.* sed veritas est, quòd duo tantùm principaliter pro forma requirebantur. Primum, vt in numeros referretur, quod vulgò dicitur, *passare à rollo*, *l. ex eo. ff. de test. milit.* Alterum verò, quod Sacramentum præstaret, *l. ex militari, ff. eod.* ità docet *Aldobrandinus in §. filiusfamilias num. 22. Instit. quibus mod. ius patr. potest. solut.* quod vltimum nec vsi receptum est, *Mansonius de caus. excusat. limit. 8. num. 3.*

At nunc pro generali, & particulari intelligentia huius rubricæ, nempè quotuplex sit militantium personarum distinctio, quod dicatur Sacramentum militare, quæ missio à militia, qualibus legibus astringantur, quæ sit annona, & vestis militaris, quæ hospitia eis debeantur, quæ sint eorum officia, quibus pœnis delinquentes feriantur, qualiter eorum segnities puniatur, & quæ sint eorum negotia, & priuilegia, est videndus *Gregor. syntagm. iur. vniuers. lib. 19. per totum*, & qualiter milites se gerere debeant, & cum ijs agendum sit, docet *Io. Redin. de maiest. Princip. in verb. non armis, num. 72. cum seqq.* latiùs *Farinac. tom. par. 2. in lit. M. in verb. Miles, num. 202.* De militibus verò aurei velleris & eorum priuilegijs pulchrè agit *Leonin. cons. 80.* & concludit, cognitionem ipsorum etiam in crimine læsæ Maiestatis spectare ad alios Proceres eiusdem ordinis, vigore institutionum ordinis aurei velleris; quorum insigne, seù symbolum est aureum vellus in baltheo auro intexto, quod pro suo symbolo accepit Carolus Burgundiæ Dux, ob affectum, quem habuit ergà Martyres, qui cum eo insigni fuerunt trucidati à Maximiano Imperatore, teste *Pancirol. de notit. Imper. Oriental. cap. 48. col. pen. vers. secundum Felix. fol. 34. à terg.*

Notanda tamen est decisio *Iulij Ferretti* in hac materia satis tremenda, is, inquam, in *tract. de milit. iust. & pœn. desert. num. 106. & 108.* decidit, quòd milites effecti Duces exercitus, si fraudant stipendia militum, tenentur pœna vltimi supplicij, sed *text. in l. 2. vers. nam si vsurpauerint, C. de offic. Præfect. Prætor. Africæ* videtur dulciorem, & mitiorem pœnam imponere, nempè restitutionem in quadruplum, & priuationem dignitatis.

Et quia quamplurima sunt militum priuilegia, vt omnibus notum est, non erit superuacaneum hic declarare, an priuilegia militibus à iure concessa competant hodiè militibus nostri temporis? quam quidèm quæstionem latissimè præ cæteris omnibus diligenter distinguendo pertractat *Alexand. Trentacinq.* Iureconsul. Aquilanus, apud me summæ auctoritatis, in *tract. ac iubilæ. par. 4. cap. 8. num. 6.* vbi in effectu concludit, quòd milites ordinarij stipendiati à Regia Curia, etiam si positi sint in præsidijs Arcium, vel Ciuitatum, gaudent omnibus priuilegijs militibus concessis, ex *Bald. in l. 1. nu. 17. C. de testam. milit.* ex *Castrens. in l. feriniarios num. 6. C. qui test. fac. poss. Socin. in l. Centurio, num. 2.* vbi *Alex. num. 22. in fin. Gallaul. num. 15. Rip. num. 10. & Soc. iun. nu. 77. ff. de vulg. et pupillar. Dec. cons. 516. et Capell. Tholos. decis. 141. nu. 2.* & alios, quos ipse refert vbi supra in secundo casu, *vers. tamen contrariam opinionem.* Milites verò, qui non sunt ordinarij stipendiati, sed solùm quandò actu seruiunt in occurrentibus necessitatibus, licèt interèa sint in exercitio armorum, non tamen gaudent priuilegijs militum, vt in eo secundo casu colligit ipse ex *Dec. in rubr. C. de milit. testam. num. 2. et Alciat. in d. l. Centurio, num. 8.* quod est summè notandum respectu militum nouæ militiæ, de quibus loquitur *pragm. 2. infrà eodem*, qui non habent stipendia à Regia Curia, nisi quandò actu seruiunt in necessitatibus Regno imminentibus, vt in *§. à los soldados, num. 6. in pragm. 2. infrà eodem.* Hæc *Trentacinq.* Addo nunc *Io. Petr. Binium cons. 181. vol. 2.* vbi latè, *Zoannet. in tract. de Roman. Imper.* omninò videndum *num. 51. cum seqq. Laderch. cons. 178.* qui quidèm *Zoannet. ibidem num. 5.* cum *seqq.* enumerat omnia priuilegia militum: nonnulla alia ad hanc materiam pertinentia explicat *Villadieg. lib. 9. for. ind. tit. 2. in rubr. per totam, et in l. 1. nouissimè Clarer. caus. §. 2. q. 2.*

Aduertas tamen, quòd militi peregrinanti, seù alitèr absenti ab exercitu cum licentia debetur salarium, etiam pro tempore absentiæ, vt est *text. in l. hac lege. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12.* & adnotauit *Rom. sing. 453.*

Nota etiam, quòd milites, licèt habeant priuilegium, nè eorum bona propter professionem non facti Publicanis itinerando incidant in commissum, non tamen sunt immunes à solutione vectigalium pro rebus, quas deferunt, vt est *text. in l. 3. C. de vectigal. et commiss. & l. ex præstatione. C. eod.*

De Militibus, &c. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Milites nouæ militiæ etiam tempore, quo vacant à seruitio, ac etiam eorum domus sùt immunes ab omnibus hospitijs, & contributionibus, modò non distinctim, sed omnes simul in eadem domo habitent.*
2 *Clerici an teneantur contribuere in expensis Vniuersitatis pro euitandis militum hospitijs, remissiuè.*
3 *Miles aufugiens à signis punitur pœna mortis naturalis, etiam de iure communi.*

HAuiendose instituydo, &c.

Designatur noua militia pedestris in Regno sub multis capitibus. H.D.

1 Ex

1 Ex §.8.nota, quòd huiusmodi milites nouæ militiæ etiam tempore, quo vacant a seruitio, tam ipsi, quàm eorum domus sunt immunes ab omnibus hospitijs,& cõtributionibus, quod respectu domorum intelligas, dummodò ipsi milites habitent simul in eadem domo, & non diuisetim, vt probat optimè *text. in habemus*, circà *medium*, *vers. nec adicias*, *C.de aduocat.diuers.Iudicum*,& *ibi glos.in verb. si tamen*. In expensis verò,quæ erogantur ab Vniuersi-
2 tate pro cuitandis flagellis huiusmodi hospitiorum, tenentur contribuere clerici, quando vires aliorum non suppemunt *Greg. Lopez l.54. glos.2.num.18.tit.6. part.1.. Auend.de exequen.mand.cap.14.num.9 par.2. Villadieg.in Politica,cap.§.9.20.num.139.vs fin.*

Et dum in §.18. imponitur pena motus naturalis
3 militi aufugienti a signis,concordat cum *text.de iure communi in l.1.C.de commeat.lib.12.*

De Militibus, &c. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Milites semper præsumuntur grauare populos, & vicinos, licèt quandòq; excusentur à pœnis, sed non à damni emendatione.*

2 *Milites hospitandi onus erat etiam de iure communi introductum,quod omis,patrimoniale munus,& non personale appellatur.*

3 *Milites hospitandi onus est reale respectu domus pro hospitio tantùm,non autem respectu totius patrimonij, cum eis alimenta minimè debeantur, & consuetudo in contrarium non valet.*

4 *Sindici, & Electi non possunt mutare domos semel pro hospitio designatas,aliàs pœna falsi puniuntur.*

5 *Militum hospites qui,& ad quæ teneantur,& qualitèr contribuere debeant,& num.6. & quid circà milites sit prouisum de iure communi.*

A qua contributione est exemptus pater habens 12.filios,et plures alij,& præ cæteris hic adnotati.

7 *Domus pro hospitandis militibus vti sint eligendæ, & distribuendæ,remissiuè.*

8 *Militibus Vniuersitates tenentur dare paleam, aut fœnum,etiam de iure communi, et hoc dicitur munus patrimoniale.*

9 *Militum vsq. ad domos Prouinciales an,et quandò teneantur deferre paleam,et fœnum,remissiuè.*

10 *Militibus pecunia carentibus Vniuersitates subministrant pecunias nomine mutui singulis diebus, recuperandas postea à Regia Curia, quod est etiam iuri consonum.*

11 *Milites non possunt petere aliquid pro cena à populis.*

12 *Milites hospitandi ab onere Ciuitates,et Terræ in Cameras reseruatas electæ exemptæ sunt.*

13 *Baronibus an liceat exigere pecuniam à vasallis, illos eligendo in Cameram reseruatam.*

14 *Cameræ reseruatæ gaudentes immunitate hospitationis actualis, an debeant etiam gaudere immunitate contribuendi in pecunijs illis Oppidis,quæ actualitèr hospitantur.*

15 *Vniuersitas semele lecta in Cameram à Barone fruetin hac immunitate, etiam si Baro alteri vendat, modò vendens non habeat aliam Terram.*

16 *Milites delinquentes, si absunt Officiales exercitus, possunt capi per Officiales locorum, in quorum iurisdictione delinquunt, quod de iure communi quoque statutum reperitur.*

17 ... *omne,quod committit alitèr,quàm communis disciplina militaris exigit, delictum est.*

18 ... *ex tribus missionum causis ab exercitu mittuntur, nempè honestis,causarijs,et ignominiosis,& quæ vnaquæq; sit, declaratur.*

19 *Miles si propter negligentiam,vel contumaciam in militia commissam missus est, dicitur tunc ignominiosa missio, nec volens postea militare,erit recipiendus,etiam si à delicto, pro quo fuit missus, sit absolutus.*

COnsiderando el daño, &c. num.15.

CIuiales equestris comitiuæ præsidio assistant, hospitia non vendant, & datur forma Vniuersitatibus, nè grauentur à militibus, quos hospitantur. H.D.

1 Hæc pragmatica fuit satis necessaria pro subleuandis populis a grauaminibus militum, qui in hoc habent præsumptionem iuris contrà se, liquidèm semper præsumuntur grauare populos, & vicinos, vt probat *text. in l.milites, C.de locat.* sed pro excusandis militibus vide *Luc. de Penn. in l.2. prope fin. vers.& nota pro militaribus, C.de pascuis publicis lib.* 11.qui dicit,quòd quando ignauia ciuium non inueniunt vtensilia pro se, & equis pretio congruenti, excusandi sunt, si pro necessarijs extendunt manus eorum, sed tenentur ad emendationem damni,licèt excusentur a pœna, *Roland. à Valle cons.66. num.6. Aules in cap. prætor.8.num.5.& seq.in glos.dineros, Bertrand. cons.57.lib.3 part.* qui allerit,quòd si rustici essent adeò tenaces ad vendendum, vel deficeret pecunia, possunt accipere victualia à Prouincialibus, *Molin.de iust.& iur.tract 2.disp.116. in fine.*, *Thesaur. q.forens.93. num.6.& 7. lib.1.* & Milites in his casibus peccant,& tenentur ad restitutionem,vt explicat *Molina Iesuita de iust.et iur.tract.2.disp.116. col.3. vers.Molestum*, vsq; ad *finem,Bonad.lib.4.cap.* 1.*num.13.vers.ay algunos,cum seq.* Et est aduertendum, quòd hoc onus hospitandi milites erat introductum etiam de iure commun,vt probat *text.in l.1. C.de Episcop. et cler.* vbi *glos.* cumulat alia iura, & hoc dicitur munus patrimoniale, non personale, vt
2 in *l.3.C.de munic. patrimon.lib.10. Manson.de caus. exequut. lib.1.ampliat.29. num.103.* sed *Io.Baptista Plotus in l.si quando,num.27.in vers.tu ma equorum*,
3 C. *vnde vi*, ait, esse onus reale respectu domus pro hospitio tantùm, non autem respectu totius patrimonij, cùm eis alimenta non debeantur, & consuetudo in contrarium non valet, cum sequitur *Additionator ad Decan cap.de monachis, in verb.armigeros, extrà de præbend.* quæ doctrina est valdè notabilis, præsertim in hoc Regno, in quo per *pragm.3.in* §.21. *infrà eod.* expressè statuitur, vt pro alimentis
4 nihil detur gratis militibus,neq; oleum,neq; sal. An autem domos semel pro hospitio designatas liceat mutare Sindicis,& Electis, seu alijs Deputatis? dic, quòd non, aliàs pœnam falsi incurrunt, *l.1. C.de metat. et epidem. lib.12.* hospitantes autem milites ad
5 quæ teneantur,vide *text.in l.deuotum*, §. *solam sanè*, *C.cod.tit.Sylua nuptial.lib.4.nu.142. Roland.à Vall.*
6 *cons.66.volum.1.* vbi etiam declarat, qui,& quomodò circa hoc onus debeant contribuere, & concludit, per æs, & libram, exclusis habentibus 12.filios, Doctoribus legum,& Senatoribus;ac omnibus etiã artificibus,exteris,mercatoribus,venatoribus,inuẽtoribus thesauri,piscatoribus,colonis alienos agros colentibus, vendentibus fructus in alia Ciuitate, percipientibus pẽsiones domorum, vel annuos reditus, *Aules in c.Prætorã 8.inglo.dineros,nu.9.et 10.*

Quid autèm circà hos milites sit prouisum de iure communi, vide *text. in l. fin. C. de re milit. lib.* 12. Plura tradit *Mutius Sicul. in cap.* 19. *tom.* 1. *Bonadill. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 55. *post Greg. Pragm. iur. par.* 2. *lib.* 19. *cap.* 8.

Et cum in *num.* 18. deliguantur domus heremæ
7 pro hospitandis his militibus, vt scias, quomodò sint eligendæ, & distribuendæ, vide *text. in l.* 2. *C. de metat. & epidem. lib.* 12.

Et dùm in *num.* 20. disponitur, quòd Vniuersitates
8 teneantur dare paleam, aut semen huiusmodi militibus, aduerte, quòd hoc idem est dispositum de iure communi, & est munus patrimoniale, vt in *l. non videtur, C. de muner. patrimon. lib.* 10. & in *l.* 2. & in *l. pronunciatum, C. de erog. milit. annon. lib.* 12. & in isdē iuribus habes. in & quando Prouinciales teneantur deferre paleam, & lignum vsq; ad domos militum.

Item dum in *num.* 22. prohibet dari conuitibus militibus, aut mediante pecunia, quæro, quid est tenendum, si, vt plurimum accidit, milites omninò
10 cæcant pecunia? & in hoc casu praxis obseruat, vt Vniuersitates submittant pecunias illis nomine mutui singulis diebus, recuperandas postea a Regia Curia in beneficium Vniuersitatum de stipendijs ipsorum militum, quam praxim, puto, esse iuri consonam, eamq; sumptam ex *glos. in l. nemnem, in verb. peregrinus, C. de sacrosanct. Eccles.* & ex *text. in l. fin. §. verùm autem in fin. C. de re milit. lib.* 12.

Et nota, quod idem, quod est dispositum in hoc
11 *vers.* statutus etiam de iure communi in *l.* 1. *C. de Iulgamo, lib.* 12. & quòd milites non possint petere aliquid pro cœna a populis est *text. in l.* 3. *C. de erogat. vectigal. lib.* 12. quod est declarandum secundum *Bonadill. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 27. vt populi debeant exhibere victum necessarium, & *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 40. vt pro cuitando tributo permittatur pauca oblatio.

Ab hoc tamen onere hospitandi milites exemptæ
12 sunt illæ Ciuitates, & Terræ quæ sunt electæ in Cameras reseruatas per earum Barones, iuxtà capitula Baronibus concessa, vt in *cap.* 12. *Regis Catholici inter capit. et priuileg. Neap. fol.* mihi 61. *et cap.* 8. *fol.* 66. *et cap.* 2. *Cæsar. Maiestatis, fol.* 124. & pauca tetigit *Surgen. de Neap. illustr. cap.* 23. *num.* 42. sed plura addidit *Praxid. Matius* eius germanus in suis *additionibus ibidem, in addit. in cap. cum Cameræ reseruatæ, fol.* mihi 375. cum pluribus *seqq.* vsq; ad *fol.* 415. qui omninò videndus est, nam *fol.* 395. attestatur, pluries
13 per Sacr. Consil. & Regiam Cameram fuisse decisum, licere Baronibus exigere pecuniam à vasallis, illos eligendo in Cameram reseruatam, prout Ego quoq; dixi in *pragm.* 6. *§. nonum, n.* 9. *supra de admin. Vniuersit.* licet idem *Praxid* postea in eadem *addit. A fol.* 409. id reuocet in dubium, sed an eædem Came-
14 ræ reseruatæ, quæ gaudent immunitate hospitationis actualis, debeant etiam gaudere immunitate contribuendi in pecunijs illis Oppidis, quæ actualiter hospitantur? & ex traditis per *Thesaur. quæst. Perus.* 93. resolue, quòd non, & ideò non est mirum, si in Parlamentis generalibus huius Regni, licèt id fuerit supplicatum ex gratia, semper tamen fuit denegatum, vt in *cap.* 4. de gratijs, concessis per Cæsar. Maiest. in anno 1533. *fol.* mihi 124. inter *priuileg. et capit. Neap.* sed *Reg. de Ponte de potest. Proreg.* contrarium sentit in *tit. de prouis. fier. solit. §.* 6. *num.* 19. Hæc autèm immunitas Cameris reseruatis fortasse fuit introducta ex dispositione *text. in l. pen. C. de metat. et epidem. lib.* 12.

Et ex eodem *capitulo* habes, quòd Vniuersitas,
15 quæ semel fuit electa in Cameram a Barone, gaudebit hac immunitate, etiam si hic Baro alteri vendat, dummodo vendens non habeat aliam Terram.

Et dùm circà *finem* huius *pragmaticæ num.* 29. in *vers. et quando ad hoc* statuitur, quòd in absentia Of-
16 ficialium exercitus possint Officiales locorum capere malefactores delinquentes in ipsorum iurisdictione, concordat cum dispositione *text. in l.* 1. *C. de exhib. reis.*

Et quia sermo incidit in militum delicta, est scien-
17 dum, quod inter milites omne commissum aliter, quam communis disciplina militaris exigit, delictū est, etiam si alias inter Paganos fortasse nullum delictum saperet, prout sunt crimen segnitiæ, vel contumaciæ, aut dedidix, *text.* est ad literam in *l. omne delictum, ff. de re mil. in princ.* & in *l. frustrà, C. eod. tit. lib.* 12. *et in l. quædam, ff. de pœnis.*

Item est tenendum, quòd milites, quandò mittun-
18 tur ab exercitu, aliqua ex tribus missionum causis mittuntur, scilicet honesta, vel causaria, aut ignominiosa, honesta dicitur illa, quæ datur impleto tempore militiæ; causaria verò, cùm quis vitio animi, vel corporis minùs idoneus militiæ renunciatur, sed ignominiosa causa est, cùm quis propter delictum, sacramento soluitur, & etiam si sine ignominiæ mentione missus est, nihilominùs ignominia missus intelligitur, verba sunt *Iurisconsult. in l. milites ægrum, §. 1. vers. missionum, ff. de re milit.*

Hinc sequitur, quòd si quis propter negligentiam
19 aliquam, vel contumaciam in militia commissam missus est, quia commisit delictum militare, dicetur ignominia missus, prout in exemplis traditis per *Claud. Cotter. in tract. de iur. milit. lib.* 3. *c.* 14. & dùm quis semel ignominia missus est, nec volens postea militare, recipiendus est, licèt a delicto, pro quo fuit missus, sit absolutus, ità est *text.* formalis in *l.* 4. *vers. ignominia missus, ff. de re milit.*

RERVM SVMMA.

20 *Officialis si fuerit condemnatus pro delicto in officio commisso, & in sententia non sit facta mentio de priuatione officij, an veniat dicto officio priuandus.*

21 *Index quotiescunq; declarat, aliquem commisisse tale delictum, licèt nihil aliud dicat, intelligitur imposita pœna à iure statuta pro eo delicto, & num.* 44.

22 *Intellectus ad l.* si aliquid, *C. de suscept. lib.* 10. *& num.* 30.

23 *Tabularius et Susceptor quis dicatur.*

24 *Decoquere idem est, quod bonis, vel foro cedere, sine solum vertere.*

25 *Interuertere quid sit.*

26 *Intellectus ad l.* 2. *C. de palat. sacr. largit.*

27 *Intellectus ad l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12.

28 *Index vnde dictus, et quot sint iuris præcepta.*

29 *Nomine carcris, illius effectu quoq; carere debet.*

31 *Condemnatus de publico iudicio an, et quandò efficiatur infamis, longa affertur distinctio.*

32 *Pœna corporalis quandò minoratur à Iudice cum causa cognitione, damnatus non remanet infamis, et tunc plenè purgatur delictum per minorem pœnam, et etiam infamia.*

33 *Iudici permissum est aliquem ex vrgentibus indicijs pœna extraordinaria condemnare.*

34 *Extorsionis in crimine pœna quæ sit regulariter.*

35 Lex Iulia repetundarum *in quibus casibus habeat locum.*

36 *Militem legere, & militem dimittere vti differant.*

37 Offi-

Digitized by Google

37 *Officialis si eligit, vel mittit militem mediante pecunia tenetur* lege Iulia repetundarum.

38 *Officialis si simulato Superioris iussu incutit metum subdito, qui propterea dat eidem Officiali pecuniam, tunc tenetur pœna imposita per* l. 1. & tot. tit. ff. de concussione.

39 *Extorsio proprie dicitur, quando Officialis per indebitam carcerationem, vel aliud genus grauaminis cõtra ius extorquet à subdito pecuniam.*

40 *Barattaria proprie dicitur, quando Iudex extorsit iustitiam pro pecunia, nempe condemnauit absoluendum, & absolut condemnandum.*

41 *Sententia est stricti iuris, & tantum cantat, quantum sonat.*

42 *Obligati duo in solidum si in sententia non condemnantur omnes expresse in solidum, sed simpliciter, tunc intelligentur condemnati pro rata.*

43 *Pœnæ sunt restringendæ, & non ampliandæ.*

45 *Priuatio officij an inducatur ipso iure, remissiuè.*

46 *Beneficiatus condemnatus pro delicto non priuatur beneficio, nisi expresse in sententia dicatur.*

ET quia in diuersis *capitibus* harum *pragmaticarum* sub hoc *titulo* in Officiales exercitus deliquentes in officio vltrà pœnam ordinariam est etiam sta-
20 tuta pœna priuationis officij, quæro, quid si in sententia lata contrà aliquem Officialem non sit facta mentio de priuatione officij, an eò ipsò, quò est condemnatus pro delicto in officio commisso, veniet in consequentiam etiam illa pœna priuationis officij? & dùm hic casus accidisset in personam cuiusdam mei Clientis, qui vti Capitaneus vnius Comitiuæ nouæ militiæ fuit inquisitus, quòd simulato Proregis iussu cũdi extrà Regnum cum aliquot militibus suæ Comitiuæ, ab ipso eligendis, extorsisset à maiori parte militum diuersas pecuniarum quantitates, né includerentur in numero eligendorum pro seruitio faciendo extrà Regnum, & propterea fuisset condemnatus in exilium per biennium, nulla facta mentione in sententia de priuatione officij, fuit dubitatum coràm Illustrissimo Prorege, an pœna priuationis officij veniret in consequentiam? & aliqui indubitatè affirmabant, quòd sic, duplici argumento, altero sumpto ex *text. in l. si aliquid, C. de suscept. lib.* 10. *& in l.* 2. *C. de Palat. sacr. larg. eod. lib. & in l. Iudices, C. de dignit. lib.* 12. in quibus iuribus probatur, quòd eò ipsò, quò quis delinquit in officio, est officio priuatus; altero verò fundato in eo assumpto, quòd hic fuisset inquisitus de publico iudicio, nempè *l. Iuliæ repetund.* & proindè esset infamis, cui dignitatis portæ patere non debent, quibus argumentis adiungebant doctrinam *Bal. in l. in exercendis, num.* 21. *C. de*
21 *fide instrum.* qui notabiliter voluit, vt quotiescunq; Iudex declarat, aliquem commisisse tale delictum, licèt vlteriùs non progrediatur, intelligitur imposita pœna à iure statuta pro eo delicto.

Sed ipse contrariũ defendi & obtinui, refellendo vtrumq; argumentum infrascriptis mediis, siquidem primum argumentum nullius momenti est, nàm
22 *text. in l. si aliquid, C. de suscept. lib.* 10. non meruit ad hoc propositum allegari, quia ille *text.* loquitur in Officialibus, & Ministris pecuniarijs, nempè de Su-
23 sceptore, & Tabulario, siquidem Susceptor est, qui annonis, & tributis vtriusq; ærarij recipiendis præpositus est, *l. cùm possessor in fin. ff. de censib.* & declarat *Cuiac. in d. rubr. C. de suscept.* Tabularius verò is dicitur, qui apud Ministros pecuniarios publicas conficit rationes, *l.* 2. *C. de iure fisci, lib.* 10. *l.* 1. *& l. missis, C. de exactor. tribut. lib.* 10. & declarat *Luc. de Penn. & Cuiac. in d. l.* 2. *C. de iure fisci*, & procedit, quando huiusmodi Officiales pecuniarij fraudulenter decocti sunt, & cum pecunia Fiscali aufugerunt, vt probat idem *text. in v. si decocti, & in ver. interuersione*, nam (omissa declaratione *Accursij in verb. decocti*, qui pro. nimirum hallucinatus est in sua ex-
24 positione) decoquere idem est, quod bonis cedere, & vulgo dicitur, *fallire*, vt benè aduertit *Alciat.* in cap. *l. si aliquid*, & probat *text.* apertus in *l. quilibet principalium, C. de Cur. lib.* 10. quem *Alciat. ibi* non citauit, sed non omisit *Hotom. in de verb. iuris in verb. decoctoris*, & eleganter noster *Iurisconsul.* dixerunt, to-
10 cedere, quod similiter idem est, quod decoquere, vt in *l. si hominem, §. quoties, ff. depos.* & in *l. si debitor, ff. de curat. bon. dand.* & antiquitùs dicebant, to-
lum vertere, vt meminit *Bud. in annot. ad Pand. in l. aut facta, §. cuentus, ff. de pœn. fol.* mihi 51. *à tergo, in*
25 *secundis annotat.* Iaquè apertius probatur ex illo *verb. interuersione*, nam interuertere idem est, quod auferre, & furari, vt probat *text. in l. si quis seruo, vers. vtroq; autem casu, ff. de solut. & in l. qui in contractibus, C. de iure fisci lib.* 10. Patet igitur aperte, quòd ille *text.* procedit in Officialibus pecuniarijs tantùm, qui cum publica pecunia aufugiunt, & foro cedunt, & sic ipso iure, ipsoq; facto officium, & administrationem amiserunt.

Similiter & *text. in l.* 2. *C. de Palat. sacr. largit.* lo-
26 quitur de his Officialibus pecuniarijs, qui pecuniã publicam euertunt, & furantur, nàm loquuntur in specie de Thesaurario, & de Comite Thesaurorum, & ideò nequaquàm potest ad nostrum propositum adduci.

Text. in l. Iudices, C. de dignit. lib. 12. loquitur in
27 casu suo, nempe in Iudicibus, qui propriè sunt hi, qui ius dicunt populo, siuè de iure disceptant, vt voluit *Isidor. l. 6. etymolog.* 18. *cap.* 1. quem refert *Gratian.* 23. *quæst.* 2. *can.* 1. & propterea dixit *Alex. in l.* 1. *colum.* 2. *ff. de iurisdict. omn. iud.* quòd ius dicens, & dictio, *Iudex*, sunt synonima, & non mirum est, si con-
28 uicti de furtis, & sceleribus, statim amittunt officiũ, & dignitatem, vt *ibi*, quia dùm Iudex dicitur, quasi ius dicens, vt supra, & ius dictum sit à iustitia, *l.* 1. *ff. de inst. & iure, in princ.* & iuris præcepta sunt tria, honestè viuere, alterum non ledere, & vnicuiq; tribuere, quod suum est, *Iustitia. ff. de iustitia & iure*, eò ipsò, quò Iudex conquinat se furtis, & aliis fla-
29 gitiis, contrauenit illis tribus iuris præceptis, a quo ipse nomen suscepit, & sic efficitur indignus eo nomine, & propterea carens nomine, debet etiam carere illius effectu, *l. à nullo, C. de seruis*, secùs est in casu nostro, in quo nulla cadit iuris dicendi necessitas, neq; facultas, & proindè non est faciendum idem iudicium.

Præterea omnia suprædicta iura, quatènus possent
30 applicari in materia nostra, quod expresse negatur, illa pœnitùs cessant in casu, de quo agimus, nàm illorum dispositio procedit, quandò Officialis est conuictus de delicto, vt declarat *Io. de Platea in d. l. si aliquid, & in d. l. Iudices*, atquè aperta sunt verba in singulis prædictis iuribus, scilicèt in *l. si aliquid*, ibi, *de interuersione conuictus*, & similiter in *l. Iudices*, ibi *fuerint, maculasse conuicti, & in l.* 2. *C. de d. gnit.* ibi *deprehensus euersor*, quod idem est, ac si dixisset *Imper.* captus in fragranti, nàm verbum, *deprehendere*, intelligitur de actuali apprehentione, vt probat *text. in l. palàm, § quæ in adulterio, ff. de ritu nupt. l. si barbatore, C. de fideiuss. & ibi Bart.* vel saltim debet intelligi de testibus conuicto, vt voluit *glos. in l. pen. in verb. deprehensus, C. vbi sen. vel clariss.* & declarat *Dec. in l. si*

fugitiui num.5.in fin.C.de seruo fugit. quę qualitas omnino cessat in casu nostro, vbi inquisitus nedum non est conuictus, sed vix potest dici grauiter indiciatus.

Secundum argumentum continet maximam iuris
31 æquitatis rationem, nam tunc damnatus de publico iudicio est infamis, quando est damnatus pęna ordinaria imposita à lege, tectus autem quando est damnatus pęna extraordinaria, & causa cognita alterata, vel immutata à Iudice, ita est *text.* formalis, & ad literam, & ęqué in propatis terminis in *l.3. C. ex quibus caus. infam. irrogat.* vbi *Bart. in 2. dict. in ver. aliud quod dicas*, facit, ad hanc distinctionem, & in effectu concludit, quod vt Iudex mitet pęnam legalem regulariter, & cōmunitam, & hoc casu non est dubiū, quòd condemnatus remanet infamis, *l.1. ff. de his, qui not. infam.* aut Iudex alterat pęnam, & tunc dicit, esse aduertendum, quòd quandoq; Iudex mitet pęnam pecuniariam pro pecuniaria, vel pecuniariam pro corporali, & tunc condemnatus similiter remanet infamis, *l. quid ergò, § pœna grauior, ff. eodem*, quandòq; vero imponit pęnam corporalem pro pecuniaria, vel corporalem pro corporali, & tunc aut imponit pęnam maiorem pro minori, vel è conuerso minorem pro maiori, primo casu refert differentiam inter *glos. & Doctor.* quam Ego omitto, quia non facit ad casum nostrum, secundo verò casu, qui est casus noster, scilicèt, quandò imponitur minor pęna corporalis pro maiori, distinguit, quòd aut sine causæ cognitione minoratur pęna, & remanet infamis, *l. diuus ff. de minor.* aut cum causæ cognitione, & tunc tenet *glos. in d. § pœna grauior*, quòd videtur transactum super infamia, & *pro* habetur, *in terreas cum glos.* ecce igitur, quòd *Bart.* confutatus, quòd quandò pęna
32 corporalis minoratur à Iudice cum causæ cognitione, damnatus non remanet infamis, idem apertioribus terminis vult *Bal. in cod. l.3. C. ex quib. caus. infam. irrog. num.* mihi 22. *vers. quarta digressio est*, vbi concludit, quòd quandò causa cognita est pęna minorata à Iudice, plene purgatur delictum per minorem pœnam, & ideò purgatur etiam infamia, & *Salyc. ibidem in fin.* 8. in omnibus sequitur distinctionem *Bart.* & hanc opinionem in pulcherrimo casu simillimo huic nostro sequutus est Senat. Lusitan. teste *Ant. Gamma decis.* 139. at in casu nostro inquisitus
33 non fuit condemnatus pęna ordinaria, eò quòd non erat conuictus, sed solùm ex vrgentibus indicijs pœna extraordinaria, quod Iudici permissum est, ex his, quæ latè cumulat *Clar. practi. crimin. q.20. vers. scias tamen, quòd in hoc articulo*; quòd autem non fuisset imposita pœna ordinaria, nemini magis notū esse potest, quàm ipsimet Iudici, qui in appellationis causa iudicauit, & cuilibet coniecturari licet, cò,
34 quòd pœna ordinaria, & ab omnibus Tribunalibus admissa, & consueta in crimine extorsionis, est pœna relegationis, vt plurimùm, per decennium, at in casu nostro fuit moderata ad exilium simplex per biennium tantùm.

Nec *lex Iulia repetundarum* quicquam commune
35 habet cum casu nostro, nam *lex Iulia repetundarum* habet locum in ijs casibus tantùm, in quibus Officialis accipit pecuniam à suis subditis, quò magis, aut minùs quid ex officio suo non faciat, vt est *text.* rotundus in *l.4. ff. ad l. Iul. repet.* & idem est, ac si dixisset *Iureconsult.* quandò Officialis id, quod ratione officij tenetur facere, vel non facere gratis, facit, vel non facit mediante pecunia, & sic Officialis in nihilo deliquit circà administrationem, & exercitium sui officij, nisi in recipiendo pecuniam pro eo actu, quem tenebatur gratis explicare: sit exemplum, putà Iudex tenetur expedire processus iustitia mediante gratis, ubique salario, pone, quòd Iudex procedit ad expeditionem causæ iustitia mediante, sed pro illa expeditione recipit pecuniam, certè in hoc casu, quantūmuis Iudex administret aut rectam iustitiam, tamen tenetur *lege Iulia repetundarum* pro pecunia, quam accepit, vt causam expediret, quam debebat gratis expedire, & hoc exemplum propriè tradit *Iurisconsul. in l. eadem lege, ff. eod. tit.* vbi, *neque quis ob sententiam in Senatu, conditionē dicendam pecuniam acceperit*, aliud exemplum ponit idem *Iurisconsultus*, quod aliqui voluerunt applicare casui nostro, sed longè decipiuntur, nempe si quis ob nubilem legendum, mittendumue pecuniam accipiat, *glos. ibi in verb. mittendumue*, exponit fortasse mittendo mili-
36 tem in aliquam Regionem, sed falluntur *glos.* nam legere militem idem est, quod diligere, & allumere aliquem ad militem, mittere verò militem idem est, quod militem iam electum dimittere à militia, vna ex tribus causis missionum, de quibus loquitur *text. in l. quod Prætor. § ignominiæ, ff. de his, qui not. infam. & in l. milites. § is autem, vers. missionum genera, ff. de re milit.* vt bene aduertit *Regin. Perr.* in suis *annot. in d. l. eadem lege, ff. ad l. Iuliam repetund.*

Quæ quidem lectio, & nullo imitatum consistit in puris, & simplicibus finibus administrationis officij
37 Ducis exercitus, siue alterius Officialis habentis potestatem, & debet ab eo fieri gratis, si modò hic Officialis pro explicando hoc actu lectionis, seu missionis militum recipiat pecuniam, tenetur *l. Iulia repetundarum*, quā tamen circà ipsam lectionem, seu missionem nihil admiserit, sed illa recte processerit, & hic de similibus, vt quandò Officialis in recipiendo pęcuniam non stat in meris, & puris finibus administrationis officij, sed excedendo fines incutit metum, vim, violentiam, & carcerationem subdito, & cum tali metu, vi, aut violentia extorquet pecuniam à subdito, hoc admissum transit in aliam speciem delicti, cum quo nihil commune habet *lex Iu-*
38 *lia repetundarum.* Nam si simulato Superiors iussu incutit metum subdito, qui pro redimenda vexatione, quæ sibi imminebat in executione illius iussus simulati, dat Officiali aliquam pecuniæ quātitatem, vel aliter, prout in exemplis traditis à *Paride de Put. de sind. in verb. Iudices capitulo*, incip. *sindicantur etiam Officiales*, tunc transit in delictum concussionis, & tenetur pœna imposita per *l.1. & tot. tit. ff. de concuss.*

Si verò Officialis per indebitam carcerationem,
39 vel aliud genus grauaminis contrà ius extorquet à subdito pecuniam, hæc dicetur propriè extorsio, quæ transit in propriam speciem delicti, & de ea propriè loquitur *Constitut. Regni*, incip. *Eos tantùm Officiales*.

Quòd si Iudex contorsit iustitiam pro pecunia, vt
40 quia condemnauit absoluendum, vel absoluit condemnandum, hæc dicetur propriè barataria, hicèe Barbaricè, & de ea loquitur *Const. Regni*, incip. *Iudex si accepta*.

Vndè cùm in casu nostro prætendatur extorta pecunia à militibus per metum subditis illatum, sub simulato iussu. Pro fidis, certum est, quod hoc admissum transiuit in suam propriam speciem delicti, & propterea non possunt applicari termini *legis Iul. repetund.*

Reiectis igitur contrarijs remanet indubitata conclusio, vt hæc pęna priuationis committatur, dum non est expressa in sententia, nullo modo comprehendatur in ea.

41 Nam

Digitized by Google

41 Nam ſententia eſt ſtricti iuris, & non patitur ſubauditum intellectum, & tantum cantat, quantum ſonat, prout appoſitiſſimè probatur in *L1. & 2. C. ſi*
42 *plur. vn. ſentent.* Licèt enim plures inſolidum ſint obligati vno, & eodem inſtrumento, & inſolidum conuenti vno, eodemque libello, ſi tamen ſententia non condemnantur omnes expreſsè inſolidum, ſed ſimpliciter, non intelligũtur condemnati inſolidum, ſed pro rata, & hoc ideo, quia in ſententia non fuit expreſſa illa clauſula, *inſolidum*, & propterea non poteſt ſuppleri per ſubauditum intellectum, quantumuis in inſtrumento, & in petitione fuiſſet expreſ-
43 ſum, & pœnæ ſunt reſtringendæ, non ampliandæ, *l. cùm quidam, in fin. ff. de liber. & poſthum.* & inpium eſt, quòd maiorem vim habeat tacitum, quàm expreſſum, contrà regulam in *l. cùm quid, ff. ſi cert. pet. l. ſi ſponſus, §. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem*, nec dicatur, quòd hæc pœna ineſt à iure, & intelligitur, etiam ſi non exprimatur, ex doctrina *Bald. in l. in*
44 *exercendis, num. 21. C. de fid. inſtrum.* Nam hoc eſt verum, quandò iudex ſimpliciter declarat, aliquem cõmiſiſſe tale delictum, tunc enim licèt non progrediatur vltrà, intelligitur impoſita pœna à iure ſtatuta pro eo delicto, prout ſic eſt *text.* ad literam in *l ſine re*, vbi *Bart. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* & declarat idem *Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, num. 9. verſ. & nota, quòd in tali genere pœnarum, C. de Epiſc. & cler.* At quandò iudex non declarat, reum commiſiſſe delictum, licèt imponat aliquam pœnam pro delicto, de quo inquiritur, ſtandum eſt pœnæ ab eo expreſſe in ſententia, nec alia eſt ſubintelligenda, per prædicta, & quia in materia priuatiua, quod verbis non exprimitur, priuationem non induit, vt in *auth. de non elig. ſecundò nubent. §. optimum, verſ. ſicut enim patres*, ibi, *nec quælibet eſt lex, aliud tale dicens*, quibus conferuntur ea, quæ in propria materia ſcripſit
45 *Capyc. deciſ. 121. num. 11.* dùm quærit, an priuatio officij inducatur ipſo iure, & inclinat in opinionem negatiuam. His omnibus adſtipulatur aurea doctrina in materia beneficiali, tradita per *Innoc. in cap. qualiter, de ſecundo, num. 10. de acculat.* quòd Beneficiatus condemnatus pro delicto, pro quo eſſet priuandus beneficio, non eſt priuatus, niſi expreſsè dicatur in ſententia, & cum eo concordant alij citati per *Garſiam de benefic. part. 11. cap. 3. §. 1. num. 98. Farinac.* poſt hæc impreſſa editus *conſ. 5. num. 37. &* 38. admittit, quandò delictum eſſet extra officium, ſecùs in officio, & *Maſtrill. deciſ. 271.* vbi defendit hanc eandem opinionem, me tacito.

ADDITIO.

A HOdiè tamen ceſſat hoc dubium, nàm Regium Collaterale Conſilium concedit aſſenſum, ſeù Regium interponit decretum ſuper ſolutionibus, ac promiſſionibus, quas Baronibus faciunt Vniuerſitates pro nominatione in Cameram reſeruatam, iuxtà ſuprà dicta *Capitula*, ſeù gratias Baronibus, & Regno conceſſas, vſq; ad ſummam carolenorum quinq; pro quolibet foculari, & non vltrà. Commodum autem, quod Vniuerſitates conſequuntur ex iſta Cameræ reſeruatione, illud eſt, nàm ſunt immunes ab hoſpitio militum, ac etiam à ſolutione granorum 23. ½ pro tribus partibus granorum 31. quę pro quolibet foculari ſoluunt Vniuerſitates Regni Re[illegible] Cuyæ, pro præſidijs fixis, quæ vocant.

An autem immunitas hæc Vniuerſitatibus conceſſa, extendatur, & competat etiam Caſalibus earundem Vniuerſitatum, etiam quòd ſint ſeparata quòad iuriſdictionem, & regimen. Negatiua ſententia haberi poteſt ex dictis per *D. Regentem in pragm. 1. num. 98. 99. & 100. de titul. ſeù inſcript. abuſiu.* quia per ſeparationem Caſale no dicitur membrum Ciuitatis, nec de eius Comitatu, iuxta doctrinam *Bald. in l. ſcaphum, ff. de excuſ. & Gabed. deciſ. Luſit. 16. num. 4. par. 2.* & perbelle dixit *D. Conſ. de Georg. in* allegat. 15. *num. 1.* Quòd ſi Caſale per ſeparationem non dicitur membrum, & de corpore Ciuitatis, non poteſt dici immunitatem hanc hoſpitandi Ciuitati, & ſic corpori conceſſam, vltrà corporis membra extendi.

Affirmatiua nihilominùs opinio forte erit ſecutior, eo quoniam Caſalia ſunt pars corporis Ciuitatis, vt in *l. cùm in partibus, §. finali, ff. de verbor. ſignif. & l. nullis, §. quod ſi in vico, C. de Epiſcop. & Cleric. Laſ. in l. Prætor ait, §. deindè num. 3. ff. de oper. nou. nunciat.* & elegantèr probat *D. Reg. Capyc. Galeot. contron. 20. n. 8. et 16. lib. 2.*

Hoc poſito clariſſimè ſequitur, priuilegium Ciuitati, & vniuerſo corpori conceſſum, ad omnia corporis membra extendi, ex regula, quòd vnitorum idem eſt iudicium, *L. in rem 24. §. item quæcunq; ff. de rei vend.* & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, *Burſat. conſ. 200. num. 96. & 97. lib. 2. & Caſtrenſ. in conſ. 307. num. 2. verſ. nec obſtat illa lex, volum. 1.* Præſertim ſi Caſalia contribuunt Ciuitati in oneribus, nam debent gaudere etiam honoribus, & commoditatibus *L. ſecundùm naturam, ff. de reg. iur.* & *cap. qui ſentit, de regul. iur. in 6.* & latè, & egregiè *Caſtrenſ. in d. conſ. 307. lib. 2.*

Nec retragatur ſeparatio quòad iuriſdictionem, & regimen, nàm ſeparatio vnius rei non operatur ſeparationem in alijs, præſertim ſi alteri debentur, *Felin. in cap. quærimoniam, num. 12. de iur. patron.* poſt *Hoſtien. & Anton. de Butrio ibidem, num. 6.* & dixit *D. Reg. de Pont. in conſ. 51. num. 6. lib. 1.* & diuiſionem operari quòad diuiſa tantùm, volunt *Bart. in l. 1. C. de Metropol. Beryth. lib. 11. num. 10. & Caſtrenſ. in l. ſi eadem, num. 3. ff. de off. aſſeſſ.* per *text. in l. inter tutores, ff. de admin. tutor.* & *in l. cum duobus, §. final. ff. pro ſoc.* licèt etiam de vnione ſentit *Innoc. in cap. quia Monaſterium, in princ. de relig. domib.* vbi etiam *Anchar.* & cæteri, & egregiè *Bart. in d. l. 1. ſub num. 10. C. de Metropol. Beryth. lib. 11.* Et in terminis, quòd Caſale diuiſum quòad iuriſdictionem, remanet Caſale Ciuitatis quòad reliqua, & in cæteris, dixit *Conarr. pract. quæſt. cap. 37. num. 7. verſ. Hæc verò concluſio. D. de Franch. dec. 316. num. 4. & D. Regens in conſ. 101. num. 10. 11. & 12. lib. 2.* Huius axiomatis elegantem reddit rationem *D. Regens Tapia in cap. Pondus, æquum nu. 13. lib. 4. iur. Regni*, quòd ſcilicèt per hanc iuriſdictionis diuiſionem non amittitur illa fraternitas, & communitas, à primis parentibus contracta.

Nec minus obeſt relata *D. Regentis* doctrina in *d. pragm. 1.* quoniam loquitur in Caſalibus, ſeù pluribus terris ſeparatis quòad omnia, & in omnibus, prout loquitur *D. Regens Capyc. Galeota in d. controuerſ. 20. num. 33. ver. & hoc procedit.* quo caſu ſingula ſeparata retinent ſuam propriam ſpeciem, *d. l. in rem 24. §. item quæcunque, ff. de rei vendic.* ibi, *At in iis corporibus, quæ ex diſtinctis corporibus eſſent, conſtat, ſingulas partes retinere ſuam propriam ſpeciem.* Et in his procedit regula, quòd ſeparata, ſeparato iure cenſentur, *Bald. in l. ſam ſatis. §. ſi ego, num. 1. ff. quemadm. ſeru. amitt.*

Quinimmò etiã ſi eſſent ſeparata quòad omnia, retinerẽt adhùc priuilegia, & ſtatuta conceſſa Ciui-

bus

bus Ciuitatis,quæ non diminuerent commoditates, prærogatiuas,& lucra Ciuium Ciuitatis, ſicuti conſuluit *Caſtrenſ.* in citato *conſ.*307. ſub *num.*2. *verſ. in contrarium facit,& in fine*,quod *conſilium* allegat. & ſequitur *D.Reg.Lanar. in repet.cap.primi, de his, qui feud.dar.poſſ.num.*124.& iuxtà ea,quæ conſiderantur in *deciſ.*2. *D.de Franch.num.*5. *&* 6. proùt eſſet in hoc caſu,nàm participare poſſent Caſalia de iſta immunitate hoſpitandi ſine incommodo Ciuitatis, & Ciuium. Fateor tamen, quòd ſi Vniuerſitas aliquid dediſſet Baroni,vel quid annuum ipſi ſolueret pro nominatione in Cameram reſeruatam,proùt dictum eſt ſuprà,æquum eſſet, vt Caſalia etiam contribuerent pro numero foculationum, per regulam *d.c.qui ſentit,de regul.iur.in* 6.

Sed an Baro teneatur ſoluere releuium Reg.Cur. de eo,quod ſibi datur ab Vniuerſitate, pro nominatione in Cameram reſeruatam?vide *Allegationes D. Pomponij Magaldi* doctiſſimi Iureconſulti,& Aduocati peritiſſimi,vitrà vitæ probitatem, ac motũ candorem, cuius veſtigia non minori felicitate, ac laudabili exemplo hodiè proſequitur *D. Ioſeph* eius filius,vir quidèm ſumma doctrina, omniq; eruditione refertus,& Aduocatus diſertiſſimus, quas tranſcripſit *D.Andr.Capan.*in eius eleganti *tract. de iure relen.p.*2.*q.*2. Ioannes Laganarius.

De Militibus, &c. Pragm.V.

RERVM SVMMA.

1 *Militibus licet aliquid deprędari in caſu neceſſitatis.*

HAuiendoſe ordenado, &c.

Continet diuerſas prouiſiones pro militibus pedeſtribus,nè populi ab eis vexentur.

Et in §.5.quatènus expreſsè prohibet ſub pœna ſtrimium,nè faciant curterias,& repræſalias populis,etiam renitentibus dare hic prouiſa,limita, vt nõ
1 procedat in caſu neceſſitatis, quo caſu licèt militibus aliquid deprædari propter eſum, vt affirmat *Ang.*per illum *text.in l.*2.§.*cùm in eadem,in fin. ff.ad*
A *l.Rhod.de iactu.*

ADDITIO.

A ET Nos notauimus ſuprà in *pragm.*5. *de Carcer.* ſiuè *Comment.*ſub *num.*3.ex *Surd.de aliment.tit.* 1.*quæſt.*76.*num.*12.& nunc addo *Criſpol.de caſib.militar.caſu* 24. vbi multos alios ad hoc fundandum adducit. Quàmuis non ſit opus, in hoc laborare, multaq; verba effundere,genus enim hoc hominum egeat,vel non,deprædandi tamen cùm datur occaſio,illam non deſerit. Quamobrem benè cecinit ille

Nulla fides,pietaſq; iis,qui Caſtra ſequuntur.

Et *Virgil.Eclog.*1.

Impius hæc tàm culta noualia miles habebit.
Barbarus has ſegetes.

Et *Torquat.Taſſ.cant.*7 *ſt.*9.

Negli auidi Soldati à preda alletta
La noſtra poverà vile,& negletta.

Ioannes Laganarius.

De Militibus,&c. Pragm.XI.

ESſendo l'Illuſtre Conte, &c. verſic.Por quanto, &c.

Cauſæ omnes tàm ciuiles, quam criminales, nedùm Hiſpanæ militiæ huius Regni,ſed omnium,qui ſunt ſtipendiarij Reg.Cur. occaſione retroactæ militiæ,etiam pendentes cognoſcantur per Auditorem Generalem Exercitus.H.D.

Hæc pragmatica fuit ſatis luculentiſſimis commẽtarijs exornata per V.I.D. Matthæum Patignum Hiſpanum ex Regno Galitiæ,qui cùm Regnum hoc aduemiſſet cum Excellentiſs. D. D.Petro Fernandez à Caſtro,Lemenſium Comite,huiuſmet Regni Prorege, ab eoq; fuiſſet creatus Auditor Generalis Exercitus,vt ſuam iuriſdictionem inconcuſſam redderet,omnia in hac pragmatica diſpoſita confirmauit ex diſpoſitione iuris communis,proùt ex iiſdem commentarijs ſemel ab ipſo impreſſis, & denuò hic imprimẽdis omnibus notũ eſt;interim tamen nó reticebo, quòd hic idem Matthæus Patignus poſtea infrà paucos menſes inter Regios Conſiliarios Sacr. Reg.Conſilij ſummo noſtro Rege creatus, tantam humanitatem,lenitatem,doctrinam,& integritatem in ſuo munere exercendo exhibuit, vt omnium animos ſibi deuincat,adeò vt nemo ſit, qui maiorem dignitatem, & præcipuè ſummum illum Regeorum Regiam Cancellariam gradum non deprecetur,tanquàm ſibi debitum,non ſolùm iure proprio, ſed etiã veluti ex genere;eſt enim ſtrictiſsimo ſanguinis vinculo coniunctus cum illo Antonio Patigno, qui & Regij Conſiliarij in Sacro Conſilio Caſtri Capuanæ,& demùm Regij Collateralis Conſiliarij, & Regentis Regiam Cancellariam munus tanta fidelitate,ſolertia,& integritate exercuit, vt dignus fuerit remuneratione ducentorm aureorum annuorum vita durante,& aliorum ducatorum ſexcentum pro vna vice tantùm, quam ei motu proprio conceſſit Philippus II. immortalis memoriæ, per ſuas litteras, quas Ego originales vidi,expeditas Bruxellis die 1. Iulij 1558.Tu interea fruere eius commentarijs,qui ſequuntur.

TRACTATVS

De Iudice,& Priuilegijs militum.

Pro defenſione Pragmaticæ editæ ab Illuſtriſsimo Domino D. Ferdinando Ruiz de Caſtro, olim Comite de Lemos,& huius Neap. Regni Prorege dignisſimo.

Excellentiſſimo Domino D. Petro Fernandez de Caſtro Ferdinandi filio,& in vtroq; Statu ſucceſſori dicatus.

A Licentiato Matthæo Patiño nunc Regio Conſiliario in S.C.Capuanæ,& olim Regio Generali Exercitus Auditore in Reg.Neap.

All'Illuſtriſs.y Excellentiſs.Señor

D. PETRO FERNANDEZ DE CASTRO.

Conde de Lemos, Marques de Sarria,Conde de Andrada,y de Villalua, Cauallero dela orden de Alcantara, Comendador dela Zarza, dela Camera de Su Mageſtad, y ſu Vitrey, y Capitan General en eſte Reyno de Napoles.

EL

Digitized by Google

EL ingenioso Poeta Ouidio *en el lib. 13. de sus transformaciones refiere la queja de Ayax, por que el pleyto de las armas de Achiles se trataua delante las naues, y que Vlisses entrasse en su competencia.*

Agimus proh? Iupiter, inquit
Antè rates causam, & mecum confertur Vlisses.

Pleguiera à Dios, Señor Excellentissimo, que esta, que V.E. me manda defender, donde se ha de tratar de los priuilegios de los soldados, para quien no son de menos consideracion, que las armas à Vlisses, se desputará en la playa, y delante las naues, donde yo pudiera dissimular mis faltas, y fueran mis contrarios de menos partes, y letras: pero manda V.E. y assi conuiene, la juzguen los hombres mas doctos, que ay en este Reyno, y dame por competidores otros, que lo pueden ser en letras, y prudencia de los mismos, che han de ser Iuezes, por lo qual pudiera con razon perder el animo, pues en todo soy tan inferior à todos, que podran dezir justamente admirados.

En mecum confertur Vlisses?

27 Los Estipendiarios, Entretenidos, y que tienen renta, por lo que han seruido en la guerra, deben gozar del mismo priuilegio,quia etiam ius commune illos cognouit,& admisit, vt disputando resoluit *Paul.de Castr.in l.scrinarios, C.de mil.testam.* cuius fundamenta refert, & sequitur *Gregor.Lop.* in *l.49. tit.5.par.5.glos.2.vers.& adde*;sunt enim milites, vt tradit *Bald.*in *l.super, C.de pignor.* & nouissimè *Castill.d.dec.*105.à *num.*16.qui etiam de Veteranis loquitur.Quibus similes sunt Emeriti,& Veterani,qui si per 20.annos militauerint, vacationem munerum consequuntur,vt probat *text.in l.fin.C.de ijs, qui non implet.stipend.lib.*10. cum alijs de iure consideratis in eorum fauorem per *Marc.Ant.Surg. de Neap. Illustr.cap.*12.dum æquiparat ipsos retentis,seu,vt ille dicit,vulgò *tratenuris*,& plurà de his omnibus stipendiarijs,& emeritis videri possunt apud *Mut.Surg.* eius fratrem in *scholijs* ad d.*cap.*22.vbi abundè, qui sint, & quanto in honore habiti apud Antiquos, quos etiam nos illorum imitatores diligere debemus.Eodem priuilegio gaudere debent milites nouæ militiæ,vt ex plurib.probat *Castill. d. dec.*105. à *num.*41,cui addo, quia illi sunt milites voluntarij, de quibus est *tex.in l.qui cum vno,§.reus, ff.de re mil.* vide *Coterænm de iur.mil.c.*13.

Nec dubium facit,si quis dicat, me etiam huic 28 pragmaticæ addere Medicum,domesticos,familiares,Iudicem,& ministros, de quibus nec verbum in pragmatica, & ideò reiciendos à militari priuilegio,respondetur namque, supradictos, & omnes alios militantes comprehendi saltem in præfatione, ibi,*y de sus familias*,& ibi,*y principalmente de la milicia*, quod sufficit,quia illud, quod colligitur ex præfatione,dicitur expressè actum, & si deficiat in dispositione,vt probat strenuus in iure miles *Ioann. Andr.de Georg.allegat.*31.*num.*49. Præfatio enim tollit incertitudinem,& dat intellectum toti legi,secundùm quam lex constringitur,extenditur, & declaratur,vt cum *Nolin.Bald.* & alijs probat *Gutierr. lib.1.pract.q* 89 *num* 3.doctissimus *Roman.in addit.ad pragmat.4.de poss. ff.non turb.*insignis *Tap.* in *l.item, ait lex,de official.in Regn.consil.glos.* in *verb. extrà Regnum*,& ratio est,quia cessante ratio finalis, *l. fin.de hared.inst.*ita tenet *Nauar.in manual.cap.*15.*num.*21, & in *cap.si quandò, de rescript. excep* 8. *num.*1. Quibus, si nihil valet opinio, explorati iuris est, quæ personæ comprehendantur, & admitti debeant, vt gaudeant priuilegio fori, ex principio nostræ legis,quare ad alias clausulas deueniamus, & succedat secunda.

Y fuyendo prender alguno in fraganti crimine, o de otra qualquier manera la ayan de remitir con los autos.

29 Idem erat de iure communi in *l.1. C.de ex hib. reis*,cuius verba sunt,*si miles in Prouincia repertus crimen publicum commiserit, cum Rector Prouinciæ sub custodia constituat,atque ità, vel causæ meritum, vel personæ qualitatem ad Magistrum militum referat*;& quamuis *d.l.* vtatur disiunctiua, *vel*, de cuius natura vnius partis implemento satisfieri debet, *l.si ex toto,§ si ità scripsum, ff.de leg.1.ille aut ille,ff.de leg.3.*verius est in similibus, disiunctiuam conuerti in copulatiuam, *l.cùm quidam,C.de verb.sign.* quæ requirit vtriusque partis implementum, *l.si hæredi, ff.de cond.inst.*licut copulatiua *etiam*, ampliatur, vt benè considerat *Mascar.de delict.*in *cap.de vuln. letal.num.*55.*l.qui dolo,§.ad leges,ff.ad l.Iul. de vi publ. Gutierr.lib.*3.*pract.q* 97. *Gallac.de conug. acquæst. n.*194.idem *Gutier.lib.*3.*pract q.*30.*nn.*19. *Bermond. Coneron.de publ.concub.* tapet dictione, *&*, *tom.*11. *tract.fol.*160.iuxtà quæ tradita elegantèr à *Ioseph.de Rastic.in comment.ad l.cùm quidam,lib.*3.*cap.*2. *num.*5. vbi quandò verba proferuntur à lege,qualibet pars debet esse vera, si loquimur quòad interpretationem,y esto se guarda,y está en vso,como queda prouado arriba *n.*18. por la carta del Auditor General Flandes;y por lo que dize en este particular el *Maestre de Campo Londono* en su *discurso de la disciplina militar*,ibi,*no les deben prender,ni castigar*,& ibi, *la jurisdicion de los Maestres de Campo* y assi justamente S.Excelencia se remita con los autos el preso.

30 *Luego, que por fee de la Escribania de Racion, ó Villete del Auditor General,les conste de los contenidos.*

Hæc verba,& præcedentia desumpta sunt ex *pragmat.1.de iurisdict. inuicem non turband.*ibi, *& si quandò aliquo errore interueniente se intromiserit, debeat ad simplicem requisitionem illius, cuius iurisdictio turbata fuerit,desistere, & ad eum Officialem,ad quem spectat,remittere*, de cuius intelligentia multa notatu digna affert Patritius *Reg.de Ponte dec.*13.à *n.*5.

In

In his verbis declarantur duo, primum, necessitas, & celeritas remittendi, per illud verbum *luego*, quod importat velocitatem, & omnem dilationem excludit, & importat, vt nullo alio actu, etiam momentaneo interposito debeat actus celebrari, vt ex *l. si pater captus, ff. de vulg.* probat *Auend. cap. 16. prætor. par. 1. num. 1.* de quibus aliqua pius, & religiosus vir, bonarumque scientiarum amator *Michael Zapulli in prag. 5. de administr. vniu. §. 8. num. 2.* habet vnu latæ sententiæ, vt doctè probat *Gutier. de contract. iur. cap. 62. num. 4.* Necessitas vero declaratur per alia verba, in principio nostræ *legis* posita, ibi, *toda replica, y duda cessante*, quæ important necessitatem, vt rectè sentit insignis *Tap. in d. l. 1. vbi de crimin. agi oport.* explicans illud verbum, *cum primum scierit*, ex quo nulla potest esse excusatio, præsertim quia tota iurisdictio dependet ab vno Principe, prout *ipse* considerat *num. 2. ibi.*

31 Secundò declaratur modus probandi militiam, qui constat ex duobus. Primò, quòd sit descriptus in matricula, de qua fidem facit Scriba rationis, nam qui non est descriptus in matricula, habetur pro priuato, vt voluit *glos. in l. 3. C. de offic. mag. mil. Lex eo. ff. de mil. testam.* & sola matricula est plena probatio, teste *Bonadill. lib. 2. polit. cap. 19. num. 17.* plura refert *Coter. de iur. milit. lib. 1. cap. 7.* Secundò, quòd accedat authoritas Generalis Auditoris petentis remissionem cuili modo per suam schedulam, seù villette, non imperando, vt debitus honor Iudicibus deferatur, in quo, vt diximus dictis in *nu. præced.* illa disiunctiua, *ò*, debet conuerti in copulatiuam, ità quòd vtrumque simul requiratur, licèt antè nostram *legem* sufficerent istæ literæ Senescalchi ad Regentem, vt tenet *Affl.* super *Const. Intentionis de illic. port. armor. num. 24.*

32 *Por qualquier delicto, ò causa, no distinguiendo, si es militar, ò comun el delicto, ò si es cometido en ausencia, ò de bajo del estendarde, ò bandera, ò dentro desta Ciudad, ò fuera della.*

Præsupposita necessitate remittendi, vt omnis tolleretur difficultas prohibet Princeps, fieri distinctionem delictorum verbis suprà relatis; ex quibus manifestè colligitur, derogasse *glos. in d. l. magisteria*, & decisionibus, quæ pro ipsa faciunt, contrà quas insurreximus suprà à *num. 11.* à quo repetenda erunt pro explicatione horum verborum, & vltrà ea vide *Foller. in prax. crim. verb audiantur excusatores, num. 141.* qui pro nobis etiam militat, & probat in multis nostram decisionem. Eam tamen cõsiderationem non omittamus, verbum, *qualquier*, quo in ista clausula vtitur Princeps, esse tantæ potentiæ, vt comprehendat casus, qui aliàs ex propria significatione non venirent, vt ex *glos. in l. omnes*, iuncto *text. in vers. quaslibet alias, C. de quadr. præscr.* ingeniosè deducit Patritius *Regens de Ponte decis. 3. num. 4. Gigas de pension. q. 28. num. 12. & seq.* faciunt tradita à *Natta cons. 154. num. 3.*

33 *Non obstante qualquiera prouençion, orden, decreto, ò costumbre, que por lo pasado aya auido en contrario, que assi conuiene al seruicio de nuestro Señor, y es nuestra voluntad que ninguno haga lo contrario, por quanto tiene cara la graçia de Su Magestad, y sò otras penas, à nuestro arbitrio reservadas.*

Verba hæc derogant anterioribus vsibus, vel cõsuetudinibus, contrarium disponentibus ex iustis causis, de quibus suprà latior est habitus sermo, nec mirum videri debet, si etiam dispositionibus, & decretis derogetur, quia nihil veterum Principum authoritati subtrahitur, si iuxtà nouorum tempo-

rum qualitatem noua producuntur iura, & nouis abusibus noua remedia reperiuntur, vt voluit *Imper. Feder. in l. 1. de legib.* secundùm compilationem insignis *Caroli de Tapia*, cuius ingenio, & doctrina studiosissimus illustrata est *scholijs*: nec fuit necesse leges nominare, aut de illis facere expressam mentionem, quia sufficit clausula generalis, *non obstante quacunque lege*, vt est communis, resolutа à *D. Pompeo Battagin addit. ad Cyn. in l. omnes, C. si contrà ius, vel vt. l. publ.*

34 *Declarando, como declaramos desde agora nullos, y invalidos todos los actos, que por qualquier Tribunal de los susodichos, excepto de los dichos Auditores, se hizieren contra los dichos soldados de la Caballeria, y Infanteria, y otros Estipendiarios de Su Magestad, y sus familias.*

Hæc verba sunt decreti irritantis, quibus annullatur actus, & datur forma, contrà quam nihil potest agi, vt elegantèr probat *Gutier. lib. 4. pract. q. 15. num. 2. Petr. Foller. in practicarum. in verb. audiantur excusatores, à num. 67.* cuius fundamenta, & rationes hic reperi possunt, quibus manent explicata verba, & mens nostræ *legis*, cuius confirmationem humiliter petunt omnes milites, & sperant consequi à munificentissimis manibus Vestræ Excell. cuius protectionem merentur.

35 Sed licèt dicta *lex*, non noua, sed contempta, vt suprà ostendimus, omni iuri consona videatur, cùm omnia secundùm litem fiant, teste *Philosopho*, habet contra se aduersarios potentes, opere, & sermone, qui eam putant, esse Reipublicæ infestam, & moderari debere, quod, vt Ego nulla ratione fundari demonstrem, operæpretium existimaui, eorum fundamenta proponere, & eis respondere, tùm vt magis veritas eluceſcat, & *legis* nostræ aurum fornace ignea concussum, & vexatum clariùs emittat splendorem, tùm etiam sequutus *Baldi* sententiam, qui ferro viam, dicit, aperire eum, qui per contraria disputat: opponuntur ergò nostræ iustissimæ decisioni Iudices M. C. V. existimantes, sibi datam esse omnem potestatem iudicandi in Terra, cui aliquãtulum per nostram *legem* derogatur, & contendũt, eius iustitiam fundari ex sequentibus.

36 Primò, quia estò, quòd priuilegia suprà relata competant de iure communi, adhùc non debent eis concedi, cùm explorati iuris sit, milites nostri temporis non gaudere priuilegijs militaribus, prout cõstat ex *Doctoribus in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* & in *l. centurio, ff. de vulg.* & vt etiam contrà Hispanos Hispanum habeant eorum opinionem defendentem, allegare possunt de iure benemeritum *Bonadill.* qui alios refert *lib. 4. polit. cap. 1. num. 14.* ea motus ratione, quia milites Populo sunt infesti, duriores, & asperiores ergà hospites, omnibus inferunt grauamina, nec disciplinam militarem antiqua prosequuntur modestia. Sed, salua pace, Ego contrariam potiùs sententiam amplector, alia elegantiori ratione, quia etiam hodiè, sicut antiquitùs, eadem patiuntur pro defendenda Republica, immò plura, cùm bellandi ars eo sit producta ingenio, vt nec vires sufficiant maiora pericula in consequendis victorijs, nec minores victorias cernimus, solutiones tardiores eos quotidiè affligunt, nec nostri militis vita minus est æstimanda, quàm antiqui, prout benè considerat *Ayala de iure belli, lib. 3. cap. 7. num. 27.* nec huic sententiæ desunt patroni, inter quos *Petr. Nunnez de Auendaño in diction. verb. caualliero*, ità refert. *Item milites, qui vacant cum equis, & armis, siue sint equites, siue ped-*

pedestres in defensione Regni vt sunt illi qui stant in Regno Granata, & in Regno Nauarra, vel apud Neapolis Regnum in Apulia, vbi sunt in ipso actu militiæ, & parati succumbere pro defensione Reipublicæ, gaudent priuilegijs militum. Idem tenet Gregor. Lopez in *l.4 tit.5.par.5 g.* 2 *verb. priuilegiados militares, Aut. Gomez.mb.*3. *Faur. num.*66. quod etiam ea hominibus *ac armas* extendit *Gutier. de constit. iurat. cap.6. num.*10. sed vt testibus omni exceptione maioribus nostram sententiam comprobemus, videsne, quæso, *Matth. de Afflict.* super *Const. Inuentionis, lib.1.rubr.9. de illic. port. arm. num.*28. qui quæstionem nostram refert his verbis, *Sufficit ergo, quòd taliter fidelis miles vacet armis, & paratus sit pro defensione Reipublicæ, vel Ciuitatis, vel Regis, vel Domini sui militarem artem exercere, sic dicitur vere gaudere priuilegio militum,* sed ne sit locus dubitationi, omnem eam auferre cupiens subiungit exceptionem adductam a *Bellug. in spec. Princ. rubr.*10. *à num.*17. vbi distinguit de priuilegijs, quorum rationalis respicit armorum expeditionem, quibus soli actu militantes gaudent, vt in testamento priuilegijs verò concessis ob prærogatiuam militaris dignitatis gaudent etiam non militantes, & veterani, vt puta, ne cogantur vltra, quam facere possint. Ad quam tot istinam concordiam reduci debent omnes opiniones, & comprehendi actu militantes in ijs, quæ respiciunt armorum expeditionem, & parati militare, in ijs, quæ conceduntur ob prærogatiuam militaris dignitatis, & sic eluditur hoc primum fundamentum optimo iure.

37 Secundum fundamentum est, hanc pragmaticam non habere vim legis, cùm emissa sit sine Procerum consilio, quod requiritur, vt de iure probat *Troyllus in progm. comment. ad pragmaticas huius Regni num.*21. & ità nec seruari debere, nisi à militibus, quibus D. Proceres, tanquàm Capitaneus generalis potest leges præfigere.

Sed neq; isto fundamento victoria paratur, constat enim, D Proregem, prout diximus suprà *nu.*15. habere supremam, & amplissimam potestatem mandandi, & statuendi pro tuo arbitrio, & ratione dignitatis, nec esse dubium, posse legem condere, prout ex *l fin. C. de leg. & l.*12. *tit.*1. *part.*1. probat communis omnium præceptor doctissimus *Carolus de Tap. in l.*1. *de legib. verb. dignitas* non potest tollere legem communem, dummodò non tollat ius Superiorum, vt ex *cap venientes, de iureiurand.* & alijs probat *Troyll.* vbi supra, *n.*3. & quod magis est, potest priuilegium concessum circà iurisdictionem moderare, & ex causa per supremam authoritatem supplere, teste summæ eruditionis viro *Scip. Rouit. in pragmat.*3. *de sodomia.* Nec nostræ legi deest aliquod requisitum bonæ legis, si attenta mentis acie contemplemur ea, quæ tradit elegantissimè *D. Reg. Tap in rubr. de legibus,* & ea, quæ hucusq; *numeris* præcedentibus pro exornanda nostra pragmatica dicta sunt. Quibus præsuppositis, ad ea, quæ de consilio Procerum adducuntur respondet *Paul. Castr. in l. humanum C. de legib.* Principem non indigere Procerum consilio ex necessitate, sed ad melius esse, quia Proceres & Cõsiliarij in ijs, quæ non concernunt totius regni, non habent votum decisiuum, sed consultiuum, vt testatur Patritius *Reg. de Pont. resol. de potestat. Proreg. tit. de assens. Regis per alien. feud. prest. q.*2. *n.*7. *Puteo de sacri Consist. consult. p.*1. *q.*3. *art.*8. qui de foro interiori, & exteriori disputat.

38 Tertium fundamentum est, quia milites, & eorum Iudex horantur pragmaticæ extendens militum priuilegia ad multa, de quibus ipsa non disponit, nã in prouisionibus, quæ vulgò dicuntur, *salua guardia,* conceduntur ad munus tria, de quibus in pragmatica verbum nullum, videlicet, *que la gente de guerra no se moleste de persona à instancia de sus acreedores. Item, que no se haga execucion en sus armas, y vestidos. Item, que sea franco el soldado de gabelas, y contribuciones.*

Cui difficultati facilis est solutio, quia nostra pragmatica, vt constat ex *proœm.* ex eo prodita, vt seruarentur priuilegia, non solùm respectu iurisdictionis, sed etiam omnium aliorum, quæ de iure deberent obseruari, pro quo facit doctrina *Io. Garz. & Gutier.* allegata suprà *num.*26. quòd quandò ratio legis est amplior dicto, dispositio debet extẽdi ad terminos rationis, tùm quia militat eadem ratio in istis, quæ in alijs concernentibus iurisdictionem, tùm etiam, quia de iure competunt, quemadmodùm superiora, & cùm hæc lex solùm voluerit prouidere indebitis molestijs, quas diuersis Tribunalibus traditi milites patiebantur, statuendo proprium, & competentem Iudicem, qui in illis ius diceret, non est restricta ad aliqua priuilegia, sed omnia militibus competentia, præcipit, ad vnguẽ obseruari, ex quo in eis nihil immutauit, & ideò stare debent, vulgata *l. præcipimus, C. de appell.*

39 Quòd autem eis competant de iure, probatur, primum scilicet, quòd non molestentur de persona, ex *l. milites, C. de locato,* vbi milites armis, nõ verò priuatis negotijs occupari iubet *Imperator,* nè Reipublicæ, à qua aluntur, & tenẽtur ab omni bellorũ necessitate defendere, deserant, quod vnq; præstare non possent, si carceri manciparentur pro ciuili debito.

40 Item quia miles de iure non tenetur vltrà quã facere potest, *l. miles, ff. de re iud.* & licèt *D. Reg. de Põt. in d. tit. de assens. Reg. §.*7. *nu.*42. hoc velit limitare ad proprios milites, & actu militiam exercentes; cõtrariũ tenet *Bellug. in spec. Princ. rub.*10. à *n.*24. vbi etiã ad eos, qui sine fraude ingressi sunt militiã post debita contracta extẽdit hoc priuilegium, cuius rationẽ reddit *n.*18. quia concessum est militibus ob prærogatiuã militaris dignitatis, nè cogantur in militũ opprobrium mendicare, & ità gaudere debere milites etiã non degentes in armorum expeditione, quibus & alijs rationibus per eum doctissimè discussis hæc pars satis probatur, qui autem conueniri nõ debẽt vltrà quã facere possũt, nec possunt capi de persona, vt ex *gl. in l. liber captus, C. de capt. & posit. reuer. Roder Suar. Auẽd.* & alijs probat *Gutier. de constr. in. c.*16. *n.*48. Quod adeò verum est, vt nec; huic priuilegio possit renũciari, *l. alia causa, §. elegãter ff. sol. matr.* etiam si talis renunciatio firmaretur iuramento, *Gutier.* qui suprà *n.*49. conducunt plura tradita per *Ludou. à Param. in d. resp.*2. à *n.*17.

41 Præterea, quia de iure huius Regni miles habetur pro nobili in *Const. Terminum vita,* sub *tit. de homic. puniẽd.* vbi *miles, vel superiori gradu positus vltore gladio pœnam substineat,* quia propter dignitatem cõdemnantur ad leuius genus mortis, vt aduertit *Auend. p.*2. *c.*16 *verb. dignitas persona,* & *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illust. c.*23. idem probatur in *Const. Vt dignitatum,* sub *tit de iniur. nobil. person.* vbi, *& vt nobilius in dictis non interfit,* priuatio enim præsupponit habitũ in *l decem, de verb. oblig.* Nobiles verò etiam de iure cõmuni non debẽt per debito carcerari, vt probat *Gutier.* vbi suprà, & *Otalora de nobil. 4 p. princ. c.*1. *n.*10. in Hispania est *l.*4. *tit* 2. *lib.*6. *recopil.* vndè consequẽs est, militem, qui omni iure nobilium gaudet priuilegijs liberum esse à carceris squallore, nec posse pro debito ciuili de persona molestari.

42 Se-

Digitized by Google

41 Secundum priuilegium est, *que no sea molestado en sus armas, y vestidos*, quod etiam procedit de iure communi, vt probat *glos. in l. nepos proculo, verb. dignitate, ff. de verb. sign. Bald. in rubr. C. qui bon. ceder. poss.* & de iure huius Regni est *pragm. 6. de milit. bis queremos, y es nuestra voluntad, que a los dichos Capitanes, Oficiales, y Soldados, no se les pueda hazer execucion por ninguna deuda, sobre sus caballos, armas, y vestidos, y la razon es, porque sin armas, y vestidos no se podria pelear*, nimio arma membra animum vetares asserebant, teste *Ayala de iure bell. lib. 3. cap. 7. Puteo de re milit. cap. 1.* Ex quo etiam videtur processisse, vendentem arma capite puniri in *l. deserorem, ff. de re milit.* & quòd hodie ex decretis, & bonis Illustrissimorum Procerum nullus miles potest etiam alteri militi commodare arma, etiam ad comitandum vexillum, scilicet *entrar de guardia*, sub pena remigationis. Quæ efficiunt tutissimam cautam priuilegij, frustra enim ab aliis periculis liberarentur arma, si pro debito possent capi, & detineri, quæ enim est militum stricta suppellex, hodie fortiùs militare armis pro debitis captis, quàm propriis officijs occupari possunt; quibus Ego adeo, militem nec in stipendijs posse molestari, si habet alia bona, vndè soluat *l. stipendia. C. de exequut. rei iudic. Lar. cum seq. tit. 21. part. 2. vbi glos. verbum en armas*, & in *l. 4. tit. 3. part. 5. glos. fin. Anles in cap. 1. prætor glos. verb ni llenaran. Gutier. de iuram. confirm. c. 17. num. 8.* & optima quidem ratione, qua stipendia dantur militibus pro victu, victus autem, & vestes paria esse videntur, vt ex *l. fin. C. de ss. qui ad eccl. confug.* docet *Claud. Coter. de iure milit. lib. 1. cap. 33.* vbi plura: nec placet opinio *D. Reg. de Ponte in d. §. 7. de assens. Reg. num. 43.* dicentis, per Collaterale Consilium indifferenter expediri prouisiones contrà milites nouæ militiæ, vt contrà eos exequatur, etiam de persona, licèt sint descripti in matricula, quia *d. pragm. 6.* solùm concedit priuilegium in armis, & equis: nàm contrarium responsum est per Illustrissimum Ducem de Alcalà *Matthæo de Afflicto* 14. Iunij 1563. his verbis, *en lo de la execucion de las deudas, os he respondido Señor que es cosa clara, que si no se haze en las armas, vestidos y caballos, menos se à de hazer en las personas*. In figuram venit hæc sententia Domini Commendatoris Maioris, & Domini Comitis de Miranda, y otros Tribunales deste Reyno, han despachado prouisiones en la dicha conformidad, de manera, que podemos dezir tambien, como el *Señor Regente, hoc iure veimur*, y la razon es fundada en el dicho del *Filosofo propter quod vnumquodq; tale, & illud magis*, si es verdad, que las armas, vestidos, y caballos tienen priuilegio, porque siruen à la persona del soldado, razon es, que lo tenga la persona, pues presa no saldran las armas de casa à pelear solas, ni defenderan la Republica, como lo manda el *Emperador* en la *l. 3. C. locat.* quia, vt consideravimus iuptà *num. 10.* ex *Afflict. in Const. Vt vniuersis*, res debent seruire personæ, quæ est dignior, & propter eam sùt inuentæ.

43 Nec erit ab re superiori armorum disputationi eã addere, an milites possint armati incedere? in qua breuiter, & resolutiuè dico, de iure communi esse extrà dubium, posse, ex multis traditis à *Rouadill. lib. 1. Polit. cap. 13. num. 77.* & de iure huius Regni illis concessum esse in *Const.* quæ incipit *Intentionis*, sub *tit. de illic. port. arm.* vbi à generali prohibitione excipiuntur milites, quibus enses deferre licet, cùm extrà loca, quæ inhabitant pro agendis suis negotijs equitare cõrigerit; quod postea plenius anno 1563. Illustrissimus Dux de Alcalà huius Regni dignissimus Proses complexit militibus pedestris militiæ in *pragm. 7. de militibus*, ibi, *queremos, y es nuestra voluntad, que a los dichos soldados, que assi seran escritos en la dicha militar assiento al tiempo que staran al seruicio de Su Magestad, como residiendo en sus casas, ò en otra qualquier parte del Reyno, puedan traer armas offensiuas, y defensiuas, exceptuando pero daga, y espada, sino de pedernal, y que por qualquier, o qualesquier bandos no les puedan ser vedadas, ni prohibidas, assi en qualquier parte del dicho Reyno, como en esta Ciudad de Napoles*. Y lo vltimo se concedio a los soldados de a caballo año de 77. in *pragm. 9. de milit. num. 7.* y a todos los hombres de armas, caballeros, y los mas, que stan al sueldo de Su Magestad, assi Españoles, como Italianos in *pragmat. 11. de milit.* quid ergò prodessent tot priuilegia pro amandis militibus, si cuilibet debito obnoxia remanerent? esset quidem, vel virum sine armis, vel arma sine viro cancre.

44 Tertium priuilegium est, *que sea franco de gabelas, y contribuciones*, quod de iure communi disponit *Libs oneribus 10. de vacat. numer.* ibi, *angariorum præstatione et recipiendi hospitis necessitas, et militibus, et liberalium artium professoribus inter cætera remissa sunt*, bonus *tex. in l. prætor, §. duo, ff. eodem*, ibi, *duo genera tribuenda muneris publici vacationis sunt, vnum plenum atque et militia datur*, vbi *glos. verb. datur* dicit, qui numeris vacationem habent, immunitatem habere, si ergò militiæ plenius vacatio muneris conceditur, immunitas denegari non debet, per quæ iura *Ioan. de Plat.* relatus à *Gregor. in l. 7. tit. 25. part. 4.* dicit, militiam, & nobilitatem excusationem à muneribus concedere, quod etiam competit literarum professoribus in *l. medicos, C. de profess. et medic. lib. 10.* quia dicuntur militare, vt probat *Gregor. in l. fin. tit. 1. par. 1. glos. 5.* si ergò alijs, quia militare dicuntur, indulgetur, quare militantibus denegetur, Ego non capio? disputat elegantèr *Castill. d. cap. 101. à num. 47.* faciunt tradita per *Vincent. de Anna sing. 365. verb. quia est Ciuis.*

45 Est etiam alius modus contradicendi executioni *d. pragm.* licèt, quia videtur *Ritibus Magn. Cur.* & iuri communi contraria, saltim in modo remutendi, & fundantur sequentibus. Primò, in *Rit. Magn Cur. 61.* cuius verba sunt; *Item si aliquis clericus citatus fuerit, vt laicus de mandato d. Curiæ, pro aliqua criminali causa vel ciuili bannitus, vel forisbannitus, et voluerit postea suam purgare contumaciam, debet in eadem Curia personaliter comparere, et ipsa Curia cognoscet de suo clericatu prædicto, cum habitu, et tonsura demonstrato, et constito ipsi Curiæ de clericatu huiusmodi, remittit ipsum ad suum Iudicem competentem, et hoc quotidiè obseruat.*

Secundò fundantur magis expresso *Rit. 235.* cuius verba sunt: *Item seruat ipsa Curia, quòd nullus clericus potest comparere, nisi personaliter cum documentis clericatus, aliàs non auditur in declinando forum ipsius Curiæ, et ipso veniente datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadam petitione declinatoria fori, & rarò quasi dictus processus finitur, vndè eò ipsò, quòd datur terminus, intelligitur esse remissus. multoties etiam finitur processus, et ratione datur decretum, eum esse clericum, et remittitur.* Ex quibus *Ritibus* contendunt probare, nostram *legem* in illis verbis, *Y sucediendo prender alguno in fraganti crimine, ò en otra qualquiera manera, le hayan de remitir con los autos luego, que por fee de la Scrivania de racion, ò villete del Auditor Gentil les conste ser de los*

los contenidos, &c. Esse contrariam dd. *Ritibus*, dum tollit terminum in causa super remissione, & comparitionem personalem militis cum documentis militiæ.

45 Sed nec etiam in hoc niruntur ratione, quia dictus *Ritus* 65. loquitur expresè in Clerico citato, vt laico, & reputato contumace, cùm M. C. ignorans, eum esse Clericum, iustè processerit, & in odium contemptæ iurisdictionis, qui noluit venire in termino, compareat personaliter, & cognoscatur de suo clericatu exacte, præsumitur enim contra eum, cùm posset in principio allegare clericatum, & impedire processum, vt bene sentit *Carau. in d. rit.* 235. *num.* 1. Nostra verò *lex* loquitur, quando in fraganti capitur miles, vel cognoscitur contrà ipsum, quia tunc sufficit quòd M. C. certioretur per Scribam rationis, & Auditorem Generalem, eum esse militem, & cùm sint authentica documenta militiæ, debet credere, & remittere statim, & sic nó consetur contrarietas.

Sed estò quòd in aliquo viderentur ista iura repugnatia, adhùc non obstat *d. Ritus* 235. qui cùm sit correctorius iuris communis, non debet extendi vltrà casum expressum, & sic procedant contrà Clericum, in quo expres loquitur *Ritus*, nostræ verò *legi* concedant militem, quia quamuis in aliquibus casibus ità vniformitèr considerentur, vt valeat argumentum de milite celesti ad terrestrem, ex *glos. & Doctoribus in l. miles, ff. de re iud.* & *Cauall. contr. comm. q.* 328. *& seq.* adhuc in iure differunt quoad priuilegia, *glos. in §. idem, Instit. de ex. cus. tut. verbo nec volens. Greg. Lop in l fin. tit.* 1. *par.* 1. & in *l.* 2. *tit.* 24. *par.* 4. *glos.* 5. Immò repugnat vna alteri militiæ, quia factus Christi miles nó potest esse miles sęculi, *cap.* 1. *de vasal. milit. qui arma bell. deposuit, Franc. Sonsbec. de feud. par.* 12. *nu.* 138. *in Tractatibus Doctorum, Ayala lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4. & amittit feudum, *Isern. in tit. de benef. fœmine, num.* 4. vide *Capyc. dec.* 161. *nu.* 1. & *decis. Pedem.* 27. & ità non mirum, si diuersimodè iudicari debent.

47 Præcipuè, quia in militibus cessat ratio, in qua *Ritus* fundatur, quæ, vt benè considerauit insignis *Tap in tit. de Epis. & Cler.* est, nè lupi rapaces sub pellibus ouium iustam euaderent punitionem, de qua suprà *num. preced.* non verò auferre potestatem mutandi, & interpretandi secundùm leges ciuiles, in quibus (vt ostendimus) consider. tur quædam diuersa ratio.

48 Dato tamen, & non concesso, quòd istæ *leges* diuersa disponerent, si verum amamus, etiam secundùm dd. *Ritus*, constito de Clericatu Curia remittit Clericum, non obstante, quòd detur terminus super remissione, vt expresè decidit d. *Ritus* 235. ibi, *vndè eò ipsò, quòd datur terminus, intelligitur remissus*, & hic est modus magis vsitatus, teste *Carau. ibid. num.* 5. *&* 6. quem sequitur insignis *Tap. in tit. de iudicijs*, super *Rit.* 299. quia terminus non datur, nisi Clericis in minoribus constitutis, ea ratione, quia vltrà priuilegium Clericatus, seruata forma *Conc. Trid.* debent incedere in habitu, & tonsura, & deseruire in diuinis de licentia Episcopi, quæ cùm sint facti, indigent probatione, & ideò seruatur in eis dispositio *Rituum*, si tamen cognitio esset de eo, qui est in sacris constituturus, sufficiet vtiquè secundùm dictos *Doctores* exhibitio documentorum Clericatus; & in milite idem sufficere, nemo sanæ mentis negabit: documenta autem militiæ secundùm leges ciuiles, vt suprà probauimus; sunt descriptio in matricula, de qua constet per fidem Scribæ rationis, cui accedat authoritas Iudicis, ergò eis eadem est authoritas deferenda, eo maximè, quia in d. *Ritu* 235. non dicitur, quàmuis iura ciuilia prædictis videantur aliquatènus refragari, sed quamuis iura Canonica, vt possimus coniicere, voluisse Conditores in dictis *Ritibus* animaduertere, ad solam rationem, quam ingeniosè, & summo cum iudicio, qui suus est mos, considerauit insignis *D. Reg. de Tap.* nè lupi rapaces sub pellibus ouium iustam euaderent punitionem, de qua suprà *num. preced.* non verò auferre potestatem mutandi, & interpretandi secundùm leges ciuiles, in quibus (vt ostendimus) consider. tur quædam diuersa ratio.

49 Sed adhuc non videtur exposa omnis difficultas, posset enim vna persona pro alia introduci, & habere documenta militiæ aliena, sicut multotiès visum est, vel talia, in quibus casibus, cùm maior debeat fieri inuestigatio, Iudices M.C. debent expectare, detinere, & inquirere, an sua sit iurisdictio, præsertim ad instantiam Partis, quæ se offert probare, non esse militem, & documenta militiæ sibi non iuuare ex dictis, aut quia delictum, vel debitum contractum est ante militiam.

Sed hæc difficultas de iure non procedit, & non obstante debet fieri cum celeritate remissio ad hàc Generalem Audientiam, & in ea auditis Partibus scrutari, an sit idem, vel in locum alterius sufficetis, aut antè, vel post susceptam militiam crimini bus, aut debitis sit obnoxius, ità decretum extat in *l. qui cum vno, §. reus ff. de re milit.* ibi, *reus capitalis criminis voluntarius miles secundùm D. Traiani rescriptũ capite puniẽdus est, nec remittendus est eo, vbi reus postulatus est, sed vbi accidente causa militiæ audiõdus est, si dicta causa sit*, per quam *legem* ità tenet *Ioan. Fab. in l. mag. steria*, relatus, & sequutus à *Greg. in l.* 3. *tit.* 29. *par.* 7. *glos.* 2. Estque casus expressus in *d. cap si Iudex laicus, de sent. excomm. in* 6. ità tenet *Bellig in specul. Princip. rubr.* 20. *nu.* 24. immò etiam in criminalibus non attenditur tempus delicti, sed sententiæ in militibus post delicta receptis, multa probat *Petr. Caball. resolut. crim.* 147.

50 Dices tamen, dec lionem dicti *capituli si Iudex laicus* esse abrogatam in dicto *Ritu* 235. ibi, *dicèt iura canonica videantur aliquatènus refragari*, sed audies, nec ideò derogari dispositioni iuris ciuilis in *d. §. reus*, quæ debet seruari etiam secundùm leges Regni, vt probat Imperator *Federicus in l.* 1. sub *tit. de legib.* secundùm compilationem *Tapiæ*, ibi, *& secundùm Constitutiones nostras, & in defectu earum secundùm iura communia, Longobarda* scilicèt, *& Romana, prout qualitas litigantium exegerit, iudicabit*, & idem disponitur in *l. Iudices*, sub *tit. de offic. in Regn. constit.* ibi, *secundùm formam Constitutionum.* Nec inelegantèr ex suprædictis poterit responderi, cùm non sit limitata ciuilis potestas, *Ritus* esse abrogatos per nostram *legem*, ibi, *no obstante qualquiera ordenò decretos*; quod fieri potuit, vt probauimus suprà *num.* 32. *&* 36. quia sunt iuris positiui, vt elegantèr considerat strenuus in iure miles *Io. Andr. de Georgio* dignissimus Regius Consiliar. *alleg.* 2. *num.* 29. *& seq.*

51 Sed adhùc clamant postmos, & dicunt, quòd quandò valeret distinctio, & responsio ad *Ritus* suprà relatos, adhùc non debet procedere decisio nostræ *legis* ex *Ritu* 230. cuius verba sunt: *Item, si qua mulier, vidua, seù pupillus citatur de mandato dictæ Curiæ pro aliquo criminali debito, voleat declì-*

declinare forum istius Curiæ ad alium Iudicem competentem, comparere debet personaliter in dicta Curia. Vtearia, allegatura, vel allegaturus in eadem Curia, quicquid sibi de iure competit super declinatione fori præmissi. Ecce *Ritum*, dicunt Domini Iudices, qui non loquatur de Clerico bannito, nec tonsurato, sed de iure communi, prout est pupillus, & vidua qui potiùs repellendi essent à Tribunalibus, propter honestatem, & sexus imbecillitatem, disponẽtem, debere comparere personaliter; quarè ergò miles non comparebit?

Hoc argumentum non obstat, si attendamus ad doctrinam *Matth. de Affl.* allegatam à *glos.* posita à *D. Reg. Carolo de Tapia* super *d. Ritu*, sub *tit. de iudicijs, eorumq; ordine*, vbi dicit, illum *Ritum* non seruari in quantum vult, quòd debent comparere personaliter, quia sufficit, quòd Procurator legitimus compareat, & alleget declinatoriam fori, cuius doctrina iuuatur ex traditis à *Bar. in l. accusatore, §. ad crimen, vers. quædam sunt exceptiones, num. 19. ff. de accus.* quòd vbi exceptio venit separatim examinãda à crimine, admittitur Procurator, per *l. 1. & l. præses, C. ad l. Flau. de plag.* maximè si examinatur ad alium finem, quàm ad exclusionem criminis, teste *Caran. in pragm. de exulibus, num. 160.* nec in hoc est exorbitans fauor militibus concessus, si attenta mentis acie contemplemur ea, quæ tradit *Foller. in prax. verb. vel eos verbaliter citari faciat, à num. 8.* vbi non obligatur comparere, nisi citatus pro causa, vbi veniat imponenda pœna corporis afflictiua, & etiam hoc casu limitat regulam in mulieribus, & minoribus, quarè ergò milites compellendi sunt cõparere in omnibus? aut quarè priuilegium mulieribus, & minoribus cõcessũ, militibus denegamus?

52 Tandèm fundantur in *Prag. 44. de offic. Sac. Consil.* ibi, *Item si aliquis fuerit citatus per Magnam Cur. qui sit præsens, vel habitet in præsenti Ciuitate, vel in Prouincia Terræ laboris, si antequàm in eadem compareat, porrigat supplicationem in Sacro Reg. Consil. non audiatur, nisi primò comparuerit personaliter in Magna Cur.* ex qua arguunt, etiam iure nouiori huius Regni non debere admitti coràm superiori citatum à Magna Cur. nisi in ea priùs comparuerit personaliter.

Sed nec etiam isto argumento aliquid consequẽtur, quia dicta *Pragm.* loquitur in subditis Magnæ Cur. qui non possunt eius iurisdictionem declinare volentibus comparere in Sac. Consil. & in ipsis adhùc disponit, nisi aliter per Illustrissimum D. Proregem fuerit prouisum, ex quo patet clara solutio, tùm quia milites, vt latè probauimus, sunt exempti à potestate Magnæ Curiæ, tùm quia per Illustrissimum Dominum Proregem aliter est prouisum, ità quòd cessat contrarietas, licèt sit quædam diuersitas, à quâ non fit illatio, vulgata *l. Papinianus ex dict. ff. de muneribus.*

53 Vltimò fundantur etiam de iure communi in *l. si quis ex aliena, ff. de iudic.* vbi vocatus ex aliena iurisdictione, debet venire; Prætoris enim est æstimare, an sua sit iurisdictio, vocati verò non contemnere authoritatem Prætoris. Nè autem dubites, quis sit prætor, vide elegantèr *Ioseph. de Rusticis in Vita Papiniani, in proœm. n. 5.*

Hoc argumentum, nisi me mea fallit opinio, etiã non iuuat contrariæ Assertores, tùm quia teste *Caran. in d. Rit. 230. num. 7.* procedit, quando est dubiũ in iurisdictione, quod in nostro casu nullum esse potest, est enim clarissimum ex *d. l. magisteria*, militarem reum nisi à suo Iudice, nec exhiberi posse, nec si in culpa fuerit, coerceri, ità vt standum sit limitationi, quando clara, & manifesta est Iudicis incompetentia, non habere locum *d. l. si quis ex aliena*, vt probat ex *Menoch. lib.* insignis Patritius *D. Reg. de Pont. decis. 13. num. 9.* Et ratio, meo videre, ea esse potest, quia ex quo miles ostendit documenta militia, facit notoriè constare Iudici de eius competentia, quo casu non tenetur comparere, vt probant *glos. & Doctores in l. 2. ff. si quis vocatus non ierit, Affitt. decis. 2. num. 7. Tiraquell. in l. si vnquàm, verbo reuertatur, num. 423.* pro quibus videndus *Bonadill. lib. 2. polit. cap. 19. num. 22. & l. 2. tit. 7. par. 3.* vbi *glos.*

Sed vltrà eos considerari tas est, *d. l. si quis ex aliena* non vti *verb. comparere personaliter*, sicut *Ritus*, sed tantum *verb. debet venire*, cui satisfieri potest, si compareat per Procuratorem, qui est Auditor Generalis, in hoc à nostra *Pragmatica* deputatus, vt euitentur expensæ, & litium anfractus, ab ipsa satis clarè considerati, tanquàm militiam euertẽtes, & miserandis militibus contrarij, prout suprà felicitèr, ni fallor, ostensum est.

Sunt ergò Domini Iudices sua potestate contenti, nec suprà mensuram sui iuris affectent augeri, contrà *tex.* in *can. Si quis Episcopus 5. q. 1.* & in *l. si constiterit, C. finium regundorum.*

54 Vna sola cosa suppico à V. E. mande, porque conuiene, y será de muy gran seruicio à nuestro Señor, como appuntè arriua en el *numero septimo*, que los soldados en semejantes casos no paguen derechos ningunos à los Maestredatas por actos, ni copia de processos, y demas, que como presuppose en el dicho *num. 7.* con solo esto se quitarian todas las differençias entre los luezes, es de razon assi, pues siendo los actos nullos, no se deuen pagar, y suçederia, que en qualquiera delicto haria el Maestredata del otro Tribunal vn gran processo, sabiendo, que se le abia de pagar la copia, y seria este otro camino, por donde los fatigassen mas, y para cerrarles la puerta, seria justo, que V. E. mandasse, que remetido el soldado, el Maestredatta le diesse la copia luego, y sino estubiesse à su costa todo el tiempo, que por ella se detubiesse, y aunque me potran arguir, quæ en la Audiençia del Exercito se le lleuan, confiesso, que saria mejor fuesse ley general, y que en ninguna parte se lleuassen, assi por la necessidad, en que se hallan, como por lo que siruen à Su Magestad, recompensando su trabajo del Maestredatta con sueldo bastante, que pudiesse viuir, y atender al seruicio de Su Magestad; y porque esto no parezca opinion mia, lo funda *Surdo* en la *decis.* de Mantua 274.

Hæc more rustico oblata, Princeps Illustrissime, cuius dignissimam memoriam, nec tempus edax tẽpus, nec inuidiosa poterit abolere vetustas, si ea, qua soles, excipis benignitate; procùl dubio gratitudine vinces Artaxersem, ille namquè aquam offerenti Rustico hilarem se ostendit, tu verò minora offerentem seruum non despicis.

LAVS DEO.

Accipe quo nostras valeas componere lites,
Hispanosq; tuos, meque benignus ama.

De

De Militibus. Pragm. XI.

RERVM SVMMA.

1 *Milites an gaudere debeant priuilegio fori, nè cognoſcantur ab alio, quàm à Iudice militari, nedum pro delictis militaribus, ſed etiam pro delictis communibus, vbi num.2. Gloſſæ diſtinctio refertur, & nu.4. ab alijs Gloſſæ diſtinctio approbatur, & num.12.*

3 *Milites ſolùm Magiſtrum militum Iudicem pro eorum delictis habent.*

5 *Iudex militaris cognoſcit de omnibus delictis à militibus commiſſis, præterquàm de delictis grauibus, quæ eſſent ab eis commiſſa in deſertione agentibus, de quibus cognoſcit, & punit Iudex loci delicti.*

6 Text.in l.fin. ff.de accuſationibus *vti intelligatur.*

7 Text.in l.1. C.vbi Senatores, vel Clariſſimi *intellectus.*

8 Text.in l.1.C.de exhibend.reis *vti intelligatur.*

9 Text. in l.qui cum vno, §.reus, ff.de re milit. *de quo delicto loquatur, & vti intelligatur, & nùm ſit verum, quòd Iudex militaris nedùm cognoſcit de delicto communi patrato à milite, poſtquàm factus eſt miles, ſed etiam de delicto commiſſo antè militiam, ex priuilegio militiæ ſuperuenienti, & nu.10.& 11. vbi declaratur, quod nàm ſit delictum commune, & quod militare.*

13 *Militum cauſæ, quòd cognoſcantur per eorum Officiales militares, & quòd Iudices ordinarij nullo modo in eis ſe impediant, ſed illos remittant, mandauit* Philippus II. *immortalis memoriæ.*

14 *Delictum commune ſi eſſet commiſſum à milite in expeditione belli, tunc ſolus Iudex militaris de eo cognoſcit, reiecta* Gloſſæ *diſtinctione.*

Dux exercitus poteſt leuato velo, & ſic nullo iuris ordine ſeruato punire etiam mortis pœna.

15 *Delicta in expeditione, ſeù in exercitu per milites cõmiſſa, quæ nàm ſint, vel dicantur.*

16 *Expeditio belli vndè ſit dicta.*

17 *Militaribus priuilegijs omnibus gaudet exiſtens in Curia Principis, vel in alio quocunq; loco in ſeruitio Regis, æquè, ac ſi actu militaret.*

18 *Miles ſi poſt commiſſum delictum commune aufugiſſet à loco militiæ, à quocunq; Iudice, vbi capitur puniri debet.*

19 *Miles agens in deſertione ſi commiſit graue delictum commune, debet cognoſci, & puniri à Præſide Prouinciæ.*

20 *Miles exercens licitè aliquam negotiationem præter militiam, ſi commiſit delictum concernens dictam negotiationem, cognoſcitur ab eo, qui præeſt dictæ negotiationi.*

VErſic.E perche,&c. Hæc Pragmatica tria principaliter continet. Primum edictum, ſiuè bannum publicatum ab Excellentiſſimo D.D.Ferdinando de Caſtro Lemẽſiam Comite, per quod fuit ablata, & abdicata pœnitùs omnis iuriſdictio in milites, & quoſuis ſtipendiarios Reg. Cur.eorumquè vxores, & familias à Iudicibus ordinarijs locorum, eaq; collata in Iudicem militarem, qui eſt Auditor Generalis exercitus; & quia hoc bannum tanquàm publicatum ab ipſo Comite, vti Duce, & Capitaneo generali exercitus huius Regni, abſq; voto Regij Collateralis Conſilij, ob illius mortem expirauerat, ideò Excellentiſſimus Benauentanorum Comes eius ſucceſſor illud confirmauit in omnibus, & per omnia, & hæc eſt ſecũda pars, quæ continet confirmationem illius edicti: verùm quia per receſſum d. Comitis Benauenti, qui fecit confirmationem prædictam ſimiliter tanquàm Dux exercitus, & Capitaneus generalis, erat ſimiliter extinctum. Excellentiſſimus D.D.Petrus de Caſtro Lemenſium Comes, nunc in Regno Prorex ſolertiſſimus, filius illius Comitis D.Ferdinandi, qui fuit author Pragmaticæ, cùm primùm aduenit, cogitauit diutiùs ſuper confirmatione, aut reformatione banni, ſeù edicti prædicti, & propterea adhibito voto, nedum ſupremi Collateralis Conſilij, quod tunc repræſentabatur per D. Petrum de Caſtellet, M.Ant. de Ponte Marchionem S.Angeli, qui eſt etiam Præſ. Sacr. Conſil. Caſtri Capuanæ, ac Io.Montoya de Cardona, ſed etiam quinque adiunctorum de Conſiliarijs Caſtri Capuanæ, videlicèt Fabij Riccardi, Didaci Lopez Suarez, Ambroſij S.Iacobi Villalobos, Io.Andr.Georgij, & mei Scipionis Rouiti, inter omnes minimi, aliorumquè tunm Præſidentium & Reg. Cam. Summ. videlicèt Iulij Cæſaris Minadoi, Io.Aloyſij Mormilis, & Iacobi Salutij, cum interuentu Regij Conſiliarij Pomponij Saiu, qui ob abſentiam Laurentij de Franchis Fiſci patroni Magn. Cur. Vic. vigilantiſſimi exercebat munus illius, & habuit onus defendendi iuriſdictionem Mag. Cur. Vic. ac etiam Regij Conſiliarij Matthæi Patigni, qui exercebat officium Auditoris generalis exercitus, & habuit onus defendendi iuriſdictionem eiuſdem Auditoris exercitus, prout ſtrenuè illam tutatus eſt, mediantibus eius doctiſſimis allegationibus iam impreſsis, adhibita maxima diſcuſsione, d.Pragmaticam, ſeù bannum paternum reformauit in nonnullis capitibus, & vt eſſet perpetuò ſtabilis, & firma, nec egeret alia confirmatione per quoslibet ſucceſſores, illam edidit, nedùm tanquàm Dux, & Capitaneus Generalis exercitus, ſed etiam tanquàm Prorex huius Regni, illam publicando in forma legis generalis huius Regni, cum ſubſcriptione Regentium Reg.Cancellariam, & hæc eſt tertia, & vltima pars huius Pragmaticæ, quæ continet reformationem paternæ Pragmaticæ, circà quam reformationem eſt obitèr admiranda ſumma pietas, & innata religio, & vigilia huius Proregis in reformanda vniuerſali Republica huius Regni, pœnè labefactata, vt nec etiam proprio eius Genitori pepercerit in huius Pragmaticæ reformatione, cuius prima pars incipit, ibi, *D.Fernandus Ruiz de Caſtro*, ſecunda ibi. *Por tanto nos ha pareçido*, tertia, & vltima ibi, *e per be da quel tempo*: Hoc dicit in ſumma.

Cauſæ omnes, tam ciuiles, quàm criminales, nedũ militum Hiſpanorum huius Regni, ſed omnium, qui merent ſtipendia à Reg. Cur. ratione retroactæ militiæ, etiam pendẽtes cognoſcantur per Auditorem generalem exercitus, exceptis tamen cauſis, & caſibus in introſcriptis capitibus declaratis. H.D.

Pro cuius quidèm Pragmaticæ clariori intelligentia breuitèr annotare volui ea, quæ tunc fuerunt conſiderata, & diſcuſſa per me in hac reformatione.

1 Dixi enim, quòd circà articulum, an milites gaudere debeant priuilegio fori, nè ſcilicèt cognoſcantur ab alio, quàm à Iudice militari, nedùm pro delictis militaribus, ſed etiam pro delictis communibus, iura ciuilia diuerſimodè loquuta fuerunt, adeò vt videãtur inter ſe non ſolùm varia, ſed prorſus contraria; ſiquidèm aliqua loquuta ſunt per orationem indefinitam, non diſtinguendo delicta communia à militaribus, prout ſunt *text.in l.magiſteriæ, C.de iuriſd. omn.iud. l. fori, C.de re mil. lib.12. l.de militibus, ff.de cuſtod.reor.* & ſimilia, quæ propterea ex illa regula

quòd

quòd oratio indefinita æquipollet vniuerſali, vt in *l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. l. ſi plures, ff. de leg. 3.* videntur decidere, quòd etiam pro delictis communibus gaudere debeant priuilegio fori militaris.

Aliqua verò iura videntur apertè excludere delicta communia, dùm pro delictis communibus mandant expreſsè, milites debere puniri à Iudice loci commiſsi delicti, prout deciditur in *l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ.* & in *l. fin. ff. de accuſat.*

Aliqua denique iura expreſsè includunt ſub iuriſdictione militaris Iudicis etiam delicta communia, vt ſpecificè deciſum eſt in *l. 1. C. de exhib. reis, & in l. qui cum vno, §. reus, ff. de re milit.*

1 Ad quam quidem iurium varietatem, & contrarietatem euitandam *gloſ. in d. l. magiſteria* eam adhibuit diſtinctionem, vt ſi delictum commune à milite commiſſum, ſit graue, cognitio, & coercitio illius ſpectet ad Iudicem ordinarium loci delicti, & in his delictis grauibus intelligit *text. in d. l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ.* & in *l. fin. ff. de accuſat.* Si verò delictum ſit leue, cognitio tantùm ſpectet ad Iudicem ordinarium, coercitio verò ſpectet ad Iudicem militarem, ad quem remitti debet per Iudicem loci delicti, & in his delictis lenibus procedere *text. in l. 1. C. de exhib. reis* voluerunt *Odoffr. Bellapert. Cyn. Butrig. Alber. & Salyc. ibidem*, licèt *gloſ.* in *d. l. 1.* intellexerit, vt procederet etiam in delictis grauibus, ſed de vrbanitate, non de neceſsitate.

3 Ex tãta iurium varietate non minor varietas opinionum inſurrexit inter *Doctores*; nam aliqui fuerũt in opinione, quòd milites ſolum Magiſtrum militum haberent Iudicem pro eorum delictis, prout ſunt *Specul. lib. 1. tit. de reo, in princ. Claud. Coter. de iur. & priuileg. milit. lib. 2. cap. 6. Boer. in tract. de cuſtod. clau. num. 29.* qui atteſtatur, hanc opinionem ſeruari de generali conſuetudine.

4 Alij verò fuerunt in opinione, quòd diſtinctio *gloſ. in d. l. magiſteria* ſit vera in omnibus, & per omnia, prout illam amplectuntur *DD.* omnes in *d. l. magiſteria*, & in *d. l. 1. C. de exhib. reis, Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 21. §. ſeptiſſimè, in princ.* ante *num. 1. Petr. Bellin. de re milit. par. 7. tit. 3.* poſt *num. 17. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 3. Petr. Gregor. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 19. cap. 17. Georg. Acacius de priuil. mil. lib. 2. cap. 5. num. 3. Bouad. lib. 4. cap. 2. num. 6. & 7.*

5 Alij denique fuerunt in opinione, quòd Iudex militaris cognoſcit de omnibus delictis à militibus cõmiſsis, præterquàm de delictis grauibus, quæ eſſent ab eis commiſsa in defertione agentibus, de quibus debet cognoſcere, & punire Iudex loci delicti, ità reſoluit *Gaſpar Ayala de iure bell. lib. 3. cap. 8.* per *tex. in l. deſertorem, in princ. ff. de re milit.* quem ſequitur *Petr. Caball. reſol. crimin. cent. 3. caſu 294. nu. 253. & ſeq.* & in hunc ſenſum trahunt omnia iura, quæ dant cognitionem Iudici loci delicti cõtrà militem.

Ego in tanta iurium, opinionumq; diuerſitate, vt meum tandèm iudicium interponam, credo, quòd ſi iura hinc indè ponderata diligentèr perpendantur, facillimè vtrinquè reſolui poterunt: Nam *tex. in l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ.* & in *l. fin. ff. de accuſat.* adducti per *gloſ.* ad probandum, quòd pro delictis communibus grauibus milites cognoſcuntur à Iudice loci delicti, non probant hanc eius concluſionem. Siquidèm

6 *Tex. in l. fin. ff. de accuſat.* id tantùm probat, quòd reus accuſari, & puniri debet, vbi deliquit, idq; obſeruari debet etiam in militibus, ſed non propterea ſequitur, quòd is, coràm quo accuſatur, & à quo puniri debet, ſit potiùs Iudex ordinarius loci, quàm Iudex militaris, poteſt enim eſſe, quòd ſint duo Iudices, ambo militares, vnus in vna Prouincia, alter in alia, & ſub vno miles ſtipendia meret, ſub alio verò delinquit, in hoc caſu vult ille *text.* vt Iudex loci delicti præferatur alteri, ſub quo ſtipendia meret, prout hoc in individuo ſtatuitur in *l. fin. C. de re milit. lib. 12.* qui loquitur ſpecificè de duobus Iudicibus militaribus.

7 *Tex.* verò in *l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ.* licèt prima facie videatur magis ſtringere, dùm expreſsè in eo *text.* excluditur quælibet præſcriptio, ſeù exceptio fori declinatoria, & ſic videtur, quòd nec etiam miles illam poſſit opponere aduerſus Iudicem loci delicti; tamen hæc non eſt excluſiua, quæ perneceſſe debeat referri etiam aduerſus priuilegium fori militaris, dùm poteſt referri ad alios foros inter priuatos, ſcilicèt ratione originis, domicilij, & incolatus, de quibus in *text.* & *ibi* per *Doctores* in *auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport.* Data igitur hac alia inſtantia, in qua poteſt verificari illa excluſiua, corruit etiam argumentum, quod ex illa excluſiua ſumebatur contrà priuilegium fori militaris.

Nec minori facilitate reſoluuntur iura, quæ ponderata ſunt ad includẽdum etiam hæc delicta communia ſub priuilegio fori militaris: nàm

8 *Text. in l. 1. C. de exhib. reis* ſecundùm *gloſ. ibi*, procedit de vrbanitate, & propria voluntate illius Præſidis Prouinciæ, volentis illum remittere ad Magiſtrum militum, & ſecundùm reliquos *DD.* ſuperiùs à me citatos procedit in delicto communi, ſed leui, pro quo cognitio tantùm ſpectat ad Præſidem Prouinciæ, coercitio verò ſpectat ad Magiſtrum militũ, & propterea erat remittendus.

9 *Text.* verò in *l. qui cum vno, §. reus, ff. de re milit.* prima fronte videtur irrefragabilis: nàm loquitur de delicto communi, & graui, vt ibi, *reus capitalis criminis*, & ſic erat crimen capitale, item erat commune, quia erat commiſsum antequàm delinquens eſſet miles, vt ibi, *voluntarius miles*, & ſic euaſit miles poſt delictum, & tamen *ibi* ad literam deciditur, quòd eſt capite puniendus, & non eſt remittendus ad locum, vbi fuit accuſatus de delicto, ſed vbi reperitur cauſa militiæ.

10 Hic *text.* tàm fortitèr ſtringit pro hac opinione, vt nonnulli Doctores grauiſſimæ authoritatis auſi fuerint affirmare, quòd Iudex militaris nedùm cognoſceret de delicto communi patrato à milite, poſtquàm factus eſt miles, ſed etiam de delicto commiſſo antè militiam, ex priuilegio militiæ ſuperuenienti, contra *text. in l. ſi quis poſteaquàm, ff. de iudic.* quem aſſeuerant, procedere in milite inermis militiæ, non autem in milite armatæ militiæ, in quo procedit *tex.* in *d. §. reus*, ità *gloſ. pænult. in fin. Mart. Laudenſ. de milit. quæſt. 22. Hippol. Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſ. quæſt. 12. num. 136. verſ. mutatio enim ſtatus*, *Marc. Mant. de priuil. milit. priuileg. 30. & Tiber. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 23.* ſub *num. 2.* poſt *verſ. delinquens ſi poſt delictum in fin.* latè *Petr. Caball. caſu 147.* vbi poſt *num. 8.* aſſerit, ſe ità multis ab indè annis obſeruaſſe, quàmuis poſt *num. 12.* affirmet contrariam opinionem veriorem de iure, quam ab initio obſeruauerat, & *Alber.* qui ſolus ex omnibus Scribentibus commentatus eſt *d. §. eus*, affert tres intellectus ad illum *tex.* pro euitando hoc ſcopulo, &, ni fallor, po-
11 tiùs deſtruit *text.* contexturam, quàm illum declaret. Adhùc tamen facilis eſt huius *tex.* reſolutio, quę in eo conſiſtit, vt ſcilicèt non procedat in delicto ſimpliciter communi, ſeparato à delicto militari, ſed in eo delicto communi, quod eſt annexum, & vnitũ

cum

cum delicto militari, adeò vt vnum sine alio non efficeretur delictum militare. Pro cuius declaratione est animaduertendum, quòd inter cætera delicta militaria illud vnum est, cùm quis metu criminis, de quo reus postulatus fuit, nomen suum militiæ dedit, vt in *l. qui metu, ff. de re milit. Tiber. Decian.* notat *lib. 7. cap. 15. num. 10.* & sic duo hic considerantur delicta, alterum, quod per se principaliter committitur, pro quo accusatur delinquens antè militiam, & hoc simpliciter cõsideratum est merum delictum commune; alterum verò, quod committitur dando nomen militiæ post commissum crimen, cùm sit à iure prohibitum militibus, & propterea dicitur delictum militare, & pro conseruanda militari disciplina introductum est, vt illud, quod antè militiam assumptam erat delictum commune simplex, post assumptam militiam transfundatur in delictum militare, & ideò puniri debet potiùs à Iudice militari, quàm à Iudice ordinario loci delicti, & hunc intellectum tribuunt *Oldrado Alber. in l. si quis postea quàm, ff. de iudic. & ibidem Fulgos. num. 1. in fin. Lancellot. Dec. col. 1. in fin. Iacobin. num. 11.* & nouissimè approbauit *Barbos.* post hæc scripta editus in ead. *l. num. 166. Consiliar. Carienal. de iudic. lib. 1. nu. 474.* vsq; ad 478.

Patet igitur, quòd singula iura hinc indè ponderata facillimam habent resolutionem, adeò vt nulla lex adsit, quæ nos compellere possit ad tenendum magis hanc, quàm illam opinionem.

12 Sed negari non potest, quin distinctio *glos.* sit nedùm frequentiori DD. calculo approbata, vt superiùs notaui, sed frequentiori vsu recepta, ac rerum iudicatarum authoritate confirmata in hoc Regno, vt constat ex *Præsid. de Franch. decis. 88. Reg. Tap. lib. 2. iuris Regn. fol. 384. col. 2.* cui maximum robur addidit Hispana lex partitarum, quæ in omnibus, & per omnia adamutlim sequuta est distinctionem ipsius *glossæ*, vt videre est in *l. 3. tit. 29. p. 7.*

13 Benè verum est, quòd Philippus II. immortalis memoriæ suis temporibus propter euitanda scandala, quæ in dies eueniebant inter Officiales ordinarios, & militares per suas cedulas Regales mandauit, quòd indistinctè causæ militum cognoscantur per eorum Officiales militares, & quòd Iudices ordinarij nullo modo in eis se impediant, sed illos remittant, teste *Azeued. lib. 8. tit. 16. lib. 1. num. 70. Bonadill.* in sua *polit. lib. 4. cap. 2. num. 68.*

14 Hæc tamen *glossæ* opinio sic authorizata recipit communiter ab omnibus Doctoribus vnam declarationem, quę, ni fallor, potens est ad sedandum omnes Doctorum dissentiones in hoc articulo, vt scilicèt non habeat locum, quandò delictum commune esset commissum à milite in expeditione belli, nàm tunc solus Iudex militaris de eo cognoscet, vt tradidit *Salyc. in d. l. magisteria, Igneus in l. necessarias, §. nõ aliàs, num. 122. ff. ad Syllan. Foller. pract. crim. in verb. audiantur excusatores, num. 141.* Et hoc casu Dux exercitus potest punire etiam pœna mortis leuato velo, nullo iuris ordine seruato, *Ferrer. in obseruat. Cathal. cap. 115. num. 10.*

Quam declarationem amplexi fuerunt Reges huius Regni, dùm in *Constit. Hostici, in fin.* expresè statuerunt, quòd milites pro omnibus contractibus in exercitu gestis, & delictis ibidem patratis debeãt subire determinationem iuxtà Ritum exercitalem, & sic à Iudice exercitus. Idem statutum est in Gallia, ex particulari constitutione, relata per *Petr. Gregor. syntagm. iur. vniu. lib. 19. cap. 18. num. 7.* & ad eandem declarationem factam per Senatusconsultum Status Mediolani videtur alludere *Iul. Clar. pract. crim. q. 35. num. 14.*

Idem statutum est in Sicilia vltrà Pharum per Regias ordinationes 17. Aprilis 1611. quòd *Magistri militum* habeant iurisdictionem *in milites*, prout habent tempore guerræ ruptæ, teste *Capitul. decis. Sicil. 105. num. 10.*

Aduerto tamen, quòd delicta in expeditione bel-
15 li, seù in exercitu commissa, nedùm erunt illa, quæ sũt commissa in Castris, siuè in Tentorijs, tempore, quo milites castrametati sunt contra Hostes, sed etiam si in obsidionibus, stationibus, seù in præsidijs resideant, vel in hybernis hospitentur, aut etiam sint in commeatu, vel remeatu, quia semper dicuntur esse in expeditione, dùm sunt in exercitio bellico, &
16 indè dicta est expeditio, quia tale exercitium expediens est Reipublicæ, vt post *Azonem* alleget *Alber. in l. fin. C. de testament. milit. Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 6. num. 7.* & constat ex *tot. tit. ff. de re milit. &*
17 *tot. tit. C. de re milit. et de commeatu, lib. 12.* Idem si quis sit in Curia Principis, vel alio quocunq; loco in seruitio Regis, quia is gaudet omnibus priuilegijs militaribus, ac si actu militaret, *l. vnica, C. de comit. et archiatr. sacr. palat. lib. 12. l. 1. C. de silentiarijs, cod. lib.*

18 Limitatur modò hæc declaratio, vt nõ procedat, quandò miles post commissum delictum commune fugisset à loco militiæ, nàm hic à quocunq; Iudice, vbi capitur, puniri debet, ità *Odofr. et Salyc. in l. 1. C. de exhib. reis*, per *text. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport.*

19 Secundò limitatur, vbi miles agens in desertione commisisset graue delictum commune, nàm tunc debet cognosci, & puniri à Præside Prouinciæ, vt in *l. desertorem, in princ. ff. de re milit.* quod indubitantèr admittunt *Ayala de iure bell. lib. 3. cap. 8. et Ceball. d. casu 294. num. 253. et seq. Georg. Acacius de priuil. milit. lib. 2. priuil. 5. post num. 3.*

20 Tertiò limitatur in delicto concernente professionem, vel negotiationem, quam licitè exerceret miles prætèr militiam, iuxta *text. in l. fin. C. de iurisd. omn. iud.* eamq; procedere tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, voluit *Cassan. in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. num. 90. vers. sed dico*, non tamen priuatiuè, sed cumulatiuè cum Iudicibus militaribus, vt in eadem *l. fin.* exprimitur, & sic habebit locum præuentio.

RERVM SVMMA.

21 *Milites hospitantes in Hybernis, à quibus cognoscebantur olim, & cognoscantur hodiè, num. 22.*

23 *Pragmatica edita per Excellentissimum Comitem Lemensium sub die 12. Augusti 1599. in quibus casibus limitetur.*

24 *Auditor exercitus si sit absens, quo casu redderetur difficilis iustitiæ assequutio pro delictis à militibus commissis in hospitijs, aut præsidijs, & in commeatu, & remeatu, tunc poterit hæc iurisdictio communicari Gubernatoribus Prouinciarum, & reseruari appellatio à diffinitiuis tantùm Auditori generali.*

25 *Milites equestres, qui hodiè licitè ab hospitio ad proprias patrias se conferunt, in propria domo degẽtes, proprijsq; rebus incumbentes, si delinquant, à quo debeant cognosci, & puniri, à Iudice ordinario loci delicti, & sic etiam ab Officiali Baronali, vel à Iudice militari, & num. 26. 27. 28. 29. & 30.*

31 *Familiares, domestici, & commensales Regis sunt prohibiti arma deferre in propria patria.*

32 *Remedium, vt inconuenientia considerata (quòd milites equestres degentes in proprijs domibus si de-*

lin-

linquant, non puniantur à Iudice militari, sed à Iudice loci) facilè tollantur.

33 *Milites degentes in Arcibus, Castris, & Fortalitijs Regni, semper, si delinquunt, puniuntur à Iudice militari.*

34 *Milites actu non seruientes, licèt faciant militarem professionem, & in matricula sint descripti, non tamen gaudent fori priuilegio, sed in omnibus actibus vtuntur iure communi.*

35 *Milites, qui post emerita stipendia desierunt esse milites, & inter Veteranos connumerantur, licèt fruantur aliquibus militaribus priuilegijs, non tamen gaudent priuilegio fori, nisi pro causis ceptis antè cingulum depositum, quod procedit, etiam si miles veteranus ascendisset ad clarissimorum Comitum dignitatem, & num. 36.*

37 *Magister officiorum nō est officialis militaris, sed alius assistens in domo Principis.*

38 *Milites nouæ militiæ equestris, & pedestris in causis ciuilibus non gaudent fori priuilegio.*

39 *Milites nouæ militiæ equestris, & pedestris in criminalibus gaudent fori priuilegio pro delictis militaribus, non autèm pro communibus, nisi reperiantur in seruitio cum Comitiuis actu exercendo, quia tunc cognoscuntur ab Officialibus militaribus.*

21 ET quia superiùs dixi, quòd milites etiam hospitantes in Hybernis gaudent hoc priuilegio fori, quia dicuntur esse in expeditione. Aduerto, quòd in anno 1507. in Parlamento generali fuit supplicatum Regi Catholico, vt pro delictis commissis à militibus equestribus, vel pedestribus, dùm morantur in hospitijs tempore pacis, cognoscerentur à Gubernatore Prouinciali, sed tempore belli ab Officiali exercitus, & fuit concessum, vt quòad processum, & punitionem procederent simul Gubernator Prouincialis, & Officialis exercitus, verùm in absentia Auditoris exercitus procederet solus Gubernator Prouincialis, vt in *cap. 29. fol. 60. à tergo* inter *priuil. & capit. Neap.*

22 Sed per Pragmaticam editam ab Alcalanorum Duce sub die 10. Martij 1564. in final. verb. statuitur, vt puniantur solùm ab Officialibus exercitus, si fuerint præsentes, sed si fuerint absentes, in delictis grauibus Rectores Terrarum, vbi delinquunt, illos carcerent, & denuncient Officiali exercitus, vt in *pragm. 3. num. 29.* quæ loquitur in equestribus, & in *pragm. 5. num. 10.* quæ loquitur in pedestribus, suprà *eod.*

Ex quibus omnibus inspecto tàm iure communi, quàm iure municipali huius Regni illud vnum axioma resultat, quòd milites actu seruientes gaudent priuilegio fori, tàm pro delictis militaribus, quàm pro delictis communibus, etiam grauissimis, patratis tamen ab eis, dùm sunt in expeditione mi-
23 litiæ, & non alitèr. Ergò dùm in Pragmatica edita per Excellentissimum Comitem Lemensium sub die 12. Augusti 1599. hoc priuilegium fori fuit applicatum ad quoduis delictum, siuè militare, siuè commune, commissum, tàm intrà signa, seù vexilla, quàm extrà, est declaranda, vt obseruari debeat, quandò delicta communia grauia committuntur in expeditione militiæ, iuxtà declarationem superiùs enucleatam, non autèm si hæc delicta sint patrata extrà loca militiæ, nempè dùm miles in desertione manet, vel si post commissum delictum aufugit à loco militiæ, aut denique si delictum versaretur circà concernentia professionem, vel negotiationem, quam prætèr militiam licitè exerceret, vt in limitationibus annotatis, nàm in his casibus omni iure consentaneum est, vt in primis duobus casibus cognoscatur, & puniatur a Iudice loci, vbi deliquit, vel captus est, in tertio verò casu à Iudice illius professionis, seù negotiationis, in qua deliquit, *l. fin. C. de iurisd. omn. iud. Ayala de iure bell. cap. 8. num. 6. Petr. Cabal. casu 294. num. 258.*

24 Et nè pro delictis commissis in hospitijs, aut præsidijs, & in commeatu, & remeatu ob absentiam Auditoris exercitus reddatur difficilis iustitiæ assequutio oppressis, qui solent, vt plurimùm, esse debiliores, & pauperiores locorum, poterit hæc iurisdictio communicari Gubernatoribus Prouinciarum, & reseruari appellatio à diffinitiuis tantùm Auditori generali, proùt in similibus, & ferè proprijs terminis statutum est de iure communi in *l. eo casu 33. C. de appellat.*

25 Difficultas solùm remanet respectu militum equestrium, qui iuxtà nouas instructiones militares in Hybernis licitè ab hospitio, in quo vexillum residet, resilientes reducunt se ad proprias patrias, & in domo propria degentes, proprijsque rebus incumbentes delinquunt; an hi debeant cognosci, & puniri à Iudice ordinario loci delicti, & sic etiam ab Officiali Baronali, vel à Iudice militari? nec in hoc casu desunt angustiæ, nàm aliqua iura suadent, quòd milites pro gestis ab eis vagando per mundum; vel stando in proprijs domibus, non debent gaudere priuilegio militari, vt probat *glos. in l. miles, ff. de re iud.* quæ ab omnibus *ibi* approbatur, & ab alijs adductis per *Laderch. cons. 30. num 2.* & per *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 7. num. 42.* cum *seqq.*

26 Contrarium verò suadent *l. nemo, C. de re milit. lib. 12. l. milites, & l. fin. C. locat. l. vn. C. de erogat. milit. ann. lib. 12.* in quibus cauetur, quòd miles suis, vel alienis negotijs vacans absquè licentia, exuitur militia: ergò si cum licentia, proùt in hoc casu stantibus instructionibus prædictis non exuitur militia, & successiuè gaudet priuilegijs militaribus.

27 Item si hoc casu daretur cognitio Officialibus ordinarijs locorum, daretur occasio nonnullis inconuenientibus in euidens præiudicium supremæ potestatis Ducis exercitus, nàm cùm ad ipsum solùm spectet electio Magistratuum principalium exercitus, inter quos sunt Capitanei cohortum, seù comitiuarum, de facili hæc authoritas per indirectum deuolueretur ad Barones, & ad Capitaneos Terrarum, in quibus incolatum degunt. Nàm quotiescunq; aliquis Capitaneus comitiuæ committeret delictum in propria patria, per quod in consequentiam veniret priuandus munere Capitaneatus, posset Baro, seù quius alius Capitaneus, aut Iudex exercēs iurisdictionem in loco, vt fraudaret Ducem exercitus noua electione alterius Capitanei comitiuæ, qui in locum priuandi veniret creandus, per transactionem, seù compositionem abolere delictum, aut alio modo illud dissimulare.

28 Et è contrà pro quouis leui delicto imponere pœnam grauiorem, ex qua sequatur priuatio comitiuę, contrà mentem Ducis exercitus, qui aliud fortassè sentiret de persona sibi grata, & benemerita, & sic per indirectum in manu Baronum esset, & cuiuslibet alterius Iudicis inferioris certo modo induere, & exuere hos Capitaneos cingulo militari.

29 Sed, vt meam in hoc casu proferam sententiam, crederem, quòd primæ opinioni potiùs, quàm secundæ adhærendum sit, ea solummodò ratione,

quòd scilicèt dùm hi milites degunt in propria patria, vacantes proprijs, aut alienis negotijs, non dicuntur esse in expeditione militiæ, nec vacare exercitio militari, & ideò non sunt in casu, in quo ex his, quæ suprà firmauimus, milites debent gaudere fori priuilegio, etiam pro delictis communibus.

30 Vltrà quod nec desunt inconuenientia pro hac parte consideranda maximi ponderis, nam si in propria patria milites delinquentes ibi non possent puniri à Iudice ordinario, sed opus esset recurrere ad Officiales exercitus, eorum ineffrenata libido adeò semesceret, vt euaderent Tyranni aliorum conciuium, qui non auderent caput erigere, nec contrà ipsos milites, nec contrà eorum consanguineos, & amicos, manentes sub eodem clypeo, & pauperes oppressi remanerent omni humano auxilio destituti, quæ omnia tantæ considerationis sunt apud Reges, vt Robertus Rex in *cap. Inter Regni subiectos*, prohibuerit expressè, nè familiares, domestici, & commensales Regis arma deferrent in propria patria. 31

Nec obstat, quòd dùm sunt extrà loca militiæ cum licentia, non debent exui militia, nàm fatetur hoc, quòd adhùc dicuntur milites, & sunt veri milites, sed non propterea sequitur, quòd gaudeant priuilegio fori, proùt sunt casus omnium inconuenientium superiùs adductarum, & signanter hìc, quandò non est in expeditione militari.

32 Inconuenientia verò ex aduerso considerata facillimum, vt confido, remedium habent, si mandetur Baronibus, comitibus Capitaneis, ac etiam Officialibus Terrarum demanialium, nè in causis, in quibus inquiruntur huiusmodi Capitanei comitiuarum equestrium, seu pedestrium, etiam nouæ militiæ pro delictis, in quibus venit imponenda pœna corporis afflictiua, procedant ad transactionem, seù compositionem, nec ad prolationem sententiæ definitiuæ, inconsulto D. Proregè, proùt in Dominio Ducis Florentiæ statutum est, nè in huiusmodi criminibus Rectores Terrarum, qui processus fecerunt, ferre debeant sententias, non data participatione Iudici, seu Auditori militiæ, teste *Petr. Caball.* in eo Dominio generali Auditore exercitus *resol. crim. casu* 147. *in princ.*

33 Quæ omnia intelligenda sunt, vbi delicta patrantur a militibus in locis non exemptis à iurisdictione Iudicis ordinarij, aliàs enim si essent exempta, proùt sunt Arces, Castra, & Fortalitia totius Regni, tunc absquè vlla distinctione delictorum cognoscit solus Iudex militaris illius loci, & ità seruatur de consuetudine, teste *Bossio de foro compet. num.* 4.

34 Insuper hæc omnia procedunt in militibus actu seruientibus, non autem in illis, qui licèt faciant militarem professionem, eam tamen actu non exercèt, sed in palatijs tempus conterentes seipsos cauda aurea more pauonum gloriantur; hi enim licèt sint descripti in matricula, non gaudent priuilegio fori, nec aliquo alio priuilegio militari, & in omnibus actibus vtuntur iure communi, *Bart. in l. filius. §. veteranus, ff. de procur. Bald. in l. pen. ff. ex quib. caus. maior. Butrigar. & Bald. in proœm. feud. rubr. ff. de veter. vers. & prædicta, & in l. ex eo, ff. de milit. testament. Luc. de Penn. in l. milites, C. de rei vxor. lib. 12. Afflict. in Constitut. Interiones, Christophor. Lanfranchin. in tract. Verum præfer. sit doctor, an miles, nu.* 34 *Marc. Mant. de priuil. milit. num.* 187.

35 Proùt nec etiam procedunt in ijs militibus, qui post emèrita stipendia deseruntesse milites, & inter milites veteranos connumerantur, qui licèt gaudeant aliquibus priuilegijs militaribus, non tamen gaudent priuilegio fori, nisi pro causis ceptis antè cingulum depositum, *l. fin. C. de veteran. lib.* 10. *l. ad veteranos, ff. ad leg. falcid. And. in Const. Magister Iustitiarius, in verb. & alios.* Alia tradit *Valasc. cõsult.* 57.

36 Quod procedit, etiam si miles veteranus peruenisset ad clarissimorum Comitum dignitatem, vt est tex. formalis in *l. 2. C. de priuileg. scholar.* in quo *tex.* licet excipiantur causæ ciuiles, pro quibus datur co-
37 gnitio Magistro officiorum, aduertatur, quòd is nó est Officialis militaris, sed alius assistens in domo Principis, vt benè declarat *Claud. Coter. de iure, & priuil. milit. lib. 2. cap. 6.*

38 Similiter nec etiam procedunt in his militibus, qui actu non exercent militiam ordinariè, sed sunt designati, & adnoti, & descripti ad illam exercendũ, & seruiendum, quotiescunquè fuerint submoniti à Duce exercitus, proùt sunt milites nouæ militiæ equestris, & pedestris, qui in causis ciuilibus nullo
39 iure muniti fori priuilegio, in criminalibus verò pro delictis militaribus gaudent priuilegio fori, non autem pro communibus, pro quibus debent cognosci, & puniri ab Ordinarijs locorum, vbi degunt, aut delinquunt, præterquàm si reperiantur in seruitio cum comitiuis actu exercendo, quo casu cognoscuntur ab Officialibus militaribus, vt in *pragm. 2. nu.* 27.

Hæc in causis criminalibus.

RERVM SVMMA.

40 *Iudex militaris solus cognoscit in ciuilibus de iure commum, licet etiam in prima instantia possit cognoscere Præses Prouinciæ, in secunda verò Iudex militaris.*

41 *Iudex exercitus de iure Regni pro causis dependentibus ex contractibus gestis in exercitu solus cognoscit, quod procedit etiam pro debitis contractis extrà exercitum, sed pro causa militiam concernente, & num.* 42. *quod limitatur, si fuerit renunciatum priuilegio militaris fori, & num.* 43.

44 *Militaris fori priuilegio an possit renunciari.*

45 *Fori priuilegium amittitur per incursum periurium.*

46 *Milites in quibus casibus gaudent priuilegio fori, gaudent etiam eorum vxores, & filij, attento quoq; iure communi, & quarè.*

47 *Militis vxor gaudet fori priuilegio durante matrimonio, sed eo dissoluto nequaquàm, licèt vxor perseueret in viduitate.*

48 *Militis filij fruuntur fori priuilegio, dùm habitãt cum ipsorũ patre, secùs si diuertunt ab eo, vel eo mortuo.*

49 *Militum famuli non gaudent priuilegio militum, nisi quòad restitutionem in integrum, fallit si reperiantur in loco hostili seruiendo.*

40 IN ciuilibus verò Iudex militaris solus cognoscit, iuxtà *tex.* in eadem *l. magisteriæ, C. de iurisd. omn. iud.* & in *l. vn. C. in quib. caus. milit. for. præscript. non gaud.* sed *tex. in l. eo casu* 3. *C. de appell.* probat, quòd in prima instantia possit cognoscere etiam Præses Prouinciæ, in secũda verò instantia Iudex militaris.

41 Sed quicquid sit de iure communi, certum est, quòd de iure Regni pro causis dependentibus ex contractibus gestis in exercitu cognoscit solus Iudex exercitus, secundùm Ritum exercitalem, vt in *Const. Hostici in fin.*

42 Idem credo, quòd sit etiam pro debitis contractis extrà exercitum, sed prò causa militiã concernente, secundùm *Caccialup. de debitor. suspect. fugit. §. q. princ. num.* 12.

43 Nisi

43 Niſi in contractibus, pro quibus conueniuntur, geſtis in exercitu, vel extrà, fuerit renunciatum priuilegio militaris fori, *Claud. Coter. de iure, & priuil. milit. lib. 2. cap. 6. Ayala de iure bell. lib. 3. cap. 8. nu. 3.* per *tex. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* ſed *Petr.*
44 *Caball. reſolut. crimin. caſu 225. num. 24. & ſeq.* defendit, quòd huic priuilegio tanquàm conceſſo ordini militari, non autem ſingularibus perſonis, non poſſit renunciari ad inſtar priuilegij fori clericalis, verùm eius argumenta concludunt in militijs, quæ ſubſunt ſub Magnis Magiſtris, in quibus imprimitur character clericalis, non autem in alijs militijs vulgaribus.

45 Idem ſi per aliquem militem fuerit incurſum periurium, nam per incurſum periurij amittitur priuilegium fori, *l. pen. C. de dignit. lib. 12. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 7. num. 45.* cum *ſeqq.*

46 Et in omnibus caſibus, in quibus milites gaudent priuilegio fori, gaudent etiam eorum vxores, & filij, attento quoquè iure communi, *l. 2. cum gloſ. in verb. miniſteria, C. de Epiſc. & cleric. l. 1. C. eod. l. vxori, la ſeconda, §. 1. ff. de aur. & argent. leg.* latè *Rebuff. in l. deſtinatio, §. familiæ, verſ. notandum, ff. de verb. ſignif.* ea ſcilicèt ratione, quia de iure priuilegium extenditur ad perſonas acceſſorias, ſine quibus priuilegium poſſet inutile remanere, *cap. licèt, & ibi Geminian. de priuileg. in ſexto, Dec. in l. in omnibus cauſis, ff. de regul. iur. Rebuff. de priuileg. ſcholar. priuil. 166.*

47 Verùm reſpectu vxoris procedit priuilegium durante matrimonio, ſecùs eo diſſoluto per mortem viri, quantùmuis vxor perſeueret in viduitate, quia hoc priuilegium non eſt conceſſum propter dignitatem, ſed propter ſeruitij perſonalis ipſius militis neceſſitatem.

48 Item reſpectu filiorum procedit, dùm habitant cum ipſo patre, ſecùs ſi diuertant ab eo, vel eo mortuo, proùt in ſimili deciſum refert *Ant. Fab.* in ſuo *Cod. lib. 3. tit. 17, vbi ſenat. vel clariſſ. defin 3.*

49 Famuli verò militum non gaudent priuilegio militum, niſi quòad reſtitutionem in integrum, ſecundùm *Caſtr.* & reliquos in *l. ſcriniarios, num. 4. verſ. vltimò oppono, C. de teſtament. milit.* niſi reperiantur in loco hoſtili ſeruiendo, vt declarat *Mart. Laudenſ. de milite, q. 95.*

Hæc de militibus, & eorum vxore, & familia.

RERVM SVMMA.

50 *Fæmiliares, domeſtici, & commenſales Regis cui iuriſdictioni ſubſint.*
51 *Priuilegium Magni Siniſcalchi receſſit ab aula.*
52 Ritus Magnæ Curiæ 46. *ſeruatur in actu ſeruientibus, & familiaribus domus Proregis.*
53 *Familiaritatis tantùm literas habentes, actu tamen non ſeruientes, fori priuilegio non gaudent.*
54 *Familiares Principis, & Officiales officia gerentes, pœnès Principem contrahentes extrà Curiam pro eorum proprijs negotijs fori priuilegio non gaudent.*
55 *Principis in Curia omnes, qui merent in officio Præfecti Prætorio quandò ſunt rei, ſubſunt tantùm Præfecto Prætorio, at vbi in Prouincijs morantur, tenentur reſpondere Rectoribus Prouinciarum, niſi aliquod publicum ſit eis iniunctum negotium.*
56 *Miles an quis ſit, nec nè, ad probandum an ſufficiat ſcriptura breuiarij, vulgò dicitur, lo rollo.*
57 *Miles an quis ſit, vel non ſit, cognitio ad quem ſpectet.*
58 *Delictum an ſit commune, vel militare cognoſcere, virùm ſpectet ad Magiſtrum militum, & num. 59. Fori priuilegio quando gaudeant militum vxores, & filij, & quid in hoc fuerit immutatum.*

50 FAmiliares verò, domeſtici, & commenſales Regis, qui de iure communi ſuberant iuriſdictioni Magiſtri officiorum, Præpoſiti ſacri Palatij; ſeù cubiculi, ſacrorum ſcriniorum, agentium in rebus, ſilentiariorum, & ſimilium per *Conſtit. Regni Statuimus, vt Magnæ*, omnes ſub *verb. Curialium* conſtituti ſunt ſub immediata iuriſdictione Magn. Cur. Vic. vt deducit *Frecc. de offic. Magni Siniſcalch.* & licèt poſteà per *Rit. Magn. Cur. 46.* hi omnes Curiales fuerint exempti à iuriſdictione Magn. Cur. Vic. & per priuilegium Magni Siniſcalchi iuriſdictio prædicta fuerit collata in ipſum Magnum Siniſcalcum, tamen *Ritus* prædictus non ſeruatur, teſte *Carau. ibi-*
51 *dem*, & priuilegium Magni Siniſcalchi receſſit ab aula, teſte *Freccia* in eodem *tit. de offic. Magn. Simi-*
52 *ſcalch.* Eſt benè verum, quòd prædictus *Ritus* ſeruatur in actu ſeruientibus, & familiaribus domus Proregis, teſte *Reg. de Ponte de poteſtat. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 7. num. 12.* ſed habentes tantùm literas
53 familiaritatis, actu tamen non ſeruientes, hoc fori priuilegio nullatènus gaudent, *Afflict. in Conſtitut. Intentionis noſtræ, num. 35. Campagn. in clem. de vit. & honeſt. cler. num. 26. Ann. alleg. 44.*

54 Item hi familiares Principis, & Officiales officia gerentes pœnès Principem contrahentes extrà Curiam pro eorum proprijs, & priuatis negotijs fori præſcriptione non gaudent, *l. 1. & ibi Bald. C. in quib. cauſ. milit. fori præſcript. vti non poſſ. & ibid. Fulgoſ. Ang. & Paul. de Caſtr.* idem tradit *Andr. & Afflict.*
55 *in d. Conſtit. Statuimus, vt Magnæ.* In Curia verò Principis omnes, qui merent in officio Præfecti Prætorio, quandò ſunt rei, ſubſunt tantùm Præfecto Prætorio, ſed quandò ſunt in Prouincijs, tenentur reſpondere Rectoribus Prouinciarum, niſi aliquod publicum negotium eis ſit iniunctum, *l. fin. C. de appar. Præfect. Prætor. lib. 12.*

56 Ad probandum verò, an quis ſit miles, nec nè, ſufficeret de iure communi ſcriptura breuiarij, vulgò dicitur, *lo rollo*, per quam conſtet, eum eſſe in numeris relatum, & deſcriptum, quæ plenè probat, ſecundùm *Claud. Coter. de iure, & priuil. milit. cap. 7. in fin. lib. 3.*

57 Item & cognitio, an quis ſit, vel non ſit miles, videtur, quòd de iure communi ſpectet ad Iudicem militarem, proùt affirmat *Io. Fab.* in *d. l. magiſteriæ, in fin.* per *l. qui cum vno, §. reus. ff. de re milit. & cap. ſi Iudex laicus, de ſentent. excomm. lib. 6.* quemadmodùm
58 & cognoſcere, an delictum ſit commune, vel militare, ſimilitèr ſpectat ad Magiſtrum militum, ſecundùm *Boſſ. de foro competent. num. 151. & ſequ. verſ. & cui ſpectet*, ſequitur *Petr. Caball. caſu 294. num. 292.*

59 Sed *text. in d. § reus* probat totum contrarium, ex quo miles ibi erat in fortijs Iudicis militaris, & ab eo petebatur remiſſio, ergò non mirum, ſi ipſe Iudex remiſſionis cognouit de qualitate militari, iuxtà *tex. in l. ſi quis ex aliena, ff. de iuriſd. omn. iud. text.* verò in *cap. ſi Iudex laicus* loquitur in clerico, in quo eſt ſatis diuerſa ratio, & in Regno ſeruatur diſpoſitio *Rit. 235.*

Hæc omnia, & alia multa grauiora à doctiſſimis Collegis adducta, fuerunt pleniſſimè diſcuſſa, & vētilata coràm Excell. D. Prorege in pluribus ſeſſionibus, & tandèm fuit facta reformatio in capitibus, in

hac pragmatica deductis, ex quibus facilè quilibet cognoscet, in quibus discordet, vel concors sit cum iure communi.

Nè omittas tamen, quòd id, quod fuit statutum in cap. 8. huius *pragmaticæ* respectu vxorum, filiorum, & famulorum militum, vt hi non gaudeant priuilegio fori, quo gaudent ipsi milites, quia erat contrà dispositionem iuris communis, prout *ipse* annotaui suprà *num.* 47. *& seqq.* fuit reformatum tempore Ill. Cardin. Zapat. qui deputauit aliquot Consiliarios Collaterales togatos, & non togatos super diuersis differentijs, quæ in hac materia subortæ erant, & respectu priuilegij fori fuit prouisum, vt infrà per consultationem ab ijs factam, quam mandauit obseruari sub die 3. Nouembris 1621. registrata in *diuers. 2. Card. Zapat. fol. 202.*

En quanto à lo que se pretende por parte del dicho Capitan à guerra de que las mujeres, y hijos de los soldados de aquel presidio sean exemptos del foro, y justiçia ordinaria de la dicha Ciudad, es nuestra voluntad, que en esto se guarde el solito, y lo que se ha obseruado hasta à qui, que es, que el Capitan à guerra pueda conoçer, y conozca de las causas de las mujeres de los soldados, y de los hijos en potestad dellos, excepto pero *si los dichos soldados, mujeres, ò hijos tuuiesen officios de ciudadano, y delinquiesen en lo perteneçiente, y concerniente à ellos, como se fuesen taberneros, botecaros, panaderos, y otros officios, que en tal caso ha de conoçer de los delictos cometidos en lo tocante à dichos officios la Iustiçia, y Iuez ordinario de la dicha Ciudad, y no el Capitan à guerra.*

De Minoribus, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragm. huius causa quæ fuerit, & vndè sit sumpta.*
2 *Minor ætas de iure communi est vsq; ad 25. annum inclusiuè, & de iure Regni vsquè ad 18. quod pariter in Ciuitate Lucensi est statutum.*
3 *Minor ætas currit de momento ad momentum.*
4 *Ætatis perfecta reputatur excedens decimumoctauum annum in contractibus, iudicijs, & in omnibus, quæ dictio fuit necessaria, & procedit etiam in feudatarijs, licèt iure* Constitutionis Regni *sit secus.*
5 Const. In aliquibus *limitatur in multis casibus.*
6 *Minorum priuilegia quæ sint, & in quibus sint peioris conditionis, quàm maiores, remissiuè.*
7 *Minoris ætatis quot gradus sint, & quot effectus quilibet gradus producat, & qualiter ætas sit probanda, & cui incumbat onus probandi.*
8 *Minores an possint puniri pœna ordinaria in delictis, vel tantùm extraordinaria, remissiuè, & hodiè remittitur arbitrio Iudicis.*
Quod arbitrium potest extendi vsq; ad mortem inclusiuè in pubere maiore 14. annis, & minore 25. annis.
9 *Minor licèt non restituatur aduersus delictum, tamen restituitur aduersus confessionem delicti.*
10 *Minorem ætatem probandi onus cui incumbat, & quibus modis probetur.*
11 *Testibus deponẽtibus, aliquem maiorem, vel minorem esse, si ex aspectu corporis contrarium apparet, an sit deferendum, remissiuè.*
12 *Ætas filiorum an probetur per librum patris, vbi est descripta natiuitas eorum, remissiuè.*
13 *Minores in ciuilibus restituuntur, nedùm aduersus dãnum passum, sed etiam aduersus lucrum omissum.*
Maior habens causam indiuiduam cum minore gaudet eodem restitutionis beneficio quod competit minori.
Restitutio infrà quod tempus sit petenda.
14 *Minori dolosè asserenti, se maiorem, restitutio non datur.*
15 *Minori non datur restitutio, quandò interuenit iuramentum in contractu, nisi probetur dolus, quod priuilegium etiam Fisco competit.*
Vendita re minoris, Ciuitatis, Fisci, vel Ecclesiæ seruatis iuris solẽnibus, si mox superueniat nona oblatio, non admittitur, ipsi tamen restituuntur.
16 *Restitutio in integrum aduersus lucrum omissum infrà quæ tempora sit admittenda, remissiuè, quæ restitutio non competit Ecclesiæ, vel Ciuitati.*
17 *... quæ competit minori, competit etiam Vniuersitati, ac etiam aduersus lucrum omissum.*
18 *Restitutio an detur, si contractus non sit gestus cum ipso minore, sed infert præiudicium minori.*
19 *.... vt concedatur in ciuilibus an requiratur causæ cognitio.*
In ciuilibus per processum ad vlteriora reijcitur, ità vt non possit dici de nullitate.
20 *.... minoribus, vel alijs personis priuilegiatis non datur in iudicijs super omissa declinatoria fori, nec si sit opposita, & fuerit denegata.*
21 *.... non conceditur, si vellet fundari super nullitate sententiæ, vel alia nullitate, quæ respiceret ordinem iudicij, & quarè.*
22 *.... aduersus rem iudicatam minoribus conceditur, licèt secùs sit in muliere, & aliqua remissiuè.*
23 *.... licèt alicui certè competat, tamen non considerabitur, quoùsq; non fuerit petita, nisi aliàs libellus esset inutilis.*
24 *Clausula,* petens, ius, & iustitiam ministrari, *in libello apposita inducit petitionem restitutionis in integrum.*
25 *Restitutione in integrum petita pendente est supersedendum in exequutione, etiam si petatur aduersus tres sententias conformes, vel si petatur aduersus sententiam Sac. Consil. modò sententia non sit capta exequutioni demandari.*
26 *Præuentio sola in petenda exequutione antè petitam restitutionem efficit, vt non retardetur exequutio, & num. 29.*
27 *Restitutio in integrum vt concedatur, debet fundari læsio ex eisdem actis, & sit talis, vt non requirat altiorem indaginem.*
28 *Supplicatio super restitutione in integrum non admittitur post intimatum mandatum de parendo, vel si contrà petentem illam sit præsumptio iuris.*
29 *Restitutio in integrum si petatur aduersus sententiam Principis, adhuc non impeditur exequutio.*
Appellatio cum petitione restitutionis in integrum potest coniungi.
30 *.... semel petita, & denegata non impeditur exequutio, etiam si à denegatione fuerit appellatum.*
31 *.... quandò impedit exequutionem, sufficit si proponatur per viam exceptionis, sed quandò sententia est exequutioni demandata, tunc debet proponi per viam actionis, aliàs non audietur.*
Cautatur ex læsione, itaùt non sit necessaria notoria iniustitia.
32 *Restitutio prædicta an detur pro quauis etiam modica causa, remissiuè.*

ET ſi verum ſit, &c. Delicta minorum puniantur ordinaria, vel extraordinaria pœna delicti arbitrio Iudicis. H.D.

1 Quæ fuerit cauſa edendi hanc Pragmaticam, docet *Præſ.de Franch. deciſ.*230. & ſcias, quòd eſt ſumpta ex *pragm.*2.*§.fin.* ſuprà *tit.de commiſſ.& exequtor*. Ad cuius materiam eſt adnotandum, quòd de
2 iure communi minor ætas eſt vſq; ad 25. annum inclusiuè, vt *tot.tit. ff.de minor.*25.*annis*, ſed de iure Regni eſt reſtricta vſq; ad 18.annum, vt in *Conſtit. Minorum iura*, & conſimile ſtatutum reſtringens minorem ætatem eſt in Ciuitate Lucenſi, teſte *Io-*
3 *ſeph.Ludou.deciſ.Lucenſ.*17.*num.*52.& talis ætas currit de momento ad momentum, *Intrigl.ſing.*30.*lib.*1.
4 Circà quam *Conſtitutionem* eſt aduertendum, quòd in finalibus verbis Legislator non fuit contentus dicere, quòd excedentes 18.annum reputentur per fectæ ætatis, tàm in contractibus, quàm in iudicijs, ſed etiam adiecit illam clauſulã generalem, *& in omnibus*, quæ dictio fuit ſatis neceſſaria ad euitandum dubitationem, de qua per *Alber. de ſtatut. lib.*1.*q.*81.& ampliatur, vt procedat etiam in feudatarijs, vt nuperrimè ſtatutum eſt per Pragmaticam editam ſub die 31.Maij 1597. impreſſa infrà *eod.tit.* in nouiſſima compilatione, quæ eſt *pragm.*2. licèt de iure *Conſtitutionis Regni* ſecùs eſſet, vt per *Andr.* in d. *Conſtit. Minorum iura*, & in *cap.Imperialem*, *§.præterea ſi quis infeudatus, de prohib.feud.alien. per Feder.* & eſt expreſſum in *Conſtit.In aliquibus*, ibi, *ſu-*
5 *peruenientem* 15. *annum*, limitatur tamen eadem *Conſtitutio* in multis caſibus, relatis per *Grauin.de liquid.inſtrum. par.*2.*declar.*16.*num.*28. ſcilicèt in integrum reſtitutione.
6 Quot autem, & quæ ſint minorum priuilegia, & è contrà in quibus ſint peioris conditionis, quam maiores, vide apud *Rebuff.* ſuper *Conſtit. Galliæ* 2.*tom.*
7 *tit.de reſtit.art.*2.*glo.*4. Et quot ſint gradus minoris ætatis, quotquè effectus quilibet gradus producat, vide *Quintil.Mandoſ. in tract. de ætat.minor.* vbi habes etiam quàmplures quæſtiones practicabiles, *Farinac. pract.crim. par.*2.*tom.*1.*q.*82.*num.*2. cum pluribus *ſeqq.* Qualitèr autem ætas ſit probanda, & cui incumbat onus probandi, dixi in *pragm.*1.infrà *de Parochis*.

Circà tamen materiam huius Pragmaticæ, per quam in effectu eſt ſedata illa differentia inter *Do-*
8 *ctores* antiquos, an ſcilicèt minores poſſent in delictis puniri pœna ordinaria, vel tantùm extraordinaria, de qua latè *Foller.* ad *Marant. in ſpecul. part.*4. *diſt.*1. poſt *num.*85.*verſ.aliquandò ætati*, & modò remittitur arbitrio Iudicis per hanc Pragmaticam, eſt notandum, quòd inter illos, qui aſſeuerabant, omninò minores mitiori pœnã, non tamen ordinaria eſſe puniendos, fuit *Couarr.in clem.ſi furioſus, par.*3.*in.*5. *verſ.quis autem, Intrigl.de caſib.conſcient.caſu* 94. & nouiſſimè *Farinac. pract.crimin. par.*2.*tom.*1.*tit.*10. *quæſt.*82.*num.*41.cum *ſeqq.* vbi ampliat, & limitat ad ſaturitatem more ſuo, & *conſ.*187.*lib.*2.*Ioſeph Seſe-* *deciſ.Arag.*97.& infiniti alij, relati per *Ioſeph.Ludou. d.deciſ.Lucenſ.num.*41.cum *ſeq.* vſq; ad *num.*62. licèt ipſe contrarium ſub quadam diſtinctione teneat *num.*63. vt in pubere maiore 14. annis, & minore 25.ann. Iudicis arbitrium extẽdatur vſq; ad mortem inclusiuè, quæ deciſio eſt notabilis in terminis huius pragmaticæ, tanquàm facta in conſimili ſtatuto ibi *vigente*, & conſimilem pragmaticam in Hiſpanijs editam refert *Gomez. var.reſolut.tom.*3. *de delictis* *cap.*1.*num.*63. *verſ. ſed aliud*; non tamen omittas in contingentia facti *Theſaur.deciſ.*161. *Bertaz.conſil. crim.*339.& 492.*vol.*2.*conſ.*118.*vol.*1. & *pragm.*2. infra *de furtis*, quæ ſimiliter loquitur de minoribus, *Bonadill.lib.*2.*cap.*13.*num.*49. *Muta d.deciſ.Sicil.*30. *num.*17.cum *ſeqq.* qui concludunt pro pœna extraordinaria, *Manſon.de contraband.quæſt.*7.

9 Ex memoria tamen non excidat, quòd licèt minor per hæc iura, & ex traditis per *Præſid.de Frãch. deciſ.*421. & latiſſimè per *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. quæſt* 83. non reſtituatur aduerſus delictum, bene tamen reſtituitur aduerſus confeſſionem delicti, iuxtà tradita per *Sarmient.lib.*3.*ſelectar.interpret. cap.*12.vbi plures caſus diſtinguit.

10 Sed minorem ætatem cui onus probandi incumbat, dicas deducenti, niſi quandò deducitur ad iuſtificandum actum; veluti allegatur ætas minor pro tutore dato, Pars negans debet probare cõtrarium, *Menoch. præſumpt.*50.*lib.*2. *Pacian.de probat.lib.*2. *cap.*24.*Maſcard.de probat.lib.*2.*concl.*666.& quibus modis probetur, *Menoch. præſumpt.ſequ. Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.*55. *Marant.conſ.*12.*num.*4. *Maſcard. de probat. lib.*2. *concl.*667. 668. 669. 670. 671. 672. 673.674.675.676.677. & 678. & ſi aliqui teſtes de-
11 ponant, aliquem maiorem, vel minorem eſſe, ſed ex aſpectu corporis contrarium appareat, huiuſmodi teſtibus non eſt deferendum, *Alber.in l. ſi minorem, col.*1.*C.de in integr.reſtit.minor. Gramm.conſ.*4.*nu.*9. *in criminalibus*, & ætas filiorum probatur ſemiplenè
12 per librum patris, vbi eſt deſcripta natiuitas eorũ, *Crauett.de antiq.temp.*1.*par. ſect.vidimus*, & abundè *num.*34. *Maſcard.* vbi ſuprà *concl.*669.

13 In ciuilibus tamen minores indifferentèr reſtituuntur, nedùm aduerſus damnum paſſum, ſed etiã aduerſus lucrum omiſſum, vt eſt *textus* formalis *l.ait prætor, §. fin.* cum *l. ſeq. ff.de minor.* latè proſequitur *Greg. ſyntagm.iur.vniu.lib.*11. *Barz.deciſ.*107.& reſtitutio conceſſa minori, competit etiam maiori habenti cauſam indiuiduam, *Coccin.deciſ.Rot.*219.quæ reſtitutio in terminis noſtræ *Conſtit.* per quam maior ætas eſt reſtricta ad ann. 18. licèt debeat peti infrà quatriennium, per *text.in l. fin.C.de tempor.in integr.reſtit.* non tamen expirat finito quatriennio, ſed durat vſq: ad annum vigeſimum quintum, vt exactè probat *Berlich.deciſ.*6. ſed in cõtrarium vrget *Præſ. de Franch. deciſ.*650.

14 Non tamen dabitur hæc reſtitutio minori dolo proprio aſſerenti ſe maiorem, *Minſyng.obſeruat.*20.
15 *cent.*4. Nequè quandò interuenit iuramentum in contractu, niſi probet, ſe dolo fuiſſe inductum ad contrahendum, licèt probaret, fuiſſe inductum per blanditias, quia per dolum ab alio decipitur, ſed per blanditias ipſe ſe decipit, vt tradit *Andr. in §.item ſacramenta puberum.num.*39.*in fin.* poſt *glo.*2.*ibi, de pac.iuram.firm.* quem ſequitur *Afflict.deciſ.*393. *per tot.* Quod priuilegium ex iuris diſpoſitione etiam Fiſco competit, vt docet *Franc.Claper. in tract.cauſ. fiſcal.cauſ.*3.*q.*1.*num.*4.& 6.& *cauſ.*4.*q.*vnic. *num.*4. iuxtà declarationem ab eodem traditam *cauſ.*5.*q.*1. & 2. ſcilicèt infrà octo dies ex priuilegio iure ordinario, & non per viam reſtitutionis in integrum, qui concludit ſecundùm primum intellectum *glo.in l. ſi tempora, C.de fide inſtrum.lib.*10. Ad quæ eſt videndus *Greg.Lopez part.*6.*tit.*19.*l.*5.*in verſ.mas por ella*, qui concludit, quòd quandò ſeruatis ſollemnitatibus fuit facta venditio, & ſuperuenit noua oblatio, non admittitur pro rebus Minorum, Ciuitatis,
16 Fiſci, & Eccleſiæ, ſed minor reſtituitur. Sed infrà quę tempora hæc reſtitutio aduerſus lucrum omiſſum ſit admittenda, vide eundem *Claper.* prędicta *cauſ.*4.

quæſt. vnic. num. 5. cum *ſeqq.* Non tamen talis reſtitutio quoad lucrum omiſſum competit Eccleſiæ, vel Ciuitati, prout latè docet idem *Claper. d. quæſt. vnic. num.* 3. qui meliùs ſe declarat *cauſ.* 101. *quæſt. vnic.* adde *Anil. in cap.* 32. *Prætor. in gloſ. de Pujar, Gutier.*
17 *quæſt.* 38 *lib.* 1. Regulariter tamen eadem reſtitutio competit Vniuerſitati, quæ competit minori, dummodò ſit Vniuerſitas magna, quæ regatur per ſuos Adminiſtratores, ſecùs ſi ſit parua, conſiſtens in ſex, vel octo hominibus, qui per ſe regunt, & ſciunt omninò facta ſua, ſi credamus *Capoll. in l.* 16. *eum, qui veſtigal, num.* 12. *verſ. & quod dixi, ff. de verb. ſignif.* Sed quòd hæc reſtitutio etiam aduerſus lucrum omiſſum competat Vniuerſitati, ſicut & minori, ac etiam Fiſco, vſu receptum probat *Griuell. deciſ. Do-*
18 *lan.* 44 *num.* 4. Quid autem ſi contractus non ſit geſtus cum ipſo minore, ſed infert præiudicium minori? vide *Gamm. deciſ.* 162. qui refert deciſum, non
19 competere, ſed ipſe contrarium ſentit. Non autem requiritur cauſæ probatio pro concedenda huiuſmodi reſtitutione in ciuilibus, *Ant. Gabr. lib.* 2. *communium opin. tit. de minor. concl.* 1. Si de damno euitando tractatur, *Gratian. diſcept.* 762. tenet, poſſe reijci per proceſſum ad vlteriora, *Cardinal. Seraphin. deciſ.* 383. *num.* 8. & idem *Gratian. diſcept.* 938. *num.* 6. ità vt non poſſit dici de nullitate.

20 Erit tamen memoriæ tradendum, quòd ràm huiuſmodi minoribus, quàm alijs perſonis priuilegiatis non datur reſtitutio in iudicijs ſuper omiſſa declinatoria fori, non per rationem *Bald. in l. ſcio, ff. de in integr. reſtit. minor.* quòd ſcilicèt aduerſus omiſſam declinatoriam non detur reſtitutio, ſed ex adductis per *Præſid. de Franch. deciſ.* 439. prout nec etiam conceditur reſtitutio, ſi fuerit oppoſita exceptio declinatoria fori, & fuerit denegata; vt probat *Innoc. in cap. coràm felicis, num.* 2. *extrà de in integr. reſtit. Cuman. in l. quidam conſulebant, in fin. ff. de re iud.*
21 Nec etiam conceditur, quandò reſtitutio vellet fundari ſuper nullitate ſententiæ, quia eſſet lata, non citata legitima perſona pro pupillo, ſeù minore, ſeù ſuper alia nullitate, quæ reſpicit ordinem iudicij, nã tunc haberet remedium ordinarium dicendi de nullitate, & ſic ceſſat extraordinarium, prout eſt reſtitutio in integrum, ità conſtat ex *text. in l. pen. in princ.* vbi *DD.* omnes, *C. ſi aduerſ rem iud.* & in *l. pen. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* prout nec etiam conceditur in iudiciis ſummarijſſimis, de quibus per *Paz de tenut. cap.* 7. *num.* 25.

22 Benè tamen conceditur minoribus reſtitutio aduerſus rem iudicatam, vt in *l.* 1. *& tot. tit. C. ſi aduerſ. rem iudic.* ad cuius materiam eſt videndus *Franciſc. Marc. deciſ.* 53. *&* 54. *par.* 2. *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. quæſt.* 72. *&* 73. licèt ſecùs ſit in muliere, quæ poſt ſententiam non reſtituitur, ſed in exercitio iudicij tantùm, vt per *gloſ. & Andr. in Conſtit. Obſcuritatem*, etiam ſi ſit vidua, *Coccin. deciſ.* 330. quod tu declara, vt per *Barz. deciſ.* 73. *num.* 55. cum *ſeqq.* qui de iure communi nihil decidit, ſed in illo ſtatuto dicit, comprehendi mulierem ſenem, & pauperem, & ſtante læſione fuit delatum reſtitutioni in integrum. Ad materiam tamen vide *Magon. deciſ. Lucenſ.* 67. *num.* 3. cum *ſeqq. Benintend deciſ. Bonon.* 85. *Alexand. Raudenſ. deciſ. Piſan.* 11. *Marchiſell. q.* 97. vbi habes plures limitationes.

23 Et eſt notandum, quòd licèt alicui certè competat reſtitutio, ſi tamen illam non petierit, non debet eſſe in conſideratione, quoùſq; non fuerit petita, vt
A eſt *text.* apertus in *l.* 4. *in princ. verſ. ſi is, qui ff. de fideicomm. libert.* niſi aliàs libellus, ſeù ſupplicatio, aut quælibet alia inſtantia in cauſa facta eſſet inutilis, vt
24 latè probat *Gabed. deciſ. Luſitan.* 50. *part.* 1. Sed ſi in libello ſit adiecta clauſula, *petens, ius, & iuſtitiam miniſtrari*, ex ea reſultat petitio reſtitutionis in integrum, vt fundat *Jo. Botta conſ.* 55. *num.* 14.

Nota tamen, quòd pendente reſtitutione in inte-
25 grum petita eſt ſuperſedendum in exequutione, iuxtà *l. vnic. C. in integr. reſtit. poſtul. nihil noui fiat, & Boer. deciſ.* 67. *num.* 7. etiam ſi petatur reſtitutio aduerſus tres ſententias conformes, ſi tamen exequutio eſſet irretractabilis, iuxtà diſtinctionem *Hieron. Laurent. deciſ. Auenion.* 2. *num.* 8. & etiam ſi petatur aduerſus ſententiam Sacr. Conſil. vt per *Capyc. deciſ.* 53. *Præſ. de Franch. deciſ.* 86. *num.* 8. *Jo. Vinc. Ann. ſing.* 179. & in *cap.* 1. *num.* 239. *de vaſall. decrep. ætat. Morla in empor. iur. par.* 1. *tit.* 5. *q.* 3. *num.* 17. *Gratian. deciſ.* 272. *Gutierr. lib.* 1. *pract. q.* 134. niſi malitioſè petatur, ad quod dignoſcendum vide *Ferrer. in obſervat. Cathal. par.* 1. *cap.* 479.

Quod procedit, dummodò hæc reſtitutio petatur antequàm ſententia cœpta ſit exequutioni demandari, iuxtà *glo. in cap. ſuſcitata, in verb. poſtulant, verſ. quia incontinenti, extrà de in integr. reſtitut.* quam ſequitur *Panorm. ibi, Couarr. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 7. *n.* 1. *Jo. Botta conſ.* 101. *num.* 20. *Turrett. conſ.* 54. *num.* 10. *vol.* 3. *Sylueſt. Aldobrand. conſ.* 48. *num.* 8. *Gratian. d. deciſ.* 172. *Polyd. Ripa obſervat.* 338. *Maſtrill. dec.* 30. *Rota Romana deciſ.* 370. *num.* 2. *tom.* 1. *part.* 1. inter nouiſſimas collectas per *Farinac. & deciſ.* 75. inter collectas per *Mantic. & deciſ.* 777. *Seraphin. in fin. Mandoſ. de inhibit. quæſt.* 107.

26 Immo, quòd ſola præuentio in petenda exequutione antè poſtulatam reſtitutionem efficiat, vt non retardetur exequutio, voluerunt *Rip. in l.* 4. *§. condemnatum. num.* 30. *in fin. ff. de re iudic. Benintend. dec.* 85. *num.* 15. *Puteus deciſ.* 285. *lib.* 2. *Rot. diuerſ. deciſ.* 346. *num.* 6. *par.* 1. cum alijs adductis per *Pacific. de ſaluiano interdict. inſpect.* 4. *cap.* 4. *num.* 15. *Rot. deciſ.* 346. *diuerſ. part.* 1. *Caualer deciſ.* 280. *num.* 1. *Mantic. deciſ.* 219. *num.* 3. *&* 5. *Fachin.* omninò videndus *conſ.* 64. *lib.* 2. vbi etiam probat, quòd debet fundari læſio
27 ex eiſdem actis, & quòd ſit talis, vt non requirat altiorem indaginem, & ità ſeruatur in Sacr. Conſil. vt
28 poſt intimatum mandatum de parendo non admittatur ſupplicatio ſuper reſtitutione in integrum, teſte *Jo. Vinc. Ann. in cap.* 1. *de vaſall. decrep. ætat. num.* 239. *& ſeq.* Item dummodò contrà petentem reſtitutionem non ſit præſumptio iuris, ex traditis per *glo. pen. in d. cap. ſuſcitata*, quam ſequuntur *Doctores ibi, Benintend. deciſ. Bonon.* 85. *num.* 12. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 74. *Theſaur. deciſ.* 181. *Mmad. deciſ.* 14. *num.* 4. & iterùm *Menoch. præſumpt.* 47. *lib.* 2. Item
29 dummodò non petatur aduerſus ſententiam Principis, quia tunc non impediretur exequutio, vt per *Caſſan in cathal. glor. mundi, p.* 5. *conſid.* 24. *primi.* 81. & per *Afflict. deciſ.* 356. niſi allegetur aliqua cauſa euidens ad excluſionem præſumptæ calumniæ, vt per eundem *Afflict. ibid.* qui loquitur in reſtitutione petita aduerſus ſententiam Sacr. Conſil. Ad quæ omnia eſt latiùs videndus *Oddus de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.* 42. *per tot.* poſt *Bald. in auth. quæ ſupplicatio. num.* 2. *C. de precib. Imper. offer.* omninò *Erneſt. Cothman reſponſ.* 4. *num.* 55. ad 169. *vol.* 4. qui concludit, appellationi petitionem pro reſtitutione in integrum poſſe coniungi, *Scacc. de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 2. *n.* 109. cum *ſeqq.* qui dicit, poſt petitam exequutionem, reſtitutionem in integrum non impedire, *Caſtill. deciſ.* 228. *vol.* 3. quandò fuit petita reſtitutio antè cœptam exequutionem dicit eam impedire,

30 Semel autem petita hac reſtitutione in integrum, & denegata non impeditur exequutio, etiam ſi à denegatione fuerit appellatum, *Magon. dec. Florent. 133. num. 11.* & fuit cum maxima cauſæ cognitione iudicatum per S.C. referēte doctiſſimo Marco Antonio de Ponte, tunc Regio Conſiliario, poſtmodùm digniſſimo Regente apud Catholicam Maieſtatem in Supremo Italiæ Conſilio, nunc verò maximo Præſide huius Sacri Conſilij Neapolitani, in cauſa Armeliæ Carmanæ cum filijs pupillis, & hæredibus Marci Antonij Ruſſi. Actuarius eſt de Ferrarijs, ſed tunc non fuit allegata prædicta *deciſio Florentina*, & nupèr eſt edita *dec. Præſ. de Franch. 702.* Circà quam duo ſunt notanda: Primum, quòd etiam à decreto denegante reſtitutionem datur appellatio, ſeù reclamatio, & hoc eſt ſine dubio, vt probat *text. in l. 1. ibi, appellare enim debuiſtis, C. ſi ſæpiùs in integr. reſtit. poſtul.* & pro abſoluto admittit *Rebuff.* ſuper *Cōſtit. Gall. tom. 1. tit. de ſentent. exequut. art. 7. gloſ. 12. num. 8.* & latè tradit *Sfort. Odd. de reſtit. in integr. q. 16. art. 6.* Alterum verò, quod fuit controuerſum, an pēdente reclamatione ſit ſuperſedendum in exequutione, in quo articulo per S.C. vt vides, fuit deciſum, quòd interim non eſt differenda exequutio cū cautione, & deciſio eſt fundata ſuper ea ratione, quòd ſcilicèt per talem cautionem eſt conſultum petenti reſtitutionem, ſi eam obtinuerit in gradu reclamationis à decreto denegatæ reſtitutionis; cui quidèm rationi videtur obſtare illa conſideratio, quòd facta exequutione remanet eluſoria reclamatio interpoſita à decreto prædicto, quia ſupereſt reclamatio à decreto cauſæ principalis, quod eſt remedium ordinarium, & facit ceſſare extraordinarium, prout eſt reſtitutio in integrum, & exequutio parata, quam habent decreta S.C. non procedit, quando exequutio eſt irretractabilis, iuxtà tradita per eundem *Præſ. de Franch. dec. 139.* & talis videtur eſſe in hoc caſu, in quo exequutio infringit pēnitùs reſtitutionem, quia non poteſt fieri, quin exequutionis actus non ſit factus, quod eſt contrà propriam vim, & ſubſtantiam reſtitutionis, quæ in eo conſiſtit, vt impediat exequutionem, & pro hac conſideratione valdè confert doctrina *Caldas de Pereira in l. ſi curatorem habens, in verb per quod priſtinum, num. 16. C. de in. integr. reſtit. min.* dùm *in fine* inquit, *ſuſpendi exequutionem, donec cauſa reſtitutionis finiatur*; ponderando illud verbum, *finiatur*, lis enim, ſeù cauſa non dicitur finita per quamlibet ſententiam, niſi ſit talis, quę tranſeat in rem iudicatam, vt conſtat ex *Lancellot. de attent. lit. pend. cap. 4. nu. 250. & 277. in præfat.* quod non poteſt dici de ſententia etiam S. C. à qua pendet reclamatio.

Vltrà quod eſt magnà differentia, an reſtitutio
31 impediat exequutionem ſententiæ, nec nè, nedùm circà ipſum effectum, ſed etiam circà modum illam proponendi, nàm quando impedit exequutionem, ſufficiet, ſi proponatur per viam exceptionis, ſed quando ſententia exequutioni eſt demandata, tunc reſtitutio debet proponi per viam, & modum actionis, aliàs non audietur, vt eſt *tex. in cap. conſtitutis, lo ſecundo, in fin. extrà de appellationib.* & magiſtralitèr docet *gloſ. in verb. ſententia, verſ. ſi tamen eſt, in d. cap. ſuſcitata, de in integr. reſt.* & ſi eſt proponenda per viā actionis, & principalis petitionis, & ſic proceſſu formato, & legitimè compilato, tunc conſultiùs erit parti compilare proceſſum in reclamatione cauſæ principalis, quàm in hac reclamatione à decreto denegatæ reſtitutionis, & propterea dixi, quòd facta exequutione remedium reſtitutionis in integrum remanet eluſorium, & fruſtratorium, idcircò quando caſus iterùm acciderit, erit diligentiùs inueſtiganda veritas, at nō eſt neceſſaria notoria iniuſtitia pro concedenda hac reſtitutione, ſed ſufficit, quòd poſſit legitimari, ſeù iuſtificari, vt ex ea reſultet læſio, *Ferrer. in Conſtit. Cathal. Hæc noſtra, primo tempore 9. declarat. num. 74.*

Sed an talis reſtitutio detur pro quauis etiam
32 modica cauſa, vide *gloſ. in cap. 1. in verb. detrimentū, extrà de in integ. reſtit. Couar. lib. 1. var. reſolut. cap. 3. num. 11. Suarez alleg. 21. num. 3. Præſ. de Franch. dec. 348.* vt ſit intrà dimidiam arbitrio Iudicis, & pro limitationibus vide *Marchiſell. q. 97.* ſcilicèt, ſi vigerent præſumptiones vehementes calumniæ, tametſi probationes in promptu offerantur. Hæc autem reſtitutio quibus, & quandò competat, & quandò ceſſet, vide *Ricc. collect. 186.* & *Gratian. diſcep. 762. n. 13.* cum *ſeqq.*

RERVM SVMMA.

33 *Minor contrahens cum iuramento etiam ſine authoritate Curatoris, quem habet, ligatur iuramento, & contractus tenet.*

34 *Minori læſo etiam aduerſus contractum iuratum cōpetit reſtitutio.*

Minor pro debito non poteſt carcerari.

33 ET quia ſuprà *num. 15.* dixi, Minorem ligari per contractum ab ipſo geſtum per *auth. ſacramenta puberum*, aduertas, quòd hoc procedit etiam in eo minore, qui habens Curatorem ſine authoritate Curatoris B contrahat cum iuramento, quod axioma, nè tibi videatur durum, volui tibi hìc annotare omnes *Doctores*, qui prò, & contrà de hac re diſputarūt, vt videas, quæ ſit communis opinio.

Pro hac igitur opinione affirmatiua ſunt.

1 *Gloſ. in §. item ſacramenta, de pac. tenen. & ibidem*
2 *Iacob. de Beluiſo.*
3 *Iſern. in princ.*
4 *Bald.* qui refert ſic iudicatum, & communitèr receptum.
5 *Præpoſ. col. 3. verb. quæro ſubſequenter cum gloſ.*
6 *Aluar. n. 4.* vbi de communi teſtatur.
7 *Apoſtill. marginalis* ad *d. gloſ.* quæ tradit, ab omnibus receptam.
8 *Roſr. 7. par. ord. Iudic.* ſuper *Conſtit. Federici.*
9 *Cyn. in auth. ſacramenta puberum, num. 11. C. ſi aduerſ. vend.*
10 *Obertus de Bobio.*
11 *Odofr. in l. ſi curatorem, n. 9.* qui tradit hanc veram, *C. de in integr. reſtit.*
12 *Io. Fab. d. auth. ſacramenta.*
13 *Fulgoſ. ibid. n. 7.* communem dicens.
14 *Corn. n. 9.* ſimilitèr communem dicens.
15 *Iaſ. in d. auth.* ſub *num. 33.* format dubium, & ſub *num. 36. verſ. quid tenendum*, dicit, quòd iſta communis opinio vbiquè ſeruatur in practica, & de conſuetudine.
16 *Rebuff. in repet. d. auth. col. 4.*
17 *Alex.* poſt *Bald. d. l. ſi curatorem, num. 10.*
18 *Iacobin.* poſt *Corn. d. l. ſi curatorem, in fin.* tradit communem

munem,& sic iudicatum,& idem *Iacobin.d. auth. num.6.*& omnes *Addentes* ad *Bart.*

19 *Lap.alleg.24.* vbi *Apostill. verb. iurans* dicit, quòd est communis,& seruatur in practica,etiam quòd minor non sit certioratus.

20 *Imol.in cap. cùm contingat,num.61.de iureiur.*tradit de communi.

21 *Alciat.ibidem,n.226.*

22 *Aret.cons.22.in 2.dub.*

23 *Rip.l.1.§. fuit quæsitum,num.28.ad Trebell.*

24 *Greg.Lop.l.6. tit.fin par.6.in glos. maior de 14.ann.*

25 *Anton.Gomez variar.resolut.tit. de restit. min.* sub *num.18.*

26 *Gutierrez d.auth.sacramenta,num.103.& seq.* dicit veram, communem, & in practica semper seruatam.

27 *Socin.iun.cons.79.*

28 *Ant.Fab. de error.prag. decad.6.cap.9.*

29 *Ceph.cons.403 n.26.in 3.*

30 *Gabriel.cons.127.n.8 in primo.*

31 *Honded.cons.42.n.13.in 1.*de comm.iudicata, & cõsuetudine recepta.

32 *Eugen.cons.3.nu.13.vol.1.*

33 *Guido Papa dec.35.*

34 *Thesaur.dec.66.*vbi *Apostill.*

Et sic sunt 34.DD.Classici.

In contrarium sunt.

1 *Iacob.de Ranen.*relatus per *Cyn.in d.auth.n.11.*

2 *Bellapertica ibidem col.3.*

3 *Odofr.*sibi contrarius *num.12.*

4 *Alber.num.7.*

5 *Salyc.num.11.*

6 *Specul.tit.de vend.à min.n.3.*

7 *Curt.iun.cons.53.n.6.*

Qui sunt septem,& *Odofr.* sibi contradicit.

Post hæc impressa adde *Griuell.dec. Dolan.14.* vbi *num.22.cum seqq.* vsquè ad *finem* cumulat plures limitationes in beneficium minorum contrahentium cum iuramento,scilicèt, quandò cõtractus est prohibitus à lege ob fauorem publicum, quandò contractus est simulatus,vel contractus impuberis,quãdò est contractus super alienatione rerum immobilium,secùs in obligatione personali, si iuramentum est per errorem,existimans,se esse maiorem,si in cõtractu sit læsus enormissimè, & in contractu filijfamilias sine patris authoritate celebrato. Item pro opinione affirmatiua adde *Seraph. de priuileg. iur. priuil.83 num.78. vers. decimoseptimò, & priuil.120. num.2.Mancin de iuram.par.4. eff.1. q.15.* & quòd
34 data læsione competat minori restitutio aduersus contractum iuratum,latissimè probat *Aldou.cons.1.* Sed minor pro debito non potest carcerari,*Mausol. de cauf.exequut.limit.11.*

ADDITIO.

A SED quid si restitutio sit petita,non tamen sit iudicatum super ea, sed Iudex processit ad vlteriora,& confirmauit decretũ, seù sentétiã, an validũ sit hoc decretũ, vel requirebatur specifica prouisio super ea?*D.de Thor.*in *2.p.Compend.dec. in ver.Restitutio in integrum petita aduersus decretũ latũ*,refert, fuisse per Collaterales Consilij decisum, quòd Sacr. Consilium (in quo in integrum restitutio erat petita) specificè prouideret,an sit deferendum petitæ restitutioni in integrum,ea fortasse ratione, quia Iudex necesse habuit super ista exceptione specificè interloqui,& sic non censetur,immò non potuit,illã per processum ad vlteriora reijcere, iuxtà *Menoch.* sententiam in *tract.de præsumpt.lib.2. præsumpt.64. num.9.& 14.* vbi late de hoc differit.

B Inter controuersas iuris quæstiones hęc illa est. An minor Curatorem habens,si tamen absq;Curatoris authoritate contrahat,adhibito iuramento cõtractus sit validus,ac proindè remaneat minor validè obligatus? in qua *D.Regens 36.DD.*pro affirmatiua adducit sententia,& pro negatiua septem tãtùm allegat, ità ut illa prima, & affirmatiua sit communior, immò communissima. At ingenij exercendi gratia,non autèm vt tanto Domino, & Præceptori, fęlicissimæ semper recordationis,contradicam, nonnulla, quæ pro negatiua opinione consideraui, Studiosorum iudicio,ac censuræ exponam.

Pro negatiua ergò opinione considerari potest, quòd clara est iuris conclusio. Contractum à minore Curatorem habente,absq; tamen ipsius Curatoris authoritate initum,ipso iure nullum esse, ità desumitur ex *tex.in l.si curatorem 3.C.de in integr.restit. minor.*vbi *glos.Bald.Paul.Alex.*cæteriq; *DD.* omnes, *Ant.Hering.de fideiuss.* fatetur,esse communem *cap. 7.num.86.Sfort.Odd.de restit.in integr.par.1.q.17. nu: 64.* vbi negat, minori fideiubenti restitutionem in integrum dari, ex quo contractus est ipso iure nullus. Est enim minor curatorem habens(vt ait *text.*) similis prodigo, cui à Prætore curatore dato bonis interdictum est,qui nullum sanè cõtractum in ipsius præiudicium facere potest,*l.is,cui bonis, ff.de verbor. obligat. l.1. & toto tit. ff.& C.de curat.furios.*

Quæ sanè nullitas contractus alia quoq; ratione probatur,nam nulla sunt ea,quę contra legem fiunt; *l.non dubium. C.de legib. l.iurisgentium 7.§. prætor ait,ff.de pact.* sed lex prohibet,minorem absq; curatoris authoritate contrahere,*d l.si curatorem*, ergò nulla sunt ea,quę minor, curatoris authoritate non adhibita gerit,tanquàm contrà legem factam, *d.l non dubium,& d.§.prætor ait,*& optimè deducit *Vãt. de nullit.tit.quot,& quibus modis nullitas,à num.48.* ad 52. eumq; sequitur *Cacher. dec.165. num.14. & seq.* Hinc fit,quòd cùm alicui contrahenti lex resistit,nec naturalis,nec ciuilis ex eo contractu oritur obligatio, *Bar.in l cùm lex,ff.de fideiuss.* & in *l. cùm quis ius ignorans,ver circà primum dubium,num.2.C. de iur.& fac.ignor.Cacher.d.dec.165.nu.17.*& *Marc. Ant.de Amat.dec. March 7. nu.12.* ideòq; si nullius roboris sunt contractus huiusmodi, quid mirum si potest liberè per contrahentes cõtraueniri, *Magon. dec.Florent.92.n.32.*quod ampliat etiam in contractu iurato *Grammat.dec.12.n.13.& 14.* & mox latiùs dicam.

Quòd si nulla sunt ea, quæ minor, curatoris authoritate neglecta gerit,dubio procul neq; iuramẽto confirmari,voluerunt *Bald.in l.qui habet,C.de tutel.*& in *l.si quis inquilinos,§.Diui Seuerus. ff.de leg. 1.* & in *l.1.C.de sacrosan.Eccl. Bar.in l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.*& in *l.is,cui.ff.de verb.oblig. Paul. Castr.in l.1. C si minor maior.se dixe.num.3.*sub verbis illis, *Supposita validitate cõtractus*, sed si cõtractus esset nullus,*Ioan. Andr.*ad *Specul.*notabilissimè in *tit.de sententi.& de his.quæ,§.cùm autèm*, sub *verb. procedendum*,circà *medium*,dixit optimè *Canalean. de tutor. & curat. cap.1.num.168. fol.105.Anchar.q.20. lib.1. Thesaur.dec.32.num.6.Gramm.dec.12.* à *num.12.* ad 15. *Camill. Borrell.cons.38. num.21.* qui loquitur in obligatione nulla,ex regula *d.l.si quis inquilinos, §.si quis scripserit,ff.de leg.1.*& *d.l.non dubium*, in *fine,C.*

de.

de legib. in quibus expresè habetur. *Iusiurandum contra vim legum, & authoritatem iuris impartitum nullius esse momenti*, quibus adstipulatur etiam *text. in l. iuri gentium* 7. §. *si paciscar*, circà *fin. ff. de pactis.*

Cùm enim contractus sit ipso iure nullus, confirmari iuramento nequaquàm potuit. Esset enim impossibilis confirmatio, nisi supponeremus aliquod subiectum confirmandum, iuxtà *text. in cap. auditis*, vbi *glos. in ver. cassatam, de elect.* & satis notabilem doctrinam *D. Reg. de Pont. in prælud. feud. tit. de his, qui feud. dar. poss lect. 6. num. 24.* ibi. *Quia confirmatio non est actus de per se stans, sed oportet, vt habeat confirmabile, vbi figat pedes, dixit Bal. in l. falsus, C. de furtis, & non deducit actum in esse, sed actui existenti dat robur, dicit idem Bal. in l. aduersus, in fin. C. si aduers. rem iudic.* & *D. Reg. de Pont.* sequitur *Dom. Reg. Marchio Torelli in cons. 80. num. 25.* & eadem verba, & doctrinam repetit idem *Dom. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 9. num. 7.* loquens de assensu Regio expedito per verbum, *fiat in forma*, &c. an resoluto contractu, & extincta hypotheca, per solutionem factam creditori, possit intrà biennium expediri priuilegium assensus in forma Regiæ Cancellariæ, iuxtà *Pragmaticam*, quod est notandum, quia potest in dies occurrere.

Accedat prædictis, quòd iuramentum tacitam habet conditionem, dummodò per illum, cum quo contrahitur culpa aliqua, vel dolus non committatur, vt per *Dec.* & alios ab *ipso* relatos in *cons. 229.* at non culpam solùm, sed dolum etiam commisisse videtur is, qui cum minore, & non cum eius curatore contraxit, vt per *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 82. num. 4.* tradit *Grammat. dec. 66. num. 50.* & *Marta voto Pisan. 25.* quòd si in dolo fuit cum minore contrahens, absq; curatoris authoritate, & consensu, Sacramentum dolo acceptum, non tenet, nec firmat contractum, *cap. cùm contingat 28. de iureiuran.* & notant *DD. in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* esset enim iniquitatis vinculum, ac contrà bonos mores, quod esse non debet, nec obligat, *cap. non est obligatorium 58. de reg. iur. in 6.* & per *Camill. Borrell. cons. 64. num. 67.* & semper in contractu iurato intelligitur conditio, nisi dolus adsit, quia nunquà intelligitur dolus exclusus, *Ias. in d. auth. Sacramenta puberum, num. 43. C. si adu. vend.* & quòd censeatur iuramentum in hoc casu dolo semper extortum, dixit *Rom.* egregiè in *cons. 12.* sub *num. 2.* in *fin.*

Patet ergò ex prædictis, contractum à minore sine curatoris authoritate initum, nullum, & inualidum esse, nec posse iuramento confirmari, tùm ob nullitatem cõtractus expresè à lege prohibiti, tùm etiam ob presumptum dolum contrahentis cum minore, non adhibita curatoris authoritate, & consensu, iuxtà iuris dispositionem.

Id quod tantò magis sine difficultate procedet, si in contractu adesset lęsio, hoc namq; casu, data scilicèt læsione, nemo est, qui dubitet, etiam secundùm terminos *auth. Sacramenta puberum*, quin iuramentum nihil operetur, ità *Bart. in d. auth. Sacramenta puberum, C. si aduer. vendit.* vbi etiam *Ias. num. 43. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig. Curtius iun.* qui communem esse fatetur in *consil. 14. num. 5. Dec. cons. 180. num. 2. & 3.* & *cons. 45.* sub *n. 1. & 2.* vbi dicit, communissimã esse opinionem, & in *cons. 179. Anchar. cons. 82. 170. & 341. Afflict. dec. 322.* & *ibi Vrsill. de Franch. dec. 119. num. 6. Conar. var. resol. lib. 2. cap. 4. num. 4. Alex.* singulariter limitans *auth.* prædictam in *cons. 125.* sub *num. 1. lib. 1. Camill. Borrell. cons. 4. per tot. Ioan. Gutierr. in repet. d. auth. Sacramenta puberum, num. 92. Thesaur. decis. 66. num. 2. Capyc. dec. 159. nu. 4. Anchar. lib 3. quæst. 74. nu. 16.* & *Molfes. cons. 4. n. 27. in 1. tom.* ad *Consuetud. Neapol.* vltra alios infinitos, prope quos ipsi allegãt.

Hanc itàq; negatiuam opinionẽ illis iuribus, & rationibus munitam aduersus affirmatiuam, quæ cõmunior videtur amplecti, si velimus, facillimè euitare poterimus scopulum *auth. Sacramenta puberum*, in qua aduersari, qui affirmatiuam sequuntur, totam vim constituunt. Primò, quia *auth.* prædicta non loquitur, nisi de obseruãtia iuramenti, nõ autẽm de cõtractus validitate, & sic nó dicit, q̃ cõtractus minoris, qui alioquin erat inualidus, per iuramentum conualidetur; sed tantum dicit, quòd Sacramenta puberum inuiolabiliter custodiãtur, & sic debet tantummodò intelligi in casu suo, ità subtilitèr, & ingeniosè declarat *Ias. in d. auth.* sub *num. 37. & 38.*

Secundò, quia in contractu minoris, curatoris cõsensus est de forma, quod probatur, nàm lex annullat contractum prædictum ipso iure, prout declarat *glos. in d. l. si curatorem*, & sic disponit cum clausula irritante, quæ importat formam, *Felin. in cap. cùm dilecta, in quinto signo cognoscendi formam, de rescript.* & *Nos* latè suprà egimus *in prag. 20. nu. 2. & 3. de feudis.* At *auth.* prædicta, siue iuramentum in contractu prædicto appositum, non potest supplere defectum consensus, & formæ, ità punctualitèr dixit *Cacher. decis. 172. num. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.* & *Polydor. Rip. obseru. 30. num. 3. & 4.* & *Bal. in l. 1.* sub *num. 9. C. de operis libert.* expresè dicit, quòd *auth. Sacramenta puberum* tollit impedimentum ætatis, non consensus, ergò dùm non potest per se tantùm minor contractui consentire, sed curatoris authoritate, & consensu indiget, non potest *auth.* prædicta affirmatiuæ opinioni fauere.

Possent etiam aliæ responsiones adaptari, at quoniàm credo, has sufficere, ampliùs non immoror, reor nihilominùs, vtràq; opinionem posse substineri, nec Iudicem errare, qui vtramlibet ex eis eligerit, vel in proferenda sententia notis antiquis N. L. vteretur, vt ait *Thesaur. in dec. 32.* sub *num. 6. ver. ex quibus omnibus*, quæ notæ, seù duæ literæ N. L. *nihil liquere* significabant, iisq; in vrna positis abstinebant se Romani à iudicando, seù à sententia proferenda, prout Nos edocet erudi issimus selectarũ rerum indagator *D Ioan. Iacob. Anichin.* in eleganti *tract. de præuent. instrum. cap. 2. q. 4. nu. 20.* in omnem tamen casum dari minori decepto restitutionem in integrum, si fuerit læsus, negari non potest, ex supra iam deductis.

Huius occasione quæri potest, an minori succurratur per restitutionem in integrum aduersus solutionem pecuniæ per eius debitorem sibi factam, si eam perdiderit. Accidit annis elapsis, quòd Ioannes Camillus Græcus fecit depositum ducat. 2000. penès publicum Bancum, pro illis soluẽdis D. Aloysio Perineto minori, in computum pretij Terræ Bonatorum, quo depositio minori, seù eius curatori notificato superuenit generale Viceregis decretum, vt ex omni pecunia in Bancis existenti tertia pars per Bancum retineretur, quamobrem cùm ex ista pecunia tertium sibi Bancum retinuisset, prædictus D. Aloysius minor petijt à Ioanne Camillo dictum tertium per Bancum retentum, vti deperditum, ex regula *l. ait prætor, ff. de minor.* negotioq; apud Bancorum Iunctam (quæ tunc habebatur) delato, pro Ioanne Camillo considerabam, prædicto D. Aloysio minori in integrum restitutionem non competere, ex infrascriptis.

Pri-

ed by Google

Primò,quia etſi minor reſtitutionem habeat aduerſus ſolutionem ſibi per eius debitorem factam, ſi ſolutam pecuniam perdiderit,iuxtà *tex. in d. l. ait prætor,ff. de minor.* & *gloſ.in l.* 1.C. *ſi aduerſ. ſolut.* vbi etiam *bar. Bal. Angel.* & cęteri, & dixit ſingulariter *Marc. Mantua in ſingul.* 631. quos omnes allegat *Sforz.Odd. de reſtit. in integr. par.*2. *quæſt.*§2. *art.*1. *num.*1.hæc tamen reſtitutio ceſſat, ſi debitor pecuniam debitam depoſuerit,vel illam ſoluerit curatori, aut ſoluerit cum decreto Iudicis, ſicuti probatur in relata *l. ait prætor, ff. de minor.* vbi *gloſ.* clariſſimè, & communiter *Doctores* id tradunt. At in hac ſolutione ducat.3000. per Ioannè Camillum facta,nedùm interuenit vnum ex iſtis,ſed omnia tria coniunctim. Etenim fuit factum depoſitum in Banco, fuit notificatum curatori, & interuenit decretum Iudicis,qui nedùm illud approbauit,ſed liberauit, inſtantibus prædicto minore, & eius curatore.Plenisſimam ergò conſequutus fuit debitor liberationem ex omnibus his tribus,nedùm plenam,vel plenioremgloſ.*in d.l.ait prætor*, in *ver. imputandum,ff.de minor.*& in *l.*1.*in ver. poteſt*, *C. ſi aduer. ſolution.*

Quinimmò & ſi non ſoluiſſet authoritate, & decreto Iudicis,ſed tantùm depoſuiſſet debitor pecuniam congruo loco,& tempore, liberatur nihilominùs etiam à caſu fortuito,& curſus vſurarum ceſſat, ex *tex.* ſatis claro in *l.acceptam* 19. *C.de vſur.* & in *l.obſignatione* 9.C.*de ſolut.*

Secundò,quia hęc pecuniæ perditio, ſeù retentio tertij euenit facto Principis,& ſic caſu fortuito. Factum enim Principis numeratur inter caſus fortuitos,*tex.*eſt in *l.Lutius* 11.*ff.de euict. Cravet. conſ.*95. *num.*1. *Affl.dec.*54.& dixit *Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib.par.*1.*q.*13. *num.* 6. Verùm minori læſo caſu fortuito reſtitutionem non competere, voluit *tex. in l.verùm* 12.*§.ſciendum,ff.de minor.*vbi *Bart.* & alij, *Paul.de Caſtr in l.*1.ſub *num.*3.*ver. & iſta cauſa cognitio,C.ſi aduerſ.ſolut.*& latè, multorumquè authoritate probat *Sfor.Odd. de reſt.in integr.par.*1.*quæſt.*3. *art.*5. & in proprijs terminis in reſtitutione aduerſus ſolutionem pecuniæ fortuitò amiſſ. idem *Sfort. par.*2.*q.*52.*art.*1.*n.*10.ex *Bar.in d.l.verùm,§.ſciendum, Paul.de Caſtr.in l.*1.*C.ſi aduerſ ſolut.Mant.d.ſing.*631. & alijs. Dùm enim inopinato, & generali Principis edicto tertia pars omnium pecuniarum fuit à Bancis retenta,quis ſanè caſum hunc præcogitare, & præcauere potuit? Hinc dixit *Sebaſt. Medic.de caſib.fort.par.*2.*q.*11.*nu.*14.quòd caſus fortuitus non poteſt tutori,vel curatori adſcribi,per *tex.in l.quarta,C.de perie.tutor.* & *l.litis,§.ſi pecuniæ,ff.de neg.geſt.* Quod ſi tutori, vel curatori hoc non poteſt imputari,tantò magis non poterit debitor, qui ſoluit iſto caſu, teneri.

Et Tertiò,quia retentio iſta tertij Principis edicto ordinata ſucceſſit poſt 33. dies poſt notificationem depoſiti, & ſic ſi qua culpa, ſeù negligentia fuit in non exigendo ſtatim depoſitam pecuniam à Banco, illamq; non conuertendo in minoris vtilitatem, tutori,ſeù curatori negligenti, non autem debitori ſoluenti adſcribenda erit,iuxtà *tex.in l.*3.*C.de peric. tutor.* Et ſic cùm habeat pupillus ordinarium remedium agendi contrà tutorem pro pecunia, eius negligentia deperdita,ceſſabit planè extraordinarium reſtitutionis contrà debitorem,vulgata *l.in cauſa.la* 2.*ff.de minor.Cravett.conſ.*150.*nu.*6.& vbi alia actio competit contrà aliquem, denegari reſtitutionis remedium, dixit *Bart.in l.cum mandato* 24. *ff.de minor.* & ex his inferebam,nullo modo minorem debere reſtitui aduerſus ſolutionem prædictam.

At verò ſi his non obſtantibus reſtitutio nihilominùs minori competeret (cauſæ tamen præcedente cognitione,iuxta *tex.in dd.*1.*in fin.C. ſi aduerſ. ſolution.*) priùs tamen diſcutiendus eſſet curator, & contra ipſum debebit priùs ſe minor dirigere, iuxtà *tex.in l. Lutius Titius curator* 47.*§.tutelæ iudicio, in fin. ff de adminiſtr.tutor.*& deciſum refert *D. de Frāch.dec.*206. Non ea ſolum ratione,quia facto, & negligentia curatoris euenit læſio,ſed quia tutore exiſtente ſoluendo,à quo poterit minor ſibi ſatisfacere, non debet iterùm inquietari debitor, qui per ſolutionem,modo,quo ſuprà factam, ipſo iure remanſit liberatus, *d.l.Lutius Titius curator,§.tutelæ iudicio,ff. de adminiſtr.tutor.* ità probant *tex.in l. cum mandato.ff de minor.*ibi, *quid non erit is ſoluendo,* & notant *ibidem DD.*omnes,& præſertim *Bart.*& *tex.in l.intrà vtile* 40. *§.vendentibus,ff.eod.in fine*,ibi,*maximè cùm ei ſit paratum promptum auxilium curatoribus eius idoneis conſtitutis.* Priùs ergò dirigenda eſt actio cōtra tutorem,ſeù curatorem, ipſeq; priùs diſcutiendus erit,qui cùm ſit ſoluendo,facilè poterit minorē indemnem ſeruare. Non refragantibus *l.*3.*&* 5. *C. ſi tutor.vel curator.inter.* cę nàmq; *leges* procedunt, tutore non exiſtente ſoluendo,ità *gloſ.in d.l.*3.*in ver. ſuum*,per *d.§.vendentibus*,& alia iura, quæ allegat. Vel quādo intereſſet minoris rem ſuam habere,putà quia agitur de re ſtabili ſuorum maiorum, in qua cadit affectio,ad *tex.in l.ſi in emptionem, ff.de minor.* & in *l.lex,quæ tutores,C.de adminiſt. tutor.* ibi, *Nec verò domum vendere liceat,in qua defecit pater, minor creuit,in qua maiorum imagines,aut non videre fixas,aut reuiſas videre ſatis eſt lugubre,*& ad alia tradita per Domin. *Regentem* in *conſilio* inſerto intēt *deciſ.D.Regentis de Ponte* 111.in ordine,à *num.* 60. ad 67. & declarat *gloſ. ibidem*. In caſu autēm noſtro nihil minoris intereſt,niſi pecuniam habere,quam vel à curatore,vel ab alio recipiat, nihil refert.

Die 9.Iulij 1631. facto verbo per Regium Conſiliarium Thomam de Franchis in Regia Iuncta Bancorum coràm Domino Regente Reuito, dictæ Iunctę Preſide,fuit prouiſum,quòd nó moleſtetur Ioannes Camillus Græcus ad inſtantiam D.Aloyſij Perineti tempore acceptationis depoſiti,in minori ætate conſtituti,ſaluis iuribus contrà tutorem.

An autēm minor reſtituatur aduerſus ſolutionem à ſe alteri factam,& quando, latiſſimè tractat *Sfort. Odd.de reſtit.in integr.par.*2.*quæſt.*§2. à *n.*27.cum *ſeq.*

Et an aduerſus mutuum à minore alteri factum, vel è contrà aduerſus mutuum ab altero ipſi minori datum,detur minori in integrum reſtitutio, vide eundem *Sfort.*plures caſus diſtinguentem *d.p.*2.*q.*5. *art.*3.*n.*31. cum *ſeq.*

Sed pulchrum eſt dubium (quod in primis annis meę praxis mihi excitauit *D.Regens*,meus tunc Preceptor) an minor ſicut non poteſt res ſtabiles alienare ſine decreto Iudicis,*l.non ſolùm,& toto tit. C.de præd.& alijs reb.min.l.lex,quæ tutores, C de adminiſt. tutor.l.*1.*& toto tit ff.de reb.eorum,qui ſub tut.* & alijs ſollemnitatibus à iure requiſitis, quas coacervat *Affl.dec.*249.& *Bertaz.de clauſ.clauſ.* 10.*gloſ.*2. poſſit tamèn prædia,aliaſq; res ſtabiles,abſq; requiſitis prædictis emere, & dubio procul dicendum erit, quòd poſſit.

Primò,quia in iuribus prædictis inhibetur tantūmodò venditio,& alienatio,quoquo modo fiat, non autēm emptio,vel acquiſitio, ergò alienationis, non autēm emptionis,& acquiſitionis caſus eſt attendēdus, iuxtà *tex. in l.leges,& conſtitutiones* 7. *in fine*

ibi,

ibi, *niſi nominatim*, *C. de legib.* & in *cap. final. in fin. de conſtit.* Præſertim quia prædictorum iurium diſpoſitio eſt iuris communis prohibitiua, quo ſaltem minor, qui curatore caret, poteſt quemcunq; contractum facere, & ex eo naturaliter, & ciuiliter obligatur. *l. ſi curatorem, C. de in integr. reſtit. minor.* vbi *DD.* omnes. Nec fit extenſio de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, vbi agitur de correctione iuris, etiã ſi eadem ratio militaret, *gloſ. in cap. cupientes, §. quòd ſi per viginti, de elect. in 6.* quam allegat *D. de Franch. dec. 378. num. 3.* tantò magis, quia in emptione diuerſa militat ratio à venditione, ſeù alienatione, cùm per illam minorum bona accreſcant, ac conſeruentur, per hanc verò deficiant, ac minorentur.

Secundò, quia poteſt minor pecuniam ſine decreto alienare, *Bald. in l. ſi curatorem, C. de in integr. reſtit. minor. Arius Pinell. in l. 1. p. 2. n. 42. C. de bonis mater. Sard. dec. 287. n. 13.* & alios notat *Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. nu. 115.* ergò ſi poteſt pecuniam ſine decreto alienare, poterit prædia emere pecunia, in cuius alienatione Iudicis decretum non deſideratur. Cùm etiam ſibi ſtipulando, & per traditionem accipiendo, poſſit minor, citrà tutoris authoritatem ſibi acquirere, *l. obligari*, vbi *DD.* omnes, *ff. de author. tutor.*

Et Tertiò, quia expreſsè (ni fallor) id probat *tex. in l. 1. §. final. ff. de rebus eorum, qui ſub tutel.* quo loci *Iureconſult.* in hęc verba loquitur. *Si minor 25. annis emerit prædia, vt quouſq; pretium ſolueret, eſſent pignori obligata venditori, non puto, pignus valere, nàm vbi dominium minori quæſitum eſt, cæpit, non poſſe obligari.* Ecce igitur *tex.* apertus, emit minor abſq; decreto, & emptio valet, intendit vno, eodemq; tempore, ac in vnico contractu, empta prædia pro pretio obligare, & non tenet obligatio, ac pignoris conſtitutio, cùm in ea requiratur Iudicis decretum, dd. *iuribus* ſuprà citatis, quod tamèn in emptione opus nó erat, & ideò emptio valuit, nec eam improbat *Iureconſultus*, ſed tantùm dicit, pignus non valere, ex quo non potuerunt minoris bona ſinè decreto pignori obligari. Et quòd hoc ſit verum, colligitur ex *Bald.* in hoc *§. ſi minor*, qui in finalibus verbis dicit. *Nota hic caſum, in quo valet contractus, & non pactum appoſitum in eo*, quaſi dixerit, fuit de vtroq; ſimul, & ſemel in vnico contractu tractatum, & conuentum, ſcilicèt de emendo prædia, & de illa pignori obligãdo, non adhibito Iudicis decreto, & non tenet pignoris obligatio, quia decretum non interuenit, valet tantũmodò emptio, in qua decreto non eſt opus.

Et ità *tex.* iſtum intelligit, & latiſſimè ſuper eo differit Dominus *Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 41. per totam*, eam tractans quæſtionem. An Regius aſſenſus præſtitus ſuper venditione feudi, extendatur etiam ad pactum ſpecialis hypothecę pro pretio ſoluendo, & valideat tàm contractum venditionis, & emptionis, quàm ſpecialem hypothecam, pro pretio ſoluendo conſtitutam in vno, eodemq; contractu, tametſi non ſit in precibus Regi expreſſum pactum iſtud. Et poſt latè diſcuſſum articulum tres diſtinguit caſus pro reſolutione quæſtionis, quos videre poteris (nàm eos tranſcribere eſt laborioſum) ſub *num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.* id, quod etiam latiſſimè tractat Dominus *Reg. de Pont. in conſ. 17. à n. 49.* cum *ſeq. in 2. vol.*

Dicere tamèn non omittam (quicquid concludat *Frecc.* in *loco* relato) quòd in anno 1642. dùm idem articulus in indiuiduo fuiſſet tractatus in R. C. Summariæ in Banca de Fiore, penès Magnificum Protationalem Auguſtinum de Orto, in cauſa Creditorum Nicolai Pignoni, & aliorum, concurrentium ſuper pretio Terrę Bonatorũ, reſcręte doctiſſimo, ac integerrimo viro Domino *Ioanne Camillo Caccio* Regiæ Cametæ Prætidente, ac cautæ Cõmiſſario cum duobus Regijs Conſilianjs adiunctis, fuit per Regiã Cameram iudicatum in fauorem D. Ferdinandi Perineti, ſiue eius hæredis, qui habebat inſtrumentũ cum ſpeciali hypotheca prædictæ Terræ Bonatorũ pro reſiduo pretij, & aſſenſum ſuper emptione terræ prædictæ, cum clauſula, *quòad expreſſa tantùm*, & nõ ſuper pacto ſpecialis hypothecæ, immò nec in precibus fuit Regi expreſſum, & ſupplicatum pro aſſenſu ſuper dicta ſpeciali hypotheca, pro ſolutione pretij conſtituta, ad tradita per *Ioan. Paul. de Recupido in conſult. 82. D. Reg. Marchionis Torelli, n. 69. & 70.* & ſic fuit iudicatum, quòd depoſitum liberaretur hæredi prædicti D. Ferdinandi, qui innitebatur aſſenſui, in quo nulla erat facta mentio de prædicta ſpeciali hypotheca. Pro huius articuli defenſione fundauit ſe tantummodò Magnificus Ioannes Baptiſta de Franco ſolertiſſimus, ac diſſertiſſimus Aduocatus prædicti hæredis de Perineto, quòd pactũ hoc ſpecialis hypothecæ eſt de annexis gratiæ, & ad cautelam contrahentium, & neceſsitate vrgente, pro reſeruatione hypothecæ, & alijs neceſſarijs, prout docet *D. Reg. Marchio Torelli in conſult. 140. n. 30.* ex *D. de Pont. conſ. 5. num. 91.* ità vt feudum non commutatur, nec diminuitur ſeruitium, ac proindè non obſtante clauſula, *quòad expreſſa tantùm*, aſſenſus præſtitus comprehendit dictum pactum, etiam quòd in precibus non ſit narratum, quia Rex à contrahentibus non circumſcribitur, cùm ſit conſuetum fieri, ex *Frecc. q. 3. num. 7.* & quòd genętaliter fieri conſueuit, pro expreſſo habetur, ad *text. in c. cùm M. Ferrarienſis, de conſtit.* ibi, *vel fuerit, vel eſſe debuerit ſicut conſueuit expreſſum.* Sicuti (inter cętera) dicimus, quòd clauſula conſtituti, & pręcarij, ac pactum de ingrediendo, ac capiendo bona debitoris cum ſimilibus, vti non aliena, & extranea à natura contractuum, eſſent comprehenſa in aſſenſu, etiam quòd in memoriali, ſeù precibus de eis non ſit facta mentio, ità *Frecc. in quæſt. 15.* ſub *num. 3.* vbi etiam teſtatur, quòd ſępè Sapientes Domini declarauerunt, de iure prædicta procedere. Quod autèm ſit hoc pactum conſuetum, ac ſolitum, fuerunt productæ multæ fides Notariorum de hoc cõſueto, & ſtylo, de quo non fuit dubitatum.

Verum tamèn eſt, quòd hoc decretum Regiæ Cametæ non fuit exequutioni demandatum, propter reſtitutionem in integrum aduerſus illud petitam per Illuſtrem Ducem Atellę minorem, cui adhæſerunt etiam alij litis conſortes, quàmuis maiores, iuxtà tradita per *D. Afflict. deciſ. 213.* & *de Franch. deciſ. 269.* ſed Creditores ſe concordauerunt, etiam propter aliquantulum difficultatis, quæ in confirmatione prædicti decreti Regię Camę ſentiebatur.

Io. Laganarius.

De Minoribus. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Minor ætas etiam in feudatarijs expletur anno decimo octauo.*
In puellis ceſſat, vbicunq; nuptui traduntur, ibid.
2 *Baliatus puellarum ceſſat nuptis puellis, dummodò non antè 12. annum completum.*
3 *Reſtitutio in integrum puellis nuptis in minori ætate qualitèr concedatur.*

Nel

NEl parlamento generale, &c.

1 Minor ætas reducitur vsquè ad annum decimum octauum completum, etiam in feudatarijs, nisi sint mulieres nuptæ antè annum decimum octauum. H.D.

Hæc Pragmatica in eo, quo etiam in feudatarijs reducit minorem ætatem vsq; ad annum 18. completum, corrigit *Constitutionem Regni*, quæ restringebat hanc minorem ætatem vsque ad annum quartũdecimum, seù decimum quintum tantùm, vt in *Const. In aliquibus*, propè *finem*, latè *Andr. in Const. Minorum iura, in verb. Ad lites datos*. In eo verò, quo ab hac etate annorum decem, & octo excipiuntur mulieres nuptę antè illam ætatem est conformis iuri
2 communi, per quod statutum est, vt puellis iam nuptis in quacunq; minore ętate statim cesset Baliatus, teste *And. in Const. Minorum iura*, propè *fin. vers. Nos de facto*, *Capyc.* in sua *inuest.* in *verb. feudatariorum Baly*, § *Desinunt. fol.* mihi 88. *col.* 1. *Escobar de ratiocin. cap. 6. num.* 17. cum *seqq.* dummodò non nubat antè annum duodecimum completum, aliàs est expectandus annus ipse duodecimus completus, secũdùm *Andr. ibidem*. Sed de his, quę gessit in iudicio,
3 vel extrà cum eius læsione antè matrimonium, debet petere restitutionem in integrum infrà quatriẽnium post matrimonium, de alijs verò gestis post matrimonium, quatriennium currit à die lęsionis, ex traditis per *Præs. de Franch. dec.* 650.

17 *Egestate nihil homini crudelius, ac deterius accidere potest.*
18 *Egestatis, & paupertatis mala, & incommoda.*
19 *Falsificans monetam in substantia, forma, vel pondere, vel illam expendens, peccat mortaliter, si faciat in damnum proximi, aut Reipublicæ.*
20 *Ministri pecuniarij, Arrendatores, & Thesaurarij, qui de publicis, aut Regijs pecunijs negotiantur, nec soluunt creditoribus, & consignatarijs statutis temporibus pecunias debitas, vel cum damno notabili, tenentur ad restitutionem.*
21 *Pecunia vndè dicta, & de qua materia primitùs fiebant nummi.*
22 Pecuniæ *verbum quid contineat, an etiam res, quæ in numero, pondere, & mensura consistunt sub pecunię appellatione contineantur.*
23 *Mobilium sub legato an, & quando pecunia contineatur.*
24 *Pecunia in Bancis existens an comprehendatur in legato mobilium, & quando.*

1 MOnetæ tractationem, ac materiam nedùm vtilem, sed etiam iucundam esse, dicit *Thesaur. in tract. de augment. monet. par. 1. num. 1.* nàm auri, & argenti nomen, omnium auribus optimè sonat, & metalla ista, suo splendore, & sono oculos, & aures
2 implent hominum, & corda mirificè lætificant. Ego verò *Thesauro* non assentior, penuriosis istis temporibus, cùm omnis pecunia (nescio de quo imputata crimine) ab hac Ciuitate, & Regno exulet, expulsaq; illa aurea, & argentea ętate, ferreum vigeat aeuum,
3 sicuti cecinit Ouid. lib. 1. metamorph.

de duro est vltima ferro
Protinùs irrupit venæ peioris in aeuum.
Omne nefas, fugere pudor, verumq; fidesq;
In quorum subiere locum, fraudesq; doliq;
Insidięq; & vis, & amor sceleratus habendi.

Quo fit, vt illius memoria, & tractatio, pęnam nobis augeat maiorem, & peioris afflictionis tribuat incrementum, ideò melius erit, lætis temporibus, reuersaq; illa aurea ætate (quam breui expectamus) de monetis pertractare. Porrò benè dixit Poeta.

Lieto nido, esca dolce, aura cortese
Bramano i Cigni, e non si và in Parnaso
Con le cure mordaci.

At muto sententiam, & nonnulla dicere mihi cõstituo, quę pro introductione materiæ deseruient.

Sciendum est ergò, monetę, seù pecunię vsum ex
4 necessitate fuisse inuentum. Cùm enim res ad inuicem commutari benè, & equè non possent, fuit necesse inuenire modum, quo hominum necessitati cõmodè, & iustè consuli potuisset, & sic fuit inuenta moneta, quæ facilius, & commodius in actibus ho-
5 minum cadit, quàm quælibet alia res, sicuti dixit *Bald. in l. singularia, num.* 5. *ff. si certum petatur*, & pecuniam habens, habet omnem rem, quam vult habere, dixit idem *Bal. in l. 2. n. 6. ff. de constit. pecunia*;
6 Primùm ergò inuenta fuit moneta à Thare patre Abrahæ ad petitionem Nini Regis Niniuæ, & Ba-
7 bilonis. Et primi denarij, seù nummi, qui fuerunt à Thare percusi, fuerunt triginta illi denarij, quibus Iudas proditor vendidit Christum Dominum Iudæis, vt refert *Afflict. in prælud. Constit. Regni. q. 16. num. 3.* ex *Alberico de Rosate*, quem allegat. Quod tamen non placet *Tiber. Decian. in tract. crim. tit. de falsi.*

ADDITIO.

De Monetis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 Monetæ tractatio, ac materia, vtilis, & iucunda est.
2 Aurum, & argentum hominum corda lætificant.
3 Moneta, ac aurea ætas exulant præsentibus temporibus.
4 Monetæ, seù pecuniæ vsus fuit ex necessitate inuentus.
5 Moneta faciliùs, quàm quælibet alia res in actibus hominum cadit, & qui habet pecuniam, habet omne, quod vult habere.
6 Moneta à quo primùm fuit inuenta.
7 Denarij triginta, quibus Dominus noster Iesus Christus fuit à Iuda Iudæis venditus, an fuerint de primis denarijs percussis post monetam inuentam.
8 Anni quot fuerunt à tempore monetæ inuentæ vsquè ad aduentum Christi.
9 Denarij duo videntur ex illis triginta Iudæ traditis, vnus Parisijs, & alter Romæ.
10 Moneta vndè sit dicta, & quarè.
11 Iunonis responsum Romanis datum, dùm pecunia indigerent in bello Tarentino.
12 Bellum debet esse iustum, & ex iusta causa motum.
13 Philippus IV. *inuictissimus Rex noster, nunquàm iniusta bella mouit, nisi pro sanctæ fidei, & Ecclesiæ, eiusq; Regnorum defensione, aut illorum, qui sub eius protectione manent, iusta tutela.*
14 Moneta non debet in pranos, & immoderatos vsus, nec vltrà censum, seù introitum expendi.
15 Pecunia est vita hominis, secundus sanguis dicitur, ac neruus Reipublicæ, & omnium negotiorum.
16 Homines sicuti sine neruis deambulare, ità sine pecunia viuere non possunt.

*falſ.monet.cap.*23.ſub *num.*22. Ea ratione, quia à Thare tempore, vſq; ad Chriſti aduentum, & paſſionem ſanctiſſimam, tanta fuit monetarum varietas, vt non ſit credibile, illos nummos argenteos à Thare fabricatos, per tot ſecula duraſſe, ac fuiſſe conſeruatos (intercalauerunt enim anni circiter 2000. Nam Ninus Rex Babilonis, & Thare viuebant anno Mundi 1948. quo tempore naſcitur Abraham in Hur, Oppido Caldeorum in ſecunda ætate Mundi, à quo tempore vſq; ad aduentum Chriſti lapſi ſunt anni 2012. in circà, vt habetur ex *Chriſtiano Adricomio in theatr. Terræ Sanctæ*) Et retert *Bude.de aſſe* dicentem, Pariſijs eſſe, atq; Romæ in Eccleſia Diui Ioannis Laterani alterum aſſeruari denarium ex illis triginta, diuerſam à Romano denario formam, & ſculturam habentem. Ego verò cum *Alber.& Aſſl.* putarem, quòd prætèr Omnipotentis Dei præordinationem, & inperſcrutabile iudicium, eſſe potuerit, vt ex denarijs à Thare percuſſis, poſt tot annos, & annorum ſæcula inuenti fuerint triginta illi, quos impius proditor à Iudæis in pretium Chriſti ſanguinis habuit, Idq; mirum eſſe non debet, nàm ſi hodiè etiam ex illis aliqui inueniantur, ac etiam aliæ monetæ, etſi antiquiſſimis temporibus percuſſæ reperiuntur, cur credi non debet, iſtos non fuiſſe ex illis à Thare conflatis. Immò cùm antiqua pecunia ex auro, vel argento conflata ſit pretioſior, & magis deſiderata, vt ait *Tiraq.de retract.lignag.*§.1.*gloſ.*7.*num.*111. credi poteſt, quòd perfidi illi Iudei conati ſint vndèquaq; illam inuenire. Sed de his omnibus certa ſententia aſſeuerari non poteſt, & conſulendi ſunt Scriptores Eccleſiaſtici, quibus magis credendum eſt.

10 Dicitur autem moneta, ſi credimus *Coraſ. in miſcellan.lib.*3.*cap.*13.*num.*3. quem citat *Decian.d.cap.* 23. *num.*7. *& Ioan. Aquil.de monet. cap.*3.*in princ.* à monendo, eò quòd moneat, ne aliqua fraus fiat in metallo, pondere, vel forma. Quamuis *Decian. ibidē* 11 velit, monetam dici à monendo, quia Iuno, quam monetæ Romani præfecerunt, eam Deam monetam appellantes, eoſdem Romanos in bello Tarentino cum Pyrro pecunia indigentes, monuit; ipſis pecuniam non defuturam, ſi arma cum iuſtitia comun-
12 xerint, hoc eſt, vt iuſta bella, & cum iuſta cauſa gererent, non autem dominandi ambitione, ac rapinarum cupiditate. Iuſta nàmq. cauſa primùm in bello mouendo, & gerendo ſpectanda eſt, vt innuit *Propert.*4.*eleg* 6.

Frangit, & attollit vires in milite cauſa
Quæ niſi iuſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Hinc *Ant.Faber in epiſt. dedicatoria conſult.* ſeù *tract.de Ducatu Monferra.* refert, quòd ſolemnis mos fuit omnium, qui à primis ferè Nini temporibus de bello, ſiuè inferendo, ſiuè excipiendo, tractarunt, vt non vincendi prius ſpem, atq. votum animo, vel cogitatione conciperent, quàm ſe iuſtiſſimas bellandi cauſas habere ipſi non modò crederent, ſed exteris quoq; omnibus, adeòq. ipſis etiam hoſtibus (ſi fieri poſſet) perſuaderent, ac manifeſtarent. Nec vnquàm ſanè tanta illa Romani Imperij maieſtas ad eam magnitudinem excreuiſſet, niſi pro inuiolabili lege ſibi conſtituiſſent, nunquàm ad arma recurrere, niſi vel ipſi iniuria laceſſiti fuiſſent, & ſic pro eorum defenſione, aut vt ei ſuppetias ferrent, quem veſana potentioris Tyranni audacia vexaret, quæ ſanè tãtorum virorum inſtitura, vti Regia Maieſtate, optimoquè Principe digna obſeruata vidimus à Iuſtiſ-
13 ſimo, item Clementiſſimo Philippo IV. Rege Noſtro Potentiſſimo, qui niſi pro Sanctæ Fidei, ac Eccleſiæ tuitione, vel pro eius Regnorum defenſione, aut illorum tutela, qui ſub eius protectione manẽt, quoſuè potentioris Tyranni vexare præſumpſit audacia, nunquam bella mouit.

Ex iſto itaq. (vt illuc reuertamur vndè digreſſi ſumus) Deæ reſponſo, & monitu, Iœti Romani Iunonem Monetam Deam appellarunt & coluerunt, & ſic à monendo, & conſulẽdo moneta dicta eſt, iuxtà *Deciani* placitum.

At Ego credo, quòd rectius, & congruentius di-
14 xiſſet à monẽdo, nè pecunia in prauos, & immoderatos vſus, (& quod deterius eſt) vltrà cenſum, ſeù reditum expendatur.

Enimuerò ſicuti in pecunia robur omne patrimoniorum Veteres poſuerunt, vt dicit *text.* in *l.lex, quæ tutores, C.de admin.tutor.* & confirmat *Bart.* in
15 *l.cogi.nu.*1.*ff.ad Senat.Conſ.Trebell.* ſicq. pecuniam hominis vitam, hominiq. vitam pecuniam tribuere, dixit *Bald.* in *l.ſi tuis* 7.*C.de bon.libert.* & in *l.*2. *C. de conſt.pecun.* & *Luc.de Penn.* in *l.domini, num.*3. *C.de agric.& cenſit. lib.*11. eamq. ſecundum eſſe hominis ſanguinem (prætèr commune, vulgareq; dictũ) probat *Menoch.de arbit.ind.caſu* 110.*n.*6. & neruos Reipublicæ appellat tributa, ex quibus pecunia paratur, *Vlpian.* in *l.*1.*§.in cauſa, ff.de quæſt.* Et non in Republica ſolùm, ſed etiã in omni negotio gerẽdo, neruos eſſe pecunias, benè, latèq. probat *Auendan. de metu.lib.*2.*cap.*23. *num.*1. & 2. ità ijs deperditis, atq. malè expenſis, impoſſibile eſt, homines poſſe
16 ſine eis, veluti ſine neruis deambulare, eſt ciuilis quidèm doctrina *Iuſti Lipſi lib.*5.*polit.c.*6.

Aduerti ergò debet, & monitus quiſq. ſit, nè malè, ac improbè monetam expendat, & quod maximè aduertendum eſt, nè vltrà cenſum, & reditum, &, vt nos dicimus, introitum faciat ſumptum, nè in crudã
17 incidat egeſtatem, qua nihil homini crudelius, ac deterius accidere poteſt, vndè Horat. lib.3. carmin. ode 24.

Magnum pauperies opprobrium, iubet.
Quoduis, & facere, & pati
Virtutiſq; viam deſerit arduæ.

& diram appellat neceſsitatẽ ſuprà in eadem *ode.*

Et Martial.lib.11.epigram.88.

O quantum cogit egeſtas.

Et Virgil.lib.6.Eneid.

Et metus, & mala ſuada fames, & turpis egeſtas.

Et quot deniquè ſint paupertatis incommoda, quantaq. mala pariat egeſtas, recurre ad *D.Gabriel. Velaſq.de priuil.pauper par.*1.*quæſt.* præſertim 6. & ad *Luc.de Penn.* in d.*l. domini, num.*4. *C.de agric.& cenſit.lib.*11.

Prima nihilominùs expoſitio (ſi tenẽda eſt,) quòd moneta moneat, nè fraus fiat in metallo, pondere, & forma, deſeruiet, vt nos moneat, ac inſtruat, quòd
19 falſificãs monetam in ſubſtantia, forma, vel pondere, vel illam ſic falſam expendens, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, ſi id faciat in damnum proximi, aut Reipublicæ, ità communiter tradunt *Doctor.* in *cap. quanto, de iureiuran.* quem citat, & ponderat *Gabriel Biel. de monet. concluſ.*1. 2. 3. & 4. prætèr pœnam ordinariam, à iure communi, & Regia Pragmatica impoſitam in foro fori.

Peccat etiam mortaliter, nedùm is, qui falſam,

vel reprobam monetam, seù pecuniam scientèr expendit in damnum proximi, vel Reipublicæ, sed etiã
20 Ministri omnes pecuniarij, vt sunt Arrendatores, Perceptores, seù Thesaurarij, qui publicas, & Regias pecunias exigunt, & de illis negotiantur, nec soluunt creditoribus, consignatarijs, & alijs, quibus debent statutis temporibus, vel soluunt, sed cum damno notabili, quod restituere tenentur, ità docuit *Nauarr.* in *manual. confessarior. cap.* 23. *num.* 94. ex *Summ. D. Antonin.* 2. *par. tit.* 1. *cap.* 15. §. 5. & satis benè *Escobar de ratioc. cap.* 14. *numer.* 38. dicens, quòd in contentia lucrum suis principalibus restituere tenentur, quod etiam antè eum dixerat *Bald.* in *l. cùm debitor, ff. in quibus causis pign. vel hypoth. solu.* Quod non aduertunt illi Arrendatores, qui à miseris Creditoribus, & Consignatarijs excessiuas exigunt quantitates, vt minimum quid soluant, planè cùm restituere volent, non poterunt.

Sciendum est item, quòd pecunia à pecoribus dicta fuit, quoniam de pecorum corijs primitùs nummi excudebantur, proùt tradit *Lucas de Penna* in *l. inter cartulas, num.* 4. *C. de comen. Fisci debit. lib.* 10. & in *d. l. domini, num.* 2. *C. de agricol. & censit. lib.* 11. & *Anton. Sola de monet. in prælud. num.* 1.
21 Donec æneus nummus à Saturno fuit inuentus. Vel quia primitùs totum, quod habebant, in pe-
22 coribus consistebat. Vndè quicquid homines in Terra possident, pecunia appellari potest, *l. pecuniæ verbum* 178. *ff. de verborum significat. Lucas de Penna & Anton. Sola* in *locis* prædictis, & *Iason* in *l. liber homo, §. decem mihi*, sub *num.* 9. *ff. de verborum obligat.* vbi expresè dixit, pecuniam, non solùm numeratam pecuniam, sed etiam frumentum, vinum, oleum, & similia, quę consistunt in pondere, numero, & mensura, continere, non autem alia corpora, nec alias species, proùt benè declarat idem *Iason* in *l. talis scriptura, numer.* 2. *ff. de legat.* 1.

Pro quo tamen vide *Bart.* in ista *l. talis scriptura*, qui post distinctionem, quam facit de iure communi, concludit, secus esse, attento communi vsu loquendi, & sic legatum pecuniæ restringendum esse tantummodò ad pecuniam numeratam; non autèm ad cętera, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt.

Sed quid è contrà, an mobilibus legatis, pe-
23 cunia etiam legata censeatur, & quandò, latissimè tractat *Menochius de præsumption. lib.* 4. *præsumption.* 138. *per totam*, plures casus considerans, quos videre poteris.

Et de pecunia existente in Bancis publicis agit
24 *Tiraquell. de retract. lignager, dict.* §. 1. *glos.* 7. *numer.* 114. extollens *Bald.* ingenium, & subtilitatem in *cap. cùm causa, de re iudicat.* qui tamen loquitur de pecunia, quæ in Banco existit cum lucro, & in annuo introitu, non autem de pecunia sine lucro.

Hæc præfari in ista *rubrica* libuit, vbi *Dominus Regens* vtilioribus vacans, prætermisit. Cętera, & infinita penè, quæ in ista materia tractari possent, vide apud *DD.* in vnum congestos in *tract. de monet.* & alios suprà relatos.

Ioannes Laganarius.

De Monetis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Monetæ falsæ pœna antè Pragmaticam istam an de iure communi extenderetur vsq; ad mortem naturalem, licèt de iure Regni pœna mortis naturalis adesset præter publicationem bonorum.*
2 *Pragmaticę huius materia, remissiuè.*
3 *Mulieres, quæ de mandato virorum præstant eis auxilium in monetarum crimine, vti possint defendi, remissiuè.*
4 *Monetam falsam expendens non dato certo authore per nomen, & cognomen, qua pœna puniatur.*
5 Tex. in l. 1. C. de fals. monet. *in eo, quod denegat appellationem condemnato de hoc crimine, procedit in fabricante tãtùm, vel illam radente, siue tondente, non autèm in expendente falsam monetam.*
6 *Monetam radentis pœna quę.*
7 ... *falsam expendens qua pœna puniatur de iure communi.*
8 ... *falsa dicitur pluribus de causis.*
9 ... *bonam nec ipse Princeps deteriorare potest in dãnum subditorum.*
10 ... *falsam expendi, vel fieri mandans non punitur pœna istius Pragmaticæ.*
11 *Monetam alterius Principis in loco ei nõ subdito fundens, non castigatur pœna istius Pragmaticæ.*
12 *Monetam paru. momenti tondens, aut eam nõ expendens, sed ad Regiam Siclam mittens non comprehẽditur sub pœna istius edicti.*
13 ... *argenteam, vt meretricem eluderet, deaurari faciens non punitur pœna istius Pragmaticæ.*
14 ... *quæ in hoc Regno non expenditur, non comprehenditur in hac Pragmatica.*
15 *Monetam maioris ponderis vsq. ad iustum pondus tõdens, istius edicti pœna haùd plectitur.*
16 ... *inflam, & probam absquè Principis permissu fabricans punitur pœna istius Pragmaticæ, etiam si nondùm in moneta fabricata fuisset impressa Principis imago.*
17 *Monetæ falsitas vel probetur.*
18 *Monetæ alterius Principis vsus quandò prohiberi valet, remissiuè.*
19 *Monetæ falsæ cognitio sub meri & mixti imperij concessione an comprehendatur, remissiuè.*
20 *Monetarius si cum falsa moneta in Ecclesiam confugiat, quid agendum.*
21 *Alchimiæ vsus an sit reprobatus.*
22 *Monetam probam, legitimam, legalis tenuæ, & iusti ponderis Reges facere debent, et ære plenam, vel nimis contaminatam Princeps tollere debet, alioquin peccaret, et tenetur de rapina.*
23 *Monetæ mutatio quibus ex causis facienda sit, remissiuè.*
24 *Monetam mutare absq. populi consensu, licèt sufficiat in hoc cõsensus maioris partis Maiorum Regni, Rex non potest.*
25 *Monetæ ethymologia affertur. Illius inuentor perhibetur.*

LIcèt, &c. Rasores monetarum vltimo supplicio tradantur. H.D.

Dùm hæc Pragmatica in primis verbis refert se ad ius commune, est *text.* in *l. quicunquè, ff. de fals.* & in *l.* 1. & 2. *C. de fals. monet.* & dũ refert se ad *Constitution. Regni*, est *text.* in *Constitutione Adulterinam*, sed dùm refert se ad alias Pragmaticas, Ego per-

perquisitis omnibus Pragmaticis antiquis, non inuenj aliam loquentem de hac materia, nisi Legislator appellatione Pragmaticarum voluisset comprehendere *Capitula Regni*, inter quæ est *Capitulum* incipiens, *Vt quæ ab excellentia*, quod loquitur de hac materia, & aliud *Cap.* incip. *Iam sæpè*, est tamen ve-
1 rum, quòd antè hanc Pragmaticam erat dubium, an de iure communi pœna falsæ monetæ extenderetur vsquè ad mortem naturalem, & receptior opinio erat, quòd non, teste *Hieron. Laurent. decis. Auenion.* 114. *num.* 4. sed de iure Regni erat certum, quòd imponebatur pœna mortis naturalis per *d. cap. Regni Iam sæpè*, in quo imponitur pœna personarum, & bonorum, & sic mors, & publicatio bonorum venit, vt notat *glos. in auth. de armis, in fin.* ad quam *glos.* dicit *Gramm. decis.* 72. quòd non aduerterunt Conditores huius Pragmaticæ; nam si aduertissent, hanc
2 Pragmaticam non condidissent. Tu ad perfectam materiæ declarationem vide *Tiber. Decian. tractat. crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 23. vsquè ad *cap.* 29. *Peguer. pract. crim. cap.* 16. *num.* 9. *vers. & limus crimnus*, *Hector. Felic. alleg.* 61. *Villadieg. lib.* 7. *foro iudic. tit.* 6. *in rubr. per tot.* & signantèr *num.* 27. cum *seqq. Farin. q.* 195. per *tot. cons.* 98. *vol.* 1. *& cons.* 175 *vol.* 2. *Ricc. collect.* 172. & quòd in hoc crimine possint indistinctè torqueri rei in caput sociorum, probat *Peguer.*
3 *decis.* 247. & pro defendendis mulieribus, quæ de mandato virorum præstant eis auxilium in hoc delicto, adeas *Gomez. tom.* 3. *var. resol. tit. de homic.* post *num.* 41. antè *vers. si verò illud*, qui practicauit minorem pœnam, & *Mastrill. decis.* 246. pœnam extraordinariam amplectitur.

Sed est aduertendum, quòd licèt per *Constitutionem Adulterinam* puniatur pœna mortis etiam ille,
4 qui expendit monetam falsam, non dato certo authore per nomen, & cognomen, vt per *Præsid. de Franch. decis.* 401. quæ nunc est restricta ad pœnam triremium per annos tres in *pragmat.* 2. §. *in primis*,
5 infrà hoc *tit.* tamen pœna imposita per *l.* 1. *C. de fals. monet.* in eo, quòd denegat appellationem condemnato de hoc crimine, non procedit in eo, qui expendit monetam falsam, sed in fabricante tantùm, vt
6 per eundem *Præsid. de Franch. decis.* 351. Item in illam tondente, vel radente, *Peguer. decis.* 85. qui *decis.* 86. declarat, pœnam radentis monetam in magna quantitate esse triennis in perpetuum.

In expendente autem monetam falsam, cui per
7 *Constit. Adulterinam* est imposita pœna mortis naturalis, quæ sit pœna de iure communi, explicat *Curt. iun. cons.* 237. *vol.* 3. *Peguera pract. crim. cap.* 16. *num.* 11.

Falsa autem moneta dicitur, vel ob falsum nomẽ
8 authoris, vel ob falsam materiam, vel ob immixtionem falsæ materiæ, iuxtà *glos.* in *extrauag. Io. rediens quasi ex adipe, in verb. monetam falsam*, vel ob illius deprauationem, scilicèt monetam bonam radendo, iuxtà aliam *glos. ibidem in verb. deprauant*, seù aliis modis deprauando, de quibus per *Hostiens. & Innoc.*
9 *in cap. quanto, extrà de iudicijs*, & bonam monetam nec ipse Princeps potest deteriorare in damnum subditorum, *glos. ibid. in verb. authoritatem, in fin.* quod latiùs prosequitur *Henning. Arnisæus de iure Maiest. lib.* 2. *c.* 7.

Limitatur tamen hæc pragmatica aliquibus mo-
10 dis, & Primò, vt non procedat in mandante fieri, vel expendi monetam falsam, vt per *Laurent. decis. Auen.*
11 *nion.* 114. post *num.* 6. Secundò, vt nõ habeat locum in fundente monetam alterius Principis in loco non subdito, vt per *Præs. de Franch. decis.* 440. cui adde *Petr. Caball. resolut. crim. casu* 27. Nisi talis species monetæ alterius Principis esset recepta in loco si
12 non subdito, *Gabed. decis. Lusitan.* 89. *part.* 1. Tertiò, vt non procedat in tondente monetam parui momenti, aut eam non expendente, sed mittente ad Regiam Sicla m, vt per *Bertazz. cons. crim.* 52. *vol.* 2.
13 Quartò, vt non procedat in deaurari faciente monetas argenteas, vt meretricem eluderet, secundùm *Bertazz. cons. crim.* 56. Quintò, vt non habeat locum
14 in ea moneta, quæ in hoc Regno non expenderetur, vt per *Marant. cons.* 63. *num.* 7. *Peguer. decis.* 46.
15 *num.* 15. Item limita in tondente monetam maioris ponderis vsquè ad iustum pondus, *Hippol. de Marsil. in l. qui falsam monetam, num.* 19. *ff. de fals. Hieron. Gratus cons.* 72. *lib.* 1. *Alciat. respons.* 14. *vol.* 7. De veritatè tamen huius limitationis videndus est *Argent. in Consuet. Britan. art.* 5. *cap.* 89. qui miratur de iupradictis, & alias limitationes affert *Villadieg. lib.* 7. *for. iudic. tit.* 6. *l.* 2. *num.* 6. vbi dicit, quòd qui nomine alterius, quàm sui Principis, & in alieno territorio effecerit, qui monetam reprobam, quæ non posset expendi, aut vilissimam pretij fabricauerit, qui tentauit, & non perfecit, & ratione minoris ætatis 14. annorum pœnam ordinariam euitabunt. Ve-
16 rùm ampliatur, vt procedat etiam si moneta esset iusta, & probata, sed fabricata absq; permissu Principis, vt per *Conrad. in templ. iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *vers. in hoc vers.* 11. *num.* 5. cum *seq.* vbi plura colligit circà hanc materiam, de qua videas etiam *Alciat. lib.* 7. *respons. cons.* 14. *Couarr. de veter. numism. collat. cap.* 3. & in *clem. si furiosus, part.* 2. *num.* 11. circà *fin. Bursat. cons.* 166. *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *casu* 316. *Peguer. decis. crim.* 46. & in *pract. crim. cap.* 16. Item ampliat, etiam si nondùm in moneta fabricata fuisset impressa Principis imago, vt per *Gramm. decis.* 74. licèt *ipse* fuisset in voto contrario cũ aliquibus alijs, pro cuius opinione videndus est nouissimè *Menoch. cons.* 1208.

Sed falsitas monetæ detegitur ex defectu ponde-
17 ris, vel si fuerit confecta à non habente facultatem, vel ex defectu bonitatis materiæ, *Franc. Marc. decis.* 87. *& decis.* 261. *par.* 2. *Villadieg. d. l.* 2. *num.* 9. & quan-
18 do prohiberi possit vsus monetæ alterius Principis, vide eundem *Franc. Marc. decis.* 186. *par.* 1. qui negat in tertio modo.

Sub concessione meri, & mixti imperij non com-
19 prehenditur cognitio falsæ monetæ, *Præs. de Frãch. decis.* 275. *Peguer. pract. crim. cap.* 46. *num.* 8. *Bouadill.*
20 *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 195. & nota, quòd si monetarius confugiat ad Ecclesiam cum moneta fabricata, aut incisa, licèt non possit extrahi ab Ecclesia, quia gaudet immunitate, tamen poterit ibi spoliari illa moneta falsa, & applicari Regiæ Curiæ, *Peguer. decis.* 260.

Alchimiæ verò vsus an sit reprobatus, *Marchisell.*
21 *q.* 56. fundat, quòd non, cuius opinio redditur vera ex traditis per *Andr. quæ sint regal. in verb. monetæ, num.* 20. idem exactiùs *Martin. Delrio disquis. Magic. lib.* 1. *c.* 5. *quæst.* 2. *sect.* 1. sed nouissimè in hoc Regno est prohibitus absquè permissu Principis, vt in §. 17. hoc eodem *tit. pragm.* 2. idem de permissione alchimiæ tradit *Muta in cap.* 10. *num.* 6. *tom.* 1. *Regn. Sicil.*
22 *& Andr. vbi suprà* subdit, quòd Reges debent facere monetam probam, legitimam, legalis tenutæ, & iusti ponderis, nàm si esset ærosa, plena ære, aut nimis ære contaminata, debet tolli etiam iussu Principis dominantis, aliàs peccaret, & teneretur de rapi-
23 na, & *ibi* etiam tradit, ex quibus causis sit facienda mutatio monetæ, vt in *vers. contingit autem*, ad quæ

est latiùs videndus *Goffred. de Caieta* super *Ritib. Reg.Cam.in rubr.de Sicla,fol.*mihi 204. vsquè ad *fol.* 210.*Gaspar Thesaur.*qui edidit particularem *tractatum* in hac materia de *augmento monetarũ*. *Mastril. de magistr.lib.3.cap.10.num.139. Gabedo decis.Lusit.* 45. 2.*part.*

Et nota singulare dictum *Luc. de Penn. in rubr. C.de veter.numism. potestat.lib.*11.*in fin.* quòd Rex
24 non potest mutare monetam sine consensu populi, licèt ad hoc sufficiat consensus maioris partis Maiorum Regni.

Et *ibidem* tradens ethymologiam monetæ ex
25 *Isidoro* ait,monetam indè dictam esse, quia monet, ne qua fraus in metallo, vel pondere fiat. Addo ad hoc *Decian. d.cap.*23.*num.*7. Tu latiùs declara, vt per *Villadieg lib.*7.*for.iudic.tit.*6.*in rubr.num.*28.vsq; ad *num.*35. & quis fuerit monetæ inuentor, dicit *Muta in cap.Regn.Iacob.*58.*in princ.tom.*1.quòd fuit Thaxus pater Abrahæ,*Bouadil in proœm.polit.num.* 11.dicit,quòd fuit Philippus pater Alexàdri Magni.

De Monialibus. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista est cõformis iuri communi, licèt dùm includit domos habentes viam publicam intermediam, sequatur opinionem* Antonij de Padill.

2 *Pragmaticæ huius dispositio an habeat locum quòad Monasteria de nouo constructa propè domos priuatas antiquiores, vel solùm in ædificijs priuatis quæ construuntur propè Monasteria antiqua, vel constructa altius tolluntur, & num.*5.

3 *Fenestræ habẽtes aspectum ad Monasteria Monialium eatènus priuatus aperire nequit, quatenus hoc faceret ad æmulationem, & illæ non essent sibi necessariæ, secùs si essent necessariæ, & cesset æmulatio.*

4 Text.in l.altius,C.de seruit.& aqua *procedit,quandò ædificium tenderet in maximum damnum Monasterij.*

6 *Monasteria si pro ampliandis dormitorijs, vel Ecclesijs indigent ampliori situ, vicini possunt etiam inuiti mediante appretio ad vendendum cogi, quod est commune omnibus locis pijs.*

HAuendomo inteso, &c.

Fenestræ, siuè pauimenta superiora habẽtia aspectum ad Monasteria Monialium claudantur, & tegulis cooperiantur, etiam via pu-
A blica intermedia existente, & vlteriùs non fiant, H.D.

1 Hæc pragmatica est conformis iuri communi, vt constat ex traditis per *Imol.in l.si in meo, ff.de aqu. pluu.arcend. Guibert.Constant.lib.*1.*quæst.iur.cap.*17. *in fin.* plenissimè *Præses de Franch. decis.*223. post *Couarru. lib.*3. *variar. cap.*14. *num.*8. *vers. septimò*, *Canale. decis.Fuizan.*8.*num.*77.*part.*5. *Gabed.decis. Lusitan.*152.*par.*1.*Mut.decis.*8.

Et quatènus includit domos habẽtes etiam viam publicam intermediam, Legislator secutus fuit opinionem *Ant.de Pad.ll.in l.altius,num.*19.*in fin. C.de seru.& aqu.*nam alij *DD.*non admittebant hoc priuilegium, nisi respectu domorum adhærentium Monasterijs tantùm.

In terminis tamen huius pragmaticæ quæstio non
2 inutilis occurrit, an eius dispositio habebit locum quòad Monasteria de nouo constructa propè domos priuatas antiquiores,vel solùm in ædificijs priuatis, quæ construuntur propè Monasteria antiqua, ità vt ii contingat ædificari nouum Monasterium propè domum meam,& constructo Monasterio apparet ex domo mea haberi aspectum intus claustra Monasterij, Ego cogi possim ad claudendum aperturas,seù extollendum parietem meum, vt euitetur ille aspectus,vel potiùs ex parte Monasterij debeat ità ædificium adaptari, vt euitetur aspectus meus? in qua quæstione Ego considero,quòd de iure communi omnes *DD.* qui hanc quæstionem disputauerunt, considerauerunt illum casum, quandò scilicèt post Monasterium constructum priuati altiùs extollunt eorum priuata ædificia, ità vt ex eis videri possint Moniales, intrà propria septa habitantes, ita constat ex *Doctoribus* omnibus in *d.l.altius*,proùt sunt

*Cyn.num.*2.qui ponit quæstionem in priuato, qui faciat domum ità altam, vt secreta Patrum videre potuisset,& sic præsupponit, quòd ædificium priuati est ædificatum post Monasterium, & cum magna altitudine.

*Bald.num.*4.qui ponit exemplum in eo,qui de nouo facit fenestram in pariete suo, vt ex eo habeat aspectum ad Religiosos,& sic ædificium priuati,seù saltèm fenestra in pariete priuati est ædificata post Monasterium.

*Salyc.num.*1. qui refert simpliciter *Cynum*, & sic præsupponit exemplum *Cyni.*

*Ant. de Padill. num.*19. qui ponit exemplum in aperientibus fenestras, ex quibus penetrant factu Religiosorum, & præsupponit fenestras de nouo apertas.

*Capoll.de seruit.vrb.præd.c.*62.*num.*2. propè *fin. vers.tertiò fallit*, qui ponit exemplum in eo,qui habet parietem iuxtà domum Monialium, & facit aperturam, vt possit videre illas Moniales, & sic præsupponit, Monasterium iam extare, & aperturã de nouo fieri.

*Couarr.lib.*3.*var.c.*14.*num.*8.*vers. septimò*,qui ex *Petr.& Cyn.* ponit exemplum in priuato, ità altius ædificium attollente,vt ex eo videri possint Moniales intrà proprias domos, & sic præsupponit Monasterium iam existens, & nouam fabricam ex parte priuati.

*Augustin. Berous cons.*135.*lib.*3.qui ponit casum in priuato faciente de nouo fenestras in suo muro elcuato, & *num.*4.*in fin. vers.quo stante* fundat se principaliter, quod ille priuatus domum suam eleuauit,excedendo modum altitudinis vsitatum.

Immò ex dictis per *Cyn. Couarr. & Beroum vbi supra* resultat, vt hæc conclusio procedat, nedùm quandò ædificium de nouo construitur per priuatũ, sed quandò tàm in altum extollitur, vt excedatur modus vsitatus.

His adstipulatur,quòd omnes præcitati *Doctores*
3 (*Padilla* tantùm excepto)eatènus admittunt,vt priuatus non possit aperire fenestras habentes aspectũ ad Monasteria Monialũ, quatènus illas vellet aperire ad æmulationem,eò quòd sibi non essent necessariæ, secùs autem si essent necessariæ,& sic cessaret æmulatio,quod vltrà prælegatos *Doctores* explicitissimè admisit *Ant Gomez in l.*46.*Tauri,num.*6.vbi
4 ait,regulam *l.altius* procedere,ũ ædificium tendat in maximum damnum Monasterij,vel loci pij,vt lumina obscurentur, vel secreta domus eorum videãtur,& subdit,quòd est commune.

Quæ quidèm consideratio non debet esse parui
5 ponderis, nam quandò priuatus de nouo construit ædi-

ædificium propè Monasterium, debuit à principio
iam fabricam adaptare,nè per suam nouam fabri-
cam offendat Monasterium tam constructum, & si
secus agit,sibi est imputandum; at quandò Mona-
sterium fuit de nouo fabricatum, seù ampliatum
propè ædificia priuatorum, si nouum ædificium ne-
sit adaptare, vt sibi ab ædificijs priuatorum tam
constructis non officiatur, sibi est imputandum, &
non vicinis,& non est permittendum, vt pro illumi-
nando nouo ædificio Monialiũ,obscuretur,& detur-
petur ædificiũ vetus vicinorũ, quia turpius ejicitur,
quàm non admittitur hospes, *Glos. in can.cum omni-
bus,distinct.81.cap. quemadmodum, extrà de iureiur.*
aliàs si concederetur hæc facultas Monasterijs, tota
Ciuitas incontinenti deturparetur, quia possent
Monasteria demoliri facere tepta suorum Monaste-
riorum,vel nouas fenestras in parietibus claustrali-
bus apeure,& cogere vicinos priuatos ad claudẽ-
dum omnes fenestras,in eis aspectum,aut prospectũ
habentes,quod quàm temeratium sit, nemo est, qui
nesciat,immò ad cuitandum hoc absurdum, hone-
stius,& iustius est,vt Moniales ex sui parte faciant
B clausuras arctissimas murorum,quatènus se extollit
Monasterium,vt euitetur aspectus vicinorum,& pri-
uatis remaneat liber vsus suarum domorum,quòd si
vicini tàm altè attollant eorum ædificia,vt super-
etur claustralis paries Monasterij, & habeatur aspe-
ctus intrà claustrum,tunc est impediendus vicinus,
& hoc propriè sentierunt *Cyn. Couar.& Berous vbi
suprà*,& ità audio,fuisse pronunciatum contrà Mo-
nasterium D.Mariæ Aegyptiácæ.

Quatènus tamen Monasteria ipsa pro ampliandis
6 Dormitorijs,& Ecclesijs egerent ampliori situ, pos-
sent cogi vicini etiam inuiti ad vendẽdum proprias
domos mediante appretio,quod est priuilegium cõ-
mune omnibus locis pijs,vt constat ex *Affl. in præ-
lud.*ad *Const.Regn.q.3.n.8.*ex *Couar.lib.3.variar.cap.
14.n.7.* cum *seqq. Gramm.dec.75.* latissimè *Menoch.
cons.1206.vol.13.* nouissimè post ejus mortem im-
presso,& appositissimè *Mario Giurba* moderno Si-
culo,multæ lectionis,& exquisiti ingenij *dec.86.* vbi
hanc materiam melius,quàm alius,quem viderim,
expungit,& veris declarationibus exornat, citando
omnes Authores,quotquot hùcusq;scripsere de hoc
priuilegio. Addo *Gabed.dec.Lusit.*105.1.p. vbi am-
pliat etiam pro ampliori circuitu Monasterij *nu.*10.
& *Gizzar.dec.*38.vbi ampliat etiam pro atrio antè
Ecclesiam, *Ant. Mcrend.controuers.iur. lib.*1.*cap.*30.
*Gratian.discep.*896.

ADDITIO.

A HVius pragmaticæ dispositionem comprehen-
dere etiam Monasteria Monachorũ, & alio-
rum Religiosorum masculorum, ex communi *DD.*
sententia latè,& elegantèr probat *D.Reg. in dec.*92.
à *num.*5.cum *seq.*ea ratione, quia idem fauor Reli-
gionis,& honestatis,in quo fundata est hæc Pragma-
tica,vt colligitur ex *D.Præs.de Franch. dec.*223.sub
*num.*2. in *fine*,quem sequitur idem *D.Reg. d.dec.*92.
sub *num.*9. considerari debet in Monasterijs Mo-
nialium,& Religiosarum fœminarum, sicut in Mo-
nasterijs Religiosorum masculorum,immò magis in
Monasterijs masculorum, cùm maius periculum in
eis versetur. Ex qua identitate rationis fundat etiã,
fœmininum verbum,maximè si sit prolatum à lege,
comprehendere masculinum,vt *nu.*11.12.13.14.15.
& 16.& ità ipsum iudicasse vti Commissarium De-
legatum causarum RR. Patrum Sancti Pauli huius
Ciuitatis refert in *decis.* prædicta, in qua etiam latè
tractat de intellectu,& limitatione *tex.in l.altius, C.
de seruit.& aqua*,& an in dubio præsumatur, fabri-
cã fieri ad æmulationem,de quo vide etiã *D. Regentem
Marchionem Torelli dec.*50.*nu.*5.

Et iuxtà supradictam *decisionem D. Regentis* fuit
annis elapsis practicatum in simili casu Pro Ve-
nerabili Monasterio Iesus Mariæ huius Ciuitatis,
contra Io.Baptistam Martinellum, prætendentem
quandam fabricam eleuare ante fenestras Dormito-
rij Fratrum dicti Monasterij,ex qua aspectus habe-
ri poterat intrà Cellas,& Cameras Fratrum prædi-
ctorum,& si adesset via publica intermedia,nam fuit
prouisũ per Regium Consiliarium D. Franciscum
Sauium Commissarium delegatum Monasterij, li-
cere prædicto Ioanni Baptistæ Cameram tantùm fa-
cere,& eleuare pro repositione Currus,& vt vulgus
loquitur, *remessa della carrozza*. Ex qua non po-
terat haberi aspectus,nec prospectus in Cellas Fra-
trum Monasterij,vt pœnès Cioffum Actorũ Magi-
strum.

Et altera vice cùm idem Ioannes Baptista tentas-
set aliam fabricam in eius domibus eleuare, ex qua
(licèt per obliquum) poterat haberi aspectus in-
trà Cameras,& Septa Monasterij, fuit per eundem
Regium Consiliarium Sauium prouisum iuxtà quã-
dam relationem sibi ad eius instructionem factam
(bona,vel mala ea fuerit) per quendam Tabulariũ.
Et in huius articuli decisione pro Monasterio con-
siderabat vnà mecum Collega D.*Io.Baptista Hodier-
na* solertissimus, & perspicacissimus Monasterij
Aduocatus,quòd nedùm ex fabrica prædicta aspe-
ctus haberi poterat intrà Cameras Monasterij, sed
etiam, quia per fabricam prædictam tollebatur
Monasterio,& Fratribus prospectus ad Montes,&
fuit allegatus *tex.in l.penultima,C.de ædific.priuat.*&
*d.dec.*50.Dom.*March.Torelli*,in qua late de *tex.*præ-
dicto habetur,& idem *tex.*fuit allegatus pro eodem
Monasterio contrà Vincentium Cioffum,qui contrà
Monasterium fabricando tollebat prospectum ad
mare,contrà supradictæ *legis penultimæ* dispositionẽ,
tamẽn nihil cepimus,quia erat per obliquum,& non
satis angustiabatur prospectus ad mare. Prouiden-
te Regio Consiliario D.Ioanne Baptista Iouino,viro
doctissimo,& integerrimo, meoq; Domino.

B Prout cautum est in quibusdam *Ordinationibus*
per Eminentissimos,& Reuerendissimos Dominos
Cardinales,super Congregatione Regularium de-
putatos,editis respectu Monialium huius Ciuitatis,
& Salerni de anno 1562.*cap.*23. in sequentia verba,
quæ refert *Quarant.in Summa Bullar.* in *ver. Mona-
steria Monialium, fol.*353.

23 *Omnes fenestræ,vel foramina,quæ fuerint in Clau-
strorum parietibus, è quibus Moniales foras spectari
possint,omninò occludantur,permissis solis fenestris ali-
quibus,ad lumen excipiendum necessarijs, quæ tamẽn
talia sint,nè indè vllo modo prospici, aut prospicere
queant.*

Et ità etiam dicebatur,cautum esse respectu Mo-
nachorum per Constitutionem Pontificiam, sed non
potuimus videre Bullam prædictam.

Io.Laganarius.

De Monialibus, Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Licentiam accedendi ad Monaſterium impetrans, ſi antè eius acceſſum ſupernenat licentia generalis certa die aſſignata ſemel tantùm, an ſi in dicta die permiſſa acceſſerit, poterit iterùm accedere ad Monaſterium vigore illius ſpecialis licentiæ, remiſſiuè.*

2 *Licentia conceſſa Domino accedendi ad Monaſterium an excuſet famulos cum eo accedentes, remiſſiuè.*

LI anni paſſati,&c. Nemo accedat ad Monaſteria Monialium abſque licentia Ordinariorum, H. D.

1 Pone, quòd aliquis impetrauit licentiam hanc ſpecialem ab Ordinario accedẽdi ad Monaſterium, ſed antequam accedat, & ſic antequàm vtatur hac licentia particulari, ſuperuenit licentia vniuerſalis, per quam Ordinarius permittit omnibus acceſſum ad Monaſteria certa die aſſignata ſemel tantùm, & in hac die permiſſa acceſſit hic, qui habebat licentiam particularem, quæro nunc, an poſt hanc diem elapſam poterit hic iterùm accedere ad Monaſterium vigore illius licentiæ ſpecialis, tribuendo primum acceſſum licentiæ vniuerſali, vel potiùs hæc etiam particularis erit extincta? Curioſa eſt quæſtio, quam habes deciſam per *Alberic. de ſtatut. lib. 2, q. 181.* & in *quæſt. ſeq.* explicat, an licentia conceſſa Domino excuſet famulos cum ipſo accedentes, & cum *Alber.* conçordant alij citati per *Tiraqu. de retract. conuent. §. 2. gloſ. vnic. num. 70.* Ad materiam tamen huius acceſſus virorum prohibito ad alloquẽdas Moniales etiam per literas explicat ornatè *Sanchez in decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 105.* cum ſeqq. latè *Graff. conſ. 22. de ſentent. excommunic. tom. 1.*

De Muneribus Officialium. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica illa eſt conſona iuri communi, & quæ ex hac prohibitione procedant, remiſſiuè.*

2 *Munera à quibus ſint accipienda, & quàm deteſtabile ſit hoc crimen, & vti probetur, & quot teſtibus.*

3 *Officiales habentes ſufficiens ſalarium à publico, nec eſculentum, nec poculentum accipere poſſunt de iure communi.*

Idq; ampliando declaratur.

4 *Officialis vnus, & idem ſi duo officia exerceat diuerſa, quando poſſit habere duplex ſalarium, remiſſiuè.*

5 *Teſtes contrà Officiales in generali viſitatione quarè non repetũtur, nec datur copia eorum depoſitionum, remiſſiuè.*

6 *Officiales nec à ſponte dantibus poſſunt aliquid recipere, & num. 11. vbi limitatur.*

7 *... ex teſtamento capere non prohibentur, nec ex cauſa remunerationis.*

Et ex priori excipe caſum hìc adnotatum.

8 *... nihil recipere poſſunt vltrà ſalarium, etiam de iure communi.*

9 *Iudex delegatus an aliquid recipere poſsit.*

10 *Iudices munera accipientes quibus pœnis afficiantur, remiſſiuè.*

12 *Officiales reſtituere tenentur realiter, & cum effectu recepta in foro poli, etiam ſi illi, quibus eſt facienda reſtitutio, remittant, immò tuta conſcientia retinere nequeunt, etiam ſi poſt realem reſtitutionem Dominus denuò eis liberaliter donaret.*

13 *... accipientes munera facillimè incurrunt in crimen barattariæ.*

14 *Barattariæ crimen quàm graue ſit, & quot pœnas cõtineat, remiſſiuè, & multis æquiparatur criminibus.*

15 *Barattaria præſumitur, etiam ſi Officiales aliquid reciperent ſub aliquo colorato titulo, qui alias de iure excuſaret.*

Barattaria quomodò differat à Iudicis corruptione.

16 *Officiales contraueniendo his pragmaticis quandò incurrant peccatum mortale, vel veniale, & quandò teneantur reſtituere.*

Iudex licèt non teneatur ad reſtitutionem pretij, quod accepit pro iniuſta ſententia ferenda, tenebitur tamen ad intereſſe in beneficium illius, aduerſus quem iniuſtam protulit ſententiam.

17 *Officialis ſicut ex effectuali receptione, ità ex ſimplici promiſſione acceptata debet officio priuari,*

18 *Officiales ſi diteſcãt in officio, an præſumptio ſit, quòd diuitiæ ſint acquiſitæ intuitu officij, & ſibi incumbat onus probandi contrarium.*

19 *Fiſci Aduocati an comprehendantur ſub hac pragmatica,*

CVm multa ſint,&c. Officiales nihil recipiant vltrà prouiſiones taxatas. H. D.

1 Concordat cum diſpoſitione *tex. in l. fin. verſ. & ob hoc C. ad l. Iul. repet.* & quæ procedant ex hac prohibitione, vide *Maſcard. de probat. tom. 1. concluſ. 164. num. 13.* vbi latè de hac materia ſcribit,
2 declarando quoquè, à quibus ſint munera accipienda, ſed quàm deteſtabile ſit hoc crimen, & quomodò probetur, vide *Alex. Raudenſ. de malef. c. 31. nu. 36. & 37. Maſcard. concluſ. 166.* vt cum ſcelere læſæ Maieſtatis æquetur; & probatur per fugam familiaris Iudicis, & per iuramentum accuſatoris, & quot teſtibus debeat probari, vide *pragmat. 2. & 4.* infrà *eodem*, & de iure *Conſtit. Regni* vide *Conſtit. Capitaneorum, verſ. prædictis præterea, & verſ. hoc idem, & Conſtit. Apud Iuſtitiarios*, nec non *pragm. 1.* infrà *de offic. iuſtit.* quæ eſt illa, de qua fit mentio in *pragm. 3.* infrà *eodem, & cap. Regni Vulgaris famę proloc. num.* ad quæ iura habuit oculos *pragmat. 4.* infrà *eodem*, propè *fin.* quatènus *ibi* dicitur, quòd in probatione huius delicti obſeruentur iura, & leges huius Regni,
3 & de iure communi nec eſculentum, nec poculentum poſſunt accipere, quandò habent ſufficiens ſalarium à publico, *gloſ. in authent. iuſtur and. quod præſtat. ab his in verb. annonis*, & de his Officialibus loquitur hæc pragmatica, dùm in ea fit mentio de eorum prouiſione, ſiuè ſalario. Adde *Modium in §. Magiſtratus*, ſeù *Prætorum edicta, dubit. 18.* vbi nihil, tam in adminiſtratione, quàm poſt accipi debet pro beneficio præſtito tempore officij. Circà quod
4 ſalarium aduertas, quòd multotiès accidit, vt vnus, & idem Officialis exerceat duo officia diuerſa, & tunc quandò poſſit habere duplex ſalarium, *text. & gloſ.* eſt vulgaris in *§. illud, in verb. periculum, in auth. vt iudic. ſine quoq; ſuffrag. Bald. in l. 1. §. ideòquè, C. de non. Cod. faciend.* & in *l. ſi conſul. ff. de adopt* pulchra *gloſ. in l. fin. in verb. exemplaria, C. de princip. agent. in reb. lib. 12.* latè *Dec. in cap. ex literis, extrà de probat.* explicat *Ioſeph de Seſe de inhib. c. 1. §. 8. per tot.* Alia dixi in *pragm. 15.* infrà *de Official.* & in *pragm. 64. n. 4. & 5.* infrà *de offic. S. R. C.*

Vndè autèm ſit introductum, quòd in viſitatione
5 generali contrà Officiales non repetuntur teſtes, nec

nec datur copia eorum depositionum, latè docet *Io. Redin.de maiest.Princip.*in *verb.sed etiam per legitimos,nu.*147. cum pluribus *seqq.*

Quæ prohibitio ampliatur,vt nec à sponte dantibus possint Officiales aliquid recipere, secundùm
6 declarationem traditam per *Couar.* in *cap. quamuis,*
7 *par.2.§.3.de pact.in sexto*, limitatur tamen, vt non propterea prohibeantur Officiales capere ex testamento,iuxtà *tex.*in *l.non dubium, C.de testam.* & perbellè declarat insignis *Præs. de Franch. dec.*493. *Bonad.lib.2.cap.*12.*nu.*45.nisi in pulchro casu, & de facili contingenti,tradito per *Ioan.Ant.Bellon.cons.*96. quandò litis causa fuit institutus hæres à litigante, qui dedit Iudici suam dispositionem antè sententiã, & disponens mortuus post multum temporis. Prout nec etiam prohibentur recipere munera ex causa remunerationis,vt voluit *Bart.*in *l.Aquilius regulus, ff de donat.*per illum *tex.*in 3. *oppos.* & sequitur *ibidẽ Roman.*post *princ,Ias.*in *l.principalibus,* in 6. *limit. ff. si cert.pet.*& *ibidem Dec.*in 4. *fallent. Paris de syndic.* in *verb.contrahere,§.Officiales,*in *fin.*licèt contrarium voluit *Alciat.lib.*2.*Parerg.cap.*49.cui accessit *Tiraquell.*in *repet.l.si vnquàm,*in *verb.donatione largitus, num.*57.*C.de revoc.donat.* appellatione enim donationis non venit donatio remuneratoria, quia est quædam species permutationis, & debiti solutio, *Bal.*in *l.sed & si lege,*quam legit cum *l.reum,§.consulunt,ff.de petit.hæred.*alios cumulat *Præs. de Franch.*
8 *dec.*418. & quòd nihil possint recipere vltrà salariũ, etiam de iure communi,*Hector Felic. alleg.*40. Plures alias declarationes videas apud *Menoch. de arbitr.Iud. cent.*2. *casu* 517. *Intrigl.casu* 124. *Auiles* in *cap.Prat.*2.in *glos.de mercaderia,num.*26.*Matienz.*in *dialog.Relat.& Aduoc.par.*3.*cap.*24.qui *num.*6. am-
9 pliat,has prohibitiones militare etiam in Iudice delegato,ex sententia *Anchar.cons.*201. cuius contrarium voluit *Bolognet.*in *rubr. ff.de offic.eius, cui mandat.est iurisd.num.*44.& iterùm *Matienz. ibi. cap.* 25.
10 26.& 33.vbi recenset multifariàm pœnas impositas contrà Iudices munera recipientes, & pro ampliatione,quòd nec etiam à sponte dãtibus possint ac-
11 cipere,adde *Minsynger.obseru.*75.*centur.*2.*Auendan. de exequ.mand.Reg.Hispan.cap.*2.late *Mut.in pragm. Sicil.tom.*1.*tit.*13.latiùs *Sanchez cons.moral.lib* 3.*c.*1. *dubit.*1.& 2. Limita, si in transitu itineris reciperẽt aliquid comestibile,moderatè tamen etiam ab Vniuersitate,secundùm *Bonad.lib.*5.*cap.*4.*nu.*48.

Immò non poterint euitare restitutionem rece-
12 ptorum,etiam in foro poli,quantùmuis illi, quibus est facienda restitutio,remittant, sed requiritur realis,& effectualis restitutio,iuxtà *tex.*in *cap.statutum, §.si quid autèm contrà,& ibi glos.in verb.remissione, de rescript.in sexto,*& tradita per *Archid.*in *cap.vnic. de cler.non resid.in sexto,*addo *tex.*in *cap.*1.*in fine,*ibi, *nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura, de censib. & exact.in sexto.*

Immò etiam si post realem,& effectualem restitutionem rei Dominus illam denuò liberalitèr ei donaret,nequaquàm poterit tuta conscientia retinere, si credimus,*glos.*in *extrauag. vas electionis, de censibus,*in *extrauag.commun.*in *verb. remissionem.*

13 Aduertant tamèn Officiales, quòd accipientes munera contrà formam hic prohibitam facillimè in-
14 currunt in crimen barattariæ,quod quàm graue sit, & quot pœnas contineat, latè explicat *Farinac.pract. crimin.par.*2.*q.*111. vt *s.* æquiparetur crimini læsæ Maiestatis,simoniæ,assassinio,proditionis,sacrilegio,
15 & causæ capitali. Immò præsumitur barattaria,etiã si reciperent sub aliquo colorato titulo, qui aliàs de iure excusaret,*Bald.& Salyc.*in *l. quisquis, C.si cert. pet.*tetigi in *prag.*1.*nu.*40.intrà *de synd. officialium Mar. Muta in cap.*8.*Regn.Sicil.num.*5 *tom.*1.quomodo autem differat barattaria à coemptione, seù corruptione,explicat *Bouadill.lib.*5.*cap.*1. *num.* 228. coemptione enim venditur iustitia,barattaria commutatur ius,veluti,vt citius causa terminetur.

16 Quandò autem contraueniendo his pragmaticis incurrant peccatum mortale,aut veniale, & quandò teneantur ad restitutionem, latè differit *Nauarr.* in *comment.de datis,vel promiss. ob iustit. vel grat. obtinend.*per *totum,*& signanter *not.*9.*num.*16.cum *seqq.* vbi dicit,non peccare qui dedit, vt iustitiam faciat, vel ad redimendam vexationem,*Azor. instit. moral. p.*3.*lib.*4.*cap.*21.*q.*4.*vers.quæres an aliqua,& lib.*13. *cap.*23.*vers.circà stipendium,& vers. secundò Index secularis,* & concludit, Iudicem non teneri ad restitutionem pretij pro iniusta sententia ferenda,sed aduerte,quòd tenebitur ad interesse ei, contrà quem sententiam tulit. Verùm distinguunt, an præcedat promissio,nec ne? circà quam promissionem est aduertẽdum,quòd promissio facta intelligitur,nedùm si intercedat specifica,& expressa,sed etiam si tacto, aut verbis,etiam generalibus fuerit insimulata, vt exemplificat *glos.* in *extrauag. excommunicamus,* in *verb.sub generalibus,de sent.excommun.* in *extrauag.*
17 *comm.*& quemadmodùm ex effectuali receptione, ità ex simplici promissione acceptata debent officio priuari,vt in *§.si quid autem ex litigatoribus*, in *princ.*in *auth. vt litig.iur.in exord. litis.* Alia ad hanc materiam pertinentia copiosè, & ornatè explicat *Bouad lib.*2.*cap.*11.per *tot.*

Et quandò Officiales diteſcunt in officio,præsum-
18 ptio est,quòd diuitiæ sint acquisitæ ratione officij,& cessat præsumptio *l.si defunctus,C.arbitr. tut.* adeò, vt sibi incumbat onus probandi contrarium,ità *glos.* in *l.defensionis facultas,C.de iure fisci,lib.*10. *Andr.* in *cap.*1.*§.fin.* in *princ.*post *nu.*8.*de feud.guard.*sed communis opinio est in contrarium,teste *Iul.Clar. pract. crim.q.*68. *vers.Officialis qui,Parid.de synd.*in *ver. Officialis,cap.*incip.*Officiales,qui,num.*12. sed *Menoch. de præsum.lib.*3.*præsum.*52.remittit Iudicis arbitrio, veluti si ab initio constaret,fuisse pauperem, & non industriosum,nec de ea ratione reddidisse, *Peregr. de iure.& priuil.Fisci.lib.*6.*tit.*3.*num.*6.cum *seq. Raudens.cons.*50.*n.*398.cum pluribus *seqq. lib.*1. *Felic. alleg.*15.*num.*141. An hæc pragmatica, & subsequen-
19 tes comprehendant Aduocatos Fisci, *Marcell.de Maur.*in *alleg.*77.in causa propria tenet, quòd non, alia tradit *Phæb.decis.*111.*vol.*2.vbi in *principio* admittit,consuetudinem contrariam excusare.

ADDITIO.

A DE iure communi, tàm Ciuili, quàm Canonico circumscripta hac Pragmatica,& aliis sequẽtibus in hoc titulo,videtur, quòd possent Officiales esculenta,& poculenta recipere. Etenim *text.*in *l. plebiscito* 18. *ff.de offic. Præsid.* clarè loquitur in hæc verba. *Plebiscito continetur,nè quis Præsidum minus, donumue caperet nisi esculentum,poculentumue, quod intrà dies proximos prodigatur.* Huic concinit alter *text.*in *l.solent* 6.*§.non verò, ff.de offic. Proconsul.* ibi, *Non verò in totum xenijs abstinere debebit Proconsul, sed modum adijcere,vt neq; morosè in totum abstinat neq; auarè modum xeniorum excedat,*& ibi, *Valde inhumanum est à nemine accipere, sed passim vilissimũ est,& omnia auarissimum. Et quod mandatis continetur,nè donum,vel munus ipse Proconsul, vel quis-*

alio

alio officio erit,accipiat, ematnè quid, niſi victus quotidiani cauſa,ad xeniola non pertinet, ſed ad ea, quæ edulium excedunt vſum,ſed nec xenia producenda ſũt ad munerum qualitatem.

De iure etiam Canonico eſt *tex.*expreſſus in *cap. ſtatutum,§.inſuper vt gratis, de reſcript.in 6.* cuius ſunt verba *Inſuper vt gratis, & cum omni puritate iudicium coràm ipſo procedat, nullũ munus, vel quicquid aliud,niſi forſan eſculentum, vel poculentum,meræ liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſſit diebus.*

Et ſic ex iſtis iuribus,tàm Ciuili, quàm Canonico clarè deducitur,poſſe eſculentum,& poculentum, atq; etiam xeniolum per Officiales recipi,& ità sẽtiunt communitèr *DD.*in *locis* prædictis, & præſertim *Bald.in d.l.ſolent,*& *gloſ.in d.cap.ſtatutum,§.inſuper,*quod etiam comprobat *Bart.*in *l.lex Iulia,§.apparet,ff.ad leg.Iul.pecul.*& *gloſ.*in *auth.principales,C. de iur.iur.propt.calumn.*

Quicquid dixerit *gloſ.*in *§. ſcriptum eſt exemplar, il ſecondo.in verſ.auaritiam, in auth. vt Iudices ſinè quoquo ſuffrag.* & in *auth.Iuſiurandum,quod præſtatur,in ver.Amonis,*quòd ſcilicèt *leges* prædictæ ſint correctæ per *d.text.§.ſcriptum eſt exemplar,* quandò ſcilicèt Officiales ſufficiens habent ſalarium de publico.Nam eadem *gloſ.* tenet contrarium in d. *auth. principales, in verſ. aliſq; C.de iur.iur.propt.calum.* & quòd licet xenia Iudicibus dari ex *legibus* prædictis, & *Bart.* qui *gloſ.*prædictam ſequitur in *d.§. ſcriptum eſt exemplar,* dicit, id tantummodò procedere in Iudice ordinario,nó autem in delegato, per *text.*in *d.c.ſtatutum,§.inſuper,de reſcript.in 6.*in quibus tamen,neſcio circà hoc diſparem conſiderationem, & credo, quòd *Pontifex* idem etiam in ordinario Iudice ſtatuiſſet, cùm non militet diuerſa ratio.

Præterea aduertant,rogo,nàm *text.* in *d.§.ſcriptũ eſt exemplar,* in quo *Gloſ.*eius dictum fundat,duos conſtituit caſus. Alter eſt,cùm Officialis ſalarium habet de publico conſtitutum.Alter verò,ſi nullum habet de publico ſalarium, ibi *aut ſi non eſt eis aliquod publicum ſolatium,* quaſi quòd in primo caſu ſit ſalarium de publico conſtitutum, in ſecundo verò minimè. Si ſumus in primo caſu,quo ſalarium fuit taxatum, Reſpublica permittebat,adhùc eſculentum,& poculentum, ac xenia Iudicibus dari, dd. *ll.* ergò de iure *Auth.*non fuit hoc ſublatum, nec immutatum, nàm *text.*in primo caſu dicit *Niſi ſecundùm quod eis adminiſtrat Reſpublica.* At Reſpublica permittebat,prædicta munera, & xenia dari, ergò in hoc iuris illa diſpoſitio non remanet correcta, ſed confirmata per ius *Auth.* dùm dicit, à ſubiectis recipere *niſi ſecundùm quod eis adminiſtrat Reſpublica,*quę eſculenta,& poculenta,itemq; xenia permittebat.In ſecundo verò caſu, quandò ſcilicèt nullum ſalarium à publico præſtatur, tunc quantum inculpabilis antiquitas definiunt circà receptionem horum munerum, & xeniorum recipere licet, ità tamen,vt à ſpontaneis, & non ab inuitis recipiant, & parum, ac quantum ſufficit ad mediocrem vitæ ſubuentionem,& ſic in vtroq;caſu remanent(ni fallor)*leges* prædictæ incorrectæ, poſſuntq; Officiales eſculenta, & poculenta,ſiuè xenia impunè, ac ſine ſorde recipere,ſunt enim hæc xenia parua dona, quæ non ſunt in conſideratione,nec Iudicantis animum mouent,& flectunt,vt dicit *Bald.* in d.*l.ſolent, §.non verò,*ſub *num.*2.concedens,poſſe recipi vnum par Faxanorum,& duas Phialas maluaſiæ, tametſi *Calepinus* in *verb.xenium,*explicans *xeniolum,*quod diminutiuum xenij *Apuleij* quædam verba refert, dicentis. *Mittit mihi xeniola, porcum opimum, & quinq;gallinulas, & vini cadum tàm ætate pretioſi.* Quòd ſi hæc omnia importàt xeniolum, multò plura cõtinebit xenũ,quod Officialibus de iure communi erat permiſſum.

Hodie verò apud Nos in hoc Regno infructuoſa eſt ſupradicta diſputatio,ſiquidèm *Reg.Pragmat.* 1.2.3.4.& 5.in hoc *titulo* inſerta, Officialium greſſus cohibuerunt, prohibendo, nè Regij Officiales cuiuſuis conditionis,qualitatis, aut dignitatis exiſtant,nec eorum vxores,aut filij, alijq; eorum poteſtati ſubditi,nec per ſe,nec per interpoſitam perſonam,nedùm eſculentum,aut poculentum, ſed nec minimum quid à Litigantibus coràm ipſis,recipiãt, etiam ſi ſpontè detur,ab alijs verò, qui coràm ipſis litem non habent, nec ſunt de proximo litigaturi, res aliquas parui momenti, ac cum maxima moderatione,& iuxtà declarationem contentam in *prag. 5.c.3,*hoc eod.*tit.*recipere poſſunt.

Hæc tamen concluſio, atq; Pragmaticarum diſpoſitio limitatur,vt nõ procedat in aliquibus ſportulis ex veteſtiſſima conſuetudine, & obſeruantia Iudicibus,alijſq; Regijs Officialibus debitis,vt ſunt ſportulæ,& ſolutiones, quæ Officialibus competũt pro aliquo acceſſu faciendo ſuper faciem loci, tàm intrà Ciuitatem,& Suburbia,quàm extrà, iuxtà taxam contentam in *pragm.6. de commiſſ.& exeq.& 64 de offic.S.C.*& per *D.Reg.*in d. *pragm.6.*ſub *nu.5. de commiſſ.& exeq.* reſpectu Dominorum Regentium Regiam Cancellariam,Conſiliariorum Status, Præſidis S.C. & Locumtenentis Regiæ Cameræ, quorum ſalaria non ſunt taxata in *pragmatica* prædicta,ſed ea ex antiquiſſimo vſu, & obſeruantia dicit, deberi, & fuerunt per Litigantes ſoluta in duplo,quàm ſit taxatum Dominis Conſiliarijs S.C. & Præſidentibus Regię Camerę,& loquitur etiam de ſalario Aduocati Fiſcalis M.C. & reſpectu acceſſus faciendi intrà Ciuitatem, & Suburbia eſt etiam inueterata conſuetudo ſatis nota Scribis, & Actuarijs,& de ſportulis competentibus Portulanis pro acceſſibus,meminit *D.Reg.*in *pragm.6. n.22. nè quis loco publico,*ſicuti etiam ſunt ſportulæ competentes ex inueteratiſſima conſuetudine, & ſtylo Dominis Præſidentibus,& Officialibus Regiæ Cameræ,pro firma,& ſubſcriptione Priuilegij Ciuilitatis Neapolitanæ,ac etiam pro locatione, & arrendatione Regiorum Veſtigaljum,in quibus caſibus nõ ſolùm ipſis DD.Præſidentibus,& Officialibus R.C. ſed etiam Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Proregi competit, & ſoluitur certum quid in pecunia pro Criſtallis,vt vocant, quæ ſportulæ cùm tacitæ, vel expreſſæ fuerunt introductæ,& per longum tempus continuatæ,& à Iudicibus publicè,& Populo ſcientè exactæ,in eis Iudices ſunt conſeruandi,& manutenendi,ità *Capibl.in 2.tom. cap.22. num.12.* ſuper *pragm.7.de Baron.*ex *Anchar.Rebuff & Addent.ad ſingul.Rom.183.*quos allegat.nàm conſuetudo in iis eſt attendenda,idem *D.Capibl.in cap.97.*ſuper *prag. 19.de Baron.tom.2.num.4.*quæ poteſt Iudicum ſportulas augere,& minuere, *Bart.*in *l.1. C.de aur.co-ron.lib.10.Pariſ.conſ.25.num.94.* & *Grat.diſcep.for. cap.561.à num.15.*quos citat idem *Capibl.anc.d.cap. 32.num.13.*

Limitatur ſecundò harum *Pragmaticarum* diſpoſitio in ſportulis,& dirictibus,quos exigunt Officiales Regij,& Capitanei terrarum domanialium, iuxtà taxam,ſeù pandectam(quam vocant)quia iſtę ſportulæ, & diricti,ſeù gagia habentur loco ſalarij

rij Officialibus debiti, *D. Capiblanc.* in d. *cap.*20. *num.*4.*in fin.* post *Luc.de Penn.* in *l.annonas,C.de erogat.mil.annon.lib.*12.

Et tertiò multò magis non procedit hæc dispositio in Officialibus Baronalibus, qui cùm in dictis *Pragmat.* non sint comprehensi, possunt sportulas, seù dirictus,& gagia, iuxtà tamen pandectam exigere, vltrà salarium solitum,& consuetum,à Baronibus soluendum, proùt satis benè tradit *Capiblanc.* in d. *cap.*97.*num.*3. super *pragm.*19.*de Baron. tom.*2. & alia etiã parua xeniola à sponte dare volentibus recipere, fortè esset tolerabile.

Ioannes Laganarius.

De Muneribus Officialium. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Vxores Officialium, aut filij, vel alij hic expressi si recipiant hic prohibita, inscio Officiali, cui sunt subditi, an habeat locum hæc pragmatica.*

2 *Monitio, de qua hic, non tendit ad conuincendum Officialem de dolo, eò ipso, quòd probaretur, aliquem de sua Familia recepisse munera hic prohibita, sed ad arguendum ipsum de culpa tantùm.*

3 *Culpa quàmuis latissima, nunquã in delictis dolo æquiparatur.*

REcognoscimus, &c.

Officiales nihil recipiant per seipsos, nec per vxores, filios, aut alias interpositas personas. H.D.

Dùm per hanc pragmaticam prohibentur Officiales recipere etiam mutuum, concordat cum dispositione iuris communis, quod latè prosequitur *Bonad.lib.*2.*c.*12.*num.*61. cum *seqq.* Quid si vxores,
1 aut filij, siuè alij hic expressi recipiant hic prohibita, inscio tamen Officiali, cuius potestati subditi sunt, an habebit locum hæc pragmatica? & procùl dubio credo, quòd non, ponderando verba huius pragmaticæ, quæ sunt directa ad ipsos Officiales, nè ipsi Officiales recipiant per medium harum personarum, aliàs enim si hæ personæ recipiant per se ipsas, inscio Officiali, non potest dici, quòd ipse Officialis recipiat, & sic in casu huius pragmaticæ ad practicandum pœnam in ea contentam, necesse esset probare, quòd Officialis ipse receperit per medium istarum personarum, & hoc omni iuri, & æquitati consonum est: aliàs enim esset aperire viam diuersis machinationibus aduersùs miseros Officiales, qui in eorum famulatu non possunt adhibere Angelos, sed homines mundanos, quorum fides nusquàm tuta est, neque huic declarationi refragantur sequentia verba huiusmet *pragmaticæ* in vers. *nec non etiam eosdem monemus, &c.* quatènus *ibi* monentur Officiales, vt ità suam domum, & familiam circà recipienda munera habeant correctam, & moderatam, vt ex ipsorum moderatione, & honestate omnes ipsorum Iudicum integritatem intelligant, aliàs illis contrafacientibus non immeritò eorundem defectus, & culpæ possent ipsis Iudicibus imputari, licèt non possit probari, cum ipsorum licentia munera ab illis esse recepta, quàmuis in eorum proprium commodum, & vtilitatem, & non dictorum Dominorum ea conuertant; nàm hæc monitio respicit illos Officiales, qui oscitanter negligunt moderationem, & correctionem eorum Familiæ, vtputà quia admittunt vxores, filios, alumnos, & famulos cum ipsis tractare negotia, expeditiones causarum, introductiones Negotiantium, & alia huiusmodi in gratiam Litigantium, hoc enim non est tenere Familiam correctam, & moderatam, sed potiùs præbere incentiuum recipiendi munera, & extorquendi, & hoc est, quod dicitur in *text.* quòd contrarium facientibus non immeritò eorundem defectus, & culpæ possunt ipsis Iudicibus imputari, licèt enim in his casibus munera non probentur recepta à Familia cum licentia Dominorum, illaquè conuertantur in proprium commodum, & vtilitatem famulorum, quis non videt, quòd adest præsumpta scientia Dominorum, admittendo illos ad faciendum officia huiusmodi pro Litigantibus, à quibus magis eos prohibere debet, quàm ab incendio? At quandò Officialis ex parte sua adhibet omnem diligentiam in tenendo Familiam correctam, & moderatam, & nullum admittit, nec publicè, nec secretò ad tractandum negotia, sed omnibus est paratus absq; Mediatoribus, vtique hæc pragmatica non procedit, quia ex parte sua adhibet omnem diligentiam, quam quilibet diligens paterfamilias adhibere potest in corrigendo suam Familiam, & si contrarium in aliquo ex famulis accidit, non est sibi defectui, aut culpæ imputandum, sed potiùs malitiæ Famuli, & in summa illa regula in hac materia est tradenda, vt si Officialis audit, & expedit negotia per se ipsum, & non per intermedias personas, tunc non est credendum,
A quòd receperit munera per intermedias personas, aliàs secùs est.

Insuper aduertendum est, quòd hæc monitio
2 non tendit ad conuincendum Officialem de dolo, eò ipsò, quòd probaretur, aliquem de sua Familia recepisse munera hic prohibita, vt puniri possit pœna ordinaria, de qua in *pragmat.*2. suprà *eodem*, sed ad arguendum ipsum de culpa tantùm, vt sunt
3 clara verba ibi *defectus, & culpæ*, quæ quàmuis latissima, nunquàm tamen in delictis dolo æquiparatur, iuxtà *glos.* omnibus notam in *l.plagij,la* 2. *C. de plagiar. Anton.Gabr.de malefic. conclus.*8. *Iul.Clar. pract.crim.q.*60.*vers.& generaliter*, & ideò hoc casu veniret extraordinariè mulctandus, quod optimè confirmatur ex traditis per *Bonadill. cap.*1.*num.*226.*in fin.*

ADDITIO.

ASI tamen Officialium vxores munera reciperent, ipsæ puniri debent, non mariti, *Bald. cons.*353. post *n.*3.*vers.Item benè verum, lib.*5. *Sylua naptial. in rubr. quemadmodùm iudicandum, ampl.*8. *Alexand. Raudens. consil.*50. *n.*645.*& seq.* qui hoc affirmat etiam in alijs familiaribus, & domesticis, & *numer.*649. probat, quòd in domino præsumitur ignorantia huiusmodi munerum, à familia receptorum. Quod Ego puto verum de iure communi, nàm attenta dispositione *pragm.*2. huius *titul.* per quam datur pœna restitutionis rei donatæ cum duplo, atquè suspensionis officij prima vice, qua contrafecerint, secunda verò totalis priuationis ipsius, in quas pœnas Officiales, qui contrafecerint, incurrisse declaratur.

Io. Laganarius.

De

De Muneribus Officialium.
Prag. V.

RERVM SVMMA.

1 *Prohibitio facta Officialibus recipiendi mutua, esculenta, et poculenta non comprehendit consanguineos, & alios, in quorum causis Officiales ipsi non possunt esse Iudices.*
2 *Sanguinis, vel coniunctionis ratio in Officialibus tollit omnem suspitionem.*

COme la Giustitia, &c.

Epilogantur diuersæ pragmaticæ circà munera recipienda, & alia prohibita Officialibus, cum nouis declarationibus, inter quas illa vna est in *vers. declarando ancora, che trà le dette*
1 *persone, &c.* Vt scilicet prohibitio recipiendi munera, mutua, esculenta, & poculenta non comprehendat consanguineos, & omnes alios, in quorum causis Officiales ipsi non possunt esse Iudices, quæ quidèm declaratio omni iuri consentanea est, à cessante ratione prohibitionis, ratio enim sanguinis, seù coniũctionis tollit suspitionem, iuxtà *tex.* cum sua *glos.* in
2 *l. 1. ff. ad l. Iul. repet.* vbi *Alber.* notat, & in *l. 2.* post *n. 3.* in *l. lex Iulia*, eodem *tit. Cyn.* in d. *l. num. 4. vers. & tunc, Angel. ibid. vers. sed ex alia causa, Paris de Put. de synd. in verb. corruptio, cap. 3. num. 2. verb. Officiales, Barber.* in *pract. par. 1. rubr. 13. num. 12. Bossi in tit. de Officiali corrupto*, post *num. 5. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 4. Auend. de excqu. mand. cap. 2. num. 6. vers. limitando tamen*, post *Ioann. de Plat.* in *l. 1. C. de falsam. hospit. non præst. lib. 12.* & *Alber.* in *l. observare, ff. de offic. procons.* latè *Farinac. pract. crim. q. 3. art. 10. num. 248.* quod limita, vt neq; ab his possint recipi munera ratione officij, *Bonad. lib. 2. cap. 11. num. 70.* Alia ad hanc pragmaticam pertinentia, & signantèr circà probationes admittendas contrà Officiales, explicat idem *Bonadill. lib. 5. cap. 1. num. 220.* vsquè ad *num. 252.*

De Nautis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Littus maris quid dicatur.*
2 *Nautæ nùm possint tenere cymbas, vel alia nauigia cum remis, & apparatu nauigandi extrà littus maris.*
Auxilium quodnis, aut consilium præstans mancipio fugienti coercetur pœna mortis naturalis.

ESsendosi visto per esperienza, &c.

Nautæ non teneant cymbas, seù alia nauigia quæcunquè cum remis, & apparatu nauigandi in littore maris, sub pœna remigationis per triennium. H. D. cum seq.

1 Littus maris dicitur eatènus, quatènus maior hybernus fluctus excurrit, *l. littus est 96. ff. de verbor. signific.* sed non propterea credas, quòd
2 extrà littus maris sit licitum talem apparatum detinere expositum omnibus, illo vti volentibus, & sic etiam seruis effugientibus, nàm tunc etiam militat eadem ratio, & sic habebit locum eadem legis dispositio, *l. 1. §. hoc interdictum ff. de fonte*, *Andr.* in *cap. 1. §. fin.* propè *fin. de feud. guard.* & nota, quòd in hac *prag.* & *seq.* est imposita pœna mortis naturalis cuicunq; præbenti consilium, aut quodlibet auxilium mancipijs fugientibus, quæ satis differt à pœna imposita de iure communi in *l. 4.* & *7. C. de seruis fugitiuis*, & in *Const. Seruos, & ancillas*, & in *Const. Mancipia.*

De Negantibus mutuum.
Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 Constitutio Regni *incipiens* Regiæ Maiestatis *loquitur de negante mutuum tantùm, sed hæc pragmatica illam extendit ad quamlibet promissionem, vel stipulationem in iudicio negatam.*
2 *Mutuum si post negatum fuerit ab actore per testes probatum, qui tantùm deponant de incerta quantitate mutuata, an erit legitima probatio.*
3 *Debitum semel solutum petens qualitèr puniatur, remissiuè.*

COnstitutionem, &c. Negantes mutuum puniantur pœna *Constitutionis Regni.* H. D. *Constitutio* ad quam hæc pragmatica se
1 remittit, est *Constitutio* incipiens, *Regiæ Maiestatis*, quæ loquitur de negante mutuum tantùm, sed hæc pragmatica illam extendit ad quamlibet aliam promissionem, seù stipulationem, quæ sit negata in iudicio.

Verùm quia hæc pragmatica disponit, vt probatio contraria fiat per probationes legitimas, quæro,
2 si post mutuũ negatum actor probauit mutuum per testes, qui tantùm deponant de incerta quantitate mutuata, an hæc dicetur legitima probatio? & respondeo, quòd in hoc casu de quantitate debet stari iuramento actoris, vt per *Rot. Genuens. dec. 106.*
3 *num. 6.* Quid autèm in petente debitum semel solutum, vide *Capitulum quintum* inter gratias concessas per Ducem Oliuæ inter *capitula, & priuilegia Neapolis, fol. 176.* quod nunc est redactum in volumine
A pragmaticarum *prag. 7.* suprà *de falsis*, vbi dixi.

ADDITIO.

A CVm verò mutuum sit duplex, naturale vnum, & ciuile alterum, naturale est, quod ex vera numeratione, pecunia, vel alia res, quæ in pondere, numero, & mensura consistit, in mutuatarium proficiscitur, ciuile verò dicitur, cùm non ex numeratione, sed ex confessione receptionis ex causa mutui, (quæ est actus ciuilis) conficitur, nàm transacto biennio mutuatarius obligatur efficacitèr ex confessione, & dicitur mutuum ciuile, non tamen, quòd ex mutuo nascatur ista obligatio ciuilis, sed ex chirographo, & confessione receptionis, & ex iuris præsumptione, quòd pecunia sit numerata per lapsum biẽnij, ità desumitur ex *glos. in l. 2. §. in mutui autem datione, in vers. credimus ff. de reb. cred. si cert. petat.* vbi *Bart. Paul. de Castr. Salyc.* & cæteri, & clarissimè declarat *Ias. in §. sequens*, sub *n. 13. 14. ver. secũdò in prædicto libello, Inst. de action.*

Posita ergò duplici hac mutui specie, dubitari posset, an huius *Pragmaticæ* dispositio in vtroque procedat, vel in mutuo tantùm naturali (quod verè, & propriè dicitur mutuum) vindicet sibi locum, non

autem

autem in ciuile,quod ex præſumptione naſcitur,dicituq; mutuum præſumptum.

Affirmatiua opinio,quòd in vtroq; procedat,ſuaderi potest.

Primò ex doctrina *Specul.in §.1.de teſte, num.66.* vbi dicit,quòd numeratio,& confeſſio paribus paſſibus ambulant,argumento *text.l.final.& l.ſi rem,§. final ff.de pignor.act.* *Pragmatica* ergò loquens de mutuo,vtrumq; comprehendet, naturale ſcilicèt, quod fit per numerationem,& ciuile,quod per confeſsionem inducitur,cùm paribus paſſibus ambulèt, nec vnum ſit altero fortius,iuxtà *Specul.*ſententiam.

Secundò confirmatur hæc eadem affirmatiua opinio per *Bald.in l.vnica,§.1.num.2.C.de rei vxor. actio.*cuius verba ſunt. *Si actum eſt ex mero mutuo, ſufficit probare veram confeſſionem cum lapſu biennij, nàm & ibi eſt præſumptio numerationis.* Quod etiam confirmat idem *Bald.in l.pecuniæ,C.de ſolut.* dicens, quòd inſtrumenta confeſsionata habent vim ſententiæ ex forma ſtatuti,& probant etiam mutuum naturale,ſicuti probaretur per ſententiam diffinitiuam,patet ergò,confeſsionem receptionis idem eſſe cum vera numeratione.

Et Tertiò, quia doctiſsimus, & laborioſiſsimus *Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.47.*hanc formans quæſtionem.An ſcilicèt diſpoſitum in caſu vero, locum hábeat in caſu preſumpto,ad probãdum, quòd diſpoſitum in mutuo vero,& naturali, habeat ét locum in mutuo ficto, & confeſſato, elapſo biennio, adducit ſupradictas *Bald.*doctrinas,& *Iaſ.in d.§.ſequens,*& in *§.fuerat,num.56.de act.*& tradit regulam generalem,quòd quandò eſt ſola iuris præſumptio, diſpoſitio loquens de caſu vero, locum habet in caſu præſumpto, ex *Abbat.in cap.veniens,ii ſecundo, num.6.*& in *cap is,qui fidem,num.2.de ſponſal.Bal.in l.cùm citrà, C.de iur.dot.* & alij, quos allegat ſub *num.4.§.& 6.*

Verùm enimuerò (ſi mea non me fal'it opinio) hæc omnia à ſupradictis excellentiſsimis *DD.*conſiderata,minimè ſtringuunt, nec adduci poſſunt ad propoſitæ quæſtionis deciſionem,ſiquidèm non negamus,quòd mutuum verum, & mutuũ præſumptũ poſt lapſum biennij,non paribus paſsibus ambulèt, ad hoc vt in vtroq; poſsit,contrà mutuatarium ſcilicèt,cui verè fuit pecunia numerata,vel contrà eũ, qui nulla apparente numeratione cõfeſſus tantummodò fuit,ſe recepiſſe mutui nomine pecuniam, condemnationis ſententia proferri, & quòd ex ſola confeſsione receptionis lapſo biennio non præſumatur numeratio,& ſic mutuum, ſed illud tantummodò quærimus,an per legem,vel ſtatutum in vero mutuo diſpoſitum,vindicet etiam ſibi locũ in mutuo præſumpto, quod ſupradicti *DD.* nec dicere ſomniauerunt, prætèr *Menoch.* qui prætereà quòd ſupradicti *DD.* qui id non dicunt, ipſe etiam *Menoch.*volens eius dicti rationem aſsignare,dicit: *Et huius ſententiæ ea eſt ratio, quia præſumptio iuris procedit ſecundùm veritatem.l.vltima, ff.de eo, quod met cauſ.l.ſiné poſſidetis,C.de probat.& præterea manifeſtè,& liquidè apparere dicitur, quod apparet præſumptione iuris, ſi ergò præſumptio eſt ipſa veritas, cùm ſcilicèt nihil ei obſtat,qui ſit, quin concludere debeamus,diſpoſitionem in caſu vero locum habere etiã in præſumpto?* Hæc *Menoch.d.quæſt.47.* ſub *num.* 5. qui ſe fundat in præſumptione,quam ipſam veritatem appellat,longè tamen præſumptio ab ipſa veritate differt,præſertim ſi probationem admittit in cõtrariũ,idem *Menoch.q.60.*proùt eſt iſta de mutuo confeſſato,quæ tàm antè, quàm etiã poſt biennium admittit probationem in contrarium,exhibendam ſcilicèt à creditore intrà biennium, poſt lapſum verò biennium à debitore,*gloſ.*celebris in *§.vnico, in verſ.debere,Inſtit.de liter.obligat.*& in *l.ſi ex cautione,& l.ſi intrà,C.de non num.pecun.* & comprobat idem *Menoch.quæſt.61.num.3.* qui ſub *num.5.* ſtatuit regulam generalem,dicens, quòd in vniuerſum aduersùs præſumptionem iuris, & de iure admittitur probatio in contrarium,ex confeſsione eius,pro quo ſtat ipſa præſumptio,modò ſit de facto,quod in ſua poteſtate ſit,& hoc probare conatur per mille iura,& *DD.*authoritates, atq; etiam per rationem ab *Alciat.*traditam in *tract.de præſumpt.in præliud.4. part.2.num.4.* inquiens. *Ea eſt(inquit Alciat.præcitato in loco)huius ſententiæ ratio, quòd confeſſio non eſt probatio,ſed releuatio ab onere probandi.l.eum.qui, in princ.ff.de iur.iur.Ego verius exiſtimo,rationem illam eſſe,quam ipſemet Alciatus ibidem num.6.ſentit,quòd etſi præſumptio iuris, & de iure à lege habeatur pro ipſa veritate,attamen verè, & propriè non eſt ipſa veritas,cùm & ipſa verſetur circà id,quod eſt dubiũ, vt ſcripſit Bald.in l.non ignorat, num.4. C.de ijs, qui accuſ.non poſſ.* Et ſic idem *Menoch.*palynodiam canit circà id,quod ſuprà dixerat de præſumptione,quòd ſcilicèt ſit ipſa veritas,nã verè,& propriè nó eſt ità.

Patet ergò ex prædictis,ea argumenta, quæ pro affirmatiua opinione fundanda,adducta ſunt,negatiuæ ſententiæ minimè refragari.

Primò fundari poteſt per id, quod decidit *Bart. in l.2.§.in mutui autem datione,num.6. ff.de reb.cred. ſi cert.pet.*quòd ſcilicèt ſi conſtitutus fuit procurator ad accipiendum pecuniam mutuo, tamen in inſtrumento non fuit ſcriptum,quòd recepit, ſed tantùm procurator fuit confeſſus,ſe recepiſſe, certè,inquit *Bart.*ex iſto inſtrumento non poteſt agi contrà Dominum,niſi numeratio probetur. Nàm quandò facio procuratorem ad accipiendum pecuniam mutuo,intelligitur de mutuo naturali, quod ſignificat iſta dictio,*ad accipiendum*, ſed iſtud inſtrumentum, in quo procurator confeſſus eſt,recepiſſe,& habuiſſe,probat mutuum ciuile, cui natura non cooperatur,niſi probetur numerario, ergò talis procurator non obligat Dominum,quia hoc non habuit in mãdatis,& *Bart.*in hoc ſequitur *Polyd.Ripa obſer.270. num.6* & permulti, quos allegat *Iaſ.in d. §.ſequens, num.14.*appellans auream doctrinam *Bart.* qui eius dictum ampliat,etiam ſi in inſtrumento procurationis eſſet data poteſtas confitendi,recepiſſe pecuniã, & *ad promittendum,&c.& quietandum,*proùt communitèr hodiè fiunt huiuſmodi mandata, ſcilicèt *ad exigendum,recuperandum,et habendum, ſed etiam ad exigiſſe,recuperaſſe,et habuiſſe cõfitendum, et quietandum,*nàm Dominus non poteſt ex iſto inſtrumẽto confeſsionis conueniri, nàm illa verba,*ad confitendum,recepiſſe,* intelligũtur ſecundũ pecuniã receptam,quia ſi alitèr intelligeretur,eſſet donatio, quæ procuratori non videtur permiſſa, niſi exprimatur.

Verum tamen eſt, quòd hoc vltimum aliquam patitur difficultatem,nec communitèr à *DD.* recipitur,vt notant *Addentes* ad *Bart. in d.§.in mutui antẽ dationẽ,*ea præſertim ratione,quia certum eſt, quòd talis confeſsio de recepto obligat ſine difficultate procuratorem, ergò obligare quoq; debebit eius Dominum, ſeù Principalem, & ità argumentatur *Salyc.ibidem,*ſub *num.20.*& videtur ſentire *Paul.de Caſtro* ſub *num.10.*Quæ tamen *Salyc.* argumentatio mihi nõ ſatis placet,quia ideò Dominum,ſeù Principalem per confeſsionem procurator non obligat, quia in mandatis non habuit, vt ipſum Principalem,

& Do-

& Dominum obligaret per confeſsionem,& mutuũ ciuile,& ſic cùm exceſſerit fines, mandatiq; legem, nihil valet,quod contra mandati tenorem procurator facit,nec Domino præiudicat, *text.* eſt clariſſimus in *l.cùm mandati 12.C.mandat.*

Quicquid ergò ſit de hoc,putarem, quòd ſi mandatum ſit conſtitutum,nedùm ad recipiendum mutuo pecuniam, vel ad exigendum generaliter omnem pecuniam,ſed etiam ad recepiſſe,& habuiſſe confitendum,proùt communiter hodiè in ſimilibus mandatis continetur, in hoc caſu tàm procurator, procuratorio tamen nomine,quàm etiam Principalis validè ex mandato obligetur, debent enim aliquid operari verba iſta,*ad recepiſſe confitendum*.

Sed neq; ſupradicta *Bart.* doctrina controuerſiam dirimere,atq; quæſtionis nodum ſoluere videtur,quandoquidem illuc tendit, vt per confeſsionem mutuum non probetur naturale, ad quod recipiendum fuit conſtitutus procurator,qui eo,quòd mandati fines rupit,minimè obligare potuit Principalem,nec illi præiudicium aliquod afferre, *d.l.cùm mandati,C.mand.*& in *l.ſi procurator 6. ff.de cond.indebit.*quam allegat *Alex.conſ.73.num.8.lib.6.* & dixit *Iaſon d.§.ſequens,d.num.14.* Quæſtio autem noſtra eſt,an quod de vno,ſcilicèt naturali mutuo diſponitur, in altero ſcilicet ciuili etiam probetur, quod non dicit *Bart.*

Quam ob rem fortius pro hac negatiua opinione ſtringet id,quod idem *Bart.* dicit in *l. omnes populi, num.62.ff.de iuſt. & iur.* quòd ſcilicèt ſtatutum loquens in caſu vero,non extenditur ad caſum, qui eſt idem ſecundùm iuris fictionem, non ſecundùm veritatem,& *Bart.*ſequuntur *ibi Addentes,*& tradit idẽ *Bart.in l.3.§.hæc verba,ff.de neg.geſt.*per quem *text.Bart.*dicit,quòd ſi ſtatutum diſponit ſuper veritate,non habet locum,ſi illa veritas inducatur per fictionem.

Sed neq; hoc *Bart.*dictum multum pro hac opinione vrget.Siquidèm magnum conſtituitur diſcrimen inter fictionem,& præſumptionem, & preſertim diſcrepant in eo,nàm præſumptio verſatur circà ea,quæ vera eſſe poſſunt,fictio verò fingit, ea vera eſſe,quæ vera non ſunt,ità, ſatiſq; doctè declarat *Menoch.de præſumpt.lib.1.quæſt.8.nu.9. & 32.* Cũq; *Bart.*loquatur de caſu formaliter vero, & de caſu, qui per fictionem eſt verus, ſecundùm autem veritatem eſt falſus,vera erit ipſius *Bart.* aſſeueratio, non tamen applicari poterit caſui noſtro, dùm verſamur in caſu preſumpto,& ſic in mutuo confeſſato, quod poteſt eſſe verum.

Non ergò firmum aliquod habemus, in quo poſſimus pedes figere pro huius quæſtionis reſolutione,tàm ſi affirmatiuæ, quàm ſi negatiuæ opinioni adhærere velimus,quid igitur faciendum?

Domini,in hac ſatis quidèm difficili quæſtione putarem,negatiuam opinionem, nedùm probabiliorem,ſed magis veram eſſe, quod deſumo ex *contex.Conſtit. Regiæ Maieſtatis prudentia,* quam huius *Regia Pragmaticæ* ſanctio renouat,ac obſeruari mãdat,quæ ſanè *Regni Conſtitutio* in propoſita contrà negantem debitorem accuſatione, veritatem tãtùm conſiderat,& expoſcit. ibi *In Curia veritatem confeſſus fuerit,*& ibi *Si autem veritatem debitor negauerit.* Cùmq; ex ijs,quæ ſuprà deduximus,ſatis conſtet,illud verum,& naturale mutuum dici,quod per numerationem factum fuit,confeſſatum autem,non verum,ſed præſumptum appellari, quod idem eſt dicere,quòd poſsit,vel non poſsit eſſe verum, ergò ſupradicta *Regni Conſtitutio,*quæ expreſsè in mutuo vero,& naturali loquitur, non debet ad mutuum confeſſatum,& præſumptum, quod poteſt non eſſe verum,extendi,nedùm quia ſtatutum ſtrictè,& propriè intelligendum eſt, proùt notant *DD. in l.conſtitutionibus,ff.ad municip.* & in *l.quicquid aſtringendæ, ff.de verb.oblig.& Alex. conſ.190.num.6.lib.2.* ſed etiam,quia in pœnalibus regulariter non fit extenſio,*l.cùm quidam,ff.de liber.et poſthum.*vbi *gloſ.* allegat mille concordantes, & *D.de Franch. deciſ.315. num.8.*poſt *Hyppol.de Marſil.conſ.71.n.15.*

Præterea id etiam confirmatur ex huius noſtræ *Pragmaticæ contextu,*qui poſt repetitam *Regni Conſtitutionem* contra negantes mutuum, depoſitum, vel commodatum; eam extendit contra negantes in iudicio promiſſionem,ſiuè ſtipulationem per ſe, de aliquid dando,vel faciendo factam, qui ſunt caſus indubitabiles,proùt non eſt mutuum confeſſatum,& præſumptum,contrà quod admittitur probatio in contrarium,tàm antè,quàm poſt biennium, iuxtà ſupradictam *Gloſſ.in d.§.vnico, in verſ.debere, Inſt.de liter.oblig.*

In omnem tamen caſum, vt huius *Pragmaticæ* contrauentioni,impoſitæq; pœnæ ſit locus,neceſſe eſt,vt interueniat dolus,& vera fraudandi creditorem callida debitoris machinatio, iuxtà ſupradictã *Conſtit.Regiæ Maieſtatis prudentia*, & *text.in l. vnica.C.de plus petit.et Alex.conſ.73.num.7.lib.6.* nàm ſi ſine dolo negaret,vel quia probabiliter poſſet creditum,ſeù debitum ignorare,erit excusãdus infelix debitor,argumento *text. l.quod venditor 38.* & *l.ſi oleum,§.fin.ff.de dolo.*

Io.Laganarius.

Nè quid in loco publico.
Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Publicum quot modis dicatur,remiſsiuè.*
2 *Licentia à Principe conceſſa,vt aliquis ædificet, vel quid noui faciat in loco,vel itinere publico, non mãdatur executioni,niſi priùs præſentetur Regio Magiſtro Portulano.*
3 *Commiſſarius non poteſt ſuam commiſſionem exequi, niſi priùs illam oſtendat Officiali in capite, exiſtenti in loco exequendæ commiſſionis, & ſi ſecùs faciat, poteſt capi,& caſtigari.*
4 *Reſcripta Principum ſemper intelliguntur, nè alteri præiudicium afferant.*
5 *Magiſter Portulanus abſquè Principis permiſſu nim poſſit de per ſe publicum locum concedere quoad dominium,vel proprietatem,vel ſolùm quòad ſimplicem vſum, & commoditatem.*
6 Tex.*in* §.ſi quis à Principe l.2.ff.nè quid in loco publico *pro declaratione aliqua remiſsiuè.*
7 *Mulctarum exactio eſt introducta etiam de iure communi contrà occupantes, & non mundantes vias publicas.*
8 *Via publica quæ dicatur,et quæ vicinalis, remiſsiuè.*
9 *Via publica ingrediens aliquam plateam non dicitur ampliùs via publica,ſed platea.*
10 . . . *quandò eſt impedita immunditijs qualiter ſit expurganda,et cuius ſumptibus.*
11 *Mulcta contrà occupantes,vel non emundantes vias publicas,non poteſt exigi,niſi ter in anno.*
12 *Locus publicus hic ponitur pro omnibus locis, ad cõmunem vſum populi deſtinatis, et huiuſmodi non ſunt in patrimonio Principis, ſed ad eius tantùm protectionem ſpectant.*

13 Prin-

13 *Princeps non debet se intromittere in locis publicis, nec de eis aliquid concedere absquè populi consensu, nisi concederet sine vsus publici incommodo, vel cũ magna causa.*

14 *Concessio eius, quod est vsui publico deputatum, sine causa non valet.*

15 *Priuilegium verum, vel præsumptum ex diuturnitate temporis non valet, nisi causa probetur.*

16 *Ciuitas an concedere valeat, vt ædificetur in vijs publicis, & muris, vel fossatis Ciuitatis, & quis possit permittere, vt ædificetur in locis publicis, & alia ad materiam.*

17 *Via publica, vel locus publicus si reperiatur ab aliquo occupatus, vel impeditus, tunc cuilibet de populo competit actio ad impedimentum tollendum.*

18 *Portulanus an, & quandò sua authoritate possit impedimentum tollere, vel destruere.*

1 PVblicum quot modis dicatur, vide apud *Sebast. Medic.* in 2. *opusc.* inorum *tract. volum.* 2. *num.* 4. cum *seq.* & declara hanc materiam, vt per *Bertaz.* 2 *cõs. crim.* 393. *vol.* 2. & nota, quòd licèt Princeps possit dare licentiam, vt aliquis ædificet, vel quid noui faciat in loco, aut in itinere publico, vt in *l.* 2. *§. si quis à Principe, ff. eodem.* Tamen hæc licentia non potest exequutioni demãdari, nisi priùs præsentetur Regio Magistro Portulano, ad cuius curam spectant hodiè loca publica, vt probatur in *l. si aliquãdo, in fin.* ibi, *intimãdis huiusmodi rescriptis, C. de oper. publ.* & in *d. §. si quis à Principe*, ibi, *non est concedendum*, ex quo *text.* cõclusiuè colligatur, quòd vltrà permissum Principis requiritur etiam concessio illius, ad quem spectet exequutio, ad idem est *text.* in *l. ea, quæ, C. de temp. in integr. restitut.* & notat *Iacob. Rebuff.* in *l.* 1. circà *princ. ver. hic est notandũ C. de apochis public. lib.* 10. pulcher *tex.* in *c. pastoralis, extrà de priuil.*

Quemadmodùm quilibet Commissarius non po-
3 test suam commissionem exequi, nec illius exequtionem inchoare, nisi priùs illam ostendat Officiali in capite, degenti in loco exequendę commissionis, vt in *§. eos autèm, qui*, in *princ.* in *auth. de collatorib. Barth. de Capua* in *pragm. Discordias*, in *fine*, sed contrariũ voluit *Bocr. dec.* 8 *Scagl. Rit.* 39. in *fin. Foller.* in *Const. Si quis clericus, num.* 11. vbi alios citat. Tu vide *Bouuill lib.* 2. *cap* 20. *nu.* 21. cum *seqq.* & *cap.* 11. qui concludit, quòd non ostendens potest capi, & castigari, & ratio est, quia Principis rescripta semper in-
4 telliguntur, nè alteri præiudicium pariãt, vt in dicto *§. si quis à Principe*, & ideò ad euitandum hoc præiudicium tertij necessarius est interuentus Portulani, qui in exequutione licentiæ Principis prospiciat, nè alteri damnũ inferatur, sed sine permissu Principis
5 Magister Portulanus nõ posset de per se concedere locum publicum, quia ei locorum publicorũ procuratio data est, non tamen concessio, *l.* 3. *§. planè. ff. quod vi, aut clàm*, quod est intelligendum de ea cõcessione, quæ transferret dominium, & proprietatẽ, nàm tali casu est habendus recursus ad Principem, qui quandòque remittit negotium ad Portulanum, vt se informet, & referat simplicitèr, quandòque vt referat cum voto, & Portulanus viso loco, & Complateariis auditis facit suã relationem, & super relatione Portulani fundatur Principis concessio, vel eius denegatio, sed quandò agitur de concessione simplicis vsus, & cõmoditatis alicuius loci publici, tunc potest concedere Portulanus de per se ad sui beneplacitum, & præstita cautione de relaxando, & reducendo ad pristinum ad omnem ordinem, & ità semper fuit practicatum, & quotidiè practicatur.

6 Pro declaratione tamen materiæ d. *§ si quis à Principe* videas *Menoch. præsumpt. 9. lib. 2. Peregr. de iure fisci, lib* 1. *tit.* 3. *num.* 21. & *lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 49. cum *seqq. Laurent. dec. Auenion.* 127. *num.* 11. cum *seqq. Claper.* in *centur. caus. fisc. caus.* 22. *q.* 1. & 2. omninò tamen non omittas *Reg. de Pont. cons.* 4. *nu.* 9. cum plurimis
7 *seqq. lib.* 1. & aduertas, quòd mulctarum exactio est introducta etiam de iure communi contrà occupãtes, seù non emundantes vias publicas, vt est *tex.* in
8 *l.* 3. *ff. de via publica*, sed quæ dicatur via publica, & quæ vicinalis, declarat *Barz dec.* 156. Verùm post-
9 quàm via publica ingreditur aliquam plateam, mutatur, & non dicetur ampliùs via publica, sed platea, *Bar.* in *l.* 1. *ff. de loco, & itin. publ. Cancer. lib.* 2. *var. re-*
10 *sol. cap.* 2. *num.* 92. & quandò via publica est impedita immunditijs, qualitèr sit expurgãda, & cuius sũptibus, docet *Aniles* in *cap. prætor.* 17. in *glos. eſſen limpias*, per *tot.* qui dicit, spectare ad officium Iudicis, quòd purgatio viæ fiat à dominis domorum, iuxtà viam litarum, quandò est momentanea, quatè-
11 nus protendit latitudo domus suæ, sed est notãdũ, quòd hæc mulcta nõ posset exigi, nisi ter in anno, vt est *tex.* in *l. fin. C. de mod. mulctar.* quem ad id in specie citat *Alber.* in *d. l.* 3. in *princ. ff. de via publ.*

Pro pleniori tamen declaratione materiæ est videndus *Greg. Tholos. syntag. iur. vniuers. lib.* 3. *c.* 13.

Et aduertas, quòd locus publicus in hac rubrica
12 ponitur pro omnibus locis, ad communem vsum populi destinatis, proùt sunt viæ publicæ, littora, & huiusmodi, quæ non dicuntur esse in patrimonio Principis, sed ad eius tantùm protectionem, & defensionem spectant, nè permittat, ab alijs occupari, vt tradit *Andr.* in *rubr. quæ sint regal.* propè *fin. vers. hoc non videtur obstare*, & in *cap.* 1. in *princ. num.* 1.
13 *quæ sint regal.* Adeò quòd Princeps non debet in eis se intromittere, nec de eis aliquid concedere, nisi cum consensu populi, qui, si non contradicat, per taciturnitatem censetur consentire, nisi concederet sine incommodo vsus publici, vel cum paruo incõmodo, ità idem *Andr. ibidem, num.* 2. per *totum*, vel nisi cum magna causa, *Andr. ibidem*, in *verb. flumina nauigabilia, num.* 67. *Muta* in *cap.* 9. *Regn. Sicil. num.* 31. *tom.* 1.

14 Adeò, quòd si reperiatur facta concessio eius, quod est vsui publico deputatum sine causa, nõ valet, ità *And.* in *l. Imperialem*, post *num.* 52. & propte-
15 reà subdit, quòd non valebit priuilegium verum, neq; præsumptum ex diuturnitate temporis, nisi probetur causa.

Sed an Ciuitas, seù Vniuersitas possit concedere,
16 quòd ædificetur in vijs publicis, & muris, seù fossatis Ciuitatis, latè explicat *Luc. de Penn. in l. pro ædibus C. de diuers. privat. urban. lib.* 11. dummodò sit Ciuitas libera, vbi etiam agit, quis possit permittere, vt ædificetur in loco publico, & est, Princeps, Senatus, & lex municipalis, & Ciuitas libera, non autèm Præses Prouinciæ, nec Locumtenens Regis, & alia tangit ad hanc materiam pertinentia *Moditius* in *§. Plebiscitum, dubit* 88. qui dicit, posse fieri statuto, *Gabed. decis. Lusitan.* 18. vbi plenissimè, *par.* 2. *num.* 7. vbi ait, Principem posse concedere.

Quòd si via publica, aut alius locus publicus re-
17 periatur ab aliquo priuato occupatus, vel etiam impeditus, tunc competit actio cuilibet de populo, vt illud impedimentum tollatur, & remaneat locus ad communem vsum, ità optimè fundat *Bertrand.*
18 *cons.* 334. *vol.* 3. *par.* 1. Et ipse Portulanus posset sua authoritate illud impedimentum tollere, & destruere, quandò impedimentum est tale, quòd non posset

amoueri ſine læſione, at quandò poteſt amoueri ſine læſione, tunc non debet illud deſtruere, vel deteriorare in præiudicium Domini, & ſi facit, tenetur, benè tamen poteſt facere amoueri ſine læſione, ità *Paul. de Caſtr.* in *l. lectos, ff. de peric. & commod. rei vend.* per illum *text.* & per *text.* in *l. ædiles, verſ. current, in fin. ff. de via publ.* ibi, *ædiles autem damnificent ſecundum legem, & quod factum eſt, diſſoluant,* & ea, quæ non poſſunt amoueri ſine læſione exemplificat in muro facto in via publica *l. 2. §. ſi quis à nemine, ff. nè quid in loc. publico.*

Hoc idem voluit *Aug.* in d. *l. 2. §. ſi quis à nemine,* vbi ait, quòd habens curam locorum publicorum, ſi compererit, ædificium factum in publico, quòd obſtat vſui publico, de facto illud debet deponere, non autèm recurrere ad alium Iudicem, & nota illud verbum, *de facto*, nam hoc verbum repetit *ibi Angel.* tribus vicibus. Alia ad hanc rubricam pertinentia habes apud *Greg. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 3. cap. 13. & 14. Bouadill. lib. 3. cap. 6. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. num. 266.* cum *ſeqq. Monach. deciſ. Bonon. 3.* vbi agit de via publica translata de vno loco ad alium, & de turbātibus album edictorum vide *Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 3. cap. 18.* qui *numer. 20.* dicit, grauiſsimè plectendos eſſe.

Nè quid in loco publico, Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Hiſtrionatus ars an de per ſe ſit mala, & nùm abſquè peccato poſſit ab Hiſtrionibus exerceri.*
2 *Hiſtrionibus moderatè ſubuenientes non peccant, ſed ſi quis ſuperfluè bona ſua in eos conſumat, & illos totaliter ſuſtinet, peccat. id tamen recipit ſubdeclarationem.*
3 *Hiſtrionibus res ſuas ſi quis donat, adeò hoc eſt vitium criminale, vt ſufficiat ad declarandum aliquem prodigum.*
4 *Clericus ſi per annum perſtiterit in exercenda arte Hiſtrionatus, ipſo iure priuatur omni clericali priuilegio.*
5 *Hiſtriones vti à ſacris Canonibus appellentur, & vndè originem illud nomen traxerit, remiſſiuè.*
6 *Hiſtriones, & alij ſi in eorum iocis vtantur veſte monachali in deriſum, exilij pœna afficiuntur.*

ATteſo, che per lo fare delle Comedie, &c.

Comediæ, & alia quæuis ludibria ab Hiſtrionibus in locis publicis recitari prohibentur, ſecùs autèm in domibus priuatorum. H. D.

Ex finalibus verbis huius pragmaticæ dùm permittitur in domibus priuatorum ars huiuſmodi Hiſtrionum, videtur, quòd ars Hiſtrionatus non ſit de
1 per ſe mala, & quòd ſine peccato poteſt ab ipſis Hiſtrionibus exerceri, & quòd vtentes talibus Hiſtrionibus non peccent, & hæc veritas eſt declaranda, prout declarat *D. Thomas Aquinas 2. 2. quæſt. 168. art. 3.* vbi ait, quòd officium Hiſtrionum, quod ordinatur ad ſolatium hominibus habendum, non eſt ſecundùm ſe illicitum, nec Hiſtriones ipſi ſunt in ſtatu peccati, dummodò moderatè ludendo vtantur, ideſt non vtēdo illicitis verbis, aut factis ad ludum, & non adhibendo ludum negotijs, & temporibus
2 indebitis, & illi, qui moderatè eis ſubueniunt, non peccant, ſed iuſtè faciunt, mercedem miniſterij eorū eis tribuendo, ſed ſi quis ſuperfluè bona ſua in tales conſumat, vel qui illos totaliter ſuſtentant, peccant, quaſi eos in peccato fouentes, & *D. Auguſt.* ſuper *Ioan.* ait, quòd donare res ſuas Hiſtrionibus, vitium eſt criminale, niſi forte Hiſtrio aliquis eſſet in extrema neceſsitate, in qua eſſet ei ſubueniendum, ità hęc omnia refert, & ſequitur *Goffred. de Caieta* ſuper *Ritibus Reg. Cam. Summ. rubr. de decimis, verſ. vt ad vberiorem veritatem. fol.* mihi 117. quod tu exactiùs declara cum *Ioan. Valer. in differen. vtriuſquè for. in verb. peccatum, differen. 25.* quandò Hiſtriones non tractant de rebus lasciuis, & turpibus, nec de prouocantibus ad peccatum.

Et circà illud, quod tradit *D. Auguſtin.* quòd donare res ſuas Hiſtrionibus eſt vitium criminale, ad-
3 das, quòd hoc adeò verum eſt, vt hoc ſolum vitium ſufficiens eſt, vt quis declaretur prodigus, & interdicatur ei adminiſtratio ſuorum bonorum, vt tradūt *Doctores* in *l. is, cui bonis, ff. de verb. obligat.*

Clericus tamen adeò curæ prohibetur, vt ſi quis
4 per annum perſtiterit in exercitio huius artis, ipſo iure eſt priuatus omni priuilegio clericali, iuxtà *tex. in cap. vnic. de vita, & honeſt. cler.* vbi Summus Pon-
5 tifex hos Hiſtriones appellat loculatores, ſeù Goliardos, & Buffones, ſed alij Canones appellant Hiſtriones, vt in *can. 1. 4. quæſt. 1. c. pro dilectione. de conſecrat. diſt. 2.* ſed vndè ſumpterit originem hoc nomen, docet *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.* circà *medium.*

Aduertant tamen huiuſmodi Hiſtriones, & alij
6 quicunquè, nè in eorum iocis vtantur veſte monachali in deriſum, quia plectentur pœna exilij, vt in *§. fin. in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.*

Nè quid in loco publico. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Portulani ad officium ſpectat cuſtodire portus, & litora, & omnia loca maritima Regni, nè aliquid extrahatur, vel immittatur ipſo inſcio, ac etiam inquirere de domanijs, morticijs, & excadentijs, ſpectantibus ad Regiam Curiam, & ſub domaniorum appellatione quæ comprehendantur.*
2 *Locorum publicorum appellatione quæ contineantur.*
3 *Locorum publicorum proprietas eſt publica, cùm nec etiam Princeps illorum dominium habeat, licèt eorum vſus ſit communis omnibus.*
4 *Locorum publicorum vſus non competit alicui iure proprio, nec iure ſeruitutis, ſed tantùm iure Ciuitatis.*
5 *Arena immitti, vel aliquid aliud immutari, attentari, vel innouari, nedùm in publico, ſed nec etiam in ſuo proprio loco non poteſt quod via publica, vel loco publico nocumentum afferat.*
Foſſam facere in proprio fundo, vt aqua ibi collecta in viam decurrat, nemo poteſt.
7 *Ædificare nemo poteſt in ſuo, vt aqua in via collecta reſtagnet.*
8 *Scalam, vel gradum etiam in proprio pariete quis facere prohibetur. quandò nocet, vel poteſt nocere in via publica.*
9 *Publicè intereſt, ſine metu & periculo per itinera cōmeari, hinc contrauentēs multatur, non expectato quòd indebitè poſitum noceat.*
10 *Magiſter Portulanus habet curam prædictorum, & etiam*

Digitized by Google

etiam,vt viæ publicæ mundentur,multa indicta his,qui non emundauerint.

11 . . . *nedùm potest multare eos,qui immittunt aliquid in loca publica, sed etiam ex officio, & de facto potest deponere omne immissum in publico absq. ordine,vel immittenti facere præceptum, vt amoueat,vel restituat.*

12 *Magistri Portulani cura est,nè quod semel positum est in loco publico,reficiatur,& quarè.*

13 . . . *cura est,nè permittat in vijs rixari.*

14 *Magistri Portulani commodo cedunt multæ omnes, & pœnæ impositæ contrauenientibus.*

15 *Locorum publicorum cõmunis vsus non potest à quolibet propria authoritate occupari,cùm sit necessaria licentia Magistri Portulani,& nu.18.*

16 *Locorum distributio in spectaculis cuius sit ministerium.*

17 Text.*in* l.3.§.planè,ff.quod vi,aut clàm *intellectus.*

19 *Pergulæ in locis publicis an erigi prohibeantur,& an in illis erigendis requiratur Portulani licentia.*

20 *Magistri Portulani huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis licentia in quibus requiratur, & quanta sit eius authoritas.*

21 *Magistri Portulani licentia tunc conceditur, quando id,quod est faciẽdum,nemini affert damnũ,vel iniuriam,nec vsui publico incommodum, idque per visuram loci considerari,& cognosci poterit.*

22 *Magister Portulanus pro accessu singulis vicibus exigat sportulas suas secundùm distantiam locorum.*

LI anni passati, &c. Occupantes loca publica,siuè venditores,siuè redemptores sint rerum comestibilium, seù supellectilium, vel etiam Incãtatores mulctentur pœna hic statuta,applicanda Magistro Portulano,ac etiam Electis Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis in rebus concernentibus contrauentionem ipsorum bannorum.H.D.

1 Nota hîc,quòd disponitur de pœna applicanda Magistro Portulano,cuius officium satis plus continet in latitudine,quàm in longitudine.

Nàm principaliter ad hoc officium spectat custodire portus,& littora, omniaquè loca maritima Regni,nè indè extrahatur,aut in illud aliquid immittatur,ipso inscio,vt reassumit *Marin. Freec. de feud. lib.1.tit.de offic. Admirati maris,n.21.*cũ *seqq.*& constat ex *cap. Regn.*2.quod incipit,*Vt illorum fraudibus & c.seq.*incip.*Super extractione.*

Item ad idem officium spectat inquirere de domanijs,morticijs,& excadentijs spectãtibus ad Regiam Curiam,vt in *cap.Regn.*64.incip. *Item cùm inquirere,* sub quorum domaniorum appellatione cõprehenduntur viæ publicæ, itinera publica, plateæ publicæ, & omnia loca publica, siuè vibana, siuè rustica,vt in *rubr.ff.de via publica,* & in *rubr. ff. nè quid in loco publico,*item flumina perennia, siuè nauigabilia,siuè non,*tot.tit.ff.de fluminibus,*& in *vsibus feud.in cap.1.quæ sint regal.*

Et appellatione locorum publicorum continen-
2 tur arcæ,insulæ,agri,& reliqua enunciara per *Iurisc.* in *l.*2.in *princ.verſ.public. ff.nè quid in loco publico.*

Qua quidèm iurisdictione Magistri Portulani talitèr in genere fundata,vt ad magis particularem cognitionem illius deueniamus infrascriptas mihi constituo conclusiones.

Prima est conclusio,quòd viæ, plateæ, & quæ-
3 cunq; appellatione loci publici continentur, licèt omnia quòad proprietatem sint publica,nàm nemo illorum dominium habet,nec etiam ipse Princeps, vt tradidit *Andr.in rubr.quæ sint regalia,* propè *fin. verſ.hoc non videtur obstare,*& in *cap.1.in princ.n.1.* & 2. eiusdem *rubr.* pertinent tamen ad vsum omnium,qui & communis est omnibus,*l.1. ff.de loc. & itiner.publ.*

Secunda est conclusio,quòd hic vsus non compe-
4 tit alicui iure proprio,scilicèt, vt quasi re propria quis vtatur,*l.2.verſ.loca enim publica,ff.nè quid in loco public.* nec etiam quasi iure seruitutis, iuxta *glos. ibidem,*in *verb.cuiusquè,* sed competit iure Ciuitatis,ità vt tantum iuris quis habet ad obtinendum, quantum quilibet ad prohibendum,vt in eodẽ *verſ. loca enim publica,* & hoc adeò verum est, vt nec tantisper quidèm possit aliquis immorari in via,aut platea publica causa commercij, aut alterius vsus proprij, vt expressè est dispositum propè finem huius pragmaticæ,& est de iure communi, vt constat ex traditis per *Bart.& Florian in l. qui scilla, ff. de seruitut.rustic.prad.Bar.cons.*135.*lib.*1. *Molin.de retent.num.*386.

Tertia est conclusio,quòd nemo potest aliquid
5 attentare,aut innouare,nedùm in publico,sed nec etiam in suo proprio,vt ex eo aliquod nocumẽtum viæ,aut loco publico afferatur,& ideò in via publica nõ potest immitti arena,nec aliquid aliud immutari,*l.1.in fin. ff.de via publica,l.2.verſ.errent ff.eodẽ,*
6 item etiam in proprio fundo non potest quis rollam facere,ità vt aqua ibi collecta in viam decurrat, *l.2.* §.*si quis à nemine in fin. ff. nè quid in loco publico,* &
7 eodem modo nemo potest etiam in suo ædificare, vt aqua in via collecta restagnet, *d.l.2.* §.*idem Labeo*
8 *scribit,in princ.* Nec potest quis facere scalam, aut gradum etiam in proprio pariete, quandò nocet in via publica, *d.l.2.* §.*si quis in suo,* & *ibi Bart.* latiùs *Franc.Marc. q.*595.*num.*2. *par.*1. nedùm quandò actualitèr nocet,sed quandò posset nocere in futurum,vtputà quia aliquid positum,aut proiectum sit, cuius casu nocere posset transeuntibus, *l.si verò plures.*§.*prætor ait,ff.de his,qui deiecer. vel effuder.*
9 nàm publicè interest,sine metu,& periculo per itinera commeari,*l.1.*§.*1.ff.eod.tit.* & vt contrauentes multetur,& coerceri possit,non expectatur,quòd id, quod indebitè positum est,cum effectu noceat, sed statim coercetur,siuè nocuit,quòd positum est, siuè non, *d.l.si verò plures,* §.*prætor ait, verſ.coercetur.*

Quarta est conclusio,quòd cura,nè aliquid istorũ
10 fiat,spectat ad Magistratum ad hæc deputatum, prout est ipse Magister Portulanus, *d.l.2.* §.*si quis à nemine,*propè *fin.verſ.horum enim cura, ff. nè quid in loc.publ l.*3.*verſ.curent ff de via publica,*& ad eundẽ pertinet cura, vt viæ publicæ mundentur, etiam multa indicta his,qui non emundauerint, illas, d. *l.* 3. *verſ.studeant,lo primo, ff.de via publica.*

11 Quod adeò verum est,vt possit nedùm multare eos,qui immittunt aliquid in loca publica,vt suprà, sed etiam ex officio,& de facto deponere quicquid reperit immissum in publico absq; aliquo ordine processus,vt est *tex.*in *d.l.*2.§ *si quis à nemine,*in *princip.* vbi *glos.* in *verb.deponere, ff.nè quid in loc.publ.* & in *l.ædiles,verſ.curent* in *fin.*ibi *ædiles autem damnificẽt secundùm legẽ,& quod factũ est, dissoluant, ff de via publica,*tradit *Ang.*in *d l.*2.§.*si quis à nemine,*& *Paul. de Cast.*in *l.lectos,*per illũ *tex.ff.de peric & commod. rei vẽd.*sed si nolit fic de facto deponere,poterit facere præceptũ ei,qui fecit,aut aliquid factũ habet in publico,vt illud restituat, *d.l.*2.§ *idem Labeo scribit, verſ.prætor ait,quòd in via publica, & verſ. & pro vtile interdictum,ff nè quid in loco publicò,Odofr.* in *l.*

prætor ait,§.hoc interd.ſtum,propè *finem,ff.nè quid in loco publico,Angel.ibidem*,& reſtituere dicitur, tàm reponendo,quod ſublatum eſt à via publica, quàm tollendo,quod in ea factum eſt,*d.l.2.§.ſin. verſ. reſtituat*,inquit,& hoc etiam ſi ſit ædificatum in publico ab Eccleſijs,vel Eccleſiaſticis perſonis, *Bouadill. lib.2.cap.18.num.137.*idem ſi immunditiæ ſint proiectæ a domibus Clericorum,idem *Bouad.ibid.num. 250.306.Villadi.g.polit.cap.5.§.27.nu.124.141.& §. 28.nu 27.*

Quinta eſt cõ. luſio,quòd eiuſdem Magiſtri Portulani cura eſt, nedùm vt ab initio aliquid noui in
11 loco publico non ponatur,ſed etiam, nè quod ſemel poſitum eſt,reficiatur,*d.l.2.§ ſi quis, quod in publico, ff.nè quid in loco publico*,poſſet enim quis ſub colore refectionis dilatare,producere,deprimere,extollere, extendere,aut exagerare vltra id, quod ſemel ſibi conceſſum fuit,quod non eſt permittendum,*l.3.* propè *finem,verſ.reficere,ff.de itin.actuq; priu.l.1.§.ſed ſi quis terrenum,ff.de riuis.*

Sexta eſt concluſio,quòd eiuſdem cura eſt, nè per-
13 mittat figi in vijs,*l.3.in fi.verſ.non permittant, ff. de via publica.*

Septima eſt concluſio,quòd omnes contrauenientes ſingulis annotatis in ſupradictis concluſionibus
14 ſingulis vicibus coercentur, & mulctantur ab ipſo Magiſtro Portulano, ad cuius commodum cedunt mulctæ omnes,& pœnæ,vt eſt *text.* de iure communi in *d.l.ſi verò plures,§.prætor ait, verſ.coercetur, ff. de his,qui deiecer.vel effud.*tradit expreſsè *Bald.* in *l. lectos,verſ.nota argumentum,ff.de peric. & comm.rei vend.*& de iure Regni eſt expreſsè ſtatutum in hac pragmatica, & conſtat etiam ex bannis emanatis prævio decreto Regiæ Cameræ, cum appoſitione pœnę vnciarum quatuor pro qualibet vice, quæ pœna eſt etiam expreſſa in hac pragmatica.

Octaua eſt concluſio, quòd ille communis vſus,
15 qui comperit omnibus locorum publicorum, vt dictum eſt ſuprà in ſecunda concluſione, non poteſt à quolibet paſſim authoritate propria occupari, ſed neceſſaria eſt conceſſio,& licentia eius,cui publicarum viarum cura eſt,prout eſt ipſe Magiſter Portulanus,& ab eo eſt petenda,& obtinenda, vt probat *text.*in *l.fin.in fin.ff.de cloacis*,vbi *gloſ.fin.*in *fin.*quam ſequitur *ibi Bart.& Angel.* notat, quòd ipſe ſolus poteſt talem licentiam concedere abſquè conſilio maiorum Magiſtratuum,hinc eſt, quòd in publicis
16 ſpectaculis non cuilibet licebat locum præoccupare,ſed diſtributio locorum,vbi ſederent Spectatores erat diſtinguenda per Officiales ad id deputatos, qui Deſignatores nuncupabantur, vt probat *text.* iuncta *gloſ.in l.Athletas,*in *princ.ff.de his, qui notant. infam.*ſubijens *ibi Iuriſconſ.*quòd hi miniſterium, nõ autèm ludicram exercent, & quòd hoc officium etiam tunc non pro modico beneficio à Principe dabatur.

Neque huic concluſioni obſtat *text.*in *l. 3. §. pla-*
17 *nè,ff.quod vi,aut clàm*,vbi diſponitur, quòd Procuratori Reipublicæ licèt publicorum locorum procuratio data ſit; conceſſio tamen ei non eſt data: nàm hic *text.*loquitur de ea conceſſione,quæ transferret dominium, & proprietatem,non autem de ea conceſsione,quæ concernit ſimplicem vſum, ſeù potiùs diſtributionem illius vſus, quem quis habet in loco publico,vltrà quòd etiam ſi ille *text.* loqueretur de conceſsione ſimplicis vſus,non procederet, quandò alitèr ſe haberet conſuetudo,vt idem *text.* in *fin.*aperit,iuncta *gloſ.*in *verb.municipalis.*

Quæ quidem concluſio inde fortiùs comproba-
18 tur,nàm aliàs ſi cuilibet de populo permiſſa eſſet occupatio locorum publicorum authoritate propria abſq. licentia Magiſtri Portulani, ex concurſu plurium in præoccupatione vnius loci daretur materia rixandi,& delinquendi,& tamen præcipua cura ipſius Magiſtri Portulani eſt euitare,nè rixetur in vijs, vt in proxima præcedenti concluſione traditum eſt.

Nec me latet,*Auendan de exequ.mand.Reg. lib.1. cap.19.num.39.verſ.& iſtam*,fuiſſe in opinione, occupationem viæ publicę temporalem, & non perpetuam,putà vt dùm ad conſtituendum aliquod ædificium reponuntur in via lapides, & rudera ad tempus,eſſe à Iudice tolerandam, ſed nihil officit huic concluſioni,immò potiùs illam confirmat,quia ſi Iudex debet tolerare,ergò poteſt, & debet licentiam impartiri,ſed quatènus in *verſ.ſeq.*ſubnectit, id poſſe fieri ſine Iudicis licentia:aduerto, quòd ipſe citat *Io.Fabr.*in *§.item.Inſtit.de lege Aquil.* qui *Faber* nec in Codice meo,nec in alijs,quotquot perquiſiui, dicit,id poſſe fieri ſine licentia,ſed tantùm dicit, quòd coopertores domorum apponunt ſignum in vijs publicis,vt innoteſcant tranſeuntibus, & poſsint ſibi cauere,& verbum nullum *ibi* de licentia, ergò dùm eſt omiſſum, debet potiùs intelligi cum licentia, & ſic concurrentibus terminis habilibus,quàm ſine licentia.

Item dùm idem *Auendan. ibidem,verſ.item limito*,dat aliam limitationem, quandò ſcilicèt viæ publicæ,vel plateæ occuparentur cum pergulis, quibus vendentes vtuntur, vt ſe tueantur à vento, & pluuijs, & allegat *Bald in l.baſilicam,C.de oper. publ.*
19 Aduerto,quòd *Bald.ibi* non dicit, quòd huiuſmodi pergulæ non poſsint prohiberi,ſed tantùm,quòd de conſuetudine in eo foro vendentes ponunt pergulas non affixas,& dùm fundat ſe in conſuetudine, præſupponit contrarium de iure, prout plenè conſtat *tot.titul.ff.nè quid in loco publico*,& præſertim in *l.2. in princ.verſ.cùm quidam velum*, & ideò *Auendan. ibi* aduertens hoc,non dicit,in his pergulis non requiri licentiam,ſed tantùm ſubdit, quòd has pergulas debet omninò Iudex tolerare, quod idem eſt,ac ſi dixiſſet, quòd debet licentias impartiri pro his pergulis erigendis, & ità ſeruat Magiſter Portula-
20 nus Neapolis:nàm per ſuas licentias permittit,quòd in Foro magno huius Fideliſsimę Ciuitatis omnes venditores ſupellectilium, qui non poſſunt habere proprias apothecas,nequè conductas intus Ciuitatem, habeant has pergulas amouibiles, quę de mane eriguntur,& de veſperi tolluntur. Eodemq. modo intelligendum eſt id, quod diſponitur in *l.3.in fine,verſ.ſtudeant autem,ff.de via publica*, quatènus *ibi* permittitur,vt Fullo poſsit ponere veſtimenta ad ſiccandum antè ſuam officinam,ſiuè apothecam, & Rector,qui eſt Faber lignarius, iuxtà expoſitionem *Alciat.lib.2.prætermiſſ.tit.de via publica*,poſsit ponere trochos,& rotas ex parte exteriori,nàm hoc intelligitur,vt hi,non propria authoritate id faciant, ſed mediante licentia Officialis, qui debet illam impartiri,quod manifeſtè probatur in ipſomet *text.* nàm prius *Iuriſconſ.* ponit regulam, quòd Aediles ſtudeant,vt antè ergaſteria, quæ ſunt officinæ Fabrorum,nihil ponatur, ab hac regula ſtatim excipit Fullonem,ſi veſtimenta ſiccet,& Fabrum lignarium, ſi exteriùs reponat rotas.Certè,vt exceptio cõgruat regulæ,& ei adapterur. eſt declaranda, vt licèt regulariter omnibus prohibere debeat, his tamen debeat permittere,quod paulò inferiùs idem *Iuriſcõſ.* declarat, dùm quaſi limitando illam exceptionem,

incon-

incontinenti ſubdit, *non permittant autem vixari in vijs*, ergò ipſe Officialis debet permittere, & ſic ab eo eſt petenda licentia, iuxtà regulam, de qua in *d.l. fin. in fin.* cum ſua *gloſ. ff. de cloacis*, & hanc licentiam propriè importat illud verbum, *permittere*, vt multis probat *Aldouin. conſ.* 48. *num.* 18. quæ omnia pulchrè comprobat *Henning. Arniſæus de iure Maieſtatis c.* 3. *per tot. lib.* 3.

Nona eſt concluſio, quòd huiuſmodi licentiæ ta-
21 liter concedi debent, vt quod faciendum permittitur, ità fiat, vt ſinè cuiuſquè iniuria, aut damno fiat, *l.* 2. §. 1. *verſ. meritò*, *ff. nè quid in loco publico*, & ſine incommodo vſus publici. *Andr. in cap.* 1. *quæ ſint regal. nu.* 2. *per tot.*

Et hinc fit, vt ad euitandum iniuriam, & damnum aliorum, ac incommodum vſus publici, hæ licentiæ non paſſim conceduntur ad ſimplicem petentium nutum, ſed facto prius acceſſu in rem præſentem pro viſura loci, & reperto, quòd id, quod fieri petitur, nemini affert damnum, vel iniuriam, nec incommodat vſum publicum, conceditur licentia petita ad ſuum beneplacitum, & adhùc in ea apponitur expreſſa clauſula, *dummodò non officiat vicinis*, ſin autem contrarium appareat ex viſura loci, omninò denegatur.

Decima, & vltima concluſio ex proxima præce-
22 denti reſultat, vt quia in tali acceſſu verſatur labor corporalis, & nemo cogendus eſt propriis ſumptibus laborare, *l. quoniam liberi, & ibi glo. in verb. ſumptus, C. de teſtibus*, & labor, & pecunia recipiunt diuiſionem *l. Seia in princ. in final. verb. ff. de ann. legat.* meritò introductum ſit, vt pro huiuſmodi acceſſu Magiſter Portulanus ſingulis vicibus exigat ſuas ſportulas iuxtà diſtantiam locorum, & huiuſmodi ſportulæ ab eo exiguntur tanquàm dirictus, & emolumenta, ad ſuũ officium ſpectantia, & pertinentia.

De Notarijs. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Notariorum creatio eſt de Regalibus.*
Sed an ſit communicata Baronibus, & n. 2.
3 *Notarius licèt non poſſit creari, niſi à Rege, vel Imperatore, non tamen per hoc dicetur Magiſtratus.*
4 *Notarius ſi efficiatur Iudex ad contractus, vel Monachus an poſſit ampliùs exercere officium Notarij, & num.* 5.
Notarius, Tabellio, Tabularius, & Seruus publicus quemodò inter ſe differant.
Notarius vndè dicatur, & de quo iure eſt introductum illius officium.
De iure communi appellatur Cartularius.

1 AD huius Rubricæ intelligentiam id ſufficiat adnotaſſe, quòd creatio Notariorum eſt de Regalibus, vt tradit *Andr. in l. Imperialem*, §. *ſcriba, in fine, de prohib. feud. alien. per Feder.* & in *cap.* 1. *in verbo ad iuſtitiam expediendam, num.* 68. *quæ ſint regal.* &
2 in *Conſtit. In locis domanij*, quæ quidem poteſtas creandi Notarios an ſit communicata Baronibus,
A annuit *Capyc. in d.* §. *ſcriba in* 6. *concluſione, in fine*,
3 & licèt Notarius non poſſit creari, niſi à Rege, vel Imperatore, non tamen propterea dicetur Magiſtratus, vt probat idem *Andr. d. verb. ad iuſtitiam expediendam, num.* 65. *& ſeqq. quæ ſint regal.* Notarius tamen in hac materia decitionem *Andr. ibid num.* 69. dùm ſequendo opinionem *Andr. de Barulo*, quem ipſe modernum appellat in *l. iubemus*, *C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. vult, quòd ſi Notarius efficiatur Iu-
4 dex ad contractus, non poterit ampliùs exercere officium Notarij, de qua quæſtione agit etiam *Luc. de Penna l.* 1. *C. de primicer. lib.* 12. Cuius totum contrarium obſeruatur Neapoli, vbi omnes Notarij fe-
rè ſunt Iudices ad contractus, vt dixi in *pragmat.* 2.
5 *ſuprà de contractibus.* Verùm tamen eſt, quòd ſi Notarius efficiatur Monachus, non poteſt ampliùs exercere officium Notarij, iuxta *gloſ. in cap. vt officium*, §. 1. *in verb. præmiſſa, de hæret. in ſexto*, quod declara ſecundùm *Conarr. pract. quæſt. cap.* 19. *num.* 8. *verſ. Monachus, Carol. de Graſſ. effect. cleric.* 8. *num.* 15. *Belleti. diſquiſit. cler. part.* 1. *tit. de diſcipl. cleric* §. 29. quia poterit compiere, & ſignare inſtrumentum antè monachatum ſcriptum in prothocollo, *Barboſ. in*
B *cap. ſicut, num.* 4. *extr. nè cler. vel monac.* & quid differat Notarius à Tabellione, Tabulario, & Seruo publico, qui videntur ſynonima, docet *Parlador. differ. quotid.* 45. Tabellio eſt officialis, qui munere publico inſtrumentis rogandis præficitur, Notarius, qui ab alio dictata literis excipit. Tabularius eſt, ad cuius officium ſpectat publicas confitere rationes. Seruus publicus à municipibus conſtitutus, vt abſentium nomine ſtipularetur, & vndè dicatur Notarius, explicat *Caluin. in verbo Notarii*, poſt *Spieg. in lexico*, *Cho. Kier de iuriſdict. in exemp. tom.* 2. *part.* 1. §. 8. ſeù potiùs in *Schol. ad Conſt. Concilij Lateranenſ.* §. 3. *in princ.* ſcilicèt à notando. Nec puto, quòd officium Notarij ſit introductum de iure Regni; nàm etiam de iure communi vigebat, vt in *rubr. C. de Numerar. Actuar. & Cartular. lib.* 12. nàm appellabantur Cartularij, vt in *l. nulli, eod. tit. l.* 3. *C. de canon. largition. lib.* 10. *Cuiac. l.* 2. *C. de petit. bon. ſublat. lib.* 10.

ADDITIO.

A COntrarium ſubſtinet *Afflictus in Conſtitutione In locis domanij, num.* 5. niſi ex priuilegio, vel immemorabili præſcriptione Baro poteſtatem hanc creãdi Notarios haberet, vt *n.* 6. *et* 7.
B Idem probat *Specul. lib.* 4 *par.* 3. *titul. de ſtat. monacor. num.* 32. *Bar. in l.* 2. §. *ſi pœnè, num.* 2. *ff. de tabul. exhiben. & Bal. in l. alienationes num.* 4. *ff. famil. erciſc.*

Idem ſi fiat Clericus, quia non poteſt inſtrumẽta inter laicos de negotijs laicalibus recipere, *Specul. de inſtrum. edit.* §. *reſtat, num.* 27. Vel conſtituatur in ſacris, idem *Spec. in dicto titul. de ſtat. monacorum, num.* 32.

Sicuti nec Notarius creatus à Rege poteſt de negotijs ſpiritualibus ſe intromittere, idem *Specul.* ſub *d. n.* 27. *de inſtrum. edit. Hier. Gabr. commun. concl. lib.* 1. *tit. de fid. inſtr. concl.* 1. *n.* 7. *Boer. deciſ.* ſeù *q.* 242. *num.* 4. & *Peguer. dec.* 146. *nu.* 2.

Notarius autèm Apoſtolicus an poſſit in hoc Regno inſtrumenta de rebus temporalibus facere, *Afflict. in Conſt. Inſtrumentorum robur*, ſub *num.* 22. dicit, quòd non, iuxtà opinionem *Andr. in Conſtitu.* prædicta, contra ſententiam *Lucæ de Penna in l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib.* 10. & ſic in pleno Conſilio Sapientum dicit fuiſſe deciſum, & *Afflict. & Andr.* ſequitur *Boer. in dicta q.* 242. ſub *dicto n.* 4. & *Annæ ſing.* 246.

Et an inſtrumenta in Regno per Notarium Apoſtolicum de temporalibus negotijs confecta liquidari poſſint via *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ*, *Annæ dicto ſing.* 246. negatiuam opinionem ſequitur, licèt dicat, quòd fidem faciãt in iudicio ordinario, quod Ego non admitterem, niſi teſtes examinarentur, &

deponerent contenta in instrumento, & tunc probationes non desumerentur ex instrumento, sed ex testium depositionibus, iuxtà doctrinam *Afflict. in Constitut. In locis domanij*, sub *n.* 15. *in fi.* quem sequitur *Boer. d. dec.* 242. sub *num.* 4. *vers. sed tamen coràm Iudice seculari.*

Hæc, quæ diximus de instrumentis confectis per Notarios Apostolicos, amplia etiam in testamentis, & codicillis, & quoad legata, in eis contenta, nam hoc est expresse prohibitum per *Regiam Pragm.* 2. *de contract.* licet *Afflict. in d. Const. Instrumentorum robur*, sub *num.* 23. dicat contrarium, eius tamen ratio est nimis generalis, nec eius dictum est admittendum, posset tantùm procedere in legatis pijs, & testamentis ad pias causas, quæ non requirunt tàram solemnitatem iuris ciuilis, cùm possit testamentum ad pias causas coràm Parocho, seù Confessario, & duobus, vel tribus testibus adhibitis fieri, iuxtà *text. in cap. cùm esses*, & in *cap. relatum, de testament.* Ergò tantò magis coram Notario, quæ est persona publica, & adhibita debita aliquali maiori solemnitate, qua contenta est *Summus Pontifex in dicto cap. cùm esses, & cap. relatum*, & ità deindè sibi contrarius concludit idem *Afflictus in d. Constit. Instrumentorum robur*, sub *n.* 36. *in fi.* & eum sequi videtur *Boer.* in relata *decis.* seù *quæst.* 242. sub *num.* 4. *d. ver. sed tamen coràm Iudice seculari.*

Amplia etiam in Notario ab Imperatore creato, vel ab alio quocunq. *Afflict. ibidem*, sub *num.* 21. quia hoc Regnum liberum est ab Imperio, prout latè probat *D. Regens de Pont. de potestat. Proreg. in tit. de triremibus, tit.* 11. *num.* 25. & 26. & idcò dicit *Afflictis* non est Notarius Regia authoritate factus, non potest contractum aliquem facere, etiam cum Iudice, & testibus, prout disponitur etiam per dictà *pragm.* 2. *de contractibus.*

Sed quid si Notarius factus sit Doctor, an desinat esse Notarius? quod non, dicit *Bald. in l. falsa demonstratio, §. sed & si cui, ff. de condit. & demonstrat.* vbi etiam *Paul. de Castro* sub *num.* 2. quia honor aduenies non mutat qualitatem personæ, vt inquit *ibi Bald.* & *Minad. in Const. In aliquibus, in ver. Comitum, & Baronum, num.* 50. dicit expresse, quòd Notarius creatus Doctor, non desinit esse Notarius, sicuti nec effectus Episcopus, & quòd ipse vidit instrumenta reassumpta per Episcopum Neritoni, vulgò *Nardò*, sed fortè *Andreas in cap. Imperialem, §. scriba, de probib. feud. alien. per Feder.* sub *nu.* 68. dicit contrarium, ibi *exercitium non, quia non potest duplici cingulo vti*, & hoc confirmari videtur ex *text. in l. vniuersos, C. de decur. lib.* 10. vbi Tabellio effectus Decurio abstinere se debet à Tabellionatu, & pro hoc faciunt etiam omnia tradita per eundem *Minad. ibidem*, & sub *num.* 51. ad fundandum, quòd Popularis, seù ille, qui est de plebe Populi (nàm de iure, Populi appellatione etiam Nobiles continentur, vt in *§. constat autem, Inst. de iure natur. gent. & ciuil.* ibi, *Nàm appellatione Populi.*) effectus Comes, non possit astringi ad munera popularia subeunda, quibus anteà functus fuerat, & præsertim ad curam habendum de funeribus Nobilium de sedilibus, seù plateis, nec ad recipiendum vestem lugubrem, & facem ceream, prout antiquis temporibus obseruabatur. Sed non sunt multi anni cùm egregius quidam Notarius, literis, ac probitate imbutus ad Sacerdotalem ordinem peruenit, & ad Doctoratus dignitatem ascendit, nec in debent propterea dedignari Doctores, si Notarios vident Doctoratus lauream adipisci, sicuti non dedignabatur antiquis temporibus Nobiles, ac Viri Patritij, Sedilium huius Ciuitatis honoribus gaudétes, Notariatus simul officium exercere. Rex nàmq; Rogerius generali lege edixit, vt Milites, & Notarij sint de nobili genere, ac prosapia orti, vt in *Const. Diuinæ Iustitiæ*, & in *Const. Constitutione præsenti*, sub *tit. de honore Militis, Iudic. & Notar.* Corrigendo antiquarum legum dispositionem, vt non posset vir Decurio Tabellionatus officium exercere, *l. vniuersos* 15. *C. de decur. lib.* 10. non alia ratione, dicit *ibi glos.* nisi quia publici dicebantur serui, & vile officium exercebant, *Ant. Hering. de fideiuss. cap.* 5. *num.* 274. *& seq.* non considerantes, quam sit Notarij officium expediens, vtile, & necessarium, cùm ad perpetuandum præsertim hominum gesta, & ad fidem promissà obseruandum fuerit inuentum. Hinc dixit *Bald. in l. instrumenta, num.* 1. *C. de fideicomm.* quòd Notarij officium est publicum, idest commune authoritate, & vtilitate, & proindè non immeritò Notarios Clarissimos appellat *Imperator in l. final. C. de aduocat. diuers. Iudic.*

Io. Laganarius.

De Notarijs. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Notarij matricula hodiè non est in vsu, sed tenetur expediri facere priuilegium sigillatum, & registratum in forma Regiæ Cancellariæ, de quo teneat fides authenticas.*

2 *Notarij officium si quis absq; priuilegio exerceat, & communiter ità reputatus, tanquam Notarius conficiat instrumentum, illud erit validum.*

3 ... *non potest creari homo vilis conditionis de iure Regni, quicquid secus sit de iure communi.*

4 *Notariatus qualitas non præsumitur, sed debet probari, at fallit in antiquis.*

5 *Notarius non præsumitur rogatus pro conficiendo instrumento, nisi in casibus hic expressis, & quandò præsumatur suum officium diligenter, accuratè, iustè, & fideliter exercuisse.*

6 *Notario asserenti de solemnitatibus requisitis in alienatione rerum minorum, & Ecclesiæ non creditur.*

7 ... *si omittat debitas solemnitates iuris in instrumẽto ab ipso confecto, tenetur ad interesse Partis.*

8 ... *si aliquid omittat, censetur per errorem omittere, non per dolum.*

Fallit in solemnitatibus omissis in testamento inscriptis.

9 ... *in exercitio sui officij quot modis peccet, et in quibus præsumatur contrà Notarium, remissiuè.*

10 ... *an possit addere, vel corrigere aliquid in instrumento ab ipso confecto.*

Notarius potest extendere clausulas cæteratas, & non cæteratas, quæ sunt de natura contractus, etiam post datam instrumenti copiam.

11 ... *an possit extẽdere abbreuiaturas, & si abbreuiatura differt ab exemplo extracto, cui sit standum.*

12 ... *non potest delegare Discipulum ad componendum instrumenta, & si fecerit, non vitiatur instrumẽtum, licèt ipse puniatur.*

13 ... *instrumẽtum semel reassumptum an possit iterùm reassumere absq; Iudicis decreto.*

14 *Notario an credatur de additionibus, vel glossis factis per ipsum in abbreuiatura instrumenti.*

15 *Notarius si conficiat instrumentum de bonis alienari prohibitis, saltem absq; certa solemnitate, an aliqua pœna plectatur, remissiuè.*

16 ... con-

16 ... *conficiens inſtrumentum de actu reprobato, quæ pœna puniatur, remiſſiuè.*

17 ... *vnius loci inſtrumentum in alio loco conficere nequit, ſi ſuum priuilegium ad illum non extenditur, niſi de licentia Domini illius loci, & quid de conſenſu Partium.*

18 ... *tenetur ad intereſſe Parti, ſi inſtrumentum celebratum ab eo non habente ibi poteſtatem, fuerit nullum declaratum.*

19 ... *qui in officio deliquit, an rogari valeat de alio inſtrumento, ſaltèm poſt obtentã gratiam illius delicti.*

20 *Notarij rogitus præteriti an habeant fidem, & quid de rogitu futuro.*

21 ... *vt de falſo puniatur, quæ indicia ſufficiant, remiſſiuè.*

22 *Scriptura priuata habens ſolam fidem, vel ſubſcriptionem Notarij an plenè probet.*

23 *Notarius nõ poteſt facere fidem, niſi de ijs, quæ coràm ipſo in actu, de quo rogatur, aguntur, cum in alijs nulla ei adhibeatur fides.*

24 ... *quam fidem faciat vti Notarius, & quam vti teſtis, remiſſiuè.*

25 ... *ſubſcribens ſe in apoca priuata, à teſtibus ſubſcripta, facit fidem vti Notarius.*

26 ... *vt inſtrumentum publicum conficere valeat, quot, & quæ requirantur.*

27 ... *excommunicatus an poſſit celebrare inſtrumenta ſaltèm infrà annum.*

28 *Ciuitates, in quibus Notariorum copia reperitur, quæ ſint, remiſſiuè.*

29 *Notariorum acta non niſi ab eorum ſucceſſoribus extrahuntur, & de iuramento Notariorum, quod præſtare tenentur, remiſſiuè.*

Notario affirmanti, interueniſſe teſtes, in inſtrumento deſcriptos, an ſit magis credendum, quàm ijſdemmet teſtibus, id expreſsè negantibus.

Notarius licèt non poſſit eſſe teſtis in teſtamento, vel inſtrumento pro ſua vxore, tamen poterit pro ea inſtrumentum conficere.

OFficium Notariatus, &c.

Notarij matriculentur, & non matriculati non exerceant. H.D.

1 Hodiè hæc matricula non eſt in vſu, ſed benè tenentur expediri facere priuilegium ſigillatum, & regiſtratum in forma Regiæ Cancellariæ, de quo teneant fides authenticas in valuis ipſorum Curiarum, vt in *pragm.5.& 6.infrà eodem*, ſed quòad fides
2 affixas in valuis nequaquàm obſeruatur. Si quis tamen abſq; priuilegio exerceat officium Notarij, & communiter talis reputatus tanquàm Notarius cõficiat inſtrumentum, erit validum, non obſtante
A defectu priuilegij, vt per *Fulu.Pacian.de probationib. lib.2.cap.21.*

Ad hanc tamen materiam eſt adnotandum, quòd
3 Notarius non poteſt creari homo vilis conditionis,
B vt per *Conſtit.Diuinæ iuſtitiæ, in fin.* cum *ſeq.* licèt ſecùs eſſet de iure communi, per *text.in l.vniuerſos, C.de decur.lib.10.* ad quod pro Notarijs eſt videndus *Tiraq.de nobilit.cap.30.num.6. & Couar.pract.quæſt. cap.19.num.5.verſ.& ſanè, Gutierr.lib.1.pract.quæſt. 137.* & Ego proprijs oculis vidi quodam priuilegium, in quo enunciatur quidam Notarius de Sedili huius Ciuitatis, qui eomet tempore, quo exercebat officium Notarij, gaudebat honoribus eiuſdem Sedilis, quod priuilegium eſt infrà centum quadraginta annos, & ex iuſta cauſa ſilentio prætereo no[illegible] ſed volui hoc tantùm attingere pro obſeruantia ſupradictæ *Conſtit. Diuinæ iuſtitiæ*, quæ prohibet, creari Notarios vilis conditionis.

4 Qualitas autem Notariatus non præſumitur, ſed debet probari, *Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.115.* niſi in antiquis, in quibus certum eſt, quòd præſumitur, *Coccin.deciſ.85.num.4. & 258.num.5.* & non præſu-
5 mitur rogatus de inſtrumento, quod ab ipſo ſcriptũ apparet, niſi adſint coniecturæ, ſi dixit publicaſſe, vel ſit clauſula, *actum, &c.* vel teſtibus præſentibus rogatis, vel Ego Notarius ſcripſi, vel ſi adeſt ſignum tabellionatus, quandò ſcripturæ reperiuntur pẽnès ipſum Notarium. Item ſi reperitur in libro rogationum, habente titulum inſcriptionis in principio, *Menoch.præſumpt.81.lib.2.* & quandò præſumatur diligenter, accuratè, iuſtè, & fideliter ſuum exercuiſſe officium, vide *Eundem præſumpt.77. lib.2.* & omnia verba prolata, & ſcripta in inſtrumento celebrato per Notarium, præſumuntur ab ipſis Partibus contrahentibus prolata, *Bald.in l errore*, circà *princ. C.de teſtament. Ruin.conſ.73.num.3.vol.5.* iterùm *Bald.in l.Imperator 8.in prima lectura, num.17. ff.de ſtatu homin.*

6 Sed eſt aduertendum, quòd Notario aſſerenti de ſolemnitatibus requiſitis in alienatione rerum minorum, & Eccleſiæ non creditur, *Benintend.deciſ.Bo-*
C *non. ſecunda*, quòd ſi Notarius omittat debitas ſolẽ-
7 nitates iuris in inſtrumento ab ipſo celebrato tenetur ad intereſſe Partis, *Ioſeph Ludou.deciſ.Lucenſ.13. num.67.* verùm hoc caſu eſt perpetuò memoriæ tra-
8 dendum, quòd omiſſio facta per Notarium præſumitur per errorem, & non per dolum facta, ità docet *Menoch.præſumpt.3.num.36.lib.5.* niſi eſſent omiſſæ ſolemnitates teſtamenti in ſcriptis, idem *Ludou. dict.deciſ.13.num.69.& ſequent.* & quomodò probetur error, vt poſſit corrigi, *Caſtill.controuerſ.quotid. lib.4.cap.6.*

9 Quot autem modis peccet Notarius in exercitio ſui officij, vide *Nauarr.in manual.confeſſ.cap.25.nu.*
52. & ſeqq. & in quibus præſumatur contrà Notarium, vel pro eo, vide *Sebaſt.Medic.de reg.iur.par.2. regul.2.ampliat.65.* & an poſſit audere, vel corrigere
10 aliquid in inſtrumento ab ipſo confecto, *Curt.iun. conſ.194.vol.3.* negat, quãdò datum fuit Parti, abſq; mandato Iudicis, nec conſtito de errore, ſeruato ordine iudiciali, quod latiùs explicat *Coccin.deciſ.Rotæ Rom.76.* vbi concludit, quòd Notarius poteſt extendere clauſulas cẽteratas, ac non cẽteratas, quæ inſunt de natura contractus, etiam poſt datam copiã inſtrumenti Partibus, & iterùm *deciſ.107. Gratian. diſcept.889. Greg. ſyntagm.iur.vniuerſ.lib.47.cap.42.* vbi plura de Notarijs, & *Mandell.conſ.10.vol.1. &*
11 *conſ.59.eodem vol.* vbi etiam habes, quòd poſſit extẽdere abbreuiaturam ante litem moram, vel exemplum extractum, & ſi abbreuiatura differt ab exemplo extracto, ſit ſtandum abbreuiaturæ, videas *ibi*, ſed an ſufficiat, ſi Notarius ſubſcribat exemplum inſtrumenti ab alio ſcriptum? vide eundem *Mandell. conſ.261.num.2.vol.2.* poſt *gloſ.in auth.de tabell.§.1. in verb.documentis, in princ.* vbi ait, quòd ibi eſt ar-
12 gumentum, immò lex expreſſa, quòd Tabellio non poteſt delegare Diſcipulum ad componendum inſtrumenta, verùm ſubdit, quòd ſi fecerit, non propterea vitiatur inſtrumentum, ſed Tabellio pœnam patitur.

13 Non autem Notarius inſtrumentum ſemel reaſſumptum poſſet iterùm reaſſumere, abſquè decreto
14 Iudicis, *Ioſeph Seſe deciſ.Aragon.83.* Et Notario nõ eſt credendum de additionibus, ſeù gloſſis factis per ipſum in imbreuiatura inſtrumenti, idem *Mandell.*

...cons.265.num.19. vol.2. sed *Bald. cons.*80. *vol.6.* ...natus, apparet apostilla ...nu Notarij, *Prosper Fasceto. cons.*34.*num.*16. dicit, credendum Notario,
16 si deponat se deleuisse. Et si Notarius conficiat instrumentum de bonis alienari prohibitis, saltèm absq; certa solemnitate, an puniatur aliqua pœna? distinguit multos casus *Menoch. de arbitr.iud.cent.6.*
16 *casu* 582. & de Notario conficiente instrumentum de actu reprobato, qua pœna puniatur, agit *Guid. Pap.decis.*433. *Andr.& Feudistæ in §.Notarium verò,de prohib.feud.alien. per Lothar.*

17 Et aduerte, quòd Notarius vnius loci non potest conficere instrumentum in alio loco,ad quem suum priuilegium non extenditur, vt per *Beroum cons.*89.
D *vol.*3.nisi de licentia Domini illius loci, vbi est celebrandus contractus,*Andr.in l.Imperialem*, §. *scriba*, *num.*26.*de prohib. feud.alien. per Federic.& in cap.*1. *num.*68.*quæ sint regal.*vbi etiam latè agit,quod de consensu Partium possit Notarius vnius loci celebrare instrumentum extrà illum locum absq; licentia Superioris,ex generali obseruatione.Quòd si ta-
18 le instrumentum celebratum à Notario non habente ibi potestatem fuerit nullum declaratum,tenebitur Parti ad interesse Notarius, ità tenet *Luc. de Penn.in l.*2.*col.*2.*in fin.vers.& similitèr, C.de nume-*
19 *rar.lib.*12.& Notarius,qui in officio deliquit, posset rogari de illo instrumento, saltim post obtentam gratiam illius delicti, non subrepticiam, *Bertaz.*
20 *cons.crim.*403.*vol.*2.& si Notarius sit condemnatus de falso,illius rogitus præteriti habent fidem, *Idem cons.*521.*num.*35. post *glos.in auth.de tabellionib.*§.1. *in verb. documentis*, quò verò ad rogitus futuros, *Præses de Franch.* affirmat in communitèr habito pro Notario *decis.*339.*in fine.& Bald.cons.*83.*vol.*6. admittit,à die commissæ falsitatis,vsquè ad diem la-
21 tæ sententiæ, & ad puniendum Notarium de falso quæ indicia sufficiant, vide *Ioseph.Ludou. decis. Lucens.*13.*num.*14. cum *seqq.* qui cum decem indicijs non posse condemnari pœna corporali concludit *num.*50.

22 An autem scriptura priuata, quæ habeat solam fidem, seù subscriptionem Notarij, plenè probet, *glosam l.*1.*in verb.inferenti,in fin. C.de apoc. publ. lib.*10. voluit, quòd non, per *text. in l.*2. *C.de conuenien. fisc. debitor. lib.*10. sed ille *text.* potiùs probat mihi cõtrarium, prout ad hoc propositum in specie illum expendit *Iaf.in repet.l.admonendi,num.*99.*de iurejur.*
23 Est benè verum,quòd Notarius non potest facere fidem,nisi de ijs, quæ coràm ipso in actu, de quo rogatur, aguntur, at in alijs, si non deponat vti testis parte citata, & præstito iuramento,nulla ei adhibetur fides,vt tradit *Abb.cons.*16.*num.*3.*lib.*1. *Valasc. consult.*89. *num.*3. vbi idem confirmando latè agit,
24 quam fidem faciat Notarius vti Notarius,& quam vti testis,*Cravett.cons.*240.*Ricc.collect.*242.*Gratian. discept.*825. *Gait.de cred.cap.*2.*tit.*8.*num.*2940. sed si
25 in apoca priuata à testibus subscripta Notarius etiam se subscribat,faciet fidem vti Notarius,prout resoluit *Gratian.decis.*104. item potest facere fidem de actis, de quibus fuit rogatus prædecessor in officio,si ipse est successor in eodem officio, *Coccin. decis.Rot.*53. & quatènus credatur Notario de scriptura per ipsum gesta, *Coccin.decis.*467.*num.*6.dicit, esse credendum, si asserit, instrumentum fecisse.
26 Quot autem,& quæ requirantur,vt Notarius possit conficere instrumentum publicum, explicat *Rebuff. in tract.nominat.* 10.*quæst. princ. in fin.* scilicèt facti commissio, rei cognitio, iuris permissio,& testium
27 præsentia,& rogatio.Et quid si Notarius sit excommunicatus, an possit celebrare instrumenta, saltèm intra annum? disputat *Andr.in cap.*1.*num.*35.*de statut.& consuet.contrà libert.Eccles.* post *glos.in cap.decernimus,in glos.fin.de sentent.excomm.in* 6.tu videas *Innoc.in cap.pia,de except.in* 6. *Io.Andr.in cap.auaritiæ,de elect.in* 6.*num.*3. *Panormit.in cap.veritatis*, *col.*8.*vers.& ampliando*, *extrà de dolo,& contumac. num.*63. qui concludunt, posse,antequam probetur excommunicatus, vel sit toleratus, & contrahentes nesciunt,aliàs contrà,*Coccin.decis.*455. vbi etiam de Notario bannito dicit,bannã nõ priuare Notarium.
28 Et dùm antè medium huius pragmaticæ fit mentio de illis Ciuitatibus, & Terris, in quibus reperitur copia Notariorum, vsq; ad numerum quinquenarium,vt scias,quæ sunt istæ Ciuitates,vide *Constit.*
29 *In locis domanij nostri.* Et nota,quòd Notarius non potest extrahere acta alterius Notarij, nisi sit de successoribus Notarij, qui acta confecit, *Caputaq. decis.*244.*num.*2.*lib.*2. *Mantic.decis.*206.*in fin. Rot. Rom.decis.*544.inter impressas sub nomine *Farinac. de anno* 1612. & in assumptione officij debet præstare iuramentum,quod plura continet,prout refert *Borrell.de Magistr.edict.lib.*1.*cap.*14.*num.*26. Cui tamen magis credendum sit, Notario affirmanti, an testibus negantibus, se interfuisse instrumento, in quo descripti fuerant à Notario? declarat *Mascard. de probat.concl.*1114.*Menoch.præsumpt.*79.*lib.*2.*Farinac.de falsitat.& simul.quæst.*158.*num.*187.qui arbitrio Iudicis remittendum esse ait *num.*199. vel in ciuilibus magis credendum Notario *num.* 202. & nota,quòd licèt nõ possit esse testis in testamẽto,seù instrumento pro sua vxore,poterit tamen conficere instrumentum pro vxore, *l.vxori*,& ibi *Bart. ff.de fals.*rationem differentiæ tradit idem *Bart. in l.si pater,ff.eod.*

ADDITIO.

A INstrumentum confectum ab eo, qui verè non erat Notarius, communitèr tamen habebatur pro Notario, validum est, *text.* est clarissimus in *l. Barbarius, ff.de offic.Prætor.* vbi *DD.*omnes.& *Paulus Castr.* notat in *l ad testium*, § *conditionem*, *num.*3. *ff.de testam. & Salyc. in l.*1.*n.*10.*&* 11.*C.de testam.* Idem puto in eo,qui verè erat Notarius,non tamen habebat priuilegium in forma valida, & sigillo Regiæ Cancellariæ munitum, iuxtà *pragm.*5.*&* 6. hoc eodem *tit.* Cùm hodiè Notariorum matricula non sit in vsu, nec minus appensio fidei eorum priuilegiorum in Valuis Curiarum obseruetur, vt testatur *hic Dominus Regens*,& palàm est omnibus.

Hoc tamen intellige, si instrumentum à putatiuo Notario, vel à non habente sufficiens priuilegium, confectum,sit verum,nàm si esset falsum,nulla de eo haberetur ratio, & puniretur conficiens, vti verus Notarius pœna mortis naturalis, statuta à *Regni Constit.Iudices,vbiq; locorum*,prout refert fuisse decisum per S.C. *D.de Franch.decis.*444. qui tamen loquitur in Notario putatiuo, & non vero,qui plura instrumenta falsa conscripserat, & eum refert *D.de Thoro in compend. decis. part.*1.*in ver.Notarius communitèr.*

Rursus declara, vt non procedat in eo, qui verè erat Notarius,non tamen habebat priuilegium,vel non erat registratum, vel sigillatum;nam huic Notario, qui sine priuilegio, vel imperfecto officium exercet, est tantùm falsi pœna, & alia arbitrio Protegis constituta, vt in *d.pragm.*5.*&* 6. hoc eodem *tit.*posito tamẽ, quòd instrumentum sit verum,nam

si esset

si esset falsum, procederet *Regni Const. Iudices vbiq; locorũ*, & decisio S.C. relata per *D.de Frãch.dec.444.*

Hoc ipsum subdeclara, vt procedat, si falsitas sit commissa in substantialibus, non autem in assertiuis, vel circumstantijs non necessarijs, & parui, vel nullius præiudicij, nam hoc casu non posset puniri, *Innoc. sing.41. & Henrich.Boer.* inter *singul. DD. in ver instrumentum, num.14.* Cùm Notarius non censeatur rogatus scribere verba narratiua, & præambula instrumenti, sed tantùm substantialia, vt dicit *Boer. ibidẽ*, & Nos notauimus suprà in *prag.1.de fals. vers. testes*, circa testes discordãtes, nõ in substantialibus, sed in circũstantijs, ex *Grãm.dec.60.n.16. & 17.* & alijs. Quod etiam tantò magis procederet, si non esset probatus dolus, qui necessariò debet probari, nàm falsitas nó potest committi absq; dolo, *Gramm. d.decis.60. num.7.* & in Notario potiùs præsumitur error, quàm falsitas, idem *Gramm.d.decis 60.num.6.*

B Pro huius probatione, atq; eorum, quæ suprà diximus sufficiat scire, quòd in Tabella, seù Notula indulgentiarum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ ad Plateam, vulgò *à piazza* huius Ciuitatis, à Summis Pontificibus concessarum intus eandem Ecclesiam affixa, adest authenticum cuiusdam antiqui Notarij, in hæc verba. *Ego Angerius Pappainsogna Nobilis Sedilis Montanee, Iudex, atq; Notarius Apostolicus, authoritate Domini Episcopi Nicolai testifico, &c.* quæ familia de Pappainsogna, honoribus dicti Sedilis gaudebat, & nunc est extincta.

C An autèm credatur Notario asserenti, in aliquo cõtractu fuisse Regium assensum expeditum? quod non, sæpè fuisse iudicatum testatur *Frecc. de subfeud. lib.2. quæst.25. per totam*, in qua id latissimè probat, eumq; citat *De Thoro in 1.p. compend. in ver. Notario an credatur, & partibus.*

Et quid in mandato procurationis, si de eo Notarius in instrumento testetur, fidemq; faciat, se illud vidisse, ac fuisse factum per manus talis Notarij, an credatur? latè tractat *Boer. decis.* seù *quæst.* 181. *Petrus Gerard. de Petrasancta in sing.39.* & tradunt *DD. in authent. si quis in aliquo, C. de edendo.* Vbi cæteri *DD.* tractant præcipuè quæstionem, si in vno instrumẽto fit mentio de alio instrumento priùs confecto, si credatur in hoc Notario asserenti, de qua præsertim agit *Paul. de Castro ibidem* sub *num* 2. 3. 4. & 5. & an necesse sit produci instrumentum prædictum relatum, & de quo fit mentio in altero instrumento, vltrà *DD.* in hac *auth. si quis in aliquo* vide *Boer. d.decis.*181. præsertim *num.*5.

D Infinitæ tractari possent quæstiones circa Notarios, & eorum officium; cùm tamen sint omnibus obuiæ, eas omitto, dicam solummodò, quòd cùm Notarius vasallus Baronis non possit instrumentum pro Barone stipulari, iuxtà *capit. Regni Ladislaus Dei gratia.*

Dubitari posset, an huius *Capituli* dispositio procedet etiam in Barone criminali, & affirmatiuam sententiam amplexus fuit *Marta voto Pisan.* 186. quem citat, & sequitur *Dom.de Marinis resol.quotid.* 280. vbi etiam tractat, quid in Affictatore iurisdictionis Baronalis, & an etiam procedat in habitante, seù incola in terra Baronis, *ibidem* per *Mart. & D.de Marinis*, & an *cap.* prædictum procedat, si instrumentum sit contra Baronem, *Afflict. in Const. In locis domanij.nu.15. & de Franch.decis.*118. *in princ.* & an in testamentis, quæ per Barones fiunt, vel in quibus Baro hæres instituitur, *De Marinis ibidem*, & quid in Notario, qui Actuarij officium exercet in aliqua Terra Baronis, an possit obligationes pẽ nès acta pro Barone stipulari, & affirmatiuam sententiam amplectitur idem *D.de Marinis, ibidem n.2.* ex *d.decis.de Franch.*118.

Io. Laganarius.

De Notarijs. Prag. II.

RERVM SVMMA.

1 *Prothocollum appellatur communitèr liber à quolibet Notario conficiendus cum solemnitatibus hic narratis.*
2 *Prothocolli ethymologia, remissiuè.*
3 *Instrumenti validitas, vel falsitas regulatur à validitate, vel falsitate prothocolli, & quid si de prothocollo dubitetur.*
4 *Pragmatica ista concordat cum dispositione iuris cõmunis.*
5 *Sollemnitas appositionis diei, mẽsis, & anni an requiratur in scriptura priuata.*
6 *Instrumentum an vitietur per omissionem, vel corruptionem indictionis, & num. 9. Vbi paritèr de anni omissione.*
7 *Notarius si in instrumento reliquerit spatium pro apponẽda indictione, vel scripsit hæc verba, videlicèt, indictione, &c. si malè illam apposuerit, an valeat emendare, remissiuè.*
8 *Indictio apposita si non conueniat anno, in eodem instrumento adscripto, an censeatur error in indictione, vel potiùs in anno, remissiuè.*
10 *Indictio quid sit, remissiuè.*
11 *Prothocollum an requirat subscriptionem ipsius Notarij, remissiuè.*
12 *Notarius an incidat in crimen falsi, si confecto instrumento de nocte, diem simpliciter inscribat, non facta noctis mentione.*
13 *Loci, in quo celebratur contractus, appositio an sit de substantia essentiali ipsius contractus.*
14 *Instrumentum non valet, si in eo omittatur annus Incarnationis Domini.*
Instrumenti aliquot requisita recensentur.
Inuocationis Diuini nominis omissio non vitiat cõtractum.
15 *Notarij in prothocollo quibus coniecturis falsitas præsumatur.*
16 *Notarius si in suo prothocollo addat aliquid, quod priùs decrat, sine quo instrumentum non valebat, an puniatur de falso.*
17 ... *quandò possit addere solemnitates in instrumento omissas.*
18 ... *non potest post stipulatum instrumentum illud cancellare & lacerare, etiam de voluntate Partium, sed de illius cancellatione tenetur aliud conficere instrumentum.*
19 ... *varians, aut mutans instrumentum transumptum à prothocollo punitur pœna falsi.*
20 ... *post mortem testatoris per fidem separatam valet declarare mentem testatoris in testamento per ipsum condito, cui declarationi est standum.*

SInguli, &c. Notarij in principio prothocolli diem, annum, & indictionem cum rubrica apponant. H.D.

1 Liber à quolibet Notario conficiendus cũ sollemnitatibus hic descriptis communitèr appellatur prothocollum, quæ quidèm denominatio non est noua, sed desumpta est à iure communi, prout constat ex §. *fin. in auth. de tabell.* vbi *glos. in verb.*

verb. prothocollum declarat etiam vocabuli ethy-
2 mologiam, & validitas, vel falsitas instrumenti re-
3 gulatur à validitate, vel falsitate prothocolli, vt latè per *Ioseph. Sese decis. Aragon.* 72. latè prosequitur *Conarr. pract. quæst. cap.* 19. *num.* 1. vbi totam materiam declarat, & vbi de prothocolli fide dubitatur, statur imbreuiaturis Notarij, & statur potiùs prothocollo cœterato, quàm extento, *Camer. Imper. decis.* 25. *num.* 219. cum *seqq. lib.* 1. *Thesaur. quæst. forens.* 87. *lib.* 4. *Galuan. cons.* 22.

4 Concordat hæc pragmatica cum dispositione iuris communis, vt constat ex *Abb. in cap.* 1. *de fid. instrum. & Bald. in l. contractus, col.* 1. *C. de fide instrum. Conarr. pract. quæst. cap.* 22. *num.* 2. *Villadieg. in for. iudic. lib.* 2. *tit.* 5. 1. *num.* 7. & *ibi* ait, quòd hæc sollem-
5 nitas appositionis diei, mensis, & anni non requiritur in scriptura priuata, per *text. in l. cùm tabernam*, §. 1. *ff. de pignor. bus, Matienz. in l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *recompil. glos.* 7. *num. fin.* qui omnes loquuntur in celebratione cuiuslibet contractus, idem in testamentis receptum refert ipsemet *Villadieg. ibid. l.* 3. *in fin.*

6 Omissio indictionis vitiat instrumentum, *Ecro. cons.* 90. *num.* 16. *vol.* 3. *Ioseph Ludou. decis. Lucens.* 13.
7 *num.* 35. vbi declarat, etiam si Notarius reliquerit spatium pro apponenda indictione, vel scripsit tantùm hæc verba, videlicèt, *indictione, &c.* quòd si perperam illam apposuerit, non posset illam à se ipso emendare, si adsunt alia indicia, *ibidem num.* 43.
8 sed si indictio apposita non conueniat anno in eodem instrumento adscripto, præsumitur error in indictione, & non in anno, *Conarr. lib.* 1. *variar. resolut.*
9 *cap.* 12. *num.* 7. sed si indictio, & annus sint appositi in instrumento, sed postea ex casu corrosi, an subsistineatur instrumentum, vel vitietur? declarat *Imol. in l.* 1. *num.* 13 *ff. de his, quæ in testament. delent.* vt subsistineatur, si corrosa sit indictio tantùm, non autem
10 annus. Quid autem sit indictio? vltrà *glos.* vulgarem in *authent. vt præponatur nomen Imperatoris*, vide *Conarr. d. cap.* 12 *num.* 4. 5. & 6. *Gregor. syntagm. iur. vniuers. lib.* 3. *cap.* 7. vbi etiam docet, vnde de nomi-
11 netur, & circà omnia prædicta videas *Marchisell. q.* 6. sed in hoc prothocollo requiritur subscriptio ipsius Notarij, docet *Gutierr. lib.* 1. *pract. quæst.* 139.
12 Poterit tamen Notarius in instrumento celebrato de nocte, diem simplicitèr inscribere sine mentione noctis, nec propterea incidit in crimen falsi, *Innoc.* & reliqui omnes in *cap. consuluit, extrà de offic. deleg.* cum aliis cumulatis per *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1 *glos.* 11. *num.* 8. vbi cum *Bald.* concludit, quòd tutiùs est, vt inscribat horam noctis, ad sciendum, vtrum dici præcedenti, an sequèti actus attribuatur.
13 Sed an appositio loci, in quo celebratur contractus, sit de substantia essentiali contractus, dubitat *glos. fin. in extrauag. execrabilis Ioannis XXII.* tu vide *Villadieg.* in initio scripta *l.* 21. *num.* 13. qui dicit, necessarium locum, non autem domum.
14 Annus autem Dominicæ Incarnationis talitèr est de substantia vt si omittatur, instrumentum non valet, ità *glos. in authen. vt præponatur nomen Imperat. in verb. authare, Villadieg. in exord. for. aud. num.* 13. & alia requisita ad validitatem instrumenti recenset idem *Villadieg. ibidem lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 21. *num.* 10. cum *seqq.* scilicèt, vt testes scribantur, & sit subscriptio Notarij & signum. Quid autem de inuocatione nominis Domini, an si omittatur valeat contractus? disputat plenè *Ioseph Gonzal. Florez var. qq. in* 1. *q.* & non vitiare dicit *Villadieg. ibid num.* 12.
15 Quibus autem coniecturis præsumatur falsitas in Notarij prothocollo, vide *Bertazz. cons. crimin.* 411. *vol.* 2. si non fuit cancellata tota clausula, vel ex diuerso atramento, si rasa in substantialibus, si prothocollum steterit penès tertium, si Notarius non seruauit communem praxim, si aliàs fuit extractum
16 absquè clausula cancellata, quòd si Notarius suo prothocollo addat aliquid, quod priùs deerat, & finè quo instrumentum non valebat, punitur de falso, vide *Bertazz. cons. crim.* 543. *vol.* 2. nisi additio conueniret dispositioni testatoris, ità vt subintelligenda esset, *Prosper Pasetb. consil.* 139. & generaliter
17 quandò Notarius possit addere sollemnitates in instrumento omissas, vide longam *Apostillam* ad
18 *Bertaz in d. cons.* 411. *& cons. seq.* Non tamen poterit Notarius post stipulatum instrumentum, illud cancellare, aut lacerare, etiam de voluntate Partium, sed de illius cancellatione tenetur aliud instrumentum celebrare, ità pulchrè docet *Maluas. consil.* 69.
19 *Bald. cons.* 7. *vol.* 6. Quòd si Notarius variaret, aut mutaret instrumentum transumptum à prothocollo; punietur pœna falsi, vt per *Simon. de Præt. cons.* 103. & vbi est dissonantia inter matricem, & authenticum, semper est recurrendum ad matricem, *Alex. cons.* 105. *lib.* 2. *Gargiar. patrocin.* 25. *Gasp. Thess. q. for.* 87. *lib.* 3.
20 Poterit tamen Notarius post mortem testatoris per fidem separatam declarare mentem testatoris in testamento per ipsum condito, & eius declarationi standum est, ex latissimè cumulatis per *Achill. Pedroch. cons.* 2. *num.* 89. cum *seqq.* faciunt tradita per *Castill. decis.* 250. *num.* 166. *lib.* 3.

De Notarijs. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Prothocollorum, & instrumentorum materia, ac de Notariatus probatione, remissiuè.*
2 *Notarius qui contractus prohibeantur, remissiuè.*
3 *Notarius si contrauenerit, vel falsum conficiat instrumentum, vel falsum non omninò perfectum, qua pœna puniatur.*
4 *Notarius inquisitus, vel etiam condemnatus de falso, lite, vel appellatione pendente potest conficere instrumenta.*
5 *Notarius priuatus officio, si priuatione non obstante conficiat instrumenta, an erit mitiùs puniendus.*
6 *Notarius delinquens in officio non debet amplius illud exercere, & requiritur sententia declaratoria, cùm ipso iure non sit priuatus, & priuatio est quòad exercitium tantum, & non quòad proprietatem, & alia.*
7 *Instrumentum falsum si quis conficiat, & ipse non sit Notarius, sed communitèr reputetur vt talis, pœna falsi punietur.*
8 *Transumpta de scripturis aliorum Notariorum cuius sint fidei, & quot testes inualident instrumentum. Fides quandò sit danda exemplo, siue copia. Probatio plena non requiritur in antiquis. Notarius in iudicio negans à se factum instrumentum, quod postea exhibetur in publicam formam, potest puniri de mendacio.*

CONstitutionem, &c. Notarij infrà octo dies post rogitum contractus scribant in prothocollis. H. D.

Constitutio Imperatoris Federici, de qua hic fit mentio incipit, *Baiulos omnes, in vers. huic Constitu-*
1 *tioni*; plura de prothocollis, & instrumentis Notariorum,

riorum, & de probatione Notariatus vide apud *Simon.de Prat.conſ.*157. & dicta per *Me ſuprà de fide inſtrumentorum*, qui autem contractus prohibeãtur Notarijs, vide *pragm.1.& 2. ſuprà de contractibus*, *& Luc.de Penn.in l.1.col.1.C.vt nem.ad ſumm. patroc.ſuſcip.lib.*11.vbi etiam declarat varias pœnas, 2 3 quibus punitur, ſi contraueniat, & ſi cõficiat falſum inſtrumentum eſt pœna mortis, ad materiam eſt etiã videndus *Petr.Greg. de vſur.lib.3. cap.vlt. num.*12. & tandèm quòd punitur Notarius, qui fecerit inſtrumentum falſum, ſed non omninò perfectum, videtur cõcludere *Luc.ibidem* ad ſaturitatem. Et quid ſi fecerit inſtrumentum nullum, *Farinac.q.*155.*par.* 1.*num.*17. cum *ſeqq.* dicit, quòd non punitur pœna falſi, niſi mutauerit datam, vel afferret præiudicium Patri, vel eſſet ad ſui vtilitatem, vel eſſet nullum defectu cauſæ efficientis, & formalis, vel nullitas non eſt viſibilis.

4 Notarius autèm inquiſitus, vel etiam condemnatus de falſo, lite, vel appellatione pendente poſſet conficere inſtrumenta, *Gutierrez lib.1.pract.quæſt.*3. *num.*6.cum *ſeqq.* latè *Pacian.de probat.lib.2.cap.*22. 5 & ſi fuerit priuatus officio, & non obſtante priuatione conficiat inſtrumenta, erit mitiùs puniendus propter primordium veritatis, & in memoriam priſtini officij, ſecundùm *Bald.in l.data.col.*11.*num.*50. *verſ.de eo,qui ſe aſſerebat*, *C.de his,qui accuſar.non poſſ.*& in *l.ſi quis,C.de aquæduct.lib.*11.quem ſequuntur communiter *Doctores*, relati per *Tiraquell.in tract. ceſſant.cauſ.ceſſ.effect.limit.*15.*num.*13. quibus *ipſe* contradicit expreſsè, rationibus non contemnendis *nu.*14.

6 Eſt tamen benè verum, quòd Notarius delinquẽs in officio non debet amplius illud exercere, *glo.ſin. in auth.de armis*, ſed requiritur ſententia declaratoria, nec ipſo iure eſt priuatus, & priuatio eſt quòad exercitium tantùm, non quòad proprietatem, latè *Farinac. conſ.*5. *per tot.* vbi habes deciſiones Rotæ Romanæ. Sed ſi Notarius vltrà officium Notarij habeat aliud officium conſiſtens in ſcribendo, & in vno tantùm ex eis committat falſitatem, non erit priuandus vtroq; officio, ſed illo tantùm, in quo deliquit, *Gabed.deciſ.Luſitan.*71. *par.*1.

7 Quòd ſi conficiat quis inſtrumentùm re vera falſum, non tamen ipſe ſit Notarius, ſed communitèr reputetur vt talis, punietur eadem pœna falſi, explicat *Petrus Caball.reſol.crim.caſu* 89.

8 Tranſumpta verò facta à Notarijs ſcripturarum non confectarum ab ipſis, ſed ab alijs Notarijs, qualem fidem faciant in iudicijs, optimè diſtinguit *Gratian.diſcept.forenſ.*268.vbi *nu.*34. dicit, ſi inſtrumenta fuerunt oſtenſa Notarijs, & incontinenti reſtituta, non adhibetur fides, nec etiam in antiquis, dùm fieret mentio de contractu inter alios celebrato, niſi concurrerint adminicula ad inducendum animum Iudicis ad credendum copiæ, & in re incidentèr, vel in rebus antiquis, vbi nõ requiritur plena probatio. Et quot teſtes ſufficiant ad inualidandum inſtrumẽtum ſollemnizatum à Notario, *Bouad. lib.*3.*cap.*14. *num.*48. dicit, ſi Notarius eſt bonæ famæ, quatuor ſufficiũt, & ſi Notarius in iudicio neget, à ſe factum inſtrumentum, quod poſteà exhibeatur redactum in publicam formam, vtiq; punietur de mendacio. *Seſe deciſ. Arag.*419. *vol.*4.

De Notarijs. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Notarijs nihil ſoluitur à locis pijs pro ipſorum geſtis, quod procedit etiam quòad pauperes.*
2 *Notarius ſtante taxatione hìc facta non poteſt maiorem ſummam exigere, etiam à ſponte dantibus.*
3 *Notarius tenetur ſeruire iuſta mercede.*
4 *Notarius ex quo debet iuſta mercede ſeruire, an propterea dici poſſit ſeruus publicus, remiſſiuè.*

EAndem Conſtitutionem, &c.

Notarijs ſoluantur mercedes hìc taxatæ, omni mora poſtpoſita.H.D.

1 Limita, vt non procedat in locis pijs, qui nihil ſoluunt Notarijs pro ipſorum geſtis, proùt probat *tex.* cum *gloſ.in auth.hoc ius porrectum,in verb. geſtis, C. de ſacroſ.Eccleſ.*item, vt non procedat in pauperibus, ſecundùm allegata per *Cauenſ.hic*, aduertas tamen, 2 quòd ſtante hac taxatione Notarij non poſſunt maiorem ſummam exigere, etiam à ſponte dantibus, vt notant *Bart.& Caſtrenſ.in auth.ſed hodiè*, *C. de Epiſc.& cler.*ſed malè ſeruatur; hodiè tamen eſt facta noua taxa reſpectu Notarij Regiæ Curiæ tantùm, vt in *pragm.7.infrà eodem*, & quòd Notarius 3 teneatur ſeruire iuſta mercede, latè explicat *Flam. de Rubeis conſ.*69.*num.*111. cum *ſeqq.volum.*2. ſed 4 an propterea poſſit dici ſeruus publicus, recurras ad *Tiraquell.de iur.conſt.poſſeſſ.par.*3.*limit.*30.*nu.*32. *&* 33.qui negat, & dicit, hallucinatum fuiſſe *Aretinum*, contrarium exiſtimantem.

De Nummularijs. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Bancherij ſe abſentantes per ſex dies forma hic tradita foriudicentur, etiam ſi decoctio eueniat caſu, vel culpa Miniſtrorum Banci.*
2 *Bancheriorum circà fideiuſſores, vel bilancium per eos præſentandum remiſſiuè aliqua.*
3 *Banchery, vel alij Mercatores decocti an gaudeãt immunitate Eccleſiaſtica, remiſſiuè.*

CContrà autèm exercentes, &c.

Bancherij ſe abſentantes per ſex dies forma hìc tradita foriudicentur.H.D.

1 Confirmatur, & extenditur hæc pragmatica, etiam ſi decoctio contingat caſu, ſeù culpa Miniſtrorum Banci, vt per *cap.*2. inter gratias conceſſas per Ducem Oſſunæ in anno 1585. impreſſas inter *capit.& priuil.Neap.fol.*mihi 176.& *ibi* etiam habes 2 nouas prouiſiones circà bilancium per eos præſentandum, & circà eorum fideiuſſores, quod *capitulum* hodiè eſt redactum in volumen pragmaticarum, vt in *prag.*2.*infr.*cod.*tit.*

3 An autem huiuſmodi Bancherij, aut alij Mercatores talitèr decocti gaudeant immunitate Eccleſiaſtica? explicat *Boer.dec.*215.*nu.*7.*Stracca de mercatur.tit.de decoctor.par.*3.*nu.*42.*Rebuff.in Conſt. Gall. tom.*2.*tit.de mercator.glo.fin.n.*7.*Ioſeph.de Seſe de inhibit.c.*4.§.2.*nu.*43.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIO

ADE hac Pragmatica,& pœna in ea contenta meminit *D.Gizzarell.dec.*80.*num.*2.in qua multa etiam dicit de iſtis Bancherijs, & alijs mercatoribus,decoctoribus,& eorum pœnis,& quod vti publici latrones puniri debeant,nullo nobilitatis iuuamine eis ſuffragante, de quibus Nos etiam tractauimus ſuprà in *pragm.*2.*de ceſſ.bonor. verſ. adde D. Præſ.Anell.Amat.*ſub *num.*4.*& ſeq.*& diuerſas pœnas apud diuerſas Nationes,contra huiuſmodi mercatores conſtitutas refert *Anton.Hering. de fideiuſſ. cap.*5.*num.*118.

Io.Laganar.

ADDITIO.

De Nundinis, ſeù Ferijs, Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Nundinæ quæ ſint,& quæ mercatus.*
2 *Diſtinctio inter nundinas,& mercatus.*
3 *Pro rebus adductis in nundinas, ſiuè mercatus an poſſit conductor conueniri, vel moleſtia aliqua affici.*
4 *Caſus,in quibus poteſt mercator in nundinis pro rebus illatis conueniri,remiſſiuè.*
5 *Nundinæ ſunt feriæ ruſticorum.*
6 *Feriæ vndè dictæ.*
7 *Nundinarum conceſſio ad ſolum Principem ſpectat.*
8 *Mercatus an inſtitui poſſint ſine Principis licentia.*
9 *Nundinarum prorogatio ſi fiat,an etiam Magiſtri nundinarum dicatur prorogata iuriſdictio.*
10 *Cauſæ in Curia nundinarum non expeditæ an remaneant in Curia Baronis, vel tranſmitti debeant ad Regios Officiales.*
11 *Appellationes interponendæ à cauſis deciſis, & diffinitis in Curia nundinarum, ad quem ſpectent, ad Iudicem appellationis Baronalem, vel ad Regios Superiores.*
12 Authoris *opinio.*
13 *Nundinarum tempore cogi quis poteſt ad deferendum bona in locum mercatus,ſeù nundinarum, & ea vendere etiam inuitus.*

DOminus *Regens* gloſſemmatibus non illuſtrauit hunc *titulum de Nundinis*,quam ob cauſam,neſcio, Ego verò iuxtà ingenioli mei tenuitatem, nonnulla ad hanc materiam pertinentia,edicere mihi cõſtituo,nè tàm vtilis,& quotidiana materia, ſine notis pertranſiſſe videatur.Illudq; in primis adnotandum
1 eſt,quòd Nundinę(ſecundùm *Theſaur.dec.*264. *num.*1.) dicuntur mercatorum conuentiones, certo loco,& tempore mercimoniorum cauſa conſtitutæ. Nunc tamen communis vſus effecit, vt Nundinæ dicantur ſollemnia emporia, ſtatutis diebus annis ſingulis,vel infrà,conſtituta,quæ vulgus, ferias, appellat.Mercatus verò ij ſunt, qui octauo quoque die certo in loco fiunt,*Bald.in l.*1. C.*de nundin.* & ſic habemus,quòd nundinæ,feriæ,& mercatus ſunt ſynonima.

2 Rursùs nundinæ ex ſollemnes dicuntur, in quibus venientes per banna publica aſſidantur, aliæ verò,quæ de facto fiunt,mercatus vocantur,ità docet *Capyc.in inueſtit.feud.in ver.mercatis*, quæ ſanè
3 nundinarum aſſidatio in eo præſertim conſiſtit, vt nullus in mercatibus,atq; nundinis poſſit conueniri,vel moleſtia aliqua affici pro rebus, quas adducit,vel abducit,vel prętextu priuati debiti eius perſona inquietari,iuxtà *text.in d.l.*1.C.*de nund.*vbi tradunt *DD.*omnes,quod tamen longè latiùs expendit *Mauſon.de cauſ.exequut.ampl.*1.*num.*15. dicens, vt Nundinarum tempore non poſſit fieri exequutio contrà Nundinantes, qui tàm in acceſſu,quàm in receſſu à creditorum moleſtia liberi ſunt, & ideò nec eorum perſonæ,& merces, quas deferunt arreſtari,vel aliquo modo impediri poſſunt,nec aliquod datium,pedagium,ſeù gabellam ſoluere tenentur, ex *text.in d.l.vnica*,C.*de nundin.*vbi *Bart.Bald.Salyc.*
4 & alij,quod tamen declarat, non procedere in aliquibus caſibus,quos ſibi mutuauit à *Petro Peckio de iure ſiſten.& manu.iniectio.cap.*7.& 9. idem *Mauſon.à n.*17.cum *ſeq.*

Et Primus eſt, quandò adeſſet magna ſuſpitio, quòd debitor præparat ſe ad fugam, nàm hoc caſu ſiſti poteſt tempore Nundinarum, & compelli ad ſatisdandum,ità dicit *Peck.cap.*7.*num.*7.*Angel.Gothofr.*& alij,quos allegat *Mauſon. ibidem*, & tunc etiam antè diem ſolutionis poteſt agi, *Gutier.de gabell.c.*122.*nu.*7.

Secundus, quandò ſpecialitèr renunciatum eſt beneficio,& priuilegio Nundinarum, vt fieri ſolet, nàm hoc caſu debitoris, & bonorum apprehenſio concedi poteſt,*ibidem Mauſon.n.*18.& *Peck. de iure ſiſtend.c.*9.*n.*1.& 2.

Tertius caſus eſt in debito iurato,in quo Nundinarum tempore conceditur debitoris carceratio,& allegãt *Affl.& Vrſill.dec.*5.quod tamen non admittit *Mauſon. ibidem in verſ. ſed hanc tertiam limitationem*.

Quartus caſus eſt in debitis contractis in ipſis Nundinis,*Peck.cap.*7.*n.*5.& *Mauſon.n.*20.

Et quintus in re furata in ipſis Nundinis,*Mauſon. ibidem,verſ.limita* 5.pro quo allegat *Menoch de præſumpt.lib.*5.*præſumpt.*29.*num.*23.*et* 24. quod etiam ad alia crimina, in ipſis Nundinis patrata extendi poteſt,& ità communitèr obſeruatur.

5 Nundinas item,ferias quandòq; Ruſticorum appellari,vt ſunt meſſium,vindemiarum, & ſimilium, ſcribit idem *Theſaur.*in relata *deciſ.*164. & latiùs in *deciſ.*39.

6 Feræ,ſeù Feriæ à ferendo, quia quilibet illuc veniat cauſa aliquid deferendi,vt dicit *Theſaur.*

7 Et certum eſt deniq;Nundinarum conceſſionem ad ſolum Principem ſpectare,*Theſaur.in d. dec.*264. *num.*2.*Capiblanc.in pragm.*8.*par.*1.*num.*§1.*et* §2.*de Baron.*& in 2 *tomo,cap.*39.*num.*2. & *cap.*47.*num.*6. *D.de Pont.de poteſtat.Proreg.tit.de mercat.* ſeù *Nundinarum.*1.

8 Mercatus verò inſtitui poſſunt ſine Principis licentia,quia eſt de iure gentium,vt per *DD.*ſuprà citatos,& præſertim *Theſaur. d.dec.*164. *num* 4. Praxim autem eos conſtituendi,& introducendi, docet *D.de Pont.in d.tit.de merc.n.*2.*et ſeq.et Capiblanc.in locis* prædictis.

9 An autem Nundinæ ſi fuerint conceſſæ ad certos dies,ſi fiat à Principe prorogatio ipſarum,prorogata etiam dicatur Magiſtri Nundinarum iuriſdictio, vide apud *Capiblanc.*in *d.cap.*47.*num.*7. *tom.*2. Et an cauſæ non expeditæ in Curia Nundinarum re-
10 maneant in Curia Baronis, vel tranſmitti debeant ad Regios Superiores,tractat idem *Capiblanc.* in *d. c.*39.*n.*13.*tom.*2.

11 Sed quid in appellationibus interponẽdis à cauſis diffinitis, & deciſis in Curia Nundinarum, an

inter-

interponi debeant ad Iudicem appellationis Baronalem, vel ad Regios Superiores, Dom. *Capiblanc.* in citato *cap.* 39. subſtinet opinionem pro Barone, & eius Officialibus appellationis, fundans, ad eos pertinere appellationis, grauaminiſque cognitionem. Pro contraria verò opinione, & ſic pro Regijs Officialibus conſuluit doctiſsimus *Camill. Borrell. conſilio 86. per tot.* & *Minad. conſil.* 24.

12 Verùm Ego puto, quòd cùm aliquod ſit diſcrimen inter vtramque ſpeciem, facilè iudicati poterit, vtriuſque opinionem eſſe veram in caſu ſuo. Quandoquidèm in caſu Dom. *Capiblanc.* iuriſdictio erat Baronis, & ab eo proceſſerat in Magiſtrum Nundinarum, & ſic non mirum, ſi in caſu appellationis, ad eiuſdem Baronis Officiales appellari debeat, cùm adhùc ſua ſit iuriſdictio, ſicuti dicimus in Barone, qui ſecundas habet appellationes, nàm cognita, diffinitaquè cauſa per primum Iudicem, erit appellatio cognoſcenda per ſecundum, cùm per primam cognitionem non expirauerit Baronis ipſius iuriſdictio. Caſus verò à Dom. *Borrello* tractatus, eſt longè diuerſus, quandoquidèm iuriſdictio Magiſtri Nundinarum, quæ penès Vniuerſitatem erat, fundabatur immemorabili præſcriptione, & ſic præſumitur ab Vniuerſitate acquiſita longè priùs, quàm fuiſſet alteri à Principe conceſſa, & quòd à Principe ad Vniuerſitatem fluxerit, antequàm alteri fuiſſet per Principem tradita. Quòd ſi Principis fuerat, nihilq; Baro, vel eadem Vniuerſitas ſuper ea (prætèr præſcriptam, & poſſeſſam iuriſdictionem) acquiſiuit, meritò ad Principem, & ſic ad eius Officiales in contingentia appellationis recurrendum erit, iuxtà ſupradictum celebre *Borrel. conſilium*, & ſic puto, vtramq; opinionem rectè conciliari.

Et poſtremò illud Nundinarum priuilegium tra-
13 dit *Theſaur. d. dec.* 264. *num.* 2. vt poſsint Nundinarum tempore compelli non habitantes, ad bona deferendum in locum Nundinarum, & mercatuum, ibiquè ea vendere, contrà *text.* in *l. nec emere, C. de iur. deliber.* & in *l. inuitum*, & in *l. dudùm, C. de contrab. empt.*

Ioannes Laganarius.

ADDITIO.

De Nundinis, ſeù Ferijs. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Princeps an poſſit nundinas alicui Vniuerſitati conceſſas auferre.*
2 *Nundina immemorabili præſcriptione acquiſitæ an poſſint à Principe auferri.*
3 *Princeps an poſſit ex vi ſupremæ poteſtatis dominium rei meæ abſq; cauſa mihi auferre.*
4 *Nundinarum tempus an poſſit à Principe mutari, vel etiam locus, & quid in Vniuerſitate.*
5 *Via & iter qua tranſire ſolet proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti an mutari poſſit.*

EXſendo ſolito, &c.

Frumenti, & ordei pretium, ſeù vox, quæ in die Sancti Honoſrij in Terra Sancti Ioannis Rotundi dabatur, transfertur in diem feſtiuitatis Sanctorum Petri & Pauli. Commutantur item Nundinæ, quæ in Terra Sancti Seueri in die Sanctorum Petri, & Pauli celebrantur in textum diem Iulij cum eiidem immunitatibus. H. D.

Diximus ſuprà, Nundinarum conceſsionem ad Principem ſpectare, cùm ſit hoc ſpeciale de reſeruatis eius ſupremę poteſtati, ex *Theſaur. De Ponte, Capiblanc.* & alijs. Hinc deducit idem *Theſaur.* poſ-
1 ſe Principem, nundinas alicui Oppido, vel Ciuitati conceſſas, auferre, vt d. *dec.* 264. *num.* 3. id comprobans iuribus, & rerum iudicatarum exemplis. Quod ampliat, etiam ſi per longiſsimum tempus, hominum memoriam excedens, fuerint exercitæ, ex
2 *Natta conſil.* 511. & 512. Id, quod non probant *Borrell. in conſ.* 86. *Lucas de Penn. in l.* 1. *C. nè ruſt. vel veruſtic. ad null.* ſub *num.* 3. & alij permulti, cenſentes, per immemorabilem præſcriptionem nundinas, & iuriſdictionem acquiri, & Nos in iuriſdictione ex *Anna, De Ponte, Borrell.* & *De Marin.* fundauimus ſuprà in *rubr. de feudis. verſ. Hæc feudorum materia*, ſub *num.* 9. Dùm ergò Nundinarum ius eſt immemorabili præſcriptione quæſitum, non poteſt ab Vniuerſitate, ſine ipſius factò auferri, ad *text. in l. id, quod noſtrum, ff. de reg. iur.*

Quòd ſi Princeps ſuprema eius authoritate id peragere voluerit, in eam incidimus quæſtionem.
3 An Princeps ex vi ſupremæ poteſtatis poſsit mihi rei meæ dominium, abſquè cauſa auferre, de qua per *Doctor. in l. item ſi verberatum*, §. 1. *ff. de rei vendic.* eamquè ſubtiliter, & copioſè pertractat ſubtilis, & doctus planè vir *Franc. Topius in tractat. de poteſtat. Princ. ſæcul.* §. 6. pro hac re omninò videndus, poſt *Iaſ.* & alios in *l. Barbarius, ff. de offic. prætor. Cravett. conſ.* 241. *num.* 12. & *conſ.* 238. *Fulgoſ. in l. final. C. ſi contrà ius, vel vtil. publ. Menoch. de arbitrar. iud. q.* 48. *n.* 7. *Angel.* ſibi contrarium in *conſ.* 139. & alios permultos, quos citat, & ſequitur idem *Topius d.* §. 6. *num.* 3. pleno ore aſſimantes, non poſſe Principem; etiam de plenitudine poteſtatis dominium rei meæ ſine cauſa mihi auferre, proùt peſsimè loquutus fuit *Angelus*, & pauci illius ſequaces in d. *l. item ſi verberatum*, §. 1. *n.* 1. & in *l.* 3. §. *ſi is, pro quo, ff. quod quiſq; iur.* qui propterea fortiter reprehenduntur a *Iaſ. in d. l. Barbarius, Cravett.* & alijs ſuprà citatis, & in puncto, quòd non poſsit Princeps Nundinarum priuilegium reuocare ſine cauſa, conſuluit *Alciat. in conſ.* 23. *lib.* 5. & ex pluribus latiſsimè fundat *Io. Cephal. in conſ.* 342. à *num.* 75. cum *ſeq.* Ideòq; maximam difficultatem patietur *Theſaur.* aſſumptum, dùm vult, poſſe Principem Nundinas, immemorabilis præſcriptionis priuilegio acquiſitas ſine cauſa auferre.

4 Mutare tamen ſtatutum tempus Nundinarum ex cauſa Principem poſſe, concedunt *Theſ. ibidem, num.* 4. & *Capiblanc. cap.* 16. *num.* 19. *tom.* 2. Sicuti etiam locum, in quo Nundinæ fieri ſolebant, cùm & Vniuerſitas publicæ vtilitatis cauſa illum mutare poſsit, proùt latè fundat *Capiblanc.* in d. *cap.* 16. à *num.* 9. & *Luc. de Penn.* in d. *l.* 1. *C. nè ruſtic.* ſub *num.* 3. in *fine, verſ. videtur probabiliter diſtinguendum.*

5 Et ad propoſitum mutari an poſsit iter, & via, per quam proceſsio Sanctiſsimi Sacramenti Corporis Chriſti tranſire ſolet? vide per eundem *Capiblanc.* in d. *cap.* 16. *num.* 12. ad *text. in l. obſeruare*, §. *ingreſſus, ff. de offic. proconſ.* & *legat.*

Io. Laganarius.

ADDITIO.

De Nundinis, seù Ferijs.
Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Priuilegio nundinarum abutens, illud amittit.*
2 *Priuilegio nō vtens per decennium, illo priuari debet.*
3 *Baro abutendo iurisdictione, illam malè exercendo in vasallos, quos malè tractat, iurisdictione priuari debet.*
4 *Iurisdictionem exercens extrà tempus constitutum in priuilegio dicitur illam vsurpare.*
5 *Nundinas exercens absq; priuilegio, qua pœna sit puniendus.*
6 *Iurisdictionem, & cætera Regalia vsurpans, qua pœna sit puniendus, & n. 8.*
7 *Statutum id, quod non dixit, noluisse censetur, & tantū disponit, quantum loquitur.*
9 *Vsurpans iurisdictionem quandò publicatione bonorū tantùm pœna mulctetur.*

A Nostra notitia, &c.

VNiuersitates, quæ Nundinas faciendi facultatem habent, illas celebrēt diebus statutis, iuxtà priuilegiorum tenorem, aliàs immunitatibus non fruantur. H. D.

Hæc Pragmatica, seù Bannum fuit confirmatum per *Pragmaticam* sequentem 4. in ordine Excellentissimorum Comitum Benauenti, & de Lemos, Regni olim prudentissimorum Proregum, & loquitur de eo, qui priuilegium habet faciendi Nundinas certis statutis diebus, quo tamen priuilegio abutitur, & contrà tenorem ipsius extrà illos dies Nun-
1 dinas exercet, propter quod priuandus esset priuilegio prædicto, ex regula *tex. in c. priuilegium 11. q. 3.* dixit *glos. in l. Iudæos*, in *ver. temperauerint*, *C. de Iudæ. & glos. in l libera. ff. de pecul. Specul.* in *tit. de instrument. edit.* §. 11. *num.* 9. & *Lanar. consil.* 5. *num.* 12. *& consil.* 14. *num.* 10. Sicuti etiam priuilegium
2 amittere debet is, qui eo non vtitur per decennium, abutendo Principis concedentis humanitate, & munificentia, *l.* 1. vbi *Doctor. ff. de Nundin.* & *Specul.* in *d.* §. 11. *num.* 9. *& sequent.* vbi etiam plures alios casus recenset, in quibus priuilegium
3 amittitur, & præsertim in Barone abutente iurisdictione in vasallos, eos seuitèr, & malè tractans, molestando indebitè, angariando, & iniuriando, extorquendo à miseris vasallis, eorum bona, & seruitia, aliaquè grauamina inferendo, de quo latissimè agit Dom. *Capiblanc.* pro hac re omninò videndus in *pragm.* 3. à *n.* 49. ad *n.* 65. *de Baron. Lanar. d. consil.* 5. *num.* 13. *De Ponte de potestat. Proreg. tit. de elect. Official.* §. 1. à *num.* 1. *cum sequent.* post *Grammat. cons.* 10. & alios, quos allegant.

Nihilominùs hæc *Pragmatica*, mitè, ac benignè procedendo, suspendit, ac denegat tantummodò immunitatem Nundinis concessam, firmo remanente priuilegio, ità vt pœna amissionis immunitatis tantummodò procedat in casu, quo Nundinæ fiunt extrà tempus, & diem præstitutum, & de cætero firmum remanet priuilegium Nundinas faciendi statuto tempore cum immunitatibus.

Sed circumscripta hac *Pragmatica*, facienti Nundinas extrà tempus, in priuilegio constitutum, grauior fortè pœna esset infligenda, eo quoniam
4 dicitur vsurpare iurisdictionem is, qui ea vtitur in diebus non contentis in priuilegio, *Lanar.* in dict. *consil.* 5. *num.* 14. & *Masull.* ad *Capyc. dec.* 130. *num.* 2. Vsurpans verò iurisdictionem, mortis naturalis pœnam meretur, vt mox patebit. Ergò nō sufficeret tantummodò immunitatis amissio, iuxtà hanc *Pragmaticam.*

At rursùs instabis, qua pœna puniendus esset
5 is, qui nullo suffultus priuilegio Nundinas exercet. Et attenta hac *Pragmatica* dici posset, quòd eadem pœna amissionis immunitatis commissum Nundinarum facinus puniri deberet. Enimuerò idem est habere priuilegium faciendi Nundinas certis diebus, certoquè tempore, & ijs non seruatis, & extrà tempus eas facere, ac nullum habendo priuilegium Nundinas celebrare, cùm in vtroq; casu absit Nundinas faciendi facultas, careatq; facies concessione, & iurisdictione.

Ego tamen putarem, quòd is, qui nullo munitus priuilegio Nundinas exerceret, puniendus esset pœna mortis naturalis, quia vsus est iure, & iurisdictione, non contentis in priuilegio. Immò absquè priuilegio vsurpauit sibi hoc ius faciendi Nundinas, ac etiam iurisdictionem, quam in Nundinantes exercuit, quæ sunt de Regalibus, & ad Principem spectant, vt est suprà fundatum. Consta: autem, hu-
6 iusmodi Regalium vsurpatores, mortis pœna puniri, cum publicatione bonorum, & iurisdictionis vsurpatæ, & si fuerit Vniuersitas, desolationis pœnam sublinebit, eiusq; Ciues perpetuò angarij habendi erunt, *Capyc. d. dec.* 130. *De Pont. de pot. Proreg. d. tit. de elect. Offic.* §. 1. *n.* 46. *Ricc. collect. dec.* 1626. & Nos nonnulla indicauimus suprà in *pragmat.* 8. *vers. adde vel etiam.* & in *ver. amissio tantummodò, n.* 1. *&* 2. *de Baron.* Tenetur etiam pœna falsi, quia verè falsitatem commisit, faciendo se Regiæ potestatis participem, & iurisdictionis dominum, ac etiam Officialem, cùm non esset, *Capyc. & Masull.* in d. *dec.* 130. *et Ricc. d. coll.* 1626. *p.* 5.

Nec iuuari poterit hujus *Pragmaticæ* dispositione, vt immunitatis solùm mulctetur amissione, nàm hæc *Pragmatica* loquitur in casu, quo quis priuilegium habet, vt certis diebus possit Nundinas facere, eo tamen abutitur, & extrà tempus, in priuilegio contentum Nundinas exercet, hic alter verò casus est ab illo diuersus, nā sumus in eo, qui nullum habet priuilegium Nundinarum, & nihilominùs illas faciendi, facultatem sibi vsurpauit, de quo hęc *Pragmatica* non loquitur; Certum est autèm, quòd statu-
7 tum (cùm sit stricti iuris) id noluisse censetur, quod non dixit, *Bursat. cons.* 205. *num.* 8. & tantum disponit, quantum loquitur, & non plus, *Bal.* in *l. testamentum non ideò*, *C. de testam.* & in materia stricta omissum pro omisso habetur, *Corn. cons.* 9. *vol.* 3.

Nec minus suffragantur adducta per Nos in relata *Pragmatica* 8. in *ver. amissio. de Baron.* vbi fundamus, indictam esse pœnam amissionis, & publicationis iurisdictionis, & bonorum aduersus vsurpantē Regiā Iurisdictionem, per *Regn. Const. Ea, quæ ad speciale decus*. Nàm *ibi* Nos non excludimus
8 pœnam mortis naturalis, & *Doctor.* quos allegamus, qui sunt *Capyc.* in *dec.* 130. & *Ricc.* in *collect.* 1626. *part.* 5. (qui bis citat, & sequitur eundem *Capyc.* licèt per errorem *ibidem* dicamus, quòd eum non citet,) expressè dicunt, quòd vsurpans sibi iurisdictionem propria authoritate, pœna falsi, publicationis bonorum, & mortis naturalis puniri debet, vt *Ricc.* in dict. *collectan.* 1626. in primo capite distinctionis, ex *Rub.* in *decision.* 60.

&

& *Capyc.d.dec.*130.*num.*28.qui ſub *num.*30. declarat,quod publicatio bonorum datur tantùm in eo,
9 qui dùm habet ciuilem iuriſdictionem,vſurpat ſibi criminalem,qui non eſt caſus noſter, ſed verſamur in eo,qui omnem ſibi vſurpaut iuriſdictionem, ciuilem ſcilicèt,criminalem, & mixtam, & ſic procedet *text.in l.3.ff.ad legem Iul.Maieſt.*ibi, *quiuè priuatus pro poteſtate,magiſtratuuè quid ſciens dolo malo geſſerit,*quem *text.*allegat *Capyc.ibi.*

Fateor tamen, quòd ex cauſis æquus Iudex in his caſibus vſurpatæ iuriſdictionis in Nundinis faciendis poſſet pœnam mortis naturalis in aliam extraordinariam vltrà publicationem iuriſdictionis,& bonorum,commutare.

Ioannes Laganarius.

De Officialibus,& quæ ijs prohibeantur. Rubrica.

R E R V M S V M M A.

1 *Officialis nomen quotuplicitèr accipiatur.*
2 *Notarius,vel Seruientes publicis vtilitatibus, Officialis nomine non comprehenduntur.*
3 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 49. *in quibus Officialibus procedat.*
4 *Actuarius, & Seruientes Curiarum an includantur ſub dicto* Ritu.
5 *Cives aſſociati cum Familia Officialis an gaudeant beneficio dicti* Ritus *in delictis per eos commiſſis in illo actu.*
6 Ritus Mag.Cur.Vic.49.*procedit etiam in delictis per alios commiſſis in perſonam ipſorum Officialium,et quæ ſit ratio.n.7.*
8 *Officiales Baronum an comprehendantur ſub illo* Ritu.
9 *Officialis vti dicatur delinquere intuitu officij.*
10 Ritus *prædictus non procedit in Officialibus immediatè à Rege deputatis.*
11 Ritus *prædictus non habet locum in Baiulis.*
12 *Officialis de delicto commiſſo in eius perſonam, vel Familiam intuitu officij probibetur cognoſcere vigore* Ritus.

1 NOmen Officialis accipitur largè, & ſtrictè, largè ſignificat quemcunquè exercentem quoduis ſeruitium, & miniſterium,quod homo debet homini, vt per *gloſ.in l.officio,C.de neg.geſt.*ſtrictè verò ſignificat illum tantùm,qui habet iuriſdictionem, coràm quo fiunt acta,& geſta, ità pulchrè declarat *Andr.in tit.quæ ſint regal.in verb. ad iuſtitiam expe-*
2 *diendam,nu.*66.*&* 67.qui propterea infert *ibi,* quòd Notarius non venit appellatione Officialis, aut Magiſtratus, nec etiam Seruientes publicis vtilitatibus.

3 Hinc ſequitur,quòd *Ritus Mag.Cur.Vic.* 49. per quem eſt diſpoſitum,vt de delictis Officialium ſola Magna Curia cognoſcat, & non alius, procedit in Officialibus ſtrictè,non autèm largè,ſcilicèt in Officialibus habentibus iuriſdictionem, vt probat *Ca-*
4 *rau.d.Rit.*49.*nu.*22.*in fin.*qui propterea infert, non includi in eo *Ritu* Actuarios,& Seruientes Curiarũ, illiuſq;opinionem latè defendit *Præſ.de Franch.dec.* 407.qui non decidit, quicquid tamen vterq; dubitauerit,recepta fuit opinio in his Tribunalibus, ꝙ comprehendantur tàm Actuarij, quàm Seruientes, ſi tamen delictum ſit commiſſum intuitu officij, & ſic in ſequelam exercitij iuriſdictionis, vt dignoſcitur ex eodem *Præſ.dec.*403.& expreſsè teſtatur *Gizzarell.dec.*24.conterunt tractata per *Ioſeph. Sete dec. Arag.*339.*vol.*3.prout non aliter ipſimet Officiales in capite comprehenduntur, niſi ſint delicta commiſſa intuitu officij,ea officia exercendo,& non aliter,vt obſeruauit ide *Præſ.de Franch.dec.*274.& sũt expreſsa verba *Ritus,*ibi,*ea exercendo, & non aliter.*

5 Hinc etiam fit,quòd ſi cum familia Officialis aſſocientur alij Ciues de mandato, aut conuocatione Curiæ pro capiendo forſanè malefactorem, hi etiã gaudebunt beneficio illius *Ritus* in delictis per eos commiſſis in illo actu,vt conſtat ex *Aules in cap.*4. *Prætor.in glo.ſea obligado,n.*26.

6 Et reſpectu omnium in eo *Ritu* comprehenſorum eius diſpoſitio vendicat ſibi locum tàm actiuè,quàm paſſiuè, vt ſcilicèt Magna Curia ſola cognoſcat tàm de delictis per ipſos Officiales commiſſis, quàm etiam de delictis per alios commiſſis in perſonam ipſorum Officialium, vt deciſum refert *Præſ.de Franch.d.dec.*274. & ità paſſim practicatur.

7 Huius vltimi dicti rationem non inuenio tactam à *Doctoribus,*ſed illa aſſignari poteſt,quia iniuria facta Officiali,fit Domino,& ſic ipſi Regi, cuius perſonam repræſentat,vt per *And.in Conſt.Beneficium,* & eſt *text.*expreſſus in *Conſt.Obſerment,in fin Bonad. lib.*3.*cap.*1.*in princ.*& ſi eſt facta Regi, non conue-
8 nit,quod cognoſcat alius,quàm ſola Magna Curia, quæ ratio licèt videatur excludere Officiales Baronum,quos etiam includi ſub eodem *Ritu* indubitati iuris eſt,vt probat *Carau.ibi* in prima quæſtione, cuius opinionem in praxi receptam atteſtatur *Præſ.de Franch.d.dec.*407.*num.*2. quicquid in contrarium adſtruat *Feller.in Conſt. Magiſter Iuſtitiarius,num.*36.*&* 38.Aduerto pro reſponſione, quòd etiam Officiales Baronum dicuntur Officiales Regij,vt probat *Carau,ibid.num.*7.*Anton de Ball. lib.*5. ſuper *Pragmat.Sicil.in proœmio,num.*89.*&* 91. acutiſſimus *Conſil.Carleual.de iud.lib.*1.*n.*791.

9 Qualitèr autèm dicatur Officialis delinquere intuitu officij,docet *Rot.Rom.dec.*754 *par.*1. *in nouiſs.* ſcilicèt quandò deliquit fauore, vel prætextu, vel contemplatione,vel calore officij.

10 Non tamen ille *Ritus* procedit in Officialibus immediatè à Rege deputatis, de quibus licèt Magna Curia poſſit cognoſcere,tamen non poterit eos punire, vt aduertit *Feller.in Conſt. Capitaneorum, num.*154.

11 Prout nec etiam procedit in Baiulis, qui licèt exerceant iuriſdictionem,tamen puniuntur, ſi deliquerint,à Barone,ſeu eius Capitaneo, ad quem appellatur à ſententijs Baiulorum,ità tradit *Campagn. in cap.Regn.Ad quietem,num.*13.*in fin.* Et dùm per
12 dictum *Ritum* datur prærheminentia ſoli Magnæ Curiæ cognoſcendi de delictis Officialium, etiam paſſiuè, & ſic de delictis Officialium in perſonas commiſſis intuitu officij,videtur ceſſare diſpoſitio iuris communis,per quam ipſimet Officiales habẽt cognitionem de offenſionibus, iniurijs, & delictis commiſſis contrà ipſos,& eorum Familiam intuitu officij,vt latè probat *Bouad.lib.*3.*cap.*1. *num.*33. qui *num.*44.etiam ſubdit,poſſe in hoc caſu Iudices tanquam ſuſpectos recuſari.

De Officialibus, &c. Pragm. I.

REBVM SVMMA.

1 *Officia an, & quandò sit licitum petere.*
2 *Officiū ambiens, nesciens illud exercere an peccet mortaliter, vel venialiter.*
3 *Iudex quis fieri appetere non debet, si iniquitatem disrumpere nequit, alias est in culpa.*
4 *Iudex ignarus debet in iudicando consulere Peritiores.*
5 *Iudex innixus suæ prudentiæ, si non studuit pro habenda veritate, licèt non sit in dolo, tamen est in dissoluta negligentia, & tenetur reparare damnum illatum Parti.*
6 *Iudex pluriès processum legere debet, & videre videnda.*
7 *Beneficium suscipiens, ad quod se idoneum non sentit, peccat, vt ille, qui vtitur claubus, quia debet esse sciens soluere, & ligare.*
8 *Iudex iuris imperitus non potest ferre sententiam sine consilio Consultoris.*
9 *Officium si sit concessum proprio Principis motu, est gratia tàm respectu dantis, quàm recipientis, si verò sit procuratum, licèt quòad dantem sit gratia, tamen quòad procurantem est ambitio, ideòq; erit restringenda.*
10 *Officia qui ambiunt, qua pœna puniantur, & alia plura remissiuè.*
11 *Officium idem repetere per viam confirmationis an sit licitum, remissiuè.*
12 *Munus, vel dignitatem appetere an, & quandò liceat.*
13 *Officia indigno conferens ex crassa ignorantia peccat, & tenetur ad reparandum damna his, qui exindè læduntur.*
14 *Officialium in electione Princeps vti se gerere debeat, remissiuè.*
15 *Officialis eligendi in persona quæ qualitates inspici debeant.*
16 *Dignorem omittere an liceat, concurrentibus duobus ad idem officium, quorum alter sit dignus, alter verò dignior.*
17 *Officium non est concedendum ei, qui in eodem loco est oriundus, vel incola, vel aliàs exercuit idem officium, idquè etiam per interpositas personas prohibetur.*
Actus prohibitus nec per interpositas personas explicari potest.
Idq; pluribus illustratur exemplis.
18 *Pœna huius pragmaticæ quarè necessaria fuerit.*
19 *Prorex an sit hac pragmatica, & alijs sub hoc titulo alligatus.*
20 *Rex his pragmaticis non alligatur.*
21 *Prorex dato quòd sit hisce pragmaticis alligatus, an contrauenendo incurrat peccatum mortale.*
22 *Verbum, mandare, in lege positum obligat transgressores ad peccatum mortale, nisi aliud contrarium suadeat.*
23 *Legis ciuilis transgressores an, & quandò peccēt mortaliter.*
24 *Ratio finalis harum pragmaticarum quæ fuerit.*
25 *Causa finalis cuiuslibet dispositionis ex verbis proœmij colligitur.*
26 *Prorex dato, quòd incurrat peccatum mortale, an saltim excusetur ob contrariam consuetudinem, diutissimè à retrò Proregibus obseruatam.*
27 *Legis abrogatio, vel dispensatio ex sola scientia, & tolerantia Regis inducitur.*
28 *Simonia in Curia Principis non committitur.*
29 *Consuetudo potest induci etiam absq; scientia, & tolerantia Principis.*
30 *Consuetudo præscripta decem annorum ad abrogandam legem non requiritur, cùm sufficiat simpliciter vsus contrarius.*

DEcet, &c. Officia Regia per interpositas personas non petantur. H. D.

De iure communi vide *l. fi. C. ad l. Iul. repet.* & *§. hæc autem omnia*, in *auth. vt iud. sine quoq; suffrag.* Pro perfecta tamen cognitione an, & quando licitum sit petere officia, *Felter.* in *Const. Quantò*, *n.* 12. post *Bar.* in *repet. l. Barbarius n.* 1. *ff. de offic. Prætor.* dicit, quòd aut petit à Principe dignitatem aliàs nō administratā, vt gerat extrà suam Prouinciam, & non benè tacit, aut ab alio, & electus potest petere dignitatem, non electus potest, si in patrimonium perpetuum sibi competit, & in temporalibus, si necessitas exigit, alias ex auaritia moueretur, *Bartolus* verò distinguit, si publicè, & bona fide, potest, si pecunia, in spiritualibus nunquàm, in temporalibus peti potest, si non est annexa iurisdictio, plura ad materiam *Borrell. de Magistrat. edict. lib.* 1. *c.* 9. & pre-
2 sumens ambire officium, nesciens illud exercere peccat mortaliter, *Nauarr.* in *manual. confess. cap.* 23. *num.* 14. & 16. *Rauens. dec. Pisan.* 40. *num.* 389. *Matienz.* in *dialog. Relat.* & *Aduoc. par.* 4. *cap.* 9. & 13. *Andr.* in *cap.* 1. *num.* 46. *in princ. quæ sit prima caus. benef. amitt.* & in *cap.* 1. *§. quicunq; aduocatiam, in fi. de*
3 *pac. tenend.* qui vtrobiquè dicit, quòd non debuit appetere fieri Iudex, qui non potest disrumpere iniquitatē, alias est in culpa, subdens, quòd Iudex ignarus debet in iudicando consulere Peritiores, nec offenderet tunc disciplinam, & illud idem repetit, & latiùs explicat in *cap.* 1. *n.* 4. 5. 6. & 7. *de contro. inter.*
5 *domin.* & *empt.* vbi concludit, quòd si Iudex innixus prudentiæ suæ non ponderauit motus, & consimilia in sententiando, cùm ponderatè, ac deliberatè, & cum aliorum consilio hoc agere deberet, & non studuit, & non laborauit ad veritatem habendam, licèt non sit in dolo, credens, sic esse de iure, & sic debere iudicari, dicitur esse in negligentia dissoluta, quæ dolo æquiparatur, & tenebitur ad emendandū
6 damnum illatum Parti, & *nu.* 8. *et* 9. subdit, quòd Iudex non semel, sed pluriès debet legere processum, & videre, quæ videnda sunt, vt nihil omissum prætereat, quod ad suum officium spectat, sequitur **Ilouad.** *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 16. ad 32. vbi etiam docet, quòd teneatur de perperam iudicato per imperitiam ille, qui procurauit officium ab eo, secùs qui voluntariè fuit à Principe assumptus ad officium *nu.* 31. & *glos.* in *extrag. quia quandò Io. XXII.* in *verb. vicem lucis*, ait,
7 quòd habens vti claubus, debet esse sciens soluere, & ligare, aliàs suscipiens eas, peccat, prout recipiens beneficium, ad quod se idoneum non sentit, peccat, *glo.* in *extrauag. Io. execrabilis*, in *verb. minus idoneus*, *m fin.* & quatènus teneatur Iudex, qui malè iudicauit tàm in foro poli, quàm in foro fori, pulchrè explicat *Bouad. lib.* 1. *Polit. cap.* 6. *num.* 34. ad 35. & *ibi* etiam declarat, quam diligentiam debet adhibere in videndis processibus, non superficialitèr, nec pre-
8 cipitantèr, & quatènus suprà ex *Andr.* dixi, quòd Iudex ignarus debet consulere Peritiores. aduerto, quòd licèt etiam iuris imperitus possit esse Iudex, ex regula *l. certi iuris*, *C. de iud.* hoc est verum in alijs actis, præter sententiam, nàm sententia lata absq; consilio Iuris periti, erit nulla, secundùm cōmunem opinionem relatam per *Bouad.* in *cap.* 12. *n.* 8. *lib.* 1. *Polit.* vbi *num. seqq.* limitat aliquibus modis, scilicèt si decreta erunt iusta, vel essent interloquutoria.

Digitized by Google

tòtia. Immò in Terra Laboris eſt expreſsè prohibitum omnibus Officialibus Regijs, & Baronalibus, nè procedant vllo modo abſquè conſilio ordinarij Conſultoris, vt in *pragmat.18.infrà eodem*, quod generalitèr in toto Regno erat prouiſum per *Capitula Regni*, vt aduertit *Borrell.de Magiſtr.edict.lib.1. c.8.n.37.* Aſſumptus autè à Principe motu proprio, an licitè non poterit renuere officium, & non acceptare, *Borrell.de Magiſtr.edict.lib.1.c.1.nu.207.* dicit, niſi eſſet non ſubditus, vel eſſet legitimum impedimentum, vel niſi verſaretur vtilitas electi tantùm.

Nec obliuiſcaris, quòd ſi officium ſit conceſſum
9 motu proprio Principis, eſt gratia tàm reſpectu dàtis, quàm reſpectu recipientis, ſed quandò eſt procuratum, licèt reſpectu dantis ſit gratia, tamen reſpectu procurantis eſt ambitio, & propterea erit reſtringenda, proùt in omni beneficio, ſeù priuilegio à Principe impetrato, vt expreſsè probatur in *cap. quàmuis à Principe, de præb.in 6. & cap. ſi pluribus, eod.tit.* & notauit *gloſ. Io.Andr.* poſt *Archid.* in *cap. tibi, qui gratiam, de reſcript.in ſexto.* Nec dicas, quòd prædicta iura loquuntur de beneficijs à Principe conceſſis, non autem de officijs, nàm etiam officium dicitur beneficium, vt eſt *text.in cap.1. §. quicunquè aduocatiam, & ibi Andr.* notat, *de pac.ten. & eius violat.* & hæc eadem ſtricta interpretatio eſt facienda in omni priuilegio, ad poſtulationem Partis conceſſo, vt per *Grammat. dec.1. num.55.* & plura de
10 his, qui ambiunt officia, & qua pœna puniantur, vide per *Menoch.de arbitr.iud.lib.2. caſu 401. cum ſeq.* vbi *num.3.* dicit arbitrarium, *Muta in pragm.Sicil.tom.1.tit.34.* Non autem licitum eſt idem offi-
11 cium repetere per viam confirmationis, vt finito tempore ſtatuto poſſit illud continuare, *Caſſan.in Cathal.glor.mund.par.1.conſider.60.colum.1. in fine, verſ. & ideò de iure noſtro*, vbi plura ad materiam vſq; ad *fin.* & pro generali cognitione an, & quandò
12 licitum ſit aliquod munus, ſeù dignitatem appetere, *Graff.in dec.caſuum conſcientię, par.1.lib.1.cap.15. num.10.* cum *ſeqq.* dicit, tempore neceſſitatis licere tribus concurrentibus, quòd probabilitèr credat ſe idoneum, vel dubiter; & quòd probabilitèr credat, quòd per alium æquè bonum fieri non poteſt, niſi
13 aſſentiat, & ſi ſe abſcondat, & conferens officia indigno ex craſſa ignorantia, peccat, & tenetur ad emendam damni his, qui exindè læduntur, vide *Conarr.in reg.peccatum, par.2.§.7.per tot. Leſſium de iuſt.& iur.lib.2.cap.32.dubit.1.* ſed contrarium defendit *Rebell.de oblig.at.iuſt.par.1.lib.3.quæſt.3.* latiſſimè *Sanchez conſ.moral.lib.2.c.1.dubit.36.37.& 38.*
14 & generalitèr quomodò gerere ſe debeat Princeps in electione Officialium, demonſtrat *Feder. Fur.* in ſua *Idea Conſiliarij*, ſeù mauis in *libello de Conſilijs, & Conſiliarijs*, inſerto in *ſpeculo aulicarum obſeruat.*
15 *cap.4. Raudenſ. dec.Piſan.40.* & quæ qualitates inſpici debeant in perſona Officialis eligendi, *Aniles in cap.Prætor.4.in gloſ.le cumpla*, *Melchior Iunius quæſt.politicarum, quæſt.16.* vſq; ad 22. *Bonad.lib.1. cap.3.per tot.* & ſignantèr *num.15.* requirunt, vt prudentia, & merita vitæ, & virtutum clareſcat; vita laudabilis, laborum aſſiduitas, ſtipendiorum prolixitas, nobilitas, ſcientia, & rerum experientia. Con-
16 currentibus autem duobus ad idem officium, quorum alter ſit dignus, alter verò dignior, an licitum ſit omittere digniorem? latè diſtinguit idem *Raudenſ.dec.Piſan.33.* cum pluribus *ſeqq. et Intrigl. de caſib.conſcient.caſu 25.* ſed *Bonad.ibid.num.76.* & Regius Conſiliarius *Carleual.de iud.lib.1.tit.1. diſput.1. num.24.* concludunt pro digniori, *Theeb.dec.Luſitan.* 109. *vol.2. Farinac. dec.poſthum.521. et 551.*

17 Nota tamen, quòd officium non debet concedi ei, qui in eodem loco eſt oriundus, vel incola, aut aliàs exercuit idem officium, vt probat *text.in l.3.in princ.C.de diuerſ.offic.lib.12.* declarat *Borrell. de Magiſtr.edict.c.5.* nec ijs, de quibus loquitur *tex.in l.ad ſplendidiores, C.eod. Aniles in cap.Prætor.4.in gloſ.fin.* & *tex.in l.ſi. C.de crim.ſacrileg.*

Et nota ibi, *vel per interpoſitas perſonas*, quòd id prohibetur etiam per interpoſitas perſonas, quod amplia, vt per *Menoch.de arbitr.iud.lib.2.caſu 459.* vt in tutore emète rem pupilli, in gerente officium, in Decurionibus, in Notario ſcribente teſtamentum, in milite, in bannito, in patre relinquente filio ſpurio, in muliere donante viro, in cedente forenſi contrà ſtatutum, quia prædicti actum prohibitum, nec per interpoſitas perſonas explicare poſſunt.

18 Et aduertas ad pœnam in hac pragmatica ſtatutam, quæ eſt, vt impetrans careat officio impetrato, & ſit inhabilis ad idem, & alia officia Regia obtinenda per annum alium, nàm hæc pœna, & hæc prouiſio fuit neceſſaria, vt reprimeretur animus hominis, qui de ſui natura eſt generoſus, tendens ad alta, ſcilicèt, honores, & officia, vt ponderat *Io.Monach. in c.ſi religioſus, in princ.de elect.in 6.* & Sanctus Ludouicus in Gallia notabat hos perpetua infamia, teſte *Bonad.lib.1.c.3.n.13.in fin.*

Circà materiam huius pragmaticæ de tribus cõtingit dubitari, proùt quandòq; fui interrogatus.
19 Primò, an Prorex ipſe ſit hac Pragmatica, & alijs ſub hoc titulo alligarus. Secundò, dato, quòd ſit alligatus, an contraueniendo incurrat peecatum mortale. Tertiò, dato, quòd incurrat, an ſaltem excuſetur propter contrariam conſuetudinem, diutiſſimè à retrò Proregibus obſeruatam.

Quòad primum videtur negatiuè reſpondendum ex formula ampliſsimæ cõmiſsionis Proregis, in qua conſtituitur alter nos, vt ibi, *et alterum nos repræſentantes*, & iterùm ibi. *Ità vt deinceps dicto triennio durante ſit Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, et alter nos*, & demiquè ibi *tanquàm perſona noſtra, et alter nos*, per quæ verba ponitur in eodem
20 gradu, & præheminentia, in qua eſt ipſe Rex, ſed Rex, certum eſt, quòd his pragmaticis non alligatur, vt benè fundat *Sotus de iuſt.et iur.lib.1.q.6.art.7.concluſ.3.* ergò nec ipſe Prorex, qui vti alter Rex eodem iure vti debet.

Sed contrarium verius eſt, quia verba vtriuſquè pragmaticæ ſunt præcisè directa in ipſum Protegem, qui cùm ſit ſubditus Regi, harum legum Conditori, ſubindè eiuſdem legibus alligatur, vt magiſtraliter docet *Sotus* in eodem *art.in princ.* nec obſtant illa verba ampliſsimæ commiſsionis, vt ſit propterea huius Regni legibus ſolutus, tùm quia ſenſus illorum verborum eſt reſpectu obedientiæ præſtandæ à vaſallis Regni ipſi Proregi, non autèm reſpectu obedientiæ præſtandæ Regi ab ipſo Prorege, qui ſemper remanet ſubditus, & adſtrictus Regis mandata obſeruare, tùm quia verba ſubſequentia declarant hæc verba præcedentia, vt non propterea remaneat Prorex his pragmaticis ſolutus, dùm in eadem commiſsione ſubduntur paulò poſt illa verba, *ſeruatis in omnibus Conſtitutionibus, Pragmaticis Sanctionibus, Capitulis*, adeò, quòd ex tenore eiuſdem commiſsionis ampliſsima illa poteſtas ſubijcitur diſpoſitioni harum pragmaticarũ.
21 Quòad ſecundum videtur affirmatiuè reſpondẽdum, attentò, quòd Legiſlator vſus eſt illo verbo
22 præceptiuo, ſcilicèt, *diſtrictè mandamus*, de cuius

natura eſt,vt preſumi faciat,intentionem legis Conditoris fuiſſe obligare tranſgreſſores ad mortale, niſi aliud in cauſa poſitum ſuadeat contrarium, vt probat *Nauar.in manual.confeſſ.cap.23.nu.*52.& 53. vbi in ſpecie exemplificat in eo verbo, *arctè præcipimus*, quod eiuſdem ſignificationis eſt cum hoc verbo,*diſtrictè mandamus*, citat ad hoc *text.in clem. exiui,*§.*cùm autem, de verb.ſignif.& clem.dudùm,de ſepult.in princ.*

At Ego negatiuè reſpondendum cenſeo abſq; vlla hæſitatione, negando hoc aſſumptum, quod pro
23 indubitato tradidit *Nauarr.vbi ſuprà*,ſiquidèm,aut illud non procedit quòad leges ciuiles,prout eſt caſus noſter,ſed quòad leges Eccleſiaſticas tantùm, vt declarat ipſe *Nauarr.ibidem num.*54.& 55.vel quia etiã ſi procederet quòad leges ciuiles, prout voluit *Sotus de iuſt.& iur. lib.*1.*quæſt.*6. *art.*4.*in* 1.*concluſ.* quem ſequitur *Toletus in ſumma lib.*7.vbi agit de ſeptem peccatis mortalibus, *cap.*20.*verſ.circà leges humanas ciuiles*,reprobando *Nauarrum* in ſpecie,id non procedit generalitèr,& indefinitè,ſed cum certis qualitatibus, quandò ſcilicet lex ciuilis continet rem grauem,vel imponit pœnam notabilem, nempè capitis, aut perpetui exilij,vel amiſſionis omnium bonorum, vt tradiderunt *Sotus de iuſt.& iur. lib.*1. *q.*6.*art.*5. *Syluester in verb inobedientia*, §.*vlt.* & in *verb præceptum*,§.2. *Armill.in verb.præceptum*,§.6. ſequitur *Toletus vbi ſuprà cap.*20.propè *fin.Maſtrill. de Magiſtr lib.*1.*cap.*30.*num.*64.

Harum qualitatum neutra concurrit in caſu noſtro, quia nec pœna notabilis imponitur in his pragmaticis, niſi vnciarum auri mille tantùm,quæ nullius conſiderationis eſt reſpectu Proregis, nec ipſæ pragmaticæ in ſe re vera grauem rem continent,
24 quia ratio finalis illarum pragmaticarum, licèt in illarum contextura non expreſſa fuit, vt ſub illarum colore euitaretur continua moleſtia,qua afficiebatur ipſe Rex,& Prorex à perſonis huiuſmodi officia ambientibus, cui quidèm moleſtiæ, quatènus velit modò Prorex ipſe ſe ſubmittere, admittendo interceſſores huiuſmodi perſonarum,officia petentium, res grauis pro Republica dici non poteſt, ſed ſibi tantùm grauitatem affert, qui vt quilibet alius potuit, & poteſt iuribus in ſui fauorem inductis renũciare, *l.penult. C.de pactis*,*l. ſi Iudex circumuento*, *ff.de minor.* aliàs quod fauore Proregum introductũ fuit, in eorum odium retorqueretur, contrà *l.quod fauore, C.de legibus.*

Dixi, quòd hæc ratio finalis non eſt expreſſa in *textu* pragmaticarũ,ſed modò dico,rectiùs intuens, quòd eſt expreſſiſſima in proœmio *pragmaticæ primæ*, ibi, *quod multotiès propter importunitatem nonnullorum*,ergò ad euitandum hanc importunitatem
25 pragmatica emanauit,nam ex verbis proœmij colligitur cauſa finalis cuiuslibet diſpoſitionis, *l. fin.* vbi *Bart.num.*2.*ff.de hæred. inſtit.l.regula*, *verſ.initium Conſtitutionis demonſtrat*, *ff de iuris*, *& facti ignor. l.item quia*,§ *fin. ff de pactis*,quæ ratio finalis,non eſt dubium,quòd ceſſat, quotieſcunquè Prorex ipſe nõ vult huiuſmodi interceſſiones reuocare ſibi ad importunitatem,ergò ceſſabit quoquè pragmaticæ diſpoſitio,& ſucceſſiuè nec pragmaticarum tranſgreſſio ex hoc conſiderari poteſt,tantùm abeſt,vt poſſit conſiderari incurſus peccati mortalis.

26 Quòad tertium nulla probabilis dubitatio conſiderari poteſt,ſiquidèm certum eſt in facto,nec temporibus noſtris, nec noſtrorum ſeniorum,pragmaticas dictas vnquàm fuiſſe vſu receptas, & proindè ſucceſſit veriſſima iuris concluſio,quòd vel per non vſum, vel per contrarium vſum fuit earum diſpoſitioni derogatum, & propterea amplius non ligant, *Petr.& Cyn.in l.*2. *C.quæ ſit longa conſuet. Albert.in rubr. C.eod. Io.Andr.Butr.Imol. & Panorm.in cap. Ioannes,de cler.coniug.* cum ſexcentis alijs,quos congerit *Schrad.de feud.part.*10.*ſect.*20.*num.*155.*verſ.ad probandum*, *& Piagius de conſuet.q.*8.*num.*10.& 24. quod etiam admiſit *Tolet. cap.*18. *verſ.adhùc*, *lib.*7. *ſuæ ſummæ*,quod tantò magis admittendum eſt data ſcientia, & tolerantia ipſius Regis,quæ veriſimilitèr cenſenda eſt non defuiſſe per tot annorum curri-
27 cula, nam ex ea ſola inducitur legis abrogatio, iuxtà *gloſ.Panorm.& Præpoſ.in cap.quia circà,de conſanguin.& affin.Nauarr.in manual.confeſſ.cap.*23. *num.*111. *verſ.vndecimo*, vel ſaltim ipſius Regis diſpenſatio, vt probant ijdem præcitati *DD. in d.cap. quia circà,Sylueſt.in verb.lex,q.*6. *Claud.Bertazz.ad patrem conſ.*227.*verſ.Ego arbitror*, *Iul.Clar.in* §. *ſimonia,verſ.item quæro*,qui loquitur in ſpecie de hoc
28 crimine ambitus,& propterea infert,quòd in Curia Principis non committitur ſimonia, ſequitur *Flam. Pariſ.de conſid.benefic.q.*5.*num.*41.& 44. qui *nu.*45.
29 concludit, quòd talis conſuetudo poteſt induci etiã abſq; ſcientia, & tolerantia Principis, hoc idem re-
30 petit ipſemet *Pariſ. ibid.q.*11.*num.*19. ſubdens fortius, quòd ad hoc non requiritur conſuetudo præſcripta 10.annorum, ſed ſufficit ſimpliciter vſus cõtrarius,*cap.cùm olim,de cleric.coniug.*§.1.*diſt.*5.

De Officialibus, &c. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Officia non debent eſſe venalia, quod procedit quòad Officiales iuſtitiæ tantùm.*
2 *Officium vt habeatur, an ſit licitum de iure communi aliquo caſu dare, vel recipere pecunias.*
3 *... vt quis habeat, ſi pecuniam dat, habet animum malefaciendi & indebitè lucrandi.*
4 *... ſi quis emat, vel poſt illud aſſequutum iuſtitiam vendat,qua pœna puniatur de iure communi.*
5 *... emens non poteſt ab illo officio deſtitui, quod iam transijt in contractum per receptionem pretij, quæ eſt tutus exceptione, ſe emiſſe officium.*
6 *... alicui datum voluntariè, & gratis, non eſt ei auferendum abſq; cauſa,aliàs ei inferretur ignominia.*
7 *Principis ſola voluntate ſi quis priuatus eſſet ſine crimine, gaudebit eiſdem priuilegijs,quibus potiuntur in ipſa dignitate officij conſtituti.*

MAndamus **etiam, &c.**

Officia non ſint venalia. H. D.

Concordat cum *Conſtit. Magiſtri Camerarij*,& cum *cap.*12.inter capitula,& gratias con-
1 ceſſas Neap. in parlamento generali de anno 1536. *fol.* mihi 104. quod loquitur etiam de Officialibus pecuniarijs, ſed poſteà in anno 1540.fuit reſtrictum ad Officiales iuſtitiæ tantùm,vt in *cap.*4. *fol.*128. in-
2 ter eadem capitula, ſed de iure communi quid ſit dicendum,& quòd non ſit licitum dare,vel recipere pecunias pro habendo officio,vide *Foller.de cenſib. in verb.Nicolaus Epiſcopus, nu.*221. *Conrad.in templ. iudic.de Imperatore, lib.*1.*c.*1.§.3.*num.*8.*Gulielm.Bened.in cap.Raimuntius,in verb.duas habens filias,num.*52.cum pluribus *ſeqq.*& *Bullam Pij V.* Summi Pontificis,inſertam per *Nauarr.in manual.confeſſ.cap.*25. *num.*7.*verſ.admonemus*, & eundem *Nauarr.in tract. de datis,& promiſſ.pro iuſt. vel gratia obtin.*per *tot.*

poſt

poſt *extrauag.excommunicamus.de ſent.excomm.in extrauag.communibus. Gothofred.in prax.ciuili,lib.1. tit.4.de conſtit.Principum rubr.officia publica an Princeps iuſtè poſſit vendere, fol.*mihi 114. *Petr.Rebuff.in l.vnica,num.133.C.de ſent.quæ pro eo,quod interp.profer.ſuper gloſ.1. Matienz.in dialog.Relat.& Annoc. part.4.cap.10. & ſeq. Azeucd.ad decur.Piſan.lib.4. cap.7.Bonad.lib.1,cap.14.per tot.Maſtrill.de Magiſtr. lib.1.cap.10. Borrell.de Magiſtr.edict.lib.1.cap.9.* ied *Vaſq.controuerſ.illuſtr.lib.1.c.43.num.6.& 7.* tenet, poſſe Principem idoneis reditibus non dotatum, vſq; ad congruam ſuam ſubſtentationem, vel ad immenſas bellorum expenſas vendere, quem quodùm poſſet ab alijs ciuibus exigere.

3 Et dicit *Bart.in l.1.in fin.C.de murileg,lib.*11. quòd qui dat pecuniam, vt habeat officium, habet animũ malefaciendi, & indebitè lucrandi, & propterea eſt factus titulus in *auth.vt iud.ſinè quoquo ſuffrag.* quod dictum *Alex.ad Bart. in l.vniuerſi, C.de legationib. lib.*10. applicat ad omnes procurantes habere officium, & propterea ſiuè quis emat officium, ſiuè poſt
4 aſſequutum officium vendat iuſtitiam, punitur pœna confiſcationis bonorum, exilio, & ictibus fuſtium de iure communi, vt in *§.ſi quis autem,in authent.vt iudic.ſin.quoq.ſuffrag.* & de iure huius Regni fuit addita pœna mortis per Alphonſum I. in primis gratijs Regno conceſſis, vt expreſsè legitur in *libro Capitulorum, & Priuilegiorum Neapol. fol.* mihi 5. *verſ.ſtatuit etiam,in fine.*

5 Vnum tamen conſequitur priuilegium is, qui dat pecuniam pro habendo officio, vt .ſ. non poſſit deſtitui ab illo officio, quod iam tranſijt in cõtractum per receptionem pretij, quia eſt tutus exceptione, ſe emiſſe officium, vt eſt *text.ad literam in d.authent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.in princ.* propè *fin.* ibi *nullo eos præſumente cum fiducia redarguere, cùm illi repentè ſe emiſſe cingula pronuntiant,* & in *§.itaq; Deo, in fin.eod.tit.* & ſic prodeſt habere officium pro pecunia potiùs, quàm pro benemeritis, ſed à tali prodeſſe liberet nos Deus, ità *Rebuff. in tract.nominat. quæſt.vlt.num.*22. *Borrell.de Magiſtr.edict.lib.*1.*cap.*9. *num.*42. cum *ſeqq.*

6 Sed vbi officium eſt alicui datum etiam voluntariè, & gratis, non eſt ei auferendum abſq; cauſa, ità *Bart.in l.iuriſperitorum, ff.de excuſ.tut.* aliàs ei interretur ignominia, *Ant.Gamm.deciſ.Luſit.*355.

7 Quòd ſi quis ſola voluntate Principis, cui non poteſt dici, cur ità facis, *Andr.in cap.*1.*in princ.nu.*8. *quæ ſint regal.* eſſet priuatus ſine crimine, tunc gaudebit ijſdem priuilegijs, quibus gaudent in ipſa dignitate officij conſtituti, vt probat *Guid.Pap. deciſ.* 377. quem ſequitur *Tiraq.in tract.ceſſ cauſ.ceſſ.effect. limit.*11.*num.*9.*in fin.*

De Officialibus,&c. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Iuramenti præſtandi à promotis ad officia forma quæ de iure communi ſit,& an poſſit remitti,& num.*2.
3 *Iuramenti huius de ſubſtantia an ſit neceſſarius tactus ſacrarum ſcripturarum, vel ſufficiat iurare ſuper quolibet libro.*
4 *Iuramẽtum iſtud hodiè à quibus Officialibus exigatur, & in cuius manibus præſtetur.*
5 *Iuſiurandum non eſt præſtandum à verоſimiliter peieraturo.*
6 *Iuramenti à Regijs Conſiliarijs præſtandi forma quæ ſit, remiſſiuè.*

ET quia ſæpenumerò, &c.

Promoti ad officia præſtent iuramentum, vt infrà. H.D.

1 Formam huiuſmodi iuramenti de iure communi habes in *authent.iuſiurandum,quod præſtatur ab his,* & de iure Regni in *pragm.*2.*§.igitur,infrà de offic.Sacri Conſil.* Nec tale iuramentum remitti poteſt, *Mun-*
2 *ſynger.obſerv.*76 *cent.*2. Sed an de ſubſtantia huius iuramenti neceſſarius ſit tactus ſacrarum ſcripturarum, vel ſufficiat iurare ſuper quolibet libro? vide
3 *gloſ.in verb.quatuor, in d.authent.iuſiurandum, quod præſtatur ab his, Couarr. in cap.quamuis,* 9.1. *num.*2. *verſ.eſt igitur de pactis in* 6.*Theſaur.deciſ.*47.*num.*15. *verſ.de ſecundo,* poſt *gloſ.in clem.*1.*§.porrò,in verb.fatta, de hæret.*

4 Hodiè tamen hoc iuramentum non exigitur, niſi ab Officialibus inferioribus, ſcilicèt à Iudicibus M.C.V. ab Auditoribus Prouinciarum, & Officialibus locorum domanialium, & præſtatur in manibus ſenioris, ſcù vnius ex Regentibus Regiam Cancellariam, non tamen obſeruato illo numero decem teſtium, de quo in *final.verbis* huius *pragmaticæ*, & vt verum fatear, nec ab omnibus eſſet exigendum, quia certò certius eſt, quamplurimos ſæpe periuros, & talibus non eſt præſtanda materia peierandi, prout doctè demonſtrat *Zanger.* in eius *oratione de*
5 controuerſo illo iuris articulo, *vtrum reus in delictis inferentibus pœnam ſanguinis, vel infamiæ ſub iuſiurandi fide interrogari debeat,* impreſſo poſt ſuum *tractat.de exceptionibus, & Imper.Iuſtin.in authent.vt ſine probib.matres deb.trie. verſ.quia verò multam,* notabiliter ait, quòd iuſiurandum non eſt præſtandum verſimiliter peieraturo, *Gomez.de delict.c.*11. *num.*5. *in fin.*

6 Quæ autem ſit forma iuramenti præſtandi à Regijs Conſiliarijs, vide *pragm.*2.*§.igitur,de offic.Sacr. Conſil. Borrell.de Magiſtr.edict.lib.*1.*cap.*16.

De Officialibus, &c. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Officialibus inhibetur, tàm per ſe, quàm per interpoſitas perſonas. officia, aut beneficia à Baronibus petere.*
Officiorum reſpectu, quæ dantur à Capitaneo Graſſiæ, vel Iuſtitiario huius Ciuitatis Neap.eadem prohibitio viget,quæ in hoc edicto apponitur.
2 *Commiſſionum reſpectu,quæ à Magiſtris Rationalibus Siclæ ponderum,& menſurarum expediuntur, quid fuerit ſtatutum,remiſſiuè.*

ACciò la giuſtitia, &c.

1 Officiales nec per ſe, nec per alios officia, aut beneficia à Baronibus petant, & ipſorum coniuncti ſpontè prouidendi non adminiſtrent abſq; licentia Proregis. H.D.

Eadem prohibitio emanauit reſpectu officiorũ, quæ conferuntur à Capitaneo Graſſiæ, ſeù Iuſtitiario huius Ciuitatis Neapol. per pragmaticam Cardinal.Granuel.editam vltimo Maij 1575. *In Bannorum primo, fol.*101. quæ nunc eſt in *pragmat.*6.*infrà*
2 *eodem,* in nouiſſima impreſsione, & alia reſpectu commiſsionum, quæ expediuntur à Magiſtris Rationalibus Siclæ ponderum, & menſurarum, vt in pragmatica emanata ex Viſitatione generali, edita die decimatertia Nouembris 1593. in 3.*cap.* quæ eſt

prag-

pragmatica 12.infrà eodem.in eadem nouiſsima impreſsione,& vide *pragmaticam 5.in fi. ſupra de munер.offic.et prag. 5.n.3.infr.eod.*

De Officialibus,&c. Pragm. XII.

RERVM SVMMA.

1 *Proreges prohibentur remittere prohibitionem factam Officialibus circà receptionem pecuniarum,gemmarum,& munerum.*
Prohibitio,de qua hic,an comprehendat Regentes Collateralis Conſilij.
2 *Regentes Collateralis Conſilij tanquàm corruſcantes Principis radijs, vti pars corporis illius ſunt maiores dignitate cæteris omnibus.*
3 *Prohibitio diſpenſandi,de qua hic, reſpectu Conſiliariorum,& reliquorum Officialium an ſit perpetua, & generalis.*
4 *Color quæſitus dicitur,vbi non adeſt veritatis ſubſtantia,& eſt propriè,cùm ſit fraus legi.*
5 *Proregi an ſit arctanda diſpenſandi poteſtas, vbi non adeſt color quæſitus,ſed verè intercedit labor, omni remuneratione dignus.*
6 *Prohibitionis ratio ſi ceſſet, ceſſare debet ipſa prohibitio.*

TRà li altri capi, &c.

Hæc pragmatica continet diuerſa capita nouarum ordinationum, quæ ortum habuerunt ex generali Viſitatione D. Lopez Guzmani,inter quæ eſt *vltimum capitulum*, incipiens,*Porque dela viſita,&c.* per quod auſertur
1 Proregi facultas diſpenſandi Officialibus, nè recipiant pecunias,gemmas,ſeù munera à quolibet genere perſonarum, etiam ſub quæſito colore laborum.Circà quam aduerto in primis, quòd hæc prohibitio non comprehendit Regentes Collateralis Conſilij,quod indè mihi perſuadeo, quia non eſt facta mentio in hac prohibitione ipſorum Regentiũ, & tamen in alijs pragmaticis, in quibus voluit Legislator comprehendere Regentes, illos expreſsè nominauit,vt in *pragmat. 2. ſuprà de muner. official.* ibi *nemo ex Conſiliarijs noſtris Collateralibus*, & in hac eadem *pragmat.§.2.* in quo prohibuit delegationes Bancorum,comprehendit eos in ſpecie, ibi *à ninguno delos dichos Regentes*,& ſic,vbi voluit, dixit,vbi noluit,non dixit,*l. vn.§.ſin autem,C.de caduc. toll.*tantò magis,quia in hoc *vltimo capite* in narratiuis fit expreſſa mentio de Regentibus, vt ibi *à algunos Regentes*,& tamen in diſpoſitiuis omittit Regentes,& nominat ſolùm Conſiliarios, nec vim facit in contrarium illa generalitas, quæ ſubſequitur, ibi,*à ninguno Conſejero,ni à otro Miniſtro*, nàm intelligitur de Officialibus ſimilibus, iuxtà naturam dictionis,*alijs*,de qua per *gloſ.in l.ſi fugitiui*, C. *de ſeru.fugit.*& hi ſunt Præſidentes Regiæ Cameræ,& Iudices Magn.Cur.Vic. qui Iudices licèt ſint minores dignitate,& authoritate, non tamen eſt credendum,quòd voluerit Rex permittere minoribus,
2 quod denegauit maioribus,non ſic de Regentibus, qui ſunt maiores dignitate cæteris omnibus,& propterea non eſt mirum, ſi ſunt excepti à regula minorum,tanquàm corruſcantes radijs Principis, vti pars corporis illius.*l.quiſquis*,C.*ad l.Iul.Maieſt.*
3 Prætereà non eſſet ponere os in Cœlum,aſſerere, quòd nec etiam reſpectu Conſiliariorum, & reliquorum Officialium hæc prohibitio diſpenſandi ſit perpetua, & generalis, ſed tantummodò quandò non adeſſet vera, & iuſta cauſa diſpenſandi, nec ſubſtantia laborum,vt ità dicam, ſed tantùm color quæſitus,proùt ſonant illa verba, videlicèt *sò color de trabajo*,color enim quæſitus dicitur, quandò non
4 eſt ſubſtantia veritatis,vt in *clem.paſtoralis*, *in verſ. rurſus,de re iud.*& eſt propriè,quandò fit fraus legi, *clem.ex graui,de vſur.*ad idem *text.* in *cap. auaritiæ, de elect.in 6.*vbi *Archid.cap.cupientes,verſ.cæterùm*, eodem *tit.l.ſed & Iulianus*, *ff.ad Maced.* ità vt hæc pragmatica habeat locum, quandò verè nullus interceſsit labor,dignus recognitione,& ſic prohibẽ-
5 tur illæ diſpenſationes,quæ fierent ſub colore figurati laboris,at quandò non eſt color quæſitus, ſed verè intercedit labor omni remuneratione dignus, non video, cur ſit arctanda poteſtas diſpenſandi
6 Proregi;ceſſat enim hoc caſu ratio prohibitionis, & propterea ceſſare debet prohibitio, *l.adigere*,§. *quàmuis*,*ff.de iurepatron. Tiraqu.* latiſsimè in *tract. ceſſ.cauſ.num.*138.& 139. Hæc pluriès fuerunt diſcuſſa in hac vltima Viſitatione generali, facta per Illuſtriſsimum, & Reuerendiſsimum D.Ioannem Beltranum de Gueuara,Archiepiſcopum Salernitanum,nunc verò Archiepiſcopum Compoſtellanum meritiſsimum, & eſt expectandus exitus ſuæ viſitationis.

De Officialibus,&c. Pragm.XV.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales debent incedere togati.*
Toga vndè ſit dicta, & plura togarum genera referuntur.
2 *Aduocati togati dicuntur, hinc toga dicitur propriè Aduocatorum,ſicut clamis Militum, purpura Regum,ſtola Sacerdotum,habitus Ruſticorum, & cuculla Monachorum.*
3 *Toga veſtis longa eſt,& alia ad eius intelligentiam, remiſſiuè.*
4 *Togam hodiè nemo geſtare poteſt, niſi Magiſtratus,in ſignum eorum dignitatis, & Aduocatis expreſsè prohibetur.*
5 *Senatorum Romanorum ornatus qui erat.*
6 *Togæ geſtatio cum auctione ſtipendij pauperum Aduocato permiſſa.*
7 *Officialis perpetuus,qui ex malè geſtis in officio eſt priuatus,an poſſit eandem togam geſtare in ſignum priſtinæ dignitatis.*
8 *Iudex priuatus ob delictum in officio commiſſum, inſignibus,& honore exutus,inter peſſimos, & plebeios reputatur.*
9 *Milites armatæ militiæ propter delictum cum ignominia miſſi,nec ſtipendia,nec militaria inſignia habere debent,& quarè.*
10 *Officialis priuatus an perdat ſalarium,etiam pro tempore, quo adminiſtrauit.*
11 ... *qui nondùm ſit priuatus officio,ſed inquiſitus tãtùm,an interim pendente inquiſitione poterit eandẽ togam gerere.*
12 ... *temporalis an pendente inquiſitione debeat ſuſpendi ab officio,& per conſequens priuari toga.*
13 ... *accuſatus tantùm de crimine, cuius nomen nondùm fuit receptum inter reos,retinet omnem dignitatem,& ad maiorem aſpirare valet, & quarè,& retinet togam.*
14 ... *cuius nomen eſt iàm receptum inter reos, vel per citationem,vel per litis conteſtationem, licèt retineat dignitatem,in qua eſt,niſi anno tranſacto,modò*

non

non ſteterit per eum,quin lis finiretur,& adhùc retinet togam.

15 *Inſtantia in criminalibus,licèt duret biennio,quandòq; tamen anno tantùm.*

16 *Officialis,qui per ſententiam fuit iàm condemnatus, amittit adminiſtrationem,officium, et dignitatem, et per conſequens togam.*

17 *Officium nondùm quis adeptus, pendente inquiſitione contrà ipſum an debeat promoueri,remiſſiuè.*

18 *Officialis,qui ſola Principis voluntate remouetur ab officio,non exuitur prioribus priuilegiis.*

19 *Officia duo ſi quis iuſſu Superioris, vel ex priuilegio exerceat:quibus ſingulis ſit certum ſalarium,vtrùq; ei debetur.*

20 *Decanus S. R. C. exercens officium Præſidis quandò conſequatur vtrumq; ſalarium.*

DAlla Maeſtà del Rè, &c.

1 Officiales incedant togati. H.D. Toga dicta eſt à tegendo,*l.tignarij,in fi.ff.de verbor.ſignif.* & apud Romanos varia erant togarum genera,ſcilicèt toga prætexta, toga virilis, quæ & libera dicebatur, toga picta,toga regia,toga pura,toga candida, quas ſingulas declarat *Calum.in lexico,in dictione togarum*, eſt etiam toga forenſis Aduocatorum,de qua in *l.ijſdem, C.de*
2 *Aduocat.diuerſ.iud.* & propterea Aduocati dicuntur togati,*l.ſed etiam ff.de Procurat. l.quæ ab initio, ff.de reg.iur.l.11.§.illo procùldubio.C.de iud.l.vlt.C.de ſportul.l.1.C.nulli licer.in fræn.equeſtr. lib.11.* & alibi paſſim in *tit.de Aduoc.diuerſ.iud.* Hinc etiam togatus ordo Aduocatorum dicitur apud *Sidon. Apoll.* & togatorum profeſſio in *l fin. C.de poſtul. l.nè quis, C.de Aduoc.diuerſ.iud.* Immò propriè toga dicitur Aduocatorum,queinadmodùm & clamis Militum, purpura Regum,ſtola Sacerdotum, habitus Ruſticorum,cuculla Monachorum,ſecundùm *gloſ.in l.1.*
3 *C.nulli licer.in fræn.&c.lib.11.*& hæc toga veſtis lõga eſt,vt in *l.Labeo,ff de ſuppell.leg.*alia recenſet *Panorm.* in ſuo *theſaur. var. lect. lib.1. cap.12. Franc. Marc.dec.Delph.649.lib. .Canagn ad decret.civ.Montiſferr.41.§.2 nu.29. Modit.*in §.*Prudentum Reſponſa,Dubit.*13.

4 Hodiè autem illam non poſſunt geſtare,niſi Magiſtratus:in ſignum eorum dignitatis,& prohibetur omninò Aduocatis, vt in hac pragmatica expreſsè
5 ſtatuitur,quæ eſt in viridi obſeruantia, & apud Romanos Senatorum ornatus erat latus clauus cũ calceis lunatis,quorum ſignificatum habes apud *Laurent.Griſmal.Goslic.de optimo Senat. lib.2. cart.*mihi 75.*à tergo,verſ.tenendus etiam,Claud.Minois ad Alciat. emblemat.*136. *Modit.*in §.*Senatuſconſultum, dubit.*10.

6 Nupertimè verò, dùm D.Ferdinandus Quadra, poſt munus officij Iudicis Magn.Cur.Vicar. mirificè ab eo geſtum fuiſſet electus ad munus officij Aduocati pauperum,ob diuerſas laudabiles, immò admirabiles qualitates,in eius perſona concurrentes, fuit ſibi ex ſpeciali priuilegio communicata etiam huius togæ geſtatio cum auctione ſtipendij vſq; ad aureos 500.

7 Nunc autèm quæritur,quid ſi vnus ex Magiſtratibus perpetuis fuit ex malè geſtis in officio priuatus, an adhùc liceat ſibi eandem togam geſtare in ſignum priſtinæ dignitatis?

Et videtur,quòd non,iuxtà *text.in l.Iudices, C.de*
8 *dignit.lib.12.*vbi expreſsè dicitur, quòd Iudex priuatus ob delictum,in officio commiſſum, inſignibus,& honore exutus inter peſſimos, & plebeios reputetur,nec vlteriùs de illo honore ſibi blandiatur,quo ſeipſum indignum iudicauit, ergò ſi remanet exutus,& ſpoliatus inſignibus, & honore officij,non poteſt ampliùs induì huiuſmodi toga, in qua conſiſtunt inſignia,& honor officij.

9 Sic etiam videmus ſtatutum in militibus armatæ militiæ, nàm militi cum ignominia miſſo ab exercitu propter delictum detrahuntur inſignia militaria,immò & emeritorum ſtipendia denegantur, *l.2.§.ignominiæ cauſa,verſ.ignominioſa, ff.de his, qui not.infam.l.pen.ff.de re milit. Valtrin.de re milit.lib. 6.cap.8.in fi.*Ratio eſt, quia qui ignominioſè miſſi ſunt,exiſtimantur ſimiles eis, qui nunquàm militauerunt,*l.ſed & milites,§.qui verò ignominioſè, ff.de excuſ.tut.*

Et propter magnam connexitatem, quæ intercedit inter milites armatæ militiæ, & milites inermis militiæ,prout ſunt Magiſtratus,nonnulli voluerunt,
10 quòd Officialis priuatus perdit ſalarium, etiam pro tempore,quo adminiſtrauit,*Bald.in l.Neſemius, in fi.ff.de excuſat.tutor. Io.de Plat.in l.Iudices, in fi. C.de annon.& tribut.lib.10.*& in *l.ordinariorum*, per illum *text.C.de cohortalib.lib.12.in final. verb. Luc. de Penn.in d.l.Iudices, C.de dignit.colum.3. in verb. exuit*, et *text.in l.Meuia,in princ. ff. de aliment. & cibar.legat.*ſed *Bart.*in d.*l.Meuia*, & in *l.1.§.ſi duo, ff.de var.& extraord.crim.*vult,quòd pro tempore præterito antè adminiſtrationem debetur ſalarium, non autem pro futuro,ſequitur *Paris de Puteo de ſynd.in verb.ſalarium.c.2.n.2.*

11 Quid autem in Officiali,qui nondùm ſit priuatus officio,ſed inquiſitus tantùm, an interim pendente inquiſitione poterit eandem togam geſtare, vel potiùs ea exutus debeat inquiſitioni reſpondere? Hæc queſtio poteſt conſiderari tàm in Officiali perpetuo,quàm in temporali:reſpectu perpetui nullam habet dubitationem,cùm habeamus exempla ſatis recentiora noſtræ tempeſtatis, in quibus practica obſeruauit, vt nedùm pendente inquiſitione, ſed etiam pendente ſuſpenſione eis indicta ab officio nunquàm toga exuti fuerint,tàm in viſitatione generali de ordine Catholicæ Maieſtatis, quàm in viſitatione particulari de ordine Excellentiſſimi Proregis.

12 Reſpectu verò Officialis temporalis deciſio queſtionis videtur pendere ab alia quæſtione, an ſcilicèt pendente inquiſitione debeat ſuſpendi ab officio?in qua quicquid voluerit *Luc.de Penn. in l.Iudices,colum.2.verſ.ſed an Iudici*, C.*de dignit. lib.12. & Grammat.dec.*75.illa opinio fuit recepta, & quotidiè practicatur,vt quandò agitur de delicto commiſſo in officio intuitu officij, ſi ex informatione incipit Iudici conſtare de delicto,eſt ſuſpendendus ab officio,& ſic non retinet officium, quandò verò agitur de delicto extrà officium, tunc retinet officium,ſed inquiſitione pendente interdicitur adminiſtratio,*Capella Tholoſan. dec.*370. *Præſ. de Franch.dec.8.Regens de Ponte dec.*25. & ſic videtur dicendum,quòd quandò ſuſpenditur ab officio, tunc quia non retinet officium,nec etiam debeat retinere inſignia,cingulum,& togam officij, quandò verò retinet officium, ſed interdicitur adminiſtratio tantùm,tunc poſsit etiam togam,& alia inſignia retinere.

At Ego inſpicio diuerſos caſus à iure conſideratos, nàm aut ſumus in Officiali accuſato tantùm de crimine, ſed eius nomen nondùm fuit receptum inter reos, aut ſumus in eo, cuius nomen per accuſatio-

tionem eſt iam receptum inter reos, aut demùm ſumus in eo, qui per ſententiam fuit iam cõdemnatus.

13 Primo caſu, certum, & indubitatum eſt, quòd retinet omnem dignitatem cum integritate opinionis, & famæ, ità vt etiam ad maiorem dignitatem aſpirare poſsit, quia nõ ſtatim cùm quis accuſatur, reus eſt criminis, *l. furtis in princ. ff. de his, qui not. infam. l. fin. C. de accuſat.* neq; qui accuſatur, ſed qui conuincitur, reus eſt, *can. non ne 8. quæſt. 4. Andr. in cap. 1. §. ſed & quid delator, num. 43. quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt.*

14 Secundo caſu, quandò per accuſationem nomen eius eſt receptum inter reos, quod ſecundùm vnam opinionem eſt, quandò fuit citatus, *Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de reis poſtul. lib. 10.* & ſecundùm aliam, quandò fuit litem conteſtatus, & non alitèr, *Io. de Plat in d. l. 1. C. de reis poſtul.* cum quo eſt communis opinio, vt conſtat ex traditis per *Bertrand. conſ. 83. num. 17. vol. 1. par. priori*, tunc retinet dignitatem, in qua reperitur, ſed ad nouam aſpirare non poteſt, *l. libertus, §. in quæſtionibus, ff. ad municip. glo. & Doctor. in d. l. 1. C. de reis poſtul.* niſi tranſacto anno, quia poſt annum etiam lite, & inquiſitione pendente poterit aſpirare etiam ad nouam dignitatem, ſi tamen per ipſum nõ ſtetit, quin lis finiretur, vt eſt *text.* particularis in *l. reus delatus, ff. de muner. & honor.* non obſtante,

15 quòd in alijs cauſis criminalibus inſtantia duret biennio, *l. fin. C. vt intrà cert. temp. crim. quæſt. terminet.* nam hic eſt caſus ſpecialis, in quo inſtantia durat anno tantùm, vt vult *glo. in d. l. reus delatus, in verb. poſt annum*, quam communitèr *Doctores* ſequuntur, licèt *Cuiac. lib. 1. obſeru. cap. 8.* fuerit in opinione, quòd ille *text.* qui eſt de iure *Digeſtorum* ſit correctus per *d. l. fin. C. vt intrà cert. temp.* quæ eſt de iure *Codicis*.

16 Tertio verò, & vltimo caſu, quandò ſcilicèt fuit iam condemnatus per ſententiam, priuatur nedùm adminiſtratione, ſed etiam officio, & dignitate, *d. l. Iudices, C. de dignitatib. lib. 12.* Hinc modò fit, quòd in primo, & ſecundo caſu Officialis inquiſitione pendẽte retinet dignitatem, & ſucceſsiuè retinet etiam togam, & alia inſignia dignitatis, quia illa dignitas, quæ oritur ex officio, eſt ſicut ſtola, vel trabea, quæ induitur, & exuitur, & explicat *Præſ. de Franch. deciſ. 62. num. 5.* & per conſequens ſi non exuitur dignitate, non poteſt exui toga. In tertio verò, & vltimo caſu, quia perdit etiam dignitatem, nullo modo poterit retinere togam, & alia eius inſignia, vt ſuprà in præcedenti quæſtione latiùs probaui. Quæ omnia procedunt in ea ſentẽtia, quæ habet exequutionem paratam, ſecùs ſi ab ea ſit admiſſa appellatio, nam appellatione pendente nihil eſt innouandum, etiam in hac materia, *Biloſt. alleg. 8. num. 6. Bouadill. lib. 5. Politic. cap. 1. num. 193.* Is verò, qui nondùm adeptus

17 eſt officium, an pendente inquiſitione, ſeù accuſatione contrà ipſum, poſſit ad officium promoueri? explicant *Doctores in cap. omnipotens, extrà de accuſat.* & reaſſumunt regulam negatiuam cum limitationibus, *Maſſin. Phlegmat.* ſeù *diſt. 100. nouiſſimè D. Reg. Tap. deciſ. Ital. 17.* & multos caſus, in quibus Officialis poteſt ab officio ſuſpendi, & remoueri, tangit *Bouadill. in d. cap. 1. num. 196.* & quòd pendente appellatione non ſit innouandum, etiam ſi fuerit

18 abſolutus, *Auendan. de exeq. mandat. cap. 19. num. 25. lib. 1.* Illud tamen indubitatum eſt, Officialem remotum ſola voluntate Principis, ſinè alia cauſa, non exui antiquis priuilegijs, *Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. limit. 15. num. 6. Auiles in cap. 1. Iudic. ſindic. glo. mandamos, num. 13. Franc. de Alfar. de offic. Fiſcal. glo. 12. num. 8. Franc. Marc. deciſ. Delph. 377. Plaza in epit. delict. cap. 6. nu. 8.* Alia multa ad hanc materiam pertinentia tradit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 9.* Idem dicas in eo, qui honeſtam miſſionem obtinuit, per *text. in l. ſancimus, C. de Conſulib. lib. 12.* Valet etenim argumentum ab armata militia ad inermem, *Euerard. loc. 22.*

19 E' contrà verò, quòd Officiali exercenti bina officia diuerſa, quæ ſingula habeant diuerſum conſtitutum ſalarium, debeatur vtrumq; ſalarium de iure, probat *text.* optimus in *l. His ſcholaribus, in fi. C. de erog. mil. annon. lib. 12.* & comprobat in eo *text. Io. de Platea*, & in *l. 3. nu. 2. C. de dignit. eo. lib. Surd. conſ. 66. num. 6. Andr. Gayll. obſeruat. 44. num. 8. lib. 1.* accedente tamen Superioris iuſſu, vt *ibidem* ponderant *Platea*, & *Gayl. Azeued. ad Decuriam Piſan. lib. 2. cap. 22. num. 7. Auend. de exeq. mand. lib. 1. c. 4. nu. 45. & 46. Eſcobar de ratiocin. cap. 27.* paulò antè *nu. 13. verſ. Tertiò & pro hac*, vbi alios citat, & *Io. Franc. del Caſt. ll.* qui plures alios citat *deciſ. Sicil. 49. num. 5. verſic. quartò dicebatur*, præ cæteris tamen non eſt omittendus *Bellug. in ſpecul. Princ. rubr. 45. §. quamuis*, poſt *num. 3. verſ. aduerte*, vbi ait, quòd ſi quis habet duo officia ex priuilegio, vel aliàs licitè, quibus ſingulis ſit ſalarium certum deputatum, habebit duplex ſalarium, per *text. in §. illud. lo primo, authent. vt iud. ſine quoq. ſuffrag.* & ibi *glo. in verb. Periculum*, in quo quidèm articulo ponderanda ſunt verba, quibus vtitur maior pars prædictorum *Doctorum*, vt ſcilicèt accedat iuſſus Superioris, vel priuilegiũ, aliàs enim ſi quis habens officium de per ſe, cui ſit annexum onus exercendi aliud officium in certis caſibus, tunc etiam ſi exerceat duplex officium, non propterèa habebit duplex ſalarium, ſed vnum tantùm pro exercitio ſui officij principalis, de cuius natura venit, vt aliquibus caſibus exerceat aliud offi-

20 cium, exemplum habemus in officio Conſiliarij Decani noſtri Sacri Regij Conſilij, de cuius natura venit, vt habeat annexum onus exercendi munus Præſidis eiuſdem Sacri Conſilij, quandò vacat ob mortem, vel aliud impedimentum, nam huic non debetur duplex ſalarium, ſed vnum tantùm, & ità fuit iudicatum per Reg. Cam. Summ. contrà Marinum Frecciam, qui tanquàm Decanus Conſiliarius longo tempore exercuit etiam officium Præſidis de per ſe ex natura officij Decani, non autèm ex particulari commiſsione Proregis; cuius periculo effecti cautiores ſucceſſores Decani in caſus contingentia impetrauerunt ſpecificam commiſsionem à Prorege, & ſic ſtante iuſſu Superioris obtinuerunt vtrũq; ſalarium, eſt *glo. fin.* ſingularis in *l. His quidèm, C. qui milit. poſſunt, lib. 12.*

De Officijs ad Regiæ Maieſtatis, eiuſq; Viceregis collationem ſpectantibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Officia quæ Regnicolis poſſint conferri, & nùm exteris in Magiſtratibus exercendis ſint anteponendi, remiſſiuè.*

2 *Rex, ſiuè Prorex pro culpis, & defectibus Officialium ab ipſis electorum ad quid teneatur.*

3 *Officium Aduocatorum Fiſcalium de iure communi erat biennale.*

4 *Proregis ſolus nutus in electione Iudicum M. C. Vic. Auditorum Prouincialium, & Aſſeſſorum Terrarum domanialium non ſufficit, ſed requiritur communicatio cum Regentibus Regiam Cancellariam.*

§ Offi-

5 *Officiorum collatio ad Regiam Maieſtatem ſpectans de conſuetudine exigit nominationem,vel approbationem huius Regni Proregis, pro qua nominatione rectè facienda quæ,& quot conſiderentur,remiſſiuè.*

6 *Officia,quæ à Rege conferuntur ad ſuum beneplacitum an,& quando expirent per ipſius Regis conferentis mortem,remiſſiuè.*

7 *... antequàm vacent non poſſunt prouideri.*

1 QVæ officia poſſunt conferri Regnicolis,nec nè, vide *cap quartum* inter *capitula,& priuilegia Neap.fol.*mihi 148. *& infrà* in *rubr.de officiorum prouiſione facienda Regnicolis,& exteris,*& quòad politicam inſtitutionem attinet Regnicolæ ſunt exteris in Magiſtratibus exercendis anteponendi,*Melchior iun.quæſt.polit.quæſt.*15. *Borrell.de Magiſtrat. edict. lib.*1.*cap.*5. Sed tenetur Rex,ſiuè Prorex pro culpis, & defectibus Officialium, ab ipſis electorum, *Conrad.*in *templ.iud.lib.*1.*cap.*1.§.3.*requiſit.*25.

3 Et dùm in *pragm.*2. *infrà eodem* inter officia ſpectantia ad Regiam Maieſtatem diſtribuuntur officia bina Aduocatorum Fiſcalium, ſcilicèt Regij patrimonij, & cauſarum Fiſcalium,eſt adnotandum, quòd horum officium de iure communi erat biennale,vt eſt *text.in l.ſancimus, C.de Aduoc.diuerſ.iud.*

4 ſed hodiè eſt perpetuum, & dùm inter officia ſpectantia ad collationem Proregis deſcribuntur officia Iudicum Magn.Cur.Vic.Auditorum Prouinciarum, & Aſſeſſorum Terrarum domanialium, eſt aduertendum, quòd in illorum electione non ſufficit ſolus nutus Proregis, ſed requiritur communicatio cum Regentibus Regiam Cancellariam, vt in *c.*11. inter *cap.& priuileg.Neap.fol.*mihi 153.quod non abhorret à iure cõmuni, vt in *l.*2.ibi,*iudicio Senatus, C.de offic.Prætor.*

5 Et tamen aduertendum eſt,quòd etiam in officijs ſpectantibus ad collationem Regiæ Maieſtatis, de conſuetudine requiritur nominatio,ſeù approbatio huius Regni Proregis,quæ conſuetudo optimè fundatur,& ſubſtinetur ex *text.in authent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.§.eos autem,verſ.quis enim,*ibi,*iudicioq; tui culminis ad cingulum veniet.* Quot autem,& quæ ſint conſideranda pro huiuſmodi nominatione rectè,& conſcientiatè facienda,declarat latè *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de electt.offic.*§.5.

6 Hæc autem officia, quæ à Rege conferuntur ad ſuum beneplacitum, & iuriſdictionem habent, non expirant per ipſius Regis conferentis mortem, vt diſſerit *Ant.Gam.dec.Luſitan.*352.& declara,vt huiuſmodi officiorum prouiſio,ſiuè à Rege,ſiuè à Prorege nõ poſſit fieri antequàm vacent, vt latè probat *Maſtrill.de Magiſtr.lib.*1.*cap.*25.

7 *Baiuli officium antiquis temporibus in multis conſiſtebat,nunc autem in ijs tantummodò quæ conſuetudo, ac vſus populorum obſeruat.*

8 *Iuriſdictione feudi conceſſa cum iuribus omnibus, & introitibus,an etiam intelligatur conceſſa baiulatio.*

1 BAiuli verbum, non eſt in iure communi cognitũ, etſi, Ciuitatis defenſorem aliqui Baiulum putauerunt,quod non placet *Napodano in Conſuet. Baiulis, In quib.caſ.liceat.* De iure verò Regni eſt ſatis vulgatum in pluribus *Conſtitutionibus*, & præſertim in *Conſt.Iuſtitiarij, Iuſtitiarios, Crebra, Officiorum, Magiſtros,Iuſtitiarios, Puritatem,Magiſtri,Locorum, Baiulus,Ad officium, Baiuli,Sepè.Clerici, Conſtitutionum,Cùm circa,Cùm iuxtà,Baiulos,Omnes Baiuli,Minoribus,Si quando; In aliquibus,*& in alijs,nullibi tamen declaratur,quid tale nomen ſignificet,*D.Regẽs Molet* in ſuis deciſionibus manuſcriptis,in *dec.*59. *quæſt.*22. *ver.Baiuli autem* dicit, corruptè Baiulum appellari,ſed Balium dici debere,quod Balij verbũ, authoritatem, & poteſtatem habentem ſignificat, ſicut tutela, vt in *Conſt.Minoribus*, vbi tutor,& gubernator, qui minoribus feudatarijs à Rege datur, Balius appellatur. Mihi verò hoc ſatis non placet, quia contradicit omnibus ſupradictis alijs *Conſtitutionibus*,in quibus Baiulus,non autèm Balius nominatur,ſignificet ergò quicquid velit,eum tamen cõmunitèr Baiulum vocamus, ſicut etiam vocant Cathalani,in quo ſtatu Baiulus vocatur habens iuſtitię adminiſtrationem cum iuriſdictione, & mixto, & quandoq; mero imperio,de quibus per *Fontanell.de pact. nupt. gloſ.*10.*p.*1.*clauſ.*4.*ſub num.*41.*& clauſ.*4. *gloſ.*10. *p.*2.*num.*68.

2 Huius autem Baiuli peculiare, ac proprium officium quod nàm ſit,etiam ignoratur, nec ex multis iuribus,& authoritatibus,quibus anteà potiebatur, nunc certa regula tradi poteſt, in quibus ſit reſtrictum,quãdoquidèm licèt per *Conſt.Locorum Baiuli,* ſit Baiulis conceſſa cognitio cauſarum ciuilium, ac criminalium leuium, quarum pœna non eſt membri abſciſſio, & ad eos quoq; ſpectabant cauſæ ſimplicis iuriſdictionis,ac mixti tantùm imperij,vt in *Cõſt. Magiſtri Camerarij,in princ.*

3 Et per *Conſt.Ad officium Baiulorum* præcipuè ſit conſtitutum,debere Baiulos, aſſiſiarum pœnas ſuper ponderibus, & menſuris à venditoribus rerum, ac etiam à locatoribus operarum exigere, aſſiſiam quoq; per ſe ipſos, & Iudices ſuos rebus imponere, Bannorum pœnas ab eiſdem de conſilio tamen ſuorum Iudicum impoſitas, non vltrà vnciam exigere, inter quas connumerantur etiam pœnæ per eos partibus coràm ipſis litigantibus indictæ, ex eo fortè, quia ireuerenterè,& inſolenterè ſe geſſerunt ergà ipſos, quæ tamen irreuerentiæ pœna Auguſtalis quantitatem per vices ſingulas non excedebat. Poterat etiam Baiulorum Curia, iuxtà *Conſt.Authoritatem etiam,* ſummaria præmiſſa cognitione,reſtitui facere exactiones,& rapinas,quas Gabelloti,Foreſtarij, Plateарij,Portionarij,ſeù Paſſagerij,contra traditam formam faciebant.

Cognoſcebant etiam Baiuli de damnis in vineis, & poſſeſſionibus cum animalibus datis,vt in *Conſt. Cũ per partes Apuliæ,*& in *Cõſt.Animalia in vineis.*

4 Et poſtremò ſub baiulatione etiam continebantur Paſſagia, Plateatica, & ſimilia, quæ etiam iura Dohanæ dicebantur, prout ex *Conſt. Magiſtri Camerarij* fundat *Moles* in *d.quæſt.*22.§9.*dec.*in *ver.iura verò,quæ ſub iſtis.* Subdens inſuper idem *D.Moles ibidem.*Hoc enim verbum Dohana Normandum

5 *Et tamen aduertendum eſt,quòd etiam in officijs ſpectantibus ad collationem Regiæ Maieſtatis, de conſuetudine requiritur nominatio,ſeù approbatio huius Regni Proregis,quæ conſuetudo optimè fundatur,& ſubſtinetur ex text.in authent. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag.§.eos autem,verſ.quis enim,ibi,iudicioq; tui culminis ad cingulum veniet.* Quot autem,& quæ ſint conſideranda pro huiuſmodi nominatione rectè,& conſcientiatè facienda,declarat latè *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de electt.offic.*§.5.

6 *Hæc autem officia, quæ à Rege conferuntur ad ſuum beneplacitum, & iuriſdictionem habent, non expirant per ipſius Regis conferentis mortem, vt diſſerit Ant.Gam.dec.Luſitan.*352.*& declara,vt huiuſmodi officiorum prouiſio,ſiuè à Rege,ſiuè à Prorege nõ poſſit fieri antequàm vacent, vt latè probat Maſtrill.de Magiſtr.lib.*1.*cap.*25.

ADDITIO.

De Officio Baiuli. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Baiuli verbum an ſit cognitum de iure communi, & quid de iure* Conſtit.Regni,*quidue ſignificet.*

2 *Baiuli officium quod ſit,cauſæ,iuriſdictiones,ac iura ad Baiuli officium ſpectantia referuntur,& n.*3.

4 *Baiulationis conceſſione paſſagia,plateatica,& ſimilia iura Dohanæ continentur.*

5 *Dohana verbum eſt Normandum, cumulationem omnium iurium Regalium denotans.*

6 *Dohana habet ſub ſe plura membra,& iura,præſertim ius paſſagij,& plateæ.*

eſt, & cumulatiohem quãdam omnium iurium Regalium denotat, & corruptè hodiè ius plateæ appellamus, vt probat dicta *Cõſt. Magiſtri Camerarij, in fine*, & probatur ex *Conſt. Honorem noſtri diadematis, & Conſt. Magnæ Curiæ*, in quibus verbum Dohana pro toto Regio Patrimonio ponitur, id, quod etiam patet in *Ritibus Regiæ Camerę*, ſub *tit. de iure Dohanæ, in princ.* ibi *& habet plura membra, & Gabellas ſub ſe*, & paulò infrà. *Habent Dohanæ*
6 *certa membra, & iura, vnaquæq; ſecundùm conſuetudinem, quæ iuxtà morem ſingularum Prouinciarum certam habent denominationem.*

Continentur ergò ſub Baiulatione ſupradicta iura, ſcilicet Paſſagia, Plateatica, & ſimilia, tanquàm membra Dohanæ. Hinc dùm in cauſa Illuſtr. Comitis Policaſtri, cum Vniuerſitate Bonatorum, ſuper prætenſa reintegratione Dohanæ in maritima, ſeù hictore, dicto *de la Petroſa*, & in alijs locis, inter alia ponderabatur pro parte Illuſtr. Comitis, Dohanam, in hictore prædicto, ad ipſum ſpectare, eo, quia ipſe habebat Priuilegium conceſſionis Ciuitatis Policaſtri, in ſpecie, *cum Dohanis*, Vniuerſitas verò, ſeù Baro Bonatorum, ex cuius iuribus ſe tuebatur, non habebat ſimile priuilegium *cum Dohanis*, ſed tantũ *cum iuribus Baiulationis, & Plateæ*, (pro quibus ſoluit Baroni annuos ducatos vigintiquatuor, ex conceſſionibus Baronum, aſſenſu Regio munitis,) reſpondebamus cum D. Fabritio Bonito Iureconſulto doctiſſimo, Aduocatoq; Principe, ac Viro Patritio Nobiliſſimo, cuius merita ſunt quidèm quouis Supremo Magiſtratu digna, meoq; Domino, ſufficere Vniuerſitati habere conceſſionem *cum iuribus Baiulationis, & Plateæ*, quæ ſunt membra Dohanæ, & exiguntur ad eandem rationem, prout exigitur Dohana, & ſic exigendo Vniuerſitas ſupradicta iura, Dohanam exigebat, & cauſa relata obtinuimus in poſſeſſorio, ſcù fuit confirmata poſſeſſio Vniuerſitatis, in Banca de Litto.

Illuc igitur redeundo, vndè digreſſi ſumus. Concludimus, quòd & ſi Baiulorum officium circa multa antiquis temporibus verſabatur, factum eſt autem, ſucceſſiuis temporibus, vt Populorum moribus, Principumq; placitis, nonnulla ſint abrogata, & nonnulla alia remanſerunt exercenda, tamen, vt
7 vſus, & cõſuetudo obſeruat, & prout quiſq; in poſſeſſione exiſtit, ità teſtatur *D. de Franch. in dec. 397. num. 10. & D. Capiblan.* ſatis luculentèr in *pragm. 8. par. 1. n. 353. de Baron.* videmus .n. nonnullos Baiulos in hoc Regno magnam habere iuriſdictionem, vt ſunt Baiulus Litij, Baroli (qui Magiſter Portulanus appellatur,) Coſentiæ, Neapolis & cęteri, aliqui verò ſolùm de damnis datis cognoſcunt.

An autem in generali conceſſione iuriſdictionis,
8 *cum omnibus iuribus, & introitibus*, intelligatur etiã conceſſa Baiulatio, affirmatiuam ſententiam fundat *D. Moles in d. quæſt. 22. 59. deciſ.* ſub *verſ. quando demùm*, & eam comprobat *D. Capiblan. d. pragm. 8. part. 1. nu. 352.* per quem multa quidèm peregrina, occurrentia, & in haç materia ſcitu digna doctè, ac peritè traduntur.

Io. Laganarius.

De Officio Baiuli. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Baiuli pœna non poteſt auguſtale excedere. Pragmaticæ huius materia remiſſiuè.*
2 *Pœna hic taxata, vt ſcilicet non excedat damnum, habet locum, modò damnum non ſit factum immittendo animalia data opera, quia tunc exigitur integra pœna.*
3 *Pœna, de qua hìc, procedit reſpectu ciuium tantùm, non autem exterorum, à quibus integra fida, & diffida exigitur, præterquàm in animalibus errantibus, pro quibus non exigitur pœna vltrà damnum.*
4 *Fida, & diffida donec ſit ſoluta, animalia non ſunt liberanda, etiam cum cautione, quòd fallit, ſi ageretur pro refectione damni illiquidi.*
5 *Baiuli an debeant parere ſyndicatui, remiſſiuè.*
6 *... in cauſis forenſium, & peregrinorum procedunt ſinè figura iudicij.*
7 *... quot poſſint deputari in vno loco, remiſſiuè.*
8 *... an habeant mixtum imperium.*
9 *... an poſſint arma deferre intrà Terram.*
10 *... an per bannum poſſint in ſpecie imponere pœnam vltrà auguſtale, & quid ſeruetur in praxi.*
11 *Baro pœnã augere an poſſit, & edicta pœnalia facere.*
12 *Pragmatica iſta an comprehendat etiam animalia clericorum.*

STatuimus, quòd in damnis, &c.

1 Pœna Baiulorum non excedat vnum auguſtale, conſtito de damno, ſaltim per teſtem, & iuramentũ inuentoris, & circà contumacias ſeruentur *Ritus Magnæ Curiæ. H. D.*

Super hac pragmatica plura ſcribit *Cauenſis hic*, ſed tu ad eius materiam vide *Capyc. dec. 45.*

Aduertas tamen, quòd pœna hic taxata, vt ſcili-
2 cèt non excedat damnum, procedit, dummodò dãnum non ſit datum immittendo animalia data opera, nàm tunc exigitur integra pœna, vt probat *Io. Fab. in §. 1. in fin. Inſt. ſi quadr. pauper. feciſſ. dicat. Abb. in cap. ſi læſerit, extrà de iniur. Griuell. dec. Dolan. 148.* Idem ſi quis non immittat, ſed ſimpliciter patiatur, cùm prohibere poſſit, animalia ſua ingredi fundum alienum, quia propè dolum eſt, vt patet ex eodem *Fabro ibidem*, & poſt eum *Angel. Aret. ibidem, Boer. in Conſuet. Bitur. tit. de iuriſd. omn. iud. §. 25. & in tit. des conſt. præd. §. 1. & 2. Caſſan. titul. des iuſtices, §. 6. verſ. me ſuſage, num. 17. Maſuer. titul. de expenſ. num. 15.* Sed ſi caſu Cuſtos obdormiat, non niſi damnum debetur, *Argentr. in Conſuet. Britan. tit. 18. artic. 376. in fin.* & ità quotidiè emanant pro-
3 uiſiones à Regia Camerà, item procedit reſpectu ciuium tantùm, non autem reſpectu exterorum, à
A quibus exigitur integra fida, & diffida, præterquã in animalibus errantibus, pro quibus non debet exigi pœna vltrà damnum, ità probat *Luc. de Pen. in l. 2. C. de paſcuis public. lib. 11.* ſequitur *Villadieg. lib. 8. for. iud. tit. 4. l. 1. & Alber. 2. part. ſtatut. quæſt. 76. Argentr. in Conſuet. Britan. tit. 18. art. 381. lit. E. fol. 1566.* & fuit iudicatum per Sacr. Conſ. ad relationẽ Mag. Cur. Vic. die 13. Febr. 1597. in cauſa Vniuerſitatis Terræ Ruffianò cum Barone Caſtri Turris Paludum. Actuarius Mag. Cur. eſt Tramontanus, &
4 donec ſit ſoluta fida, & diffida animalia non ſunt liberanda, etiam cum cautione, licèt ſecus, quandò ageretur de refectione damni, quod eſſet illiquidũ, vt per *Capyc. deciſ. 45.* Hæc animalia errantia poterunt retineri pro refectione damni, ſeù expenſarum, vt docet *Luc. de Pen. in l. fin. col. 3. de erog. milit. anno. Muta in cap. Sicil. 30. num. 5. & 6. tom. 1.* &
5 Baiuli debent ſtare ſyndicatui, *Ann. ſingul. 48. incip. Baiulus*, & eſt expreſsè prouiſum in pragmatica

edita

edita per Comitem Mirandæ die 12. Ianuarij 1588. quæ nunc eſt redacta in volumen, & eſt *pragmat.5. infrà de ſynd.official.* & aduerte, quòd Baiuli in cauſis forenſium,& peregrinorum procedunt ſinè figura iudicij de more,qui ſeruandus eſt, ſecundùm *Iſern.in proœmio Conſtit.colum.*mihi 11. propè *princ. verſ.& in ſimilibus*,& quot Baiuli poſſint deputari in vno loco,vide *Conſtit. Magiſtri Camerarij, verſ. per loca,& Conſt.Sepè contingit*,& an Baiuli habeant mixtum imperium, *gloſ.in Conſt.Locorum Baiuli* tenet,quòd ſic,eam ſequitur *Andr.Iſern.ibi, & Ioan. de Amic.conſ.42.num.6.Ann.ſing.47.*incip: *Baiulus*, & ibi Baiulus non poteſt arma deferre intrà Terrã, ſed per bannum Baiuli non poteſt in ſpecie imponi pœna vltrà auguſtale, vt per *Gramm. in dec.67.in 4. dub.* & quid ſeruetur in practica, vide *Ioa.Vinc. Ann.ſingul.*138.*damnum,& ſingul.ſeq.* omninò *Reg. Lanar.conſ.*98.& vide *Conſt.Ad officium,verſ.pœnas bannorũ.* In territorijs nõ bannitis ſeruatur *Coſtitutio Cùm per partes Apuliæ*,in bannitis, aut non eſt damnum,& non poteſt exigi pœna, niſi ex contemptu,& moderatur pœna,aut eſt damnum,& ſi animalia ingrediuntur ex ſe ipſis,& pœna non exigitur, aut cuſtodes,vel domini permittunt ingredi, & tunc ſi damnum paſſus accuſat pœnam, pro tota quantitate exigitur,& non vltrà,aut pro minori quantitate, & pro ea exigitur,ſed quid in ipſo Barone,an poſſit pœnam augere,vide *Dec.conſ.*198.*viſis,& Aniles in cap.*17.*Prætor.in gloſ.emendar,num.*22.qui admittit, poſſe pœnam augeri, ſi qualitas temporis id exigat, & quid in propriis agris ipſorum Baronum, latè *Natt.conſ.*550.*volum.*3.qui *num.*4. dicit, poſſe prohibitioni addere pœnam, & generaliter Baro non poteſt edicta pœnalia facere ſub pœna corporali, aut confiſcationis,*Gaſpar Theſaur.quæſt. forenſ.*91.*lib.*3. conferunt tradita per *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.*3.*c.*3. *num.*46. cum *ſeqq.*

Et an hæc pragmatica comprehendat etiam animalia clericorum,*Luc.de Pen.in l.*2.*C.de nauib.non excuſ.lib.*11.diſputat quæſtionem ad partes,& videtur retinere opinionem affirmatiuam,& eum ſequitur *Affl.in prælud.*ad *Conſt.Regn.q.*6.*in fi.*& in *Conſt. Cùm per partes Apuliæ,nu.*9.*Campag.in clem.de vit. & honeſt.cler.n.*175.eandemq; opinionem multorũ authoritatibus comprobat *Salzed.* ad *Diaz in pract. crim.canon.c.*55.*col.*mihi 19. *verſ.ſeptimò his etiam finitimũ eſt*,qui omninò videndus eſt, *Carol.de Graſſ. de effect.cler.eff.*2.*n.*448.*Gutierr.lib.*1.*pract.q.*4. *Mute in cap.Sicil.*30.*n.*12.*tom.*1.*Bonad.lib.*2.*c.*18.*n.*243. 244.245.*Bellet.diſquiſ.cler.part.*1.*tit.de exempt.cler à muner.*§.6.*n.*5.*Parlad.differ.*9.§.4.*nu.*14.*Reg.Conſil. Carleual.de iud.tit.*1.*diſput.*2.*q.*2.*n.*157.modò vide *Sanchez.conſ.moral.lib.*3.*c.*1.*dub.*31.

RERVM SVMMA.

13 *Baro an poſſit expreſsè affidare animalia exterorum in territorijs appatronatis,ex qua affidatione prohibeantur particulares Domini territoriorum herbam ibi naſcentem vendere cui voluerint.*

14 *Exteri à Barone affidati an poſſint depaſcere etiam in territorijs appatronatis, ità vt ab eorum Dominis repelli nequeant.*

15 *Territoria aperta,& campeſtria defendere, & ſic novas defenſas facere prohibitum eſt in præiudicium Baronum.*

16 *Territoriorum appatronatorum Domini licèt herbas virentes in eorum territorijs de iure vẽdere poſſint, de facto tamen vendere nequeunt.*

17 *Vaſalli non poſſunt de Barone conquæri, ſi affidati ab eo vtuntur paſcuis vaſallorum in territorijs appatronatis, apertis tamen, & campeſtribus, & quarè.*

18 *Index ordinarius an poſſit cognoſcere de huiuſmodi damnis illatis.*

19 *Baiulus an poſſit habere carceres.*

20 *Officiales habentes ſimplicem iuriſdictionem carceres habere poſſunt.*

21 *Reus pro debito ciuili poteſt carcerari.*

22 *Territoria propria ſi quis bannire fecit, an poſſit remittere bannum abſq; Baiuli conſenſu.*

23 *Baro, qui per decem annos continuos conſueuit exigere pretium vniforme pro fida animalium exterorum, an poſſit dictum pretium poſteà alterare, remiſſiuè.*

24 *Barones an poſſint bannire eorum priuata territoria, & quam pœnam valeant exigere.*

25 *Baiuli de quibus cauſis cognoſcunt,remiſſiuè.*

26 *Baiulorum à grauaminibus ad Baronem, ſiuè ad eius Capitaneum appellatur, etiam ſi Baro non habeat cognitionem ſecundarum cauſarum.*

27 *Baiuli delinquentes puniuntur à Barone.*

28 . . . *poſt terras bannitas ad inſtantiam Dominorum non poſſunt ſe concordare cum Dominis animalium damnum inferentium,ſed tenentur illos cogere, tàm ad refectionem damni facti,quàm ad pœnam in banno contentam.*

29 *Territorij banniti Dominus an poſſit ſe concordare cũ aliquibus perſonis,vt quantum ad ipſas territorium habeatur pro non bannito in præiudicium Baiuli, & plura ad materiam Baiuli iuriſdictionis.*

30 *Animalia reperta,& capta in proprio territorio, donec fuerit ſibi ſatisfactum de damno,retinere an ſit licitum priuato,& an liceat occidere.*

31 *Damnũ illatum probatur iuramento damnũ paſſi, niſi Dominus animalium velit ipſe probare contrarium.*

13 AN autem Baro poſſit affidare animalia exterorum, nedùm in domanio Baronali,ſed etiam in territorijs appatronatis, apertis tamen,& campeſtribus?hęc quæſtio eſt ſatis ardua, in qua reperio, per S.C.diuerſis temporibus,& in diuerſis Aulis fuiſſe interpoſita decreta prorsùs contraria,& nunc pendet deciſio facienda iunctis Conſiliarijs duarum Aularum in cauſa Vniuerſitatis Petræ Paganæ cum Barone,vbi ſunt producta omnia decreta prò, & cõtrà. Actuar.eſt....

Ego verò sẽper fui in ea opinione,vt hæc quæſtio ſit in duas diuidenda, altera ſcilicèt, an Baro poſſit expreſsè affidare animalia exterorum in territorijs appatronatis,ità vt ex tali affidatione reſultet prohibitio particularibus Dominis territoriorum, nè poſſint herbam in eiſdem territorijs naſcentem vendere,cui voluerint? altera verò,an exteri à Barone affidati poſſint depaſcere etiam in territorijs appatronatis,ità vt ab eorum Dominis non poſſint arceri,& repelli?

In prima quæſtione fui ſemper in opinione, quòd omninò particulares Domini poſſint ad ſui libitum diſponere de ſtipula, & herba naſcente in eorum territorio tanquàm de re eorum propria, *l.pratum, ff.de verb.ſign.* præterquàm in Prouincia Hydruntina,in qua viget conſuetudo pro Baronibus, ſecatis ſegetibus,teſte *Frecc.lib.*2.*ſubfeud.auth.*46. à *num.*5. vſq; ad *nu.*22.

14 In ſecunda verò quæſtione fui in opinione, quòd

particulares Domini territoriorum non posſint arcere exterorum animalia ab eorum territorijs appatronatis, non quòd ipſi non ſint Domini herbæ ibi
15 naſcentis,ſed quia eſſet per indirectum defendere territoria aperta,& campeſtria, & ſic facere nouas defenſas,quod eſt prohibitum à *pragm.1.§.& cùm nec Comitibus,infr.de ſalar.cor.qui mut.proſcruit.Regiæ Curiæ*,vbi Ego dixi.

Quò fit, vt Domini territoriorum appatronato-
16 rum, licèt poſſint de iure vendere herbas virentes in eorum territorijs, non tamen poterunt illas vendere de facto, quia dùm non poſſunt expellere animalia exterorum, nemo erit tàm ſatuus,qui velit emere ab eis herbam,quam ſibi non poſſit retinere, & quam habet communem cum cęteris in communi.

Quatènus igitur exteri affidati à Baronibus vtun-
17 tur paſcuis vaſallorum in territorijs appatronatis, apertis tamen,& campeſtribus, in hoc vaſalli non poſſunt de Barone conquæri, quia eis nullum ipſe infert grauamen,ſed potiùs debent conquæri (ſi fas eſt)de illa pragmatica,quę prohibet nouas defenſas, & per hæc media multotiès Ego defendi Barones à ſimilibus grauaminibus. An autem per hanc prag-
18 maticam ſit abdicata iuriſdictio à Iudice ordinario, vt non poſſit cognoſcere de huiuſmodi damnis datis?dic,quòd non,per *text.in l.1.* vbi *Doctor.* & præſertim *Salyc.C.de offic.Præfect.Vrb.*ad cuius materiam vide *Iaſon.in l.quod in rerum,§.penult. num.7. ff.de legat.1. Affl.dec.41. Gramm.dec.30.* & in *conſ.2.de foriudicatione*,poſt *deciſiones* impreſſo,*Bellug.in ſpecul.Princip.rubr.23.verſ.ſed pone, num.18. & rubr.38.§.conquæruntur,per totum*, & præſertim *num.2.verſ.ſed præd.iura*, & limita ſecundùm *Bald. in l.1.circà princip.verſ.extrà quæritur, de offic. Con-*
19 *ſul.* Sed an Baiulus poſſit habere carceres? videtur, quòd non, quia habere carcerem eſt meri imperij, *ff.de in ius voc.l.2.* quo caret Baiulus, ſed in contrarium eſt *Conſtitutio Dilationes, in final. verb.* vbi videas *Bartholom.de Capua,et Petr.de Montefort.*addo nunc *Andr.in Conſtitut.Locorum Baiuli*, circa *finem, verſ.vel dic,quòd potuit pro carcere, et Afflict.ibid. num.10.verſ.quarta opinio*,eundem *Afflict.in d.Conſtit. Dilationes, num.43.* omnes aſsignant rationem, quòd ſcilicèt carcer Baiuli eſt ad cuſtodiam tantùm, non autèm ad pœnam,ſeù ad cognoſcendum de delictis,& proindè nec ad carcerandum, vel excarcerandum pro delictis, & carcer cuſtodiæ cauſa non eſt de mero imperio.

Confirmatur hoc dictum etiam ex diſpoſitione
20 iuris communis, nàm Officiales habentes quantùmuis ſimplicem iuriſdictionem,proùt ſunt Magiſtratus municipales, & defenſores Ciuitatum, habent tamen modicam illam coercitionem, & caſtigationem,ſinè qua iuriſdictio nulla eſt, *l.fin.in fin.ff. de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.l.Magiſtratibus, ff.de iuriſdict.omn.iud.§.audient,in auth.de defenſorib. ciuit.* Quæ quidèm modica coercitio, & caſtigatio in carceratione conſiſtit, *l.2.ff.de in ius voc.* ibi, *et qui coercere aliquem poſſunt, et iubere in carcerem duci*, ergò multò fortius Baiulus, qui habet nedùm ſimplicem iuriſdictionem, ſed etiam mixtum imperium, vt probatur in *Conſtit. Magiſtri Iuſtitiarij*, & in *Conſtit.Locorum Baiuli*, vbi expreſsè *Andr.* id aſſeuerat.

Nec dicatur, quòd dùm Baiulus non habet iuriſdictionẽ criminalem,carcer non eſt ſibi neceſſarius, qui pro cuſtodia tantùm delinquentium eſt inuentus, *tot.tit.ff.et C.de cuſtod.reor.* nàm etiam
21 pro debito ciuili poteſt reus carcerari, omiſſa diſputatione,an in ſubſidium facta diſcuſſione bonorum,vel nulla facta diſcuſſione,vt probatur in *l.3.§. tutores, et ibi gloſ.in verb.vinculis,ff.de ſuſpect.tut. l.1.C.qui bon.ceder.poſſ. Boſſ. de captura, num.84. et ſeq.Foller.in Conſtitut.Si quis clericus, num.15.* cum *ſeq.*faciunt ad prædicta adducta per *Præſ.de Frãch.* circà carceres Curiæ Artis Lanæ *dec.679.num.4.* & poſt *num.5.verſ.quod tantò fortius*, & ſi quis fecit
22 bannire eius territoria, an poſſit remittere bannum abſq; conſenſu Baiuli? credo,quòd non,ex adductis per *Sebaſt.Medic.de nouat.par.2. in 2.alphab.*
23 *in verb.bannum, num.11. in fin.* An Baro, qui per decem annos continuos conſueuit exigere certum pretium vniforme pro fida animalium exterorum, poſſit dictum pretium poſteà alterare, negat *Burſat. conſ.330.num.12. volum.3. et Præſ. de Franch.dec.* 301. An Barones poſſint bannire eorum priuata
24 territoria,& quam pœnam valeant exigere? vide *Alber.Brun.in conſ.179.et 189.volum.2.* inter *conſil. feud.*qui concludit affirmatiuè, dummodò pœna ſit
25 honeſta,& rationabilis, & de quibus cauſis Baiuli cognoſcunt,vide *Montanar.* in *pragmat.2. num.187.* cum *ſeq.de adminiſtr.vniuerſ.Capiblanc. prag.8. num.* 352.cum pluribus *ſeqq.ſuprà de Baronibus,*ſeù *de authoritate Baronum,*& in ſpecie omnes caſus, de quibus Baiulus poteſt cognoſcere inueni declaratos,& diſtinctos per *Afflict.*in laudo per ipſum lato inter Cardinalem Getualdum, vti Commendatarium Monaſterij S.Heliæ de Terra Carboni, & Principem Biſiniani eius vtilem Dominum in proceſſu inter eos vertente in Sac.Conſil.in Banca Carboni, quod inſertum habes in *pragm.2.ſuprà de iuriſd.inuic.non*
26 *turb.*Et aduerte, quòd à grauaminibus Baiulorum appellatur ad Baronem, ſiuè ad eius Capitaneum, etiam ſi Baro non habeat cognitionem ſecundarum cauſarum,vt per *Frecc.de ſubfeud.lib.2. auth.16.* poſt *Affl.in* Conſtit.Mag.Cur.*noſtræ,num.6.in fin.* Immò
27 ſi Baiuli delinquunt,debent puniri à Barone, vt per *Campagn.in cap.Regni Ad quietem, num.13. in fin.*
28 Aduertas tamen, quòd Baiuli poſt Terras bannitas ad inſtantiam Dominorum non poſſunt ſe concordare cum Dominis animalium ibi damnum inferentium, ſed omninò tenentur illos cogere, tàm ad reficiendum damnum Domino poſſeſſionis,quàm ad ſoluendum pœnam, in ipſo banno contentam Curiæ ipſius Baiuli, vt eſt ſpecialitèr prouiſum in *pragm.2.infrà eodem*, ſed è contrà,an Domi-
29 nus territorij banniti poſſit ſe concordare cum aliquibus perſonis, vt quantùm ad illas territorium habeatur pro non bannito in præiudicium Baiuli? vide *Regentem Lanarium conſ.98.num.15.* qui dicit, poſſe,& proindè fuiſſe malè deciſum aliàs per Cęſarem Vitellum, & multa alia pertinentia ad exercitium huius iuriſdictionis explicat *Capibl.d.pragm.* 8.à *n.352.*vſq; ad *n.400.*

An autem liceat priuato retinere animalia re-
30 perta,& capta in proprio territorio,donec fuerit ſi-C bi ſatisfactum de damno,*Surd.conſ.561.nu.20. et 26. volum.4.*negat,maximè ſi animalia reperta in via publica fuerint,ſed *Greg ſynt.iur.cap.15.nu.7.lib.3.*& latiùs *lib.38.cap.9.num.14.15.16.17.18.Muta'in cap. Sicil.30.nu.6.to.1.Parlador.diff.quotid.52.§.1.num.3.* admittunt,pro expenſis,& damno, etiam ſi animalia fuerint reperta ſecus agrum, vt *ibi* per *Parlador.Moditius in §.Plebiſcitum, dub.9.* admittit pro expenſis *nu.1.*

Immò dico vnum,quod eſt fortius,vt ſi adſit conſuetudo,nedùm intercipiendi, ſed etiam interficiẽ-

di

di animalia damnificantia reperta in prædijs alienis inuito Domino, ea omninò ſeruanda erit in vtroq; foro, ità vt nec etiam ad reſtitutionem animalis occiſi teneatur occidens, ità in proprijs terminis tradit *Salyc. in l. Gracchus, verſ. ex prædictis habes*, C. *de aduls.* quem ſequitur *Dec. conſ. 198. viſis*, poſt *nu. 4.* & expreſsè admittit *Nauar. in manual. c. 17. n. 120. Parlador. diff. 9. §. 4. n. 14.* & in Regno eſt *Conſt. Peruenit ad aures noſtras, & Conſt. Animalia in Vineis.*

Inſuper quatènus in hac pragmatica ad probandum damnum illatum per animal alicuius admittitur iuramentum inuentoris, hoc intellige, niſi aduerſarius, ſcilicèt Dominus animalium velit probare contrarium, proùt regulariter introductum eſt in omnibus caſibus, in quibus ſtatuto cauetur, vt ſtetur iuramento alicuius, quod latè proſequitur *Tiraquell. de retract. conſangu. §. 4. gloſ. 1. per totam*, *Moditius d. §. Plebiſcitum, dub. 11.* huiuſquè *text.* diſpoſitionem de iure communi comprobat *Parlador. ead. diff. quotid. 52. §. 1.* qui in *fine* addit, quòd ſi animalia non reperiantur in ipſo agro depaſto, ſed ſeeus agrum, ſufficiat ad condemnationem, niſi probetur contrarium. 31

RERVM SVMMA.

32 *Inſtrumentum via* Ritus *liquidari an poſsit in Curia Baiuli.*

33 *Mag. Cur. Vic. ſola, vel etiam aliæ Curiæ an poſsint cognoſcere de cauſis ſuper tenore inſtrumentorum, & affertur intellectus ad* Ritum 54.

34 *Cauſa liquidationis inſtrumenti an ſit ciuilis, vel criminalis, & affertur intellectus ad* Ritum 109.

35 *Debitores vigore inſtrumentorum iuratorum poſſunt conueniri bifariàm, ordinariè, et criminaliter, extraordinariè, & ciuiliter, vbi quandò fuerit impoſita pœna obtruncationis manus.*

36 *Procurator cur non admittatur in cauſa liquidationis inſtrumenti.*

37 *Pœna pecuniaria, quæ ſoluitur ex inſtrumentis liquidatis an ſit ſubrogata in locum obtruncationis manus.*

38 *Cauſa an ſit criminalis, ſi pœna applicetur Fiſco.*

39 *Baiulus an habeat cognitionem cauſarum mixtarum.*

40 *Baiuli de quibus cognoſcere poſsint, & quam iuriſdictionem habeant.*

41 *. . . habentes iuriſdictionem indeterminatam alio nomine Barones appellantur, & eorum Officiales in ciuilibus præferuntur Officiali iuriſdictionis criminalis.*

42 *Pœna dupli, quæ exigitur in Curia Baiuli Catanzarij, eſt illamet, quæ pro pœnis inſtrumentorum liquidatorum, & obligationum pœnes acta exigitur.*

PVlchra eſt dubitatio, an in Curia Baiuli poſsit liquidari inſtrumentum via *Ritus*? circà quam in cõtingentia facti ſcripſi pro Baiulo Ciuitatis Catanzarij, contrà quem licèt fuerit iudicatum per Regiam Cameram Summariæ, volui tamen hìc ſubnectere meas allegationes, vt omnium iudicio ſupponantur. 32

Tria opponit Ciuitas Catanzarij contrà Cæſarè de Nobilibus Baiulum eiuſdem Ciuitatis, ex quibus prætendit, Curiam dicti Baiuli non poſſe vllo modo cognoſcere de cauſis ſuper præſentatione, ſeù liquidatione inſtrumentorum.

Primum, quòd ſola Magna Curia, & non aliæ poſsunt cognoſcere de his cauſis ſuper tenore inſtrumentorum, iuxtà *Ritum Magnæ Curiæ* 54. 33

Secundum, quòd quatènus hæc cognitio eſſet cõmunicata alijs Curijs inferioribus, hoc intelligitur de ijs Curijs, quæ habent merum imperium, cùm ſit cauſa criminalis, non autem de Curia ipſius Baiuli, quæ nullo modo habet cognitionem cauſarum criminalium, & quòd ſit criminalis, fundatur tùm ex *Ritu* 109. qui prohibet, nè in cauſis ſuper tenore inſtrumentorum admittatur Procurator, proùt eſt prohibitum in omnibus cauſis criminalibus per *Rit.* 106. tùm etiam ex *Ritu* 179. per quem eſt impoſita pœna obtruncationis manus debitori condemnato de periurio pro debito inſtrumẽti iurati, & licèt hódiè illa pœna manus ſit abolita, & loco illius ſubrogata pœna pecuniaria, non propterea deſinit eſſe criminalis, quia ſubrogatum ſapit naturam ejus, in cuius locum ſubrogatur, & quia quandò pœna pecuniaria applicatur Fiſco, dicitur cauſa criminalis.

Tertium, & vltimum, quia quatènus poſſet prætendi, hanc cognitionem eſſe communicatam etiam Curijs habentibus mixtum imperium, non propterea id prodeſſe poterit Baiulo, qui non habet iuriſdictionem cauſarum mixtarum, ſed ſimplicis tantùm iuriſdictionis, non obſtante inſtrumẽto tranſactionis inito cum Regia Curia in anno 1578. vbi fit ſpecifica mẽtio cauſarum mixtarum, quia tranſactio prædicta non ſuſcepit vires à prædicto inſtrumento, ſed ab oblatione præcedenti, in qua nulla fit mentio cauſarum mixtarum, ſed habet ſimplicem relationem ad primæuam conceſsionem, in qua ſimiliter nulla fit mentio cauſarum mixtarum.

Sed his nullo modo aduerſantibus, credo, omni iure ſpectauiſſe, & ſpectare ad hunc Baiulum cognitionem huiuſmodi cauſarum ſuper liquidatione inſtrumentorum, & propterea eſſe conſeruandum in illius poſſeſsione, ſcù quaſi, proùt in præſentiarum reperitur, quod ſtatim in propatulo erit, ſi ex aduerſo obiecta probulſabo.

Primum igitur motiuum non obſtat, tùm quia illè *Ritus* non habet illum intellectum, vt excludat omnes Curias totius Regni, ſed tantùm alias Curias, tunc exiſtentes intus Ciuitatem Neapol. proùt declarauit *Gloſſator* antiquus *Rituum M. C.* quem habeo impreſſum ſub nomine incerti Authoris poſt *Commentaria Bartholomæi de Capua* ſuper *Conſtit. Regni, in Ritu* incip. *Item, quòd ſi qui debitores*, *fol.* mihi 6. ſub *num.* 3. inter *ſummaria* illius *Ritus*. Tùm etiam, quia contraria inualuit conſuetudo immemorialis, de qua nedùm teſtatur idem *Gloſſator* ſuper alio *Ritu*, incip. *Item, quòd nulla præter. nu. 1. f.* mihi 8. à tergo, ſed etiam *Paris de Put.* latiſsimè in *tract. de ſyndic. in verb. inſtrumentum*, & *Nos* ipſi ætate noſtra ſumus teſtes, ità fuiſſe ſemper obſeruatum, proùt atteſtatus ſum in *pragmatica* 1. *de inſtrum liquid.* & videatur, rogo, *Paris de Put. in loc.* citato, nàm dictus *Gloſſator* in *loco* priùs notato adducebat eum pro opinione contraria, & tamen concludit pro mea opinione, nedùm teſtificando illam conſuetudinem pro omnibus Curijs Regni, ſed etiam damnando M. C. quę quandòq; annullabat liquidationes factas in Curijs Baronalibus.

Secundũ verò motiuum diluitur, dùm in promptu demóſtratur, falsũ eſſe aſſumptum, in quo fundatur, nempè quòd cauſa liquidationis inſtrumenti ſit criminalis, & non ciuilis, ſiquidèm tantùm abeſt, vt ſit cauſa criminalis, vt potiùs ſit mèrè ciuilis, & nullo pacto poſsit dici cauſa criminalis. 34

Conſtat hoc in promptu ex eodem *Ritu* 109. in quo ſe fundant Aduerſarij, vbi expreſsiſsimis verbis dicitur, quòd eſt cauſa ciuilis, in hanc formam, videlicèt

licèt, *in cauſis extraordinarijs ſuper tenoribus inſtrumentorum, etiam ad media ipſius cauſæ (licèt ſit ciuilis) non admittitur Procurator.*

Nec dicant Aduerſarij, quòd per illum *Ritum* dicitur cauſa ciuilis, quandò eſt redacta ad media, ponderando illa verba, *etiam ad media*, quaſi dicat, *ſecùs in principio*, nàm talis intellectus deſtruit penitùs ſtructurã verborum illius *Ritus*, (liceat pro hac vice ad *Mancinellum* redire ſine rubore), quãdòquidèm illa verba, *licèt ſit ciuilis*, non reguntur ab illa clauſula, *etiã ad media*, ſed ab illo verbo proximiori, ſcilicèt *ipſius cauſæ*, eſt enim illud verbum, *ciuilis*, numeri ſingularis, & non poteſt conueniri cum illa clauſula, *ad media*, quæ eſt numeri pluralis, ſed concordat cum verbo, *cauſæ*, quod eſt ſimilitèr numeri ſingularis, & propterea reſultat; quòd tota cauſa eſt ciuilis, etiam ad media, quod magis ſuadetur ex *Ritu* 106. vbi diſponitur, quòd in cauſis omnibus criminalibus non admittatur Procurator, etiam ad media, & tamen ex his verbis non ſequitur, quòd cauſa criminalis ſit diuerſæ naturæ ab initio, quàm ſit ad media.

Id ipſum, quòd ſcilicèt ſit cauſa mèrè ciuilis, confirmat idem *Gloſſator Rituum* in præcitato *loco*, citans tàm *Ritum* prædictum, quàm alium *Ritum*, qui ſecundùm ordinem *Caraualæ* eſt *Ritus* 170. dum in *fine* traditur *ibi*, vigore inſtrumenti liquidati poſſe procedi ad exequutionem ex primo decreto, quod non ſit in criminalibus, & tàm aperto ore hoc affirmat, vt ex hoc ſolo aſſerit, fuiſſe prohibitum Curiæ Capitanei Ciuitatis Neapol. vt non poſſet cognoſcere de his cauſis ſuper tenore inſtrumentorum, quia ſcilicèt, habebat ſolùm iuriſdictionem cauſarũ criminalium, & ſic non poterat cognoſcere de hac cauſa, quæ eſt mèrè ciuilis.

Ea verò, quæ Aduerſarij allegant ad fundandum, quòd ſit cauſa criminalis, nullius momenti ſunt, nàm dùm aſſerunt, per *Ritum* 179. eſſe impoſitam pœnam manus, falluntur ex æquiuocatione terminorum
35 illorum *Rituum*. Siquidèm contrà debitores vigore inſtrumentorum iuratorum poterat procedi vigore *Rituum* altero ex duobus modis, vno modo via ordinaria criminalitèr, citando debitorem de periurio, & hæc erat cauſa mèrè criminalis, & imponebatur pœna obtruncationis manus, quæ poſteà receſſit ab aula, non conſuetudine introducta poſt compilationem *Rituum*, vt Pars obloquitur, ſed longè antè *Ritus* compilatos, adeò, vt viggret tempore compilationis ipſorum, vt patet ex *Ritu* 171. *in final. verb.* vbi *Carau. in* 2. *notab.*

Altero verò modo ciuilitèr, & extraordinariè, citando ſcilicèt debitorem ſuper tenore inſtrumenti, quo caſu nullibi diſponitur, fuiſſe impoſitam pœnã manus, ſed ſolùm exacta fuit, prout nunc exigitur, pœna dupli, quæ eſt ad rationem tarenorum triũm pro qualibet vncia, hoc eſt grani vnius pro quolibet carolene, & caroleni vnius pro quolibet ducato, teſte *Carau. Rit.* 168. *n.* 5. *verſ. ſeptimò nota.*

Hanc genuinam veritatem terminorum ſic ex profeſſo declarat idem *Gloſſator Rituum vbi ſuprà*, et *Carau. d. Rit.* 171. & probatur manifeſtè in *Rit.* 182. vbi diſponitur, quòd licèt quis fuerit citatus criminalitèr de periurio via ordinaria, tamen in vltima contumacia debitori comparenti poterit preſentari inſtrumentum, licèt non preceſſerit citatio ſuper tenore inſtrumenti, & proceditur contrà eum ſuper tenore inſtrumenti abſquè alia citatione, omiſſa via ordinaria de periurio, ecce igitur, quòd eſt diuerſus modus agendi, quandò citatur quis criminalitèr de periurio, à citatione, quę fit ſuper tenore inſtrumenti, licèt ſit in electione creditoris vigore illius *Ritus* deſiſtere à iudicio criminali de periurio, & proſequi tantùm iudicium ciuile ſuper tenore inſtrumenti.

Quòd autem non admittatur Procurator in hac
36 cauſa, proùt nec admittitur in criminalibus, non concludit, quòd ſit cauſa criminalis. Immò quia id procedit ex particulari priuilegio, inducto per *Ritum* prædictum 109. id ipſum demonſtrat, quòd non ſit cauſa criminalis, quia vti cauſa criminalis nò egebat hac particulari priuilegiata diſpoſitione, & ſufficiebat *Ritus* ferè immediatè præcedens, nempè *Ritus* 106. & propterea *Ritus* volens refellere hoc argumentum in futurum, ex tunc ab ipſa diſpoſitione condita declarauit, id fuiſſe diſpoſitum ex priuilegio particulari, non obſtante, quòd ſit cauſa ciuilis, vt in *d. Ritu* 109.

Id verò, quod vltimo loco ponderabant de pœna
37 pecuniaria, quòd ſit ſubrogata loco pœnæ manus, & applicetur Fiſco, & propterea cauſa, ex qua prouenit, dicatur criminalis, anulari digito ſubmouetur, nàm in eo, quod dicunt, eſſe ſubrogatum loco pœnæ manus, falſum eſſe demonſtrauimus ſuprà, dùm patefecimus, pro periurio tantùm fuiſſe impoſitam pœnam, non autem pro citatione ſuper tenore inſtrumentorum, & in eo, quod dicunt, appli-
38 cari Fiſco, eorum argumentum continet maximam fallaciam, nàm licèt pœna applicetur Fiſco, non autem prouenit ex delicto principalitèr, & ad vindictam publicam, ſed ad priuatam tantùm vtilitatem, quo caſu non dicitur pœna criminalis, proùt latiſſimè deduxit, & probauit *Foller. pract. crimin. verbo audiantur excuſatores, num.* mihi 174. poſt *Andr.* & alios, quos ſolidiſſimè citat, & propterea optimè concludit, talem pœnam ſpectare ad habentem iuriſdictionem ciuilem.

Adeò, vt ex his concludentiſſimè emergat, quòd omnes Regnicolæ, quot quot hucuſq; de hac re ſcripſere, tribuunt cognitionem harum cauſarum habenti iuriſdictionem ciuilem tantùm, licèt non habuerit criminalem, & nemo eſt, qui contrarium, vt credo, auſus fuerit affirmare, quod ſolùm ſufficere deberet pro victoria Baiuli.

Tertium verò, & vltimum motiuum, per quod Aduerſarij denegare intendunt Baiuli cognitionem cauſarum mixtarum, ſub colore, quòd de eis non ſit facta expreſſa mentio in eius priuilegio primęq; conceſſionis, fruſtrà (iudicio meo, licèt exiguo)
39 adducitur. Nàm Baiulus habet fundatam intentionem ex diſpoſitione iuris, & ſufficit ſibi, quòd in priuilegio habeat conceſſam iuriſdictionem, quæ ad officium Baiuli de iure ſpectat, quia certum eſt, ad officium Baiuli ſpectare cognitionem omnium cauſarum mixtarum, proùt patet ex *Conſt. Regni Magiſtri Camerarij*, & tradidit *Marin. de Caram. gloſſator in Conſtit. Locorum Baiuli in* 1. *gloſ. verſ. mains*, & ſequitur *Andr. ibidem, & Afflict.* tàm docendo, vt in *Conſt. Baiuli locorum n.* 5. *in princ.* quàm decidendo, vt in laudo per ipſum vti arbitrum lato inter Principem Biſiniani, & quond. Io. de Geſualdo, tunc perpetuum Commendatarium Monaſterij S. Heliæ de Terra Carboni, præſentato in S.C. in proceſſ. inter Principem Biſiniani, & Card. S. Seuerinæ in Banca Amatrudæ, fol. 11. Addo *Ioann. de Amicis conſ.* 42. *n.* 6. *Ann. ſing.* 47.

Submotis igitur omnibus contrarijs, non eſt, in quo remaneat dubitandi locus, quin ſententia ſit pro Baiulo proferenda.

Audio

Audio nunc poſt hæc ſcripta, motiuari contrà Baiulum per modum conuenientiæ, eò quòd non videatur conuenire, vt omnes Baiuli habeant hanc cognitionem huiuſmodi cauſarum ſuper tenore inſtrumenti, quæ habent quandam præheminẽtiam, & propterea non ſunt paſſim omnibus communicandæ, ſed tantùm Baronibus in capite, inter quos non poteſt Baiulus connumerari.

Cui motiuo ex diſtinctione Baiulorum facilè re-
40 ſpondebo, nàm non omnes Baiuli in Regno habent hanc vniuerſalem iuriſdictionem vniformem, proùt habet Baiulus Catanzarij, ex quo alij habent iuriſdictionem reſtrictam, ſolùm ad certũ genus cauſarum infrà ſummam vnius vnciæ tantùm, ſiuè duarum ad ſummum. Alij verò habent iuriſdictionem cognoſcendi de damnis datis tantùm, de quibus loquitur *pragmat. 1. ſub tit. de Offic. Baiul.* à quorum ſententijs appellatur ad Capitaneum Baronis in ciuilibus, & qui cognoſcuntur etiam de delictis in officio commiſsis à Capitaneo Baronis in criminalibus, proùt docet *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 16.* poſt *Affl.* in *Conſt. M.C. noſtræ n. 6.* in *ſ. Campagn.* in *cap. Regn. Ad quietem, n. 13.* in *fin.*

Alij verò habent iuriſdictionem indeterminatam, quæ includit ciuilem, & mixtam, vt ſuperiùs probaui, modò reſpondendo motiuo, fateor, quòd reſpectu illorum Baiulorum, qui habent iuriſdictionem limitatam, vt in primo, & ſecundo caſu, non eſt conueniens, quòd poſsint cognoſcere de his cauſis ſuper tenore inſtrumenti; at reſpectu illorum, qui
41 non habent aliquam reſtrictionem, vt in tertio caſu, ceſſat omne inconueniens, quia licèt appellentur Baiuli, tamen alio nomine appellantur Barones, & ipſi ex eo ſolo, quòd habent iuriſdictionem ciuilem, ſunt verè Barones, & eorum Officialis in ciuilibus præfertur Officiali iuriſdictionis criminalis, vt patet ex *Capyc. dec. 27. num. 22.* cum *ſeqq. n. 31. & ſeq. et nu. 43.* cum *ſeqq.* vſq; ad *n. 45.*

Ergò id, quod conuenit alijs Baronibus huius Regni, debet meritò conuenire huic Baiulo, qui reſpectu iuriſdictionis ciuilis non differt ab alijs Baronibus, & ſic habet pro ſe tàm iuris aſsiſtentiam, quàm rationis conuenientiam, vt ità dicam.

Accedit nouiſsimè id, quod tollit omnem dubitationem, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio, nempè capitulum obtentum per Ciuitatem Catanzarij in anno . . . à Regia Maieſtate, in quo ſupplicauit, vt tàm in Curia Capitanei, quàm in Curia Baiuli pro pœna dupli non exigatur plus, quàm ad rationem carolenorum ſex pro qualibet vncia, & ità fuit conceſſum, vt fol. . . . Ergò non poteſt negari, quin Curia Baiuli fuerit ſemper in poſſeſsione exi-
42 gendi hanc pœnam dupli, quæ pœna dupli eſt illamet, quæ exigitur pro pœnis inſtrumentorum liquidatorum, & obligationum pœnès acta, vt teſtificantur, tàm Notarij huius Fideliſsimæ Ciuitatis, quàm Actorum Magiſtri M.C.V. fol. . . . & *Carau. ritu 168. nu. 5. verſ. ſeptimò nota.* Cætera ſuppleat ampliſsimus Senatus.

Scipio Rouitus.

ADDITIO.

AQVid autem ſit animalium diffida, & quid importet, *Frecc. de ſubfeud.* in 46. *author. Baron.* ſub *num.* 11. dicit, quòd qui contrà formam bannorum immittit animalia, ſoluit diffidam, contentam in banno, & ſic ſecundùm *Frecc.* diffida eſt pœna contenta in banno, à Barone, vel Baiulo contrà immittentes animalia emanato, & quòd fida, & diffida contineantur ſub illa pœna. Verùm *Camill. Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 4. cap. 6.* ſub *num.* 14. in *fin.* clarius fatetur, quòd diffida eſt medietas fidæ. In quibuſdam verò Regni partibus ſcio, quòd diffida eſt duplicata fida, quæ ſi, verbi gratia, exigitur ad rationem tareni vnius pro quolibet animali, diffida importabit duplicatum. Audiui tamen, in aliquibus partibus ſub iſto duplo ſimplex contineri, quod pro fida exigitur, & ſic pro omnibus, tàm pro fida ſcilicèt, quàm etiam pro diffida (quæ tantùm ab exteris exigitur, vt dicit *hic D. Reg.* ſub *nu. 3.*) exiguntur ſolùm tareni duo, vnus ſcilicèt pro fida, & alter pro diffida, & ſic teſtatur *Dom. Capiblanc.* in *pragm. 11.* ſub *num. 110. de Baron.* Et veritas eſt, quòd tàm circà fidæ, quàm diffidæ exactionem ſtari debet conſuetudini, & vſui, etiam Conuicini, ſi non eſt certum, quantum præſtari debeat. *Affl.* in *Conſt. Cùm per partes Apuliæ, num. 13.* vbi etiam dicit, quòd diffida non habet certum fundamentum, ſed in Regno per abuſum fuit introducta.

B Ex hac diuiſione, quam facit *D. Regens*, deducitur, quòd Baro in Territorijs Campeſtribus, & apertis Ciuium, vel Vniuerſitatis, poteſt exterorum animalia fidare, ergò in Territorijs proprijs Ciuium, quæ non ſunt Campeſtria, & aperta, ſed culta, & clauſa, contrarium erit dicendum, nec in his poſſe Baronem, ſecatis ſegetibus, vel vindemijs collectis, aliorum ciuium, vel exterorum animalia fidare.

At quoniam quæſtionem hanc elegantiſsimè tractat doctiſsimus *D. Reg. Marchio Torelli* in *conſul. 83. lib. 2.* in qua conſuluit pro Illuſt. Marchione Piſciottæ, contrà Vniuerſitatem, & Ciues Terræ Centulæ circà fidam, quam dictus Illuſtr. Marchio Piſciottæ prætendebat à Ciuibus Centulæ in eorum Territorijs proprijs, & appatronatis in feudo Molpæ, in qua optimis, ſolidiſq; fundamentis ſubtilitèr, & neruosè dictus *D. Regens*, Aduocatum tunc agens Principem, Marchionis intentionem, & iura fundauit, & licèt contrà Marchionem fuerit tunc in poſſeſſorio iudicatum, vt ipſemet *D. Marchio* refert, euenit, credo, ex aliquali facti diuerſitate, nàm de cætero iura, & doctrinæ, ab ipſo *D. Regente* adductæ ſunt veriſsimæ. Et quia Ego in cauſa prædicta pro Vniuerſitate, & Ciuibus eram, (licèt cauſæ onus, & loquendi munus ſubſtinebat *D. Hortentius Petius*, Iureconſultus, & Aduocatus Clariſsimus,) & nonnulla pro Ciuium, & Vniuerſitatis defenſione lucubraui, ea hìc adducere boni conſului, non vt ipſius *D. Marchionis* digniſsimi, meiq; Domini, & Magiſtri doctrinæ contradicere prætendam, ſed vt tanti Viri doctrina magis extollatur, oppoſita enim, (vt ait *Philoſophus*) iuxtà ſe poſita, magis eluceſcunt.

IN cauſa Vniuerſitatis, & Ciuium Terræ Centulæ cum Illuſtr. Marchione Piſciottæ, vtili Domino Feudi Molpæ ſuper poſſeſſorio ſummariiſsimo iuris paſcendi in Territorijs proprijs ipſorum Ciuium cum eorum animalibus, ſecatis etiam ſegetibus, ac recollectis vindemijs.

Prætendunt Ciues Centulæ, manuteneri debere in quaſi poſſeſsione libertatis paſcendi herbas per totum annum in eorum Territorijs appatronatis, & illas vendendi alijs, non obſtante prohibitione, & moleſtia, quam ab anno 1602. dictus Ill. Marchio, eiuſquè pater D. Cæſar cœperunt inferre eiſdem Ciuibus, eos compellendo per vim, & carcerationem ad promittendum ſolutionem fidæ, ſub prætextu, quòd ſecatis ſegetibus, vel collectis fructibus poſsit

ipſe de herbis agreſtibus diſponere. Conſtat enim, Ciues Centulæ probaſſe per plures teſtes in proceſſu, à tempore immemorabiliſſimo fuiſſe, & eſſe ſolitum, & conſuetum, vt ipſi cum eorum animalibus, vel alienis potuerint depaſcere herbas in proprijs territorijs, quæ immemorabilis poſſeſſio, & præſcriptio eſt probata, iuxtà omnia requiſita tradita per *gloſ.* vulgarem in *cap.1.de priuil.* in 6. & per *Couarr.* in 2.*part.relect.*§.3.*nu.*7. *Auend. de exequend. mand. part.*1.*cap.*6.*num.*6. *Vrſill.* ad *Affl.dec.*254.*num.*6. & per *Crauett.de antiq.temp.*4.*p.verſ.materia iſta,n.*38.

Debet ergò ſeruari ſolitum, & non immutari, *l.minimè,ff.de leg.* eò fortius, quòd in proceſſu probatum eſt, tempore litis motæ ſteriſſe Ciues in quaſi poſſeſſione paſcendi herbas agreſtes in eorum proprijs Territorijs, ſitis in feudo prædicto, abſq; aliquo onere ſeruitutis. Et in hoc poſſeſſorio ſummarijſſimo, vel etiam in ordinario retinendæ is vincere, & obtinere debet, qui probat poſſeſſionem tempore litis motæ, vt in *§.hodiè,Inſt.de interd.* *Affl.dec.*394.*nu.*2. *Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.*3.*num.*556. & *Tobias Non.conſ.*71.*n.*1.

Hoc antiquiſſimum ſolitum, & poſſeſsio habet pro ſe iuris communis aſsiſtentiam, quia quælibet res præſumitur libera, niſi probetur ſerua, *l.altius*, C.*de ſeruit.& aqua*, & tradit *D.de Franch.dec.*301. *Capiblanc.in pragm.*11.*num.*53.*de Baron.* & in dubio præſumitur allodialis, & burgenſatica, *d.l.altius*, & ſcripſit *Menoch.de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*89. *num.*1.*& præſumpt.*91.*num.*1.*et Maſcard.de probat. concl.*79. etiam quòd pro ea aliquid Baroni ſoluatur in pecunia, vel alia ſpecie pro cenſu, *Capiblanc. in d.pragm.*11. ſatis benè *num.*56. *&* 57. & ſufficit poſsidere, cùm iuris præſumptio præſtet titulum, & dicitur quilibet poſsidere pro ſuo, *l.*1.*ff.pro ſuo*, & quicquid naſcitur, vel prouenit ex ſolo meo, meum eſt, *l.ſolum*, *ff.de rei vendicat.* *l.de eo*, *§.ſepiùs*, *verſi quis*, *ff.ad exhibend.* & quòd herba, quæ naſcitur in fundo meo, ſit mea, probat *text.in l.qui fundum*, §. *fundi venditor*, *ff.de contrab.empt.* & *l.pratum*, *ff.de verb.ſignific.* & *text.in §.item in ſuo ſolo*, *Inſt.de rer. diuiſ.* & tradiderunt *Frecc.d.author.*46. *num.*8. *Dom. Conſil.Rouit.in pragm.*1. ſub *num.*13. *de offic.Baiul.* & latè *D.Capiblanc.* in d.*pragm.*11.*num.*29. & poſſe quemlibet animalia, in fundo ſuo paſcentia, arcere, latè fundat *Frecc.d.auth.*46. ſub *n.*5.

Baro autem habet iuris reſiſtentiam, dùm prætendit in fundum alienum animalia immittere, quia nemo poteſt fundum alienum ingredi, inuito Domino *l.Diuus Pius*, *ff.de ſeruit.ruſtic.prædior. Frecc. et Borrell.de magiſtr.edict.lib.*4.*cap.*6.*num.*5. *et* 22. & ſi ingreditur, tenetur actione iniuriarum, vt in *§.ferè*, vbi *gloſ.et DD.Inſt.de rer.diuiſ.et gloſ.in d.l. Diuus Pius*, *in fin.* quæ allegat *text.in l.iniuriarum*, *§ ſi quis me prohibet*, *ff.de iniur.* & in ſpecie, Baronem non habere intentionem fundatam de iure communi in Territorijs appatronatis, & proprijs vaſallorum circà exactionem fidæ, & diffidæ, tradidit *Capyc. dec.*45. *in fin.* & poſt eum *Borrell.* cum alijs ab eo citatis in *d.c.*6.*lib.*4.*n.*4.*de magiſtr.edict.*

Quòd ſi Baro habet iuris reſiſtentiam, Vniuerſitas autèm, & Ciues Centulæ habent iuris aſsiſtentiam, clariſsimè ſequitur, quòd lite pendente debent manuteneri ipſa Vniuerſitas, & Ciues in poſſeſsione, ſeù quaſi libertatis paſcendi, & diſponendi ad libitum de herbis, & fructibus, in eorum proprijs prædijs naſcentibus, tàm antè, quàm poſt ſecatas ſegetes, vel vuas recollectas, per *text.in cap.cùm perſonæ*, *de priuil.in* 6. quem citat *Capyc.* in relata *dec.*45. ſub *num.*3. pro eo, qui habet ius commune, & iuris communis præſumptione pro ſe, & idè *Capyc.in dec.*189. latiùs expẽdendo hunc *text.in d.cap.cùm perſonæ*, dicit, fuiſſe iudicatum, debere manuteneri in poſſeſſione lite pẽdente eum, qui illam probauit, etiam quòd contrà ſe habeat iuris præſumptionem, allegato tantùm titulo, & præſcriptione.

Cùm ergò Vniuerſitas, Ciueſq; Terræ Centulæ allegauerint immemorabilem præſcriptionem, & titulum, quem exhibere offerunt in iudicio ordinario, & probauerint poſſeſsionem, & quod magis eſt, habeant pro ſe iuris aſsiſtentiam, abſq; difficultate obtinere debent.

Præterea conſiderent, precor Dominos Iudices, quòd hæc quæſtio latiſsimè fuit tractata à *D.Marino Frecc.* in ſæpè citata 46.*author.Baron.à nu.*5. cum *ſeq.* qui plures caſus conſtituere videtur.

Primus eſt, quandò Baro prætendit ſua, vel exterorum animalia immittere ad depaſcendum herbas in Territorijs appatronatis toto anni tempore, & concludit, non licere Baroni id facere, per iura, & rationes ſuperiùs adductas, vt à *nu.*5.6. & 7.

Secundus eſt, quandò Baro prætendit animalia immittere poſt ſecatas ſegetes in Territorijs appatronatis, & ſimiliter ei non licet, vt tenet *Frecc.ibidem*, antè *num.*8. *verſ.At prætendit quandòq;* per *text.in d.l.pratum*, *ff.de verbor.ſignific.* vbi *gloſ.l.de eo* 12.*§.ſæpiùs*, *in fin.ff.ad exhiben.* & per alia iura, & *Capiblanc.d.prag.*11.*n.*28.

Tertius caſus eſt, quandò Baro probaſſet præſcriptionem immemorabilem contrà Particulares ciues, vel conſuetudinem contrà Vniuerſos de Caſtro iure ſeruitutis, & tunc Dominus Caſtri poſſet manuteneri in illa quaſi poſſeſſione immittendi animalia in herbas alienas, idem *Frecc.* ſub *nu.*10. *verſ. Non poſſet ergò*, licèt *Petr.de Antibol.in tract. de maner.*§.4.*colum.*43.*verſ.ex quibus omnibus* inuehat in Dominos hoc prætendentes ex conſuetudine, quæ potiùs dici debet corruptela, & concuſsio irrationabilis, procedens à radice auaritiæ, & ità dicit idem *Frecc.* tenere *Bertrand.in duobus conſilijs.* Sed in caſu noſtro ceſſat hæc difficultas, quia non ſolum Marchio talem conſuetudinem, aut præſcriptionem non probauit. Verùm Vniuerſitas probauit contrariam conſuetudinem, & ſolitum.

Et Quartus caſus eſt, cùm Baro hoc ius fidandi, & immittendi animalia prætendat, non in Territorijs appatronatis, cãpeſtribus, & apertis, ſed in Territorijs appatronatis, quæ ſunt culta, & clauſa, & in hoc caſu nihil poteſt in his ſibi Baro vſurpare, nec ius aliquod prætendere, proùt fundat *ibidem Frecc.* ſub *num.*11.*verſ.ſecùs in Terris priuatorum*, quod longè clariùs declarat *Capiblanc.in d.prag.*11.*n.*28. & ſatis benè *Borrell.d.c.*6.*lib.*4.*n.*40.

Etiam ſi de eis aliquid ſolueretur in pecunia, vel alia ſpecie pro cenſu (ſuper quo Illuſtr. Marchio multum ſe fundat, exagerans, quòd Ciues Centulæ ſoluunt certam partem fructuum pro cenſu) nàm non per hoc ſupradicta Territoria remanſerunt ſubiecta Baroni, aut eius diſpoſitioni, ſeù naturæ, legibuſq; feudalibus, ità declarat *Dom.Capiblanc.d. n.*56.*et* 57.*prag.*11.

Nec eſt verum, quòd ſoluunt certam partem fructuum, vt dici poſsint coloni partiarij, ſed ſoluunt certum, & determinatum quid in fructibus, ſcilicèt modium vnum, vel duo frumenti, vel cados, vulgò ſalmas duas, vel tres vini, plus, vel minus, proùt conceſsionis tempore fuit conuentum, ad euitandam forte hullitatem conceſsionis in pecunia, ad tradita per *D.de Franch.dec.*561.

Et

Et hic quartus caſus,cùm ſit indubitabilis, & à nemine controuerſus,quàdò ſcilicèt ſumus in Territorijs proprijs,& appatronatis ciuium , quæ non ſunt aperta,& campeſtria, ſed ſunt clauſa,& culta, cum vineis,& fructibus, vel tenentur pro cultura. Non eſt facienda vis in doctrina *D.Conſil.Rouit. in pragm.1.de offic.Baiul.nu.14.& 15.*affirmantis,quòd Particulares Domini Territoriorum non poſſunt arcere animalia ab eorum Tertitorijs appatronatis, eò quia eſſet per indirectum defendere Territoria campeſtria,& aperta , & ſic facere nouas defenſas, Nàm *Dom. Conſiliar. Rouit.* loquitur in Territorijs apertis campeſtribus,& incultis , quæ tenentur pro herbagijs,nos verò tractamus de Territorijs cultis, & clauſis,ad quæ nemo accedere poteſt, inuito domino,vt diximus.

Et demùm , quod ad teſtes Vniuerſitatis attinet, ijs magis eſt fides adhibenda , quàm teſtibus Illuſtr. Marchionis.

Primò,quia ſunt in maiori numero , & in conflictu teſtium prævalet(ceteris paribus) maior numerus,*l.3.§.1.ff.de teſtib.* vbi *gloſ.in ver. Numerus* , *Maſcard.de probat. concl. 1199.num. 65. Menoch.de retin.poſſeſſ.remed.3.n.722. & Affl.dec.363.nu.2.*

Secundò , quia teſtes Vniuerſitatis habent iuris aſſiſtentiam,& teſtes Illuſtr.Marchionis habent iuris reſiſtentiam,quia deponũt ea,quibus ius reſiſtit, *Maſcard.loco* citato *num.68.& ſeq.Cravet.in reſponſ. pro genero,num.372. Mæon. dec.Lucenſ.29.n.13. & Menoch.d.remed.3.nu.* . . .

Et ſic teſtes Vniuerſitatis cùm habeant iuris aſſiſtentiam,deponunt veriſimiliora, & ſecundùm iuris diſpoſitionem,quo ſanè caſu prævalent , vt notãt ſuprà citati *DD.& Afflict. deciſ. 363.n.6.* vbi *Vrſill.*

Et Tertiò,quia teſtes Vniuerſitatis deponunt de poſſeſſione,vidente,& non contradicente Barone, at teſtes Illuſtr. Marchionis non deponunt de poſſeſſione,videntibus Ciuibus, & Dominis Territoriorum,& non contradicentibus, proùt de iure requiritur,*Campagn.in d.Cap.Grauamina,*ſub *num.72.* circà *finem*,ex *Balb.de præſcr.in 2.p.4.par.princip. in 1.quæſt.princ.n.13.*

Patet ergò ex omnibus ſupradictis,quòd in omni caſu debet Illuſtr.Marchio ſuccumbere,& condemnari ad fidas per vim exactas , atq; ad expenſas , eius culpa per pauperrimam Vniuerſitatem paſſas.

Hæc habui,quæ in hac cauſa dicerem,cætera,quæ deſunt,ſupplebit Collega, Dominuſq; meus acutiſſimo eius ingenio,ac eminenti doctrina , cuius cenſuræ,ac etiam Dominorum Iudicantium has meas lucubrationes lubens ſubmitto, &c.

Die 24.Nouembris 1626. per S.C, iunctis aulis, facto verbo fuit prouiſum , quòd manuteneantur Particulares in poſſeſſione,ſeù quaſi paſcendi cum eorum animalibus ad libitum , & Baro abſtineat,& reſtituat exactum pro prætenſa fida. Referente D. Angulo cauſæ Commiſſario , in Banca de Mondellis.

C Negat ſimpliciter,poſſe animalia capta in proprio Territorio retineri vltrà 20.horas,*Camill.Borrell.de Magiſtr.edict.lib.4.cap.6.num.*55.per *text. in l. capite quinto,ff.ad leg.Iul.de adulter.* vbi *Bart.* Sed ea aſſignare debeat Curiæ,& agere pro damno dato, iuxtà *Conſt.Cùm per partes Apuliæ,vel lege Aquilia* , & *de paſtu pecoris* , vt dicit idem *Bart.in l. hoc amplius §.de his,in fi.ff.de damn.infect.* Vel ſi fuerit Territoriũ bannitum,& animalium Dominus ſit exterus,fidam, & diffidam exigere.

Io. Laganarius.

De Officio Iudicum, & aliorum Officialium.
Pragmat. I.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales ſunt annales.*
Actuarij de iure communi debent eſſe annales.
2 *Officiales annales,& temporales,aut potiùs perpetuos habere,vtilius Reipublicæ an ſit.*
3 *Actuarius an poſſit creari à Barone,etiam ſi nõ habeat hanc poteſtatem expreſſam in priuilegio.*
4 *Officialis , qui debet eſſe annalis , ſi fuerit electus per biennium , vel triennium , an remanebit valida electio pro vno anno tantùm , vel vitiabitur in totum.*
5 . . . *deputatus per annum tantùm , ſi fuerit impeditus officium exercere per tres , vel quatuor menſes, an illud impedimenti tempus debebit illi reintegrari,remiſſiuè.*
6 *Salarium anticipatè ſolutum repeti poteſt per Baronẽ, ſi Officialis,vel impedimento facti,vel iuris non poterit exercere officium in eo anno , in quo fuerit electus,ſi partem ſalarij receperit,& ſtante impedimẽto non fuerit admiſſus,*
7 *Impedimentum iuris eſt,ſi adſit ſtatutum , quòd non poſſit eſſe ibi Officialis , niſi diſtet per tot milliaria,vel ſi ſit de loco non amico , nec conformi loco officij.*
8 *Commiſſio facta Officiali per annum tantùm , cum clauſula,&* deindè in antea ad Baronis beneplacitum, *an ſubſtineatur,rem. ſiuè.*
9 *Officialis non ſolùm prohibetur confirmari vltrà annum ad idem officium,ſed nec etiam ad aliud , ſiuè minus,ſiuè maius,aut æquale in eodem loco pro anno immediatè ſequenti deputari.*
10 *Actuarius ſi fuerit à ſyndicatu abſolutus pro eo anno, quo exercuit,poterit de nouo exercere idem officiũ pro anno ſequenti.*
11 Pragmatica *iſta limitatur, non procedere , ſi in ipſo confirmationis actu nemo contradiceret,verùm poſt hunc confirmationis annum non poterit vlteriùs confirmari.*
12 Pragmatica *iſta in* §.item quiá continuatio *per contrarium vſum eſt ſublata,& correcta.*
13 *Officialium de ſyndicatu plura,remiſſiuè & n.15.*
14 *Syndicandi poſſunt puniri , nedùm ad quærelam Partium,ſed etiam ex officio,& per inquiſitionem.*
16 *Feudatarij Eccleſiaſtici pro exercitio iuriſdictionis nõ poſſunt vti Notarijs Apoſtolicis,aut Scribis.*

DEcet nos , &c.

1 Officiales ſint annales. H.D.
Idem dicas in Actuarijs de iure communi,ſecundùm *Ann.ſingul.369.* & voluit expreſsè *Iſern.in Conſt.Occupatis nobis , in finalibus verbis,*vbi diſponitur, quòd omnes Officiales ſint annales,& illud idem decernit *Conſt.Iudices vbiquè locorum,*cum alijs adductis per *Præſid. de Franch. dec.409.in princ.* ſed vtrum vtilius ſit Reipublicæ,
2 annales,ſeù tẽporales Magiſtratus habere,vel potiùs perpetuos ? concinnè explicat *Melchior ium. q. polit. par.1.quæſt.26.*vt maiores ſint perpetui , inferiores temporales in monarchia , *Bouad.lib.1.cap.17. per tot.Borrell.de Magiſtrat.edict.lib.1.cap.12.* admittũt temporales,verùm quòad Actuarios vide , quæ dicam inferiùs,& ſcias nunc obiter,quòd hi Actuarij
3 poſſunt creari à Barone , etiam ſi non habeat hanc poteſtatem expreſſam in priuilegio,per ea, quæ dicit

cit *Bald.in l.non aliter*, circà *medium*, *ff.de adopt.* Capyc. in sua *inuest.in verb.Actorum magistros*, *Frecc. lib.3.in 26.diff.inter feud.quater. & plan. & de tab.*
4 *num.38.* Sed si Officialis, qui debet esse annalis, fuerit electus per biennium, vel triennium, non remanebit valida electio pro vno anno tantùm, sed vitia-
A bitur in totum, virtute clausulæ *si contrà fiat, electio sit nulla*, vide *Sebast.Medic.de reg.iur. part.2.reg.6.*
5 *num.18.* circà *medium*, quòd si Officialis deputatus per annum tantùm fuerit impeditus illud exercere quouis modo, putà per tres, vel quatuor menses, an hoc tempus impedimenti debeat illi reintegrari? vide *Bart. & Doctor.in l.si ità stipulatus, la seconda*, aliàs in *l.si ità essem stipulatus ff.de verbor.obligat. Rota Genuens. dec.27.num.9. & seq. Panorm. in cap.fin. num.8.extrà de iud. & ibi Felin. num. 4. vers. nota*, vbi limitat, & addit, quòd talitèr impeditus, licèt nõ restituatur, aget tamen ad interesse, videas ad idem nouissimè *Valasc.consult.155. & 173.num.16.tom.2.* & satis conferunt tradita per *Præsid.de Franch. dec. 419.nu.3. & dec.451. Fontanell.de pact.nuptial.claus. 4.glos.10.num.101.* cum *seqq. Capiblanc. in pragm.5.*
6 *num.87.de Baronib.* Sed si huiusmodi Officialis, qui vel impedimento facti, vel impedimento iuris non potest exercere officium in eo anno, in quo fuerit electus per Baronem, & antè ingressum officij receperit partem salarij, & postèa stante impedimento non fuerit admissus, Baro poterit repetere salarium anticipatè solutum, licèt Officialis offerat se paratum illud exercere, ità in specie *Angel.in l.si militem, C.de cond.ob caus. & ibid.Corn.in fin.* vbi inter
7 cetera iuris impedimenta connumerat, si in loco adsit statutum, quòd non possit esse ibi Officialis, nisi distet per tot milliaria, quod est mihi summoperè notandum pro consimili statuto vigente in patria mea, sed contrarium suadet *Alber.de stat.p.2.q.* 193. vbi dicit, quòd electus contrà formam statuti, si se offert, potest repetere salarium.

8 Item si sit de loco non amico, nec conformi loco officij, *Aules in cap.54. Prætor.in glos.parere, propè fin.* An autem substineatur commissio facta Officiali per annum tantùm, sed cum clausula, *& deindè in antea ad Baronis beneplacitum. Soc.iun.cons.63.n.8. lib.2. Corn.cons.92.vol.2. & Affl.in c.1.nu.17. quibus mod.feud.constit.possit.* affirmat.

Et dùm in fine huius principij prohibetur, quòd
9 Officialis possit confirmari vltrà annum ad idem officium, amplia, vt nec ad aliud, siuè minus, siuè maius, aut æquale possit in eodem loco deputari pro anno immediatè sequenti, ità addidit doctissi-
10 mus *Præs.de Franch.dec.48.* Quod tamen limita in Actuario, qui licèt debeat esse annalis, vt dixi in principio, hoc est intelligendum, vt finito anno debeat desistere, & parere syndicatui pro eo anno, quo exercuit, sed si fuerit à syndicatu absolutus, poterit de nouo exercere idem officium Actuarij pro anno sequenti, & sic in singulis annis in futurum, vt fuit decisum per Sacrum Consilium, referẽte illo iuris Monarcha *Marin. Frecc.* inter Vniuersitatem Castri Sancti Viti, & Goffredum Palaganum vtilem Dominum, & decretum est in primo processu grauaminum, fol.69. in 3.grauam. Actuarius est Borrellus, & in eodem processu est copia consimilis decreti Collateralis Consilij inter Castrum Turris Octauæ, & Comitem Ruborum, fol.58. contrà quæ quidèm decreta videtur mihi *cap.Regn.Item, quòd prædicti Officiales*, quod secundùm compilationem Cãpag. est *cap.283.* sed authoritas Collateralis Consilij potuit illi *capitulo*, & cæteris iuribus derogare, & ideò fuit præsentatum in eo processu, aliàs contrarium fuisset decisum.

Limita etiam hanc *pragmaticam*, quandò in ipso
11 actu confirmationis nemo contradiceret, vt per *Vinc.de Ann.allegat.15. Præs.de Franch.dec.609.* verùm post finitum hunc annum confirmationis non poterit vlteriùs confirmari, vt constat ex deductis per *Azeued.in comment.ad ll.recollect.de nouo additas cap.13.num.2.fol.* mihi 101. *colum.2. Bonad. lib.3. cap.8.n.60.*

§. Item quia continuatio, &c. Officiales quanto tempore exercuere, tanto abstineant ab officijs. H. D.

Idem erat statutum per priùs in *cap. Regni Item, quòd prædicti Officiales Iustitiarij*, quod secundùm ordinem *Campagnæ* est *cap.183.* & *ibi* illud idem sta-
12 tuitur, etiam respectu Actuarij, verùm per contrarium vsum huic §. fuit derogatum, nàm licèt regulariter non detur continuatio eiusdem officij in eodem loco, tamen indifferenter datur continuatio etiam eiusdem officij ad diuersa loca, & quotidiè videmus, quòd Auditores Prouinciarum post expletum biennium in vna Prouincia, incontinenti transmittuntur ad aliam Prouinciam, & sic de *singulis*. Immò nouissimis temporibus admissam videmus hanc continuationem etiam in Iudicibus M.C.

§. *Item, vt Officiales, etc.* Officiales pareant syndicatui, & ex officio contrà eos inquiratur. H.D.

13 De syndicatu Officialium latè scripsi in *pragmat. 1. infrà de syndicatu Officialium*, sed ex hoc §. est no-
14 tandum, quòd contrà syndicandos potest procedi, nedùm ad quærelam Partium, sed etiam ex officio, quod aliàs latè fuit disputatum in S.C. in syndicatu Alphonsi Bernardi de Caso, Capitanei Terræ Stili, proùt *ibi* dixi, & ex hoc §. bis obtinui, quòd possit procedi etiam per inquisitionem.

Et quæ in tota hac pragmatica statuuntur am-
15 plia, vt procedant etiam in Officialibus Prælatorũ, seù Ecclesiarum, possidentium feuda cum iurisdictione in Regno, siuè sint Capitanei, & Assessores, siuè Actuarij, & Scribæ, vt prosequitur *Bonad.lib.2. cap.17. num.194.* cum *seqq.* vbi *num.195.* notabili-
16 ter aduertit, quòd hi feudatarij Ecclesiastici non poterint vti Notarijs Apostolicis pro Actuarijs, aut Scribis.

ADDITIO.

A QVinimmò secluſa hac clausula, *Fontanell. de pact.nuptial.claus.4.glos.10. par.1. num.54.* benè fundat, electionem Officialis in triennium, contrà formam statuti factam, corruere etiam pro vno anno, vel minori tempore, quod erat permissum, ex *Roman.cons.66. et Gabed.dec. Portug. 84.n.7. et 15.*

Huius autèm enũciati ea est ratio, inquit *Roman.* quia in ijs, quæ sunt inseparabilia, vtile per inutile vitiatur, ex doctrina *Bald.in l.græcè, §.illud, ff.de fideiuss.* at in casu, super quo ipse consuluit, electio, & sic actus faciendus, de forma erat indiuiduus, propter verba statuti, sic mandantis fieri cum clausula irritanti, *aliàs si contrà fiat, sit nullus, etc.* ergò si non tenebat electio pro tribus annis, veluti contrà formam statuti, nec minus valere potuit pro vno anno, vel minori tempore, à iure non prohibito, sed permisso, cùm actus electionis indiuiduus fuerit respectu formæ (quæ magis, & principalitèr attenditur, cùm det esse rei) licèt separabilis, & diuiduus respectu temporis.

Propter

Propter quam rationem dicebam annis elapſis in cauſa D.Petri Antonij Caracciolij filij, & hæredis quondam Fuluij cum Patriarcha de Sangro, in Banca de Ferrarijs. Locationem bonorum Eccleſiæ factam per dictum D.Patriarcham Io. Angelo Calofilippo per annos ſex,& fideiuſſionem initam per dictum quondam Fuluium pro dicto Ioanne Angelo Calofilippo in beneficium prædicti D.Patriarchæ pro affectu prædictorum bonorum Eccleſiaſticorum per dictum Ioannem Angelum facto contrà formã *Paulinæ Conſtit.*incipientis.*Ambitioſæ,de reb.Eccleſ. alien.vel non*,non potuiſſe ſubſtineri, etiam pro tribus annis,à *Paulina Conſtit.*permiſſis, nàm locationis contractus rerum Eccleſiæ ſub clauſula annullatiua,& irritanti vltrà triennium non erat permiſſus, & ſic de forma requirebat aſſenſum Apoſtolicum, ergò contrà formam Conſtitutionis, Apoſtolicæ factus non tenebat,etiam pro tribus annis, ab eadem Apoſtolica Cõſtitutione permiſſis,cùm indiuiduus fuerit locationis contractus reſpectu formæ traditæ,quæ quàmuis diuiduus reſpectu temporis, iuxtà ſupradictum *Roman.conſ.66.* fundatum in regula prædicta,quòd vtile in inſeparabilibus per inutile vitiatur,prout dixit *Lapus allegat.*80. & latè diſſerit *Couarr.lib.2,variar.reſolut cap.16.* qui per alias rationes,& iura ſuper iſta quæſtione diſcurrunt, non tamen attingunt ſupradictam rationem indiuiduitatis contractus reſpectu formæ à me ponderatam.

Io.Laganarius.

De Officio Iudicum, &c.
Pragm.V.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales propalantes vota officio priuantur. Pragmatica huius renouatio,& confirmatio.*
2 *Officiales propalantes vota de iure communi qua pœna puniantur.*
3 *Officialiu reuelantium quælibet ſecreta pœna qua ſit, remiſſio.*
4 *Pœna priuationis ab officio in quibus caſibus ſit inflicta.*

CVm verò ex propalatione, &c.

1 Officiales propalantes vota, priuatione officij puniantur. H.D.

Hæc eadem pragmatica renouatur in *prag.3.§.fin. infrà de offic.Magiſtr.Iuſtit.* & confirmatur in *pragm.17.infrà de offic.Sac.Conſil.* De iure autem communi
2 quæ pœna eſt ſtatuta in hoc caſu,vide *Licentiat.de Piſa* in ſua *Decur.Piſan.lib.3.cap.1. & ibi Azeued.*
3 qui dicit,infamiæ,falſi,& priuationis officij, & de pœna contrà Officiales reuelantes quælibet ſecreta,latè *Andr.in cap.1.num.6. quibus mod.feud.amitt. lo ſecondo*,& in quibus alijs caſibus ſit inflicta pœna
4 priuationis ab officio,explicat *Auiles in cap.9.Prætor.in verb.ley,per tot.* pro furto, & barattaria, propter longam infirmitatem,propter nimiam negligẽtiam,ſi videt rixantes, & non ſe interponit, & propter nimiam ſquitiam, & generalitèr qua pœna puniatur quiſquè reuelans ſecreta Curiæ, vel alterius priuati,docet *Carau.rit.3.num.16.Bouad.lib.3.cap.7. num.52.*

De Officio Iudicum, &c.
Pragm.VII.

RERVM SVMMA.

1 *Officialis non poteſt eſſe arbiter,& cum ratione. Commiſſarius in cauſa ciuili, criminali, ſeù feudali, vel alterius cuiuſuis qualitatis coniunctus vſquè ad tertium gradum incluſiuè alicui ex Iudicibus, ſeù Præſidi, vel Fiſci patrono tranſmitti nequit.*
2 *Negatiua præpoſita verbo, poteſt, præciſam neceſſitatem inducit, ac potentiam denegat, & reſiſtitur actui, & quod contrà factum eſt, ipſo iure non valet.*
3 Textus *iſte intelligitur non tantùm de Præſide Sacri Conſilij, ſed etiam de Locumtenente Regiæ Cameræ,Regente Magnæ Curiæ,& de Gubernatoribus Prouinciarum.*
4 *Commiſſarius deſtinari, vel Exequutor publici, & priuati negotij nequit,ſi in loco,in quo commiſſio eſt exequutioni demandanda, eſſet oriundus, incola, habitator,vel ibi etiam aliud exercuerit officium, & quarè.*

NIhil magis,&c. §. item ſtatuimus,&c.nu.3.

1 Officiales non ſint arbitri. H.D.

Pro ratione decidendi ad hunc *text.* vide *Auiles in cap 9.Prætor.in gloſ.compromiſſos*, ſed ſi Officialis præuia diſpenſatione ſit arbiter,an laudum ab eo prolatum habebit exequutionem paratam, dixi in *prag.1.n.31.ſuprà de arbitr.*

§.Item ſtatuimus,quòd non poſſit,&c. num.5. Non deſtinetur Commiſſarius,qui ſit coniunctus Officialibus in tertio gradu.H.D.

Nota, quòd non poteſt per quoduis Tribunal tranſmitti Commiſſarius in cauſa ciuili, criminali, ſeù feudali,vel cuiuſuis alterius qualitatis, qui ſit coniunctus vſq; ad tertium gradum incluſiuè alicui ex Iudicibus, ſeù Præſidi, vel Fiſci patrono illius Tribunalis,à quo tranſmittitur, hæc ſunt formalia verba *text.*& ſunt ſummoperè notanda illa verba *in principio,non poſſit*,quia continet negatiuam præ-
2 poſitam verbo *poteſt*, quæ præciſam neceſſitatem inducit,negatquè potentiam,vt voluit *gloſ.*notabilis *in cap.1.in verb.non poteſt.de reg.iur. in 6. Bart.in l.fin. colum.2. verſ.ſed quæro,quid ſi Iudex, ff.de fer.* vbi etiam dicit, quòd priuat, & tollit potentiam, *ibique* ſequuntur *Fulgoſ. Roman. Caſtrenſ. Alex. & Iaſ.*immò *Bald.in l.de bis,colum.2. verſ.hoc præmiſſo,* & iterùm *verſ.præterea iſta lex,ff.de tranſact.* inquit, quòd per hæc verba reſiſtitur actui, ideòque quod contrà factum eſt,ipſo iure non valet, & ſequuntur innumeri *Doctor.* copioſè relati per *Tiraquell.de legib.connub.gloſ.4.in princ. Morrell.conſ.58.num.8. Lancell.in Conſuet.Alexandr.in verb.Non poſſit, in princ. per tot.* quod eſt tenacitèr notandum in hac materia,quia ob hoc ſolùm poſſunt quotidiè annullari innumeri proceſſus, tàm ciuiles,quàm criminales,in quibus ad diuerſos actus deſtinantur Commiſſarij,qui ſunt coniuncti Iudicibus infrà gradum hìc prohibitum.

Et dùm in hoc *text.* fit mentio etiam de Præſidẽ-
3 te, intelligas nedùm de Præſide Sacr. Conſil. cuius eſt hoc peculiare nomen,ſed etiam de omni alio Officiali,qui præſidet,ſeù præeſt,& eſt caput cuiuſlibet

libet Tribunalis, prout sunt Locumtenens Regiæ Cameræ, Regens Magnæ Curiæ, & Gubernatores Prouinciarum, iuxtà *tex. in l. annuam, la t. ff. de ann. leg. & cap. cupientes, vers. nisi, vel intra, de elect. in sexto.*

Item est alius casus, in quo quis non potest destinari Commissarius, vel Exequutor, nec publici, nec
4 priuati negotij, nempè vbi is in loco, in quo est exequutioni demandanda commissio, esset oriundus, vel incola, seù habitator, vel vbi etiam al ud officium exercuerit, vt est *text.* formalis in *l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12.*

Ratio est, quia in tali præsumitur amor, vel odiũ, & vtrunquè de facili potest eum diuertere à recta exequutione suę commissionis.

De Officio Iudicum, &c. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Officialis debet expectare aduentum successoris. Pragmatica ista concordat cum dispositione iuris cõmunis, & ad eius materiam plura, remissiuè.*

2 *Officiales quicunquè non possunt deserere officium, etiam per breue tempus, & animo redeundi, nec recedere à loco administrationis, sine iurisdictionis Domini licentia, nisi superueniat iusta, aut necessaria causa.*

3 *Successor in officio an teneatur exequi iussiones factas suo prædecessori à superioribus Iudicibus, etiam si præcipiens decesserit.*

1 A Noi è stato, &c. Officiales cẽpectent aduxtum successorum. H.D.

Concordat de iure communi cum dispositione *text. in l. meminisse, ff. de offic. Proconsul. & in l. 1. §. administrationem autem, C. vt omnes Iudices.* Ad cuius materiam vidẽdus est *Aniles in cap. 5. Prætor. in glos. suspendidos, nu. 6.* qui ait, & quòd debet successorem expectare, aliàs tenetur, & interim potest ius dicere, & debet habere salarium, & omnia gesta sunt valida absquè confirmatione, latè *Gizzarell. dec. 30.*

Et durante officio quicunquè Officiales non pos-
2 sunt deserere officium, etiam per breue tem pus, & animo redeundi, nec recedere à loco administrationis absquè licentia Baronis, aut alterius Domini iurisdictionis, vt est *text. in l. si quis Decurio, la prima, C. de Decurion. lib. 10.* per quem *text.* id admisit *Licentiatus de Pisa* in sua *Decur. Pisan. lib. 3. c. 2.* quod limitat *Lucas de Penna in l. si quos spontaneos, colum. 3. vers. quàmuis autem, C. eod. titul. de Decurion. lib. 10.* si superueniat iusta, aut necessaria causa, putà ob infirmitatem propriam, aut filij, seù maioris rei familiaris, aut capitis, famæq; periculum, per *text. in l. neque infantes, in princ. ff. de fideicomm. libert.* aliàs totius temporis salarium perdit, *Escobar de ratiocin. cap. 27. num. 18. Gizzarel. dicta dec. 30.* & alias pœnas etiam mortis naturalis incurrit, de quibus latè agit *Gizzar. d. dec. 30.*

3 Successor verò in officio debet exequi iussiones factas suo prædecessori à Superioribus Iudicibus, etiam si præcipiens decesserit, vt est *tex. in §. & hoc verò iubemus, in authent. vt nulli indic. liceat haber. loc. sern.*

ADDITIO.

De Officio Iudicum, &c. Prag. X.

RERVM SVMMA.

1 D. D. Petrus Fernandez de Castro *Comes de Lemos, olim Regni Prorex iustissimus laudatur.*

2 *Præsidum, ac Regiorum Auditorum munus in quo versetur, & à quo tradatur, remissiuè.*

3 *Instãtia in criminalibus biennio perit de iure cõmuni.*

4 *Instantia perempta in criminalibus omne ius perit, ità vt nõ possit amplius in causa procedi, nec inquisitus molestari, & nu. 8.*

5 *Instantia in criminalibus non perit in M. C. V. & in aliis Tribunalibus huius Ciuitatis, ac etiam in Reg. Audientijs, vel in causis delegatis, ex dispositione* Reg. Pragm. 50. de offic. Mag. Iust.

6 *Liberatus in forma cum clausula, nouis, &c. si indicia superuenerint perempta instantia, seù post biennium, an possit molestari, & contra eum, & fideiussorem procedi.*

7 *Biennio lapso à die litis contestatæ actio extinguitur.*

9 *Instantia perempta pereunt omnia acta, tàm ordinatoria, quàm probatoria.*

10 *Inquisitus si non fuerit liberatus vt innocens, sed ex defectu probationum, an possit iterum vocari.*

11 *Inquisitus an, & quando si post peremptam instãtiam indicia superueniant, possit vocari, & contra eum procedi, plures casus distinguuntur, & n. 12.*

13 *Inquisitus si fuerit liberatus cum clausula, nouis, &c. an poterit iterùm vocari ab eodem Iudice.*

14 Reg. Pragm. 50. de offic. Mag. Iust. *declaratur.*

15 *Indicia infrà quantum temporis spatium superuenire debent, ad hoc vt inquisitus se præsentare teneatur, & n. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Practica liberandi reos sub fideiussione de se præsentando, nouis superuenientibus indicijs, quarè fuerit inuenta.*

21 *Fideiussio præstita de se præsentando, nouis superuenientibus inditijs regulari debet secundum naturam ipsius indicij.*

22 *Indicia noua quæ sint, & qualia esse debeant, & an debeant à primis differre, & quando testis inducat nouum indicium, vel nouam probationem.*

23 *Socij criminis dictum an faciat nouum indicium, remissiuè.*

24 *Dietæ Præsidum, Auditorum, & Fiscalium Regiarum Audiẽtiarum taxari debent per Regiam Cameram Summariæ.*

25 *Delictum si probatum fuerit per solam confessionem Rei inquisiti locus est pœnæ extraordinariæ, arbitrio Iudicis.*

26 *Confessio Rei an inducat notorium, ex quo deueniri possit ad pœnam ordinariam.*

1 HÆC Pragmatica edita fuit sub gubernio quondam Excellentiss. Domini *D. Ferdinandi de Castro*, Comitis de Lemos, Proregis Iustissimi, & Prudẽtissimi, omniq; æuo, propter eius heroicas virtutes laudandi, & continet per octuaginta nouem capitula, iustissimè prouisa pro reformatione Regiorum Tribunalium, & præsertim Reg. Audientiarum, & pro recta administratione iustitiæ in ijsdem Tribunalibus, multa quoq; mandat, ad Præsidum, & Regiorum Auditorum munus pertinentia, quorum aliqua etiam in praxi docet Dominus *Eliseus Danza de pugna Doctorum tom. 1. in titul. de Præeminent.*

Reg.

2 *Reg.Audient.de officio Præsid. de officio Auditor. de offic.Fisc.de offic.Secretar.Archiu.* & aliorum, quæ videre poteris apud eum.

§.seù *cap.33.che l'instanze,&c.* Instantia in crimi-
3 nalibus de iure communi perit biennio, per *tex. in l.properandum,C.de iud.*& perempta instantia in cri-
4 minalibus omne ius perit,ità vt non possit in causa ampliùs procedi, vel de nouo inquisitus accusari, vel inquiri,*D.de Franch.dec.643.in fin.*& in *dec.653.* & *654.* Verùm per *Reg.Pragmat.50.de offic.Magist.*
5 *Iustit.* in causis criminalibus vertentibus in M.C.V. & Curia Admiratiæ,vel in omnibus alijs Tribunalibus huius Ciuitatis,ac etiam coràm Delegatis,non perimitur instantia,sed semper potest procedi contra inquisitos,& idem statuitur in causis criminalibus vertentibus in Regijs Audientijs per hanc *Pragm.*in §.seù *cap.33.*

Quid autem dicendum erit in habilitato, vel liberato in forma(vt aiunt)*nouis* scilicèt *superuenientibus indicijs*,an superuenientibus indicijs post lapsũ
6 biennij,possit contrà ipsum procedi?In qua quęstione licèt *D.de Franch.*in supradicta *dec.654.* disputato articulo de iure communi,in liberato in forma(nõ enim tunc temporis fuerat edita supradicta *Pragm. 50.de officio Magistr.Iustit.*quæ fuit promulgata de anno 1605.) referat, fuisse decisum in fauorem inquisiti,qui fuerat liberatus in forma, & sic quòd perempta instantia non possit ampliùs inquisitus molestari,nec contrà eum procedi,Attamen quia attenta supradicta *Pragmat.50.de offic.Magistr.Iustit.* cõtrarium fortè iudicandum esse, quis dicere posset, respectu causarum vertentium in M.C. & in alijs Tribunalibus huius Ciuitatis,& in Regijs Audientijs,satis conuenire existimaui hic in medium afferre ea,quæ in hac materia,& pro supradictę *Pragmaticæ* declaratione ingeniosè,atq; elegantèr disseruit *D.Fuluius Danesius* Aduocatus doctissimus.

IOannes Andreas Ventura inquisitus de parricidio in M.C.V. & datis defensionibus liberatus in forma,post septemnium in iudicium denuò vocatur,ob superuenientiam aliorum indiciorum, eiusq; fideiussor compellitur, ad ipsum præsentandum,Quæritur,nunquid possit ipse,eiusq; fideiussor molestari?& absq; dubio dicendum est,non posse.

7 Primò,quia per lapsum biennij à die litis contestatæ actio extinguitur,*l.1.C.vt infrà certum tempus*, iuncta *l.properandum,C.de iud.*extincta igitur actione,non poterit ex eadem causa ampliùs molestari, *cap.de his,extrà de accusat.l.si crimen,§.iisdem.ff.eod. l.sub specie,C.de re iud.l.qui de crimine*, C. *de accusat.* absoluitur enim reus actore non probante, *l.qui accusare,C.de edend.*

8 Secundò,quia per lapsum biennij in criminalibus causis perit omne ius,ità vt non detur facultas, iterùm accusandi,vel inquirendi, vt dixit *Salyc.in d.l. qui de crimine*, *Capyc.dec.206.Clar.in §.final. quæst. 51.n.8. de Franch. in dec.250. nu.2.& dec.654.n.4c.*

9 Tertiò,quia cùm ob peremptionem instantiæ pereant omnia acta,tàm ordinatoria,quã probatoria, vt dixit *Alex.in d.l.properandum,§.fin. vers. item nota,Affl.in Const.Regn.Accusatorem, in secũdo notab. vers.an autem,Marantain* suo *speculo, in 5.par.col.fi. vers.limita tamen,Carau.in rit.248. num.48. Baiard.* ad *Clar.q.51.num.19.* sequitur,quòd post omne ius sublatum, ac acta perempta requireretur nouus processus,sed nouus processus crimine abolito fieri nequit,vt dixit *de Franch. dec.653.in fi.* igitur ampliùs molestari non potest.

Sed ex aduerso opponit Fiscus duas cõclusiones. Prima est,quia licèt de iure communi per lapsum biennij perimitur instantia,secùs tamen est de iure Regni, in quo vigore nouellæ *Regiæ Pragmaticæ* nunquàm instantia perit in M.C.V. alijsq; Tribunalibus huius Ciuitatis.

Secunda conclusio est, quia cùm præfatus inquisitus non sit liberatus vt innocens, sed tantummodò
10 ex defectu probationum,cum clausula illa *,nouis superuenientibus indicijs*, quotiescunq; ea superuenerint,poterit iterùm in iudicium vocari, secundùm ea, quæ dixit *Salyc.in l.si qui,C.ad leg.Iul.de adulter. num.6.*

Verumtamen vt rem altius discutiamus,dico primò,instantiam in iudicio,aut perimi ob actionem non prosequutam infrà biennium à die litis contestatæ, antè tamen sententiæ prolationem; aut verò post litem contestatam, & post prolationem sententiæ.

11 Primo casu,aut post lapsum biennij interponitur decretum,quòd absoluatur ab obseruatione iudicij,& tunc agi iterùm nequaquàm possit, ità dicit *Oldrad.*quẽ sequitur *Bal.in c.1.in princ.n.14. vers. sed aduerte,si de inuestitura inter Dominum, & vasall.lis oriatur*; Aut nõ interponitur decretum absolutionis ab obseruatione iudicii,& tũc agi posse, crediderũt vltrà præfatos *Petrus,& Cyn.in d.l.properandũ,§.hoc proculdubio,C.de iud. Glosa* verò in *d. l. properandum, §.sin autem vtraque*,tenet contrarium, quam sequitur *ibidem Bart.Salyc.& Bald.*dicentes,ipso iure, & absq; alia sententia interlocutoria perimi instantiã, nec posse iterùm ad accusationem reuerti, & hanc opinionem sequuti sunt *Capyc.dec.11.num.16. Affl. ind.cap.1.si de inuest.inter Dominum, & vasallum, num.112.Grammat.voto 31.num.11. & 12. & Carau.in ritu* 248.sub *num.*10.subdens, quòd quidquid fecerit Iudex post lapsum biennij in criminalibus causis,non valeret, est enim meta imposita cognitori,cognitioni,& iudicio, per ea, quæ allegat *ibidem nu.11.*

Secundo verò casu,quandò scilicèt post litem cõ-
12 testatam liberatur reus, & tunc iterùm subdistinguo;aut enim liberatur ob innocentiam cognitam, aut verò ob defectum probationum cum fideiussione de se præsentando,&c. *Si propter innocentiam* liberatur simpliciter, & diffinitiuè,non poterit ex eadem causa,etiam superuenientibus indicijs iterũ molestari,ità dixit *Petrus Caball.resol.crim. casu 93. num.11.& Guazzin.defens 2.cap.6.num.4.* post *Foller.in pract.crim.Canonica,cap.35.num.2. & 3. Beff. in tit.de sentent.num.77. Paul. Grilland. de relax.at. carcerator.Rub.de absolut.innocent.quæst.2.*sub *nu.1. & 2.Couarr.lib.2.variar.resolut.cap.10.num.1. vers. quartò eadem. Si* verò fuerit liberatus ex hactẽnus deductis,cum clausula,seù fideiussione de se præsẽtando,*nouis,&c.*& tunc quia sententia ista considerato effectu dicitur interlocutoria, poterit reuideri,
13 & reparari etiam ab eodem iudice,vt tenet *Caball. loco* citato,*num.*10.per ea,quæ tradit *Thess. dec.Pedemont.81.num.11. & dec.121. num.13. & Paul. Grillan.d.quæst.2.num.2.* Idq; ob inoletam Practicã, per quam non fertur sententia diffinitiua, sed cum illa clausula,*nouis,&c.* & sic superuenientibus nouis indicijs poterit iterùm procedi, vt iterũ *Caball.* aduertit *nu.12.*

His igitur sic præcognitis dico, noluisse Principẽ
14 in *Regia* illa nouella *Pragmatica* prorogare instantiam iàm finitam per sententiam,quia cùm extincta omninò sit,ampliùs prorogari non potest,non enim

enim

libet Tribunalis, prout sunt Locumtenens Regiæ Cameræ, Regens Magnæ Curiæ, & Gubernatores Prouinciarum, iuxtà *tex. in l. annuam, la 1. ff. de ann. leg. & cap. cupientes, vers. nisi, vel intra, de elect. in sexto.*

Item est alius casus, in quo quis non potest destinari Commissarius, vel Exequutor, nec publici, nec priuati negotij, nempè vbi is in loco, in quo est exequutioni demandanda commissio, esset oriundus, vel incola, seù habitator, vel vbi etiam aliud officium exercuerit, vt est *text.* formalis in *l. 3. C. de diuers. offic. lib. 12.*

4 Ratio est, quia in tali præsumitur amor, vel odiū, & vtrunquè de facili potest eum diuertere à recta exequutione suę commissionis.

De Officio Iudicum, &c. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Officialis debet expectare aduentum successoris. Pragmatica ista concordat cum dispositione iuris cōmunis, & ad eius materiam plura, remissiuè.*

2 *Officiales quicunquè non possunt deserere officium, etiam per breue tempus, & animo redeundi, nec recedere à loco administrationis, sine iurisdictionis Domini licentia, nisi superueniat iusta, aut necessaria causa.*

3 *Successor in officio an teneatur exequi iussiones factas suo prædecessori à superioribus Iudicibus, etiam si præcipiens decesserit.*

3 ANoi è stato, &c. Officiales eēpectent aduxtum successorum. H.D.

Concordat de iure communi cum dispositione *text. in l. meminisse, ff. de offic. Proconsul. & in l. 1. §. administrationem autem, C. vt omnes Iudices.* Ad cuius materiam vidēdus est *Aniles in cap. 5. Prætor. in glos. suspendidos, nu. 6.* qui ait, & quòd debet successorem expectare, aliàs tenetur, & interim potest ius dicere, & debet habere salarium, & omnia gesta sunt valida absquè confirmatione, latè *Gizzarell. dec. 30.*

2 Et durante officio quicunquè Officiales non possunt deserere officium, etiam per breue tem pus, & animo redeundi, nec recedere à loco administrationis absquè licentia Baronis, aut alterius Domini iurisdictionis, vt est *text. in l. si quis Decurio, la prima, C. de Decurion. lib. 10.* per quem *text.* id admisit *Licentiatus de Pisa* in sua *Decur. Pisan. lib. 3. c. 2.* quod limitat *Lucas de Penna in l. si quos spontaneos, colum. 3. vers. quàmuis autem, C. eod. titul. de Decurion. lib. 10.* si superueniat iusta, aut necessaria causa, putà ob infirmitatem propriam, aut filij, seù maioris rei familiaris, aut capitis, famæq; periculum, per *text. in l. unquè infantes, in princ. ff. de fideicomm. libert.* aliàs totius temporis salarium perdit, *Escobar de ratiocin. cap. 27. num. 18. Gizzarel. dicta dec. 30.* & alias pœnas etiam mortis naturalis incurrit, de quibus latè agit *Gizzar. d. dec. 30.*

3 Successor verò in officio debet exequi iussiones factas suo prædecessori à Superioribus Iudicibus, etiam si præcipiens decesserit, vt est *tex. in §. & hoc verò iubemus, in authent. vt nulli indic. liceat haber. loc. seru.*

ADDITIO.

De Officio Iudicum, &c. Prag. X.

RERVM SVMMA.

1 D.D. Petrus Fernandez de Castro *Comes de Lemos, olim Regni Prorex instissimus laudatur.*

2 *Præsidum, ac Regiorum Auditorum munus in quo versetur, & à quo tradatur, remissiuè.*

3 *Instātia in criminalibus biennio perit de iure cōmuni.*

4 *Instantia perempta in criminalibus omne ius perit, ità vt nō possit amplius in causa procedi, nec inquisitus molestari, & nu. 8.*

5 *Instantia in criminalibus non perit in M.C.V. & in aliis Tribunalibus huius Ciuitatis, ac etiam in Reg. Audientijs, vel in causis delegatis, ex dispositione* Reg. Pragm. 50. de offic. Mag. Iust.

6 *Liberatus in forma cum clausula, nouis, &c. si indicia superuenerint perempta instantia, seù post biennium, an possit molestari, & contra eum, & fideiussorem procedi.*

7 *Biennio lapso à die litis contestatæ actio extinguitur.*

9 *Instantia perempta pereunt omnia acta, tàm ordinatoria quàm probatoria.*

10 *Inquisitus si non fuerit liberatus vt innocens, sed ex defectu probationum, an possit iterum vocari.*

11 *Inquisitus an, & quando si post peremptam instātiam indicia superueniant, possit vocari, & contra eum procedi, plures casus distinguuntur, & n. 12.*

13 *Inquisitus si fuerit liberatus cum clausula, nouis, &c. an poterit iterum vocari ab eodem Iudice.*

14 Reg. Pragm. 50. de offic. Mag. Iust. *declaratur.*

15 *Indicia infrà quantum temporis spatium superuenire debent, ad hoc vt inquisitus se præsentare teneatur, & n. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Practica liberandi reos sub fideiussione de se præsentando, nouis superuenientibus indicijs, quarè fuerit inuenta.*

21 *Fideiussio præstita de se præsentando, nouis superuenientibus inditijs regulari debet secundùm natūram ipsius iudicij.*

22 *Indicia noua quæ sint, & qualia esse debeant, & an debeant à primis differre, & quando testis faciat nouum indicium, vel nouam probationem.*

23 *Socij criminis dictum an faciat nouum indicium, remissiuè.*

24 *Dietæ Præsidum, Auditorum, & Fiscalium Regiarum Audiētiarum taxari debent per Regiam Cameram Summariè.*

25 *Delictum si probatum fuerit per solam confessionem Rei inquisiti locus est pœnæ extraordinariæ, arbitrio Iudicis.*

26 *Confessio Rei an inducat notorium, ex qua deueniri possit ad pœnam ordinariam.*

1 HÆC Pragmatica edita fuit sub gubernio quondam Excellentiss. Domini *D. Ferdinandi de Castro*, Comitis de Lemos, Proregis Iustissimi, & Prudētissimi, omniq; æuo, propter eius heroicas virtutes laudandi, & continet per octuaginta nouem capitula, iustissimè prouisa pro reformatione Regiorum Tribunalium, & præsertim Reg. Audientiarum, & pro recta administratione iustitiæ in ijsdem Tribunalibus, multa quoq; mandat, ad Præsidum, & Regiorum Auditorum munus pertinentia, quorum aliqua etiam in praxi docet Dominus *Eliseus Danza de pugna Doctorum tom. 1. in titul. de Præeminent.*

Reg.

2 *Reg.Audient.de officio Præsid. de officio Auditor. de offic.Fisc.de offic.Secretar.Archiu.* & aliorum, quæ videre poteris apud eum.

§.seù *cap.*33.*che l'instanze,&c.* Instantia in criminalibus de iure communi perit biennio, per *tex. in*
3 *l.properandum,C.de iud.*& peremptа instantia in cri-
4 minalibus omne ius perit, ità vt non possit in causa amplius procedi, vel de nouo inquisitus accusari, vel inquiri, *D.de Franch.dec.*643.*in fin.*& in *dec.*653. *&* 654. Verùm per *Reg.Pragmat.*50.*de offic.Magist.*
5 *Iustit.*in causis criminalibus vertentibus in M.C.V. & Curia Admiratiæ, vel in omnibus alijs Tribunalibus huius Ciuitatis, ac etiam coràm Delegatis, non perimitur instantia, sed semper potest procedi contra inquisitos,& idem statuitur in causis criminalibus vertentibus in Regijs Audientijs per hanc *Pragm.*in §.seù *cap.*33.

Quid autem dicendum erit in habilitato, vel liberato in forma(vt aiunt)*nouis* scilicèt *superuenientibus indicijs*, an superuenientibus indicijs post lapsũ
6 biennij, possit contrà ipsum procedi? In qua quęstione licèt *D.de Franch.*in supradicta *dec.*654. disputato articulo de iure communi, in liberato in forma(nõ enim tunc temporis fuerat edita supradicta *Pragm.* 50.*de officio Magistr.Iustit.*quæ fuit promulgata de anno 1605.) referat, fuisse decisum in fauorem inquisiti, qui fuerat liberatus in forma, & sic quòd peremptа instantia non possit amplius inquisitus molestari, nec contrà eum procedi. Attamen quia attenta supradicta *Pragmat.*50.*de offic.Magistr.Iustit.* cõtrarium fortè iudicandum esse, quis dicere posset, respectu causarum vertentium in M. C. & in alijs Tribunalibus huius Ciuitatis, & in Regijs Audientijs, satis conuenire existimaui hic in medium afferre ea, quæ in hac materia, & pro supradictę *Pragmaticæ* declaratione ingeniosè, atq; elegantèr disseruit *D.Fuluius Danesius* Aduocatus doctissimus.

IOannes Andreas Ventura inquisitus de parricidio in M.C.V. & datis defensionibus liberatus in forma, post septemnium in iudicium denuò vocatur, ob superuenientiam aliorum indiciorum, eiusq; fideiussor compellitur, ad ipsum præsentandum. Quæritur, nunquid possit ipse, eiusq; fideiussor molestari? & absq; dubio dicendum est, non posse.

7 Primò, quia per lapsum biennij à die litis contestatæ actio extinguitur, *l.*1.*C.vt infrà certum tempus*, iuncta *l.properandum,C.de iud.*extincta igitur actione, non poterit ex eadem causa amplius molestari, *cap.de his,extrà de accusat.l.si crimen,*§.*insuper.ff.eod. l.sub specie,C.de re iud.l.qui de crimine*, C. *de accusat.* absoluitur enim reus actore non probante, *l.qui accusare,C.de edend.*

8 Secundò, quia per lapsum biennij in criminalibus causis perit omne ius, ità vt non detur facultas, iterùm accusandi, vel inquirendi, vt dixit *Salyc.in d.l. qui de crimine*, *Capyc.dec.*206.*Clar.in* §.*final. quæst.* 51.*n.*8.*de Franch.in dec.*250.*nu.*2.*& dec.*654.*n.*40.

9 Tertiò, quia cùm ob peremptionem instantiæ pereant omnia acta, tàm ordinatoria, quã probatoria, vt dixit *Alex.in d.l.properandum,*§.*fin. vers. item nota, Affl.in Const.Regn.Accusatorem, in secũdo notab. vers.an autem, Marantа* in suo *speculo, in* 5.*par.col.fi. vers.limita tamen, Carau.in rit.*248.*num.*48. *Baiard.* ad *Clar.q.*51.*num.*19. sequitur, quòd post omne ius sublatum, ac acta peremptа requireretur nouus processus, sed nouus processus crimine abolito fieri nequit, vt dixit *de Franch.dec.*653.*in fi.* igitur amplius molestari non potest.

Sed ex aduerso opponit Fiscus duas cõclusione s. Prima est, quia licèt de iure communi per lapsum biennij perimitur instantia, secùs tamen est de iure Regni, in quo vigore nouellæ *Regiæ Pragmaticæ* nunquàm instantia perit in M.C.V. alijsq; Tribunalibus huius Ciuitatis.

Secunda conclusio est, quia cùm præfatus inquisitus non sit liberatus vt innocens, sed tantummodò
10 ex defectu probationum, cum clausula illa, *nouis superuenientibus indicijs*, quotiescunq; ea superuenerint, poterit iterùm in iudicium vocari, secundùm ea, quæ dixit *Salyc.in l.si qui,C.ad leg.Iul.de adulter. num.*6.

Verumtamen vt rem altius discutiamus, dico primò, instantiam in iudicio, aut perimi ob actionem non prosequutam infrà biennium à die litis contestatæ, antè tamen sententiæ prolationem; aut verò post litem contestatam, & post prolationem sententiæ.

11 Primo casu, aut post lapsum biennij interponitur decretum, quòd absoluatur ab obseruatione iudicij, & tunc agi iterùm nequaquàm possit, ità dicit *Oldrad.*quẽ sequitur *Bal.in c.*1.*in princ.n.*14.*vers. sed aduerte, si de inuestitura inter Dominum, & vasall. lis oriatur*; Aut nõ interponitur decretum absolutionis ab obseruatione iudicii, & tũc agi posse, crediderũt vltrà præfatos *Petrus,& Cyn.in d.l.properandũ,*§.*hoc proculdubio,C.de iud.Glosa* verò in *d.l.properandum,* §.*fin autem vtraque*, tenet contrarium, quam sequitur *ibidem Bart.Salyc.& Bald.*dicentes, ipso iure, & absq; alia sententia interlocutoria perimi instantiã, nec posse iterùm ad accusationem reuerti, & hanc opinionem sequuti sunt *Capyc.dec.*11.*num.*16.*Affl. in d.cap.*1.*si de inuest.inter Dominum, & vasallum, num.*112.*Grammat.voto* 31.*num.*11.*&* 12.*& Caran.in ritu* 248.sub *num.*10.subdens, quòd quidquid fecerit Iudex post lapsum biennij in criminalibus causis, non valeret, est enim meta imposita cognitori, cognitioni, & iudicio, per ea, quæ allegat *ibidem nu.*11.

Secundo verò casu, quandò scilicèt post litem cõ-
12 testatam liberatur reus, & tunc iterùm subdistinguo; aut enim liberatur ob innocentiam cognitam, aut verò ob defectum probationum cum fideiussione de se præsentando,&c. *Si propter innocentiam* liberatur simpliciter, & diffinitiuè, non poterit ex eadem causa, etiam superuenientibus indicijs iterũ molestari, ità dixit *Petrus Caball.resol.crim. casu* 93. *num.*11.*& Guazzin.defens* 2.*cap.*6.*num.*4. post *Foller.in pract.crim.Canonica,cap.*35.*num.*2.*&* 3. *Boss. in tit.de sentent. num.*77. *Paul. Grilland. de relaxat. carcerat.Rub.de absolut.innocent.quæst.*2.sub *nu.*1. *&* 2.*Conarr.lib.*2.*variar.resolut.cap.*10.*num.*1. *vers. quartò eadem. Si* verò fuerit liberatus ex hactẽnus deductis, cum clausula, seù fideiussione de se præsẽtando, *nouis,&c.*& tunc quia sententia ista considerato effectu dicitur interlocutoria, poterit reuideri,
13 & reparari etiam ab eodem iudice, vt tenet *Caball.* loco citato, *num.*10.per ea, quæ tradit *Thess. dec.Pedemont.*81.*num.*11. *&dec.*121. *num.*13. *&Paul. Grillan.d.quæst.*2.*num.*2. Idq; ob inoletam Practicã, per quam non fertur sententia diffinitiua, sed cum illa clausula, *nouis,&c.* & sic superuenientibus nouis indicijs poterit iterùm procedi, vt iterũ *Caball.* aduertit *nu.*12.

His igitur sic præcognitis dico, noluisse Principẽ
14 in *Regia* illa nouella *Pragmatica* prorogare instantiam iàm finitam per sententiam, quia cùm extincta omninò sit, amplius prorogari non potest, non entis

enim

enim nullæ ſunt partes, ſed illam tantùm voluit inſtantiam prorogare, quæ pendente iudicio eſſet iàm mortua, ſiuè ob negligentiam Iudicis, ſiuè accuſatoris infrà tempus à iure ſtatutum, voluit itaquè, non inſtantiam extincti iudicij reuiuiſcere, ſed eam, quæ viuente iudicio extingueretur, proteclare, idq; colligitur ex verbis illis *pragmaticæ*, in qua dicitur, *Per queſto noi volendo proueder in ciò, come ſi conuiene, ſtante la moltitudine delle cauſe, che ſono in queſta gran Corte, ci è parſo farui la preſente, per la quale volemo, & ordinamo, che da quà auanti le inſtanze di dette cauſe ſe intendano ſempre prorogate, ità che per queſta Gran Corte ſi debbia, & poſſa procedere à proſequir le cauſe predette, e far le inſtanze, & atti, che ui incumbeno.* Ex quibus verbis clarè colligitur, voluiſſe Principem illis cauſis ſubuenire, quæ nondùm ſunt per ſententiã terminatæ; Suppouit enim, quòd per cauſatum multitudinem non poterant expediri infrà metam biennij, à iure ſtatutam; peribat enim inſtantia, prorogatione non petita infrà legitima tempora, idquè in damnum Fiſci redundabat ob delictorum impunitatem. Idcòq; non erit diſpoſitio illius *pragmaticæ* extendenda ad inſtãtiam, per ſententiæ prolationem penitùs extinctam: Quod clarius patet ex precibus Fiſci in illis verbis, in eadem *pragmatica* expreſſis, *Acciò li delitti non reſtino impuniti, e l'inquiſiti non poſſano hauer'occaſione d' impedir l'eſpeditioni, e far perire detta inſtanza.* Certum eſt autem, cauſas expeditas, alia expeditione non indigere, ideòq; ad eas tantùm pertinet diſpoſitio, quæ nondùm expeditæ ſub Iudice verſantur. Ex his itaquè ſatis reſponſum eſſe, arbitror, ad primam Fiſci concluſionem, cùm diſpoſitio *Regiæ* nouellæ *pragmaticæ* nihil operetur in caſu noſtro.

Ad ſecundam verò Fiſci concluſionem, breuitèr, & reſolutiuè procedendo, fateor, eam, qui fideiuſſoribus liberatur de ſtando iuri, & de ſe preſentando nouis ſuperuenientibus indicijs, quotieſcunq; illa ſuperuenerint, ad ſe preſentandum teneri, per ea, quę ſuprà retulimus. Dubium tamen eſt, infrà quan-
15 tum tempus debeant ſuperuenire indicia, vt ad preſentationem teneatur? Qua in re varias reperio Doctorum opiniones.

Prima fuit *Foller. in pract. canon. cap.* 35. *num.* 10.
16 *ver. ſed pone*, aſſerentis, hoc poſſe Iudicem infrà triginta dies primum iudicium proſequendo. Mouetur ex *text. in l. libellorum, §. fin. ff. de accuſat.* ibi, *& vtiquè triginta dies vtiles obſeruandi ſunt.* At ſi nouũ iudicium intentetur, fieri poterit infrà tantum temporis ſpatium, infrà quod durat ius accuſandi, & nõ vltrà. Mouetur ex *text. in l. accuſaturus, ff. ad leg. Iul. de adulter.* ibi, *ſi tempora largiantur emendare non prohibetur, nè cauſa criminis aboleatur*, quam quidèm opinionem ſecutus eſt *Farinac. q. 4. nu. 29. verſ. ſublimita hanc quintam, &c.*

Secunda fuit opinio *Theſſ. in dec. Pedemont.* 81.
17 ſub *num.* 1. aſſerentis, infrà decennium poſſe agi, mouetur ea ratione, quia quandò de præſcriptione agitur, debet illa infrà decem annos inter preſentes, viginti inter abſentes currere, vt in *rubr. C. de præſcript. long. temp. decem, vel vig. ann.*

18 Tertia fuit opinio quorundam dicentium, infrà illud tempus poſſe indicia recipi, infrà quod actio intentari poſſet, clarum eſt autem, infrà viginti annos, & non vltrà hoc poſſe fieri, quia tanto tempore preſcribitur omnis accuſatio criminalis *l. querelam, C. de falſ.* ibi *igitur infrà xx. annos, &c.* quam quidèm opinionem ſequutus eſt *Petr. Caball. in caſu* 93. *n.* 11. Verùm, iudicio meo, vtraquè hęc opinio contraria eſt diſpoſitioni *text. in l.* 1. *& fi. C. vt infrà cert. temp.* & in *l. properandum, C. de iud.* ijs enim in *locis* prohibetur, cauſas criminales poſt litem conteſtatam vltrà biennium protrahi poſſe, nàm licèt accuſator actione vti poſſit infrà 20. annos, tamen vbi illam propoſuerit, & ſuper eam lis fuerit conteſtata, elapſo biennio finitur, nec poterit infrà alios 20. annos iterùm actionem proſequi, quia eſſet contrà leges præſcriptionis, itàq; opinio *Theſſauri, & Caballi* aut locum obtinet in ijs caſibus, in quibus non fuit lis conteſtata, aut erit omninò falſa.

19 Quarta fuit opinio *Andreæ Alciat.* qui in *l. ſi calumnietur, nu.* 4. *& §. ff. de verbor. ſignif.* tenet, elapſo biennio ampliùs inquietari non poſſe, & ſic fideiuſſionem illam, de ſe præſentando, &c. euaneſcere biẽnio elapſo, motus ea ratione, quia ſcilicèt tanto tẽporis ſpatio durare poſſet inſtantia criminalis cauſæ, vt diximus, Inuehit *Alciat.* contrà latrunculatores aliquos alitèr ſentientes, eumquè ſequitur *Canalcan. de brachio Regio, p.* 1. *n.* 576. *verſ. & in propoſito, & Andr. Fachin. lib.* 9. *controu. c.* 16.

Hæc autem *Alciat.* opinio, vt iuri conſentanea eſt, ità plurimum rationi conuenit, Diſponitur quidèm per ius commune, actionem criminalem, criminalitèr intentatam debere prorsùs infrà biennũ per ſententiam terminari, nec vlla alia occaſione ad ampliora produci tempora: Quòd ſi per ſententiam terminata non fuerit, abſolui debere omninò reum ab obſeruatione iudicij, neq; poſſe Iudicem hoc tẽpus vltrà biennium extendere, alioquin remaneret legis pœnæ obnoxius, ita voluit *text. in l. final.* ſępiùs allegata *C. vt infrà cert. temp.* Verumtamen quia
20 plerunq; contigebat, aut delicti ſocios in fortijs non reperiri, aut aliundè ſperari poſſe eiuſdem criminis alias probationes, inſurrexit Practica apud latrunculatores liberandi reum ſub fideiuſſione de ſe præſentando, nouis ſuperuenientibus indicijs. Sed quẽadmodùm non poteſt Iudex tempus inſtantię prorogare, quia ſupradictis legibus prohibetur, ità non poterit tempus illud ſperandorum indiciorum vltrà inſtantię fines extendere. Poterit itaquè noua indicia recipere infrà illud tempus inſtantię, & non vltrà; Et hęc fuit ratio conſiderata per Sacrum Conſilium, vt refert *de Franch. dec.* 653. *&* 654. cuius vigore fuit determinatum, indicia ſuperuenientia elapſo biennio, nullatènus eſſe recipienda, etiam ſtante fideiuſſione prædicta, tollitur enim per lapſum prædicti temporis omne ius parti, ità vt non detur facultas iterùm accuſandi, vel inquirendi, & cum hoc videtur concòrdare *Ritus M. C. V.* de quo per eundem *Franch. dec.* 250. *num.* 1. Si ergò per iuris communis diſpoſitionem actio criminalis per litis conteſtationem intentata non durat vltrà biennium, fruſtrà laborat Iudex, qui huiuſmodi cautela adhibita intendit illam vltrà biennium prorogare, cùm exploratiſſimi iuris ſit, non poſſe Iudicem, niſi id, quod de iure poteſt, *gloſ. in l.* 1. *C. quom. & quando Iud.* debet enim omnia facere per regulas artis, ſcilicèt per leges, & Conſtitutiones, alioquin puniri poſſet, vt dixit *Paris de Put. in tract. ſyndic. in ver. Iudex, verſ. Iudices, nu.* 35.

Quamobrèm fideiuſſio præſtita, nouis ſuperuenientibus, &c. regulari debet ſecundùm naturam
21 ipſius iudicij, non autèm extendi ad ea, quæ ſunt extrà iudicij naturam, ideòq; cùm inſtantia cauſæ criminalis biennio terminetur, fideiuſſio prædicta vltrà prędictum tempus non debet extendi, ità dixit magiſtralitèr *Affl. in Conſt. Regn. Sepè contingit*, ſub *num.* 4. ſub *rubr. de his, qui poſt citationem, &c.*

Cùm

Cùm igitur causa hæc sit per sententiam terminata,& à die sententiæ,nedùm biennium,sed septénium sit elapsum,consequens est , nequè ratione prorogationis instantiæ,nequè ratione cautelæ adhibitę in sententia,posse iterùm per superuenientia indicia molestari.

Fulvius Danesius.

Et quæ dicantur noua indicia,& an debeant esse
22 euidentiora,& fortiora primis. Et quandò testes non inducunt nouum indicium, sed nouam probationem veteris indicij.Et an noua indicia differre debeant à primis,& in quibus,vide *Ciazz.discept. crim.2.à num.87.ad 92.post Clar.in q.64. in fin. vers. vltimò videndum.*

23 Et an dictum socij criminis sit nouum indicium, vide eundem *Ciazz. ibidem*, qui allegat *Decium consil. 189.num.9.* Verùm vide *Dom.de Franch.dec. 577.in princ.*& in *dec.654.*

Aduerte tamen,quòd *Ciazz.* loquitur in vno socio criminis,& *D.de Franch.*in duobus socijs,& vigore *Reg.Pragm.*

§.seù *cap.41.de giornate,&c.*Dietæ Præsidum,Auditorum,& Fiscalis R.A. hodiè debent taxari per
24 Regiam Cameram Summariæ, vt ex prouisione Collateralis Consilij sub die 20. Maij 1630. in *Cur. 1.Princ.Vltrà,fol.4.* quam transcribit *Dom.Elisæus Danza* Iureconsl.clarissimus,nunc in M. C. V. Pauperum Regius Aduocatus in *tract. de pugn. Doctor. in tit de offic.Auditor. n.34.*

§.seù *cap.51.S'ordina,&c.*Dùm in hoc *text.*mandatur,quòd vbi adest Rei inquisiti confessio , non sit necessaria testium repetitio, sed dari debeat terminus aduersus confessionem; Cogita, an hæc sit bona prouisio,quia posito,quòd testes non repetãtur,remanebit delictum probatum, sola partis con-
25 fessione,quo sanè casu erit tantummodò locus pœnæ extraordinariæ arbitrio Iudicis, *De Laurent.dec. 1.num.11.*vbi alios allegat, & tradunt *DD. in cap. auditis,de præscript.& Clar.in §.final. quæst.55. num. 16.*& *Nos* latissimè probauimus suprà in *Pragm.1. vers. Falsi crimen,num 6.de falsis*. Nec alicuius erit considerationis , quòd ex confessione oriatur no-
26 torium,ac proindè possit tanquàm ex notorio condemnari pœna ordinaria, iuxtà *Bald.* doctrinam in *l.properandum,*sub *num.12.in fin. C.de ind.* de qua meminit *Dom.de Franch.dec.654.num.2.* Nàm *Bald.* non dicit,quòd ex confessione , vel notorio, quod oritur ex confessione , possit dari pœna ordinaria. Nec minus ex ista confessione inducitur notorium, quia aduersus eam admittitur probatio in contrarium,prout aduertit idem *D.de Franch.ibidem.*

Ioannes Laganarius.

De Officio Iustitiarij, & his , quæ toto Tribunali incumbunt. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Præses Prouinciæ,seù Iustitiarius variis est insignitus nominibus.*
Eius iurisdictio.
... Calabriæ Citrà quo gaudeat priuilegio.
2 *Solet eidem à Collaterali Consilio communicari potestas procedendi ad modum belli.*
Sub qua quid contineatur.
... debet abstinere ab illatione ictus funis.
3 *Eidem à Prorege communicatur potestas militaris, cuius respectu nuncupatur Capitaneus ad guerram.*
Et eius imperio subsunt personæ hic relatæ.
In Casalibus Cosentiæ adest officium Capitanei ad guerram Francorum.
Qui Franci,ad quem numerum ascendant , qua gaudeant immunitate,& ad quod teneantur.
4 *Præses Prouinciæ in omnibus procedit audito Regio Fisco.*
Exceptis causis sibi à Prorege commissis , vti Capitaneo generali.
... Familiaritatis literas nequit concedere.
5 *Nec in Ecclesijs vti Baldachino , nec sub pedibus scamno.*
6 *Nec hortatorias expedire causa Regiæ iurisdictionis.*
7 *Nec emanare banna pro causa monetarum.*
8 *Nec pro re annonaria.*
9 *Nec in Tribunali vti sellis eminentioribus alijs.*
10 *Nec mandare Auditori sine mandato Proregis,vt domi se contineat.*
11 *Nec potest morbo laborans,vel aliter præpeditus connocare Auditores ad regendum ius extrà locum solitum,aliàs acta essent nulla.*
12 *Titulum non habens debet ab Auditoribus in libellorum supplicum decretatione titulo solito honorari.*
13 *Cuius tituli occasione hic quatuor tituli ex ordine subnectuntur,& super quolibet fit aliqualis discursus,& quo debeat hodiè gaudere.*

1 DIuersimodè vocatur Iustitiarius, aliquandò Præses, aliquandò Gubernator , & aliquandò Vicerex, vt per *Regentem Tapiam* Dominum meum in *compendio Iur.Reg par.1.rubr.de offic. Iustitiar.* Vti Iustitiarius cognoscit de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus in gradu appellationis à Curijs Regijs, & Baronalibus,existentibus in Prouincia: sed Iustitiarius Calabriæ Citrà cognoscit etiam de primis causis Ciuitatis Cosentiæ , & Casalium, data præuentione , ex priuilegijs concessis prædictæ Ciuitati, & ciuibus , tanquàm Iustitiarius tenetur obedire omnibus prouisionibus M.C.V cui subest. Non potest tamen se immiscere in Conseruatorijs vigore Capitulorum Regni , vt per prouisiones Collateralis Consilij sub die 28. Martij 1607. in *Cur. 1. Hydrunt. fol.* 153. de quibus fit mentio in *margine pragmat.1.de Conseruatorijs*, quamuis *Præses de Franchis dec.163.num.19.* referat, aliquandò processisse.

2 Eidem à Collaterali Consilio solet communicari potestas ad modum belli, cuius vigore procedi-tur appellatione remota in causis comprehensis in *pragmatica 10.nu.48.de offic.Iud.* & tunc non subest Magnæ Curiæ,sed Proregi , & Regio Collaterali Consilio: sed solus absq; voto totius Tribunalis in Ciuitate,vel vnius Auditoris per Prouinciam, quę secum debet habere vigore prędictę *pragm.10.num. 53. de offic. Iudicum*, non potest inferre ictus funis, vt per prouisiones Collateralis Consilij sub die 26.Martij 1585.in *Cur.Calabr. 1. fol.* 130. de quibus fit mentio in prædicta *pragm. 10. num.32. in margine*.

3 Eidemquè à Prorege communicatur potestas militaris,& vocatur Capitaneus ad Guerram, seù Comes rei militaris, *l.1.& 2. C.de Comit. rei milit. lib.12. & ibi Rebuff.* & tunc ei subsunt omnes alij Capitanei ad Guerram,qui particularitèr destinantur à Prorege ad loca maritima eiusdem Prouinciæ, & alij,qui ordinarij assisterent in eadem Prouincia, prout in Casalibus Cosentiæ adest officium Capitanei ad Guerram Francorum, de quo fit mentio in

*pragm.*2.poſt *num.*49.*de offic. ad Reg. Maieſt.* Sunt autem iſti Franci mille,& octingentum perſonę,quę ob ſeruitia pręſtita Regibus pręteritis obtinuerunt immunitatem eius, quod ſoluebatur pro foculari, & imminentibus neceſsitatibus tenentur per triduum proprijs expenſis militare,& poſtmodùm debito Curię ſalario.Quorum omnium recipit nomina,& recęnſum egit Iuſtitiarius Prouincię, vt per prouiſiones Collateralis Conſilij ſub die 10. Martij 1562.in *Cur. Calabr.*1. *fol* 35. de quibus fit mentio in prædicta *pragm.*2. *in margine.* Et idem in anno 1536.fuit mandatum Duci Caſtrouillarum Capitaneo ad Guerram Calabriæ, vt reciperet numerum prædictorum Francorum.vt in inſtructionibus prædicti Ducis ſub die 26.Iunij 1536. in *Cur.*2. *Calabr. fol.*54.*à tergo* & conſequentèr ſubſunt omnes milites nouæ militiæ pedites, & equites eiuſdem Prouinciæ,& eorum arcei inſtructor Prouincialis,vulgò *Sargente maggiore*,vt *pragm.*12.*n.m.*12. *& per tot. de militibus*: nec prædictis militibus non poteſt vti ad eſcubias quotidianas.& Stationes.dùm domi reſidet, vt per prouiſiones Collateralis Conſilij ſub die 12.Maij 1617.in *Cur.*1.*Calabr.f.*68.de quibus fit mentio in prædicta *prag.*10.*num.*29.*&* 30. *in margine de offic. Iud.*

4 In omnibus procedit cum interuentu Regij Fiſci, ſed in cauſis, quæ eis committuntur à Prorege vti Capitaneo Generali,abſquè eo poteſt procedere, vigore literarum Cardinalis de Granuela ſub die 30.Iulij 1576.in *Cur.Capitan.*1.*fol.*28.& innuit prędicta *prag.*10.*n.*32.

Non poteſt literas familiaritatis cõcedere,vt per prouiſiones Collateralis Conſilij ſub die 30. Iulij 1578.in *Cur.Calabr.*1.*fol.*51. de quibus fit mentio in *prag.*4.*n.*2.*in margine,infrà eod.*

5 Nec in Eccleſijs debet vti Vmbella, ſeù Baldachino,nec ſub pedibus pedulo, ſeù ſcamno, vt per prouiſiones Collateralis Conſilij ſub die 30. Martij 1583.in *Cur.Hydrunt.f.*169.

6 Nec poteſt hortatorias expedire cauſa Regiæ iuriſdictionis,vt per prouiſiones ſub die 15. Decemb. 1605.in *Cur.*1.*Hydrunt fol.*124. & ſub die 30.Iunij 1625.in *Cur.Capitanat.fol.*16.

7 Nec emanare banna pro cauſa monetarum, ſed debet referre Proregi, vt per prouiſiones ſub die 10. Aprilis 1620.in *Cur Hydrunt* 1.*f.*124.

8 Nec pro re annonaria,vt per prouiſiones ſub die 12.Martij 1612.in *Cur* 1.*Capitanat fol.*42.de quibus fit mentio in prædicta *pragm.*10.*n.*4.*in margine, de offic. Iud.*

9 Nec poteſt in Tribunali vti ſellis eminentioribus alijs,& cum duabus faſcijs,quibus humeri adhęreat, vulgò,*con due ſpallere*,vt per prouiſiones ſub die 30. Septembr.1619.in *Cur.Calab.*1.*f.*165.

10 Non poteſt mandare Auditori abſq; mandato Proregis,vt domi ſe contineat, vt per prouiſiones ſub die 20.Maij 1600.in *Cur.*1.*Calab.f.*89.

11 Non poteſt impeditus infirmitate,vel aliquo impedimento conuocare Auditores ad ſe congregandum,& regendum ius extrà locum conſuetum,*prag.* 7. *infrà eod.*aliàs acta eſſent nulla,vt in *margine* eiuſdem *pragmaticæ* apparet,poteſt tamen extrà horas ſolitas conuocare Auditores pro negotio vrgenti, qui ſi renuerint venire,debet Proregi referre,vt per prouiſiones ſub die 10.Iunij 1575.in *Cur.*1. *Principatus Vltrà,f.*42.*et* 43.de quibus fit mentio in *prag.* 7.*in margine.infr.eod.*

12 Debet Præſes titulum non habens ab Auditoribus in decretationibus libellorum, ſeù memoriarium ſolito titulo honorari, vt per prouiſiones ſub die 15.Nouembris 1605.in *Cur.Aprut.*1.*fol.*67.ſed

13 quo titulo, Prouiſiones prædictæ non aperiunt,& clarum eſt,quòd de iure communi,ex quatuor titulis,ſcilicèt,amplißimo,illuſtri,ſpectabili, & clariſſimo,de quibus fit mentio in *l.*1.*C.de ſport.& Caſſan. in catal. glor. mund. part.*7. *in princip.* Infimus erat Præſiuum Prouinciarum,qui tunc temporis maiorem poteſtatem habebant,& vocabantur clariſſimi, *l.*2.*C.ſi aduerſ.Fiſcum.*,*l.*2. *C.de delatoribus,lib.*10.*l. iubemus,*§.*fin.C.de Epiſcop.& cler. l.*1.*C. de priuat. carcer.Briſſon.de verborum,quæ ad ius pert.ſignif. in verbo clariſſimi,Speculat.de intruſ.omn.Iud.*§.1.*num.*2. *cum ſeqq.*vnde illuſtris,ſeù illuſtriſſimus, qui idem erat §.*illo in auth.de appellat.et intr.quæ,l fin.* C. *vbi Senatores,vel Clariſſ.Pancirol. in Notitia Orientalis Imper.cap.*2.*colum.*3.*litera N.* non ſpectabat ad ipſes,proùt in ſpecie non ſpectare ad Præſides Apuliæ,& Calabriæ,affirmat *Notitia Orientalis, et Occidentalis Imperii,lib.*2.*in princ.et ibi Pancirol. cap.*54. *Gregor.Tholoſanus ſyntagmat.iur.vniuerſ. par.*3. *cap.* 47.poſt *num.*18. & hodiè clariſſimos eſſe affirmat *Conrad in templ.iud.lib.*1.*cap.*7.*nu.*9.quem ordinem ſequitur Collaterale Conſilium, vt patet in Regeſtris Regiæ Cancellariæ,ſubrogato magnifico in locum clariſſimi,de quo etiam fit mentio in iure, vt per *Briſſon.in verbo magnificus*,ideoquè, vt plurimũ, appellantur in literis magnifici,licèt aliquandò ſpectabiles,vt Comites rei militaris, ſeù Capitanei ad Guerram,per ea,quæ dicit *Rebuff.* in dicta *l.*1.*n.*3. *C.de comit.rei militar.lib.*12.*et ibi Ioa.de Platea*, & licèt *Foller.*in dicta *Conſt.Quòd decretam.nu.*7.dicat, Iuſtitiarios gaudere priuilegio Comitis rei militaris,tamen *Io.de Platea in d.l.*1.*C.de comitibus, qui Prouincias regunt*,dicit,differre Præſides Prouinciarum,qui ſunt clariſſimi,à Comitibus,qui Prouincias regunt,qui ſunt ſpectabiles, quemadmodùm ſi adminiſtrarent Ducatum,idem *Io. de Platea in l.*2. *C. de comitib.rei militar.* vel illuſtres forſan, quia erant Præſides titulo decorati,ſed reſpectu Auditorum, tanquàm membrorum dependentium ex ipſo capite,& Prouincialium inferiorum,& ſubditorum, videtur conſuetudine alitèr receptum, vt honorentur Præſides voce,& ſcriptis in iudicio, & extrà, titulo illuſtriſſimi,& ſic paſſim obſeruatur, & videtur innuere in ſimilibus *pragm.*1.*num.*4.*et prag.*3.*de titul. ſeù inſcript.abuſu ſubl.*& quia,vt plurimùm, ſunt etiã Comites rei militaris,ſeù Capitanei ad Guerram in tota Ptouincia,& per ea,quæ dicit *Rebuff.in l.*1. *C. de comit.qui prouinc.reg.lib.*12.cui committitur Comitatus cum exercitio iuriſdictionis, & militibus, ſi præponitur Ciuitati Epiſcopali eſt ſpectabilis, Metropolitanæ eſt illuſtris,ſequitur *Ioann. de Plat. in rubr.*prædicta,*et Frecc.de ſubfeud lib.*2.*tit.quis dicatur Comes,num.*19.*Conrad.in templo Iud.lib.*1. *cap.*6. *num.*2.quod extendit ad Capitaneos,qui mittuntur ad aliquam Prouinciam regendam cum magna militum comitiua,idem *Rebuff.in d.l.*1. *C.de comit. rei militar.lib.*12.& hoc voluit explicare Collaterale Conſilium in ſupradictis literis, dùm mandauit, titulo ſolito,qui erat illuſtriſsimus honorari Præſidẽ titulo non decoratum, quem aliqui Auditores vti de ſanguine Regio, vt audiui dare dedignabantur, & Præſes conquæſtus fuit.

De

De Officio Iuſtitiarij, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales Tribunalium tranſeuntes per Prouincias nec eſculenta, nec poculenta recipere poſſunt à Prouincialibus.*
Pragmatica iſta concordat cum diſpoſitione iuris cōmunis.
2 *Officiales in tranſitu per Prouincias eſculenta, & poculenta recipientes non poſſunt excuſari, etiam ex conſuetudine in contrarium, quantùmuis longiſſimi temporis, & quarè.*
3 *Iudices, & milites circumeuntes Prouincias non debent angarijs populos opprimere, ſed proprijs expenſis tenentur facere iter.*

1 ESſendo la volontà, &c.

Officiales Tribunalium in tranſitu per Prouincias nec eſculenta, nec poculentà recipiant à Prouincialibus. H.D.

Concordat cum iure communi, vt in *l.* 2. C. *de lucris Aduocator. lib.* 12. & in §. 1. *verſ. his inſuper iubemus, in auth. vt nulli iud. liceat habere loci ſeruat.* qui
2 loquitur etiam in Iudicibus militaribus, & Officiales contrauenientes non poſſunt excuſari, etiam ex conſuetudine in contrarium, quantùmuis longiſſimi temporis, quia malæ conſuetudines nec ex longo tempore confirmantur, ità ſtatuitur in *d.* §. 1. *verſ. his inſuper, & verſ. mali enim*, ad idem eſt *text. in* §. *illud tamen te volumus, in auth. de mandat. Princip.* vbi
3 ſtatuitur, nè Iudices, & milites circumeuntes Prouincias debeant angarijs opprimere populos, ſed proprijs expenſis faciant iter, & *gloſ. ibi in verb. ſubangalibus*, exemplificat in bobus, & animalibus neceſſarijs, pro vino, & pane exportando.

De Officio Iuſtitiarij, &c. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Præſidum, & Auditorum Prouincialium ſyndicatus. Ius commune, ad quod pragmatica iſta ſe refert, quod nàm ſit.*
2 *Pragmatica iſta corrigit* Capit. Regn. 132. *incipiens*, Item ſtatuimus, quòd tàm Iuſtitiarij.

1 CVm iure cautum ſit, &c.

Præſides Prouinciarum cum Auditoribus ſtent per dies quinquaginta ſyndicatui coràm Commiſſario, per Proregē deſtinando, qui etiam tacitè inquirat de eorum vita, & malè geſtis. H.D.

Ius commune, ad quod hæc pragmatica refertur, eſt *text. in l.* 1. C. *vt omn. iud. tàm ciuiles, quàm militares*, & per hanc pragmaticam corrigitur diſpoſitio *cap. Regn.* 132. incip. *Item ſtatuimus, quòd*
2 *tàm Iuſtitiarij*, per quod tempus ſyndicatus reſpectu omnium erat reſtrictum ad terminum dierum quadraginta tantùm, hìc verò quòad Iuſtitiarios, qui ſunt Gubernatores Prouinciarum, & Auditores eſt redactum ad dies quinquaginta, ſed in hac materia remitto me ad ea, quæ latiùs ſcripſi in *pragm.* 1. *infrà de ſyndic. Offic.*

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, ſeù M. C. V. & his, quæ toto Tribunali incumbut. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Iudicum Magnæ Curiæ numerus eſt auctus vſquè ad quatuordecim, quorum octo præſunt iuriſdictioni criminali, de quibus ſex ſunt annales, & alij duo ſumuntur à gremio S. C. ſex verò præſunt iuriſdictioni ciuili.*
2 *Iuriſdictio Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ eſt ordinaria, & inter eos Regens Magnæ Curiæ diſtribuit cauſas, quæ diuiſio potiùs, quàm commiſſio cauſarū dicitur.*
3 *Iudex ex dicta partitione ſi incipiat procedere in vna cauſa, debet ipſe idem illam proſequi, et finire, aliàs eſſet nullitas.*

NOtum facere volumus, &c.

Numerus Iudicum M. C. V. augetur ad ſex, quorum quatuor vacent criminalibus quæſtionibus, & duo ciuilibus, qui ſint annales, & mutentur diuerſis temporibus. H.D.

1 Hodiè hic numerus eſt redactus ad numerum quatuordecim, hoc eſt octo, qui vacant iuriſdictioni criminali, de quibus ſex ſunt annales, & alij duo ſumuntur è gremio S. C. & hi omnes reſident in vna Aula, & quandòq; in duabus, ſex verò præſunt iuriſdictioni ciuili in duabus Aulis, vt colligitur ex *pragm.* 2. §. *nunc verò, infrà de offic. S.* C. quorum Iudi-
2 cum iuriſdictio eſt ordinaria, & inter eos Regens M. C. diſtribuit cauſas quæ dicitur potiùs partitio, ſeù diuiſio cauſarum, quàm commiſſio, vt per *Carau. ritu* 165. *num.* 28. *et* 29. *Præſ. de Franch. dec.* 143. *in fi. Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de offic. Magiſtr. Iuſt. n.* 15.
3 Ex qua partitione ſequitur, quòd ſi vnus Iudex incipiat procedere in vna cauſa, debet ipſe idem illam proſequi, & finire, aliàs eſſet nullitas, vt tradit *Bald. in l. vnic. in fi. C. de ſpart.* ſequitur *Aules in c.* 35. *Prætor. in gl. remita, num.* 6. *verſ. quòd omnia*, & eſt *tex. in pragm.* 8. §. *item, che dopò, che la cauſa, infrà eodem.* Secus in Rota Romana, vbi etiam poſt cauſam vni Auditori commiſſam, poteſt alius illam proſequi, vt in *dec.* 369. apud *Ludouiſ.*

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, &c. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Sententiæ criminales proferri debent Fiſco audito. Pragmatica iſta concordat cum iure communi.*
2 *Sententia lata contrà Fiſcum ipſo inaudito eſt nulla. Decreta de torquendo per duos Iudices ad minus exequantur.*
3 *Torturæ inferendæ materia, remiſſiuè.*
4 *Tortura ſi ſit illata abſq; duorum Iudicum interuentu, non per hoc actus erit inualidus, nec confeſſio erit nulla, modò aliàs ſit legitimè facta.*
Officiali propalanti vota plures imminent pœnæ.
5 *Officij priuationis pœna quibus in caſibus veniat imponenda.*
6 *Pœna iræ, et indignationis Principis regulariter extenditur vſq; ad mortem, et n.* 8.
7 *Regis ira nuncius eſt mortis.*

CVmq; circà,&c.§.Item,che detti,&c.nu.3.

1 Sine aliæ proferantur audito Fiſco in criminalibus. H.D.

Concordat cum diſpoſitione iuris communis, vt per *Bald.& Doct.in l.velamento,C.de poſtuland.* aliàs
2 enim ſententia lata contra Fiſcum ipſo inaudito eſt nulla,vt in *prag.56.infr.de offic.S.C. Ferrer.in obſerv. Cathal.p.3.c.24.n.4.*

§.*Mandamus quoquè,&c.* Decreta de torquendo per duos Iudices ad minus exequantur. H.D.

3 Materiam torturæ inferendæ breuitèr,& ſubſtãtialitèr explicat *Gregor.ſyntagm.iur. vniuerſ.lib.38. cap.12. Foller.pract.crim.in verb.rei indurati torqueantur*, latiſſimè *Farinac.pract.crimin.quæſt.36.* vſq; ad 52.

Notabis tamen,quòd ſi reperiatur illata tortura
4 abſq; interuentu duorũ Iudicum,non per hoc actus erit inualidus,nec confeſſio forſan elicita erit nulla, dummodò aliàs ſit legitimè facta quæſtio,vt reſultat ex doctrina *Andr.in c.quoniam inter Dominum,nu.6. de prohib.feud.alien.per Lothar.*

§.*Cùm verò ex propalatione eorum,&c.* Officiali propalanti vota pœna iræ, & indignationis Regis, priuationis officij,& alia Regis arbitrio imponitur. H.D.

5 Et hæc alia pœna vſquè ad mortem extendi poteſt,proùt de iure fundat poſt *Boſſ.in tit. de carcerat. ſub fideiuſſ.non relax.num.30.& 32.*qui ità practicatum refert in perſonam Franciſci Belloni Senatoris Montisferrati,*Farin.quæſt.113.num.206.*& antè ipſum *Menoch.de arbitr.iud.caſu* 533.*nu.12.* cum *ſeqq.* vbi multa tradit,ad hanc materiam ſpectantia. Alia dixi in *pragmat.9.in fin. infrà de ſuſpition.* tangit *Bonad.lib.3.cap.7.num.52.* Alios caſus, in quibus venit imponenda pœna priuationis officij,enumerat *Auiles in cap.9.Prætor.in verb.ley,per totum*,ſcilicèt per barattariam,propter aduerſam,& longam corporis infirmitatem,propter nimiam negligentiam, vel ſi videt rixantes,& non ſe interponit, vel propter nimiam ſæuitiam,& ſi non tenet integram familiam, pro qua recipit ſtipendium.

Sed in hoc *text.*eſt animaduertendum,quòd pœna iræ,&
6 indignationis Principis regulariter extenditur vſquè ad mortem,vt conſtat ex *Bart.in tract. qui ſint rebell.in verb.indignationem, Io.Staphilæ.in tit.de var.mod.vacat.in cap poſt hæc, num.28. Iacobin.de feud.in verb.dictiquè vaſalli, lo.1.colum.10. verſ.decimatertia cauſa*, & in *verb.Marchio, verſic. quæritur etiam,colum.1.* & in *verb.Princeps, verſic. ſed an Princeps,nona ſpecialitate.Angel.in leg.ſi vacantia,in repet.C.de bon.vacant.lib.10.* Hinc dicebat
7 *Gulielm.de Pern.in ſecundis notabilibus, in fin.* quòd Regis ira nuncius eſt mortis. Attamen in hoc caſu
8 nullo modo videtur poſſe extendi ad pœnam mortis naturalis,dùm conſiderat alias pœnas vltrà pœnas iræ, & indignationis Regiæ, ſuprà namquè pœnam mortis non datur alia pœna. Tu vide *Felin.conſil.12. Muta in cap.42. Reg. Iacòb. tom.1. num.11.*cum *ſeqq.Caball.reſolut.30. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3.cap.4.num.442.*qui dicunt, operari pœnam arbitrariam vſq; ad mortem ſecundùm qualitatem negotij.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, &c.
Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Scribæ in informationibus capiendis debent ſcribere dicta teſtium integra,& per extenſum,etiam contrà Fiſcum,alias pœna falſi puniuntur,licèt fuerit adiecta pœna grauior arbitrio Proregis.*
Text.iſte duplicatus reperitur.

VT plurimùm, §. item quia nobis,&c. nu.4.

1 Scribæ in informationibus capiendis ſcribant dicta teſtium integra, & per extenſum,etiam contrà Fiſcum. H.D.

Hic §.eſt duplicatus in *prag.21.§.item quia, infrà eod.*& de anno 1554.fuit idem ordinatum ſub pœna falli,vt in *prag.27.nu.50.infrà eod.* & in anno 1584. fuit adiecta pœna grauior arbitrio Proregis, vt in *cap.12.*de gratijs conceſſis per Ducem Oſſunç inter *capitula,& priuilegia Neap.fol.*mihi 174. Tu latiùs proſequere materiam etiam attento iure communi, vt per *Bouad.lib.3.c.15.n.45.*cum *ſeqq.*

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, &c.
Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Carcerati nè indebitè vexentur qualibet hebdomada ſunt viſitandi.*
Viſitatio de iure communi quoq; fundatur.
2 *In hac viſitatione debet interuenire vnus ex Regentibus Regiam Cancellariam, & vnus ex Conſiliarijs S.C.*
3 *Carceratorum viſita generalis in quibus temporibus ſit facienda.*
4 *Carcerati damnati ad Triremes per Reg.Audient. tranſmiſſi Neapolim non conſignantur Triremibus, niſi reuiſis ſingulis eorum proceſſibus.*

PRo cura pauperum,&c.§.item è ſtato concluſo,&c. nu.4.

1 Carcerati viſitentur qualibet hebdomada,nè indebitè vexentur.H.D.

Hæc viſitatio de iure communi fundatur in diſpoſitione *text.in l.fi.C.de cuſtod.reor.*& in *l.Iudices, C.de Epiſcop.audien.*& in ea debet interuenire vnus
2 ex Regentibus Regiam Cancellariam, & vnus ex Conſiliarijs Sac.Conſ.vt in *pragm.1.infrà de viſita carceratorũ*,& in tribus Paſchatibus anni eſt facienda viſita generalis omnium carceratorum, ſcilicèt
3 in Paſchate Reſurrectionis,in Paſchate Pẽtecoſtes, & Natiuitate Domini,vt in *prag.37.§.3.infrà eodem.* Formã verò huius Viſitationis habes latè diſtinctã per *Bouadill.lib.3.cap.15.* ferè per *tot.& num.107.* notat caſus,in quibus eſſe poteſt locus excarcerationi,ſcilicèt, dummodò non ſint inquiſiti de delictis enormibus,nec ſint confeſſi, aut conuicti, aut grauitèr indicijs inquiſiti,ſaltim cum cautione domi,vel per Ciuitatem dimittantur,in ciuilibus cum cautione de concordando infra breuem terminum,
4 & eſt notandum,quòd in M.C.V. viſitantur etiam carcerati tranſmiſſi à Regijs Audientijs damnati ad

Trire-

Digitized by Google

Triremes,etiam si nulla pro ipsis sit interposita appellatio,antequàm enim consignentur Triremibus reuidentur eorum processus in M.C.per Iudices ipsius,& si condemnatio non rectè, vel non ritè procedit,decreta reformantur, & multotiès omninò liberantur,quam practicam inoleuisse,credo,ex *text. in l.Diuus Adrianus Iulio secundo,ff.de custod.reor.in primis verbis*,ibi.*Non esse vtiquè eorum epistolis credendum,qui quasi damnatos ad Præsidem remiserint*: & vt illorum reuisio non retardetur,simul cum carceratis transmittitur copia processus singulorum: & ità inconcussè seruatur ex eodem *tex.* ibi in *vers. igitur,qui cum elogio*, & nouissimè fuit ità expressè prouitum per pragmaticam editam die 31. Maij 1616.in *c.*52.redacta nouissimè in volumen sub *rub. de offic.Iud.pragm.*10.alia pertinentia ad visitationē carceratorum explicat *Reg.Constan.in l.vnic.n.*47.*C. de classic.*& hæc visita quolibet mense fuit introducta(ni fallor)ex dispositione *legis finalis*, *vers.iubemus autem,C.de custod.reorum*, licèt *Auendan. de exeq.mand.par.*2.*cap.*19. alitèr videatur sentire,cui adhæret *Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.*10. *de diuers.prouis.cap.dispensant,n.*10.*f.*473.

De Officio Magistri Iustitiarij, &c. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationes à citatione super tenore instrumenti non recipiuntur,præterquàm si compareat supplicans,et præstet cautionem de parendo mandatis S.C.*
Fideiussor iste quandò,& ad quid teneatur.
Cautio de parendo mandatis S. C. quæ contineat, remissiuè.
2 *Liquidationis instrumentorum materia,remissiuè.*

ITem principales ritus, &c. §. fin. item volemo, & ordinamo,che quelli,&c. nu.7.

1 Appellationes à citatione super tenore instrumẽti non admittantur, nisi comparente supplicante personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis S.C. H.D.

Circà huiusmodi cautionem de parendo mandatis S.C.quæ contineat,videndus est *Carau. rit. 166. num.*11.4 *notab.Muscatell.*in sua *pract. fideiuss. modo* 13.ten etur enim talis fideiussor præsentare principalem tempore relationis, & si remissa est causa eidem M.C.quæ procedat ad liquidationem, ipse fideiussor tenetur de proprio, & nota,quòd si citatus impediuerit liquidationem comparendo Curia pro Tribunali sedente,cũ supplicatione,& decretatione, quòd præstita per supplicantem cautione, verbum faciat, si posteà die sequenti non adimpleuerit circà cautionem,sed constituerit se in vinculis, adhùc erit audiendus,vt per *Gizzar.dec.*72.

2 De materia verò liquidationis instrumentorum dixi suprà in *Rubrica de instrumẽtorum liquidatione.*

De Officio Magistri Iustitiarij, &c. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Grauamina M.C.qualibet die Iouis referuntur in S.C. idquè intelligitur quòad incidentia tantùm, & quòad decreta interloquutoria, nàm quòad sententias diffinitiuas appellationis supplicatio committitur alicui ex Consiliarijs meliùs viso.*
2 *Causa eadem si in aliquo incidenti sit relata in vna Aula,si post diffinitiuam appelletur, committitur vni ex eadem Aula,in qua aliàs fuit relata.*
3 *Appellatio in causis criminalibus à decreto condemnatorio ad mortem, vel membri abscissionem non committitur,nisi facta relatione per causæ Commissarium audito Fisco,in qua relatione discutitur, an sit aliquis ex casibus,in quibus de iure appellationes non recipiuntur.*
Appellatio in criminalibus in multis casibus non admittitur,quorum aliquot hìc recensentur.
4 *Notorij in processu est necessaria præsentia Rei, & debet interrogari,antequàm iudicetur,& quarè,*
5 *Iudex etiam procedendo per viam notorij debet interrogare Reum specificè super facto,qui si confiteatur, potest condemnari absq; alia informatione, & processu,quòd si negauerit,capitur informatio, & auditur in suis defensionibus.*
6 *Officialis condemnatus ex delicto commisso in officio non potest appellare.*
7 *Appellationis causa criminalis committitur,si de iure non denegatur,in eadem Aula,in qua aliàs fuit relata,nisi incidens semel relatum esset remotum à crimine,quia tunc posset in alia Aula committi.*
8 *Appellatio,vel reclamatio an detur à sententijs latis à Principe,vel Collaterali Consilio,tàm in diffinitiuis,quàm in incidentibus causarum criminalium.*
9 *Appellatio non recipitur etiam in incidentibus,tàm in causis ciuilibus,quàm criminalibus à decretis interloquutorijs,nisi per ea illa grauamina inferàtur, quæ per diffinitiuam reparari non valent.*
10 *Appellatio admissa ab interloquutoria debet ex primis actis iustificari,& ex causa expressa,& non ex alijs etiam si adsit clausula generalis.*

EXtant etiam capitula, &c. §. fin. quæ capitula cùm hodiè, &c. num. 5.

1 Grauamina Magnæ Curiæ qualibet die Iouis referantur in Sac.Conf. H.D.

Hæc dispositio procedit quòad incidentia tantùm, & quòad decreta interloquutoria, respectu quorum porrecta supplicatione appellationis circumspecto Præsidi,fit decretatio,quòd Magna Curia prima die verbum faciat in S.C.At respectu sententiarum diffinitiuarum non opus est aliqua relatione ipsius M.C.sed immediatè committitur supplicatio appellationis ab eodem circumspecto Præside alicui ex Regijs Consiliarijs in S.C. eidem me-
2 liùs viso;nisi aliàs eadem causa in aliquo incidenti fuisset relata in alia Aula,quia tunc si post diffinitiuam contingat appellari, appellatio necessariò debet committi in eadem Aula,in qua aliàs fuit relata, iuxtà pragmaticam editam die 15.Ianuar. 1573.quę est *pragm.*10.*suprà de appellat.* cuius meminit *Præs. de Franch.dec.*528.

In causis verò criminalibus, si contingat appella-
3 ri à decreto condemnatorio ad mortem, vel membri abscisfionem,non committitur appellatio, nisi facta relatione per causæ Commissarium audito Fisco,vt in *pragm.*44.§.*item quòd si appellabitur*, *infrà de offic.S.C.*& in hac relatione fit discussio,an sit aliquis

quis ex casibus, in quibus de iure appellationes nõ recipiuntur, putà quandò quis est conuictus, & confessus de delicto, de quo in *l. 2. C. quor. appell. non recip. Gramm. dec. 72.* & in *Const. Si damna, num. 36.* non enim sufficit, quòd sit solùm conuictus, vel solùm confessus, vt piè admonet *Couarr. pract. quæst. cap. 29. num. 5. vers. 2. conclusio, per tot. num. 5.* licèt de contrario vsu forensi apud Hispanos, & ferè toto Orbe Christiano attestetur, & *Nos* non semel in his casibus in Sacro Consilio admisimus appellationẽ, vbi reus non est simul conuictus, & confessus, præsertim ex attestatione *Gramm. in d. Const. Si damna clandestina, num. 36.* sed idem *Couarr. in finalibus verbis* illius *numeri* admittit, quòd si manifestum sit, dãnatum ad mortem, vel aliam pœnam iustè, & verè conuictum esse, non est differenda exequutio prætextu appellationis iniquæ, vel esset captus in fragãti crimine, *l. constitutiones, ff. de appellat.* latè *Gramm. dec. 36. num. 28. vers. quò verò ad sextum*, vel si esset delictum notorium, in quo sit processum per viam notorij, prout declarant *Andr. in cap. 1. in verb. Et bona committentium, quæ sint regal.* & in *cap. sanctimus, lo secondo, num. 2. & 3. quo tempore miles, Luc. de Penn. in l. quoties, C. de dign. lib. 12. colum. 6. vers. sciendum, Foller. in pract. crim. in ver. item quòd est notorius delinquens,* & nouissimè *Farm. pract. crim. q. 21.*

In quo quidèm processu notorij licèt ordo sit, ordinem non seruare, omninò tamen est necessaria
4 præsentia Rei, qui nedùm debet esse præsens, sed etiam debet interrogari, antequàm iudicetur, nàm potest ipse Reus multiplicitèr excusare causam suã, vel ostendendo se processisse ex ignorantia aliarum circumstantiarum, vel ex infirmitate, aut ex alia causa, & sic etiam poterit se aggrauare, confitendo fecisse ex malitia, vt voluit *Io. Monach.* in sua *gloss. ad extrauag. rem non nouam, de dolo, & contum. inter comm. in verb. non obstantibus, in 2. quæst. vers. & hoc argumento concedo,* & ideò optimè aduertit *Luc. de*
5 *Penn. in d. l. quoties, colum. 5. vers. quod autem*, vt Iudex etiam procedendo per viam notorij debeat interrogare Reum præcisè, & specificè super facto, de quo agitur, & si confiteatur, tunc quia ex confessione sua resultat notorium, poterit condemnari absq; alia informatione, & processu, quòd si negauerit, tunc est capienda informatio per testes, & est audiendus Reus in suis defensionibus, alia aduertit *Menoch de arbitr. iud. casu 142. num. 21.* Idem si esset
6 Officialis condemnatus ex delicto commisso in officio, qui non potest appellare, *l. nulli, C. quor. appell. non recipiunt. can. ei, qui appellat, §. nulli 2. quæst. 6. Tiraquell. de pœn. temper. caus. §. 8. num. 5.* In alijs verò
7 casibus, in quibus à iure non denegatur appellatio, est committenda ipsa causa appellationis in eadem Aula, in qua aliàs fuit relata à M. C. V. nisi incidens semel relatum esset remotum à crimine, nàm tunc potest committi in alia Aula, vt explicat *Præs. de Franch. dec. §. 28.*

Quæ omnia procedunt in sententijs diffinitiuis
8 latis à Iudicibus, seù Tribunalibus recognoscentibus Superiorem; in sententijs verò latis à Principe, seù à Collaterali Consilio, tàm in diffinitiuis, quàm in incidentibus causarum criminalium quid seruãdum sit, distingue, vt per *Præs. de Franch. dec. 637.* aut possunt reparari grauamina in sententia, & nõ defertur appellationi, sicut non defertur in causa principali, aut non possunt reparari, & defertur.

Et obitèr est notãdũ, ꝙ etiã in incidentibus, tàm in
9 causis ciuilibus, quã in criminalibus non passim recipiuntur appellationes à decretis interloquutorijs, nisi interloquutoria eã inferrẽt grauamina, quæ non possunt reparari per sententiam diffinitiuam, vt per *glos. in l. 2. ff. de appell. recip.* & in *l. antepen. C. quor. appell. non recip. Andr. in cap. 1. in fin. vers. item si Index interloqueretur. de pac. ten. & eius violat.* & in *auth. habita, in fin. verb. de statut. & cõsuet. cõtr. libert. Eccl.*

Et admissa appellatio ab interloquutoria debet
10 iustificari ex primis actis, & ex causa expressa, & nõ ex alijs, etiam si adsit clausula generalis, *& ex alijs*, &c. vt per *Capyc. dec. 5. in fin.*

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragmat. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Mortis naturalis pœna quandò, et qualitèr commutari possit.*
Compositio vt rectè, et legitimè fiat in casibus hìc permissis, requiritur ordo Proregis in scriptis, & aliter non valeret.

ET quia plerunquè, &c. §. & nè sperata delictorum venia, &c. num. 3.

1 Pœna mortis naturalis non commutetur, nisi eius circumstantijs, & qualitatibus benè examinatis coràm Prorege, quo casu eius loco succedat remigatio in perpetuum, & in delictis, in quibus venit imponenda pœna corporalis, non fiat compositio, nisi ex iustissimis causis, consulto Prorege, & Partis remissione accedente. H.D.

Hæc compositio vt rectè, & legitimè fiat in his casibus, requiritur ordo Proregis in scriptis, & alitèr non valeret, vt in *pragm. 59. infrà de offic. Procur. Cæsar.*

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragm. XII.

RERVM SVMMA.

1 *Tribunali, & Baroni condigna pœna non coercenti carceratum ipsis per M.C. remissum, aliæ causæ non remittuntur.*
Priuilegium amittere debet, qui concessa sibi abutitur potestate, & hæc est ratio huius text.

CONtigit plerunquè, &c. §. item considerato, &c. num. 2.

1 Tribunali, & Baroni non tribuenti pœnam condignam carcerato ei per M.C. remisso aliæ causæ nõ remittantur. H.D.

Ratio decidendi ea est, quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, *glo. in §. hinc nobis, in verb. non fortè*, post *medium, in auth. de hared. & falcid. c. vt priuilegia, extr. de priuil.*

De

Digitized by Google

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragm. XXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Scribarum munus est perquisitionem facere carceratorum, & statim asportare processum ad causæ Cõmissarium.*
Carceratorum circà perquisitionem faciendam adest particularis prouisio.
2 *Scribarum officio quæ incumbant, remissiuè.*

ET nè ex multitudine, &c. §. Item, che in tutte le informationi, &c. num. 51.

1 Scriba tenetur facere perquisitionem contrà carceratos, & illicò asportare processum ad causæ Cõmissarium. H.D.

Circà hanc perquisitionem faciendam est particularis prouisio edita ad supplicationem Parlamenti generalis anni 1589. vt in *cap.* 7. de gratijs concessis per Ducem Offunæ nouitèr impressis inter *capitula, & priuilegia Neapol. fol.* mihi 173. *à ter.* & ad
2 cognitionem omnium, quæ officio Scribarum incumbunt vide *Gregor. Syntagm. iur. vniuers. lib.* 47. *c.* 41. *Bonad. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 35. cum pluribus *seqq.*

ADDITIO.

AQVàmuis per hanc *Pragm.* in hoc *cap.* prohibeatur, quòd nec directè, vel indirectè reuelentur, aut notificentur alicui probata, & contenta in inquisitionibus, & signantèr inquisitis, vel alteri eorum parte, nulla adiecta pœna, & sic contrafaciens puniri deberet pœna arbitraria, *D. Reg. Sanfelic. dec.* 60. sub *num.* 1. Attamen idem *D. Sanfelic.* in eadem *dec.* 60. *in fi. vers. ex his censuit Cons. Rouit.* dicit, quòd *D.* Reg. vti delegatus censuit, esse procedẽdum de falso contrà Scribam Fiscalem, qui reuelauit probata in inquisitione, quod per istã *Pragmaticam* vetitum est, nulla adiecta pœna.

Potest tamen hoc probari ex *text. in l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de falsi.* ibi. *Sed & si Iudex constitutiones Principum neglexerit,* vbi *glos.* & iterùm ibi. *Is, qui deposita argumenta apud alium, ab eo prodita esse aduersarijs suis dicit.* Et in Notario, seù Actuario dante copiam atte stationum antè publicationem, quòd incidat in pœnam falsi, notauit *Poma.* addens ad *Bart. in Lis, apud quem, in ver. authoritate Iudicis,* C. *de edendo,* per d. *text. in l.* 1. *ff. ad leg. Cornel. de falsi.* & cõprobat *D. Sanfelic. in d. dec.* 60. *num.* 3. non solùm si copiam dederit Actuarius, seù Scriba, sed si voce propalauerit id, quod dixerunt testes, ex *Hippolyt. Gand.* & alijs.

Addit etiam idem *D. Sanfelic. ibidem,* sub *num.* 4. *vers. tanquàm falsarios,* quòd M.C. vti delegata tanquàm falsarios puniendos iudicauit Scribas Fiscales, pẽnès quos occultatæ repertæ fuerunt informationes, in quibus non erant notati dies in receptione testium, nec erant registratæ, nec rubricæ appositæ iuxtà stylum, ex quibus præsumitur dolus, cùm quis non facit id, quod pro suo munere, & officio facere tenetur, ex *Menoch. lib.* 5. *præsump.* 3. *n.* 66.

Sicuti falsi etiam pœna tenebitur Actuarius, seù Scriba, qui Iudici acta occultat, nè veritas appareat, sed occultetur, per d. *text. in l.* 1. & tradit *Sanfel. ibid.*

Io. Laganarus.

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragm. XXXI.

RERVM SVMMA.

1 *Ius portelli à Carceratis vsq; ad quam summã Carcerarius exigere possit.*
2 *Carcerarius si exigat vltrà carolenum iure* Constitutionum, & Capitulorum Regni *punitur pœna nonupli.*
In multis casibus non exigitur hoc ius.
3 *Ius idem portelli an exigi possit per Barones, remissiuè.*
4 *Mulieres in carceribus detinentur separatæ à Maribus, etiam de iure communi.*

MAximæ curæ, &c. §. Item che li Custodi di dette carceri, &c. num. 5.

1 Carcerarij non exigant à carceratis vltrà grana tresdecim, & denarios duos. H.D.

Hoc est ius portelli, quod exigitur à Carceratis pernoctantibus, quod erat etiam permissum per *Constitutionem Castellani, & Seruientes,* quę fuit cõfirmata per *pragmat.* 1. *suprà de carceribus,* verùm
2 dicta *Constitutio* prohibet exigi vltrà carolenum, immò per *Const. seq.* & per *Capit. Regn. Magistro Iustitiario* imponitur pœna nonupli contrafacienti, idẽ tamen, quod in hoc §. disponitur in *Ritu* 43. sed in quibus casibus non possit exigi, docet *Bonad. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 64. *in fi.* & *num.* 69. 70. scilicèt à pueris captiuis pro ludo, & ab alijs iniustè captis, vel pro leuioribus causis, & hoc vigore illarum legum, nec ab alijs captis contrà formam dictarum legum, nec ab eo, qui fuit alias habilitatus, nec nili vnicum ius, quàmuis carceratus habeat plures inquisitiones,
3 sed an idem ius portelli possit exigi per Barones? vide quæ scripsi in *prag.* 1. *suprà de Baron.*

§. Item, che detti Custodi de carceri, num. 12. *etc.*
4 Mulieres in carceribus detineantur separatæ à Maribus. H.D.

Concordat de iure communi cum dispositione *text. in l.* 3. C. *de custod. reor.* alia circà separationem carceratorum docet *Bouadill. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 68. scilicèt, vt sint carceres Mulierum, aliæ Virorum Nobilium, aliæ cęterorum, aliæ delinquentium cum qualitate, aliæ Doctorum, aliæ pro ære alieno.

De Officio Magistri Instit iarij, &c.
Pragm. XXXIV.

RERVM SVMMA.

1 *Alguzeriorum officium in quibus consistat, remissiuè.*

CIrcà Alguzerios Magnæ Curiæ, &c.

Continet plures prouisiones, & ordinationes circà Alguzerios M.C.V. quorum officium in quibus
1 consistat, explicat *Gregor. Syntagmat. iur. vniuers. lib.* 47. *cap.* 40. & limita §. 8. huius pragmaticæ secundùm *prag.* 7. *suprà de citationibus.*

De

Digitized by Google

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragm. XXXVI.

RERVM SVMMA.

1 *Actuarij Mag. Cur. exigentes vltrà pandectam hic positam puniuntur etiam pœna corporali arbitrio Proregis.*
2 *Actuarij M.C. nec à sponte dantibus possunt exigere vltrà summam hic taxatam.*
3 *Remissio spontanea à Parte facta non liberat ab obligatione restituēdi, sed requiritur actualis restitutio.*
4 *Pandecta circà emolumenta vbi non adest, seruatur consuetudo loci, licèt quandoq; fiant prouisiones, quòd vel seruetur pandecta loci conuicinioris, vel quòd seruetur hæc pandecta M.C.*
Consuetudinis vigore non est exigendum illicitum.
5 *Salarium quod exigendum sit, si plures vnico decreto absoluantur, aut vnum decretum contineat plura capita.*
Consuetudo quandò excusat.
6 *Actuarij M.C.V. in obligationibus ab ipsis recipiendis tenentur facere fidem, quòd habent notas personas contrahentium, saltim ex relatione duorum testium sibi cognitorum.*
7 *Iniuriarum in crimine nec ad querelam Partis procedi potest, nisi porrecto libello.*

ITem dicemo, &c.

Hæc pragmatica continet pandectam emolumentorum, seù dirictuum spectantium ad officium Magistri Actorum Magn. Cur. Vic. & hodiè contrà exigentes vltrà hanc pandectam statuta
1 est pœna etiam corporalis arbitrio Proregis, vt in *cap. vltimo* de gratijs concessis per Ducem Ossunæ in anno 1585. inter *capitula, & priuilegia Neap. fol.*
2 mihi 176. quò fit, vt hi Actuarij nec à sponte dantibus possint exigere vltrà summam hic taxatam, secundùm *Bart. & Castrens. in auth. sed hodiè, C. de Episcop. & cler.* & pulchrè declarat *Fr. Greg. Capucin. in*
3 *Enchirid. Ecclesiast. fol.* mihi 65. Quod adeò verum est, vt nec spontanea remissio à Parte facta liberet ab obligatione restituēdi, sed requiritur actualis restitutio, post quam restitutionem factam, si Pars voluerit donare, ipse poterit recipere, aliàs recipiens non est tutus in conscientia, vt docet *Marchisell. quæst. 18. num. 4.* & ad materiam est etiam videndus *Minsynger. observat. 75. centur. 2. Bouad. lib. 3. cap. 14.*
4 *num. 37.* & vbi non esset pandecta, debet seruari cōsuetudo loci, secundùm *glos. in auth. offeratur, in ver. præbitis sportulis, in fin. C. de lit. contestat.* & aliam *gl. in §. si carcere, in final. verbis, in verb. percipient, in auth. de defensoribus,* & optimè probatur in ipso *tex.* sed prætextu consuetudinis non est illicitum exigendum à Prouincialibus, optimus *text. in §. iubemus, omnes Iudices, in auth. de collator. in princ.* licèt communitèr in huiusmodi grauaminibus propositis per vasallos Baronum in S.C. quandòq; fiant prouisiones, quòd seruetur pandecta loci conuicinioris, quandòq; verò, quòd seruetur hæc pandecta M.C.
Et scias, quòd hæc eadem pandecta est seruanda
5 etiam in causis plurium personarum collitigātium, putà si in vnico decreto plures inquisiti absoluantur, erit exigendum salarium, quod est taxatum in pandecta pro decreto, habito respectu ad vnicum decretum, non autēm, ac si essent plura decreta, seù tot decreta, quot sunt inquisiti liberati, ità constat ex *Io. de Plat. in l. vt autem, in princ. vers. ex hoc infe-*
runt, C. de re militar. lib. 12. & est *text. in §. sportularum, vers. si verò pro vna, in auth. de Sanctiss. Episcop.* quod est summoperè notandum, quia Ego multotiès vidi contrarium obseruatum, & malè, nunc addo *Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 11. num. 16. in fin. Bouad. lib. 2. cap. 12. num. 19. & 20.* & *ibidem n. 30.* agit de consuetudine in contrarium, quòd non excusset, nisi esset legitimè introducta, sciente Superiore, & iterùm *lib. 3. cap. 14. num. 50. & 51.* vbi agit de dirictibus Actuariorum, secùs si vnicum decretum contineret plura capita, nàm quot capita, tot sunt decreta, & pro quolibet capite posset exigi ius vnius decreti, secundùm opinionem *Gomez. Auend. & Azeued.* sed contrarium defendunt *Aules, & Bouad. d. cap. 12. nu. 20. lib. 2.* Ego tamen obseruatem distinctionem *gl. in l. etiam si patre, §. 1. in verb. audiendus, ff. de minor.*

Et dùm in primo capite huius pandectæ agitur
6 de obligationibus, quæ capiuntur in Palatio Magnæ Curiæ, scias, quòd hodiè Magistri Actorum in huiusmodi obligationibus ab ipsis recipiendis tenentur facere fidem, quòd habent notas personas Cōtrahentium, saltim ex relatione duorum testium sibi cognitorum, vt in *cap. 3.* inter easdem *gratias Ducis Ossunæ, fol. 176.* & in nouissima impressione est *pragm. 15. de Actuar.*

Et dùm in *ver. item, che nessuno delli Attuarij,* pro-
7 hibentur Actuarij criminales recipere querelas de verbis iniuriosis, est notandum, quòd nec ad querelam Partis potest procedi in crimine iniuriarum, nisi porrecto libello, iuxtà dispositionem *Ritus 311.* vbi *Caran nu. 7.*

De Officio Magistri Iustitiarij, &c.
Pragm. XXXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Citationes ad informandum non possunt expediri, nisi præcedentibus indicijs sufficientibus, & visa informatione per Iudicem.*
Pragmatica ista concordat cum dispositione iuris cōmunis.
2 *Indicia ad torturam quæ sint, & quæ ad inquirēdum tantùm, remissiuè.*
3 *Citatio ad informādum emanata non præcedentibus indicijs est nulla.*
4 *Iudex non potest citatum absq. indicijs comparentem interrogare vti principalem, nec ipse citatus tenetur respondere, et fateri delictum occultum.*

PEr la Maestà del Rè, &c.

1 CItationes ad informandum non expediātur, nisi existentibus indicijs sufficientibus, ac visa informatione per Iudicem. H.D.
Et concordat cum iure communi, vt explicat *In-*
2 *trigl. sing. 22. lib. 1.* Quę sint indicia ad torturam, & quæ ad inquirendum tantùm, vide elegantèr apud
A *Iul. Clar. practerim. q. 20. et q. 21.* & citatio emanata
3 non præcedentibus huiusmodi indicijs est nulla, *Iul. Clar. in d. q. 20. vers. ad formandum, et Foller. in pract. crimin. vers. et si confitebuntur, lo 3. nu. 9. et 10.*
4 & si citatus sic absq; indicijs compareat, Iudex non posset illum interrogare tanquàm Principalem, ità vt ipse citatus non tenetur respondere, & fateri delictum occultum, est videndus *Marchisel. q. 136. Cartar. de interrog. reis, lib. 1. c. 2. nu. 8. Bouad. lib. 3. c. 15. num. 61.*

AD.

ADDITIO.

AQVæ ſint indicia ad torturam, & quæ ad inquirendum tantùm ſufficientia, præter *Clar. dict. q.* 20. *&* 21. copioſiſſimè tradunt *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 88. *&* 89. *& de arbitr. iudic. caſu* 270. *Ciazzius diſcept.* 2. *Carrer. in pract. crimin. in l. obſeruare curabis, a num.* 109. cum *ſequent. Caſon. Blanc. Brunus*, & cæteri in ſuis *tractat.*

Eſt tamen verum, quòd in hoc certa regula, ac doctrina tradi non poteſt, ſed Iudicis arbitrio relinquitur, ſit nè indicium tale, per quod tortura inferri, vel citrà torturam inquiri tantùm, & ad vlteriora procedi poſſit, *Clar. d. q.* 20. antè *nu.* 1. *Carrer. in d. l. obſeruare, nu.* 107. *Ciazz. diſcept.* 3. *n.* 10. *&* 46.

Non quòd in Iudicis arbitrio ſit poſitum, velit, an non reo ex productis indicijs torturam inferre, ſed ipſe Iudex tenebitur, inquiſiti, ac teſtium perſonis, eorumq; qualitate, veriſimilitudine, aliſq; circumſtantijs benè penſatis arbitrari, ſeù mauis iudicare, an indicia ſufficientia ſint ad torturam infligendã, vel non, ità *Clarus, Carrer. Ciazz.* & cæteri in *locis* prædictis. Porrò cùm tortura maximus ſit corporis cruciatus, ac tormentorum Regina, *Guazz. defenſ.* 30. *cap.* 21. *num.* 6. *Gramm. conſ.* 15. *nu.* 6. *& Ciazz. d. diſcept.* 3. *num.* 36. *& ſeq.* & inferat etiam iniuriam, ſi credimus *Ciazz. diſcept.* 107. *n.* 2. ac damnum irreparabile afferat, *Menoch. de arbitr. caſu* 84. ab ea incipiendum non eſt, *l.* 1. *ff. de quæſt.* & dixit *Clar. quæſt.* 64. *n.* 9. ſed cum circumſpictione, ac maxima conſideratione eſt adhibenda, & iuxtà indiciorum qualitatem, & vrgentiam, & nõ alitèr, iuxtà *Cap. Regni Tormenta*, & prout ſatis benè dixit *Clarus in d. q* 64 *n.* 9.

Ac proindè abſit, credere, poſſe Iudicem ad eius arbitrium voluntatis reum torquere, vel ipſum ſinè tortura liberare, Iudicis namq; arbitrium debet eſſe regulatum ſecundùm terminos iuris, & iuris diſpoſitionem, prout multa ad hoc adducit *Ciazz. dict. diſcept.* 3. *à num.* 209. cum *ſequent. & Menoch. de arbitr. quæſt.* 13. *num.* 4. *& quæſt.* 14 *&* 84 Sed melius, & clarius id comprobant aurea *Ciceronis* verba in *Oratione pro Ant. Cluentio*, tranſcripta ad eodem *Menoch.* in relata *quæſt.* 14. *num.* 10. quæ Ego etiam hìc repetere volui pro illis, qui vel *Menoch.* non habent, vel illum aperire pigebit, *Ciceronis* verba ſunt.

Eſt enim ſapientis Iudicis meminiſſe, ſe hominem cogitare tantum ſibi à Populo Romano eſſe permiſſum, quantum commiſſum, & creditum ſit, & non ſolùm ſibi poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe, meminiſſe: poſſe quem oderit abſoluere, quem non oderit condemnare, & ſemper, non quid ipſe velit, ſed quid lex, & religio cogat cogitare, animaduertere, qua lege, reus, de quo ieo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cùm hæc ſunt videnda, tùm verò illud eſt hominis magni (Iudices,) atq; ſapientis, cùm illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit non ſe putare eſſe ſolum, neq; ſibi quodcunq; concupierit licere, ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, inuidiã, metum, cupiditateſq; omnes amouere, maximèq; æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab Dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt, quæ ſi optimorum conſiliorum, atq; factorum teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cum honeſtate viuemus.

Hæc *Cicero*, qui nõ vti gentilis, ſed ſicuti vir ſumma religione plenus, ac maxima probitate imbutus, loquitur, deberentq; omnia eius verba in omnium Iudicum cordibus eſſe impreſſa.

Sed vt ad indicia reuertamur, repetendum eſt, quod ſuprà diximus, nempè quòd indiciorum materia tota arbitraria eſt, *Clar.* tamen, & alij tres diſtinguunt indiciorum ſpecies, ſeù gradus. Alia enim dicuntur indicia leuia, alia grauia, & alia grauiſſima, vt in *d. quæſt.* 20. *num.* 1. quem ſequi videtur *Menoch. d. quæſt.* 88. *de præſumpt. lib.* 1. non tamen declarant, quæ dicantur leuia, quæ grauia, & quæ grauiſſima, ſed dicunt, tantùm leuia indicia ſufficere ad inquirendum, ſeù ad aſſumendam informationem, ac etiã ad capturam, & carcerationem, (quod apud nos minimè ſeruatur, ſtantibus *Cap. Regni Humanitate, & Ab illo inchoandum*, confirmatis per *Pragm.* 1. *de cuſtod. reor.* prohibentibus carcerationem de facto in cauſis, quarum pœna non eſt mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abſciſsionis, præter alios caſus, notatos à *D. Regente in d. pragm.* 1. *num.* 3. *de cuſtod. reor.* grauia verò ſufficere ad informationem inquiſito tranſmittendam, ſeù ad ipſum citandum, ac etiam ad torquendum, & grauiſſima, ſeù indubitata ad condemnandum, etiam pœna ordinaria, vt *d. n.* 1. *&* 5. & patet ex *Reg. Pragm.* 12. *de offic. Iudic.*

Apud nos tamen obſeruatur, vt ex leuibus indicijs tantummodò oriatur citatio, vel ad deponendum, ſi fuerint ſatis leuia, vel ad informãdum, ſi paulò fuerint vrgentia. Ex grauibus verò nedùm naſcitur citatio ad informandum, ſed etiam ex eis tortura poteſt reo inferri, ſi fuerit vnum indicium proximum, vel duo remota, benè, & legitimè probata, iuxtà communem *DD.* ſententiam, de qua per *Clar. d. quæſt.* 21. ſub *n.* 2. *& quæſt.* 22. *nu.* 2. *verſ. vnum tamen ſcias, & Menoch d. q.* 88.

Adnotare circa hoc quoquè libeat, quòd praxis obſeruat, quòd ſi citatus ad deponendum fiat contumax, ex iſta contumacia naſcitur citatio ad informandum, ea, credo, ratione, quia contumacia eſt delictũ, *gl. in l. ſi filius ff. de interrogat. action.* & facit indicium, concurrentibus alijs adminiculis, *Blanc. in tract. de indic. n.* 293. & ſic iſta contumacia, iuncta cũ alijs indicijs, & ſi leuibus, ſufficiens erit, vt poſſit ſequi citatio ad informandum, & ſi omnia prædicta ſufficientia deindè erunt, ad torturam inferendam, iuſti Iudicis erit arbitrari, iuxtà *d. cap. Tormenta, & cap Tormentis.*

Grauiſſima verò indicia erunt, quæ nos indubitata appellamus, ex quibus ſequi poteſt condemnatio ad pœnam ordinariam, iuxtà diſpoſitionem *Regiæ Pragm.* 12. *de offic. Iudic.* per quam deciſa illa ambigua *DD.* controuerſia, an ex indicijs indubitatis in atrocibus, ac exemplaribus delictis ſequi potuiſſet condemnatio ad pœnam ordinariam, deciditur, quòd poſſint Iudices Regiorum Tribunalium ſequi opinionem magis rigoroſam, & pœnam ordinariam infligere, quauis alia deciſione in contrarium fortè facta non obſtante. Et quæ dicantur indicia indubitata, declarat eadem *Pragm.* 12. *de offic. Iudic. in fine*, & clariſſimè *D. Regens in deciſ.* 63. & *D. Marchio Torelli* nouiſſimè *in deciſ.* 163. *par.* 2.

Rurſus quòad indiciorum cognitionem pertinet, ſciendum eſt, ea eſſe in duplici differentia, alia enim ſunt indicia proxima malefitio, alia verò remota, proxima ſunt teſtes de viſu, vel etiam de auditu, ſecundùm tamen ſubiectam materiam, vt puta ſi inquiritur quis de homicidio, quod ſenſui viſus ſubijcitur, & teſtis deponat de viſu, hoc dictum eſt de proximis homicidio, & dicitur indicium proximum, idem ſi accuſetur quis de mandato, ſeù conſilio ad homicidium, quæ ſenſui auditus ſubiiciuntur, & teſtis deponeret, quòd audiuit, mandatum, vel conſilium dari, tale dictum dicetur de proximis delicto.

Indi-

Indicia verò remota ſunt, quæ extrà delictum ſunt, vt fama, fuga, ſeù abſentatio poſt delictum, inimicitia, confeſſio extraiudicialis, minę, & aliæ, notatæ per *Blancum de indicijs à num.67. & per Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.88. & 89. Clarum*, & alios ſupra relatos, prout docet, cęteris omiſſis, *Cacher. dec.79.num.15. & 16.* indicium proximum probatũ per vnum teſtem, omni tamen exceptione maiorem, facit indicium ad torturam; indicia verò remota ſingula de per ſe non faciunt indicium ad torturam, ſed benè iuncta cum alijs, & ſic fama, inimicitia capitalis, confeſſio extraiudicialis, minæ, & ſimiles, quæ remotę ſunt, & non conſiderantur cum delicto, ſingulæ de per ſe non erunt ſufficientes ad torturã, ſeu tantùm ad reum citandum, niſi ſint iunctæ cum alijs, ità tradunt *Menoch. Clar.* & cęteri ſupra citati.

Et quoniam de aliquibus ex iſtis indicijs remotis mihi occurrit annis elapſis differere in cauſa Iacobi, & Cęſaris Prouenzani inquiſitorum in M.C.V. de prætenſo mandato ad homicidia duorum miſerorũ hominum, placet ea, quę pro eorum defenſione ſcripſi, hic referre, cùm tàm in M.C. quàm etiam in S.C. fuerit pro eis iudicatum.

NOn video, qua ratione inquietari, & detineri poſſint Iacobus, & Cęſar Prouenzani, & Franciſcus Pogliesius pro prætenſo mandato ad homicidia Horatij Lucij, & Fabij Piſani, repertorum (vt prætenditur) iuxta capitibus in Territorio Terræ Padulę. Quoniam certum eſt, quòd ex informationibus captis nihil conſtat de prætenſo mandato dato ad homicidia prædicta, nec minùs de mãdatario, quo plane fit, vt minimè procedi poſſit contrà ipſos prætenſos mandãtes, ex regula *tex. l. libellorũ, ff de accuſ.* ibi *& perſona cum qua*, latèq; fundat *Marſ. conſ.49.* ſub *num.11.59. & 60. & conſ.34.num.5. & 6.* idem *Hippol. ſing.400.* elegantèr etiam *Burſ. conſ.20. nu.6. volum.1. et conſ.146.num.11. vol.2.* vbi ex communi id affirmat, & *conſ.440. num.6. vol.4. Foller. in pract. crim. in ver. capiat informationem, num.70. Menoch.* etiam *de arbitr. iudic. caſu 352. num.20. Reg. Rouit. in pragm.1. de aſſaſſin. nu.1.* & *Beſſ.* omninò videndus in *tit. de delictis, num.34.35. & 39.* vbi dicit, quòd depoſitio teſtis contrà mandantem non valet, niſi deponat expreſsè contrà homicidam mandatarium, & idem repetit *in tit. de mandato ad homicid. n.2. & 37.*

Huius autèm concluſionis reſpectu probationis mandati ea eſt ratio, nàm mandatum facti eſt, quod non præſumitur, niſi probetur *l. in bello. §. factæ, ff. de capt. & poſtl. reuerſ.* & Fiſcus fundans ſe in mandato, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis, probare id debet, elegantèr *Almont. Ciazz. diſcept.164. nu.8. 10. & 11.* vbi etiam fundat, mandatum non præſumi etiam ex ſanguinis coniunctione. Et reſpectu probationis mandatarij, præterè alias, illa eſt ratio, nàm dùm neſcitur mandatarius, non poteſt prætenſus mandans inquiſitus ſe defendere; Si enim conſtaret, vel nominaretur ſaltèm certa perſona, quæ delictũ ex mandato commiſit, poſſet inquiſitus probare cõtrarium, vel quòd ille talis mandatum non habuit, vel quòd re integra fuit reuocatum, vel quòd delictum non commiſit, vel ſi commiſit, fecit ad ſui defenſionem, vel ipſius mandatarij cauſa, & odio particulari, non autem ex mandato, & mandatum exequendo, ità *Marſ.* egregiè *d. conſ.49. num.59. & 60. & conſ.34. nu.5. et 6.* nàm iſto caſu mandans non tenetur, *Gramm. deciſ.34. num.40.* & hinc tradunt *DD.* cautelam mandanti ad euitandum pœnam mandati, vt mandatarius confiteatur; ſe non virtute mandati, & mandatum exequendo homicidium commiſiſſe, vt tradit *Cępol. caut.39.* eumq; ſequitur *Blanc. in pract. crim. caut.7. nu.3.* quod etiam comprobat *text. in l.1. §. item illud ſciendum, ff. ad Syllan.* Poſſet enim eſſe, quòd mandatarius mandatum habuerit, ſed nõ fuerit illud exequutus, & ex ſolo mandato, non ſequuto effectu quis non tenetur, *l. item apud labeonẽ §. ſi curaueris, ff. de iniur.* & per *Abb. Felin.* & cęteros *in cap.1. de præſumpt.* vbi etiam *Addens* ad *Felin. in verſ. ex mandato ſolo*, & *Gramm. in deciſ.38. num.5.*

Quinimmò non ſolùm debet de mandatario conſtare, ſed mandati verba ſunt in ſpecie probanda, vt voluit *Franciſcus Marcus deciſ. Delfin. 423. num.10. & 23. part.1.* quem refert *Burſ. d. conſ.20. num.5. & Baiard. ad Clar. quæſt.98. num.5.* Quod comprobatur ea ratione, nàm habemus plures terminos, ſcilicet mandatum, conſilium, & inſtigationem, ſeù inflammationem, prout declarat *Bar. in l. non ſolùm, §. ſi mandato meo, ff. de iniur.* & tradunt *DD. in cap. ſicut dignum. de homicidio, & Boſſ. in tit. de mandato ad homicid. n.....* Eſtq; inter hos terminos differentia, nã ex mandato, cùm fiat gratia mandantis remanet mandans obligatus. Ex conſilio verò, & inſtigatione, cùm fiat gratia eius, cui datur, nequaquam, ſaltè cùm eſſet alias facturus, *Felin. in d. cap. ſicut dignũ, num.7. de homicidio, & Boſſ. d. tit. de mandato ad homicidium, nu.59.* ideòq; ad ſciendum, an mandatum fuerit, vel conſilium, ſeù inſtigatio, vel perſuaſio, neceſſariò deducenda ſunt verba prolata, prout elegantèr tradit idem *Reg. Rou. in d. pragm.1. de aſſaſſinio, num.2.* Cùm ergò deficiat, tam mandatarij, quã mandantis probatio, ac verborum formula, minimè procedi poteſt contra inquiſitos prædictos, vti prætenſos mandantes, nec etiam ad torturam ex prætenſis indicijs, quæ nullius ſunt conſiderationis.

Nàm quòad primum de inimicitia, certum eſt in iure, quòd ſola inimicitia, & ſi capitalis, non ſufficit ad torturam, ità multorum authoritate fundat *Menoch. de præſumpt. lib.1. quæſt.89. nu.51. & Marſ. conſ.72. nu.8. & ſeq.* & hanc ſententiam vti communem, magis æquam, & rationabilem ſequitur *Burſ. conſ.146. num.13. & 14. volum.2. & conſ.216. nu.69. eod. volum. et conſ.20. nu.18. volum.1.* & copioſè tractat *Almon. Ciazz. diſcept. crim.34. num.1. et ſeqq.* tantò magis, quia hæc inimicitia non poſſet conſiderari, niſi reſpectu Iacobi offenſi, qui cùm elegerit etiam iudiciariam pro caſtigatione offendentium, nõ præſumitur inimicus, nec voluiſſe illos interfici facere, prout conſiderat *Burſ. conſ.146. num.19. volum.2.* allegans *Alban. conſ.46.*

Nec minus alicuius erit momenti figurata fama, probata, vt prætenditur, per aliquos teſtes, quòd Cęſar, & Iacobus interfici feciſſent prædictos Horatiũ, & Fabium. Primò, quia teſtes prædicti eam deponentes, non ſunt integri, omniq; exceptione maiores, ſed benè ob varias cauſas repulſati, præſertim ex capite inimicitiæ, & conſanguinitatis, prout in facti nota, ideòq; non poteſt dici, famam per eos eſſe probatam, *Burſ. conſ.35. n.22. volum.1.* ex *Marſ. et Natta conſ.473. n.22.* & alios allegat *Almon. Ciazz. diſcept. 20. num.70.*

Secundò, hæc prætenſa fama non habet omnia requiſita ad ſimæ probationem, teſtes enim non dicunt, à quibus audiuerunt, & à quibus figurata fama ortum habuit, & ſic non probant, prout egregiè docet *Clar. in §. finali, quæſt.6. num.11. 12. et ſeqq. et Crau. conſ.269. num.7. et 249. et Almont. Ciazz. latiſſimè diſcept. 20. num.15. et ſeqq.* debet enim oriri à grauibus, & honeſtis perſonis, & omni exceptione maio-

maioribus, *Noni. conſ. 99. num. 27. Marſ. conſ. 20. nu. 42. & 43.* qui dicit, quòd teſtis etiam non interrogatus debet dicere, & nominare eos, à quibus audiuit, quod etiam comprobat *Clar. d. quæſt. 6. num. 15. & Ciazz. d. diſcept. 20. n. 31.* Nam non ſtat in eius arbitrio iudicare.

An personæ, à quibus audiuit, ſint graues, vel ſuſpectæ, *Gramm. voto 34. num. 24. et Angel. de maleſic. titul. à quo, vel à quibus poſsit fama. oriri, et Camill. Borrellus* latè *conſ. 25. num. 52.* Cùm ergò prætenſa fama adducta ſit poſt informationem captam de delicto in genere, ac carcerationem inquiſitorum, qui nulla præcedente fama, de facto fuerunt carcerati per Commiſſarium M.C. neceſſariò credendum eſt, eam ortam eſſe, atq; diuulgatam à quærelantibus, & inimicis, *Marſ. conſ. 20 num. 27. et conſ. 35. num. 24. volum. 1. Crauet.* ſatis benè *in conſ. 260. num 7. verſ. Quartò reſpondeo,* & alios allegat *Ciazz. d. diſcept. 20. num. 65.* ideòq, ipſis inquiſitis non officere.

Neq, faciendæ eſt uis in confeſſione extraiudiciali Cęſaris, quòd ipſe, & Iacobus interfici feciſſent prædictos. Nàm teſtes eam deponentes ſunt ſingulares, & ſic non probant. Præterea Scipio Collemodius, qui de ea deponit, eſt inimicus ex varijs cauſis, & præſertim, quia alias eſt examinatus contra Cæſarem in homicidio Horatij Ciſonij, falſum etiã deponendo, prout eſt in illo capite demonſtratum, & ſic non probat, cùm ex prima depoſitione præſumatur inimicus, *Almont. Ciazz. diſcept. 71. et 177.* & in omnibus reputari debet falſus, ex regula, quòd falſus in vno, &c. & ſemel malus, &c.

Et tandèm de alijs indicijs contrà Cæſarem, ſcilicèt, quòd oſtenderit labia ſuperiora, vulgò *li moſtacci*, quòd miſerit Ioannem Petrum Currium ad conducendum capita interfectorum, & quòd dederit Nuntio referenti, prędictos eſſe mortuos vtres duos olei, nullam, arbitror, haberi poſſe rationem, tùm quia teſtes ſuper eis deponentes ſunt benè repulſati, ità vt minimè probationem aliquam inducere, clarè demonſtretur, tùm etiam, quia omnia prædicta ſunt inueriſimilia, & variè teſtantur, & ſic eis credi non debet, *l. qui falsò, vel variè, ff. de teſtibus.*

Patet ergò ex prædictis, tùm ex defectu probationis pretenſi mandati, atq; mandatarij, tùm etiam ex defectu indiciorum, præſertim contra Iacobum, minimè procedi poſſe contra dictos inquiſitos, ſed ipſos eſſe liberandos.

At poſtremò, vt nullus dubitationi relinquatur locus pro inquiſitorum liberatione affertur, prædictos Horatium, & Fabium fuiſſe foriudicatos per Curiam Terræ Bonatorum, ob quam ſanè foriudicationem, potuerunt miſerrimi impunè occidi, & ipſorum occiſores, atq; etiam mandantes, (ſi verum fuiſſet mandatum) nullam calumniam, ſeù pœnam vereri poſſint, ſed præmium potiùs expectare, iuxtà *Regni Conſtit. Pœnam eorum, et deciſionem Præſid. de Franch. 176. num. 1. 2. et 3.*

Die 23. Nouembris 1632. Per M.C.V. referente Mag. Roſſino cauſæ Commiſſario fuerunt ſupradicti inquiſiti liberati in forma.

Et die 15. Martij 1633. Per S.C. ad relationem Regij Conſiliarij Thomæ de Franchis, cauſæ appellationis Commiſſarij fuit confirmatum decretum M.C. Balzano Actuario.

Quomodò autèm probentur indicia, communis eſt reſolutio, quòd indicium proximum probatur per vnum teſtem, omni exceptione maiorem. Remota verò requirunt probationem per duos teſtes, qui ſint conteſtes, non autèm ſinguiares. Ità *Blanc. de indic. num. 46. & ſeq. verſ. ſeptimò præmitto, Menoch.* qui quamplurimos ad hoc probandum adducit in ſæpè citata *quæſt 89* à *num. 5. Ciazz. d. diſcep. 2. à nu. 7.* cum *ſeq. Clarus* clariſſimè *d. quæſt. 22. & Cacher. in d. deciſ. 79. num. 16.* apud quos infinitę alię indiciorum quæſtiones reſoluuntur.

Ioannes Laganarius.

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, &c. Pragm. XXXIX.

RERVM SVMMA.

1 *Aduocati, & Procuratoris Fiſci officium circà quæ verſari debeat, remiſſiuè.*
2 *Fiſci interuentus in prima inſtantia in examine teſtiũ productorum per inquiſitos ad eorum defenſionem, eſt excluſus à iure communi, quicquid ſit de iure Regni.*

EEſendono peruenute à notizia noſtra, &c.

Continet hæc pragmatica plura capita diſtinguẽtia iuriſdictionem Fiſci patroni cauſarum criminalium, & Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ, & alia ca-
1 pita deciduntur in *pragm ſeq.* Pro cognitione tamen generali circà quæ debeat verſari officium Aduocati, & Procuratoris Fiſci, eſt videndus *Greg. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 49. c. 7.*

Et quatènus in *§. quanto all'interuenire, infrà eadem*, permittitur Fiſci patrono, vt etiam in prima inſtãria poſſit interuenire examini teſtium productorum per inquiſitos ad eorum defenſionem, ſub prætextu, quòd pragmaticæ hunc Fiſci interuentum nõ excludunt, Ego aduerto, quòd licèt talis Fiſci interuentus in prima inſtantia non ſit excluſus à pragmaticis, eſt tamen excluſus ex diſpoſitione iuris cõmunis, vt conſtat ex *Afflict. in Conſtitut. Quæſtiones, la prima, num. 2. verſ. an in examinatione teſtium*, & ex *Benintend. deciſ. Bonon. 60.* & ſic non erat neceſſaria noua excluſio per pragmaticas, & propterà hæc pragmatica dùm non eſt noui iuris inductiua, immò potiùs vult, vt ſeruetur id, quod non erat prohibitũ, hoc caſu non eſſet ſeruanda, niſi hoc idem fuiſſet expreſsè permiſſum de iure Regni, tàm Aduocato, quàm Procuratori Fiſcali, vt in *pragm. 4. §. 2. ſuprà eodem titulo.*

De Officio Magiſtri Iuſtitiarij, &c. Pragm. XLIII.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta concordat cum diſpoſitione iuris cõmunis.*
2 *Appellatione pendente circà Carceratos non amouendos à Carceribus aliqua, remiſſiuè.*

DAlle Regie Audienze, &c.

Appellatione pendente Carcerati non amoueantur à Carceribus, in quibus reperiuntur extrà Neapolim, niſi pro illorum expeditione ſit neceſſaria Carcerati perſona coràm Iudice ad quem. H.D.

1 Concordat de iure communi cum *text. in l. eos, §. A ſuper his, & l. minimè*, vbi *Bald. num. 2. C. de appell.*

com-

Digitized by Google

comprobat *Iacob. de Beluis. in repet. cap. Romana, §. contrahentes, num.* 118. *de foro compet. in sexto*, aliqua tangit remittiuè *Bolognin. ad Anan. conf.* 1. *n.* 13. *in fin. Bouad. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 103.

ADDITIO.

AHAEC doctrina declaranda esset. Si tamen carceratus appellans, fideiussorem dare non posset, vt dicit *text. in d. l. eos*, ibi, *inopia idonei fideiussoris*, vbi etiam *glos. in verf. Reis*, & *text. in d. l. minimè*, ibi, *Si fideiussoris idonei copiam non habeat*. Et ideò necessaria fuit hæc *Pragmatica* ad tollendã hanc declarationem, & vt in omnem casum carceratus non debeat appellatione, seù recursu pendente à carceribus, in quibus reperitur, amoueri, & simile habemus prouisionem in *pragm.* 12. suprà *de appellat. in fine*, ibi, *Nè ammouere li carcerati*.

Si tamen carcerati persona necessaria esset pro ipsius expeditione, cuius expensis transmitti debet, hæc *Pragmatica* videtur dicere, quòd expensis Regiæ Curiæ, ibi *si euiti la spesa à detta Regia Corte nella condottura*. Vsus tamen seruat contrarium, quia carceratus transmittitur ad carceres M. C. sumptibus, & expensis ipsius carcerati, qui dedit causam expensis, prout notat *Auend. de exeq. mand. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 14. *& D. Capiblanc. in pragm.* 19. sub *num.* 38. *in fine*, & comprobat *Escobar de ratioc. c.* 25. sub *num.* 17. & antè eos *Capell. Tholos. dec.* 100. *& Boer. dec.* 11. *n.* 11. Nisi tractu temporis cum Regia catena insimul cum alijs carceratis, quibus per Regiam Curiam prouidetur de pecunia, nedùm pro eorum victu, sed etiam militum, vt in *pragmat.* 12. §. seù *cap.* 27. *de offic Iudic.* Vel nisi esset pauper, quia transmitteretur sumptibus Regiæ Curiæ, iuxta dispositionem huius *Pragmaticæ*, & traditionem supradictorum *DD.* & *Velazq. de priu. pauper. part.* 1. *quæst.* 39. *num.* 45. *&* 46. Quamuis *Velazq.* ex *Bart. Alex. Boer. Carau.* & alijs velit, debere fieri sumptibus accusatoris, & in eius defectum Iudicis requirentis, & vltimò Iudicis requisiti, si inquisitus sit pauper, prout practicatum fuisse, notat in remissione *Diui Pauli* ad *Cæsarem* Imperatorem, ad quem appellauerat, nam fuit remissus cum Centurione, & militibus, sumptibus, & expensis Præsulis *Festi*, vt *num.* 44. & nos notauimus suprà in *pragm.* 19. *verf. Quòd carceris constructio num.* 3. *de Baron.*

Hoc tamen vltimum non puto verum, vt scilicèt fieri debeat expensis Iudicis requirentis, vel requisiti, nam expensæ pro iustitiæ administratione erogãdæ sunt ab eo, qui prouentus, pœnas, & mulctas exigit, vt fundauimus latè suprà in eadem *pragmat.* 19. *versic. Quòd carceris constructio, num.* 2. *de Baron.* Constat autem, quòd pœnæ, & prouentus spectant ad Regiam Curiam, non autèm ad Regios Officiales, ergò ad eos minimè pertinebunt sumptus pro carceratorum remissionibus faciendis. Et ità intelligenda est suprà relata traditio *Velazq.* nàm neq; *tex. Act. Apost. cap.* 27. benè aperit, remissionem *D. Pauli* factam fuisse sumptibus *Festi* Præsulis. Immò probat contrarium, dùm in eo dicitur, quòd *D. Paulus* transmittendus Romam ad *Cæsarem*, traditus fuit Iulio Centurioni cohortis Augustæ, & sic erat Cẽturio cohortis Imperatoris, seù Augustæ, sub cuius stipendijs militabat Iulius Cẽturio, ergò nihil *Festus* de suo in hac transmissione expendit.

Nec minus ad supradictas expensas angariari poterat *D. Paulus*, etiam si fuisset soluendo, quia erat innocens, & delictum non fecerat, vt declarauit *Rex Agrippa* eidem *Festo*. ibi *Quia nihil morte, aut vinculis dignum, quid fecit homo iste? Agrippa autèm Festo dixit. Dimitti poterat homo hic, si non appellasset ad Cæsarem*, vt *in cap.* 26. *in fine*, *Act. Apost.* Et tic cùm D. *Paulus* esset innocens, iusta fuit eius appellatio, quo casu ad expensas non tenebatur; immò viatica, litisq; sumptus ab accusatore, seù Fisco ipsi reficiendi erant, prout dixit *text. in l. eum, quem temerè*, vbi *glos. Bart.* & cæteri, *ff. de iud.* & *text. in l. properandum*, §. *fin autem alterutra*, C. *de Iudic.* vbi *Bart.* sub *num.* 3. & traditur per *DD. in cap. finem libitus, de dolo, & contum.* & in *cap. calumniam, de pœnis*. Ideòq; cautum est in *prag.* 12. §. seù *c.* 67. *de offic. Iudic.* quòd salaria Commissariorũ criminalium non soluantur ab inquisitis, seù contrauenientibus, nisi fuerint condemnati, quauis clausula in commissione posita non obstante.

Simili modo, pariq; ratione, si remissio à Barone petatur, facienda planè erit sumptibus malefactoris, & carcerati, si fuerit soluendo, sin minus, expensis ipsius Baronis petentis, nam & ipse in Fisci locum successit, & pœnas, mulctasq; exigit, prout perbellè docet *Capiblanc. in d. prag.* 19. *num.* 38. *de Baron.* ex *Anna sing.* 271. & alijs, & Nos quoq; diximus in *loco* supra citato.

Cætera verò in hac *Pragmatica* dispositа, atq; statuta, vti necessaria sunt pro Regis seruitio, ac Publicæ rei expediunt, ità sunt clara, ac commentu non indigent; ideò super eis non insisto. Illud tantummodò non reticere boni consulo ad Dei Omnipotentis gloriam, & bonorum laudem, quòd hęc *Pragmatica* edita fuit tempore, quo Dominus Vincentius Siccodus meus socer erat Fisci Patronus in M.C.V. qui in eo munere dùm summa cum solertia, prudentia, ac iustitia se gerebat, veritatem in primis colendo, ità vt nec pro Fisco falsitatem admittendam esse censuerit, (duos namq; Fisci testes cùm comperiisset, in quadã causa capitali falsum astruxisse, vltimo supplicio afficiendos postulauit) moritur in anno 1585. die 24. Decembris, triste omnibus desiderium linquens sui.

Io Laganarius.

De Officio Præfecti Cursorum armillatorum, seù Magistri Postarum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Postarum officii circà originem, & ad eius materiam aliqua remissiuè.*
2 *Officium Magistri Postarum quarè vulgaritèr nuncupatur, la Posta.*

1 DE origine huius officij vide aliqua per *Frecc. de subfeud. Baron. lib.* 2. *in cap. quis dicatur Dux*, post *n.* 41. per *Borrel.* in *addit.* ad *Bellug. in specul. Princip tit. de donat. Cur. rubr.* 46. §. *donum, in* 3. *apostill. in verf. perangaria, & tot. tit. C. de cursu publ. lib.* 12. & vide *Menoch de arbitr. iudic. lib.* 2. *cas.* 229. *Pancirol de vtraq; notitia Imper. c.* 6. *fol.* mihi 8. *Rebuff. in l. vinculorum, pag.* 3. *verf. quædam est, ff. de verbor. signif. Pacian. conf.* 161. *Lazi. de republ. Roman. lib.* 2. *cap.* 14.
2 *verf. cursus Fiscalis*, cum pluribus *seqq.* & quare vulgaritèr nuncuperur, *la Posta*, declarat *Alciat. in rub. C. de cursu publ. lib.* 12. *f.* quòd in singulis locis sint dispositi equi, *Rebuff. d. l. vinculorum, verf. quædam est.* Alia pulchra explicat *Henning. Arnisæus de iure Maiest. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 1. *verf. sed vnum.*

De

De Officio Procuratoris Cæſaris, ſeù Cameræ Summariæ, & his, quæ ipſi Tribunali incumbunt. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Summariæ Tribunal vndè nomen habuerit.*
2 *Procuratoris Cæſaris ad officium quæ pertineant, remiſſiuè.*
3 *Regia Camera quas cauſas decidere valeat, & quas S.C. remiſſiuè.*

1 SVmmariæ Tribunal vndè nomen ſumpſerit, vide *Surgent. de Neapol. Illuſtrat. cap. 16. num. 24. in fin.* & dicitur quaſi ſumma rei, vt in *l. final. in fin. C. ſi propt. public. penſit. Pancirol. in notit. Imper. occidental. cap. 35. verſ. rationales quoq.* & plura pertinentia ad officium Procuratoris Cæſaris, ſub hoc *titulo* non expreſſa vide in *Conſtitutione Si quandò fortè, Conſtit. Authoritatem, Conſt. Magiſtris Procuratoribus, & Conſt. Vt Officialibus,* & latè per *Conrad.* in *templ. iud. lib. 1. cap. 8.* & quæ cauſæ ſint decidendæ per Regiam Cameram, & quæ per S. C. vide *pragmat. 61. & 62. infrà eodem*, plura tradit *Caſſan.* in *catbal. glor. mund. part. 7. conſid. 15.*

De Officio Procuratoris Cæſaris, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Perceptores non capiunt ampliùs informationem infrà menſem à morte Baronis de fructibus illius anni.*
2 *Releuij exactio in pupillis retardatur vſq; ad pubertatem, tàm de iure communi feudorum, quàm de iure Regni.*
3 *Releuium à pupillis ſi voluerit Rex exigere antè pubertatem, an poſſit.*
4 ... *hodiè pupilli non obſtante pupillari ætate ſoluere tenentur eodem tempore, modo, & forma, quo ſoluūt maiores.*
5 *Releuij ſoluendi tempus eſt annus, & dies, qui numeratur à die mortis vltimi poſſeſſoris feudi, modò ſucceſſor ſupernuat per integrum annum, & diem.*
6 *Succeſſor in feudo, ſi infrà annum, & diem ipſe quoquè moriatur, tunc ſuccedens habebit alium annum, & diem, diuerſum ab illo, qui competebat primo ſucceſſori, quo caſu vnicum tantùm debetur releuium.*
7 *Releuium duplicatum hodiè loco pœnæ amiſſionis feudi ſoluere tenetur contumax in petendo inueſtiturā, & ſoluendo releuium.*
8 *Releuij duplicati pœnam euitat ſucceſſor, ſi infrà annum, & diem denunciet mortem prædeceſſoris, petat inueſtituram, & offerat releuium.*
9 ... *non ſoluitur, quandò quis ſuccedit in feudo, non titulo hæreditario, ſed per refutationem, vel aliū contractum factum in vita.*
10 ... *ſoluere tenetur refutatarius, ſi feudatarius omnia bona feudalia, quæ poſſidet, refutaret, & quarè, vel etiam ſi transferat omnia feuda ſuo immediato ſucceſſori in vita per alium contractum alienationis.*
11 ... *ſoluere non tenetur ſucceſſor, ſi non eſt in poſſeſſione feudi, in quo ſucceſſit, niſi recuperata poſſeſſione, licèt directus Dominus per hoc nō impediatur, quin exigat releuium à poſſeſſore quocunquè, ſeù detentore.*
12 ... *an debeatur Baroni pro ſubfeudis, quæ ab eo tenentur.*
13 ... *quo iure ſit introductum, vndè ſit derivatum, & in quo conſiſtat.*
14 ... *an debeatur ab eo, qui fuit inueſtitus de feudo vacantis, iuxtà formam* text. in cap. moribus, ſi de feud. defunct. fuer. controuerſ. *tempore, quo ei feudum aperitur per mortem poſſeſſoris, remiſſiuè.*
15 ... *quid ſit, à quibus perſonis præſtetur, & à quibus non.*
16 ... *an ſoluere teneatur nouus Prælatus ſucceſſor in Prælatura pro feudo Eccleſiæ.*

Releuium debetur tàm ex feudo hæreditario, quàm ex pacto, & prouidentia.

Inter vtrumquè præ cæteris adeſt diſcrimen circà terminum curſum huius releuij.

17 *Perceptores exactam ſummam* 500. *ducat. debent ſtatim, vel infrà menſem tranſmittere ad Generalem Theſaurarium.*

... *debent ſubſcribere apocas eodem die, quo fiunt ſolutiones.*

Pragmatica iſta in §. item mandamus Perceptoribus, *& in* §. item expoſuerunt, *concordat cum iure communi.*

ALli tempi, &c. §. item volumus, & mandamus, &c. num. 6.

Perceptores mortuis Baronibus iuſta releuia exigant ſuo tempore, capta informatione de redditibus feudalibus, pupillis tamen expectatis vſq; ad pubertatem. H.D.

1 Omiſſo eo, quod dicitur de informatione capienda infrà menſem à morte Baronis de fructibus illius anni, quia eſt correctum per *pragm. 54. infrà eodem.*

Hoc priuilegium in pupillis, vt exactio releuij
2 ab eis retardetur vſquè ad pubertatem, non eſt nouum, ſed eis eſt conceſſum de iure communi feudorum, vt in *cap. 1. quo tempor. miles, cap. ſi minores, & cap. ſi quis ſucceſſerit, ſi de feud. defunct. controuerſ. fuer. cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus. de prohibit. feud. alien. per Feder.* & confirmatum poſteà de iure Regni, vt in *cap. Regni Apud Fogiam*, aliàs incipit, *In nomine Dei æterni.*

3 Verùm ſi Rex velit exigere antè pubertatem, poteſt, vt probat *Capyc. in d. cap. Imperialem, §. ſi quis infeudatus, colum. 3. verſ. prima concluſio, fol.* mihi 50. ſed ipſe non loquitur in impubere, ſed in pubere, maiore ſcilicèt ann. 14. & minore ann. 18. At per Regiam Cameram Summariæ die 16. Iunij 1544. & ſic quatuor annis poſt hanc pragmaticam confirmatam, facta relatione in Collaterali Conſilio per acutiſſimum Franciſcum Reuertenium, tunc Præſidentem Regiæ Cameræ, fuit
4 interpoſitum decretum, quòd pupilli teneantur ſoluere releuium, non obſtante pupillari ætate eo tempore, modo, & forma, proùt maiores ſoluūt, verba ſunt hæc.

Inter cætera contenta in libro notamentorum Cameræ anni 1544. ſub die 16. Iunij, videlicèt, ſuper inſtantia ſæpiùs facta in Regia Camera Summariæ

Digitized by Google

per Magnificum Regiij Fiſci Procuratorem, quòd pupilli ſoluant releuium, eo modo, & forma, prout maiores ſoluunt, non expectato lapſu quatuordecim annorum, prout aliàs fuit deciſum per dictam Regiam Cameram, viſo decreto aliàs lato per eandem Regiam Cameram in perſonam Comitis Palenæ pupilli, vt ſoluat releuium, non obſtante pupillari ætate, de quo decreto pro parte dicti Comitis fuit habitus recurſus ad Illuſtriſſimum Dominum Proregem, & ſua Illuſtriſſima dominatio ordinauit, quòd Sacrum Conſilium ſimul cum Regia Camera inſtitiam faciat, & Sacrum Regium Conſilium concurrendo cum dicta Regia Camera, fuit voti, quòd dictus Comes Palenæ ſoluat releuium, non obſtante pupillari ætate, viſo etiam decreto lato per dictam Regiam Cameram die 15. menſis Maij 1521. & confirmato per eandem Regiam Cameram die 13. menſis Octobris ciuſdem anni in perſonam Ioannis Antonij Gagliardi pupilli, quo fuit prouiſum, dictum Ioannem Antonium pupillum debere ſoluere ſimplex releuium, non obſtante pupillari ætate, viſo etiam alio decreto lato per eandem Regiam Cameram die 26. Aprilis 1530. quo fuit prouiſum, quòd Illuſtr. Princeps Sulmonæ non obſtante pupillari ætate ſoluat ius releuij, & quòd ſoluatur de pecunia redituum, quos habet in Regia Dohana Ciuitatis Neapolis, viſis videndis, & conſideratis conſiderandis, & de omnibus facto verbo per dictam Regiam Cameram, referente Magnifico Domino Franciſco Reuerterio Præſidente Regiæ Cameræ, & Commiſſario prædicto Illuſtriſſimo Domino Vicerege in Regio Collaterali Conſilio, fuit per dictam Regiam Cameram communi voto prouiſum, & decretum, prout præſenti diffinitiuo decreto prouidetur, accedente etiam voto Excellentium Regentium Regiam Cancellariam, quòd pupilli teneantur ſoluere releuium Regiæ Curiæ debitum, non obſtante eorum pupillari ætate eodem tempore, modo, & forma, prout maiores ſoluunt, hoc ſuum, &c.

Et quatènus in *text.* dicitur, releuium eſſe ſoluendum ſuo tempore, circà hoc tempus obſeruatur ius commune feudorum, per quod ſtatutus eſt annus, & dies, vt in *cap. ſancimus, quo tempore miles*, nec de iure Regni circà hoc eſt aliquid innouatum, quia annus, & dies numeratur à die mortis vltimi poſſeſſoris feudi, dummodò tamen is, qui ſuccedit, ſuperuiuat per integrum annum, & diem, aliàs ſi infrà hunc annum, & diem ipſe quoquè moriatur, tunc ille, qui ei ſuccedit, habebit alium annum, & diem, à die, quo deceſſit ille, qui antè ipſum ſucceſſerat, & ſic diuerſum ab illo, qui competebat primo ſucceſſori, vt optimè declarat *Andr.* in *cap. ſancimus, num. 1. verſic. ſed vaſallus, qui debebat hoc petere*, & iterùm poſt *nu. 2.* ibi *ſicut ſucceſſor ſucceſſoris*, & hoc caſu vnicum tantùm debetur releuium, licèt ſint duo vaſalli mortui, vt declarat *Iacob. de Gello in tract. de iur. adhoæ. c. & ſi mortuo, n. 78. ver. quid autem, Frecc. lib. 2. ſubfeud. auth. 3. n. 6. verſ. ponit vnam.*

Et licèt de iure communi feudorum contumax in petendo inueſtituram, & ſoluendo releuium infrà hoc tempus puniatur amiſſione feudi, tamen in hoc Regno noſtro remiſſæ ſunt hæ pœnæ, vt atteſtatur *And.* in *d. cap. ſancimus*, & loco pœnæ ſoluitur duplicatum releuium, *Iacob. de Gello d. tract. de iure adhoæ. n. 71.* cum *ſeqq.* & *Affl.* in *d. c. ſancimus, num. 4. Frecc. de ſubfeud. Baron. lib. 2. auth. 3.*

Ad quam pœnam duplicati releuij euitandam ſufficit, quòd ſucceſſor infrà hoc tempus denunciet mortem prædeceſſoris, petat inueſtituram, & offerat releuium, nec requiritur, quòd cum effectu ſua ſponte ſoluat, ità declarat *Andr.* in *dict. cap. ſancimus, n. 10.*

Quæ omnia vera ſunt, quandò ſucceſſor in feudo ſuccedit titulo hæreditario, ſecùs verò ſi ſuccedat per refutationem, ſeù alium contractum factum in vita, tunc non ſoluitur aliquod releuium, vt expreſsè tradit pro cautela euitandi ſolutionem releuij, *Andr.* in *cap. 1. §. ſed & res, num. 7. verſ. vndè ſemper, per quos fiat inueſt.*

Quod intelligas, niſi feudatarius refutaret omnia bona feudalia, quæ poſſidet, nàm tunc ex tali alienatione omnium bonorum feudalium præſumitur fraus, & animus fraudandi directum dominum ſuo releuio, & non obſtante tali alienatione in vita facta, mortuo refutante tenetur refutatarius ſoluere releuium, ità apertiſſimis verbis tradidit *Andr.* in *dict. §. ſed & res, num. 7. verſ. hoc inſtum eſſet, & num. 10. verſ. ſed quandò omnia donat*, cuius dictum admiſerunt in Regno noſtro *Affl. dict.* in *dict. §. ſed & res, num. 25. verſ. primus, niſi alienatio eſſet facta in fraudem. Capyc.* in *cap. Imperialem, §. præterea ſi quis infeudatus, colum. 23. verſ. & ſi pater refutaret*, *Iacob. de Gello dict. tract. de iure adhoæ. num. 74. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. num. 17. in fin.* & paſſim reliqui omnes, nemine, quem viderim, contradicente, quod eſt maximi momenti, & Fiſcales noſtri temporis benè aduertunt, & procedit, ſiuè transferat feudatarius omnia feuda ſuo immediato ſucceſſori in vita per contractum refutationis, ſiuè per alium contractum alienationis, vt ſunt expreſſa verba *Andr. ibidem* paulò *inferiùs* poſt *num. 7. verſ. verius videtur*, ibi, *vt ſi pater filio vendat, vel alienet non omnia bona feudalia, vt ſuprà dicitur, &c.*

Item hæc vera ſunt, ſi ſucceſſor eſt in poſſeſſione feudi, in quo ſucceſſit, aliàs non tenetur ſoluere releuium, niſi recuperata poſſeſſione, *Affl.* in *§. firmitèr, in fin.* ibi, *ità non tenetur ſoluere releuium. de prohib. feud. alien. per Feder.* pro quo eſt *text. in l. forma, §. ſi cùm ego, ff. de cenſib.*

Sed hoc non impediet directum Dominum, quin exigat releuium à poſſeſſore quocunquè, ſeù quouis detentore, & proindè Perceptor, ſeù Theſaurarius Prouinciæ non excuſabitur, & faciet executionem ſuper fructibus feudi, ſi aliundè non poteſt ſibi ſatisfieri.

Hoc autem releuium an debeatur etiam Baroni pro ſubfeudis, quæ ab eo tenentur? declarat *Andr.* in *Conſtitut. Poſt mortem, colum fin. verſ. ſuſcepto aliquo, & verſ. ſed Baroni*, & in *cap. 1. §. ſimilitèr in oſtenditis, num. 14. verſ. debetur etiam releuium Comiti, de capit. Corrad.* vbi affirmat, quòd ſic, & *ibi Andr.* declarat, quo iure ſit introductum, vndè ſit deriuatum, & in quo conſiſtat, & poſt *Andr.* videas *Loffred.* in *cap. 1. §. ſed et res, colum. 1. & 3. per quos fiat inueſt. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 3.* ſcilicèt de more Regni Siciliæ à releuando, & conſiſtere in medietate fructuum illius anni, *Frecc. num. 28.* dicit ſeruari, ſi non percipiuntur fructus, eſſe medietatem fructuum vnius anni.

Et an debeatur ab eo, qui fuit inueſtitus de feudo viuentis, iuxtà formam *text.* in *cap. moribus, ſi de feud de ſuneſt. fuer. controuerſ.* tempore, quo ei feudum aperitur per mortem poſſeſſoris, diſputat *Affl.* in *cap. 1. §. ſed et res, in fine, per quos fiat inueſtit.* vbi etiam dicit, quòd Rex Robertus ſepiſſimè vtebatur illo *cap.*

Illud

Illud tamen certum est, quòd non præstatur ab
15 emptore, non à muliere, quæ assecuratur, nec pro prima inuestitura, quandò de nouo conceditur, vt *Andr.* explicat in *dict. cap. 1. num. 14. vers. hoc releuium, de capit.* *Corrad.* sed præstatur solùm ab hærede, & successore, quia releuium est quædam præstatio extrinseca à feudo, quæ non inest feudo, & fuit inducta per mortem possessoris, præstanda à successore, vel hærede, *Andr. in cap. 1. §. sed & res, num. 11. per quos fiat inuest.* & imponitur hæredi, idem *Andr. in cap. 1. num. 21. vers. de impositis, de capit.* *Corrad.* vbi amplissimè tractat illam quæstio-
16 nem, an nouus Prælatus successor in Prælatura teneatur soluere releuium pro feudo Ecclesiæ? & concludit, quòd non, nisi ab initio fuerit impositum hoc onus releuij, vt à *num. 15.* vsquè ad *num. 21. vers. quærit ergò glos. quatuor*, quemadmodum certissimum etiam est, quòd hoc releuium debetur tàm pro feudo hæreditario, quàm pro feudo ex pacto, & prouidentia, cum ea tamen distinctione, quia in feudo hæreditario terminus anni, & diei non incipit currere, nisi à die aditæ hæreditatis, sed in feudo ex pacto à die mortis, ità *Frecc. lib. 2. subfeudor. authoritat. 3. num. 10.* & clariùs *lib. 3. in rubric. de different. inter feuda ex pacto, & hæreditar. different. 29.*

§. *Item mandamus Perceptoribus, etc.* Exacta sum-
17 ma duc. 500. à Perceptoribus, statim, aut infrà mensem ad summum transmittatur ad Thesaurariũ generalem. H.D.

Concordat de iure communi cum *textu in l. 1. C. de canon. largit. lib. 10.* & *l. dini*, C. *de suscept.* eodem *lib.*

§. *Item exposuerunt, etc.* Perceptores dictim subscribant apocas de recepto eodem die, quo fiunt solutiones. H.D.

Concordat cum *tex. in l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales debent singulis annis in Regia Camera præsentare computa liquidanda per Rationales infrà annum.*
Pragmatica ista est conformis iuri communi.

CVM Reges antecessores, &c.

1 Officiales præsentent singulis annis computa in Camera, liquidanda per Rationales infrà annum. H. D.

Concordat de iure communi cum *text. in l. 3. C. de exequut. & exact. lib. 12.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Locumtenentis officium alternatim per hebdomadam Præsidentes Regiæ Cameræ exercebunt etiam de iure communi, si Locumtenentis absentia per multos dies erit duratura.*
2 *Dies multi dicuntur, si excedant numerum octo dierũ.*

QVandò contingeret, &c.

Continet hæc pragmatica plura capita, in quibus datur forma, quid sit faciendum à Præsidentibus Regiæ Came-
1 ræ absente Locumtenente. Et quatènus in §. 1. dicitur, quòd si absentia Locumtenentis est per multos dies, & non modico tempore duratura, Præsidentes alternatim per hebdomadam officium Locumtenentis exercebunt, hoc esse de iure communi, fundat *Matienz. lib. 5. recollect. ll. hisp. tit. 3. l. 6. glos. 1.*
2 *n. 2. vers. ex quo inferre*, & multi dies dicuntur, si excedant numerum octo dierum, vt in *§. item mandamus, quòd si aliquandò, infr. eadem pragm.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm. XII.

RERVM SVMMA.

1 *Papa, vel Imperator licèt de iure communi ipsemet cognoscat de causa propria, non sic Iudex inferior, tamen Reges huius Regni etiam in causa propria se submiserunt Iudicibus inferioribus.*
Regi nullo casu licet iudicare per se ipsum, sed tantùm per Iudices à se electos.
2 *Fiscus author laudatus petit remissionem causæ ad Regiam Cameram, etiam de iure communi.*
Sed id intellige cum declaratione, quæ subijcitur.

NEmo est, &c. §. item, vt Regia Camera, &c. nu. 2.

Tribunal Regiæ Cameræ cognoscat de causis Fiscum tangentibus. H.D.

1 Nota, quòd licèt de iure communi Papa, & Imperator ipsimet cognoscant de causa propria, & non possit Iudex interior cognoscere, vt est *text. in cap. cùm venissent, extrà de iud.* & in *l. proximè, ff. de his, quæ in testam. delent.* *Bald.* in *cap. 1. nu. 5. de inuest. in marit. fact.* & alij congesti per *Lodulph. Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 2. num. 64. Iacobin. de feud.* in *verb. Princeps, vers. sed an Princeps, special. 49. Iacobut. de Franch.* in *rubr. qui succes. feud. dar. teneant. num. 33. Gabed. dec. Lusit. 76.* qui hoc dicit verum, quandò litigaret cum subdito, secùs si cum nõ subdito. Tamen Reges huius Regni etiam in causa propria submiserunt se Tribunali Regiæ Cameræ, & sic Iudicibus inferioribus, vt in hac pragmatica, & latiùs in *pragm. 61. et 62. infrà eodem. Andr. in cap. Imperialem, num. 84. de prohib feud. alien. per Feder.* vbi *num. 86. et seqq.* concludit, quòd nullo casu licet Regi iudicare per seipsum, sed tantùm per Iudices à se deputatos, sequitur *Bonad. lib. 3. c. 1. n. 38.*

2 §. *Item cùm de iure, etc.* Fiscus author laudatus petat remissionem causæ ad Regiam Cameram. H. D.

Idem erat dicendum de iure communi, secundùm *glos. in l. 3. C. de iure Fisc. lib. 10.* de qua latè *Couarr. pract. quæst. cap. 8. conclus. 2.* licèt contrarium fuerit decisum per Senat. Pedemon. teste *Thesaur. dec. 213.* & latè disputando plures opiniones retulerit *Capyc. dec. 197.* quod intelligas cum grano salis, nempè quandò Fiscus re vera tenetur de euictione, secùs si non constaret in promptu de interesse Fisci, nàm tunc Aduocatus Fiscalis præiudicaret Fisco, quasi tacitè conferetur fateri, quòd Fiscus teneatur de euictione, suscipiendo onus litis tanquàm

auth or laudatus,& esset aperire viam fraudi, per quam omnes causæ deberent remitti ad Regiam Cameram,ità me patrocinante pro Fisco proximis diebus fuit decisum per Sacrum Consilium, & confirmatum per Collaterale Consilium in causa Monasterij Sanctorum Petri, & Sebastiani cum Marchione Laini. Actuarius est Sarrus,quod apertè statutum est in *pragm*,inserta in *pragm.seq. in vers. & vogliamo,che questa Regia Camera,ibi, nelle quali il Regio Fisco fusse obligato expressè de euictione.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. XIII.

RERVM SVMMA.

1 *Feriæ æstiuæ licèt seruentur in Sacro Consilio, non tamen seruantur in Reg.Camer. quòad causas Fiscales tantùm.*

ET quia audiuimus,&c. vers. Et perche li negotij, &c.

Regia Camerá non obseruet alios dies festos, & ferias,quàm qui obseruantur per S.C. H.D.

1 Ab hac generalitate excipiendæ sunt feriæ æstiuæ,quæ licèt seruentur in S.C.non tamen seruantur in R.C.quòad causas Fiscales tantùm, per *text.in l.publicas, C.de fer.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Prag. XVIII.

RERVM SVMMA.

1 *Rationales debent referre liquidationes releuiorum,& adhoarum.*
Releuij,& adhoæ materia,remissiuè.
2 *Adhoa,vel adhoamentum quid sit, & vndè hoc nomen deriuet.*
3 *... non debetur,nisi promittatur.*
4 *.. Semel constituta non potest diminui,etiam expressè,nisi cum specifica abrogatione legis.*
5 *... taxatur de nouo per Reg.Cur.iuxtà reditus in feudis nouis.*
Adhoæ,siuè seruitij creditor præfertur omnibus alijs habentibus ius super feudo.
Donatiua,quæ in Regno exiguntur iuxtà adhoæ taxã non deducuntur in liquidatione dotis de paragio.

DEclarandum duximus,&c.

1 Rationales referant liquidationes releuiorum,& adhoarum ex informationibus ipsis committendis, & æqualitèr distribuendis cum assignatione certæ diei. H.D.

De releuio nonnulla diximus in *pragm.1. §.item volumus,& mandamus,suprà eodem.* De adhoa verò latè agit *Iacob de Gello* in suo *tract. de iure adhoæ Frecc.lib.2.subfeud.auth.§.*

Ego tamen non grauabor breuitèr annotare,
2 quòd adhoa,siuè adhoamentum esse seruitium,quod præstatur à feudatario directo Domino feudi in pecunia,& deriuatum est hoc nomen ab eo,quod multi Feudatarij, seù hæredes vnius adunant se tot, quot faciunt vnum militem,& propterea aliàs dicitur adhoamentum,vt docet *Andr.in cap.1.nu.9.vers. isti multi hæredes,de controu.feud. apud Par. tom.* & *in cap.1.§.similitèr in ostenditijs,nu.13. vers. in Regno Siciliæ,de capit.Corrad.*

Quod quidèm seruitium non inest contractui feu-
3 dali,sed est extrà illum, & ideò non debetur, nisi promittatur, *Andr.in cap.1. §. huius autem generis,* & signanter *num.9.in fin. ex quibus caus.feud.amitt.*
4 & semel constitutum non potest diminui, etiam expressè,nisi specifica abrogatione legis, *Andr. in cap.1.num.18.vers.hæc intelligenda sunt,de Capit.qui cur.vendid.*& hoc seruitium,siuè adhoamentum,ieù
5 adhoa taxatur de nouo per Regiam Curiam, iuxtà reditus in feudis nouis,*Andr.in l.Imperialem, §.firmitèr,num.30,vers.videtur,*quod quidèm seruitium quæ priuilegia habeat, explicat *Castill. dec.215. volum.3.*vt creditor ex causa dicti seruitij præferatur omnibus alijs personis habentibus ius super feudo pro quouis onere ipsius feudi, putà dotis de paragio,vitæ militiæ,restitutionis dotis,& similium.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. XXX.

RERVM SVMMA.

1 *Thesaurarius,& Perceptores debent exhibere in Reg. Cam.computa cum cautelis.*
Quæ si non fuerint liquidata per Regiam Cameram infrà triginta annos,post hoc tempus habentur pro liquidatis.

ET vt facilius, &c.

1 Thesaurarius, & Perceptores computa cum cautelis exhibeant in Regia Camera. H.D.

Aduerte,quòd si hæc computa non fuerint liquidata per Reg.Cam.infrà triginta annos, post hoc tempus habentur pro liquidatis,iuxtà posita, vt per *glo.in l.2.C.de iur.Fisc.lib.10.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. XXXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Significatoriarum, tàm quòad Ministros Regiæ Curiæ,quàm quòad Administratores Vniuersitatum, illarumq; exequutionem de iure communi materia, remissiuè.*

SEreniſſimus, &c. §.Ferdinandus Dei,&c.nu.2.

Significatoriæ Regiæ Cameræ exequantur, non obstante reclamatione,H.D.

1 Materiam harum significatoriarum tàm circà Ministros Regiæ Cameræ, quàm circà Administratores Vniuersitatum, habes de iure communi declaratam à *Bart.*& alijs in *l.2.C.de iur.Fisc.lib.10.* & pro subsistenda hac illarum exequutione etiam de iure communi,vide *Castr.in l.si cui libertas, in fin. ff. de condit & demonstr.*

De

De Officio Procuratoris Cæſaris, &c. Pragm. XXXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Significatoriæ elapſis temporibus in ſolutione introituum Arrendatorum ſtatutis expediantur etiam, contrà Caratarios, quantùmuis in beneficium Curiæ non obligatos.*

2 . . . *expediuntur ſic ſummariè contrà omnes debitores ipſorum Arrendatorum, vel aliorum debitorum Fiſci, ſi non dubitatur, an ſint debitores, quòd ſi dubitatur, proceditur ordinariè, non ſummariè contrà eos.*

SEreniſsimus, &c. §. Et ſimiliter volumus, &c. nu. 7.

1 Elapſis temporibus ſtatutis in ſolutione introituum Arrendatorum expediantur ſtatim ſignificatoriæ contrà Arrendatores, & eorum Fideiuſſores. H.D.

Ampliat, vt ſignificatoriæ expediantur etiam contrà Caratarios, quantùmuis in beneficium Curiæ non obligatos, ex notabili doctrina *Angel. in l.1. ff.* 1 *de loc.publ.fruend.* & etiam tales ſignificatoriæ expediuntur ſic ſummariè contrà omnes alios debitores ipſorum Arrendarorum, ſeù aliorum quorumcunquè debitorum Fiſci, quandò non dubitatur, illos eſſe debitores, ſed quandò dubitatur, an ſint debitores Arrendatorum, & aliorum Fiſci debitorum, tunc eſt procedendum ordinariè, non autem ſummariè contrà illos, *Bart. in l. facultas*, C. *de iur. fiſc. lib.* 10. & in *l.1.* C. *de comun. Fiſc. debitoribus*, cod. *libro.*

De Officio Procuratoris Cæſaris, &c. Pragm. XXXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Sententiæ Reg. Cam. Summar mandantur exequutioni, non obſtante appellatione, & in eis obſeruatur id, quod obſeruat S.C.*

2 *Sententia Regiæ Cameræ prolata ſuper declaratione rei feudalis, vel burgenſaticæ, à qua fuit reclamatum, an poſſit Sac. Conſil. procedere ad vlteriora in cauſa principali, non obſtante dicta reclamatione, & num. 29.*

SEreniſsimus, &c. §. Et ſimiliter diffinitiuæ ſententiæ, &c. num. 10.

Sententiæ Regiæ Cameræ, ſi ab eis fuerit appellatum, aut reclamatum, poſtquàm fuerint exequutioni demandatæ, remittentur per eoſdem Iudices Reg. Cam. & non per aliud Tribunal. H.D.

Ex hoc igitur *text.* reſultat, quòd appellatio, ſeù 1 ſupplicatio à ſententijs Regiæ Cameræ non impedit illarum exequutionem, & propterea ſententiæ per eam latæ non obſtante appellatione, ſeù reclamatione mandantur exequutioni, præſtita cautione de reſtituendo in caſu retractationis illarum, proùt 2 obſeruatur in ſententijs S.C. Fuit tamen quandoq; dubitatum, an hoc priuilegium procedat, nõ ſolùm reſpectu illarum ſententiarum, quæ continent condemnationem in quantitate, vel ad relaxandum, aut alia huius generis, verùm etiam reſpectu illarum, quæ continerent declarationem alicuius qualitatis, vtputà ſi in cauſis vertentibus in S.C. contingit dubitari, ſi aliqua res immobilis deducta in iudicio ſit feudalis, vel burgenſatica, talis declaratio remittitur ad Regiam Cameram, qua declaratione facta, iterùm reaſſumit cauſam S.C. procedendo ad vlteriora, nec poteſt recedere à declaratione facta per Regiam Cameram. Accidit modò, quòd compilato proceſſu in Regia Camera ſuper declaratione facienda qualitatis prædictæ fertur ſententia, per quã res illa declaratur feudalis, vel burgenſatica, & ab hac ſententia vna ex Partibus reclamauit, dubitatum fuit, an pendente reclamatione prædicta in Regia Camera, poterit Sacr. Conſil. procedere ad vlteriora in cauſa principali ad inſtantiam eius, qui obtinuit declarationem illius qualitatis? Hæc quæſtio fuit diſputata in Sacro Conſilio inter Illuſtriſsimum Cardinalem Aldobrandinum Commendatarium Commendæ S. Mariæ de Ferraria, & Illuſtr. Duciſſam Andriæ ſuper relaxatione territorij Torcini, de cuius qualitate dubitabatur, & per Regiam Cameram, ad quam articulus circà qualitatem feudalem fuit remiſſus, per Sacrum Conſilium fuit declaratũ feudale, à qua declaratione reclamauit Duciſſa Andriæ, & Ego, qui tunc eius partes tuebar, defendebam prętenſionem, quòd pendente tali reclamatione in Regia Camera non poterat Sacr. Conſil. procedere ad vlteriora in cauſa principali, proùt conatus fui hanc meam prætenſionem fundare per deducta in Allegationibus, quas hìc imprimendas duxi, licèt duabus vicibus fuerit deciſum contrarium, prima in vna Aula; ſecunda verò junctis Conſiliarijs duarum Aularum, cuius deciſionis meminit *Reg. Tap. lib. 2. Iur. Reg. fol.* 216. ſed in alia cauſa, quæ vertebatur in Sacr. Conſil. inter M.A. de Tuſo Baronem Tufi, & Marchionem Montiſalconis, ac Baronem Terrę Pratę ſuper Territorio dicto, *Iſchia villana*, quod controuertebatur, an eſſet feudale, vel burgenſaticum, & propterea articulus fuit remiſſus ad R.C. fuit iudicatum ſecundùm has meas Allegationes, nàm lato decreto per R.C. ſub die 6. Iunij 1601. per quod fuit declaratum feudale, interpoſita reclamatione, licèt per decretum R.C. ſub die 20. eiuſdem fuiſſet prouiſum, quòd exequuto decreto procedatur in cauſa reclamationis, tamen tranſmiſſis actis ad S.C. fuit interpoſitum decretum ſub die 9. Decembris 1602. quòd expectetur exitus cauſæ reclamationis, quæ adhùc pendet in R.C. Actuarius eſt Anellus Galerius.

RERVM SVMMA.

3 *Sententia à qua non licet appellare, ſed ſupplicare tantùm, vt eſt ſentẽtia Reg. Cam. anſi ſit vnica, & prolata in prima inſtantia, imponat finem liti, contrariæ deciſiones commemorantur, & nu. 6.*

4 *Supplicatio à ſententia admiſſa eſt per viam gratiæ, quæ nullo modo infringit ſententiam, ſed tantùm ex benignitate Principis admittit ſententiæ reuiſionem, & num. 12. vbi ſupplicationis definitio traditur, & n. 15.*

5 *Cauſa per ſupplicationem, vel reclamationem an reducatur ad ſtatum, in quo erat tempore litis conteſtatæ, & nu. 17. 19.*

7 *Lis dicitur tolli, finiri, & extingui per ſententiam, ſeù rem iudicatam, & ſic non ſufficit quælibet ſentẽtia, niſi quæ tranſiuit in rem iudicatam.*

Quousquè pendere dicatur.

8 Bald.*doctrina* in auth.quæ supplicatio,num.2.*declaratur,& n.*10.

9 *Attentatorum in materia lis quarè pendere non dicatur per supplicationem.*

11 *Appellatio, & supplicatio in omnibus à pari procedunt,nisi in quibus apparet statutum contrarium, & nu.*18.

Fœdus Lancell.*lapsus.*

Proximus est Afflict.*error.*

13 *Appellatio quibus in causis prohibeatur, & in quibus supplicatio,& quandò dicatur gratia.*

14 *Condemnatis per sententiam S.C. conceditur facultas petendi reuisionem per supplicationem, qua admissa computatur de nouo processus per dationem termini ad non posita ponendum.quod secus est,quandò conceditur ex gratia reuisio sententiæ ipsius Principis.*

16 *Appellatur potiùs,quam supplicatur à sententijs Reg. Camer Summar.licèt sint priuilegiatæ,sicut sententiæ S.C.*

20 *Verbum, est,denotat rei veritatem,de qua agitur.*

ALLEGATIONES.

DVM in causa Cardinalis Aldobrandini cum Ducissa Andriæ illam cōclusionem firmari pro Ducissa, scilicèt per sententiam Regiæ Cameræ in prima instantia latam super qualitate feudali territorij Torcini, stante reclamatione ab ea interposita, & commissa, non esse finitam controuersiam super dicta feudali qualitate,ex quo per vnicam sententiam quantùmuis priuilegiatam, & habentem executionem paratam,non potest dici, finem recepisse litem,seù controuersiam,nisi sit in secunda instantia confirmata, cum impositione perpetui silentij, vel fecerit transitum in rem iudicatam,& per reclamationem interpositam causa sit reducta ad terminos litis contestatæ.Pars visis meis Allegationibus duobus medijs aduersùs mea assumpta insurrexit. Primò,negando, quòd per vnicam sententiam lis non
3 dicatur finita, immò expressè asseuerando, quòd sententia eius qualitatis est,à qua non liceat appellare,sed supplicare tantùm,proùt,ait, esse sententiā Regiæ Cameræ,etiam vnicam, & prima lata in prima instantia,imponit finem liti,ex doctrina *Bald. in auth.quæ supplicatio,num.*2.C.*de precib. Imper.offer.* quam extollit *Lancell.de attent.c.*4.*in præfat.nu.*253.
4 Subdens vlteriùs,quòd licèt ab ea admittatur supplicatio tantùm,hoc est per viam Gratiæ, quæ nullo modo infringit sententiam, sed tantùm ex benignitate Principis admittit sententiæ reuisionem, *Affl. dec.*341. Secundò, falsum esse prorsus, autumando
5 meum assumptum,quòd per supplicationem, & reclamationem causa reducatur ad statum, in quo erat tempore litis contestatæ, & quòd *Regens Lanarius in consil.*64.*num.*25. quem pro hac mea opinione citaui,id nequaquàm affirmet. Onus igitur meum est defendere causam meam, nedùm Clientis,quod incontinenti factum apparebit, si confutabo,vt spero,hæc duo media Partis aduersæ, quibus ipsa innititur.

6 Primum igitur assumptum meum, quòd lis non dicatur finita,nisi per sententiam, quæ habeat vim rei iudicatæ,non video, quomodò confutari possit per primum medium Aduersarij, cùm pro meo assumpto firmissimè stent,nedùm iura, & authoritates per me adductæ in primis Allegationibus, sed modò accedit *Lancell.de attent.*in eodem *loco* à parte citato,nempè de *attentat.lite pendente cap.*4.*num.*250.*in præfat.*vbi tradit pro regula, quòd lis dicitur
7 tolli,hiiti,& extingui per sententiam, seù rem iudicatam,& multos adducit,& quòd non sufficiat quælibet sententia, nisi quæ transierit in rem iudicatam, declarat ipsemet *Lancellott. ibidem,num.*277. immò post sententiam transactam in rem iudicatam adhùc dicitur lis pendere,donec fuerit exequutio-
8 ni demandata,*Gomez.dec.*14. post *dec. Coccin.* Nec obstat huic assumpto doctrina *Bald.in auth.quæ supplicatio,num.*2.nàm illa doctrina non procedit sic indefinitè,vt Pars præsupponit, sed respectu attentatorum tantùm, vt scilicèt dùm proceditur ad exequutionem sententiæ ad instantiam Actoris,non dicatur Actor attentare,& innouare,ità vt exequutio tanquam attentatum,& innouatum debeat in pristinum restitui, sed tata manet illa exequutio, & propter supplicationem à sententia interpositam non dicitur lis pendere ad finem retardandi exequutionē,ità expresse dignoscitur ex eadem theorica *Bald.*in verbis *ibi* subsequentibus,dùm assignat rationem differentię inter supplicationem,& appellationem,& apertiùs patet ex *Lancell.*in dict.*n.*253. vbi adducit hanc *Bald.*doctrinam, non ad alium finem,nisi ad euitandum vitium attentati,proùt constat,tam ex materia,quam tractat, quàm etiam ex verbis apertis paulò superiùs ab ipso expressis, & propriè *num.*250.*in fin.*vbi *quòd ad hoc vt lis desinat pendere,ad effectum vt possit innouari, requiritur sen-*
9 *tentia,*Est igitur vera doctrina *Bald.* in materia attentatorum,vt per supplicationem lis non dicatur pendere,non quòd lis verè non pendeat, sed quia sententia est priuilegiata, & habet exequutionem paratam,& dùm exequutio fit legis authoritate, non habet locum remedium attentatorum, & nè videar sine authoritate Doctoris hanc distinctionem adhibere,videatur,quæso,*Io.Ferrar.* post hæc scripta repertus in *tract.de appellat.lib.*4 *cap.*1. *num.*258. vbi punctualitèr tradit, etiam in hoc supplicationem æquiparari appellationi, vt etiam supplicatio pendere faciat sententiam, & illam in suspenso teneat, quia potest retractari, licèt interim exequatur, ex cuius doctrina procùldubio patet, cessare theoricam *Bald.*in cōtrarium allatam,& esse verum meum assumptum,quòd per supplicationem adhùc dicatur lis pēdere,prout per appellationem, & idipsum, quòd etiam sententia Principis suspendatur per supplicationem,quemadmodùm quelibet sententia per appellationem,tradidit specificè *Abb.in cap.pastoralis,§.verùm,num.*8.*extrà de appell. & Præpos. ibidem,num.*11.& licut sententia pendente appellatione non potest dici res iudicata, ità queq, pendēte supplicatione,*Sola in decret.Sabaud.nona* 2.*tom.*
10 *tit.*2.*glos.*2.*num.*16.*in fin. &* 17. Hinc est, quòd *Bald.ibi* non sine mysterio vtitur illa dictione, *propriè*,quasi dicat,non per omnia dicitur lis pendere per supplicationem,quemadmodùm per appellationem,quia pendente supplicatione exequitur, secus autem pendente appellatione. At in casu nostro,vbi non disputatur de exequutione sententiæ; sed tantùm consideratur qualitas feudalis, quæ donec est dubius litis euentus,non potest esse certa, sed semper est dubia,siuè lis sit in prima instantia,siuè in secunda,vtiq; non potest dici, quòd lis non dicatur pendere per supplicationem,quemadmodùm & per appellationem,cùm hoc non reperiatur à iure sta-
11 tutum.& vt infrà fundabo,appellatio, & supplicatio in omnibus à pari procedunt, nisi in casibus, in quibus apparet statutum contrarium, & dùm

Lan-

Lancellot.ibidem ait,quòd ſententiæ Præfecti prætorio,quia ab eis non appellatur, dicuntur tranſire in rem iudicatã,hoc dicit ex mero capite ſuo, & ęquinocat in terminis ſatis notorijs.

12 Id autem, quod ſubdit Pars in ſupplicatione, quòd ſit Gratia,& concedatur ex Principis benignitate,non eſt relinquendum ſine animaduerſione, nàm licèt habeat pro ſe authoritatem *Affl.in d.dec.* 341.tamen *Afflict.*deceptus fuit,(pace tanti patris, id dixerim)authoritate *Abb. in cap. ex literis,nu.6. de in integr.reſt.*qui volens definire ſupplicationem, ait,quòd ſupplicatio eſt quædam precum porrectio facta Principi, per quam ex quadam benignitate Superior reſtituit Supplicantem aduersùs ſententiam,ſed *Abbas* in hac ſua definitione eſt communitèr à *Doctoribus* reprobatus,qui dicunt,quòd hæc definitio non congruit ſupplicationi, ſed reſtitutioni in integrum,proùt animaduertunt *Petr. Rebuff. in Conſt.Gall.tom.1.tit.de ſupplic.ſeù error.propoſ.n.9. & Didac.Perez in lib.2.ordin.Regn.Caſtell.tit.3.l.25. in verſ.ſaluo ſupplic.circà princ.Azeued.lib.4.recompil.leg Hiſpan.tit.19.in rubr.n.1.*

13 Et propterea eſt repetenda illa diſtinctio, quam ab antiquis Practicis didicimus, quòd ſcilicèt appellatio quandòque prohibetur ratione cauſæ, vt quia ſit cognita,& iudicata ab ipſomet Principe, ſeù ab eius Delegato,cum clauſula, *appellatione remota*,quandòque verò eſt prohibita ratione excellentiæ Iudicis,ſeù Tribunalis, à quo eſt interpoſita,proùt Præfectus prętorio,& eius officiũ. Primo caſu,quia prohibita appellatione nõ eſt prohibita ſupplicatio,ſed admittere ſupplicationẽ,depẽdet ex meta gratia Principis,vt declarat *Marãt.*in ſua *pract. p.6.* in *verſ. & quãdòq; appellatur*, *n.*mihi 13.*& ſeq. Gramm. dec.*35. fateor, quòd ſupplicatio dicitur Gratia.Secundo verò caſu,quandò appellatio prohibetur propter excellentiam Iudicis,ſeù Tribunalis,tunc nullo modo poteſt dici Gratia, ſed eſt merum ius commune,quod nulli denegari poteſt, introductum,non per *auth quæ ſupplicatio*, vt aliqui putabant,ſed per *legem vnicam*, *C. de ſentent. Præfect.prator.*licèt *d.auth.quæ ſupplicatio*, & vndè ſumitur,introduxerit, vt ſi fuerit reclamatum intrà decem dies,ex equatur ſententia,præſtita cautione, poſt verò decem dies,etiam ſine cautione, & ideò ſequitur,quòd ſupplicatio in hoc caſu nedùm non eſt Gratia,ſed eſt remedium merè ordinarium, proùt eſt appellatio.

Quòd ſi hæc animaduerſio aliquam difficultatem pati poſſet de iure communi,quam nõ,hercle, video, vtiq;de iure Regni non poteſt in dubium re-
14 fricari per *pragmaticam* 5.*de officio S.C.*vbi expreſsè conceditur omnibus condemnatis per ſentẽtiam S.C.facultas ſemper petendi,& impetrandi literas reuiſionis per ſupplicationem,& proceſſum reuideri faciendi cum effectu poſt ſententiam exequutam, & hoc adeò verum eſt,quòd commiſſa ſupplicatione nõ proceditur ad ſimplicem reuiſionem allegati erroris in cauſa reclamationis ex eiſdem actis,proùt fieri in Gallia teſtatur *Rebuff.vbi ſuprà*, *num.*80. ex quo ibi hoc remedium eſt ex mera Gratia,vt *ipſemet* ait *ibid.art.1.gloſ.12.ſuper text.* & proùt fit in hoc Regno,quandò ex Gratia conceditur reuiſio ſentẽtiæ ipſius Principis,vt per *Gramm. d. dec.*35. propè *fin.*ſed compilatur proceſſus de nouo per dationem termini ad non poſita ponendum cum cæteris omnibus actis ordinatorijs,proùt ſeruatur in cauſa meræ appellationis,adeò vt etiam in curſu fatalium obſeruentur tempora ipſius appellationis, vt in *pragm.*54.*de offic.S.C.*quæ non fuit noui iuris inductiua,ſed potiùs veteris declaratiua, vt voluit in indiuiduu *gloſ.fin.in final.verb.in d.l.vnic.C. de ſenten. Præfect.prator.*per *text.*rotundum in *l.fin. §.pen.* C. *de temp.& reparat.*& fundat *Gramm.dec.*13.à qua deciſione emanauit dictum decretũ in forma pragmaticæ, alios citat *Lancellott.de attent. c.19.nu.25.*

15 Adeò quòd ſaltem de iure Regni huiuſmodi ſupplicatio non ampliùs Gratia dici poteſt, ſed ius commune,vt in proprijs terminis contrà *Afflict.* docet *Azeued.lib.4.recompil.leg Hiſpan.tit.20. in rubrica*, & eſt remedium,quod denegari non poteſt,vt in indiuiduo firmat *Auendan.in tract.de ſecunda ſupplicatione,nu.2.*

Id,quod multò magis admittendum eſt in caſu noſtro,qui verſatur,non in reclamatione pendente in Tribunali S.C.ſed in Tribunali Reg.Cam. cuius ſententiæ licèt ſint priuilegiatæ ad inſtar ſententiarum S.C.quòad exequutionem paratam, & quòad reuiſionem faciendam per eoſdem Iudices in cauſa reclamationis,vt per *pragm.*57. §. *& ſimiliter*, *de ſententijs*,iuncto §.*& ſimiliter de diffinitiuis ſenten-*
16 *tijs*,ſub *tit.de offic.Procuratoris Cæſaris*, tamen ab illis ſententijs potiùs appellatur,quàm ſupplicatur, & reuiſio petita dicitur potiùs appellatio, quàm ſupplicatio,vt patet in *d.§.& ſimiliter de diffinitiuis*, ibi,*appellari,aut ſupplicari*,& iterùm ibi, *appellatio, aut ſupplicatio*,quod actu practico confirmatur.nàm reclamatio,quæ interponitur à ſententijs S.C.eſt verè ſupplicatio,nàm ad finem obtinendi Commiſſarium,& procedendi ad vlteriora in cauſa reclamationis,neceſſe eſt,vt porrigatur ſupplicatio in forma ſupplicationis,quæ dirigitur ipſi R.Maieſtati, & ſub nomine Regiæ dignitatis, quod ſecus eſt in reclamationibus Reg.Cam. quæ non interponuntur, niſi in forma ſimplicis comparitionis, & pro obtinenda commiſſione,aut ſufficit eadem comparitio, aut ad ſummum præſentatur ſupplex libellus, qui non dirigitur Regiæ Maieſtati,neq; concipitur ſub nomine Regiæ dignitatis, ſed dirigitur circumſpecto Locumtenenti Regiæ Cameræ, & proindè non poteſt dici ſupplicatio. Et hæc ſufficiant pro confutandis his,quæ adducuntur contrà meum primum aſſumptum.

17 Quòd verò ad ſecundum,fundatum in *cõſ.Reg.Lanar.*64.*n.*25. & à Parte omninò negatum,hæc Partis negatio non erit mihi laborioſa,dùm veritas dignoſci vnico nictu oculi poterit,ex quo illa *Conſilia* facilè apud omnes haberi poſſunt, ſed quandò *Lanar.* id nunquàm dixiſſet,deficient fortaſsè authoritates grauiſſimorum Doctorum,id aſſeuerantium? certè non,tàm ex recentioribus, quàm ex ſenioribus; videantur ergò infraſcripti *Doctores in cap. ex literis, extrà de in integr.reſt.* videlicèt *Hoſtienſ. num.*5. *Ioa. Andr.num.*14.*Zabar.colum.*3. *verſ.ſecundò quæro*, *Butr.num.*25.*in fi.& Abb.num.6.*qui omnes vno ore affirmant,quòd ſupplicatio æquipollet appellationi,ſequitur *Didac.Perez lib.2.ordin. Caſtell. tit.4.lib. 8.in gloſ.dentro en otros veinte dias,col.3. verſ.præterea appellatio f.*394.

Et ex noſtris Regnicolis *Andr.* omnium magiſter in *l.Imperialem*,poſt *num.*81.*verſ.ſed pono*, *de probib.feud.alien.per Feder.*ſcriptum reliquit, quòd ſupplicatio eſt loco appellationis, & paribus paſſibus ambulant,cui ſubſcripſit ſe *Affl.Fl.in prælud. ad Conſt.Regn.q.*10.*n.6.*

18 Immo *Afflict.*progrediẽdo vlteriùs ſubdit, quòd in omnibus appellatio,& ſupplicatio à pari procedunt,præterquàm in caſibus,in quibus expreſsè cõtrarium

trarium reperitur à iure ſtatutum, cuius dictum ad literam ſequitur *Rebuff.in Conſtit.Gall.tom.1.in tit. de ſupplicat.& error.propoſ.num.*89.& iterùm *num.* 95.*Sola ad decret.nou.Sabaud.to.2.tit.2.gloſ.2.nu.*14. Caſus autem hi ſunt octo tantùm, recollecti per *Marant.*in ſuo *ſpec. part.6.verſ.& quandòq; appellatur, num.*15. *& ſeq.* inter quos non eſt caſus noſter. Addo *Marium Giurb.deciſ.Sicil.*20*num.*10. *& ſeqq.*

Si ergò verum eſt,quòd ſupplicatio,& appellatio in omnibus à pari procedunt, præterquam in caſibus à iure expreſſis,quomodò dubitari poterit,quin per ſupplicationem reducatur cauſa ad terminos litis conteſtatæ, proùt per appellationem, dùm in hoc non apparet contrarium ſtatutum in ſupplicatione,quam in appellatione? certè nullo modo;ergò veriſſima eſt *Lanarij* propoſitio,& circumſcripta illius authoritate ſatis,ſuperq; de per ſe patet ex ſupradictis.Quòd autem per appellationem res reducatur ad terminos litis conteſtatæ, aſſerit *Carol.de Graſſ.eff.cler.*1.*num.*1247. recipit tamen aliquas declarationes ex *Ang.in §. fin. in auth.in medit. facr. inſſ.non fieri,Dec.in cap.quoniam,num* 9. ſecundùm veterem impreſſionem, & *num.*38. ſecundùm Romanam nouiſsimam,*extrà de cõſtit.Cephal.conſ.*661. *num.*5.*& ſeq.vol.*1.

19 Sed non eundo per mẽdicata ſuffragia, quòd per ſupplicationem,ſiuè reclamationem interpoſitam à ſententia Sacr.Conſil.ſit reducta cauſa ad terminos litis conteſtatæ, proùt per appellationem meram, & proindè liceat Partibus vti omnibus illis remedijs,quibus vti poterant antè latam ſententiam,fuit in indiuiduo deciſum per Sacr.Conſil. teſte *Capyc. deciſ.*28.vbi lata ſententia in prima inſtantia contrà illum, qui intentauit poſſeſſorium,eò, quòd paſſus fuit,vt Aduerſarius deduxerit,& probauerit cõcernentia petitorium, fuit dubitatum in cauſa reclamationis, an potuiſſet idemmet, qui intentauit poſſeſſorium, ſuſpendere petitorium, deductum ab Aduerſario,ità in cauſa reclamationis,quemadmodùm potuiſſet in cauſa appellationis, iuxtà *text.in elem.vnic.de cauſ.poſſeſſ.& propr.*& poſt multa hinc indè adducta, & ſignanter, quòd appellatio,& ſupplicatio pari paſſu ambulant,niſi in caſibus expreſſæ differentiæ, vt *num.*11. tandèm atteſtatur.fuiſſe deciſum per omnes de Conſilio,quòd ſuſpenſio petitorij haberet locũ;ergò non poteſt dubitari,quòd ſupplicatio operetur eundem effectum, quem producit appellatio circà reductionem cauſæ ad ſtatũ litis conteſtatæ.

Et ſic confutatis omnibus contrarijs Partis aduerſæ remanet firmum vtrumq; aſſumptum meatũ primarum Allegationum.

Ad quarum confirmationem nouiſsimè illud in conſiderationem deducere libet, quòd S.C. dùm remiſit hunc articulum qualitatis feudalis ad Reg. Cam.vſus fuit illis verbis,videlicèt, *ſi territorium in actis deductum eſt feudale,nec nè*,& Ego pondero il-
20 lud verbum ſubſtantiuum, *eſt*, quod denotat veritatem rei, de qua agitur, *Bald.in l.quæ fortuitis, col.* mihi 3.*in fin num.*28.*verſ.alij dicunt,C.de pignor.act.* præſertim quando principaliter profertur, & regit totam orationem,vt in caſu meo,*Rip.in rubr.ff.ſolut. matrim. num.*71. quæ quidèm veritas nullo modo poteſt emergere ex ea ſententia, de qua diſputatur in cauſa reclamationis, ſed debet eſſe ſententia indubitata,quæ nullo remedio attentari poſsit, prout in ſpecie declarat *Iureconſultus in l.elegantèr, in princ.verſ. tunc enim,ff. de condit.indeb.* Ergò circà veritatem indubitatam huius qualitatis feudalis non eſt ſatisfactum menti S.C. per primam ſententiam Reg.Cam.dùm ab ea pendet reclamatio,cuius euentus dubius eſt,& poſsibile eſt,quòd retractetur illa prima ſententia,prout multotiès vſu venire ſolet. Conferunt ad hoc tradita per *Chriſtoph.de Paz de Tenuta,cap.*4.*num.*8.

Scipio Rouitus.

RERVM SVMMA.

21 *Sententia declaratoria trahit exequutionem poſt ſe, & propterèà per appellationem non impeditur eius exequutio, iuxtà regulam* text.in cap.paſtoralis, §.verùm,extrà de appellationibus.

22 Tex.in cap.paſtoralis,§.verùm,extrà de appellationibus,*qui loquitur de excommunicatione multis limitatur modis,& num.ſeqq.vbi traduntur veri,& germani intellectus ad illum* tex.

25 *Sententia declaratoria ſuper ſtatu rei, vel perſonæ licèt trahat ſecum exequutionem, non tamen habet effectum, cùm appellatione pendente eius effectus remaneat ſuſpenſus,& impeditus.*

27 *Excommunicatus appellatione pendente, ſi interſit diuinis in Eccleſia,quam poſſidet,non debet eiici,& Canonici ſine culpa poſſunt ſecum celebrare,nec poteſt cogi interim ad ſatisfactionem, neq; ei eſt conſulendum in pœnitentia,vt ſatisfaciat.*

28 *Excommunicatus appellatione pendente an priuetur fructibus ſui beneficij.*

30 *Denunciatio excommunicati appellatione pendente impeditur,quando per eam denunciatus magis ligatur,quàm ſit ligatus antè denunciationem.*

31 *Incendiarij ipſo facto excommunicati poſſunt abſolui ab Ordinario, quod fallit, ſi fuerint publicati vti excommunicati.*

ALIAE ALLEGATIONES.

POſt alias Allegationes porrectas pro Duciſſa Andriæ contrà Illuſtriſſimum Cardinalem Aldobrãdinum ſuper illo articulo, an pendente reclamatione interpoſita per Duciſſam à ſententia Regiæ Cameræ,quæ declarauit,Caſtrum Torcini dirutum eſſe feudale, poſsit interim determinari cauſa principalis,quæ vertitur in S.C.inter eaſdem Partes ſuper relaxatione dicti Caſtri ob defectum aſſenſus Regij in conceſſione prædicti Caſtri facta per Eccleſiam, fuit doctiſsimè motiuatum, quòd eſtò millies, quòd controuerſia ſuper qualitate feudali non ſit finita per illam primam ſentẽtiam Reg.Cam. immò quòd ea dicatur adhùc pendere,non minus reclamatione pendente, quàm ſi eſſemus in proprijs terminis appellationis pendentis,adhùc ſupereſt non modica
21 difficultas, quia ſumus in ſententia declaratoria, quæ trahit exequutionem poſt ſe, & propterèà per appellationem non impeditur eius exequutio, iuxtà terminos regulæ *tex.in cap. paſtoralis, §. verùm, extrà de appell.*vbi eſt expreſsè ſtatutum, quòd licèt à ſententia excommunicationis lata per Iudicem ſit appellatum, interim non obſtante appellatione poterit excommunicatus denunciari,vt euitetur à populo, immò ſubtrahuntur eidem fructus,& prouentus ſui beneficij.

Sed hæc doctiſsima conſideratio, hùcuſq; à neutra Parte conſiderata, & applicata, ſpero, quòd in tuto collocabit deciſionem articuli pro Duciſſa, ſiquidèm

22 Primò, *text.in d.§.verùm* non procedit in ſententia declaratoria,ſed in ea ſententia,quæ de per ſe,& principaliter diſponit, nempè in ſententia, quæ aliquem

quem excommunicat facto hominis, non autem in ea sententia, quæ declarat aliquem excommunicatum ministerio legis, & propterea si à tali sententia declaratoria fuerit appellatum, impeditur interim exequutio, etiam vt non possit denunciari, vt euiteretur, ità in individuo tradidit *Lap. in clem.1.num.4. in fin.de seq. poss.* quem sequitur per eadem formalia verba *Zabarel.* in eadem *clem.1.§.si quis autem,q.11.* addens rationem differentiæ inter vnum, & alium casum, quia scilicèt quandò Iudex ipse, & sic homo excommunicat, tunc cõstat de excommunicatione, quæ ligat, siuè iusta, siuè iniusta, nec suspenditur per appellationem, secùs quandò declarat tãtùm, quem incurrisse in excommunicationem, quia talis sentẽtia potest esse non vera, & interim dùm est dubium, non debet vitari, & subdit, quòd dictum hoc *Lapi* est singulare, & vtile in praxi, sequitur etiam *Bonifac.* in eadem *clem. §. si quis autem,num.12.* & hanc declarationem passim receperunt cæteri omnes, qui secuti sunt, videlicèt

Imol. in cad. *clem.1 in fin.num.24.*

Barbat. ibid. num.10.

Felin. in cap. Rodulphus, col.pen. num.43. vers. operabitur, extrà de rescript.

Gemin. in cap.is, cui, §. fin.num.4. de sentent. excomm. in sexto.

Et in ipsomet §. *verùm* admiserunt *Anton. de Butr.num.6. Philipp. Franc.num.27. q.6. Trapos.num.29. in 4. limit.*

Dec. in cap. peruenit, lo primo, col.2. vers. dicet enim, num. mihi *12. de appell.*

Aufr. ad Capell. Tholos. decis.299. limit.4.

His accedunt iuris Coriphæi, scilicèt

Mart. Azpilcuet. in can. cùm contingat, cauf.15. nu. 1.2. & 4. vers. quintò facit, extrà de rescript. vbi hoc dictum extollit vsq; ad sydera, inquiens, quòd nemo recentiorum illud animaduertit, & *Couarr. in cap. alma mater, part.1. §.10. num.4. vers. & esse, de sent. excomm. in 6.* nouissimè *Lancell. de attent. cap.12. limit.21. num.26.* vbi alios congerit, & in 8. *ampliat. num.12. Scacc.* qui alios adducit in *tract. de appell. q.17. limitat.22. num.36.* vbi latè comprobat *num. seqq. Achill. de Grass. decis.4. de sent. excommunicat. Valer. diff. vtriusquè for. in verb. excomm. diff.16.* vbi *num.4.* habes aliam limitationem, seù mauis declarationem ad dictum *§. verùm*, vt possit appellari à denunciatione facta à Parocho, si putet, Iudicem excessisse, & iniustè id præcepisse.

Ergò si *tex. in d. §. verùm* iuxtà hanc communissimam *Doctor.* opinionem non procedit in sententia declaratoria, sed in sententia principaliter de per se disponente, vtiq; eius dispositio non potest applicari casui nostro, qui versatur in sententia merè declaratoria.

23 Secundò, *tex. in d. §. verùm* non procedit in omnibus sententijs declaratorijs, etiam quæ traherent secum exequutionem, sed tantùm in sententia excommunicationis, seù alterius censuræ, ità explicitè declarant *ibidem Anton. de Butr. num.14. Panorm. num.9. Imol. col.1. num.6.* propè *finem*, & iterùm *Ant. de Butr. num.15.*

24 Immò *Dec. ibi* propè *fin. vers. & considerãdum est*, non intelligit hoc in omnibus censuris, sed in sentẽtia excommunicationis tantùm, inquiens, hoc esse speciale illius sententiæ, & rationem huius specialitatis post alios *Doctores* affert *ibidẽ in vltim. notab.* idem *Lancell. de attentat. cap.12. in præfat. num.109.* vbi alios citat.

25 Et propterea resultat, quòd licèt sententia declaratoria super statu rei, vel personæ dicatur sentẽtia, quæ trahit secum exequutionem, ex quo respectu illius status declarati non expectat aliam exequutionem post se, tamen nõ propterea habet effectum exequutiuum, immò appellatione pendente eius effectus remanet suspensus, & impeditus, ità in specie tradiderunt *Lap. in clem.1. num.4. de sequest. poss. Zabar. ibidem, in § si quis autem, quæst.11.* per eadem formalia verba *Lapi, & Imol. in fin. num.24.* qui omnes citant *text. in cap. tuam, extrà de ord. cogn.* cuius est propriè materia nostra, & ideò casus noster, in quo agitur de statu rei circà qualitatem feudalem, remanet exclusus à regula *d. §. verùm.*

26 Tertiò esto, quòd remaneret sub regula *d. §. verũ.* ille *text.* non procedit in qualibet exequutione, sed tantùm in ea, quæ in iure tantùm consistit, & remanet in puris finibus declarationis factæ per sententiam, nec requiritur alius actus facti nouus, & separatus, seù extrinsecus pro exequutione facienda, aliàs si esset deueniendum ad alium actum extrinsecum, vtiquè talis exequutio impediretur, tradunt exemplum *DD.* in eodem *§. verùm*, vt illa exequutio, quam trahit secum excommunicatio, in eo cõsistat, vt scilicèt interim etiam pendente appellatione excommunicatus habeatur pro tali, & euitari debeat in communione, sed non propterea debet spoliari bonis, in quorum possessione erat, quantùmuis vti excommunicatus non potuisset illa obtinere, ità solidissimè docet *Innoc. in d. cap. pastoralis, in fin.* quem sequitur *Io. Andr. ibidem, num.9.* propè *finem.*

27 Immò idem *Innoc.* subdit vlteriùs, quòd si fortè interim excommunicatus interesset diuinis in Ecclesia, quam possidebat, pendente appellatione, non debet eijci ab Ecclesia, & Canonici sine culpa possent secum celebrare.

Quemadmodùm pendente appellatione talis excommunicatus non potest interim cogi ad satisfactionem, nec ei est consulendum in pœnitentia, vt satisfaciat, ità *Butr. in d. §. verùm*, circà *princ. nu.* mihi *4. vers. cùm certum sit.*

Cum quibus concordat *Ant. de Butr. ibid. nu.15. in fin.* vbi concludendo restringit hanc doctrinam, quòd vbi sententiæ non expectant aliquid capessibile corporale post se, sed solùm consistunt in datione, vel subtractione iuris incorporalis, statim secum trahunt exequutionem, secùs autem si aliquid corporale expectant, quia non trahunt secum exequutionem.

28 Neq; obstat id, quod dicitur de fructibus, de quibus interim priuatur appellatione pendente, vt in *final. verb. d. §. verùm*, nàm licèt sibi prohibeatur perceptio fructuum, id procedit per viam subtractionis, nempè quia redditur inhabilis ad illos percipiendum, non tamen propterea dicitur priuari possessione, quemadmodùm nec perdit iura temporalia, & spiritualia, & illi fructus non applicantur alij, sed conuertuntur in vtilitatem Ecclesiæ, ità respondet *Ant. ibid. col. fin.* propè *fin. vers. effectus verò suspensionis.*

29 Ergò applicando modò hos terminos ad casum nostrum, quàmuis sententia Regiæ Cameræ huius qualitatis feudalis traheret secum exequutionem, hoc nil aliud efficiet, nisi vt interim pendente reclamatione hoc Castrum ab omnibus reputari debeat pro feudali, prout fuit declaratum, & sic habebit suam exequutionem remanentem in puris finibus declarationis iàm factæ. At quatènus modò velit Pars procedere ad expeditionem causæ principalis in Sacr. Cons. hoc fieri nullo modo potest, tùm

quia

quia per talem ex peditionem venit explicandus nouus actus omninò extrinsecus, & separatus, qui non includitur intrà fines declarationis factæ, trahentis secum ex equutionem iuris tantùm, & non facti, tùm etiam, quia per expeditionem causæ principalis Ducissa veniret expolianda, nedùm possessione, sed etiam dominio Castri prædicti, & sic contrà regulam *d.§.verùm*.

30 Quartò, retentis etiam terminis *d.§.* licèt per dictum *§.verùm* non impediatur denunciatio excommunicati appellatione pendente, hoc tamen fallit, quandò per talem denunciationem denũciatus magis ligaretur, quàm esset ligatus antè denunciationem, iuxtà terminos *cap.tua, extrà de sentent.excõm.*
31 vbi incendiarij ipso facto excommunicati possunt absolui ab Ordinario, at si fuerint denunciati, & publicati tanquàm excommunicati, non poterunt absolui, nisi à Summo Pontifice, & sic strictiùs ligãtur, & propterea post appellationem non poterunt denunciari, ità vno ore tradiderunt omnes *Canonistæ ind.§.verùm*, prout sunt *Ant.de Butr.nu.11. Præpos. num.19.limit.2. Philipp.Franc.num.25. Imol.in fin. num.10. Alex.de Neuo num.2.Crot.num.3. Aufr.ad Capell.Tholos.decis.299.in 2.limit.*

Ità ergò in casu nostro per expeditionem huius causæ principalis in Sac.Consil.quam fortassè prætendit Pars, esse exequutionem sententiæ declaratoriæ Regiæ Cameræ, quemadmodùm denunciatio est exequutio sententiæ excommunicationis, fortiùs, & strictiùs ligaretur Ducissa conuẽta, quàm sit ligata per illam sententiam declaratoriam, nàm per hanc sententiam Sacr. Consil. omninò priuaretur possessione, & dominio dicti Castri, ergò quemadmodùm in terminis *d.§.verùm* impeditur denunciatio appellatione pendente in illo casu, ità & in casu nostro impedietur expeditio causæ principalis in Sacro Consilio, pendente dicta reclamatione in Regia Camera. *Regens Tap.* Dominus meus edidit *decis.Sacr.Consil.*18. in hac causa.

Scipio Rouitus.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. XXXVII.

R E R V M S V M M A.

1 *Significatoriæ auditis Partibus expediuntur in plena Banca, nè retardetur exequutio, quæ quidem praxis ex dispositione iuris communis inoleuit.*

SErenissimus, &c. §. Quæ omnia, &c. num. 14.

1 Significatoriæ auditis Partibus expediantur in plena Banca, nè retardetur exequutio. H.D.

Hæc practica inoleuit ex dispositione *text. in l.2. §.quod de frumentaria, ff.de administr.rerum, ad Ciuitat.pertin.* teste *Peregrin.de iure fisci, lib.6.tit.3.num. 14. & in §.œconomis, in authent. de sanctiss. Episcop. & Auiles cap.30.prætor.in glos.1.num.2.*

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm.XL.

R E R V M S V M M A.

1 *Officiales pecuniarij debent singulis mensibus mittere ad Regiam Cameram bilancia introitus, & exitus. Pragmatica ista vndè sumpta esse videatur.*

1 ITem mandamus, &c. Officiales pecuniarij singulis mensibus bilancium introitus, & exitus mittant ad Regiam Cameram. H.D.

Videtur mihi hæc pragmatica sumpta ex *l. appariteres, C.de exactorib.tribut.lib.*10.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. XLVI.

R E R V M S V M M A.

1 *Pecuniam fiscalem retinentes qua pœna puniantur de iure communi.*

ITem statuimus, seruari, &c.

Pecuniam Fiscalem retinentes, pœnam hic cõtentam soluant.

1 De iure communi vide *l.1.2. & 3. C.de ijs, qui ex public.collatio.lib.*10.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c.
Pragm. LVIII.

R E R V M S V M M A.

1 *Idiota quis propriè dicatur, & qui à tutela excusatur, à postulando, iudicando, & à clericatu reijcitur.*
2 *Idiotæ Præsidentes recti in Iudices eliguntur, cùm sufficiat experimentum causarum, vt quis sit Iudex, & ponuntur ad differentiam Doctorum.*
3 *Idiotæ Præsidentes frequentiùs eliguntur de Cœtu Rationalium Regiæ Cameræ.*
4 *Idiota quandòq; ponitur in iure pro qualibet persona priuata ad differentiam illorum, qui exercẽt munus publicum.*

ANoi è stato presentato memoriale, &c.

Mandatum Locumtenentis, quòd Præsidentes Idiotæ non votent in causis, in quibus versatur discussio iuris, suspenditur. H.D.

1 Idiota propriè is dicitur, qui nullas omninò scit literas, & est pœnitùs illiteratus, qui propterea excusatur à tutela, item repellitur à postulando, iudicando, & à clericatu, vt per *glo.in §.1.in verb.quibus*
2 *facilis est, in auth.de tabellionib.* At in hac pragmatica Prælidentes Idiotæ sunt ij, qui non sunt iurisperiti, & ponuntur ad differentiam Præsidentium Doctorum, vt patet in ipso *text.* & licèt sint iuris ignari, rectè eliguntur in Iudices, & possint iudicare, quia vt quis sit Iudex, sufficit, quòd vel sit Iurisperitus, vel quòd habeat experimentum causarum, vt in *auth.de Iudicib. in princ.vers.non existimauimus, &*
A *ibi glos.in verb.habere*, & id est, quod ponderatur in hac pragmatica pro Idiotis, vt in *§.dixit magnificis,*
3 ibi, *ex experientia quam habent*, & propterea hi Præsidentes Idiotæ frequentiùs eliguntur de Cœtu Ra-
4 tionalium Reg.Cam.quandoq; tamen in iure Idiota ponitur pro qualibet persona priuata, ad differẽtiam habentium munus publicum, vt *in §.hæc autem de Deo, vers.si autem aliquis, & vers.si verò aliquid, in auth.quomod.oper.Episcop.*

A D.

ADDITIO.

A DVM annis elapsis Dominus Ioannes Camillus Græcus, tunc Baro Terræ Bonatorum elegisset Dominum Iulium Cæsarem Riccium, meum auunculum, & cognatum *Domini Regentis*, Capitaneum, & Gubernatorem Terræ prædictæ. Vniuersitas, ex quo cum dicto D. Barone litigabat, sumpsit occasionem, non admittendi supradictum D. Iulium Cæsarem ad officium prædictum, ex quo non erat V. I. D. (& si nobilis, ac literis imbutus) iuxtà priuilegium à prætentis Baronibus eidem Vniuersitati concessum, ac proindè habito recursu ad Sac. Cons. Ego pro Domino Barone dicebam, quòd dùm Vniuersitas Bonatorum prætendit, non posse turbari in possessione habendi Capitaneum V. I. D. non video, quo modo hæc varia eius prætensio subsistere possit, Baronis etenim intentio satis clarè in iure fundata est.

Quapropter duo aduerto in iure clarissima: Primum est, Baronem inuestitum esse de Terra Bonatorum, eiusq; iurisdictione, mero, mixtoq; imperio, ac potestate creandi Capitaneos, & Assessores, iuxtà ordinariam formam inuestituræ, quam tradit *Capyc. in inuest. in ver. & nostri Fisci, fol.* 128. Quæ sanè potestas creandi Capitaneos non restringitur tantummodò ad Capitaneos V. I. DD. sed extenditur etiam ad Imperitos, cùm etiam ignarus literarũ possit esse ludex *l. certi iuris, C. de iud. glos. in l. statutis, C. de sent. ex breu. recit.* vbi *DD. Bal. in d. l. certi iuris, Aretin. in 9. similiter, num.* 1. *&* 2. *Instit. de excus. tutor. Campag. in cap. Grauamina, nu.* 103. *de grauam. Camill. Borrell. cons.* 10. *D. Consil. Rouit. in pragm.* 58. *num.* 2. *de offic. Procur. Cæsar.* & quòd Baro non teneatur eligere pro iustitia ministranda Officialem Doctorem, punctualitèr dixit *D. Capiblan. de Baron. tom.* 2. *cap.* 17. *in princ.* verum tamen est, quòd Imperitus debet habere Assessorem, qui sit doctoratus, *l.* 1. vbi *glos. de offic. assess.* & per *DD.* suprà citatos; & ita passim seruari in toto Orbe terrarũ quisq; videt.

Secundum, quod aduerto, quòd per vnum actum iurisdictionis, quem quis facit, vt omnes acquirat (si plures sint actus, siuè capita iurisdictionis, & priuilegij) acquirit sibi quasi possessionem omnium actuum iurisdictionis, & priuilegij, *Specul. in tit. de iurisd. omn. iud. §.* 1. *num.* 35. *ver. illud etiam nota*, qui desumpsit ex *Innoc. in cap. dilectus, num.* 3. *de capell. monac. l. pretia* 48. vbi *glos. ff. de acquir. poss.* & exercendo ius vnum, vel capitulum vnum ex pluribus, quantouis tempore alijs non vtatur, retinet tamen quasi possessionem omnium aliorum, nec contra eũ præscribitur, quia semper is possidet, *Innoc.* elegantissimè *in d. c. dilectus*, sub *num* 3. *verbo possessorium*, *Specul. d. nu.* 35. *Bal. in l. si aquam, C. de seruit. & aqua*, & in casu isto nostro *Lanar. cons.* 32. *Felin.* antè eum *in cap. auditis, num.* 19. *de præscript.* cùm ergo Baro pacificè, & quietè possideat Terram, illiusq; iurisdictionem cum omnibus eius iuribus, & præsertim eligendi Officialem, retinet sibi possessionem creãdi Capitaneum, eo modo, & forma, quæ sibi à iure permittitur, & creando Officialem Doctorem implicitè retinuit quasi possessionem creandi Officialem non Doctorem, cùm à lege permittatur.

Hinc sequitur, quòd possidente Barone ius eligẽdi Capitaneum sibi melius visum ex legis dispositione, & forma inuestituræ, si aliquo tempore elegerit Officialem V. I. D. non potest dici, sibi præiudicasse in electione sibi permissa Officialis illiterati, ex ijs, quæ congerit *Innoc. loco* iàm relato, loquens de Episcopo, qui habet iurisdictionem in multa loca, & personas, quòd quantouis tempore vsus non fuerit iurisdictione in aliquo locorum, vel aliquibus personis, non per hoc contra eum præscribitur, vel sibi præiudicauerit, *Speculat. in d. num.* 35. *de Franch. decis.* 166. *num.* 8. actus enim voluntarij nullum vnquàm afferunt præiudicium, *l. voluntarie*, vbi *DD. C. de excus. tutor. Crauett. de antiq. in* 4. *par. num.* 101. & magis animus inspicitur, quàm actus, *Felin. in d. cap. auditis, num.* 19.

Hac veritate præcognita dùm Vniuersitas eius intentionem prætendit fundare possessione, & solito, atq; priuilegio, deficit in vtroquè.

Nulla enim considerari potest possessio, & tanto minus præscriptio, vel solitum pẽnès eam. Primò, quia possessio ex prædictis fuit, ac est pẽnès Baronẽ, & de iure eadem possessio non potest esse pẽnès duos. Secundò, quia possessio prætensa per Vniuersitatem non elicitur ex actu affirmatiuo, & positiuo post contradictionem, sed negatiuo, & per non vsum, & ideò est nullius ponderis, & momenti, vt testantur *Roch. de Curte in cap fin. de consuet. sect.* 4. *num.* 77. *Abb. in cap. Ioannes, de cler. coniug. Afflict. decis.* 388. *num.* 6. Tertiò, quia sumus in actibus meræ facultatis, in quibus nulla cadit possessio, neq; præscriptio, *l. viam publicam, ff. de via publ. can. possessiones* 16. *q.* 1. *Balb. de præscript.* 4 *p.* 5. *principalis, num.* 3. *& Crauett. de antiq. par.* 4. *num.* 98. *Prat. de Franch. d. decis.* 166. *& Afflict.* immò videndus *decis.* 388. *num.* 3. *&* 4. Quartò, quia possessio expressè Vniuersitati prohibetur in assensu, dùm dicitur, *volumus quòd non possit allegare possessionem ad fundandam præscriptionem à die expeditionis præsentis priuilegij*, & in alijs verbis, *quòd sit in libera voluntate Baronis eligere Officialem sibi melius visum.* Quarè estò, quòd Vniuersitas possideret (quod expressè negatur) eius tamen possessio esset vitiosa, nec suffragaretur, vti contra tenorem priuilegij, argumento *tex. cap. fin. de præscript. Cacher. decis. Pedem.* 101. *num.* 36. *Mastrill. decis.* 114 *num.* 43. *Garz. de nobilit. glos.* 12. *num.* 69.

Ad solitum tandèm, & consuetudinem recurrendum est tantummodò in illis casibus, in quibus non habemus certam legem, vel modum, *l. de quibus in princ. & l. diuturna, ff. de legib. Bart. cons.* 106. *num.* 3. vel si *DD.* opiniones essent diuersæ, *cap. cùm sint* 18. *de decim.* at in creatione Officialis certam, veramq; methodum à iure habemus, vt quid ergò de solito quærendum est? tantoq; magis, quia fuisset contra expressam Principis voluntatem, quod præsumi non debet.

Nequè priuilegio niti potest, quoniam licèt Vniuersitas in anno 1581. multa à Fabritio Capycio, tunc Barone poposcerit in *cap.* 28. *fol.* 30. *a t.* & inter alia, quòd Capitaneus deberet creari Doctor, non Neapolitanus, neq; Salernitanus, nec Calaber, attamen in vno dictus Baro assentitur, respondens, *Placet in quanto alli Calabresi*, & sic negat circa Doctorem, iuxtà *tex. in cap. non ne. de præsumpt. Anna alleg.* 47. *num.* 25. & melius per *Felin. in cap. super literis*, *num.* 10. *in limitatione* 4. *regulæ, de rescript.*

Sed estò concessisset, caret tamẽ assensu, quinimmò expressè mandatur, vt sit in libera voluntate Baronis eligere Officialem sibi melius visum, & sic cùm nullam habeat Vniuersitas concessionem, siuè priuilegium, illud allegare non potest.

Præterea priuilegium hoc absq; assensu non potest præiudicare successoribus Baronibus, sed in vita tantùm concedentis seruari debuisset, vt elegan-

tèr

tèr tradit *Consil.de Georgio allegat.*14. sub *num.*19. cùm esset imponere seruitutem feudo sine assensu, *Loffred.consil.*25.*num.*10.*Frecc.de subfeud.lib.*2. post 1.*author.*in *cap.*incipiente *Pluribus,num.*18. *Camer.* in *l.Imperialem,*in 5.*concluſ.fol.* ... Et quandò successor non venit ad feudum iure hæreditario, sed proprio,non tenetur habere ratum factum à prædecessore,*Frecc.de subfeud.lib.*2.*q.*27.*n.*5.*&* 6.*& Affl. dec.*128.*n.*9.

Patet ergò,quòd cessante possessione in Vniuersitate,cui ius,& priuilegium refragantur,sed potiùs in ea existente Barone saltèm virtualitèr, & implicitè,frustrà Vniuersitas priuilegio solito, & possessioni innititur,& proindè iudicandum est, Baronem manutenendum esse in possessione creandi Officialem Doctorem,vel non Doctorem ad eius libitum, iuxtà formam decreti Collateralis Consilij.

Fuit iudicatum pro Vniuersitate in possessorio, ex quo probauit, per 40. annos continuatis temporibus habuisse Capitaneos Doctores, referente Regio Consiliario Fœlice de Ianuario, in Banca de Litto.

Io.Laganarius.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm. LXI.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista fuit reformata per sequentem.*
2 *Causæ,in quibus Fiscus est actor, vel reus, spectant ad Reg.Cam.etiam de iure communi.*
3 *Cognitio generaliter de iure communi in quibus causis spectet ad Iudices Fiscales,remissiuè.*
4 *Pares Curiæ,& successiuè Regia Camera de iure communi feudorum in quibus casibus debeant cognoscere,remissiuè.*

IL Tribunal della Regia Camera, &c.

1 Hæc pragmatica distinguit causas, quæ sunt cognoscendæ per Reg.Camer.ab his,quę cognoscuntur per Sacr.Consil.sed fuit reformata per pragmaticam sequentem.

2 Et dùm in primo capite huius pragmaticæ declaratur,causas,in quibus Regius Fiscus est actor, vel reus,spectare ad Regiam Cameram,aduertas, quòd idem est de iure communi,vt in *l.fin. C.si aduerſ. Fi-*
3 *ſcum*, & generaliter in quibus causis de iure communi cognitio spectet ad Iudices Fiscales, vide *Peregr.de iur.Fiſc.lib.*7.*tit.*1.*per totum*, in quibus
4 casibus debeant cognoscere Pares Curiæ de iure communi feudorum, & successiuè R.C. vide latè *Schrader.de feud.tom.*2.*par.*10.*ſect.*5.*&* 6. vbi habes 61.ampliationes,& 36.limitationes.

De Officio Procuratoris Cæsaris, &c. Pragm. LXII.

RERVM SVMMA.

1 *Causæ,in quibus Fiscus non est actor,nec reus, vel Author,laudatus,remittuntur ad S.C.nisi in aliqua ipsarum agatur de aliquo Fisci interesse.*
2 *Fiscus an possit trahere causam ad Regiam Cameram,si vnus ex Litigantibus sit debitor Regij Fisci, remissiuè.*
Debitor debitoris Fiscalis an possit conueniri coràm Iudice ipsius Fisci.
5 *Fideiubens pro alio apud Fiscum coràm eodem Iudice Fisci,à quo cogitur ad soluendum, potest Principalem conuenire.*
4 *Regia Camera si de Partium consensu procedat in aliqua ex causis hic,vel in præcedenti edicto prohibitis,an rectè procedat.*
5 *Fiscus si non habet interesse formatum,sed dubitat, nè ex lite inter Partes possit oriri præiudicium Regio Fisco,tunc non remittitur causa ad R.C. sed assistit tantùm Fisci Patronus.*

DEsiderando Sua Maestà, &c.

1 Refonnatur pragmatica præcedens in multis, & decernitur,vt quòad causas Partium, in quibus Fiscus non est actor,nec reus,vel author laudatus, cognitio remittatur ad S.C.nisi in aliqua ipsarum agatur de aliquo præciso,& apparente interesse Regij Fisci,ac multæ considerationis,quo casu reseruatur declaratio facienda per Proregem, instante Fisco; Quæ omnia fundantur in iure communi,ex traditis per *Marchef.*in *prax.commiſſ.part.*1.*cap.*14. *nn.*126. cum *seqq.Cancer.lib.*2.*var.cap.*16.*num.*40.cum *seqq.*
2 circà quod potest probabilitèr dubitari, quid si vnus ex Litigãtibus sit debitor Regij Fisci, an propter hoc interesse Fiscus possit trahere causam ad Regiam Cameram, eò,quòd sua interest defendere suum debitorem? vide *totum titulum* C. *nè Fiscus, vel Respub.& Peregr.de iur.Fisc.lib.*4.*tit.*6. *num.*45. cum *seqq.*& existente Commissario Proregente, ac Regio Consiliario Didaco Lopez Suarez in causa vertente inter Hæredes Victoriæ Pudericæ cum Dominico Spinola,& Regio Fisco, illius creditore facta relatione in Collaterali Consilio 22. Ianuarij 1615.fuit prouisum,quòd causa Hæreditatis prosequeretur in S.C. & ibi liceret assistere Fisci Patrono,& cùm dictum fuisset de nullitate, discussis nullitatibus oppositis in eodem Collaterali, existente Commissario Iacobo de Franchis, Regio Consiliario meritissimo 3.Decembris 1615. fuerunt reiectæ nullitates,& eodem modo debitor debitoris Fisci non potest conueniri à Fisco, nisi coràm suo Iudice competente,*Manſon.de cauſ.exequut.ampliat.*8.*num.* 32.in quo contrarium sentit *Reg.Conſiliar. Carleual de iud.lib.*1.*num.*706.& vltrà casus hic declaratos,
3 si quis fideiubeat pro alio apud Fiscum, cùm primùm cogitur ad soluendum Fisco, potest coràm eodem Iudice Fisci, & sic in Tribunali Regiæ Cameræ conuenire Principalem, pro quo fideiusit, *Bal.*in *l.final.*5.*fin.C.de vſur.rei iudic. Alſar.de offic. Fiſcal.gl.*16.*n.*148.

4 Quòd si R.C.de consensu Partiũ procedat in aliqua ex causis hic,vel in præcedẽti pragmatica prohibitis,videtur,quòd rectè procedat,per *text.*in *l.*1. C.*de iuriſd.omn.iud.*Sed contrarium est expressè statutum,etiam si adesset Regia delegatio, in *prag.*37. *infrà de offic.S.C.*

5 At vbi Fiscus non habet interesse formatum, sed dubitatur,nùm ex lite inter Partes possit oriri aliquod præiudicium Regio Fisco,tunc causa non remittitur ad R.C.sed datur facultas assistendi tantũ Aduocato Regij Patrimonij.vt docet *Præſ. de Frãch.dec.*117.post *n.*2.*verſ.confert tamen.*

De

De officio Procuratoris Cæſaris,&c.Pragm.LXIII.

RERVM SVMMA.

1 *Domanium differt à dominio,proùt ſpecies à genere, & Rex quandò poſſit concedere domanium.*
2 *Domanio conceſſo an Rex poſſit vẽdere Terram,quam in domanio habere promiſit.*
3 *Terra venditæ antè promulgationem huius edicti an comprehendantur, & à quo tempore computetur annus reſpectu illarum,remiſſiuè.*
4 *Pragmatica iſta quatènus præfigit anni terminum ad petendum domanium eſt conformis iuri communi, & quarè fuerit hic annus introductus.*
5 *Reſtitutio in integrum aduerſus huius anni lapſum, quatènus hic denegatur,contradicit iuri communi, & num ea concedenda ſit.*
Vniuerſitas ad inſtar minoris gaudet huiuſmodi reſtitutione.
6 *Domanij petendi terminus quandòq; fuit reſtrictus ad ſpatium vnius,vel duorum menſium.*
7 *Reſtitutio aduerſus terminum à lege non præfixum, ſed ab homine non datur.*
8 *Domanium petendi tempus an procedat ex Iudicis arbitrio,vel ſit æquiparatum tempori à lege conceſſo agnato ad reuocationem alienationis feudi factæ in extraneum ab eius agnato.*
9 *Reſtitutionis tempus,de quo ſuprà,quod nàm ſit.*
10 *Reſtitutio, de qua hìc, qua ratione fuerit ſublata, & num.* 11.
12 *Domanij petendi tempus lite pendente inter venditorem,& emptorem ſuper validitate, vel invaliditate,ſeù reſciſſione contractus venditionis non currit, quemadmodùm non dicitur currere in materia retractus,qui proximiori datur infrà annum.*
13 *Domanij petitio ceſſante voluntate Vniuerſitatis,ipſa quoq; ceſſabit.*
14 ... *petitio vt admittatur, requiritur, vt Vniuerſitas habeat vires ad ſoluẽdum pretium ſolutum ab emptore vnà cum intereſſe,in quibus emptor debet excomputare fructus ab ipſo perceptos, & quòd Vniuerſitas prædicta poſſit ſe conſeruare in petito domanio citrà diminutionem, & deteriorationem,& ſic ſit in vtilitatem ipſius, quæ vtilitas quandò dicatur emergere, num.* 16.& 17.
15 *Actus ab Vniuerſitate faciendus,ſi ſibi ſit damnoſus, tunc nullo modo decretum ſuper eo interponi debet.*
16 *Introitus feudales,& bona ſi non æquiualent oneri, quod affert pretium reſtituendum Baroni ratione domanij, tunc inſpicitur, an Vniuerſitas poſſit illud ſupplere aliundè.*
17 *Onera, & incommoda,quæ ſubeunt Vniuerſitates ex cauſa domanij,remiſſiuè.*
18 *Vniuerſitatis voluntas ſi deeſt, ac etiam illius vires non ſufficiunt ad ſoluendum pretium,& intereſſe ratione domanij, adhùc aliqui Particulares eſſent audiendi,& tunc ipſi Particulares debent ſoluere de proprio pretium domanij, & introitus feudales cedunt in ipſorum beneficium,& quandò poſſint habere recurſum pro conſequutione dicti pretij,nu.* 21.
19 *Domanium vt concedatur, requiritur, vt expediat Regiæ Curiæ.*
20 *Domanium eſt introductum & iure,& ratione.*
21 *Ciuitatis venditione ſequuta licet ſubditis ad libertatem proclamare.*
22 *Domanium petendi ius an competat Vniuerſitatibus, non ſolùm, vbi ipſi vaſalli exiſtentes ſub immediato dominio Regis venduntur alicui, ſed etiam quandò exiſtentes ſub dominio Baronis venduntur alteri, n.*16.& 17.
23 *Oblatio maior non eſt admittenda poſt perfectam venditionem, & oblatum pretium à vaſallis volẽtibus ſe redimere.*
24 *Domanij petendi ius an habeat locum tàm in contractu venditionis,quàm permutationis.*
25 *Domanij ex cauſa verum Regia Curia aliquid commodi,vel potiùs incommodi obtineat, & nùm Vniuerſitates,quæ habuerunt domania ritè cogi potuiſſent ad vendendum corpora feudalia Particularibus,vel illa transferendum in caput Particularium eligendorum per ipſas Vniuerſitates.*
26 *Proregis aſſenſus eſt prohibitus,quandò feudalia trãſferuntur ad manus mortuas.*
Vniuerſitates,quæ ratione prælationis gaudent domanio, poſſunt facilitèr impetrare, vt iterùm redeant ſub aliquo Barone.
27 *Vniuerſitatibus competit prælatio etiam in contractu locationis.*

ALli giorni paſſati, &c. §. In primis,&c. num.5.

Vniuerſitates non admittantur, nec reſtituantur ad petendum domanium poſt annum à die captæ poſſeſſionis. H.D.

1 Domanium quid differat à dominio, declarat *Andr.in cap.Imperialem,§.nec Dominus, num.*49. *de prohib. feud. alien. per Feder.* vt ſit ea, quæ eſt inter genus,& ſpeciem,vt quicquid eſt in domanio, ſit in dominio, ſed non conuertitur, vbi etiam declarat, quandò Rex poſſit donare domanium;conceſſo autem domanio poſſet Rex vendere Terram, quam promiſit tenere in domanio,ſi non eſt hæres concedentis,*Afflict.*in *prælud. feud num.*120.& in *c.*1.*quo tempor.miles,nu.*13. *Capyc.deciſ.*166.ſtantibus clauſulis admittit,& in hac pragmatica non comprehẽduntur Terræ venditæ antè illius promulgationem, ſed poſt promulgationem reſpectu illarum computatur annus, eſt videndus in ſimili *Hier.Laur. deciſ. Auenion.*86.*in princip.*faciunt tradita per *Præſ.de Franch.deciſ.* 500.

2

3

4 Hæc pragmatica,quatènus in hoc § præfigit terminum vnius anni ad petendum domanium,eſt cõformis diſpoſitioni iuris communis,per quam ad inſtar prælationis infrà annum conceſſæ agnatis in venditione rei feudalis,per *text.in cap.*1.§.*Titius, ſi de feud.defunct.milit. & in c.*1.§.*porrò, qual. ol. pot. feud.alien.& in c.*1.§. *ſed & res, per quos fiat inueſt.* introductum fuit, vt Vniuerſitatibus proclamantibus ad Regium domanium idem terminus anni cõcederetur, vt conſtat ex traditis per *Camill. Salern. ad Napod.in proœm.Conſuet Neapol. fol* 43.ſub *lit.C. Ann.in Conſtit.Conſtitutionem diuæ memoriæ.nu.*258. latè *Præſ.de Franch.deciſ.*17.

5 Quatènus verò denegat reſtitutionem in integrum eiſdem Vniuerſitatibus aduerſus lapſum anni, eſt contrà diſpoſitionem eiuſdem iuris communis,per quam fuerat introductum, vt hæc reſtitutio paſſim concederetur, prout iudicatum fuit in domanio Terræ Paulæ, & Terræ Salæ,& alijs Vniuerſitatibus,& abſquè dubio admittit *Præſ.de Franch. d.deciſ.*17.*num.*17.ex regula *text.in cap.conſtitutus, extrà de reſtit.in integr.* ad inſtar minoris, qui reſtituitur aduerſus lapſum anni ad petẽdum retractum iuris congrui, *Caſtill.deciſ.*244.*vol.*1.licèt quandòq; fuiſſet attentatum, hanc reſtitutionem nullo modo debere concedi,dùm nulla lege reperitur ſtatutum certum tempus,infrà quod domanium peti debeat,

sed illud dependeat ex mero Iudicis arbitrio, ex regula *text. in l. diffamari, C. de ingen. & manum.* per ea, quæ tradit *Andr. in cap. 1. num. 6. de vasall. qui contr. Constit. Lothar.* per *text. in l. 1. ff. de iure deliber.* & propterea quandoq; terminus petendi domanium fuerit restrictus ad terminum vnius mẽsis, vel duorum, prout practicatum fuisse in domanio Maidæ, Paulæ, & Villæ Fragolæ, testatur *Vinc. Ann. in repet. Constit. Constitutionem diuæ memoriæ, num. 261.* & hoc casu, quandò terminus non est præfixus à lege, sed ab homine, nõ datur restitutio aduersus illum terminum elapsum, ex doctrina *glos. in l. si cum militaribus, in verb. distraxerunt, C. de testam. milit.* quam *ibi* sequuntur *Bart. Bald. Paul.* & cæteri cumulati per *Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 55.*

Hæc enim opinio fuit pẽnitus explosa, & ex communi Scribentium schola fuit equiparatum tempus anni cõcessum à lege agnato ad reuocationem alienationis feudi factæ in extraneum ab eius agnato, per dictum *§. Titius*, illi tempori, infrà quod Vniuersitas debet proclamare ad Regium domanium, & sic illud, quod erat in arbitrio Iudicis, est iàm interpretatum ad tempus anni, & sic habetur, ac si à lege esset expressè statutum, vt explicat *Ann. in d. Const. Constitutionem diuæ memoriæ, num. 258.* cum *seqq.* post *Camill. Salern. ad Napodan. in proœm. Consuetud. fol. 43.* sub *lit. G.*

Id, quod fuit valdè controuersum antiquis temporibus, est circà quantitatem temporis, quod debebat restitui, nàm aliqui fuerunt in opinione, quòd esset tempus integri quadriennij a iure concessi in huiusmodi restitutionibus, quę dantur personis priuilegiatis, vt *tot. tit. C de temporib. petendæ restit.* & ex regula *text. in clem. 1. de restit. in integr.* Alij verò fuerunt in opinione, quòd non potuisset esse maius tempus restitutũ, quàm tempus læsionis, adeò quòd non deberet suppleri per hanc restitutionem maius tempus, quàm sit annus à iure concessus ad petendum domanium, iuxtà *glos. in l. sed & si, §. quotiès, ff. ex quib. caus. maior.* quam sequitur *Bart. ibidem*, & in *l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, num. 12. ff. eod. tit.* inter quos est *Reg. de Ponte conf. 104. nu. 7. vol. 2.* qui consuluit contra Vniuersitatem Salæ, & succubuit, sed prima opinio prævaluit, quam approbauerunt *Odoffr. Bellap. Cyn. & Alber. in l. fin. C. de tempor. restit. in integr.* & cæteri cumulati per *Affl. decis. 175. Maurit. de restit. in integr. num. 42.* secundùm quam fuit iudicatum per Regiam Camerã in supradictis domanijs Paulæ, & Salæ, & in alijs passim, absq; vlla hæsitatione, & pro indubitato admittit *Reg. de Ponte* legendo in *8. lect. feudali, num. 37.* licèt consulendo tenuerit contrarium, *vbi suprà.*

Hi omnes iuris anfractus hodiè cessant ex dispositione huius pragmaticæ, per quam hæc restitutio est pẽnitùs sublata, *Reg. Moles dec. 122.* manuscripta.

Cuius quidem decidendi ratio illa fortassè fuit apud prudentissimos eius Conditores, quia scilicèt, vt superiùs dixi, nulla lege ciuili, canonica, feudali, communi, vel municipali reperitur statutus aliquis terminus in hac materia petendi domanium, & proindè dùm absq; lege admittuntur ad hanc petitionem, id est potiùs miserationis gratia, & ope restitutionis in integrum, quàm ex dispositione iuris, quod adeò verum est, vt *Camer. in repet. l. Imperialẽ, in vltimis verbis* dixerit, quòd in hac materia domanij non practicatur *titulus de instit. & iure*, quò fit, vt non petito domanio infrà annum, non sit locus vlteriori restitutioni, nè detur restitutio restitutionis, contrà *l. 1. C. si sæpiùs rest. in integr. postul.*

Item & alia ratio poterit assignari, quam assignauit *Imper. Iustin.* in materia vsucapionis, & præscriptionis, nè scilicet diutiùs essent sub incerto rerum dominia, vt in *tit. Instit. de vsucap. in princ.* quam tetigit *Reg. de Curte in diuers. feud. part. 1. fol. 9. a tergo*, post *num. 59.*

Nec non, vt sit litium finis, quam adduxit *Iurisconsul. in l. 1. ff. de vsucap.*

Primum itaq; requisitum in causis domanij est, vt illud petatur infrà annum absq; aliqua spe restitutionis in integrum, numerandum tamen à die captæ possessionis per emptorem, vt in hoc *text.* expressè dicitur.

Quod limitatur, si post captam possessionem per emptorem incidat lis inter venditorem, & emptorẽ super validitate, vel inualiditate, siuè rescissione cõtractus venditionis, nam huiusmodi lite pendente tempus petendi domanium non currit, vt in materia retractus, qui proximiori datur infrà annum, tradiderunt *Petr. Cyn. Bal.* & reliqui in *l. cõtrà maiores*, per illum *tex. C. de inoff. testam. Tiraq. de retract. conjang. §. 1. glos. 10. num. 36.* cum *seq.* & fuit millies practicatum in facti contingentia.

Hoc primum requisitum præsupponit aliud antecedens requisitum, nempè quòd tota Vniuersitas, vel saltem maior, & sanior pars velit admitti ad hoc domanium, nam cessante voluntate Vniuersitatis, cessabit etiam petitio, iuxtà *tex. in l. quod maior, ff. ad municipal.* vbi optima *glos. l. nulli, & l. planè, ff. quod cuiusq; vniu. nom. l. nominationem, C. de decurion. lib. 10. glos. in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccl.* & propterea in primordio harum litium solet opponi à Barone detectus volũtatis, ad quam oppositionem tollendam fit exploratio voluntatis totius Vniuersitatis, sollemnitèr congregatæ, vel per ipsummet causæ Commissarium, vel per alium Commissarium electum à Tribunali.

Et cum voluntate necesse est, quòd concurrat tertium necessarium requisitum, vt scilicèt Vniuersitas habeat vires sufficientes ad soluendum pretium solutum ab emptore vnà cum interesse, in quibus emptor tenetur excomputare fructus interim ab ipso perceptos; nec non, vt cum eisdem viribus valeat se conseruare in ipso Regio domanio, absquè diminutione, & deterioratione, aliàs enim hic retractus nõ cederet in euidentem vtilitatem Vniuersitatis, sed potiùs in ipsius detrimentum, & in præiudicium Regiæ Curiæ, & quandò actus faciendus ab Vniuersitate est sibi damnosus, nullo modo est super eo interponendum decretum, vt per *Bar. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. fac. Capyc. decis. 4. nu. 29. Claud. Seyssell. in l. 1. [illegible] autem, ff. ad Trebell.*

Quæ quidem vtilitas, vt facilè emergat, ex vna lance ponderanda sunt bona, iura, & commoditates, quas Vniuersitas, & Ciues consequuntur per domanium, ex altera verò onera, quæ subit Vniuersitas, & Ciues particulares ex eodem domanio, & si præponderabunt commoda, emerget vtilitas, sin autem onera, præponderabit damnum.

Inter commoda verò nedùm computabũtur corpora feudalia, & iura, quę ratione feudi resident pẽnès Baronem, & per domanium transferuntur in Vniuersitatem, sed etiam onera, à quibus eximũtur Vniuersitates, & earum Ciues per domanium, prout sunt subuentiones, quas tenentur præstare vasalli eorum Baronibus, ex *Constit. Quamplurium*, & seruitia personalia, ad quæ vasalli tenentur Curiæ Baronali, ex dispositione iuris, & Regiarũ pragmaticarũ, de quibus latè per *Cãpagn. in c. Regni Granamina.*

Sed

18 Sed quia,vt plurimùm,bona,& introitus feudales, ſeù Baronales nõ æquiualent oneri,quod affert pretium reſtituendum Baroni, nàm introitus feudales vix correſpondẽt quatuor ad ſummum pro ſingulis centum,pretium verò trahit ſecum vſuras ad rationem ſeptem ad minus pro ſingulis centum, ideò eſt inſpiciendum,an Vniuerſitas habeat vires ſupplẽdi hoc grauamen aliundè, & vnq; hoc ſupplementum duplici vía poteſt in promptu eſſe,aut quia Vniuerſitas habeat alia bona propria ipſius Vniuerſitatis *libera*, & explicita, ex quibus valeat huic dãno occurrere, quod frequentiùs accidit, aut quia Ciues particulares ſunt adeò diuites, & opulenti,vt collectis ſingulis per eos,& libram iuxtà eſtimum vniuſcuiuſq; valeant cũ vna,aut duabus collectis ſoluere in pecunia numerata integrum pretium domanij,q̃ ſemel cõtigiſſe, ſcio, in domanio Vniuerſitatis Terræ Laconigri,quæ per vnicam tantùm collectam inter Ciues impoſitam incontinenti ſoluit totum pretium,vnà cum intereſſe,& nunc felicitèr gaudet omnibus introitibus Baronalibus cum libertate Regij domanij,abſquè aliquo onere ex cauſa domanij.

19 E' contrà verò inter onera, & incommoda, quæ ſubeunt Vniuerſitates ex cauſa domanij,ponderanda ſunt ea,quę conſiderat in propria materia *Frecc. de ſubfeud. lib.2. author.2.num.26.* cuius formalia verba ſunt iſta: *præſertim ſi aliqua Vniuerſitas, ab aliquo proterno Ciue,ſeù Notario ſubducta ſub vſuris quæreret pecuniam, duo, aut tres ex eo Oppido excoriant alios ſub falſa cauſa, & pauperes quotidiè grauãtur pro vſuris,& intereſſe,& nullum,aut modicum ipſi commodum ſentiunt;plures,ſcimus,Vniuerſitates ex põdere æris locupletes pauperiores euaſiſſe,vt S.Seueri, Luceriæ,& aliarum, clypeo Regiæ Curiæ armati Curiam, & Regem, & villicos pauperrimos in multis ledunt,& eorum ſedes non ſit,niſi bannitorum,vilium, & miſerabilium,ſæpè quidari petunt,& deſerunt Oppida,& eorũ poſſeſſiones,cùm nequeãt ordinaria Curię onera,& alia exoluere,& pondere preſſi à loco aufugiunt: non ſunt audiendi,qui talia offerunt Curiæ,quia ſit deterior conditio Regis, & non melior, prouentus deſeruiunt Officiali, & rarò, aut nunquàm veniunt ad Fiſcum,conferre vni officium quolibet anno,non eſt lucrum facere,de quo digna eſſet habẽda ratio.* Hæc ille.

20 Quæ omnia ſunt maturiùs conſideranda in facti contingentia. Vnum tamen non omittam,quòd vbi Vniuerſitatis, ſeù maioris partis illius voluntas deeſſet, & vires illius non ſufficerent, adhùc tamen aliqui Particulares deberent audiri, quia quilibet de populo, etiam vnus tantùm poſſet proclamare ad libertatem,iuxtà *tex.in l.2.ff.ſi lib.ingen.eſſe dicat. in l.3.ff.de lib.hom.exhib. & in l.1.*cum tribus *ſeqq. ff.de liber.cauſ.& in l. fin.C.de patrib.qui fil.diſtrax.* proùt iudicatum refert in cauſa Vniuerſitatis Ypſicrò,ſeù Zirò *Camill.Salern.ad proœm.Napodan.fol. 43. lit.A.* & nouiſsimè in cauſa domanij petiti per Vniuerſitatem Morani cum Ill.Principe Scaleæ,ad quod petendum fuerunt ab initio admiſsi ſoli Particulares,etiam ad faciẽdum depoſitum duc.9c000. licèt poſteà in diffinitiua fuerit denegatum penitũ domanium ex cauſis diſcuſsis;ſingulorum enim intereſt liberari à ſeruitijs, & ſæuitijs Baronum. *l. per fundum, ff.de ſeru.ruſt. præd.* ſed hoc caſu ipſi Particulares debent ſoluere de proprio pretium domanij,& introitus feudales debent cedere ad beneficiũ ipſorum Particularium, ità vt nullo modo pro conſequutione dicti pretij valeant habere recurſum

21 contrà Vniuerſitatem, ſeù alios Particulares, niſi pro rata pretij iuriſdictionis, quæ reincidit in manus Regiæ Curiæ per domanium, & in hoc ſentit beneficium tota Vniuerſitas, ac etiam pro rata expenſarum legitimè erogatarum in proſequutione litis,licèt *Reg.de Curte* in ſuo *diuerſ* initiã pluriès citato, *fol.*10.a *t.*poſt *num.*70.affirmet,fuiſſe decium, debere ſubire omne onus ipſos Particulares; aliàs enim ſi ſupereſſet eis actio repetendi integrum pretium ab Vniuerſitate, & ab alijs Ciuibus, qui non adhæſerunt petitioni domanij, neceſſariò ceſſarent poſtrema duo requiſita,quæ ſuperiùs recenſui,quorum vnum reſpicit voluntatem,alterum verò vires, & potentiam Vniuerſitatis ſubſtinendi domanium, & ſic Vniuerſitas inuita cogeretur ferre onus ſuprà vires ſuas,quod omnia iura abhorrent. Sed quandò pretium domanij ſoluitur à tota Vniuerſitate,in eo, & alijs expenſis contribuere debent etiam Clerici, *Bouadill.lib.2.cap.18.num.286.*

22 Vltimum requiſitum erit, quòd expediat Regiæ Curiæ retinere Terram prouocãtem ad domanium ſub eius immediato dominio, vtputà quòd in neceſſitatibus forſan in Regno occurrentibus valeat ſe defendere ab incurſibus Hoſtium, tanquàm mœnibus, & Caſtro, ſeù fortalitio munita, Ciuibus populata,& his ſimilibus, ſecundùm *Reg.Moles deciſ.* 117.manuſcripta.

Et quia ſuprà dixi cum *Camerario*, quòd in hac materia domanij non practicatur *titulus de inſt. &*

23 *ſur.*non propterea putes,quòd hoc ius petendi Regium domanium ab Vniuerſitatibus ſit introductum abſquè iure,& ratione:nam pro iure fundatur in regula *text.* § *nec Dominus, de prohib. feud.alien. per Feder.* vbi traditur, vaſallos inuitos vendi non poſſe,cui adſtipulatur doctrina *Hoſtienſ.in cap.dilecti, extrà de maior. & obed.* aſſerentis, Principem non poſſe Terram ſuam alteri ſubijcere, inuitis hominibus illius Terræ,quam refert,& ſequitur *Felin. in cap.quæ in Eccleſiarum,num.*53.*extrà de conſtit.* latiſſimè *Vaſq.lib.1.contr.illuſtr.cap.*5. *per tot.* & ſignanter *num.*9. Pro ratione verò conſideratur illa, quia ſpecies libertatis eſt viuere ſub Rege, & non ſub alio Barone, ſecundùm *Andr.in* §.*præterea Ducatus,num.*45.*de prohib. feud.alien. per Feder.* attento, quòd ſub Barone tenetur ſubire diuerſa onera realia,& perſonalia,à quibus eximuntur ſub Regio domanio,vt ſuprà ponderaui, & reaſſumit *Præſ.de Franch.deciſ.*17.*num.*3. pulchrè *Bouad.lib.*2.*cap.*16. *num.*12. *& ſeqq.* & valdè intereſt ſubditorum non mutare Dominum, vt per *Abb.conſ.*3.*num.*7.*vol.*1. præſertim ſi caderent à bono in malum, vel à malo in peiorem,vt multotiès accidere ſolet. Et ſi eſt ſpecies libertatis,ſtatim intrat regula *text.in l* 2. *ff.ſi li-*

24 *ber.ingen.eſſe dicat.*cum ſimilibus ſuprà adductis,vt ſequuta venditione liceat ſubditis proclamare ad libertatem,quod primus omnium adnotauit *Io.Faber in* §.*Dominus, Inſtit.de noxal.action.* per illum *text. Luc.de Penn.in l.*1.*in fin. C.de capit.ciu.cenſ. exim.lib.*11.*Loffred.in d.*§.*nec Dominus,de prob. feud. alien. per Feder. Capyc.in inueſt. verb. feudum dant, verſ.Imperator* 4.*declar. fol.*150. *Frecc.de ſubfeud. lib.*2.*author.*2.*num.*26. *Ant.Gabriel.de iur.quæſ.non toll.concl.*8. *Neuiz.conſ.*12.inter *conſ.Brun.vol.*1. *Io. Vinc.Ann.alleg.*27.*num.*19.*Preſ.de Franch.deciſ.*17. & profuſiſſimè *Camill. Salern.* qui cumulat omnes in *d proœm.Napod.fol.*43.*lit.A.Ann.alleg.*27.*nu.*20. *& alleg.*87. nouiſſimè *Regens Camill.de Curte* in ſuo *diuerſ.feu.fol.*6.*num.*39.cum *ſeqq.Regens de Ponte in tract.de poteſt.Proreg.tit.de diuerſ.prouiſ.*§.1 *per tot. fol.*mihi 476.cum *ſeqq.* & in 8.*lect. feud. num.*34. *& ſeq. fol.*mihi 72. latiſſimè *Maſtrill. in conſ.vnic.* poſt

primum volumen suarum *decisionum*, *Reuerter. decis.* 17. *volum.* 5. aliàs 23. *volum.* 6. *Alfar. de offic. fiscal. glos.* 34. §. 1. *num.* 4. *in fin.* Immò *Luc. de Penn. in l. possessores* 12. propè *fin. C. de fund. patrim. lib.* 11. asserit, quòd communis sententia Peritorum in Regno est, vt possit Rex homines feudales, & obnoxios ad seruitia personalia à tali munere liberare, dùm tamen adsit causa, & non sit enorme, quod agit, vt in Regni diminutionem, & Coronæ præiudicium vertatur, quicquid contrà hæc domania somniauerit *Claper. cent. caus. fisc. caus.* 69. *quæst.* 1. 2. *&* 3. & scripserit *Lancellott. Gallia. cons.* 46. qui hanc materiam non degustauit. Aliqua etiam de hac materia tetigit *Prosper Rendella* Monopolitanus in suis luculentissimis *commentarijs super Constit. Sanctimus, de iure prothomiseos, §. in primis, n.* 52. *fol.* 125. cui multùm debere profiteor propter eius eminentem doctrinam, quam in prædictis *commentarijs* præferre dignoscitur, eiusdemquè candidissimos animi mores.

25 Id, quod priscis temporibus fuit nimis anxiè disputatum, est, an hoc ius petendi domanium competat Vniuersitatibus solùm, quandò ipsi vasalli existentes sub immediato dominio Regis, venduntur à Rege alicui Baroni, seù cuiuis personæ priuatæ, vel etiam quandò existentes sub dominio Baronis, venduntur à Barone alteri Baroni, aut priuato? & multi fuerunt in opinione, quòd non competeret, nisi quandò existentes sub Rege alienantur in Baronem, quia tunc propriè videntur à libertate, qua fruebantur sub dominio Regis, redigi in seruitutem sub dominio Baronis, secùs autem quandò venduntur à Barone Baroni, quia tunc non rediguntur in maiorem seruitutem; nam nouo Domino præstabunt ea tantùm, quæ priori præstabant, & hanc opinionem enixè tuetur *Camill. Salern. vbi suprà, fol.* 43. *lit. F.* cum *seqq.*

26 Sed alia præualuit opinio, vt admitterentur ad domanium Regium, etiam vasalli venditi à Barone Baroni, quia hoc etiam species libertatis est, liberari à seruitute, nedùm noua, sed antiqua, immò tantò gratior, quantò grauior est antiqua seruitus, quàm noua, & ità passim ferè omnes Vniuersitates, quæ facta alienatione in nouum emptorem petebant domanium, illud obtinebant facillimè triginta annis retrò; posteà verò viso pessimo exitu, qui ex prædictis domanijs resultabat, ex causis traditis per *Frece in loco* superiùs descripto, non fuerunt ità frequentèr admissa, & propterea in occurrentibus casibus erunt omnia, & singula superiùs considerata diligentèr rimanda, & in omni casu non est omittèdum, quòd *Reg. de Ponte* est in opinione in dicta
27 *lect.* 8. *n.* 35. Quòd quandò vasalli domanij venduntur à Rege Baroni, tunc possunt proclamare ad libertatem ex actione formata, quia rediguntur ex libertate in seruitutem, sed quandò vasalli sunt sub Barone, & venduntur alteri Baroni, tunc non reperitur iure cautum, quòd possint proclamare ad libertatem, sed Rex ipse tanquàm Dominus directus habet prælationem, licèt cõtrarium sit obseruatum, & hoc non ex iure proprio, sed ex iure competenti directo Domino, quod tunc exercèt Vniuersitates, sed quia eo inuito illud exercere non valent, si Rex nollet domanium, Vniuersitates repellerentur, vt authoritate *Reg. de Curte*, & *Reg. Fornarij* attestatur idem *Reg. de Ponte dict.* §. 1. *de diuers. prouis. fol.* 47. *num.* 15. *& lectur. feud.* 8. *nu.* 35. *Reg. Reuerter. decis.* 22. *vol.* 1. & in hoc casu post perfectam vẽditionem, & petitam prælationem à vasallis, non potest augeri pretium per nouam maiorem oblationem in præiudicium vasallorum petẽtium, admitti ad Regium domanium ex prælatione eis de iure competenti, & ità fuit determinatum per Collaterale Consilium in causa domanij Vniuersitatis Fractæ maioris aduersus Principem S. Seuerj emptorem, qui de nouo obtulerat duc. 10000. vltrà primũ pretium duc. 40000. authoritate *Guglielm. de Cun. & Alber. in Lauriscentium*, §. *adeò, num.* 6. *vers. vltimò, ff. de pact. Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 57. cum *seq. Corbul. quæst.* 3. post *tract. de iur. emphyteut. Harthm. Pistor. lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 13. qui loquuntur in materia feudali, & emphyteutica.

28 An autem hoc ius petendi domanium habeat locum, tàm in contractu venditionis, quàm etiam in contractu permutationis? latè discurrit *Consil. Anna cons.* 55. qui scripsit pro Vniuersitate Atripaldę contrà Ill. Principem Auellini, & in eadem facti specie consuluit pro Ill. Principe contrà Vniuersitatẽ *Reg. Consil. Io. Andreas Georgius*, magnus Feudista, & in hoc Neapolitano Gymnasio Feudorũ interpres solertissimus *allegat.* 7. qui in *fine* refert bina decreta cõformia, lata in causa prædicta cõtrà Vniuersitatem, & meminit *Reg. de Curte* in dicto suo *diuers. iuris feud. fol.* 9. *n.* 60. vbi ẽt discurrit, & decisas refert quãplurimas quæstiones, & nè lõgior sim, ad *eum* me remitto, & ad *Reg. Modes*, qui *decis.* 117. cũ *seqq.* vsq; ad *decis.* 122. diffusissimè disputat omnes quæstiones, & in eadem *decis.* 117. propè *finem* memorat, à quo tpe huiusmodi domania fuerunt in Regno vsitata.

29 Adhùc tamẽ non grauabor adnotare, quòd dùm ex huiusmodi domanijs Regia Curia nil commodi obtinebat, præterquam exercitium iurisdictionis in Terris domanij, quod in sola destinatione Capitanei singulis annis consistit, vt aduertit *Frece.* suprà citatus, è contrà verò fructus iurisdictionis applicantur Vniuersitati, quæ soluit pretium, vnà cum omnibus introitibus feudalibus, & Baronalibus, illorumq; corporibus, in quo notabiliter Reg. Curia lædebatur, nedùm ob amissionem releuiorum, quæ non debentur Regiæ Curię, nisi per mortem possessorum, & Vniuersitas non moritur, sed etiam ob amissam spem deuolutionis feudorum ob lineas finitas, quæ omninò cessat in bonis translatis ad Vniuersitates, quæ semper viuũt, licèt respectu releuiorum solitum sit practicari, in similibus casibus exigi qualibet noua indictione, scilicèt, quibusq; quindecim annis; ideò aduertens hoc *Regens Fornarius*, sua tempestate Aduocatus Regij Patrimonij vigilantissimus, & doctissimus, vt huic malo mederet, instituit iudicium contrà omnes Vniuersitates, quæ reperiebantur admissæ ad Regium domanium, petendo, illas cogi ad vendendum omnia corpora feudalia Particularibus, vel ad illa transferendum in caput Particularium eligendorum per easdem Vniuersitates, non obstante contractu admissionis ad domanium cum applicatione dictorum corporum in beneficium Vniuersitatum, stipulato per Illustrissimos Regni Proreges cum interuentu Regij Collate-
30 ralis Consilij, & Reg. Cam. Summ. quia ex contractibus huiusmodi transferebantur feudalia ad manus mortuas, quod fuit expressè prohibitum, & denegata potestas assentiendi Proregibus per *pragmaticam nouem capitum*, quæ est *pragm.* 4. suprà *de feudis*, & ità obtinuit contrà omnes, excepta Vniuersitate Laconigri, quæ habuerat priuilegium confirmationis à Cæsarea Maiestate, & sic cessabat obstaculum dictæ pragmaticæ, & propterea fuit absoluta, me pro ea patrocinante, ad relationem Regentis

tis Marthos de Goroſtiola,tunc Præſidentis Reg. Cam. Actuar.tunc Io.Maria Brancatus,& eſt notandum, quòd omnia Caſtra, quæ per priùs non erant de domanio, ſed poſteà fuerunt admiſſa ad domanium iure huius prælationis, ſi poſt aliqua tempora petunt denuò vendi,& redire ſub aliquo Barone,de facili eis conceditur, quia de facili quælibet res redit ad ſuam naturam,*Sylua nuptial.lib.6.nu.26.in fin.*

Et hæc eadē prælatio competit Vniuerſitatibus,
31 nedùm in contractu venditionis, ſed etiam in contractu locationis, ſeù affictus, etiam ad modicum tempus, qui fieret ſimul cum iuriſdictione, vt pro indubitato admittit *Mart.vot.*240. & fuit iudicatū per Sacr.Conſil.ſub die 14.Octobris 1611. in fauorem Vniuerſitatis Aquauiuæ reſpectu affictus facti per Ducem Adriæ,tūc eius vrilem Dominum Aſcanio de Scribanis, referente Regente Carolo Tapia Domino meo,tunc Regio Conſiliario.Actuar.Sacr. Conſil.eſt.....

Militat enim eadem ratio,quæ in contractu venditionis, immò maior, quia per locationem vaſalli ſortiuntur plures Dominos,nempè ipſum locatorē, qui eſt Dominus principalis, & cui etiam durante affictu tenentur præſtare ſubuentiones, taxatas in *Conſt.Quamplurium*,ac etiam Conductorem,cui vaſalli tenentur etiam ſeruire,& obſequia præſtare, cùm ei ſubijciantur, & per ſolam ſubiectionem acquiritur vaſallis ius contradicendi, *Bal.in cap.1.§.ſi quis, num.5.quo tempor.miles*, eorum enim intereſt, non habere tot Dominos, idem *Bald.ibidem, Capyc.* in ſua *inueſt.in verb. feudum dant.col.21.in 4.declar. limit.2.fol.150.Tiraquell.de iure primogen.q.4.nu.30.*

RERVM SVMMA.

32 *Debitores virtute apocarum pro recognitis ex decreto Iudicis habitarum poſſunt compelli ad ſolutionē realitèr,& perſonalitèr, nec audiuntur, niſi facto depoſito,vel intrà carceres.*

33 *Pragmatica iſta procedit etiam in apocis ſubſcriptis tantùm manu debitoris.*

34 *Debitor virtute apocæ Banci conuentus non auditur, niſi facto depoſito,vel intrà carceres,etiam ſi allegaret declinatoriam fori,quæ non abdicaret iuriſdictionem in totum,ſed illam redderet elidibilem tantùm per exceptionem.*

35 *Pragmatica iſta an habeat locum etiam quòad intereſſe,quod debetur conſequutiuè ad apocas, & num contrà hæredes debitoris,vel ſi apoca eſſet tàm antiqua, vt conſtaret ex eius inſpectione de præſcriptione.*

36 *Apoca Banci ſcripta,vel ſubſcripta per minorem,etiā cum conſenſu Curatoris, non habet exequutionem paratam,& quarè.*

Minor regulariter non poteſt carcerari, niſi in caſibus, de quibus hic remiſſiuè.

37 *Minor an teneatur recognoſcere apocam,ſi eſt ſubſcripta ſua propria manu,etiam ſinè Curatore.*

38 *Exceptio fori declinatoria excluſa per hanc pragmaticam an procedat,tàm reſpectu Principalis conuēti vigore apocæ bancariæ,quàm etiam reſpectu Baronis, aut alterius Curiæ.*

39 *Antè recognitionem apocæ, ſiuè priuatæ, ſiuè bancariæ non eſt locus remiſſioni,etiā ſi petatur à Barone.*

40 *Baronis priuilegium ſpeciale cognoſcendi etiam de recognitione ſcripturarum inuat in apocis priuatis,nō in bancarijs.*

41 *Apoca,ſiuè priuata,ſiuè bancaria ſi fuit recognita negatiuè,debet cauſa remitti ad Iudicem competentem.*

42 *Apoca priuata poſtquàm fuit recognita affirmatiuè eſt cauſa remittenda ad Iudicem. Niſi opponatur per recognoſcentem aliqua exceptio friuola ex præheminentia M.C.V.& num.43.*

44 *Exceptio declinatoria fori poſt recognitam affirmatiuè apocam priuatā reijcitur, ſi opponatur exceptio friuola aduerſus apocam recognitam à Principali conuento, ſed ſi petatur remiſſio à Barone, ei non oberit oppoſitio exceptionis friuolæ.*

45 *Apoca bancaria recognita affirmatiuè non eſt locus remiſſioni,etiam ſi petatur à Barone.*

46 *Audientiæ denegatio tollit omnes exceptiones, inter quas includitur etiam declinatoria fori.*

47 *Pragmaticæ verba licèt non videantur reſpicere Barones, ſed ſolùm principales debitores, tamen virtualitèr comprehendunt etiam Barones.*

48 *Barones non poſſunt conquæri de hac pragmatica, quæ tollit eis remiſſionem ſuorum vaſallorum, dùm fuit edita ad ipſorum ſupplicationem.*

49 *Statutum vbicunq; denegat audientiam Parti, comprehendit etiam ius tertij, quod ſit ità coniunctum cum iure Partis, vt oppoſitio tertij reſpiciat etiam commodum Partis.*

50 *Apocis bancarijs recognitis affirmatiuè,& facto depoſito, ſeù conſtituto debitore in vinculis eſt locus remiſſioni cauſæ ad inſtantiam Baronis tantùm, non autē Principalis debitoris, dummodò Baro habeat ſpeciale priuilegium de apocis bācarijs,nec ſufficiet priuilegium cognoſcendi de inſtrumentis liquidatis, & num.51.*

52 *Exceptiones impedientes exequutionem traditam per hanc pragmaticam apocis bancarijs, an, & quales admittantur.*

Statutum tollens omnes exceptiones, item dans exequutionem, non obſtante nullitate, appellatione, & quibuſcunq; alijs exceptionibus, quid operetur, ex plurium caſuum reſolutione ferè illuſtratur hæc materia.

§. ITem volemo,&c.num.6.Debitores vigore apo-
32 carum Bancis directarum poſſunt compelli ad ſolutionem realitèr, & perſonalitèr, nec audiuntur, niſi facto depoſito,vel intus carceres. H.D.

Amplia etiam in apocis habitis pro recognitis ex decreto Iudicis interpoſito in contumaciam cōuenti,nolentis recognoſcere,vt per *Præſ.de Franch. deciſ.502. Gutierr.conſ.37. & lib.1.pract.quæſt.122.*
33 Item amplia, etiam in apocis ſubſcriptis tantùm manu debitoris,tùm quia ita fuit expreſſum in precibus,vt in §.*item ſi ſupplica, ſuprà* eadem *pragmatica*, tùm quia ità reſultat ex diſpoſitione iuris, per tradita ab *Ant.Gabriel.lib.1.tit.de præſumpt.conci.3. num.7. Menoch.præſumpt.66.num.12.& 13.lib.3. Cæſar.Barz.deciſ.21.& 36.* poſt *Angel.in l.pluribus, in prine.ff.de verb.oblig.*& in *l.ſi ità ſtipulatus,§.Chriſogonus, ff.eodem*, vbi etiam *Imol. Alex. & Franc. Aret.* & iterùm *Aret.in l.ſi per epiſtolam,in princ.*
34 *ff.de acquir.hæred.*Nec non amplia,etiam ſi debitor allegaret exceptionem declinatoriam fori, quæ tamen non abdicaret iuriſdictionem in totum, ſed illam redderet elidibilem tantùm per exceptionem, vt ptobant *Cumia ſuper Ritibus Siciliæ, c.40.nu.123. Intrigl. ſuper Bulla de cenſib.q.18.Graſſ.de except.except.18.num.2.*& fuit bis iudicatum per Sac.Conſil. ad relationem Magn.Cur.Vic. in cauſa Notarij Nicolai Antonij de Roſa cum Ioſepho Cambrio. Actuarius Magn.Cur. eſt Maxus,nunc Anaſtaſius.

Item amplia, etiam quòad intereſſe; quod debe-
35 retur conſequutiuè ad prędictas apocas,ex his,quę

tradit *Cæsar Barz.decis.*108. *Gratian.discept.forens.* 323.*num.*9. Item amplia,etiam contrà hæredes debitoris,*Ant.Gamm.decis.*369. Item amplia,etiam si apoca esset tam antiqua,vt ex eius inspectione constaret de præscriptione, *Gutierr.lib.*1.*pract.q.*124.

Sed de his tribus vltimis ampliationibus valdè dubito,nàm hæc pragmatica non dat maiorem vim his apocis bancarijs, quàm habeant instrumenta liquidata, & obligationes penès acta, & tamen nec instrumentum liquidatum,nec obligatio penès acta habent vim exequutiuam,nec pro interesse,nec cõtrà hæredes,nec post decennium, aut vicennium ad summum,vt in *Rit.*188.*&* 167.sed circà hanc æquiparationem,quæ fit cum instrumentis liquidatis via *Ritus* videndus est *Dec.cons.*73.post *num.*1.qui concludit, quòd stante æquiparatione potest exequi in
A personã, & in bonis, etiam incipiendo à captura personæ.

Limita tamen,vt non procedat in apocis scriptis,
36 aut subscriptis per minorem, etiam cum consensu Curatoris,eò quia minor nõ potest carcerari, *Salyc. in l.*1.*num.*10.*C.qui bon.ceder. poss. Roman.cons.*120. *num.*2.vbi *Mandos.*attestatur, esse communem opinionem,*Brun.de cess.bonor.*3.*q.*4.*q.principalis.nu.*14. *Coler.de processibus exequut. part.*2.*cap.*3.*num.*249. *Bouadill.lib.*3.*cap.*15.*num.*29.*vers.los menores*, & ità fuit iudicatum in causa Paschalis Caputi, & Docij Crisconij cum Francisco Antonio Masullo,referente Regio Consiliario D. Francisco Bernaldo Aguiros. Actuar.est Ascanius Longus,alios casus,in quibus minor possit, vel non possit carcerari, explicat *Mauson. de caus.exequut.limit.*11. vbi constituit re-
37 gulam,quòd non possit carcerari. Minor tamen tenetur recognoscere apocam, si est subscripta sua propria manu, etiam sine Curatore, vt per *Gaticrr. lib.*1.*pract.quæst.*123.

Sed non est omittendum,quòd ampliatio tradita per *Me* suprà *num.*33.vt hæc pragmatica procedat, etiam si conuentus opponeret exceptionem declinatoriam fori,fuit multotiès disputata in Sac.Cons.
38 tàm de illius veritate, quàm etiam de eius intellectu, an scilicèt procedat, nedùm respectu Principalis conuenti vigore apocæ bancariæ, sed etiam respectu Baronis, seù alterius Curiæ,ad cuius instantiam peteretur remissio causæ motæ cõtrà eius subditum vigore apocæ bancariæ, & in vtraq; disputatione fuit consideratus articulus, tàm respectu apocæ, seù alterius scripturæ priuatæ, quàm etiam respectu apocæ bancariæ, & fuit facta hæc distinctio, quòd scilicèt

Aut remissio causæ petitur antè factam recognitionem apocæ præsentatæ,aut post recognitionem, aut denique post depositum factum, seù cõstitutum debitorem in vinculis, iuxtà hanc pragmaticam.

Primo tempore,videtur nullo modo locum esse
39 remissioni, tàm in apoca priuata, quàm in bãcaria, siuè petatur remissio à Parte,siuè à Barone, seù alio Iudice, ex præheminentia Magnæ Curiæ Vicariæ, teste *Carau.rit.*54.*nu.* 2. ratio est tradita per *Rebuff. in tit.de chirograph.art.*1.nè scilicèt per mortem debitoris pereat probatio scripturæ per recognitionem,quæ ratio militat,siuè remissio petatur per debitorem, siuè per Baronem.

Nisi Baro habeat speciale priuilegium cognoscẽ-
40 di etiam de recognitione scripturarum, tunc enim in apocis priuatis datur remissio, in bancarijs verò secus, per ea,quæ dicam inferiùs.

Secundo tempore, aut recognitio est facta nega-
41 tiuè, vt quia conuentus negat,apocam esse sua manu scriptam,vel subscriptam,& tunc tàm in apoca priuata, quàm in bancaria erit locus remissioni, à quocunq; petatur,in priuata,quia apoca negata est dandus terminus, sunt recipiendæ probationes, & hic est adhibenda causæ cognitio, quæ propterea debet fieri coràm Iudice competenti; in bancaria similiter neq; hoc casu intrat hæc pragmatica, quæ loquitur in apoca recognita affirmatiuè, aut legitimè probata, nisi post negatam apocam Iudex daret terminum super verificatione apocæ tantùm, non autèm in causa principali, nam tunc in apoca bancaria non erit locus remissioni.

Aut verò recognitio est facta affirmatiuè, faten-
42 do, quòd sit propria manu scripta,aut subscripta, & tunc in apoca priuata omninò erit locus remissioni,nisi in actu recognitionis, vel postea opponatur
43 aliqua exceptio friuola ex sui inspectione, quia tunc ex alia prẽheminentia M.C.V.datur terminus ad probandum; aliàs ad soluendum, & non remittitur, teste *Frecc.lib.*1.*subfeud.tit de offic. Magistr. Iustit.in fin.*& eodem *Carau.d.rit.*54.antè *nu.*3. Quod
44 Ego puto verum, si remissio petatur nomine Principalis conuenti,sed si petatur nomine Baronis,non video, cur possit denegari, cùm suæ iurisdictionis sit reijcere etiam friuolas exceptiones.

In apoca verò bancaria videtur nullo modo esse
45 locum remissioni,quia tunc intrat dispositio huius pragmaticæ, quæ denegat Conuentis audientiam,
46 & sic omnes exceptiones eis competentes tollit, inter quas includitur etiam exceptio declinatoria fori, seù Iudicis incompetentiæ, quæ tamèn non sit omninò, & radicitùs incompetens, proùt vltrà *Cumiam,et Intriglolum* citatos suprà *d.num.*33. admiserunt *Milanens.decis.Sicil.*2.*num.*39. *par.*2.vbi *num.* 43.attestatur,ità fuisse iudicatum in illis Tribunalibus Siculis, etiam contrà milites petentes remissionem ad forum Audientiæ exercitus, *Anton.de Ball. variar.tract.lib.*5. *tit.de censib.q.*24.*num.*6.cum *seq.* & fuit originale dictum *Baldi in l.*1.*num.*8.*C. si à non compet. iudic.* cui se subscripsit *Couarr. pract. quæst. cap.*25.*num.*3.*vers.militas siquidem.*

Et licèt verba pragmaticæ non videantur respi-
47 cere Barones,nisi solùm Principales conuentos,tamen ex verbis ipsis resultat virtualitèr exclusio etiã Baronum, dùm apocæ bancariæ æquiparantur instrumentis liquidatis, & obligationibus stipulatis penès acta M. C. V. quibus in casibus certum est, quòd Baroni non competit remissio, præsertim non facto depositio,vel constituto Principali debitore in vinculis, ex his,quæ dixi in *pragm.*1. *suprà de instr. liquid.*

Nec Barones possunt conquæri de hoc, cùm sit
48 lex generalis pro bono publico,& ad supplicationẽ ipsorum Baronum lata in Comitijs celebratis per eosdem Barones, vt in principio pragmaticæ clarè constat.

Idq; confirmatur,quia vbicunq; lex,vel statutum
49 denegat audientiam Parti,comprehendit etiam ius tertij, quandò est ità coniunctum cum iure Partis, vt oppositio tertij respiciat etiam commodum Partis,ità pulchrè docet *Ripa in l.naturaliter,§.nihil cõmune,nu.*180. *ff.de acquir. poss.Menoch.de recup. poss. remed.*1.*num.*381.*Cancer.lib.*2.*var.resol.c.*16.*nu.*93. *Mastrill.decis.*198.*num.*14.*&* 15.& ità est in hoc casu, vbi remissio petita per Baronem impediret depositum faciendum,seù carcerationem debitoris,& sic respiceret commodum debitoris, qui vigore pragmaticæ non debet audiri, nisi in vinculis, vel facto depositio.

Tertio

Tertio verò, & vltimo tẽpore quòad apocas priuatas nulla cadit inſpectio, ſupponẽdo, quòd remiſſio iàm habuerit effectum ſuum, ſiuè in primo tempore, ex priuilegio, ſiuè in ſecundo tempore, ex natura cauſæ.

Quò verò ad bãcarias, ſi Baro habet priuilegium
50 ſpeciale cognoſcendi etiã de apocis bancarijs, erit locus remiſſioni ad ſui inſtantiam, non autèm Principalis debitoris, proùt de inſtrumentis liquidatis, ſi de eis habet ſpeciale priuilegium, per ea, quæ dixi in *d. prag. 1. de inſtrum. liquid.*

Neq; ſufficeret, quòd pro hac remiſſione in apo-
51 cis bancarijs Baro haberet priuilegium cognoſcendi de inſtrumentis liquidatis, nàm pragmatica æquiparat has apocas bancarias, nedùm inſtrumentis liquidatis, ſed etiam obligationibus ſtipulatis penès acta M.C.V. reſpectu quarum nullum priuilegium Baronibus opitulabitur.

Et ità fuit ſemper obſeruatum, quotieſcunq; caſus accidit in Aula, in qua Ego reſideo; verùm ſub die 28. Septembris præſentis anni 1616. dùm hic caſus accidiſſet diſputandus in cauſa Vincentij Vitelli cum Carolo Campagna conuento, cuius remiſſionem petierat Magnus Admiratus vigore ſuorũ priuilegiorum ad relationem Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ prouiderat, quòd facto depoſito prouidebitur ſuper petita remiſſione, conuocatis omnibus Conſiliarijs quatuor Aularum, ob diuerſitatem deciſionum in ſimilibus factarum fuit diffuſiſſimè diſputatus articulus reſpectu omnium trium temporum ſuprà conſideratorum, & reſolutum per maximam partem votorum, quæ fuerunt numero quindecim, vt reſpectu primi, & ſecundi temporis nullo modo ſit locus remiſſioni petitæ per Barones, aut alios habentes iuriſdictiones, etiam quòad Magnũ Admiratum, & ſic fuit confirmatum decretum Magnę Curiæ, quod reſpiciebat ſecundum tempus, quòverò ad tertium tempus, ſcilicèt poſt factum depoſitum, vel conſtitutum debitorem in vinculis fuit cõcluſum, quòd poſſit eſſe locus remiſſioni ad inſtantiam Baronum. Actuarius Magn. Cur. eſt Signorellus. Et inſupèr fuit factum decretum generale, tenoris ſequentis.

Suborta difficultate in Sacro Regio Conſilio ob varias deciſiones in eo factas, an poſſit Iudex, quandò quis conuenitur vigore apocæ bancalis, & petitur remiſſio, prouidere, quòd faciat depoſitum, aut ſe conſtituat in vinculis, vel debeat præcisè prouidere antè omnia ſuper petita remiſſione.

Die 28 Septembris 1616. Neap.

Congregato dicto Sacro Conſilio ordine Illuſtr. Regentis Marci Antonij de Ponte, Marchionis Sancti Angeli, Regij Collateralis Conſiliarij, & Præſidis S.C. Vicequèprothonotarij, pro decidenda dicta difficultate, interuenientibus præfato Illuſtr. Marchione, vnà cum infraſcriptis Magnificis Regijs Conſiliarijs, fuit declaratum, pro obſeruantia Regiæ pragmaticæ editæ ſub die 13. Ianuarij 1588. in cauſis motis, et mouendis vigore apocarum directarum publicis Bancis, non eſſe admittẽdam exceptionem fori declinatoriam, ſiuè opponatur à Parte, ſiuè à Barone, aut quauis alia Curia, prætẽdente cauſæ remiſſionẽ, virtute quorumuis priuilegiorum, niſi poſt apocas recognitas, aut legitimè verificatas, fuerit factum depoſitum per debitorem conuentum, vel ſe conſtituerit in vinculis, hoc ſuũ, &c. Franciſcus Antonius de Mercati Secretarius, & eſt *prag. 2. de remiſſion. cauſ.*

Hæc quòad exceptionẽ fori declinatoriam, quòd
52 verò ad alias exceptiones, quæ impugnarent exequutionem paratam, an ſint admittendæ, non obſtante, quòd per hanc pragmaticam denegetur audientia, & ſic tollatur omnis defenſio? veritas haberi poteſt ex traditis per *Bartol.* in *l. 1. §. & parui, nu. 7. ff. quod vi, aut clàm*, *Bellug.* in *ſpecul. Princ. rubr. 41. §. leges Regni, num. 19. circà fin. verſ. item ſcias*, *Frecc. de præſent. inſtrum. par. 9. quæſt. 7. Canar. de exeq. inſtrum. quæſt. 1. 2. 3. & 4.* item 11. cum pluribus *ſeqq. Carau. rit. 166. num. 57. & ſeqq.* late *Menoch. præſumpt. 48. lib. 2.* latisſimè *Ioſeph Seſe de inhibit. cap. 5. §. 8. per totum*, vbi declarat totam materiam per ſex regulas, ab ipſo conſtitutas, & optimè diſcuſſas. ſ. ſi ſtatutũ tolleret omnes exceptiones ſimpliciter, friuolæ tantùm cenſentur ſublatæ, & non aliæ iuſtæ, ſi tolleret omnes exceptiones iuſtas, & rationabiles, tranſacto termino ad probandũ, valeret, alias non, ſed in vtroquè caſu non reijceret exceptionem notoriam, vel modificatiuam, ſi ſtatutum remouet exceptiones contrà inſtrumentum, poteſt opponi, quòd non ſit inſtrumentum, ſi remouet omnes exceptiones, niſi ſolutionis, vel falſitatis, tunc poterunt opponi, quæ in generali remotione non cenſentur comprehenſæ, ſi ſtatutum daret exequutionem, non obſtante appellatione, nullitate, & quibuſcunquè alijs exceptionibus poſſunt opponi exceptiones, quæ contrà ſententiam poſſunt, quales ſunt illæ, quæ poſt inſtrumentum, vel cum inſtrumento naſcuntur, quia non corruit inſtrumentum, corruerent clauſulæ, & conſequentèr exceptiones poſſunt opponi; ſi corruit contractus in inſtrumento, tunc ſi ſtatutum dat exequutionem pacto exequutiuo, quemadmodùm ſententiæ ſuper inutili contractu latæ, non poſſunt opponi aliæ exceptiones, ſi dat exequutionem ſubſtantiæ contractus, ſi eſt inutilis, exceptio dabitur.

ADDITIO.

A SED an hæc *Pragmatica* extendenda quoq; ſit ad apocas Bancarias, giratas alteri, vtputà quia apoca Bãci facta ſit (verbi gratia) à Petro in beneficium Franciſci, & à Franciſco deindè ſit girata Ioanni. Et licèt per multos annos, quibus in his Tribunalibus ſum verſatus, ſemper practicaui, & vidi, & audiui practicari, quòd tàm in prima apoca, quàm in ſecunda, ſeù girata, obſeruata ſit hęc *Pragmatica*, nouiſſimè tamen audio, veterem hanc praxim in controuerſiam eſſe deductam, ac diuerſimodè nouos ſentire Pragmaticos. Ego verò in ea sũ opinione, quòd in vtroq; caſu ſeruari debeat *Regia* hęc *Pragmatica*, quod, vt pateat, diſtinguo duos caſus. Verùm quia apud *DD.* terminus hic girationis, ſeù giri, non eſt cognitus, ideò neceſſe eſt, vt in huius quæſtionis reſolutione vtamur terminis mandati, & ceſſionis, quæ ſimilis eſt giratæ, vt Nos dicimus; Enimuerò cùm omnes articuli ſingulatim, aut legibus, aut Senatuſconſultis comprehendi non poſſint, ſi tamen in aliqua cauſa eorum ſententia manifeſta eſt, de ſimilibus ad ſimilia procedendũ eſt, ac ius dici debet, vt ait *tex.* in *l. non poſſunt 11. ff. de leg.*

Primus itàq, caſus eſt, ſi Franciſcus primus creditor agit contrà Petrum, qui apocas fecit, non obſtãte, quòd per ipſum Franciſcum ſit girata, ſeù ceſſa Ioanni, & in hoc caſu certum eſt, quòd propter directam actionem, radicatam in perſonam Franciſci, quæ nullo modo poteſt ab eo diuelli, poteſt Franciſcus agere contrà Petrum debitorem, non obſtante ceſſione, ſeù girata, *text.* eſt vulgaris in *l. 3. C. de nouat.* vbi *gloſ. Bart. Bald.* cęteriq; *DD.* omnes, quos citat *Bertaz. clauſul. 29. gloſ. 4. num. 5. & Affl. dec. 335.*

vbi

vbi etiam *Vrſill.Theſaur.deciſ.*201. *Cacher.deciſ.*62. *Marc.Anton.de Amat.dec.March.*93. *& Guid.Pap.* q.167.Dummodò non interuenerit vnum de tribus illis contentis in *d.l.*3.C.*de nouat.* proùt notant *DD.* cum *gloſ.ibi.*

Secundus caſus eſt,ſi agit Ioannes giratarius,ſeù ceſsionarius,cui apoca fuit à Franciſco girata, ſeù nomen ceſſum,& in hoc caſu ſubdiſtinguendi ſunt duo alij caſus. Alter eſt, ſi agit contrà Franciſcum girantem,ſeù cedentem,(quod facere poteſt, nàm per iſtam ſimplicem ceſsionem nominis non fuit liberatus Franciſcus,*l.*2.*in fin.*iuncta *l.*3.*in princ.C.de nouat.*)proùt liberatus fuiſſet,ſi per viam delegationis,& mediante legitima delegatione feciſſet ceſſionem,*l.delegare,la prima,*vbi *DD.ff.de nouat.*& tradit *Surd.dec.*23.*n.*8.& alij per ipsũ citati. Alter verò eſt,ſi agit cõtrà Petrũ,Frãciſci debitorẽ ceſsũ, ſeù illius nomẽ ceſsũ,& in vtroq; caſu dicendũ eſt, poſſe id facere,cũ Ioannes giratarius,ſeù ceſsionarius per ceſsionem ſucceſſerit in vniuersũ ius cedẽtis, ꝙ antè ceſsionem habebat,& cenſeatur eadem perſona cum ipſo cedente,eodemq; iure vtatur,quo cedens vtebatur,proùt hæc omnia probat *D. Horatius Barbat.*in *pragm.de aſſiſt.gloſ.*7.*nu.*75.*&* 76. ac gaudeat omnibus priuilegijs cedentis,*Burſat.conſ.*415.*nu.*5. *vol.*4.*& conſ.*374.*n.*6.*et* 7.eodem *vol.*4. vbi ſatis benè loquitur,& fundat,quòd poteſt ceſsionarius vti iuribus cedentis,etiam contrà quoſcunq; authores cedentis,etiam via exequutiua,*Tomat.dec.*13.*n.*4.*et Carauit.*in *ritu* 286.*n.*3.*& ritu* 178.*n.*9.atq; in eum tranſeat etiam priuilegium fori,competens iuri ceſſo,ſicuti dicit *Salyc.*in *l.per diuerſas,n.*17.*C.mandat.* ex *Bal.*quem allegat.

Quòd ſi poteſt giratarius,ſeù ceſsionarius,tã cõtrà prædictum debitorem,ſeù illius nomen ceſſum agere,quàm etiam contrà girantem, ſeù cedentem, pro confeſſato debito,in hac bancali apoca contento experiri,id planè agere poterit eo modo,& forma,ac cum omnibus priuilegijs,& iuribus, etiam exequutiuis,quibus potuit cedens antè ceſsionem, iuxtà ſupradictam *Bal.& Salyc.*doctrinã in *d.l.per diuerſas,Barbat.Tomat.Carauit.* & aliorum, ab ipſis citatorum.Cùmq; tàm Petrus primo loco in beneficium Franciſci,quàm Franciſcus deindè in beneficium Ioannis,mediantibus ſupradictis apocis bancalibus reſpectiuè,effecti ſint debitores, non facta ſolutione per Bancum,abſq; difficultate,ad ſolutionem vterq; vrgeri poterit, iuxtà diſpoſitionem huius *Pragmaticæ.*

Hac opinione retenta, vim non faciet, quòd per *Reg. Pragm.* apoca bancalis per principalem recognita,vel probata per teſtes,equiparetur inſtrumento publico liquidato, & obligationi pẽnès acta incuſatæ.Sed inſtrumentum non poteſt liquidari per ceſsionarium,nec etiam obligatio pẽnès acta incuſari,vt voluit *Carau.*in *rit.*286.*&* 178.*in fin. & Bernard.Pand.de liquid.inſtrum.p.*2.*declar.*23.*n.*94.*in fin.* Ergò Ioannes ceſsionarius ſaltèm non poſſet hac *Pragmatica* vti,dùm agit cõtrà Petrum debitorem, ſeù illius nomen ceſſum(dico contrà Petrum, quia reſpectu ipſius tantùm dicitur Ioannes ceſsionarius, & reſpectu Franciſci dicitur immediatus creditor ipſius.)

Nàm reſponderi poteſt,quòd quàmuis ceſsionarius non poſsit inſtrumentum liquidare ad formam *ritus M.C.*propter iuramentum,quod non eſt præſtitum de facie ad faciem cum ipſo ceſsionario, vt dixit *Affl.*in *dec.*64.& in *Conſt.Eos,qui ſcienter, nu.*14. (licèt hoc non placeat *Carau.*in *d.ritu* 286.*nu.*4.nec etiam admittat *Bernard.Pand.d.declar.*23.*num.*94.) nec obligationem incuſare. Poterit tamen ceſsionarius exequutionem petere, ac pacto exequutiuo vti,ſicuti probant *Carauit.Pand. & Tomat.* in *locis* prædictis.Et cõſequentèr benè poterit ceſsionarius, ſeù giratarius pro exequutione apocæ bancalis ad formam huius *pragmaticæ* inſtare,eòq; magis, quoniam ea ſolemnitas,& forma, quæ neceſſaria eſt in liquidatione inſtrumenti via *ritus M.C.* minimè requiritur in liquidatione,ſeù probatione, aut recognitione apocæ bancalis. Nec bona ſequitur conſequentia.Inſtrumentum non poteſt liquidari via *ritus* per procuratorem,ſeù ceſsionarium, ergò nequè apocæ bancalis exequutio peti poterit per procuratorem, nomine principalis, vel per ceſsionarium, nomine proprio,vigore ceſsionis,ſeù giratæ, cùm cõſtitutus ſit procurator in rem propriam, nam termini non ſint pares,& ſuprà benè oſtendimus ex *Carau.Tomat.Pand.*& alijs,poſſe ceſsionarium inſtrumenti exequutionem petere. Nec non poſſe etiam ceſsionarium,atq; procuratorem cum ſpeciali mandato obligationem incuſare, dixit *Carauit.* in *d. rit.* 286.*n.*7.*&* D.*Capibl.in pragm.*8.*p.*1.*n.*358.

Nec minus oberit inſulſa ſanè conſideratio,quòd hæc *Pragmatica* loquitur in prima tantùm apoca, & in ea debet intelligi, non autèm in ſecunda, ſeù girata,iuxta *text.*in *l.boues* 89.*§.hoc ſermone, ff de verb.ſignif.*maximè cùm ſit exorbitans, (ſi non corrigit ius commune) Eo,quoniam vel Ioannes agit contrà Petrum,& res eſt ſine ſcrupulo,quia agit vigore apocæ bancalis,vel agit contrà Franciſcum, & res eſt etiam clara,quia agit vigore alterius apocæ, etiam bancalis,ſcilicèt giratæ,nàm giratio eſt etiam apoca bancalis,& ſi ex communi vſu non repetatur verbum illud *Banco,*ſed tantùm dicatur, *Et per me li paghi à Gio. etc.* verba dirigendo eidem Banco,& loquendo cum copula,*Et* quæ coniungit præcedentia,*Abbas* in *c.ex parte,de reſcr.* & ſic in vtroq; caſu ſemper dicetur apoca bancalis,& erimus in prima vice,iuxtà *text.*in *d.l.boues, §.* ſeù *verſ. hoc ſermone.*

Prætereà(circumſcriptis prædictis,) quòd poſsit, nedùm ceſsionarius, ſed etiam ceſsionarius ceſsionarij,vel ceſsionarij hæres,exequutiuo modo agere, ac poteſtatem capiendi exercere,iuxtà *Reg. Pragm. de aſsiſtent.*latiſsimè probauit *Barbat.*in *d gloſ.*7.*nu.* 69.71.72.*&* 78.poſt *Burſat.*in relato *conſ.*374.*nu.*6. *vol.*4.(licèt id reſtringat,non procedere in vltrioti, & ſic in tertio ceſsionario,vel tertio hærede,nè plura concurrant ſpecialia,ſcù fictiones in eodem ſubiecto,vt in *d.nu.*78.)Et magis ſtringendo, quòd poſſit ceſsionarius ſtatuto vti de capiendo debitorem, nõ præmiſſa citatione,& quòd ſtatutũ dicens, quòd inſtrumentum poſsit exequi contrà debitorem, cõprehendat etiam ceſsionarium,ſatis benè fundauit *Roman.*illud *conſ.*142.*n.*2.& hoc in *conſ.*38.*nu.*1.

Patet ergò,tàm primum, & immediatum ceſsionarium, quàm ſecundum,ac etiam illius hæredem poſſe in eorum credito,bancali apoca fundato, exigendo,etiam quòd ſit, vt Nos dicimus,*girata*, hac *pragmatica* vti,nec poſſe debitorẽ audiri, niſi facto depoſito in publico Banco,vel ipſo debitore in vinculis conſtituto.Quod & ſi non vltrà ſecundum ceſsionarium egredi velit *Barbat.d.num.*78. communis tamen vſus id non probat, & quandòquè videmus, nedùm primum,ſed etiam ſecũdum,tertiũ, ac quartum giratarium adhùc admitti, nàm & Bancorum Gubernatores id etiam obſeruant,cùm in Bãco demandata quantitas exiſtit,eſtquè apoca bona,vt dicunt.

Illud

Illud postremò hic queri potest, an necessaria sit excussio contrà principalem debitorem,antequàm agatur contrà cedentem , & minimè necessariam esse,dixit *Alex.and.in cons.137.num.7.& 8.volum.2.* quem sequitur *Bursat.* in citato *cons.374.num.7.* tunc enim necessaria est excussio , ex iuris communis dispositione,cum hypothecaria , non autèm quandò personali actione experimur,excepto casu *auth.presente,C.de fideiuss.* quod est speciale. Immò etiam nec in hypothecaria est necessaria per *Reg.prag.vnic. de assistent.*

Io.Laganarius .

De Officio Quæstoris Aerarij generalis,seù Thesaurarij,& aliorum Quæstorum Tribunalium. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Thesaurarij debent adnotare quamlibet pecuniam cū alagiorum,& ponderis diminutione,& iuxtà adnotationem computum reddere.*
Dominium pecuniæ à Thesaurario exactæ pēnès quem sit,& cuius periculo pereat,remissiuè.
2 *Thesaurarius qua pœna puniatur,si conuertat pecuniā in alium non destinatum vsum,remissiuè.*
3 *Thesaurarius si conuertat pecuniam in alium vsum nō destinatum,an incidat in crimen peculatus, vel de residuis,& an de hoc crimine possit cognosci , etiam post mortem Thesaurarij contrà eius hæredes .*
4 *Thesaurarius hodiè,& omnes Officiales Reg. Camerę prohibentur emere bona,tàm feudalia,quàm burgēsatica,& alia officia,& iurisdictiones,quæ vendun-tur ad instantiam Regiæ Curiæ , vel per Tribunal Regiæ Camerę.*
5 *Thesaurarius generalis,& alij Prouinciales , & Locumtenentes comprehenduntur, sub pragmatica prohibente Officialibus,nè petāt officia à Baronibus, vel beneficia à Prælatis , seù laicis habentibus ius præsentandi.*
6 *Officiales pecuniarij quòd teneantur adnotare quodcunq; pecuniarum genus Reg.Cur.cum particulari ipsius generis,& ponderis descriptione, est etiam per ius commune dispositum.*

VNiuersis,& singulis,&c.

1 Thesaurarij tenentur adnotare quamcunquè pecuniam cum alagiorum , & ponderis defectione,& iuxtà adnotationem reddāt computum.H.D.

2 Dominium pecuniarum per Thesaurarium exactarum,cuius sit,& cuius periculo pereant, & si in alium non destinatum vsum conuertantur,leges locum non habent penales,*Bursat.cons.325.num.23.et 326. volum.3.* nec incidit in crimen peculatus , vel
3 de residuis , vide *Reg.Lanar.cons.93.* sed admittit *Bursat.d.cons.325.nu.14.* nec de hoc crimine posset cognosci post mortē Thesaurarij contrà eius hæredes,vide eundem *Reg.Lanar.in cons.43.*& aduerte,
4 quòd hodiè Thesaurarius,& omnes Officiales Regiæ Camerę prohibentur emere quæuis bona,tàm feudalia,quàm burgensatica,& alia quæcunq; officia,& iurisdictiones,quæ ad instantiam Regiæ Curiæ,vel per Tribunal R.C.venundantur , vt in *prag. 8.supra de empt.& vendit.* vbi aliqua dixi , & nota ,
5 quòd sub pragmatica prohibente Officialibus , nè petant officia à Baronibus,vel beneficia à Prælatis, seù laicis habentibus ius præsentandi, includuntur etiam Thesaurarius generalis, & alij Prouinciales & eorum Locumtenentes,vt in *pragm.5.& 9.supra de Officialibus,& quæ iis prohibeantur* ; & quatenus
6 in hac pragmatica disponitur , vt Officiales pecuniarij teneantur adnotare quodcunq; pecuniarum genus Reg. Cur. quod receperint cum particulari ipsius generis,& alagiorum,seù ponderis detectionis descriptione,est conformis dispositioni iuris cōmunis,prout solidissimè comprobat *Surd. cons.391. n.34.vers.conuenire,vol.3.*

De Officiorum prouisione,seù distributione facienda Regnicolis,& exteris. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Magistratuum constituendorum potestas ad Regem tantùm spectat,& quarè.*
2 *Officia quæ ad iustitiæ administrationem pertinent ex gratia huic Regno concessa,pro duabus partibus Regnicolis tantùm,& non forensibus , pro tertia verò parte,etiā exteris arbitrio ipsius Regis conferūtur.*
3 *Officiorum in distributione vti sit procedendum cum filijs Hispanorum , in hoc Regno procreatis , an vti cum Regnicolis , vel vti cum exteris , & nu.4. 6.7. & 12.*
5 *Vna , eademquè res non debet diuerso iure censeri , & num.18.*
8 *Regnicola verè,& propriè dicitur tàm is, qui est ortus in Regno,quàm qui est oriundus à patre nato in Regno,vndè vt quis habeat duplicem originem , propriam scilicèt,& paternam,non iure speciali,sed cōmuni introductum est.*
9 *Senatoriam dignitatem adeptus non solùm retinet propriam originem quòad honores,sed etiam domicilium.*
10 *Regnicola est capax etiam officiorum reiniatorū exteris,& nu.11.et 16.*
13 *Prohibitum expressè si quid non est, permissum videtur,cùm non sit de genere prohibitorum.*
14 *Origo propria,vel paterna vti iura naturalia sunt immutabilia,nec sua sponte possint adimi.*
15 *Vna via electa quandò censeatur alteri renunciatum.*
17 *Regnicola non est contrarius extero ad assequendos honores sed rivalis cum eo,& qui dicantur contrarij,et qui rivales.*
19 *Specialia duo an,& quandò possint concurrere in eodem subiecto.*
20 *Iure suo qui vtitur,nemini facit iniuriam.*
21 *Patriæ pro salute non optimè tantùm sentire, sed vitā etiam effundere honestum est.*

ITem atteso , &c.

Officiorum collatio in hoc Regno est distribuenda pro duabus partibus Regnicolis, pro alia tercia parte arbitrio Sacræ Maiestatis . H.D.

1 Potestas constituendorum Magistratuum ad solum Regem spectat,*cap.1.quæ sint regal.* eò quòd ab eo omnes iurisdictiones,velut flumina à mari fluūt, ac refluunt,*Bald.et Aluarot.in c.1.§.ad hoc, de allodijs*,nullis limitibus coarctata , nullius habenis refrænata,sed suo proprio motu, & arbitrio librata, vtpotè quia in eo sufficit pro ratione voluntas,vt in *clem.2.et ibi Zabarell.in princ. de appell. § sed quod Principi placuit,Institut.de iur.natur.gent.et ciuil.*quę & si ampliſſima sit, tamen ex Caroli V. Cæsaris benignitate recepit aliqualem restrictionem in hoc

Re-

Regno Neapolitano;is enim in anno 1550.inter nõnullas gratias huic Regno elargitas,illam vnam cõcessit in 4 *capit.* vt scilicèt omnia officia,& signanter ea,quæ ad iustitiæ administrationem instituta sunt, conferantur pro duabus partibus Regnicolis tantùm,& non exteris;pro tertia verò parte etiam exteris,arbitrio ipsius Regis,vt in *fol.* 148. inter *priuilegia et capitula Neap.* vndè sumpta est hæc pragmatica, quam hilari fronte confirmauit Philippus II. Rex inuictissimus, non semel, sed bis, nempè semel in anno 1557. vt in *c.* 1. *fol.* 159. & iterùm in anno 1561. vt in *c.* 1. *f.* 165.

Hinc factum est,quòd vt plurimùm in locum Officialium Regnicolarum demortuorum electi sunt ab ipso Rege similiter Regnicolæ ; in locum verò demortuorum exterorum electi sunt exteri,& regulariter Hispani, & propterea vulgò appellantur, *Piazze Spagnole*.

Atquia multoties accidit, quòd Hispani origine moram in hoc Regno trahẽtes ex matrimonijs hic, vel alibi contractis filios in hoc Regno procrearũt, qui tanquàm Regnicolæ ex propria origine sunt capaces officiorum Regnicolis solis reseruatorum, & tanquàm Hispani ex origine paterna,sunt etiam capaces officiorum exteris designatorum. Idcircò fuit aliquandò dubitatum,qualiter cum ipsis gerere se debeat Regia Maiestas in huiusmodi officiorum distributione,an vti cum Regnicolis,vel vti cum exteris? & inòleuit quædam communis vox inter omnes prætensores,vt attendatur primus actus, nempè vt sit in electione ipsius prætensoris ingredi viam, quam maluerit,Regnicolæ scilicèt, vel exteri, sed vna via electa non detur amplius sibi regressus ad aliam. Quæ quidèm opinio fulciri potest, tùm ex regula *text.* in *l. si mulier, §. fin. ff. quod met. caus.* vbi ait *Iurisconsultus* viam,quam quis elegit,ea sibi pateat, tùm etiam ex regula *text.* in *l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribut. action. l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxalib.* vbi vna actione electa, seù vno remedio electo,alteri censetur renunciatum, ità vt amplius ad aliud regressus haberi non possit, prosequitur *Aff. dec.* 134. His adstipulatur,quia quatènus ad hos honores in hoc Regno obtinendos attinet, exterus, & Regnicola sunt contrarij, nàm Regnicola non est capax officij,quod extero debetur, proùt exterus non est capax officij,quod debetur Regnicolæ,quò fit,vt is,qui in potentia est habilis,& capax vtriusq; qualitatis,si actu alterutram amplexus sit, eò ipsò censetur alteram contrariam reprobasse,quia posito vno de contrarijs,alterum omninò tolli necesse est, *l. si inter me, ff. de except. rei iudic. l. hæc verba, la seconda, ff. de verbor. significe. Soc. ium. cons.* 122. *nu.* 10. *et sequ. volum.* 1. Quòd si hæ duæ qualitates, Regnicolæ scilicèt,& exteri non contrariæ sint, erunt tamen inter se diuersæ, & tunc succedit regula *l. eum, qui ædes, ff. de vsucap.* vt scilicèt vna,eademq; res diuerso ire censeri non debeat,& sic vna, eademquè persona diuerso iure ,s. modò Regnicolæ,modò verò exteri censenda nullo modo sit.

Postremò confirmatur,quia saltem negari non poterit,quòd si contrarium admitteretur, resultarent duo specialia in eodem subiecto, vnum scilicèt ex priuilegio Regnicolæ,vt tanquàm Regnicola potiretur officijs debitis Regnicolis : alterum verò ex priuilegio exteri,siuè forensis, vt tanquàm forensis fruatur officijs reseruatis forensibus, quod est contrà regulam *text.* in *l.* 1. C. *de dot. promiss.* & in *l. cùm post, §. gener, ff. de iure dot.* esset enim comedere, vt aiunt,cum vtraquè maxilla, & per vnam tollere panem Regnicolis,per aliam verò auferre panem forensibus.

Ego autem pluriès,atquè pluriès hæc omnia mecum animo reuoluendo nunquàm ex his, aut alijs rationibus persuadere mihi potui, vt hæc opinio sit amplectenda,sed potius tanquàm vana vox populi sit prosternenda,& respuenda, *l. decurionũ, C. de pœn.*

Affirmo igitur constantissimè,eum, qui est capax vtriusq; qualitatis,scilicèt Regnicolæ,& exteri,licèt semel ab initio acceptauerit officium,quod exteris conferri consueuit,non ex hoc reddi incapacem officiorum,quæ Regnicolis tantùm debentur, sed remanere habilem,& capacem ad illa consequẽdum, quotiescunq; vacauerint,& proindè licere sibi variare de officio exteri ad officium Regnicolæ, & sic è contrà.

Ad quam opinionem fundandã aliqua mihi præmittenda duxi, &

Primò,quòd,vt quis consequatur duplicem originem,propriam scilicèt,& paternam,& consequenter vt quis potiri possit duplici priuilegio, scilicèt originis propriæ,& paternæ, non est introductum aliquo iure speciali, sed de mero iure communi, proùt de origine propria habetur in *l. assumptio, in princ. ff. ad municip. l.* 1. *et l. origine, C. de municip. et orig. lib.* 10. *l. cives, C. de incol. cod. lib.* 10. de origine verò paterna habetur in *l.* 1. & in *d. l. assumptio, §.* 1. *ff. ad municipal. l.* 3. *C. de municip. et origin. lib.* 10. & propterea dicitur vere,& propriè Regnicola ràmis,qui est ortus in Regno, quàm qui est oriundus à patre nato in Regno,vt apertissimè declaratum fuit per Regem Philippum II. in *c.* 1. *in fin. verb. de gratijs concessis* in anno 1561. *fol.* mihi 165. *et à t.*

Secundò,quòd adeptus Senatoriam dignitatem nedùm retinet propriam originem quantùm ad honores, *l. municeps, in princ. ff. ad municipal.* verùm etiam ea dignitas potius adiectionem domicilij, quàm permutationem inducit, *l. Senatores, ff. de Senator.* & sic vbicunq; officium administret, semper retinet propriam originem,& domicilium.

Tertiò,& vltimò præmitto,quòd per dictam gratiam concessam huic Regno circà distributionem, & collationem officiorum Regnicolæ ipsi sunt capaces,nedùm omnium officiorum, quæ pro duabus partibus debent perneccsse Regnicolis conferri, sed etiam pro alia tertia parte,quam potest Rex suo arbitrio conferre cuilibet, siquidèm Imperator in concessione gratiæ prædictæ,licèt quòad duas partes arctauerit electionem ad Regnicolas tantùm ; tertiam tamen partem non arctauit ad exteros solos,sed reseruauit illam arbitrio suæ Cęsareæ Maiestatis,vt ibi *Consiliarij debeant esse pro duabus partibus Regnicolæ et pro tertia reseruantur arbitrio Cæsar. Maiestatis, Præsidentes verò pro duabus partibus eligantur Regnicolæ, et tertia pars ad beneplacitum Cæsar. Maiestatis,* quò fit,vt si Rex voluerit ad aliquod officium huius tertiæ partis reseruatæ ad suum beneplacitum eligere Regnicolam, gratia non contradicit, nec est abbreuiata manus Domini, & sic Regnicola est capax etiam officiorum, quæ pro exteris, siuè ad beneplacitum Regis sunt reseruata.

Et nè super hoc assumpto aliqua dubitandi ansa præbeatur,videatur,quæso, confirmatio eiusdem Inuictissimi Cæsaris eiusdem gratiæ, cui dùm fuisset supplicatum,vt integra officia, & non duas partes tantùm concederet Regnicolis, respondit per hæc formalia verba,videlicèt. *Placet Cæsar. et Cath. Maiest. inuiolabilitèr obseruari capitulum aliàs expeditum*

Digitized by Google

ditum in Oppido noſtro Bruxellarum die 12.Martij 1599. per quod tunc ſatis fuit proſpectum beneficio Naturalium dicti Regni,quorum etiam erit memor in prouiſione aliorum officiorum, ad beneplacitum reſeruatorum,reſpectu habito fidelitati eorum, vt in gratia inſerta in *cap.1.de gratijs conceſſis per Philippum II.in anno 1557.fol.159.* Ecce igitur, quòd per hanc declarationem Regnicolæ declarantur expreſsè capaces,nedùm duarum partium officiorum, quæ sũt debitæ Regnicolis ſolis , ſed etiam alterius tertiæ partis, quæ eſt reſeruata ad beneplacitum Regis. Adeò vt expreſſiora verba deſiderari minimè poſſint,ſecùs autem eſt in omninò exteris , quia nullo modo ſunt capaces officiorum,niſi tertiæ partis reſeruatæ ad beneplacitum tantùm.

Quibus præmiſſis tanquàm firmiſſimis,fundamẽtis talitèr iactis ſtatim emergit veritas meæ opinio-
12 nis,& fallacia illius vanæ vocis popularis, nàm vt res exemplis clarior reddatur,aut accidit caſus, vt is,qui eſt Regnicola origine propria, vel paterna, ſit aſſumptus ad officium,quod non niſi Regnicolæ concedi poteſt, & poſt aſſumptum illud officium, vacet aliud fortaſsè maius, ſed de his, quæ ſunt reſeruata ad beneplacitum Regis,& non video, quo iure is idem Regnicola prohibeatur aſpirare ad hoc maius officium,quod licèt non ſit debitum Regnicolis,Regnicolæ tamen non ſunt eo incapaces, ſed capaciſſimi,ex adductis in tertio fundamento, aut verò accidit caſus,vt idem Regnicola eiuſdem generis primo loco adeptus ſit officium de his , quæ ſunt reſeruata ad beneplacitum Regis , & poſteà vacet aliud maius,quod non niſi Regnicolæ concedi poteſt,& tunc nequaquàm video,quo iure prohiberi poſsit, ad hoc maius aſpirare? Siquidèm per adeptionem primi officij ad beneplacitum nihil ſibi fuit detractum circà qualitatem propriæ originis, ſed illam ſemper retinuit potiùs cum additamento domicilij,quàm cum aliqua permutatione,ex dictis in ſecundo fundamento, & ſi remanſit Regnicola verè,& propriè,proùt erat antè adeptum illud primum officium,nullo iure repelli poteſt ab aſpirando ad hoc officium,quod Regnicolis tantùm , & non exteris conferri neceſſe eſt. Illa enim qualitas Regnicolæ facit,vt ſemper,& omni tempore capax ſit officiorum vtriuſquè qualitatis, & ſucceſſiuè adeptio officij vnius qualitatis nihil ſibi præjudicat quòad adeptionem officiorum alterius qualitatis,
13 & hoc nedùm ex illa ratione,quia nõ reperitur expreſsè prohibitum,& per conſequens cenſetur eſſe permiſſum,cùm non ſit de genere prohibitorum, *l.Magiſtratus,& ibi gloſ.ff.ad municip,l.nec nõ,§.quod eis,ff.ex quib.cauſ.maior.*& quod ſit lege permittente,pœnam non meretur,*l.Gracchus, ff.de adult.* quæ
14 pœna tantò grauior eſſet, quantò per eam priuaretur quis origine propria,aut paterna,quæ tanquàm iura naturalia ſunt immutabilia, & nullo iure ciuili dirimi poſſunt,*l.iura ſanguinis, ff.de reg. iur.* & ideò nec ſua ſpontè adimi,vt in *l.origine,C.de municip. lib.* 10.ſed etiam quia per confirmationem Cæſar. Maieſtatis fuit Regnicolis expreſsè permiſſum aſpirare ad hæc officia reſeruata ad beneplacitum, propter maiorem fauorem ipſorum Regnicolarum, & quod eorũ fauore introductum eſt,non eſt in eorum odium retorquendum,*l.quod fauore,C.de legibus.*

Nequè huic concluſioni obſtant vllo modo ea,
15 quæ in contrarium ponderata fuerunt, nàm tunc vna via,ſeù actione electa, aut vno remedio electo, alteri cenſetur renunciatum, quandò eſſent remedia incompatibilia,vt in *l.poſt diem,ff.de leg.commiſſ.* & in *l.2.C.de iur.dom.impetr.* ſecùs autem ſi ſint inter ſe compatibilia,vt declarat *Barbat.in cap. in noſtra,num.95.* iuncto præcedenti *num.93. extrà de reſcript.Menoch.præſumpt.45.num.6.& 7.lib.3.* & ſentit *Soc.d.conſ.122.num.10.vol.1.* quæ incompatibilitas ceſſat in caſu noſtro,dùm ſuprà demoſtraui, Regnicolam origine propria,aut paterna eſſe capacẽ, etiam officiorum reſeruatorum ab beneplacitum Regis,& ſic ceſſat primum contrarium.

Ceſſat etiam ſecundum,nàm non eſt verum,quòd
16 Regnicola non ſit capax officiorum reſeruatorum ad beneplacitum Regis,immò eſt capaciſſimus , vt
17 pluriès repetij , & proindè Regnicola quòad hos honores aſſequendos non dicitur contrarius extero,ſed potiùs riualis cum extero , nàm contrarij ij dicuntur,quorum finis eſt contrarius,& incompatibilis,ſeù incompaſſibilis,vt inquit *Bald.in l.vn.not.8. oppoſ.9.C.ſi ſeruus extero* , riualis verò dicitur, qui per eundem riuum aquam cum alio ducit, vt explicat *Iuriſconſ.in l.1.verſ.ſi inter riuales,ff.de aqu.quot. & eſtiu.* à quo ſumpta ſimilitudine riuales vulgò dicuntur,qui cum eadem Amalia conſuetudinem habent,*gloſ.in can.non nè horrendus 32. quæſt.5.* vndè cùm finis Regnicolæ circà aſſequendos tales honores non ſit incompatibilis cum extero,ſed ſatis compatibilis,ex quo vterq; eſt capax officiorum reſeruatorum ad beneplacitum Regis , non poteſt dici, Regnicolam elegiſſe qualitatem contrariam propriæ origini,dùm acceptauit officium de reſeruatis ad beneplacitum Regis , & ſucceſſiuè ceſſat argumentum,ſumptum ab electione contrarij.

18 Tertium verò deſumptum ex regula *l. eum , qui ædes,ff.de vſucap.* ſimilitèr ceſſat,nàm tunc eſt verũ, vt vna,& eadem res,ſiuè perſona diuerſo iure cenſeri non debeat,quandò diuerſitas conſideratur eodem tempore,& ad eundem effectum , ſecùs autem ſi diuerſo tempore , vt in *l.3.§.pen.ff.de hæred.inſtit. l.cùm vnus,§.final.ff.de alim.& cibar.legat.* & ad diuerſum effectum,*l.ſi quis decurio,C.ad l.Corn.de falſ.* & hic eſt propriè caſus noſter , nàm hæc diuerſitas conſideratur diuerſo tempore,ſcilicèt poſt aſſequutum vnum officium,& ad diuerſum effectum , ſcilicèt ad aſſequendum aliud officium.

Vltrà, quòd non eſt verum in caſu noſtro , quòd perſona Regnicolæ cenſeatur diuerſo iure , ſcilicèt modò iure Regnicolæ aſſequendo officium Regnicolæ ; modò verò exteri aſpirando ad officium ad beneplacitum,nàm ex dictis in vltimo fundamento conſtat,Regnicolam vti Regnicolam eſſe capacem omnium officiorum,etiam ad beneplacitum , & ſucceſſiuè ſemper vti eodem iure Regnicolæ, nec opus habere,vt aliquo tempore vtatur iure exteri.

Quartum deniq; & vltimum deſumptum ex duo-
19 bus ſpecialibus,quæ non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto,remanet elisum , conſiderando , quòd tunc duo ſpecialia nõ poſſunt concurrere in eodem ſubiecto,quandò oriuntur ex eodem fonte,ſecùs autem ſi oriantur ex duobus fontibus,*l.ſingularia, ff. & cert.petat.Menoch.præſumpt.31.num.7.lib.4.Marant. de remed poſſeſſ.num.143.Trentacinq.de ſubſtit.par.3. cap.2.num.4.* vndè cùm in quæſtione noſtra hæc duo priuilegia oriantur ex duplici fonte,nempè priuilegium Regnicolæ ex origine propria, priuilegium verò exteri ex origine paterna,vtiq, non impeditur concurſus vtriuſq; priuilegij in eodẽ ſubiecto. Vltrà quòd,vt pluries dixi,& sẽper repetã ex dictis in tertio fundamẽto,ſufficit priuilegiũ Regnicolæ tãtùm,vt quis frui poſsit officijs vtriuſq; qualitatis,& proindè nõ eſt opus vti cõcurſu alterius priuilegij.

Nec

Nec est inuidendum Regnicolæ, quòd comedat ad vtramq; maxillam, quod alijs videtur denegari, 20 nàm vescitur pane suo, & in sudore vultus sui, & qui vtitur iure suo, nemini facit iniuriam, *l.1. §. idem aiunt, vers. deniq; ff. de aqu. pluu. arc. l. iniuriarum, in princ. vers. is, qui iure, ff. de iniur.* & propterea nemo potest conquæri, quòd edat panem alienum; talisq; fauor compensatur cum obligatione, qua obstringi- 21 tur erga Patriam huius Regni, adeò quòd pro eius incolumitate, & salute non optimè tantùm sentire, sed vitam etiam effundere pulchrum, honestum, & necessarium iudicabit, vt perbellè ponderat *Lauren. Grimal. Gostic. de optimo Senatore lib. 1. fol.* mihi 17. *vers. quandoquidē*. Conferunt ad hāc quæstionē tradita per *Mastrill. de Magist. lib. 2. c. 7. n. 75.* vsq; ad *fin.*

De Officio Sacri Regij Consilij, & his, quæ ipsi Tribunali incumbunt. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Consilium quot significatus habeat, remissiuè.*
2 *Sacr. Consil. quo tempore fuerit introductum, et quæ sit eius authoritas, remissiuè.*
3 *Consilium vndè dicatur, & n. 7.*
4 *Consiliarij Regij licèt singuli vt singuli nō sint Iudices ordinarij, sed delegati, tamen simul congregati, quo casu constituunt Sacr. Consil. habent iurisdictionem ordinariam.*
5 *Iudices Mag. Cur. etiam singuli habent iurisdictionem ordinariam.*
6 *Commissio causarum, quæ sit Iudicibus Mag. Cur. cur fuerit introducta, & quòd sit potiùs distributio, quā delegatio.*
7 *Consiliarij etiam vt singuli, quàmuis non cognoscant de causis, possunt dici Iudices ordinarij.*
8 *Consilium, & Concilium vti inter se differant, & Concilium vndè dicatur.*
9 *Consiliarijs, et eorum consultationibus Principes qualitèr vti debeant, remissiuè.*
10 *Consiliarius, et Senator an sint vnum, et idem.*

1 CONsilium quot significationes habeat, vide *Luc. de Penn. in l. si quid, in princ. C. de legat. lib. 10.* & quid sit consilium, quo tempore fuerit introductum, & quæ sit eius authoritas, vide *Affl. in Const. Vt vniuersis, n. 40. Surgent. de Neapol. illustr. cap. 17. num. 42. vers. quid* 2 3 *autem, et num. 45.* & vndè dicatur consilium, *Andr. in cap. 1. num. 8. in fin. hic finit lex*, dicit, quòd dicitur consilium; quia plures considunt, & simul sedent ad 4 conferendum negotium, quod imminet. Hinc fit, quòd licèt Regij Consiliarij singuli vt singuli nō dicuntur Iudices ordinarij, sed delegati, ex quo non possunt procedere, nisi in causis vnicuiq. specialitèr commissis, tamen quandò sunt simul congregati, & sic constituunt Sacr. Consil. habent iurisdictionem ordinariam, vt constat ex *Bald. in l. præcipimus, in princ. C. de appell. Afflict. in Const. Summo periculo, nu. 3. in fin. glos. in cap. vt officium, in verb. sepè ratum, de hæret. in 6. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. c. 43. n. 71. vers. secundo casu principali*, faciunt tradita per *Bellemer.* de Auditoribus Rotæ Romanæ *in cap. fin. nu. 2. 3. extrà de sent. & re iud.* de quibus specificè agit *Bald. in d. l. præcipimus, glos. & DD. in clem. Auditor. de Rescript. et Cardinal. Caualer. decis. Rot. 33. num. 5.* qui ait, quòd in Rota est eadem iurisdictio omnium Auditorum, & de Consiliarijs, Præsidentibus Regiæ Camera, Iudicibus Mag. Cur. & Auditoribus Prouinciarum agit *Carau. in rit. 265. num. 28. et 29.* secùs 5 in Mag. Cur. Vicar. cuius Iudices etiam singuli sunt ordinarij, & quod vnus incipit, potest alter finire 6 absq. commissione, quæ postmodùm fuit introducta ad euitandum confusionem, & illa commissio est potiùs distributio causarum, quàm delegatio, vt tradit *Præs. de Franch. dec. 143. in fin.* per doctrinam *Bald. in l. fin. col. fin. in fin. C. vbi Senat. vel Clariss.* licèt aliter sentiat *Frecc. de subfeud. lib. 1. cap. secundum officium*, vide *Ann. sing. 106.* Immò quòd Regij Cōsiliarij etiam singuli vt singuli dicantur Iudices ordinarij, quàmuis de causis non cognoscant, nisi de 7 Præsidis, qui repræsentat Principem, commissione, dùm eorum officium est constans, & perpetuum, quod solum sufficit, probat *Barbos. in l. cùm Prætor, §. 1. num. 75. ff. de iudic.* vbi alios affert, *Oliban. de iure Fisci cap. 4. num. 48.* adducens *Corset. de potest. Reg. cap. 4. num. 48.* sequitur *Reg. Const. Carleual. de iud. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 4. num. 1153.* at *Luc. de Penn. in rubr. C. de silentiar. lib. 12. colum. 1.* plura tradit pro ethymologia huius nominis, & inter cetera ait, quòd consilium dicitur, à con, & sileo, vt illud dicatur consilium, quia simul plures silent, & tacent, quod vti- 8 nam seruaretur: quid differant inter se consilium, & concilium, vide *Boer.* ad *Montain. de author. Magn. Consil. num. 162.* cum *seqq.* qui, primum dicit esse suasionem ad benè agendum, secundum, esse conuocationem prudentum ad consilium, quem sequuntur *Carau. in pragm. 1. §. 2. num. 16. infra de Senatusconsul. Macedon. Frider. Fur.* in sua *Idea Consiliarij, cap. 1. in princ. Reg. Consil. Carolus Tapia* in hac *rubr.* quam collocauit in *lib. 2. iuris Regni. fol. 142. nu. 11.* post *glos.* in *extrauag. quod olim. de immun. Eccles. in extrauag. communib.* quæ respectu consilij affert nouam ethy- 9 mologiam, sed Principes qualitèr vti debeant Consiliarijs, & eorum consultationibus, vide *Conrad. in templ. iud. lib. 1. cap. 1. §. 3. quæst. 15. vers. consultatione* 10 *vti*, quòd autem Consiliarius, & Senator vnum, & idem sint, vide *text.* ad literam, & *ibi glos. in l. & qui non sunt. ff. de tutor. et curat. dat. ab his.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Consiliarij debent esse prouectiores ætate, et mūdi opere, graues, et experti, et debent habere alias qualitates animi, et corporis, remissiuè.*
2 *... qualitèr se habere, et quæ in eis requisita concurrere debeant, remissiuè.*
3 *Iudicis iusti qualitates, et n. 4.*
4 *Bona corporis, et fortunæ quæ in Senatore sunt necessaria, remissiuè.*
Iudex quandò debeat sequi rigorem, vel æquitatem.
5 *Princeps impius, et mendosus, impios, et mendosos habet ministros.*
6 *Consiliatiorum Regiorum numerus hodiè qui sit, et quibus in locis præsint.*
7 *Consiliarij effecti an eximantur à iurisdictione Indicis ordinarij, vt est M. C. in hac Ciuitate Neapol.*
8 *... possūt cognosci, et puniri ab Ordinario, etiā incōsulta Reg. Maiest. quandò essent de subornatione conuicti.*
9 *Consiliarij, et omnes alij Officiales in ferendis sententijs non dependeant à voluntate Principis, sed potius voluntas Principis dependeat ab eorum iudicio.*
10 *Iustitia omnibus æqualitèr ministrata facit, vt subditi pacificam præstent obedientiam Principi suo, cùm iniustitia faciat vacillare corda subditorum.*
11 *Princeps cùm sit debitor iustitiæ subditis suis, non debet eis difficultatem adijcere in assequendo illam.*

Ve-

Digitized by Google

VEteres, &c. §. igitur, &c. num. 4.

Hic recenſetur inſtitutio Tribunalis Sacri Regij, Supremique Conſilij, nec non illius ſedes, authoritas, iuriſdictio, ac præheminentia, item numerus ipſorum Conſiliariorum, & quibus qualitatibus quilibet ipſorum debet eſſe dotatus, & vltrà in *text.* deſcripta, eſt aduertendum, quòd hi
1 Conſiliarij debent eſſe prouectiores ætate, & mundi opere, graues, & experti, vt docet *text. in can. eſtote* 1. *quæſt.* Item debent habere quindecim qualitates animi, & quinque corporis, quas diligentèr denumerat *Frider Fur.* in ſua *Idea Conſiliarij, cap.* 2. *&* 3. *Afflict.* autem in *Conſtitut. Vt vniuerſis, num.* 41. cum *ſeqq.* cumulat decem, & ſeptem
2 requiſita in Conſiliarijs, in quorum decimo agit de ætate, de qua ætate differit *Menoch. de arbitr. iudic. centur.* 6. *caſu* 540. & qualiter ſe habere debeant Conſiliarij, exponit idem *Afflict.* in dicta *Conſtitut. Vt Vniuerſis, num.* 58. cum *ſeqq. Borrell. de Magiſtrat. edict. lib.* 1. *cap.* 3. *&* 4. vbi agit de facie, corpore, & moribus, requiſitis in Magiſtratu, & eſt notandum, quòd *Iuſtinianus* ſtatuit in *authent. de Iudicibus*, § 1. *verſ. Quia verò*, ibi, *quia verò competens eſt, eſſe etiam maiores Iudices eligendos dignitate prouectos, experimento cauſarum multarum, aut plurimi temporis exercitatos, magnis cingulis, aut multitudine horum excitatos.* Addo *Auiles in cap.* 2. *Prætor. in verb. en iuſticia*, vbi agit de
3 qualitatibus iuſti Iudicis, & refert miraculum cuiuſdam Ethnici, qui ſemper iuſtè iudicauit, & *Molfeſ. de renunciat.* ſuper *Conſuetud. Neapol. quæſt.* 15. *num.* 32. nec non *Matienz. in dialog. Relator. & Aduocat. part.* 3. *cap.* 1. vſquè ad *vltimum caput*, vbi ad formam arboris ad viuum demonſtrat conſpicuas qualitates optimi Iudicis, *Alexand. Raudenſ. in repert. ad* 1. *volum.* ſuorum *Conſiliorum*, *in verb. Officialis qualitates*, *Melchior iun. quæſt. polit. part.* 3. *quæſt.* 83. *Laur. Grimal. Goslic. de optimo Senatore*, *lib.* 1. *cart.* mihi 33. cum *ſeqq. & lib.* 2. *cart.* mihi 74.
4 recenſet bona corporis, & fortunæ, quæ in Senatore ſunt neceſſaria, *Regius Conſiliarius Tapia in rubr. de Officialibus*, quam collocauit in 2. *lib. iuris Regni*, *in* 1. *rubr. fol.* mihi 97. qui hanc veram Ideam Conſiliarij priùs exhibuerat re, & exemplo, quàm ſcriptis, & quandò Iudex debeat ſequi rigorem, vel æquitatem, latè explicat *Bouadill. lib.* 2. *cap.* 2. *&* 3. qui *num.* 33. dicit, ſemper eſſe præferendam æquitatem, & *num.* 34. non eſſe æquitate violandam iuſtitiam. *Quint. Hæduus in repetit. cap. nouit*, *num.* 171. cum *ſeqq. extrà de iudic.* & quomodò ſe gerere debeat in toto progreſſu officij, explicat *Villadiego in Politic. cap.* 5. §. 21. ſcilicèt, vt non deferat literis commendatitijs, eaſquè abſquè lectura laceret, nec permittat, vt vxor, aut ſui familiares videantur ſibi dominari, portæ pateant omnibus, non neget omnia, ſed concedat concedenda hilari fronte ad petitionem alicuius Nobilis, vel Religioſi, quandò pœnam poteſt remittere, curet, vt publicè rogetur pro ea remittenda, non permittat ciues turmatim venire coràm, nec potentes fouere lites aliorum, vel vexare alios, non incipiat rem, ſi poſteà debet deſiſtere ab incœpto, reprimat potentes, non deterreat humiles, omnia cum prudentia, non præcipitantèr, ſed cum authoritate officij gerendo.

Sed hæc omnia nihil ſunt, ſi Princeps, qui eſt ca-
5 put ipſorum, ſit impius, quia Princeps impius miniſtros habet impios, *Prouerb. cap.* 29. & ſecundùm Iudicem populi, ſic & Miniſtri eius, *Eccleſiaſt. cap.* 10. & cùm caput dolet, cætera membra languent, *Andr. in cap.* 1. *num.* 18. *verſ. item ſi Princeps conſueuit, qui ſucceſſor. teneant.* & ſi Princeps eſt mendoſus, omnes Miniſtri ſui ſunt tales, *Andr. in cap.* 1. *poſt num.* 17. *de Capit. qui cur. vend.*

Et ex *verſ. nunc verò* eſt notandum, quòd tem-
6 pore editionis huius pragmaticæ omnes Conſiliarij erant duodecim, de quibus duo vacabant iuriſdictioni criminali Magnæ Curiæ Vicariæ, & reliqui decem erant diſtributi in Sacro Conſilio in duabus Aulis, ſcilicèt quinque in vnaquaquè Aula, vltrà Præſidem. Hodiè verò omnes Regij Conſiliarij ſunt numero viginti tres ordinarij, vltrà Præſidem; de quibus duo vacant quæſtionibus criminalibus in Magna Curia, & ſingulo biennio mutantur, reliqui verò viginti aſſiſtunt in Sacro Conſilio diſtributi, quini in quatuor Aulis, & vnus præeſt iuſtitiæ adminiſtrandæ in Ciuitate Capuæ, qui quolibet biennio mutatur, arbitrio tamen Proregis plus, vel minus.

Sed eſt perpetuò menti tenendum, quòd hi, qui
7 aſſumuntur ad hanc dignitatem, non propterea eximuntur à iuriſdictione Iudicis ordinarij, prout eſt Magna Curia in hac Ciuitate Neapolis, ità eſt *text.* formalis in *l. curiales, qui honorariam*, *C. ad decurion. lib.* 10. ſed videndus eſt *Menoch. de arbitr. iudic. centur.* 6. *caſu* 518. *& text. in l.* 2. *C. vbi Senator.*
8 *vel Clariſſ.* In vno tamen caſu certum eſt, quòd poſſent cognoſci, & puniri ab Ordinario, etiam inconſulta Regia Maieſtate, quandò Officialis eſſet de deprædatione, hoc eſt de ſubornatione conuictus, vt eſt *text. in l.* 3. *C. de lucr. Aduocat. lib.* 12. *l.* 3. *C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* Tu vide *Bouad. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 124. *in fin.*

Illudquè perpetuò notabis; quòd hi Conſiliarij,
9 & alij quicunquè Officiales ſunt retinendi à Principe, nè ſubditos vexent, ſed talitèr, vt non videantur ipſi Principi ſubiecti, & pro veritate præſint Principis voluntati, hoc eſt, vt in ferendis ſententijs non ipſi dependeant à voluntate Principis, ſed potiùs voluntas Principis dependeat ab eorum iudicio, ità conſtat ex *text.* aureis literis, in adamante ſcribendo in §. *præcipuè*, *in authent. de mandatis Princip.* & ſic fiet, vt Iudices non ſint timidi coràm Principe, nequè cantent verſiculum, *Placebo Domino*, vt ait *Andr. in l. Imperialem, num.* 13. *verſic.*
10 *Conſtitutiones Regni*, & iuſtitia omnibus æqua lance miniſtrata, omnes ſubditi pacificam obedientiam præſtabunt Principi ſuo, nàm iuſtitia eſt illa, quæ facit vacillare corda ſubditorum, *Andr.* in *cap. omnibus*, *verſic. & vt fidelitèr, num.* 2. *de prohib.*
11 *feud. alienat. per Lothar.* & Princeps eſt debitor iuſtitiæ ſubditis ſuis, adeò vt non debeat eis difficultatem adijcere in aſſequendo iuſtitiam, *Andr. ibid.* in *§. hac edictali, nu.* 5.

Et quatènus in hoc eodem §. traditur forma iuramenti præſtandi à Conſiliarijs in manibus Præſidis Sacri Conſilij in eorum primo ingreſſu ad Conſilium, vide *pragm.* 4. *ſuprà de Officialibus, & quæ iis prohibeantur*.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Sacrum Consilium potest cognoscere de feudis, & alijs causis, quantumuis arduis, siuè sit actio personalis, siuè realis, siuè mixta, siuè in rem scripta, siuè officiū Iudicis, vel aliud remedium.*

2 *Sacrum Consilium potest cognoscere de accessorijs feudi, putà fructibus, interesse, damnis, & expensis, etiam si ipsa lis non sit feudalis, sed quoquo modo feudum tangat, vel sit indissolubili coniunctione vnita cum causa feudali.*

3 *Iudices inferiores si processerint in causis quoquo modo feudum tangentibus, processus est ipso iure nullus.*

4 *Sacrum Cosilium an de feudis quaternatis cognoscat, vel potiùs Baro, à quo tenentur.*

5 *Appellatio interposita à Curia inferiori ad Sacrum Consilium, omisso Tribunali Magnæ Curiæ est nulla in causis criminalibus, licèt contrarium seruetur in ciuilibus.*

6 *Causa nobilitatis non remittitur ad Barones.*

7 *Pragmatica ista in §. nos autè in primis causis, &c.* in fin. *concordat cum dispositione iuris communis.*

8 *Sententiæ Magn. Cur. Vicar. continentes relaxationem bonorum stabilium, quæ non excedunt valorem ducatorum 150. exequantur cum cautione in casu retractationis.*

9 ... *Magnæ Curiæ habent paratam executionem, etiam si excedant summam ducatorum 150. si esset actum pro spolio.*

10 ... *Mag. Cur. continentes ducatos 100. tantùm, vnà cum interesse, quod si liquidaretur, excederet summam, vel si sententiæ in modico excedant summam ducatorum 150. si Pars contentetur, quòd interesse liquidetur in ducatis 50. tantùm, vel remittat summam excedentem, an exequantur.*

11 *Sententia M.C.V. continens ducatos 150. nec plus, nec minus, an sit executioni demandanda.*

12 *Sententia M.C.V. si condemnat aliquem ad ducatos 150. ex vna causa, & ad alios ducatos 150. ex alia, an fiat coacernatio summarum ad impediendam executionem, remissiuè.*

13 *Actor petens summam vltrà 150. si antè latam sententiam contentetur, quòd pro nunc iudicetur infrà summam 150. an reus poterit contradicere.*

14 *Sententia si contineat annuam præstationem certæ summæ in vita, vel etiam pro hæredibus, an habeat locum hæc pragmatica, remissiuè.*

15 *Sententia Magn. Cur. Vicar. infrà summam ducatorum 150. non habet executionem paratam, si sit notoriè iniusta.*

Causa conuentionis si contineat minorem summam ducat. 150. & illa reconuentionis ampliorem, quæ nàm erit attendenda.

Reus conuentus si in prima instantia fuerit absolutus per M.C.V. & in secunda per eandem, cui fuit appellatio commissa reassumptis actis condemnatus, cessabit rigor huius Pragm.

DEficiente, &c.

Consiliarij ordinatim sedeant vnus post alium, & cognoscant de feudis, & alijs causis, quantumuis arduis. H.D.

1 Amplia, siuè lis mota sit in actione personali, siuè reali, siuè mixta, siuè in rem scripta, siuè officium Iudicis intentatum, vel aliud remedium, ex lege feudi, vel ratione feudi dependens, vt latè probat *Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 1. num. 68.* item

2 amplia, etiam si lis sit super accessorijs feudi, putà fructibus, interesse, damnis, & expensis, vt per eundem *Schrader. ibi, ampl. 24. num. 98.* quod declara, vt *ibidem num. 109.* quandò scilicèt illa accessoria vnà cum feudo in vno, eodemquè libello petantur, item amplia, etiam si lis ipsa non sit feudalis, sed quoquo modo feudum tangat, vt per *Eundem ibidem, ampl. 30. num. 123.* vel sit indissolubili coniunctione vnita cum causa feudali, *ibidem*,

3 *ampl. 31. num. 124.* & hoc adeò verum est, vt si alij Iudices inferiores processerint in his causis, feudum quoquo modo tangentibus, processus est ipso iure nullus, vt per *Eundem ibid. nu. 163.*

Quid in feudis non quaternatis, an de eis cognoscet similitèr Sacr. Consil. vel potiùs Baro, à

4 quo tenentur? vide *Capyc.* in sua *innest. feud. al. ver. feudorum iudicia, versic. sed si esset feudum, fol. 254. colum. 2.* qui loquitur de iure huius Regni, similitèr *Afflict.* in *Constitut. Iustitiarij nomen, & normam, num. 32. & 33. Frecc. de subfeud. lib. 3. different. 4. inter feud. quater. & plan. & de tabul.* latissimè *Ludolph. Schrader. de feud. tom. 2. part. 10. sect. 1. ampliat. 12. 13. 14. 15. & 16.* qui concludit, quòd sic; adeò vt Tribunalia Regia nō possint illorum cognitionem ad se auocare, vt per eundem *Schrader. ibid. num. 180. 181.* iure communi inspecto.

Et dùm paulò *inferius* subnectitur, quòd in alijs

5 causis modici momenti cognitio fiat per Curias inferiores, & si contingerit prouocari, appellatio non deferatur recta via ad Sacrum Consilium, sed ad Magnam Curiam, à qua demùm gradatim appelletur ad Sacrum Consilium, aduertas, quòd ex hoc sequitur, quòd si in huiusmodi causis, omisso medio, scilicèt Tribunali Magnæ Curiæ, appellatio fuerit interposita ad Sacrum Consilium, appellatio ipsa non teneret, vt per *Beuintend. dec. Bonon. 96.* sed contrarius vsus inolcuit in ciuilibus, in quibus in hoc Regno etiam à Curijs inferioribus recta via appellatur ad Sacrum Consilium, at in criminalibus nullo pacto potest omitti Tribunal Magnæ Curiæ, & si quouis modo criminalis causa fuerit delata ad Sacrum Consilium, incontinenti remittitur ad Magnam Curiam, etiam vigore *pragm. 37. in fin. & pragm. 47. infrà* eod. *tit.*

§. *Nos autem in primis causis, &c.* Rei in primis causis non extrahantur à proprio domicilio, nisi ex priuilegio trahentium. H.D.

Hæc pragmatica iul et, in hoc seruari pragmaticam editam 1. Ianua ij 1488. quæ est *pragmat. 2. infrà vbi de delicto quis conueniri debet*, & vltrà limitationes *ibi* adducta limita, vt non procedat in

6 causa nobilitatis, quæ non remittitur ad Barones, vt fuit iudicatum, refe ente *Præs. de Franch.* in causa nobilitatis Ioannis ntonij de Miro de Ciuita- te Castri Maris de Si ibia die 1. Februarij 1569. fol. 80. in processu mag o inter Familias nobiles diectæ Ciuitatis, & Vniu sitatem ipsius. Actuarius est de Felice, idem dicas i qualibet causa status, ex traditis per *Gonzalez va qq. c. 25.*

7 Et dùm in *fine* huiu §. disponitur, quòd in causis appellationum infrà si mmam vnciarum 25. seruetur præcedens dispositio, t non possit omitti Tribunal M.C.V. concordat cu i dispositione iuris commuus in *l. in offerendis, C e appellat.*

§. *In*

§. In alijs autem, &c. Sententiæ Mag. Cur. infrà ſummam ducatorum 150. exequantur cum cautione in caſu retractationis. H. D.

8 Amplia, vt procedat etiam in ſententijs continentibus relaxationem bonorum ſtabilium, quæ tamen non excedunt valorem ducat. 150. vt nouiſſimè fuit iudicatum per Sacr. Conſil. teſte *Præſid. de Franch. deciſ.* 308. ſed in contrarium faciunt adducta per *Iſern. in Conſt. In cauſa depoſiti*, circà *finem*, *verſ. item quid ſi deponantur*, & tradita per *Ferrer. in obſeruat. Cathal. part. 1. cap. 5. num. 2.* vbi *Apoſtill.* refert contrariam obſeruantiam in hoc Sacr. Conſil. ſed pro *deciſ. Præſ. de Franch.* facit *gloſ. in §. ad excludendas, in verb. decimam*, propè *finem*, *verſ. item quod ſubijcit, in auth. de litigioſis*, quæ ait, quòd appellatione quantitatis etiam ſpecies continetur. Addo *Bouadill. lib. 3. cap. 8. nu. 230. Laſſarte de Alcauala in ſchol. 2. in addit. nu. 6.* Item amplia, vt etiam vltrà hanc ſummam
9 ſententiæ Mag. Cur. habeant paratam exequutionẽ in caſu ſpeciali, vtputà ſi actum eſſet pro ſpolio, per *Cap. Regni Subditorum, verſ. & ſi fortè*, quod ſentit *Præſ. de Franch. deciſ.* 288. propè *fin.* Quid in ſenten-
10 tijs continentibus ducatos centum tãtùm vnà cum intereſſe, quod quandò liquidatum fuiſſet, aſcẽderet vltrà ſummam aliorum duc. 50. Item in alijs ſententijs, quæ in modico excedunt ſummam prædictam duc. 150. & actor ſit contentus, quòd intereſſe liquidetur pro duc. 50. tantùm, & ſic infrà ſummam, vel remittat ſummam excedentem duc. 150. & propterea inſtat pro exequutione, an debeat exequi vigore huius edicti? per Sacr. Conſil. fuit deciſum, quòd non, teſte *Præſ. de Franch. deciſ.* 141. *Am. ſingul.* 466. *ſententia*, & *ſing.* 469. *ſententia*, ſed contrarium reſolvit *Bouadill. lib. 3. cap. 8. num. 230. verſ. Però de aduertir*, & quid in ſententia continente 150. ducatos,
11 nec plus, nec minus, dic, quòd idem erit, ac ſi eſſet infrà ſummam, per *gloſ.* notabilem in *Conſtit. In cauſa depoſiti, in verb. vltrà libram*, & in *Conſtit. Inſtrumentorum robur, in verbo infrà libram*, facit *text. in l. 1. §. ſi intrà, ff. de ſucceſſ. edict.* & deciſio *Napod. in Conſuet. Et idem ſi per duos, in verb. infrà*, addo nunc *Præſid. de Franch. dec.* 703. faciunt tradita per *Campagn. in capit. Regni Ad hoc, vt noſtrorum, num.* 7. & ſi
12 ſententia Magn. Cur. condemnet ad duc. 150. ex vna cauſa, & ad alios duc. 150. ex alia cauſa, an fiet coaceruatio ſummarum ad impediendum exequutionem? collige reſolutionem ex *Bart. in l. Lucius*, *§. qui habebat. ff. ad Trebell.* & *Tiraquell. de retract. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 22.* latè explicat *Azeued. ad Decur. Piſan. lib. 4. cap. 6. num. 17.* cum *ſeqq.* & præſertim *num. 21. verſ. ego tamen*, & *num. 39. Gabcd. deciſ. Luſit. 21. par. 1.* Regulariter enim hæc pragmatica procedet, etiam ſi ſententia Magn. Cur. contineret plura capita diuerſa, quæ coaceruata excederent ſummam 150. aureorum, ſed ſingula ſeparata non excederent, ad *tex. in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* vbi *Bart. in princ.* & *Caſtrenſ.* circà *fin.* & *Dec. num. 16. in fin. Alex. conſ. 97. num. 2. volum. 6.* obſtat tamen, quia ſi diuerſa capita eſſent deducta in eodem vnico libello, ex diuerſis tamen cauſis, & actionibus, tunc cenſentur eſſe tot libelli, quot ſunt capita in libello contenta, *Bald. Alex.* & *Iaſ. in d. l. ſi idem cum eodem*, & propterea tot dicuntur ſententiæ, quot ſunt capita ſeparata, *l. Carnelia pia. ff. de iurepatr. l. etiam, §. ex cauſa, ff. de minor. gloſ.* & *Bald. in l. ampliorem, C. de appellationibus*, *Gomez. tom. 2. cap. 11. num. 16. Auendan. in tract. de ſecunda ſupplic. num. 14.* pleniùs *Bouadill. lib. 3. cap. 8. nu. 222.* & *ſeqq.* & *lib. 5. cap. 1. num. 249.* vbi declarat.

Sed ſi petitio contineat ſummam vltrà centum
13 quinquaginta, & actor antè latam ſententiam contentatur, quòd pro nunc iudicetur infrà ſummam centum quinquaginta, reus tamen poterit contradicere, ſi voluerit, ità reſoluit *Auiles* in ſua *forma ſententiæ ſindicat. cap. 49. num. 14. verſ. & adde Capollam, Azeued. ad Decur. Piſan. lib. 4. c. 6. num. 22. in fin. verſ. ſed an poſſit*, ſecùs ſi remittat in totum maiorem quantitatem, ſecundùm *Bouadill. lib. 3. cap. 8. num. 230. circà med.*

Et ſcias, quòd hæc pragmatica fuit confirmata per Card. Gratiael. die 17. Iulij 1574. in Regeſtro Curiæ 5. fol. 223. Quid autem ſi ſententia contineat an-
14 nuam preſtationem certæ ſummæ in vita, vel etiam pro hæredibus, an habeat locum hæc pragmatica? vide *tex. in l. ſancimus, §. ſiquidem autem, C. de donat.*

Limitatur tamen, vt nõ procedat hæc parata exe-
15 quutio etiam infrà hanc ſummam duc. 150. quandò ſententia M. C. eſſet notoriè iniuſta, ex *gloſ. in cap. ex cõquæſtu, verſ. poſt appellationem, extrà de reſtit. ſpol.* & alijs, quos refert, & ſequitur *Rot. Rom. dec. 56. num. 4.* apud *Farinac.* alios adduxi in *prag. 2. ſuprà de appellat. n. 11.* & dicetur notoriè iniuſta ſententia, ſi cõſtat ex eiſdem actis de eius iniuſtitia, vt pluriès fuit iudicatum per Rotam Romanam contrà *Affil. dec. 28.* teſte *Farinac. deciſ. 77.* & eſt prærogatiua Supremorum Tribunalium, non mandare exequutioni ſententias iniuſtas, *Mantic. deciſ. 106. num. 1. Seſe deciſ. Arag. 434. vol. 4. Caualer. deciſ. 62. num. 1.*

Quid in cauſa conuentionis, & reconuentionis, in qua conuentio contineat ſummam minorem centũ quinquaginta, reconuentio verò maiorem, an erit attendenda conuentio, vel reconuentio? docet *Ferrerius in obſeruat. Cathal. par. 1. cap. 4.* eſſe attendendam petitionem, ſed data ſententia in prima inſtantia in fauorem rei, qui fuit abſolutus, verùm in ſecunda inſtantia per eandem Magn. Cur. cui fuerit appellatio commiſſa, reaſſumptis actis reus fuerit condemnatus, ceſſabit rigor huius pragmaticæ, ſecundùm *Ferrer. in Conſtit. Cathal. Hac noſtra, tertio cudentiali, num. 108.* cum *ſeqq.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Sententiæ Sacr. Conſil. etiam armata manu exequutioni demandantur, cum cautione, ſi infrà decem dies reclametur, & latis duabus conformibus perpetuum imponitur ſilentium.*

Pragmatica iſta quòad reclamationem interponẽdam infrà decem dies per Victum, & cautionem præſtandam à Victore in caſu retractationis, concordat cum iure communi.

2 *Reclamatio infrà decem dies requiritur ad finem obtinendi hanc cautionem, aliàs ea non interpoſita infrà dictum tempus, ſententia exequitur abſq; cautione, & à quo tempore illi decem dies computẽtur.*

3 *Sententiæ Sacri Regij Conſilij non intimantur, & quarè, remiſſiuè.*

4 *Reclamare infrà hos decem dies ſi omiſerit Procurator, an Principalis habeat alios decem dies ad reclamandum à die ſcientiæ, ad finem obtinendi dictã cautionem.*

5 *Reclamatum ſi non fuerit infrà decem dies, adhùc poteſt victus reclamare infrà biennium à die latæ ſententiæ, omiſſa dicta cautione, & illam proſequi infrà aliud biennium.*

6 *Exequutio ſententiæ, à qua fuit in tempore reclamatum, ſi fiat omiſſa cautione, eſt nulla.*
De parata exequutione, quam habere debet quælibet ſententia tranſacta in rem iudicatam, remiſſiuè.
7 *Reclamatio reducit rem in eo ſtatum in quo erat tempore litis conteſtatæ, ſicut & appellatio.*
8 *Reclamatione pendente nō habet exequutionem paratam ſententia S.C. quòad expenſas.*
Clauſula, parito Breui, non comprehendit expenſas.
9 *Sententia non habet exequutionem paratam, ſi ab ea non fuerit reclamatum, ſed dictum ſit de nullitate.*
10 *Reclamatum ſi ſit à ſecunda ſententia, quæ annullauit primam, ſi ſequatur tertia, quæ reuocando ſecundam confirmet primam, an hoc caſu tertia ſententia conformis primæ poſſit imponere perpetuum ſilentium, & quid ſi ſententiæ nō eſſent omninò conformes, ſed in aliquibus capitibus tantùm, remiſſiuè.*
Sententia prima S.C. ſi ſuit abſolutoria, & in caſu reclamationis cōdemnatoria non ſeruabitur diſpoſitio huius pragmaticæ.
11 *Silentium perpetuum interponi debet, ſi inter duas sētentias conformes fuerit vna intermedia.*
12 ... *perpetuum impoſitum cenſetur, etiam ſi in ſecunda ſententia non ſit facta mentio perpetui ſilentij.*
13 *Sententia prima nulla declarata ſi ex nouitèr deductis ſit confirmata, an profit ad duas conformes.*
14 ... *prima ſi fuerit declarata deſerta, ſententia ſuper deſertione non dicetur conformis cum lata in cauſa principali.*
Sententia poſterior confirmās priorem, ſed ex alia cauſa non comprehenſa in priori, non dicitur conformis.
Idem affirmandum, ſi poſterior ſententia addaret nouū grauamen.
15 ... *prima ſi ob defectum cautionis non fuerit exequuta, & in cauſa reclamationis fuerit confirmata, ad quem ſpectabit exequutio, ad Iudicem primæ inſtantiæ, vel ad Iudicem reclamationis, remiſſiuè.*
16 *Appellationum tempora à iure communi ſtatuta in cauſis reclamationum ſeruantur.*
17 *Sententia lata à Delegato Principis an habeat exequutionem paratam, præſertim quandò Delegatus eſſet de gremio illius Tribunalis, cuius ſententiæ haberent exequutionem paratam, vbi* Capyc. dec. *declaratur.*
18 *Pragmatica iſta in §. quæ præſenti, eſt conformis iuri communi.*
19 *Nullitas allegata requirens extrinſecam probationē, ac altiorem indaginem impedit ſententiæ exequutionem, ſi exequutio eſſet irretractabilis.*
20 *Iniuſtitia euidens æquiparatur nullitati, ideòq; iniuſtæ ſententiæ euidenter impeditur exequutio.*
21 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam S.C. an impediat exequutionem, remiſſiuè.*
22 *Nullitatis exceptio quibus in caſibus reijciatur, remiſſiuè.*
23 *Nullitas vt impediat exequutionem, eſt neceſſe, quòd opponatur antè exequutionem factam, non poſt, & debet opponi incidenter per viam exceptionis, nō autem principaliter, quod tamen plures recipit declarationes, de quibus hic.*
24 *Nullitas eſt ſpecies appellationis.*
25 ... *vt operetur effectum ſuum, ſufficit ſi ſententia ſit lata contrà manifeſtum ius litigatoris, reſultans ex actis, & proceſſu, & ſi non ſit contrà casū legis, vel non habeat expreſſam relationem ad actum nullum.*
26 ... *allegata quandò impediat, vel non exequutionē, remiſſiuè.*
27 ... *ampliùs allegari nequit elapſo tempore ſtatuto ad illam allegandam.*
28 ... *quotieſcunq; eſt notoria, poterit Iudex ſuper ea pronunciare, etiam Parte non opponente.*
29 ... *ſi non eſt notoria, etiam ſi à Parte fuerit oppoſita pendente illius diſcuſſione an Iudex poſſit procedere ad ſequeſtrum, ſi ageretur de exequutione ſententiæ, vel decreti Tribunalis habentis exequutionem paratam.*
30 *Sententia an poſſit vnà ſimul declarari nulla tanquàm non ritè lata, & iterum vt eadem pronunciari.*
31 *Sententia lata contrà mortuum eſt nulla, fallit, ſi eſſet lata contrà Prælatum Eccleſiæ, & quarè, & quid ſi Iudex ignoret mortem litigantis, remiſſiuè.*
32 *Nullitas aduerſus ſententiam S.C. qualitèr multetur.*
33 *Nullitatis pœna habet locum, quotieſcunq; impeditur exequutio, etiam quòd ſententia nō ſit condemnatoria ad ſoluendum vel relaxandum.*
34 *Pœna nullitatis aduersùs ſententiam latam ſuper nobilitate, aut iurisdictione, & præcedentia, quia non habent certam æſtimationem, vſq; ad quam ſummē ſit arbitranda.*

1 SEntentias, &c. Sententiæ Sacri Conſilij etiam armata manu exequantur, cum cautione, ſi infrà decem dies reclametur, & latis duabus conformibus imponitur perpetuum ſilentium. H.D.

Principium huius pragmaticę quòad reclamationem interponendam infrà decem dies per Victum, & cautionem præſtandam à Victore de reſtituendo in caſu retractationis poſt interpoſitam reclamationem, eſt conforme cum *auth. quæ ſupplicatio, C. de precibus Imperat. offerend.* eamquè omni iure eſſe admittendam, probat *Erneſt. Gotho. reſp. 4. num. 17.* cum *ſeqq. volum. 4.* circà quod aduertas, quòd reclamatio intra decem dies eſt neceſſaria ad finem
2 obtinendi hanc cautionem, alias autem reclamatione non interpoſita infrà decem dies, ſententia mandatur exequutioni abſquè cautione, & hi decem dies computantur à die latæ ſententiæ, non exspectata aliqua illius intimatione, quia ſententiæ
3 S.C. non intimantur, vt eſt antiquiſsimus ſtylus, de quo atteſtatur *Regens Lanarius conſ. 97. num. 2.* vbi etiam affert rationem, *Marcell. Maur. allegat. 100. num. 2. in fine*, & probatur expreſsè in *§. aliud ad hoc capitulum*, ibi *intrà decem dierum inducias poſt prolatam ſententiam, in auth. vt ſponſalit. larg.* vndè ſumpta eſt *dict. auth. quæ ſupplicatio*, verùm ſi Procura-
4 tor omiſerit reclamare infrà hos decem dies, an Principalis habeat alios decem dies ad reclamandum à die ſcientiæ, ad finem obtinendi hanc cautionem? diſtingue, vt per *Afflict. deciſ. 244.* ſi Procurator non eſt ſoluendo, admittitur Principalis, *Sfort. Odd. quæſt. 69. art. 4. de reſtit. in integr.* ſed inter hos dies decem an connumerabūtur dies feſtiui, explicat *Ferrer. in obſeruat. Cathal. par. 2. nu. 11.* cum *ſeq.*
5 Verùm ſi non fuerit reclamatum infrà decem dies, adhùc poterit victus reclamare infrà biennij à die latæ ſententiæ, circumſcripta hac cautione. & poſt reclamationem habet aliud biennium ad proſequendum reclamationem, iuxtà formam *d. auth quæ ſupplicatio*, quæ ſeruatur ad vnguem in Sacro Conſilio circà exequutionem, ex hac pragmatica conceſſam, vt per *Ann. allegat. 63.* quæ exequutio ſi fat
6 antè præſtitum hanc cautionem, erit nulla, nec reconualeſcet, ſi poſtea præſtetur, *Guid. Papa deciſ. 50. Mieres de maiorat. par. 4. quæſt. 2. nu. 71.* & generalitèr de parata exequutione, quam habere debet quelibet ſententia tranſacta in rem iudicatam, latè explicat *Manſon. de cauſ. exequut. ampliat. 35.*

Et

Et licèt habeat exequutionem, tamen per reclamationem reducitur res in eo ſtatu, in quo erat tẽpore litis conteſtatæ, quemadmodùm & per appellationem, vt fundat *Reg. Lanarius conſ. 64. num. 25.*
8 *& 26.* & limita, vt hęc exequutio non habeat locum quòad expenſas pendente reclamatione, vt per *Affict. deciſ. 358.* quæ eſt fundata in *Ritu 252.* quem ipſe non allegat, quemadmodùm clauſula, *parito Breui*, non comprehendit expenſas, & ideò etiam illis non refectis poteſt procedi, *Canaler. deciſ. 332.* Item
9 limita, vt non procedat, quandò lata prima ſententia, ab ea non fuerit reclamatum, ſed dictum de nul-
10 litate, & ſic per ſecundam ſententiam fuerit annullata prima, ſi poſt ab hac ſecunda ſententia fuerit reclamatum, & ſequitur tertia ſententia, quæ revocando ſecundam confirmet primam, hoc caſu per hanc tertiam ſententiam primæ conformem non poterit imponi perpetuum ſilentium, quod latiùs declara, vt per *Couar. pract. quæſt. cap. 25. num. 5. verſ. nono*, quem omninò vide, vbi etiam habes, quid ſi ſententiæ non eſſent omninò conformes, ſed in aliquibus capitibus tantùm, latè *Præſ. de Franch. deciſ. 664. & 710. Coccin. deciſ. 45.* ſed lata prima ſententia abſolutoria, ſi in ſecunda inſtantia ſequatur ſententia condemnatoria, an procedat diſpoſitio huius pragmaticæ, *Ferrer. in Conſtit. Cathal. Hac noſtra 3. euident. nu. 119.* dicit, quòd non, ſed eſt cogitandum, nam contrarium ſeruamus.

Amplia tamen, etiam ſi inter duas ſententias cõ-
11 formes fuerit vna intermedia, nam adhùc debet interponi perpetuum ſilentium, *Bonifac. in clement. 1. col. 2. de re iudic. Dec. conſ. 385.* & hanc opinionem ſequuta fuit Reg. Cam. Summ. in cauſa Beatricis Pignatellæ cum Io. Baptiſta Pignatello ſuper Caſtro Martignani. Actuar. Paulo de Curtis, nunc Fabio Conſtantino, vide in *pragm. 61. infrà eod.*

Item amplia, etiam ſi in ſecunda ſentẽtia primam
12 confirmante non fit facta mentio perpetui ſilentij, quia tacitè impoſitum cenſetur perpetuum ſilentiũ ex diſpoſitione huius pragmaticæ, ex pulcherrima doctrina *Bal. in l. quid tamen, §. ſi arbiter 3. notab. ff. de recept. arbitr.* cuius memor fuit *Reg. de Ponte in cõſ. 18. num. 18.* hanc tamen materiam optimè declarat *Cæſar Barz. deciſ. 38. & 45.*

Quòd ſi prima ſententia fuerit declarata nulla,
13 ſed ex nouitèr deductis confirmata, illa prodeſt ad faciendum duas conformes, *Theſaur. dec. 228.* verùm
14 ſi prima ſententia fuerit declarata deſerta, hæc ſententia ſuper deſertione non dicetur conformis cum illa, quæ fuit lata in cauſa principali, vt per *Laurent. deciſ. Auenion. 3. Ant. Gamm. dec. Luſit. 110. num. 25.* quemadmodùm nec dicitur cõformis ſecunda ſententia confirmans primam, ſed ex alia cauſa non comprehenſa in prima, vt annotaui in *pragmat. 61. num. 2. infrà eod.* idem dicas, ſi vltima ſententia adderet nouum grauamen, vt exemplificat *Antonin. de Amat. reſolut. 6.*

Sed quandò prima ſententia non fuit demandata
15 exequutioni, putà propter defectum cautionis in caſu retractationis, & in cauſa reclamationis fuerit confirmata, illius exequutio ſpectabit, non ad Commiſſarium primæ inſtantiæ, ſed ad Commiſſarium reclamationis, ità *Præſ. de Franch. deciſ. 335.*

Et quatènus hìc ſtatuitur animus tantùm ad pro-
16 ſequendum reclamationem, aduertas, quòd per decretum Sacr. Conſil. de quo in *pragm. 53. infrà eodem* in cauſis reclamationum ſeruantur tempora appellationum de iure communi, vbi dixi.

Sed hanc paratam exequutionem, quam habet
17 ſententia Sacr. Conſil. an habebit etiam ſententia lata à Delegato Principis, præſertim quandò talis Delegatus eſſet de græmio alicuius Supremi Tribunalis, cuius Tribunalis ſententiæ haberent exequutionem paratam? hunc articulum Ego diſputaui in cauſa Ciuitatis Rhegij appellantis à ſententia lata per Preſidentem Reg. Cam. Summ. Baltaſſarem Gomez de Ameſcua delegatũ Excellentiſſimi Proregis in beneficium Antonij de Parẽte, & dùm Ego tanquàm Aduocatus Rhegij appellantis fundaſſem de iure communi, quòd etiam in ſententia Delegati Principis appellatio ſuſpendit iudicatum, per *tex. in l. à Proconſulibus, & l. præcipimus, §. hæc ſi appellatio, & §. ſeq. C. de appellat.* & idem probatur in *l. 2. & l. cos, la ſeconda, C. eod. tit. Fabius de Anna* tunc Aduocatus primarius, qui defendebat appellatum, nitebatur euitare iura prædicta, diſtinguendo inter Delegatum merè priuatum, & Delegatum, qui ſit de græmio Tribunalis ſupremi, & dùm pro hac ſua diſtinctione attuliſſet *Capyc. deciſ. 111.* & eius *Genitorem in repet. Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ, num. 10.* Ego retorquendo authoritates illorum dicebam, quòd loquebantur, quandò in delegatione adeſt clauſula, vt *Delegatus procedat nomine Regio*, vel *appellatione remota*, alias ſine huiuſmodi clauſulis, etiam ſi ſit de græmio alicuius Tribunalis habentis exequutionem paratam, adhùc appellatio ſuſpendit iudicatum, ſecundùm *Franc. Marc. deciſ. 73. par. 1. & deciſ. 345. Purpur. in l. 1. num. 55. 56. ff. de offic. eius*, & ità obtinui. Actuar. Sacr. Conſil. Ciuitella. Et nunc addo, quòd etiam cum clauſula, *appellatione remota*, ſi ſententia eſſet manifeſtè iniqua, adhùc eſſet admittenda appellatio, *Portius Imolenſ. conſ. 209. num. 14.*

§. Quæ præſenti, &c. Nullitas aduerſus ſentẽtiam Sacr. Conſil. ex eiſdem actis cognita impedit exequutionem, ſecùs ſi requirit probationem extrinſecam, & ſuccumbens in nullitate mulctatur. H. D.

Eſt conformis iuri communi, vt per *Ioſeph. Ludo-*
18 *uic. dec. Lucenſ. 24. Lauſranch in cap. quoniam contrà, §. hic tractabimus, verſ. attendite tamen, nu. mihi 636. extrà de probationibus, Gayl. obſeru. 44. num. 70. lib. 1. Minſyng. obſeru. 64. cent. 4. Roderic. de amm. reditib. lib. 1. q. 16. num. 29. Intrigl. deciſ. 10. num. 6. & 7.* Sed de-
19 clara, vt etiam nullitas allegata requirens extrinſecam probationem, & altiorem indaginem impediat exequutionem ſententiæ, quandò tamen exequutio eſſet irretractabilis, vt per *Suarez in l. 2. tit. de los go-*
20 *uiernos, foro legum, lib. 3. quæſt. 4.* Idem dicas, ſi eſſet euidenter iniuſta, quia euidens iniuſtitia æquiparatur nullitati, *cap. inter cæteras, de re iudic. Franch. in cap. dilecto, q. 55. de appellat. Surd.* latè *conſ. 61. nu. 24. & 52. vol. 1.* ſed hoc eſt omninò declarandum, vt per *Eundem*, vt deprehendatur error in ſententia, & quòd iniuſtitia ſit omninò patens, & non velata, quę tergiuerſari poſsit, *Surd. conſ. 324. vol. 3. & conſ. 405. num. 17.* cum *ſeqq. vol. 3. Schurph.* damnatæ memoriæ
21 *conſ. 78. cent. 3. Barz. deciſ. 33.* Quid autem, ſi aduerſus ſententiam Sacr. Conſil. petatur reſtitutio in integrũ, an impediatur exequutio? vide latè *Theſaur. deciſ. 181.* qui negat, & quæ ſcripſi in *pragm. 1. circà fin. ſuprà de minoribus.*

Et tàm circà exceptionem nullitatis, quàm reſti-
22 tutionis in integrum habes plures limitationes adductas per *Alex. in l. 4. §. condemnatum, num. 4.* cum *ſeqq.* vſq; ad *fin. ff. de re iudic.* vbi notabiliter *Zaſ* qui *num. 5. verſ. hæc concluſio* affert duas pulcherrimas limitationes. Primam, ſi condemnatus petierit à victore terminum ad ſoluendum, quia cenſetur renũ-

ciare nullitati. Secundam, si condemnatus fateatur debitū, nā vtroq; casu reijcitur exceptio nullitatis.

Sed est aduertendum, quòd nullitas, vt impediat
13 exequutionem, necessariò debet opponi ante exequutionem factam, non post, ità declarat *Socin. sen. conf.78.col.1.vol.3.* sequitur *Ant.Gabriel.lib.2.tit.de except.concl.4.* & fuit dictum originale *Paul.Castrēs. in authent.quæ supplicatio*, post *num.3.vers.sed quæritur, quid in causa nullitatis*, C. *de precib.Imper.offer. & in l.si feriatis, vers.& prædicta procedunt, ff. de feriis*, optimè *Berous conf.119.* post *nu.1.§.tertio, vol.3.* & latissimè *Lancelot. de attentat. part.2. cap.17.* & tunc dicitur facta exequutio, quando fuit perfecta per solutionem, vel rei traditionem, *Gratian. discept. forens.708.num.46.* cum *seqq.*

Et debet opponi incidenter per viam exceptionis, non autèm principaliter, vt docet *Intrigl. singul. 148.lib.1.& decis.11.* vbi plures effectus huc deducit, quod latius prosequere cum *Statil. Pacific. de salu. interd. in pect.2.num.112.* cum pluribus *sequentibus*, vsq; ad *num.149.* 1. si principaliter non admittitur, nisi iudex nullitatis præueniret, vel non proponeretur per viam appellationis, nisi esset præfixus terminus ad dicendum de nullitate, item nisi exequutio esset irretractabilis, si incidenter, aut requirit altiorem indaginem, & non admittitur, nisi esset exequutio irretractabilis, vel quandò per falsas allegationes esset lata sententia, vel ex defectu iurisdictionis, vel esset renunciatum in instrumento exceptioni, aut constat incontinenti ex eisdem actis, dummodò non sit calumniosa, & impedit exequutionem, & rectè inquit *Andr. in c.1.§. his enim non cogentibus*, circà *medium, vers. idem si agatur causa nullitatis, si de inuasit inter Domin. & vasall. lis oriat.*
24 quòd nullitas est species appellationis, quia ambæ tendunt ad infringendum sententiam, per *l. non dis-*
25 *tinguemus, §. cùm quidam, ff. de recept. arbitr.* Verùm, vt nullitas operetur effectum suum, sufficit, si sententia sit lata contrà manifestum ius litigatoris, resultans ex actis, & processu, licèt non sit contrà casū legis, vel non habeat expressam relationem ad actū nullum, vt optimè explicat *Ioseph de Sese* omninò videndus in *tract. de inhib. cap.1.§.2.num.27.* vsq; ad 40. & §.7. *& decis. Areg.434. vol.4.* & quandò nulli-
26 tas allegata impediat, vel non impediat exequutionem, vide eundem *Sese ibidem, c.5.§.5.num.6.* cum *seqq.* qui distinguit, vt suprà, & addit, quòd quandò nullitas cumulatur cum appellatione principaliter intentata, impedit exequutionem.

27 Elapso verò tempore statuto ad allegandum nullitates, ampliùs allegari non poterunt, *Barz. decis. 153. Intrigl. decis.5.num.5.*

Non tamé obliuioni tradas in hac materia, quòd
28 quotiescunq; nullitas est notoria, poterit Iudex super ea pronunciare, etiam parte non opponente, ità decisum refert *Minsynger. obseru.20.cent.1.*

Verùm quandò nullitas non est notoria, etiam si
29 fuerit à Parte opposita, pendente illius discussione fortassè posset Iudex procedere ad sequestrum, quandò ageretur de exequutione sententiæ, aut decreti Tribunalis, habentis exequutionem paratam, argumēto *clem. vnic. in final. verb. de sequestr. possess. & fruct.* facit optimus *text. in l. Imperatores, in fin. ff. de appell.* & quandò nullitas est euidens, an vnico
30 contextu poterit sententia declarari nulla, & iterùm pronunciari, vt in prima, quia in ea est rectè lata, sed non ritè in illo actu probationis primæ sententiæ, vt quia in sententia vltrà summam fuerint duo vota tantùm conformia, contrà *pragm.41. §. præterea, in-frà eod. Seraphin. decis.857.* post *Put. decis.72. lib.5. Bellem. decis.295. Achill. de Grassis decis.14. de commiss.* dicit, quòd sic in *finalib. verb.* conferunt tradita per *Eundem decis.878.* nisi pars opponat, in primis reuocari nullitates, *Coccin. decis. Rot. 206.* & plura notabilia in praxi circà hanc exceptionem nullitatis videas apud *Villadieg.* in sua *Politic. cap.4. num.220.* cum *seqq.*

Et quia inter nullitates, quæ quotidiè practican-
31 tur, est illa, quandò sententia est lata contrà mortuum, per *text. in l.penult. ff. quæ sent. sine appell. rescind.* cum concordantibus, aduertas, quòd hoc non procedit, quandò esset lata contrà Prælatum Ecclesiæ iam mortuum, nam Prælatus repræsentat Ecclesiam, & Ecclesia nunquàm moritur, ità *Bal. in l. vnic. §. in primo, in fin. C. de caduc. tollend. Alex. ad Bart. in d.l.penult.* Quid autem sit dicendum, quandò Iudex ignorat mortem litigantis, docte explicat *Castill. decis. Sicil.60.* vbi affirmat, sed negat *Vinc. de Frāch. decis.245. & Gabed. decis. Lusit.197. par.1.* qui *decis. seq.* agit de lite agitata à Prælato, & si lis fuit agitata nomine dignitatis, instantia transit actiuè, & passiuè, vel fauore Ecclesiæ, vel libertatis, *Verall. decis. 140. part.3.* vel quandò dolosè non fuit oppositum per eum, qui est præsens in iudicio, *Gamm. dec.324.* sed *Mastrill. decis.137.* admittit sententiam validam, si Iudici, vt Iudici non constiterit de morte.

§. Quamplurium litigantium, &c. Dicentes de nul-
32 litate sententiæ Sacr. Consil. & succumbentes plectuntur pœna duarum vnciarum pro sententia infrà summam ducatorum mille, si verò sit vltrà summam ducatorum mille, plectuntur pœna vnciarum quindecim, quæ ascendunt ad ducatos nonaginta. H.D.

Ex verbis huius pragmaticæ excluditur disputatio, quandò sententia esset pro certa summa ducatorum mille tantùm, nec citrà, nec vltrà, an sit soluenda pœna vnciarum duarum tantùm, vel quindecim, nam licèt ex primis verbis, ibi; *citrà mille ducatos*, hoc potuisset in controuersiam deduci, tamen ex subsequentibus, ibi, *si vltrà mille ducatos*, omnis dubitatio reijcitur, & sic pro sententia mille ducatorum tantùm, nec infrà, nec suprà pœna nullitatum est duarum vnciarum tantum, & ità seruatur. Quod procedit inconcussè, quotiescunq; sententia continet vltrà summam ducatorum mille, etiam si interesse vnius ex conuentis non ascēderet ad integram summam ducatorum mille, vt cum maxima causæ cognitione iudicauimus in Sacro Consilio per bina decreta conformia in causa Hippolytæ Pulpæ cum
33 Placito Cacace. Actuario Borrello. Idē si quocunq; modo sententia contineat summam prædictam, quāmuis non sit condemnatoria ad soluendum, seù relaxandum, quandò per nullitates propositas impediretur exequutio, quod voluit in effectu tollere hæc pragmatica, vt manifestè ex eius verbis indefinitè prolatis constat.

Quid autem in sententia lata super nobilitate, aut
34 super aliqua iurisdictione, quæ non habeat certam æstimationem pro pœna exigenda, quæ summa erit attendenda? explicat *Villadieg. lib.7. for. indic. tit.6. in rubr. num.68. vers. neq; idcircò*, vbi ait, quòd si causa nobilitatis tractaretur de aliqua exemptione tributorum, erit iudicandum quāti valeret exemptio, & *ibi* etiam ait, quòd pro hoc valore explicando debet inspici tempus petitionis, non autem sententiæ, & sic non refert, quòd res valoris infrà ducatos mille tempore petitionis, postea creuerit vltrà summā ducatorum mille, ex quibus in causa præcedentiæ, quæ non habet certam æstimationem, inter DD.

Ioan-

Ioannem Ruiz de Valdeuieſſo, & Cæſarem Frecciam, ac Iacobum de Franchis Regios Conſiliarios fuit iudicatum per Sacrum Regium Collaterale Conſilium, depoſitum pro pœna nullitatum eſſe faciendum vnciarum quindecim, ac ſi excederet ſummam ducatorum mille, & idem dicas in cauſa libertatis, cuius eſtimatio ad infinitum extenditur, *l. Procurator, §. fin. ff. rem rat. haber.* A

ADDITIO.

ADuerte, quòd depoſitum pro pœna nullitatum debet fieri, quando nullitates proponuntur incidentèr, & per viam exceptionis intrà terminum a *Regia pragmatica* præfixum, non autem in nullitatibus propoſitis per viam actionis, & principalis petitionis, exequuta iam ſententia, prout iudicatum fuit per S.C. ductis tribus aulis in cauſa inter D. Diomedem Carafa ex vna, & D. Fabium Carafa Principem Colubrariæ ex altera. In qua cùm *D. Regens* tunc Conſiliarius interuenit vti adiunctus loco *D. Regentis Tapiæ* recuſati, cùmq; tractarentur nullitates propoſitæ per D. Diomedem aduerſus duas ſententias S.C. & de ordine S.M. debuerunt ſingula vota tranſmitti ad S.M. *D. Regens* formauit infraſcriptum votum, illudq; conſignauit Domino Proregi, vt ad S.M. tranſmitteret, cuius voti exemplar, propria *D. Regētis* manu deſcriptum imprimi facere libuit.

ILLVST. ET EXCELL. DOMINE.

IN cauſa vertente in Sacro Regio Conſilio inter D. Diomedem Carafam, filium, & hæredem Don Cæſaris Carafæ ex vna, & Don Fabium Carafam Principem Colubrariæ, repræſentantem hæredes Aſcanij Carafæ ex altera ſuper nullitatibus à Don Cæſare propoſitis aduerſus binas ſententias conformes abſolutorias, latas in fauorē prædicti Aſcanij, abſoluendo ipſum ab impetitis per D. Cæſarem circà relaxationem domus magnæ intus hanc Ciuitatem Neapol. & Viridarij in Burgo Plagæ, quæ fuit votata in Regio Collaterali Conſilio, te ſedente in Throno Maieſtatis, etiam cum interuentu D. Franciſci Antonij de Alarcon Regij Viſitatoris generalis, vnitis tribus Aulis Sacri Conſilij, iuxtà literas Catholicæ Maieſtatis, quæ mandauit, vt ſingula vota ſcripta, & ſubſcripta per Votātes tranſmittantur ad ipſam Catholicam Maieſtatem.

Ego, qui interueni vti adiunctus Collaterali Cōſilio loco *Reg. Tapiæ* recuſati, & occupabā locū 13. & ſic fui decimus tertius in numero ſexdecim votātium, poſt audita, & ponderata duodecim vota præcedentia, quæ ſingula decidebant prò, & contrà iuſtitiam cauſæ principalis ipſarum nullitatum, dicebam, quòd inſpecto præſenti ſtatu cauſæ, in quo nūc reperitur, non poteſt tractari de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ principalis per diffinitiuam, ſed tantùm de inſtruendo proceſſum per acta ordinatoria, & de ordine iudicij, vt inſtructo, & cōpilato proceſſu poſſit poſteà deueniri ad deciſionem cauſæ principalis.

Mouebar, quia vtraq; ſententia erat abſolutoria, quæ per illam ſimplicem abſolutionem continebat ſimul, & ſemel ſuam ipſius exequutionem, nec expectabat pro exequutione aliam actū poſt ſe, vt ait *Bal. in auth. ſi quis litigantium 3. not. C. de epiſc. Aud. Alex. conſ.* 111. circa *fin. lib.* 5. & ſic ſumus in ſententia iàm exequutioni demandata, quo caſu eſt de iure indubitatum, quòd nullitas non poteſt opponi aduerſus ſententiam iàm exequutam per viam exceptionis incidentèr, ſed ſolùm per viam principalis petitionis, vt docuit *Paul. Caſtr. in auth. Quæ ſupplicatio*, poſt *num.* 3. *verſ. ſed quæritur, quid in cauſa nullitatis, C. de precib. Imper. offer.* & in *l. ſi feriatis, ff. de fer. verſ. & prædicta procedunt, Soc. ſen. conſ.* 78. *col.* 1. *vol.* 3. *Ant. Gabriel. lib.* 2. *tit. de except. concl.* 4. optimè *Berous conſ.* 119. poſt *nu.* 1. *verſ. Tertiò, vol.* 3. latiſſimè *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 17. Quod in hacmet cauſa fuit expreſsè declaratum, quia dùm Aduerſarius D. Diomedis oppoſuiſſet, quòd D. Diomedes non poterat audiri per viam nullitatis, niſi facto depoſito pro pœna, ſeruata forma *Pragmaticarum* huius Regni, quarum diſpoſitio viget, quando nullitates proponuntur incidentèr per viam exceptionis ad impediendum exequutionem ſententiæ, non autem quando proponuntur per viam principalis petitionis poſt exequutionem, fuit interpoſitum decretum, quòd procederetur ſuper nullitatibus, abſquè depoſito, manifeſtè declarando, quòd in hac cauſa agebatur de nullitatibus per viam principalis petitionis, non autem per viam exceptionis, & ſi agitur modò per viam principalis petitionis, ergò neceſſarius eſt ordo iudiciarius, ſine quo non poteſt ſuper nullitatibus pronunciari, ità docet *Specul. in tit. de libell. concep. §. nunc dicendū, in fine. Card. Zabar. in clem.* 1. *num.* 7. *de re iud. Bar. in l. filio præterito, num.* 24. *ff. de inoff. teſtam.* & in *l. ſi expreſſim, num.* 12. *ff. de appell. Bal. in l. ſuus hæres*, ſub *num.* 1. *C. de repud. hæred. Paul. Caſtr. in l.* 2. ſub *num.* 5. *C. de ord. iudic. Alex. conſ.* 59. *col. pen. verſ. & ſi opponeretur, vol.* 4. *Rota deciſ.* 340. circà *med. Vant. de nullit. tit. quo, & quib. mod. nullit. prop. poſſ. nu.* 20. 25. 27. *Caualc. deciſ.* 17. *num.* 8. *& deciſ.* 11. ſub *nu.* 56. *p.* 1.

Quò fit, vt dùm in caſu, de quo agitur, nullitates remanſerint in puris terminis ſimplicis propoſitionis per ſupplicem libellum oblatum Sacræ Maieſtati, & ab ea remiſſum Sacro Conſilio, vt *de iuſtitia prouideat*, iuſtitia eſt, vt ſuper eodem libello inſtruatur proceſſus, & inſtructo proceſſu in forma iudicij, terminetur iuſtitia cauſæ principalis ipſarum nullitatum, & propterea fui in voto, quòd detur terminus in cauſa nullitatum, meum tamen votum ſubieci, & nunc libentiſſimè ſubijcio tuo purgatiſſimo iudicio.

Scipio Rouitus.

Et iuxtà ſupradictum votum fuit per aliquos ex Dominis votatum in Collaterali Conſilio in cauſa prædicta, & cùm vota prædicta fuiſſent tranſmiſſa ad Suam Catholicam Maieſtatem, ijſq; diſcuſſis, viſum fuit illo Supremo Senatui, decretum minimè debere publicari; ſed magis annuēdo votis eorum, qui dixerunt, quòd erat dandus terminus in cauſa. S.M. ſuis Regijs literis mandauit, quòd in S.C. videretur, ſi prædicta cauſa erat inſtructa, & concluſa, vt expediri potuiſſet, prout refert *D. Marchio Torelli in fine* eius *cōſult.* 6. *vol.* 1. & ſic illud Supremum Conſilium, & Sua Maieſtas habuit pro vero, & inclinauit, quòd cauſa debebat inſtrui, & proceſſus compilari, dato termino, iuxtà ſupradictum votum *Domini Regentis*.

Et in ſupradictorū cōformitatem dicebam annis elapſis in cauſa Domini Mariani de Prato cum RR. PP. Theatinis Ciuitatis Litij, vertente in M.C.V. per viam appellationis, per dictum Dominum Marianum interpoſitæ à Regia Audientia, quòd antequàm procederetur ad diſcuſſionem nullitatum propoſitarum per dictum Dominum Marianum dandus erat terminus in cauſa prædicta,

ex

ex eo,quia nullitates erant propositæ post exequutionem sententiæ Regiæ Audientiæ,at quandò nullitates proponuntur post exequutionem sententiæ, requiritur libellus,& litis contestatio, *Anna alleg.* 22.*num.*1.quod fundat ex *text.in l.quædam*, *C.famil. erciſc.*& ex alijs ab eo citatis, nã cẽsentur principaliter,& per viam actionis propositæ, *Anna loco* iam relato,& *Vant.de nullit.in tit.quot.& quib.mod. nullit as*,*&c.num.*4.*fol.*46. & sic requiritur ordinarius ordo,& tela iudiciaria,cùm sententia indè ferenda sit diffinitiua,*Vant.d tit.quot*,*& quibus modis*, *&c.* nu 24.*fol.*49.

Nec id mirum esse debet, nàm Iudex appellationis poterit confirmare sententiam nullitèr latam, si in cautæ reuisione,& cognitione apparebit de iustitia illius,pro quo lata erat sententia,etiã ex nouitèr deductis in termino appellationis,*Ann.alleg.*93.*n.*7. *& Vant.de nullit.in tit.qualitèr sentẽtiæ,n.*130.*f.*292.

Rursùs poterit interim Victor, estò millies,quòd acta essent nulla,retinere bona,in quorum possessione fortè fuit immissus pro exequutione sententiæ, quàmuis nullitèr latæ,ratione hypothecæ,iuxtà doctrinam *Annæ in allegat.*80.*nu.*9. ex *text.in l.fundus, qui Lucij*,*ff.de rescind.vend.* vbi *Bald.* præsertim *Curt. iun.conſ.*185.*num.*4.*Alex.conſ.*81.*in fin. volum.*7. & multos cumulat *Surd.dec.*46.*n.*7. omninò videndus, & *Dec.conſ.*449.*n.*21.& idem *Ann.d.alleg.*93.*n.*8.

Et sic per M.C.facto verbo per Iudicem Rocca, sub die 15.Ianuarij 1616.fuit prouisum, quòd in biduo audiantur partes super nullitatibus allegatis per Marianum de Prato,pẽnès Constantinum Act.

Verùm aduerto,quòd fuit facta magna discussio, an nullitates fuissent propositæ per viam spolij, seù potiùs an esset intentata actio spolij, & cum eo cumulatæ nullitates,nàm si hoc fuisset,M.C.fortè fuisset in voto discutiendi nullitates.Dixi an essent propositæ per viam spolij,siuè intentata actio spolij cũ cumulatione nullitatum, nàm etiam Iudex nullitèr procedens,dicitur spoliare,& competit actio spolij, *Dec.conſ.*125.*&* 449.*&* *Rip.in* §. *nihil commune*, *num.*48.*ff.de acquir.poſſeſſ & cap. conquærente*, *de reſtit.ſpol.* Verùm etiam in hoc casu,credo, quòd nõ poterat euitari,quin daretur terminus, nàm spoliũ, seù actio spolij requirebat iudicium,& si summariũ, cum libello,& litis etiam contestatione, vt perbellè docet *Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.*15.*n.*239.cum *ſeq.& n.*253.cum *ſeq.*

Ioannes Laganarius.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Consiliarij Regij quibuslibet diebus non feriatis manè sedeant in Castro Capuano pro causis decidendis,de quo tempore non debent deduci solemnes dies, nec recreationes,& nu.*3.

Pragmaticæ istius decidendi ratio,remissiuè.

2 *Consiliarius Regius si diebus non feriatis abest, vel sua propria negotia faciendo,vel interponendo solatia curis,est iusta absentiæ causa,& non reprehendenda.*

SAcrum,prætereà,Consilium, &c.

1 Sacrum Consilium quibuslibet diebus non feriatis manè sedeat in Castro Capuano pro causis decidendis. H.D.

Ratio decidendi, cur scilicèt hora matutina potiùs,quàm vespertina fuerit electa,traditur ab *Affl. in Conſt.Vt vniuerſis,num.*65. quia de manè per ieptem horas homo est melioris intellectus, & nota,
2 quòd si his diebus non feriatis aliquis ex Consiliarijs abesset,vel sua propria negotia faciendo, vel interponendo solatia curis,licèt non sit impedimentũ iuris,erit iusta causa absentiæ,& non reprehendenda,vt constat ex *Andr.in cap.*1.*num.*13.propè *fin. de controu.inter vaſall.& ali.de benef.*& probatur in *l.ſi longius,ff.de iudic.* admittit *Innocent.in cap.vltrà ter-*
3 *tiam*, *num.*3. ibi, *nec debent deduci de iſto tempore ſollemnes dies*, *nec recreationis receptorum*, *& Iudicum,extrà de teſtibus*, tempore verò *Iuſtiniani* Iudices tenebantur manè, meridiè, & vespere audire causas,vt in §.*ſedebunt,auth.de Iudicib.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. VII.

RERVM SVMMA.

1 *Audientiæ Prouinciales sunt primarum appellationũ competẽtes Iudices,& ipſarum ſententiæ infrà certam ſummam reuidentur in eadem Prouincia per alios Doctores non ſuſpectos, ſi ab eis contigerit appellari.*

Pragmatica huiuſmodi in multis conformis eſt diſpoſitioni iuris communis.

PRo minori, &c.

1 Audientiæ Prouinciarum cognoscant de primis appellationibus, & earum sententiæ infrà certam summam hìc expressã reuideantur in eadem Prouincia per alios Doctores non suspectos,si contigerit appellari. H.D.

Quòad primum concordat cum dispositione *text.*de iure communi in §.*& iudicare,in auth.de defenſoribus Ciuitatum*,& in §.*ſit tibi quoq; in auth.de mandatis Principum*,& quòad secundum concordat cum *text.in l.cùm poſt ſententiam,C.de appellation.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. IX.

RERVM SVMMA.

1 *Dietarum ſingulis Commiſſarijs pro expeditione cauſarum in aſſignatione quis ordo ſeruetur.*

2 *Consiliarij,ſi voluerint,poterunt ad inuicem dietas pro expeditione cauſarum ſibi aſſignatas permutare.*

EX Consiliarijs, &c.

Duæ dietę assignantur singulis Consiliarijs pro expeditione causarum.H.D.

Nota,quòd in assignatione harum die-
1 tarum est seruandus ordo inter eosdem Cõsiliarios, vt scilicèt sumatur initium ab antiquiori de Aula, vsquè ad iuniorem;poterunt tamen Consiliarij, si
2 voluerint,has dietas ad inuicem permutare, proùt in simili admittit *Angel.*post *Rayner.in l. inter duos in fin.ff.de aqu.quotid.& æſtiu.* aliàs in *l. cùm conſtet*, §.*inter duos*,& pluriès practicauimus in Aula,in qua Ego resideo.

De

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c.
Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta concordat cum diſpoſitione iuris cõmunis, et fuit confirmata pluriès, tandem cum adiectione certæ formæ, & qualitèr intelligatur, n. 5.*
2 *Cauſa minor licèt ſit primò concluſa, non tamen primò expeditur, ſi eſt præiudicialis maiori cauſæ poſteà concluſæ, vel nondùm concluſæ.*
3 *Cauſæ priuilegiatæ, quæ hic excipiuntur, quæ ſint.*
4 *Pauper quis ſit, & quis inops, & an differant inter ſe, & quæ ſit perſona miſerabilis, remiſſiuè.*

FIſcales, &c. Cauſæ primò concluſæ, primò expediantur, exceptis cauſis priuilegiatis. H. D.

1 Circà hunc ordinem eſt conformis cum iure communi, vt probat *text. in l. pen. C. ſi pend. appell.* & circà hoc pragmatica hæc fuit confirmata per Carolum Cæſarem in anno 1540. vt in *prag. 15. infrà de ord. iud.* & in anno 84. per Ducem Oſſunæ, vt in *cap. 13.* de gratijs ab eo conceſſis inter *capitula, & priuilegia Neapolis, fol. 174.* & iterùm in anno 96. fuit confirmata cum adiectione certæ formæ per Comitem Oliuares, vt in pragmatica impreſſa poſt nouiſſimam compilationem voluminis Pragmaticarum inter prætermiſſas, ſub *rubr. de offic. S.C.* quæ nũc in nouiſſima impreſsione eſt *prag. 71. infr. eo. tit.*

Limitarem tamen Ego diſpoſitionem huius prag-
2 maticæ, quandò eſſet priùs concluſa minor cauſa, quæ eſſet præiudicialis maiori poſteà concluſæ, vel nondùm concluſæ, iuxtà *text. in l. per minorem, ff. de iud.* cum alijs adductis per *Mandell. cõſ. 62. n. 1. vol. 1.*

Cauſas verò priuilegiatas hìc exceptas exempli-
3 fica in cauſis fiſcalibus, carceratorum, Eccleſiarum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperum, & miſerabilium perſonarum, de quibus loquitur expreſsè hæc pragmatica *in principio*, & latè declarat *Conarr. pract. quæſt. cap. 7. num. 3. verſ. his accedit*, ſed
4 quis dicatur pauper, & quis inops, & an ſit inter eos differentia, vide *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 65.* inops minus habet paupere, & quæ ſit perſona miſerabilis, vide *Eundem ibid. caſu 66.* qui remittit Iudicis arbitrio; & intellige omnia contenta in hac
5 pragmatica, ſi Commiſſarius fuerit à Parte requiſitus, & non alitèr, *Bouad. lib. 3. cap. 14. num. 89.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c.
Pragm. XIII.

RERVM SVMMA.

1 *Conſiliarius ſi ſtatuta die non ſit accinctus ad votandum, an debeat ſuperſederi, dando ei nouum terminum ad ſe accigendum, vel potiùs illius voto omiſſo ſit ab alijs cauſa expedienda.*
2 *... nunquam poteſt ſe excuſare à proferendo votum, etiam ſi videret maiorem partem inclinatam in peiorem ſententiam, ità vt ipſius contradictio nihil eſſet profutura.*
3 *... quid obſeruare debet, ſi in votando neceſſe habet alterius voto contradicere.*

POſt cauſæ relationem, &c.

1 Traditur modus ſeruandus per Conſiliarios in cauſis votandis. Poſſet tamen dubitari, an ſi ſtatuta certa die ad votandum, eaquè adueniente aliquis ex Conſiliarijs non ſit accinctus; debeat nè ſuperſederi in votando, dando ei nouum terminum ad ſe accingendum, vel potiùs illius voto omiſſo debeat ab alijs cauſa expediri? videndus eſt *Licentiat. de Piſa* in ſua *Decur. Piſan. lib. 2. cap. 9.* verùm Ego ſemper obſeruatum vidi, quòd ſi vnus tantùm declaret, ſe non eſſe accinctum, ſuperſedetur in expeditione cauſæ, aſsignando aliam diem, in qua veriſimilitèr ille poſsit eſſe accinctus, ſed vna tantùm vice accidit in magna cauſa, in qua dùm fuiſſet aſsignata dies pro illius expeditione in Collaterali Conſilio coràm Illuſtriſs. Prorege, & vnus, poſtquàm omnes Iudices conuenerant pro votando, declarauit, non potuiſſe ſe accingere, Prorex iuſsit, illum incontinenti abire, & reliqui votauerunt, & cauſam expediuerunt, ſed neſcio, ſi caſus hic poteſt trahi in exemplum. Tu vide *Bouad. lib. 3. c. 7. nu. 41.* qui videtur concludere, quòd potiùs eſt aſsignanda alia dies, dummodò abſit malitia.

Nunquàm autem Conſiliarius poterit ſe excuſa-
2 re à proferendo votum ſuum, etiam ſi videret maiorem partem inclinatam in peiorem ſententiam, ità vt ipſius contradictio nihil eſſet profutura, idem *Licent. de Piſa ibid. c. 13. Palcoth. de Sacr. Conciſt. cõſ. p. 2. c. 6.* Quandò autem in votando neceſſe eſt alte-
3 rius voto contradicere, proùt multotiès accidit, id fiat omni modeſtia, vrbanitate, & cautela, quẽadmodũ pulchrè docet *Melchior. iun. quæſt. põlit. p. 3. q. 84.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c.
Pragm. XIV.

RERVM SVMMA.

1 *Iudices de iure communi debent ius reddere manè, meridiè, & veſpere, ac etiam de nocte, ex Partium voluntate, quod per hanc pragmaticam alteratur.*
2 *Hora quid ſit.*
3 *Conſiliarius Regius non poteſt minus duabus horis ceſſare ab audiendis negotijs.*
4 *Conſiliarij Regij in quibus temporibus nõ tenentur audire negotia.*

SAcri noſtri Conſilij Conſiliarios, &c.

Conſiliarij tribus horis manè aſsiſtant congregati in Conſilio, poſt prandiũ verò ad minus per duas horas litigantes audiant. H. D.

Hæc pragmatica alterat ius commune, per quod
1 Iudices debent ius reddere manè, meridiè, & veſpere, non autem de nocte, niſi de Partium voluntate, *§. ſedebunt autẽ, & ibi gl. in ver. nox*, & in *ver. matutino, in auth. de Iudic. gloſ. & DD. in c. conſuluit, extrà de*
2 *offic. deleg.* & hora eſt pars temporis, multis momentis conſtituta, vt in *§. hinc nobis. in princ. & ibi gl. in ver. cura, in auth. de hæred. & falc.* Et nota illã clauſulã, *ad minus*, adiectã in *text.* nàm minus duabus horis
3 non poteſt Cõſiliarius ceſſare ab audiẽdis negotijs, ſed ſi velit audire vltrà duas horas, benè poteſt, &
4 eſt magis laudabile, proùt ità obſeruat maior pars Cõſiliariorũ, verũ in certis tẽporibus nullo modo tenẽtur audire negotia, nẽpè cũ equitãt, vel per viam agũt, nec de nocte, neq; cũ ſunt in prãdio, aut in miſſa, ità *gl. in c. ab eo, qui appellat, in ver. loco, de appellat. in 6. Bouad. lib. 3. c. 14. n. 97. & ibid. n. 91.* elegãtèr docet, qualitèr ſe præbere debeãt in audiendis litigatoribus, & Aduocatis.

De

De Officio Sacri Regij Conſilij. Pragm.XV.

RERVM SVMMA.

1 *Conſiliarius quandò ex aliqua vrgente, & rationabili cauſa debet intereſſe teſtium examinationi, nullum ſalarium poteſt recipere.*

2 *Conſiliarius vbi ex cauſa debet intereſſe receptioni teſtium, ſufficit, ſi faciat teſtes iurare coràm ſe, nec requiritur eius interuentus, donec recipiatur dictum teſtis per Examinatorem.*

TEſtium examinationi, &c. §. cauſarum expeditioni, &c. num. 2.

1 Conſiliatij non vacent receptioni, ſeù examinationi teſtium, niſi vrgente, & rationabili cauſa. H.D.

2 Exiſtente tamen cauſa vrgente, & rationabili, pro qua Conſiliarius debeat ipſe intereſſe teſtium examinationi, tunc notabis duo, primum, quòd pro tali ſua intereſſentia nullum ſalarium poteſt recipere, vt expreſsè dicitur in *text.* quod ab aliquibus vidi malè ſeruatum; alterum verò, quòd hoc caſu non requiritur, quòd ipſe Conſiliarius interueniat, donec ſcribitur, & recipitur dictum teſtis per Examinatorem, ſed ſufficit, ſi faciat teſtes iurare coràm ſe, vt explicat *Andr. in cap. 1. num. 4. ſi de inueſtit. inter Domin. & vaſall. lis oriatur*, & ità multotiès ſeruatum vidi, ſed, meo iudicio, non ſatisfit menti huius pragmaticæ, & Ego quotieſcunq, per anguſtiam temporis non potui intereſſe toti depoſitioni teſtis, ſaltem illum poſt iuramentum præſtitum interrogaui de facto, & circumſtantijs negotij ſuper articulis, ſuper quibus veniebat intabulatus, iuxtà communem formam loquendi, & talitèr interrogatum dimittebam in manibus Examinatoris, qui eius depoſitionem ſcriberet per extenſum.

De Officio Sacri Regij Conſilij. Pragm.XVIII.

RERVM SVMMA.

1 *Appellatio licèt de iure communi competat Partibus, nedùm à ſententijs diffinitiuis, ſed etiam ab incidentibus, & interloquutorijs, tamen ab incidentibus, & interloquutorijs Magn. Cur. Præſes S.C. mandat eidem Magn. Cur. quòd de illis verbum faciat in S.C.*

2 *Sacrum Conſilium ſi reperit, M.C. in incidentibus, & interloquutorijs grauaſſe, non retinet ſibi cauſam, prout de iure poſſet, ſed emendato grauamine remittit cauſam eidem Magn. Cur. & cur hoc ſit introductum, num. 4.*

3 *Iudex primus propter verificatum grauamen redditur ſuſpectus, & ſemper cenſetur, quòd debeat grauare.*

5 *Appellationis Iudex inferior à Principe an poſſit remittere cauſam ad primum Iudicem, emendato grauamine.*

6 *Sacrum Conſilium quid obſeruet, ſi fuerint præſentatæ nouæ ſcripturæ, vel fuerit deducta alia noua cauſa.*

RElationes de incidentibus, &c.

Relationes incidentium M.C. fiant in S.C. quolibet die Iouis, pro qua Partes ſemper monitæ habeantur. H.D.

1 Licèt de iure competat Partibus appellatio, nedùm à ſententijs diffinitiuis, ſed etiam ab incidentibus, & interloquutorijs, tamen in S.C. ſeruatur, quòd Præſes appellationem ab incidentibus, & interloquutorijs M.C. nò committit Conſiliarijs principaliter, prout committit appellationes à diffinitiuis, ſed iubet, quòd Magn. Cur. de illis verbum faciat in Sacr. Conſil. & facta relatione, ſi non adeſt grauamen, Sacr. Conſil. remittit cauſam ſimpliciter

2 eidem Magn. Cur. ſed ſi adeſt grauamen, tunc non retinet cauſam ob grauamen illatum, prout retinere poſſet ex diſpoſitione iuris communis, tàm canonici, iuxtà *text. in cap. vt debitus honor, in fin. extrà de appellat.* vbi *gloſ. in verb. alioquin*, quàm etiam iuris ciuilis, iuxta doctrinam *Bart. in l. eos, qui, num. 10. ff. de appellat. recip.* per *text. in l. ſi quis prouocatione, C. de appellat.* quem ſequitur *Paul. ibidem*, poſt *Cym. in l. eos, num. 2. C. de appellat. verſ. non obſtat*, idem *Bart. conſ. 220. vol. 1. Franc. Marc. quæſt. Delphin. 325. part. 2.* latè tractant *Brederod. de appellat. part. 1. tit. 20. in verb. ab interloquutoria, verſ. de deuolutione poſt appellationem iuſtificatam, fol.* mihi 470. *& à t.*

3 Quod, vt credo, habet rationem, quia primus Iudex propter verificatum grauamè redditur ſuſpectus, & ſemper præſumitur, quòd debeat grauare, vt eſt *text. in c. ad hæc, lo primo*, vbi *Panorm. extrà de appellat.*

At Sacr. Conſil. propter eius magnam præheminentiam, etiam in caſu grauaminis non retinet cau-

4 ſam, ſed emendato grauamine illam remittit eidem Magn. Cur. *D. de Franchis deciſ. 88. in fin.* quod indè introductũ eſſe, credo, licèt ab alio tactum hucuſq; non inuenerim, quia Sacr. Conſil. repræſentat ipſum Principem Regem, qui tanquàm Princeps poteſt illam remittere ad primum Iudicem, emendato grauamine, vt conſtat ex *Bart. in d.l. eos, num. 4. C. de appell.* dùm ait, quòd Iudex appellationis ab interloquutória inferior à Principe non poteſt remittere cauſam ad primum Iudicem, quandò appellatio eſt iuſta, ergò ipſe Princeps poteſt remittere.

Videtur tamen, quòd Iudex appellationis etiam

5 inferior à Principe poſſet remittere cauſam ad primum Iudicem, emendato grauamine, vt voluit *gloſ. in verb. remittenda in cap. cùm appellationibus, de appellat. in ſexto*, & probatur in ipſo *text.* ibi, *Nec eſt illa cauſa de neceſſitate ulteriùs remittenda*, quaſi dicat, ſecùs ſi voluerit remittere, & hanc opinionem affirmat *Torniol. conſ. 99. num. 13.* quam etiam admittit *Modeſt. Piſtor. quæſt. 149. lib. 4.* & Practica Regni Cathaloniæ, de qua teſtatur *Bellug. in Specul. Princip. rubr. 38. §. conquarantur*, poſt *num. 11. verſ. ſed ſuper hoc cogita*, præſertim ſi emendatio procederet ex ſcripturis, ſeù alia noua cauſa deducta co-

6 ràm Iudice, ad quem; verùm Sacr. Conſil. in hoc vltimo caſu nihil decidit, nec ex nouis actis, neque ex eiſdem actis, ſed remittit cauſam ad eundem Magn. Cur. quæ viſis ſcripturis, ſeù alijs actis de nouo productis iuſtitiam faciat, & à decreto Magn. Cur. poſtmodùm lato appellat ea Pars, quæ ſuccubuerit.

De Officio Sacri Regij Conſilij. Pragm. XX.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica iſta circà formam datam Aduocatis imperorandis cauſis in Aula concordat cum iure communi.*

2 *Aduocati ſemper debent habere præ oculis* text. in l. quiſquis, C. de poſtul.

3 *Ad-*

3 *Aduocati abſentia non impedit, quin procedatur ad ea, quæ incumbunt, etiam de iure communi, quod fallit, ſi Aduocatus eſſet ex aliqua iuſta cauſa abſens, vel impeditus.*

ADuocatos, Procuratoreſque, &c.

1 Hæc pragmatica dat modum, & formam Aduocatis, qualitèr ſe gerere debeant in diſputandis, & perorandis cauſis in Aula, & eſt cõformis iuri communi, vt per *gloſ. in authent. vt ab Illuſtribus, & qui*
2 *ſuper eam dignit. ſunt, in princip. in verb. ſedere*, qui tamen ſemper præ oculis habere debent *text. in l. quiſquis*, C. *de poſtuland.*

Et quandò *in fine* ſtatuitur, vt Aduocati abſentia
3 non obſtante procedatur ad ea, quæ incumbunt, eſt conformis iuri communi, de quo in *l. velamento*, C. *de poſtul.* Limita tamen, ſi Aduocatus eſſet abſens, vel iuſta cauſa impeditus, nam eſſet nimis difficile, & graue alium quærere Aduocatum, qui merita cauſæ non nouit, vt voluit *gloſ. in cap. 1. in verb. Aduocatus, extrà vt lit. non conteſt. Andr. in* Conſtit. *Humanitate, col. fin. in princ. verſ. in gl. in verb. forbanniti.*

De Officio Sacri Regij Conſilij. Pragm. XXI.

RERVM SVMMA.

1 *Aduocati vt iurent, ſe non defenſuros cauſas iniuſtas non eſt in obſeruantia.*
2 *Aduocati, Procuratores, Agentes, & Sollicitatores prohibentur paciſci de parte litis per albarana, vel quouis alio modo.*
3 *Clerici in quibus caſibus pro laicis patrocinium præſtare poſſint, etiam de iure canonico, & ratio, quarè in alijs prohibeantur, num. 8.*
4 *... vt in aliquibus cauſis poſſint patrocinari, intelligitur coràm Iudice Eccleſiaſtico, non autem coràm Iudice laico.*
5 *... patrocinari prohibiti, etiam domi conſulere, & inſcriptis allegationes dare prohibentur, & quarè.*
6 *Doctor prohibitus aduocare propter lecturam, prohibetur etiam domi conſulere.*
7 *Clericus pro amico, vel affine in vna tantùm cauſa aduocare, & conſulere poteſt, modò id agat ex iuſta cauſa, non ex cupiditate.*

PRæſente Aduocato, &c.

In fine huius pragmaticæ eſt inſerta, & cõfirmata Conſtitutio *Aduocatos*, quæ in effec-
1 tu præcipit, vt Aduocati iurent, ſe non defenſuros cauſas iniuſtas, immò illas ſtatim dimittant, cognita iniuſtitia, & non paciſcantur de parte litis, & clerici pro laicis non patrocinentur: ſed quòad primum, circà præſtationem iramenti non obſeruatur, prout neq; obſeruabatur antè hanc pragmaticam editam, vt teſtatur *Andr. in proœm. Conſtitut. Regni. col.* mihi 13. *in princ.* Quò verò ad ſecundum, vt non fiãt
2 pactiones de parte litis in anno 1586. fuit ampliata, vt tàm Aduocati, quàm Procuratores, & Agentes, ſiuè Sollicitatores cauſarum nullas pẽnitùs pactiones per albarana, aut quouis alio modo recipere poſſint, & albarana eò vſquè facta caſſantur, vt in *pragm. 1. infrà de poſtulando.*

Quò verò ad tertium, vt clerici non præſtent pa-
3 trocinia pro laicis, niſi in cauſis propriis, ſeù conſanguineorum, vel affinium, & in cauſis Eccleſiarum, ac miſerabilium perſonarum, Ego aduerto, quòd illud idem diſpoſitum erat in *cap. 1. & tot. tit. extrà de poſtulando, & 88. diſtinct. per totam diſtinctionem*;
4 immò per eadem iura canonica eſt diſpoſitum, vt licèt in caſibus hic exceptis poſſint patrocinium præſtare, id tamen intelligitur coràm Iudice Eccleſiaſtico, non autèm coràm Iudice laico. Verùm poſ-
5 ſet dubitari, an ex hoc prohibeantur etiam domi conſulere, vel in ſcriptis allegationes dare, & profectò quamuis prohibitus aduocare, non ſit prohibitus conſulere, vel Iudici allegationes mittere, vt notat *Bart. in l. 1. §. poſtulare, ff. de poſtul. & in l. Paulus, §. fin. ff. de legation. Roman. in l. 2. ff. de verb. oblig. Præpoſ. in cap. ſolicitudinem, col. 10. extrà de appellat.* tamen quòad clericos attinet, idem videtur eſſe conſulere, quod eſt aduocare, quia Statuentium intentio fuit euitare, nè clerici à ſacris, diuiniſq; officijs per alias occupationes diſtrahantur, ità perbellè declarat *Ferdin. Loaz. in allegat.* ſeù *conſil.* pro Marchione Velez in *reſponſ.* ad *§. & 6. motiuum primæ dubitationis* pro Oppido Muræ, *nu. 116. & 117. fol.* mihi 360. adducens ad hoc *Io. de Anan. in rubr. extrà de magiſt. col. 3. in fin. verſ. quid autem, ſi Do-*
6 *ctor*, vbi inquit, quòd ſi Doctor prohibeatur aduocare propter lecturam, prohibebitur etiam in Camera conſulere, cùm in vtroq; caſu à lectura diſtrahatur, prout idem voluit *Felin. in rubr. extrà de fide inſtrument. col. 1.* & ſequitur *Purpur. in tract. de offic. aſſeſſoris, col. 17. verſ. quartò principalitèr dicendum eſt, in fin.* cuius cõtrarium defendit *Marta de iuriſd. par. 4. caſu 115.* ſed idem *Ferdin. Loaz. ibidem, nu. 119.*
7 limitat, quandò clericus pro amico, vel affine in vna tantùm cauſa aduocaret, & conſuleret ex iuſta cauſa, non tamen ex cupiditate, per notabilem doctrinã *Innocentij in cap. vnic. extrà de oblig. ad ratiocinia*, & alios, quos latiſſimè congerit *Felin. in cap. cùm I. & A. col. fin. extrà de re indic. & Purpurat. in d. tract. de offic. aſſeſſor. col. 6. verſ. ſexto.* Addo nunc *Regium Conſiliarium Carolum Tapiam* accuratiſſimum iuris Regni compilatorem, qui horum meminit in *Cõſtit. Aduocatos, §. denique*, quam collocauit *lib. 1.* ſub *tit. de Epiſc. & cler. fol.* mihi 39. & 40. Alias limitationes affert *Bellet. diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 27. Farin. par. 1. fragm. lit. C. num. 186.*

Pro ratione verò decidendi in hoc tertio capite
8 eſt videndus *Zanch. de priuileg. Eccleſ. priuileg. 55.* latè *Ala de offic. Aduocat. q. 1.* vſquè ad *q. 8.* Alia ad hanc pragmaticam ſpectantia habes apud *Carol. de Graſſ. effect. cleric. 21.* per *tot.*

ADDITIO.

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. XXII.

RERVM SVMMA.

1 *Aduocati quales eſſe debeant, & qualitèr eorum officium exercere.*
2 D. Franciſcus de Petris *laudibus commendatur, & num. 10.*
3 *Procuratoris officium honeſtum, & laudabile eſt, nec vel nobiliſſimis viris incongruit.*
4 *Procuratoris, & Aduocati præmium, Palmarium, et Honorarium appellatur, et quarè.*
5 *Procuratoris honor, et fama maximè à iuribus commendatur, ità vt contra nobiliſſimos valeat Procurator de eius dignitate contendere.*
6 *Procuratoris officium qui dixerunt vile, perperàm locuti ſunt.*

7 *Aduo-*

7 *Aduocati, ac Procuratores antè quàm exercere incipiant, debent examinari, tàm de iure communi, quàm Regni.*
8 Philippus IV. *Rex Maximus consuli mandauit circa Aduocatorum, & Procuratorum examen, ac iuramentum.*
9 Vincentius Laganarius *Authoris filius doctoratus insulas suscepit anno* 1640.
10 D. Petrus Carauita *Princeps Aduocatus, & Feudorum interpres acutissimus commemoratur.*
11 *Aduocatorum officium Reipublicæ est necessarium, & in quo.*
12 *Aduocatorum dignitas, & præstantia.*
13 *Aduocati duos sales habere debent, scientiæ scilicet vnum, & bonæ conscientiæ alterum.*
14 *Aduocatorum multi auaritiæ dediti, causas dilatant, aliaq; mala agunt.*
15 *Aduocati an possint esse illiterati.*
16 *Aduocare quid differat à Postulare.*
17 *Doctorum triplex examen.*
18 *Doctoratus tribuit facultatem aduocãdi, & sub n.* 30.
19 *Doctoratus insignia quæ sint.*
20 *Doctorem creare est de Regalibus, & ad eum spectat, qui habet facultatem à Rege, qui in hoc Regno est Magnus Cancellarius.*
21 *Magnus Cãcellarius si in alicuius Doctoratu videret, Collegiatorum vota esse corrupta, posset illa non sequi, & iudicare secundùm conscientiam.*
22 *Regis literas exequi debet Prorex cum causæ cognitione, nè alteri præiudicium afferant, & nè absurda sequantur, & interim est suspendenda exequutio.*
23 *Examen Aduocatorum nouitatem induceret in detrimentum Reipublicæ, & quomodò.*
24 *Aduocati quomodò creabantur de iure ff. & C. ac etiam Regni.*
25 *Aduocatos admittendi variorum locorum mores recensentur.*
26 *Examinis Aduocatorum incommoda, & num.* 28. 29. & 30.
27 *Aduocatorum Parisiensium factum refertur.*
31 Magonij *testimonium de Aduocatorum examine reprobatur.*
32 *Doctoratus quando, & in quo casu deberet iterùm examinari.*
33 *Aduocatorum examen antequàm in foro admittantur, quo iure sit introductum, & num.* 36.
34 Tex. in l. 1. ff. de postulando *expenditur.*
35 *Delectum habere quid sit.*
37 *Aduocatorum examen quibus præsertim in Tribunalibus sit vsu receptum, recensetur.*
38 *Aduocati Consistoriales Almæ Vrbis examini subiciuntur.*
39 *Examen de iure communi requiritur, non solùm in Doctore, qui vult Aduocati munere fungi, sed etiã in eo, qui vult se applicare ad lecturas.*
40 *Aduocatus notus, & famigeratus non debet examinari.*

QVia in omnibus, &c. Causarũ Patroni, patrocinari tantùm possunt, qui rigoroso præcedente examine, ac concurrente vitæ, & morum probitate, virtutisq; præstantia, ad hoc munus admissi fuerint. Quod etiam in Procuratoribus obseruari debet. H.D.

Aduocatorum officium vt est laudabile, & glorioſum ijs, qui illud, vt decet, exercent, ità vituperandum, & detestabile est illis, qui sine decore, ac contra conscientiam, eo munere funguntur, quiuè 1 neglecto duplici sale, sapientiæ scilicet, & bonæ conscientiæ, quem habere debent, ad turpe compendiũ conuersi, causas protendunt, dilatant, impediunt, ac contra ius agunt, & ad nefanda opprobria, immò ad deturpia facinora decurrunt, quæ omnia, & maiora satis eleganti, concinnaquè oratione ex multorum illustrium virorum documentis deprompta, nobis profert eruditissimus sanè, ac doctissimus Iurisconſ. 2 & Aduocatus *Francisc. de Petris festiu. lect. lib.* 2. *c.* 9. *per totum*, quo loci sub *num* 11. lepidè in Causidicorum notam vertit ilios *Lucani versus, lib.* 10.

Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur.
Venalesq; manus, ibi fas, vbi maxima merces.

ipse verò hc conuertit.

Nulla fides, pietasq; viris, qui rostra sequuntur.
Venalesq; notas, ibi fas, vbi plurima merces.

Quę mala sępissimè etiam admittunt Procuratores, qui vel Doctoratus insulas non susceperunt, vel si Doctores sunt, Procuratoris tamẽ officium exercẽt.

Quod sanè officium, potissimùm verò in iudicio, 3 siue ad lites agendas, eatènus honestum est, & laudabile, vt vel nobilissimis viris non incongruat, prout desumit idem Dominus *Francisc. de Petris festiu. lection. lib.* 1. *cap.* 8. sub *num.* 7. ex *text. l.* 1. *§. Aduocatos, ff. de var. & extraord. cognit.* iuncta *l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iudic. & l. laudabile, C. de aduoc. diuers. Iudicum. l. quisquis, §. finali*, cum *ll. sequent. C. de postul.* ex *Couarr. pract. quæst. cap.* 19. ex *D. Regente*, & alijs, quos allegat, subditq; idem *Dominus de Petris.*

4 *Et ideò præmium Procuratoris, & Aduocati Palmarium, à palma, seù victoria, & Honorarium dicitur à summo honore, l.* 1. *§. si cui, ff. de var. & extraord. cognit. l. properandum, §. penultimo, C. de iudic.* & paulò intrà. *Neq; vllum aut naturale, aut ciuile probrum in eo versatur, ex his, quæ habentur in l. probrum, ff. de verb. signif. & l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognit. Quinimmò Procuratorum munus, medium laudabile, sed Reipublicæ oppido quam conducibile, et necessarium est, l. nam Reipubl. ff. de oper. non nunc. l.* 1. *§. finali. l. seruum, §. publicè, ff. de procur. Quid plura.*

5 *Procuratoris honor, et fama satis admodùm à iuribus commendatur, atq; in primis obseruatur, vsq; adeò vt contra quoslibet, vel nobilissimos quidèm, ac præcelsæ dignitatis viros latè valeat Procurator de sua, suiq; officij dignitate, atq; nobilitate in iudicio contendere, pudoremque suum purgare, apertus, & peregrinus est tex. hactenus non perpensus in l. quæ omnia, §.* 1. *ff. de procur.* Hæc ille, & multa plura, & certè præclara, ad Procuratoris officium honestandum, extolliẽdumq; adducit, ob quod multum, tùm Procuratores, tùm etiam Aduocati ei debẽt. Cuperem tamen, & ò vtinam esset, quòd tàm ij, qui Procuratoris, quàm etiã Aduocati muneri operam nauant, vt conuenit, ac par est, illud exercerent.

(Paruus iste digressus, in Procuratoris laudem, atq; tutelam fas sit, cùm sciam, non defuisse magni nominis DD. (& si in hoc hallucinãtes, ac perperam 6 loquentes,) qui Procuratoris officium dixerint, vile, quod quàm sit à veritate alienum, optimis, solidisq; fundamentis mathematicè demonstrat idem *D. de Petris* per *totum d. cap.* 8. *lib.* 1. *festiu. lection.* expenso satis elegantèr *text. in l. si quis procurationem, C. de decur. lib.* 10. à quo desumunt, licèt insulsè, & oscitantèr, huiusce muneris infamiam, ac vilitatem.)

Pessimis itaq; (vt ad nos reuertamur) malis hisce mederi cupientes, antiqui nedùm legumlatores, sed etiam recentiores, ac nostrorum temporum Prudentissimi, Sapientissimiq; Reges, strictè præcipiendo sanxerunt, vt Aduocati, ac etiam Procuratores

(iſ namq; etiam poſtulare dicuntur, *l.1.§.poſtulare*, *ff.de poſtul.*) qui poſtuiandi officio ſe adducere vo-
7 luerint, rigoroſo prius ſe ſubmittant examini, *l.1. ff.de poſtul.* eam exponendo, vt explicat *D.Regens infrà num.34. l.nemini licere 11.C.de aduoc.diuerſ.iudi-ciorum, Conſtit.Regni Aduocatorum officium*, & hac *pragm.22.* iub hoc *tit.*

Quam ſanè tùm communis, tùm etiam municipalis iuris conſtitutionem circa Aduocatorum, ac Procuratorum examen ſatis neceſſariam cùm abrogatam eſſe audiuiſſet prudentiſſimus, ac iuſtiſſimus Rex, ac Dominus noſter Philippus IV. (quem Deus diutiſſimè nobis ſeruet incolumem) eius Regijs literis mandauit, ſibi de his conſultatio-
8 nem fieri, iunctis omnibus Tribunalibus in Collaterali Conſilio coràm D.Prorege, ac Generali Viſitatore, & quòd interim ſeruaretur hæc *pragm.22. de offic. Sacr.Reg.Conſil.* Alcalanorum Duce, tunc Regnum gubernante, qui dùm vellet Regis iuſſa exequi, inſurrexit Excellentiſſimus Abellinatum
9 Princeps, Magnus Regni Cancellarius. (Sub cuius auſpicijs Vincentius meus filius Doctoratus lauream ſuſcepit in anno 1640. die 13. Septembris) comparuit pariter vniuerſus Aduocatorum cœtus, proponentes id Reipublicæ non expedire, nec iure fieri poſſe, & ſinè ipſorum Aduocatorum detrimento, ac præiudicio. Ideòque conuocato toto Sacro Conſilio, ac Regia Camera in Collaterali Conſilio coràm ipſo Domino Prorege, & Domino Viſitatore generali Don Franciſco Antonio de Alarcon viro ſanè integerrimo, & doctiſſimo, ſub die 22. Octobris 1629. fuit facta conſultatio Suæ Maieſtati, & interim in exequutionem Regiarum literarum fuit promulgata *Pragmatica* ſub die 10. Decembris 1629. circa examen Aduocatorum, & Procuratorum Regiorum Tribunalium huius Ciuitatis, & Regni, ac iuramentum ab ipſis præſtandum, quæ eſt 78. hoc eodem *tit.de offic.S.C.*

Et quia pro Excellentiſſimo Domino Principe Magno Cancellario ſcripſit Dominus Petrus Ca-
10 rauita, Iuriſconſultus præſtantiſſimus, Aduocatuſque Princeps, ac Regius Feudorum interpres acutiſſimus, & pro Dominis Aduocatis ſcribendi ſumpſere prouinciam Domini Franciſcus de Petris Iuriſconſultus eruditiſſimus, qui doctiſſimum edidit *conſilium primum* in ſuo *volumine conſiliorum*, examen, ac iuramentum complectens, (quod, rogo, videri, nam eſt elegantiſſimum, ac pulchrum ſatis) & Camillus Tambrus, ſimiliter Iureconſultus doctiſſimus, cuius tamen allegationes fuerunt poſteà ab eodem immutatæ, nec inueniuntur, ideò ſubnectam tantummodò elegantiſſima ſcripta *D.Petri Carauitæ*, quæ præ cæteris fuerunt conſiderata tàm pro fundamẽto iurium D.Principis, quàm Dominorũ Aduocatorum, & ſunt tenoris ſequentis.

AD iudiciale forum, vt ad communem opem populus confugit, in quo & Aduocatos reperire
11 perneceſsè, publicèque intereſt, hi enim ambigua diriment facta cauſarum, lapſa erigunt, fatigata reparant, humano generi non minus prouident, quàm ſi prælijs, atquè vulneribus patriam, parentesque ſaluarent, *l.aduocati, C.de aduoc.diuerſ.iudic.* Cauſarum Periti palmites habentur, cùm magna negotia defenderint ſingulorum, *Caſſiodor. lib. 6. var.ep.19.in princ.* peregrinum negotium ad ſuas moleſtias trahunt, vt laboribus ſubueniant alienis, idem *Caſſiod.lib.1.var.ep.12.& alibi*, qui proprios dolores exprimere non poſſunt, ſuis commendari allegationibus obtinent, & nè fauoris alicuius putaretur exceſſus, deſideria ſupplicum ipſis præſentibus intimant, *Idẽ lib.5.var.e.11.* iuſtitia procùl dubio periret, ſi deeſſet, qui iuſtitiam allegaret, *Roder. Suar.* quem citat *Platea vniuerſ. diſcurſ.12.* Magna
12 eſt Aduocatorum dignitas, vt Togati dicantur, de qua Toga plura *Roſin. antiquit.Roman.lib.5.cap.32. verſ.ſed redeo ad Togam forẽſem*, immò ſeminarium omnium dignitatum nuncupatur aduocatio, *Bulenger.in tract.de Imper. & Imperat.Roman.lib.6.c.61.* hominum tamen malitia multa eſt, *Geneſ. cap.6. &*
13 Iuriſconſulti duos ſales habere debent, vnum ſciẽtiæ, nè ſint inſipidi, alterum bonæ conſcientiæ, nè ſint diabolici, *Bald.in l.2.num.7.C.de ſentent.ex breuiloqu.recit. Menoch.de arbitrar.lib.2.caſu 339.* de multis idcircò taxantur Aduocati, vt *D.Auguſt.to.2. oper.tract.de curioſ.qq.epiſt.54. fol.* mihi 86. *lit.F.* inter plura ſcripſerit, quòd in ipſo foro, vbi peccata puniuntur, decepto Iudice, & circumuentis legibus obtinetur, *Vgo Cardin.in Pſalm.77. & in 1. ad Corinth.cap.6.* ſubditorum perditio, quia multi Aduocati plus habent de gelu auaritiæ, quàm de ſale ſapientiæ, demùm *Iſidor.* vt alia conſultò omittam, multi ſunt, qui cauſas protendunt adhibiti, impe-
14 diunt prætermiſſi, faſtidiunt admoniti, obliuiſcuntur locupletati, *Bulenger.d.c.61.verſ.certè in fine*, ſæpè de hac aucta malitia, de Aduocatorum abuſu, abſquè delectu, nulloq; diſcrimine receptorum apparent querimonia, de antiquis Romanis, *Alex.ab Alexand.lib.3.dier. genial.cap.16.in fine*, Tacito reperitur dialogus inſcriptus, qui *Fabij Quintiliani* videtur, *an ſui ſæculi oratores antiquis, & quare concedant*, multæ factæ ſunt leges in vnaquaquè Prouincia, vt huic parti tàm vtili, neceſſariæq; Reipublicæ prouiderent.

Hodiè publica eſt vox, pro publico bono, & communi vtilitate Inuictiſsimi Noſtri Regis adeſſe literas, vt non recipiantur Aduocati, etſi doctorati in Collegio, niſi præuio nouo examine, cuius tumoris præterita preces porrexit Illuſtr. Abellinatum Princeps, Magnus Regni Cancellarius Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domino Proregi, vt quod fortè ad publicum bonum cenſetur prouiſum, in omnium, ſuiq; officij, ac dignitatis detrimentum non deuenat; hoc tanquàm principalis intereſſatus ratione dignitatis officij ſui prætendit, & literas eaſdem exequutioni non demandandas, donec alitèr S.M.certiorata, & Principe audito prouideat, & pro iuſtitia precum Principis Magni Regni Cancellarij tres ſunt articuli.

1 *Si verum, formatumque in hoc Princeps habet intereſſe.*

2 *Si ratione huiuſmodi intereſſe eſt audiendus ad impediendam exequutionem dictarum literarum.*

3 *Si quod Princeps repræſentat, detrimentum ſit conſiderabile, remq; nouam præiudicialem fieri.*

Circa primum *gloſ.in l.1.ff.de poſtulan.* ex quo in iudicio ſufficit habere factorum peritiam ſcripſit,
15 Aduocatos poſſe eſſe illiteratos, *Bart.Alberic.Odofred.* & cæteri reprehendunt *gloſ.* quia tenentur ſtudere per quinquẽnium, *Damboud.in patrocin.pupill. c.2.num.16. Io.Monach in tract.defenſor.inr.in rubrica, contra Aduocatos, num.2. Rebuff.tract.de priuileg.ſcholar.priuileg.39.num.7. Ant.Corat.in tract.de commun.opin.verbo Abſoluta, nu.51. Nepos à Monte Alban.in tract.de except.ſup.can.infamis 3.q.7. art.10. contra Aduocatos, num.15. gloſ.in Conſtit.*
16 *Aduocatorum officium, in princ.* nàm aliud eſt poſtulare, & hoc eſt commune cum practicis, *l.prima*,

§.*poſtulare*, *ff.de poſtulan.* aliud eſt aduocare, hoc ſolũ ad Aduocatos ſpectat, qui ſtuduerunt, *Damhoud. d.c.2.num.11.* & recenſendo omnia iura communia, & municipalia, habemus *text.in §.Nè autem tertij anni, in proœm. ff.* in quo ſcholares legalis ſcientiæ iura ciuilia tenentur audire per quinque annos, quibus completis, & oratores maximi, & iuſtitiæ ſatellites inueniuntur, & iudiciorum optimi, tàm athletæ, quam gubernatores, *gloſ.in verbo athletæ* exponit, aduocando, gubernando, & iudicando, ſic ex primæuo *ff.* iure ex audientia per quinquennium iuris ciuilis acquirebatur munus, atq; aduocandi poteſtas, ſuperuenit *text.in l.nemini, C.de aduocat. diuerſ. iudic.* & vltrà audientiam quinquennij voluit approbationem proprij Doctoris, ſiue Magiſtri, & Lectoris, is enim in iure dicitur doctor, *l.magiſtros, C.de profeſſ.& medic. lib.*10. vbi *Bart. Luc.de Penn. Io.de Plat. Rebuff.* & alij. Poſt hæc & tertiò habemus deciſionem *d. l. magiſtros*, ex qua requiritur probatio iudicio ordinis, & decretum Curialium, accedente optimorum conſenſu, *Luc.de Penn.nu.9.* illam probationem iudicio ordinis non intelligit de ordine decurionum, ſed doctorum, & *Io.de Plat. num.1. verſ.quartò requiritur* dicit, iudicio ordinis ad id deputati, nam doctor creat doctorem, ſic per DD.collegiales, excepto Principe, *Bonus de Curtili in tract.de nobilit.p.3.n.103. f.8.in vol.16.tract.* Quibus iuribus inſpectis ex cõſuetudine eſt receptum, 17
præcedere triplex examen ad doctoratum, quo doctoratu mediante, & iudicandi, & aduocandi poteſtas acquiritur, iudiciaq; gubernandi, & athleta 18
iudiciorum dicitur doctor, primum à proprio magiſtro, *d.l.nemini*, ſecundum priuatum à deputatis ex *d.l.magiſtros*; ibi *iudicio ordinis*, & tertiũ publicum à Collegio ex eadem *l.magiſtros*, ibi, *optimorum conſpirante conſenſu*, & concludit *l.1.C.de athlet. lib.*10. ſcribunt *Bart. Io.de Plat. & Rebuff.in d.l.magiſtros, Abb.in cap.cùm ſecundùm, num.14.de prębend. Paris de Put.in tract ſindic. verb.doctor, num.3. Rebuff.de priuil. ſcholar.priuil.67. Michael Vulcurran.in tract. de regimine mundi, p.4.q.1.num.9. Petr.Lenaud.tract. de priuileg.DD.q.6.n.28 fol.5.in vol.18.tract.Modit. §.Plebiſcitum, dub.*200. *num.6. Pacian. de probat. lib.2.c.41.num.*113. *Petr.Gregor.de Republic.lib.*18. *c.9. num.4.* antedicto triplici examine ſubſequuto 19
ſcholari dantur doctoratus inſignia, inter alia liber clauſus in ſignum ſapientiæ, in eius pectore clauſæ, & quando expedit reſerandæ, *Luc.de Penn. in l.vnica.num.*23. *C.de profeſſor.qui in Vrb.Conſtantinopolit. lib.*12. *Io.de Plat.in d.l.magiſtros, num.*2. *Petr.Lenauder.dicto tract.q.*3, *nu.*10. *fol.*4. *in vol.*18. *tract.* ex quibus inſignijs dignitatem doctoratus ſcholaris conſequitur, quæ maxima eſt, *cap.quanto*, vbi *Abb. & Anan.num.*3. *de magiſtr.* recenſet omnes *Caſtagna in tract.de benefic.deduct.nè egeat. q.9.num.*17. hic doctorandi modus in iure communi non reperitur, ſed introductus tempore imperij *Lotharij Auguſti*, quicquid dixerit *Alciat. Frecc. lib.*1. *de ſubfeud. tit. de offic.magni Cancellar.num.*19. *Pacian.dict.cap.*41. *num.*11. ex quo doctoratu doctor ſcire iura præſumitur, *l.diuus Marcus, ff.de offic.præſid.* cum alijs per *Caualc.de brach.Regio, part.*5. *num.*242.

Dùm requirunt iura iudicium ordinis, & decretũ Curialium cum optimorum cõſenſu, id euenit, quia Princeps non poteſt eſſe vbiquè, vt in *d.l.magiſtros*, 20
ſiquidèm creare doctorem eſt de Regalibus, & ad Principem pertinet *l.2.§.diuus ff.de origin.iur.* vel ad eum, qui Principis locum, ex priuilegio, vel conſuetudine tenet, qui dicitur Cancellarius, *Petr. Lenaud. d.tract.de priuileg.doct.q.2.num.*4. *Conrad.in templo omn.iud.lib.*1. *c.*1. *num.*25. *Bald.Fulgoſ.& Abb.* quos ſequitur *Pacian.d.c.*41. *num.*62. *Petr.Greg.d.c.*9. *n.*8. in Regno iam a Rege eſt conſtituta perſona, & eſt magnus Regni Cancellarius, qui tẽpore *Federici II.* de anno 1228. conſueuit aſſumere aliquos Peritos, quorum iudicio committebat examẽ, etſi illis ſcholaris videbatur idoneus, concedebat licẽtiam aduocandi, ſecundùm expreſſas regulas ipſius officij, deindè Regina *Ioanna II.* de anno 1428. per priuilegij normam Collegium DD. inſtruxit, in quo ipſe magnus Cancellarius præeſt, *Frecc.d.tit.de offic. magni Cancell.num.*15. cum *ſeqq.* tenorem priuilegij ponit *D.Reg.Tapia lib.*2. *iuris Regni, tit.de offic.Canc.f.*407. adeò magnus Cancellarius præeſt, vt in duplici examine ex cõſuetudine recepto, priuato ſcilicèt à Promotoribus, & publico à toto Collegio DD. de Collegio ſint teſtes, & ipſe, eiuſq; Vicecancellarius Regis locum teneant, ipſeq; inſignia doctoratus confert, priuilegium expedit, etſi præſens videret vota Doctorum de Collegio corrupta, poſſet illa non ſe- 21
qui, & ſecundùm propriam conſcientiam iudicare, *Rebuff.d.tract.de priuil. ſcholar.priuil.*87. *nu.*5. *Petr. Lenaud.d.tract.q.*6. *nu.*21. *Frecc.d.tit.nu.*7. *D.Rout.* infrà citandus. In quo priuilegio ſignanter aduocandi poteſtas conceditur, *Muta in cap.Sicil.cap.*7. *num.*73. *tom.*3. *& c.*68. *num.*82. *in Conſuet.Panormit.*

Patet ex antè dictis, Ill.Abellinatum Principem maximum habere intereſſè in exequutione dictarũ literarum Catholicæ Maieſtatis, de eius præiudicio agi, de diminutione authoritatis officij ſui, immò de totali deſtructione, ſi enim de iure communi, & municipali Regni huius ad ipſum pertinet creare doctorem, & præuio examine, ex vſu recepto publico, & priuato loco Principis, & tanquàm Principis perſonam, ex quo doctoratu datur poteſtas aduocandi, ſi aliud examen eſſet neceſſarium, licentia aduocandi non ampliùs penderet à magno Cancellario; ſed à nouo examine, ſic officium ad nihilum deſeruiret, eſſet inutile, quia ex doctoratu aliud non conſequitur ſcholaris, niſi poteſtatem aduocãdi, cùm officia, & magiſtratus non acquirantur in actu, ſed in potẽtia, quatènus concederentur, eſſet cum dedecore, & priuaretur magnus Cancellarius poteſtate ſibi cõceſſa, vltrà publicam iacturam, de qua dicetur.

Secundus articulus breuitèr concluditur, & iure communi ex *c.1.de conſt.in ſexto*, & ex iure municipali in Regno ex *pragm.4. & 6. tit.de citation.* & ex vſu, & praxi quotidiana, quòd literæ, & prouiſiones 22
Regiæ Maieſtatis exequuntur à Viceregibus cum cauſæ cognitione, nè afferant alteri præiudicium, nè abſurda ſequantur, cognitis etenim abſurdis, & alterius præiudicio certioratur Sua Maieſtas de damnis partibus reſultantibus, & abſurdis, & exequutio interim ſuſpenditur, ſiquidèm mens Suæ Maieſtatis nunquàm eſt alteri præiudicare, nequè quòd inconuenientia, & abſurda ex ſua prouiſione ſequantur, perbellè *P.Roderic.in explicat.bullæ defunct. part.*2. *fol.* 103. in æditis Panormi de anno 1622. *Menoch.lib.*1. *de arbitrar.quæſt.*98. *num.*2. iam eſt oſtenſum, abſurdum eſſe magnum, in detrimentum, & damnum Principis, dùm eius dignitas, poteſtas, & authoritas tollitur, quæ ex officio empto ſibi competit, non ex puto priuilegio, ſic reuocari non poteſt, *Afflict.deciſ.*228. *num.*10. citat omnes *Ramirez de lege Regia*, §.30. *num.*42. debet idcircò audiri in eius iuribus, certiorari S.M. & interim exequutio literarum ſuſpendi, quando enim aliquid priuilegio conceſſo ex cauſa onoroſa detrahitur, vel

auge-

suspectur, priuilegiati requiritur citatio,& priuilegio audito prouisio,*l. final.C.de legib.*ibi,*partibus quominus constitutis,Innoc.in cap.ex parte,el primo, de verb.signif. Molin.de primogen.hispan.lib.3.cap.3. nu.20.Grond.de priuileg.à num.578.*per *tot.nu.*585.

Pro resolutione tertij, & postremi articuli sunt commemoranda verba *Petr.Greg. in tract.de Republic.lib.2.cap.6.num.19.*in quo scribit,*ex parte etiam Aduocatorum, Patronorum, & Procuratorum, & aliorum Officialium rursus curandum est: tui leges antiquas,vel alias meliores,si inueniri possint condere, vt dignitas loci,& publica vtilitas conseruetur.*

Ex quibus dictis cùm Aduocatis iura antiqua sunt seruanda,noua promulganda,quatènus de loci dignitate, publica vtilitate tractant, hoc est, quòd Ill.Abellinatum Princeps in suis precibus proponit, rem nouam,& præiudicialem ex hoc nouo examine
23 fieri in diminutionem dignitatis Regni,& detrimentum Reipublicæ, suiq; officij,suæq; authoritatis destructionem, vt propterea antiqua iura mores recepti minimè sint mutandi.

Si iura antiqua, noua, & nouissima recensemus, communia,& municipalia,hoc nouum examen res noua inspicitur, de iure Digestorum est ostensum,
24 pro aduocando studium quinquennij sufficere,iure nouem priorum librorum Codicis requiri & approbationem proprij Magistri,& Præceptoris in 10.*Codic. libro* approbationem ordinis decretum Curialium,accedente optimorum cõsensu, ex qua postrema lege pro aduocando licentiatura Collegij absq; doctoratu sufficit etiam in supremis Curijs, *Rebuff. de priuileg. scholar.priuileg.9.Christin.decis.Belgiæ 99. nu.8.tom.2.Perez l.1.tit.4.glos.1.lib.3.ordinam.to.1.* verùm Doctoratus simplici Aduocato præfertur, *Signor.vtrum præfer.Doct.milit.n.9. fol.29.*in *18.vol. tract.*ad doctoratum verò præcedere triplex examẽ proprij Præceptoris, priuatum,& publicum, in Regno tempore *Federici II.* Cancellarius loco Regis concedebat licentiam aduocandi,præuio examine, quod aliquibus Peritis committebat, Regina *Ioanna II.*induxit,per priuilegij normam, Collegium,in quo magnus Cancellarius præest,gradum,& doctoratus insignia confert,priuilegium expedit,sublato exusu, tanquàm minus necessario examine Præceptoris,priuato præcedente à Promotoribus de Collegio examine, quod in dicta *lege Magistros* dicitur iudicium ordinis, & subsequuto publico à DD. de Collegio, qui consensus optimorum in eadem *lege Magistros* dicitur, & priuilegium, & decretum doctoratus est decretum Curialium, à Rege deputatorum,secundùm eandem *legem Magistros*, ex hoc doctoratu & dignitas,& potestas aduocandi acquiritur,nec aliud examen nouum est necessarium.

Ex postremis legibus idem habemus,æternæ memoriæ Ducis de Alcalà, cuius gesta, & prouisiones Rex mandat, ab omnibus Viceregibus seruari, *pragm.22. in fin. de offic. S.C.* quæ pragmatica fuit edita post similem ordinationem factam ab Inuictissimo Rege *Philippo II.* & publicatam in hoc Regno die 15. Iunij 1566.inter cæteras sententias generalis visitationis, *Camill.Salern. in proœm.Napod.in addit.* incip.*doctoratus est dignitas,fol.2.*

Si de interpretatione,vsu inconcusso, & moribus vetustissimis inquirimus, nouum hoc examen res noua apparet,tempore *Federici II.*huius Regni Regis fuit illa antiqua *Constit.* incip.*Aduocator.officiũ*, in qua examen in Aduocatis præcipitur,fuit tamen dũ casus accidit,decisum,non loqui de doctorato,& doctoratum non comprehẽdere, per optimas rationes *Andr.de Isern.* in eadem *Constit.Petr.Piccol. in opere Gramm.num.5. Afflict.num.4.* & habeo additionem ad pennam *D.Carauit.*aut mei, *D.Reg.Tap. lib.2.aur.Regni, rubr.48. in addit.* incip.*per Iudices*, scribit opinionem *Andreæ* vsu receptam,& secundùm hanc opinionem fuit consuetudo, & emanauit *d.prag.22.in fin.* gloriosæ memoriæ Excellentissimi Ducis de Alcala,item *Afflictus* fuit tempore Regis *Ferdinandi I.*qui in dicta *pragm.*22.in *princ.*examen pro aduocando requirit in Aduocatis Sacri Consilij, sicut & in dicta *Constitutione Federici* erat ordinatum,& tamen *d.nu.4.*vsu receptum esse scribit,in doctoratis in Collegio aliud nouum examen non exigi,sic videmus,hoc nouum examen non exigi, & esse contrà interpretationem, & vsum, & decisa, & practicata ẽt cũ legibus Regni,examẽ ordinãtibus.

Tempore *Rituum M.C.V.* multæ fuerunt prouisiones pro Aduocatis, de examine nullum verbum, vt in *rit.99.100.* & alijs.

Nostris temporibus de anno 1612.& annis seqq. magna fuit contentio de augendo examine doctorãdis in hoc nostro Collegio,Comes de Lemos Prorex toto conatu, totisq; viribus id tentauit,nec potuit à Catholica Maiestate obtinere, similitèr ad preces Magni tunc Ill. Cancellarij patris,& prædecessoris præsentis Abellinatum Principis,& eo tempore anni 1612.iuramentum fuit ordinatũ tantùm, suscipiendum à doctor ndis,vt in *pragm.77.§.28.de offic.S.C.* quod erat antè, & per *Constit.Aduocatos*, & per *pragm.21.* eodem *tit.de offic.S.C.* si aliud examen, quàm vsu receptum in Collegio non fuit permissum propter Collegij authoritatem, publicamq; vtilitatem, eo magis est denegandum,datis iàm insignijs Doctoratus,iuxtà illud, *facilius non admittitur, quàm ejicitur hospes.*

Hic Regni mos & vsu, & lege scripta receptus, & in alijs partibus seruatur, in Sicilia,iuramentum
25 cum Aduocato, non nouum examen legimus, sed cum Procuratore, *pragm.1.& 4.de offic.Aduoc.*

Mediolani, ætas annorum viginti, & non aliud statuitur,*cap.63.par.1.Statut.*apud *Carpan.*

Sabaudiæ,Aduocati singulis annis post Natalem iurant, *Sola in Constit.Sabaud. lib.3. tit.2.de petitionib. glos.9. fol.*mihi 374.

In Burgundia,ex *Constitutionibus Caroli* Ducis licentiatus, vel doctoratus admittitur, *Dumoud.in patrocin. pupillorum,cap.2.num.10.*

Parisijs, ex Constitutione Senatus idem, *Papon. lib.6.tit.4.arrest.1. & ibi nona addit.*

Flandriæ,sufficit licentura,*Damhoud.d.c.2.nu.21.*

In Regno Nauarræ,est *l.1.tit.11.de los Abogados, lib.1.*ibi,*para ser uno Abogado,oyga, y estudie cinco años en la facultad de Canones, y leyes, de hauer oydo passe en tres años, de manera, que tenga ocho años de oyente, y de passante.*

Leges Castellæ,in quibus ordinatur examen Aduocatorũ,vt in *l.13.tit.6 partit.3.& in l.1.tit.16.lib. secundo nou.recompil.*vel procedunt cum licentiatis, dùm ibi non de facili Scholares gradum doctoratus sumunt,licẽtiatura contenti,& non grauantur,dùm non sunt omninò probati, sed de proximo probãdi, & sic non comprehendunt doctoratos, secundùm opinionem *Andreæ* in praxi receptam.

Vel si comprehendunt, exemplis illarum legum non est in hac Prouincia iudicandum, cuiuscunq; Prouinciæ oportet, leges esse diuersas, secundùm diuersos modos viuendi,diuersas politias,ac mores hominum, & non est expedients, omnes Prouincias eisdem legibus gubernari, cùm singulæ suos mores

peculiares natura, & Cœli constitutione habeant, quibus gaudent, quibusuè ducuntur, *Ramirez de lege Regia, §. 11. num. 17.* quod propriè obseruatum videmus à Rege Catholico iustissimo, qui Castellæ examen Aduocatorum in *d.l. 1. nou. recopil.* renouauit: in Regno in *d. pragm. 22. §. item quia*, Aduocatos non retigit, cũ Procuratoribus examen confirmauit.

Res hæc noua, non dignitatem Regni, non publicam, non Regis, neq; priuatorum conseruat vtilitatem, ideò non recipienda.

Regnum videmus hac dignitate plenum, hoc solatio gaudens, ex nouo examine multi gradum non
16 sumerent, dignitates minuerentur, & homines literis nequè vacarent, immò qui gradum sumerent, & dignitatem acquirerent, si in nouo examine essent insufficientes, dignitate acquisita priuarentur, & insignijs doctoratus. *Abb. in cap. cùm secundùm, nu. 12. de præbend. Modit. d. §. Plebiscitum, dub. 200. num. 6. Petr. Gregor. de Republic. d. c. 9. num. 10. vers. possunt.* Est communis, *Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 186. à nu. 29.* vsq; ad §1. quicquid dixerint *Dec. & Aretin. in cap. si Clerici, de iudic. Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi, p. 10. consid. 32. in fine*, ex eadem causa dignitas officij Magni Cancellarij, eius Vicecancellarij, Doctorum de Collegio minueretur, & authoritate, & dignitate possent priuari, *Io. de Plat. in d.l. Magistros, num. 20. Petr. Greg. d. c. 9. num. 9. vers. extat*, ibi, *fit iniuria Vniuersitati, volendo eius graduatum examinare, & Principibus, quòd indignos existimet, quos ipsi idoneos posuerunt examinationi, et vers. seqq.* illud nouum examen eisdem Doctoribus de Collegio commendat in euidentèr indoctis.

Vtilitatem publicam nõ conseruat, possent enim Tribunalia deficere cum publica, & litigantium ia-
17 ctura, vt accidit casus Parisijs de anno 1602. tempore *Henrici IV.* qui volens abusui Aduocatorum prouidere, rem commisit Senatui, qui re perpensa, vnam protulit impracticabilem sententiam, deuenit ad secundam, vt qui aduocationi non vellent vacare, haberent in Cancellaria se subscribere, post quam declarationem, & subscriptionem non amplius possent admitti, dura fuit sententia, die sequẽti Aduocati vsq; ad *num. 307.* bini exierunt à Camera, dicendo obedire secundæ sententiæ, dùm primæ non poterant, & Tribunalia defecerunt, certiorato Rege, sententiam statim reuocauit, ad pristinam libertatem rem reduxit, expressa pro libertate Aduocatorum lege, cum maxima interim litigantium, & publici iactura, *Petrus Matthæus lib. 5. histor. Franc. narrat. 2. to. 1. fol.* mihi 444. in ædit. Veneta, de anno 1628. apud Baretium, noluerunt recipere solam subscriptionem, quomodò nouum examen cum dedecore, & iactura; & quotidiè examinantur ex quotidiano, varioquè causarum vsu, *Cassiod. lib. 11. var. lect. cap. 4.*

Secundò, esset deuenire ad certum numerum
18 Aduocatorum, in damnum Reipublicæ, propter multitudinem litium, & ex auaritia, quæ posset crescere, *Trentler. cons. 87.* quamuis erat taxatus numerus in *d.l. nemini, C. de aduoc. diuers. iudic.* erant temporales, non perpetui, *Cuiac. lib. 16. obseru. c. 21.* item erant de publico salariati, *Nepos de Monte Alban. in d. tract. art. 10. num. 15.* partes benè sciunt bonos Aduocatos, indigentí est cura bonæ electionis, in qua libertas multum prodest.

Tertiò, experientia nos docet, hujusmodi examẽ non benè seruati, sic Reipublicæ non est prouidere, *Greg. Lopez d.l. 13. tit. 6. Alberic. in d.l. nemini, et Petr. Greg. d. c. 9. num. 9. vers. sicut Episcopus, si Episcopo daretur examinatio graduatorum, non inueniret graduatum sufficientem, etiam si esset Bartolo, vel Paulo Castrensi similis.*

Detrimentum est etiam Regis, qui officium Ma-
19 gni Cancellarij vendit, sic non potest, nec reuocare, nec diminuere absq; causa, quæ cùm publica est, necessaria est restitutio pecuniæ receptæ, & prouisio de bono excambio, *Molin. de primog. d. lib. 3. c. 3. num. 20.* & videmus, quando adest causa delicti, cogi emptores officiorum ad vendendum, ad eorum tamen beneficium, nè pecunia soluta priuentur, *Cravett. cons. 6. lib. 1. Reg. de Ponte decis. 7. num. 12. & 34.* in puris priuilegijs; secùs in illis, quæ transeunt in contractum intelligitur clausula, *rebus in eodem statu permanentibus. DD. in l. cùm quis, ff. de solution. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de tractis, num. 31.*

Damnum deniq; esset priuatorum considerabile,
30 nàm duplici onere ex duplici examine grauarentur, contrà ius quæsitum; ex solo Doctoratu aduocandi potestas acquiritur, vt sepiùs est dictum, non agitur de noua potestate acquirenda, dignitate, & officio, quando Rex nouum daret officium, nouam dignitatem, benè posset legem ad libitum apponere, dùm ius est acquisitum non potest præiudicare, ex potestate Collegij, Magniq; Cancellarij, à Rege attributa, dignitas hæc, & potestas oriuntur, non ex examine, & propterea scribit *Cassan. d. consid. 32. vers. quæreret quispiam, in fine*, vt non sit in consideratione, in vno Collegio magis rigorosè Scholares examinari, quàm in alio, semper eadem est potestas, oriens ex eodem Principis fonte, qui solo verbo Doctores creat, *Angel. in l. 1. C. de sent. pass.* in istis terminis concludunt DD. Doctoratum iterùm examinãdum, quando ad longè maiorem dignitatem Magistratus assumitur, vt in Auditoribus Sacræ Rotæ seruatur, *glos. in cap. scriptum, verb. præsumptione, de elect.* vbi *Bald. num. 5. Abb. d. cap. cùm secundùm, nu. 12. Franc. Marc. decis. 791. num. 4. tom. 1. Michael Vulcurran. d. tract. de regimin. mundi, par. 4. princ. q. 1. num. 10. fol. 128.* in *16. vol. tract. Frece. d. tit. de offic. magni Cancellar. num. 10.* vbi refert Archiepiscopum Capuanum Doctoratos extrà Regnum iterùm examinantem, de quo meminerunt *Nicol. de Neapol.* & alij, *Domin. Rouit. rubr. de scholar. doctor. num. 25.* meminit de dicto Archiepiscopo Capuano, *Franc. Marc. d. decis. 791. & decis. 648. tom. 1.* ille Archiepiscopus erat magnus Regni Cancellarius eo Bartoli tempore, & semel tantùm accidit casus, vt doctoratum extrà Regnũ reprobaret, vt dicit *Bart.* siuè *Nicol. de Neapoli in lectura Bart. in l. sed reprobari, ff. de excusat. tutor. Capyc. decis. 178. num. 2.* & hoc hodiè etiam seruatur ex *Regijs pragmaticis d. tit. de schol. doctorand.* ex quibus non admittuntur in Regno doctorati extrà Regnum absq; noua approbatione.

Nec est diuersum examen Doctorandorum ab examine Aduocatorum, vt considerat *Domin. Reg. Tap. in d. rubr. 48.* nàm modi essent diuersi, tamen finis idem, eadem intentio, idemquè effectus, scilicèt respicere sufficientiam in iuris scientia hoc est proprium Aduocati officiũ, in hoc versatur, vt ius suggerat Iudicantibus, *l. 1. ff. de postul. Bulenger. d. c. 6. in princ.* quo fit, vt edictum de postulando permissoriũ sit cum omni eo, qui iuris habet scientiam, *Didac. Perez lib. 2. ll. ordinam. l. 1. tit. 19. q. 12. to. 1.* est verum, praxim esse necessariam legum municipalium, atq; cognitionem, vt *Quintilian. lib. 12. cap. 6.* ibi, *& hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri facies,*

ciesque ſi ſeparet vſus ſinè doctrina, quàm citrà vſum doctrina valeat, & Magon. de reſt. patrocin. facult. cap. 41. num. 30. non poſſe munus aduocationis exerceri, niſi cum doctrina, & praxis ſit adiuncta, citat ad hoc *Damhoud. in praxi rer. ciuil.* Sed certè non ex hoc neceſſarium eſt nouum examen, quia gradus per ſe doctos non facit, teſtatur, eſſe doctos, & honore dato ad magis ſtudẽdum incitat, & viam ſtruit *Petr. Gregor. d. num. 9. verſ. canere*, & idcò hæc praxis, & legum municipalium cognitio, non ſtudio, ſed exercitio proprio parantur, quæ omnia quotidiana obſeruantia, & vſu paulatim tandèm aſſequuntur *Damhoud. d. prax. rer. ciuil. c. 96. num. 2. in fine, & 3. Magon. d. c. 41. nn. 31.* Itc non eſt neceſſarium nouum examen pro iſta praxi, & legum municipalium cognitione, dùm acquiritur ex vſu proprio, & paulatim, & ſi interim ille proprius vſus propter nouum examen impeditur, nunquàm acquireretur, ſicut obſeruatum videmus in Regno in omnibus præteritis temporibus, vſq; hodiè à tempore *Federici II.* Imperatoris, & Regis, tempore *Ferdinandi I.* tempore glorioſæ memoriæ, *Philippi II.* ac excellentiſſimi Ducis de Alcalà, ſunt anni quatuorcentum, & tamen nunquàm in Sacr. Conſil. defuere viri peritiſſimi, & eminentiſſimi, ex quorum conſilijs, doctrinis, & ſcriptis totus Mundus eſt illuſtratus, ſic experientia nos docet, hoc nouum examen non neceſſarium.

Magon. d. c. 41. num. 28. dicit, examen nouum cum Aduocatis doctoratis eſſe laudabile, ſubdit, *intelligo*
31 *obſeruari Placentiæ, & eſt conſuetudo in Regno. Afflict. in Conſtit. Aduocatorum officium*, mirot de tanto Viro, nàm in Regno conſuetudo, & obſeruantia eſt contraria, prout & *Afflict.* ab ipſo citatus adhùc teſtatur in doctoratis, de quibus loquimur, etſi in eo, quod vidit, & perlegit, verum non dicit, quomodò poſſumus credere de eo, quod aſſerit, intellexiſſe obſeruatum Placentiæ, & quomodò poſſumus credere, eſſe laudabile, ſi experientia nos docet contrarium? ſicut *c. 43. num. 9.* in eodem *tract.* ſcribit, poſſe Aduocatos reprobari, & citat *Franc. Marc. dec. 648. tom. 1.* qui refert doctrinas hinc indè, nihil decidit, & non loquitur de doctoratis, & graduatis, ſed ſecundùm terminos *d. l. nemini, C. de aduocat. diuerſ. iudic.* in qua requiritur approbatio Magiſtri, in doctoratis relinquitur dicta approbatio expreſſa, ſed benè Magiſtri ſcholares præſentant, eis aſſiſtunt, & fit duplex cum ſcholaribus examen, priuatum à Promotoribus, & publicum à Doctoribus de Collegio, vt eſt dictum.

32 Quando graduatus eſſet euidentèr indoctus, & vellet officium, vel beneficium de nouo conſequi, vel exerceret officium aduocationis cum partium jactura, quarum adeſſet quærela, tunc poſſet practicari nouum examen, & eſſet æquum, & ſalutare Reipublicæ, *Petr. Greg. d. c. 9. nu. 9. verſ. neq; doctor, & num. 10.* procederet dictum *Magonij*, quòd eſſet laudabile, & aliquæ doctrinæ citatæ à *Franc. Marc. d. deciſ. 648. & 791. tom. 1.* non tamen indiſtinctè, & cum omnibus exigendum iſtud nouum examen, ſed cum cauſa, quæ non poteſt eſſe generalis, ſed particularis, ſcilicèt euidentèr indocti, de cuius detrimẽto, ſi quærelæ non apparent, non aliud eſt inſpiciendum, quia forſan illius ignorantia nõ nocet, interim iuuentus eſt inuitanda, ſicut Romani adoleſcentes primæ indolis experimenta à cauſis centumuiralibus auſpicabantur, & à conſulari viro in foro producebantur. *Alex. ab Alex. d. c. 16. lib. 3. in fin.* vel deducebantur à patre, vel à propinquis, *Plin. lib. 12. epiſt. 14. ad Maximum*, dùm ergò ſemel eſt approbatus, cur iterùm approbandus?

Si *Cornel. Tacito* credimus, ſiuè is *Fabius Quintilian.* ſit in *d. dialogo, fol.* mihi 706. *in paruis*, habemus cauſas Aduocatorũ abuſus, qui inter plura ſcribit, *Quis enim ignorat, & eloquentiam, & ceteras artes deſciuiſſe ab iſta veteri gloria, non inopia hominum, ſed obliuione moris antiqui*, vtinàm antiqua iura, Patrum noſtrorum placita, inſtructiones, documenta ſeruarentur, ceſſaret vtiquè calamitas, non amplius Aduocati ſubſcribunt libellos iuris, & facti notas, item & articulos ſubſcribere deberent, vbi ſunt pœnæ ſuſpenſionum, nominationum, beneficiorum, & ſubreptionum? vbi reijciuntur tot appellationes ab interloquutorijs, quas indiſtinctè, & paſſim videmus? cur non reſecantur tot quotidianæ quæſtiones de Commiſſarijs? cur Actorum Magiſtri ſunt prompti ad tot decretationes, etiam in cauſis liquidationum inſtrumentorum? vbi reuerẽtia Procuratorum cum Aduocatis in ſedendo, tractando, & iudicia gubernãdo? cur tot decretationes partibus inauditis? in ipſis eſt prouidendum, iura, moreſq; antiqui ſunt ſeruandi, quia inuenti à peritioribus, *Magon. in tract. de præced. cauſidic.* poſt *tract. Lucern art. notar. c fin. num. 34.* rem nouam non permitti, idem propè eſt nouitas, quod non veritas, *Ariſt. 2. politic. cap. 6. De Caſtro de poteſt. leg. penal. lib. 1. c. 6.* Reipublicæ præjudicium, & detrimentum non fieri, & hæc omnia pro Illuſt. Magno Regni Cancellario pro communi bono breuiſſimo temporis ſpatio colligere potui, & porriguntur prudentiæ, moderamini, & omnium virtutum generis ornatui Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Domini Proregis, ſub cenſura Illuſtriſſimi, ſcientiſſimiq; Domini Generalis Viſitatoris, ac Dominorum de Collaterali, Sacri, Regijque Conſilij, Regiæque Cameræ Summariæ integerrimorum. Neapol. die 29. Octobris 1629.

Petrus Caranita.

Ponere etiam viſum eſt ea, quæ fortè pro eius voto fundando conſideranit, & ſcripta reliquit *D. Regens*, & ſi non clarè appareat, eius voti fuiſſe, in quod ſupradictæ doctrinæ inclinant, nec credi debet, ità rigoroſè aduerſus Aduocatos, & Procuratores ſe geſſiſſe, quamuis tenediam ſecumm in iudicando ſemper habuerit, & ſunt ſequentia.

Io. Laganarius.

33 EXamen Aduocatorum antequàm in foro admittantur eſt introductum, nèdùm per *Conſtit. Aduocatorum officium, & pragm. 22. de offic. Sacr. Conſil.* ſed etiam de iure communi Digeſtorum, & Codicis, vt in *l. 1. ff. de poſtul. in primis verbis*, cuius verba ſunt infraſcripta.

Hunc titulum propoſuit Prætor habendæ rationis cauſa, ſuæq; authoritatis tuendæ, & decoris ſui cauſa, ne ſinè delectu paſſim apud ipſum poſtuletur.

34 In his paucis verbis bis *Iureconſ.* inſinuat expreſſe, hoc examen neceſſariò eſſe faciendum, prima vice ibi *habendæ rationis cauſa*, nam habere rationem nil aliud eſt, quã vulgari ſermone, *pigliar la ragione*, hiſpanè, *tomar la razon.* Quod indè clariùs ſuaderetur ex ſubſequentibus verbis, ibi, *ne ſine delectu paſſim apud ipſum poſtuletur*, & ſic quod dixerat *Iureconſult.* per illa verba, *habendæ rationis cauſa*, nunc declarat, quòd habere rationem idem eſt, quod habere dele-
35 ctum, & hoc propriè eſt militiæ, nam antequã milites deſcribãtur in numeris, habetur de eis delectus,

vulgò dicitur, *dar la mostra, è passar à rollo*, & non describuntur, nisi, qui habiles ad militiam reperiuntur, vt per *Calepinum in verb. Habeo*, & habere delectum generaliter est eligere, vt *ibid.* per *Calepin.* vult igitur *Iureconsult.* vt Aduocati non admittantur ad postulandũ, nisi cum delectu, & sit præuio examine, nam aliter non possent eligi aptiores, & idoneiores.

Id ipsum est expressioribus verbis statutum de iure Codicis, vt in *l. nemini licere 11. C. de Aduoc. diuers. iudicior.* dùm *ibi* apertis verbis mandat *Imperator.* Non aliter cõsortio Aduocatorum Sedis Præfecti Prætorio aliquem esse associandum, nisi priùs
36 in examine Rectoris Prouinciæ fuerit approbatus, esse peritia iuris instructum, & in *l. 15. petitionem., eod. tit.* fit expressa mẽtio matriculæ Aduocatorum, in qua peracto examine describebantur.

Hæc prouisio de iure communi est vsu recepta per maiora Tribunalia deputata ad iustitiam ministrandam. Nempè
37 In Regnis Castellæ per *l. 13. tit. 6. par. 3. & in noua recompil. l. 1. tit. 16. lib. 2.*

In Regno Lusitaniæ est ordinatio Regia, *lib. 1. tit. 38. in princip.* quam refert *Gabed. decis. Lusitan. 214. num. 2. part. 1.*

In Gallia est *Constit. Caroli Magni*, cuius meminit *Petr. Greg. syntagm. iur. uniu. p. 3. lib. 49. c. 6. num. 18.*
38 Et demũq; in Alma Vrbe, quæ est caput Orbis, inuiolabiliter obseruatur in Aduocatis Consistorialibus, vt omnes scimus, & attestatur *Reg. Tapia in Const. Aduocatorum officium, lib. 2. iur. Regni fol. 499. & seq.* & *ibidem* reprobat correctionem illius *Constitutionis, & pragmaticæ* factam sub clypeo approbationis, habitæ in Collegio tẽpore doctoratus, inquiens, quòd officium Aduocatorum obstitit totum in causis dirimendis, quod est diuersum ab approbatione Collegij.
39 Immò de iure communi hoc examen requiritur, non solùm in illis Doctoribus, qui volunt exercere officium Aduocati, sed etiam in illis, qui volunt se applicare ad lecturas ordinarias, siuè extraordinarias in studijs publicis, vt est *text. in l. magistros, C. de professor. et medic. lib. 10.* vbi *Luc. de Pem. in calce 2. col. vers. vel dic, quòd hæc lex*, hoc notat in specie, & *ibid. Platea in 2. notab.*
40 Fateor tamen, quòd Aduocatus notus non debet examinari, *Franc. Marc. decis. Delphin. 648. num. 2. in fine*, quod etiam comprobat *Ant. Scappus de iure non script. lib. 5. cap. 112. num. 4.* dicens, quòd notoriè peritus potest doctorari linè examine.

Die Lunæ 22. Octobris 1629. fuit facta consultatio coràm Domino Prorege, & Visitatore generali, interuenientibus tribus Regentibus Collateralis Consilij, toto Sacro Consilio Sanctæ Claræ, præter Consiliarios Vargas, Andream Prouenzalem, Camillum Pettium, & Didacum Mendietta, & tota Regia Camera, præter Comitem Molæ, iuxtà literas Suæ Maiestatis.

Scipio Ronitus.

De Officio Sacri Regij Consilij. Pragm. XXIII.

RERVM SVMMA.

1 Cognatus, *verbum in hoc edicto positum vti intelligatur.*

2 *Iudex habens sororem meam in vxorem, vel cuius sororem ego haberem in vxorem, vel ego, et Iudex si haberemus duas sorores in vxores, non potest interuenire in causis, in quibus ipse essem Aduocatus.*

3 *Iudex prohibetur interuenire in causis affinium vsquè ad tertium gradum. quæ omnia procedunt, si Pars habens ius recusandi, cum effectu illum recusauerit, vel non consenserit, alioquin si erit contenta, vt interueniat, aduersarius non poterit contradicere.*

AD tollendas suspitiones, &c.

Confirmat antiquas pragmaticas, per quas statuitur, vt nemo possit esse Iudex in causis, in quibus sit Aduocatus aliquis eius filius, siue frater vtrinquè, vel ex altero latere coniunctus, consobrinus, cognatus, vel nepos, siuè patruus, licèt non sit ipse Commissarius causæ, & in fine ampliat, etiã si esset Aduocatus gener, aut socer. H.D.
1 Et aduertas, quòd illud verbum, *Cognatus*, non intelligitur, prout ius intelligit de omni cognato, hoc est de eo, qui coniungitur ex linea fœminina, vt in *tit. ff. et* C. *vndè cognati*, sed de illis tantùm, qui coniunguntur per medium sororum, & elegantiori vocabulo appellantur sororij, secundùm quem in-
2 tellectum Iudex, qui haberet sororem meam in vxorem, vel cuius sororem ego haberem in vxorẽ, qui dicitur Leuir, vt per *Ramon. cons.* 33. non poterit interuenire in causis, in quibus ego essem Aduocatus. Postea fuit ampliata hæc prohibitio, & suspitio in illis Aduocatis, qui cum Iudice haberent duas sorores in vxores, vt in pragmatica edita per Cardinalem Granuel. die vltima Aprilis 1575. & vlteriùs
3 die 29. Februarij 1580. fuit ampliata vsq; ad tertium gradum affinitatis, vt in *pragm. 5. vers. declarando di più. supra de muner. Official.*

Sed hæc omnia procedunt, si Pars, cui competeret hoc ius recusandi, cum effectu illum recusauerit, vel non consenserit, aliàs si erit contenta, vt interueniat, non poterit aduersarius contradicere, ità fuit declaratum per pragmaticam editam à Commendatore maiori die vltimo Iunij 1580. quæ nunc est *pragm. 6. infrà de suspit. offic.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. XXIV.

MAgistros Actorum, &c. §. item mandamus, &c.

Dic, vt dixi in *pragm. 2. supra de administrator, et quòd ipsimet seruiant.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. XXV.

RERVM SVMMA.

1 *Taxatio mercedis soluendæ Actuarijs S.C. pro actis faciendis, & scripturis præsentandis facta per decretum S.C.*

Taxæ soluendæ Actuarijs Sacr. Consil. pro actis faciẽdis, & scripturis præsentandis in exactione an sit attendenda pluralitas actorum, & scripturarum, vel potiùs personarum, ad quarum instantiam conficiuntur, vel contrà quas diriguntur.

2 *Pragmatica ista in* vers. item per le copie, *corrigit ius commune, per quod in Regestris Sedis Apostolicæ sunt taxatæ viginti quinque dictiones pro quolibet versu.*

3 *Sententia quandò sit diffinitiua, & quandò interloquutoria.*

Magnæ

MAgnæ Ritum Curiæ Vicariæ,&c. § per subscriptam pandectam,&c.

1 Hoc est decretum Sacr. Consil. continens certam taxam mercedis soluendæ Actuarijs Sacr. Consil. pro actis faciendis,& scripturis præsentandis. Circà quam taxam posset dubitari, an in illius exactione sit attendenda pluralitas actorum, & scripturarum, vel potiùs personarum, ad quarum instantiam conficiuntur, seù contrà quas diriguntur? quam dubitationem habes resolutam à *Gomez. var. resol. tom. 2. c. 11. num. 16. in fin.* qui affirmat pro diuersitate personarum, & summarum, sed contrà *Azeued. lib. 3. recopil. tit. 6. l. 32. num. 4. Bouadill. lib. 2. cap. 12. num.* 20. defendit *Gomez.*

Et quatènus in *vers. item per le copie*, in copijs faciendis statuitur, vt quælibet linea, ieù quilibet versus debeat continere quatuor tantùm dictiones, corrigitur ius commune, per quod in Regestris Sedis Apostolicæ sunt taxatæ vigintiquinque dictiones pro qualibet linea, vt in *Extrauag. Ioannis Cùm ad sacrosanctæ, in vers. lineam autem.*

Et dùm in *vers. item per ciascuna sententia, & decreto diffinitiuo, &c.* statuitur certa quantitas pro sportulis sententiarum, & decretorum diffinitiuorum, vt valeas secernere, quandò sententia dici possit diffinitiua, vel potiùs interloquutoria, videas *Ioseph. de Sese de inhibit. c. 2. §. 3. à num. 51. vsq; ad fin.*
3 *paragraphi.* qui dicit, vt sentètia, quæ profertur cum causæ cognitione, & negotium principale finit, sit sententia diffinitiua, omnis alia Iudicis pronunciatio erit interloquutoria, præter prædictam diffinitiuam, seù diffinitiuæ vim habentem: erit autem vim diffinitiuæ habens, quandò in principio profertur vt interloquutoria, sed in effectu est diffinitiua, cùm eundem pariat effectum, & fertur antè tempus diffinitiuæ, *Rebuff. in repet. l. quod iussit, ff. de re iudic.*

De Officio Sacri Regij Consilij,&c.
Pragm. XXVI.

RERVM SVMMA.

1 *Copia scripturarum vt faciat fidem qualitèr sit sumenda, remissiuè.*
2 *Scripturæ si præsentantur ab actore, vltrà collationem faciendam Partibus requisitis, sunt Aduersario notificandæ, alioquin de eis non habetur ratio.*

NE à iuris tramite, &c.

Copiæ scripturarum conferri debent cum originalibus, Partibus requisitis, aliàs collatio est nulla. H.D.

1 Copia scripturarum vt faciat fidem qualitèr sit sumenda, explicat *Auiles in cap. 6. Prætor. in glos. copia, per totam.*

2 Et vltrà collationem faciendam Partibus requisitis, si præsentantur scripturæ ab actore, sunt Aduersario notificandæ, aliàs de eis non est habenda ratio, vt in *can. carta 3. quæst. 9.* latè *Anton. Gabriel. lib. 2. commun. opin. tit. de citat. concl. 1. num. 12.*

De Officio Sacri Regij Consilij,&c.
Pragm. XXVIII.

RERVM SVMMA.

1 *Porterij Sacri Regij Consilij in relationibus tenentur referre horam intimationis, & nomina personarũ, quibus est facta intimatio personaliter. & si fiat domi, debet exprimi nomen personæ, cui sit facta. quod procedit etiam de iure communi.*
2 *Index an possit huiusmodi citationes alteri priuato committere.*
3 *Porterij Sacri Consilij non possunt exequi iussa inferiorum Iudicum.*
4 *Porteriorũ officium erat etiam in Republica Romana.*
5 *... numerus, & eorum creatio ad quem spectet.*
6 *... iurisdictio tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus immediatè spectat ad Præsidem Sacri Consilij, prout illam exercet in Actorum Magistros, & eorum Scribas.*
7 *Decuriales, qui subsunt iurisdictioni Præsidis Curiæ, qui sint.*
Scribæ S.C. an subsint iurisdictioni eiusdem Præsidis.

OStiarijs, &c. §. item quòd Porterij,&c. num. 3.

Nota formam hìc traditam intimationibus fa-
1 ciendis per Porterios Sacr. Consil. Nàm tenentur referre horam intimationis factæ,& nomina personarum, quibus est facta intimatio, quandò fit personaliter, & si fiat domi, debet exprimi nomen personæ, cui fuerit facta, quod hodiè pessimè seruatur, & hoc est de iure communi, vt per *Ant. de Butr. in cap. fin. extrà de eo, qui mittit in possess. Marian. Socin. in tract. de citat. art. 17. vers. circà tertiam speciem*, meminit huius pragmaticæ *Thom. Gramm. in Constitut.*
2 *Citationis literæ, num. 5.* An autèm possit Iudex huiusmodi intimationes, & citationes alteri priuato committere? & de iure communi procùl dubio posset, vt docet *Rebuff. in Constit. Galliæ, tom. 3. tit. de citat. in præfation. num. 65.* subdit tamen, id fieri non debere, vbi sunt publici Apparitores, huiusmodi intimationibus præfecti, quia illis infertur præiudi-
3 cium, verùm Porterij Sacri Consil. non possunt exequi iussa inferiorum Magistratuum, vt ipsemet *Rebuff.* declarat *ibidem, art. 1. glos. 1. num. 4.*

4 Et scias, quòd hoc officium erat etiam in Republica Romana, vt patet ex *text. in l. quæsitum, §. ostiarij autem, ff. de fund. instr. & instr. leg. l. fin. §. hi quoquè, ff. de muner. & honor. can. Constantinus 96. distinct.* Horum Porteriorum, & Ianitorum numerus per priùs erat Præsidi arbitrarius, vt in *pragmat. 34. §. volumus, suprà de offic. Magistr. Iustit.* postea fuit
5 redactus ad numerum duodenarium, ità vt suprà illum numerum alius aliquo pacto non admittatur, vt in *pragm. præcedent. in fin.* Adeò quòd dùm Fiscus Regiæ Cameræ tentasset hunc numerum augere tempore, quo fuit in Sacr. Consil. addita quarta Aula, post longam, latamq; disputationem non potuit obtinere; nostris autem temporibus fuit de facto superadditus vnus huic numero duodenario, adeò, vt numerus illorum nunc sit tredecim, & creantur, non à Præside Sacri Consilij, vt antea, sed ab ipso Rege, vigore ordinationis emanatæ sub die .....

6 Iurisdictio in hos Porterios, tàm in ciuilibus, quã in criminalibus spectat ad Præsidem Sacr. Consil. immediatè, quod dùm aliàs fuisset controuersum tem-

tempore, quo erat Præses inclitus ille vir D. Petrus de Vera ab Aragonia, opponente se Regio Fisco, qui prætendebat, illam spectare ad Magn. Cur. Vic. & prò, & contrà afferebantur diuersi actus possessiui, tandèm referente Regente Ioanne Francisco de Ponte, Marchione Murconi in Collaterali Consilio, me perorante pro Præside, fuit latum decretum in fauorem ipsius Prætidis, & circumscriptis actis possessiuis fuit decisus articulus iuris, per *text.* quem Ego attuli, & ab omnibus fuit reputatus formalissimus, iuncta *glos. in l. 1. C. de Curialib. Vrbis Romæ lib. 11.* vbi ad literam dicitur, quòd in
7 causis Decurialium est adeundus Iudex Curiæ, vbi *glos. in verb. pulsandum*, intelligit hoc in quacunquè lite ciuili, vel criminali, & *glos.* sequens declarando, quis dicatur Iudex Curiæ, dicit, quòd est Iudex, qui præest Curiæ Decurionum, & sic Præses Tribunalis, & eadem *glos.* volens declarare, qui sint hi Decuriales, qui subsunt iurisdictioni Præsidis Curiæ, dicit, quòd sunt alij, quàm Senatores, & dempris Senatoribus in Curia remanent solum Porterij, seù Appatitores, & Actorum Magistri, sed de his non oportuit dubitari, quia eorum priuilegium est satis clarum, *Reg. Tap. in 1. par. iuris Regni, tit. de offic. S. C. pragm. magistros 14. num. 3. fol. 164. & tit. de offic. magistr. iustit. tit. 54. num. 3. fol. 281.* & quòad Scribas *Thor. in 1. par. compend. in verbo instrumenta an possint*, refert varie decisum, tandèm contra Scribas modò est edita *decis. 36.* per *Reg. de Pont.*

De Officio Sacri Regij Consilij, &c.
Pragm. XXXII.

RERVM SVMMA.

1 *Sententiæ binæ conformes in casibus hic expressis circumscripta etiam nullitate, eatènus exequantur, quatènus sint validæ, & non omninò iniquæ, & iniustæ.*
2 *.... conformes non exequuntur, si ex tenore ipsarum deprehendatur euidens iniquitas.*

POst sententias, &c. Calumniosè dicentes de nullitate binarum sententiarum conformium mulctantur. H. D.

1 Declara, vt etiam circumscripta nullitate hæ binæ sententiæ conformes in casibus hic expressis eatènus exequantur, quatènus sint validæ, & non omninò iniquæ, & iniustæ, vt per *Ioseph. Ludou. decis.*
2 *Perusin. 72. in fin.* aut si ex tenore sententiæ deprehendatur euidens iniquitas, secundùm *glos. in verb. non habebat*, in *clem. pastoralis, de re iudic.* de cuius veritate vide *Ant. Gabriel. lib. 2. tit. de sent. concl. 10.* qui affirmat, esse communem opinionem, quandò apparet ex eisdem actis, vel sententia se remittit ad acta, *num. 6.* non autèm enunciatiuè, *num. 14.* & ampliat etiam in interloquutoria, *num. 16.* quandò falsa causa non fuit expressa, vel partim falsa, & partim vera, *num. 17. &* 18.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c.
Pragm. XXXV.

RERVM SVMMA.

1 *Principalis si deponat cum iuramento contraria super positionibus aduersarij, perdit causam tanquàm periurus.*
2 *Lex noua recipit interpretationem etiam extensiuam per leges veteres.*
3 *Pœna imposita per legem antiquam non tollitur per nouam imponentem leuiorem, vel grauiorem pœnam.*

PRincipalem, &c. Principalis examinatus, & negans veritatem punitur pœna arbitraria Sacri Consilij. H. D.

Hoc idem est prouisum per *pragm. 8. in fin. infrà de ord. iudicior.* vbi aliqua dixi *num. 37.*

1 Verùm pro declaratione vtriusquè addas, quòd si Principalis deponat cum iuramento contraria super positionibus aduersarij, perdit causam, tãquàm periurus, vt in *cap. fin. de iureiurand. in sexto*, cui non credo derogatum per has pragmaticas imponentes aliam pœnam, non facta mentione pœnæ impositæ de
2 iure communi, tùm quia lex noua recipit interpretationem etiam extensiuam per leges veteres, *l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. l. sciendum, ff. qui satisd. cogant. Andr. in c. 1. num. 4. vers. insto tamen, de milit. vasall. qui cons. est.* & in *c. 1. §. sacramentum, num. 4. de consuet. rect. feud.* tùm etiam, quia pœna imposita
3 per legem antiquam non tollitur per nouam imponentem læuiorem, vel grauiorem pœnam, *l. qui sepulchra, C. de sepulchro violat. l. si eum, qui, ff. de exere. act. l. 3. in princ. ff. de liber. hom. exhib. l. quoties, ff. de action. & oblig.* latè *Afflict. in Constit. Patarenorum*, vbi *num. 57. & seq.* limitat decem modis.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c.
Pragm. XXXVII.

RERVM SVMMA.

1 *Causæ pendentes, in quibus esset facta conclusio, non comprehenderentur de iure communi sub hac pragmatica, nisi earum esset facta expressio, etiam si ordinationes emanauerint motu proprio.*
2 *... criminales cognoscuntur in prima instantia per Magn. Cur. Vic. etiam si agatur de crimine, per quod sint offensæ aures ipsius Sacri Consilij.*

QVoniam iuris ordo confunditur, &c.

Causæ inter priuatos tractentur in Sacro Consil. Fiscum verò tangentes in Regia Camera, etiam si sint pendentes, & in eis sit processum vsq; ad conclusionem, & etiam si ex Regia commissione sint alitèr commissæ, & Partes forum non declinent. H. D.

1 Hęc expressio causarum pendentium, etiam vsq; ad conclusionem fuit satis necessaria, nam aliàs de iure non fuissent comprehensæ causæ pendentes, in quibus est facta conclusio, *§. 1. in fin. in auth. vt cum de appellat. cognosc.* quem sic intellexerunt *Compostell. in cap. 2. extrà de constit. & Canonistæ* omnes in *cap. fin.* eod *tit.* videlicèt *Collectar.* propè *princip. Zabarell. col. 3.* circà *princip. Henric. Boich. num. 45. Imol. num. 10. vers. Compostellanus verò*, & iterùm *vers. & sic ex præditis. Anan. num. 6. Felin.* post *num. 3. vers. limita secundò*, quibus addo *Specul. lib. 2. tit. de appellat. §. de officio, num. 13.* qui hoc admittit, etiam si ordinationes emanauerint motu proprio, *Bal. in l. omnes populi, num. 49. ff. de iust. & iur. Cuman. cons. 159.* post *n. 3. vers. hoc idem. Afflict. decis. 396. n. 12.* faciunt tradita per *Dec. cons. 3. nu. 76. Magon. decis. Lucens. 88.*

2 Et

Google

2 Et dum in *fine* huius pragmaticæ ſtatuitur, vt omnes cauſæ criminales in prima inſtantia remittantur ad M.C.V. excepto crimine læſæ Maieſtatis, amplia, vt procedat, etiam ſi agatur de crimine, per quod ſint offenſæ aures ipſius Sacr. Conſil. putà de falſitate commiſſa apud acta Sacri Conſil. *Præſ. de Franch. deciſ. 147. in fin.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. XXXIX.

RERVM SVMMA.

1 *Proceſſus in contumaciam fit per actus incumbentes, nullo termino expectato.*
Sententia diffinitiua in contumaciam abſq; alia citatione ad ſententiam proferri an poſſit, num. 2.
3 *Iudex in proferendis ſententijs in contumaciam Partis ſubtiliùs inquirere debet veritatem, quàm vtraquè Parte præſente.*
4 *Contumacem abſentem iuſtiùs eſt tantiſpèr expectare, quàm illum vti contumacem condemnare.*

QVia nobis innotuit, &c.

1 Quandò proceditur in contumaciam, fiant actus incumbentes, nullo termino expectato. H.D.

Amplia, vt procedi poſſit etiam ad diffinitiuam abſq; alia citatione ad ſententiam, vt multis probat *Præſ. de Franch. deciſ. 457. Iaffr. Lanfranch. deciſ. 42. Rota Roman. deciſ. 259. num. 8. tom. 2. in nouiſſ. diuerſ. Cæuallos pract. quæſt. comm. contrà comm. quæſt. 22.*
1 *tom. 1.* Quod Ego intelligo, ſi Iudex non ſit mutatus, aliàs mutato Iudice, etiam ſi procedatur in contumaciam, eſſet neceſſaria noua citatio coràm nouo Iudice, vt docet *Præſ. de Franch. d. deciſ. 457.*

3 Verùm aduertant Iudices, quòd in proferendis ſententijs in contumaciam Partis ſubtiliùs eſt inquirenda veritas, quàm vtraq; Parte præſente, vt eſt *text. in §. omnem verò, verſ. ſi verò propoſitis*, ibi, *& veritate ſubtiliùs requiſita*, in *auth. de litigioſ.* & iuſtiùs eſt tantiſpèr contumacem abſentem expectare
4 , quàm illum vti contumacem condemnare, *Andr. in cap. 1. num. 5. verſ. moderni, de conſtr. inter vaſall. & ali. de benefic.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. XL.

RERVM SVMMA.

1 *Suſpitionis Officialium circà materiam plura ſunt poſt hoc edictum immutata.*
2 *Probationes claræ, quæ requiruntur ab hac pragmatica, quæ dicantur.*
3 *Suſpitio Officialis ſi abſq; ſcandalo probari non poteſt, quo remedio occurrendum.*
4 *Officialis ſuſpectus de iure communi non poterat intereſſe in votando tantùm.*
5 *... ſuſpectus tempore relationis cauſæ, per quam merita cauſarum panduntur, non poteſt intereſſe. Idquè ampliatur. Et quid ſi nolit diſcedere, num. 7.*
6 *... nullus, etiam ſi eſſet Conſiliarius, tempore votationis intereſſe debet, niſi illi tantùm, qui votant in cauſa.*

ALlegantibus Conſiliarios, &c.

Non probãtes ſuſpitionem claris probationibus puniuntur pœna ſtatuenda per Sacr. Conſil. H.D.

1 Circà hanc materiam ſuſpitionis Officialium multa poſt hanc pragmaticam ſunt immutata, quæ habentur *toto titulo infrà de ſuſpitionibus*, vbi dixi.

2 Probationes autem claræ requiſitæ ab hac pragmatica quæ dicantur, patet ex traditis per *Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 38.* vt ſit præſumptio iuris, & de iure, vel iuris tantùm; quandò ex natura rei aliæ non poſſunt haberi, vel ſi poſſunt, nulla alia præſumptio legis repugnet, niſi ex ſtatuto euidens probatio requiratur.

Limita tamen, quandò cauſa ſuſpitionis eſſet talis, quæ ſine ſcandalo, & periculo exprimi, & deduci
3 non poſſet, nam tunc poteſt adiri Princeps, qui habita aliquali informatione extraiudiciali de facti veritate, poteſt mandare ſua authoritate, quòd ille Iudex abſtineat, vt obſeruari atteſtatur *Marius Giurba* in Regno Siciliæ *deciſ. 48.* & paſſim obſeruatum fuit, & obſeruari vidimus in hoc Regno.

§. Carolus, &c. Perche tenemo, &c. Officialis recuſatus, & ſuſpectus declaratus verbo, vel in ſcripris non debet votare, nec intereſſe cauſæ diſcuſſioni. H.D.

4 De iure communi ſuſpectus non poterat intereſſe in votando tantùm, vt conſtat ex *Præpoſ. Alex. in cap. cum ſpeciali, num. 40. extrà de appellat. Capyc. deciſ. 138. num. 5.* nunc additur, vt nec diſcuſſioni in-
5 terſit, etiam ſi tunc cauſa non votetur, adeò, quòd tempore relationis cauſæ, per quam merita cauſarum panduntur, non poteſt intereſſe, & ità ſeruatur, etiam ſi ceſſaret cauſa ſuſpitionis, vt iudicatum fuiſſe teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ. 719.* & antè eum ità Ego obtineram contrà Regentem Caſtellet, vt dixi *in conſ. 10. num. 7.* ac etiam ſi ſuper ſuſpitione non fuiſſet interpoſitum decretum, ſed ſolùm Iudex ſe abſtinuerit cum vtriuſquè Partis conſenſu, vt iudicauimus die 16. Nouembris 1627. iunctis Aulis in cauſa ſucceſsionis Marchionis Pinelli. Actuario Veruſio, & fundatur optimè ex verbis huius §. dùm æquiparat ſuſpitionem, verbo tantùm, vel decreto
6 declaratam. In votando enim, & ſic tempore votationis nedùm non debet intereſſe is, qui ſic declaratus ſuſpectus, ſed nec alius quiuis Officialis, etiã ſi eſſet Conſiliarius, niſi illi tantùm, qui votant in cauſa, vt ex *pragm. ſeq. §. circà ea etiam*, cuius obſeruantia fuit ſpecificè iniuncta in anno 1534. ſub die 14. Martij, per literas tunc Proregis, quæ conſeruãtur penès Secretarium Sacr. Conſil. *in lib. notamentorum, fol. 26.* Datur tamen caſus, in quo quis poſſet
7 votare, ſed non intereſſe aliorum votis, *Bouadill. lib. 3. cap. 7. num. 45.* .ſ. quandò tractatur de officijs, & honoribus, & dubitatur de diuiſione votantium in duas partes, poteſt pater ſuffragari pro electione filij, & voto dato debet exire, vt remaneat alijs libera facultas ſuffragandi, & ſi in caſu huius §. Conſiliarius ſuſpectus nollet de per ſe, nec monitus diſcedere, poteſt de facto expelli à Præſide, & à Collegis, aliàs ſi permitterent, quòd aſſiſteret, etiam ſi nullum verbum proferret, totus actus eſſet nullus, non obſtante expreſſo conſenſu Collegarum, *Añed. de exeq. mand. par. 2. cap. 23. num. 3. 4. & 5.*

De

De Officio Sacri Regij Conſilij,&c. Pragm. XLI.

RERVM SVMMA.

1 *Præſidis Sacri Conſilij, & Proregis arbitrio remittitur, quæ cauſæ ſint decidendæ iunctis Aulis.*

2 *Cauſæ reclamationis ſummam duorum mille ducatorum excedentes iunctis Aulis erunt decidendæ.*
Præſidi S.C. etiam in prima inſtantia eſt arbitrarium vnire totum S.C. nedùm duas Aulas, quandò perplexus vertitur iuris articulus.

3 *Cauſæ ſi per decretum ſint in duabus Aulis tractandæ, tam in diffinitiua, quàm in incidentibus tractabuntur.*
Idq; obtinet etiam in emergentibus, dependentibus, annexis, & connexis.

4 *Vnio Aularum in prima inſtantia debet peti infrà 15. dies à die citationis ad dicendum poſt cõcluſionem.*

5 *Vota duo conformia ſufficiunt etiam vltrà ſummam ducatorum ducentum, ſi prima facie ab initio apparerent, non excedere prædictam ſummam, licèt poſtea in diffinitiua ſententia appareat de maiori quantitate.*

6 *Sententia lata per duos tantùm Conſiliarios, ſi ſumma excedat, non poteſt ſubſiſtere, nec etiam pro ea quãtitate, quæ eſſet intrà duc. 200. Et qua ratione ſanari hæc nullitas poſſit. ibid.*

7 *Sententia Sacr. Conſil. in cauſis appellationum infrà duc. 200. habet vim vltimæ ſententiæ, & ab ea non poteſt vlteriùs appellari, ſi confirmaret primam ſententiam, ſecùs ſi reuocaret, quia tunc datur reclamatio, quod ampliatur, vt num. 8.*

9 *Cauſæ infrà ſummam vnciarum duodecim expediuntur à Conſiliarijs, nullo facto verbo in Sac. Conſil. in prima inſtantia tãtùm, ſecùs in cauſa appellationis.*

1 NVpèr, &c. Dantur plura capita, quæ ſunt pro forma ſeruanda in votandis, & decidendis cauſis in Sacro Conſilio, & dùm in *fine principij* remittitur arbitrio Præſidis Sacri Conſilij, & Proregis, quæ cauſæ ſint decidendæ iunctis Conſiliarijs duarum Aularum, declara, vt hoc procedat
2 in prima inſtantia tantùm; at in cauſa reclamationis, ſi excedunt ſummam ducatorum duorum mille, ſunt omninò decidendæ iunctis Aulis, vt in *c.4.* de gratijs conceſsis per Cæſaream Maieſtatem inter *capitula, & priuilegia Neapol. fol.* mihi 103. & etiam in prima inſtantia erit arbitrarium Præſidi vnire totum S.C. nedùm duas Aulas, quandò incidit aliquis articulus dubius, prout practicabat Præſ. Thomas Salernitanus, teſte *Præſ. de Franch. deciſ.* 140. *in princip.* & quotidiè practicatur in deciſione aliquorum caſuum generalium, quorum deciſiones in forma decretorum Sacr. Conſil. conſeruantur penès Secretarium S.C. & ſeruantur pro lege. Nota-
3 tamen, quòd vbi ſemel decretum eſt, cauſam tractari in duabus Aulis, id debet ſeruari tàm in diffinitiua, quàm in incidentibus, vt per *Præſ. de Franch. deciſ.* 252. *in fine*, idem dicas de emergentibus, dependentibus, annexis, & cõnexis, quæ in effectu vnum, & idem ſunt, *Menoch. de arbitrar. q.* 45. *lib.* 1. & in
4 prima inſtantia hæc vnio Aularum debet peti infrà dies 15. à die citationis ad dicendum poſt concluſionem, vt in *pragm.* 65. *infrà* eodem.

Et dùm in §. *præterea in fine* diſponitur, quòd in qualibet cauſa infrà ſummam ducatorum ducentorum duo tantùm vota conformia concurrant. Amplia, vt ſufficiant duo vota conformia, etiam vltrà hanc ſummam, quandò prima facie ab initio videretur non excedere hanc ſummam, licèt poſtea tempore diffinitiuæ ſententiæ appareat de maiori quantitate, ex ratione *text.* ſatis notabilis in *l. fin. §. fin. C. de appeliat.*

Et nota illa verba *text.* ibi, *citrà valorem* 200. *ducatorum*, nam vt ſententia lata per duos tantùm
6 Conſiliarios ſit valida, ſumma non poteſt attingere ducatos ducentos, ſed debet eſſe minor, aliàs ſententia eſſet nulla, quod apertiùs declaratur in *§. præced.* incip. *Præterea*, vbi expreſsè dicitur, quòd ſententia valoris ducatorum ducentorum, aut indè ſupra debet habere tria vota conformia, & hoc caſu adeò eſſet nulla ſententia, vt nec etiam ſubſiſtere poſſit pro ea ſumma, quæ eſſet citrà ſummam ducatorum ducentorum, vt in ſimili tradit *gloſ. in cap. ea, quæ ſiunt*, circà *medium*, *verſ. quæri ſolet, de regul. iur. in 6.* Sed hæc nullitas pollet vnico contextu ſanari, pronunciando ſententiam nullam, vti latam cum voto duorum, & iterùm pronunciando, vt in ea, cum numero votorum ſufficientium, ex traditis per *Seraphin. deciſ.* 857. *in fin.* & 878.

7 Item dùm in §. 4. ſtatuitur, quòd in cauſis appellationum infrà ſummam ducatorum ducentorum ſententia Sacr. Conſil. habet vim vltimæ ſententiæ, & ab ea non poſſit vlteriùs appellari, intelligè, quandò ſententia Sacr. Conſil. confirmaret primam ſententiam, non autem ſi illam reuocaret, nam hoc caſu datur reclamatio, vt in *pragm.* 61. incip. *cùm dubitaretur, infrà eodem.*

8 Verùm amplia, vt procedat etiam in ſententia confirmante ſentẽtiam Iudicis inferioris, per quam aliquis ſit declaratus liber, qui tamen fuerat venditus vt ſeruus pro minori pretio ducatorum ducentorum, licèt libertas ſit res inæſtimabilis, ex deductis per *Præſ. de Franch. deciſ.* 432.

9 Et denique dùm in §. *fin.* datur facultas ſingulis Conſiliarijs expediendi cauſas infrà ſummam vnciarum 12. nullo facto verbo in Sacr. Conſil. & tales ſententiæ habeant exequutionem paratam, præſtita cautione in caſu retractationis; intelligè, vt procedat in cauſis primæ inſtantiæ, ſecùs autem in cauſis appellationum à Magn. Cur. ſeù ab alijs Tribunalibus collegiatis, nè contingat diſſolui ab vno tãtùm, quod ab alijs pluribus ſaltèm duobus fuit colligatum, contrà regulam *L. nihil tàm naturale, ff. de regul. iur.* & ità ſemper fuit obſeruatum, & in præſentiarum obſeruatur.

De Officio Sacri Regij Conſilij,&c. Pragm. XLIV.

RERVM SVMMA.

1 *Defenſiones faciendæ per appellantes in Sacr. Conſil. non debent eſſe longiores, quàm fuerint in cauſa principali, etiam de iure communi, cùm ſecunda inſtantia reguletur in omnibus, & per omnia à prima.*

2 *Sententia, vel decretum Magn. Cur. in criminalibus, ſi interuenerint duo Conſiliarij cum reliquis Iudicibus, non poteſt reuocari per Sacr. Conſil. abſq; interuentu quatuor votorum conformium, quòd ſi vnus tantùm Conſiliarius, interuenerit etiam cum reliquis Iudicibus, duo tantùm Conſiliarij poterunt illam reuocare in Sacr. Conſil.*

3 *Conſiliarij quatuor ſi fuerint conformes, poterunt hodiè reuocare decreta, & ſententias Magn. Cur. etiam ſi omnes Iudices, qui hodiè ſunt numero octo,*

cum

cum illis duobus Consiliarijs fuerint conformes.

4 *Decretum M.C.V. latum cum votis quatuor Iudicum, quid requirat, vt per Sacr. Consil. reuocari possit. Distinguuntur aliqui casus, in quibus diuersimodè obseruatur, num. 7.*

5 *Votantium numerus an à subscriptione decreti, vel à libro votorum sit attendendus.*

6 *Decretum latum per maiorem partem Votantium, per eandem etiam potest supersederi, vt non publicetur.*

8 *Subscribere decretum tenentur etiam Iudices, qui fuerunt alterius voti.*

9 *Fisci Patroni partes cessant in iudicio, vbi accusator facit suam partem.*

10 *Fisci priuilegium quòd præsumatur inhærere appellationibus reorum, cessat vbi adest accusator.*

11 *Sententia ex falsa probatione non dicitur nulla, sed contrà eam conceditur restitutio in integrum.*

12 *Decretum latum ex falsa probatione an sit ipso iure nullum.*

CRescente, &c. §. item, quòd si appellabitur, &c. num. 2.

Appellatio à decreto M.C.V. condemnatorio ad mortem, vel membri abscisionem non committitur, nisi audito Iudice M.C. & Fisci Patrono. H.D.

De hoc dixi in *pragm. 7. §. fin. suprà de offic. Magist. Iustitiar.*

§. Item si aliquis fuerit citatus, &c. Appellans à citatione ad informandum debet personaliter comparere in Magn. Cur. recursus verò à futura captura per Sacr. Consil. non admittatur, & defensiones
1 faciendæ per appellantes in Sacro Consil. non sint longiores, quàm fuerint in causa principali. H.D.

In hoc vltimo dicto est conformis iuri communi, per quod dispositum est, vt secunda instantia reguletur in omnibus, & per omnia à prima, *Præses de Franch. decis.* 520.

§ Item si per Magn. Cur. &c. Nota ex hac prag-
2 matica, quòd sententia, seù decretum Mag. Cur. Vic. in criminalibus, vbi interueniunt duo Consiliarij cum reliquis Iudicibus non potest reuocari per Sacr. Consil. nisi interueniant quatuor vota conformia, & pondera illa verba circà interuentum duorum Consiliariorum, quia intelliguntur de illis Cõsiliarijs, qui assistunt pro Iudicibus Magn. Cur. & solent mutari de biennio in biennium, seruata forma *pragm. 2. §. nunc verò, suprà eod. tit.* quòd si in decreto, aut sententia Magn. Cur. non interuenerint ambo Consiliarij, sed vnus ex eis tãtùm, tunc etiam si interuenerint omnes reliqui Iudices annales in causa appellationis, duo tantùm Cõsiliarij poterunt illam reuocare in S.C. & ità seruatur.

3 Item quatènus hìc requiruntur quatuor vota conformia in Sacro Consilio, vbi interuenerunt in Magn. Cur. tàm illi duo Consiliarij, quàm reliqui omnes Iudices annales, aduerte, quòd hoc procedit, etiam si vota in Magn. Cur. fuerint conformia vltrà numerum quatuor, & sic quatuor Consiliarij si fuerint conformes, poterint hodiè reuocare decreta, & sententias Magn. Cur. etiam si omnes Iudices, qui hodiè sunt numero octo, cum illis duobus Consiliarijs fuerint conformes.

Vt autem scias, quomodò practicetur hæc pragmatica in hoc §. est notandum, quòd

Dùm L. inquisitus de homicidio proditorio in personam N. perstitisset per annum in contumacia, Fiscus, & Pars quærelans institerunt, foriudicari, seruata forma *Constit. Pœnam eorum*, propter quod facta citatione ad foriudicandum, eaq; notificata inquisito, & agnatis, iuxtà formam eiusdem *Constitutionis*, incusatisq; debitis cõtumacijs per M.C.V. fuit interpolitum decretum, quòd foriudicetur, & in hoc decreto M.C. interfuerunt sex Iudices M.C. inter quos illi duo Regij Consiliarij, qui ex more assistunt singulis biennijs in Magn. Cur. causarum criminalium, vt in dicta *Pragmatica* 2. *§. Nunc verò, suprà eodem titul.*

Ab hoc decreto, quòd foriudicetur appellauit pater Inquisiti per supplicationem porrectam in Sacr. Consil. cum Regia decretatione, quòd M.C. verbum faciat, ludexq; M.C. Commissarius causæ pluriès proposuit causam in Aula, in qua residebat D. Scipio de Curte pro facienda relatione tempore, quo in ea assistebant tres tantùm ex Regijs Cõsiliarijs, duobus alijs absentibus, & semper fuit dubitatum, quòd dùm in M.C. votauerant sex Iudices,
4 & inter illos duo illi Regij Consiliarij, tempore relationis faciendæ in Sacr. Consil. perneccssè debebant interuenire saltem quatuor Regij Consiliarij, quatènus decretum Mag. Cur. contigisset reuocari, iuxtà hanc *pragm.* 44.

Et quia aduentus, seù interuentus aliorum duorum Consiliariorum erat incertus, dùm vnus erat absens in Prouincijs Calabriæ, alter verò morbo podagræ detentus, Pars querelantis, quæ foriudicationem affectabat, produxit copiam decreti M.C. in quo apparebant subscripti duo tantùm Iudices annales, & propterea dicebat, numerum trium Cõsiliariorum esse satis, superq; sufficientem ad audiẽdam relationem M.C. & decidendam appellationẽ, seruata forma eiusdem Pragmaticæ.

Et dùm super hoc esset inter Nos disceptatum, an debuisset attendi copia decreti per quærelãrem producta cum subscriptione duorum tantùm ex Iudicibus annalibus, vel potiùs assertio Iudicis causæ Commissarij de numero sex Iudicum in votando,
5 Consiliarius senior de Aula attestatus fuit, quòd semper fuit obseruatum, vt in similibus casibus attenderetur numerus Iudicum subscriptorum, non autèm numerus Votantium, qui se non subscripserunt, & cum hac attestatione fuit resolutum, quòd expediretur causa cum numero trium Regiorum Consiliariorum, qui reperirentur in Aula, & pro effectuali expeditione de consensu Fisci, & Partium fuit assignata prima dies Iouis.

Qua die facta relatione per Iudicem, fuit iterùm hasitatum, si pro sciendo certo numero Iudicum subscriptorum debebat inspici liber originalis decretorum Magn. Cur. vel sufficiebat copia à Parte producta, sed statim idem Iudex declarauit, non esse super hoc hæsitandum, nam certum erat, quòd in originali non erant subscripti alij, quàm illi duo, prout in copia producta.

Habito igitur hoc fundamento pro vero, & indubitato, quòd .s. decretum M.C. à quo appellabatur, erat subscriptum à duobus tantùm Iudicibus annalibus, fuit de consensu Partium, & Fisci votata causa, Fisco præsente, & accidit, quòd duo ex tribus Consiliarijs fuerunt in voto, quòd supersederetur in foriudicatione, & sic reuocabant decretum M.C. tertius verò fuit in voto, quòd foriudicetur, & sic confirmabat decretum M.C. Quod Fiscus ferò aduertens instabat, decretum non debere publicari, ex quo pro reuocando decretum M.C. factum à sex Iudicibus, debebant interuenire quatuor Consiliarij, & sic redibat ad id, quod ab initio fuerat ventilatum,

latum,& resolutum. Iunior de Aula dicebat,quòd ad maiorem cautelam consuleretur Propręses Sacr. Consil.vt haberetur ab eo clarior notitia illius, quod antè hàc obseruatum fuerat,& in præsenti casu obseruari debuisset. Cui reliqui duo annuerunt,licèt
6 Senior affirmasset, quòd dùm causa erat votata, erat in arbitrio illorum duorum, qui fuerant conformes, publicandi decretum,& sic completis horis recessimus ab Aula, decreto non publicato.

Sed eodem die post prandium reuerso Sac.Consil. pro expeditione causarum suspitionum, iuxtà nouellam *Pragmaticam 15.num.22.& pragm.18.nu.4. de suspition.* communicatoq; negotio circumspecto Propræsidi D.Ioanni Sanchez de Luna, qui etiam pluribus annis fuit Iudex in M. C. V. criminalium causarum, & optimè callebat praxim,tàm M.C.quã
7 S.C. omnibus illis tribus Consiliarijs præsentibus, declarauit,quòd semper fuit obseruatum, vt attenderetur numerus Iudicum subscriptorum in decreto, & addidit, quòd si Iudices subscripti fuissent in maiori numero quatuor, sed inter hos esset vnus tantùm ex illis duobus Consiliarijs assistentibus in M.C.tunc cessat dispositio Pragmaticæ,requirentis numerum quaternarium pertectum, & sufficiunt duo tantùm Consiliarij in Sacr. Consil.etiam pro reuocando decretò M.C. in maiori numero.

Item subiunxit,quòd non sufficit sola,& simplex subscriptio ad sciẽdum certum numerum Iudicum, sed requiritur etiam, quòd inspiciatur liber votorum,ex quo appareat, quòd omnes fuerint voti cõformes iuxtà decretum,nam aliàs si maior numerus votorum ascenderet ad tres tantùm, & inter hos non fuissent ambo illi duo Consiliarij, tunc etiam cessat pragmatica,quæ contempl ta fuit authoritatem illorum duorum Consiliariorum, nulla habita
8 ratione subscriptionis in decreto, quia decretum tenentur subscribere etiam illi Iudices, qui fuissent in voto contrario. Qua quidèm attestatione inspecta fuit resolutum, quòd casus hic erat extrà omnẽ difficultatem, quòd duo tantùm Consiliarij ex tribus potuerunt reuocare decretum M.C. à duobus tantùm Iudicibus annalibus subscriptum, præsupponendo, quòd copia decreti producta cum illa subscriptione duorum esset vera, & fidelis, & concordaret cum originali, iuxtà assertionem Iudicis causæ Commissarij. Et sic fuit publicatum decretũ, quòd supersederetur in foriudicatione.

Ex his Regius Fiscus dixit de nullitate illius decreti S.C.illamquè fundabat super hac Pragmatica, ex quo decretum M.C. latum cum interuentu sex Iudicum, inter quos sunt ambo Regij Consiliarij,in Magn.Cur. assistentes, & ab omnibus subscriptum, sit reuocatum per decretum S.C. latum cum voto duorum tantùm Consiliariorum conformium, & ad probandum interuentum, & subscriptionem sex Iudicum exhibebat in Sacr.Consil. librum decretorum originalium.

9 Ex aduerso dicebatur, quòd Fisco nullo modo competit ius dicendi nullum decretum prædictum, ex quo in hac causa non proceditur ex officio ad instantiam Fisci, sed ad querelam Partis querelantis, quæ fecit partem in iudicio, & non dixit de nullitate,& quotiescunq; in causa criminali adest accusator,qui facit partem in iudicio, partes Regij Fisci omninò cessant, & conquiescunt, ex regula *text. in l.2. §.si publico.& ibi DD. ff.de adulter.* Adeò vt in causa proceditur etiam ad diffinitiuam, Fisco non intimato,nec alitèr audito, licèt aliàs in omnibus audiri debeat,& sententia lata ipso inaudito sit nulla,vt in *prag.36.de offic.S.C.& prag.44.§.fin.eod.tit.*

10 Et licèt per *pragm.7.de appell.* statutum sit,vt Fiscus semper censeatur inhærere appellationibus, quæ interponuntur à reis inquisitis, quàmuis expressè non adhæreat, tamen si adest accusator, qui fecit partem in iudicio,cessat dispositio dictæ pragmaticæ, & priuilegium Fisci præsumptæ inhæsionis ab ea inductum,teste *Præs.de Franch.dec.467.in fin.*

Sed quatènus fortassè competeret Fisco hoc ius dicendi nullum decretum,vel ipsamet Pars querelans proponeret huiusmodi nullitatem, talis nullitas nullo modo de iure procedit, quia decretum S.C. est fũdatum super copia in actis producta cum subscriptione duorum Iudicum annalium tantùm, quæ copia excludit nullitatem fundatam in Pragmatica, & quatènus modò post decretum S.C. per inspectionem libri decretorum originalium appareat, illam copiam esse falsam, dùm in originali sunt
11 subscripti sex Iudices, non autèm duo soli,ex tali falsitate scripturæ non resultat nullitas ex iuris dispositione, sed datur remedium tantùm restitutionis in integrum, iuxtà *text.in l.Diuus, ff.de re iudic. l.1.2.& tot.tit. C. si ex falsis instrum.* latè *Gabriel.lib.2. commun.opin.tit.de restit.in integr.concl.2. Sfort.Odd.* qui loquitur in sententia *cons.74.*

12 Nec dicatur, quòd hoc est verum in sententia lata ex falsa probatione, non autèm in decreto,prout est casus noster, quia decretum est ipso iure nullum, vt voluerunt *Bart.& Imol.in d.l.Diuus, Bald.in l.fin. C. si ex fals instrum. Ang.in l. fideicommissum.in fin. ff.de confess. Imol.in l cùm verò,§. subuentum. ff.de fideicommiss.liber.*per *text ibi,*& in *l.magis puto,§.fin. ff.de reb.cor.*& est communis opinio,de qua testatur *Felin. in cap licèt causam,num.34. fallent.3. extrà de probat.& ibid.Dec.num.166.*

Num hæc limitatio recipit plures declarationes, quas omnes in vnum colligit *Alex.in l.iustè possidet, num.14.*cum *seqq. ff.de acquir possess.*& signanter vbi decretum esset interpositum inter consentientes, quia non redditur decretum nullum,vt probatur in *l.sed si hac,§.patronum, ff.de in ius voc.*vbi *Bald.*notat,quem sequitur *Alex.vbi suprà,num.16.in 3. fall.*

Item nõ procedit, quandò antè interpositionem decreti fuisset plenè discussum, & cognitum de veritate,& falsitate illius causæ, *Alex.ibidem,num.18.* vbi quàmplures allegat.Quæ duæ limitationes tangebunt hunc casum.His discussis Fiscus non prosequutus fuit vlteriùs nullitatem prædictam,& sic nõ fuit facta decisio specifica.

De Officio Sacri Regij Consilij,&c. Pragm. XLVI.

RERVM SVMMA.

1 *Articuli incidentes, & annexi.*
Articuli incidentes,& emergentes, seù annexi, extrà tamen crimen, non habent naturam causarum criminalium, sed retinent naturam causarum merè ciuilium.

1 MOlte volte, &c. Articuli incidentes,& annexi in causis criminalibus remittantur ad Magn. Cur. vt ibi priùs decidantur cum causis principalibus. H.D.

Aduerte,quòd non propterea huiusmodi articuli incidentes, & emergentes, seù annexi, qui tamen sunt extrà crimen, habebunt naturam causarum ci-

criminalium, ſed retinent naturam cauſarum mere ciuilium, vt per *Præſ.de Franch. deciſ.*470. *num.*6. cum *ſeqq.* vbi plura magni momenti reſultare plenè demonſtrat ex hac concluſione, ſed in *deciſ.*710. ſe clariùs declarat.

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm.XLVII.

RERVM SVMMA.

1 *Exequutorialibus literis apponitur clauſula*, nè exequutio fiat ſuper animalibus baccinis.
Pragmaticæ huius materia, remiſſiuè.

VEdendoſi per eſperienza, &c.

1 In expediendis literis exequutorialibus apponatur clauſula, *nè exequatur ſuper beſtijs baccinis.* H.D.
De hac materia late ſcripſi in *pragm.*1. *ſuprà de beſtijs baccinis.*
Et quatenus in §. *fin.* hac eadem *pragmatica* ſtatutum eſt, vt decreta Sacri Conſilij pro lege in ſimilibus habenda ſint, declara, vt per *Gabed. in deciſ. Luſitan.*212. *par.*1. qui quandò non eſſet ſtatutum, dicit, vim legis non habere, niſi quandò eſſent latæ coràm Principe, vel ſubſignatæ, & niſi in eadem facti ſpecie Senatus ter, vel quater iudicaſſet, ſed non errabunt Iudices inferiores, ſi ſeruabunt.

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm.L.

RERVM SVMMA.

1 *Teſtes in qualibet cauſa non excedant numerum quadraginta, & ex cauſa quinquaginta.*
Pragmatica iſta cõcordat cũ diſpoſitione iuris canonici.
2 *Teſtes examinati intrà numerum hic ſtatutum computabuntur in tota cauſa, ac etiam in primo, & ſecundo beneficio.*
3 *... in poſſeſſorio ſummariſſimo examinandi non excedant numerum quindecim, cum declaratione, quæ hic ſubijcitur.*

1 VT litigantium, &c. In qualibet cauſa non recipiãtur teſtes vltrà numerum quadraginta, aut ad ſummum quinquaginta ex cauſa. H.D.
Concordat cum diſpoſitione *tex. in cap. cùm cauſam, in fin. extrà de teſtibus*, ſed aduerte, quòd intrà
2 hunc numerum computabuntur teſtes examinati in tota cauſa, ac etiam in primo, & ſecundo beneficio, vt deciſum fuit per Sacrum Cõſilium ad relationem Magnæ Curiæ in cauſa Principis Hoſtiliani cum Vniuerſitate Saluiæ, vbi ſunt producta alia decreta conſimilia Sacr.Conſil.& Reg.Cam.in Banca Franciſci Ruſſi Actorum Magiſtri M.C. nunc Seraphini, & in eodem proceſſu fuerunt producta alia conſimilia decreta eiuſdem Sacr. Conſil. & Reg.Cam. Summ.fol.245.& ſeq.
3 Et circà teſtes examinandos in poſſeſſorio ſummariſſimo non vltrà numerum quindecim, prout hic diſponitur, in actu practico eſt videndus *Couar. pract.quæſt.cap.*17. *num.*4. *Menoch.de retinen. poſſeſſ. remed.vlt.num.*33. qui admittunt quinque teſtes ab vtraquè Parte, & alios quinque à Iudice, ſeù ab Actuario deputato ad recipiendum teſtes.

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. LII.

RERVM SVMMA.

1 *Litigatoribus licitum eſt infrà 24. horas præſentare ſcripturas, & beneficia petere poſt affixam cauſarũ expediendarum notam in valuis Aularum.*
Decreta Sacr.Conſil. pro lege ſunt habenda.
2 *Cauſa introducta non præſententur ſcripturæ, neq; beneficia concedantur.*

PEr Sacrum Regium Conſilium, &c.

1 Poſt appoſitam liſtam cauſarum in valuis Aularũ infrà 24. horas tantùm liceat Partibus præſentare ſcripturas, & beneficia petere, nó autem poſt. H.D.
Hæc non eſt pragmatica lata in formam legis à Principe, ſed eſt decretum interpoſitum per Sacr. Conſil. cum ſubſcriptione Præſidis, & Conſiliariorum, ſed non propterea fuit malè collocatum à *Carauita* intrà numerum pragmaticarum, dùm fecit illarum primam compilationem, quia per Ducem Alcalanorum decreta Sacr. Conſil. in ſimilibus pro lege habenda eſſe, ſtatutum fuit, vt in *pragmat.*47. §. *fin.* ſuprà eodem *tit.* Notabis tamen, quòd hæc pragmatica reſpectu affixionis liſtæ, nempè vt poſt 24. horas ſit præcluſa via præſentandi ſcripturas, & petendi beneficia, non ſeruatur, ſed benè obſeruatur, vt poſt cauſam introductam nec ſcripturæ præ
2 ſententur, nec beneficia concedantur, teſte *Præſ.de Franch. deciſ.*261. *num.*9. & 10. quanquàm contrarium admiſerit *Minad. deciſ.*15. cuius vigore etiam his temporibus in vna ex Aulis Sacr. Conſil. poſt cauſam introductam vidi conceſſa beneficia pupillis, quibus competit reſtitutio in integrum, de qua materia agit *Theſaur. deciſ.*33.
Sed quòd prima opinio ſit verior, ſuadetur ex *pragm.*61. §.7. *per lo preſente ancora*, ibi, *eccetto ſe la cauſa ſarà ſtata referita*, ſuprà *de officio Procuratoris Cæſar. &c.* vbi præſupponit Legislator, eſſe præcluſam viam petendi beneficia poſt cauſam relatam, & lectam, & poſitam in liſta, & ità obſeruabatur etiã tempore *Affluẽti*, vt ipſe teſtatur in *Conſtit. Obſcuritatem. quæſt.*9. *num.*13. *Carau. Ritu* 71. *num.*6. & *Ritu* 296. nunc vide *Gizzarell. deciſ.*22. & *pragm.*16. *infrà de ord. iudicior.*

De Officio Sacri Regij Conſilij, &c. Pragm. LIII.

RERVM SVMMA.

1 *Appellationum tempora, & fatalia ſeruantur etiam in cauſis reclamationum Sacri Conſilij, quod eſt cõforme iuri communi, & num.*2.
Cauſam huic pragmaticæ quid dederit, remiſſiuè.
3 *Fatalia currunt etiam in reclamationibus interpoſitis ad Collaterale Conſilium.*

DEcreto ipſius Sacri Conſilij, &c.

1 Appellationum tempora, & fatalia ſeruentur in cauſis reclamationum Sacr.Conſil. H.D.
Hoc eſt decretum Sacr.Conſil. per modum legis

condendæ, & ideò fuit collocatum inter leges, & pragmaticas Regni, & quid dederit causam huic edicto, latè explicat *Gramm. decis.* 13. quæ decisio est
2 circà hoc decretum in specie, & hæc determinatio est conformis iuri communi, vt est *text. in l. fin. §. penult. C. de tempor. et repar. glos. in l. vnica, glos. vlt. in fin. C. de sentent. Præfect. Prætor. Marcell. Maur.* allegat. 100.
3 Amplia, vt procedat etiam in reclamationibus interpositis ad Collaterale Consilium, vt latè probat *Præs. de Franch. decis.* 646.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. LX.

RERVM SVMMA.

1 *Cautio, de qua hic non potest capi à quolibet Actuario Sacri Consilij, sed ab illo tantùm, qui est Actuarius causæ, pro qua Commissarius destinatur.*

PEr Sacrum Regium Consilium statutum est, &c.

In commissionibus expediendis per Sacr. Consil. est apponenda clausula in corpore pragmaticæ descripta, & secundùm hanc formam Actuarij capiãt fidemissionem à Commissarijs destinatis eorum risico. H. D.

1 Hoc similitèr est decretum Sac. Consil. in formam legis, & aduertas, quòd cautionem, de qua in corpore non potest capere quilibet ex Actuarijs Sacr. Consil. sed ille tantùm, qui est Actuarius causæ, pro qua Commissarius destinatur, vt patet ex ordinatione olim Præsidis Thomæ Salernitani sub die 20. mensis Septembris 1568. quæ conseruatur penès Secretarium in 2. *lib. notamentorum*.

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm. LXI.

RERVM SVMMA.

1 *Sententia primi Iudicis infrà duc. 200. confirmata per Sacr. Consil. non subiacet reuisioni, secùs si fuerit reuocata.*
Pragmaticæ huiusmodi decidendi ratio remissiuè.
2 *Sententia secunda Sacr. Consil. non dicitur conformis primæ, si confirmaretur prima sententia ex alia causa.*
3 *Reclamatio non admittitur quòad articulum conformem, si sententia Sacr. Consil. non sit omninò conformis primæ, sed in vno articulo tantùm.*
4 *Sententia confirmans, si condemnet etiam ad expensas, seù interesse an dicatur conformis.*
5 *Sententiæ in pluribus causis possunt dici conformes, quarum nouem hic subijciuntur.*
Sententia appellatione venit laudum, seù arbitramentum, ibid. in fine.
6 *Sententiæ in causis criminalibus an dicantur conformes, si non sunt conformes in totum quòad pœnam in sententia contentam.*
7 *Sententiæ Præfecti Prætorio reuisionis remisio quandò detur, remissiuè.*

1 # CVm dubitaretur, &c.

Sententia Iudicis, à quo infrà duc. 200. confirmata per Sacr. Consil. non reuidetur, secùs si fuerit reuocata. H. D.

Hęc pragmatica est facta ad declarationem *pragmaticæ* 41. incipientis *Nuper, §. 4. supra* hoc eodem *titulo*, vbi dixi, & pro ratione decidendi vide tradita in simili quæstione per *Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 12. nu. 5. vers. quartò*, & limita, vt non procedat,
2 quandò Sacrum Consilium confirmaret sententiam ex alia causa, quia non diceretur conformis primæ, per auream doctrinam *Felin. in cap. inter cęteras, col. mihi 4. in 4 declar. 1. concl. vers. restringitur tertiò, extrà de sentent. & re iudic.* aduertit *Præs. de Franch. decis. 664. num. 12. in fin.* vbi latè per totam decisionem, & amplia, si sententia Sacr. Consil. non sit omninò conformis primæ, sed in vno articulo tantùm,
3 quia quòad articulum conformem non admittitur reclamatio, *Castrens. cons. 163. lib. 2. Alex. cons. 77. col. 1. lib. 2. Dec. cons. 385. Curt. iun. cons. 30. col. 1. lib. 1.* quos sequitur *Couar. pract. quæst. cap. 15. num. 5. vers. nonò, & num. 6.* quòd si sententia confirmans con-
4 demnet etiam ad expensas seù interesse, dicetur cõformis, vide *Præs. de Franch. decis. 510. num. 11. vers. accedebat prædictis, & num. 14. vers. & ad id, quod dicebatur, Io. Petr. Birium cons. 186. num. 12. vol. 2.* qui *nu. 13.* pro expensis additis dicit, esse dissimilem,
5 at pro generali cognitione, quandò sententiæ possint dici conformes, vide latè *Thesaur. decis. 122. Laderch. cons. 173. Io. Botta cons. 103. Peregr. cons. 73. vol. 1. Sola ad Constit. Sabaud. in decret. antiq. rubr. de conclusione in causa, ac prohibitione supplicationis, glos. 2. par. 3. Carpan. ad decret. Mediolan. par. 1. c. 116. num. 129.* vsquè ad *num. 152. Hector. Felic. allcg. 20.* qui concludunt, esse conformes, dummodò non sit difformitas in expensis. Secundò, etiam si vna sit liberatoria ab obseruatione iudicij. Tertiò, si sententia fuit reuocata quòad aliquam partem summæ. Quartò, si secunda confirmat primam in meritis, & tertia confirmat primam, declarando secundam esse latam extrà tempus. Quintò, quandò vna esset lata super desertione appellationis. Sextò, etiam si primæ sententiæ continerent clausulam, *alio non apparente*, & tertia simplicitèr confirmaret primam. Septimò, si prima fuit nulla, sed tamen ex nouitèr deductis fuit confirmata per secundam, & tertiam sententiam. Octauò, etiam si prima sententia fuit lata in contumaciam. Nonò, etiam si sententiæ non essent successiuæ, sed vna intermedia contraria, secùs verò, quandò primæ est adiectum aliud grauamen, vel vna pura, altera conditionalis, vel discordarent in tempore, vel confirmans moueatur ex alia causa, exprimendo eam in confirmatione, vel diceret primam sententiam æquam, & notam, quòd appellatione sententiæ venit laudum, seù arbitramẽtum, *Ioseph Ramon. cons. 88. & 89.*

Et quatènus prædicti concludunt, vt sententiæ
6 dicantur conformes, pro ea tamen parte, in qua cõcordant, licèt non sint conformes in totum, limita, vt non procedat in criminalibus, in quibus sententiæ nunquàm dicuntur conformes, nisi sint conformes in totum quòad pœnam in sententia contentam, vt constat ex traditis per *Cuiac. lib. 12. obseruat. cap. 16. num. 15.* & ità obseruamus in Sacr. Consil. tu vide *Præs. de Franch. d. decis. 664. & 710.* qui contrarias decisiones affert.
7 Quandò autem detur reuisio reuisionis sententiæ Præfecti Prætorio, vide eundem *Thesaur. decis. 246. Menoch in addit. ad lib. 1. de arbitr. iudic. q. 70. nu 36.* qui admittunt ad instantiam alterius Partis, vel ob magnam causam.

De

De Officio Sacri Regij Consilij,&c. Pragm.LXIV.

RERVM SVMMA.

1 *Officiales quid debeant seruare in accessu per ipsos faciendo cum Partibus super faciem loci.*
Taxa,de qua hic pro salario, & expensis pro accessu faciendo est aucta vsq; ad ducatos decem pro qualibet dieta.
Partes,ad quarum instantiam fit accessus, non possunt hospitari in eodem hospitio, nec edere in eadem mẽsa cum Commissario,alioquin esset causa suspitionis.
3 *Accessus quo tempore fieri debeat, & infrà quem terminum post accessum causa sit expedienda,remissiuè, & quid de iure communi.*
4 *Salarium pro accessu à quo sit soluendum,remissiuè.*
5 *Accessu vnico si contingat videre plures differentias inter diuersas Partes,an exigetur salarium taxatũ hic à singulis Partibus,vel ab omnibus simùl,& semel exigetur vnicum tantùm salarium,repartiendum inter omnes,remissiuè, cum resolutione pluriũ dubiorum in eadem materia.*
Delegatus ordinarius in sua iurisdictione non habet salarium pro dietis,ibid.in fine.
6 *Accessus prohibitus est Iudicibus,vbi nõ adest manifesta vtilitas,vel necessitas causæ, alioquin tenẽtur ad restitutionẽ,quã nec Partes ipsa possint donare.*
7 *Decretum pro accessu à Consiliarijs faciẽdo est nullum, si non intersit Præses Sacr. Consil.*
8 *Accessus est prohibitus antequàm causa sit relata, lecta,& totaliter ad limen expeditionis redacta.*
9 *Iudices, vbi litigantes sunt pauperes, & causa egeret accessu,tenentur illum facere proprijs sumptibus,& expensis.*

CONsueuerunt Regij Consiliarij,&c.

Datur forma obseruanda per Officiales in accessu per eos faciẽdo cum Partibus in rem præsentem, cum certa taxa pro salario,& expensis.H.D.

Hæc taxa postea fuit aucta vsquè ad duc. 10. pro qualibet dieta,vt in *pragmat.6. suprà de commiss.& exequut.* verùm ex vtraq; pragmatica infertur,quòd
2 Partes, ad quarum instantiam fit accessus,non possunt hospitari in eodem hospitio,nec edere in eadẽ mensa cum Commissario, quia esset causa suspitionis, licèt antè hanc pragmaticam editam, quo tempore Partes subministrabãt expensas dietim Commissario,aliud esset dicendum,ex *decis.Franc.Marc. quæst.*138. *part.*1.quem sequitur *Tepat.var.iur.sent. par.*1.*tit.de testib.vers.Commissarius.* Tu vide *Bouad. lib.*2.*cap.*20.*num.*13.cum *seqq.* qui admittit capientem, vt possit recipere expensas, in itinere à Capitaneo nobili,nè inhumanus videatur.

3 Quo autèm tempore fieri debeat hic accessus, & infrà quem terminum post accessum causa expediri debeat ? prouisum est in *pragm.*63.*in* 3. §.*suprà de offic.Procur.Cæsar. & c.*

Sed de iure communi quid esset dicendum, explicat *Garz.de expensis, & meliorat. cap.*20. *num.*5.
4 vsq; ad *num.*20. & à quo debeat solui salarium, hoc declarat *And.* in *Constit.Cùm circà.in verb. sexagesimam,* propè *fin.*ibi,*quandò verò petitur,* & concludit,ab impetrante,vel impetrantibus.

Et si vnico accessu contingat videre plures differentias inter diuersas Partes, an exigetur salarium
5 taxatum in his pragmaticis à singulis Partibus,ac si ad instantiam singulorum esset factus accessus, vel ab omnibus simul, & semèl exigetur vnicum tãtùm salarium repartiendum inter omnes ? decisio facilè sumi potest ex *tex.in cap felicis,vers.adijcientes,de censibus in* 6. *Castill.decis.Sicil.*49. explicat *Anies in cap.*43. *Prætor.in glos.No consentau, Azeued.lib.*3. *tit.*6.*l.*32.*num.*34.*Bouadil.lib.*1.*cap.*13.*num.*28.*in fin. & lib.*2.*c.*12.*num.*19.vsq; ad 24. faciunt tradita per eundem *Bouadil.lib.*2.*cap.*20.*in fine,& c.*21.*nu.*240. vsq; ad 246.vbi optimè declarat hanc materiam salarij,qui in itinere longo permittit, vt in qualibet hebdomada possit quiescere per diem,& si breuiori tempore compleuit iter, potest dietas totius itineris habere, si infirmatur per paucos dies, consequitur salarium, verùm si cẽpto negotio,illi non vacauit propter infirmitatem, & expirata potestate tempus pro prorogatione non currit in sui beneficium, terminato negotio infrà breuiorem terminũ, pro reliquis alijs diebus non consequitur salarium, nec Delegatus ordinarius in sua iurisdictione habebit salarium.

6 Aduertant tamen Iudices, nè fumant sibi occasionem faciendi huiusmodi accessus in rem præsentem pro habendis his expensis à Partibus, nam tenentur ad restitutionem, vbi non adest manifesta vtilitas,vel necessitas causæ, vt est *text.in cap statutum,*§.*insuper,vt gratis,& §.si quid autem,de rescrip. in* 6.vbi dicitur, quòd hanc restitutionem nec Partes ipsæ possint remittere, licèt post restitutionem factam possint liberè donare, dummodò non sit donatio palliata in fraudem, vt *glos.* declarat in *d.*§. *si quid autem, in verbo remissione,* & dixi suprà *de offic. Magistr.Iustitiar.pragm.*36.*num.*3.& hoc fortè,& sine fortè prospicere voluit hæc *pragmatica* in *vers. mandamusquè,* dùm statuit, quòd in interpositione
7 decreti pro accessu interueniat Præses Sacr. Consil. aliàs decretum sit nullum, & alia *pragm.* quæ est 63. *suprà de offic.Procurat.Cæsar.&c. in* §.7. *vers. per la presente anco prohibemo,* vbi prohibetur hic accessus, antequàm causa sit relata, lecta, & totaliter redacta ad limen expeditionis.
8

Item aduertant Iudices, quòd vbi Litigantes essent pauperes,& causa egeret accessu, tenentur accedere proprijs sumptibus, & expẽsis, vt ad literam disponitur in *d.*§.*insuper,vt gratis.*
9

De Officio Sacri Regij Consilij, &c. Pragm.LXX.

RERVM SVMMA.

1 *Decretatio Regia, quòd scilicèt* Præses prouideat, *intelligitur tàm de iustitia,quàm de conuenientia, & aliqua de hac materia,remissiuè.*

1 SV Excelençia, &c. Declaratur, quam vim habeat decretatio Regia, quòd *Præses prouideat,* vt intelligatur, tàm de iustitia, quàm de conuenientia. Ad cuius materiam videnda sunt ea,quæ scribit *Ioan.Franc.Castill.in decis.Sicil.*16. & quæ dixi in *pragm.*5. *suprà de fide memorial.*

De Officio Scribæ portionis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Scriba portionis quomodò sedeat penès Regem, quale sit eius officium, cur Scriba portionis dicatur, & plura de ipsius origine,& dignitate,remissiuè.*

1 PLura de Scriba portionis, ſcilicèt quomodò ſedeat pęnès Regem, quale ſit eius officium, quarè dicatur Scriba portionis, vel rationis, & de ipſius origine, & dignitate, etiam apud Romanos, vide per *Frecc. lib.3. ſubfeudor. ſub.tit.de differentijs inter feuda regalia,titulata, & alia nobilia, num.20.* Dicitur namq; Scriba portionis, quia diſtribuit ſalaria,& ſtipendia Officialium,& militum,& omniũ, qui inſeruiũt ſeruitijs Regiæ Curiæ domi, militiæq; vnicuique ſuam portionem pro rata temporis, quo ſeruitio vacauit,& dicitur Scriba rationis,quia de his omnibus expenſis tenetur conficere libros rationis,per quos tenetur reddere rationem ad libitũ Regiæ Maieſtatis, non Regiæ Cameræ Summariæ, prout tenentur omnes Miniſtri pecuniarij,ſed Officiali deputato arbitrio Suæ Maieſtatis de triennio in triennium,prout nunc ſeruatur.

De Officio Secretarij,ſeù à libellis,& his,quæ incumbunt in Regia Cancellaria, Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Secretarij dignitas quanta ſit, & quæ ſpectent ad dictam dignitatem, ac vndè habuerit originem, remiſſiuè.*
2 *Dirictus,vel emolumenta ad Secretarij officium ſpectantia,remiſſiuè,quæ non poſſunt exigi, niſi ſubſcriptis priùs expeditionibus à Prorege,& Regentibus Cancellariam.*
3 *Data diei de ſtylo Cancellariæ non apponitur in expeditionibus,niſi quandò ſunt regiſtratæ per Officiales Regeſtri.*
4 *Data diei,vel potiùs ſubſcriptionis tempus ſit attendendum circà exactionem emolumentorum.*

1 PLura ad dignitatem Secretarij pertinentia vide per *tot.tit.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.12.* huiuſquè officij dignitas quanta ſit, & vnde habuerit originem, vide apud *Alciat. in l.2.C.de primicer. lib.12. Purpurat.in l.1.num.300.cum ſeq. ff.de offic.eius, cui mandat.eſt iuriſdict.*

Dirictus, ſeù emolumenta ad hoc officium ſpe-
2 ctantia habes in *pragmat.1. infrà* eodem, quæ non poſſunt exigi,niſi ſubſcriptis priùs expeditionibus à Prorege,& Regentibus Regiam Cancellariam,vt in *pragm.2.num.5.infrà* eodem.

Sed quia de ſtylo eiuſdem Cancellariæ non ap-
3 ponitur data diei in expeditionibus,niſi quandò sũt regiſtratæ per Officiales Regeſtri, & accidere poteſt,quòd tempore appoſitionis diei ſit alius Secretarius, quàm is,qui exigit dirictus tempore ſubſcri-
4 ptionis, poſſet dubitari,an circà exactionem huiuſmodi emolumentorum ſit attendenda dies datæ, vel potiùs tempus ſubſcriptionis,remitto te ad *Canagnol.conſult.deciſ.9.* qui enucleat hanc quæſtionẽ, & defendit partes Secretarij tempore ſubſcriptionis, maximè quandò literæ habuerunt effectum, & videntur confirmatæ,vt ex tunc.

De Ordine iudiciorum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Rubrica iſta cur de ordine iudiciorum fuerit inſcripta.*
2 *Ordo iudiciarius,de quo hic, in quibus caſibus non obſeruatur, remiſſiuè.*
3 *Iudicij nomen licèt habeat plures ſignificatus, hic tamen ponitur pro tela,& curſu cauſarum forenſium.*
4 *Iudiciorum ordinem ex toto remittere poſſunt Partes, licèt nequeant remittere, vt ſententiando, & iudicando Iudex omittat ſcripturam,vel aliud ſubſtantiale.*

1 HAec rubrica inſcribitur de ordine iudiciorũ, quia ſub hac rubrica ſituatæ ſunt omnes pragmaticæ, quæ reſpiciunt telam, ſeù formam, & ordinem, qui ſeruandus eſt in iudicijs, & cauſis fo-
2 renſibus, & in compilatione proceſſuum cum ſingulis actis ordinatorijs vſq; ad ſententiam: eſt benè verum, quòd ſunt multi caſus, in quibus hic ordo iudiciarius non obſeruatur, ſed proceditur leuato velo, nullo iuris ordine ſeruato, quos recenſet *Andr.in proœm.1.ad Conſtit.Regni* propè *fin.& gloſ. & Doctor.in authent. niſi breuiores, C.de ſentent. ex*
3 *breui. recit.* & licèt iudicium habeat quindecim ſignificationes, quas recenſet *gloſ. in extrauag. frequens,in rubr. inter extrauag.communes*, tamen hic ſignificat curſum, & telam cauſarum forenſium, &
4 nota, quòd Partes poſſunt ex toto remittere ordinẽ iudiciorum, ità vt nec libello, nec prolationi ſentẽtiæ opus ſit, ſed non poſſunt remittere,vt ſententiãdo, & iudicando per Iudicem omittatur ſcriptura, vel aliud ſubſtantiale, ità *gloſ.*magiſtra in *verb.illuſtrium.in cap.fin.de ſentent.& re iudic in ſexto.Joſeph de Seſe de inhib.c.2.§.1.num.15.*

De Ordine iudiciorum. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Petitio talis qualis,quæ ſufficit pro libello,ſi perdatur, tenor illius poſſet per teſtes probari.*
2 *Petitio iſta talis qualis ſi ſit ità inepta, vt contineat contraria, ſuper ea procedi non poſſet, & plura de hac tali quali petitione.*
3 *Libellus ab ineptitudine,& obſcuritate vti defẽdatur. Clauſulæ,*petens,ius,& iuſtitiam ſibi miniſtrari,*effectus,ibid.in fine.*
4 *Petitio hæc talis qualis tàm clara eſſe debet, vt ex ea rens poſſit deliberare,an velit cedere,vel contẽdere. Sententia lata ſuper libello incerto,ex ſola incertitudine erit nulla.*
5 *Petitio ſi de aliquo cõtractu meminerit,tenetur actor declarare,ſi de tali contractu ſit celebratum inſtrumentum in ſcriptis,nec ne.*
6 *Petitio ſi de culpa meminit,actor declarare debet culpam in ſpecie.*
7 *Exceptio contrà libellum de ineptitudine debet fieri ſpecialitèr,& non generalitèr,& non facta declaratione non permittitur,eſſe procedendum ad litem conteſtandam,& quarè.*
8 *Vagari ſub incerto in pluribus caſibus licet, quorum aliquot hìc ſubiunguntur.*
9 *Iudex poteſt ex officio libellum reijcere,& lacerare, ſi ex declaratione facta appareat aliqua manifeſta calumnia in libello.*
10 *Actiones plures ſi quis proponat,an vnam teneatur eligere,vel poſſit omnes proſequi,remiſſiuè.*
11 *Libellus ſubſtinetur in vim talis qualis petitionis, quàmuis pater pro filio agens non exprimat,* administratorio nomine.
12 *Libellus ſi ſit conceptus ſub nomine filij, pro rebus,in quibus patri vſusfructus acquiritur, niſi conſtat de conſenſu patris, iudicium non ſubſtinetur,licèt ſufficiat, quòd illius conſenſus ſuperueniat in quacunquè iudicij parte,quàmuis non adſit actorum præcedentium ratificatio.*

13 Clau-

13 *Clauſula*, ſine figura iudicij, *quid importet.*
14 *Appellandi in ſcriptis, & cum expreſſione grauaminis ſolemnitates ſublatæ ſunt per clauſulam*, ſine figura iudicij, *ſed an per eam ſit ſublata excuſſio facienda per* auth.hoc ſi debitor, C.de pignoribus, & auth.præſente, C.de fideiuſſionibus, *& nu.* 15.
16 *Clauſula*, ſola facti veritate inſpecta, *quid importet, ac etiam de omnibus dictæ clauſulæ effectibus.*
Compenſatio virtute eiuſdem clauſulæ poteſt opponi non obſtante iuramento.
17 *Pactio nuda licèt exceptionem tantùm, non autem actionem producat, tamen vigore clauſulæ*, ſola facti veritate inſpecta, *poteſt in Regno actio intentari ex nudo pacto, reuſq; condemnari.*
18 *Iudici tribus modis de veritate conſtare dicitur.*
Pragmatica iſta, per quam ſunt ſublata iudicij ſubſtantialia, vt eſt litis conteſtatio, an valeat de iure, & quæ per illam ſint reiectæ exceptiones, num. 19. *vbi paritèr poſt* Menoch. *quamplures recenſentur exceptiones, quæ per huiuſmodi ſtatutum non cenſentur reiectæ.*
Exceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ ob commemoratæ clauſulæ virtutem.
Poſſeſſorium paritèr & petitorium ſimul intentari poterunt.
20 *Solemnitatibus in ferendis ſententijs per hoc edictum non eſt derogatum, & nec etiam probationibus.*
21 *Clauſula*, ſola facti veritate inſpecta, *tantam vim habet, vt ſufficiant probationes perſuaſiuæ tantùm, licèt non omninò concludentes ſint.*
22 *Sententia an virtute clauſulæ*, ſola facti veritate inſpecta, *ferri poſſit ſuper cauſa in proceſſu probata, & in libello non deducta.*
23 *Exceptio præſcriptionis an per hanc pragmaticam ſit ſublata.*
24 *Clauſula*, petens, ius, & iuſtitiam miniſtrari, *quid operetur, & an reſpectu ipſius poſſit reus ab actore aliquam petere declarationem.*
prædicta operatur, vt cenſeatur intentatum petitorium, licèt concluſio verſetur ſuper poſſeſſorio.
25 *Clauſula iſta*, petens, ius, & iuſtitiam miniſtrari, *eſt tantæ efficaciæ, vt per eam videatur petita etiam reſtitutio in integrum, & de dicta clauſula plura, remiſſiuè.*
26 *Princeps ſi committat cauſam de iuſtitia, ſub illo verbo*, de iuſtitia, *comprehenditur tàm petitorium, quàm poſſeſſorium.*
27 *Clauſula*, omni modo meliori, *operatur circà expreſſa tantùm, niſi verſetur in caſu, qui hìc ſubijcitur.*
28 *Petitorium quandò deductum cenſeatur. & quandò poſſeſſorium, ordinarium, vel ſummariſſimum.*
29 *Iudicis officium quandò intentatũ cenſeatur, & quandò actio hypothecaria, remiſſiuè.*
30 *Petitio rei ſi deficiat in libello, in quo factum eſt narratum, ſed ea plenè apparet in proceſſu probata, an poſſit ſequi condemnatio, & quid obſeruetur in Sacr. Conſ.*
31 *Sacrum Conſilium poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam, attendendo ſolam veritatem.*
32 *Iudex ex ſola confeſſione, quàmuis non ſcripta poteſt moueri ad iudicandum.*
33 *Concluſio in libello tantùm eſt attendenda, licèt ex ſola narratione aliud deductum appareat.*
34 *Libelli circà oblationem plura, remiſſiuè.*
35 *Libellus ſolemnis quot, & quæ de iure communi debeat continere, remiſſiuè.*
36 *Procedere de plano quid ſignificet, & quandò Iudex de plano procedere dicatur.*

DIſpendia litium, &c.
Procedatur in cauſis ſine figura iudicij, & p libello ſufficiat talis qualis petitio. H.D,
1 Quòd ſi hæc talis qualis petitio ſit deperdita, poſſet illius tenor probari per teſtes, ità vt indè ſententia feratur, *Ioann.de Amic.conſ.*93. & ſi hæc talis
2 qualis petitio ſit adeò inepta, vt contineat contraria, ſuper ea procedi poſſet, *Ioan.de Amic.conſ.*141. ſed contrà *Menoch.de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*41. *num.* 9. & plura de hac tali quali petitione agit *Matienz.in dialog.relat. & Aduocat. part.*3.*cap.*43. vbi admittit libellum generalem, ſeu vt poſſit conſtare animus petentis, ſuper quo poſſit fundari ſententia, quæ ex cauſa probata ferri poteſt, licèt ex alia fuerit petita, non tamen poterit mutari in libello propria actionis natura, abſq; clauſula ſalutari, nec excludit legitimationem perſonæ Iudicis, actoris, & procuratoris. Sed pro defendendo libello ab
3 inepritudine, & obſcuritate vide *Marant. conſ.*67. qui dicit, quòd admittitur libellus, quando percipitur intentio libellantis, & reus eſt inſtructus, & error petitionis ſe refert ad inſtrumentum, & aſſertio eſt in narratiuis, & non in concluſione, & inepitudo euitatur cum clauſula, *petens, ſibi ius, & iuſtitiam miniſtrari*, & pondera verba *text.* dùm requirit,
4 vt hæc talis qualis petitio ſit tàm clara, vt ex ea reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contendere, cum qua concordat *text.in l.*2.*C.de formul.ſublat.& in cap.dilecti, extrà de iudic.* & ſi ſuper libello incerto fuerit lata ſententia ex ſola incertitudine, ſententia erit nulla, *Cocein.deciſ.Rot.*276. Adeò, quòd ſi in
5 huiuſmodi petitione fiat mentio de aliquo contractu, vel conuentione, tenetur actor declarare, ſi de tali contractu, vel conuentione ſit celebratum inſtrumentum in ſcriptis, nec nè, vt notabiliter voluit *Cyn.in l. præſcriptione*, poſt *nu.*8. *verſ.& hoc verum*,
6 *C.ſi contrà ius, vel vtilit.public.* & ſi fieret mentio de culpa, tenetur declarare culpam ſpeciatim, vt per *Menoch. præſumpt.*3. *num.*137. *lib.*5.

Et quandò excipitur de ineptitudine libelli, talis
7 exceptio debet fieri ſpecialiter, non generaliter, & non facta declaratione non eſt permittẽdum, quòd procedatur ad actum litis conteſtationis, vt docet *Andr.* omninò videndus in *c.*1. *§. ſi autem omnibus, num.*19. *de pac.tenend.& eius violat.* & hoc nè vagetur ſub incerto diſcrimine Aduerſarij, quod in iudicijs non licet, *l.*1. *§.edere, ff.de edend.l.de quæ te, §.ubi,*
8 *ff.de interrog.action. Litâ fidei, ff.de iure fiſci*, ſunt tamen aliqui caſus ſpeciales, in quibus licet ſub incerto vagari, vt in *l.quæ de tota, §.incertæ, ff.de rei vend.l.& ſi non omnes, §. ſi incertum, ff.commun.diuid.* ad quorum declarationem eſt videnda *gloſ. in cap.*1.*extrà de libell.oblat. Borrell.de Magiſtr. edict. lib.*2.*cap.*5.*num.*22. cum *ſeqq.* ſcilicèt vbi cauſæ ſunt ſummariæ, ſi contineat perſonas actoris, & rei, & rẽ, ſi Pars non opponit, ſi eadem Pars declarabit, ſi reſultat probabile iuris dubium, ſi ex articulis poſtmodùm productis declaratio reſultaret, ſi non fuiſſet oppoſitum antè litis conteſtationem, in petitione legitimæ, vbi eſt in poteſtate Iudicis, in monitorijs, quandò ex conuentione nullus requiritur libellus, quando actor eſt incertus, & iurat, vbi petuntur damna, expenſæ, ſumptus, intereſſe, & vſuræ.
9 Et ſi ex declarationibus factis apparebit aliqua manifeſta calumnia in libello, poterit Iudex libellum reijcere, & lacerare ex officio, *gloſ.in l.qui cùm natu maior, §. ſi patris in verb.vel calumnioſam, ff.de bon. libert. Gramm.conſ.crimin.*4.*nu.*11.*& ſeq. Ioſeph de*

1 PLura de Scriba portionis, ſcilicèt quomodò ſedeat pęnès Regem, quale ſit eius officium, quarè dicatur Scriba portionis, vel rationis, & de ipſius origine, & dignitate, etiam apud Romanos, vide per *Frecc. lib.3. ſubfeudor. ſub.tit.de differentijs inter feuda regalia,titulata, & alia nobilia, num.*20. Dicitur namq; Scriba portionis, quia diſtribuit ſalaria, & ſtipendia Officialium, & militum, & omnũ, qui inſeruiũt ſeruitijs Regiæ Curiæ domi, militiæq; vnicuique ſuam portionem pro rata temporis, quo ſeruitio vacauit, & dicitur Scriba rationis, quia de his omnibus expenſis tenetur conficere libros rationis, per quos tenetur reddere rationem ad libitũ Regiæ Maieſtatis, non Regiæ Cameræ Summariæ, prout tenentur omnes Miniſtri pecuniarij, ſed Officiali deputato arbitrio Suæ Maieſtatis de triennio in triennium, prout nunc ſeruatur.

De Officio Secretarij, ſeù à libellis, & his, quæ incumbunt in Regia Cancellaria, Rubrica.

R E R V M S V M M A.

1 *Secretarij dignitas quanta ſit, & quæ ſpectent ad dictam dignitatem, ac vnde habuerit originem, remiſſiuè.*
2 *Dirictus, vel emolumenta ad Secretarij officium ſpectantia, remiſſiuè, quæ non poſſunt exigi, niſi ſubſcriptis priùs expeditionibus à Prorege, & Regentibus Cancellariam.*
3 *Data diei de ſtylo Cancellariæ non apponitur in expeditionibus, niſi quandò ſunt regiſtratæ per Officiales Regeſtri.*
4 *Data diei, vel potiùs ſubſcriptionis tempus ſit attendendum circà exactionem emolumentorum.*

1 PLura ad dignitatem Secretarij pertinentia vide per *tot.tit.C.de prox.ſacr.ſcrin.lib.*12. huiuſquè officij dignitas quanta ſit, & vnde habuerit originem, vide apud *Alciat. in l.2.C.de primicer. lib.*12. *Purpurat.in l.1.num.*300. cum *ſeq. ff.de offic.eius, cui mandat.eſt iuriſdict.*

Dirictus, ſeù emolumenta ad hoc officium ſpe-
2 ctantia habes in *pragmat.1. infrà* eodem, quæ non poſſunt exigi, niſi ſubſcriptis priùs expeditionibus à Prorege, & Regentibus Regiam Cancellariam, vt in *pragm.2.num.*5. *infrà* eodem.

Sed quia de ſtylo eiuſdem Cancellariæ non ap-
3 ponitur data diei in expeditionibus, niſi quandò ſũt regiſtratæ per Officiales Regeſtri, & accidere poteſt, quòd tempore appoſitionis diei ſit alius Secretarius, quàm is, qui exigit dirictus tempore ſubſcri-
4 ptionis, poſſet dubitari, an circà exactionem huiuſmodi emolumentorum ſit attendenda dies datæ, vel potiùs tempus ſubſcriptionis, remitto te ad *Cavagnol.conſult.deciſ.*9. qui enucleat hanc quæſtionẽ, & defendit partes Secretarij tempore ſubſcriptionis, maximè quandò literæ habuerunt effectum, & videntur confirmatæ, vt ex tunc.

De Ordine iudiciorum. Rubrica.

R E R V M S V M M A.

1 *Rubrica iſta cur de ordine iudiciorum fuerit inſcripta.*
2 *Ordo iudiciarius, de quo hic, in quibus caſibus non obſeruatur, remiſſiuè.*
3 *Iudicij nomen licèt habeat plures ſignificatus, hic tamen ponitur pro tela, & curſu cauſarum forenſium.*
4 *Iudiciorum ordinem ex toto remittere poſſunt Partes, licèt nequeant remittere, vt ſententiando, & iudicando Iudex omittat ſcripturam, vel aliud ſubſtantiale.*

1 HAec rubrica inſcribitur de ordine iudiciorũ, quia ſub hac rubrica ſituatæ ſunt omnes pragmaticæ, quæ reſpiciunt telam, ſeù formam, & ordinem, qui ſeruandus eſt in iudicijs, & cauſis forenſibus, & in compilatione proceſſuum cum ſin-
2 gulis actis ordinatorijs vſq; ad ſententiam: eſt benè verum, quòd ſunt multi caſus, in quibus hic ordo iudiciarius non obſeruatur, ſed proceditur leuato velo, nullo iuris ordine ſeruato, quos recenſet *Andr.in proœm.1.ad Conſtit.Regni* propè *fin.& gloſ. & Doctor.in authent. niſi breuiores, C.de ſentent. ex*
3 *breu. recit.* & licèt iudicium habeat quindecim ſignificationes, quas recenſet *gloſ. in extrauag. frequens,in rubr. inter extrauag.communes*, tamen hic ſignificat curſum, & telam cauſarum forenſium, &
4 nota, quòd Partes poſſunt ex toto remittere ordinẽ iudiciorum, ità vt nec libello, nec prolatione ſentẽtiæ opus ſit, ſed non poſſunt remittere, vt ſententiãdo, & iudicando per Iudicem omittatur ſcriptura, vel aliud ſubſtantiale, ità *gloſ.* magiſtra in *verb.illuſtrium,in cap.fin.de ſentent.& re iudic in ſexto. Joſeph de Seſe de inhib.c.2.§.1.num.*15.

De Ordine iudiciorum. Pragm.I.

R E R V M S V M M A.

1 *Petitio talis qualis, quæ ſufficit pro libello, ſi perdatur, tenor illius poſſet per teſtes probari.*
2 *Petitio iſta talis qualis ſi ſit ità inepta, vt contineat contraria, ſuper ea procedi non poſſet, & plura de hac tali quali petitione.*
3 *Libellus ab ineptitudine, & obſcuritate vti defẽdatur. Clauſulæ, petens, ius, & iuſtitiam ſibi miniſtrari, effectus, ibid.in fine.*
4 *Petitio hæc talis qualis tàm clara eſſe debet, vt ex ea reus poſſit deliberare, an velit cedere, vel contẽdere. Sententia lata ſuper libello incerto, ex ſola incertitudine erit nulla.*
5 *Petitio ſi de aliquo cõtractu meminerit, tenetur actor declarare, ſi de tali contractu ſit celebratum inſtrumentum in ſcriptis, nec ne.*
6 *Petitio ſi de culpa meminit, actor declarare debet culpam in ſpecie.*
7 *Exceptio contrà libellum de ineptitudine debet fieri ſpecialitèr, & non generalitèr, & non facta declaratione non permittitur eſſe procedendum ad litem conteſtandam, & quarè.*
8 *Vagari ſub incerto in pluribus caſibus licet, quorum aliquos hic ſubijciuntur.*
9 *Iudex poteſt ex officio libellum reijcere, & lacerare, ſi ex declaratione facta appareat aliqua manifeſta calumnia in libello.*
10 *Actiones plures ſi quis proponat, an vnam teneatur eligere, vel poſſit omnes proſequi, remiſſiuè.*
11 *Libellus ſubſtinetur in vim talis qualis petitionis, quàmuis pater pro filio agens non exprimat, administratorio nomine.*
12 *Libellus ſi ſit conceptus ſub nomine filij, pro rebus, in quibus patri vſusfructus acquiritur, niſi conſtat de conſenſu patris, iudicium non ſubſtinetur. licèt ſufficiat, quòd illius conſenſus ſupercueniat in quacumquè iudicij parte, quàmuis non adſit actorum præcedentium ratificatio.*

13 Clau-

13 *Clauſula,* ſine figura iudicij, *quid importet.*
14 *Appellandi in ſcriptis, & cum expreſſione grauaminis ſolemnitates ſublatæ ſunt per clauſulam,* ſine figura iudicij, *ſed an per eam ſit ſublata excuſſio facienda per* auth.hoc ſi debitor,C.de pignoribus, & auth.præſente, C.de fideiuſſoribus,*& nu.*15.
16 *Clauſula,* ſola facti veritate inſpecta, *quid importet, ac etiam de omnibus dictæ clauſulæ effectibus.*
Compenſatio virtute eiuſdem clauſulæ poteſt opponi non obſtante iuramento.
17 *Pactio nuda licèt exceptionem tantùm, non autem actionem producat,tamen vigore clauſulæ,* ſola facti veritate inſpecta,*poteſt in Regno actio intentari ex nudo pacto,reuſq; condemnari.*
18 *Iudici tribus modis de veritate conſtare dicitur.*
*Pragmatica iſta, per quam ſunt ſublata iudicij ſubſtantialia,vt eſt litis conteſtatio,an valeat de iure, & quæ per illam ſint reiectæ exceptiones, num.*19. *vbi pariter poſt* Menoch.*quamplures recenſentur exceptiones, quæ per huiuſmodi ſtatutum non cenſentur reiectæ.*
Exceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ ob commemoratæ clauſulæ virtutem.
Poſſeſſorium pariter & petitorium ſimul intentari poterunt.
20 *Solemnitatibus in ferendis ſententijs per hoc edictum non eſt derogatum, & nec etiam probationibus.*
21 *Clauſula,* ſola facti veritate inſpecta, *tantam vim habet, vt ſufficiant probationes perſuaſiuæ tantùm, licèt non omninò concludentes ſint.*
22 *Sententia an virtute clauſulæ,* ſola facti veritate inſpecta, *ferri poſſit ſuper cauſa in proceſſu probata, & in libello non deducta.*
23 *Exceptio præſcriptionis an per hanc pragmaticam ſit ſublata.*
24 *Clauſula,* petens, ius, & iuſtitiam miniſtrari, *quid operetur,& an reſpectu ipſius poſſit reus ab actore aliquam petere declarationem.*
prædicta operatur,vt cenſeatur intentatum petitorium,licèt concluſio verſetur ſuper poſſeſſorio.
25 *Clauſula iſta,* petens, ius, & iuſtitiam miniſtrari, *eſt tantæ efficaciæ, vt per eam videatur petita etiam reſtitutio in integrum,& de dicta clauſula plura, remiſſiuè.*
26 *Princeps ſi committat cauſam de iuſtitia,ſub illo verbo,*de iuſtitia, *comprehenditur tàm petitorium,quã poſſeſſorium.*
27 *Clauſula,*omni modo meliori, *operatur circà expreſſa tantùm,niſi verſetur in caſu,qui hìc ſubijcitur.*
28 *Petitorium quandò deductum cenſeatur. & quandò poſſeſſorium,ordinarium,vel ſummariſſimum.*
29 *Iudicis officium quandò intentatũ cenſeatur,& quandò actio hypothecaria, remiſſiuè.*
30 *Petitio rei ſi deficiat in libello, in quo factum eſt narratum, ſed ea plenè apparet in proceſſu probata, an poſſit ſequi condemnatio, & quid obſeruetur in Sacr. Conſil.*
31 *Sacrum Conſilium poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam, attendendo ſolam veritatem.*
32 *Iudex ex ſola confeſſione,quamuis non ſcripta poteſt moueri ad iudicandum.*
33 *Concluſio in libello tantùm eſt attendenda,licèt ex facti narratione aliud deductum appareat.*
34 *Libelli circà oblationem plura, remiſſiuè.*
35 *Libellus ſolemnis quot, & quæ de iure communi debeat continere,remiſſiuè.*
36 *Procedere de plano quid ſignificet,& quandò Iudex de plano procedere dicatur.*

DIſpendia litium, &c.

Procedatur in cauſis ſine figura iudicij,& p libello ſufficiat talis qualis petitio. H.D.
1 Quòd ſi hæc talis qualis petitio ſit deperdita, poſſet illius tenor probari per teſtes,ità vt indè ſententia feratur,*Ioann.de Amic.conſ.*93. & ſi hæc talis
2 qualis petitio ſit adeò inepta, vt contineat contractia,ſuper ea procedi poſſit, *Ioan.de Amic.conſ.*141. ſed contrà *Menoch.de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*41. *num.* 9. & pluta de hac tali quali petitione agit *Matienz.in dialog.relat. & Aduocat. part.*3 *cap.*43. vbi admittit libellum generalem, ſeu vt poſſit conſtare animus petentis, ſuper quo poſſit fundari ſententia, quæ ex cauſa probata ferri poteſt, licèt ex alia fuerit petita,non tamen poterit mutari in libello propria actionis natura, abſq; clauſula ſalutari, nec excludit legitimationem perſonæ Iudicis,actoris,&
3 procuratoris. Sed pro defendendo libello ab ineptitudine, & obſcuritate vide *Marant. conſ.*67. qui dicit,quòd admittitur libellus, quando percipitur intentio libellantis, & reus eſt inſtructus, & error petitionis ſe refert ad inſtrumentum, & aſſertio eſt in narratiuis,& non in concluſione,& ineptitudo euitatur cum clauſula, *petens, ſibi ius,& inſtitiam miniſtrari,*& pondera verba *text.*dum requirit,
4 vt hæc talis qualis petitio ſit tàm clara,vt ex ea reus poſſit deliberare,an velit cedere, vel contendere, cum qua concordat *text.in l.*2.*C.de formul.ſublat.& in cap.dilecti,extrà de iudic.* & ſi ſuper libello incerto fuerit lata ſententia ex ſola incertitudine,ſententia erit nulla, *Coccin.deciſ.Rot.*276. Adeò,quòd ſi in
5 huiuſmodi petitione fiat mentio de aliquo contractu, vel conuentione,tenetur actor declarare, ſi de tali contractu, vel conuentione ſit celebratum inſtrumentum in ſcriptis, nec nè,vt notabiliter voluit *Cyn.in l. præſcriptione,* poſt *nu.*8. *verſ.& hoc verum,*
6 *C.ſi contra ius,vel vtilit.public.*& ſi fieret mentio de culpa, tenetur declarare culpam ſpeciatim, vt per *Menoch. præſumpt.*3. *num.*137.*lib.*5.

Et quandò excipitur de ineptitudine libelli, talis
7 exceptio debet fieri ſpecialiter, non generaliter,& non facta declaratione non eſt permittendum, quòd procedatur ad actum litis conteſtationis, vt docet *Andr.*omninò videndus in *c.*1. *§. ſi autem omnibus, num.*19.*de pac.tenend.& eius violat.*& hoc nè vagetur ſub incerto diſcrimine Aduerſarij,quod in iudicijs non licet,*l.*1.*§.edere,ff.de edend.l.de ætate,§.ſubil,*
8 *ff.de interrog.action. Litâ fidei, ff de iure fiſci,* ſunt tamen aliqui caſus ſpeciales, in quibus licet ſub incerto vagari, vt in *l.quæ de tota, § incertæ, ff.de rei vend.l.& ſi non omnes, §. ſi incertum, ff.commun.diuid.*ad quorum declarationem eſt videnda *gloſ. in cap.*1.*extrà de libell.oblat. Borrell.de Magiſtr. edict. lib.*2.*cap.*5.*num.*22.cum *ſeqq.*ſcilicèt vbi cauſæ ſunt ſummariæ,ſi contineat perſonas actoris,& rei,& rẽ, ſi Pars non opponit, ſi eadem Pars declarabit, ſi reſultat probabile iuris dubium, ſi ex articulis poſtmodùm productis declaratio reſultaret, ſi non fuiſſet oppoſitum antè litis conteſtationem, in petitione legitimæ, vbi eſt in poteſtate Iudicis, in monitorijs, quandò ex conuentione nullus requiritur libellus,quando actor eſt incertus, & iurat, vbi petuntur damna,expenſæ,ſumptus,intereſſe,& vſuræ.
9 Et ſi ex declarationibus factis apparebit aliqua manifeſta calumnia in libello, poterit Iudex libellum reijcere,& lacerare ex officio, *gloſ.in l.qui cùm natu maior,§. ſi patris in verb.vel calumnioſam, ff.de bon. libert.Gramm.conſ.crimin.*4.*nu.*11.*& ſeq. Ioſeph de*

*Sese de inhibit.cap.*2.§.3. poſt *num.*42. Sed quandò
10 quis proponit plures actiones, an vnam teneatur eligere, vel poſſit omnes proſequi, diſtingue, vt per *gloſ.in cap.vt quis duas, in verb.eligere, de elect. in ſexto*, & per aliam *gloſ.in l.quod in haredem, §.eligere, ff.de tribut.action. & ibi Doct.*

Quòd ſi pater agat pro filio, licèt in libello non
11 ſit expreſſum, *adminiſtratorio nomine*, tamen vigore huius pragmaticæ ſubſtinebitur libellus in vim talis qualis petitionis, vt ex conſimili ſtatuto vigente apud Luſitanos infert *Pinell. in l.*1. *part.*1. *num.*64.
12 *C.de bon.matern.* Sed ſi libellus eſſet conceptus ſub nomine filij, pro reo vs tamen, in quibus patri quæratur vſusfructus, ſi non conſtat de conſenſu patris, iudicium non ſubſtinetur, ſufficit tamen, quòd conſenſus patris ſuperueniat in quacunq; parte iudicij, etiam ſi non adſit ratificatio actorum præcedentiũ, vt deciſum fuiſſe per S.C. refert *Afflict.deciſ.*180.

Quid autem importet illa clauſula, *ſine figura in-*
13 *dicij*, vide *gloſ.in cap. fin.in verb. figura, de haret.in ſexto, Florian.in conſ.*15 *num.*6.cum *ſeqq.Rotam Genuenſ.deciſ.*109.*num.*1.cum *ſeq.Minſynger.obſerv.*70. *cent.*3. vt ſint ſublatæ ſolemnitates iuris ciuilis, & poteſt proferri ſententia ſuper non petito, dummodò ſit probatum, *Sanch.conſ.moral.tom.*2.*lib.*6. *cap.* 3.*dubit.*11.& quòd per hanc clauſulam ſint ſublatæ
14 ſolemnitates appellandi in ſcriptis, & cum expreſſione grauaminis, voluit *Marant. in tract.de multiplici alienatione prohibita.num.*215. Sed an ſit ſubla-
15 ta excuſſio facienda per *auth.hoc ſi debitor, C.de pignor.& authent.præſente, C.de fidemuſſ.* videlatè *Theſaur.deciſ.*52. & in Regno vigore *Conſtit. Si ciuiliter agens* quòad ordinem eſt ſublata, *ibi Afflict. num.*9. *Vrſill.in addit.ad deciſ.Afflict.*132.

Et quid importet illa clauſula, *ſola facti veritate*
16 *inſpecta*, vide *Aſinium in praxi, §.*3. *per totum. Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ.*45. *num.*8. *Beuntend. deciſ.*44. *Sylueſt.Aldobrand. conſ.*44.*num.*19.*conſ.*46.*num.*24. cum *ſeqq.*vſq; ad *fin.& conſ.*47.*num.*40. *Minſynger. obſeruat.*44.*cent.*2. *Cæſar.Barz deciſ.*48.*num.*11.70. *num.*36.139.*num.*2.*& deciſ.*318.*num.*4. qui omnes etiam agunt de clauſula, *ſuper quibus omnibus, &c.* & *omni modo meliori, &c.* pleniſſimè tamen de omnibus effectibus huius clauſulæ, *ſola facti veritate inſpecta*, agit *Cacher. deciſ.Pedemont.*1. omninò videndus, dicens, poſſe opponi compenſationem, non obſtante iuramento agenti poſſeſſorio recuperandæ, obſtare exceptionem dominij, poſſeſſorium, & petitorium ſimùl intentari, *Gratian.diſcept. forenſ.* 322, negat, poſſe procedi de facto. Notabis tamen
17 ex ea, quòd licèt nuda pactio non producat actionem, ſed exceptionem tantùm, *l.iuriſgentium, §.igitur nuda, ff de pact.l.etiam, ff.de compenſat. & l.vnica, C.etiam ob chirographariam pecuniam*, tamen vigore huius clauſulæ poterit in Regno, etiam ex pacto nudo actio intentari, & reus condemnari, vt per *Bald.in l.*1.*in fin. ff.de offic. Prefect. Prætor.* & alios relatos per *Camill.Plant.in rubr. ff.de verb.oblig.lib.* 1.*cap.*5.*num.*11.*&* 15. *Pand. hic num.*134.

Tribus autem modis dicitur conſtare Iudici de
18 veritate, *Flor.conſ.*15.*m.*20.cum *ſeqq. Rot.Genuenſ. deciſ.*148.*in fin.* .ſ. publico inſtrumento, per teſtes conformes, vel per duas ſemiplenas probationes, etiam diuerſi generis.

Sed an hæc pragmatica, per quam ſublata ſunt
19 ſubſtantialia iudicij, prout eſt litis conteſtatio, ſit de iure valida, vide *Andr.in proœm.Conſtit. col.*10. propè *fin.verſ.ſecundo caſu*, qui videtur annuere, & quæ exceptiones per illã ſint reiectæ, vide *Menoch. præſumpt.*48. *lib.*2. qui dicit, non cenſeri reiectas, quibus negatur qualitas, quæ eſt fundamentum ſtatuti, vel quandò prouenit ex eodem capite ſtatuti, vel ex altero inhabilitatis perſonæ, nec alia, quæ manifeſta, & notoria apparet, vel per indirectum opponi ſolet, vel quando deducitur incontinenti, vel prouenit ex defectu citationis, vel à contrarietate, ac perplexitate, vel quæ ineſt ex ſubiecta materia, nec exceptio metus, innocentiæ, nec quæ fundatur in confeſsione Partis facta in iudicio, nec quæ prouenit ex alio inſtrumento, vel actu æquè ſolemni, nec quæ ex eodem actu, inſtrumento, vel ſententia, nec quæ à nullitate actus, & ſententiæ procedit, nec quæ ex officio Iudicis oritur, nec quæ dolo Aduerſarij cauſatur, nec quæ opponitur contrà executionem, vel contrà perſonam Iudicis, nec exceptio ſolutionis, ſeù compenſationis, nec exceptio intentionis, & facti, nec exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, & Velleiani, vſurarum, falſitatis, nec quòd res non ſit in rerum natura, nec reſtitutionis in integrum, & denunciationis Euangelicæ.

Aduertas tamen, quòd circà ſolemnitates in fe-
20 rendis ſententijs per hanc pragmaticam non eſt derogatum, vt docuit *Præſ.de Franchis deciſ.*245. prout nec etiam eſt derogatum probationibus, vt in *finalibus verbis* pragmaticæ dicitur, eſt benè verum, quòd virtute illius clauſulæ, *ſola facti veritate*
21 *inſpecta*, ſufficiet, ſi probationes ſint perſuaſiuæ tãtùm, licèt non omninò concludentes, vt per *Marant. conſ.*34.*num.*17.& relatos à *Camillo Plantio in rubr. ff.de verbor.obligat lib.*1.*cap.*5.*num.*15.

Sed ſi in proceſſu ſit probata aliqua cauſa, quæ in
22 libello non ſit deducta, an ſuper ea ferri poſsit ſententia virtute illius clauſulæ, *ſola facti veritate inſpecta*, vide *Magon.deciſ.Lucenſ.*53.*num.*7.*&* 16. qui negat, quandò ſtatutum proſequitur, vt detur peritio Parti, vt poſsit deliberare.

Quid autem in præſcriptionis exceptione, an ea
23 ſit ſublata per hanc pragmaticam, vide latè *Georg. Natt.in clem.ſæpè, §.non ſic tamen.num.*112.cum *ſeq. de verbor.ſignific.* ſed in malæ fidei poſſeſſore ſic, *Pand. hic num.*133.

Quid autem operetur clauſula, *petens, ius, & in-*
24 *ſtitiam miniſtrari*, declarat *Gramm. deciſ.*19. *in fin. Rip.in l.naturaliter, §.nihil commune.num.*199.*ff.de acquir.poſſeſſ.* vt cenſeatur intentatum petitorium, licèt concluſio ſit ſuper poſſeſſorio, & *ibi num.ſeq.* docet, quòd reſpectu talis clauſulæ poſſet reus petere ab actore aliquam declarationem, ſequitur *Bolognett.ibid.num.*439.*& ſeq.* Non eſt tamen obliuio-
25 ni tradendum, quòd hæc clauſula eſt tantæ efficaciæ, vt per eam cenſeatur petita etiam reſtitutio in integrum, *Ioan.Botta* poſt alios, quos citat *conſ.*55. *num.*14.& de eadem clauſula, *petens ſuper præmiſſis ius, &c.* plura docet *Leonin.conſ.*88. *num.*5. dicens, quòd ſemper videtur intentata actio apta, & quan-
28 dò Princeps committit cauſam de iuſtitia, ſub eo verbo, *de iuſtitia*, comprehenditur tàm petitorium, quàm poſſeſſorium, iuxtà *gloſ.in cap.dilectus, extrà de ordin.cognit.& in cap. fin.* eodem *tit. Bald.in l.ſi de proprietate, C. ſi à non compet.ind. Afflict.deciſ.*239. *num.*4. *in fin.*

Clauſula, *omni modo meliori*, operatur circà ex-
27 preſſa tantùm, *Virgin.Boccac. de interd.vti poſſid. cap.*16.*num.*7.ſecùs ſi diceret, *& aliàs omni modo meliori*, quia tunc operaretur etiam vltrà expreſſa, *Boccac. ibidem.*

Et quandò cenſeatur deductum petitorium, vel
28 poſſeſſorium, & quandò poſſeſſorium ordinarium,

vel

vel ſummarijſſimum, dixerunt *Borrell.conſ.41.num.11.& 14. Barz.deciſ.47.* ille dicit, eſſe deducta omnia remedia omni meliori modo competentia, iſte reſpectu Iudicis delegati à præceptis de non turbando,& nihil innouando abſquè vlla petitione, & litis contestatione, aut aliquo alio ordine iudiciario, ſummarijſſimum eſſe intentatum affirmat in
29 *principio deciſionis*, & quòd cenſeatur intentatum officium Iudicis, idem *Barz deciſ.48.* & actio hypothecaria, ipſemet *Barz* declarat *deciſ.70.num.40.*

Quòd ſi in libello ſit narratum factum, ſed deſ-
30 ociat petitio rei, quæ tamen plenè appareat probata in proceſſu, adhùc tamen ſequi poterit condemnatio, vt demonſtrat *Gutierrez lib.1. pract. quæſt.101.* vt ſit ſublata formalis diſcuſſio, non autèm ſummaria pro intereſſe tertij, dilationes abbreuiantur, vel præpoſterantur, ſolemnitates ſunt omnes ſublatæ, poteſt ſequi condemnatio ex altera cauſa, probata verò ab vtraquè Parte, nuda veritas attenditur ex concluſione generali, actor poteſt obtinere ex quolibet remedio, quod deduci poſsit, poteſt adhiberi fides teſtibus, quàmuis non ità perfectè concluderent, & poteſt Iudex prouidere, vt Deus. Immò in Sacr. Conſil. quod Principem repræſentat, licèt nullus ſit præſentatus libellus, vel expreſſa in eò non ſufficiant, ſed ex probationibus factis apparet cauſa apta, & ſufficiens ad condemnationem, poterit ſequi condemnatio, vt probat *Thom.Gramm.deciſ.*
31 *183.nu.142.* qui *num. præcedenti* motiuauit, an idem dicendum ſit in omnibus Iudicibus Regni etiam inferioribus per *cap.Deteſtantes*, quod eſt collocatum inter *Ritus Regni*, & eſt *Rit.288.* & idem *Gram.*
31 *deciſ.19.* fundat, quòd Sacrum Conſilium poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam, attendendo ſolam veritatem, *Moditius* plenè in *§.Senatuſconſultum, dubit.7.& dubit.10.in fin.* Immò quilibet Iudex poteſt
32 moueri ad iudicandum etiam ex aliqua confeſsione coràm ſe facta viua voce, & non ſcripta in actis, quod mirabile reputat *Felin.in cap.cùm venerabilis, num.42.extrà de except.* authoritate *Baldi in l.1.C.de vindic.liber.* propè *fin.num.9. Marant.in 2.part.ſingular.in verb.Iudex protulit*, quod eſt declarandum ſecundùm *Bouadill.lib.2.cap.10.num.12.* vſq; ad *fin & cap.21.num.134.* cum *ſeq. & lib.1.cap.5.num.32. Morla in empor.iur.tit.2.part.1.q.1.num.27.* & quandò eſſet facta coràm Iudice, vel ipſo ſedente pro Tribunali, vel in itinere, aut alibi ius reddente, abſq; præſentia Notarij, nec eſſet ſcripta, ſecùs quandò coràm Iudice vt priuato; de Principe autem ſupremo non dubitatur, poſſe ſecundùm propriam conſcientiam iudicare, adhibitis tamen circumſtantijs, de quibus latè *Maſtrill.de Magiſtrat. lib.3.c.4.nu.40.* ſi id maximè Reipublicæ conueniret.

Semper tamen eſt aduertendum, quòd in libello
33 concluſio tantùm eſt attendenda, licèt ex narratione facta in corpore libelli aliud videatur eſſe deductum, vt probat *Bart. in l. Aurelius, §.Sticho, ff.de liber.legat. Butr.& Abb.in cap.ex parte B.extrà de for. compet. Crot.conſ.90.vol.1.*

Plura autem circà huiuſmodi libelli oblationem
34 pro totius materiæ elucidatione tradit *Greg.ſyntag. iur. vniuerſ. lib.48.c.5.* ſi quis autem non obſtante hac pragmatica adhùc voluerit producere libellũ
35 ſolemnem, tunc talis libellus quot, & quæ debeat continere de iure communi, docet *gloſ.in §.illud quoquè, in verb.libellum, in auth.de exhib.reis.*

Non tamen omittam, quòd de plano procedere,
36 ſignificat, cognoſcere de negotio non ſedendo pro Tribunali, vt per *gloſ.& Bart.in l.miles, §.ſexaginta, ff.de adult. Hippol.in l.vnius, §.fin.ff.de quæſt.* & ait *Mar.Salam.in l.fin.ff.de iuſt.& iur.* quòd quandò Iudex aliquid ſtatuit non in Tribunali, dicitur procedere de plano, quaſi quòd in plantie pauimenti iudicauit, idem *Alciat.lib.4.de verb.ſignif.pag.mihi 3. verſ.de plano.*

De Ordine Iudiciorum. Pragm.II.

RERVM SVMMA.

1 *Citationes ſunt faciendæ per Nuncios coràm duobus teſtibus nominatis,& non aliter.*
Statuto minimè induci poteſt, quòd cõtrà aliquem procedatur ſine citatione, idemq; procedit in Papa, Imperatore, & in quolibet quantùmuis ſupremo Principe.
Cæterùm limita, & declara, vt infrà.
2 *Citatio, ſiuè vocatio in ius qualiter, quandò, et quomodò fieri debeat, remiſſiuè.*
3 *Pragmatica iſta quòad ſubſcriptionem teſtium nõ ſeruatur de conſuetudine, etiam in locis, in quibus adeſt copia literatorum, cùm ſufficiat, eorum nomina eſſe deſcripta tantùm in relatione, quæ conſuetudo non improbatur à iure, vt num.4.*
5 *Citatio quandò requiratur perſonaliter, nec ſufficiat domi facta.*

1 QVilibet, &c.

Citationes fiant per Nuncios coràm duobus teſtibus nominatis, & non aliter. H. D.

De hac materia ſcripſi in *pragm.1. ſuprà de citationibus*, & ad *ibi* dicta me remitto, ſed dùm *Cauenſ. hic* ait *num.16.* non poſſe induci per ſtatutum, quòd procedatur contrà aliquem ſine citatione, quia eſt de iure naturali, vt in *clem. paſtoralis, de ſent. & re iud.* addo *Rebuff.* ſuper *Conſt. Gallia tom.3. tit. de citation.in præfationibus, num.32.* vbi *num.28. &* 29. idẽ dicit in Papa, Imperatore. & quolibet Principe, quantùmuis ſupremo, & *ibi* habes etiam ampliationes, & limitationes, ſed tu vide omninò *Conarr.pract.quæſt.cap.23.nu.6. Bellug.in ſpecul.Princ. rub.37.§.inhumanum, per tot.* & alios citatos per *Bouadill.lib.2.politic.cap.5.num.36.in lit.E.* quòd poſſit in aliquibus caſibus tolli, veluti poſt concluſionem cauſæ, in actibus, in quibus Princeps poteſt proce-
A dere abſq; iniuria Partis.

Et de hac citatione, ſeù vocatione in ius quali-
2 tèr, quandò, & quomodò fieri debeat, explicat *Gregor. Syntag. iur. vniuerſ. lib.48. cap.2.* & aduertas, quòd hæc pragmatica quòad ſubſcriptionem teſtiũ
3 non ſeruatur de conſuetudine, etiã in locis, in quibus eſſet copia literatorum, ſed ſufficit, quòd eorũ nomina ſint deſcripta tantùm in relatione, teſte *Foll.in cap.Regni Remedia ſtudioſè, num.8.in fin.* quę
4 quidèm conſuetudo non eſt à iure improbata, vt cõſtat ex *gloſ in l.in donationibus, C.de donat. Gregor. Lopez in l.54.gloſ.1.tit.18. part.3. Oroſc.in l.ſi quis ex argentarijs, §.tabularum, nu.55. ff.de edend. Villadieg. in for.iud.lib.2.tit.5.l.1. num.10.* Caſus verò, in qui-
5 bus requiritur citatio perſonaliter, nec ſufficit domi facta, explicat *Gratian. diſcept.forenſ.708. num.8.* cum *ſeqq.* vbi præcipuus eſt, ſi citatio requiratur ad conſtituendum aliquem in mora, item ad conſtituẽdum aliquem in culpa.

ADDITIO.

AHAec omnia adnotauimus suprà in *pragmat.1. vers.Nisi adijciatur,num.2. & seq. de Arbitr.* vbi conuenimus cum *Couar.pract.quæst.cap.23.vers. Primum hinc apparet*, vt scilicèt non sit necessaria citatio ad sententiam audiendam, cùm sit de iure positiuo,& possit per Principem tolli, quando tamen præcessit citatio ad dicendum, quæ est de iure naturali,& nullo modo omitti potest, iuxtà *Afflict.* sententiam in *dec.283.* & aliorum, quos citauimus. Circà verò alterum casum à *Couarr. ibidem* excogitatum in *vers.secundò item constat*. Vt possit Princeps citationem tollere in ijs casibus, in quibus posset sine iniuria,& absq; alterius præiudicio procedere, difficile est *Couarr.* opinioni acquiescere, enimuerò Princeps non est suprà legem naturalem, per quam est introducta citatio,vt fundant suprà citati *DD.*ergò nullo in casu potest Princeps citationem remittere,ac omittere,tàm si criminalitèr, quã si ciuilitèr procedat,proùt prætèr *DD.*per nos suprà notatos in *d.pragm.1.vers.Nisi adijciatur,num.2.3.4. & 5.*satis elegantèr docet *D.Reg.Capyc.Galeot.controu.12.num.27.lib.1. & D.Reg.Capyc.Latr.in consult.146.num.22.tom.2.*& antè eos dixerat *Peregr. de iure fisc.lib.1.tit.3.à num.54.* cum *seq.* loquens in Principe volente priuare vasallum feudo, quod facere non potest;absq;citatione,etiam quòd adijciat, *de plenitudine potestatis*, ad *tex.* singularissimum in *clem.pastoralis,de sent.& re iud.*& tradita per *And.* in *cap.1.num.1. de Milit.vasall.qui contum.est*, aliàs sententia esset nulla, *d.clemen. pastoralis*, & dixit *Gramm.*in *cons.1.nu.8.* post decisiones impressо.

Et quàmuis nonnulli, quos citat *Peregr.* in *loco* supradicto *num.*57.admiserint,posse Principem nõ præmissa citatione vasallum ob notoriam culpam feudo priuare,id planè concedi posset, si essemus in tàm patenti culpa,& notorio facto, vt parti nulla posset defensio competere, proùt declarant *DD.* quos allegat *Peregr.loco* prædicto *nu.*58.& *Gramm. dec.65.nu.9.*& si tutiùs erit (inquit *Peregr.*) in quouis notorio facto partem citare,quippè quòd omne delictum potent esse excusabile,ac factum ex varijs figuris causarum iustificari, ac etiam, quia multa quandoq; notoria figurantur, quæ minimè possunt dici notoria, proùt considerat *Grammat. d.dec.65. num.*12.ex *text.in c.consuluit,ul primo,de appell.*

Hinc inferebant aliqui mensibus præteritis,quòd etsi notorij,& manifesti rebelles,estò quòd non fuerint citati,vel quòd citatio non potuit commodè ad eorum notitiam peruenire,potuit tamen ipso facto contrà eos mortis sententia proferri, vel etiam absentes,& non citati ad mortem condemnari, & impunè occidi,eorumq; bona Fisco Regio applicari, iuxtà dispositionem *cap.Regn.Nuper apud Tranum, & c.Bona proditorum*,ac doctrina *Affl.in Const.Pacis cultũ*,& nouissimè & latissimè tradit *D.Reg.Capyc.Lat.dec.*167.*lib.*2. & & talis sententia generalis contrà omnes rebelles, ac bonorum publicatio esset valida,data notoria, ac manifesta rebellione contrà Regem.Nihilominùs contrarium suadebant alij,eo quoniam vnicuiq; vel saltem quamplurimis verè competebat defensio aduersùs imputatum rebellionis facinus,varijs ex causis, proùt satis benè fundat *Grammat.dec.*18.à *num.*7.cum *seq.* qui inter principales excusationis causas ponit iustum metũ mortis,vel amissionis bonorum,vel etiam honoris, de quo latissimè agit eruditissimus *Auendan.de metu lib.2.cap.*30.à *num.*24.cum plurimis *sequent.* plenissimè probans,iustum metum excusare à crimine, & pœna perduellionis,nec crimen hoc ab his committi,qui ex iusto metu aliquid faciunt contrà Principem, ex *Cuman. Carrer. Bald. Calcan. Cranett. Grammat. Ruin.Boss.*& alijs cõgestis sub *num.*39.40. 41.*et* 42.

Probat item,Castellanum, ac Arcis Præfectum, ob deditionem Castri minimè crimen lesæ Maiestatis committere, si propter iustum metum id perficiat,ex *D.Reg.Tap.in dec.Ital.Senat.*13.*Clar.in §.feudum,num.*61.*Ayala,Rosental.*& alijs. Refertque,in tribus casibus excusari Capitaneum,ac Præsidiarios Milites.Primò,si deficerent victualia,Secundò,quãdo mora esset inuitabilis,& Tertiò, quandò euidèter agnosceretur magis expedire seruitio Principis, seruare Ducem, seù Arcis Præfectum, ac Milites, quàm Castrum,seù locum. Nec vim facit illud *Poetæ* dictum 2.*Aeneid.*

Vna salus victis nullam sperare salutem.

Hoc namq; intelligi debet de ijs,qui iàm victi certò sciunt,se morituros,nullaq; eis euadendi spes remãsit,idcòquè cùm aliàs mortem euitare nequeant, irruunt,vt se defendant,sed qui Castrum habet, & videt mortem imminentem, tunc iusto metu deditionem facit, vt eam euitet,ac euadat, ità *Auend. loco* iàm relato, ad quem recurre, si longè plures cupis metus effectus,nam hæc non est materia nostra.

Hæc, quæ suprà de citatione diximus (ad cuius materiam multa tradit meritissimus Iudex M.C.V. & nunc acerrimus, ac perspicacissimus eiusdem M.C.Fisci Patronus *D.Baldassar de Angelis in addit. ad pract. Foller. tit. vel eos verbalitèr citari faciat*, vbi etiam quid sit peremptorium.)

Amplia,vt nó sufficiat simplex citatio, sed debet esse trina,vel cũ peremptorio,aut voce facta à Iudice, prout scripsit *Capyc.decis.*139.*n.*3.vbi etiam *Masull. num.*11.qui limitat quinq; modis regulam istam,vt peremptorium habeat vim trinæ citationis, & præsertim in statuto, quòd contumax habeatur pro cõfesso,nam tali casu(inquit *Masullus*)non sufficit vnica citatio,etiam peremptoria,pro tribus,ex *Marsil.in pract.crimin. §. posiquam, num.*66. ex quo etiam infert ad *pragmaticam* 63.*cap.* seù §.6.*item volemo, de offic.Procur.Cæsar.* per quam disponitur quòd apoca bancalis recognita, vel verificata, & legitimè probata,habeat exequutionem paratam, nec possit debitor audiri, nisi in vinculis,vel facto depositо,ac si esset instrumentum liquidatum, vel obligatio pœnès acta M.C. incusata, nàm si recognitio petitur fieri à parte,ac proindè fiunt præcepta, quòd recognoscat apocam, aliàs habeatur pro recognita, requiruntur tria præcepta,quòd recognoscat,nec sufficit vnum pro omnibus,ex *Marsil. in d.§. postquàm, num.*66. Dicit etiam, quòd hæc non est vera recognitio per trina decreta comminantia, quòd recognoscat, aliàs habeatur pro recognita, prout detetius, cùm simus in odiosis, in quibus non fit extensio de casu ad casum, *l.quicquid adstringendæ, ff.de verb. obligat.* & facit valdè singularis doctrina *Cornei* in *cons.*97.*nu.*4.cum *seqq.vol.*4.quod statutum, vel lex puniens condemnatum pro maleficio, vel delicto non verificatur in condemnato vigore fictæ confessionis, resultantis ex forma statuti, propter contumaciam, & quòd statutum dictans, quòd pater teneatur soluere condemnationem pro filio cõdemnato pro homicidio,non verificatur, si filius inquisitus de homicidio condemnatur in contumaciam, quia ista ficta confessio resultans ex contumacia non præiudicat, nec debet extendi extrà casum

sum suum,de quo loquitur. Debet itaq; apoca bancalis recognosci, & acceptari per principalem , qui illam fecit,vel per testes apodixarios recognosci,vt locus sit supradictæ *Pragmaticæ* dispositioni, & ità se pluriès obtinuisse testatur idem *D.Masull.* in diuersis causis contra *decisionem D.Præsid.de Franch.* 502.quam omninò vide,quia magna est eius authoritas,ac etiam *Rebuff.& Gutierr.* quos allegat,& ratio, quam adducunt, est fortissima, & durum esset contra prædictam *decisionem D.Præsidis* iudicare.

Ioannes Laganarius.

De Ordine iudiciorum. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Minor per restitutionem in integrum admittitur ad purgandam contumaciam, etiam non refectis expensis.*
2 *Vniuersitates admittuntur ad purgandam contumaciam, etiam non refectis expensis, cùm contrà eas non possit procedi in contumaciam.*
3 *Reo existente in Ciuitate omnes actus sunt ei notificandi, saltim domi.*
4 *Citatus à suo Iudice extrà eius iurisdictionem absquè imploratione brachij Iudicis loci,adhùc tenetur cõparere, aliàs reputabitur legitimè contumax, & procedetur aduersus eum.*
5 *Iudex citans aliquem sibi subditum absq; licentia Iudicis loci,incidit in pœnam turbatæ iurisdictionis.*
6 *Contumacia non est incusanda, nisi actor compareat in vltimo peremptorio, & instet, & quid si in die vltimi peremptorij non fuerit recta Curia aliqua de causa,remissiuè.*
7 *Contumacia,de qua hic,qualitèr contrahatur,cuius sit effectus,& quas pœnas producat,remissiuè.*
8 *Missio in possessionem omnium bonorum contumacis est introducta de iure communi.*
9 *Missio ista in possessionem omnium bonorum an comprehendat etiam feudalia.*
10 *Litis contestatio an impleatur per dationem termini in contumaciam.*
11 *Citatus personalitèr si non comparet,an dicatur verus contumax,etiam si non dixerit,nolo venire.*
12 *Litis contestatio quandò sit necessaria.*
13 *Creditorum etiam sine assensu, & in mera actione personali ad instantiam posse fieri exequutionem, nedùm super fructibus feudi, sed etiã super ipsomet corpore feudi,& immitti in possessionem, etiam ex secundo decreto,opinio* Doctorum *affertur,quæ circà corpus feudi falsa redditur,& circà fructus illa recipitur in subsidium tantùm,vt num.14.*
15 *Creditores sine assensu, si ex reliquis fructibus feudi non potest eis satisfieri, possunt cogere feudatarium debitorem ad vendendum feudum,& ex illius pretio poterit eis satisfieri.*
16 *Iurisdictio in casu proposito sub num.13. an possit sequestrari, & num.17.& 21.*
18 *Sequestrum qua ratione fieri in fructibus feudi sit permissum.*
19 *Creditor licèt careat assensu, potest tamen fructus burgensaticos sequestrare.*
20 *Iurisdictio vel est semper feudalis, vel est de Regalibus,quo casu non potest alienari,absq; assensu.*

RElatione,&c. Reo perseuerante in contumaciam datur terminus probatorius, vel interponitur primum decretum de immittendo in possessionem arbitrio actoris, & infrà tres menses reus admittitur purgata contumacia, & refectis expensis. H. D.

1 Limita in minore, qui per restitutionem in integrum admittitur ad purgandam contumaciam,etiã non refectis expensis, vt per *Thesaur.decis.9.*

Item limita, vt non procedat cum Vniuersitatibus,contrà quas non potest procedi in contumaciã,
2 *l.1. C.de iur.Reip.lib.11. Licentiat.de Pisa* in sua *Decur.Pisan.lib.2.c.2.*

Item non procedit,quandò reus est in Ciuitate,
3 quia tunc omnes actus sunt ei notificandi, saltem domi,ex traditis per *Vantium de nullitat. in rubr.ex defectu citat.num.98.*& ità seruatur. Ampliabis modò hanc pragmaticam,vt procedat, etiam si quis
4 esset citatus à suo Iudice extrà eius iurisdictionem absq; imploratione brachij Iudicis loci,nam adhùc tenetur comparere, & si non compareret,reputabitur legitimè contumax, & procedetur contrà eum, vt in hoc *text.* ità pulcherrimè docet *Andr.in c.1. nn.7. vers.aliàs potest dici,*cum duobus *seqq.*vsq; ad *vers.quid ergò,de controuers.inter vasall.& alium de*
5 *benef.* Nam licèt Iudex citans absq; licentia Iudicis loci incidat in pœnam turbatæ iurisdictionis, vt in *pragm.1. suprà de iurisdict.inuicem non turb.* tamen ipse subditus citatus non excusatur.

Neq; credas ex illis verbis *text.*ibi, *& actor eius*
6 *contumaciam in dicto termino accusauerit,*quòd propterea actor teneatur ipse accusare contumaciam per formalia verba, sed sufficit,quòd ipse compareat in vltimo peremptorio,& instet,aliàs si ipse nõ instaret, non esset incusanda contumacia, vt pulchrè docet *Andr.in cap.1.num.11.& seq.de controu. inter vasall. & alium de benef.* & *ibi* etiam explicat, quid si in die vltimi peremptorij non fuit recta Curia, vel propter diem festum, vel propter secessum Iudicis, aut alterius impedimenti occasione, debet comparere die sequenti.

Hæc autem contumacia qualitèr contrahatur,
7 cuius sit effectus,& quas pœnas producat,plenè discutit *Petr. Gregor. Syntag.iur.vniuers.lib.48. cap.3.*
8 Inter cæteras autem pœnas vna enunciatur in hac pragmatica,vt scilicèt contumax patiatur missionẽ in possessionem omnium bonorum, quæ fuit introducta de iure communi, vt per *Doctores* omnes in *l.si finita, §.si de vectigalibus, ff.de damn.infect.* An
9 autem veniant in hac missione in possessionẽ etiam feudalia,& certum est,quòd vsquè ad tempora *Marini Freccia* veniebant etiam feudalia, in defectu tamen burgensaticorum,& non alitèr,quo casu poterant etiã capi in causam iudicati, & demùm procedebatur ad illorum vẽditionem cum assensu Regis, vt per *Andr.in cap.1. num.6. & ibi* latissimè *Liparul.in verb.sed an iudiciale pignus, de inuest.de re alien.fact.* & per *eundem Andr.in Constit. Si quis post litem,& ibi* etiam per *Afflict.& Capyc.*in sua *inuest. in verb.feudorum exequutiones, Frecc.lib.3. subfeud. inter differentias inter feud.ex pact.et prouid.& feud. hared. differ.5. in rubr. de differ. inter feud. regal. & titul.& alia,differ.29.*

Posteà verò superuenit Regia ordinatio, per quam fuit iniunctum, nè fieret illa exequutio super feudo, nec super fructibus feudi,vbi non præcedit obligatio cum assensu, de qua attestatur *Præses de Franch.decis.704.*

Sed

Sed an per dationem termini in contumaciam, prout in hoc *tex.* inducatur litis conteſtatio, & vi-
16 detur, quòd non, nam litis conteſtatio requirit præſentiam actoris, & rei, *Bald. in l. 1. C. de lit. conteſt.* ergò non poteſt induci per actum, qui fit abſente reo, & in hanc opinionem videtur inclinare *Marant.* in ſua *praxi p. 2. 6. in verb. & aduertatur circà contumacias, num. 16. in fin. fol.* mihi 330. ſed contrarium conſtat ex *Bart. in extrauag. ad reprimēdum, in verb. conteſtata, num. 2.* vbi ait, quòd contumacia habet vim litis conteſtationis pro vtraquè parte, quod antè *Bartol.* voluit expreſsè *gloſ.* ordinaria *Ioan. Andr. in cap. 1. §. 1. in verb. abſentia,* circà *medium. de elect. in ſexto,* & hoc etiam ſentit *Præſ. de Franch. deciſ. 457. num. 8. & 9.* & expreſsè tradit *Anton. Faber lib. 4. ſui Cod. tit. de vſur. defin. 33.*

Et citatus perſonaliter, ſi non comparet, dicitur
11 verus contumax, etiam ſi non dixerit, *nolo venire,* ità *Bald. in cap. 1. de milit. vaſall. qui contum. eſt. & Afflict. ibidem num. 9.* ſed in contrarium eſt *gloſ. in c. venerabilibus, §. porrò, in verb. in iudicio de ſentent. excomm. in ſexto,* quæ vult, quòd etiam ſi nuncio citanti dixerit, *nolo venire,* non propterea dicitur verus contumax, niſi hæc declaratio, quòd non vult venire, eſſet facta in iudicio, & probat per illum *text.* tu videas *Tiraquell. in tract. res inter alios acta, limit. 9.* qui dicit, eſſe indubitatum, quandò dixiſſet ſinè cauſa nolle comparere coràm Iudice.

Pro declaratione verò litis conteſtationis eſt vi-
12 dendus *Virg. Boccac. de interd. vti poſſid. cap. 19. Andr. Kol. exercit. legal. 4. & 5.* vbi declarat, quòd non ſit neceſſaria in cauſa appellationis à diffinitiua, vel interlocutoria, niſi in diffinitiua, vtraq; parte præſente. Verùm quia ſuperiùs aliqua tetigi de exequutione facienda in bonis feudalibus per immiſſionem in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto, non grauabor aliqua attingere circà exequutionem in fructibus feudi, & etiam circà exequutionem, ſeù ſequeſtrationem iuriſdictionis: in qua quidèm quæſtione animaduerto, omnes fere
13 *Doctores,* citrà, & vltrà Montes paſſim admiſiſſe, etiam ad inſtantiam creditorum ſine aſſenſu, & in mera actione perſonali poſſe fieri exequutionem, nedùm ſuper fructibus feudi, ſed ſuper ipſomet corpore feudi, & immitti in poſſeſſionem, etiam ex ſecundo decreto, vt tradiderunt in *l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, ff. de damn. infect.* infraſcripti, videlicèt

Bartol. num. 4. Roman. num. 17. poſt *Specul. & Io. Andr.* quos *ibi* allegat, *Cuman. num. 9. in fin. verſ. ſed ſi ſecundum decretum, Paul. de Caſtr. num. 6. Alex. num. 12.* cum *ſeq. Iaſ. num. 12.* & videtur etiam admiſiſſe *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. diff. 29. inter feud. titul. et alia,* poſt *Ardiz. in ſumm. c. 17. Andr. in §. quid ergò, num. 6. per tot. de inueſt. de re alien. facti.*

Verùm hanc opinionem quòad corpus feudi falſam omninò eſſe demonſtrarunt *Doctores Regnicolæ,* prout ſunt *Camer. in l. Imperialem, car. 18. col. 4. lit. V. et column. ſeq.* & meliùs *cart. 51. lit. K. et in c. 1. quæſt. 10. num. 95. An agnat. Afflict. in Conſtit. Si quis poſt litem, num. 9. deciſ. 26. et deciſ. 240. ſub num. 10. Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 5. inter feud. ex pacto, et feud. hæred. et in 3. formul. inueſtit. num. 8.* circà *princ. fol.* mihi 407. *colum. 1. in princ. Loffred. conſ. 46. nu. 17. et ſeqq. Thom. de Marin. tit. 6. num. 37. Reg. de Ponte conſ. 34. nu. 8. 9. lib. 1.* & extrà Regnum *Cumia in cap. Si aliquem in verb. antiquis,* ſub *num. 267. Aſin. pract. iudic. §. 31. cap. 2. limit. 46.* & reliqui omnes citati per *Harthm. Piſtor. quæſt. iur. lib. 1. q. 15. num. 3.*

At quòad fructus feudi illam receperunt, non ità
14 ſimpliciter, & indiſtinctè, ſed in ſubſidium tantùm, & in defectum aliorum bonorum, & tunc nō quòad omnes fructus, ſed deducta portione neceſſaria feudatario pro præſtando ſeruitio directo Domino, & pro alimonia, & ſubſtentatione vitæ ipſius feudatarij, vt ſentiunt omnes præcitati *Doctores,* & præſertim *Afflict. in d. Conſtitut. Si quis poſt litem, num. 14.* circà *med. verſ. item quòd remaneant, Frecc.* in allegata *diff. 5. inter feud. ex pacto, et feud. hæred.* vbi allegat *text. in cap. 1. §. fin.* alias *verſ. ſed ſi feudum, Epiſcop. vel Abb.* latiſſimè *Camerar. in d. l. Imperialem, cart. 20. lit. G.* vbi per ſex *col. ſubſeq.* diſputat hanc quæſtionem, & concludit, vt ſupra, & videatur, quæſo, *cart. 22. lit. L.* vbi ſummo ſepore conuertit ſermonem ad Regios Conſiliarios, eis perſuadendo meliſſuis verbis ad id iudicandum.

Et quatènus ex reliquis fructibus non poteſt ſa-
15 tisfieri creditori ſine aſſenſu, proditum eſt remedium, vt cogat feudatarium ſuum debitorem ad vēdendum feudum, & ex illius pretio poterit ſibi ſatisfieri, *Præſ. de Franch. deciſ. 704. Reg. Conſil. Anna conſ. 4. num. 73.* & fuit practicatum ad inſtantiam Iuliæ Piſcicellæ contrà Fabium Galeotam per decretum interpoſitum per Sacrum Cōſilium iunctis Aulis, facta relatione in Collaterali Conſilio die 10. Iulij 1600. in proceſſu Iuliæ Piſcicellæ contrà Aſcanium Comum, & Ioannem Franciſcum Galeotam. fol. 575. Actuarius de Felice.

Sed quòd poſſit ſequeſtrari iuriſdictio, fateor, id
16 me reperire non potuiſſe, niſi apud duos *Doctores,* ſcilicèt *Io. Fabr. in §. item ſeruiana, num. 31. Inſt. de actionibus, & Io. Vincent. Anna ſing. 180. exequutio.* Verùm ille loquitur in feudis Gallicis, & fundat dictum ſuum in eo, quòd illa feuda ſunt redacta ad inſtar allodialium, & poſſunt ad libitum alienari,
A propter quod non procedit in feudis huius Regni. Hic verò nihil adducit pro ſua opinione, ſed tantùm decretum in ſimilibus factum per Sacrum Conſilium, & propterea eius authoritas non poteſt ſedare animum Senatus ampliſſimi, qui non exemplis, ſed iuribus coarctatur, & non quod fit, ſed quod fieri debet ſcrutatur, *l. nemo* (cù *de ſentent. & interloq. omn. iudic. l. ſed licèt, ff. de offic. Præſid. cap cùm cauſam, extrà de elect.*

Pro detenſione igitur opinionis *Annæ* cogitabā,
17 ponderanda eſſe verba *DD.* etiam Regnicolarum, qui in caſibus, in quibus admittunt, poſſe ſequeſtrari fructus feudi, non loquūtur abſolutè de fructibus feudi, ſed generaliter de omnibus commoditatibus feudi, inter quas commoditates procùldubio eſt ipſa iuriſdictio. Ergò ijdem *Doctores,* qui tradunt, poſſe ſequeſtrari fructus, & omnes commoditates feudi, licèt expreſsè, & explicitè non loquantur de iuriſdictione, implicitè tamen, & virtualiter includunt etiam iuriſdictionem, quæ ſub illis commoditatibus feudi continetur.

Verùm enimuerò quàmuis hoc argumētum primo aſpectu videatur ſatis concludens, tamen diligentèr perſcrutata ratione, qua mouentur *DD.* ad admittendum ſequeſtrum in fructibus, in promptu dignoſcitur, hoc argumentum eſſe falſum, & nihil
18 pēnitùs operāri in hoc caſu. Ratio igitur, propter quam ſequeſtrum in fructibus feudi eſt permiſſum, etiam creditori ſine aſſenſu, ea eſt, quia fructus feudi conſiderantur vti ſeparati, vel ſeparandi à ſolo, &
19 ſic vti burgenſatici, ergò creditor, licèt non habeat aſſenſum, tamen poteſt ſequeſtrare fructus burgenſaticos, ità perbellè docet *Camer. in d. l. Imperialem, car. 19. col. 4. lit. T. V. Reg. de Ponte d. conſ. 34. num. 13.*

quæ

10 quæ ratio non potest comprehendere iurisdictionem, vel quia iurisdictio semper est feudalis, vt tradiderunt *Capyc. in inuest. in verb. Castris, col. 2. vers. est bene verum, fol.* mihi 101. *& in verb. feudatariorũ appellationes*, propè *finem, vers. sed hoc videtur, Prec. de subfeud lib 3. differ. 26. inter feud. quatern. & de tabul. fol.* mihi 424. *col. 1. in fin. Pisanell. in pragm. edita Thori*, quæ est *quarta*, *sub tit. de possess. non turb. n. 60.*

Vel quia est de Regalibus, & hæc non alienatur sine assensu, vt per *Reg. de Ponte conf. 30. num. 13. lib. 1.* & propterea creditor carens assensu non potest super iurisdictione apponere manus.

Si ergò ratio, quæ militat in fructibus, non militat
11 in iurisdictione, ergò id, quod dicunt DD. in fructibus feudi, & alijs commoditatibus feudi, non potest comprehendere iurisdictionem, tùm argumento à ratione cessante, *l. adigere*, *§. quamuis*, *ff. de iure patron.* tùm etiam, quia posito genere, non intelligitur posita quælibet eius species, licèt posita specie sequatur positio sui generis, vt docet *Everard. loc. 61. à positione speciei, &c.*

Et propterea concluditur, quòd iurisdictio nullo modo sequestrari potest, fructus verò eatènus, quatènus supersunt vltrà seruitium Domini, & alimenta ipsius feudatarij debitoris, & ità seruatur.

ADDITIO.

HIC tantispèr sistamus (precor) nàm etiam in hoc Regno tenentur aliqua feuda, ac iurisdictiones in allodium, immò semper iurisdictio censetur concessa in allodium, nisi expressè sit dictum, *in feudum*, per *text. in c. 1. quis dicat. Dux*, quem punctualem esse, & à nemine ad hoc ponderatum, dicit *D. Fulu. Lanar. in addit. ad repetit. Reg. Lanar. in c. 1. de his, qui feud. dare poss. num. 83.* circà *finem*, & ità *text.* illum intelligit *Andr. ibidem, in ver. qui verò à Principe, & Lipar. in ver. Per.* & ad id etiam ponderat *Horat. Montan. de Regalib. in cap. Potestas constituend. magistr.* sub *num. 20. & 21.* quo loci elegantèr probat, quòd in dubio non apparente inuestitura iurisdictio de iure communi, etiam in hoc Regno præsumitur à possessore teneri in allodium, nisi appareat concessa in feudum, contra *Lanar.* & alios, qui contrarium sentire videntur, & antè *Montan.* latissimè fundauit *D. Reg. de Ponte in decis. 2.* à *num. 5.* cum *seqq.* & præsertim *18. & 20.* & *Capiblanc. in prag. 8. p. 1. nu. 33. de Baronib.* & id etiam dicit *Lanar. ibidem nu. 92.* vbi inter alios adducit *D. Reg. de Curte in diuers. iur. feud. in cap.* incip. *Potest quandoq; num. 11. fol. 28.* attestantem, iurisdictionem non tantùm in feudum, sed etiam in burgensaticum posse concedi, ex *Afflict. in c. 1. §. è contrà de inuest. de re aliena fact.* & in multis partibus Regni iurisdictionem teneri in allodium, & *D. de Ponte in d. decis. 2.* latissimè fundat, feudum, ac iurisdictionem Ecclesiæ concessum, & concessam, eaq; possidente, præsumi datam in allodium, & nedùm Ecclesias, earumq; Prælatos, sed etiam laicos in quamplurimis partibus Regni, tenere Castra, & Iurisdictiones in allodium, quemcitat idem *D. Lanar.* sub *num. 93. in fine*. Quinimmò potest dari casus, quòd Castrum sit allodiale, Iurisdictio verò feudalis, stant enim Castrum, & Iurisdictio vti diuersa, & separata, & potest vnus esse Dominus Castri, & alter iurisdictionis, prout ex *Bald. Aluar. Afflict. Rosent. Paul. de Castro, Iacob.* & alijs tradit idem *Lanar. ibidem num. 94.* & quòd Castrum possit teneri in allodium, Iurisdictio verò in feudũ, consuluit *Paul. de Castr. in cons. 179. num. 5. ver. secunda ratio*, seù in *ver. & quòd ista possint*, *lib. 1. & D. Gizzarell.* refert casum mirabilem de Actuaria Atragiæ, quæ pro quatuor partibus fuit declarata feudalis, & quinta pars burgensatica, vt in *decis. 88. in principio*.

Quòd si feuda, quæ tenentur in allodium ad instar feudorum Gallicorum, exequi possunt, & capi in causam iudicati ad instantiam creditorum sine assensu. Ergò feuda saltèm, & iurisdictiones, quæ in hoc Regno tenentur in allodium, exequi, & sequestrari sinè difficultate poterunt, ad instantiam creditorum sine assensu, & ità restringenda, ac declarãda erit supradicta *Domini Regentis* doctrina, dùm dicit, quòd feuda huius Regni minimè sequestrari possunt ad instantiam creditorum sine assensu, & sic intelligendæ quoq; erunt Regnicolarum *DD.* traditiones circa hoc, quos allegat *D. Regens hic* sub *nu. 13. ver. verùm hanc opinionem*.

Iurisdictionem etiam, seù verius eius fructus, vt sunt pœnæ, mulctæ, confiscationes bonorum, alijquè prouentus, vt constat ex *Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 5. num. 42. & 43.* post *Andr. in c. 1. in ver. qui verò à Principe*, vbi etiam *Lipar. in ver. Fructus tales, quis dicatur Dux*, posse sequestrari, si in burgensaticum, seù allodium fuerit concessa, vel præscripta, cùm non sit dispar ratio, feudum enim, & iurisdictio quatènus cum feudo est concessa, eodem iure censetur, *D. Reg. Capyc Galeot. contron. 2. num. 43. tom. 2.* & si Castrum, seù Territorium est allodiale, allodialis paritèr erit iurisdictio, cum eo concessa, prout dixit *D. de Ponte in d. decis. 2.* sub *num. 18. ver. si ergò concesso Castro*. Concludimus ergò, posse feudum, atq; etiam iurisdictionem in allodium concessum, & concessam, ad creditorum sine assensu instantiam sequestrari, & in causam iudicati capi, iudiciale, vel prætorium pignus constituendo, quamuis Regis assensus deficiat, cùm non sit necessarius in bonorum allodialium, vel similium alienatione.

Hæc conclusio multò magis, & sine vlla difficultate procedet, etiam in fructibus feudi in allodium concessi, vel considerentur vti separati, vel vt separandi, vel etiam pendentes (modò sint obligati. De quo tractant *Laderch. cons. 89. Carleual. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 5. num. 25. & 26. Minad. decis. 20. Surd decis. 97. Sese decis. 87. num. 5. & 6. Vilcont. in ver Fructus futuri, Ricc. collect. decis. 328. in fine, Negus. de pignor. in 2. membr. 2. par.* sub *num. 27. &* melius in *3. memb. 2. par. num. 45. & Barbat. de assistent. glos. 5.* à *nu. 27.*) quia si potest alienari ipsum principale corpus feudi in allodium concessi, eodem modo poterunt eius fructus distrahi, prout ex *Manent.* deduxit *Horat. Barbat de assist. glos. 5. num. 32. in fine*, loquens in fructibus feudi mixti, & *Bursat.* multos allegans in *cons. 296. num. 7. lib. 3.*

Et eodem modo, pariquè ratione capi poterunt fructus iurisdictionis allodialis, & in burgẽsaticum concessæ, vel etiam præscriptæ, cùm sit in omnibus par ratio, ac idem ius, vt est suprà fundatum.

Difficultatem tantummodò facit *Dominus Regẽs* authoritate nonnullorum Regnicolarum, in ipso corpore feudi, vel etiam iurisdictionis feudalis, affirmans, nullo modo posse ipsum corpus feudi, vel iurisdictionis exequi, & in iudicati causam capi, ad instantiam creditorum sine assensu, concedens tantùmmodò, fructus feudi, non autem iurisdictionis posse exequi, ac per Iudicem sequestrari, in subsidiũ tamen, & in defectum bonorum allodialium tãtùm, ac deducta portione necessaria feudatario, pro seruitio directi Domini, & pro alimonia, & substenta-

tione

xione ipsius feudatarij, ex *Afflict. Frecc. Camerar. Thoma de Marin. De Ponte, Cum.* & alijs.

Ego verò (nisi me terreret authoritas, & doctrina tanti Præceptoris, immò potiùs Sacri Consilij, quæ aliquando perterruit celeberrimum illum Iurreconf. *Philippum Decium*, vt refert *D. Reg. Merlin. in controu.* 100. sub *num.* 22. *vol.* 1. ac etiam assiduus cõtrarium iudicandi vsus) in contrariam abirem sententiam, facilèquè putarem, nedùm fructus, quouis modo considerentur, in exequutionem rei iudicatę, & pro debito capi posse, verùm etiam ipsum corpus feudi, ac iurisdictionis fructus posse sequestrari. (Enimuerò cùm iurisdictio sit quid incorporale, & inuisibile, habens subiectum actiuè personam Dominantis, passiuè verò personas subiectorum, secũdùm *Montan.* sub *d. num.* 21. non poterit verè, & formalitèr super eius corpore fieri sequestrum, nec exequutio, sed tantùm super illius commoditatibus, seù fructibus,) Hoc autèm vt pateat.

Considero in primis, quòd feuda dicuntur in bonis nostris, & sunt in commercio feudatariorum, sicut latissimè fundat *D. Consil. Gizzar. decis.* 35. *num.* 23. *& seqq.* post *Andr. Camerar.* & alios, quos allegat, non enim quasi res sacræ, vel Campus Martius prohibentur alienari *l. apud Iulianum, §. constat, ff. de legat.* 1. sed quia feuda constant ex vtili, & directo dominio, quorum vtile in feudatarium, directum verò pęnès Dominum remanet, ad *text. in l. 1. ff. si ager. vectig. vel emphyt. pet.* & sic feudatarius ratione directi dominij ad plurima Domino est obligatus, ideòq; plurimùm Domini interest, ne mutetur feudum, & persona feudatarij, sine eius voluntate, ex regula *tex. in l. finali, ff. de vsu, & habit.* vndè nec melior persona in feudo eligi potest, sine Domini consensu, per ea, quæ dixit *Andr. in c. 1. de capit. Corrad. D. de Marinis resol. quotid. resol.* 23. *num.* 5. impedit ergò Rex, nè feuda alienentur, quod sanè impedimentum non consideratur intrinsecè in ipso feudo, quasi sit inalienabile ex se, sed extrinsecè in persona Domini impedientis, ità considerat subtilitèr *Io. Faber in §. non solùm, Instit. de legat.* & hinc fit, quòd assentiente Domino in alienatione feudi, remanet feudum alienatum, non ab ipso Domino cõsentiente, sed ab ipso feudatario alienante, prout dicit *Andr. in c. 1.* seù *l. Imperialem*, sub *num.* 11. *de prohib. feud. alien. per Federic.* & Dominus assentiendo non facit, quòd feudum sit alienabile, sed remouet impedimentum, quod priùs extabat in ipsa alienatione, vt *ibidem* scripsit *Andr. & glos. in Constitut. Constitutionem diuæ memoriæ.*

Concludo ergò, quòd feuda de per se sunt alienabilia, & computantur in bonis nostris, *glos. in c. 1. per quos fiat inuestit.* & veniunt etiam in petitione hæreditatis, & restitutione fideicommissi, vt per *DD. in l. & non tantùm, ff. de petit. hæredit. D. Reg. Capyc. Galeot controuers. 22. num. 25. tom. 2.* & latissimè *Consil. de Georg. in repet. feud. cap. 47. à num. 9.* ad 15. & sic erit dicendum, quòd obligatis, seù alienatis per feudatarium omnibus bonis suis, feuda quoquè obligata, & alienata censentur, non refragante regula, quæ desumitur ex *text. in c. licèt vasallus, §. in generali, si de feud. controu. sit inter Domin. & agnat.* quòd scilicèt in generali alienatione nõ veniat feudum, & in *l. obligatione generali, ff. de pignor.* quòd in obligatione generali non veniunt ea, quæ quis in specie non esset obligatus, nam *glos. in d. §. in generali*, remittit se ad *glos. in c. 1. de Capit. qui cur. vendi.* quæ expressè tenet, in generali obligatione, seù alienatione, etiã feuda venire, per iura, & rationes, quas adducit.

Præterea principalis ratio, propter quam alienãs non præsumitur alienare feuda, est propter metum pęnæ contentæ in iuribus feudalibus, vt in *c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Federic.* at in hoc Regno ex benignitate *Consti. Consuetudinem diuæ memoriæ*, corriguntur leges pęnales circa feudorum alienationem, prout dicit *Andr. in c. 1. de vasall. qui contr. Const. Lothar. ver. in Regno Siciliæ, & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Federic.* vbi dicit, quòd in Regno Siciliæ non videtur interdicta ita strictè feudorum alienatio, quia non perditur feudum, & ipse idem, qui alienauit, reuocat, *Afflict. decis. 111. num. 2.* & idẽ *Andreas ibidem* sub *nu. 63.* dicit, quòd in Regno Siciliæ non perditur feudum propter alienationem. Deficiente ergò ratione, qua cautum est, quòd in generali alienatione non comprehenditur feudum, quod est timor caducitatis, vel alterius pęnæ, deficit dispositio *l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatron.* & excluditur etiam præsumptio voluntatis feudatarij circa alienationem feudi, nam cessante metu pęnæ, præsumitur velle feudum obligare, sub generali obligatione, & in specie voluisse illud obligare, iuxtà *text. in d. l. obligatione generali*, & consequentèr stamus proprietati verborum, vt alienatis bonis omnibus, feuda etiam censeantur à contrahentibus in alienatione, vel obligatione comprehensa. Et hoc argumento vtitur *Io. Faber Instit. de rerum diuis. in rubr. nu. 4.* vbi dicit, quòd cùm hodiè de consuetudine Regni Franciæ feuda alienari possint, etiam sine voluntate Domini, veniunt in generali alienatione, cùm cesset ratio dicti *c.* seù *§. in generali, si de feud. contron. fuer.* & *d. c. primi. de Capit. qui Cur. vendi.* & idem dixit *Ripa in d. l. obligatione generali. ff. de pign.* & *Corneus in cons. 321.* sub *num. 10. in fine, vol. 4.* & satis benè, & ad propositum *Curt. iun. in cons. 26.* sub *num. 8. ver. Præterea vltrà hoc*, dicens, quòd in generali sermone non comprehenduntur feudalia, quando resultaret aliquod præiudiciũ, putà caducitatis, & quòd sub hac ratione fundata est regula *d. cap. si vasallus culpam, §. in generali*, quia non est verisimile, quòd in generali sermone facere quis velit actum simpliciter prohibitum, nec per quem incidat in pęnam, & *Fabr. Rip. Curt. Corn.* & alios in locis prædictis sequutus est *Crauett. in cons. 56. num. 5.* & 6. quem vide, quia benè loquitur, & præter eos vide etiam *D. Gizzarel. decis. 88.* qui latè disputat hunc articulũ.

Si ergò venit in generali obligatione feudum, ex eo, quia ex se, & intrinsecè non est inalienabile, sed potest alienari per feudatarium liberè, cum consensu Domini, & alienandi prohibitio à veteri iure feudorum sub pęna introducta, est abrogata, & remissa per nouam iuris feudalis huius *Regni Constitutionẽ*, dubio procùl cogimur affirmare, quòd debitor, qui sub obligatione omnium eius bonorum debitum contraxit, vel omnia bona sua vendidit, pignori, & venditioni suppositit, nedùm bona allodialia, sed etiam feudalia, estò cum reseruatione, & cum spe Regij assensus, & quòd possit Iudex feudum pro debito, vt suprà per feudatarium contracto, exequi facere, ac super eo sequestrum apponere, Regio tamen accedente consensu.

Rursus, quòd possit Iudex hoc facere, facilè patebit ex eo, nam videmus, & in dies experimur, quòd Sacrum Consilium, & Regia Camera cogunt feudatarium, & etiam illius hæredem, ad instantiam creditoris sine assensu, & etiam in actione personali ad vendendum feudum, vt satisfiat creditoribus, & legatarijs, *D. Præs. de Franch. decis. 704. D. Regens*

Marchio

Marchio Torell. conſult. 99. nu. 21. & dec. 6. D. Lanar. in addit. in cap. 1. de ſucceſſ. feudi, qui dicit, quòd cogit etiam per capturam perſonæ, *De Thor. in 2. part. Compend. in ver. feudum vendere an compellatur, & Iſcon. in concluſ. iur. in ver. exequutio ſententiæ, Montan. de Regal. offic. ſub n. 43. & D. Reg. hic, & conſ. 77. lib. 2.* & melius in *pragm. 25. n. 61. de feud.*

Quòd ſi poteſt iudex, etiam deficiente aſſenſu, cogere debitorem feudatarium, ac ipſius hæredem ad vendendum, multò faciliùs poterit ipſe feudum vendere, cum Regis tamen aſſenſu, feudatarij vicem, ac factum ſupplendo, factum nàmq; Iudicis, partis factum dicitur, & ſic à Iudice celebrata venditio, ab ipſa parte facta dicetur, *text.* eſt clarus, & ad hoc præcipuè factus in *L. ſi ob cauſam 13. C. de euiction.* vbi *Bald. Salyc.* cæteriquè *Doctores* omnes. Præſertim ſi fuerit Sacr. Conſil. quod vicem Magni Prætoris obtinet, *Frecc.* in his terminis *de ſubfeud. lib. 3. tit. de different. inter feud. ex pact. & prouid. hæreditar. verſ. Quintò quandò, num. 2.* vel Regia Camera Summariæ, quam Regium, & Supremum Conſilium appellat *Regens Reuerter. deciſ. 7. lib. 1.* relatus à *Regent. Galeot. reſponſ. Fiſcal. 2.* ſub *num. 42.* de cuius Tribunalis origine, dignitate, prærogatiuis, ac priuilegijs latiſſimè diſſerit idem *D. Reg. Galeot. per tot. d. reſponſ. 2.*

Neque in hoc Domini conditio fit deterior, non enim feudum alteri acquiritur, & in alterum transfertur ſine ipſius Domini voluntate, dum omnia fient cum eius aſſenſu, vt eſt ſuprà dictum, neque eius ſeruitium diminuitur, aut feudi natura in aliquo mutatur, ſed omnia in priſtino ſtatu permanent. Et effectus erit maximus, nàm creditor, qui aſſenſu caret, nec poteſt illum expedire, vel propter mortem debitoris, aut venditoris, vel aliud impedimentum, creditum ſuum, quod iuſtè ſibi debetur, ſine debitoris iniuria, & abſq; Domini præiudicio conſequitur.

Et hanc opinionem, quòd poſſit ſuper ipſo corpore feudi exequutio fieri ad inſtantiam creditoris ſine aſſenſu, tenuerunt *Doctor. in l. ſi finitu, §. ſi de vectig. alibus, ff. de damno infect. Andreas in cap. 1. §. quid ergò, n. 6. de inueſt. de re alien. fact.* & ſequitur *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. differ. 29. inter feud. Regal. titul. & alia*, & longè melius, & clarius eodem *lib. 3. tit. de different. inter feud. ex pact. & prouid. in ver. Quintò pro debito defuncti, num. 2.* vbi refert praxim Sacr. Conſil. quod decernit, feudum exponi venale, & plus offerenti liberari, Regio aſſenſu priùs obtento, nec debitor poteſt venditionem reuocare, quia eo inuito diſtrahitur, & ex authoritate Magni Prætoris, qui eſt in Regno Sac. Conſil. & reuocatio ceſſat, quandò contrà voluntatem debitoris, ex prouiſione tamen legis feudum deducitur penès alium, nomine tamen Regis, & *Frecc.* citat, & ſequitur *Thom. de Marin. de feud. tit. 6.* ſub *ver. dubitatur, an exequutio, num. 37.* licèt hi duo inter alios pro contraria opinione à Domino *Regent.* adducantur, & ideò videri poterũt, ſi hanc, vel contrariam opinionem firmant.

Patet ergò, ipſum feudi corpus, tùm ex iuris feudalis regulis, tùm etiam ex praxi, & obſeruantia Sacr. Conſil. poſſe in iudicati cauſam capi, ac ſuper eo exequutionem, & ſequeſtrum fieri, ac etiam ad illius venditionem procedi ad inſtantiam creditoris ſine aſſenſu. Id, quod locum quoquè ſibi vindicabit in iuriſdictione, ſeù mauis in eius fructibus, vt ſuprà indicaui, ſuper quibus propriè, & formaliter fit exequutio, ac ſequeſtrum, etiam deficiente aſſenſu, licèt decreti verba proferri ſoleant, quòd ſequeſtretur iuriſdictio, quo interpoſito creditores recurſum habent ad Dominum Protegem, qui nomine Regio deputat Capitaneum in feudo illo ad iuriſdictionem exercendam, cum annua prouiſione ſoluenda ex prouentibus, & ſic iuriſdictio, quæ exercebatur per Officialem Baronis feudatarij, exercetur per Officialem, qui à Domino Protege deputatur. Donec creditoribus ſatisfiat, vel feudum vendatur, Regio mediante aſſenſu, vt dictum eſt, & ità obſeruatur.

Nec prædictis refragabitur, quòd iuriſdictio ſemper eſt feudalis, vt tradunt *Capyc. Frecc. & Piſanell.* vel quòd eſt de Regalibus, vt per *Dom. de Ponte conſ. 30. num. 13. lib. 1.* & per *Montan.* in *loco* ſuprà citato. Nàm, vt ſuprà latiſſimè, clariſſimèq; eſt probatum, iuriſdictio in dubio præſumitur data in allodium, & in allodium in multis Regni partibus à quamplurimis poſſidetur, & ſic regula à prædictis *Doctor.* tradita, quòd iuriſdictio ſemper eſt feudalis, non eſt vndèquaque vera (pace tantorum Patrum hoc ſit dictum.) Et quòd iuriſdictio ſit de Regalibus, hoc concedo, non tamen ſequitur, quòd non poteſt alienari, & in alterum transferri, nàm contrarium quotidiè videmus, vel ſit de iure, vel de conſuetudine, *Dom. Regens Galeot. in reſponſ. Fiſcal. 23. num. 207.* Nec ſolùm ipſam iuriſdictionem, ſed etiam cætera Regalia, (non tamen quæ ſunt ſupremæ poteſtatis, ac ad Regiam Coronam ſpectant.) poſſe alienari, luculentèr tradit *Montan. in d. loco*, & nos tetigimus ſuprà in *prag. 1. in ver. laicis autẽ. de aucup. &c.* quod adeò verum eſt, vt D. *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in 13. author. Baron.* ſub *num. 9.* ſuprà *verſ. ex his patet*, dicat, quòd iuriſdictio quandiù reſidet penès Regem, eſt ipſius ſpeciale decus, quandò verò alteri conceditur, vel donatur per Regem, non cenſetur penès recipientem eſſe ius Regale, ſub illa regula, & natura, qua erat, quandò erat in Corona, & domanio Regis, ſed quòad quid retinet, & quòad quid immutatur, ex mutatione perſonæ.

Poſſe autem feudi fructus ſequeſtrari, ac in iudicati cauſam capi, iuxta *textum in l. à Diuo Pio §. in venditione & §. ſi pignora, & ſeqq. ff. de re iudic.* ac etiam diſtrahi, cum moderationibus tamen, de quibus per *Dominum Regentem hic*, nemo eſt, qui dubiter, & ideò ampliùs non inſiſto, ſi tamen cupis *Doctor.* ſcire, qui hoc tractant præter allegatos per *Dominum Regentem hic*, require apud *Burſat. d. conſ. 196. n. 7. vol. 3.*

Quod autem diximus, in generali obligatione venire feuda, modo tamen, & rationibus vt ſuprà, an adhùc neceſſe ſit ea expreſſim obligari, vel veniant ſub generali obligatione bonorum, abſquè illorum expreſſione, obſerua *Dom. Gizzarell. deciſ. 88.* dicentem, per Sacrum Conſilium fuiſſe deciſum, comprehendi feudalia ſub generali obligatione fauore mulieris, & *Dom. Gizzarell.* citat *Dom. Horatius Barbat. d. gloſ. 5. num. 112.* ex quo infert ad notabiles quæſtiones.

Io. Laganarius.

De Ordine Iudiciorum. Prag.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Minor propter contumaciam contractam expẽsas re-ficere haùd tenetur.*
2 *Reus, si omissa via interponendi secundi decreti, elegerit aliam viam, & fecerit dare terminum in contumaciam, tunc absquè alia citatione compilatur processus per singulos actus ordinatorios, & fertur sententia in contumaciam, quod fallit, si moriatur Iudex, quia coràm successore requiritur noua citatio.*
3 *Missio in possessionem ex secundo decreto vt procedere possit, non sufficit prima citatio, & contumacia incusata, sed requiritur noua citatio, & non sufficit, si citaretur Procurator conuenti, quantùmuis generalis, sed debet citari ipse Principalis.*
4 *Reo contrà actorem nolentem prosequi iudicium semel cœptum vti consulatur, remissiuè.*

REo, &c. Post tres menses à contumacia contracta proceditur ad interpositionem secundi decreti, citato priùs iterùm Reo, si tamen non cõparuerit infrà tres dies vtiles. H.D.

1 Idem de iure communi per *text. in l. sancimus, C. de iudic.* sed fallit in minore, qui non tenetur reficere expensas, vt dixi in *præcedenti* ex *Thesaur. decis.9.* Quòd si Reus omissa via interponendi secundi decreti elegerit aliam viam, & fecerit dare terminum in causa in contumaciam, vt in *pragmatica præcedenti*, tunc absq; alia citatione compilatur processus per singulos actus ordinatorios in cõtumaciam, & fertur sententia etiam in contumaciam, nisi acciderit mors Iudicis, nàm tunc coràm successore vti nouo Iudice requiritur noua citatio, non obstante illa contumacia semèl contracta coràm primo Iudice, ità fuit decisum per S.C. teste *Minad dec.28.* & pro absoluto admittit *Præs. de Franch dec.457.nu.3.*

Et nota, quòd vt deueniri possit ad misionem
3 in possessionem ex secundo decreto, non sufficit illa prima citatio, & contumacia incusata, sed requiritur noua citatio, vt ibi, *iterùm citetur contumax, &c.* Tu addas, quòd non sufficit, si citaretur Procurator conuenti, quantùmuis generalis, sed debet citari ipse Principalis, vt aduertit *Paul. de Castr. in l. hoc amplius, §. quæsitum, num.3. ff de damn. infect.* & ità per hanc pragmaticam consulitur actori contrà Reum conuentum, qui non vult compare-
4 re, sed quomodò consulatur conuento contrà actorem, qui non vult prosequi iudicium semel ceptum, docet *Imper. in §. omnem verò, in Auth. de litigiosis.*

De Ordine Iudiciorum. Pragm.V.

RERVM SVMMA.

1 *Petitio si ad instrumentum referatur, etiam instrumenti est danda copia reo sumptibus actoris.*
2 *Instrumentum in libello enunciatum si præsumatur esse penès Aduersarium, actor non tenetur edere ad effectum deliberandi, licèt postea teneatur edere ad finem probandi, idemq; procedit, si instrumenti copia in promptu haberi non posset, nu.3.*
4 *Instrumenti copia sumptibus actoris est danda, & quę sit decidendi ratio, remissiuè.*
At petitionis copia est danda sumptibus petentis.
5 *Cessionarius an teneatur exhibere cessionem antè litem contestatam.*
Cessio si sit facta post cœptum iudicium, eiusdem prosequutio fiet nomine cedentis.
6 *Procurator quandò teneatur edere mandatum suæ procurationis, remissiuè.*
7 *Procuratorium mandatum, vel eius copia sumptibus actoris est exhibenda, fallit in procuratorio personarum priuilegiatarum.*
8 *Assensum, simpliciter in libello mentionatum actor nõ cogitur primùs exhibere, nisi in termino.*
9 *Allegationum in iure copia an sit danda.*
10 *Actoris persona in omnibus iudicijs in primis est legitimanda.*
11 *Aduocatus prætermissas exceptiones impedientes litis ingressum post litem contestatam opponens, super eis instando multatur in auri libra.*
12 *Exceptiones litis ingressum impedientes an, & quandò ad merita causæ debeant reseruari.*
13 *Exceptio l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript. an impediat litis ingressum, & possit ad merita reseruari.*
14 *Exceptiones quæ intelligantur reiectæ per processum ad vlteriora.*
15 *Exceptio declinatoria an intelligatur reiecta per processum ad vlteriora.*
16 *... declinatoria per processum ad vlteriora tacitè nullo modo intelligitur reiecta, cùm requiratur expressa reiectio.*
17 *.... declinatoria renocat in dubium Iudicis potestatem, & donec se non pronunciauerit competentem, habet manus ligatas, vt non possit ad vlteriora procedere.*
18 *Contradictionem iura abhorrent.*
19 *Cognitio causæ si circà oppositam exceptionem declinatoriã fori nõ fuerit adhibita priùs, processus ad vlteriora erit nullus, & de ratione, nu.20. & 21.*
20 *Exceptio declinatoria fori absq; causæ cognitione expediri nequit.*
22 *Exceptio probatione pendente pro probata habetur, ideòq; si post allegatam exceptionem declinatoriã causæ cognitio non sequatur, exceptio probata habetur, & aliqua, remissiuè.*
23 *Minor, & Ecclesia omittẽtes exceptiones dilatorias in tempore in hac pragmatica præfixo, an possint admitti post tempus per restitutionem in integrum.*
24 *Reus qualitèr possit opponere plures exceptiones diuersas, vel etiam contrarias.*
25 *Actor in actione, vel reus in exceptione in ciuilibus an debeat declarare locum, & tempus facti narrati, remissiuè.*
26 *Index laicus an cognoscat de exceptione excommunicationis, vel contrà actorem, vel contrà testes.*

COmparente reo, &c.

Reo comparenti datur copia petitionis sumptibus actoris. H.D.

1 Si petitio referat se ad instrumentum, illius etiam instrumenti copia reo dari debet sumptibus actoris, vt notabilitèr docet *Dec. in l. edita, num.86. & 87. C. de edend. Ioann. de Amic. consil.* 135. nisi tale instrumentum enunciatum præsumatur pẽnès Aduersarium, quo casu actor non tene-
2 tur edere ad finem deliberandi, sed benè debet edere postea ad finem probandi, ità notabilitèr declarat *Bald.* per illum *text. in l. si legatum, nu.2. ff. de edend.* & latè prosequitur *Pacian. de probat. lib.1. cap.66. num 104.* cum *seqq.* & nisi instrumenti copia
3 in promptu haberi non posset, secundùm *Innocent. in cap.1. num.3. in fin. extrà de probat.* cuius opinio fuit approbata per Sac. Cons. teste *Minad. dec.40.* qui est omninò videndus.

Pro

Digitized by Google

Pro ratione verò decidendi circà hanc copiam
4 dandam sumptibus actoris vide *Curt. iun. in l. fi. nu. 62. C. de edict. Diui Hadr. toll.* qui dicit, esse secùs, si fuisset petita copia petitionis, quæ dari debet sumptibus petentis.

Sed an cessionarius teneatur exhibere cessio-
5 nem antè litem contestatam, vide *Marilian. decis. 7. Brunor. à Sole q. 11. Cartar. dec. Genuæ 63. Surd. cons. 22. num. 1. 18. & 19. lib. 1. Schrader. de feud. tom. 2. par. 10. sect. 18. num. 157.* cum *seqq.* omninò *Parlador. differ. 57. in fi. vers. præterea*, vbi elegantèr distinguit, quòd si exerceat actiones directas nomine Domini, tunc tenetur exhibere cessionem, secùs si exerceat vtiles tantùm nomine proprio, *Mastrill.* itidem *dec. 258. num. 8. & 9.* vbi alia ad materiam explicat, quod procedit, vbi cessio est facta antè litem cœptã per cedẽtem, aliàs si sit facta post iudicium cœptum, tunc est prosequendum nomine cedentis, non autẽ nomine ipsius cessionarij, *Gratian. discept. 906. num. 15.* cum *seqq. p. 5.* & quòd Procurator teneatur exhi-
6 bere mandatum suæ procurationis, quandò apponitur, vide *Marilian. dec. 14. in princ.* & quæ dixi *infrà de Procuratoribus in rubr. Alber. in l. 2. num. 2. ff. ex quib. caus. in possess. eat. & Angel. ibidem in §. potestatem*, qui affirmant, etiam mandatum procuratorium, seù eius copiam esse exhibendam sumptibus
7 actoris, præterquàm in procuratorio personarum priuilegiatarum, quicquid dicat *Muscatell. in praxi S. C. par. 3. in verb. seù glos. respondendum, num. 15.*
8 Sed si esset facta simplex mentio assensus in libello, non est cogendus actor ad illum primitùs exhibendum, nisi in termino, vt decisum refert per S. Cons. *Capyc.* in sua *inuest. feud. in verb. feudorum exequtio-*
9 *nes, fol. 198. col. 2.* Allegationum verò in iure non est danda copia vllo modo, vt probat *Iacob. Beluis. in Auth. in medio litium sacr. iussion. non fieri.*

Generalitèr tamen est prænotandum, quòd om-
10 nino in omnibus iudicijs, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, item tàm petitorijs, quã possessorijs, & tã plenarijs, quã summarijs, aut quoquo modo extraordinarijs, & sũmarijssimis in primis, & antè omnia est legitimanda persona actoris, vt latissimè docet *Loduiph. Schrad. de feud. tom. 2. p. 10. in præamb. n. 32.*

Et dùm in hac pragmatica disponitur, quòd reus post datam copiam teneatur infrà tres dies proponere exceptiones impedientes litis ingressum, ad-
11 uertas, quòd si has exceptiones prætermissas voluerit Aduocatus opponere post litẽ contestatã, instando super eis, mulctatur in vna libra auri, vt est
12 *tex. in l. pen. C. de except.* sed an, & quandò huiusmodi exceptiones debeãt, vel nõ debeãt ad merita reseruari, vide *Præs. de Franch. dec. 289. in fi.* qui negat, quandò non est dubia, vel respiciat personã Iudicis, vel actoris, etiam si altiorem requirant indaginem, vt per *Schrader. de feud. tom. 2. p. 10. n. 36. in præamb.*
13 Quòd autem exceptio *l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript.* impediat litis ingressum, & possit ad merita reseruari, declarat *Andr. in Const. Exceptionem filiationis*, & *ibi* etiam *Afflict.* alios congerit, *Luparul.* ad eundem *Andr. tit. quæ sint regal. num. 78. in apost. magn.* incip. *l. benè à Zenone*, circà *medium, ver. an autem hæc exceptio impediat*, quandò ostenso priuilegio efficeretur dubium.

Quæ autèm exceptiones intelligantur reiectæ
14 per processum ad vlteriora, vide *Menoch. præsumpt. 64. lib. 2.* qui distinguendo dicit, si exceptio non fuit opposita, vel fuit, sed ex defectu iurisdictionis, vel ex causa suspitionis, vel extaret statutũ, quòd proposita exceptione Iudex non procederet, vel esset exceptio præiudicialis, qua annullarentur acta ipso iure, si procederetur ad vlteriora, per processum nõ censentur reiectæ, aut est exceptio dilatoria, non præiudicialis, & censetur reiecta, si Iudex cognouit de exceptione oppotita. Hic tamen oportuna cadit quæstio.

15 An exceptio declinatoria fori intelligatur reiecta per processum ad vlteriora, iuxta *text. in l. à procedẽte, C. de dilat.* & aliqui fuerũt in ea opinione, quòd quandò Iudex, qui declinatur, est pẽnitùs incompetens, vtputà laicus respectu clerici, non censeatur reiecta vllo modo per processum ad vlteriora, sed requiratur expressa reiectio, quandò verò Iudex non est pẽnitùs incompetens, sed eius iurisdictio est elidibilis exceptione, vtputà Iudex domicilij, vel originis respectu Iudicis loci delicti, vel Tribunalia Regia respectu Baronum habẽtium clausulam abdicatiuam, & priuatiuam, hoc casu sufficiat processus ad vlteriora pro reiectione huius exceptionis, & tenentes hanc opinionem recensẽt *Ant. Gabr. lib. 2. tit. de except. concl. 1. num. 3.* alios refert *Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 58. n. 23.* cum *seqq. Rebuff. tom. 3. Const. Gall. tit. de recus. art. 5. gl. vn. n. 11. & 12. Ioseph de Sese de inhib. c. 5. §. 6. n. 83. in fi.*

Sed ipse fui semper in contraria opinione, vt sci-
16 licèt non sufficiat vllo casu tacita reiectio per processum ad vlteriora, sed requiratur expressa, & fortassè erit magis communis, si perpendantur *Doctores*, siquidèm hanc opinionem sic indistinctè admiserunt *Bald. in l. 1. nu. 8. vers. pone, C. de ord. iud. Paul. de Castr. in l. 2. num. 10. ff. si quis in ius vocat. non ierit, Abb. in cap. pastoralis, num. 14. vers. qui ad hoc, extrà de except. Sebast. Vant. de nullit.* sub *tit. qualitèr sententia. & processus, qui dicuntur nulli, num. 8.* circà *fin. vers. talis insuper, Rot. Genuens. dec. 167.* & quàmplurimi citati à *Lodulph. Schrad. de feud. tom. 2. p. 10. in præamb. n. 38. vers. similitèr licet.*

17 Ratio istius conclusionis est, quia per hanc exceptionem reuocatur in dubium potestas Iudicis, & donec Iudex non pronunciauerit se competentem, eius manus sunt ligatæ, & ideò impeditur processus ad vlteriora, ità *Paul. de Castr. in d. l. 2. & Specul. par. 2. tit. de except. §. nunc videndum, nu. 1. & n. 27.* si ergò per oppositionem huius exceptionis prohibetur Iudex procedere ad vlteriora, quomodò dici potest, quòd procedendo ad vlteriora, & sic faciendo actum prohibitum, censeatur Iudex declarare se
18 competentem? certè nullo modo, nam aliàs esset implicare contradictionem, quam iura abhorrent, argumento *text. in l. qui hominem, §. fi.* iuncta *glos. ff. de solut.* & in *l. si certis annis, C. de pact.*

Sed dato, & non concesso, quòd opinio con-
19 traria sit verior, omnes *Doctores* illam admittunt eatènus, quatènùs circà exceptionem oppositam præcesserit causæ cognitio, aliàs autem deficiente causæ cognitione omnes concurrunt, quòd processus sit nullus, huius opinionis author est *Angel. in l. 2. nu. 10. ff. si quis in ius voc. non ier.* quem sequitur *Soc. ibi n. 48. Felin. in cap. subortæ, n. 6. vers. quartus casus, extrà de re iud. Dec. in cap. si duobus, nu.* mihi 39. *vers. & ista conclusio, extrà de appell. Ias. in d. l. 2. nu. 46. vers. & vltrà limitationes, ff. si quis in ius voc. non ier.* qui licèt huius limitationis nullam rationem assignent, tamen ea est fundata in *l. 2. §. omnes. ff. de iud.*
20 per quem dicunt *Doctor. ibi*, quòd exceptio declinatoria fori nõ potest expediri absq; causæ cognitione, propter quod, vt Iudex procedendo ad vlteriora dicatur reiecisse exceptionem, necessariò precedere debet causæ cognitio, per quam animum

ſuum informare potuiſſet,quòd non obſtante exceptione procedendum erat ad vlteriora.

Item alia ratio poteſt aſſignari, quia exceptio,
21 donec pendet eius probatio,habetur pro probata, *text.*eſt in *l.nàm & poſtea,in princ.*vbi *gloſ. in verb. exceptioni,verſ.vel dic,ff.de iureiur.* per quem *text.* in terminis huius noſtrę exceptionis tradidit *Vbert. de Bob.*quem refert, & ſequitur *Specul.* in prædicto *tit.de except.§.nunc videndum,num.2. verſ.vndè di-*
22 *cit*,quòd ſi propono exceptionem,quæ probata repelleret Iudicem , quandiù pendet eius probatio, habetur pro probata , vndè niſi poſt allegatam exceptionem declinatoriam ſequatur cauſæ cognitio ſuper ea,exceptio habetur probata , & Iudex non poteſt ad vlteriora procedere.

Eſt tamen videndus *Marchiſell.q.*106. poſt hæc edita impreſſus , qui diſtinguit inter Iudicem ordinarium,& delegatum,& *num.*1. admittit illam declarationem,quatenus ſcilicèt præceſſerit cauſæ cognitio.Item & *Maſcatell.*in ſua *praxi* ſimilitèr poſt horum primã impreſſionem edita, vbi *p.*5. *in gl. reſeruatis,n.*33.cum *ſeqq.*tractat hanc quæſtionem, & me tacito reſidet in hac eadem mea diſtinctione.

Sed an minor,vel Eccleſia omittentes has exce-
23 ptiones dilatorias in tempore hìc præfixo poſſint admitti poſt tempus per reſtitutionem in integrũ ? diſſerit *Gutierr.lib.*1.*pract.quæſt.*52.*num.*3. cum *ſeq.* qui negat in rebus modici momenti, affirmat in rebus maximæ leſionis, & *Ego* dixi *ſuprà de minorib. pragm.*1.*num.*20.

Quòd autem reus poſſit opponere plures exce-
24 ptiones diuerſas,vel etiam contrarias,docet *Andr. in cap.*1.§.*poſtquàm in guardiam , de controu.inueſt.* plenius,& clariùs in *cap.*1.§.*inſuper,num.*11.*de conſt. inter domin.& fidel.*ait,ſi exceptio cauſam non contingit,nec dependet,aut coniungitur ei , quod Aduerſarius petit,ſecùs ſi ineſt,& diceret ſe ſoluiſſe, quia fatereturꝛ& ſibi incumberet probatio, & requiritur proteſtatio,ſcilicèt nego me recepiſſe,ſed ſi conſtaret,volo probare,quòd ſolui.

An autèm vel actor in actione, vel reus in exce-
25 ptione debeat in ciuilibus declarare locum,& tempus facti enarrati,explicat *Bart.in l.item exigit,ff.de dolo.*& in *l.prætor edixit,ff.de iniur.*

Et ſi contingat opponi exceptionem excommu-
26 nicationis,vel contrà actorem,vel contrà teſtes. an de ea cognoſcet Iudex laicus? diſtingue,vt per *And. quæ ſint regal.in verb.contrahẽtium inceſtas nuptias, num.*38. .ſ. aut dependet ab eo , quod pertinet ad Eccleſiaſticum Iudicem , & cognoſcet Eccleſiaſticus,aut non dependet ab eo , ſed ſuper facto,ſi fuit percuſſus Clericus,& cognoſcet ſæcularis,quid de exceptione periurij? vide *Loffred.conſ.*12.*nu.*27.*&* 34.*Coccin.dec.Rot.*268.qui affirmant , opponi poſſe in quacunq; parte iudicij.

De Ordine Iudiciorum. Pragm.VI.

RERVM SVMMA.

1 *Iuramentum de calumnia an ſit ſublatum per* prag.1. *iſtius* tituli, *remiſſiuè.*

2 *Iuramentum de calumnia hodiè etiam ſi non præſtetur,proceditur ad vlteriora , & de eius materia,remiſſiuè.*

3 *Iuramenti huius omiſſio ex quo* textu *fuerit introducta,& nùm valeat conſuetudo de hoc iuramento nõ præſtando.*

4 *Iudex quotieſcunquè ſibi expediens videbitur poteſt exigere nedùm iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda,ſed etiam iuramentum malitiæ.*

5 *Praxis interrogandi reum,ſi teneat,& poſſideat,vndè ſit ſumpta.*

6 *Contumax in reſpondendo interrogationi,ſi teneat,& poſſideat, quòd habeatur pro confitente, vel negante,prout ſibi deteriùs,vti intelligatur.*

7 *Interrogationes iſtæ non ſolùm actori incumbunt , nè fruſtrà agat,ſed etiam Iudici,nè iudicium reddatur eluſorium.*

8 *Index ſi ad huiuſmodi interrogationes procedat abſq; cauſa,& ratione,appellari an poſſit.*
Reus ſi interrogetur an ſit hæres , quomodò ſe debeat gerere.

9 *Conuentus vt hæres,ſi ad interrogationem confiteatur,ſe eſſe hæredem , confeſſio illi praiudicabit reſpectu interrogantis tantùm,non autem illorum,qui in iudicio non ſunt.*

10 *Reſponſiones ad interrogationes per Principales fieri debent,vel per Procuratores mandatum ſpeciale habentes.*

11 *Interrogationes, & ſcripturarum recognitiones an poſſint fieri in qualibet parte iudicij.*

12 *Interrogari Partem poſt iuramentum ſemel præſtitũ ſuper nouis peti minimè poteſt,ſicut poſt concluſionem noua facta allegari non poſſunt .*

13 *Reus vltrà reſponſiones ad inſtantiam actoris declarare tenetur exceptiones in facto conſiſtentes, quod Iudex ex officio etiam actore non petente facere poſſet in bonæ fidei iudiciis tantùm.*

14 *Exceptiones in facto conſiſtentes tunc reus declarare tenetur,quandò opponit exceptiones generales tantùm,putà carentiæ & incompetentiæ actionis.*

15 *Libellum ſuæ actionis obſcurum vti actor declarare tenetur,ità & reus exceptionem,cùm in exceptione ipſe ſit actor.*

16 *Reus nullas generales exceptiones opponens,vel ſi opponat exceptionem ad ius tantùm reſtrictam , vtputà ſi dicat,obſtare notorium iuris defectum , cogi non poteſt ad declarandum etiam exceptiones in facto conſiſtentes,& quarè.*

17 *Exceptiones vagas,generales,& obſcuras cauti Procuratores non proponunt , ſed ſe ad ius tantùm reſtringunt.*

18 *Exceptio generalis ſi opponatur,Index ex officio pãt cõpellere Partes ad declarandũ, & quarè,& n.*20.

19 *Exceptiones conſiſtentes in iure ſi opponantur , reus declarare non tenetur.*

21 *Exceptionem iuris ſimpliciter obijciendo an intelligatur obijcius negare, vel potiùs confiteri actoris intentionem circa factum deductum.*

22 *Reſponſiones,vel declarationes,quæ fiunt per conuẽtos in præparatorijs iudiciorum, poſſunt ab eiſdem reuocari antè litem conteſtatam.*

SI reus , &c.

Exceptionibus oppoſitis reiectis , vel ad merita reſeruatis , reus tenetur iurare de calumnia,& reſpondere,ſi tenet,& poſſidet, alijſq; iuſtis interrogationibus ſatisfacere,aliàs reſponſiones prædictæ intelligantur factæ,prout deteriùs ſibi erit . H.D.

1 Iuramentum de calumnia , quod requirit hæc pragmatica,diſputat *Caranit. in rit.*288. *num.*34. an ſit ſublatum per *pragmaticam Diſpendia*,quę eſt *pri-*
2 *ma hoc* eod. *titul.* Eſt tamen verum , quòd hodiè non ſeruatur,ſed abſq; aliqua præſtatione iuramẽti de calumnia proceditur ad vlteriora in cauſa.

Ad

Ad eius tamen materiam est videndus *Lucas de Penn.in l.locorũ,vers.& ex præmissis, C.de omn.agr. deser.lib.*11.*P.Greg.synt.ag.iur.vniuers.lib.*48.*cap.*7.

3 omissio autem huius iuramenti de calumnia fuit introducta ex *cap.*1.*§.sacramentum, de consuet.recti feud.*vbi *Andr.num.*14. & idem *Andr.in cap.*1.*§.si verò fundum,num.*4.*in fi.de controu.inuest.* licèt ipse loquatur de cautis Fiscalibus tantùm,sed *glos.in c.*1. *§.*1 *in verb.tacitè,in fi.de iuram calum. in sexto*, ait, quòd non valet consuetudo de hoc iuramento non præstando.

Verum tamen est, quòd Iudex quotiescunq; sibi

4 videbitur expedire,potest exigere nedùm hoc iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda, sed etiam iuramentum malitiæ,vt probat *text.in c.*2.*§ fi. de iuram.calum.in* 6.& in *c.*2.*in fi.de testib.*in 6.

Practica verò interrogandi reum,si tenet,& pos-

5 sidet,sumpta est ex dictis *Doctorum in l.fi. ff. de rei vend.*circà quam tu nè erres, quia non sunt admittendæ,quandò interrogantem non reluant,nec super meritis causæ,nec conuentus rei vendicatione super qualitate possessionis,nec in petitione hæreditatis,si est hæres, vide *Pract.Papiens. in form.interrog.fiend. cum reo conuent.action.real.* latissimè *Neuiz.cons.*5.*Marc.Ant.Cuccum in tract. de mentẽte circà possessionem,num.*373. Qui etiam *ibidem nu.* 179.cum pluribus *seqq.*exemplificat,quomodò pro-

6 cedat illud, quod contumax in respondendo huic interrogationi habeatur pro confitente,vel negante,proùt sibi deterùs erit,quia actor efficitur possessor,nec ei necesse erit ius suum, vel dominium

7 probare,& huiusmodi interrogationes non modò actori incumbunt,nè frustrà agat,sed etiam Iudici, nè iudicium reddatur eluforium, *Dec.* in *c causam*, *quæ* 2.*notab.de iudic.Neuiz.cons.*7.*nu.*11.plenè *Marchisell.quæst.*17.vbi agit,quòd si Iudex ad huiusmo-

8 di interrogationes procedat absq; causa, & ratione,possit appellari.

Circà verò declarationem illam, si est hæres, nec nè? vide latè *Menoch præsumpt.*99 *num.*16.*lib.*4. qui concludit,posse interrogatum non respondere, vel negare,si non constat de aditione per aliud factum, seù dictum, ex quo præsumatur aditio. Sed est no-

9 tandum,quòd si quis ab vno conuentus in iudicio tanquàm hæres alterius ad interrogationem illius confiteatur,se esse hæredem, talis confessio præiudicabit sibi respectu interrogantis tantùm, non autèm respectu aliorum,qui non sunt in iudicio. vt est *text.in l.fin.ff.de interrog.act.* quod tu declara, vt per *Ant.Gabr.lib.*1.*comm.opin.tit.de confessis,concl.* 1.*Angel.Aret.cons.*24. *in princ.& n.*8.*&* 9.*& vers. nec obstant allegata,Phænuc.de muent.in præfat.n.*20. *Præs. de Franch. dec.*694. scilicèt dicit,vt præiudicet sibi respectu omnium, quandò potuit esse hæres ab initio.

Huiusmodi responsiones debent fieri per ipsos

10 Principales,vt est *text.in l.certum,§.sed an & ipsos, ff.de confessis*,vel per Procuratorem habentem speciale mandatum, vt per *Pract. Papiens.* in *forma interrog. fiend.cum reo conu.in act.real.* in *gl.Simoninus Speita,n.*6.*& seq.*

An autèm tales interrogationes fieri possint in

11 quacunquè parte iudicij, vide de iure communi *text.* in *l.pen. ff.de interrog.action.* & de iure Regni *Constit.Partes in iudicio, & ibi Afflict. Præs.de Franch.dec.*263.*num.*10.*Menoch.de præsumpt. lib.*1. *quæst.*62.recognitiones verò scripturarum in quacunq; parte peti possunt, etiam post conclusum in causa.*Gizzarell.decis.*45.

Sed hoc declara, vt procedat respectu deducto-

12 rum antè terminum, non autem post terminum, quia sicut noua facta non possunt allegari post conclusionem,ità nec super nouis potest peti, partem interrogari post iuramentum semel præstitum, ità docet *Aposti.ll.*ad *Dec.in rubr. extrà de probat. n.*91. in *verb remouetur.*

Sed vltrà prædictas responsiones tenetur etiam

13 reus ad instantiam actoris declarare exceptiones in facto consistentes, iuxta communem opinionem *Doctorum* in *Lage cum Geminiano,C.de transact.* immò etiam actore non petente posset Iudex ex officio id facere, vt per *Præsid. de Franch. dec.*265. & præterè *Doctores* ab ipso citatos, id voluit specifi.è *Aret.ibid.*scilicèt in *d.l.age cum Geminiano, in* 3. *notab.*quod *Alciat.ibi* in *vers.quæro* non admittit, nisi in bonę fidei iudicijs tantùm. Verùm id procedit,

14 quotiescunq; reus opponit exceptiones generales tantùm,putà exceptionem carentiæ, & incompetẽtiæ actionis,vel factum aliter se habere, quam ex

15 aduerso prætenditur,& id genus,quia tunc quemadmodùm actor tenetur declarare libellum suæ actionis obscurum,ità reus tenetur declarare libellum suæ exceptionis obscurum, ex quo reus in ex-

16 ceptione est actor,sed si reus nullas opponat exceptiones generales,vel opponat exceptionem ad ius tantùm restrictam,putà dicit, obstare notorium iuris defectum,hoc casu non potest cogi ad declarãdum etiam exceptiones in facto consistentes,& ratio est,quia quemadmodùm actor non tenetur declarare suam actionem,nisi quandò illam proponit, sed generalem,aut obscuram, ità reus non potest cogi ad declarandum suas exceptiones in facto, nisi quandò illas opponit,sed generales,aut obscuras,

17 & ideò cauti Procuratores non solent opponere illas exceptiones generales,& obscuras, videlicèt, oppono exceptionem carentiæ, & incompetentiæ actionis,sed restringunt se ad ius tantùm, prout superiùs explicaui,ità apertè colligitur ex doctrina *Bald.*in *d.Lage cum Geminiano*,in 1.*notab.*vbi cum

18 mysterio dixit, quòd quandò opponitur exceptio generalis,Iudex ex officio potest compellere Partes ad declarandum,subdens rationem, quòd exceptio generalis ratione suæ ambiguitatis, & indefinitatis est declarandã;ergò quandò nulla est opposita exceptio,non potest dici, quòd sit ambigua, & indefinita,& successiuè non est,quid debeat declarari. Quòd autem reus non teneatur declarare

19 exceptiones consistentes in iure, etiam si opponantur exceptiones iuris,voluit expressè *Dec. in d.l. age cũ Geminiano,n.*7.*in fin.*post *Bald.in l.fi.colum.*1. *C. de fidcic.& Dec.*explificat in *d.l.age*,alios citat *Aloys. de Leo* in *l.*2.*n.*7.*C.de precib.Imper offer.*

Et ex his in causa Hieronymi Sanseuerini contrà

20 Ferdinandum Sanseuerinum Comitem Saponariæ super relaxatione Terræ Saponariæ, & vinculatione domus, & prosapiæ Sanseuerinorum licèt fuissent interposita bina decreta, quòd Comes conuẽtus declarasset exceptiones in facto consistentes;tamen Ego vti Aduocatus Comitis postea coràm Repente Fuluio Constantio omnibus virtutibus prædito tunc Regio Consiliario,& causæ Commissario, visa replicatione facta pro Comite, in quo nulla fuerat opposita exceptio generalis,aut ambigua,ex predicta *Bald.*doctrina obtinui,quòd procederetur ad vlteriora in causa,non obstante petita declaratione exceptionũ in facto consistentiũ,salua preuisione faciẽda super declaratione exceptionũ, quãdò contingerit illas opponi. Act.S.C.est de Felice

An autem obijciendo ſimplicitèr hanc iuris exceptionem intelligatur obijciens negare, vel potiùs confiteri intentionem Actoris circá factum
21 deductum, explicat *Fulu. Parian. de probat. lib. 1. cap.* 22. & concludit negatiuè, niſi actor fundaret ſe ſuperè probationibus factis à reo, vel reus opponeret exceptiones reſpicientes habilitatem perſonæ, vel conſtaret per teſtes, vel inſtrumenta de obligatione rei, quia tunc non obſtante negatione poteſt actor ſuper ea ſe fundare, niſi reus probaret contrarium.

Pro declaratione tamen omnium prædictorum
22 eſt aduertendum, quòd huiuſmodi declarationes, ſeù reſponſiones, quæ fiunt per contentos in præparatorijs iudiciorum poſſunt ab eiſdem reuocari antè litem conteſtatam, vt perbellè docet *Bald.* per illum *text. in l. is, qui ſe obtulit*, in 1. *lectur. num.* 2. *ff. de rei vend.* Immò etiam abiq; expreſſa reuocatione, ſi in progreſſu litis probauerint contrarium, non erunt impertinentes probationes, ſed ſecundū illas erit iudicādū, & ità ſeruat. atteſtatur *Gizz. dec.* 49.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. VII.

R E R V M S V M M A.

1 *Terminus eſt dandus ambabus Partibus, & non vni ſolibinc ſi vni tantùm Iudex terminum ſtatuerit, videtur pronunciare, quòd illi ſolùm incumbat onus probandi.*

2 *Dilationum materia, remiſſiuè.*

3 *Terminum ſi Iudex in cauſa non dederit, nec fuerit à Partibus petitus, nunquid per omiſſionem termini iudicium reddatur nullum, & nu.* 6.

4 *Probationes poſsūt à Partibus abſq; termino produci.*

5 *Terminus probatorius nō eſt de ordine formali iudicij.*

7 *Iudex cauſa abbreuiandæ litis debet dare certam dilationem, etiam ſi non petatur.*

8 *Terminus in Regno in omnibus cauſis datur à Iudice etiam non petenti, qui debet eſſe competens ſecundū materiam cauſarum, & locorum diſtantiam, aliàs poſſet appellari.*

9 *Terminus ſi ſit petitus, & denegatus, ſententia erit nulla.*

10 *Terminus hodiè habet vim litis conteſtationis, quæ eſt de ſubſtantia iudicij, & licèt videatur eſſe concludendum, omiſſionem termini vti actum ſubſtantialem vitiare proceſſum, tamen omiſſio ſolemnitatis etiam ſubſtātialis eſt ſublata, modò ritè, & rectè proferatur ſententia.*

11 *Terminum ad probandum Iudex ex officio dare poteſt, & ſi non appareat, ad cuius inſtantiam ſit aſſignatus.*

12 *Terminus non datur in cauſa, quæ in puncto iuris conſiſtit.*

13 *Terminum in criminalibus reo ad ſe defendendum, etiam ſi non petatur Iudex dare debet, cui an poſſit reus renunciare, remiſſiuè.*

14 *Termino ad probandum elapſo, & in eo neutra Parte probante non propterea poterit actor ad terminum reintegrari.*

15 *Nominationē teſtium dilatorium in locis extrà iudiciū faciendi praxis eſt introducta de iure communi.*

16 *Teſtium receptio priuato committi nequit, ſed ſolùm iuriſdictionem habenti.*

Teſtium receptio extrà locum electum, nullitatis vitio laborat, quod intellige cum declaratione, quæ ſubijcitur.

Expenſæ circà teſtium examen à quo ſint eroganda.

17 *Audientia teſtium alicui Officiali commiſſa, qui antè receptos teſtes ab officio diſcedat, quia eius officium expiret, an poterit illos teſtes recipere, vel potiùs erunt recipiendi per ſucceſſorem in officio.*

Audientia teſtium non eſt concedenda, vbicunq; nominatio eſt calumnioſa, vel inueriſimilis, vel factū poteſt probari per ſcripturas.

18 *Iudici arbitrarium eſt, ſi velit teſtes perſonaliter ad ſe euocare etiam in ciuilibus, vel illorum examinationem ei, in cuius iuriſdictione teſtes ſubſunt, committere.*

19 *Commiſſarius nullum ſalarium prætendere poteſt, ſi adſit iuſta cauſa euocandi teſtes, vt deponāt coràm ipſo, & cum eius interuentu.*

20 *Teſtes euocandi in loco iudicij iuſta cauſa eſt, quandò Iudex habet teſtes ſuſpectos, niſi eſſent ſenes, valetudinarij, vel egregiæ perſonæ, & matronæ, & an Pars teneatur declarare ſenes, infirmos, & aliter impeditos, remiſſiuè.*

21 *Terminus dierum quinque pro qualibet dieta debet numerari vltrà illos primos quindecim dies.*

22 *Nominatio teſtium ſi fiat ab vna tantùm Parte, ea vti poterit etiam altera Pars, licèt non expreſsè inhæreat.*

23 ... *quæ ſit extrà Regnum quot, & quæ requirat, remiſsiuè.*

24 ... *tàm intrà, quàm extrà Regnum infrà quinque dies poſt terminum fieri debet, aliàs illis elapſis non admittitur.*

25 *Nominationis teſtium dies quinq; præſcripti quandò currere incipiant, an ab ipſo inſtanti, quo terminus ipſe notificatur, vel potiùs ab eo die, quo terminus ipſe impartitus incipit currere.*

26 *Nominationem teſtium calumnioſè Procuratores facientes puniuntur pœna ducatorum* 12. *etiam ſi produxerint aliquos teſtes, qui vel nihil deponant de contentis in articulis, vel non ad propoſitum.*

Teſtium nominatio non admittitur, quandò eſt multùm calumnioſa, vel quandò probatio eſt facienda per ſcripturas.

At non excluditur per præſumptam cauſam.

27 *Nominatio teſtium non admittitur in cauſa ſpolij.*

28 ... *an admittatur in cauſis recuſationum, & ſuſpitionum Iudicum, & n.* 33. 37. *&* 38.

29 *Inſtantia in cauſis ſuſpitionum reſtringitur ad dies* 15. *tantùm poſt terminum, qui terminus horum* 15. *dierum currit de momento ad momentum.*

30 *Nominatio teſtium in omnibus, & quibuſcunq; cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus admittitur, tàm de iure communi, quàm de iure Regni.*

31 *Audientia teſtium in ciuilibus committitur in partibus examinandorum, in criminalibus verò non committitur, ſed euocantur ad locum iudicij infrà terminum nominationi præſcriptū, quòd ſi teſtes eſſent infirmi, vel alitèr iuſtè impediti tranſmittitur Doctor ad illorum dicta recipiendum.*

32 *Legum correctio non eſt introducta, niſi expreſsè corrigantur.*

34 *Inſtantia licèt ſit abbreuiata, tamen ſunt aſsignandi termini competentes pro teſtium examinatione, & interim inſtantia eſt in ſuſpenſo, & non currit.*

35 *Terminus recipit interpretationem à iure, ſi cauſa infrà illud tempus expediri poſsit.*

36 *Inſtantiæ tempus non currit ſi Pars habet teſtes in longinquis partibus, & opus eſt dilatione, quæ abſorbet totam inſtantiam.*

Poſt

POst prædictas, &c:

Factis reſponſionibus datur terminus probatorius, & conceduntur certæ dilationes iuxtà nominationem teſtium. H.D.

Nota ex hoc *text. in princ.* ibi, *partibus intelligatur ſtatutus*, quòd terminus eſt dandus ambabus
1 Partibus, & non vni ſoli, aliàs ſi vni tantùm ſtatueretur terminus, videretur Iudex pronunciare, quòd illi tantùm incumbat onus probandi, vt benè aduertit *Bald.* in *l. de ætate*, in 2. *lectur. num.* 2. *verſ. nota ei incumbere, ff. de minor.*

Pro exacta tamen declaratione totius materiæ
2 huiuſmodi dilationum recurras ad *Gregor. ſyntagm. tur. vniu. lib.* 48. *c.* 8.

Quid ſi Iudex non dedit terminum in cauſa, nec
3 is fuit à Partibus petitus, an iudicium per omiſſionem termini reddatur nullum? videtur dicendum, quòd non, nàm ſiuè attendamus ius commune, ſiuè ius Regni, dilatio datur petenti, vndè ſi non eſt, qui petat terminum, non eſt concedendus, & per conſequens eius omiſſio non poteſt vitiare iudicium, proùt de iure communi eſt *text. in l.* 1. *C. de dilationibus*, ibi *poſtulatum dari*, quæ verba ad id notant *Alber. ibi num.* 3. *in fin. verſ. & ad liſtam. Bart.* in 2. *notab. Angel. num.* 2. *Salyc. nu.* 1. in 1. *notab. Caſtrenſ. num.* 3. ad idem ponderatur *text.* in *l.* 2. *in princ.* ibi, *vtriquè parti ſi petantur dilationibus non negatis*, *C. vt intrà cert. temp. crim. quæſt termin.* hoc idem voluit *Lnfranch.* in *cap. quoniàm contrà*, *verb. dilationes, num.* 6. ibi, *item acquiritur extrà de probat.* & de iure Regni eſt *text.* in *Conſtit. Cauſas alias*, ibi, *ſi probationes ex longinquo petantur*, quam ad id notat *Afflict. ibi* in 5. *notab. num.* 6. In contrarium facit *pragm.* 1. *ſuprà hoc tit.* quæ non vult, eſſe derogatum probationibus neceſſarijs, ſed probationes nõ fiũt, niſi in termino, vt *C. de dilat. l.* 1. ergò Iudex, nè auferat probationes, debet dare terminum ad probandum, & eius omiſſio vitiaret proceſſum: at Ego
4 ſic diſtinguendum eſſe putarem, quòd aut Partes abſq; termino produxerunt ipſarum probationes, quod de iure fieri poteſt, ſecundùm *Doct.* in præcit. *l.* 1 *C. de dilat. Felin. in cap. licèt cauſam, num.* 14. *de probat.* & *Affl.* in *d. Conſt. Cauſas alias* 5. *notab.* & in *dec.* 55. *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. ſine ſtrepitu, num.* 12. *Specul. tit. de dilat.* §. *videndum*, *verſ. vtrum eumdem*, *Io. de Ferr. ar.* in ſua *prax. in forma cap. actoris, verb. coram vobis, Iacob. de Aren.* & *Bart.* in *l. in crimine, ff. de adult. Iaſ.* in *l. admonendi*, in *repet. nu.* 79. *ff. de iurciur. Suarez de Paz* in ſua *praxi*, *to.* 1. *p.* 1. *tertij temporis, nu.* 45. & procùl dubio valet proceſſus abſq; termino, cùm per productionẽ probationum fit vtriq; Parti cõſultum, & ſic ſit ſatisfactũ diſpoſitioni prædictæ *Pragmaticæ Diſpendia*; aut verò Partes, ſiuè aliqua ipſarum non produxit
5 ſuas probationes, tunc quia terminus probatorius non eſt de ordine formali iudicij, ſecundùm *Bald.* in *l.* 2. *in fin. ff. de teſtib.* dico, quòd per hoc proceſſus nõ eſt nullus, ſed eſt Parti imputandum, quæ non pe-
6 tijt terminum, ex deductis in prima parte huius quæſtionis, nec obſtant in contrarium adducta, quia *text. in l.* 1. procederet, vt probationes non poſſint fieri, niſi in termino, ideſt infrà terminum, & nõ poſt terminum, non autem dicit, quin fieri poſſint
7 abſquè termino. Eſt benè verum, quòd cauſa abbreuiandæ litis debet Iudex dare certam dilationem, etiam ſi non petatur, proùt voluit *Bart.* in *dict. extrauag. Ad reprimendum, ver. & figura, nu.* 12. quem ſequutus fuit *Anchar. in elem. Sepè* 8. *q. de verb. ſi-*
8 *gnif.* & *Imol. ibi q.* 7. & ex his credo, in Regno eſſe introductum, vt in omnibus cauſis detur à Iudice terminus etiam non petenti, qui terminus debet eſſe competens iuxtà materiam cauſæ, & locorum diſtantiam, vt in *ritu* 69. vbi latè *Carant.* aliàs poſſet appellari, vt per *Bemmten. dec. Bonon.* 40. *Afflict.* tamen in *Conſt. Si quis in poſterùm* dicit, quòd tunc
9 ſententia erit nulla, quandò fuit petitus terminus, & denegatus, vt *ibi in* 9. *notab. Reg. de Pont. conſ.* 59.
10 *num.* 2. *lib.* 1. Aduerte tamen, quòd cùm hodiè in Regno terminus habeat vim litis conteſtationis, vt per *Carau. ritu* 288. *in fin. Sylu. Aldobr. conſ.* 69. *nu.* 8. *Maſtrill dec.* 101. *num.* 18. & litis conteſtatio eſt de ſubſtantia iudicij, *gloſ. in l. prolatam, C. de iudic.* videtur, quòd omiſſio termini tanquàm actus ſubſtantialis vitiet proceſſum, proùt in litis conteſtatione cenſuit *Capell. Tholoſ. dec.* 352. ſed per *cap. Deteſtantes*, quod eſt ſituatum in *ritu* 288. eſt ſublata etiam omiſſio ſolemnitatis ſubſtantialis, dummodò aliàs ritè, & rectè ſententia proferatur, & per conſequẽs tollit etiam defectum litis conteſtationis, vt per
11 *Afflict. dec.* 283. Poterit tamen Iudex ex officio dare terminum ad probandum, licèt non appareat, ad cuius inſtantiam ſit aſsignatus, ità *Bald.* poſt *gloſ.* in *cap. licèt cauſam, num.* mihi 14. *verſ. venio ad apparatum. extrà de probat.* vbi ait, hoc eſſe notatu dignum, & multi fortè crederent contrarium.

12 Quæ omnia limita; ſi eſſet punctus iuris, in quo proceditur ſine termino, vt per *Præſid. de Franch. dec.* 221. *num.* 12. *Ann. ſingul.* 470. quod declara, vt per *Maſtrill. dec.* 217. *num.* 4. & *ſeqq.* vt ſi Pars vellet
13 deducere aduersùs factum, & illud ſit rationabile, item limita in criminalibus, in quibus debet Iudex dare terminum reo ad ſe defendendum, etiam ſi nõ petatur, vt per *Afflict. in Conſt. Pacis cultum* 5. *not.* & plenè per *Foller. in pract. crim.* 1. *par.* 2. *par. in Rubric.* ſeù *verſ. & facta litis conteſtatione detur term.* & *ibi num.* 8. agit, an huic termino poſsit reus ipſe renunciare.

Quòd ſi terminus ad probandum ſit elapſus, & in
14 eo neutra Pars quicquam probauerit, non propterea poterit actor reintegrari ad terminum, vt per *Capyc dec.* 82.

Et quia hic agitur materia nominationis teſtiũ,
15 aduertas, quòd hæc practica faciendi nominationem teſtium degentium in locis extrà iudicium, eſt introducta de iure communi in *l. Iudices, C. de fide inſtrum. l.* 1. *C. de dilat.* & de iure Regni per *Conſt. In*
16 *pecuniarijs*, & nota, quòd horum teſtium receptio non poteſt committi priuato, ſed ſolùm habenti iuriſdictionem, putà Officiali illius loci, vel conuicinorum, per *text. in auth. Apud eloquentiſſimum*, vbi *gloſ. C. de fid. inſtrum.* & eſt *rit.* 112. & ità quotidiè præticatur, & hic Officialis non poteſt recipere teſtes extrà locum electum, niſi de conſenſu vtriuſquè Partis, aliàs eſſent nullitèr recepti, *cap. ſtatutum*, §. *in nullo, de reſcript. in* 6. *Canaler. dec.* 254. vbi etiam dicit, quòd omnes expenſæ circà examen teſtium ſunt erogandæ per eum, qui impetrauit literas remiſſorias, etiam ſi eſſent interrogandi teſtes ſuper interrogatorijs præſentatis per Partem aduerſam, & limita primum dictum cum eodem *Canaler. dec.* 349. ſi teſtes iuraueruut in loco electo, vel fuerunt data noua interrogatoria, ex quibus deducitur conſenſus Partis. Difficultas tamen erit, ſi cõ-
17 miſſa audientia teſtium alicui Officiali, is diſcedat ab officio antè receptos teſtes, ſeù potiùs eius officium expiret, an adhùc poterit ipſe illos teſtes recipere, vel potiùs erunt recipiendi per ſucceſſorem

in

in officio? declarat *Specul.par.1.tit.de leg.§.7.incip. nunc dicamus,num.16.verſ.idem etiam*, qui videtur reſpondere, quòd recipiantur per ſucceſſorem, etiam ſi fuerit expreſſum proprium nomen, ſed quotieſcunquè nominatio eſſet calumnioſa, vel inuerſimilis, aut factũ allegatũ poſſet probari per ſcripturas, nõ eſt concedẽda audientia teſtium, *Caualer.dec.87.*

Eſt autẽm iudici arbitrarium, ſi velit teſtes perſonaliter ad ſe euocare, etiam in ciuilibus, vel illorum examinationem alteri committere, ſeù ei, in cuius iuriſdictione teſtes ſubſunt, vt explicat *Schurph.* damnatæ memoriæ *conſ.16. colum.1. verſ. & licèt aliqui*, inter *conſilia Borcholt.p.2.Capyc.dec.90.* præſertim quandò magnitudo cauſæ, aut teſtium ſuſpitio id ſuaderet, vt per *gloſ.in §.& quoniam ſcimus, in verb.abundantiam*, prop. *fin.* in *auth. de teſtib.* & repetam infrà.

Et quandò adeſt iuſta cauſa euocandi teſtes, vt deponant coràm ipſo Commiſſario, & cum eius interuentu, tunc Commiſſarius nullum ſalarium pro tali interuentu prætendere poteſt, vt in *prag.15. §.cauſarum expeditioni, ſuprà de offic.S.C.* vbi dixi.

Iuſta autem cauſa euocandi teſtes in loco iudicij, erit, quotieſcunq; Iudex habet teſtes ſuſpectos, vt declarat *Andr.* in *cap.1. num.6. ſi de inueſt. inter Dom.& vaſal.lis oriat. Afflict.* in *Conſt In pecuniariis, num.9.* in 2. *not.ab.Capyc.dec.90.* nili eſſent ſenes, & valetudinarij, vel egregiæ perſonæ, & matronæ, vt in d. *Conſt. In pecuniarijs, & Andr.* in d. *cap.1.n.7. ſi de inueſt. inter Dom.& vaſal.lis oriat.* vbi etiam explicat, quòd Pars non tenetur declarare ſenes, & infirmos, & alitèr impeditos, & ſcias, quòd hic terminus dierum quinque pro qualibet dicta debet numerari vltrà illos primos 15. dies, vt probat apertiſſimè *text.* in *l.ſcire etiam, §.aliud etiam, ff.de excuſ.tut.* circà quod multos vidi erraſſe, quàmuis etiã in *text.* huius *prag.* id ſit ſatis expreſsè declaratum.

Nota, quòd ſi vna Pars tantùm facit nominationem, hac nominatione vti poterit etiam alia Pars, licèt expreſsè non inhæreat, & ſi contrarium ſit ordinatum per Regulas Rotæ Genuenſ. vt teſtatur ipſa *Rot.Genuen.dec.3.n.18.*

Hęc procedunt in nominatione, quę fit intrà Regnum, at de nominatione, quæ fit extra Regnum, quot, & quæ ſint in ea obſeruanda, remitto me ad ea, quæ latè dixi in *prag.1.& 3.ſuprà de dilat.*

Sed reſpectu vtriuſq; nominationis eſt aduertendum, quòd communis ſtylus Supremorum Tribunalium huius Regni inoleuit, vt hæc nominatio debeat fieri infrà quinq; dies poſt terminum, aliàs illis elapſis vlteriùs non admittitur.

Verùm hic occurrit non modica difficultas, hi quinq; dies, infrà quos eſt facienda nominatio, quãdò incipient currere? an ab ipſo inſtanti, quo terminus ipſe notificatur, vel potiùs ab eo die, quo terminus ipſe impartitus incipit currere? quã quidèm dubitationem *Io.Vinc.Ann.* in *repet.Conſt.Conſtitutionem diuæ memoriæ*, poſt *num.264.* tetigit, ſed non reſoluit, ſubſ promiſsione ſe alibì fuiſſe dicturum, & per Regios Conſiliarios diuerſimodè vidi obſeruatum, frequentiùs tamen fuit vſu recepta illa opinio, vt currat irreuocabilitèr ab illo primo inſtãti, quo notificatur terminus primo loco impartitus, Ego tamen nunquàm potui acquieſcere huic opinioni, ſed ſemper cenſui, quòd hi quinq; dies ad faciendum nominationem nunquàm incipiant currere, niſi ab eo die, quo terminus ipſe incipit currere, & ad hoc me mouet ex *text.* expreſſo huius *pragmaticæ in final.verb.* iuncta *pragm.ſeq.in princ.* Siquidèm in *fin.verb.* huius *pragmaticæ* diſponitur, quòd hæc nominatio poſsit fieri etiam in reſponſionibus faciendis poſitionibus, & capitulis Partis aduerſæ, & in *pragmatica ſeq.* ſtatuitur, quòd huiuſmodi reſponſiones poſsint fieri etiam poſt quintum diem dilationis conceſſæ. Quandoquidèm poſitiones, ſiuè articuli ſunt producendi infrà quinque dies poſt dilationem conceſſam, & productis articulis, infrà tres dies tenetur Aduerſarius reſpondere dictis poſitionibus, & articulis, & poſt dictas reſponſiones infrà tres alios dies poſſunt produci aliæ poſitiones, & articuli, quibus infrà alios quatuor dies tenetur Aduerſarius ſimilitèr reſpondere: ecce igitur, quòd huiuſmodi reſponſiones poſſunt, & debẽt fieri longè poſt quinque dies à termino impartito, ergò & ipſa nominatio, quæ in huiuſmodi reſponſionibus fieri poteſt, debet admitti non ſolùm infrà illos quinque dies, ſed etiam poſteà, quotieſcunquè Aduerſarius examinatur vti Principalis ſuper articulis, & poſitionibus Partis aduerſæ, quod nedùm videtur mihi clariſsimè reſultare ex verbis, & mente harum pragmaticarum, ſed etiam conuincitur manifeſta ratione: nàm poteſt Aduerſarius in articulis producendis, ſuper quibus petit depoſitionẽ Principalis, ex aduerſo deducere aliquod factum, de quo veriſimilitèr Aduerſarius ipſe non cogitabat, & dùm examinatur ſuper illis vti Principalis, comperto illo facto poterit reminiſci, per quos teſtes poterit factum illud elucidari ad conuincendum Aduerſarium, & ſi teſtes non ſunt in loco iudicij, omni iure poteſt eodem inſtanti nominare loca, in quibus teſtes illi reperiuntur, quòd ſi id ei nõ permitteretur, vtiquè remaneret indefenſus, & deluſus calliditate Aduerſarij, quod non eſt concedẽdum, & ex his Ego ſemper fui in ea opinione, quòd terminus horum quinque dierum ad faciendum nominationem non currat, niſi à die, quo ipſe terminus principalis incipit currere, cùm eo tempore ſoleant eſſe factæ omnes reſponſiones, ſiuè depoſitiones Principalium, & cęteræ declarationes, quæ ſunt neceſſariæ tàm reo, quàm actori pro certitudine iudicij, hodiè tamen ceſſat hæc quæſtio, quia per nouiſsimam *pragmaticam 28. cap.* editam die 11. Maij 1612. quæ eſt *4.de dilationib.in 9 cap.* eſt prouiſum, quòd nominatio fieri debeat infrà quinque dies poſt terminum datum. Eſt tamen verum, quòd Procuratores facientes calumniosè nominationem teſtium puniuntur pœna ducatorum 12. vt in *prag. 1.infrà de Procuratoribus*, quam pœnam non euitabunt, etiam ſi produxerint aliquos teſtes, qui vel nihil deponant ſcire de contentis in articulis, vel nihil ad propoſitum, vt in eadem *pragm.verſ.addentes*; ſi tamen nominatio eſſet vehementèr calumnioſa, vt quia factum allegatum non releuaret, vel alitèr, tunc non eſſet admittenda nominatiõ, *Coccin.dec.Rot.121.* licèt propter præſumptam calumniam non facilè ſit deneganda, *Idem ibidem, & dec. ſeq.* ſimilitèr quandò probatio debet fieri per ſcripturas non admittitur nominatio teſtium, idem *Coccin.dec.149.nu.2.*

Limitabis tamen hanc materiam nominationis, vt non admittatur in cauſa ſpolij, iuxtà diſtinctionẽ *Caſſad.dec.2.tit.de dilationibus*, quem ſequitur *Menoch.de recuper.poſſ.remed.15.n.327.* cum *ſeq.*

Sed pulchra eſt indagatio, an admittatur hæc nominatio in cauſis recuſationum, & ſuſpitionum Iudicum?

Et prima facie videbatur dicendum, quòd non ex verbis *pragmaticæ* editę per Excellentiſsimum Comitem

mitem Mirandæ tunc in Regno Proregem in anno 1594. quæ est 10. *de suspit.* per quam instantia in cau-
29 sis suspitionum restringitur ad dies 15. tãtùm post terminum, & statuitur, vt terminus horum 15. dierũ currat de momento ad momentũ, ergò quotiescũq; terminus nominationis excederet hos 15. dies, videretur prohibitus, & reiectus ab ipsa Pragmatica.

30 Sed contrarium suaderi potest, siquidem tàm de iure communi, quàm de iure Regni nominatio testium admittitur in omnibus, & quibuscuuq; causis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, vt in *l. Iudices*, C. *de fid. instrum.* in *Const. In pecuniarijs*, & in hac eadem *pragm. 7.* vna tantùm differentia est constituta inter
31 causas criminales, & ciuiles, quia in ciuilibus committitur audientia testium in Partibus examinandorum, vel per Iudices ordinarios locorum, vel per Examinatorem destinandum; in criminalibus verò audientia testium non committitur, sed testes accersuntur ad locum iudicij infrà terminum nominationi præscriptum, nisi quandò testes essent valetudinarij, aut aliter iustè impediti, quo casu transmittitur Cõmissarius Doctor ad illorũ dicta recipiẽdũ.

Qua de re si leges generaliter loquuntur, generaliter sunt intelligẽdæ, *l. 1. §. quod autem, ff. de alvat. l. in fraudem, in fin. ff. de testam. milit.* nec est introdu-
32 cenda legum correctio, nisi expresè corrigantur, *l. præcipimus, C. de appellat. in fin. l. vt liberis, C. de collat. cap. cùm expediat, de elect. in 6.* neq; per subauditos intellectus, *glos. in cap. cupientes, §. si per viginti, de electio. in 6.* communiter approbata, teste *Cravett. cons. 259. nu. 2.*

33 Motiuum de instantia 15. dierum tantùm non obstat, nàm quotiescunquè testes sunt absentes in partibus remotis, quantùmuis instantia sit abbreuiata; sunt tamen assignandi termini competentes pro eorum examinatione, & interim instantia die-
34 rum 15. est in suspenso, & in pendenti, & non currit, ità constat ex *Panorm.* in *cap. venerabilis, nu. 10. extrà de rescriptis*, qui in specie ponit exemplum in nominatione testium vltrà mare, & eum sequuti sũt *Cassador. de appellat. dec. 9. num. 9. in fin. Anilcs de forma secreta synd. cap. 9. in verb. condenar, num. 6.* propè *fin. vers. Abbas quoquè*, ratio est, quia termi-
35 nus recipit interpretationem à iure, scilicèt si causa infrà illud tempus expediri potest, *l. 1. et l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. l. 2. C. de noxalib.* hinc dixit *Dyn.* in *l. si cùm ipse, ff. de excus. tut.* quem referunt, & sequuntur *Paris de syndic.* in *verb. instantia syndicatus, cap. 4. num. 3. Amed. de syndic. num. 7. §. n.*
36 *fin.* quòd tempus instantiæ non currit, si Pars habet testes in longinquis partibus, & opus est dilatione, quæ absorbet totam instantiam, idem voluit *Io. de Amic. cons. 6. num. 10. Asin.* in *prax. iudic. §. 2. cap. 11. num. 25. in fine, & 26.* & appositissimè *Gutierrez de iuram. confirm. part. 3. cap. 5. num. 16. & Azened. ad Decur. Pisan. cap. 6 n. 87. in fi. vers. secunda limitatio*, qui omnes, rogo; videantur.

37 Sed nè desit particularis doctrina in terminis terminantibus, videatur quæso, *Suarez de paz* in sua *praxi par. 6. tom. 1. cap. 1.* vbi ponit totam practicam, & theoricam in materia recusationis, & post *nu. 5. vers. Però si el Iuez*, subdit infrascripta formalia verba, ex quibus manifestè patet, quòd admittitur nominatio etiam vltramarina, cius verba sunt hæc.

Però si el Iuez negò las posiciones, los dichos Señores Oydores no recusados en el dicho acuerdo, en que veen su declaracion, dan auto, en que recibẽ à prueua al recusante con el termino, que les parezca conuiene, con que no exceda de los puertos aquende de quarenta dias, y de los puertos allende sesenta dias, & paulò inferiùs *vers. y mandan*, ait, quòd transmittitur Cõmissarius ad recipiendum testes per hæc verba, *y mandan ansi mismo en aquel dicho acuerdo, que vaya receptor à hazer las dichas prouanças.*

Ecce igitur, quòd neqùm admittitur nominatio, sed etiam destinatur Commissarius pro examinandis testibus in partibus nominatis.

38 Nec dicatur, quòd hæc praxis est fundata in legibus Hispaniarum, quæ non vigent in hoc Regno, nam sufficit mihi, quòd nec de iure huius Regni, nec de iure communi sit statutum contrarium, & leges Hispaniarum potiùs restrinxerunt in hoc ius commune, abbreuiando terminum nominationis, quàm ampliauerunt, ergò nos in hoc Regno remanemus sub regula generali, & ità fuit iudicatum per Iudices delegatos in causa suspitionis allegatæ per olim Regium Consiliarium Nicolaum Antonium Gizzarellum tempore suæ inquisitionis, qui fecit nominationem in Villa Madritij de facto ibi contingenti, & sub die 31. Augusti 1632. idem iudicauimus in Regia Iuncta extractionum in causa recusationis propositæ per Antonium Coppulam Portulanum Calabriæ Vltrà in personam Domini Præsidentis Vincentij Corcioni, referente Domino Præsidente Fabio Capycio Galeota Domino meo, admittẽdo nominationem factam in Ciuitate Rhegij, & denegando transmissionem Commissarij, nimirùm quòd produceret testes in Ciuitate recipiẽdos coràm Domino Commissario.

De Ordine iudiciorum. Pragm. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Positionum, & huius pragmaticæ materia, remissiui.*
2 *Praxis respondendi per verbum credo. vel*, non credo, *vndè prodierit.*
3 *Depositio Principalis non petitur antè terminum, sed post super positionibus, vel articulis præsentandis infrà quinque dies post terminum, & est etiam de iure communi.*
4 *Positiones differunt ab interrogatorijs, nàm Principalis non tenetur deponere super interrogatorijs, sed super positionibus, seù articulis tantùm.*
5 *Positiones an possint produci post terminum.*
6 *Deponere quis priùs teneatur, actor, vel reus, & plura circà positionum præiudicialium, & impertinentiũ materiam.*
7 *Verbũ*, credo, *in depositione Principalis quid operetur.*
8 *Deponens per verbum*, non credit, vt ponitur, *non sequitur propterea, quòd credat contrarium, sed quòd titubat, non credens hoc, nec illud.*
9 *Principalis non prohibetur respondere per verbum, præcisè affirmatiuum, vel negatiuum, quia responsioni per verbum*, credo, *pro se introductæ renunciare valet.*
10 *Deponens an possit respondere per verbum*, dubito, *vel per verbum*, nescire.
11 *Principalis si errauerit in respondendo positionibus poterit responsionẽ reuocare, & errorem emendare. Ponens potest adhærere responsioni datæ per Aduersarium, & propriam reuocare positionem.*
12 *Ponens dicitur fateri quicquid in positionibus continetur.*
13 *Positiones vti differant ab articulis.*
14 *Positionibus respondens simpliciter per verbum*, credo, *censetur fateri solùm deducta principaliter in*

posi-

positione,non autem enunciatiuè narrata, sicut nec censetur fateri ea,quæ ad qualificandum negotium sunt deducta in eadem positione.

15 *Positioni simplici si quis per confessionem conditionalem,vel qualificatam respondeat,onus probādi purificationem conditionis,vel qualitatis, ad quem pertinet,ad confitentem scilicet, vel ad aduersariū.*

16 *Positio si contineat duo facta,& Principalis respondeat de vno tantùm negatiuè, an de alio censeatur affirmare,vel negare.*

17 *Principalis examinatus super positione partim vera, & partim falsa an possit in conscientia totā negare.*

18 *Positio continens factum totum verum, sed elidibile exceptione facti difficilis probationis an possit tuta conscientia negari.*

19 *Articuli non sunt formandi,nisi de eo,super quo testis debet deponere,& contrariū facientes sunt incauti.*

20 *Positionum,& responsionum super eis faciendarum, materia.*

21 *Positionibus responderi an possit per Procuratorem. Principalis an possit deponere cum assistentia sui Aduocati,vel Procuratoris..*

22 *Procurator an teneatur deponere vt Principalis, remissiuè.*

23 *Procurator,qui causam agit, & qui illum substituit ad deponendum cogi possunt.*

24 *Principalis si sit absens, cuius expensis erit examinandus.*

25 *Principalis absentis depositionem petens si allegauerit suspectum Officialem loci,in quo degit Principalis,& propterea procurauerit,committi receptionē talis depositionis,tunc expensæ non sunt faciendæ à Principali,sed à petente depositionem.*

26 *Principalis præsentia in iudicio,si ex aliqua iuridica causa sit necessaria,cuius expensis sit euocandus.*

27 *Depositione Principalis pendente impeditur cursus termini,& processus ad ulteriora, & an procedat in causis summarijs.*

28 *Principalis semel interrogatus potest iterùm interrogari super alijs articulis,nō tamen impertinentibus.*

29 *Responsiones istæ qualitèr sint admittendæ à Iudice.*

30 *Cedens an teneatur deponere vt Principalis in causa Cessionarij.*

31 *Prælatus in causa suæ Ecclesiæ an teneatur vt Principalis deponere,& quid in Administratoribus.*

32 *Tutor an teneatur vt Principalis deponere, & quid in Curatore,& alijs Administratoribus. Tutoris,vel Curatoris responsio,vel confessio facta in iudicio probat contrà pupillum,& adultum.*

33 *Administratores Vniuersitatum an teneantur deponere,& quid seruetur in S.C. & n.34.*

35 *Senes vltrà annos 70.deponere non tenētur,& quarè.*

36 *Monachus,ex cuius persona agit Monasterium,an deponere vt Principalis teneatur,& nùm si iurabit.*

37 *Principalis varia,vel contraria deponēs an puniatur.*

38 *Principali neganti factum proprium calumniosè quæ sit pœna imposita.*

39 *Periurij in crimine quandò procedatur ex officio.*

40 *Principalis negans positionem partim veram,et partim falsam non est periurus.*

41 *Principalis si super positione,an sit hæres alicuius,respondeat,quòd sit fideicommissarius,non dicitur cōgruè respondere,cùm teneatur affirmatiuè, vel negatiuè respondere.*

42 *Principalis in quibus casibus deponere non teneatur.*

43 *Contumax in respondendo,vt pro confitente, vel negante ad eius maius præiudicium habeatur,requiritur sententia declaratoria et ita sit pronunciādum, vt per contumaciam Principalis in respondendo positiones habeantur pro confessatis.*

44 *Confessio facta,vel probatio,peremptæ instantia perit.*

45 *Reus vt positionibus actoris respondere teneatur, an ità etiam teneri videatur edere sua instrumenta actori.*

46 *Reus proprium librum actori exhibere an teneatur.*

47 *Principalis deponens contraria cum iuramento super positionibus aduersarij perdit causam tanquàm periurus.*

QVinta die, &c.

Articuli, siuè positiones præsententur sub termino hic statuto, super quibus Principales deponant per verbum, *credo*,vel *non credo*. H.D.

1 Ad perfectam declarationem huius pragmaticę, & positionum vide latè *Bald.in l.2. §.quod obseruari,C.de iuram.calum.*ex quo *text.* sumpta est practi-
2 ca hæc respondendi per verbum, *credo*,vel *non credo*,de quo latè *glos.magna ibi in vers.existima, Bald. in l.fi.n.2.in fi.C.de dot.promiss.*

3 Et aduertas ex hoc *text.* quòd depositio Principalis non potest peti antè terminum,proùt faciunt inexperti Procuratores, sed debet peti post terminum super positionibus,seù articulis præsentandis infrà quinque dies post terminum, quod procedit etiam de iure communi,vt per *Bart.in d.l.2. §. quod obseruari,col.4.ver.iuxtà prędicta,C.de iuram.calum.*

4 Pro cuius praxis intelligentia est habenda cognitio,quid differant positiones ab interrogatorijs,quā tradit *Igneus in l.3.§.si cum omnes,num.232.& seqq. ff.ad Syllan.Rebuff.in cap.pastoralis 11. notab. extrà de caus.possess.& proprie.*latè *glos.*seù *Io. Andr. in cap.1.de confess.in 6.* scilicèt vt illæ sint assertiuæ,& fiant à Parte,istæ interrogatiuæ,& à Iudice, quamuis non admittant postea differentias prædictas, item ponens debet iurare,& fiunt post litem contestatam,& super eis respondetur per verbum,*credit*, aut,*non credit*.Quæ quidèm differentia non est modicæ considerationis, nam in terminis huius pragmaticæ Principalis non tenetur deponere super interrogatorijs,sed super politionibus, seù articulis tantùm,vt docet *Carau.ritu 93.num.45.* & est in arbitrio Partis,si velit illam petere incontinenti dato
5 termino,*Grizzar.dec.66.* huiusmodi autem positiones possunt produci post terminum,*Bellug. in Spec. Princ.rubr.41.§.leges Regni,n.39.vers.sed quæ dicta sunt, Ann.sing.501.*

6 Quis autem teneatur priùs deponere, actor, an reus?vide *Benint.dec.Bonon.32.*vbi plura notatu digna docet circà materiam positionum præiudicialium,& impertinentium,qui concludit, quòd actor priùs,& facit optima *glos.in l.2.in verb. & actor, C. de iuram.calum.*

7 Sed quid operetur verbum,*credo*,in hac depositione Principalis,vide *Sebast.Medic.de nouat.par.2. in 2.alphab.in verb.credo*,vbi ait, quòd possit reuocari,quandò est per errorem,*Sylvest.Aldobran.cons. 36.num.4.*dicit,quòd paritèr præiudicat,ac si de veritate esset,*glos.in cap.2.in verbo quid sciat,de testib. in 6.*debet tamen esse certa,& non incerta,seù conditionalis, *Farinac. dec.846.* Illud tamen non est
8 omittendum, quòd deponens per verbum negatiuum,scilicet, *non credit, vt ponitur*, non sequitur propterea,quòd credat contrarium, sed quòd titubat,non credens hoc, nec illud, ità *glos. in cap 2. vers. præterea, in verb.quid sciat,in fin. de confess.*
9 qui *text.*ponit practicam respondendi in hac materia,

ria, aduertas tamen, quòd non propterea prohibetur Principalis, quin possit, si velit, respondere per verbum præcisè affirmatiuum, vel negatiuum, vt puta, *est*, vel, *non est*, quia hoc est introductũ in eius fauorem, vt respondeat per verbum, *credo*, ex deductis per *Sebast. Medic. vbi suprà*, cui potest ipse renunciare, latè comprobat *Tropsius Cauens.* super ha. *prag. num* 45. & 46. vbi *in fine* fatetur, ita fuisse
10 decisum per S. C. an autem possit respondere per verbum *dubito*, *glos. in l. siquidem, in verb. dubitas, C. de except.* per illum *tex.* voluit, quòd sic, tu vide *Specul. par. 2. tit. de positionib. §. 6. num.* 13. & *Andr. in cap. 1. §. vasallus, in fin. ſi de feud. defunct. fuer. contr. in vers. vasallus feud. & in cap. 1. §. & inrabit, nu. 7. de consuet. resti feud gl. in cap. cùm causam, in 1. gl. extrà de iuram. calumn.* prout etiam poterit respondere per verbum *nescire*, in casu, de quo per *glos. in l. 2. §. quod obseruarum verb. existimas, vers. item quid si ità est incertus, C. de iuram. calum glos. Bar. Bal. & Ang. in l. si debitor, ff. de pecit. hæred. Bertrandi cons.* 376.
11 *vol.* 1. *par.* 1. Immò si errauerit in respondendo, poterit responsionem reuocare, & errorem emendare, *Alex. cons.* 47. *num.* 16. *lib.* 1. & *Io. Andr. in c. vlt. de iureiur. in sexto*, sic etiam facta positione negatiua, vel affirmatiua, quam Aduersarius deponẽs negauerit, vel è contrà poterit ponens reuocare suam positionem, & stare responsioni Aduersarij, *Coccin. dec. Rot.* 164. *n.* 4. qui hoc plenius declarat *dec.* 170.
12 Est tamen notandum, quòd ponens dicitur fateri quicquid in positionibus continetur, vt per *Rot. Gen. dec.* 60. *num.* 5. cuius contrarium cõsuluit *Zuc-*
13 *car. cons.* 12. *num.* 13. & *seq.* pro qua dissentione sedanda esset indagandum, quid differant positiones ab articulis, circa quod vide *Mogn. dec. Lucens.* 45. *num.* 17. sed videndus est *Gemin. in cap.* 1. *de confess. in sexto num.* 11. *Marant. in* 6. *par.* sui *Speculi, act.* 4. *n.* 6. vbi ait, quòd ponens censetur fatem illud, quod ponit, sed in articulis non censetur fateri.

Illud tantùm non est obliuioni tradẽdum, quòd
14 respondens positioni simpliciter per verbum, *credo*, censetur fatem solùm deducta principaliter in positione, non autèm enunciatiuè narrata, vt per *Matthesil. sing.* 33. vbi exemplificat, quemadmodùm nec censetur fateri ea, quæ ad qualificandum negotium sunt deducta in eadem positione, vt voluit *Alex. in l. si idem cum eodem, §. fin. num.* 3. *ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi refert multos concordantes, & è cõ-
15 trà, si super positione simplici quis respondeat per confessionem cõditionalem vel qualificatam, onus probandi purificationem conditionis, vel qualitatem non spectat ad confitentem, sed ad aduersariũ, iuxtà *glos.* notab. in *l. siquidem, C. de except.* docet *Surd. cons.* 423. *num.* 46. *vol.* 3. vide nunc *Rodriq. de execut. sentent. cap.* 1. *art.* 2. *num.* 15. qui transfert onus ad confitentem dato termino, & sic aliquando practicari absq; præiudicio confessionis factæ.
16 Quòd si positio contineat duo facta, Principalis verò respondeat de vno tantùm negatiuè, de alio censetur affirmare, declarat *Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 4. dummodò non sint cõnexa, vel aliud veniret consequutiuè, & verba sint positiua, & non comparatiua, vel maioris frequentationis fuerit dictum, vel sermo propositus fuisset affirmatiuus, vel interrogatio fuerit cum verbis qualificatis, vel omissum esset de genere prohibitorum.
17 Sed an Principalis examinatus super positione partim vera, & partim falsa possit tuta conscientia totam negare, *August. Morla* in suo *empor. iur. lib.* 1. *tit.* 8. *q.* 14. & *Surd. cons.* 423. *num.* 42. *vol.* 3. sunt discordes, tu videas *Ferrer. in obseru. Cathal. par.* 2. *c.* 448. alias 430. *num.* 2. & vide *inf. nu.* 40. & *Pacian. de*
18 *probat. lib.* 1. *cap.* 18. qui etiam agit, an positio continens factum totum verum, sed elidibile exceptione facti difficilis probationis, possit tuta conscientia negari, de quo vltimo agit etiam *Gutierr. lib.* 1. *pract quæst.* 60. & 61. *in fine*, dicens, non posse negari, nisi positio actoris diceret, & contineret, reum accepisse centum mutuo, & adhùc ei deberi, quia tunc potest negari, prout proposita est, *Scraph. dec.* 1039. *in fin.* dicit, posse negari per illa verba, *non credit vt ponitur*, vide *infr. nu.* 40.

Et quia hic agitur de articulis præsentandis, ad-
19 uertas, quòd articuli non sunt formandi, nisi de eo, super quo testis debet deponere, vt aduertit *Bellem. in cap. cùm Ecclesia, num.* 34. *extrà de cauſ. poſſ. & propr.* Quod est omninò menti tenendum, nàm multi incauti Procuratores, & incautiores Aduocati formant articulos super eo, super quo nullus testis habet deponere, sed probatur per scripturas authenticas, quod non prodest ad aliud, quàm ad propalandum secreta Aduersario, & tradendum ei notamentum in facto de considerationibus pro suę causæ defensione faciendis.
20 De materia verò harum positionum, & de respõsionibus super eis faciendis vide *Paseth. cons.* 192. qui dicit, posse responderi, *credit, sed per errorem*, omninò *Ioseph. Ludou. dec. Perus.* 8. qui admittit responsionem, *credit esse latam sententiam, sed eam non habere præ manibus, sed illius tenorem ignorare, & ad eam se referre*, latè *Rebuff.* super *Const. Gallia, tom.* 3. *tit de responsionib. per credit, vel non*, qui dicit, non posse respondere Aduocatum, nec infantes, nec impuberes, nec eorum tutores de facto illorũ, nec curatores furiosorum, & qui in adultis præstãt authoritatem, vt *inf. num.* 32. *Intrigliol. sing.* 36. *lib.* 3.
21 Et an possit responderi per Procuratorem? vide *Specular. par.* 2. *tit. de positionibus, §.* 6. *num.* 18. *vers. in summa*, omninò *Thesaur. dec.* 17. *Imol. in l. penul. §. ad crimen, col. fin. vers. sed pro complemento, ff. de publ. iudic. Neuiz. cons.* 7. *num.* 14. & est *tex. in cap.* 2. *de conſeſſ. in* 6. *Laurent. dec. Auen.* 79. vbi declarat, an, & quando Principalis possit deponere cum assistentia sui Aduocati, vel Procuratoris, & dicit, esse arbitrarium Iudici, veluti in rustico, *Ann. sing.* 164. *Honded. cons.* 66. *num.* 73. *vol.* 1. *Farin. de Reo confeſſ. & conu. q.* 81. *num.* 61. latè *Sigism. Scacc. de iudicijs cauſ. ciuil. lib.* 2. *cap.* 7. *q.* 18. *nu.* 548. vbi etiam *n.* 563. declarat, quod dicatur speciale mandatum, cuius vigore possit respondere super positionibus loco Principalis, quod etiam in Regno est expressum in *Ritu* 93. vbi dicitur, quòd instrumentum debet esse confectum, *ad sic respondendum*, ergò non sufficit, quòd in instrumento procurationis, seù mandati detur Procuratori expressè potestas respondendi super articulis præsentatis, aut præsentandis, sed necesse est, vt in eo dicatur responsio affirmatiua, vel negatiua, & id important illa verba, *ad sic respondendum*, de quibus in *Ritu* prædicto, & ità est de iure communi, & probat *Rota Rom. dec.* 779. *nu.* 3. *vers. & per easdem* inter recollectas nouissimè per *Farin. par.* 2. *tom.* 2. & eadem *Rota* apud *Ludouis. dec.* 282. & 289. latiùs *Gratian. discept.* 772. *num.* 240. cum *seqq.* Audio tamen, quòd contrarium fuit iudicatum in causa D. Annæ Aquauiuæ cum Principe Casertæ, sed nescio, si fuit allegatus *Ritus* prædictus, & aliæ authoritates superiùs adductæ, & ideò cùm casus acciderit, erit vlteriùs cogitandum, posthæc dùm hic casus accidisset disputandus in

cau-

cauſa Duciſſæ Naſceræ, & Machedæ cum Cęſare Zattara, & Dominico Mazzola, adhibita maxima diſcuſſione hodiè 8. Martij 1625. fuit prouiſum, quòd Ill. Duciſſa deponat vt Principalis ſuper articulis præſentatis per conuẽtum, non obſtãte depoſitione facta per Procuratorem non habentẽ ſpecialiſsimum mandatum ad ſic deponẽdum, quàmuis in contrarium fuiſſet præſentatum illud decretum factum in cauſa Don Annæ Aquauiuæ fundatum in alia facti ſpecie ibi ponderata, vt declarauit vnus ex Dominis, qui in illa cauſa votauit, decretũ eſt pœnès Secretarium S.C. Commiſſarius Don Didacus Bernaldus de Zuſia, ad præſens ob eius morum probitatem, & eminentem doctrinam ad mu-
22 nus Regentis Regiam Cancellariam euectus. Sed an Procurator ipſe teneatur deponere vt Principalis? vide *Ann. ſing.* 144 qui affirmat, *Affl. dec.* 92.

23 Et quòd poſſit cogi ad deponendum, tàm Procurator, qui cauſam agit, quàm Procurator, qui illum ſubſtituit, patet ex *Philipp. Franc. in cap. ſi quem*, §. *ſecus*, poſt *n.* 3. *verſ. & propter hoc, de procurat. in* 6.

24 Quod ſi Principalis ſit abſens, cuius expenſis debeat examinari? vide *Sebaſt. Med de reg. iur. par.* 2. *reg.* 7. *ampl.* 2. *Ann. ſing.* 405. qui concludunt, debere examinari ſumptibus petentis depoſitionem, circà quod, nè erres in practica, ſcias, quòd id procedit quòad expenſas erogandas pro expeditione literarum commiſſionalium, non autem quòad expenſas erogandas pro ſalario Officialis, cui committitur illa depoſitio recipienda, dùm tamen commiſſio fiat in perſonam Officialis illius loci, in quo degit Principalis ipſe examinandus, quia hæ vltimæ ex-
25 penſæ debent erogari per Principalem abſentem, qui eſt cauſa earundem expenſarum, vt per *Prę ſ. de Franch. dec.* 332. *num.* 7. *verſ. hodiè*, quòd ſi petens depoſitionem Principalis abſentis allegauerit ſuſpectum Officialẽ loci, in quo degit Principalis, & propter eius ſuſpitionẽ procurauerit receptionem talis depoſitionis cõmitti alteri Officiali, vel Examinatori S.C. pro cuius acceſſu ad locum, vbi degit Principalis ſunt neceſſariæ expenſæ pro illius ſalario, huiuſmodi expenſæ non ſunt erogandæ à Principali abſente, ſed ab eo, qui petit depoſitionẽ, & allegat ſuſpectum Officialem loci, quippè qui propter ſuam ſuſpitionem præbeat cauſam illis expenſis, & propterèà ex eadem ratione ſibi eſt imputãdum, ad materiã autẽ adeas *Aules in c.* 3. *Prætor. in gl. Procuradores, n.* 22. *Gutier. lib.* 1. *pract. q.* 63.

26 Quid autem ſi ex aliqua iuridica cauſa ſit neceſſaria præſentia Principalis in iudicio, iuxtà *text. in cap.* 1. *de iudic. in* 6. cuius expenſis ſit euocandus? explicat *Menoch de arbitr. iudic. caſu* 228. *Sola ad decret. Sabaud. tit.* 25. *in gl.* 3. *in fin.* qui loquuntur in dilatione iuris iurandi, vel in depoſitione Principalis, & dicunt, Iudicis eſſe arbitrarium.

27 Nota tamen ex hac pragmatica, quòd pendente depoſitione Principalis impeditur curſus termini, & proceſſus ad vlteriora *Grizzar. dec.* 58 quod pro-
28 cedit etiam in cauſis ſummarijs *Ann. ſingul.* 405. & Principalis ſemel interrogatus, poteſt iterùm interrogari ſuper alijs articulis, vide eundem *Annam ſing.* 407. non tamen tenetur deponere ſuper articulis impertinentibus, ſecundùm *Annam ſing.* 449.

29 qualitèr autem hæ reſponſiones admitti debeant à Iudice, vide *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 251. dicentẽ, non qualificatæ, niſi in idiota, vel ruſtico, vel quando qualitas ineſſet à natura rei,

30 non autem cedens tenetur deponere vt Principalis in cauſa ceſſionarij, vide *Cyn. Alb. Bald.* & cæteros *DD. in l. fin. C. de procur. & in l. ſi actor, ff. eodem*, *Tiraqu. de retract. lignag.* §. 2. *gl.* 2. *nu.* 14. omninò *Marilian. deciſ.* 21. quidquid in contrarium ſcripſerit *Scagl. rit.* 119. & *Apicel. alleg.* 4.

31 Sed an Prælatus teneatur deponere vt Principalis in cauſa ſuæ Eccleſiæ? vide *Cyn. in auth. hoc ius porrectum, num.* 10. *q.* 8. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. tex. & Canoniſtas in cap.* 2. *de teſtibus, & atteſt. in* 6. vbi habes etiam de Abbate, & Priore, ex quo *text.* patet, quòd hi Prælati, & Adminiſtratores tenentur deponere veritatem, quam ipſi ſciunt, & per eorum ſubditos audiuerunt, & propterèà ſequitur, quòd quandò ſcientia Adminiſtratoris eſt contraria his, quæ audiuit à ſubditis, debet deponere, *ex parte mea credo ſic, & ex parte Eccleſiæ credo ſic*, vt explicat *gloſ. ibi in verb. illos, & ibi* etiam declarat, cui re-
32 ſponſioni ſtabitur. Tutor verò omninò tenetur reſpondere, per *tex. in l.* 2. §. *quod obſervari, C. de iuram. calumn.* & idem eſt dicendum in Curatore, & alijs Adminiſtratoribus, per eundem *tex.* ſecundùm *gloſ. ibi in verb perſonæ*. Sed *Gabed. deciſ. Luſit.* 137. *p.* 1. negat, nili in adultis, quibus authoritatem præſtẽt, ſed non deponant de facto eorum, vt *ſup. num.* 20. & eorum reſponſio, & confeſſio in iudicio facta probat cõtrà ſuos pupillos, vel adultos. *Gratian. diſcep.* 888. *num.* 13. Quid autèm de Adminiſtratoribus

33 Vniuerſitatis, an ipſi teneantur deponere? hanc quæſtionem latè diſputatam habes per *Pyleum* in ſuis *quæſtionibus, q.* 1. qui concludit, ſufficere in cauſa Vniuerſitatis Conſulem iurare, præſente tamen, & conſentiente maiori parte Vniuerſitatis, argum. *auth hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccl.* ſed *Bulgar. & Martin.* fuerunt in opinione, quòd teneatur iurare maior pars omnium ciuium, prout refert *Accurſ. in l.* 2. §. *hoc etiam in verb. vel à plurima, C. de iuram. calum. Ioannes* verò, & *Accurſ. ibidem* voluerunt, quòd ſufficiat maior pars illorum, per quos defenditur Vniuerſitas, prout ſunt Syndici, & Electi, & iterùm *Accurſ. in auth. de armis in princip. in verb. patrum*, at in S. C. ſeruatur, vt deponant decẽ de ſenioribus ciuibus ad electionem petentis.

34 Et in *Proceſſu* grauaminum Caſtri S. Viti cum Goffredo Palagano Barone *fol.* 50. *à ter. vol.* 2. inueni decretum *Prę ſidis de Franch.* domi interpoſitũ, quòd decem de ſenioribus debeant deponere vti Principales, *& fol. ſeqq.* eſt aliud decretum, quòd Vniuerſitas nominet decem, & Baro de illis eligat ſex. Actuarius eſt Longus; Sed pro opinione *Ioannis, & Accurſ.* quòd ſcilicèt ſufficiat maior pars illorum, per quos defenditur Vniuerſitas, videtur mihi *tex. in l. municipibus* 96. *ff. de cond. & demonſtr.* quem adducit *Accurſ. in d. verſ.* & Ego vidi diuerſi-
35 modè obſeruatum in S.G. Quicquid tamen ſit, ſenes vltrà annos ſeptuaginta non debent, nec tenentur deponere, quia extrà mentem præſumuntur eſſe. *Andr. in cap.* 1. *in princ.* poſt *nu.* 2. *verſ. Iſti omnes, de*

36 *pace iuram. firm.* Sed an Monachus, ex cuius perſona agit Monaſterium, teneatur ipſe deponere vt Principalis, *gloſ. in auth. cauſa, quæ in verb. debeat, in fin. C. de Epiſc. & Cler.* dicit, quòd ſic, ſi agatur de eo, quod per ipſum factum eſt, idem alia *gloſ. in auth. apud quos oport. cauſ. dicere, in verb. interpellet, verſ. ſed nunquid iurabit.*

37 Quid autem ſi Principalis deponat varia, aut cõtraria, an puniatur? vide *Menoch. præſumpt.* 43. *lib.* 2. qui dicit, puniri, niſi animo corrigendi dixerit, vel fuerit reuocata illa negatio, antequàm teſtes exa-
38 minentur ſuper negatione. Per hanc verò pragmaticam Principali neganti factum proprium ca-

lum-

calumniosè est impositа pœna arbitraria, circà quã vide *Marilian.dec.*35.qui,inpositam fuisse pœnam amissionis causæ assent. Sed non omittas *Andr. in Constitut.Eos,qui scientèr*, & in *Const.Edictorum*, *vers.sed si iurauit laicus*, *Luc.de Penn.in l.quotiès*, *col.7.in fin.vers.sed quid si reus,C.de dignit.lib.*12. & iterùm *Andr.in cap.*1.*§.Sacramentum,in addit.n.*13.

39 *de consuetud.rect.feud.* vbi ait,quòd in hoc crimine periurij non proceditur ex officio, nisi Iudex reperiat delictum periurij coràm se factum, cùm sit priuatum delictum, & illud idem de pœna arbitraria est prouisum per *prag.*35.*supr.de Offic.Sac.Reg.Conf.*

40 Quid autem si Principalis negauerit positionem partim veram,partim falsam? vide *Ioseph.Ludouic. dec.Peruf.*51.*num.*6. cum *seq.* omninò *Surd.dec.*58. qui concludunt,non esse periurum, maximè ignorantem,& vide suprà *num.*17. notabis tamen, quòd

41 si super positione,quòd reus sit hæres alicuius Principalis,respondeat,quòd sit fideicommissarius, non dicetur congrua responsio, & tenetur respondere affirmatiuè,vel negatiuè,vt per eundem *Ludou.dec.*

42 *Lucens.*40. sunt tamen nonnulli casus, in quibus Principalis non tenetur deponere,quos videre poteris apud *Menoch.de præsumpt.lib.*1.*quæst.*62.scilicèt, quandò positiones essent contrà præsumptionẽ iuris,& de iure,multos etiã colligit *Ricc.coll.*268.

43 Et dùm *in fine text.* statuitur, quòd contumax in respondendo habeatur pro confesso ipso iure, aduertas,quòd adhùc requiritur sententia declaratoria,secundùm *Marant.in tract. de multiplici alienatione prohibita,nu.*355.*in fin.* Sed quomodò sit pronunciandum,vt per contumaciam Principalis in respondendo positiones habeantur pro confessatis? docet *Surd.cons.*360.*volum.*3.& in Regno est *Ritus Mag.Cur.*120.vbi *Caraui.*declarat,quòd in præsente non requiritur trina citatio, & in absente semper vltima debet fieri personaliter,*Luc. de Pen.in l.locorum*, *vers.& hoc patet,C.de omn.agr. desert. Castill. dec.*209. *lib.*3.

Sed in omnem euentum hæc non est aliud,quàm

44 ficta confessio, quæ ficta confessio,& probatio peribit perempta instantia,*Bald.in l.*2.*C.de edend. Iaffred. Lanfranc. dec.*282. latè *Soc. in tract.de instant. num.*57.nec nocebit hæredi,vt in *cap.vasallus,lo secondo,n.*2.*si de feud.defunct.controu.fuer.*

Obiter tamen ex hoc *text.* inferendum videtur,

45 quòd dùm reus tenetur respondere positionibus actoris,tàm per hanc pragmaticam, quàm etiã per *text.in cap.*1.*&* 2.*de confess.in* 6. videtur etiam, quòd eodem modo teneatur edere actori sua instrumenta,& sic actor possit sumere arma de domo rei, quod ex prædictis admittit *Didac.de Pace in quæstion.ciuil.maiorat.quæst.*5.*num* 6.*&* 7.sed contrarium esse verius demonstrat *Raimal.Corsi.lib.*2.*indagat. iur. cap.*16. vbi tradit etiam rationem differentiæ,& fusiùs *And.Fachin.lib.*11.*controu. iur.cap.* 83.*Megal.resol.*14.

46 Quid autem in proprio libro, an illum teneatur exhibere actor,vel reus?latè *Alex.Raudens.dec.Pisan.*14. qui negat.

47 Nec omittas, quòd Principalis deponens contraria cum iuramento super positionibus Aduersarij,perdit causam tanquàm periurus,vt in *cap.fin. de de iureiur.in* 6.

De Ordine iudiciorum. Pragm.IX.

RERVM SVMMA.

1 *Examinator,vt non suspectus pro examinandis testibus eligatur,datur lista suspectorum.*

2 *Examinator,& Iudices,qui testes recipiunt non facilè sunt suspecti dandi.*

3 *Suspitio generalis omnium Examinatorum nõ admittitur.*

4 *Examinatoris testium materia,remissiuè.*

5 *Examinatoris officium in quibus cõsistat,& quid præsumatur ei commissum.*

6 *Examinator electus non potest substituere,et alteri testium receptionem committere,etiam de Partium voluntate,licèt si reperiantur recepti de facto,Partium consensus excusaret.*

7 *Examinatori non creditur de commissione sibi facta per Iudicem,nisi appareat ipsa commissio scripta per alium Scribam,seù Actuarium, alioquin testes essent nullitèr recepti.*

8 *Examinatoris commissio non expirat, licèt Iudex, qui fecit commissionem pro examinandis testibus decedat,vel mutetur.*

9 *Testes aliquos Pars si citauerit, & postea nolit eos examinari facere,an possit compelli ad illos examinari faciendum.*

10 *Testis non citatus,& vltroneus an faciat fidem.*

11 *Examinator non deputatur ad instantiam Neapolitanorum extrà Ciuitatem,sed committitur examen testium Ordinario loci, seù vicinori non suspecto, exceptis causis criminalibus,& feudalibus.*

12 *Audientia testium nùm in omnibus causis indifferentèr committatur,& vtrũ possit cõmitti Actuario.*

13 *Audientia testium commissa Ordinario loci an possit alteri committi per dictum Ordinarium.*

14 *Testes legitimi qui sint,& quæ forma sit seruanda in illorum receptione,remissiuè.*

15 *Oppositiones contrà testes an sint examinandæ antè commissum illorum examen, vel potiùs sint seruandæ in expeditione causæ.*

Testium examinatio quandò sit committenda extrà territorium.

16 *Probatio,quæ sit per testes primum locum sibi vendicat,& est cæteris dignior,& validior, quæ verò sit per instrumentum est maioris ponderis.*

17 *Testium in receptione per Examinatores facienda debet citari Aduersarius ad illorum iuramenta videndum,aliàs eorum depositiones nullam facerent fidem,vbi cautela affertur.*

Et paritèr nonnulli recensentur casus,qui citationem de necessitate non exposulant.

18 *Testes non sunt recipiendi,nisi post citationem ad videndum eorum iuramenta,& quandò debeat designari locus,& dies,ibid.*

19 *Principalem tantùm an citari sufficiat, vel sit citandus Procurator tantùm,cum quo fuit lis contestata.*

20 *Procurator ad videndum iuramẽta testium citatus, si respectu testium recipiendorum in partibus nominatis substituerit suum Principalem, vel alium ad illorum iuramenta videndum, & Examinator procedat ad receptionem non citato substituto, an testes dicantur nullitèr recepti,remissiuè.*

21 *Citatio Partis ad videndum iuramenta testium non requiritur, vbi Examinator accederet ad examinandam mulierem,propter honestatem muliebrem.*

22 *Examinator nõ potest turmatim recipere testes simul eos interrogãdo,sed sigillatim vnum post alium in loco secreto,nè vnus alterum audiat,aut instruat.*

23 *Examinator non debet permittere testibus, vt se referant ad priorem depositionem, in alia, vel in eadem causa factam, sed eos interrogare, & illorum extendere dicta, & non per viam simplicis repetitionis.*

24 *Testes citati si noluerint libenter ferre eorum testimonium veritatis, sunt cogendi captis pignoribus, imponendo eis mulctam, non autem per capturam personæ.*

25 *Testis ad sui cautelam post factam depositionem potest se per extensum referre depositioni priori, quatenus illa in aliquo à posteriori differret.*

26 *Testes non legitimè repetiti an adhuc probent, remissiuè.*

27 *Testes, qui non iurati deposuerunt, post didicita testificata possunt denuò examinari cum iuramẽto, & renitentes fortaſsè cogi.*

28 *Citatio ad videndum iuramenta testium fit simul, & semel cum citatione ad testes, in qua describuntur testes per nomina, & cognomina.*

29 *Citari an possit Aduersarius ad videndum iuramenta testium per citationem separatam à citatione testium.*

30 *Testis quandò possit recipi non citato Aduersario.*

REsponsionibus, &c.

PRo examinandis testibus eligatur Examinator non suspectus. H. D.

1 Hodiè fit decretum, quòd detur lista suspectorum, pro qua obseruantia vide *Ann. singul.* 274.
A qui dicit, esse de iure. Sed *glos. in §. & quòd sæpè, in verb. artificis, in auth. de trient. & semiss.* aduertit,
2 quòd Examinator, & Iudices, qui recipiunt testes, non facilè sunt dandi suspecti, & generalis suspitio
3 omnium Examinatorum non admittitur, secundùm eundem *Ann. singul.* 276 Est tamen sciendum, quòd
4 de hoc Examinatore testium est *text. in auth. sed Iudex, & ibi glos. & Doctores, C. de Episcop. & cler.* & loquuntur passim *DD.* in infinitis locis, quos vsq; ad nauseam cumulat *Schrader. de feud. part.* 10. *sect.* 16. *in verb. examinator testium, num.* 65. & officium huiusmodi Examinatoris in quibus consistat, & quid
5 præsumatur ei commissum, vide *Ioann. de Amic. cons.* 94 *super dubio*, qui concludit, quandò cum cõmissione fuerunt consignati articuli limitati non potest recipere alios articulos super repulsa, vt per
6 *Menoch. præsumpt.* 56. *lib.* 2. ipse autem non poterit substituere, & alteri committere receptionẽ testiũ, vt docet *Innoc. in cap. cùm causam, num.* 4. *vers. hinc eadem ratione, extrà de testibus*, *Caballin. miscel.* 186. nec etiam de Partium voluntate, *Bald. in l. testamenta, num.* 3. *C. de testam.* sed si reperiantur recepti dè facto, consensus Partium excusaret, vt in simili tradidit *Andr. in cap.* 1. *num.* 5. *si de inuest. inter Domin. & vasall. lis oriat.* vide *infrà num.* 13. Neque creditur ipsi Examinatori de commissione sibi facta per
7 Iudicem recipiendi testes, nisi appareat ipsa commissio, quæ debet scribi per aliũ Scribã, scù Actuarium, & non per ipsum eundem Examinatorem, aliàs testes essent nullitèr recepti, vt per *Afflict. dec.* 317. Aliqui tamen relati per *Bouadill. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. tenent contrarium in hoc vltimo dicto,
8 & si interim decedat, vel mutetur Iudex, qui fecit commissionem pro examinandis testibus, non propterea expirat commissio Examinatoris, *Farinac. dec. ciuil.* 16. *num.* 4. post *Rotam dec.* 9. *de rescript. in*
9 *antiquis.* Quòd si altera Pars citauerit aliquos testes, posteà verò nolit eos examinari facere, an possit cogi ad illos examinati faciendum? dicas, quòd si vltrà citationem iurauerunt de veritate dicenda, tũc cogitur eos examinari facere, vt per *Aym. Crau. de antiqu. tempor.* 1. *par. sect quæritur etiam, num.* 2. si verò non iurauerunt, non cogitur, vt per *Capyc. dec.* 39. *Marilianus dec.* 41. admittit, ità vt non inducatur necessitas producenti faciendi examinari testes, *Laurent. dec.* 116. tenet contrarium, sed eum reprobat *Cartar. dec. Genuens.* 106. sequitur *Farin. dec. posthum.* 549. *tom.* 1. dùm fuit delatum iuramentum, &
10 si testes vltronei non citati deponerent, essent suspecti, & non facerent fidem, secundùm *Bald. in cap. Tertio loco, num.* 14. *de probation.* sufficit sola productio facta à Parte, licèt non interueniat citatio, dũ-
11 modò iurati deponant. Et aduerte, quòd extrà Ciuitatem ad instantiam Neapolitanorum non deputatur Examinator, sed committitur audientia testium Ordinario loci, seù viciniori non suspecto, exceptis causis criminalibus, & feudalibus, vt inter *priuilegia Neapol. cap.* 36. *fol.* mihi 36. *& cap.* 69. *fol.* 47. cuius meminit *Afflict. in Const. In pecuniarijs* 1.
12 *notab.* An autem in omnibus causis indifferentèr committatur audientia testium, vide *Const. In pecuniarijs*, & quandò possit committi Actuario, vide tu *Franc. Marc. dec.* 228 *par.* 2. qui affirmat in ciuili-
13 bus tantùm, & loci Ordinarius, cui sit commissa audientia testium, an poterit alium substituere ad recipiendos testes, consulendus est *Hector Felic. alleg.* 103. qui affirmat in nudo ministerio absq; citatione, post *Innoc. in cap. cùm causam, in verb. Tempora, extrà de testibus*, *Specul. cod. tit. §. qualitèr vers. Hoc autem scias*, & dixi suprà *num.* 6. & nota, quòd hic terminus, seù modus loquendi, nempè, vt committatur audientia testium sumptus est nedùm à *Const. In pecuniarijs, in princ.* sed etiam de iure communi ex *l. rem non nouam, C. de iudic.*

14 Qui autem sint legitimi testes, & quæ forma sit seruanda in illorum receptione, docet *Greg. Syntagm. iur. vniuers. lib* 48. *cap.* 13. & oppositiones con-
15 tra testes an sint examinandæ antè commissum illorum examen, vel potiùs sint reseruandæ in expeditione causæ, declarat *Barz. dec.* 38. *num.* 15. esse Iudicis arbitrarium, vbi etiam agit, an, & quandò sit committenda examinatio testium extrà territoriũ, & *nu.* 8. dicit, quòd tenetur Iudex, quandò tales non possunt euocari, nè facultas probandi pereat.

16 Inter omnes probationum species hæc, quæ fit per testes, primum locum sibi vendicat, & est cæteris dignior, & validior, *cap. cùm Ioannes, extrà de fid. instrum.* latè explicat *Villadieg. in for. iud. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 21. *num.* 4. sed probatio, quæ fit per instrumentum, est maioris ponderis, vt idem *Villadieg.* declarat *ibid. nu.* 18.

17 Est tamen diligentèr animaduertendum, quòd in receptione testium facienda per hos Examinatores debet citari Aduersarius ad illorum iuramenta videndum, per *text. in l. si quandò, C. de testibus*, aliàs illorum depositiones nullam facerent fidem, *l. Iudices, C. de fid. instrum. cap. in nomine Domini, in fin. extrà de testib.* etiam si iudicium sit summarium, *Mantic. dec.* 206. quod fallit in multis casibus collectis per *Farinac. de testib. lib.* 3. *tit.* 8. *quæst.* 72. *cap.* 1. *&* 2. scilicèt quando periculum esset in mora, contrà debitorem suspectum, timore, vel absentia testium, timore potentiæ Aduersarij, in rebus naufragij, vel robariæ, in longinquis partibus, pro damno euitando tantùm, in probatione notoriæ consuetudinis respicientis litis ordinem, vel coràm Iudice procedente, inspecta æquitate naturali, in probatione mortis, in ciuilibus parte citata, in sententia

feren-

ſprenda, quandò iterùm producitur teſtis ad declarandum ſuum dictum, quandò depoſitio eſſet veriſimilis, in cauſa ſpolij, vbi eſſet conſuetudo in ciuilibus, vel de conſenſu partium, vel parte præſente, vel facta monitione iudicis, non tamen excuſat ſtylus in contrarium, *Gratian. diſcept. forenſ. 694. num. 48. & ſeq.* confirmat *Cocc. in dec. 182.* vbi reuocatur *deciſio* præcedens 142. per quam fuerat deciſum contrarium, vt limitat *Caualer. dec. 275.* quandò teſtes iurauerunt in termino probatorio Parti intimato, & coram Examinatore à Partibus acceptato. Cautela tamen erit, vt producens hos teſtes faciat illos repeti ante concluſionem in cauſa Parte citata, vt per *Capyc. dec. 35. in fin.* & vltrà citationem ad videndũ
18 iuramenta teſtium eſt deſignandus locus, in quo erunt recipiendi teſtes, aliàs eorum examen eſſet nullum, vt poſt *Caputaq. & Caſar. de Graſſis* deciſũ refert *Farin. dec. 23.* quod procedit, quandò Aduerſarius citatus proteſtatus fuit de aſſignatione certæ diei, horæ, & loci, quia volebat intereſſe, idem *Farin. dec. 74.* Verùm ſi in citatione ſit omiſſa dies receptionis teſtium, intelligitur de prima die iuridica, *Serafin. dec. 857. num. 23.* Vbi tamen eſſet ſtylus non citandi Aduerſarium ad videndum teſtes iurare, ſtylus ille eſſet obſeruandus, & ſufficit, ſi de eo extraiudicialitèr conſtet, teſte eodem *Farinac. dec. 30.*
19 Sed an ſufficiet, ſi citatur Principalis tantùm, vel debebit citari Procurator, cum quo eſt lis conteſtata? vide *Alber. in l. nulla*, propè *fin. C. de procurat.* vbi poſt *Lambert. de Ramp.* concludit, quòd debet omninò citari Procurator, *Vin. lib. 2. commun. opin. in opin. 652. in fin.* niſi non inueniretur Procurator, quia tunc poterit citari Principalis, *Bald. in l. 1. num. 6. verſ. ſed pone, C. de ſentent. & interloq. omn. iud.* vbi ſequitur etiam *Lambert. de Ramp.* Sed in Regno, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta, fortaſsè contrarium poſſet attentari, ex traditis per *Marcell. Calà de mod. articul. & proband. §. 1. glo. 4.*
20 *num. 6.* & ſi citatur Procurator, qui reſpectu teſtiũ recipiendorum in Partibus nominatis ſubſtituit ſuum Principalem, vel alium ad videndum iuramẽta teſtium, Examinator verò procedat ad receptionem non citato ſubſtituto, an teſtes dicantur nullitèr recepti? vide *Laur. deciſ. Auen. 69.* qui concludit, eſſe acta valida, vbi eſſet conſuetudo, ſed ſecuriùs foret per aliam viam procedere, & vltrà limitationes *Canenſ. hic* limita, vt non requiratur citatio Par-
21 tis, quandò Examinator accederet ad examinandũ mulierem, propter honeſtatem muliebrẽ, *Gulielm. de Cun.* quem refert, & ſequitur *Caſtrenſ. in l. ad perſonas, num. 2 ff. de iureiur.* alias limitationes habes apud *Felin. in d. cap. In nomine Domini*, quod eſt ſecundum, *num. 7.* cum multis *ſeqq. extrà de teſtibus.*

22 Nec Examinator poterit teſtes recipere turmatim, plures ſimùl interrogando, ſed debet recipere ſigillatim vnum poſt alium in loco ſecreto, nè vnus alterum inſtruat, & eius teſtimoniũ ſequatur, prout pulchrè docet *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 29.*

23 Item non debet permittere, vt teſtes referant ſe ad priorem depoſitionem, in alia, vel eadem cauſa, factam, vel ad reuelationem excommunicationis, ſed tenetur eos interrogare, & illorum dicta per extenſum redigere, & non per viam ſimplicis repetitionis, prout doctè explicat *Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. caſ. 109. Hieronym. Laur. dec. Auen. 91. num. 5. verſ. vndè qui, Bonad. lib. 2. cap. 21. num. 15.* & ità Ego obtinui in cauſa Paſchalis Caputi conuenti ad inſtantiam Portiæ Balſamæ, referente integerrimo viro Regio Conſiliario Marco Antonio de Ponte, qui propter ſuam eximiam doctrinam euectus fuit ad ſummum faſtigium Regentis in ſupremo Conſilio Italiæ, pẽnès Catholicam Maieſtatem, & indè translatus ad officium Præſidis huius Sacri Conſilij Neapolitani, adiuncto titulo Marchionatus. Actuarius eſt Ioannes Baptiſta Figliola, & poſtmodùm reperi, ità fuiſſe per prius iudicatum per Sacrum Conſilium ad relationem tunc Regij Conſiliarij Io. Montoyæ de Cardona, nunc aſſumpti ad ſupremum munus Regentis Regiam Cãcellariam, & Regij Collateralis Conſiliarij in hoc Regno, & demùm ad ſupremum Italiæ Conſilium, in cauſa inter Hippolytam Rufam nomine, vt in actis, & Marchionem Vallis Siciliæ ſuper Terra Vrſinarfi, vt ex *ſupplicatione fol. 361. & decreto fol. 362. a terg.* Actuarius eſt Cantone. Quicquid contradicat *Gratian. diſceptat. 890. num. 14. & ſeqq.* cùm in Regno per prædicta duo decreta ſit approbata contraria opinio, quàmuis *Thomat. dec. 56.* ſequatur *eundem.*

24 Quòd ſi teſtes citati noluerint libentèr ferre eorum teſtimonium veritatis, ſunt cogendi captis pignoribus, imponendo eis mulctam, non autem per capturam perſonæ, vt poſt *Specul. tit. de teſte, §. de teſtibus, & Maſcard. de probationib. concl. 5. n. 61.* docet *Villadieg. for. iud. lib. 2. tit. 1. l. 21. n. 7.* niſi mulcta non prodeſſet, *Idem lib. 2. tit. 4. l. 2. n. 7. in fin.*

25 Poterit tamen teſtis ad ſui cautelam poſt factam depoſitionem per extenſum referre ſe priori depoſitioni à ſe factæ, quatènus tamen illa differret in aliquo à poſteriori, vt idem *Menoch.* aduertit *caſu 109. in finalibus verbis*, & talis depoſitio eatènus erit valida, quatènus appareat prima depoſitio, ad quam ſe referat, & non alitèr, *Seraph. dec. 1069.* & *1076.* niſi in eo, de quo explicitè depoſuerit in ſecundo examine, Idem *Seraphin. deciſ. 1083.* Hi verò
26 teſtes non legitimè repetiti adhùc probant, vt docet *Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 21. n. 11.* ſcilicèt, quandò timetur potentia Aduerſarij, vel proceditur coràm Iudice inſpecta æquitate naturali, vt autem teſtes legitimè recipiantur, neceſſe eſt, quòd præſtèt eorum iuramentum de veritate dicenda infrà terminum, aliàs ſi iurarent poſt terminum, eorum examen eſſet nullum, ità fuit iudicatum per Rotam Romanam, teſte *Farinac. dec. 75.* vbi etiam aſſerit, hunc terminum eſſe continuum, & currere, etiam ſi eſſent aliqui dies feſti intermedij.

27 Sed an teſtes, qui non iurati depoſuerunt, poſt didicta teſtificata poſſint denuò examinari cũ iuramento, & renitentes fortaſsè cogi? *Harthm. Piſtor. lib. 1. q. 43.* probat luculentèr, quòd ſic, latè confirmat *Gratian. diſcep. 890. n. 10.* cum *ſeqq.*

Et cùm ſuprà dixi, quòd in receptione teſtium eſt citandus Aduerſarius, ſeù illius Procurator ad
28 videndum iuramenta illorum, communitèr obſeruatur, quòd hæc citatio ſit ſimùl, & ſemèl cum citatione ad teſtes, in qua deſcribuntur teſtes per no-
29 mina, & cognomina, & ſic Aduerſarius per hanc citationem habet notitiam teſtium contrà ſe examinandorum. Nunc quæro, an hæc forma ſit de neceſſitate ſeruanda, nec nè? & ſic, an Aduerſarius poſſit citari ad videndum iuramenta teſtium per citationem ſeparatam à citatione teſtium, ità vt ipſe non poſſit habere notitiam teſtium, niſi in actu receptionis? & procùl dubio ſtante aliqua ſuſpitione ſubornationis poteſt citari Aduerſarius abſquè nominibus teſtium, ità *Bald. in l. fin. num. 16. verſ. extrà quæritur, C. de edend. Dec. in cap. 1. num.* mihi *156.* poſt *verſ. octauò limita, extrà de probat.* vbi bona *Apoſtill. Alber. Otin. in ritu Archiepiſc. 36. num. 2.* &

so multos casus, in quibus recipiuntur testes, etiam non citato Aduersario, recenset *Scaccia lib. 2. c.8. num.63.* vsq; ad *num.119.* scilicèt vt nõ dicatur nulla sententia, si se non retert ad acta, in testibus receptis ad instructionem Iudicis, in inquisitione generali, vbi esset periculum in mora, in naufragio, vel simili casu remoto; nec omittas, quòd circa ea, quæ respiciunt iudicium intellectus, testes etiam non interrogati debent reddere causam scientiæ, *Coccin. decis. Rot. 259. num. 5.*

ADDITIO.

A ADuertendum tamen est, quòd vetus ille stylus ex iuris communis dispositione introductus secundùm DD. quos allegat *Ann. alleg. 274.* & in iudicijs obseruatus, interponendi decretum, quòd in biduo detur lista Examinatorum, ac Officialium locorum suspectorum, vt prouideri possit de nõ suspecto, de quo loquitur hìc Dominus *Regens* fuit expressè reuocatus per *Regiam Pragm. 4. cap. 10. de dilat.* dicta *delli 28. capi*, per quam disponitur, quòd non sit opus præcedere decretum Iudicis, vel aliam requisitionem pro danda lista Examinatorum, vel Officialium suspectorum, & sic nõ amplius interponitur decretum, quòd detur lista Examinatorum, & Officialium suspectorum, vt per priùs obseruabatur; sed lapso biduo post intimationem termini fit electio Examinatoris, & cõmittitur audientia testium nominatorum extrà hanc Ciuitatem, iuxtà eandem *Pragm. 4 cap. 9. de dilat.* & praxim, quam docent *Muscatell par. 5. glos. suspectorum, à num. 15.* cum *seq.* & *Carau. in rit. 158. num. 8.* qui etiam in *ritibus 156. 157. & 158.* tradit practicã committendi audientiam testium extrà Ciuitatem nominatorum, & notat casus tàm in ciuilibus, quã in criminalibus, in quibus solet, & debet testium audientia committi, vel denegari, de quo etiã tractat *Capyc. dec. 90. & Masull. ibidem per tot. & D. Reg. in prag 7.* & in hac *quæst.* huius *tituli.*

Sed quid si non dùm elapso biduo prædicto fiat electio Examinatoris à Iudice, & partes non contradicunt, & Examinator electus procedit ad examen recipiendum, an examen sit validum, sintquè testes benè recepti? *Afflict. in Const. Regni In pecuniarijs, num. 20.* in terminis *Constitutionis* illius disponentis, quòd Examinator eligatur à partibus, & si partes non elegerint, eligi debeat à Iudice, videtur sentire, quòd sit validum, dùm vult, quòd si Iudex eligit Examinatorem partibus non contradicentibus, valida est electio, ex eo, quia dùm partes non contradicunt electioni, videntur ipsæ eligere, & habentur pro volentibus, argumento *tex. l. finalis, C. de except.* vbi *glos.* celebris in *vers. in principio*, & etiam in *additione*, quæ allegat *tex.* mirabilem in *cap. inter Monasterium*, vbi *glos. in vers. subeundo*, & in *vers. renunciasse, de sent. & re iudic.* quæ adducit etiam alia iura ad fundãdum, quòd postquàm partes consentierunt in Iudicem non possunt illum recusare, & quòd Iudicis persona, dùm est tacitè approbata, ex quo partes coràm ipso litigare consentierunt, non poterit deindè reprobari, & quòd ipso facto quis iuri suo renunciat subeundo iudicium, & *Afflict.* sequitur *Muscat. in d. p. 5. glos. suspectorum, num. 6.* & *Carau. in d. rit. 157. nu. 13.* per *tex. in l. apertissimi, C. de iudic.* Non obstante *Regia Pragm. Responsionibus, 9. de ordin. iudic.* per quam statuitur, q̃ responsionibus vicissim factis ad examen testium procedatur data incontinenti lista suspectorũ, nam hæc *Pragm.* recessit ab aula, & seruatur suprædicta *Prag. 4 cap. 10. de dilat.* quæ tantùm innouauit antiquum stylum biduj, vt non sit necesse interponi decretum, quòd detur lista suspectorum, sed biduo prædicto expectato fit electio Examinatoris extrà personas suspectorum, si fortè aliquis, vel aliqui fuerint allegati suspecti, si verò nullus fuerit vti suspectus recusatus, fit electio Examinatoris in causis in M.C.V. vertentibus, Iudicis causæ Commissarij arbitrio, qui tamen semper eligit Scribam causæ, dummodò non fuerit infrà biduum prædictum notatus suspectus, vt suprà dictum est. Et sic etiam seruatur in Regia Camera Summariæ, ac in Collaterali Consilio.

In causis verò vertentibus in S.R.C. quia in hoc Tribunali deputantur Examinatores a Domino nostro Rege, mediante eius Regio diplomate, vt habetur in *pragm. 68. de offic. S.R.C.* non fit electio Examinatoris per causæ Commissarium, sed per sortem, seù per bussulam, quam vocant, nam Examinatorum nominibus in vrna positis in qualibet causa, vnus eligitur, quem sors, & fortuna tulerit, nisi allegatus fuerit suspectus infrà biduum, vt per *Prag. 67. de offic. S.R.C.* & ità seruatur in omnibus examinibus testium, qui sunt examinandi intus hãc Ciuitatem. Quando verò testes sunt recipiendi, & examinandi extrà Ciuitatem in locis nominatis adhibetur hæc distinctio, nam in causis valoris infrà ducatos quincentum indistinctè committitur audientia testium Officialibus locorum, si nõ fuerint allegati suspecti, vel etiam conuicinorum, arbitrio causæ Commissarij, sin autem fuerint suspecti cõmittitur alicui, vel aliquibus Officialibus conuicinioribus, vt causæ Commissario videbitur, nec cõmittitur Examinatoribus S.R.C. In causis autèm excedentibus ducatos 500. vsquè ad mille fit electio Examinatoris, verùm Examinatori non debetur salarium accessus, nec recessus, sed tantùm moræ, vt in *pragm. 74. eod. tit.* At in causis suprà summam ducatorum mille debetur salarium pro accessu, recessu, & mora, ad rationem carolenorum sexdecim pro qualibet die.

Sed quid in causis compromissis, & vertentibus coràm Arbitris, an electio Examinatoris, seù commissio pro examinãdis testibus possit fieri per Arbitros, vel debeat fieri per Sac. C. dic, quòd electio Examinatoris fit per Arbitros, commissio tamen, ac etiam citatio testium intus hanc Ciuitatem fit per S.R.C. Arbitri enim non habent iurisdictionem in testes, sed tantùm inter illos, qui compromiserũt, *D. Reg. Capyc. Latr. dec. 24. num. 15.* ex *Borrell. de cõprom. §. 3. gl. 2.* & latiùs dixit idem *Borrell. in cons. 85. num. 2.* post *Carauit. in rit. 295.* sub *num. 16.* qui tamẽ distinguit inter Arbitros electos voluntariẽ à partibus, & Arbitros necessariò electos vigore *Regiæ Pragmat.* nàm isti cùm habeant iurisdictionem ex statuto, & dicuntur Iudices Delegati, *Muscat. p. 3. glos. nominent.* sub *num. 13.* æquiparantur Iudicibus, & in eos transfunditur Iurisdictio, *Borrell. d. cons. 85. num. 13.* poterunt per se ista facere, licèt deindè concludat, quòd nequè Arbitri statutarij, seù necessarij vigore *Regiæ Pragmaticæ* electi possunt testes citare, eis mandando, quòd veniant coràm eis ad deponendum testimonium, sed citantur, & coguntur per Iudicem loci, sicuti eriam eorum laudum exequutioni demandatur per Iudicem loci, vt in *prag. 2. de Arbitr.* & non per Arbitros, vt habetur ex *Borrell. d. tit. de comprom. §. 3. glos. 4. nu. 84. & d. cons. 85. num. 3.*

In

In Syndicatoribus autem, ac Syndicatus cauſis coràm ipſis verſantibus contrarium facilè oſtendit idem *Camill. Borrell.* in relato *conſ.* 85. à *num.* 4. cum *ſeqq.* poſſe ſcilicèt Syndicatores per ſe teſtes citare, cogere, pœnas quoq; imponere, atq; exigere, ac etiã ea omnia facere, ſine quibus demandata ipſis iuriſdictio exerceri non poteſt, & negotia explicari, expleriq; non poſſunt, *l. cui iuriſdictio, ff. de iuriſd. omn. iudic. l. ad rem mobilem, ff. de procur.* & concordantes allegat *Hippol. de Marſil. in ſingul.* 175. & punctualitèr tradidit *Ioſeph Cumia in pract. de ſynd. c. 6. n.* 16.

Quoniam verò ſuprà facta eſt mentio de Arbitris, & eorum poteſtate, ac iuriſdictione, illud ſoluere non incongruit, an coràm Arbitris poſſit author laudari, ſeù Domini nominatio fieri, de quo agit *Muſcatell. in pract. par.* 3. *gloſ. Nominent, num.* 12. cum *ſeqq.* qui ſentire videtur, quòd in Arbitris, ſeù compromiſſis voluntarijs minimè poſſit author laudari, ſeù in iudicio nominari, iuxtà *Foller.* ſententiam, quem allegat, huiuſq; *Muſcatell.* enunciati ea eſt ratio, quã ſuprà diximus, nempè quia Arbitri ex partium voluntate electi non habent iuriſdictionem, niſi inter partes, quæ illos elegerunt, iuxtà doctrinã *D. Regentis Marchionis Torelli* ſuprà relatam, ac etiam *Borelli* ſupradictis in *locis*, cùmq; author laudatus non compromiſerit, non poteſt dici voluntariæ Arbitrorum iuriſdictioni ſe ſubmiſiſſe, iuxtà ea, quæ ſuprà diximus, ac proindè poterit coràm ipſis Arbitris vocari. In compromiſſis autem neceſſarijs factis inter coniunctos ex vi *Reg. Prag.* alitèr erit dicendum. Nàm cùm iſti Arbitri ex neceſſitate electi habeant iuriſdictionem, ex diſpoſitione ſupradictæ *Reg. Pragmat.* ſintq; Iudices delegati, vt fundauimus ex *Borrell.* & *Muſcatell.* poſt *Bart.* & alios, quos allegant, facilè poterit delegata hæc Arbitrorum iuriſdictio ad laudatum authorem, coniunctumq; extendi, per ea, quæ deciſa fuiſſe per S. C. refert *Afflict. dec.* 227. vbi etiam *Addens Vrſill.* ratione ſcilicèt connexitatis, & conſequentiæ, & ità etiam ſentit *Muſcatell. in d. gloſ. Nominent.* ſub *num.* 23. defendendo opinionem *Bartol.* contrà *Bal. in l.* 1. *C. vbi in rem actio.* Stat ergò concluſio, quòd in compromiſſis neceſſarijs vigore Statuti, vel Regiæ Pragmaticę poteſt fieri laudatio authoris, Arbitrorũq; poteſtas vti Iudicũ delegatorũ extenditur etiam ad authorem, & ſi nõ nominatũ, nec comprehenſum in compromiſſo.

Sed ex hoc alia oritur quæſtio celebris, quippè ſatis, quid ſcilicet, ſi author laudatus ſit perſona priuilegiata, Fiſcus ſcilicet, vel alij, qui ſuos peculiares habent Iudices, ad *text. in l.* 1. *C. vbi cauſæ Fiſcales*, & in *l. ſi minori*, vbi *DD. C. de iure Fiſc. lib.* 10. *Capyc. dec.* 197. & Dominus *Reg. Capyc. Galeot. controuerſ.* 45. *num.* 19. per *Reg. Pragm.* 6. 13. 14. 62. *§.* 7. & 63. *§.* 3. *de offic. Procur. Cæſar.* an ſi compareant coràm Arbitris, & ſuſcipiant onus iudicij, offerantquè ſe reum conuentum defenſuros, coràm eorum Iudice ſint audiendi. Et poſito, quòd audiri debeant, an cauſa ad ſuos Iudices remiſſa, intelligatur mutatum iudicium inter actorem, & reum principalitèr conuentum, ac proindè teneatur etiam actor mutare perſonam rei conuenti, & ſic litem proſequi, non cum reo, ſed cum ipſo Fiſco Authore laudato, qui iudicium ſuſcepit.

Lis eſt in Regia Camera Summariæ in Banca de Scognamiglio inter Nicolaum, & Carolum Gauottos actores, & D. Ioannem Baptiſtam Græcum Baronem Terræ Vrſimarſi conuentum, ac Regium Fiſcum, & Principem Biſiniani authores laudatos, in qua pro Barone ſcribit acutiſſimus, ſimulq; eruditiſſimus Iureconſultus, Aduocatuſq; Princeps Dominus *D. Carolus Calà* meus Dominus, habemuſquè Collegam Dominum *D. Ioſeph. Capycium Latro* Aduocatum ſummæ eruditionis, ac doctrinæ, ac ab Illuſtriſſimo Marchione Torelli eius patre non degenerem. Pro nunc obſerua *text. in l. ſed etſi lege, §. item ſi rem, ff. de petit. hæred.* ibi *quid tamen ſi is, qui vendidit, paratus ſit defendere hæreditatem, vt permè, atq; ſi poſſideret, conueniatur, incipit exceptio locũ habere ex perſona emptorum,* & vltrà *text.* vide *ibidem gloſ. in ver. emptorum*, quæ dicit, *Emptores ex ſua perſona habent exceptionem, nàm dicent, conuenias venditorem, qui paratus eſt tibi reſpondere, quod dicere licet, vt infrà famil. erciſc. l. planè.* ex quo *text.* & *gloſ.* clarè colligi poſſe videtur, quòd quandò author laudatus comparuit, & ſuſcepit iudicium pro conuenti defenſione, tenetur actor litem proſequi cum ipſo authore laudato, non autem cùm conuento, quia hoc caſu præſumitur, authorem laudatum, iudicium ſuſcepiſſe vti procuratorem in rem propriã, iuxtà tradita per Dominum *Regentem in pragm.* 2. *num.* 7. *verſ. Niſi author laudatus, de dilation.* & etiam ipſo actore inuito, preùt dicit *gloſ. in d. l. planè, in ver. ſuo loco. ff. famil. erciſc.* Non obſtante eo, quod dicit Dominus *Præſ. de Franch. dec.* 462. per *text. in l. ſi mandato meo, §.* 1 *ff. mandati*, quòd ſcilicet nemo tenetur mutare conuentum, nàm regula prædicta procedit, quandò mutatio fieret facto hominis, non autem quandò fit facto, & diſpoſitione legis, ità tradit *Ripa* ſatis benè in *l.* 1. *num.* 11. *ff. ad Trebellian.* quem refert, & ſequitur *Bertazol. in tract. clauſul. clauſ.* 19. *gloſ.* 1. *num.* 7. & 8. At hic mutatio fit authoritate, & diſpoſitione legis coarctantis authoritè laudatum, ad ſuſcipiendum onus iudicij, reumquè defendendum, ratione euictionis promiſſæ, *l. ſi plus, vel minus* 74 *§. mota quæſtione, ff. de euict.* ibi *ad rem defendendã venditor conueniri põt.* & ſic perſonę, iudicijq; mutatio fit ipſo iure ex legis diſpoſitione. Actor prætereà admittẽdo authoritè laudatũ ad rei defenſionem, ſibi præiudicauit, ideòq; non poteſt à cępto cum eo iudicio proſilire, ſed patere ei debet via, quam elegit, iuxtà *text. in l. ſi mulier* 21. *ff. de eo, quod met. cauſ.* ibi, *quia hunc ſibi ipſa metum intulit.* Cogita, nàm eſt pulchet, & nouus caſus, & à paucis perpenſus, ac obſeruatus.

Reor tamen, quòd ſi actor, hypothecaria actione, & aſſiſtendi iure, contrà reum conuentum, atq; rei poſſeſſorem ſe dixerit, ipſe verò conuentus, contrà authorem perſonali actione, vel etiam hypothecaria, fuerit expertus, (erit tamen conuenti perſona legalior, ac etiam ſoluendo, data ſortè laudati authoris inopia,) contrarium ſortè poſſet firmari, nec poſſet, reo conuento dimiſſo, laudatus tantùm author, qui ad debiti ſolutionem non eſſet ſatis, pro debiti ſolutione conſtringi. ſed in hoc caſu erit pari paſſu, & ſimultaneo proceſſu contrà vtrumq; procedendum, & data idoneitate authoris laudati, ſententia contrà reum conuentum prolata, erit contrà ipſum authorem laudatum exequutioni demandãda, ſine alio proceſſu, iuxtà diſpoſitionem ſuprà citatæ *Pragm.* 2. *de dilat.* Si verò author non erit ſufficiens ad debiti ſatisfactionem, erit planè conuentus reus vrgendus, ac contrà eum prolatæ ſententię exequutio facienda.

Ioannes Laganarius.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. X.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista concordat cum iure communi.*
2 *Terminus si sit elapsus culpa Officialis quomodò sit impedito consultum.*
3 *... si sit elapsus culpa Aduersarij, vti sit impedito succurrendum, remissiuè.*
4 *... elapsus ob propriam negligentiam non est reintegrandus, neq; ad instantiam actoris.*
5 *Terminus si sit reintegrandus ob aliquod impedimentum, qualitèr sit facienda reintegratio, in totum, vel potiùs habito respectu ad ratam, quæ supererat de termino, tempore superuenientis impedimenti.*

ET si per Examinatorem, &c.

Terminus lapsus culpa Examinatoris, vel Magistri actorum restituitur per Iudicem. H.D.

1 Concordat hæc pragmatica cum iure communi, vt est *text. in cap. per tuas, extrà de testib.* Ad hanc
2 materiam restitutionis termini lapsi culpa Officialis vide *Andr. in Const. Lite legitimè contestata, in vers. eundemq; terminum*, qui dicit, quòd debet reparari in causa appellationis, quòd si non posset, vt in momentanea possessione, tenebitur Iudex ad interesse, si erit soluendo, aliàs dabitur restitutio in inte-
3 grum, quòd si terminus sit elapsus culpa Aduersarij, qui impedimentum præbuit testibus, nè examinentur, quomodò sit impedito succurrendum? vide *text. in cap. constitutis, lo primo extrà de testibus.* Verùm si terminus sit elapsus ob propriam negligen-
4 tiam, quia neutra Pars in eo aliquid fecit, tunc terminus non est reintegrandus, neq; ad instantiam
5 actoris, *Capyc. dec. 82.* Sed quandò terminus est reintegrandus ob aliquod impedimentum, qualitèr sit facienda reintegratio, in totum, vel potiùs habito respectu ad ratam, quæ supererat de termino, tempore superuenientis impedimenti, docet *Affl. dec. 50. n. 6.* qui ait, vt sit facienda tota reintegratio.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. XI.

RERVM SVMMA.

1 *Probationes debitæ si nõ sunt factæ in termino impartito non possunt fieri post terminum, quod habet locum, etiam si probatio esset facienda per iuramentũ Partis ex pacto, vel statuto.*
2 *Publicatio testiũ si omissa fuerit an processus sit nullus.*
3 *Testes aliqui si non fuerint publicati in prima instantia an poterint publicari in causa appellationis.*
4 *Publicatione in causa facta an possint recipi alij testes.*
5 *Testificata si non fuerint didicita, & culpa, vel negligentia Examinatoris testes non fuerint examinati, etiam facta publicatione possunt recipi.*
6 *Attestationes si per transcursiuam tantùm lectionem fuerint visæ, adhùc poterunt produci alij testes.*
7 *Testes in quibus casibus etiam post didicita testificata produci possint.*
8 *Testes postquàm in Partibus fuerunt recepti, poterit Examinator, vel alius Officialis, cui fuit transmissa receptio, transmittere illorum attestationes per ipsasmet Partes clausas, et sigillatas quòd si apertas, non propterea erunt nullæ: proùt nec etiam, si Pars illas desigillauerit.*
9 *Repulsa facta publicatione non petita potest peti post sententiam, quandò facto Iudicis eam petere quis fuit impeditus.*
10 *Repulsa in prima instantia omissa non potest peti in secũda, vel tertia nisi capita repulsæ fuerint proposita in prima instantia, vel nisi repulsa fiat ex capite falsitatis, dicet contrarium sit vsu receptum.*
11 *Repulsa non conceditur in iudicio summario, nisi in causa attentatorum.*
12 *Repulsa quandò admittatur, nec nè, & plura ad eius materiam.*
13 *Repulsæ causæ ex quibus defectibus oriãtur, remissiuè.*
14 *Repulsa an locum habeat, si quis sit vasallus alicuius ex Litigantibus.*
15 *Vasallus duplex est.*
16 *Repulsa non est necessaria, quotiescunq; fuerunt recepti in testes hi qui de iure sunt prohibiti ferre testimonium, cùm Iudex nõ debeat tales testes recipere, etiam si Partes taceant.*
17 *Testes qui de iure prohibentur ferre testimonium ob publicam vtilitatem, qui sint.*
18 *Testes ad repulsandum vltrà hunc terminum competit etiam eidem Parti alius terminus ad impugnandum scripturas, licèt essent productæ antè terminũ repulsæ, nisi Aduersarius instet, quòd terminus concessus ad repulsandum testes currat etiam ad impugnandum scripturas.*
19 *Repulsæ in termino non committitur audientia testiũ, sed destinatur Examinator S.C. nisi ageretur de examinandis duobus testibus tantũ, tunc enim etiã in causa repulsæ committitur audientia illorum duorum testium Officialibus in partibus.*
20 *Minor non restituitur ad pinguius probandũ in termino repulsæ, & sic non conceduntur beneficia.*
21 *Repulsa an habeat locum etiam in criminalibus in beneficium Fisci, vel Accusatoris.*
22 *Repulsæ petitio de stylo S.C. etiam post publicationem admittitur, modò petatur in ipso actu conclusionis, alioquin non esset ampliùs concedenda, etiam si postea talis conclusio sit rescissa per primum, aut secũdum beneficium.*
23 *Repulsari potest productus in testem, cuiuscunq; dignitatis, & præheminentiæ, si sit etiam Imperator.*
24 *Repulsare licèt non possim testem tuum, quem Ego examinari feci pro me quòad personam, tamen possum quòad dicta.*
25 *Beneficia an debeant concedi eò ipsò, quòd petuntur, vel requiratur probatio læsionis ex lapsu termini.*
26 *Beneficio semèl concesso à petente renunciari non potest in præiudicium alterius Partis.*
27 *Aduersarius quàmuis sit maior, poterit vti beneficio cum eodem priuilegio, quo vtitur minor, nempè deducendo illud idem & de directo contrarium articulis minoris, nisi minor limitatè petierit beneficiũ.*
28 *Confratriæ laicorum potiuntur beneficijs restitutionis.*
29 *Beneficia non debent concedi post causam introductã, & quid post Latam sententiam, & intimatum mandatum de parendo.*
30 *Beneficia an competant tertio priuilegiato, qui in causa antè sententiam compareat.*
31 *Beneficia ista quam dilationem comprehendant, & num. 33.*
32 Afflicti decisio reũcitur.
34 *Beneficia hæc concedũtur etiam si minores constituissent Procuratorem cum iuramento.*
35 *Beneficia non conceduntur in causa liquidationis, si fuerunt tamen concessa in causa principali.*
36 *Beneficia non cõceduntur in iudicijs summarijs, in quibus non agitur de damno irreparabili.*

37 Be-

37 *Beneficia non concedantur in cauſis criminalibus, vel in cauſa ciuili, quæ concerneret aliquod crimen obiectum, nec etiam in cauſa liquidationis inſtrumenti.*

38 *Beneficia minimè dantur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus circà articulos concernentes declinatoriam fori.*

39 *Perſonæ priuilegiatæ an poſſint cogi ad petendum beneficia, dùm retardant illorum petitionem.*

40 *Beneficia ſi obtineat minor in cauſa appellationis, quid in eis teneatur articulare.*

41 *Repulſam, vel beneficia petentes, eiſq; non vtentes puniuntur pœna ducatorum duodecim.*

42 *Inſtrumenta & ſcripturæ ſi ſunt originales, debent exemplari, & regiſtrari in actis, & Parti reſtitui.*

43 *Terminus ad impugnandum erit arbitrarius Iudici. Scripturæ forenſes, ſeù iudiciales quæ dicantur.*

44 *Iudex poteſt ex cauſa reſtringere probationes, vt non fiant, niſi per inſtrumenta, vel ſcripturas, & non per teſtes.*

45 *Repulſa admittitur, etiam ſi petatur in actu concluſionis.*

CVrſu dilationum, &c.

Termino elapſo fit publicatio, qua factæ conceditur petenti repulſa, & repulſæ, reſeruatis beneficijs competentibus perſonis priuilegiatis. H. D.

1 Nota ex hoc *text.* quòd ſi in termino impartito non ſint factæ debitæ probationes, non poſſunt fieri poſt terminum, quod procedit, etiam ſi probatio deberet fieri per iuramentum Partis ex pacto, vel ſtatuto, nàm poſt lapſum terminum huiuſmodi iuramentum præſtari nõ poterit, vt per *Crau. conſ.* 196. *n.* 1. quem ſequitur *Rot. Genuenſ dec.* 79. *n.* 1.

2 Et dùm hìc ſtatuitur, quòd poſt lapſum terminũ fiat publicatio teſtium, ſi omiſſa fuerit publicatio, proceſſus non erit nullus, *Carau. Rit* 72 *num.* 11. *Menoch. de arb. caſu. lib.* 1 *quæſt.* 33. *Gutierrez lib.* 1. *pract. quæſt.* 57. 58. *Matienz. in dialog. Relat. & Advocat. part.* 3. *cap.* 45. *num.* 6. & ſi aliqui teſtes non

3 fuerint publicati in prima inſtantia, an poterint publicari in cauſa appellationis? *Alexand. in l. is, apud*

4 *quem, num.* 25. *C. de reſcind.* ait, quòd ſic. & an facta publicatione in cauſa, & ſic poſt didicita teſtificata poſſint recipi alij teſtes? vide *Menoch. de arbitrar. iud. lib.* 1. *quæſt.* 34. poſt *text. in* § *quia verò multi, in auth. de teſtibus*, qui negat, niſi Iudex haberet liberum arbitrium, vel ex natura cauſæ matrimonialis, vel vigore perſonarum habentium reſtitutionem in integrum, quandò ceſſat timor ſubornationis, vel ratione noui iudicij, vel ad comprobandum primũ articulum, quandò producenti non poteſt imputari, vel ad concomitandum inſtrumentum de nouo productum, vel ex officio Iudicis. Si verò teſtificata

5 non fuerint didicita, & culpa, vel negligentia Examinatoris teſtes non fuerint examinati, etiam facta publicatione poſſunt recipi, *cap. per tuas, extrà de teſt.* Glo. *in clem.* 2. *in ver. publicatis, de teſt. Schurph.* damnatæ memoriæ *conſ.* 86. *nu.* 2. *cent.* 2. latiùs proſequitur *Matienz. in dialog. Relator. & Advocat. p.* 3. *cap.* 46. 47. 48. 49. & 51. *Gomez. dec.* 8. *lib.* 2. poſt *dec.*

6 *Coccin.* Immò etiam ſi fuerint viſæ atteſtationes per tranſcurſiuam tantùm lectionem, adhùc poterint produci alij teſtes, vt ſingulariter voluit *Gemin. in cap. cùm perſonæ, in princ. per gloſ. ibi de priuileg. in* 6. *n.* 7. *in fine princ. Vrſill. ad Afflict. dec.* 216. *num.* 6.

7 quemadmodùm poſſunt etiam produci poſt didicita teſtificata, quandò teſtes producerentur ad comprobationem teſtium productorum, vt pulchrè declarat *Innocent. in cap. cùm clamor, num.* 2. *verſ. item & ibi volunt, extrà de teſt.* Vel quandò Examinator omiſerit eos interrogare ſuper omnibus articulis, ſuper quibus fuerunt intabulati, vt per *Præſid. de Franch. dec.* 371. *Guid. Pap. dec.* 124. *Muſcatell. in Pract. appellat. part.* 3. *gloſ. Partis, num.* 93. aut etiam, quàdò teſtes obſcurè depoſuiſſent, nàm poterit Iudex ex officio, non tamen ad inſtantiam Partis, eos interrogare pro declaratione dicti ipſorum, vt annotauit *Ranchin. ad Guid. Pap. d. dec.* 124. Sed pro dicto *Innoc. in* dict. *cap. cùm clamor* vide *Ioa. de Amic. conſ.* 117. *num.* 7. *Surd. dec.* 126. *Farinac. de teſtibus, quæſt.* 75. *nu.* 155. ſed *Riminal. iunior conſ.* 301. *vol.* 3.

8 negat. Poſtquàm autè fuerint recepti teſtes in partibus poterit Examinator, ſeù alius Officialis, cui fuit commiſſa receptio, tranſmittere illorum atteſtationes per ipſaſmet Partes, clauſas tamen, & ſigillatas, vt in § *& quoniàm ſcimus, verſ. teſtimonijs quidèm, in auth. de teſt.* ſed ſi illas tranſmiſerit apertas, non propterea erunt nullæ atteſtationes, prout nec etiam erunt nullæ, ſi Pars illas deſigillauerit, *Socin. ſen. in l.* 1. *ff.* 11. 12. *ff. de offic. aſſeſſ.*

9 Et dùm ſtatuitur, facta publicatione peri debere repulſam, quæro, ſi facta publicatione non fuerit repulſa petita, an poſſit peti poſt ſententiam? dic, quòd ſic, ſecundùm *Boer. conſ.* 15. per *text. in cap. cùm I. & A. extrà de re iud.* iuncto intellectu *gloſ. in verb. iuramenta*, quod eſt intelligendum, quandò fuit impeditus petere repulſam facto Iudicis, vt explicat *Villadieg. in for. iud. lib.* 2. *tit.* 4. *l.* 7. 8. *nu.* 3. vbi addit,

10 idem eſſe, ſi fuerit culpa Partis aduerſæ, ſed omiſſa repulſa in prima inſtantia non poteſt peri in ſecunda, vel tertia, *Couarr. pract. quæſt. cap.* 18. *num.* 5. *Ann. ſingul.* 442. *Theſaur. dec.* 219. vbi dicit, quòd non, niſi capita repulſæ fuerint propoſita in prima inſtantia, quia tunc poterint probari in ſecunda, & niſi repulſa fiat ex capite falſitatis, *Afflict. dec.* 266. In contrarium tamen ſunt videndi *Innoc. & Panor. in c. cùm L. & A. num.* 13. *de re iud.* quorum opinionem tanquam vſu recepram ſequitur *Io. Grat. reg.* 39. *num.* 3. tu vide *Carau. ritu* 73. *num.* 4. *in fin.* in 2. *limit. Villadieg. in for. iud. lib.* 2. *t.* 4. *l.* 7. & 8. *num.* 2. qui negant, eſſe concedendam, niſi ex capite falſitatis.

11 Limita tamen, vt repulſa non concedatur in iudicio ſummario, ſecundùm *Couarr. pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 4. *verſ. ſeptimò eſt, Capyc. dec.* 55. niſi in cauſa attentatorum, vt per *Vrſill. ad Afflict. dec.* 351. *nu.* 4. *Laur. dec. Auenion.* 8. *num.* 5. & *ſeqq.* & plura ad ma-

12 teriam repulſæ & quandò admittatur, nec nè, vide per *Carolum Gloſſatorem legum Longobardor. tit. de teſt. l.* 2. *gloſ. fin. Menoch. de arbitr. iud. l.* 1. *quæſt.* 32.

13 qui concludit, iuſtè petenti eſſe dandam, etiam in iudicio ſummario, per calumniam petenti eſſe denegandam, in dubio erit arbitrarium, ſed ſemper potiùs concedendam etiam in ſummarijs, excepto remedio *l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. toll.* & ex quibus defectibus oriantur cauſæ repulſæ, *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 239. dicit, ſi teſtis eſſet libertinus, vel inimicus, in alijs erit Iudici arbitrarium, ſed *Afflict. in Conſtit. Mores diſſolutè* quadraginta duas cauſas affert.

14 Inter quas quidèm cauſas an connumeretur ea, quòd ſcilicèt quis ſit vaſallus alicuius ex Litigan-

15 tibus? & quia duplex dicitur vaſallus, alter ratione feudi, quod tenet ab aliquo, & hìc dicitur feudatarius, alter verò ratione iuriſdictionis, cui ſubeſt, & hìc dicitur vaſallus burgenſis, de vtroquè differit

Andr.

Andr.in cap.1.§.præterquàm,nu.11.si de inuest. inter Domin.& vasall.lis oriatur, tu vide *Affl. dec.304.* qui concludit,quòd vasallus potest esse testis, etiam quòd Dominus habeat merum,& mixtum imperiũ, & ei iurauit fidelitatem.

16 Non tamen obliuiscaris, quòd hæc repulsa non est necessaria,quotiescunq; fuerunt recepti in testes hi,qui de iure sunt prohibiti ferre testimonium,nàm si recipiantur,eorum testimonium nullum est, & nihil probat,vt pulchrè docet *Andr.* in *cap.1.num.6. qui testes sunt necessarij ad probat.non. inuest.* vbi dicit, quòd Iudex non debet tales testes recipere, etiam si Partes taceant,per *text.in L.quos prohibet, ff. de postul.*& *ibi* etiam declarat,qui sunt hi, qui tali-
17 ter prohibentur à iure ferre testimonium ob publicam vtilitatem,scilicèt minor 25.annis, & clericus in criminalibus contrà laicum.

18 Et vltrà hunc terminum ad repulsandum testes cõpetit etiã eidé Parti alius terminus ad impugnandum scripturas, licèt essent productæ antè terminum repulsæ,nisi Aduersarius instet,quòd terminus concessus ad repulsandum testes, currat etiam ad impugnandum scripturas,vt per *Capyc. dec.68.*

19 Nota tamen,quòd in termino repulsæ non committitur audientia testium, vt per *glos.* in *Const. In pecuniarijs,in vers.quo quidèm casu, & ibi Andr.in primis verbis*,sed destinatur Examinator Sacri Cõsilij,vt nouissimè testatur *Gizzarell.dec.27.*nisi ageretur de exsminandis duobus testibus tantùm ,quo casu etiam in causa repulsæ committetur audientia illorum duorum testium Officialibus in partibus,& ità testatur se multotiès vidisse seruari *Vrsil.ad Afflict.d.dec.351.*post *n.3.*

20 Item est notandum, quòd minor in termino repulsæ oon restituitur ad pinguius probandum, & sic non conceduntur beneficia,vt per *Affl.* in *Const. Obscuritatem,num.9. Præs.de Franch. dec.421.nu.7. Molin.de Hispan.primog.lib.3.c.13.n.66.Ferrer.in observ.Cathal.p.1.c.476.*

21 Sed an repulsa,quæ conceditur in hoc *text.* habeat locum etiam in criminalibus in beneficium Fisci,vel Accusatoris? vide *Parid.de Put.de syndic.* in *verb.inquisitio,cap.2.num.1. vers.ità videbatur*, qui videtur concludere, quòd ex officio Iudex debet interrogare secretè sine citatione Partis de qualitate testium.

22 Non tamen est prætermittendum,quòd licèt per hanc pragmaticam,& per *Rit.73.* sit dispositum,vt huiusmodi repulsa debeat peti infrà certum terminum post publicationem,tamen de stylo Sacri Cõsilij seruatur,vt admittatur etiam longè post publicationem,dummodò petatur in ipso actu conclusionis,quòd si tunc non fuerit petita repulsa,non est ampliùs concedenda,etiam si posteà talis conclusio sit rescissa per primum,aut secundum beneficium, iuxtà distinctionem *Capyc. dec.157.* vide *infrà hic in final.verb.*sed *Capyc.* contradicit *Reuerter.dec.71. tom.3.in manuscript.*

23 Et deniq; in hac materia est tenacitèr menti tenendum,quòd quilibet productus in testem cuiusuis dignitatis,& præheminentiæ,etiam si esset Imperator,potest repulsari, prout de Octauiano Augusto refert *Cassan.in cathal.glor.mund. p.5. cõsid.6.*

24 Nec est obliuioni tradendum, quòd licèt Ego non possim repulsare testem tuum,quem Ego examinari feci pro me,hoc est verum quòad personam, quia producendo censeor, illius personam approbare,secùs autem quòad dicta, nàm possum quòad dicta,ità resolut *Capyc.dec.62.nu.6.* per doctrinam *Salyc.*in *l.si quis testibus,colum.2.C.de testibus,Laur. dec.Auen.33. num.14.*& est *text.* expressus in *d. l. si quis testibus*,sed *Seraph.dec.1295.* ampliat, vt hæc approbatio operetur nedùm quòad futurum examen,sed etiam quòad præcedens antè approbationem,& idem admittit *Gramm.dec.34. nu.11. & 12.* alias limitationes,cęteraq; concernentia materiam repulsæ vide apud *Carau.rit.73.*

25 Dùm verò in fine pragmaticæ reseruantur beneficia personis priuilegiatis,quæro,an huiusmodi beneficia debeant concedi eò ipsò, quòd petuntur, vel requiritur probatio læsionis ex lapsu termini? in qua quęstione licèt *Rol.à Vall.cons.10.volum.4.* post latè disputatum articulum concludat, necessariò requiri probationem læsionis,tamen in hoc Regno contrarium obseruatur,& beneficia indistinctè cõceduntur petenti,nulla requisita probatione læsionis,quasi quòd ex ipso solo cursu termini sit proba-
26 ta læsio,& semèl concesso beneficio non potest petens illi renunciare in præiudicium alterius Partis, vt latè per *Præs.de Franch.dec.169.* Immò Aduersa-
27 rius,quàmuis sit maior, poterit vti beneficio cum eodem priuilegio,quo vtitur minor, nempè deducendo illud idem,& de directo contrarium articulis minoris,nisi minor limitatè perierit beneficium, nempè ad producendum de nouo tantùm,quia non poterit addere probatis per ipsum, nec ponere de directo contraria, proùt aduertit idem *Præs.de Franch.*eadem *dec.169.num.7.* Scias verò,quòd in-
28 ter has personas priuilegiatas, quibus competit beneficium restitutionis in integrum, sunt etiã Cõfratriæ laicorum,*Gabed.dec.Lusit.51.par.1.*

29 Aduerte tamen,quòd post causam introductam beneficia non debent cõcedi, vt per *Præs.de Frãch. dec.261.n.9.*& 10.licèt in contrarium sit *dec.Minad. 15.*& *Ego* dixi in *prag.52.supr.de offic.S.C.*

Sed nupèr reperi, tempore *Antonij Capyc.* post latam sententiam,& intimatum mandatum de parendo,fuisse concessa hæc beneficia, & admissos minores ad pinguius probandum ex capite restitutionis in integrum, retardando exequutionem sententiæ,vt in Processu inter Antoniam, & Portiã de Arminsa, & Lutium,& Fratres de Cales, decretum est latum die 9.Septembris 1533.Actuarius est Cioffus,sed decretum Sac.Consil.per quod prohibentur beneficia post descriptam causam in lista est latum die 8.Martij 1535. & sic post hoc decretum *Capyc.*vt in *prag.52.supr.de offic S.C.*hodiè seruatur *prag.16.infr.eod.*

Huiusmodi autem beneficia sunt concedenda,
30 nedùm Principalibus priuilegiatis,inter quos vertitur lis,sed etiam tertio comparenti in causa antè sententiam,qui tamen sit de personis priuilegiatis, quibus de iure competunt beneficia, iuxtà tradita per *Imbrian.de primo,& secundo benefic. consider.3.* dummodò hæc beneficia non sint concessa Principalibus eo tempore,quo hic tertius comparet, nàm cùm audiatur in terminis,in quibus tunc causa reperitur,si iàm fuerant concessa Principali, cuius iura vult coadiuuare,non erunt concedenda sibi alia beneficia de nouo,iuxtà tradita per *Consiliar.Aim. cons.98.*vbi refert,ità fuisse bis iudicatum per Sacrum Consilium iunctis Aulis,eandemquè opinionem sectata sunt Suprema Tribunalia Regni Siciliæ,teste *Mario Giurb.dec.1.*licèt contrarium appareat ex *dec.Gizzar.41.num.15.*conferunt pro eadem opinione tradita per *Gutierr.lib.1.q.66.in fi.*vbi dicit idẽ;si termini petendi beneficia essent præfixi à iure,præcipua ratio ea est, quia tertius veniens ad

causam

causam facit omnia acta sua, ac si cum ipso nominatim essent facta, *Ludouis. dec. Rot. 259.* pro quorum confirmatione adde *Gurb. dec. 1. n. 25. & seqq.*

31 Et quia in hac pragmatica non declaratur, quam dilationem comprehendant hæc beneficia, nè de hoc contingat dubitari, est sciendum, quòd *Afflict. decis. 124.* mouendo hanc quæstionem dicit, quòd debet arbitrari secundùm distantiam loci, & non prout vulgariter dicatur, quòd sit medietas primi termini, mouetur ea ratione, quia cùm sit beneficium, quod non potest negari, debet esse proficuum petenti, vt arbitraretur à Iudice secundùm distantiam loci, vbi sunt testes, aliàs si esset medietas primi termini terminus beneficij, esset impossibile ad producendum testes de longinquo, sed Ego, vt in-
32 genuè fatear meam ignorantiam, non intelligo hãc *Affl. decisionem*, nàm quandò petens beneficium habet testes extrà locum iudicij, non refert, qualis sit dilatio beneficij, breuis scilicèt, aut longa, nàm pro testibus, quos habet extrà locum iudicij, debet facere nominationem in partibus, in quibus testes degunt, iuxtà formam traditam in *pragm. 7. supra eodem*, & in *pragmat. 3. supra de dilationibus*, & tunc facta nominatione legitimè gaudebit termino nominationis, in eisdem pragmaticis expresso, nulla habita consideratione ad quantitatem dilationis in beneficio expressæ, si verò non habet testes extrà locum iudicij, sed omnes testes sunt in loco iudicij, tunc cessat impossibilitas, aut difficultas producendi testes, considerata per *Afflict.* & potest terminus, quàmuis breuis, esse proficuus petenti beneficium, nec est considerandus casus, in quo testes sint extrà locum iudicij, & sit omissa nominatio illorum, nàm-
33 sua culpa in omittendo nominationem sibi est imputanda; Veritas igitur est, quòd terminus primi beneficij est medietas primi termini, & terminus secundi beneficij est medietas termini primi beneficij, & ità fuit seruatum, nedùm antè dictam *decisionem Afflict.* prout ipse testatur *ibi in princ.* sed etiam post, & ità passim seruatur.

34 Amplia, vt hæc beneficia concedantur, etiam si minores constituissent Procuratorem cum iuramẽto, vt per eundem *Præs. de Franch. dec. 448.*

35 Sed limita, vt non concedantur in causa liquidationis, si fuerunt tamen concessa in causa principali. *Afflict. decis. 35. & 114.* vbi *Vrsill.* item limita, vt
36 non concedantur in iudicijs summarijs, in quibus nõ agitur de damno irreparabili, *Innoc. in c. coràm, extrà de offic. delegat. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 13. n. 6. & 63.*

37 Similitèr limita, vt non concedantur in causis criminalibus, vt per *Andr. in Const. Obscuritatem*, circà *princ.* & in *§. præterea, num. 28.* circà *fin.* vbi *Camerar. de prohib. feud alienat. per Federic.* quicquid in contrarium scripserit *Bartholom. de Capua in Const. Lite legitimè contestata*, & sic nec etiã in causa liquidationis instrumenti, quæ dicitur criminalis, *Fr. A. de Iud. Rob. consider. 41. & 50.* immò hanc limitationem ampliabis, vt procedat etiam in causa ciuili, quæ tamen cõcerneret aliquod crimen obiectum, vt per acutissimum *Præs. de Franch. dec. 421.*

38 Item limita, vt tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus non concedantur beneficia circà articulos concernentes declinatoriam fori, vt per *Præs. de Franch. dec. 439.*

39 An autem hæ personæ priuilegiatæ possint cogi ad petendum beneficia, dùm retardant illorum petitionem, distingue inter pupillos, seù minores, & mulieres maiores, vt per *Capyc. dec. 110.* quæ stat in viridi obseruantia in omnibus Tribunalibus. s. vt mulieres tantùm cogantur, sed modò per pragmaticam editam sub die 27. Maij 1623. quæ est *vltima infrà eodem*, secundùm nouissimam compilationem, est prouisum, quòd primum beneficium debeat peti infrà mensem post publicationem intimatam, & secundum infrà alium mensem à die conclusionis, si non adest publicatio includit omnes priuilegiatos, & in R. C. obseruatur etiam contrà Fiscum, quia non debet habere prærogatiuam in iudicio, quod requirit æqualitatem, *Andr. in c. 1. nu. 10. de consuet. rect. feud.*

Nùm autem minor, cui sunt concessa beneficia
40 in causa appellationis, poterit articulare illud idẽ, vel de directo contrarium respectu articulorum producẽtorum in prima instantia, docet *Præs. de Franch. dec. 647.*

41 Et demùm est pro coronide adnotandum, quòd petentes repulsam, aut beneficia, eisquè non vtentes puniuntur pœna duc. duodecim, vt in *pragmatica 1. infrà de procurator.* & dùm in hac pragmatica statuitur, quòd post publicationem in causa factam
* Partes debent infrà quatuor dies præsentare scripturas, si quas habent, & post illas præsentatas est dandus terminus ad probandum contrà illas arbitrio Iudicis.

42 Aduertas, quòd instrumenta, & scripturæ, si sunt originales, debent exemplari, & registrari in actis, & Parti restitui, vt docet *Bald. in l. instrumenta, col. 1. vers. quæro, vtrum Procurator, num. 6. C. de fideicom.* sed ex eis est facienda collatio Parte citata, vt in *pragmat. 16. supra de offic. Sacr. Consil.* & hic termi-
43 nus arbitrarius Iudici erit terminus ad impugnandum, vt per *Afflict. dec. 115. Capyc. dec. 98.* qui notetur, quandò illarum tenor fuisset in libello enunciatus, *Ann. singul. 507. Muscatell. in prax. Sac. Consil. part. 7. glos. præsentatas, nu. 20 in fin.* nec etiam quandò scripturæ præsentatæ essent iudiciales, siuè forenses, & ità frequentissima Praxis obseruat, sed quæ dicantur scripturæ forenses, siuè iudiciales, optimè declarat *Grat. in. disceptat. forens. 112. num. 41.* scilicèt, vt dicantur iudiciales, quæ recipiunt robur à Iudice, & non quæ præsentantur in actis, quę priùs publicę erant, quia dicuntur esse de actis, & in actis.

Et licèt ex hoc *text.* resultet, qhòd Partes possunt facere earum probationes in iudicio, tàm per te-
44 stes, quàm per scripturas, tamen Iudex potest ex causa restringere probationes, vt non fiant, nisi per instrumenta, seù scripturas, & non per testes, putà si Iudex haberet suspectos testes illius Prouinciæ, ità notabilitèr tradit *Andr. in cap. 1. num. 5. in additiõ. qui testes sunt necess. ad probandum non. inuest.* & tempore meo multoties practicaui, & vidi practicatum in
45 causis grauibus, & quòd repulsa sit admittenda, etiam si petatur in actu conclusionis, fuit nouissimè cum maxima discussione iudicatum per bina decreta S. C. in causa Alexandri de Noha cum Octauio Carducio. Actuar. est Carbonus.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. XII.

RERVM SVMMA.

1 *Articuli impertinentes qui dicantur, & vti super illorum reiectione sit practicandum.*

2 *Articuli si dato termino in iudicio summariissimo lite pendente fuerint præsentati, & producti testes, an postea in causa principali poterint fieri articuli con-*

tinentes illud idem, vel de directo contrarium.

3 *Impertinentia propriè dicitur in prima instantia, in causa verò appellationis articuli non propriè dicuntur impertinentes, sed de iure non admittendi.*

4 *Articuli impertinentes dicuntur illi, qui non faciunt ad causam.*

5 *Articuli an sint pœnitùs impertinentes, vel aliquatènus, & etiam indirectè ad causam facientes magnũ discrimen, & quid iuris indè resurgat.*

6 *Articuli de iure non admittendi in secunda instantia semper reiciuntur, vnà cum testium depositionibus, at in prima instantia non reiciuntur, sed reintegratur Aduersarius ad se defendendum aduersus illos per nouum terminum.*

7 *Impertinentium reiectio non datur in prima instantia, quando iudicium vertitur coràm Iudice ordinario, secùs si coràm delegato.*

8 *Testes productos in causa principali potest producens producere in termino repulsæ pro reprobandis testibus ex aduerso productis.*

9 *Testes producti in prima instantia, & articuli quibus in casibus in secunda instantia possint produci.*

10 *Articuli non erunt impertinentes, si in eis fuerit facta aliqua declaratio eius, quod obscurè erat in libello deductum, & quare.*

11 *Libelli declarationem si antè terminum petierit reus, actor declarare tenebitur, quod si non petat, libellus procedit.*

12 *Articuli non dicuntur de directo contrarij, & propterea admittẽdi si quis in prima instantia probauerit, se esse filium legitimum, & in secunda instãtia Aduersarius articulauerit, illum esse spurium.*

13 *Articuli impertinentes an possint fieri in causa liquidationis.*

14 *Appellatio an admittatur à decreto, per quod reiciuntur articuli impertinentes.*

15 *Repulsa si de stylo Curiæ concedatur antè publicationem dicta testium non poterunt repulsari.*

16 *Appellationis in causa an possit articulari illud idem, remissiuè.*

COntingit sæpè, &c.

CArticuli impertinentes non præsententur in causa repulsæ. H.D.

1 Qui dicantur articuli impertinentes, & quomodò sit practicandum super illorum reiectione, vide *Præt. de Franch. dec.* 220. qui ait, quòd sunt, quandò nullus effectus ex eis sequi posset, pro quibus solet interponi decretum generale, & si facta conclusione in causa reperiuntur aliqui articuli impertinentes, seù de iure non admittendi, reijciantur, proùt præsenti decreto reijciuntur. Adde *Afflict. in Const. Iurisperitorum, num.* 2. cum *seqq.* vsq; ad *nu.* 20. & in *dec.* 33. 35. 89. 114. 216. 271. cum *Vrsill. Ann. alleg.* 77. *Ioa. Botta cons.* 31. *Marcell. Maur. allegat.* 56. §7. iterùm *Præt. de Franch. dec.* 668. *Aldouin. cons.* 62. *Ioseph. Sese dec. Arag.* 84. & *pragmat.* 30. *suprà de offic. Sacr. Consil. Intrigl. singul.* 76. *num.* 30. cum *seqq. lib.* 3. Quid si in termino dato in iudicio summarijssimo lite pendente fuerint præsentati articuli, & producti testes super eis, seruata forma *pragm.* 50. *de offic. Sacr. Consil.* an posteà in causa principali poterint fieri articuli continentes illud idem, vel de directo contrarium? per Regiam Cameram Summariæ referente doctissimo illo Thoma Salernitano fuit decisum, quòd sic, prout Ego vidi in processu causæ inter Hippolytam Filomarinam, & Vniuersitatem Burgentiç fol. 190. Actuarius est de Cotreijs, & quia per ora Procuratorum, & Aduocatorum quotidiè volitat vnum axioma, quòd scilicèt in

3 prima instantia non datur impertinentia, nè hic cõmunis error diutiùs vigeat, aduertendum duxi, quòd hæc est maxima fallacia, nàm impertinentia verè, & proprie dicitur in prima instantia, in causa verò appellationis articuli non dicuntur propriè impertinentes, sed de iure non admittendi, vt per *Doctores* omnes in *l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iurisdict.* & aduertit *Præt. de Franch. d. dec.* 220. *nu.* 11. & 12. ex quorum dictis illud resultat, quòd ar-

4 ticuli impertinentes illi dicuntur, qui non faciunt ad causam, & licet *Bald. ind. §. idem Iulianus* dicat, hoc procedere, quandò nec directè, nec indirectè faciunt ad causam, & propterea quandò indirectè

5 pertinent ad causam, non sunt dicendi impertinentes, aduerto, quòd in hoc est magna differentia, an articuli sint pœnitùs impertinentes, vel aliquatènus, & etiam indirectè faciant ad causam, nàm in primo casu, quandò sunt omninò impertinentes, tunc etiã si Pars consentiat, siuè in prima, siuè in secunda instantia, Iudex debet illos reijcere vnà cum testium depositionibus, sed si non essent omninò impertinẽtes, atà vt faciant aliqualitèr ad causam, etiam indirectè, tunc si Pars dissentijt ab initio, vel saltim protestata fuit de impertinentibus, Iudex debet illos reijcere, quòd si Pars consentijt, vel nõ fuit protestata, tunc quia faciũt aliqualitèr ad causã, nõ sunt reijciendi, ità declarat in *d. §. idem Iulianus Bart. nu.* 11. & *Fulgos. num.* 7. & 8. & hinc inoleuit practica, quòd bom Procuratores quandò citantur ad vidẽdum iuramenta testium, semper protestantur de impertinentibus.

Est tamen in praxi notandum, quòd quandò im-

6 pertinentia articulorum incidit in prima instantia, in hoc differt ab impertinentia in secunda instantia, nàm in secunda instantia articuli impertinentes, seù (vt proprie loquar) non admittendi semper reijciũtur, vnà cum testium depositionibus, at in prima instãtia nõ reijciuntur, sed reintegratur Aduersarius ad se defendendum aduersus illos per nouum terminum, proùt ità fuit iudicatum per Sacrum Consilium referente tunc Consiliario Ioanne Thoma de Minadois in causa Prosperæ Vulcanæ cum Bernardina Vulcana sub die 12. Octobris 1552. f. 1111. Actuario Iubeno, & iterùm referente Regio Consiliario Salernitano in causa appellationis interpositæ per Portiam Piscinam contrà Leonardum Piscinum. Actuario Balsamo, & ad id tendit illud dictũ,

7 quòd in prima instantia non datur impertinentia, ideſt reiectio impertinentium. Sed hoc est verum, quandò iudicium vertitur coràm Iudice ordinario, secùs autem coràm delegato, & rescriptum delegationis non comprehenderet cognitionẽ facti, quod est deductum in articulis impertinentibus, nàm tũc si delegatus daret nouum terminum Parti ad defendendum se aduersus illas probationes impertinentes, declararet se Iudicem in causa non delegata, quod de iure fieri non potest, & propterea illi articuli, quantùmuis in prima instantia essent omninò reijciendi, ità probat mihi in indiuiduo *text.* capitalis in *cap. cùm olim, lo primo, extrà de offic. delegat.* quod est summoperè aduertendum in S.C. vbi omnes Consiliarij sunt delegati, at ipsum Tribunal est ordinarium.

Sed quòad hanc pragmaticam est notandum,

8 quòd non est prohibitum, illosmet testes, quos produxit quis in causa principali, posteà producere etiã in termino repulsæ pro reprobandis testibus ex ad-

uerso

uerso productis, vt probat *Signorol.conf.53.num.4.*

9 Aliquot autem casus, in quibus in secunda instantia poterunt produci, nedùm ijdem testes, sed ijdem articuli, congerit *Gutierrez lib.1.pract.quæst.71.* .f. si fuerit additum priori articulo, super valore rei, vel quandò testes erant abientes, vel Pars ignorauit, & iuret, quia possunt recipi in secunda instantia.

Aduertas tamen, quòd non dicuntur articuli im-
10 pertinentes vllo modo, quandò in articulis fuit facta aliqua declaratio eius, quod obscurè erat in libello deductum, nàm talis declaratio erit efficax, ac si esset expressa in libello, quia non videtur de nouo ponere, qui declarat, sed detegere id, quod coopertum erat, vt explicat *Andr.in cap.1.§.si autem omnibus.num.12.* propè *fin.vers.& hæc videtur, de pac.tenend.& eius violat.* est benè verum, quòd
11 hoc casu posset antè terminum petere reus declarationem libelli, & tunc actor tenetur declarare, sed si reus non petat talem declarationem, libellus procedit, ità subdit *Andr.in d.num.13. vers. item secundùm prædictam.*

Si quis autem in prima instantia probauit, se esse
12 filium legitimum, & in secunda instantia Aduersarius articulauerit, illum esse spurium, hi articuli non dicuntur de directo contrarij, & propterea sunt admittendi; vide omninò *Suarez alleg.* §. vbi tradit multa notabilia in hac materia, & alia exempla vide adducta per *glos.in clem.2.in verb. directò contrarijs, de testib.*

Nec in causa liquidationis possunt fieri articuli
13 impertinentes, *Affl.in d.dec.35.& Benintẽd.in dec. Bonon.3.* & an à decreto, per quod reijciuntur arti-
14 culi impertinentes admittatur appellatio, *Ioseph Ludouic.dec.Perusin.38.* voluit, quòd sic, sed si de sty-
15 lo alicuius Curiæ concedatur repulsa antè publicationem, procùr in Curia Romana, dicta testium non poterint repulsari, secundùm eundem *Ludou. dec. Perus.73.* Pro noua autem theorica, quòd in
16 causa appellationis possit articulari illud idem, vide *Corf.lib.2.indagat.iur.cap.6.* qui adducit §. *quia verò, & §.illud, in auth.de testibus*, & multos *Doctores*, & sic ipse iudicauit, & limita, quandò Pars vult probare, testem corruptum deposuisse, *Reg.Tap. dec.S.C.23.*

De Ordine Iudiciorum. Pragm. XIII.

RERVM SVMMA.

1 *Conclusio quot modis facta dicatur, & an aliquo casu facta præsumatur, & an facta possit reuocari.*
2 *Conclusio an, & quandò reuocata præsumatur.*
3 *Probationes aliæ post cõclusionem an sint admittẽdæ.*
4 *Exceptio de nouo superueniens, vel testes, aut scripturæ de nouo repertæ post conclusionem quandò sint admittendæ, & n.6.*
5 *Conclusio an sit necessaria in criminalibus.*
6 *Conclusio ista an sit de substantia iudicij, remissiuè, & num.8.*
7 *Iudex ex officio post conclusum potest interrogare testes ad dilucidationem veritatis.*
9 *Probatio qualibet per testes etiam ad veritatem indagandam post factam conclusionem in Regno est prohibita.*
Stylo omnium Tribunalium introductum est, post conclusionem fieri citationem ad dicendum in iure, & in facto, & post illius intimationem asportari processum Iudici.
Hæc q; citatio succedit loco citationis ad sententiam.
10 *Sententia post processum compilatum non est præcipitanda, sed si aliqua Partium petierit, erit ei concedenda dilatio trium mensium ad producendum Allegationes in iure.*

Conclusione facta, &c.

Processus conclusus debet Iudici asportari, vt sententietur. H.D.

1 Conclusio quot modis dicatur facta, declarat *Menoch.de arbitrar.iud.quæst.25.num.4.* .f. ex Partium renunciatione tacita, vel expressa, ex legis dispositione, vel quandò Iudex elapso termino præfixo declarat, esse conclusum, & præsumitur facta, quandò vtraq; Pars institit, peremptoriè citari, *Idem præsumpt.65.lib.2.* & conclusio semel facta
2 potest reuocari, vt docet idem *Menoch præsump.63. lib.2.& ibi* etiam declarat, quòd reuocata præsumatur, si Iudex admisit alias probationes. Vtrum verò
3 post conclusionem sint admittendæ aliæ probationes? *Ipsemet* declarat *de arbitr.Iud.q.35.* .f. quandò fuit reuocata conclusio, vel reperta de nouo instrumenta, vel de nouo celebrata, vel ità liquida, vt constet, rem aliter se habere, vigore restitutionis in integrum, vel appellationis, si essent probationes in iure consistentes, vel ex magna æquitate, item Iudex potest procedere ad interrogationem, ad exortæ dubitationis declarationem, vel propositis posi-
4 tionibus à Parte, & generaliter etiam post conclusionem est admittenda exceptio de nouo superueniens, vel testes, aut scripturæ de nouo repertæ, vt declarat plenè *Suarez allegat.* §. *per totum*, plura *Oreg.Synzag.iur.vniu.lib.48.c.17.n.*§. qui ait, quòd probatur per iuramentum producentis.

5 In criminalibus autem an sit necessaria conclusio, *Affl.in Const.Hac lege.num.21.* voluit, quòd sic, quandò proceditur per inquisitionem, sed Ego nũquàm id vidi seruatum, nec seruatum reperi in ali-
6 quo ex processibus antiquis. An autem hæc conclusio sit de substantia iudicij, disputat *Marienz.in dialog.Relator.& Aduocat.part.3.cap.52.* obseruantia tamen Tribunalium huius Regni est, vt etiam post conclusionem vsq; ad sententiam admittantur, & recipiantur scripturæ etiam priuatæ, adeò vt petenti illarum recognitionem non sit deneganda, vt per *Gizzar.dec.42.*

Notabis tamen, quòd etiam post conclusionem
7 potest Iudex ex officio interrogare testes ad dilucidationem, & declarationem veritatis, vt docet *Andr.in cap.1.§.si autem omnibus.num.13. de pace*
8 *tenend.& eius violat.* vbi *Andr.* videtur sentire, conclusionem fieri in criminalibus, sed in Regno est
9 prohibita quælibet probatio per testes, etiam ad veritatem indagandam post conclusionem factam, vt in *pragm.seq.*

Et licèt ex hac pragmatica resultet, vt non sit alius actus necessarius pro expeditione causæ, & compilatione processus, quatènus in ea statuitur, quòd conclusione facta asportetur processus Iudici, tamen de stylo omnium Tribunalium seruatur, vt post conclusionem fiat citatio ad dicendum in iure, & in facto, eaquè intimata asportatur Iudici processus, & non antè, quæ citatio succedit loco citationis ad sententiam requisitæ de iure communi, *Affl.dec.283.* & in *prælud.Const.quæst.9.num.10.& 11.Gramm.cons.ciuil.124. Vrsill.ad Affl.d.dec.283. num.12.* & hæc citatio si non fiat in scriptis, sufficiat, quòd fiat per Iudicem Partibus præsentibus, *Coccin.dec.Rot.79.num.3.* per *glos.in l.2.* in *verbo ad-*

ed by Google

moniti,C.quomodò,& quandò Iud.& alios ab eo citatos.

10 Et poſt proceſſum compilatum non eſt præcipitanda ſententia,ſed ſi aliqua Partium petierit,eſt ei concedenda dilatio trium menſium ad producendum Allegationes in iure,vt eſt *text.* in *§.ſed & hoc præſenti addimus*,in *auth.vt cùm de appell.cogn.* & ſi Iudex hodiè recipiat proceſſum,& cras, aut poſtridiè cauſam expediat,ſententia erit nulla, tanquàm nimis præcipitata,ſecundùm *Gemin.* in *can.pendent* 50.*diſtinct.Marant.*in *ſpecul. par.*3.*diſt.*16. *num.*16. *Vrſill.ad Affl.dec.*55.*num.*2.*Mareſcott.var.reſol.lib.* 2.*c.*15.*Foller.de cenſib.*in *verb.quæ quidèm exequtio.num.*32.*Gonzal.*ſuper *reg.*8.*Cancell.gloſ.*46. *n.*46. *Anchar.conſ.*188.*n.*2.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. XIV.

RERVM SVMMA.

1 *Suſpitio ſubornationis non cadit in Nobilibus, qui poſt concluſionem ad indagandam veritatem recipiuntur teſtes.*
2 *Suſpitio ſubornationis ceſſat in repetitione teſtium.*
3 *Concluſio in cauſa quandò vlteriores probationes impediat,remiſſiuè.*
4 *Pragmaticæ huius materia,remiſſiuè,& etiam pro limitationibus.*
5 *Exceptio ſuperueniens poſt concluſionem in cauſa tanquàm de nouo orta an debeat admitti, ità vt ſuper ea recipiantur teſtes.*

POſt concluſionem,&c.

Teſtes poſt concluſionem non recipiãtur, etiam ad veritatem indagandam. H.D.

1 Limita in teſtibus nobilibus,in quibus non cadit ſuſpitio ſubornationis,vt per *Arnon.ſoliloq.*24.& an ſit idem poſt publicationem?vide *pragm.*3. *infrà de*
2 *teſt.refren.*Item limita,vt non procedat in repetitione teſtium,ſecundùm *Paul.Merend. conſ.*82. *num.*4.
3 & generaliter concluſio in cauſa quandò vlteriores probationes impediat, vide *Menoch.de arbitrar. iud.lib.*1.*quæſt.*35.dixi in *pragmat præcedenti*, *nu.*1.
4 *&* 3. & ad materiam huius pragmaticæ vide latè *Eundem* eodem *tractat.lib.*2.*caſu* 51.*num.*18.*& ſeq.* vbi diſtinguendo dicit, poſt concluſionem poſſe Iudicem interrogare quòad ea,quæ ad litis deciſionem non reſpiciunt,veluti ad declarationem exortæ dubitationis,quòad litis deciſionem nequaquã, ſecùs in iudicijs ſummarijs, & limita in alrquibus caſibus adductis per *Zuccar. conſil.*8. *num.* 6. cum *ſeqq.* .ſ.vt admittantur ad coadiuuandum priorem probationem,vel ad declarandam, vel ſuper nouis capitulis ex veteribus dependentibus, & per *Simon.de Præt.conſ.*19.*centur.*2. qui *num.* 22. dicit, quòd teſtes examinati ſuper exceptionibus oppoſitis in cauſa declinatoriæ poſſent produci in plena-
5 rio iudicio, ad finem obtinendi victoriam, ſed an exceptio, quæ ſuperueniat poſt concluſionem in cauſa,tanquàm de nouo orta,debeat admitti, ità vt ſuper ea recipiantur teſtes,*Speculat.*in *tit. de exceptionibus*, §.3. *num.*10. tenuit, quòd ſic, & eandem opinionem defendit *Dec.*in *cap paſtoralis*, *numer.*9. ſecundùm nouam impreſſionem, & *num.*23. ſecundùm nouiſſimam,*extrà de except. & Couarr.pract. quæſt.cap.*26.*num.*2. *verſ. huius autem*. Vide *ſuprà pragm.præced.nu.*4.

De Ordine iudiciorum. Pragm. XV.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia,remiſſiuè.*
2 *Probationum tres ſpecies ſunt, exploſa quarta,quæ in conſcientia Iudicis conſiſtit, à* Martino gloſſatore *conſiderata.*
3 *Iudex debet iudicare ſecundùm allegata, & probata, non ſecundùm propriam conſcientiam.*
4 *Iudici,cui diuerſum conſtat in conſcientia ab eo, quod conſtat ex allegatis,& probatis vti conſulatur.*

SImilitèr mandamus, &c.

Cauſæ primò concluſæ, primò expediantur. H. D.

1 De hac materia dixi aliqua in *pragmat.*10. *ſuprà de offic.Sacr.Conſil.*& ad *ibi* dicta me remitto. Et ex
2 tota ſerie omnium pragmaticarum huius tituli nota,quòd tres tantùm ſpecies probationum admittuntur in iudicio, ea .ſ. quæ fit per confeſſionem Partium,de qua loquitur *pragmat.*8. *ſuprà eodem*; altera,quę fit per teſtes,de qua loquitur *pragmat.*9. tertia,& vltima per inſtrumenta,& ſcripturas, de qua loquitur *pragmat.*11.propè *fin. verſ.poſt quam publicationem*, & ſic quarta ſpecies conſiderata à *Martino gloſſatore*, quæ conſiſtit in conſcientia Iudicis,hic non approbatur, & meritò fuit exploſa à
3 *Ioanne*,ſimilitèr *gloſſatore* antiquo, quia Iudex debet iudicare ſecundùm allegata,& probata, & non ſecundùm propriam conſcientiam, vt per *gloſ.*in *Auth.de teſtibus*,in *princ.*in *verb.non aliter*,quomodò autem conſulatur Iudici, cui diuerſum conſtat
4 in conſcientia ab eo, quod conſtat ex allegatis,& probatis, vide *Affl.*in *Conſt.In quæſtionibus*,*notab.* 10.*Campagn.*in *cap.Regn.Subditorum*,*num.*159. *& ſeq.Sylu.Nupt.lib.*5.*num.*121. omninò *Couarr lib.*1. *var. cap.*1. *Ar. Pinell.* in *l.*2.*part.*3.*cap.*3. *num.*32. *verſ.ex prædictis.C.de reſcind.vend. Iul. Clar.pract. crim.quæſt.*66.*verſ.ſcias autem*, *Nauarr.* in *manual. confeſſ.cap.*25.*num.*10.*Matienz.*in *dialog.Relator.& Aduocat.par.*3.*cap.*42.*Molfeſ.*ſuper *Conſuet.Neapol. volum.*2. in *proœm.quæſt.*7. qui concludit, quandò eſſet innocens, & conſtaret de delicto, debet ſecundùm allegata iudicare, ſi non poteſt conſulere Principem, reiecta opinione, quòd debeat deponere officium,vel ſaltim imponere mitiorem pœnam *num.*18.

De Ordine Iudiciorum. Pragm. XVI.

RERVM SVMMA.

1 *Beneficium primum,& ſecundum in cauſis quo temporis interuallo peti debeat,aliàs denegari.*
2 *Termino conceſſo, ſi ab eo reclamatur,ſuccumbens in reclamatione,ſuccũbit etiã in curſu termini,et n.*5.
3 *Actiones cùm non poſſunt ſimùl cumulari, vna mora, non currit tempus in alia.*
4 *Tempus ad probandum non currit, ſi per aliquam diſcuſſionem ſuſpendatur.*
*Quæ tamen non ſit calumnioſa,& culpa petentis dilationem interpoſita,nu.*6.
7 *Beneficij primi,& ſecundi interuallum currit à die publicationis,etiam quandò fuerunt citati teſtes,ſed non examinati.*
8 *Termini lapſus in petitione beneficiorum etiam reſpectu tertij oppoſitoris obſeruari debet.*

Perchae

PErchè vna, &c.

Per hanc pragmaticam ſtatutum eſt, vt binæ reſtitutiones in integrum ad pinguius
1 probandum, quæ de iure communi competunt perſonis priuilegiatis, & in Regno vocantur primum, & ſecundum beneficium, debeant peti hoc ordine, & tempore præciſo ad euadendum calumnioſas dilationes, à Partibus, & Procuratoribus inuentas. Nempè in illis cauſis, in quibus in termino ordinario ſunt producti teſtes, & ſucceſſiuè fit illorum atteſtationum publicatio, primum beneficium debet peti infrà triginta dies, ab ipſa publicatione facta, & intimata numerandos, & ſimiliter ſecundum beneficium debet peti infrà alios triginta dies, numerandos à die lapſus illorum triginta dierum, vt ſuprà conceſſorum ad petendum primum beneficium. In illis verò cauſis, in quibus non ſunt producti teſtes in termino ordinario, & proindè nec requiritur actus publicationis, ſed actus concluſionis tantùm, primum beneficium debet peti infrà triginta dies, à concluſione facta, & intimata numerãdos, & poſt hos triginta dies debet peti ſecundũ beneficiũ infrà alios triginta dies, ab illorũ lapſu numerandos, quibus elapſis ſit præcluſa omninò via vlteriùs petendi.

Accidit modò, quòd in cauſa vertente in Sacro Conſilio inter Hæredes Pauli de Monica, & Hoſpitale Sanctiſſimi Nominis Domini Ciuitatis Cauæ fuit datus terminus ad probandum meliorationes, quas dictum Sacrum Hoſpitale allegauit feciſſe in domibus, quę remanſerunt poſt mortem quondam D. Sylueſtri de Monica, & dictum Hoſpitale vti hæres dicti D. Syluestri fuit condemnatum ad illas relaxandum, refectis, & ſolutis priùs meliorationibus in eis factis per dictum D. Syluestrum, & in termino prædicto fuerant citati teſtes pro parte Hoſpitalis, & facta publicatio à mẽſe Auguſti 1621. & in eodem decreto per cauſæ Commiſſarium fuit prouiſum, quòd infrà alios decem dies Hoſpitale potuiſſet examinare teſtes in termino citatos. Ab hoc decreto reclamauit Hoſpitale, & demùm de menſe Aprilis 1622. facto verbo in Sacro Conſilio fuit confirmatum decretum cauſæ Commiſſarij, & ſic publicatio facta firma remanſit, ſed Hoſpitale petijt primum beneficium ad pinguius probãdum; ex aduerſo replicabatur, tempora ampliùs non largiri ad petẽdum primum, nec ſecundum beneficiũ, attenta diſpoſitione prædictæ Regiæ Pragmaticæ, ſtante lapſu ſeptem menſium à die factę publicatio-
2 nis, cuius curſum licèt Hoſpitale procuraſſet impedire per reclamationem interpoſitam ab illo decreto, tamen dùm ſuccubuit in reclamatione, cenſetur ſuccubuiſſe etiam in curſu termini, ex regula *l. contra maiores, C. de inoffic. teſtam. Præſ. de Franch. dec.* 327 *num.* 3. *&* 4. Pro parte Hoſpitalis replicabatur, hanc regulam poſſe opitulari Parti quòad illos decẽ dies conceſſos ad examinari faciẽdum teſtes in termino citatos, vt ſcilicèt intelligantur cucurriſſe, non obſtante impedimento reclamationis, quippè qui concernunt eundem terminum, at reſpectu primi beneficij, qui eſt alius terminus, regula illa non procedit.

Primò, quia quotieſcunquè actiones non poſſunt
3 ſimùl cumulari, vna mota, non currit tempus in alia, ad eundem *text. in l. contrà maiores, C. de inoff. teſtam.* & certum eſt, quòd primus terminus non poteſt cumulari cum primo beneficio, quia ſunt diuerſi, & ſeparati termini, & ad hoc vt poſſit peti primum beneficium, neceſſe eſt, vt labatur primus terminus. Immò *Pariſ. ad Bart. in d. d.* notat, quòd pendente diſputatione, an capitula ſint admittenda, vel poſitionibus reſpondendum, nunquam currit tempus ſta-
4 tutum ad probandum, allegat *Alexan. Curt.* & alios. Et *Bald. ibidem, num.* 2. dicit, quòd quandò ſunt iura, quæ non patiuntur concurſum, aut ſunt iura principalia, prout ſunt termini, vnum non præiudicat alteri in caſu *d. l. contrà maiores*, faciuntquè notata per *Eundem* in *l. qui teſtamento* 40. aliàs 37. *ff. de excuſat. tut. nu.* 4.

Secundò ponderatur ratio adducta per eundem *Bald. in l. quandiù* 68. aliàs 69. *in fin. ff. de acquir. hæred.* quòd quandò inter plura adeſt ordo, dilatio pendens in primo non facit currere terminum in ſecũdo, in caſu, quandò ſtatuto termino, & eo pendente aliquod impedimentum interponitur, quo pendente labitur dilatio, & ait, eſſe dictum *Specul.*

Attamen ſub die 16. Aprilis 1622. facta per me relatione in Sacro Conſilio cum interuentu DD. Præſid. S.C. & Regiorum Conſiliariorum Aloyſij Valcarcel, Didaci Salinas, & Aloyſij Niceſæ iudicauimus contrarium, nempè elapſum fuiſſe tempus
5 petendi primum, & ſecũdum beneficium, iuxtà formam prædictæ pragmaticæ, nàm cùm primùm ſuccubuit Hoſpitale in reclamatione interpoſita à decreto publicationis, publicatio remanſit firma, & proindè ſtatim produxit effectum ſuum, nedùm quòad illos decem dies in eodem decreto expreſſos, ſed etiã quòad terminũ petendi primũ, & ſecũdum beneficium, tanquàm conſequutiuum ad ipſum actum publicationis ex mera iuris diſpoſitione, abſquè vllo facto hominis, ex ſolemni doctrina *Bart. in l. 2. §. non ſolùm, ff. ad Tertullian.* vbi ponit caſum in termino triginta dierum dato alicui ad comparendum, videlicèt decem pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio peremptorio, & in primo termino comparuit, conſtituendo Procuratorem, ſed de validitate procuratorij litigatur, adeò quòd tranſeunt illi triginta dies, & demùm pronunciatur procuratorium inualidum, & non legitimũ, & dicit, quòd erunt elapſi etiam reliqui duo termini, ſi Principali poteſt imputari culpa in conſtitutione Procuratoris, quæ doctrina tangit ad viuum hũc caſum noſtrum.

Nec doctrinæ ex aduerſo allegatæ vllam afferre poſſunt dubitationem, nàm quòad primum motiuũ de actionibus diuerſis, quæ non poſſunt ſimùl concurrere, vt terminus reſpectu vnius non currat reſpectu alterius, verum eſt in cõcurſu vtriuſquè, non autem quandò terminus vnius conſideratur conſequutiuus poſt terminum alterius iàm elapſum, prout eſt in hoc caſu, in quo non admittimus curſum primi beneficij, niſi poſt lapſum primi termini ex publicatione iàm facta, nec curſum ſecundi beneficij, niſi poſt curſum primi beneficij, & eodem modo reſpondetur ad ſecundum motiuum ex doctrina *Bald. in l. quandiù, ff. de acquir. hæred.* non enim dicitur pendere dilatio in primo termino, dùm ex publicatione facta, & legitimè facta, vt per decretum S.C. fuit iudicatum, ille primus terminus non dùm pendebat.

6 Præterea *Bald.* loquitur, quandò impedimentum eſt datum à Iudice, vel ab Aduerſario, quo caſu non eſt imputandum alteri Parti, quę ex parte ſua adimplenit in termino, quicquid potuit, iuxtà tradita per *Bald. in l. ſi. in fin.* per illum *text. in fin. C. de adult. Afflict. dec.* 50. *&* Doctor. omnes in *l. quibus diebus, in princip. ff. de condit. & demonſtrat.* ſecùs eſt in caſu

præsenti, vbi impedimentum fuit datum ab ipsamet Parte per calumnioſam reclamationem interpoſitam,quæ propterea ſibi opitulari non debebat, juxta *text.in d.l.fin.in final. verb. C.de adulter.* & in *d. l. quibus diebus, in princip.* Actuarius eſt Anellus de Mondellis.

Item reſpectu eiuſdem pragmaticæ aliàs contigit dubitari ex diſtinctione, quam facit inter probationes per teſtes factas, vel non factas in termino, vt in primo caſu terminus petendi beneficia currat à die intimatæ publicationis.In ſecundo verò à die intimatæ concluſionis, quid ſi vna Pars in
7 termino principali citauit teſtes, verùm non curauit illos examinari facere,vel expediri fecit citationem ad teſtes,ſed poſteà nec curauit, nedùm illos producere in iudicio, ſed nec etiam citari facere, quibus in caſibus de ſtylo Tribunalium fit publicatio in cauſa, & poſtea fit concluſio,an tunc terminus petendi beneficia curret à publicatione, vel à concluſione? & Ego domi pluries decreui, quòd attendatur dies publicationis, non autem concluſionis,ex mente Statuentium, qui dùm conſiderauerunt actum publicationis diſtinctum ab actu cõcluſionis,non habuerunt reſpectum ad probationes factas,vel non factas,ſed tantùm ad caſus communitèr contingentes, quòd ſcilicèt publicatio ſit neceſſaria,quandò ſunt factæ probationes;ergò cẽſentur incluſiſſe omnes caſus,in quibus eſt neceſſaria publicatio,& talis eſt caſus noſter, quia expedita citatione ad teſtes non ſpectat ad Actuarium, aut Scribam cauſæ intromittere ſe in receptione teſtium,ſed hoc ſpectat ad Examinatorem electum, qui eſt perſona pẽnitùs ſeparata,& nè fiat actus diminutus in compilatione proceſſus, quatẽnus fortaſsè reperiantur examinati teſtes, eſt facienda publicatio, ergò hæc publicatio eſt attendenda, non autem concluſio.

Item in terminis eiuſdem pragmaticæ eſt ad-
8 uertendum, quòd illi termini præciſi ad petendum beneficium poſt publicationem, aut concluſionem in cauſa,ſunt obſeruandi nedùm inter Partes principales, quæ ſunt principaliter in iudicio, ſed etiam reſpectu tertij oppoſitoris, qui pro ſuo intereſſe poſteà comparuiſſet in iudicio, nàm hic tertius non poteſt habere maius priuilegium vti minor,quàm haberent ipſimet Principales litigantes minores, ità pulchrè in conſimili lege tradit *Gutierr.lib.1.quæſt.66.in fine*, faciunt tradita per *Fab.Ann conſ 97.num.7.& conſ.98. Gurba dec.1.* quicquid in contrarium deciſum refert *Gizzarell. dec.41.num.15.* vbi apparet, non fuiſſe digeſtas rationes ab *Anna* adductas. Conuenit etiam *Andr. Gayll.obſeruat.71.in fine,lib.1.*dùm reaſſumit, quòd tertius arctetur iiſdem terminis, quibus Principalis, & præcluſa via Principali, ſunt etiam præcluſa jura tertio,& ità pluriès deciſum eſt abſquè hæſitatione, & hæc eadem pragmatica obſeruatur in Regia Camera,etiam contrà Fiſcum, quàmuis à ſtatutis factis pro ſubditis non obligetur Fiſcus, ſecũdùm *Aretinum in l.ſi mercedem,§.habitatoribus, ff.de action.empt.Tiraquell.de leg.connub.gloſ.8.num.175. Lamberterg.de contract ad fin.nu.95.& ſeq. Peregr. de iur.Fiſci lib.5.tit.1.nu.38.*

De Oſculantibus mulieres. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Mulierem amplexanti,tentãdo illam per vim cognoſcere,ſed non oſculanti non eſt imponenda eadem pœna,de qua hic.*
2 *Pragmaticæ huius materia, & quòd comprehendat diſtrictum Ciuitatis Neap.tantum,vide n.10.*
3 *Oſculum luxurioſum,de quo intelligitur hic, vndè dignoſcatur.*
4 *Oſculans mulierem in figura, vel tractatu matrimonij an incurrat pœnam per hoc edictum impoſitam.*
5 *Indicia quæ ſufficiant in hoc delicto oſculãtis mulierẽ.*
6 *Oſculum quandò ſit licitum.*
7 *Oſculum quot effectus producat,remiſſiuè.*
Oſculi origo.
8 *Oſculum quandò ſit peccatum mortale,remiſſiuè.*
9 *Oſculum inter vaſallum,& conſanguineas Domini nũquàm eſt licitum,quin feudum amittatur, etiam volente muliere,& etiam ſi eſſent publicæ meretrices,quod procedit in vaſallo feudatario, non autem in burgenſi.*
10 *Oſculum iſtud ſi attentetur in domo Regis, vel Imperatoris,non incurritur in crimen læſæ Maieſtatis.*
Præſentis Pragm.reſtrictio.

Conſiderato, &c.

Mulieres per vim oſculantes vltimo ſupplicio tradantur, ſeruata forma edicti Regis Roberti. H.D.

Edictum Regis Roberti, de quo hic fit mentio eſt *capit.Regni*,incip. *Vt ſinè mortalis*, & hæc pœna fuit obſeruata in quodam Iuuene de Terra Santiæ, qui ibi hoc delictum patrauit, vt per *Præſid. de Franch.dec.333.num.6.* Sed non eadem pœna eſſet
1 imponenda amplexanti mulierem, tentando illam cognoſcere per vim, ſed non oſculanti, vide latè
2 *Peguer.in quæſt.crim.cap.7.* Cæterùm pro perfecta declaratione huius materiæ vide *Menoch. de arbitrar.iudic.lib.2.caſu* 287.qui concludit, eſſe pœnam arbitrariam in mare,& in ſemina actiuè,& paſſiuè, & in nupta amiſſionis dotis, reiecta opinione
3 *Plantij.*Et intelige in oſculo luxurioſo, quod vndè dignoſcatur,docet *Triuiſ. dec.47. lib.2.* oportet, vt ſint iuuenes,& non valdè diſparis conditionis,maximè ratione ætatis,& ſit datum oſculum ad os,vel mammillas,& mulier conſentiat. Item in oſculo,
4 quod non ſit datum in figura, ſeù tractatu matrimonij,vt per *Gr.tum.conſ.*48.quod tu declara, vt in prædicto edicto Regis Roberti; quod incipit, *Vt ſinè,num.*262.quod procedit etiam muliere patiẽte ſe deoſculari cauſa matrimonij *num.*3.& 18.& quæ
5 indicia ſufficiant in hoc delicto, explicat *Vulpell. conſ.*147.qui dicit,ibi conſtabat,puellam clamaſſe, *ab traditore*,& repertam cum fletu,& vrceo, quem ſuprà caput portabat fracto, & conquærentem ab Andrea deoſculatam,ſtante bona fama ipſius, & quòd Andreas amore eam proſequebatur, quòd de delicto pluſquàm ſatis conſtabat,& indicia ad proceſſum formandum vigebant, *Bertaz. conſ.crim.3.* dicit,depoſitiones puellæ, & eius matris non eſſe ſufficientes,ſtante etiam minore ætate puellæ. Ge-
6 neraliter autem,quandò oſculum ſit licitum, eſt videndum apud *Gregor.ſyntagm.iur.vniuerſ.lib.8.c.8.* qui dicit,inter ſponſos,cauſa honoris,vel religionis,
7 vel amicitiæ,vel ſalutationis.Et quot effectus producat oſculũ,declarat *gloſ.in extrauag. Ioannis Quo-*

rum-

rundam,in verb.oſcula,& in *cap.ſuper Abbatia,extrà de offic.delegat.in gloſ.*1. & quandò ſit mortale peccatum,explicat *gloſ.in clem.*3. *in verb.ſeptimò, quòd mulieris oſculum,de hæret.* Item à quibus oſculandi mos habuerit originem,docet *Pancirol.in Theſaur. var.lect.lib.*1.*c.*94.qui dicit,a Troianis mulieribus, & apud Hæbreos eundem morem fuiſſe.

Inter vaſallum tamen,& conſanguineas Domini nunquàm eſt licitum,quin feudum amittatur,etiam volente muliere,vt in *cap.*1.*in princ.*vbi *Andr.nu.*9. *quibus modis feud.amitt.& num.*10. ampliat,etiam ſi eſſent publicæ meretrices,& ſic in vaſallo feudatario,at in vaſallo burgenſi ſecùs, quia non punitur amiſſione burgenſaticorum, vt docet idem *Andr. ibidem,num.*12.*in fin.verſ.& hìc quæritur, & nu.*13. concludit, quòd ſi tale quid attentetur in domo Regis,vel Imperatoris, ex hoc non incurritur crimen læſæ Maieſtatis,& ponderа verba huius pragmaticæ,quæ ſpecificè comprehendunt territorium, & diſtrictum huius Ciuitatis Neapol. & ſic ceſſat dubitatio *Gramm.d.conſ.*48.*num.*34. & circumſcripta *pragmat.* vide *Afflict. dec.*276. *Peguer.dec.*7. *Muta dec.*62.& declara, vt per *Vrſill. in d.dec.*276. *num.*5 *in fine,*quòd tunc quis puniretur pœna huius pragmaticæ, quandò antè non fuiſſet conuentum de matrimonio faciendo,ſeù matrimonium nó fuiſſet anteà factum.

ADDITIO.

QVid autem ſi matrimonium non poſſit contrahi,vtputà quia puella non dùm ſit vitipotens,an licita ſit deoſculatio ex ſolo ſponſalium cõtractu,qui perficitur non ſolùm promiſſione accipiendi in coniugem,*cap.ſi inter.de ſponſal.& cap.*1. *de ſponſal.duor.* verùm etiam per dationem arrhatum,*l.arrhis,C.de ſponſal.* vel per ſubarrharionem, ideſt per anuli impoſitionem, *cap.vlt.de deſponſat. impub.*ac aliis modis,puto,quòd ſic,ea ratione, quoniam per ſponſalia tantùm obligatur puella ad matrimonium contrahendum, adueniente legitima ætate,*Henrich.Boich.in cap.de illis,num.*1.*de deſponſ. impub.*& oritur ex ſponſalibus impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, *Abbas in cap. continebatur,*ſub *nu.*1.*de deſponſ.impub.*& deciditur per *S.C. Trid.de reform.matrim.ſeſſ.*24.*cap.*3.

Quæ autem ætas ſit à iure præſcripta ad matrimonium contrahendum,dic,quòd duodecim annorum in fœminis,& 14. in maſculis, vt in *d.cap.continebatur,cap.atteſtationes,et cap.ex literis,de deſponſ. impuber.*& de iure ciuili eſt *tex.in l.mulierem,ff de ritu nupt.* & in *l.quæſitum*, & in *l.in ſponſalibus*, *ff.de ſponſal.*

Notandum verò eſt, quòd Summus Pontifex diſpenſare poteſt in ætate proxima, dùmtamen puer, & puella, qui, & quæ matrimonio copulantur ſint rationis vſus participes, ità *Sanch.de matrimon. tom.*2. *lib.*7. *diſputat.*104. *num.*11. poſt *Nauarr.in conſ.*4. & 5.*de deſponſ.impub.* Sunt autem rationis vſus participes,cùm ſunt doli capaces,proùt declarat idẽ *Sanch. in loco* prædict.*n.*9.*in princip.*Præſumuntur verò doli capaces, ſi proximi ſint pubertati,*l.*3.§.*ſi ſeruus pupilli,ff.de tribut.actio. & l.hæredibus,§.item in cauſæ,ff.de dolo*, *l.apud Celſum,§.item quæritur, verſ.deniq; Iulianus,ff. de doli mali,met.excep.*& probatur in *d.c.continebatur,de deſponſ.impub.*vbi *DD.*

Difficultas eſt diffinire,quæ ætas dicatur proxima pubertati, dàm licèt *text.in d. cap. continebatur* in puero videatur ſtatuere ætatem vndecim, vel duodecim annorum,& de iure ciuili in puella conſideretur ætas annorum nouem cum dimidio, & in puero annorum decem cum dimidio, *gloſ.in l.pupillum,ff.de reg.iur.* & in §.*pupillus, Inſt.de inutil.ſtipul.* Alij tamen voluerunt, quòd in omnibus actibus is dicatur proximus pubertati,cui ad perfectam ætatem ſex menſes tantùm deficiunt,*gloſ.in d.cap.atteſtationes,verſ.circà finem*, & in *d.cap.continebatur, verſ.proxima*.

Alij tamen voluerunt,vt hoc remittatur Iudicis arbitrio ex diſcretione pueri,& ex alijs circumſtantijs attentis,*Io.Faber in d.*§.*pupillus,Inſt.de inutil.ſtipul.Salyc.in l.impunitas,n.m.*2. *C.de pœn.Anan.in cap.*1.*num.*3.*de delict.puer.Abbas*, & alij in *d.cap. continebatur*, & *Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*2.*caſu* 57.*num.*44.A qua opinione licèt recedat *Mayner. in d.l.pupillum;*dicens,quòd in alijs caſibus Iudicis arbitrio relinquatur,quæ ætas dicatur proxima pubertati,non autèm in matrimonio contrahendo,in quo eſt clarè à iure determinata, *Couarr.*tamen in *cap.*5.*part.*2.*de ſponſal.* eſt in opinione, quòd etiam in cauſa matrimonij remittatur Iudicis arbitrio, & hanc opinionem ſequutus fuit *Nauarr. in d. conſ.*4. *de deſponſat.impub.num.*12. & *Sanch.d.diſput.*104.

Io.Laganarius.

De Pacto de retrouendendo. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Pactum de retrouendendo ortum vndè habuerit.*
2 *Pacti de retrouendendo materia,remiſſiuè.*

1 HOC pactum de retrouendendo habet ortum ex *l.*2.*C.de pact.inter empt.& vend.*quam ſuis commentarijs luculentiſſimis illuſtrauit *Hieronym. Cagnol.*nec non *Ludouic.Gozadin.* inter *Repetentes, & Franc.Zoann.*ſub *tract.de empt.et vend. ſub pacto retrouenditionis,*quem habeo impreſſum inter alia eius opera,*fol.*mihi 185.cum *ſeqq.*

2 Sed ſuprà omnes hanc materiam explicauit latiſſimè *Tiraquell.in tract.de retract. conuent.* ad quem A ſufficiat facta remiſſio.

ADDITIO.

HIC explicari congruit quatuor pactorum genera,quæ in venditionibus accidere ſolent. Primum eſt pactum,ſeù promiſſio de vendendo,de quo tractant *DD.*intrà proximè allegandi. Secundum eſt pactum de retrouendendo, de quo præſertim loquitur *text.in l.*2.*C.de pact.inter empt.& vendit.*Tertium eſt pactum legis commiſſoriæ, de quo agitur *tot.tit.ff.de lege commiſſor. & text.in l.commiſſoriæ,C.de pact.inter emptor. & vendit.* & Quartum deniq; eſt pactum addictionis in diem, quod pertractatur in *tot.tit.ff.de in diem addict.* quos terminos cùm declarare omiſerit *Dom.Regens,*eius vicem ſupplendo de ſingulis aliqua diſſerere breuitèr mihi propono.

A primo ergò exordiendo, eſt pactum, ſeù promiſſio de vendendo, cùm res non formalitèr, & abſolutè venditur,ſed rãtùm conuenitur inter rei dominum,& emptorẽ,ſeù mauis appellabimus,emere volentem, firq; promiſſio de vendendo, quo ſanè caſu valdè fuit controuerſa quæſtio inter *DD.* &

præſertim *Io.Andr.& Dec.* An ſit vera,& perfecta venditio, vt nihil amplius pro venditione, & emptione deſideretur, ſed peſſit promiſſor actione ex empto præcisè cogi ad rem tradendam, an verò debeat tantùm ex promiſſione ad intereſſe teneri.

Etenim *Io.Andr.in addit.ad Specul.in tit. de obliga.& ſolut.in rubr.* circà *principium* expreſsè putat, quòd ex ſola promiſsione ſe obligandi remaneat quis validè obligatus, poſſitq; ſtatim cogi ad ſolutionem pecuniæ, vel alterius rei præſtationem,ad quam ſe obligaturum promiſit, vt circuitus euitetur,iuxtà *text.in l.Dominus teſtamento*, vbi *gloſ.ff.de condit.indeb.& l.cùm fundus*, §.*ſeruum tuum imprudens,ff ſi cert.petat.* quam *Io.Andr.* ſententiam ſequuti ſunt *Roman.Alexand.Socin.Iaſ.Purpur.Affl.* & cęteri,quos citat *Tiraquell.de retract.conuent.in fine tit.* à *num.*26. ad 62. vbi rem hanc ex more tractat,tàm elegantèr,& doctè, quàm copioſè, & poſt eum *Conarr.in repet.c.ſp.quàmuis,in 3.p.initio,n.*3.

Decius verò in *d l.cùm fundus,§.ſeruũ tuum imprudens,in 1.notab.* aſſerit,prædictam *Io.Andr.* opinionem ipſi viſam eſſe dubitabilem variis rationibus, quas tranſcribit idem *Tiraquell.ibidem* ſub *num.*42. probans,aliud eſſe pactum de vendendo,aliud verò ipſam venditionem, ſicuti aliud eſt promiſſio de fideiubẽdo,& aliud eſt fideiuſſio,aliud ceſſio,aliud autèm promiſſio cedendi,redhibitio item aliud eſt, quàm promiſſio redhibẽdi, ſicuti aliud eſt commodare,mutuare,& deponere, aliud verò hæc omnia, & his ſimilia promittere,quæ omnia, & alia ſatis pulchra, & elegantia deducit *Tiraquell.* ex *Bald.* (quem ſatis commendat ſub *num.*41.) *Bar.Alberic. Salyc.Paul.Alex.*& alijs,quos allegat à *num.*41. ad 62.Ideòq: probat,non teneri promittentem pecuniã,vel rem aliam promiſſam præcisè tradere, proùt etiam concludit *Arius Pinell.in l.*2. *par.*2. *cap.*3. ſub *n.*21. *ver.Diuerſum traditur in pacto de retrouendendo,C.de reſcind.vend.*

Verum tamen eſt, quòd idem *Tiraquell.* poſt diſputatam quæſtionem, varijſq; adductis iuribus,ac *DD.* traditionibus pro vtraq; parte eam non reſoluit,ſed indeciſam relinquit,propter magnam ambiguitatem,quam in ea reſoluenda cõſpicit, vt in *loco* ſuprà citato ſub *n.*61. *ver.ex quibus vides, hanc rem eſſe admodùm ambiguam.*

In tanta ergò dubietate, ſi cum *Decio* tenere velimus,ac poſtremæ huic opinioni adhærere, in quã etiam inclinare videtur idem *Tiraquell.* & cum eo (cęteris omiſſis) *Theſaur.dec.*233.ea protectò limitanda erit in promiſſione dotis, ſiuè de dotando; nàm ea habetur pro vera, & perfecta dotatione, immò ac ſi fuiſſet dos tradita (in ea diſpoſitione, in qua neceſſaria fuiſſet dotis traditio) proùt latiſſimè per varias rationes, & iurà fundat doctiſſimus, & locupleriſsimus *Tiraquell.loco* citato ſub *num.*32.*&* 33. *Afflict.dec.*61.*nu.*1. *Burſat. conſ.*100. *nu.*11.qui dicit,communem eſſe, *Molfeſ.ad Conſuet. Neap.in addit.*ſeù *tom.*2. *part.*7.*queſt.*2. *num.*10. *de iure quartæ*, *D.Conſil.de Georg.allegat.*45. *num.*27. *& Vrſill.ad Afflict.in d.dec.*61 *nu.*1.qui refert, ità ſe obtinuiſſe in Sacro Conſilio in ſimili iuris articulo, Et præter hoc *Vrſill.* exemplum ipſe quoq; teſtor, me ità etiam obtinuiſſe in anno 1618.in Sacro Conſilio in cauſa Dominæ Ioannæ Siccodæ meæ coniugis,eiuſquè ſororum contrà Dominos Alphonſum, & fratres de Gagliardo, & alios creditores poſteriores quondam Ioannis Vincentij Solarij, in Banca de Scacciauento, in qua Sacr.Conſil. amplexatum fuit opinionem *Io.Andr.*iudicando, Ioannem Vincentium Solarium, qui ſe obligare promiſerat pro duc.4000. dotium Dominæ Lucretiæ Solariæ eius filiæ,& meæ ſocrus, ac cautelare Dominum Vincentium Siccodum maritum, eiuſquè hæredes, & ſucceſſores, publico mediante inſtrumento in forma valida,& ad conſilium ſapientis,fuiſſe,ac remanſiſſe ex ſola illa promiſsione in pactis nuptialibus appoſita,validè obligatum, reijciendo prætenſionem,ac exceptionem prædictorum de Gagliardo,& aliorum creditorum poſteriorum, qui aſſerebant, aliam neceſſariam fuiſſe Ioannis Vincentij obligationem in forma valida, mediante publico inſtrumento ad conſilium ſapientis, vt promiſerat in dictis capitulis matrimonialibus. Tùm quia hæc in dotis conſtitutione, ac promiſsione opinio eſt ęquior,vt dicit *Vrſill.*in relata *dec. Afflict.*61. *nu.*1. tùm etiam quia eſt magis iuribus conſona.

Poſſet etiam ſupradicta *Decij* opinio reſtringi,& limitari in caſu, quo poſt promiſsionem de vendendo fuiſſet conuentum pretium venditori ſolutum, vel de eo fuiſſet habita fides, proùt firmat *Theſaur.*in relata *dec.*233.*num.*10.ex *Tiraquell. Boer.*& alijs. Vel cùm promiſsio de vendendo à ſola promittentis voluntate dependet, nec facto aliquo alterius indigeat, *Iaſon.in d.l.cùm fundus,* §.*ſeruum tuum imprudens,Alex.Curt.* & alij, & poſt eos *Cartar.dec.*29.*n.*9.

Idemq; firmat in pacto de retrouendendo, vt ex ſola illius promiſsione retrouendere teneatur emptor,idem *Theſaur.*in eadem *dec.*233.*nu.*9.poſt *Tiraquell.Boer.*& *Arium Pinell.*quos allegat,id pleniſsimè probantes.

Tradit poſtremò *Theſaur.*de promiſsione iurata, licèt firmare non videatur, vt *num.*8. & dubitare etiam videtur *D. Præſ. de Franch. dec.*355. *num.*5. dùm dicit,quòd iuramentum obligat tantummodò iurantem ad intereſſe,quandò de eo apparet.

Secundum eſt pactum de retrouendendo, quod in vera,& perfecta venditione perficitur, cùm ſcilicèt certa res venditur,ea lege venditioni adiecta, vt quandòcunq; vel intrà certa tempora, emptori pretium reſtituetur, obligatus ſit emptor, rem emptam retrouendere *d.l.*2. *C.de pact.inter emptor.& venditor.* vel etiam ſi poſt perfectam venditionem incontinenti idem pactum interceſſerit, *gloſ.*in eadem *l.*2.*in ver.Dabitur*,quæ ad hoc citat multa iura cõcordãtia,& prætèr ea clarus eſt *text.*in *l.in bonæ fidei* 13.*C.de pact.*

Concipi autem poteſt pactum hoc directis, vel obliquis verbis,*Surd.*latè *conſ.*331. *num.*43. quem citat *Paul.Bellon.in tract.de poteſtat.eorum*, *cap.*74. *num.*4. Ea verò dicuntur verba directa, quæ directò reſoluunt contractum,vt ſi dicatur,quòd res ſit inępta,ad inſtar pacti legis commiſſoriæ, obliqua autẽ verba dicuntur ea,quæ per obliquum, non autem directò,pacto locum tribuunt,vt ſi dicatur. *Reuertatur*,vel *Reſtituatur*, ità declarat *Bellon.d.cap.*74. *n.*4.*Mantic.in tract.de tacit.& ambig.lib.*4.*tit.*32.*& Couar.var.reſol.lib.*3.*c.*8.ſub *n.*1.*ver.eadẽ concluſio.*

Scire autem quibus verbis, directis ſcilicèt, an obliquis ſit hoc retrouendendi pactum formatum, non ad aliud tendit, quàm ad eam reſoluendam quæſtionem. An facta venditione cum pacto de retrouendendo, ſi emptor rem emptam alteri vendiderit,abſquè pacto de retrouendendo, an ille primus venditor poſſit agere vigore pacti de retrouẽdendo contrà tertium poſſeſſorem,& rem vẽditam ab eo vendicare, & ſic, an pactum iſtud retrouendendi impediat dominij translationem in alium. In

qua

qua *Andr. Gayll. pract. obseruat. lib. 2. cap. 16.* aurumat, quòd non potest agere contrà tertium rei possessorem, sed aget contrà primum emptorem personali actione ad interesse. Huius enunciati ea est ratio, quoniam ex pacto de retrouendendo non oritur actio realis, sed tantùm personalis ex empto, vel præscriptis verbis, *d. l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. l. rebus, C. de rer permut. l. si sterilis, §. si tibi fundum ff. de action. empt.* & hanc opinionem probat *Alex.* in vulgata *cons. 10. lib. 1.*

Paulus verò *Castrens. in l. si cùm venderet,* sub *n. 6. ff. de pignor. action.* expressè tenet, quòd oblato pretio à venditore statim transit in eum vtile rei dominium sine noua traditione, ideòq; potest ipse primus vēditor rē à quocūq; possessore vendicare, quia non poterat illam transferre in alium, nisi cum sua causa, & sic oblato postea pretio, resoluitur ius illius, qui emit ab eo. *l. lex vectigali, ff. de pignor.* Et hāc *Paul. Castrens.* sententiam sequuti sunt quàmplurimi, quos recensēt *Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 6. & 7. & Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 8.* sub *num. 3.* & hanc quoq; opinionem probat *Decius in cons. 186.* satis egregiè, & alij ab ipso adducti.

Quam ob rem nonnulli distinctionis fodere, rem hanc conciliandam esse censuerunt, vt scilicèt obseruandum sit, an verbis directis, vel obliquis, retrouendendi pactum sit conceptum, ità vt si directis verbis, vtputà quia sit dictum, *Res sit inempta, vel contractus pro infecto habeatur,* vel alia verba æquipollentia sint prolata, quæ contractus resolutionem importent ipso iure, ipsoq; facto, vt placet *Couarr. d. cap. 8. var. resol. lib. 3. num. 1.* & tunc procedat opinio affirmatiua *Paul. de Castr.* & competit rei vendicatio, iuxtà supradictum celebre *Dec. consil. 186.* antè *num. 1. vers. similitèr agentibus videtur competere rei vendicatio.* Sed si verbis obliquis vsi fuerint contrahentes, dicendo scilicèt *Reuertatur,* vel *Restituatur,* & similia, quæ non resolutionem contractus inducunt ipso iure, ipsoq; facto, & directò, & in hoc casu locum habebit opinio negatiua, quòd non possit venditor contrà tertium possessorem rei vendicatione pro re recuperanda agere, & ità distinguūt *Mantic. in tract. de tacit. et ambig. lib. 4. tit. 32. à n. 44. cum sequent.* Sed poterit tantùm actione personali contrà primum emptorem pro interesse experiri, *Paul. Bellon. d. cap. 74. num. 4. de potestat. eorum,* aliter citans, & procedere etiam poterit *cons. Alexandr. 10. lib. 1.*

Quæ sanè resolutio tuta sit, vel non, Practici tamen nouam adinuenere cautelam, qua securus sit venditor rem sibi retrouendi promissam sine difficultate consequi. Adinuenere (inquam) vt in ipso contractu venditionis, & pacti de retrouendendo, vel post statim, & in continenti fiat speciale pactum de non alienādo rē ipsam per emptorē, sub speciali etiā ipsius rei hypotheca, nàm hoc casu impedietur dominij translatio per pactum ipsum, ità resoluit *D. Præs. de Franch. dec. 355. num. 2. & 3.* ex *Bald. in l. ea lege, C. de condit. ob caus.* & alijs, & id etiam clarissimè probat *Tiraquell. in tract. conuent. §. 3. glos. 1. & vnica, num. 3.* per doctrinam *Paul. Castr. in l. 2. nu. 5. C. de reb. alien. alien. vel non,* & per alia etiam iura, quæ allegat. Ratione hypothecæ, quæ realis est, & obligat tertium, id, quod dixit etiam *Gabriel. comm. conclus. lib. 3. de pignor. & hypothec. conclus. 1. num. 1. & 2.* & sic poterit primus venditor hac suffultus hypothecæ specialis cautela rem ipsi hypothecatam consequi, sine vlla dubitatione, vt dicit *Præs. de Franch.* in relata *decis.*

Hoc retrouendendi pactum potest tàm in perpetuum, quàm etiam ad tempus fieri, vt in *d. l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit.* Sed circà hoc illud quęri potest. An pactum de retrouendendo ad tempus promissum efficiatur perpetuum, data iniustitia pretij. Affirmatiuam sententiam sequitur *Anna in allegat. 83. num. 4.* quam multorum authoritate comprobat *ibidem Addens filius,* à qua tamen recedere videtur idem *Anna pater in allegat. 11. num. 1.* licèt loquatur in pacto de retrouendendo annuorum introituum, quod hodiè difficultatem pati non posset, ex dispositione *Bullæ Pij V.* requirentis, vt huiusmodi emptiones annuorum introituum fiant cum pacto de retrouendendo, vt latè docet *D. Regens Marchio Torelli dec. 16. num. 5.* & nos diximus suprà in *rubr. de censib. num. 12. & 13.* & *Annam* citat, & sequitur *Marta voto Pisan. 54.* plenè id probans in omni pacto de retrouendendo, & *Barrell. cons. 63.*

Tertium est pactum legis commissoriæ, quod fit, cùm verbi gratia, Titius Seio rem vendit, certo cōstituto pretio, eamq; tradit ea lege, & pacto, vt si intrà mensem, vel aliud præfinitum tempus, pretium Seius non soluerit, rēs sit inempta, ità haberur in *d. l. commissoriæ, C. de pact. inter emptor. & venditor.* & in *tot. tit. ff. de lege commissor.* & præter cæteros ità declarat *Couarr. d. cap. 8. var. resol. lib. 3. num. 1.* Dicitur q; commissoria, quia in legem conuentionis committitur, promissis non standō, proùt pulchrè exponit *D. Consil. de Georg. in repet. feud. cap. 11.* sub *n. 14. ver. At quoniam.*

Est autem circà hoc fatendum, quòd venditio cū hac lege contracta, est vera, & pura venditio, quæ tamen resoluitur pretio, infrà præstitutū tempus nō soluto, si venditor id volet, *l. 1. 2. & 3. ff. de leg. commiss.* ità vt cogi possit venditor ad declarandum, vtrum commissoriam legem velit exercere, an potiùs rei pretium petere; quòd si commissoriam legem elegerit, non poterit variare, *l. si fundus, §. eleganter, ff. eod. & d. l. commissoriæ,* & prætèr alios ità docet *D. Regens, & S. C. Præs. D. Franciscus Merlin. controu. 31. nu. 8.*

Est etiam verum, quòd huius commissoriæ legis pactum in venditionibus, alijsq; contractibus, non autem in pignore locum habet, vt dicit *text. in l. 1. & 3. C. de pact. pignor. & Gabr. Mude. de contract. tit. de pignor. & hypoth. cap. de pact. legis commiss. nu. 2.* at satis benè *Abbas in cap. significante, num. 6. de pignor.* quo loci duplicem affert rationem, quare in pignore prohibita sit à lege huius commissoriæ legis pactio, quam etiam comprobat *Mudeus loco* suprà citato.

Prohibitum quoq; est in feudis huius commissoriæ legis pactum, cùm de pignorando, non autem de vendendo feudo sub lege commissoria tractatur, ad *text. in cap. 1. de feudo dato in vic. leg. commiss.* vbi *Andr.* qui ità *text.* allum intelligit sub *num. 2.* dicens etiam, quòd commissoria tantùm in pignore reprobatur inter creditorem, & debitorem, non in alijs contractibus, immò hęc in pignoribus inter alias personas, cùm adsit fœnus committendi ambitio. Estq; differentiæ ratio inter venditionem, & pignus, quia in venditione semper iustum pretium, iustusq; rei valor constituitur, at in pignore semper res quælibet multo minori pretio oppignōratur, quàm valet, & sic si commissoriæ legis pacto commisso rei dominium apud creditorem remaneret, in vsuratiæ praui tatis labē facilè incurreretur, & ideò lex pactum hoc in pignore abhorret, proùt satis eleganter differit *Cons. de Georg. in repet. feud. d. cap. 11. num.*

11.num.12.13.14.& 15. Et ità legendo diebus præteritis in hac Florentiſsima feudorum Cathedra docuit *Dom.Conſil.Petrus Caranita* feudorum acutiſsimus antecellor.

Et Quartum deniq; huic affine ſuccedit pactum addictionis in diem,quod tunc contrahitur, cùm emptio fit,eo pacto adiecto,niſi quis infrà menſem, vel aliud tempus meliorem conditionem, oblationemq; fecerit,hoc æquidem caſu,melioræ conditione intrà conſtitutum tempus oblata ſtatim ab emptione diſceditur, reſq; manet inempta, non ſecus, ac in commiſſoria lege pretio non ſoluto obſeruatur,*l.1.cum alijs ſequent.ff.de in diem addict.* vbi *DD.* & tradit *Couarr.in d.cap.8.var.reſolut. lib.3. num.1.* Diciturq; melior oblatio, & conditio pluribus modis, quos declarat præſertim *text. in l. eum, qui emit 7.§.melior autem,ff.de in diem addict.* ad quem te remitto.

Eſt poſtremò in hoc ſciendum,quòd in hac addictione facienda certum tempus conſtitui regulariter debet,*l.Lutius Titius,§.finali,ff.ad municip.* & *tex. in l.1.C.de venden.reb.Ciuit. lib.11.* ibi *ſi qua Ciuitas propriam legem habet*, alioquin venditioni peractæ non poteſt melior conditio adijci. In venditionibus tamen Fiſcalibus,rerumq; minorum, & Eccleſiarum addictio admittitur de iure intrà 20. vel 30.aut 40.dies,de quo per *gloſ.in l.1. C.de vend. reb.Ciuit.lib.11.& gloſ.in l.1.C.de fid.inſtrum. & inſtr. inſt.Fiſcal.lib.10.* de quibus meminit *Capyc. dec.36. num.4.* Verùm notandum eſt, quòd cùm multæ in dies exorirentur lites,& quæſtiones circà locationes vectigalium,& rerum Fiſcalium, occaſione nouarum addictionum,& oblationum, quæ fiebant, pragmatica ſanctione certum tempus Fiſcalibus auctionibus, ac addictionibus faciendis præſtitutum fuit,cum taxa,ac prefinitione pretij adijciendi, & temporis,infrà quod fieri debeat oblatio, vt in *pragm.71.* quæ eſt *finalis*,ſub *tit.de offic.Procur. Cæſaris*,& eſt in viridi obſeruantia(quicquid ſit de iure communi,de quo *D.Regens Capyc.Galeot.reſponſ.Fiſcal.14.* ſatis doctè, qui etiã in *1.reſp.Fiſc.n.137.* tradit praxim recipiendi huiuſmodi oblationes, & iudicandi,quæ ſit melior.)

Circà verò locationes rerum Eccleſiæ, minorum, & Vniuerſitatum(quæ minorum etiam iure in hoc vtuntur,*Guid.Pap.dec.136.* quàmuis contrariæ ſit opinionis in Vniuerſitate *Claper.cauſ.Fiſcal. cauſ.5. quæſt.2.num.8.* relata hac *Guidonis dec.* & idem ſentit *D.Reg.Capyc.Galeot.reſponſ.Fiſcal. 14. num.36.*) obſerua *gloſſ.* ſuprà relatas.Et quid in venditionibus,quæ fiunt ad inſtantiam creditorum, ſeruetur in Sacro Conſilio, vide *Maſull. ad Capyc. dict. dec.36.nu.6.*

Ioannes Laganarius.

De Pacto de retrouendendo. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica conſimilis huic edicto emanauit à Cæſarea Maieſtate in beneficium Regiæ Curiæ reſpectu alienationum cum pacto de retrouendendo factarum per Barones, & Feudatarios, quorum bona per eorum rebellionem fuerunt deuoluta ad Regiam Curiam.*

2 *Hoſtilitatis tempore durante præſcriptio non currit.*

3 *Præſcriptio illa continuatur,quæ fuit cœpta antè hoſtilitatem per cõiunctionem vtriuſq; temporis, ſubdolo illo medio tempore.*

4 *Pactum de retrouendendo quandocunquè in perpetuũ an aliquo tempore præſcribi poſſit.*

Pactum de retrouendendo temporale inter priuatos poteſt à Principe prorogari ſine Partis cõſenſu.

REcognoſcimus, &c.

Pacta de retrouendendo temporalia durãte bello a principio menſis Martij 1528.vſq; ad finem menſis Februarij 1530. non inclusa intelligantur decurſa.H. D.

1 Contimilis pragmatica emanauit ab eadem Cæſarea Maieſtate in beneficium Regiæ Curiæ reſpectu alienationum cum pacto de retrouendendo factarum per Barones,& Feudatarios, quorum bona per eorum rebellionem fuerunt deuoluta ad Regiam Curiam, data in Oppido Bruxelles die 8. Martij 1531.exequutoriata in hoc Regno die vltimo Septembris 1531.& conſeruatur in *lib. 1. notamentorum Sacr.Conſil.fol.11.* & fuit impreſſa in hoc volumine,ſub *rubr.de feud.pragm.5.* Vtraquè fundatur in diſpoſitione iuris communis, quo ſtatutum
2 eſt,vt durante tempore hoſtilitatis præſcriptio non currat,*l.poſtliminium,ff.de captiu.& poſtlimin.reuer. l.1.2 & 4.l.ab hoſtibus,& l fin. C. quib.non obijcitur long.temp.præſcript. can. prima actione 16. quæſt.3.*
3 Et hoc tempore ſubducto continuatur illa,quæ fuit cœpta antè hoſtilitatem per coniunctionem vtriuſquè temporis,ſubducto illo medio tempore, vt per *Innocent.& Canoniſt.in cap.ex tranſmiſſa, extrà de præſcript. Villadieg.lib.20.for.iud.tit.2.in rubr.nu.48.* Quid autem in pacto de retrouendendo perpetuo,
4 quandocunquè, an adhùc aliquo tempore præſcribatur? *Doctores* pugnant inter ſe, nàm aliqui tenent,quòd præſcribatur ſpatio annorum triginta, vt conſtat ex *Roland.conſ.21.volum.2. Surd. deciſ.2. num.7. Argentr. conſult.2.* Aliqui verò contrariam partem defendunt,quòd nullo tempore præſcribatur,vt conſtat ex citatis per *Tiraquell. de retract. conuent.§.1.gloſ.2.num.15 & 24. Gabr.lib.5.comm. opin.tit.de præſcript.concluſ.6. Laur.dec.Auen.129. Magon.dec.Florent.105. Pancirol.conſ.38.num.6. Gutierr.in l.nemo poteſt,num.468.* cum *ſeqq. ff.de leg.1. Cantiunc.conſ.12.num.44.in fine, Minſynger.obſeru. 16.centur.1. Caballin.milleloq.420. Matthæac.de legat.& fidecommiſſ.lib.4. cap.2.num.12.* vſquè ad *finem, Hænon.qq.ill.diſputat.6.num.14.* ſecùs in pacto de retrouendendo, quod certum eſt præſcribi ſpatio triginta annorum, teſte *Præſ.de Franch. deciſ.49. in fine*, notabis tamen, quòd pactum de retrouendendo temporale inter priuatos poteſt à Principe prorogari abſquè Partis conſenſu, *Caſtill.dec.218.vol.3.*

De Parochis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pueri cùm baptizantur, quòd debeant ſcribi ad ſciendum illorum ætatem, vndè originem ſumpſerit,& num.3.*

2 *Ætas alicuius quibus modis probetur.*

4 *Scriptura ſumpta ex libro Plebani baptizatorum an plenè probet quòad ætatem.*

5 *Ætatem probandi onus cui incumbat.*

6 *Probationes abſq; defectu, poteſt Iudex ex aſpectu pronunciare circà ætatem, cùm in caſu dubio ſit*

sit eius arbitrio commissum.

7 *Baptizatorum in libris conficiendis quæ forma sit seruanda,& de alijs necessarijs ad hanc materiã.*

8 *Baptizatum aliquem fuisse, cui probandi onus incumbat.*

9 *Baptizari an possint filij Hæbreorum,& quorumuis Infidelium inuitis Parentibus.*

10 *Baptizati an puniantur in iudicio exteriori pro delictis commissis antè baptismum.*

ALli mesi passati,&c.

Pueri cùm baptismate sacro lauantur,describantur, vt sciatur ætas illorum. H. D.

1 Huius praxis institutio à quo originem sumpserit,vide pulchrè apud *Menoch. præsumpt.* 51. *lib.*2.
2 *num.*3.vbi optimè declarat hunc, & alios modos probandi ætatem vniuscuiusquè ex *l.*1.*C.si minor se maior.dix.* & ex libris, & actis publicis Ciuitatis, vbi describi solent homines,ex scriptura Parentũ, ex testimonio Parentum,testimonio Obstetricum, instrumentis,confessione Partis,testimonio consãguineorum,vel vicinorum,ex libro Parochi,vel ex aspectu corporis,& iudicio Iudicis, cui addo nunc *Hopper.de vera iurisprud. lib.*6. *tit.*9. quatènus *ibi* agit de baptismo, vbi ex *Dionysio Areopagita* re-
3 fert sollemnitates, quæ ab Apostolis seruabantur in conferendo baptismo,& interr cæteras ait, quòd Sacerdos imponendo manus baptizato mandabat,vt baptizatus,& eius susceptor describerẽtur, ergò coficiebatur liber baptizatorum cum nominibus eorũ,& susceptorum,& sic compatrũ,pro-
4 ut hodiè seruatur,& an scriptura sumpta ex libro Plebani baptizatorum probet plenè quòad ætatẽ, declarat ad saturitatem *Mascard. de probat. vol.*2. *concluſ.*672.& *Menoch.d. præsumpt.* 51. *num.*53. & *seq. lib.*2.qui dicit, probare, nisi de puncto natiuitatis tractaretur,secus si apponeretur, vt per *Rebuff.*super *Constit.Gall.*2.*tom.de regest.baptiz.glos.*1.
5 & 2.Et cui incumbat onus probandi ætatem, explicat *Pacian.de probat.lib.*2.*c.*24. qui ait,quòd is debet probare,in quem Iudex onus probandi trãstulit. Secundò debet probare, qui se principaliter fundat in ætate,siuè sit actor,siuè reus. Tertiò, quando ætas non est principalis fundamentũ, nec actoris,nec rei quòad principale ius causæ obtinẽdum,sed accessoriè,vel extrinsecè opponitur, & in sola oppositione ætatis moratur,& qui allegat debet probare.

6 Quando tamen aliæ deessent probationes, potest Iudex ex aspectu pronunciare circà ætatem, cùm eius arbitrio sit cõmissum in casu dubio, *Alber.in l.de ætate,ff.de minor.& in l.minor* 25.*annorũ edito Præside,ff.de minor.Gramm.decis.*48. *num.*16.
7 cum *seqq.* qui dicit idem de ætate senili, sed quæ forma sit seruanda in huiusmodi libris conficiẽdis cum pluribus alijs necessarijs ad hanc materiam vide per *Rebuff.*super *Constit.Gall.tom.*2. *tit. de regestr.baptiz.art.*1.*glos.*1. & 2. qui requirit nomen baptizati,ami,dici,patrinorum,& parentũ,& horę natiuitatis,si potest haberi.

Cui autem incumbat onus probãdi,aliquẽ fuis-
8 se baprizatum,declarat idem *Pacian.de probation. lib.*2.*cap.*14.& dicit alleganti respectu viuorum, vel si esset natus ex Christianis, inter quos fuerit conuersatus,quia tunc præsumitur baptizatus.

Meminit de his *Reg.Tapia hic* in eadem *pragm.* quam in sua compilatione iuris Regni collocauit sub *tit.*eodem *de Parochis,lib.*1.*fol.*45.

Filij autem Hæbreorum,seù quorumuis Infide-
9 lium an possint baptizari inuitis Parentibus? explicat *Afflict.dec.*151.affirmatiuè tenendo.

Baptizati verò in ætate grãdiori an puniri pos-
10 sint in iudicio exteriori pro delictis commissis antè baptismum? latè disputat *Brunor. à Sole q.*18.& concludit,posse puniri tàm quòad pœnam delicti,quàm quòad interesse Partis, sed fauore fidei esse indulgendam pœnam,dummodò non sit in fraudem baptizatus.

De Pascuis, forestis, & nemoribus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Foresta quæ dicatur.*

2 *Arbores incidere, vel animalia immittere ad pascendum in nemoribus, & forestis Baronum nemo potest,ex quo fugari possint animalia syluestria, eorumq; impediri venatio.*

3 *Titulum exhibere tenetur priuatus,qui non sit Baro loci,si possideat ibi pascua,nemora,montes, aquas, decursus aquarum,& iurisdictionem.*

4 *Baro alicuius Castri si quotannis affidauit vicinos per tempus immemorabile, vicini possunt asserere, prædecessorem Baronem sic eis promisisse, & promissionem probabunt ex diuturnitate temporis,& teneretur affidare,nisi herbagia non sufficerent pr se,& suis vasallis.*

5 *Pasena de communi forma inuestiturarum in Regno,& ex vetusta consuetudine sunt Baronum.*

6 *Clerici tenentur soluere, prout Laici in pascuis Baronis.*

7 *Pascuis, quæ sunt Vniuersitatis, qualitèr vtatur Baro.*

8 *Pascua in dubio,cuius esse præsumantur,Baronis,an Vniuersitatis.*

9 *Pascendi ius habens in aliquo fundo, non propterea habebit ius in eo aquandi.*

10 *Cibi appellatione quatènus comprehendatur potus.*

11 *Materia subiecta in hac quæstione est attendenda, an scilicèt casus versetur in fauorabilibus, vt sunt legata,vel in odiosis,vt sunt seruitutes.*

12 *Decisio S.C.refertur in hac quæstione.*

13 *Glandium,& aliorum fructuum vsus non comprehenditur sub promiscuæ seruitute iuris pascendi,& aquandi inter Vniuersitates, quæ vulgò dicitur,* acqua,& herba commune.

14 *Arborum fructus adeò separati sunt ab herba, quæ depascitur,vt facta locatione herbæ alicuius prati non veniunt fructus arborum intus pratum existentium.*

15 *Animalia transeuntia de vna contrata ad aliã possunt sumere pascua vbiq;per horas viginti quatuor, sed non fructus arborum,& segetum.*

16 *Priuilegium pascendi in alieno territorio absq; solutione fidæ non comprehendit glandes,& spicas.*

17 *Pascendi communitas potest negari, quandò pascua non sufficerent pro animalibus Ciuium, & Baronis.*

18 *Vniuersitates possunt ad libitum recedere à communitate pascendi,& aquandi, etiam si sit immemorialis.*

19 *Vniuersitates durante eadem communitate possunt restringere vsum pascuorũ in præiudicium exterorum habentium communitatem.*

*Et quid si territorij proprietas sit communis, n.*20.

21 *Ci-*

ed by Google

21 *Cuſtodes apponendi ius in paſcuis, defenſis, & nemoribus vtrum ſpectet ad Vniuerſitatem, vel ad Baronem.*

HAec rubrica eſt prorsùs inanis, & vacua, nam pragmatica hic adiecta nihil, aut parum facit ad rumbum, tu aliqua ad hanc rubricam pertinentia vide in *prag. 1. §. & cùm nec Comitibus, infrà de ſalar. eor. qui mittunt. pro ſeru. Reg. Cur.* quę autem dicatur
1 Foreſta, explicat *Mutа in cap. Sicil. 28. in princ. to. 1.* vt ſit locus, ſeù nemus ſine clauſura, & ſine aqua. Sed attende, quòd *Liparul. ad Andr. in §. nemo retia, de pac. tenend. & eius violat. in verbo nemo retia, lit. X.* aſſerit, quòd extat forma in Cancellaria huius
2 Regni, quòd nullus incidat arbores, vel animalia immittat ad paſcendum in nemoribus, & foreſtis Baronum, ex quo fugari poſſent animalia ſylueſtria, & eorum venatio impediri, allegat *Luc. de Penn. in l. inſignis, colum. fin. C. de paſc. public. lib. 11.* & idem *Luc. in l. quicunq; colum. 1. C. de fund. limitrop. lib. 11.*
3 ait, quòd ſi quis priuatus, qui non ſit Baro loci poſſideat ibi paſcua, nemora, montes, aquas, decurſus aquarum, & iuriſdictionem poteſt cogi ad exhibẽdum titulum, quo illa poſsidet, ſequitur *Frecc. de ſubfeud. lib. 3. in tit. de differen. inter feud. regal. verſ. 46. & lib. 1. tit. quis dicatur Comes, num. 22. in fin. Capyc. dec. 77. num. 10.* ſed negat *Afflict. in Conſt. Violentias, num. 51.* & in *Conſt. Ab officiat. nu. 2.* aliquas fallentias affert, & nota, quòd *Andr. in Rit. Reg. Camm. Summar. in rub. de iure affidat. herbag. &c.*
4 ait, quòd ſi Baro alicuius Caſtri omni anno affidauit vicinos per tempus immemorabile, vicini poſſunt dicere, quòd prædeceſſor Baro ſic eis promiſit, & promiſsionem probabunt ex diuturnitate temporis, & teneretur affidare, niſi in caſu, quo herbagia non ſufficerent ſibi, & ſuis vaſallis; idem *Andr. in Conſtit. Cùm per partes Apuleæ*, & ſequitur *Aſſil. dec. 190.*

Hæc paſcua de communi forma inueſtiturarum
5 in hoc Regno ſunt Baronum, & ex vetuſta conſuetudine, vt per *Andr. in Conſtit. Si quandò, Luc. de Penn. in l. quicunq; C. de fund. limotrop lib. 11. Capyc. in inueſtit. in verb. planis, paſcuis, nemoribus, herbagijs, fol.* mihi *104. col. 2.*

6 Et ſi clerici immittunt eorum animalia ad ſibi paſcendum tenẽtur ſoluere, prout laici, *Aules in cap. Prætor. 17. in glo. f. bucnas, n. 12.*

Si tamen huiuſmodi paſcua eſſent Vniuerſitatis,
7 Baro poterit illis vti cum numero animalium æquali ad numerum duorum Ciuium diuitum eiuſdem Vniuerſitatis, vt tradit idem *Aules in cap. 3. Prætor. in glo. iuriſdiçion.* propè *fin.* at *Frecc. lib. 2. ſubfeud. author. 46.* poſt *num. 4.* affirmat, quòd Baro poteſt vti paſcuis Vniuerſitatis, proùt vtitur primus, & ditior ciuis, & ità quotidiè fiunt prouiſiones in conſimilibus grauaminibus vaſallorum, licèt *Aules* atteſtetur, quòd opinio ſua ſeruetur in practica, quod latiùs explicat *Salon. Burgenſ. in l. 3. Tauri, num. 494. verſ. ſed qua notum eſt*, cum pluribus *ſeqq.* vſquè ad *num. 511.* admittens in paſcuis, & lignis ſcindendis tãtùm, vbi praxis inualuit pro portionibus duorum ciuium, dummodò in locis commorentur.

Vtrum autem hæc paſcua præſumantur eſſe Be-
8 ronis, vel potiùs Vniuerſitatis opinionem pro Vniuerſitate tenuerunt *Conarr. pract. quæſt. cap. 37. num. 1. Flamin. de Rubeis conſ. 69. num. 152. volum. 2. Menoch.* qui loquitur de omnibus prædijs, quæ communalia ſolent appellari *præſumpt. 100. num. 8. verſ. his intelligimus. lib. 3. Gaſpar. Loſſ. in vnico conſ. definit. num. 327. Bonadill. lib. 2. cap. 16. num. 149. & 153. & lib. 5. cap. 4. num. 3. Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 4. cap. 6. num. 17. Mierez de maiorat. queſt. 20. num. 46. in fine, & num. 74. part. 4.* & iterùm *nu. 117.* opinionem verò pro Barone latè defendit *Sacca reſponſ. 46. num. 12. Muta in cap. 9. Regn. Sicil. num. 39. tom. 1.* Tu vide *Caldas de emptio. cap. 21. num. 9.* pro Vniuerſitate, *Farin. dec. poſthum. 433. Auendan. de cenſib. cap. 68. nu. 12.* pro Barone, ſi Caſtrum fuit concellum inuit cum nemoribus, montibus, paſcuis, defenſis, fluminibus, & alijs.

Et in hac materia paſcuorum notabis perpetuò,
9 quòd ſi cui competit ius paſcendi in aliquo prædio, non propterea poterit aquare, liuè potum, & aquam ſumere in eodem prædio, vt conſtat ex *text. in l. 4. ff. de ſern. ruſt. prad.* vbi ſeruitus pecoris paſcendi, & ſeruitus pecoris ad aquam appellendi ponuntur tanquàm ſeruitutes diuerſæ, & apertiùs probatur in *l. Mela, §. quidam libertis, ff. de alim. & cib. leg.*

Nec obſtat, quòd appellatione cibi contineatur
10 etiam potus, ex *l. 1. ff. de alim. & cibar. legat.* & probat *Coler. de alim. lib. 1. cap. 15. num. 50.* tum quia hoc non eſt vſquequaquè verum indiſtinctè, & multa iura probant procùl dubio contrarium, de quibus per *Oldrad. conſ. 79. & Alber. in l. verbo victus, ff de verb. ſignif.* & vltrà illos probant idem *text. in l. 1. §. æquè. ff. de muner. & honor.* in *l. 1. §. mulier autem. ver. qui cibum, potum. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. cùm antiquitas, C. de teſtam.* optimus *text. in l. 1. § fin. in fin ff.*
11 *ſi vſufruct. pet.* ità vt ſit attendenda ſubiecta materia, an ſcilicèt ſit fauorabilis, vel odioſa, & proindè in legatis, quæ ſunt fauorabilia cõprehendatur etiã potus, in ſeruitutibus verò, de quibus eſt quæſtio noſtra, & ſunt odioſæ, non cõprehendatur potus, argumento eorum, quæ tradit *Alciat. in d. l. verbo victus, in fine*, cùm etiam, quia id; quod reperitur cautum in iure, quòd appellatione cibi quandòq; veniat potus, non reperitur cautum in caſu noſtro, vt ſcilicèt appellatione iuris paſcendi veniat etiam ius aquandi, & ſic non eſt recedendum à proprietate ſermonis, præſertim quia ſumus in hoc Regno, in quo vſus ſemper in iudicio, & extrà iudicium admiſit vt ſeruitus aquandi ſit pẽnitùs diſtincta à iure paſcendi, & propria hæc communis denominatio Regionis eſt attendenda, *l. cùm delanionis, §. aſinam, verſ. optimum. ff. de fund. inſtr. & inſtrum. legat.* nàm vſui ſtatur etiam contrà naturam vocis, *l. vxorem, in princ. ff. de legat. 3.*

Et ità me patrocinante fuit iudicatum per Sa-
12 crum Conſilium iunctis Conſiliarijs duarum Aularum in cauſa Monaſterij Sancti Laurentij propè Padulam cum Vniuerſitate Terræ Montis Sani die 9. Iulij 1601. per quod fuerunt reiectæ nullitates propoſitæ pro parte Monaſterij aduersùs decretum latum per idem Sacrum Conſilium, in vna tamen Aula, in quo fuit confirmatum, ſeù conſeruatum Monaſterium in quaſi poſſeſſione paſcendi tantùm in territorio Montis Sani, & principalis nullitas, quæ fuit deducta, & diſputata in hoc tantùm conſiſtebat, quòd ſcilicèt eſſet contrà expreſſam iuris diſpoſitionem, per quam ius aquandi comprehenditur ſub iure paſcendi. Actuarius Sacri Conſilij eſt Amatruda.

Illud etiam non eſt omittendum, quòd data pro-
13 miſcuitate ſeruitutis iuris paſcendi, quę vt plurimũ vigere ſolet in hoc Regno inter Vniuerſitates conterminas, & confinantes, & vulgò dicitur, *acqua, & herba commune*, in ea non includetur vſus glãdium,

ſeù

seù aliorum fructuum, qui ex arboribus percipiuntur, immò nec ipsa herba, quæ ad fructum capiendum parata est, proùt sunt prata, sicut de prato est *text.* clarus in *l. sylua in fin.* cum *l. seq. ff. de verb. signif.* vbi *glos.* in indiuiduo notat, quòd in prato nulli licet pascere, etiam si habeat ius pascendi in alijs locis publicis, per *text. in l. 2. & fin. C. de pasc. publ. lib.* 11. vbi etiam *Luc. de Penn. in vltimis verbis,* & in *d. l.* 2. *n.* 8. *vers. pascuis.*

14 Immò adeo separati sunt fructus arborum ab herba, quæ depascitur, vt appellatione herbæ alicuius prati, non tamen veniunt fructus arborum intus pratum existentium, ità expressè *Rebuff.* notat in *l. pratum, versic. notandum est, in fine, ff. de verb. signific.*

De pascuis verò probat apertissimè *Const. Cim.*
15 *per partes Apuleæ*, vbi licèt permittatur animalibus transeuntibus de vna contrata ad aliam pascua sumere vbique per horas vigintiquatuor absq; solutione fidæ, non tamen possunt depasci fructus arborum, & segetes, vt probat *Afflict. ibid. quæst.* 5. *num.* 12. loquens in specie in duobus Castris habentibus communitatem adinuicem, & affirmans, quòd si ciues vnius Castri inferunt damnum in fructibus, & segetibus alterius Castri, renentur ad damnum.

Id ipsum apertissimè tradit *Paris de reintegrat. feud. cap. Reperitur concessio, num.* 10. *fol.* mihi 157.
16 vbi dicit ad literam, quòd si Dominus feudi concessit alicui priuilegium, quòd sine fida depasceret in suo territorio, non poterit depasci facere glandes, & spicas, quia sunt in fructu.

Hoc idem tradit *Cassan. in Consuet. Burgund. rubr.* 13. *§.* 4. *num.* 4. *vers. sed quia,* & ità fuit pluries iudicatum per Sacrum Consilium, vt constat ex sententijs productis in processu inter Vniuersitatem Ciuitatis nouæ, & Vniuersitatem Sessani. Actuarius S. C. est N. & inter Vniuersitatem Terræ Ripelimosani, & Franciscum Scaccatum Baronem Cobattæ, & ipsam Vniuersitatem Cobattæ subintrantem. Actuar. est Io. Baptista de Felice.

Sed etiam quòad pascua, si ea non sufficerent
17 pro animalibus Ciuium, & Baronus, posset tunc denegari talis communitas pascendi conuicinis habentibus communitatem, secundùm *Bertrand. cons.* 7. *vol.* 1. *par. posterior. Couarr. lib.* 1. *var. c.* 17. post *nu.* 11. *vers. His verò,* vsq; ad *vers. Cæterùm, & practic. qq. c.* 37. *n.* 6. cum *seqq.*

Immò, quòd etiam nulla data necessitate possint
18 Vniuersitates ad libitum earum voluntatis recedere ab huiusmodi communitate, etiam si esset immemorialis, voluit *Corn. consil.* 48. *volum.* 3. *Auend. de exequend. mandat. Princip. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 20. *vers. in qua communione* cum *seq. Koppen decis. Ger-*
A *man.* 12. *n.* 9. *&* 10.

Et durante communione, quòd possit Vniuersi-
19 tas restringere vsum suorum pascuorum, & facere aliquas defensas cum consensu suorum Ciuium in præiudicium vicinorum habentium communitatem pascendi, probat idem *Auend. ibid. par.* 1. *c.* 13. *concluf.* 9. *num.* 10. *& Mexia de taxa panis, concl.* 5. *nu.* 80. sed quandò esset communio nedùm vsus pasce-
20 di adinuicem territoria propria vtriusquè Vniuersitatis, sed proprietas alicuius particularis territorij esset communis, etiam hoc casu debere fieri diuisionem, consuluit *Cephal. cons.* 107. & decisum refert *Thesaur. decis.* 71. & quomodò sit facienda diuisio, explicat *decis.* 72. scilicèt æqualitèr, & non per capita.

Pro his autem pascuis, defensis, & nemoribus
21 custodiendis, nè in eis damnum inferatur, an spectet ad Vniuersitatem, vel potiùs ad Baronem ius apponendi Custodes? exactè explicat *Auend. de exequ. mand. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. cum pluribus *seqq.* vbi etiam declarat, an hi Custodes possint non solùm arcere damnificantes, sed etiam pignorare, & pœnam, aut dammum exigere, & distinguit, aut apponuntur pro custodia tantùm, & potest Vniuersitas, aut pro pignorando, & sine authoritate Domini, vel Iudicis non potest. Alia ad materiam huius rubricæ spectãtia habes apud *Greg. syntag. iur. vniu. lib.* 3. *c.* 15. & 16. *Borell. de Magist. edict. lib.* 4. *c.* 6.

ADDITIO.

AEt latissimè, satisq; elegantèr hanc conclusionẽ fundauit olim Vincentius Siccodus meus socer inter primarios Aduocatos tempestatis suæ peritissimus, Fisci deindè M.C. Patronus acerrimus in causa Illustr. Principis Venusij, cuius partes tuebatur, cum Vniuersitate Thoræ, proùt ex infrascriptis eius Allegationibus, quæ inter *Volumina consiliorum Diuersorum* transcriptę circumferuntur, ideò imprimendas duxi.

Pro Illustris. Principe Venusij cum Vniuersitate Thoræ.

COncluſiuè procedendo dico, quòd dùm Vniuersitas Thoræ prætendit ius compascendi, iuxtà *text.* in *l. testatrix* 22. *§. plures, ff. si seru. vindic.* esse inter ipsam Vniuersitatem, & Vniuersitatem Consæ, permittente Illustrissimo Principe vtri Domino, instructo prius processu cum Vniuersitate prædicta, cuius principaliter interest, iuxtà notata in *glos. l. de vnoquoq; ff. de re iudic.* respectu domanij, (cùm in defensis nominatis *la Pescara, le Cesine,* & *le Valle* nihil prætendat prædicta Vniuersitas) de duobus est videndum. Primò an sit probata communitas, taliter quòd patti sufficiat. Secundò, an si sit probata, possit dissolui.

Quòd sit probata pars produxit plures testes, qui licèt sint numero 43. quorum tamen 14. nihil de hoc deponunt, reliqui licèt videantur dicere, inter Vniuersitates prædictas fuisse communionem, cuius vigore homines vtriusq; Vniuersitatis cum eorum animalibus pascua sumpsisse liberè videntibus dominis, & non contradicentibus, cum cantilena ordinaria respectu centenarię, & immemorabilis possessionis, & ipsorum testium tres dicunt, sine solutione, & vnus in toto territorio, ex quibus prætendit Vniuersitas fundasse suam intentionem, ex infrà tamen dicendis apparebit contrarium.

Primò dato, quòd isti testes non essent interessati, & deponerent pro Barone respectu possessionis & pascui singulorum de Vniuersitate, non autem respectu Vniuersitatis Thoræ, de quo verè nihil dicunt, & quandò aliquid dicerent, possessio singulorum non iuuabit Vniuersitatem, sed Particulares, in quorum personis ius fuit ex inctum, ipsis mortuis, vt in *l. pecoris, ff. de seru. rust. præd.* & in *§. denique, auth. de Nuptijs, in princip.* Vniuersitati enim vt acquiratur possessio non sufficit illa singulorum de Vniuersitate, sed requiritur, quòd illi possederint nomine vniuersali de mandato, vel scientia Regentium Vniuersitatem ipsam, qui Regentes iciant, ipsas singulares personas id agere Vniuersitatis nomine, optimè *Cranett. cons.* 317. *num.* 4. cùm

ipsa

ipſa ſit perſona repræſentata, maximè ſi Superiorem recognoſcat, *l.1.§.fin.* vbi *Socin.* & alij, *ff. de acquir. poſſ. Capol. in tract. de ſeruit. ruſt. præd. in tit. de ſer. iur. paſc. num. . . . verſ. ſed dubium eſt, qualiter probetur*, vbi de hoc optimè loquitur reſpectu iuris quærèdi Vniuerſitati, ſequitur *Loffred. conſ. 25. num. 4. verſ. accedat*, & cùm hic non ſit probatum, nec in articulis poſitum, prout negari per partem non poterit, meritò Vniuerſitatem non iuuabit, ſi probata eſſet poſſeſſio particularium de Vniuerſitate per teſtes non intereſſatos.

Secundò, dato, ſinè veri præiudicio, quòd probatio prædicta prodeſſet Vniuerſitati, adhùc nihil eſſet, cùm teſtes prædicti dicentes, ſine ſolutione, vèl aliter, deponunt per negatiuam, quæ cùm non ſit coarctata loco, & tempore, contra eum, qui habet intentionem fundatam reſpectu libertatis territorij, non probat, etiam ſi mutato verborum ordine affirmatiuè aliquid eſſet poſitum, argum. *l. actor, C. de prob. glo. & Bal. in l. Pantonius, §. Rei perduellionis, ff. de acquir. hæred.* potuit enim eſſe, quòd ſi iſti teſtes non viderunt ſoluere, quòd alij viderint, meritò vt iuuet negatiua debet eſſe coarctata loco, & tempore, ſi fieri poteſt, probando ad minus, quòd ipſi fuerint præſentes à principio vſquè ad finem temporis interceptionis, & cognito, quòd erant animalia hominum prædictæ Vniuerſitatis Thoræ, fuerunt liberata per Vniuerſitatem abſquè aliqua ſolutione, quam ipſi vidiſſent, ſi facta fuiſſet, & quòd fieri non potuiſſet, niſi ipſis vidētibus, quia interfuerunt à principio vſquè ad finem in tali loco, & tali, & tali tempore, vt per *Loffred. d. conſ. 25. num. 2.* quod cùm non ſit per partem, nec adductum, nec probatum, probatio ſua non erit cōcludens, per ſupradicta.

Tertiò, ex alio probatio partis non erit concludens, quia dùm teſtes dicunt, animalia Vniuerſitatis Thoræ paſcua ſumpſiſſe in Territorio Conſæ abſquè ſolutione, dato, quòd coarctatè loquerentur, id poterit eſſe in proprijs territorijs ipſorū Ciuium Thoræ, qui in magna quantitate habent in dicto territorio Conſæ, in quibus tanquàm proprijs paſcua cum eorū animalibus ſumere potuiſſent, per ea, quæ notat *Couarr. pract. quæſt. cap. 37. in princ.* & per totum, & ſic tanquàm probatio non concludens non iuuaret, maximè quia indefinita in teſte non æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus*, vbi *DD. ff. de leg. 2.* notat *Alex. conſ. 110. num. 2. vol. 1.* Et licèt vnus teſtis dicat, in toto territorio, eius dictum eſt falſum, cùm adſint defenſæ, in quibus ſecundùm ipſammet partem paſcua ſumi non poterant abſquè ſolutione, meritò probatio iſta tanquā non concludens non releuabit, vulgatis iuribus.

Quartò, poſſet etiam dici, dato, quòd probatio partis eſſet concludens, quod ſuprà falſum eſſe demonſtratum fuit, & adhùc eſſet eliſa ex teſtibus Vniuerſitatis Conſæ, qui deponunt de interceptione, quibus etiam ſi duobus, cùm deponant de affirmatiua, magis credi debet, quàm mille partis deponentibus ſuper negatiua, ſecundùm *glo. in l. proferre, §. ſi plures ff. de recept. arbitr.* Et ex iſta interceptione non ſolùm probatur de interruptione naturali, quæ facit, quòd tempora non adiungātur, argum. *tex. l. Pomponius, §. cùm quis*, iuncta *glo. ff. de acquir. poſſ.* ſed etiam tollitur requiſitum neceſſariū ad inducendam præſcriptionem centenariam, quia non adeſt continuatio poſſeſſionis, ſine qua non durat præſcriptio *glo. in l. ſi arbitri. ff. de probat.* Et hæc circà primum.

Circà ſecundum, eſto, ſine tamen veri præiudicio, quòd ſit ſufficienter probata communitas, & ſocietas inter ipſas Vniuerſitates, vt præſupponitur per partē, cùm alius titulus non allegetur, negari tamen nō poterit, quin ad inſtātiam alterius partis, & ſic Vniuerſitatis Conſæ, & Principis dirimi non debeat, ex regula *tex. l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, ff. Comm. diuid. l. fin. C. eod. l. tandiù, C. pro ſoc. §. manet, Inſtit. de ſociet.* cum vulgat. & decitum refert in Senatu Pedemontano *Theſ. deciſ. 71.* immò dicunt *DD.* quòd etiam appoſito iuramento poſſit dirimi, cùm aſſumat naturam actus, ſuper quo interponitur, argum. *l. fin. C. de non num. pecun.* & *l. fin. ff. qui ſatiſ. cogan.* maxime in Vniuerſitate, quæ non habet animum, ità *Corn. in conſ. 48. num. 2. vol. 3. & conſ. 54. num. 1. & ſeq. vol. 1. Oldrad. conſ. 241. Alex. conſ. 18. num. 1. vol. 2. Marſil. ſing. . . . . Dec. conſ. 305. num. 6.* etiam ſi ſit elapſum tempus centum annorum, ieù cuius initij memoria non extat, reprobata opinione *glo. in l. fin. C. comm. diuid.* & in *l. 1. C. de annal. except.* in iſtis terminis, vt dictū ſuprà citati *DD.* & notat *Aymon Crau. conſ. 60. n. 1. lib. 1.* vbi complures allegat, & *Balbus in tract. de præſcr. in 4. par. q. 13. num. 4. & 7.* & firmauit hoc idē *Gomeſ.* reprobando *glo. in §. quædam, num. 21. Inſt. de action.* vbi allegat *Bald. Iaſ.* & alios, qui concludunt ſecundùm eum, quòd etiam per cursum centum annnorum, potentiæ, & facultati petendi diuiſionem non præſcribitur, & reſpondet ad *glo. ibi*, melius poteſt dici, circà illam *glo.* quòd intelligatur, quando vnus poſſidet, ſecus ſi ambo, vt in *Apoſtilla ibi* dicit, quia tunc titulus eſſet impræſcriptibilis, vt per *DD.* ſuprà allegatos, & facit ratio, quia ſi hoc non poteſt fieri expreſsè, multò minùs tacitè per ſpatium tanti temporis, ità argumentatur plures allegando *Cephal. conſ. 342. nu. 13. vol. 3.* Immò ſecundùm me ſi interueniſſet aſſenſus Regius, adhùc poſſet diuidi, cùm ille recipiat interpretationem à contractu, & ab eo reguletur, & non è contrà, ità *Camer.* notat in *cap. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Feder. fol.* mihi 52. *lit. F. & ſeq.* quidquid ſentiat *Afflict. dec. 254.* vbi prædicta non deguſtauit, & melius loquutus fuit in *cap. 1. §. è contrario, num. 11. & ſeq. in tit. de inueſt. de re alien. facta.* vbi ſentit, quòd ſi interueniſſet aſſenſus Regius, vel poſſeſſio immemorabilis, & centenaria, immò mille annorum non poſſit prætendi præſcriptum ius petendi diuiſionem, firmauit hoc idem *Vrſill. in addit. ad Afflict. d. deciſ. 254.* vbi dicit, obtinuiſſe de facto, & Ego etiam obtinui in cauſa Vniuerſitatis Murconi cum Vniuerſitate Sanctæ Crucis, in reclamatione, referente Domino de Altomare iunctis aulis, & fuit reuocata alia ſententia S. C. referente Domino de Conſtantio, quæ declarauit, communitatem in omnibus locis, præterquàm in defenſis nō eſſe contrà *cap. Pondus æquum*, vbi de hoc non dubitatur, & poſſet intelligi, ſi eſſet conuenctum ſuper aliqua communione infrà aliquod tempus cum aſſenſu Regio, quòd ſi infrà aliquod tempus eſſet reducta res ad inæqualitatem, poſſit peti diuiſio, nō quòd ibi ſi ſimpliciter eſſet facta communio, quòd non poſſit dirimi, per rationes, & authoritates allegatas.

Nec prædictis obſtabit, quòd ſupradicta procedunt reſpectu Vniuerſitatis Conſæ, non autem reſpectu Principis, quia idem eſt reſpectu ipſius, cùm Vaſalli quòad commoditatem paſcuorum dicantur cum Domino quodammodò ſocij, vt per *Bertrand. conſ. 75. num. 13. vol. 2.* & *Frecc. in 46. author.*

Baron.

Baron. vltrà quòd Princeps potest vti beneficio Vniuersitatis Consæ, postquàm ipsa declarauit, nolle stare in communione, ex regula *text. l. si post mortem, §. final. ff. de bonor. possess. contra tabul.* cum simil.

Nec prædictis similitèr obstabit, quòd pars prætendit, ipsam possedisse titulo seruitutis, & non communitatis, & per hoc prætendat, non posse dissolui, nàm vltrà quòd de hoc verbum nullum, immò in articulis, & testibus dicitur de titulo communitatis, & illius vigore possessio continuata præsumi debet, ex regula *tex. in l. quædam mulier, ff. de rei vendic.* Nec in hoc parti sufficit dicere, mutasse causam possessionis, quia illa ex sola animi sui destinatione sine causa extrinseca superueniente mutari non potest, *l. non solùm, §. quod vulgò, ff. de vsucap. l. rem, quæ nobis, in fin ff. de acquir. poss.* iuncta *l. cùm nemo, C. eod.* & à dicto die interuersæ possessionis inciperet inchoari præscriptio, argum. *l. malè agitur*, iuncta *l. cùm notissimi, §. verè*, vbi *DD. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* vltrà quòd requireretur, quòd ille, qui possidet, desinat possidere, etiam animo, ex regula *l. possideri*, iuncta *l. etiàm possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss.* & quòd interuenerit prohibitio ex alia causa, & sequuta sit acquiescentia, aliàs per spatium mille annorum non præscriberetur, iuxtà *glos. in l. qui luminibus, in 3. solut. ff. de seru. vrb. præd.* & istis interuenientibus à dicto tempore inciperet præscriptio centenaria, & non minor in ista seruitute iuris pascēdi, cùm habeat causam discontinuam, & *l. seruitutes, la 23. ff. de seru.* iuxtà latissimè tradita per *Couarr. var. resol. cap. 17. num. 11. per tot. lib. 1.* quia tàm in reali, quàm in personali requiritur actualis operatio eius, contra quem inducitur seruitus, siuè scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, vt sciat, & patiatur ex causa dictæ seruitutis, & ità præscribens vtatur, ità *Loffred. d. cons. 25. num. 8 & seq.* quod in casu nostro somniari non potest, cùm in processu de hoc verbum nullum, immò in eo semper tractatur per partem de titulo communitatis, & non de titulo seruitutis, quod esse non potest, quando vterquè possidet, sed quando vnus tantùm cum patiētia aduersarij, de quo per *Bald. d. loco* suprà allegato. *Affl. in d. §. è contrario, num. 11.* post *Bart. in l. 1. C. de ann. except. num. 4.* & est *Apostilla* ad *glos. in d. §. quædam, Instit. de action.*

Posset etiam, si prædicta non militarēt prætendi posse recedi à communione prædicta propter inæqualitatem & territoriorū, & animaliū, quod pars non negat, iuxtà *cap. Pondus æquum*, etiam si essemus in illo casu, de quo dixi suprà, & etiam quòd non sit tàm magnus excessus, vt habetur extrà *capitulum* per *Guglielm. de Bened. in cap. Rainuntius, in vers. vxorem, in princ. num. 252. de testam.* cum alijs notatis per *Modernos in d. cap. Pondus æquum*. Et sic vndèquaq; pars venit excludenda, & ità speramus mediante iustitia Dominorum iudicare debētium, vt factum est in causa Murconi, & Sanctæ Crucis prædicta.

Vincentius Siccodus.

Et hanc eādem opinionem circa reuocationem communionis iuris pascui, siuè aquæ, & herbæ cōmunis sequutus est nouissimè *Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 80.*

Nihilominùs idem Dom. *Reg.* infrà in *pragm. 1. de salar. cor. n. 31.* tacita tamen hac eius doctrina recedit ab hac opinione per ipsum firmata, ac per Dominum *Siccodum*, & *Capiblanc.* comprobatam, dicens, non posse à communione recedi sine legitima causa, & iuxta terminos *cap. Pondus æquum*, ac esse diutiùs cogitandum, ideò vide quæ *ibi* dicam.

Ioannes Laganarius.

De Persequendis malefactoribus, seù delinquentibus, etiam extrà Regnum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remissiuè.*
2 *Barones an comprehendantur sub ista pragmatica, remissiuè.*
3 *Afflicti decisio declaratur.*
4 *Maleficium indicare nemo tenetur, nisi sit proditor Regis.*
5 *Campana pulsata quilibet tenetur prosilire armatus contrà delinquentes, etiam de iure communi, & ex hac necessitate qui excipiantur.*
6 *Armatus prodire non sufficit, nisi etiam insequatur bannitos.*
7 *Contrauenies ob difficultatem aliquam, vel tempus intempestiuum nihil excusetur à pœna.*
8 *Bannitorum in persequutione si acciderit, quòd aliquis sit vulneratus, vel occisus ab insequentibus, an sit locus alicui pœnæ.*
9 *Confessio trium delinquentium de receptatione bannitorum pro plena probatione habetur contrà receptantem, vt puniatur. & hodiè sufficit confessio duorum in tortura facta.*
10 *Confessiones plures plurium sociorum in alijs criminibus non faciunt aliam probationem, quàm indicia ad torturam.*
11 *Confessio in tortura sola non sufficit ad plenam probationem, nisi postea fuerint repetiti, citato eo, contra quem fuit facta confessio.*
12 *Citatio Partis an requiratur in qualibet confessione socij criminis, & in quolibet crimine, remissiuè.*
13 *Repetitio testium ficta, veluti cùm reus in defensionibus eos habet pro repetitis, an plenè probabit, perindè ac si realis, & vera facta fuisset repetitio Parte citata.*
14 *Repetitio testium Parte citata an sit introducta pro forma per istud edictum.*
15 *Conditio pro forma est seruanda, & forma si non obseruatur facit cessare dispositionem. & n. 18.*
16 *Gerundium respectu verbi, vel actus ad quem confertur, importat necessitatem, & formam præcisam.*
17 *Statutum quando aliquid noui inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, dicitur esse pro forma.*
19 *Statutum si aliquid requirit pro forma, illud formaliter, & specificè est adimplendum, non autem per æquipollens.*
20 *Formæ à statuto inductæ Partes renunciare nequeunt.*
21 *Repetitio testium Parte citata est facienda formaliter per veram, & realem repetitionem, ac citationem, non autèm per simplicem declarationem inquisiti, quòd habet illos pro legitimè citatis, & repetitis.*
22 *Casus fictus non habet locum in statutis, in quibus verba sunt propriè accipienda.*
23 *Statutum contrà ius in casu vero non comprehendit fictum.*

24 Rei-

24 *Reipublicæ interest, quòd in tormentis confessus ad patefaciendum, an confessio processerit à veritate facti vel potiùs dolore tormentorum, repetatur citato nominato, quandò cessant tormenta, illorumquè dolor.*

25 *Repetitio ista testium si non fuerit facta in prima instantia non poterit fieri in causa appellationis.*

Repetitio testium quandò possit omitti.

26 *Barones an recte agant, si ab eorum Officialibus emanari faciant banna pœnalia, quòd omnes Ciues debeant prosilire cum armis ad sonum Campanæ bellicum, & si vasalli non veniant armati, puniantur.*

27 *Præsentia ciuium tempore, quo pulsatur* Campana, *liquidò probari debet.*

28 *Campanæ vsus effectus quis sit.*

29 *Campanæ nomen vndè sit derivatum.*

30 *Auxilium præstare tenẽtur subditi eorum Iudici, & Officiali in persequutione malefactorum, sed etiam alius Officialis alterius territorij alteri Iudici prosequenti malefactorem illud impartiri debet.*

Expensis Domini iurisdictionis fieri debet hæc persequutio.

HAuendo noi, &c.

Persecutioni bannitorum omnes inuigilent, & receptatores puniantur. H. D.

1 Ad materiam huius pragmaticæ vide *pragm. 7. et 8. suprà de exulibus.*

2 Sed an comprehendat Barones? quòad ius commune est videndus *Luc. de Penn. in l. 1. in 3. quæst. principali, vers. secũdò quæritur, C. nè rustic. ad vll. obsequ.* & quòad ius huius Regni est videnda *pragm. 1. infrà de receptatoribus*, vbi aliqua dixi. Caue tamen ab

3 *Afflict. decis. 265. num. 89.* quia eius dictum procedit de iure Longobardo, quod ipse adducit, cætera verò iura Regni, quæ citat, non loquuntur de omnibus malefactoribus, sed de proditoribus, & rebellibus tantùm diuinæ, vel humanæ Maiestatis, hinc *Andr. in cap. 1. §. præterea si vasall. num. 7. quæ sit prima caus. benefic. amitt.* ait, quòd nemo tenetur indicare maleficium, nisi sit proditor Regis, & idem reperit

4 in *cap. 1.* post *num. 39. de stat. & consuet. contr. libert. Eccl.* latè *Mastrill. dec. 282. n. 13.* cum *seqq.*

Nota ibi, *fando sonare le Campane all'armi, acciò* 5 *ogn'vno pigli le armi*, quòd ad sonum Campanæ pulsatæ quilibet tenetur prosilire armatus contra delinquentes, quod etiam procedit ex dispositione iuris communis, vt probat *Dec. in cap. patentibus, n. 2. extrà de priuileg.* cuius authoritatem ad hoc propositum expendit *Marc. Ant. Surg. de Neapol. illustr. c. 11. n. 32.* sed ab hac necessitate sunt excipiendi minores annor. 18. senes, & Doctores, secundùm *Caranit. in prag. 1. n. 70. suprà de exulib.*

Ibi, *& andare in persecutione di detti forasciti.* No- 6 ta, quòd non sufficit prodire armatus, nisi insequatur etiam bannitos, & contrauenienti est imposita 7 pœna: sed an contraueniens ob difficultatem aliquam, aut tempus intempestiuum excusetur? vide

8 *Bertaz. cons. crim 46. lib. 1.* qui in simili dicit, excusari, & si in tali persequutione acciderit, quòd aliquis sit vulneratus, vel occisus ab insequentibus, an sit locus alicui pœnæ? tradit *Gramm. dec. 41.* vbi ait, quòd si capiendus se defendat, non erit locus pœnæ, secus si insequens fuerit in culpa, & ideò ibi fuit cõdemnatus ad triremes per quinquennium.

Ibi, *nec non volemo, &c.* Nota, quòd confessio 9 trium delinquentium de receptatione in persona propria habetur pro plena probatione contrà receptantem, vt sit locus pœnæ receptationis, sed in *pragm. 6. infrà de receptat. malef.* est dispositum, quòd sufficiat confessio duorum in tortura facta, 10 quod est summoperè notandum, quia in alijs criminibus, etiam si essent plures confessiones plurium sociorum criminis, non producunt aliam probationem, quàm indicium ad torturam, vt perbellè declarat *Peguer. dec. 5. num. 37.* & tetigi etiam in *dict. pragm. 6. infrà de receptator.* Cæterùm est aduerten- 11 dum, quòd hæc confessio sola de per se in tortura facta non sufficit ad faciendum plenam probationem, nisi postea fuerint repetiti; citato eo, contrà quem confessio facta fuit, vt sunt expressa verba huius pragmaticæ circà *fin.* ibi, *essendo repetiti, citato quello, contro il quale deponerà*, quod est tenaciter menti tenendum, nam pauci ad hoc aduertunt, & propter hunc defectum repetitionis Parte citata Ego alias quasi à furcis quosdam de Ciuitate Marsici nouj, qui tanquàm conuicti de receptatione delinquentiũ per confessionẽ plurium delinquentium fuerãt per Tribunal Campaneæ cõdemnati ad furcarum suspendia, & per Magn. Cur. Vicar. fuerat moderata pœna ad triremes in perpetuum, & interposita appellatione ad Sacrum Consilium licèt prima vice referente Regio Consiliario Pinatio fuisset pœna triremium imposita per Magnam Curiam restricta ad decennium tantùm, tamen in causa reclamationis stante difformitate sententiarum, patrocinante me, & detecto huiusmodi defectu, fuerunt omnes absoluti, referente illo doctissimo, & conscientiato viro Regio Cõsiliario Petro Paulo Theodoro iàm defuncto.

Et tenaciùs est aduertendum, quòd hoc casu non sufficit, vt socius criminis, qui alias deposuit cum tortura, nunc in repetitione deponat simpliciter cum iuramento, sed opus est, vt de nouo post iuratam depositionem per viam repetitionis torqueatur ad conualidandam suam depositionem, & in tortura debet perseuerare, nàm illa tortura, & quicquid fuit actum antè litem contestatam non habetur in consideratione quòad præiudicium ipsius rei de nouo superuenientis, ità notabiliter aduertit *Clar. pract. crim. quæst. 45. num. 13. vers. cæterùm*, ibi, *& aduerte*, & sequitur, & notandum monet *Ambrosin. de process. informat. lib. 3. cap. 2. numer. 17.* & ambo tradunt regulam, quòd in testibus repetendis sunt obseruandæ omnes solemnitates, ac si nunquàm fuissent examinati, *Cabed. resol. crim. 53. n. 11.* idem confirmat.

Verùm hæc Partis citatio requiritur in qualibet 12 confessione socij criminis, & in quolibet crimine, vide *Peguer. dict. decis. 5. num. 25. Vipell. cons. 30. num. 7. & cons. 83. num. 8. Clar. pract. crim. quæst. 21. vers. quæro, nunquid in fine*, quos refert, & sequitur *Farin. pract. crim. par. 1. q. 43. num. 140. M. v. Mut. in c. 18. Reg. Sicil. n. 24. tom. 1.*

Hic satis concinnè, iudicio meo, cadit quæstio 13 satis necessaria in actu practico, an .s. si hi delinquentes non fuerint realiter repetiti citata Parte, sed is, contrà quem deposuerunt de receptatione, datis sibi defensionibus habuerint illos pro repetitis per comparitionem apud acta, proùt quotidiè practicatur. An, inquam, hæc ficta repetitio faciet eandem plenam probationem, quam feciſſet illa realis, & vera repetitio? Pro resolutione huius quæstionis est primò inquirendum, an huiusmodi repetitio

Parte

ed by Google

Parte citata ſit introducta pro forma per hãc pragmaticam,& quandò ſit introducta pro forma,eſt videndus indagandum,an forma introducta per ſtatutum,debeat adimpleri in forma ſpecifica, vel ſufficiat,ſi adimpleatur per æquipollens, item an idem operetur actus verus,quod actus fictus.

Quòad primum videtur mihi, non poſſe contro-
14 uerti,quin hæc repetitio Parte citata ſit introducta pro forma,ſiquidem adeſt gerundium,*eſſendo*, quod reſoluitur per verbum futuri temporis, hoc eſt, *ſi fuerint repetiti*. nàm per præſens,vel præteritum tẽpus eſt impoſſibilis reſolutio in hoc caſu,cùm repetitio debeat ex ordine naturæ ſubſequi poſt confeſſionem in tortura,& non poſſit præcedere, nec fieri eodem tempore,ergò ſi reſoluitur per verbum futu-
15 ri temporis,inducit conditionem, quæ pro forma eſt ſeruanda,iuxtà theoricam *Bart.in l.ſi tu ex parte in fin.ff.de acquir.vel.amitt.hared.* & gerundium
16 reſpectu verbi,vel actus, ad quem refertur, importat neceſſitatem, & formam præciſam, proùt hoc idem voluerunt præciſe *Bald. Angel. & Aret.* circà *fin.in rubr.ff.de liber.& poſth.* facit etiam, quia hoc eſt de nouo inductum per hanc pragmaticam,
17 & quandò ſtatutum aliquid de nouo inducit cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimitur, dicitur eſſe pro forma, *Anchar. conſ.*142. *Decius conſ.*528 *pro reſolutione,in fin.* ergò in hoc text. non poterit negari, quin talis repetitio Parte citata ſit introducta pro forma, præſertim quia illa verba,
18 *eſſendo repetiti*,ſine dubio important conditionem, & conditio ponit formam,quæ ſi non obſeruatur,facit ceſſare diſpoſitionem *l.aut prætor.ff.de collat.bon. Gomez.in § item ſi quis in fraudem,Inſt. de act.* addo nunc *Intrigl conſ.*13.*nu.*12.

Quò verò ad ſecundum reſolutio eſt clara, quòd
19 quandò à ſtatuto eſt aliquid requiſitum, pro forma,debet adimpleri formaliter,& ſpecifice non autem per æquipollens,vt not. *Bald.in l.*1. vbi *Angel. & Alexand.*late *ff.de liber. & poſth. Dec.conſ.*455. *Placet,num.*8.*in fin.verſ.cùm eum à ſtatuto, & conſ.* 531.*accuratè,num.*2. atſimè *Caſ.conſ* 97.*num.*13. cum *ſeqq.* vſq; ad *fin.volum.*4. iterùm & fuſiùs *Dec conſ.*612.*num.*3 *verſ.& talis forma*, latiſſimè *Lodulph.Schrader de feud.part.*10.*ſect.*8.*nu.*60.*to.*2. his addo *Crot.conſ.*150.*num.*8. *& conſ.*151.*num.*47. *volum.*2.*Capibl.in pragmat.*1.*num.*179.*& ſeqq.ſuprà de Baronibus*,vbi diſtinguit inter formam eſſentialem,& accidentalem poſt *Regentem de Ponte conſ.* 5.*num.*50.*lib.*1 *Villagut de extenſionibus,rubr.de extenſ.ſtatut. iur. aut cuiuſc. diſpoſ.à caſu vero ad ca-*
20 *ſum fictum,quæſt.vnic.num.*116.Nequè huic formæ Partes ipſæ poſſunt renunciare, *gloſ. in cap. de cauſis,in princip.verſ.conſenſu Partium,& ibi Abb. & Felin.extrà de offic.delegat. Guid.Pap.dec.*216. *Capell.Tholoſ.quæſt.*352. *Alexand.conſ.*66. *num.*1. *lib.*2.*Gozzad.conſ.*40.*num.*4.*Ruin.conſ.*158.*nu.*1.& 2. *lib.*4. *Menoch. de arbitr.Iudic.lib.*1.*quæſt.*30. *num.*6. & alij innumeri coaceruati per *Schrader. de feud. tom.*2.*par.*10.*ſect.*8.*num.*64.*Ant. Gamma dec. Luſit.* 236.*num.*2. ergò vt dicatur ſeruata forma tradita
21 per hanc pragmaticam, repetitio Parte citata eſt facienda formaliter per veram,& realem repetitionem,ac citationem,non autem per ſimplicem declarationem inquiſiti., quòd habet illos pro legitimè citatis,& repetitis. Præterea hæc opinio confirmatur,quia non poteſt negari, quòd hæc repetitio, & Partis citatio inducta per illam declarationem inquiſitorum,quòd habent teſtes Fiſci pro citatis,
22 & legitimè repetitis,eſt ficta repetitio, & non vera,ſed caſus fictus non habet locum in ſtatutis, in quibus verba debent propriè accipi, *l.*3. *§ hæc verba,ff.de negot.geſt.* præſertim in caſu noſtro, in quo
23 eſt hæc pragmatica contrà ius, & tunc ſtatutum in caſu vero non comprehendit caſum fictum, vt plenè docet *Bart.in l.*1 *§.lex Falcidia.ff.ad leg. Falcid.* & *ibidem* plures caſus diſtinguit *Imol.* poſt *num.*8. *verſ.ſi verò eſſent contrà ius*, quem ſequitur *Alex. ibidem,num.*9.*verſ.ſi autem loquimur in ſtatutis*, iterùm *Bart.in l.ſi is,qui pro emptore,num.*33.*ff.de uſucap.& Iaſ.ibidem,nu.*170.

Et vltrà prædicta hæc opinio aliundè mihi ſua-
24 detur,quia inter caſum verum, & caſum fictum in hac materia eſt maxima ratio differentiæ, ſiquidem vt experientia docet, multoties huiuſmodi confeſſiones extorquentur immanitate tormentorum, præſertim quæ frequentantur in Tribunali Campaneæ,& propterea intereſt Reipublicæ, vt confeſſus in tormentis ad patefaciendum,nùm id, quod confeſſus fuit in receptantem,proceſſerit à veritate facti,vel potiùs à dolore tormentorum,repetatur poſtea à citato nominato,tempore, quo ceſſat nedùm tormentum,ſed etiam dolor tormentorum, & fieri poteſt,proùt multotiès etiam accidit,quòd in repetitione ceſſante dolore,& zelo conſcientiæ motus dicat quis contrarium eius,quod dixerat in tormẽtis,quæ experientia omninò ceſſat in ficta illa repetitione,& proindè non inutile eſt,ſi ex diuerſitate rationis concludo,quòd vt huius pragmaticæ diſpoſitioni ſatisfiat,neceſſe eſt,quòd delinquentes confeſſi in tortura contrà eos receptantes debeant cum effectu,vere,& realiter reperi poſtea à citato ab ipſis nominato,& quòd non ſufficit,ſi habeantur pro citatis & legitimè reperitis,ſaluo tamen meliori iudicio, pro qua opinione optimè faciunt tradita per *Io.Redin.de maieſt.Princ.p in verb.ſed etiam per legitimos,num.*103.*&* 114. & per alios relatos à *Mulla in cap.*25.*Sicil,num.*12.*per tot.tom.*1. & eſt vltrius
25 aduertendum in practica,quòd ſi hæc repetitio non fuerit facta in prima inſtantia, non poterit fieri in cauſa appellationis,vt voluit *Gramm.dec.*28 *num.*5. *in fin.& Foller in praſt.crim in verb & demùm repetantur teſtes Curiæ,num.*12. & plures caſus in quibus omitti poteſt hæc repetitio notat D.*Merlin. cororon.forenſ.cap.*42. vbi teſtes fuerint cum inquiſito confrontati.

Item ex prima parte huius pragmaticæ eſt adnotandum,quòd ex hac pragmatica Barones parum conſcientiati,ſeù craſſæ conſcientiæ (pace bonorũ, & piorum ſit dictum)anſam ſuſceperunt extorquẽdi maximas pecuniarum quantitates ab eorum vaſſallis,nàm licèt per hanc pragmaticam ſit iniunctũ, quòd omnes ciues teneãtur proſilire armati,& inſequi delinquentes ad ſonum Campanæ, tamen nulla eſt impoſita pœna contrà Ciues contrauenientes, ſed tantùm contrà Officiales,& Syndicos Vniuerſitatum,vt in *text.*ibi,*& quelli Officiali,& Sindici*, at-
26 tamen Barones ab eorum Officialibus quotannis emanari faciũt banna pœnalia,quòd omnes Ciues debeant proſilire cum armis ad ſonum Campanæ bellicum,& multoties ſimulant incurſiones delinquentium in territorio,pulſari faciẽdo Cãpanas cũ illo bellico tinnitu,& annotatis illis Ciuibus,qui accurrerunt armati,contra reliquos omnes,qui non comparuerunt,procedi faciũt ad citationẽ ad informandum,& ad intolerabiles compoſitiones poſt lõgeuas carcerationes, quod Ego reſpectu banni pœnalis,modicam tamen,& pecuniariam pœnam continentis non improbo, ſed reſpectu proceſſus cri-

minalis formati contrà non comparentes, habendo eos pro contrauenientibus banno, ex hoc solo, quòd non comparuerunt, nulla probata illorum præsentia in loco, vel in aliqua parte territorij, vndè Campanę sonitus exaudiri posset, est res pęnitùs damnanda, & exe-
randa, per *text. in l. 1 §. hoc autem Senatusconsultum, vers. eodem autem tetio*, 101, *vndè vocem exaudire potuerunt, ff. ad sylian.* vbi *Ignens nu. 11.* in
27 specie inter, ad sonum Campanæ, & præsentia debet liquidò probari, *l. quæcunque ff. de publ. l. 2. C. de stat. & imag.* & quòd potuerit audiri, *l. final. C. de his, quib. vt indign.* quibus addo nunc *Polyd. Rip. de noct. temp. cap. 5 num. 11.* cum *seqq.* non omittendum, & *Andr. de Isern. in c. 1 n. 3. de stat. & consuet. contr. libert Eccl.* vbi in simili considerat, quòd illi, qui nò comparuerunt, Campana, vel Tuba sonata, vt omnes congregarentur, si fuerunt in Ciuitate, non possunt pra tendere ignorantiam, ergò secus si extrà Ciuitatem.

Et hinc obitèr nota vnum de effectibus, ad quos
28 fuit introductus vsus Campanæ, licèt congregare populum, prout recenset *glos. in extrauag. Quia, cunctos, de offic. custod.* in his verbis: *Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum, defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro*, alios effectus quamplurimos colligit *Bald. in rubr. C. de dedit. libert. toll. num. 2. Zanch. de priuil. Eccl. priuil. 40. num. 8.* post *Io. Andr. in c. ip. 1. num. 13. extrà de offic. custod.* vbi etiã
29 in *fine* eiusdem *numeri* ait, quòd Campana dicitur à Campania, vbi prius vsus ipsius fuit inuentus in Ciuitate Nolæ, *Guillelm. Durau. in rationali diuinor. officior. lib. 1. cap. 4. de Campanis, num. 1. Surgens de Neapol. illustr. cap. 11 nu. 31.* cum *seqq. Galganett. nouissimè de iure publ. lib. 3. tit. 62. Martin. del Rio disquisit. magicar. lib. 6. cap. 2. sect. 3. q. 3.* & nota, quòd vsus Campanæ etiam benedictæ potest applicari, prout quotidiè applicatur, etiam negotijs secularibus iure licito, *Seraph. dec. 223.*

Et est sciendum, quòd nedùm subditi teneantur
30 præstare auxilium eorum Iudici, seù Officiali in persequutione malefactorum, sed etiam alius Officialis alterius territorij tenetur suum auxilium, & brachium impartiri alteri Iudici persequenti malefactorẽ, vt pulchrè annotauit *Villad. lib. 7 for. iud. tit. 4. l. 2.* cuius autem expensis sit facienda hæc persequutio, explicat *Escobar de ratiocin. cap. 25. num. 19. & seq.* qui dicit, ad Dominum iurisdictionis spectare, & *ibidem* declarat, an liceat Regi collectare subditos pro tali persequutione, & *num. 23.* concludit, licere.

De Personatis, & eorum vestibus, & incessu in diebus bacchanalibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Personati qualitèr permittantur in diebus bacchanalibus, & quis fuerit huiusmodi vanitatis inuentor.*

PErche è solito farnosi mascare, &c.

Dat formam personatis, & laruatis, qualitèr incedere debent in diebus bacchanalibus ad euitanda scandala. H. D.

1 Hoc bannum quotannis renouatur, vt *infrà eodem*, & ad materiam est videndus *Gregor. syntag. iur. vniuers. lib. 39. cap. 11.* similis prohibitio est apud Hispanos *l. 7. tit. 1 §. lib. 8. nouæ recompilationis*; vbi *Azeuedo* ait, quòd si cessarent suspitiones tumultuum, aut inimicitiarum, non haberetur illicitum, personatos incedere causa solatij, & in diebus, in quibus ex vsu Ciuitatis id fieri solet, & de consuetudine, qua homines personatim incedunt in diebus Carnis priuij (aut potiùs baechanalibus ex ferculorum abusu) latè *Polydor. Virgil. lib. 5. de inuentoribus rerum, cap. 2. vers. posti hunc*, & quis fuerit inuẽtor huius vanitatis, explicat *Moditius in §. Plebiscitum, dubit. 201.* propè *finem*, qui post Sathanam personatum in Paradiso terrestri tribuit originem Menadis, & Bacchis mulieribus, & à ludis Quinquatrijs, & Megalensibus. Alia ad hanc materiam pertinentia vide apud *Borrell. de Magistr. edict. lib. 3. cap. 10* & de iure communi est *text. in l. Mime, C. de Episcop. aud.* & in *§. fin. de sanctiss. Episcop. in auth.* ex quibus desumpta est *pragmat. 2. infrà eod. Francisc. Marc. p. 2. dec. 123. nu. 3.*

De Pharmacopolis, & Aromatarijs. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Prothomedici visitatio quomodò sit practicanda semel in anno, & quanta temporis distantia debeat esse inter vnam, & alteram visitationem.*
2 *Drogherij sub hac Pragmatica non includuntur, & sic sunt exempti à iurisdictione Prothomedici, nisi in eorum apothecis detinerent merces aromaticas, & alia id genus.*

LI mesi passati, &c. §. item ordinamo al detto Prothomedico, &c. nu. 17.

Prothomedicus tenetur visitare Pharmacopolas semel in anno ad beneplacitum, inscijs Pharmacopolis. H. D.

1 Quomodò sit practicanda hæc visitatio semel in anno, & quanta distantia temporis debeat esse inter vnam, & alteram visitationem, collige ex *Aules in c. 6. Prætor. in glos. vna vez*, qui concludit, debere esse annuam, vt sit proficua.

Respectu tamen manualium, seù drogheriorum
2 hæc pragmatica fuit suspensa de ordine Comitis Mirandæ, qui exemit hos drogherios à iurisdictione Prothomedici, præterquàm si detinerent in eorum apothecis merces aromaticas, & alia id genus, vt in *prouisionibus* expeditis die vltimo Decembr. 1592. directis Prothomedico, & registratis in *partium, 83. fol. 21.*

De Pistoribus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Pistores ad nullam dignitatem possunt aspirare.*
2 *Pistoriæ causæ ità sunt priuilegiatæ, vt etiam die feriato agi possint.*

1 PIstores sunt adeò viles, vt ad dignitatem aliquã aspirare non possint, *l. 1. C. de præfectis dignit.*
2 *lib. 12* & causæ pistoriæ sunt adeò priuilegiatæ, vt etiam die feriato agi possint, *l. publicas, C. de feriis.*

De

De Pœnis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna vndè dicatur,& eius materia,remissiuè.*

1 PRO intelligentia rubricæ,quid sit pœna,vndè dicatur,qu tuplex sit eius effectus,vide *Villagut de extensione rubr. de extens. legis pœnal. infligentis pœnam ordin.§.5.f.288.*

De Pœnis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna de iure communi statuta imponitur, vbi in legibus Regni non reperietur pœna imposita.*

2 *Pœna certa, & determinata si non esset de iure communi apposita,tunc succedet arbitrium Iudicis, & in casibus,in quibus non est imposita de iure certa pœna,Sapientis est cauere,& quare.*

3 *Pœnam etiam à iure certam poterit Princeps cū causa remittere,etiam absq; Partis remissione,licèt non possit sine causa.*

4 *Iudex imponens pœnam mitiorem, aut grauiorem,quā sit statuta à* Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni,*si pecunia accepta, vel non accepta calore iracundiæ id faciat, tenetur pœna grauiori, quam imponendam omisit,vel quam imposuit non imponendam,secùs si id faciat propter ignorātiam, quia tunc punitur arbitrio Iudicis.*

5 *Delictum non dolosum,sed culposum non punitur pœna mortis,sed punitur pœna corporis afflictiua absquè morte.*

6 *Iudex etiam si emendaret sententiam suam,non exiret pœnam illam,in quam incidit per primam sentētiam iniquam.*

7 *Iudex cur non potest omittere, vel minorare pœnam ordinariam.*

8 *Pœna imposita à* Constitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni *non habent locum, nisi delictū sit consummatum.*

9 *Iudex quibus in casibus possit,& teneatur minorare pœnam,& remittere etiam si sit statuta pœna ordinaria de iure communi,aut Regni.& n.19.*

10 *Delicta reorum influentia astrorum non excusat, nisi tolleret intellectum.*

11 *Pœna corporis afflictiua an sit imponenda, si in banno, vel quouis alio ordine etiam particulari nulla sit adiecta certa pœna,sed cum simplici commination pro quanto Regiam gratiam charam habent, remissiuè.*

12 *Pœna pecuniaria ob inopiam condemnati, in quam pœnam corporalem sit commutanda.*

13 *Pœna contemptus mandati Regij, indignationis Principis,& inobedientiæ quandam sint.*

14 *Pœna triremium Nobilibus etiam quandòque imponitur,vt nobiliter in illis seruiant proprijs sumptibus,& tàm super triremibus,quàm in terra pugnare tenentur in factionibus necessarijs cum alijs militibus,qui descendunt in terram.*

15 *Nobiles condemnati ad remigandum proprijs sumptibus non debent habere rationem, quam habent alij milites à Regia Curia,quòd si in sententia non esset expressum,quòd seruiant proprijs sumptibus tunc illis essent ministrandi sumptus alimoniæ per Regiam Curiam.*

16 *Remigare non tenetur is,qui est condemnatus ad seruiendum in Regys triremibus,sed militare.*

17 *Pœna mitior semper imponitur Nobili,quàm Plebeio in pœnis corporalibus imponendis,secùs in pecuniarijs,& quare,remissiuè.*

18 *Nobilitatis ratio de iure in quibus casibus sit habēda, remissiuè.*

19 *Nobilis in crimine læsæ Maiestatis punitur eadem pœna ignominiosa,qua & Plebeius.*

20 *Pœnæ mitiori quotiescunque est locus, vti id sit practicandum.*

21 *Pœnam augere, vel minuere quibus in casibus Iudex possit.*

22 *Iudex in pœnis imponendis non debet esse clementior lege.*

23 *Iudex,qui delinquentem dimittit,& ei bona aufert,dicitur punire innoxios pro nocentibus.*

24 *Officia diuina,& illorum celebrationem, seù litanias conturbans pœna capitis tenetur.*

25 *Crimina insolita,si pœna est incerta,insolitam pœnam exigunt.*

26 *Pœna si est certa in iure,Iudices debent esse contenti pœnis legibus comprehensis ordinarijs,non extraordinarijs,cum fallentia,ibidem.*

27 *Pœnas arbitrarias in imponendo vtile est habere Iudicem benevolū,& gratiosum,sed aduertat Iudex, nè in faciendo gratia pœnam incurrat.*
Iudex in arbitrando debet vti arbitrio regulato, non autem ex capite suo.

28 *Iudicēs,qui in arbitrarijs, & dubijs casibus, vt iusti videantur,iudicāt cōtrà suos,hypocritæ appellātur.*
Iniustitiæ casus aliquot recensentur.

29 *Iudex in iudicando quomodò se gerere debeat.*

30 *Pœnæ grauissimæ mentio quandò fit in lege, intelligitur de pœna mortis.*

31 *Pœna perpetui exercitis an aliquo casu de iure ciuili imponi possit.*

32 *Iudex laicus an possit mulctare in pecunia clericum per viam notoriæ, remissiuè,& an Ecclesiasticus imponat pœnam pecuniariam laico.n.35.*

33 *Condemnari quandò pro delicto quis possit vltrà pœnam ordinariam,siue extraordinariam ad interesse Parti offensæ,remissiuè.*

34 *Exculpatio non eximit pereussorem à crimine, quàmuis excusset ab interesse,et de condemnatione ad huiusmodi interesse,ibid.*

35 *Indicia indubitata quandò faciunt, vt reus puniatur pœna ordinaria.*

ITem supplicano, &c.

Circà pœnas imponendas pro delictis seruentur *Constitutiones, Capitula, & Pragmaticæ Regni.* H.D.

1 Et vbi in his legibus Regni non reperietur statuta pœna,imponitur pœna statuta de iure communi, *Bart.& Doctores in l.constitutionibus, ff.ad municip. l.commodissimè.ff.de liber.& posth.l sicut extraneus.ff.de cond.ob caus.cap.suscepturn, de rescript.in sexto,* & specificè *Gramm.dec.28.num.30.cum seqq.* proùt de pœna mortis statuta à iure communi multos casus enumerat *Bald.in l.data operam.n.9.C.de his qui accus. non poss.* Quòd si nec etiam de iure communi esset apposita certa,& determinata pœna,tunc succedet arbitrium Iudicis,*l.sanctio legum, ff.de pœn. Andr.in cap.si verò violator,§.quicunquè aduos.nu.35 de pœn. ten.& eius vio.Bart.& Doctor.in l.1.§.1 ff.de iur.delib.Abb.&* reliqui *in cap.decanus,extrà de offic.deleg. Gramm.dec.39.num.10 glo.in verb.instituta, in cap.1. de accus.in 6.Bonad.lib.2.cap.1.num.33.* sed ab his casibus,in quibus non est apposita certa, & de-

terminata pœna à iure, Sapientis eſt cauere, quia in talibus Potentes, quibus pares eſſe non poſſumus, non ſeruant in hoc fines modeſtiæ, & ideò timeri debet id, quod fit de facto, ita *Andr. in cap. 1. num. 13. in fine, quibus mod. feud. amitt.* & in *cap. 1. vers. princip. verſ. egregie, num. 4. in fin. ex quib. caus. feud. amitt.* & experientia docet, quod vere loquitur, ſed
3 etiam ſi pœna ſit certa à iure ſtatuta, poterit illam Princeps remittere, & condonare cum cauſa, etiam ſi alij obſint, & ſic etiam abſque Partis remiſſione, ſed nec cauſa nullo modo, ita *Andr. in cap. 1. num. 29 verſ. pœnam etiam, de Capit. qui curr. vend.* quod latius proſequitur ipſe idem *Andr. in tit. quæ ſint regal. in verb. & bona committentium crimen, num. 73.*
4 cum *ſeq.* Et ſi Iudex imponeret mitiorem, aut grauiorem pœnam, quàm ſit ſtatuta à *Conſtitutionibus, Capitulis, & Pragmaticis Regni*, ſi pecunia accepta, vel non accepta calore iracundiæ id facit, tenetur pœna grauiori, quam imponendam omiſit, vel quam impoſuit non imponendam, ſecùs ſi id faciat propter ignorantiam, quia tunc punitur mitiori pœna arbitrio Iudicis, vt benè expl. at *Andr. ibid. nu. 76. verſ. ſi tamen committ.* & æquiorem opinionem reputat *Villadieg. lib. 7. for. iudic. tit. 4. l. 6.* exploſa opinione *Gregor. Lopez in l. 25. tit. 22. part. 3. in verb. tal pena verſ. quid autem ſi abſoluerit*, vbi ait, Iudicem, qui abſoluit reum condemnandum pœna mortis, debere puniri pœna mortis, concordat *Bald. in l. 1. num. 98. C. nè ex delict. defunct.* vbi ait, quòd ſi Iudex fauore, vel odio procedit iniuſtè, tenetur pœna *legis Cornel. de Sicar.* per *text. in l. lex Iulia de repetundis, §. fin. ff. ad leg. Iul. repetund.* vbi ait, quòd eſt *text.* mirabilis de eo, quod facit Iudex ex crudelitate, vel nimio calore fauoris, ſequitur *Boſſ. in tit. de examinand. teſt. num. 19.* ex qua theorica notabis, quòd de-
5 lictum non doloſum, ſed culpoſum non punitur pœna mortis, ſed punitur pœna corporis afflictiua, ſine morte, ad quod eſt videndus *Villadieg. lib. 8. for. iud. tit. 3. l. 34. num. 4.* latiùs *Farinac. pract. crim. quæſt. 26. par. 1.* vbi declarat, quandò homicidium dicatur do-
6 loſum, culpoſum, caſuale, ſimplex, & appenſatum, & attendas, quòd etiam ſi Iudex emendaret ſententiam ſuam, illam fortè nullam declarando, & aliam iuſtam proferendo, non propterea euitaret pœnam illam, in quam incidit per primam ſententiam iniquam, ità tradit *Andr. ibidem* antè *num. 77. verſ. quòd ſi nihilominùs*: ratio autem, cur Iudex non poteſt
7 omittere, vel minorare pœnam ordinariam, eſt ob intereſſe publicum, nè delicta remaneant impunita, quia ſupplicium vnius alios facit ſaluos, vt in *§. non permittas, in fin. in Auth. de mandat. Princip.* vbi *gloſ. in verb. ſupplicium*, addit, quòd impunitas aliquorum multos alios morti tradit, & qui parcit malo, intelligitur nocere bono, alia explicat *Salas de legib. diſput. 15. ſect. 8.*

Vnum tamen eſt ſingulariter menti tenendum,
8 quòd pœnæ impoſitæ per *Conſtitutiones, Capitula, & Pragmaticas Regni* non habent locum, niſi delictum ſit conſummatum, vt voluit *Afflict. deciſ. 21. n. 10. & Gramm. dec. 74. n. 3. & 4.* & multi ſunt caſus,
9 in quibus ex à Iudex poteſt, & tenetur minorare pœnam, immò & remittere, & indulgere, etiam ſi ſit impoſita pœna ordinaria de iure communi, aut Regni, vt notat *Gramm. dec. 22.* ex ratione cauſæ iniuſtæ, nobilitatis, minoris ætatis, propter multa ſeruitia præſtita Principi, vel Reipublicæ, ratione culpæ abſque dolo, ratione defectus veræ probationis, ratione paruitatis materiæ, item proinceſſu ſub figura matrimonij, item falſificans literas iniuſtas, vel pro delictis carnis, vel pro magnitudine pœnæ, vel punitur affectus, non ſequuto effectu, ratione conſuetudinis, ratione plurium filiorum infantium, ratione iracundiæ, vel longæ carcerationis, vel ſi non eſſet aſſuetus delinquere, ratione peritiæ artis, vel magnæ dignitatis, ratione exceſſus in defendendo, vel actus non conſummati, vel boni finis, vel adulterij non probati, occiſo adultero, vel ebrietatis, ſolæ confeſſionis qualificatæ, non probato delicto, vel quia ſit forenſis, qui de proximo acceſſit, *Auend. de exeq. mandat. p. 2. cap. 16. nu. 11.* cum pluribus *ſeqq.* omninò *Reuſner. dec. 16. lib. 2.* vbi per concluſiones in *fine deciſionis* centum caſus enumerat, quibus addeſi quis ſponte confiteatur, *l. 1. C. de his, qui defer. l. 1. C. nè tutor. vel curat. l. edicto, ff. de iure Fiſc. l. non omnes, in fin. ff. de re milit. §. ſi qui ex litigatoribus, in princ. & ibi gloſ. in verbo ex euentu litis, auth. vt litigant. iurent in exordio litis*, non tamen inter hos ca-
10 ſus numerabitur influentia aſtrorum, quia hæc non excuſat delicta reorum, niſi tolleret intellectum, *Bald. in cap. 1. num. 4. extrà vt lite pend.* Quid autem,
11 ſi à Bando, vel quouis alio ordine etiam particulari mandetur fieri, vel non fieri aliquid à Principe, nulla adiecta certa pœna, ſed cum ſimplici commina-tione, pro quanto Regiam gratiam charã habent, an tunc ſit imponenda pœna corporis afflictiua? explicat *Thom. Gramm. dec. 40. num. 23.* quod eſt notandum, quia hæc clauſula eſt ſatis frequentata in prouiſionibus, quæ emanant à Regio Collaterali Conſilio, & ab omnibus Supremis Tribunalibus, &
12 quandò pœna pecuniaria ob inopiam condemnati eſt conuertenda in corporalem, tunc ſuccedit fuſtigatio, & exilium extrà Prouinciam per quinquennium, ſi credimus *Petro de Monteforte in Conſtit. In-*
13 *ſtitiarij nomen*, & de pœna imponenda contemptoribus mandatorum Regiorum agit *Muta in cap. 48. Reg. Iacob. tom. 1. nu. 13.* cum *ſeqq.* aſſerendo, eſſe arbitrariã, ſed *Bonad. lib. 2. c. 10. n. 65.* aſſerit, in re graui eſſe pœnam mortis, de pœna verò indignationis Principis dixi in *pragm. 3. §. cùm verò, nu. 5. & ſeqq. ſuprà de offic. Mag. Iuſt.* & circà fuſtigationem eſt aduertendum, quòd dicetur modica caſtigatio, ſecundùm *Odoffr. in l. Magiſtratibus, ff. de iuriſd. omn. ind.*

Et dùm ſuprà dixi, quòd in defectum certæ pœnæ ſtatutæ de iure Regni, & de iure communi eſt locus pœnæ arbitrariæ à Iudice declarandæ, notabis, quòd licèt in toto hoc volumine pragmaticarum pœna
14 triremium imponatur Ignobilibus tantùm, & pœna relegationis Nobilibus, tamen quandòque fuit practicarum, & practicatur, vt in caſibus arduis etiam Nobilibus imponatur pœna triremium, non tamen ad remigandum in eis, ſed ad nobiliter in illis ſeruiendum proprijs ſumptibus, ità quòd tàm ſuper triremibus, quàm in terra pugnare teneantur in factionibus neceſſarijs cum alijs militibus, qui deſcendunt in terram, vt cõſtat ex *Gramm.*
15 *dec. 23. in fin.* ex cuius dictis conſtat, quòd dùm talis condemnatus tenetur ſeruire proprijs ſumptibus, non debet habere rationem, quam habent alij milites nauales à Reg. Cur. quod aliàs noſtra tempeſtate ſcio, fuiſſe diſceptatum, & diuerſimodè cõſultum, ſed nihil determinatum. At quandò in ſentẽtia nõ eſſet expreſsũ, quòd ſeruiret proprijs ſumptibus, tunc remanet difficultas, & eſſet recurrendum ad obſeruantiam in his caſibus pro præterito, ſed circumſcripta obſeruantia, crederẽ, quòd illi eſſent miniſtrandi ſumptus alimoniæ per Reg. Cur. ad cuius ſeruitium eſt paratus, per *gloſ. in extrauag. inuncta, de el. ll. in extrauag. commun. in verb. ſuſpenſi*, verùm

hæc

hæc forma condemnationis ad nobiliter seruiendum in Regijs triremibus fuit penitùs abrogata de ordine Excellentiss.Comitis Beneuentanorum Proregis,mediante schedula ab eo emanata sub die 21.Augusti 1603.exequutoriata per Mag. C. V. & iàm redacta in volumen pragmaticarum, vt in *pragm.10.de condem.pro delictis*, si quis autem con-
16 demnetur ad remigandum per tres nauigationes, hæc pœna non excedet metam trium annorum, etiã si vna tantùm nauigatio contingat, *Gizzar.dec.78.* Verùm aduerto,quòd si quis simpliciter condemnetur ad seruiendum in Regijs triremibus, non tenetur seruire remigando,sed militando, ità pulchrè fundat *Pegner.dec.256.*

Hinc etiam constat, quòd in pœnis imponendis
17 semper mitior pœna imponitur nobili, quàm plebeio,quod verum est in pœnis corporalibus, at in pœnis pecuniarijs magis fuit puniendi nobiles, quã plebeij,*Bart.*& reliqui *in l.properandum,§.sin autem vtrinque,C.de nud. glos.in cap.cùm quidam, extrà de iure iur.& in extrauag Ioannis superpti regiminis,in verb.superior Prælatus.Andr.in c.1.§.si quis verò,nu.11.de pac.ten.& iur.firm. Villadieg. in for.iud.lib.1. tit.1.l.7.num.5.& 6.*& alij,quos vsquè ad nauseam cumulat *Tiraquell.de pœn.temp.cauſ.31.num.27. &*
18 *num.seq.*affert rationem diuersitatis, & plures alios casus,in quibus de iure est habenda ratio nobilitatis,recenset *glo.in extrau.Execrabilis Ioannis XXII. in verb.generis claritatem*, sed ad hanc qualitatem pœnæ immutandã nobilitas filij prodesse patri igno-
19 bili, annit *Gizzar.decis.10.* fallit in crimine læsæ Maiestatis,in quo punitur eadem ignominiosa pœna Nobilis,qua & Plebeius, vt explicat *Villadieg.in 5 for.iud lib 2.tit.1.l.6.num.6* Quotiescunq, tamen nos-
20 locus mitiori pœnæ, quomodò id sit practicandum, docet *Andr.in c.1.§.receptatoribus.in princ. de pace iur.firm.*vt si quis puniretur capite & publicatione bonorum,minùs puniretur capite tantùm, si extraneus morte minùs puniretur affinis deportatione. Et quo discrimine sit puniendus diues, & pauper, explicat *Bouad.lib.2.c.13.n.57.*arbitrariè.s.vterq; in pecunia,vel exilio.

Et licèt pœnæ sint satis certæ in iure,tàm commu-
21 ni,quàm monicipali,tamen sunt multi casus,in quibus ex iustis causis Iudex potest pœnam augere, quos recenset *Farinac.pract.crimin.par.1. tit.de delict.& pœn.quæst.*18.*num.*61. .s. ratione mali exẽpli, vel ratione temporis nocturni,vel damnatione hypocrisiæ,vel proditionis,*Melchior Inu.quæst.politic. par.3.q.91.*prout etiam sunt quamplurimi casus, in quibus tenetur Iudex pœnam minuere, & temperare,quos latè recenset *Tiraquell.in tract.de pœn. temp.* & latiùs idem *Farinac.pract.crim.par.2.tom.1.lib.3. tit.*10.*de pœn.temper.quæst.*87.vsq; ad *quæst.*98.*Melchior Inu.vbi suprà.quæst.*104.*Luc.de Penn.in l.1.col.* 10.*vers.è contrà videtur*, *C. de desertorib. lib.*12. *Auend.vbi suprà,Bouad.lib.2.cap.4.nu.*10.cum *seqq.* qui ponit septem considerationes .s. ratione cauſæ, personæ,loci,temporis,qualitatis, quantitatis, &
22 euentus. Vbiquè tamen Iudex memor erit, quòd Iudex in pœnis imponendis non debet esse clementior lege,vt statuit *Imper.in §.oportet autem,vers.neque videri,& ibi glos.in auth.de Iudiciis.* & caueat in sententijs ferendis,nè illos absoluat, qui sunt condemnandi,& condemnet eos,qui sunt absoluẽdi, vt aduertit *glos.in §.quia verò multæ*,seù in *§ fi.in verb. insta,in auth.de Iudic.*Nàm venient puniendi eadem pœna,qua delinquens ipse puniri debebat,*Farinac. quæst.*17.*Muta in cap.Reg.Iacob.*53.*nu.*68.*tom.*1. & dicit *Imper.in §.oportet autem, in auth. de mandat.*
23 *Princip.*quòd Iudices,qui delinquentes dimittunt & eius bona auferunt,dicuntur punire innoxios pro nocentibus.s.eorum successores,quibus eorum successio debebatur,& qui vocabantur ad illorum successionem,& plura notatu digna aduertit *Villad. lib.12.for.iud.tit.1.l.1.per tot.*

Inter cæteras verò pœnas,quæ sunt certę in iure,
24 non est silentio prætermittenda illa, quæ maxima cum pietate,& religione fuit statuta à *Iustiniano in § si quis cùm sacra ministeria,in auth.de sanctiss.Epis.* vt .s. conturbans diuina officia,& illorum celebrationem,seù litanias teneatur pœna capitis. Alias diuersas species pœnarum enumerat *Bonacossa in extrauag.ad comm.opin.crim.n.66.*& omnes enumerat *Borrell.de Magistr.edict.lib.2.c.8.*

Et quandò pœna est incerta,non nego,quòd inso-
25 lita crimina insolitam pœnam exigunt,& enormem, sicut magnum meritum exigit magnam indulgentiam,ità *Andr.in cap.1.* post *num.42. quæ sint regal.*
26 At quandò est certa, Iudices debent esse contenti pœnis legibus comprehensis ordinarijs, non extraordinarijs,vt benè aduertit *Andr.ibidem,num.41.in fin.in addit.*per *l.si ità stipulatio. ff de verb.oblig.* & verùm *num.*45.antè *vers.sed si Iudex,Auend. d c.16. nu.*3.cum *seqq.de exequ.mandat.par.*2.vbi latiùs hãc materiam prosequitur,quòd fallit in Principe, & in suis Supremis Consiliarijs,qui ex causa,& grauitate delicti possent pœnas iuris, vel consuetudinis augere,vt tradit *Innoc.in cap.1. extrà de constit. Bald. in auth.hodiè,C.de ind.Hippol.sing* 254.*tu scis illud,quod* fere, *Didac.Perez lib.8. tit.9.in rubr. cart.*mihi 218. *col.2.vers.aut cit Princeps,Bouadill.l.b.2. cap.16.nu.* 186.*& cap.21.num.*137.cum plur.*seqq.lib.3.c.5.nu.* 3.*& lib.5.c.1.n.*137.

Ex quanquàm in imponendis pœnis arbitrarijs
27 vtile sit,habere Iudicem benevolum,& gratiosum, tamen aduertat Iudex,nè in facienda gratia incurrat pœnam,*cap.cùm æterni, de re iudic.in sexto*, ità *glos.in reg.in iudicijs* 12.*in glos.vnic.in fin. de reg. iur. in sexto*, ad quod est obtemperandus *Bonadill. lib. 2. cap.*10.*num.*12.vsquè ad *fin.*qui *num.*27.ponit regulam generalem,quòd in casibus, in quibus non est statuta pœna certa à lege,statuto, aut opinionibus Doctorum,potest vti arbitrio regulato secundùm opiniones Doctorum,& non ex eo,quod sibi placet ex sua cervice.

Non tamen propterea laudandos puto illos Iu-
28 dices,qui vt videantur iusti in arbitrijs, & dubijs casibus iudicant contrà suos, nàm hi appellantur hypocritæ *à glos.pen.in verb.nouimus, in cap.1. de sorcer.& præb.in sexto*,prout alios casus colligit *Bonadill.lib.2.c.2.num.*64.veluti facere iniustitiam diuiti propter pauperem,potenti propter viduam, domino propter famulum.

Quæ omnia,vt euitentur,regula est, vt tempore
29 pacis potiùs Iudex vtatur grauitate, & seueritate, quàm benignitate, & lænitate, quia ex seueritate solus,qui punitur,offenditur, at ex lænitate offenditur lex,Rex, & grex, quinimmò omnis res, tempore verò belli est vtendum potiùs benignitate,ità constat ex *Luc.de Penn.in l.3. C.de bis, qui ex public.collat.*vbi pulchrè loquitur, *Hector Felic. alleg.*32.*num.*2.alios citat *Bonad.lib.2.cap.2.num.*2. *vers.y segun Lucas.*

30 Et quotiescunquè in lege fit mentio pœnæ grauissimæ,intelligitur de pœna mortis,*Andr.in l.Imperialem, §. Scriba verò*, propè *princ. de prohib. feud. alien.per Feder.*

Sed an aliquo casu possit de iure ciuili imponi pœna perpetui carceris, docet *Villadieg. in for. iudic. lib. 2. tit. 5. l. 9. nu. 12.* cum *seqq.* tàm de iure ciuili per *l. seruus, ff. de pœn.* quàm de iure canonico per *cap. quàmuis, de pœn.*

Au autem iudex laicus possit mulctare saltèm
32 pecunia clericum coràm ipso litigantem per viam notorij? videndi sunt *Felin. num. 3. & Dec. in cap. at si clerici, extrà de iudicijs, Boer. dec. 90. Iul. Clar. pract. crimin. quæst. 36. in fin. Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 5. Ioseph de Sese de inhibit. c. 4. §. 2. num. 19.* qui concludunt negatiuè.

Verùm vltrà pœnam extraordinariam pro delic-
33 to non poterit quis condemnari, etiam ad interesse Partis offensæ, *Petr. Cabatl. resol. crim. casu 82. n. 15.* cum *seq. Io. Bapt. Costa de remed. subsidiar. remed. 51.* & Ego plenius dixi in *decis. mea 267.* si verò quis mo-
34 riens pro vulnere excuset alium, quòd non fuerit culpabilis de morte sua, tunc ille, etiam si reperiatur culpabilis, non poterit condemnari ad interesse, dicèt puniatur de crimine, nàm licèt exculpatio non teneat pro iniuria publica, tenet tamen pro sua propria, *Platea in l. nulla, in fin. C. de delatorib. lib. 10.* & circà primum dictum adde *Peguer. dec. 27. in fine, Roland. cons. 30. n. 18. lib. 2. Clar. pract. crim. quæst. 2. vers. & hæc quidèm, circa med. Mazon. dec. 91. num. 7. & 8. Bertazol. cons. crim. 232. Gomez. lib. 3. cap. 3. tit. de homic. num. 38. in fin. Præs. de Franch. dec. 460. Farin. quæst. 1. num. 66.* & de condemnatione ad expensas in actione criminali, *Marc. dec. 191. 2. part.* qui negatiuè concludit ratione æqualitatis, quia Fiscus ibi non recipit, nec dat expensas. Iudex verò Eccle-
35 siasticus quandò poterit imponere pœnam pecuniariam laico, *Gabed. decis. Lusit. 85. par. 1.* affirmat in casu *Motus proprij Pij V.* super agitatione taurorũ,
36 & demùm notabis, quòd licèt regula sit, vt pro indiciis indubitatis non possit puniri reus pœna criminis ordinaria, tamen hæc regula patitur multas limitationes, & præsertim illam, quandò inter indicia extaret confessio extraiudicialis probata per duos testes, *Griuel. dec. Dolana 93.* nunc verò seruat *pragm. 11. de offic. Indic.*

De Ponderibus, & mensuris. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Sicla duplex est, & quæ vnaquæq; sit, declaratur.*
2 *Monetarum bona ligæ qualitas, & quantitas, remissiuè.*
3 *Sicla alia vocatur Mag. Reg. Cur. Siclæ, quæ exercet iurisdictionem adæquandi pondera, & mensuras, & ab ea deputantur Commissarij per totum Regnum, & de hac loquitur rubrica ista.*
4 *Falsi crimine tenetur vtens falsis ponderibus, & mensuris.*
5 *Barones habentes cognitionem causarum criminalium, & meri, & mixti imperij possunt cognoscere de hoc crimine, quàmuis nulla sit facta mentio in eorum priuilegijs de ponderibus, & mensuris, secus si quis vteretur ponderibus, & mensuris iustis, sed non adæquatis per Curiam Regiæ Siclæ, vel eius Commissarium, quia tunc non possunt se intromittere, nisi adsit expressa confessio.*
6 *Ponderum, & mensurarum circà inuentionem, & necessitatem plura.*

SE bene il Tribunale della Regia gran Corte della Zecca, &c.

Dat formam, quomodò Commissarij Regiæ Siclæ se gerere debent in exercitio eorum commissionis cum Vniuersitatibus Regni. H. D.

Huic pragmaticæ adde aliam editam sub die vlt. Decembr. 1587. *suprà tit. de commiss. & exeq. pragm. 4.*

Et aduertas, quòd duplex est Sicla, altera, in qua
1 cuditur aurum, argentum, & alia metalla ad vsum monetarum, quæ debent esse certi ponderis, & bonæ ligæ cum publica inscriptione pro valore ipsarum monetarum, & hæc regitur à Magistro Siclæ cum alijs Ministris, & Operarijs in ea deputatis in domo Regia in platea Diui Augustini in hac Fidelissima Ciuitate Neapolis, de qua loquitur tota *Rubrica de Sicla*, inter *Ritus Regiæ Cameræ*, vbi pla-
2 ne per *Goffred. de Gaeta*, qui declarat qualitatem & quantitatem bonæ ligæ. Altera verò est Sicla cõ-
3 tinens Tribunal Magistrorum Rationalium, quod vocatur M. R. C. Siciæ, & exercet iurisdictionem adæquandi pondera, & mensuras causa commercij, & ab ea deputantur Commissarij per totum Regnũ, & eorum Tribunal regitur in Palatio M. C. V. & de hac Sicla loquitur hæc rubrica. Sed hodiè de ordine Regio hæc iurisdictio cessat extrà Neap.

4 Et vtens falsis ponderibus, & mensuris tenetur crimine falsi, *l. arbitri, §. adeò, ff. de dolo, l. & hodiè, § si venditor, ff. de falsi. glos. in extrauag. Ioannis Prodiens quasi ex adipe, in verb. expediunt*, quod latiùs declara, vt per *Farinac. practic. crim. part. 5. quæst. 150. par. 3. num. 76. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 317.*
5 dicit, esse arbitrariam, & ideò Barones, qui habent cognitionem causarum criminalium, & meri, & mixti imperij, possunt cognoscere de hoc crimine, etiam nulla facta mentione in eorum priuilegijs de ponderibus, & mensuris, secùs autem si quis vteretur ponderibus, & mensuris iustis, sed non adæquatis per Cur. Reg. Siclæ, seù eius Commissarium, nàm in hoc Barones non possunt se intromittere, nisi adsit expressa concessio Siclæ, ponderum, & mensura-
6 rum, de quorum omnium inuentione, & necessitate videas *Flam. de Rubeis cons. 69. num. 26.* cum *seqq. volum. 2.* qui refert, adscribi Phidoni Argiuo, vel Palamedi, vel Sydonio temporibus Procæ, & publicæ vtilitatis causa fuisse adinuenta pondera omnia, plura tangit *Luc. de Penn. in l. modios, C. de Suscept. Præpos. & Archar. lib. 10.* plenissimè *Alciat. in tract. de ponder. & mensur. Borrell. de Magistr. edict. lib. 3. cap. 15.*

De Porterijs, seù Ostiarijs. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Consuetudo faciendi strenas, seù mancias in Kalendis Ianuarij est satis antiqua.*
2 *Pragmatica ista non est in vsu circà Porterios.*
3 *Strena vndè sit dicta.*

Consi-

CONſiderato, che in queſti vltimi giorni,&c.

Prohibentur Oſtiarij, ſeù Porterij Tribunalium, & Officialium, & alij intus enunciati ſtrenas, ſeù mancias petere.H.D.

Continet idem per eadem formalia verba, quod *Pragm.5.ſuprà de munerib.Official.* ſecundùm veterem impreſſionem voluminis pragmaticarum, quæ in hac vltima fuit omiſſa ad euitandum duplicationem, ſed illa fuit edita per Cardinalē della Cueua, hæc per Cardinalem Granuelam, & pro vtraquè
1 eſt aduertendum, quòd conſuetudo hæc faciendi ſtrenas in Kalendis Ianuarij eſt ſatis antiqua, vt conſtat ex *l.4.* vbi *glo.1.C.de aduoc.diuerſ.iudic. & Gregor.Syntag.iur.vniuerſ.lib.2.cap.6.num.3.in fine, Martin.del Rio diſquiſ.magic.art.lib.3.par.2.q.4.ſect.5.meminit Steph.Coſta in tract.de Ludo, in præfat.n.5. Afflict.in Conſt. Apud Iuſtitianos, num.5.in fine,* &
2 ideò non mirum, ſi neutra pragmatica fuit potens ad illam abrogandam, nam ſemper fuit, & eſt in vſu, immò eſt vſurpata pro debita, *& cum Porterijs ſi nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Dicatur ſtrena, quaſi ſine threna, i. ſine lamentatione, iuxtà
3 *gloſ.in canon.legant Epiſcopi 37.diſt.* qui tex.in ſpecie damnat huiuſmodi ſtrenas, etiam inter priuatos, de quo more præſtandi ſtrenas latè *Herodianus lib.1. hiſtor.pagina mihi 32. Sannazar. lib.1.epigram.32. ad Feder.Regem, Caſſiodor. lib.6. variar.epiſt.7. Symmachus lib.10.epiſt.20. Athenæus lib.3.Deipnoſophiſtarum, pag.73. Zonaras lib.2. Briſſon.lib.4.ſelect.antiq.ex iure ciuili, cap.3. Polyd.Virgil.lib.5.de inuent.rerum, cap.2. Ang.Polit.miſcellaneor.cap.21.gloſ.verb.Ianuarij, in anth.de conſulibus, coll.4. Aret.in l.laudabile, C.de aduoc.diuerſ.iudic. Ioan.Montolonius in prompt.iuris, verb.dies, Pontan. lib.de liberalitate, Ioann.Neuiz.lib.2.ſylu.nupt.verb. ſeni non eſt nubendum, num.38. Sueton.Tranquill.in Auguſto, cap.57. & in Tyberio, cap.34. vbi Philipp. Beroal.in commentarijs, Valer Martialis lib.8. epigrammm.33. ad Paulum, & lib.13. epigramm.27. Adrian.Turneb.lib.10.aduerſar.cap.26. Surgen.de Neap.illuſt.cap.5.num.27.*

De Poſſeſſoribus non turbandis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius pro intelligentia plura, remiſſiuè.*
2 *Iudices prohibentur præbere audientiam in controuerſijs poſſidentium quacunquè ex cauſa cum titulo Regio, idquè omni iure fieri potuit.*
3 *Iuriſdictio adeò tollitur Iudicibus, quòd ſi in caſibus hic prohibitis fieret proceſſus, & ferretur ſententia, etiam Parte non opponente proceſſus eſſet nullus, atquè ſententia.*
4 *Pacis capitulatio inter Regem Ferdinandum II. & Proceres Sanſeuerinates, quòd fuerit iudicata valida, & quòd eis profuit, tàm quòad dominium, quàm quòad poſſeſſionem, remiſſiuè.*

INtelleximus, nuperrimè, &c.

Poſſidentes quacunquè ex cauſa cum titulo Regio non vexentur Rege inconſulto.H.D.cū ſeq-

1 Ad intelligentiam huius pragmaticæ multa videri poſſunt apud *Rnin.conſ.96. vol.1.* & eſt notan-
2 dum, quòd dùm per hanc pragmaticam prohibentur Iudices præbere audientiam his controuerſijs, & omni iure fieri poſſe probat *Crot.conſ.42. volu.1.*
3 tollitur etiam eis iuriſdictio, ità vt ſi in caſibus hic prohibitis fieret proceſſus, & ferretur ſentētia, etiā Parte non opponente proceſſus eſset nullus, & ſimiliter ſententia, vt probat *Afflict. deciſ.345. verſ. ſecundò eſt illud.*
4 Et de capitulatione pacis inter Regem *Ferdinādum II.* & Proceres Sanſeuerinates, quòd fuerit iudicata valida, & quòd eis profuit, tàm pro dominio, quàm pro poſſeſſione, latè *Capyc. deciſ.69.*

De Poſſeſſoribus non turbandis. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Exceptio huius pragmaticæ an poſſit ad merita reſeruari.*
Et quemadmodùm ſuper ea, & ſimilibus exceptionibus ſit decernendum, num.49.
2 *Exceptionis, de qua hic oppoſitio impedit curſum inſtantiæ, quinimmò pendente hac exceptione Iudices de alijs exceptionibus cognoſcere nequeunt, cùm careant iuriſdictione.*
3 *Pragmatica iſta ceſſat, quando quis vellet agere cōtrà Fiſcum.*
4 *Pragmatica iſta tuetur tantùm poſſeſſores tempore editæ pragmaticæ, non etiam tempore litis motæ.*
5 *Exceptio, de qua hic, an procedat contrà Fiſcum.*
6 . . . *hodiè eſt adæquata tàm in primo, quàm in ſecūdo capite.*
7 . . . *non poteſt opponi contrà alium ab eiſdem Regibus priuilegiatum.*
8 . . . *hæc vtrum trahatur ad habentes diſpoſitiones aliorum Regum cōtrarias diſpoſitioni huius Regis.*
9 *Pragmatica illa nim profit illis, qui acquiſierunt ius poſt factum horum Regum.*
10 *Pragmaticæ huius de ratione decidendi plura.*
11 *Exceptio, de qua hic, non habet locum contrà Eccleſiam.*
Nec etiam in poſſeſſorio ſummariiſſimo, ibid.
12 *Exceptio iſta procedit etiam in iuribus, quæ comprehenduntur ſub verbis generalibus priuilegij, eò magis ſi ſunt expreſſa iura ſimilia, aut maiora.*
13 *Eripere eſt de manibus auferre per raptum.*
14 *Bona Vniuerſitatis, quæ eſt perſona ficta, erepta an comprehendantur ſub hac pragmatica.*

NIhil eſt, &c.

Nulla lis oriatur de peſtis, diſpoſitis & donatis per Reges Aragoneos incōſulta Regia Maieſtate.H.D.

Hæc pragmatica fuit illuſtrata commentarijs illius doctiſſimi viri *Ioan. Angeli Piſanelli*, quæ in prima editione cum eodem volumine fuerunt im-
1 preſſa, & *ibi num.36.in fin.* dicit, exceptionem huius pragmaticæ poſſe ad merita reſeruari, quod omninò negat *Gramm.dec.65.num.8. & 81.* & per totam illam *deciſionem* habes multa attinentia ad hanc pragmaticam, & inter cætera *num.46.* quòd per
2 oppoſitionem huius exceptionis impeditur curſus inſtantiæ, immò pendente hac exceptione Iudices non poſſunt de alijs exceptionibus cognoſcere, quia

quia carent iurisdictione, vt per *Reg. de Pont. conſ. 59. num. 5. vol. 1.* & *num. 47.* ait, quod hæc pragmatica non habet locum, quando quis vellet agere contra Fiſcum, & quòd hæc pragmatica tueatur tantùm poſſeſſores tempore editæ pragmaticæ, non etiam tempore litis motæ, vide *Afflict. dec. 396. n. 7.* & quòd procedat etiam contrà Fiſcum, *Minad. in repet. Conſtit. In aliquibus 5. not. ab. num. 22. & ibidem num. 39. in princ.* dicit, quòd hæc exceptio ſit hodiè adæquata, tàm in primo, quàm in ſecundo capite, & quòd non poſſit opponi etiam contrà alium, qui teneret priuilegia ab eiſdem Regibus, vide *Ioan. Vinc. de Anna in allegat. 64.* & plura ad materiam huius pragmaticæ vide per eundem *Ann. alleg. 54. num. 12.* cum *ſeqq. & in alleg. 62.* per *tot. Loffred. conſ. 34.* & an trahatur ad eos, qui habent diſpoſitiones aliorum Regum contrarias diſpoſitioni huius Regis? Sacr. Conſ. iudicauit, quòd non, teſte *Minad. dec. 37. num. 3. in fin. verſ. quinimmò*, & an hæc pragmatica profit illis, qui acquiſierunt ius poſt factũ horum Regum? quòd non, *Ann. alleg. 87. n. 11. tom. 2.* & plura ad materiam vide per eundem *Ann. alleg. 64. Vrſill. ad Afflict. dec. 128. & deciſ. 396.* & pro ratione decidendi ad hanc pragmaticam vide *Couar. in reg. poſſeſſor, par. 3. in initio, num. 1. per tot.* & poteſt corroborari in ratione decidendi ex hiſtoria Arati adducta per *Ciceronem lib. 2. de officijs.* & relata per *Ant. Vſill. in §. Iuriſta, num. 82. Inſtitut. de action.* & de iure communi per *textum in cap. in noſtra, extrà de iudic.* & alijs iuribus adductis per *Suarez alleg. 10. num. 1. Andr. Gayll. obſeru. 57. lib. 2. Cardin. in cap. quia diligenti, extrà de elect. Cur. iun. conſ. 275. vol. 3.* qui conſuluit in ſpecie pro validitate huius pragmaticæ, faciunt tradita per *Crot. conſ. 42. nu. 14. lib. 1.* Multa alia notabilia practicata, & deciſa in terminis huius pragmaticæ habes apud *Reg. Camil. de Curte* in ſuo *diuerſ. iuris feud. par. 1. cap.* incip. *Declarata igitur, fol.* mihi 68. *à ter. à num. 47.* cum multis *ſeqq.* & per *Reg de Pont. conſ. 20. lib. 2. et conſ. 47. eod. lib.* & etiam *conſ. 66.*

11 Et vltrà limitationes prædictas limita, vt nõ habeat locum contrà Eccleſiam, prout fuit iudicatum in cauſa Archiepiſcopi Sipontini cum Ioanne Baptiſta Grimaldo vtili Domino Ciuitatis Montis Sãcti Angeli in Banca Galterij, decretum eſt fol. 136. Item, vt non procedat in poſſeſſorio ſummariſſimo lite pendente, vt fuit deciſum per S. C. in cauſa Fabritij Mormilis vtilis Domini Caſtri S. Io. Rotundi, & Vniuerſitatis eiuſdem Caſtri ſubintrantis cũ eodem Io. Baptiſta Grimaldo Barone dictæ Ciuitatis die 21. Octobris 1569. ad relationem Reg. Conſiliarij Io. Thomæ de Altomare fol. 177. oppoſitio Vniuerſitatis eſt fol. 174. replicatio Grimaldi f. 176. & in rubrica decreti eſt appoſita clauſula, *Attentâ iudicio intentato.* Actuarius Villalta, nunc Sarrus.

12 Amplia, vt procedat etiam in iuribus, quæ comprehenduntur ſub verbis generalibus priuilegij, vt ſenſit expreſsè *Ann. alleg. 53. num. 22. &* 23. vbi in caſu ſuo dicit, eſſe excluſa, quia per priùs erant alteri conceſſa, ergò ſi non erant conceſſa, omnia cõprehendebantur, etiam non expreſſa, & idem *Ann.* ſterùm *alleg. 64. num. 16.* eò maximè, ſi ſunt expreſsa iura ſimilia, aut maiora, *Roman. conſ. 271. Paul. Caſt. conſ. 63. vol. 1. Reg. Lanar. conſ. 34. num. 5. & conſ. 76. num. 30. verſ. ſecundò aduerto.*

13 Et nota illa verba, *capta, & erepta*, nàm eripere eſt de manibus auferre per raptum vt explicat *Andr. in §. Receptatoribus, col. 2. verſ. nàm eripere, de pac. iur. firm.*

14 Sed an comprehendantur bona erepta Vniuerſitati, quæ eſt perſona ficta? recurras ad *Dec. conſ. 486. Cagnol. in l. ſi quis maior, col. 4. verſ. in ſtà prædicta quæritur, num. 17. C. de tranſact. Vrſill. ad Afflict. dec. 396. poſt n. 8* qui videntur concludere, non cõprehendi, ſed *Vrſill.* refert deciſionem in contrariũ.

RERVM SVMMA.

15 *Exceptio huius pragmaticæ an oriatur, ſi appareat aliqua confirmatio in forma cõmuni facta per aliquem ex dictis Regibus Aragoneis.*

16 *Confirmatio ſimplex in forma communi nullum ius tribuit ſine exhibitione primæuæ conceſſionis.*

17 *Confirmatio in forma ſpecifica vt valeat, & tribuat ius ei, in cuius beneficium ſit, duo requiruntur, vt fiat cauſa cognita, & Parte citata, in cuius præiudicium ſit, & quòd Princeps faciat ex certa ſcientia.*

18 *Citatio partis ad confirmationem procedit in confirmatione inſtrumentorum, & actuum inter Partes, non autèm in priuilegijs, quæ Princeps confirmat abſque Partis citatione.*

19 *Reuocatio quando ſit ab illo, qui poteſt principaliter priuilegium concedere, citatio non requiritur.*

20 *Scientia certa Principis colligitur multis modis, remiſſiuè.*

21 *Confirmatio per clauſulam, ex certa ſcientia, dicitur facta in forma ſpecifica, & habet vim principalis, & nouæ diſpoſitionis, quia tali caſu, qui confirmat, dare videtur.*

22 *Superior quando confirmat ſimpliciter aliquam conceſſionem, & non addit clauſulam*, ſicut iuſtè conceſsum eſt, *ex certa ſcientia tunc confirmare videtur.*

23 Confirmo *verbi natura ea propria eſt, vt ſignificet, facio rem firmam.*

24 *Conceſſio in forma communi facta dicitur, ſi in confirmatione ſunt adiecta illa verba*, ſicut iuſtè prima conceſsio facta eſt.

25 *Scriptura referens facta ab habente poteſtatem concedendi, & diſponendi de nouo probat, & diſponit, etiam ſi non exhibeatur ſcriptura relata.*

26 *Clauſula*, quòd priuilegia habeantur pro inſertis, & particulariter annotatis, *idem operatur, ac ſi eſſet facta ſingularis expreſſio omnium contentorum in priuilegijs, quæ clauſula producit hunc effectum, etiam in reſcriptis, & gratijs conceſſis ad Partium poſtulationem, vt num. 28.*

27 *Princeps ad validitatem actus à ſe geſti poteſt fingere expreſſum, quod expreſſum non eſt.*

29 *Confirmatio in forma communi licèt non probet cõfirmatum, niſi exhibeatur, tamen fallit, ſi confirmatio ſit antiqua, & cum ea concurrat poſſeſſio pænès eum, ad cuius beneficium eſt facta confirmatio.*

30 *Temporis notabile ſpatium reddens difficiles probationes, dicitur eſſe tempus antiquum, & ad præſumendum interuentum ſollemnitatum, & ad corroborandum probationes minus perfectas.*

31 *Confirmatio in forma communi tribuit facultatem præſcribendi.*

32 *Gratia ſubreptitia præſtat titulum coloratum.*

33 *Præſcriptionis requiſitum neceſſarium eſt vt interueniat titulus iuſtus, & habilis ad transferendum dominium.*

34 *Titulum habens ſi eſt Dominus, tradendo transfert dominium. ſi verò non eſt Dominus, transfert vſucapiendi facultatem.*

35 Di-

45 *Dictio,*quouis modo, *importat omnes modos excogitabiles,& eſt vniuerſalis, & prægnans, denotans exuberantem voluntatem.*

15 QVid autem,ſi appareat aliqua confirmatio in forma communi facta per aliquẽ ex prædictis Regibus Aragoneis,an ex illa oriatur exceptio huius pragmaticæ? *Piſanell. hic num.* 64. abſolutè tranſit cum opinione affirmatiua, quando in confirmatione ſimplici adeſt clauſula,*& de nouo concedimus,*& dùm hæc quæſtio inciditur in cauſa vertẽte in Reg.Cam. Summ. inter Regium Fiſcum, ac Ducem Alexandrum Farneſium ſubintrantem,tanquàm vtilem Dominum Ciuitatis Caſtri Matris de Stabia ex vna parte,& Pyrrum Ioannem Nucerinũ meum clientem contentum ex altera ſuper relaxatione cuiuſdam loci, dicti *Caſalana*, Ego nonnulla ſcripſi pro hac opinione affirmatiua,ideò volui deſcribere Allegationes,prout iacent.

Tota vis huius cauſæ in eo conſiſtit, an ſcilicèt ex confirmatione *Regis Federici* facta in anno 1498. oriatur titulus validus ad producendum exceptionem prædictæ pragmaticæ editæ Thori? & quòd
16 nullus titulus indè oriatur, Pars aduerſa in eo ſe fundat,quòd ſcilicèt ſit confirmatio ſimplex in forma communi,quæ nullum ius tribuit ſinè exhibitione primæuæ conceſſionis,ex iuribus vulgatis,de quibus plura habes pẽnès *Foller.* in *cap Regni Item ſtatuimus,quòd priuilegia,num.* 1. cum *ſeqq.*

Procuius obiecti reſolutione. Primum Ego fundabo,illam non eſſe confirmationem in forma communi,ſed in forma ſpecifica,& diſpoſitiua. Alterum verò,quòd etiam ſi eſſet in forma cõmuni, adhùc ex ea reſultat titulus validus ad producendum exceptionem Reg.Pragmaticæ.

17 Quòad primum aſſumptum,licèt verum ſit,quòd vt valeat confirmatio in forma ſpecifica,& tribuat ius ei,in cuius beneficium fit,ſunt requiruntur. Primò,quòd fiat cauſa cognita,& Parte citata,in cuius præiudicium fit. Secundò,quòd Princeps faciat ex certa ſcientia,vt volunt *glo. vlt.in cap.* 1. *verſ.ſi verò confirmatio,extrà de confirmat.vtil.vel inutil.* quam ſequuntur *ibi Butr.Panorm.* & reliqui, *Suarez in*
18 *alleg.* 14.*num.* 1.*&* 2. Tamen eſt etiam veriſſimum, quòd illud primum requiſitum de citatione Partis procedit in inſtrumentis, ſiuè in alijs actibus factis inter Partes,quæ confirmarentur,non autem in priuilegijs,quæ Princeps renouat,& confirmat abſquè citatione Partis,ità *Panorm.in cap.ex parte in 3.ne-*
19 *tab.extrà de priuileg.* vbi inquit, quòd quando fit renouatio ab illo, qui poteſt principaliter priuilegium concedere, citatio non requiritur, & illum ſequitur Dec.*in cap.* 1.*pen. col. in fin. extrà de confirm. vtil.vel inutil.* poſt *Butr.Zabar.Hoſtienſ.& Imol.* ab ipſo relatos,vidè cùm in caſu noſtro agatur de confirmatione priuilegij,& de eo priuilegio, quod *Rex Federicus* poterat ipſe principaliter concedere,nec tractabatur de intereſſe alterius, ſequitur, quòd citatio alicuius non fuit neceſſaria, & per conſequẽs ceſſat primum requiſitum de citatione Partis.

Supereſt itaquè tantummodò ſecundum requiſitum, vt ſcilicèt talis confirmatio ſit facta ex certa
20 ſcientia Principis cõfirmantis,& hæc certa ſcientia multis modis colligitur, quos accuratè declarauit Dec.*in cap. porrecta, col.fin. verſ. & ſecundum Abb.num.*mihi 13. cum *ſeqq. extrà de confirm. vtil. vel inutil.* & inter alios illum quarto loco colloca-
uit,quando ſcilicèt in confirmatione expreſsè dicitur,*ex certa ſcientia*, allegat *gloſ.in cap.ſtatutum, in verbo literarum,in fin.de reſcript.in* 6.& aliam *gloſ.in clem.* 2.*in gloſ.fin.in princ.*cod. *tit.de reſcript.* quæ id dicunt in ſpecie,idem voluit ipſemet Dec.*in cap.cũ inter,col.* 1.*num.* mihi 19.*verſ. de certa autem ſcientia,extrà de except.Alex.conſ.* 112.*num.* 2.*vol.*7. vltrà alios citatos à *Decio vtrobiquè*. Quarè cùm in caſu noſtro ſit expreſsa hæc clauſula,*ex certa ſcientia*,
21 non poteſt dubitari,quin per talem clauſulam confirmatio ipſa dicatur facta in forma ſpecifica,& per conſequens habet vim principalis,& nouæ diſpoſitionis,quia hoc caſu,qui confirmat, dare videtur, vt voluit ipſemet Dec.*in rubr.extrà de confirm.vtil. vel inutil.col.* 1.*in fin.num.*mihi 5. *verſ. & retenta*, poſt *Bart.in l.& quia,ff.de iuriſd.omn.iud.& Imol.in cap.inter dilectos,in gloſ.in verb.appellari, extrà de fid.inſtrum.* Immò etiam ſi non eſset expreſsa clau-
22 ſula,*ex certa ſcientia*, quando Superior confirmat ſimplicitèr conceſsionem aliquam, & non adijcit clauſulam illam,*ſicut inſtè conceſſum eſt*,videtur cõfirmare ex certa ſcientia,quia iſta eſt propria natu-
23 ra verbi,*confirmo*,vt faciat rem firmam,*cap.inter di-*
24 *lectos, extrà de fid. inſtrum.* Sed quando in confirmatione ſunt adiecta illa verba, *ſicut inſtè prima conceſsio facta eſt*, tunc dicitur conceſsio facta in forma communi, ità perbellè declarat *Alexand. conſ.* 1.*num.*35.*vol.*2.vbi allegat *Ioan Andr.*& alios in *cap.venerabilis,de confirm.vtil.vel inut.* Quò fit, vt dùm *Rex Federicus* confirmando in forma ſpecifica cenſeatur ipſe dediſse per principalem,& nouã conceſsionem,ac diſpoſitionem, non poteſt controuerti,quin ex ea fundetur titulus ab ipſo *Rege Federico*,& per conſequens obſtet exceptio pragmaticæ in 2.*cap.*præſertim attentis verbis in eadem confirmatione adiectis,ibi,*Confirmamus,& quatẽnus opus eſt de nouo concedimus*, & iterùm ibi, *præſens noſtra confirmatio, & noua conceſſio*,quæ verba procùldubio ſignificãt animum Principis de
25 nouo concedendi,& diſponendi, cùm ſint prolata à Principe,qui habet poteſtatem de nouo concedẽdi,nec requiritur exhibitio alterius conceſsionis, ad quam ſe refert,vt pulchrè docet *Curt.ſen.in l admonendi, col.*mihi 12.*nu.*47.48.*&* 49.*ff.de iureiur.*vbi limitat diſpoſitionem *auth Si quis in aliquo documẽto,C.de edendo*,vt non procedat, quandò ſcriptura referens eſſet facta ab habente poteſtatem concedendi,& diſponendi de nouo,quia tunc probat, & diſponit,etiam ſi non exhibeatur ſcriptura relata,& *Curtium* ſequitur *Grat.conſ.* 122.*n.* 20.*lib.*2.

26 Quod eo facilius admittendum eſt, quia in hac confirmatione adeſt alia clauſula, *quòd priuilegia habeantur pro inſertis,ac particulariter adnotatis de verbo ad verbum*,quæ clauſula procùldubio idem operatur, ac ſi eſſet facta ſingularis expreſsio omnium contentorum in priuilegijs, ſecundùm *Alex. conſ.*30.*num.*6.*verſ.& ità,lib.* 1. per *text. in l.omnes C.de præſcript.*30.*annor.*quem *ibi* ſingularem dicit *Ang.*in hoc propoſito. Facit optimè dictum *Ant. de Butr. in conſ.* 2.vbi circà *fin.* vult, quòd per hanc clauſulam habentur omnia pro expreſsis, perindè,
27 ac ſi ſpecificata fuiſſent,ſubdens,quòd poteſt Princeps ad validitatem actus à ſe geſti fingere expreſsum,quod expreſſum non eſt,allegat *text. in cap.* 1. *extrà de tranſact. clem. paſtoralis, de re iudc.* & eum ſequitur *Felin.in cap. nonnulli, num.*6. *verſ. addatis primò,extrà de reſcript.* quibus adſtipulatur *Capyc.*
28 *in ſua inueſt.feud.in clauſula, & pro expreſſis, fol.*

mihi

mihi 132. & hunc effectum parere clauſulam prędictam,etiam in reſcriptis, & gratijs conceſſis ad Partium poſtulationem,voluerunt expreſsè *Anton. de Butr.in d.conſ.2.Felin.in d.cap.nonnulli*,longè poſt *num.6.* ibi, *ſed ex prædictis*, *Crau. conſ.126. vol.1.* circa *fin.Afflict.dec.220. nu. 16.& 17. & ibi Vrſill. num.17.& ſeqq.*

Et hæc ſufficiant ad fundandum primum aſſumptum,quòd ſcilicèt confirmatio *Regis Federici* ſit in forma ſpecifica,non autèm in forma communi.

Dato tamen,& non conceſſo,quòd eſſet in forma communi, adhùc ex ea reſultabit exceptio Regiæ pragmaticæ oppoſita per d.Pyrrum Ioannem.Nàm licèt vera ſit illa iuris concluſio, quòd confirmatio in forma communi non probet confirmatum, niſi exhibeatur,tamen fallit,ſi confirmatio ſit antiqua, & cum tali confirmatione antiqua concurrat poſſeſſio penès eum,ad cuius beneficium eſt facta cõfirmatio,quia tunc plenè probat, & quotiès notabile temporis ſpatium reddit difficiles probationes,dicitur eſſe tempus antiquum, tàm ad effectum præſumendi,ſolemnia interueniſſe,quàm ad effectũ ſupplendi,& corroborãdi probationes minùs perfectas,& ſufficit,quòd ſit temp is vltrà 39. vel 40. annos,ſecundùm quam opinionem conſuluit *Alex. conſ.4.verſ.poteſt alius modus ſeruari,vol.5.conſ.187. col.2.verſ.hoc præſuppoſito,vol.2.conſ.70.col.2.verſ. præterea Hoſtien.vol 3.& conſ.90.col.3.verſ.ad prædicta benè facit,vol.6.Soc.ſen.conſ.106.col.2.lib.3.*

Qua de re dùm à tempore confirmationis factæ per *Regem Federicum*,quæ fuit in anno 1498.vſquè ad tempus motæ litis in anno 1567. intercedant, nedùm 30.aut 40.ann., verùm etiam 69. Non eſt dubitandum, quin ipſa confirmatio dicatur antiqua,& ſtante continuata poſſeſſione pęnès d. Pyrrum Ioannem, & eius prædeceſſores plenè probat primam illam conceſſionem *Regis Ferdinandi I.* in ipſa confirmatione relatam,& cõfirmatam, & ſucceſſiuè conſtat de titulo habito à *Rege Ferdinando*, & ſic obſtat exceptio pragmaticæ in *cap. 1.* Præterea ex alio redditur inconcuſſa defenſio dicti Pyrri Ioannis,etiam quòd eſtemus in ſimplici confirmatione in forma communi, & ius illius eſſet metiendum,non à priuilegio confirmato,ſed à confirmante, nam confirmatio in forma communi non eſt adeò inutilis,vt nullum pęnitùs tribuat ius, ſed tribuit facultatem præſcribendi,ſecundùm *Abb. Antiquum in cap.dudùm,extrà de elect. Hoſtienſ. in ſum. extrà de confirm.vtil.vel inutil.§.quis ſit effectus*,citcà *prine.verſ.quid ergò operatur*,ibi,*puto etiam,quòd talis confirmatio*,qui ad hoc adducit *tex.* ſatis notabilem in *cap.dudùm, §.certum, verſ.nec à confirmatione præfata tãtum effluxit temporis,extrà de decim.* quod dictum approbauit *Bertach. in tract. de Epiſc. lib.3.in 4.par.2.par.princ.num.* mihi 14. & ſequitur *Dec.in cap.2.col.3.num.*mihi 45. *verſ. item operatur, extrà de confirm.vtil.vel inut.* facit *Put.dec.80. lib.1.* qui dicit,quòd gratia ſubreptitia præſtat titulum coloratum,ſi ergò talis confirmatio tribuit facultatem præſcribendi,ſequitur,quòd eſt titulus,& titulus habilis ad translationem dominij, aliàs enim ex eo non poſſet ſequi effectus præſcriptionis, cuius requiſitum neceſsarium eſt,vt interueniat titulus iuſtus,& habilis ad transferendum dominium, vt *DD.*omnes in *rubr.Inſtitut.de vſucap.& ff. eod.titul.* ex quo titulo reſultat,quòd ſi is,qui tradit eſt Dominus,vigore illius tituli transfert dominium *l.clauibus.ff.de contrah.empt.* ſi verò non ſit Dominus, transfert vſucapiendi, & præſcribendi conditionẽ, atque facultatem,*§ per traditionem, Inſt. de vſucap.*

Modò arguo ſic, ad fundandum exceptionem pragmaticæ editæ Thori requiritur titulus ab vno ex illis Regibus Aragoneis, at confirmatio in forma communi eſt titulus habilis ad præſcribendum, & ſic ad transferendum dominium,ergò ex hac cõfirmatione *Regis Federici*,quantùmuis in forma cõmuni reſultat titulus ſufficiens ad fundandam exceptionem pragmaticæ,ſaltim in *cap.2.*

Præſertim attentis verbis pragmaticæ, ibi, *quouis modo conceſſa*, ponderando dictionem, *quouis modo*,quæ importat omnes modos excogitabiles, vt volui *Hippol.conſ.80.num.27.* & eſt vniuerſalis, & præg ns, denotans exuberantem voluntatem, ſecundùm *Dec.conſ.137.*poſt *num.1.Paul. conſ.625. num.18.volum.2.*

Hęc lis non fuit iudicialitèr ſopita,ſed amicabilitèr compoſita,nam Dux contentus extitit emere bona in iudicio deducta à poſſeſſore pro vero, & iuſto pretio,potiùſquàm ſe ſubmittere dubio litis, & fortunæ euentui. Et pro vniuerſali cognitione terminorum confirmationis,eiuſquè ſpecierum, & effectuum vide latè *Gabed.dec.Luſit.1. 2. 3. 4. & 5. par 2.* Nouiſsimè de huiuſmodi ſimplici confirmatione agit in materia huius Pragmaticę *Reg. de Ponte conſ.65.lib.2.& conſ.ſeq.* probat, non prodeſſe ciuiliter poſſidenti contrà poſſidentem naturaliter,& *conſ.68.* fundat, non habere locum in ſpolio commiſſo poſt editam hanc Pragmaticam.

RERVM SVMMA.

36 *Poſſeſſor rei feudalis poterit ſe tueri & exceptione huius edicti, & exceptione præſcriptionis, iuxtà diſtinctionem hìc relatam.*

37 *Conceſſio,& alienatio omnis in Eccleſiam eſt prohibita,et conſequentèr erit prohibita et præſcriptio.*

36 INſuper aduertas,qnòd poſſeſſor rei feudalis poterit ſe tueri, nedùm exceptione huius pragmaticæ,verùm etiam exceptione præſcriptionis,circà quam ſic diſtingue, nam aut agitur de præſcribẽdo contra Fiſcum, & ſeruat *Conſtit.Quadragenalem*,aut contra Priuatum, & tunc,aut ex huiuſmodi præſcriptione res feudalis peruenirет ad manus mortuas, putà Eccleſiam, vel Vniuerſitatem,& non præscribitur minori ſpatio centum annorum, nam cùm in Eccleſiam ſit 37 prohibita omnis conceſſio,& alienatio,vt in *cap.1. de alien.feud.* erit etiam prohibita & præſcriptio, vt dixit *gloſ.in Conſt.Conſtitutionem diuæ memoriæ.in verſ.minuendis*,nè quod prohibetur fieri expreſsè, tacitè,& præſumptiuè permittatur, latè *Paris de reintegr.feud.cap.reperitur Eccleſia,fol.* mihi 80.*à ter.* aut peruenirет ad Priuatum æquè idoneum,& tunc aut agitur de præſcribendo feudo, ſiuè quota parte ipſius, aut de re particulari ipſius feudi. Primo caſu ſufficit præſcriptio 30. annorũ cum præſtatione certi ſeruitij per tempus continuum, præſente ibi Aduerſatio in Regno,vt in d.*Conſt.Regni*, & in *§. ſi quis per 30.ſi de feud.fuer.contr.* ſecundo verò caſu,aut agitur de præſcribendo tem particularem liberam à ſeruitio,& non præſcribitur quantocunquè temporis ſpatio,minori tamen centum annorum,vt in *fin.Conſtit.Conſuetudinem,verſ.cæterùm*, prout in hoc caſu intelligit eam procedere *Paris de reintegr.feud.cap.videndum eſt, fol.* mihi 135. *in fin.cap.* aut agitur de illam præſcribendo tanquàm

rem

tem de ipſo feudo, & ſeruitio obnoxiam, & tunc aut ſumus in re excadentiali, ſiue emphyteotica, vel cenſuali, aut aliter redditiua feudo, & ſolita cócedi ad certum reditum, & præſcribitur ſpatio 30. annorum, ex regula *l. ſi certis annis*, C. *de pactis*, & per tex. ſatis particularem, vbi *gloſ. in l. fin. C. de fund. patrim. lib.* 11. & tacit regula generalis *Conſtit. Conſuetudinem*, per quæ iura ita in propriis terminis tradit *Paris in cap. pone, quòd eſt quæſtio, fol.* mihi 34. *à ter. cap. an ſi pro re, fol.* mihi 84. *à ter. in cap. videndum eſt itaque, fol.* mihi 135. *& in cap. ſequitur quotidiana quæſtio, fol.* mihi 153. *à ter.* aut verò ſumus in re domaniali, & non ſolita concedi ad certum reditum, & non inducitur conſuetudo locandi, nec poſſet prætendi ius coloniæ perpetuæ, ſed requiritur tantum tempus, cuius non exiſtat memoria in contrarium, quemadmodùm enim feudatarius hoc non poteſt facere expreſsè, ſcilicèt concedendo illam ad annuum reditum per *Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ*, ità nec tacitè recipiendo reditum per 30. annos, ità in ſpecie tradit idem *Paris cap. an ſi quis per 30. annos, fol.* mihi 114. vide ad materiam *gloſ. mag. in Conſtit. Si dubitatio, in verſ. ſed numquid*, alia circà præſcriptionem rerum Fiſcalium vide late per *Peregr. de iure fiſc. lib. 6. tit. 8.*

RERVM SVMMA.

38 *Pragmatica iſta an habeat locum, nedùm quando ſpolium eſt factum ab ipſis Regibus Aragoneis, verùm etiam à perſonis priuatis cauſam habentibus ab eiſdem Regibus ante iſtam pragmaticam.*

39 *Cauſa in* proœmio *&* præfatione *expreſſa cenſetur ratio finalis ex qua regulari debet tota diſpoſitio legis, & ſi generalis.*

40 *Spolium, vt habeat locum pragmatica iſta, debet eſſe commiſſum ab ipſis Regibus Aragoneis immediatè, non autem mediatè.*

41 *Pragmatica huius ad fundandam exceptionem an requiratur copulatiuè, tàm ſpolium ab ipſis Regibus factum, quàm etiam diſpoſitio facta ab eiſdem, vel potiùs diſiunctiuè.*

42 *Spolium quando eſt factum à Priuato poſt habitam diſpoſitionem quoquo modo ab illis Regibus, tunc nullo modo pragmatica iſta hoc vitium ſpolij purgare poteſt, ſecus ſi antè diſpoſitionem fuerit ſpolium cõmiſſum, & qua differentia ſit inter vnum, & alterum caſum.*

43 *Pragmatica iſta non obſtat, quatenus non impugnatur factum alicuius illorum Regum.*

44 *Clauſula illa generalis, cũ omnibus alijs iuribus, &c. non comprehendit iura per priùs alienata, & quarè.*

45 *Clauſula, ſi quæ, vel ſi qua iura reſtringit. conceſſionem quantumuis ampliſſimam, & generaliſſimam ad iura exiſtentia tantùm.*

46 *Priuilegiatus contrà paritèr priuilegiatum non vtitur ſuo priuilegio.*

47 *Priuilegia duo quando ſunt æqualia reus vtitur ſuo priuilegio contrà actorẽ, & non actor contrà reũ.*

48 *Priuilegium in ſpecie præfertur priuilegio in genere.*

QVæritur modò in S.C. pro deciſione cauſæ vertentis inter Heredes Petrutij, & Hectoris del Modio contra Comitem S. Seuerinæ ſuper poſſeſſorio reintegrãdæ officij Magiſtri Mercati in nundinis Molerà intentato ab anno 1543. ob ſpolium dicti officij factum per Comitem Andream Caraſam an-
38 tè hanc pragmaticam editam Thori in anno 1505. an pragmatica hæc habeat locum, nedùm quandò ſpolium eſt factum ab ipſis Regibus Aragoneis, de quibus loquitur pragmatica, verùm etiam à perſonis priuatis cautam habentibus ab eiſdem Regibus antè ipſam pragmaticam.

In qua quidem quæſtione ponderatis verbis pragmaticæ, tàm ad corticem, quam medullitus, dicant quicquid velint Aduerſarij, Ego abſque vlla prorsus hæſitatione concludo, quòd eatènus dicta pragmatica habet locum in ſpolio facto a priuatis perſonis, quatènus poſt ſpolium commiſſum à priuato concurrit diſpoſitio quoquo modo facta ab illis Regibus ſuper re, in qua fuit commiſſum ſpolium, quòd ſi ſpolium ſit commiſſum a priuato poſt diſpoſitionem factam ab illis Regibus, tunc etiam ſi factum ſit ſpolium antè pragmaticam, eius exceptio non habet locum.

Moueor ad id dicendum ex clariſſimis verbis pragmaticæ, quæ in pluribus locis, dùm vult purgare vitium ſpolij, non conſiderat tempus commiſſi ſpolij, ità vt purget omne ſpolium à quocunque cõmiſſum vſquè ad diem editæ pragmaticæ, ſed conſiderat perſonas tãtùm illorum Regum, qui ſpolium commiſerunt, adeò quòd illud tantùm ſpolium remanet purgatum, quod ab ipſis Regibus eſt commiſſum, non autem ab alio, ita ſunt clariſſima verba *prag.* tàm in *proœmio in princ.* ibi, *vndè aduertens in iſto Siciliæ Regno noſtro, quàm plures eſſe, qui à Regibus prædeceſſoribus noſtris ſe feudis, & baronijs ſpoliatos eſſe prætendunt*, & cùm ſit cauſa expreſſa in
39 *proœmio, & præfatione*, cenſetur ratio finalis, ex regula *tex. in l. fin. ff. de hæred. inſtit.* & ex ea debet regulari tota legis diſpoſitio, quantùmuis eſſet generalis, vt voluit *gloſ. in Conſt. Priuilegia in gloſ.* 2. quam etiam in verbis diſpoſitiuis, & in corpore ipſius *pragmaticæ*, ibi, *quapropter, &c. mandamus, quatènus quecunque Ciuitates, Caſtra, loca, feuda, poſſeſſiones, & bona feudalia & burgenſatica, cuiuſcunque nominis, & valoris fuerint, per eoſdem prænominatos Reges capta, erepta, &c.* Ecce igitur, quòd pragmatica eſt in ſpecie reſtricta ad perſonas ipſorum Regum, & ad ſpolia ab ipſis commiſſa, non autem à priuatis, illud idem manifeſtiſsimè patet ex *cap.* 2. eiuſdem *pragmaticæ*, ibi, *Volentes, &c. mandamus, & iubemus, quæcunque à prædictis Regibus Alphonſo, & Ferdinando II. & Federico capta, erepta, &c.* Non eſt igitur dubitandum, quòd pragmatica prædicta illud tantùm ſpolium priuilegiat, & purgat, quod fuit commiſſum ab ipſis Regibus, non autem
40 à Priuatis, & hoc adeò verum eſt, vt debeat eſſe, commiſſum ab ipſis Regibus immediatè, nec ſufficeret, ſi eſſet commiſſum mediatè, prout optimè aduertit *Piſanell. in d. pragmatica, num.* 16. 17. *&* 18. ponderando illam dictionem, *per*, quæ ſignificat principium, & finem, ac rem perfectam, *l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verb ſignif.*

Id autem, quod admiſi in principio, pragmaticã habere locum etiam in ſpolio commiſſo à Priuato, & ab alijs, quàm à prædictis Regibus Aragoneis, ſi tamen poſt ipſum ſpolium à Priuato factum concurrat quoquo modo diſpoſitio facta ab ipſis Regibus de ipſa re, in qua eſt factum ſpolium, non dixi, quaſi ſpolium commiſſum à Priuato ſimpliciter, & de per ſe ſortiatur priuilegium pragmaticæ, ſed quia habet admixtam, & coniunctam diſpoſitionẽ ipſorum Regum poſt ſpolium Priuati, & ſic ſuſcipit priuilegium pragmaticæ à diſpoſitione, & facto ipſorum Regum, non autem ab ipſo ſpolio per Priuatum facto, adeò quòd ſi poſt ſpolium Priuati nulla

ta concurreret dispositio prædictorum Regum, vtique exceptio pragmaticæ nullo pacto procedere posset, licet enim ut maxima cõtrouersia inter Re-
41 gnicolas, an ad fundandam exceptionem huius pragmaticæ requirantur copulatiuè, tàm spolium ab ipsis Regibus factum, quam etiam dispositio facta ab eisdem, vel potiùs disiunctiuè, ità vt sufficiat, si alterum tantùm intercurrat, nempè aut spolium, aut dispositio, tamen pro nunc admitto opinionem fauoribiliorem opponentibus exceptionem Regiæ Pragmaticæ, vt sufficiat alterutrum tantùm, scilicèt, vel quòd sit commissum spolium tantum ab ipsis Regibus, licèt nulla subsequatur dispositio ab eisdem facta, vel quòd sit facta dispositio tãtùm ab ipsis Regibus, licèt spolium præcedens dispositionem sit factum ab alijs, prout hanc etiam opinionẽ admisit *Pisanell. ibidem num.* 20. & plenius *num.* 29. cum *seqq.* per totam illam quæstionem, at spolium
42 quando esset factum à Priuato post habitam dispositionem quoquo modo ab illis Regibus, tunc nullo modo pragmatica hoc vitium spolij purgare potest, tanquàm in eius dispositione non comprehensum, licèt enim in hoc secundo casu concurrat etiam dispositio facta ab illis Regibus, tamen est maxima differentia inter vnum casum, & alium, siquidèm in primo casu, quando spolium Priuati precedit dispositionem Regum, illud vitium spolij precedens remanet purgatum a subsequẽti dispositione facta ab ipsis Regibus per rationem ab ipsa *pragmatica* expressam, ibi, *nihil ab eisdem Regibus decretum, et statutum fuisse credendum est, quòd non ad communem Regni vtilitatem, tranquillitatem, & rectam gubernationem attineat*, at in secundo casu, quando spolium Priuati subsequitur dispositionem Regum, illud vitium spolij non potest purgari à precedenti dispositione facta ab ipsis Regibus, prout patet, ad sensum, quia illi Reges tempore cõcessionis, seu dispositionis ab eis factę non poterãt habere oculos ad spolium, quod postea faciendum erat, facta enim de futuro omnibus hominibus delitescunt, & is, qui pro spolio agit, non impugnat factum illorum Regum, sed spolium postea factum à
43 Priuato, & quotiescunquè non impugnatur factum alicuius illorum Regum pragmatica non obstat, vt per *Ann. alleg.* 87. *num.* 1. circa *fin. & num.* 4. quò fit, vt cùm in casu, de quo quæritur, agatur de spolio commisso, non ab illis Regibus Aragoneis, sed à Priuato, scilicèt Comite S. Seuerini, & hoc spolium non precedat dispositionem, & concessionem factam à *Rege Federico* ipsi Comiti, sed illam subsequatur per multos annos post, nam priuilegium *Federici*, cui Pars innititur, fit in anno 1496. spolium verò subsequitur in anno 1503. succedit necessaria conclusio, quòd exceptio dictæ pragmaticæ non habebit locum in hoc casu, & ideò non est mirum, si dùm aliàs ab initio fuit opposita hæc eadem exceptio, Sacr. Cons. videns, illam non facere ad rumbũ, interposuit decretum, quòd procedatur in causa possessorij, nulla habita ratione huius exceptionis, vt *fol.* 55. & quòd hęc pragmatica non habeat locum, quando quis innititur spolio facto post titulum Regis, voluit expressè *Gramm. decis.* 65. *num.* 42. *vers. ex quo.*

Verùm animaduertere non desinam, quòd licèt hic articulus ex omni parte absolutissimus sit, prout suprà firmauimus, tamen illum disputare in casu meo non est necesse, nam hęc disputatio tunc esset necessaria, quando Pars aduersa, si non haberet spolium factum ab illis Regibus, haberet saltem dispositionem aliquam factam ab eis, super qua dispositione posset figere pedes, sed in casu meo nullam habet dispositionem Aduersarius, quę fundare possit titulum ab vllo ex illis Regibus, quandòquidem & si Aduersarius habeat priuilegium *Regis Federici*, cum concessione Roccæ Bernardæ, vbi exercetur officium Magistri Mercati in nundinis S. Mariæ de Molerà, tamen in dicto priuilegio nec verbum quidem legitur de officio prædicto, & proindè respectu officij predicti, de quo est controuersia, Pars non potest allegare titulum prędicti priuilegij à *Rege Federico*, & sine titulo pragmatica non obstat, vt per *Ann. alleg.* 64. *in princ. vers. bis tamen non obstantibus.*

Nec dicatur, quod saltem implicitè dictum officium comprehendatur in priuilegio predicto sub
44 illa clausula, *cum omnibus aliis iuribus, &c.* Nam duplex est in promptu responsio. Prima, quòd sub dicta clausula generali non comprehenduntur ita per prius alienata, ex notabili *Baldi* doctrina in *c. ip. 1. de Cap. qui tit. vend. num.* 21. *vers. aut concessit*, per illam rationem, quia nunquàm venit, nisi ius, quod habet concessor, per *text. in l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonst.* quam in proprijs terminis huius pragmaticæ admittit *Ann. alleg.* 53. *num.* 23. & in casu nostro redditur hęc conclusio indubitabilis ex verbis ipsius priuilegij, quæ sequuntur dictam clausulam generalem, ibi, *ad nos, et nostram Curiam spectantibus, &c.* Ergò non poterat comprehendere officium hoc Magistri Mercati, quod tunc non spectabat ad Curiam *Regis Federici*, sed ad Lucam de Modio, cui fuerat per prius concessum per Regem *Ferdinandum II.* in anno 1495. vt ex *priuilegio* fol. 87. Secunda verò responsio oritur ex alia clausula in eodem priuilegio adiecta, *si qua*, vel
45 *si qua sunt*, quæ clausula restringit concessionem quantumuis amplissimam, & generalissimam ad iura existentia tantum, ergò dùm prædictum officium non erat penès Regem, non poterat venire in illa concessione, & per consequens remanet Pars aduersa sine aliquo titulo respectu officij prædicti.

Sed vt amplissimi Senatus animus omninò conquiescat in excludẽda huiusmodi exceptione, illud vnum, rogo, considerent, quòd licèt hæredes Heroris de Modio sint actores in hoc iudicio super spolio, tamen in ista exceptione huius pragmaticæ sunt rei, & ideò dùm ipsi habent priuilegium, & cõcessionem huius officij in specie ab eisdem Regibus Aragoneis, scilicèt *Ferdinando II.* exceptio pragmaticæ contrà ipsos allegari non potest, tùm
46 quia priuilegiatus contrà pariter priuilegiatum nõ vtitur suo priuilegio, tùm etiam, quia quando
47 sunt duo priuilegia æqualia, Reus vtitur suo priuilegio contrà Actorem, & non Actor contrà Reũ,
48 & demùm, quia priuilegium nostrum tanquàm in specie præfertur priuilegio Aduersarij in genere, ex his, quæ in proprijs terminis eiusdem pragmaticæ latè deduxit *Anna in allegation. 64. num.* 6. 7. & 8.

Adhùc pendet hic articulus decidẽdus per S.C. Actuarius S.C. est Io. Andreas de Felice.

Aduertas, quòd exceptio huius Pragmaticæ si esset reseruata ad merita causæ principalis, vel es-
49 set opposita post compilatum processum in causa principali, ac etiam super ipsa exceptione per terminum separatum, & in decisione articuli resultabit, exceptionem militare, interponetur decretum, obstare exceptionem oppositam, nec fit aliqua prouisio in causa principali, sed si exceptio non milita-

litrebit,tunc simul,& semel expeditur causa principalis cum exceptione,& respectu exceptionis fit decretum separatum,exceptionem non obstare, & respectu causæ principalis profertur eadem die, & tempore sententia diffinitiua, per actus tamen separatos,vt obseruatum vidi in causa Ioannis Vincentij de Aegyptijs cum Ciuitate Caietæ, iunctis duabus Aulis per decretum, & sententiam sub die 15.Februarij 1594. relatore Consiliario Don Petro de Vera ab Aragonia cum interuentu Præsid. de Franchis,qui hanc praxim docuit. Actuar. de Ferrarijs, quæ praxis fundatur in authoritate *Afflict.in Const. Exceptione filiationis,num.9.* cuius meminit *Ann. singul.446.*& sub die 15.Iunij 1622.idem fuit obseruatum me referente iunctis Aulis in causa reclamationis Ioannis Dominici Pintini hæredis Ioannis Antonij Pintini cum Lucretia Pintina, seù Camillo de Marino eius hærede,in qua eodem die fuit declaratum per decretum, non obstare exceptionem lapsus fatalium,quæ fuerat reseruata in decisione causæ,& per sententiam simul, & semel reuocata prima sententia lata in fauorem dictæ Lucretiæ Actuario de Ferrarijs,& dixi in *decisione* mea 21.

De Postulando. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Aduocati munus in actu postulandi qualitèr sit exercendum,remissiuè.*

2 *Aduocatus quomodò se gerere debeat, nè peccet, remissiuè.*

3 ... *postulãdo pro suo Cliente in fine sui dicti debet breuitèr repetere,quæ dixit.*

4 ... *antequàm det suum consilium, debet videre veritatem illam perquirendo,& studendo.*

5 ... *si fecit diligenter quantum in se est, quia studuit, per se examinauit processum,& alia, vt infra, si perfectè appareat aliud de subtilitate iuris, vel verba processus aliter in facto possent intelligi, ad aliquid non tenetur.*

6 ... *& Iudex debent examinare processus per se ipsos, non per Scribas,& Alumnos.*

7 ... *seruatis seruandis semel suscipiens patrocinium, vltrò tenetur venire ad causam, & illam defendere,si scit,quam defensionem esse necessariam, aliàs sufficit,si sit paratus, quotiescunque fuerit requisitus, idquè intelligitur in prima instantia, secùs in causa appellationis quam non tenetur defendere inuitus.*

8 ... *vnius Partis in prima instantia an possit defendere contrariam Partem in causa appellationis.*

9 ... *pro quibus personis teneatur gratis postulare, & an semper.*

10 ... *an possit cogi à Prætore ad præstandum suum patrocinium.*

11 ... *quemadmodùm non potest cogi, vt postulet pro suo inimico,ità poterit prohiberi, nè postulet contrà suum inimicum.*

12 ... *Vniuersitatis non tenetur in causis proprijs Ciuium postulare,nec contrà eos prohibetur.*

13 ... *consultus ab vna Parte an possit pro altera aduersa postulare,remissiuè.*

14 ... *vnius Partis si efficiatur hæres Aduersarij, vel aliter fiat Principalis in causa, in qua erat Aduocatus,potest licitè defendere contrarium eius, quod defendebat vt Aduocatus.*

15 ... *& Procurator si sint excommunicati non possũt alicui patrocinari,& Iudex tenetur illos repellere.*

1 PRO cognitione huius Rubricæ esset videndum,qualiter exercere debeat munus Aduocati in ipso actu postulandi, quod pulchrè,& elegantèr explicat *Matienz. in dialog.Relator.& Aduocat par.2.c.2.* & quo-
2 modò se gerere debeat Aduocatus,nè peccet, latissimè demonstrat *Alà de offic. Aduocati* per *quæst.* 101.& plura etiam tangit *Marchisell.quæst.21.*& lætissimè *Gregor.syntagm.iur.vniu.lib.40.cap.6.* & no-
3 ta,quòd Aduocatus postulando pro suo Cliente in fine sui dicti debet semper breuitèr repetere, quæ dixit,secundùm *glos.in §.fin.in verb.dictum est, in auth.de defensorib.* Alia obseruanda ab Aduocato explicat *Borrell.de Magistrat.edict.lib.3.cap.1.* Illud
4 tamen est præcipuum, vt *l.* antequàm det suum consilium,videat veritatem,illam perquirendo, & studendo,vt pulchrè tradit *Andr.in cap.1.in fin.de contr.inter dom.& empt.*& ex his,quæ respectu iudicis iudicare debentis dixit *Andr.ibid.n.5.in fine*
5 resultat,quòd si Aduocatus fecit diligenter quantum in se est,quia studuit, per se examinauit processum,deliberando cum alijs, non omisit quicquã de solitis,& consuluit, proùt communitèr in similibus Iudices iudicare solebant,si fortè postea appareat aliud de subtilitate iuris, vel verba processus alitèr in facto possent intelligi, non videtur ad aliquid teneri,& nota illa verba *Andr.* ibi, *per se exa-*
6 *minauit processum*,nam & Iudex, & Aduocatus debent examinare processus per se ipsos, & non per Scribas,aut Alumnos, quod an hodiè obseruent,
7 ipsi viderint,& nota, quòd postquàm Aduocatus seruatis seruandis semel suscepit patrocinium, tenetur vltrò venire ad causam,& illam defendere, etiam non requisitus,quandò scit,Clientem sua defensione opus habere,ità *Specul. in tit. de Aduocat. §.obijcitur.num.26.Abb.consil.49. volum.2. Felin.in cap.si autem, num.4. vers.* & *istis adde, extrà de rescript.*aliàs sufficit,si sit paratus,quotiescunquè fuerit requisitus,vt ex distinctione *glos. in l.1. §. Diuus Seuerus,in verb.repeti, ff.de var.& extraord. cognit.* Quod est verum durante prima instantia, in qua susceptus fuit Aduocatus,secùs autem in causa appellationis, quam non tenetur defendere inuitus, secundùm *glos.in cap fin.in verb.appellationis*, circà
8 *prin.de testib.& attest. n.6.* Immò Aduocatus vnius Partis in prima instantia potest defendere contrariam Partem in causa appellationis, si credendum est *glos.in l.fin.ff.de postul.*sed dubito de hac *glos.*& in omnem euentum honestius est abstinere, vt tradit *Sebast.Medic.de legib.par.3.quæst.20.num.8. vers. limitatur hoc*, tu vide *Peregr.de priuileg.Fisc. lib.7. tit.2.n.10.*qui refert opinionem *Guglielm.de Cun.* tenentis,quòd sit tergiuersator, & per leges Hispaniæ est expressè prohibitum, *l.13.lib.2.tit.16.noue recopil.*vbi *Azeued.*

9 Item pro quibus teneatur gratis postulare, explicat *Marchisell.q.27.*scilicèt pro pauperibus, tàm in graui,quàm in extrema necessitate,de superfluo tamen,quandò suis non patrocinatur causis, & quòd
10 possit cogi Aduocatus à Prætore,vt præstet suum patrocinium,voluit *glos.in l.1.in princ. in verb. non habebunt,ff.de postul.* verùm tamen Prætor debet cauere in hoc casu,nè faciat, vel inimicum iuuare, vel contrà amicum postulare, vt eadem *glos.* aduertit per *text.in l.humanitatis, C.de excus. tut. Bonad. lib.3.cap.14.*sub *num.16.per tot.* & quemadmodùm
11 Iudex non debet cogere Aduocatum, vt postulet pro suo inimico,ità poterit prohibere Aduocatum, nè postulet contrà suum inimicum, ità optimè fun-

dat *Aluar. Valasc. consult.* 124. *tom.* 2. *Gabed. dec. Lusit.* 214. *num.* 8. & 10. *par.* 1. & quot modis appelletur Aduocatus in iure, docet venustè *Matienz. vbi supra par.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. qui etiam latè differit de laudibus Aduocati *p.* 1. *c.* 7. & *c.* 9.

12 Illud est certissimum, quod Aduocatus alicuius Vniuersitatis non tenetur præstare suum patrocinium Ciuibus particularibus eiusdem Vniuersitatis in causis ptoprijs, neque prohibetur postulare contrà illius Ciues particulares, ità *Coras. in l.* 1. *num.* 44. ibi, *quæ omnia aliàs inducebam, & num. seq. ff. de seruitut.*

13 Sed datur casus, in quo Aduocatus consultus ab vna Parte tenente iustum salarium præstare, & concurrente fraude ipsius posset pro altera aduersa postulare, *Gutierrez lib.* 1. *pract. quæst. q.* 30. Illud tamen est indubitatum, quòd si Aduocatus vnius
14 Partis efficiatur hæres Aduersarij, vel alitèr euadat Principalis in causa, in qua erat Aduocatus, potest licitè defendere contrarium eius, quod defendebat tanquàm Aduocatus, *text.* est in *l. vlt. ff. eo. can. infamis, §. erit* 3. *q.* 7. & notauit *gl. in c.* 2. *§ fi. de Procur. in* 6. *in verb. eius*, explicat latiùs *Ant. Gabr. comm. opin. lib.* 3. *de rer. alien. concl.* 2. *num.* 7. cum *seqq.* Alia ad hanc rubricam pertinentia posui *in rubrica infrà de*
15 *Procurat. num.* 55. & tàm Aduocatus, quàm Procurator si sint excommunicati non possunt alicui patrocinari, & Iudex tenetur illos repellere, *cap. decernimus. & ibi gl. in verb patrocinãdo. de sent. excomm. in* 6. Sed multas indignitates, quas exercent aliqui Aduocati huius nostræ tempestatis increpat *Bouad. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 58.

l. si quis. C. de postul. & in *Const. Aduocator*, quæ est inserta *in pragm.* 21. *supra de Offic. Sacr. Conss.* vbi aliqua dixim, in qua pactione quæ pœna sit à iure com-
2 munis statuta, latè differit *Menoch. de arbitr. Iud. lib.* 2. *centuria* 8. *casu* 522. asserens, esse pœnam priuatio-
3 nis officij aduocationis, & patrocinij. Sed cæteræ pactiones erant permissæ, vt in *l.* 1. *C. de suffrag.* hodiè verò sunt omnimò prohibitæ per hanc pragmaticam, quam tamen limitabis, non procedere, si post actam causam interueniat aliqua ex huiusmodi
4 promissionibus, per *text. in l.* 1. *vers. si verò post causam ff. de variis, & extraordinarijs cognit.* Quid autem, si causa fuerit transactione finita? vide *Præs. de Franch. decis.* 264. qui admittit pro rata seruitij, *Bouadill. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 63. *vers.* Però admittit pro salario, & pro alijs limitationibus adde *Polyd. Rip. obseruat.* 65. scilicet, in pacto rei non litigiosæ, vel si tempore contractus non patrocinetur, *Alà de offic. Aduocat. quæst.* 12. admittit pactum pro palmario tantum, siue vincat, aut succumbat, sed non de quota rei, etiam minimæ, qui in *quæst. seq.* declarat, quòd
5 Aduocatus, qui fecit pactum de quota litis, & vicit, possit tuta conscientia exigere, aut retinere summam conuentam, *Sanchez cons. moral. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 42. *& lib.* 6. *cap.* 7. *dub.* 9. Alia reperies apud *Farinac. practic. crim. par.* 2. *quæst.* 106. Salarium verò qualitèr debeatur Aduocato, vide *Conflit. Hac edictali, Menoch. de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 6. *casu* 513.
6 vt in ciuilibus vsque ad centum, in criminalibus vltrà constitui potest, si non fuit constitutum, Iudicis
7 arbitrarium erit. Verùm si Aduocatus dimisit litem indiscussam tempore substantiali, & periculi imminentis, nihil habebit de salario, etiam pro tempore præterito, quo patrocinium præstitit, ità pulchrè determinat *Bald. in l.* 3. *C. locat. num.* 13. nisi causa mutaretur de vno loco ad alium, nàm ipse non tenetur tunc patrocinium præstare, ità *glos. in l. sed & hæ personæ. §.* 1. *in verb. Tribunali, in fin. ff. de Procur.*
8 Vel nisi esset necesse exire Prouinciã, putà si esset necessarius accessus super faciem loci, quia similitèr non tenetur, iuxtà *glos. in l. vnic. C. de suffrag. & ibi Doctor. in glos. fin. in fin.* & de differentia harum pactionum vide *Bouad. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 68. *in fi. vers. aduertam*, qui æquiparat. Est tamen notandum, quòd
9 vt Aduocatus, vel Procurator debeat consequi salarium sibi promissum, sufficit, quòd sit paratus præstare patrocinium, quoties fuerit requisitus, *Farinac. dec.* 839.

De Postulando. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pactio de quota parte litis tantùm tàm de iure communi, quàm de iure Regni erat prohibita.*
2 *Pœna quæ sit à iure communi statuta in dicta pactione de quota parte litis.*
3 *Pactiones quædam de quota parte litis à iure permissæ per hanc pragmaticam omninò sunt prohibitæ.*
4 *Promissio de quota parte litis non prohibetur, si post actam causam interueniat, & quid si fuerit transactione finita, & de alijs limitationibus ad hanc pragmaticam.*
5 *Aduocatus qui fecit pactum de quota litis, & vicit, an possit tuta conscientia exigere, aut retinere summam conuentam, remissiuè.*
6 *Aduocato qualitèr debeatur salarium.*
7 *Aduocatus si dimisit litem indiscussam tempore substantiali, & periculi imminentis, nihil habebit de salario, etiam pro tempore præterito, quo patrocinium præstitit, nisi causa mutaretur de vno loco in alium, vel si esset necessarius accessus super faciem loci, num.* 8.
9 *vt consequatur patrocinium sibi promissum quid præstare tenetur.*

EStendo peruenuto, &c.

Aduocati, Procuratores, Sollicitatores, & Agentes non possunt pacisci, nec recipere promissiones, aut quæcunq; pacta inire cum Clientibus super lite. H. D.

1 Hæc pragmatica fuit satis necessaria, nàm tàm de iure communi, quàm de iure Regni hùc usq; erat prohibita tantùm pactio de quota parte litis, vt

De Præscriptionibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Præscriptionis materia, remissiuè.*
2 *Præscriptio an interrumpatur, vel suspendatur, quid differat, remissiuè.*

1 AD generalem cognitionem huius rubricæ est videndus *Tiraq. in tract. de præscript. Balb.* in consimili *tract. de præscript.* & in *repet. in l. Celsus, ff. de vsucap.* nonnulla scitu digna congerit *Villad. lib.* 10. *for. indic. tit.* 1. *in rubr.* & signanter *num* 46. cum
2 *seqq.* vbi declarat differentiam, quæ consideratur, an præscriptio interrumpatur, vel suspendatur, recensendo casus, in quibus suspenditur, & dormit præ-
A scriptio, & quos effectus producat in materia feudali, explicat *Reg. de Curt.* in suo *diuers. iuris feudor. par.* 1. *cap.* incip. *declarata igitur, n.* 70. cum *seqq.* vsq; ad *fin. fol. nihi* 72.

AD.

ADDITIO.

ADominus *Franciſcus Balb. de præſcrip. in ſecunda part. 6. part. principalis, verſ. nunc deuenio ad 2. par. num. 1.* declarat, quòd tunc præſcriptio dicitur dormire, cùm iam fuit inchoata, ſed propter aliquod ſuperueniens impedimentum ſuſpenditur, & dormit, & eo caſu, ſublato deindè impedimento, expergiſcitur præſcriptio, tempuſq; præcedens cum ſequenti coniungitur, ac continuatur, ſublato de medio tempore impedimenti, & ſomni, & perficitur præſcriptio, & allegat *gloſ.* mirabilem ad hoc probandum in *l. ſicut, in ver. ſeruanda ſunt, C. de præſcrip. 30. vel 40. annor.* (quæ tamen loquitur in caſu impedimenti ſuperuenientis propter minorem ætatem, quo caſu dicitur dormire, nàm de cœtero in alijs caſibus interruptionis tempora non iunguntur, ſed opus ſunt integra tempora, nouiq; anni præſcriptioni conſtituti *d. l. in princip.* ibi *& exindè noui viginti anni intercefferint, ſine interpellatione, C. de præſcript. long. tempor. decem, vel 20. ann. & l. nec bona*, C. *eod.* quæ infra allegat eadem *gloſ. in d. l. ſicut, in ver. ſeruanda ſunt.*)

Idemq; *Franciſc. Balb. in 3. par. 6. part. princip. ver. expedita ſecunda par.* ſub *num.* 1. dicit, quòd tunc dicitur, præſcriptionem interrumpi, cùm iàm fuit inchoata, & aliquod ex requiſitis ad inducendam præſcriptionem deficit, ità quòd tempus præcedens cõquaſſatur, & opus eſt illam de nouo inchoare ex integro, & erit neceſſarius integrus idem curſus temporis, qui primò requirebatur, ex *Panor. Imol. Paul. de Caſtr.* & alijs.

Concludit ergò *Balbus*, quòd quandò præſcriptio dormit propter impedimentum, quod ſuperuenit, ſublato impedimento continuatur tempus præcedens cum ſequenti, ſublato tantùm de medio tempore, quo durauit impedimentum, & perficitur præſcriptio, nec opus eſt illam de nouo ex integro inchoare. Quandò verò præſcriptio interrumpitur per defectum alicuius requiſiti ipſius præſcriptionis, vtpurà quia cepta præſcriptione deficit poſſeſſio, vel bona fides, aut iuſtus titulus, tunc tempus conquaſſatur, & non coniungitur præcedens cum ſequenti, & opus eſt de nouo præſcriptionem inchoari, *l. ſi ædes 31. §. libertus, ff. de ſeruit. vrban. prædior.* ibi *interpellata vſucapio eſt, is autem, qui eaſdem ædes poſtea poſſidere cœperit, integro ſtatuto tempore libertatem vſucapiet.* Quæ ſanè interruptio fit duobus modis, naturaliter ſcilicèt, & ciuiliter, naturaliter ſuccedit, quandò deficit vnum de requiſitis ad ſubſtantiam præſcriptionis, vt eſt ſuprà dictum. Ciuiliter verò cùm per actum ciuilem interrumpitur præſcriptio, vtpurà per citationem, per litis conteſtationem, & alios, prout declarat *Balb. in d. ver. expedita ſecunda par.* ſub *num.* 2. & 3. qui in *ſecunda par. 6. part. princip.* aliquos enumerat caſus, in quibus dormit, non autem interrumpitur præſcriptio.

Primus eſt caſus, in tempore ſcilicèt hoſtilitatis, & belli ſeuientis: tunc enim præſcriptio non currit, ſed dormit, finita tamen hoſtilitate tempus ſequẽs continuabitur cum præcedenti, & ſic ſubducto illo tempore, quo durauit hoſtilitas perficietur præſcriptio, *cap. ex tranſmiſſa, de præſcript. & can. prima actione 16. quæſt. 3.* vbi *DD.* & tradunt *Bart. num. 22.* & alij in *l. naturaliter, ff. de vſucapion. Alex. conſ. 81. num. 7 lib. 5. Burſat. conſ. 81. num. 18. volum. 1.* & alij, quos recenſet *Balbus ibi*, ſub *num.* 2. qui concluſionem iſtam ampliat, vt procedat etiam finita hoſtilitate, & bello, dicens, quòd contrà Populum hoſtilitate deſtructum non currit præſcriptio, ex *Bald. conſ. 358. volum. 1.*

Secundus caſus eſt in tempore peſtis, quandò eſt tanta, vt Iudicis copia haberi non poſſit, nec ius reddatur, *Bart. in d. l. naturaliter, num. 23. ff. de vſucap. Panorm.* & cæteri in *d. cap. ex tranſmiſſa, & l. ſed etſi per Prætorem, ff. ex quibus cauſ. maior.* nàm valet argumentum de bello ad peſtem, cùm ſit peſtis bellum Diuinum, *Balbus ibidem d. num. 5.* Et hoc etiam caſu præſcriptio dormit, quàmuis ceſſante peſtilentia expergiſcitur, & tempora iunguntur ad præſcriptionem perficiẽdã; iuxtà ſupradictorum *DD.* ſententiam, quæ duas habet declarationes, alteram, quandò ius non redditum fuit propter defectum Iudicis ex cauſis prædictis. Alteram verò, dummodò actor doceret, ſe voluiſſe agere, & non potuiſſe propter cauſas prædictas, vel aliquam ipſarum, & ità *Balb.* declarat in *loco* ſuprà citato.

Qui ſanè caſus, etſi aliquam fortè pati poterant difficultatem de iure ciuili, prout refert *Bart. in d. l. naturaliter*, ſub *num. 22 ff. de vſucap. in ver. certè de præſcriptione*, attamen eos extrà ſcrupulum poſuit *Regia pragmatica* 1. hoc *titul. de Præſcript.* ſtatuens, vt legitima præſcriptio currat etiam tempore belli, vel peſtis, niſi eam excludere volens probauerit, ſe abſentem fuiſſe à loco, vbi iudicium agitari debebat, & vbi peſtis, vel guerra viguit, vel ſi fuerit præſens, probauerit, quòd Tribunal Iudicis adiuit, & ius ſuum conſequi non potuit, quia ius non reddebatur, iuxtà declarationem *Balbi*, qui nonnulla adducit ad huius *Pragmaticæ* materiam.

Ioannes Laganarius.

ADDITIO.

De Præuentione moderanda. Rubrica.

IN hoc titulo nihil addi, nihilq; dici poteſt, vniuerſam enim præuentionis materiam copioſo tractatu præuenit, rem què omnem eleganti ſtylo, acuto ingenio, ſolidiſq; doctrinis explanauit *Dom. Ioannes Iacobus Anchinus* vir ſanè eruditus, ac ſatis in iuris diſciplina verſatus, ſufficiat ergò remiſſio ad tantum Virum.

Ioannes Laganarius.

De Præuentione moderanda. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 Ritus, *de quo ſit hic mentio qui ſit.*
2 *Præuentio, quæ poteſt fieri coràm quocunque Iudice, an idcircò ſit correctus* Ritus 190. *prohibens præuentiones fieri in alijs Tribunalibus, quàm in M. C. V. remiſſiuè.*
3 *Clericus præueniens eius creditorem in Curia ſæculari an teneatur ibi præſtare cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam, remiſſiuè.*
4 *Fideiuſſio, de qua hic, eatènus venit præſtanda, quatènus Pars aduerſa illam petierit.*
5 *Fideiuſſio, de qua hic, vtrum debeat omninò præſtari in loco iudicij, vel ſufficiat, ſi præſtetur in loco domicilij.*
6 *Pragmaticæ huius pro perfecta cognitione plura, remiſſiuè.*

MAlitijs, &c.

Præuentiones non fiant, nisi præstita cautione de soluendo debitum, & pœnam. H.D.

1 *Ritus*, de quo fit mentio in hac pragmatica est *Ritus* 189. secundùm ordinem *Carauitæ*, sed dùm in hac pragmatica præsupponitur, prœuentionem posse fieri coràm quocunquè Iudice, an propterea sit correctus *Ritus* 190. qui prohiber, has præuentiones fieri in alijs Curijs, quam in Magna Curia Vic.

2 *Carauit. ibi num.* 1 *in fin.* dicit, fieri in omni Curia, sed si clericus præueniat eius creditorem in Curia sæculari, tenebitur ibi præstare hanc cautionem, pro debito, *Minad. decis.* 4. respectu pœnæ non fuit decisum.

3 Fideiussio autem hìc præstanda eatènus erit necessaria, quatènus Pars aduersa illam petierit, secùndùm *Cauens. hic num.* 4. cui addo *Frecc. de præsentatione instrumentorum, par.* 9. *quæst.* 3. sed omninò est videndus *Marant. cons.* 31. *Surd. dec.* 57. qui contrarium defendunt, *Carau. rit.* 189. *n.* 4. cum *seq.*

4 An autem hæc fideiussio debeat omninò præstari in loco iudicij, vel sufficiat si præstetur in loco domicilij, *Cauens. hic num.* 3. tenet contrà *Afflict. in dec.* 137. *Frecc. de præsent. instrum. p.* 9. *q.* 4. tenet, esse præstandam in loco iudicij cum *Afflicto* ipost citationem, secùs antè.

5 Et plura ad perfectam cognitionem huius pragmaticæ vide per *Eundem* in eadem *parte nona* per quamplures quæstiones, & *Franc. Ant. de Iud. Rober. de liquid. Instrum. consider.* 4. *nu.* 59. cum *seqq. Bernard. Pand.* in consimili *tract. part.* 4. *declarat.* 19. post *Afflict. dec.* 31. & 137.

De Priuilegijs infrà annum exhibendis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius pro validitate, & intelligentia, remissiuè.*
2 *Pragmatica ista an sit conformis iuri communi.*
3 *Priuilegio vtens priuatus antè intimationem illius factam Iudici ordinario qua pœna puniatur.*
Fallit in priuilegio concesso de plenitudine potestatis, vt num. 4.
4 *Prorex non potest lapso anno dispensare huic pragmaticæ, licèt possint expediri supracartæ à Regia Maiestate.*

QVia ad nostrum, &c.

Priuilegia obtenta à Rege exequutorientur in Regno infrà annum. H.D.

Concordat cum prima parte huius pragmaticæ alia pragmatica hanc confirmans *suprà de citationibus pragm.* 4. Pro huius tamen pragmaticæ validitate vide annotata per *Bald. in l. vniuersa, C. de prec. Imp. offer.* & pro intelligentia vide omninò *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *in c. quis dicatur Dux, in Allegi. pro Regente Albertino, vers. nec etiam refragatur, n.* 68.

2 Et quòd sit conformis iuri communi, patet ex traditis per *Iacob. Rebuff. in l.* 1. circà *princ. vers. hic est,*
3 *C. de apoch. publ. lib.* 10. vbi etiam ait, quòd priuatus vtens priuilegio antè intimationem illius factam Iudici ordinario, punitur pœna *l. fin in fin. C. de aquæductu, lib.* 11. & post *quintum notabile* citat ad hoc *text. in §. eas autem, in authent. de tollator.* Addo *Barbat. cons.* 26. *num.* 13. *volum.* 2. vbi *num.* 15. propè *fin.*
4 limitat in priuilegio concesso de plenitudine potestatis, facit optimè *text. in l. ea, quæ, in princ. C. de temp. in integr. rest.* vbi *Bal. num.* 3. & idem *Bal. in l.* 1. *C. vt lit. pend. Cassan. cons.* 39. *nu.* 69. & 70. & *Io. Ant. Bellon. cons.* 38. *num.* 10. vbi etiam *num. seq.* probat ex eod. *text. in l. ea, quæ, in princ.* quòd huiusmodi priuilegia non tribuunt ius, nisi à die exequutionis, seù interinationis, & interinata, seù exequutoriata, non præiudicant tertio, cui interim fuit ius quæsitum. Et nota illa verba, *quòd elapso anno nullius efficacia, valoris, & momenti existant*, nàm talis clausula importat latam sententiam, & inducit nullitatem ipso iure, ex cumulatis per *Gratian. discept.* 691. *tom.* 4. *num.* 2. & 3. licèt ad maiorem cautelam, & per viam decreti irritantis immediatè sit in *text.* expressius idem iuris effectus.

5 Sed lapso hoc anno Prorex non poterit dispensare huic pragmaticæ, verùm poterint expediri supracartæ à Regia Maiestate, vt per *Reg. de Pont. consil.* 3. *n.* 30. *lib.* 1. & *Frecc. vbi suprà.*

De Priuilegijs Vniuersitatibus concessis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista procedit in delictis, in quibus venit imponenda pœna relegationis, vel suprà eam in alijs delictis, in quibus imponitur pœna infrà relegationem alia obseruetur pragmatica.*
2 *Baro nouus, vel Princeps in nouo eius aduentu an teneatur confirmare suis nouis vasallis priuilegia à prædecessoribus concessa.*
3 *Priuilegia omnia antiqua, etiam si sint neglecta, debèt renouari in aduentu noui Baronis.*
4 *Confirmatio generalis non trahitur ad illicita.*
5 *Vniuersitas si sit in possessione alicuius priuilegij, de quo non ostendit titulum, an ex temporis diuturnitate titulus præsumatur.*
6 *Priuilegium, & præscriptio immemorabilis æquiparantur, & posito vno, ponitur & aliud.*
7 *Præscriptio vti sit alleganda, & deducenda in iudicio.*
8 *Titulus allegatus probabitur per præscriptionem.*
9 *Priuilegia possunt à Principe tolli, vel moderari ex causa, vbi sunt à se data.*
10 *Priuilegio abutens non perdit illud ipso iure, sed tenetur perdere, ac Principis erit æstimatio.*
11 *Priuilegium si tenderet ad noxam potest reuocari.*
12 *Priuilegium an tollatur per contrarium actum.*
13 *Vniuersitas habens priuilegium domanij an recipiendo Baronem sibi præiudicet.*
14 *Priuilegiorum confirmatio in forma specifica, vel in forma communi quandò inducatur.*
15 *Priuilegia siuè personalia, siuè realia quandò extinguantur, remissiuè.*
16 *Tertius possessor an teneatur obseruare capitulationem initam inter Baronem, & Vniuersitatem, per quam conceduntur Vniuersitati, & Vasallis aliqua priuilegia, quæ tendunt in præiudicium iurium feudalium, siuè circà iurisdictionem, siuè circà ipsum corpus, vel membra feudalia, & assensus Regius super illa impetratus habet clausulam restrictiuam, vt scilicèt ipsa capitulatio obseruetur, donec Terra ipsa durauerit in posse illius Baronis, & suorum hæredum simpliciter, vel etiam suorum hæredum, & successorum, vel potiùs licitè poterit à dicta capitulatione recedere tanquàm cessante assensu, siuè expirato, & n.* 32.

A noi

A Noi è stato presentato, &c.

Proceditur ex officio in delictis, non obstantibus priuilegijs concessis, quòd Parte remittente non possit procedi ex officio. H.D.

Vna cum *pragmatica sequenti*, per quam hæc renouatur.

1 Hoc intelligas in ijs delictis, in quibus venit imponenda pœna relegationis, aut suprà relegationẽ; in ijs verò delictis, in quibus venit imponenda pœna infrà relegationem, si accedat remissio Partis infrà triduum, obserua *pragm. 36. §. item se si fà querela di cosa & delitto, num. 49. suprà de offic. Magistr. Iustitiar.* quam esse seruandam iudicatum fuit per Sacrum Consilium cum magna sollemnitate in causa Vniuersitatis Neritoni cum eius Duce. Actuarius est N.

2 Sed pulchræ indagationis est, an nouus Princeps, vel Baro in nouo eius aduentu teneatur confirmare suis nouis vasallis priuilegia à Prædecessoribus concessa? & reperio, quòd *Iacob. Rebuff. in l. 2. num. 2. C. de Cùrialibus Vrbis Romæ, lib. 11.* per illum *text.* probat, quòd sic, & tenentur iurare de illis obseruandis. *Mata in proem. ad capitula Regni Siciliæ, num. 15. tom. 1. & cap. vlt.* scil. in *conclus.* eiusdem *tom. 1. num. 3.* faciunt tradita per *Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 6. num. 142.* sed hoc iuramentum non porrigitur vltrà priuilegia rationabilia, *Borrell. de Magistrat. edict. lib. 2. cap. 2. num. 30.* Immò quòd omnia priuilegia antiqua, etiam si sint neglecta, debeant renouari, voluit *glos. in auth. de hæred. & falcid. in 3 prima in verb. reparare*, sed generalia confirmatio non trahitur ad illicita, & alia, de quibus in *cap. 1. de iureiur. in 6.* secundùm *Alex. cons. 59. volum. 1. Dec. cons. 127. num. 3. Borrell. de Magistr. edict. lib. 2. cap. 2. num. 32.* & quid si Vniuersitas sit in possessione alicuius priuilegij, de quo non ostendit titulum, an ex diuturnitate temporis præsumatur titulus? *Tiraquell. de præscript. glos. 4. vers. vigesimò* dicit, quòd sic, ut hominem *Bald. cons. 311. lib. 1.* quod confirmatur ex illa regula, quòd priuilegium, & vetustas, idest præscriptio immemorialis æquiparantur, & posito vno, ponitur & aliud. *Andr. in l. Imperialem num. 50. de probib. feud. alien. per Feder. & ibidem in fine ac num. 52. vers. modò dicit, qui præscripsit,* 7 docet, quomodò sit alleganda, & deducenda in iudicio, nempè vt non allegetur ipsa præscriptio, sed 8 aliquis titulus contractus, puta donationis, titulus: 9 verò allegatus probabitur per præscriptionem, sed omnia priuilegia potest Princeps tollere, vel moderare ex causa, quandò sunt à se data, *c. 3. §. fin. & ibi gl. de immun. Eccl. in 6.* Nisi sit concessum ex causa onerosa. *Bardell. cons. 22. Thoming. cons. 32. vol. 1.*

10 Et propterea sequitur, quòd abutens priuilegio non perdit illud ipso iure, sed tenetur perdere, & Principis erit æstimatio *glos. pen. in fin. in cap. fin. de pœnit. & remiss. in 6.*

11 Et inter causas reuocandi est illa, si priuilegium tenderet ad noxam. *cap. 2. & ibi glos. in verb. reuocanda de concess. præben. in 6. cap. suggestum*, vbi *Doctor de decimis.*

12 Non autem per contrarium actum tollitur priuilegium, latè explicat *Andr. in l. Imperialem num. 48.*

13 vbi agit, quòd Vniuersitas, quæ habet priuilegium domandi, recipiendo Baronem, sibi non præiudicat.

14 Quandò verò inducatur confirmatio priuilegiorum in forma specifica, vel in forma communi, vide late *Ioseph. Sese dec. Arag. 93.* qui ait, vt sit in forma communi, quando non adest clausula, *de certa scientia*, vel fuit adhibita causæ cognitio, nec fuit inserta tenor, nec fuit secundus iussus; nec clausula, *quorum, & cuiuslibet eorum tenores habemus pro expressis.*

15 Quando verò extinguantur priuilegia, siue personalia, siue realia, habetur per *glos. & Canonistas* omnes in *c. priuilegium, de reg. iur. in 6.*

16 Quid autem dicendum sit de capitulationibus, quæ solent iniri inter Vniuersitates, & Barones, per quas conceduntur Vniuersitatibus, & Vasallis aliqua priuilegia, quæ tendunt in præiudicium iurium feudalium, siue circà iurisdictionem, siue circà ipsũ corpus, vel membra feudalia, & assensus Regij, qui super illis impetrantur, habent clausulam restrictiuam, scilicèt vt *capitulatio illa obseruetur, donec Terra ipsa duraverit in posse illius Baronis, & suorum hæredum simpliciter, vel etiam suorum hæredum, & successorum; verùm si modo aliquo dicta Terra aperiretur Regiæ Curiæ, assensus habeatur pro non præstito*, proùt est communis forma Regiæ Cancellariæ in præstatione huiusmodi assensuum; si postea accidat, quòd Terra prædicta exeat à manu, & posse dicti Baronis, & suorum hæredum, ex quo ad instantiam fortè creditorum dicti Baronis, siue suorum hæredum fuerit vendita sub hasta, & empta per alium tertium, an hic tertius possessor tenebitur obseruare dictam capitulationem, vel potiùs licitè poterit ab ea recedere tanquàm cessante assensu, siuè expirato, dùm Terra ipsa exijt à dominio, & possessione illius Baronis, qui concessit priuilegia, & suorum hæredum, vel potiùs tenebitur ad illorũ obseruantiam? hic casus est quotidianus, & accidit prima vice in causa Vniuersitatis Terræ Soreni cũ Octauio Caracciolo nouo emptore sub hasta, & me patrocinante pro Vniuersitate fuit decisum in fauorem Vniuersitatis, pro qua decisione libuit hìc per extensum imprimi facere meas Allegationes, quæ sunt huiusmodi.

RERVM SVMMA.

17 *Baro si prætendit aliquid aduersùs capitulationem cum Vniuersitate initam etiam ex defectu assensus, opus est iudicio, & declaratione per sententiam.*

18 *Possessio transfertur etiam ex actu nullo.*

19 *Lite pendente dicitur*, vti possideris, ità possideatis, *nec permittitur aliquid innouari.*

20 *Assensum præsumptum ex dispositione legis allegans non tenetur illum exhibere.*

21 *Protestatio in confirmatione sufficit ad conseruandũ ius, quod quis habet.*

22 *Confirmatio etiam absque protestatione, & assensus impetratus super ea, vbi opus non erat, in nihilo præiudicant.*

23 *Sequentia declarant præcedentia, & è contrà.*

24 *Clausula in assensu posita recipit interpretationem à iure, vt intelligatur secundùm naturam actus, super quo interponitur.*

25 *Assensus ligat omnes successores habentes causam à primo concedente, & assensus regulatur à contractu, & ipsius naturam assumit.*

26 *Venditio facta à Iudice dicitur facta à debitore.*

27 *Debitor remanet obligatus ad euictionem suæ rei venditæ sub hasta, seù adiudicatæ creditori.*

28 *Clausula, pro se, & hæredibus, & successoribus incidit, non tantùm successores vniuersales, sed etiã particulares.*

29 *B.tro modernus per emptionem ab eo factam an potuerit aequirere maius ius, quàm habeat ſuus prædeceſſor.*

30 *Tranſactionis exceptio, quæ cohæret feudo obligato cum aſſenſu, omni iure obſtat etiam ſingulari ſucceſſori.*

31 *Succeſſor ſingularis, vti eſt emptor, non poteſt prohibere, quæ prior poſſeſſor non poterat.*

ALLEGATIONES.

QVæritur in lite vertente inter Vniuerſitatem Terræ Foreni, & Octauium Caracciolum modernum Baronem ſuper nonnullis grauaminibus dependentibus ex contrauentione capitulationis initæ inter eandem Vniuerſitatem, & Barones prædeceſſores, an lite pendente Baro teneatur obſeruare dictã capitulationem?

Pro Barone duo allegantur. Primum, quòd dicta capitulatio, quatènus tangit feudalia, egebat aſſenſu, qui licèt fuerit impetratus, tamen conceſsio fuit facta ad tempus tantùm, nempè durante dicta Terra in poſſe Portiæ Villanæ tunc Baroniſſę, ſuorumq; hæredum, quòfit, vt cùm hodie Terra prædicta exierit à poſſe dictæ Baroniſſæ, & ſuorum hæredum, vtiquè aſſenſus expirauit, & ceſſante aſſenſu, capitulatio corruit, hæc quòad capitulationem anni 1560.

Alterum verò, quòd quatènus eſſet attendendus aſſenſus impetratus in anno 1576. ſuper confirmatione eiuſdem capitulationis facta per Marium Cicerum tũc Baronem, licèt ille aſſenſus habeat clauſulam ampliorem, nempè, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus*, tamen intelligitur de ſucceſſoribus vniuerſalibus tantùm, non autèm de ſucceſſoribus particularibus, prout eſt ipſe modernus Baro, qui nec habet cauſam ab vltimo Barone poſſeſſore, ſed emit ſub haſta, mediante decreto S. C. ad inſtãtiam creditorum prædeceſſoris.

Sed his non obſtantibus affirmo, etiam hunc modernum Baronem teneri ad obſeruantiam dictæ capitulationis, ſiuè attendamus ordinem, ſiuè attendamus iuſtitiam negotij.

17 Quòad ordinem non eſt in aliquo dubitandum, cùm verum ſit in facto, tempore litis motæ Vniuerſitatem fuiſſe, & eſſe in poſſeſsione, ſeù quaſi capitulationis, & quicquid prætendat Baro aduersùs capitulationem, etiam ex defectu aſſenſus, opus eſt iudicio & declaratione per ſententiam, *Andr. in cap. Imperialem, §. illud, colum. 5. num. 68.* cum *ſeqq.* vſquè ad *num. 71. verſ. item quæritur, de prohib. feud. alienat. per Feder. Ann. in repet. Conſt. Conſtitutionem diuæ memoriæ, nu. 271. verſ. ſed licèt.* Interim tamen Vni-
18 uerſitas non eſt turbanda in eius poſſeſsione, quæ transfertur etiã ex actu nullo, *l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de*
19 *acq. poſſ.* & lite pendente dicit *Iureconſ. vti poſſidetis, ità poſſideatis, l. 1. & tot. tit. ff. vti poſſid.* nec permittitur quicquàm innouari, *tot. tit. ff. nil innovar. appell. pend. & extrà vt lit. pend.* cum ſexcentis aliis, prout in ſimili caſu capituli conceſsi per Baronem Vniuerſitati Catularum ſuo aſſenſu conſuluit, & obtinuit *Io. Vinc. Anna allegat.*

Quòad iuſtitiam, illa quoq; non parum eſt pro Vniuerſitate; nàm hæc capitulatio licèt fuerit bis confirmata à Baronibus modernioribus pro tempore exiſtentibus; nempè in anno 1560. & 1576. Tamen habet originem ſatis antiquiorem, ſcilicèt ab anno 1472. quo tempore erat Baro Vrſus de Vrſinis Dux Aſculi, à quo tempore iàm lapſi ſunt centum anni, & longè plures, & ſic dicta capitula-
20 tio eſt vallata aſſenſu Regio præſumpto ex diſpoſitione legis, quem allegauit, & iterùm Vniuerſitas allegat, & non habet opus illum exhibere, ex traditis per *Frecc. lib. 1. ſubfeud. author. 1. quæſt. 28. in fin. num. 5. Afflict. in cap. 1. verſ. angaria, quæ ſint regal. Reg. Lanar. conſ. 94. num. 15.* cui quidem aſſenſui præſumpto ex tanti temporis præſcriptione noluit Vniuerſitas, ſibi aliquod præiudicium afferri per confirmationem factam à Barone in anno 1576. proùt expreſsè proteſtata fuit Vniuerſitas in cor-
21 pore ipſius confirmationis, & talis proteſtatio ſufficit ad conſeruandum ius, quod habebat, ad regulam *l. non ſolùm, §. morte, ff. de non oper. nunc.* Vltrà
22 quòd etiam abſquè proteſtatione illa confirmatio, & aſſenſus impetratus ſuper eo, vbi opus non erat, in nihilo præiudicant, & ſunt verba ſuperflua, ſicut in ſtipulatione, *Arma, virumq; cano, Andr. in c. 1. §. ſed nec alia iuſtior*, poſt *n. 3. quæ ſit prima cauſ. benef. amitt. Reg. de Pont. conſ. 93. n. 8. lib. 1.*

Sed quatènus deeſſet aſſenſus legis, non tamen deficit aſſenſus hominis impetratus, tàm in anno 1560. quàm in anno 1576. & vterq; eſt ex omni ſui parte validiſsimus, & obligat quemlibet ſucceſſorem, non obſtantibus allegatis per modernum Baronem.

Nàm quatènus primo loco allegat, aſſenſum anni 1560. fuiſſe ad tempus, ſcilicèt durante dominio Terræ in poſſe tunc Baroniſſæ, & ſuorum hæredũ, iudicio meo, longè fallitur, nàm dicta clauſula non excludit Barones ſucceſſores, qui haberent cauſam ab eodemmet Barone contrahente, ſed eos tãtùm qui haberent cauſam à Regia Curia poſt deuolutionem ei factam ex linea finita, vel alia cauſa, vt ſunt formalia verba aſſenſus immediatè ſequentia, ibi, *verùm ſi modo aliquo dicta Terra aperiretur Regiæ Curiæ, dictus aſſenſus haberetur pro non præſtito,*
23 & ſequentia, non eſt dubium, quòd declarant præcedentia, & è contrà *l. ſi ſeruus pluribus, §. fin. & ibi Doctor. ff. de leg. 1. Iaſ. in l. ſi ità ſcriptum, num. 12. ff. rod. l. 3. §. filius inter medias, ff. de liber. & poſthum. l. 1. C. de lib. præter. l. talis ſcriptura, in princ. ff. de leg. 1. cap. ſecundò requiris, extrà de appell.* Dùm enim dicta clauſula fuit inuenta ad euitandum præiudicium Regij Fiſci, & intereſſe, ſiuè præiudicium Fiſci ceſſat, donec, & quousquè Terra deuoluatur ad Regium Fiſcum, & interim parum, aut nihil refert Fiſco, quòd Terra ſit penès vnum, vel alium. Baro-
24 nem, vtiquè dictaclauſula recipiet interpretationem à iure, vt intelligatur ſecũdùm naturam actus, ſuper quo interponitur, *l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. vt leg. nom. cuneat.* & argumento *l. cùm equiliana, ff. de tranſact. l. ſed & ſi. ff. ſi quis caut.* videlicet aſsó-
25 ſus ligat omnes ſucceſſores habentes cauſam à primo concedente, proùt ipſe contractus ligat omnes ſucceſſores, à quo contractu regulatur aſſenſus, & ipſius naturam aſſumit, *Reg. de Pont. conſ. 64. nu. 50. lib. 1. & n. 24.* dicit, quòd intelligitur, proùt ius intelligit, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. auth. 1. q. 2. n. 14.*

Quatènus verò ſecundo loco allegat, ſe non eſſe ligatum ex aſſenſu anni 1576. vbi ſolùm dicta clauſula, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus*, cùm non ſit ſucceſſor vniuerſalis, ſed particularis, & quòd nec etiam quàm habeat cauſam ab vltimo poſſeſſore, ſed à S. C. cuius authoritate, & decreto Terra prædicta fuit vẽdita, credo, quòd fallatur in duobus etiam longiſsimè fallatur.

Fallitur primò, dùm aſſerit se tertium emptorem ſub haſta

haſta authore Prætore non habere cauſam ab vltimo poſſeſſore, ob cuius æs alienum exoluendum dicta Terra fuit vendita, quia hoc dictum eſt contrà caſum legis expreſſum in *l.ſi ob cauſam, C.de euict.* per quem *text.* dicunt vbique *Doct.* omnes, q
26 venditio, quæ fit à Iudice, dicitur facta à debitore ipſo, *Præſ.de Franch. dec.*200. *num.*4. *Theſaur. dec.* 157. poſt *num.*11. *Neguſ.de pignor.* 5. *par.*3. *memb.n.*7.
27 *in fin.* adeò vt ipſe debitor remaneat obligatus ad euictionem ſuæ rei venditæ ſub haſta, ſeù adiudicatæ creditori, vt in *d.l.ſi ob cauſam* expreſsè diſponitur, & propterea quantùmuis emerit ſub haſta authore Prætore, non poteſt negare, quin ipſe habeat cauſam à Mario Cicero vltimo poſſeſſore, cum quo fuit in ita capitulatio, ſeù capitulationis confirmatio cum aſſenſu Regio iàm impetrato.

28 Fallitur ſecundò, dùm præſupponit, illam clauſulam, *pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus* includere ſolùm ſucceſſores vniuerſales, non autèm particulares, quia hoc ſimiliter eſt contrà caſum legis in *l.fluminum*, §. *adijcitur, ff.de damn.infect.* vbi ad literam dicitur, appellatione hæredum, & ſucceſſorum contineri non ſolùm, qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed & eos, qui in rei tantùm dominium ſucceſſerint, ad idem eſt alius *text.in l.final. ff.de excep.rei iudic. l.*1. §. *illud, ff.quorum legator. l. etiam, ff.de iureiur.*

Sed quicquid ſit de his clauſulis, Ego credo, quòd vis negotij circà iuſtitiam non conſiſtit in efficacia harum clauſularum, ſed in videndo, nùm modernus Baro per emptionem ab ipſo factam acquiſierit maius ius, quàm habuerit eius prædeceſſor in hoc feudo? nàm ſi non acquiſiuit, nec potuit acquirere, vtiq; hæc diſputatio friuola eſt, quia modernus Baro, non poterit dilatare fimbrias vlteriùs, quàm ſuus prædeceſſor dilatauerit.

29 Et quòd hoc vltimum ſit verum, quòd .ſ. non potuerit acquirere maius ius, quàm habebat ſuus prædeceſſor, in promptu eſt.

Tùm quia ex primo errore Partis ſuperiùs detecto conſtat, quòd ipſe nouus emptor, quàmuis emerit authore Prætore, habet tamen cauſam ab ipſo vltimo prædeceſſore, & poſſeſſore, quia ille dicitur vendidiſſe, & non Prætor, & proindè non potuit plus iuris in ipſum transferre, quàm ipſe prædeceſſor habebat, *l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur.* & appoſitiſſimus eſt *text.in l.ſi ſuperatus, in fin.* ibi, *non enim, quòd ille non habuit, ſed quòd in ea re, quæ pignori data eſt debitor habuit, conſiderandum eſt, ff. de pignorib.* Frece. in propriis terminis *lib.*2. *ſubfeud. author.* 1. *queſt.*12. *num.*12. *verſ. vel hoc ſpectari debet*, vbi in feudo adiudicato vxori pro dote ſibi debita à marito feudatario, inquit, eſſe ſpectandum, quid teneberet maritus, cum illius conditionis debeat eſſe ſucceſſor, cuius erat prædeceſſor, neq; ipſe plus iuris potuiſſet in alium transferre. Tùm etiam, quia quàdò ipſe Octauius fecit oblationem pro emenda Terra prædicta, obtulit illà emere eò modo, & forma, & prout, plenius, & meliùs tenuit, & poſſedit, ſeù potuit tenere, & poſsidere dictus eius prædeceſſor, qui certò certius eſt, quòd poſsidet illam, cum dicta capitulatione, nec poterat meliùs tenere, & poſsidere, dùm ſtante aſſenſu Regio non poterat ab ea diſcedere; quò fit, vt ſi dictus Marius vltimus poſſeſſor non poterat dictam capitulationem non obſeruare, nequaquàm ipſe modernus Baro, qui non habet plus iuris, poterit eam non obſeruare.

Præſertim, quia dicta capitulatio, & confirmatio habita ab vltimo poſſeſſore non proceſſit per viam gratuitę conceſsionis, ſed per viam tranſactionis, & ſic per viam contractus vtrò, citroquè obligatorij, cùm illius contemplatione Vniuerſitas conceſſerit Baroni nemus magnę capacitatis, & plurium fructuum in locis domanialibus, ius furnatici, etiam in furnis particularium, annuos ducatos 12. prò ſalario luratorum, ius prelationis in iuriſdictione ſecundarum cauſarum, & portulanię, & ius quartarię.

30 Pro cuius tranſactionis obſeruantia Baro obligauit etiam bona feudalia, & ſucceſsiuè ipſammet Terram, quam tunc poſsidebat, propter quod in omnibus contentis in tranſactione obſtabat Baroni prędeceſſori exceptio tranſactionis, quę quidèm exceptio cùm cohęreat rei, ſcilicèt ipſi feudo obligato cum aſſenſu pro obſeruantia tranſactionis, omni iure obſtabit etiam ſingulari ſucceſſori, vt eſt *text.* ad literam in *l.in hoc iudicium*, §. *fin.* ibi, *quarè emptor quoquè communi dividundo agendo eadem exceptione ſubmouebitur, qua author eius ſubmoueretur, ff.comm.divid.* & in *l.idemquè, in fin.* ibi, *ſed exceptionem aduersùs emptorem locum habere, ff.pro ſocio,* & optimè reſtituunt *Dyn.in reg.*15. *qui in tus, verſ. item contrà ſingularem ſucceſſorem, de regul.iur.in* 6.

31 Immò quòd etiam ſingularis ſucceſſor, vt eſt emptor, non poſsit prohibere, quę prior poſſeſſor non poterat, apertè ſtatuit *Imper.in l.*3. *C.de ſerv. & aqu.*

32 Ergò non eſt vllo modo dubitandum, quin Octauius ipſe nouus Baro, etiam vti ſucceſſor particularis teneatur ad obſeruantiam huiuſmodi capitulationis, prout ità fuit iudicatum die ... Martij 1605. referente tunc Regio Conſiliario Marco Antonio de Ponte, nunc verò poſt expletum munus Regentis in Supremo Italię Conſilio apud Catholicam Maieſtatem dignisſimo Preſide huius S.C. Caſtri Capuanę. Actuarius eſt N.

De Procuratoribus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Procuratorum munus in quibus conſiſtat, & qui Doctores de eis verba faciunt, remiſſiuè.*
2 *Procurator ſecundùm aliquos vilis, & infamis reputatur.*
3 *Doctores, & Licentiati procurationis munus ſubeūtes ſecundùm aliquos etiam infames ſunt.*
4 *Doctores in Animoſis degentes, & alij nobiles exercentes officium procurationis nō ſunt exempti à cōtributionibus in ſubſidijs Delphinatus, nec nobiliter viuere iudicantur.*
5 *Procuratoris officium de per ſe nō eſſe infame, latè defenditur, & n.*9. 18. *&* 23.
6 Tex. in l. ſi quis procurationem, C.de decurion. lib. 10. *intellectus.*
7 *Facultates propriæ alicuius patrimonium ſignificant.*
8 *Obſecundare propriè eſt, non audere contradicere mandatis alicuius.*
10 *Procuratores qui dicantur.*
11 *Poſtulare quid præſeferat.*
12 *Procuratores ſunt ſimiles Aduocatis, hinc Procurator dicitur Aduocatus, & Aduocatus dicitur Procurator, de larga quidem ſignificatione.*
13 *Infamia quibus ex cauſis alicui irrogetur, remiſſiuè.*
14 *Procurator prauaricator in aliqua cauſa effectus, fit infamis.*
15 ... *eſſe non poteſt infamis.*
16 *Ius canonicum, quandò eſt expreſſum, & ciuile dubiū,*

atten-

attenditur canonicum etiam in foro seculari.
17 Text. in §. fin. Instit. de except. sensus.
19 Doctor, vel nobilis absq; præiudicio Doctoratus, & nobilitatis procurationem potest exercere.
20 Pœnarum distinctiones non cadunt, nisi inter nobiles & ignobiles.
21 Viles, & infames ad doctoratum non possunt admitti.
22 Aduocatus bonus esse nequit, nisi prius versatus fuerit in officio Procuratoris, saltim pro habenda cognitione praxis forensis.
24 Procuratores in Tribunalibus Ciuitatis Neap. non admittuntur ad illud munus exercendum, nisi facto examine præcedat approbatio S.C. eiusq; Spectabilis Præsidis, prout obseruatur etiam in Supremis Tribunalibus Gallia.
25 Procurationis mandato etiam non exhibito quilibet in possit comparere vti Procurator alterius, & acta per eum, & cum eo facta an sint valida, late distinguitur.
26 Procurator si fuit ab initio admissus absque mandato, vel cum mandato minus sufficienti, & Pars non contradixit, ac postmodum in cursu processus opponatur ei de mandato, an interim eo non producto sit supersedendum in causa, vel sufficiat, si Procurator præstet cautionem de exhibendo mandatum, remissiue.
27 Contractus celebratus à falso Procuratore vti differt à contractu facto à falso Nuncio.
28 Procurator constitutus à patre vti legitimo administratore in causa filij absq; eiusdem filij interuentu an dicatur legitimus Procurator.
29 Acta per falsum Procuratorem nullitèr facta an per ratificationem Domini principalis possint conualidari.
30 Ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato, siue antè, siue post sententiam superueniat, & sufficit etiam tacita ratihabitio, n. 31.
32 Procurationis mandatum licèt in actis non appareat, si litis Dominus videns suam causam agi per falsum Procuratorem non contradicit, creditur de eius voluntate interessisse.
Procurationis mandatum non præsumitur etiam post spatium mille annorum, nu. 33. vbi plures præsumptiones habiti mandati adnectuntur.
Substituendi facultas non continetur sub promissione, habendi ratum quicquid, &c.
Procurator potest interdum tacitè, non autem expressè reuocari.
34 Procurator semel in causa constitutus an possit ad nutum reuocari.
35 ... post litem contestatam non potest reuocari, nisi cum causa.
Salarium an debeatur Aduocato reuocato sine causa.
36 Procurator substitutus an possit reuocari, & quando substituens teneatur de culpa substituti.
37 ... constitutus à tutore, an finita tutela remaneat Procurator.
38 Procurationis mandatum factum ab Administratoribus Vniuersitatis, an finito illorum officio expiret.
39 Procurator constitutus à Prælato in lite sua Ecclesiæ, morte Prælati etiam post litem contestatam desinit esse Procurator.
40 ... alicuius Vniuersitatis vt legitimè constituatur, quid erit agendum.
... constitutus à solo Priore Monasterij est persona legitima ad agendum.
41 ... constitutus ad agendum tenetur etiam defendere suum Principalem, qui esset reconuentus in eodem iudicio, in quo ipse est actor.
42 ... constitutus ad negotia, vel ad exigendum etiam, nulla facta mentione de iudicijs, potest agere, & defendere in iudicijs.
43 ... acceptans mandatum simpliciter non potest amplius illud renunciare.
44 ... etiam postquam cœptum est agi de meritis causæ Doctor efficitur non cogitur interuenire amplius vt Procurator.
45 ... ex quibus coniecturis reuocatus censeatur.
46 ... censetur reuocatus, si post constitutum vnum Procuratorem in vna causa, constituatur alius, nisi exprimat se nolle primum reuocare, quod limitatur in re fiscali, & intelligitur in eadem causa, non in diuersis.
47 ... dicitur reuocatus, si postea constituatur alius etiam post litem contestatam, nisi primus Procurator contradicat.
48 ... primus per secundum reuocatur, etiam si secundus Procurator nolit acceptare, idq; intelligitur, modò talis reuocatio perueniat ad notitiam Partis, & Iudicis.
Procuratoris reuocatio quomodò facienda.
49 Procurationis mandatum licèt morte mandantis re integra expiret, hoc tamen multis limitatur modis.
50 Procurator potest constitui ad vnum tantùm articulum, & etiam vsq; ad certum actum, cum expressa tamen prohibitione, alias non impediretur, etiam si sit constitutus ad certum actum.
51 Procuratoris constitutio potest fieri etiam per literas priuatas, seù per epistolam.
52 Religiosus Procurator efficitus cum potestate substituendi non potest substituere absq; licentia Prælati.
Procurator inhabilis an possit habilem substituere.
Procuratoris substituti mandatum non expirat per mortem substituentis.
Substitutionis mandatum parùm refert, si explicetur per verbum, constituo, vel substituo.
53 Procurator an dicatur legitimè constitutus, si in mandato procuratorio non sit descriptum nomen Procuratoris, sed relictum vacuum, seù album, in quo nomen Procuratoris describi valeat.
54 ... vel Aduocatus duorum in diuersis causis, si tractu temporis contingat, quòd isti duo litigant inter se, pro quo Cliente patrocinari teneatur, & vti fungere debeat.
55 ... vel Aduocatus effectus Principalis, vtpotè si manserit hæres Aduersarij, potest impunè defendere contrarium eius quod defendebat tanquàm Procurator, vel Aduocatus.
55 ... stipulans tàm in iudicijs, quàm in contractibus, quam actionem acquirat Domino, remissiue.
57 ... cum quo est lis contestata, potest prosequi iudicium tàm agendo quàm defendendo, etiam mortuo Principali.
58 Hæres defuncti, qui constituit Procuratorem cum quo fuit contestata lis in vita, non est citandus in prosequutione iudicij post mortem.
59 Verba sententiæ, quæ sunt proferenda in iudicio prosequuto cum Procuratore, cum quo fuit lis contestata in vita defuncti, quomodò sunt concipienda.
60 Hæreditate adita per hæredem est in electione actoris, sine rei, vel procedere ad victoriam in causa cum Procuratore constituto à defuncto, cum quo fuit lis contestata, vel citare hæredem, & quando citat hæredem, non est opus citare illum Procuratorem.
61 Procurator simpliciter constitutus ad causas aliquas indefinitè, censetur constitutus etiam ad futuras.

61 ... con-

62 ... *conſtitutus ad cauſas deuolutas in aliquo Tribunali cenſetur conſtitutus etiam ad deuolucndas.*

63 ... *generaliſſimè conſtitutus cum clauſula*, ad omnes poteſtates, & facultates eidè Procuratori meliùs viſas, *habetur, ac ſi eſſet ſpecialiter cõſtitutus.*

64 ... *generalis poteſt prohibere Procuratorem ſpecialem, nè vlteriùs ſe intromittat in negotio ſpecialiter ei per priùs à Domino commiſſo, concurrente tamen legitima cauſa, & non aliter.*

65 ... *poteſt reuocari, non obſtante quacunq; clauſula.*

66 ... *non poteſt appellationi expreſsè renunciare, abſq; ſpeciali mandato.*

PRocuratorum materia adeò frequens, vſitata, & quotidiana eſt, vt *Schrad. de feud. tom. 2. part. 10. ſect. 18. in prine.* delectatus fuerit
1 longa ſerie ſigillatim recenſere ſingulos Doctores, qui de ijs verba faciunt, & in quibus eorum mutuus conſiſtat, latè explicat *Greg. ſyntagm. iur. vniuerſ. lib. 49. c. 4. & 5.* Sed quia

Quidam temerè conſueuerunt aſſeuerare, quòd
2 omnis Procurator eſt vilis, & infamis, adducti ex *text. in l. ſi quis procurationem, C. de decurion. lib. 10.*
3 & hanc regulam adeò veram eſſe affirmant, quòd indè inferant, Doctores, & Licentiatos, qui procurationis munus ſubeant, eſſe etiam infames, vt per *Io. Fabr.* in § *fi. in fin. verb. Inſt. de except.* vbi *Aret. colum. 2. verſ. aduertas*, & ſequitur *Tiraquell. in tract. de nobil. cap. 30. num. 1. in fin.* idem voluit *Guid. Pap. deciſ. 388. num. 5. in fin.* qui propterea ſubdit
4 *ibid. num. 6.* Doctores in Auinione degentes, & alibi, qui exercent officium procurationis cum aduocatione, hinc indè per Curias diſcurrendo, non eſſe exemptos à contributionibus in ſubſidijs illius Delphinatus, & hoc ipſum verum eſſe putauit in omnibus cæteris nobilibus, qui exercent officium procurationis, quod vile reputatur, & propterea non iudicantur nobiliter viuere, vt in *dec. 89.*

Ego pluriès, atq; pluriès hæc omnia mecum animo reuoluendo, adeò prorsùs à veritate aliena illa reputaui, vt non dubitauerim, facilè mihi futurum contrariam ſententiam defendere.

Audaciter igitur affirmo, nedùm, quòd officium
5 Procuratoris de per ſe non ſit infame, ſed quòd infamis non pòt eſſe Procurator ex diſpoſitione iuris.

Quòd ad primum moueor ad id dicendum, quòd communis aſſeueratio nulla lege fulcitur, nec aliqua, vel colorata ratione, *text.* enim in *d. l. ſi quis pro-*
6 *curationem*, tantùm abeſt, vt probet id, ad quod omnes præcitati *Doctores* illum adducunt, vt potiùs pateat, non loqui quicquam de Procuratore ad lites, ſed tantùm de Procuratore ad negotia, vt voluit *Odoffr. & Bart.* in *d. l. ſi quis procurationem*, & clariùs ipſemet *Tiraquell.* in *d. cap. 30.* in *prine.* vel potiùs de Procuratore patrimonij, qui vulgò *Maiordomo* appellatur, vt optimè aduertit *Couarr. pract. quæſt. cap. 29. nu. 5. verſ. quod verò deciſum eſt*, & hanc vltimam interpretationem probant mihi expreſſa verba *tex.*
7 ibi, *facultatum ſuarum*, facultates enim propriè patrimonium alicuius ſignificant, *l. qui ſe patris, C. vnde liber.*

Item alia verba eiuſdem *l. in fin.* ibi, *ſeruili obſecu-*
8 *tione* id ipſum expreſsè ſuadent, nam obſecundare eſt propriè non audere contradicere mandatis alicuius, vt patet ex *text. in l. 1. C. de apparit. proconſ. lib. 12.* maximè adiuncta illa dictione, *ſeruili*, quod non poteſt verificari in Procuratore ad lites, in quo nulla ſeruitus, aut obſecundatio voluntatis Domini conſideratur, niſi quatènus ex iuſta ſit, & legibus cõformis, & propterea experientia docuit, tales Procuratores, vt plurimùm, aduerſari voluntati Conſtituentium, dùm in his, quæ contra iuris ſenitas ſunt, eorum officium requiritur.

Hac igitur lege pro ea opinione ceſſante, & alijs
9 non adductis videndum eſt modò, nùm aliqua ratio ſaltim colorata id ſuadere poſſit, & meo iudicio, nulla pœnitùs, vel per figmẽtum quidèm effingi poteſt, ſi enim officium Procuratoris conſideramus, in
10 hoc nulla vilitas, aut infamia ſecerni poteſt, id enim conſiſtit in agendo, vel excipiendo in iudicio pro Domino, à quo quis conſtitutus eſt; multi enim, qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, per alios agunt, & conueniuntur, & hi Procuratores appellantur, ità probat *text. in l. 1. in fin. ff. de procurat.* circà quod miniſterium verſatur etiam officium Aduocati, horum officium eſt, poſtulare in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, poſtulare
11 autem eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui exponere, vel alterius deſiderio contradicere, *l. 1. §. poſtulare ff. de poſtuland.* Immò Procuratores ſunt adeò ſimiles Aduocatis, vt Procurator dicatur Aduocatus, & Aduocatus dicatur Procurator, ſecundùm *Specul. tit. de ſalar. §. nunc de procurat. num.* mihi 3. *verſ. ſed numquid*, quem ſequitur *Laſ.* in *rubr. ff. de procur.* in *princ. Aules* in *cap. 3. Prætor.* in *gloſ. Procuratores*, & in *gloſ. ſeq. num. 2.* idq; ſecundùm *Bart.* in *l. 1. in fin. C. mandat.* intelligitur de larga ſignificatione vocabuli, ſequitur *Rimin. iun.* in § 1. *Inſt. per quas perſonas nobis acquiritur, num. 92.* ſi igitur officium Aduocati non eſt vile, non video, cur officium Procuratoris ſit vile, quod circà idem miniſterium verſatur.

12 Prætereà in iure noſtro ſunt expreſſæ cauſæ, quibus infamia alicui irrogatur, vt *tot. tit ff. de his, qui not. infam. & C. ex quibus cauſ. infam. irrogat.* & tamen inter eas nullibi reperiri potui, quòd ex procuratio-
14 ne irrogetur infamia, niſi quis fuerit prævaricator in aliqua cauſa, vt in *l. atilletas, §. item prævaricator, ff. de his, qui not. infam.* qui quidèm caſus etiam Aduocatum comprehendit, *l. 3. §. quòd ſi Aduocato, ff. de procurator.*

Cùm igitur ex his pateat, huiuſmodi opinionem nulla lege, aut ratione fulciri, meritò illa temeraria eſt reputanda, & tanquàm temeraria prorsùs reijcienda, aliter enim ſi Doctori aliquid ſine lege, aut ratione aſſerenti credendum eſſet, mihi quoq; credendum putarem, dùm Ego affirmo, quòd ipſi potiùs id perperàm aſſeuerantes ſint infames, licèt ad hoc probandum nullam legem, & rationem afferã; hæc quòad primum aſſumptum.

Quòd verò ad ſecundum, quòd ſcilicèt infamis
15 non poſſit eſſe Procurator, mouent me ad id affirmandum duo iura ſatis expreſſa, nempè *text. in can. 1.* & in *can. 2. 3. quæſt. 7.* dùm in primo dicitur, *infamis perſona Procurator eſſe non poteſt, nec cognitor*, & in ſecundo, *infames non poſſunt eſſe Procuratores, vel Patroni cauſarum*, & licèt *Io. Faber, & Aret.* in *§. fin. Inſt. de except.* & *Doctores* omnes in *l. 1. §. hoc edicto, ff. de poſtul.* hæc duo iura intelligant, procedere de iure canonico, non autem de iure ciuili, quod fuit de mente *gloſ. in d. cap. 1.* tamen quia, vt ſuperiùs demonſtratum eſt, de iure ciuili non eſt *text.* aliquis, nec ratio concludens, quæ hoc probet, hæc differentia inter ius canonicum, & ciuile non eſt
16 admittenda, immò cùm habeamus iura expreſſa in iure canonico, & de iure ciuili ſit dubium, eſt attendendum ipſum ius canonicum, exploſa omni dubietate ipſius iuris ciuilis, etiam in foro ſeculari,

pro-

proùt magiſtraliter declarat *Abb.* in *cap.1. extrà de nou. oper. nunc.* & proſequitur *Venuſin.* in 3. *par.* ſui *ſpec.n.*73. cum *ſeqq.*

Nec obſtat *text.* in §. *fi. Inſt. de except.* qui videtur
17 probare contrarium, ſiquidem ille *text.* procedet in eo, qui non eſt notoriè vilis, & infamis, ſecùs autem ſi eſſet notoriè infamis, vt declarat *Ioa. Faber ibi*, & cęteri ſequuntur, & ratio eſt expreſſa in *text.* nè teratur tempus in probanda hac exceptione infamię, infrà quod poſſet expediri cauſa principalis.

Quod vltimum quatènus pateretur aliquam difficultatem, quòad rem meam attinet, ſufficit, quòd
18 primum aſſumptum ſit verum, quòd ſcilicèt non ex hoc, quòd quis exerceat officium Procuratoris, ſit vilis, & infamis, vt ſuprà probatum eſt, quo aſſumpto vero exiſtente, erit etiam veriſſimum, quòd non per hoc Doctor, vel aliàs Nobilis efficiatur vilis, & infamis per ſimplex exercitium Procuratoris, quia contrà *Guid. Pap.* determinauit expreſsè *Caſſan.* in *conſ.*64. *num.*34. *verſ. ſed tantùm eſt quæſt.* in *fi.* vbi poſt relatas deciſiones *Guid. Pap. vt ſuprà*, ſubdit, *quæ tamen intelligenda ſunt, quandò vilis perſona ea exercet, quoniam talibus etiam permittuntur, ſed quòd faciant perſonas ea exercentes viles, & ignobiles, nequaquã*, idẽ clariſſimis verbis declarauit *Couarr. pract. quæſt. cap.*19 *num.*7. *verſ. ſed & idem reſpondendum eſt*; & validiſſimè fulcitur ex traditis per *Gutierrez* in beneficium nobilitatis Tabellionũ, *lib.*1. *pract. quæſt.*137.

Concludo igitur, quòd licèt de iure ciuili vilis, & infamis poſſit eſſe Procurator, tamen officium ipſum Procuratoris in ſe non eſt vile, & infame, ità vt nullo modo reddat vilem, & infamem illud exercentem, & propterea etiam Doctor, aut aliàs Nobi-
19 lis poteſt illud exercere abſque aliquo præiudicio Doctoratus, & nobilitatis, quam opinionem in indiuiduo probat mihi (ni fallor) *text.* in *l. ſi quis aliquid*, circà *fi. verſ. ſi quis inſtrumentum*, *ff. de pœn.* vbi diſponitur, quòd ſi Procurator ad lites prodetit Aduerſario inſtrumentum litis, conuictus de hoc delicto, ſi humilior ſit, damnatur in metallum, ſi honeſtior, relegatur in perpetuum, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet *Tiraq. conſ.* ſi ignobilis ſit, in metallum, ſi nobilis, in inſulam relegatur, cùm indubitatum ſit in iu-
20 re, has diſtinctiones pœnarum non cadere, niſi inter nobiles, & ignobiles, ex latè cumulatis per *Tiraqu. de nobil. cap.*26. *num.*108. cum *ſeq.* ergò ex hoc *text.* clarè patet, quòd officium, ſeù exercitium Procuratoris non derogat nobilitati, & hæc opinio videtur, iudicio meo, paſſim vſu recepta, tàm in Almo Collegio huius Fideliſſimæ Ciuitatis, quàm etiam in his
21 Supremis Tribunalibus, ſiquidem Almum Collegium paſſim ad Doctoratus gradum admittit Procuratores, qui ſi eſſent per hoc viles, & infames, de iure non poſſent admitti ad Doctoratum, vt declarat *Bart.* in *prima Conſt. Codicis*, *num.*11. *verſ. & ideò dico*, & eſt expreſsè prohibitum in priuilegio erectionis dicti Collegij per *Reginam Ioannam II.* conceſſo.

Et in Regijs Tribunalibus Aduocati etiam graniores, & ſeniores non dedignantur Procuratoris munus exercere, & ſic vtroq; munere, Aduocati ſ. & Procuratoris in eadem cauſa fungi, immò vix eſt,
22 vt experientia docet, quòd quis poſſit eſſe bonus Aduocatus, ni priùs in primis annis verſatus fuerit in officio Procuratoris, ſaltim pro habenda cognitione praxis forenſis, & hæc ſufficiant pro confutãda ràm praua opinione, quam aliquandò conſpexi in ore quorundam, qui licèt ſint doctorati, eos tamen pudet me Doctores appellare, quia nec vernacula lingua loqui ſciunt.

Addo, quòd pro hac mea opinione conſuluit
23 *Borgn. Cauale.* proùt *ipſe* nuperè à me viſus refert in *tract. de vſufruct. mulier. relict. num.*232. & idemmet *Borgn.* latè proſequitur in ſua *dec.*41. *num.*23. in *fin. verſ. tertiò minus obſtat*, cum *ſeqq.* in *prima parte*, & poſt harum primam editionem prodit in lucem *Tractatus Io. Bapt. Magonij* in anno 1602. cui nomen inſcripſit *Lucerna Iuris Moralis*, vbi *part.*1. *tit. de nobil. Cauſidic. exercit.* longè, latèq; defendit hanc meam opinionem per quinque capita, me tamen prorsùs tacito, & ſuppreſſo, & vtcunquè ſit ſummoperè gauiſus fui, quòd eundem zęlum detegendæ huius veritatis habuerim cum tanto Viro, & nouiſſimè dùm hæc prælo darentur peruenit ad manus meas liber editus in anno 1573. per *Cæſarem Coſtam* Maceratenſem, cui titulum inſcripſit, *Variarum ambiguitatum Iuris*, in *tres libros* diuiſus, in quorum *primo cap.*41. latè diſſerit hãc quæſtionem, & defendit hanc opinionem, quam Ego defendendam ſuſcepi, & tantò fortiùs illi adhærendum eſſe
A cenſui. Addo nunc *Andream* in *proœm. feud. num.*7. qui indefinitè dixit, quòd Cauſidici ſunt nobiliſſimi per *text.* in *l. prouidendum*, *C. de poſtul.* & ſic comprehendit etiam Procuratores, eandem opinionem diffusè defendit *Mancin. de iuram. part.*3. *art.*1. *num.*15. cum *ſeqq.*

Sed quicquid ſit in alijs Procuratoribus, certum
24 eſt tamen, quòd huiuſmodi vilitas omninò abeſt à Procuratoribus Tribunaliũ inclitæ Ciuitatis Neapolis, qui non aliter admittuntur ad tale munus exercendum, niſi facto examine præcedat approbatio Sacri Conſilij, eiuſq; Spectabilis Præſidis, vt in *pragm.*22. §. *Procuratorem*, *ſuprà de offic. Sacr. Conſil.* proùt in ſimilibus de Procuratoribus Supremorum Galliæ Tribunalium tradidit *Greg. Syntag. iur. vniu. lib.*49. *c.*4. *n.*5. & eiuſdem opinionis eſt *Paz* in ſua
B *prax. titul.*1. in 4. *annot. n.*46.

An autem quilibet poſſit comparere vt Procu-
25 rator alterius in iudicio, etiam non exhibito mandato procurationis, vel acta per eum, & cum eo facta ſint nulla? in hac quæſtione ex dictis per *Angel.* in *conſ.*292. in *fi. Paul. de Caſtr.* in *conſ.* 290. *colum. penult. volum.*1. *Bald conſ.*122. *colum.*1. *volum.*3. *Specul. tit. de Procuratoribus*, §.1. *verſ. ſed quid ſi receptum*, *Alex. conſ.*78. *colum.*2. *volum.*5. *Crauett. conſ.* 108. *Marc. abr. ab Anguillis conſ.* 22. *num.* 78. cum *ſeqq. Schrader. de feud tom.*2 *part.*10. *ſect.*18. *nu.*149. cum plurib. *ſeqq.* & ex *text.* in *l. licèt*, *C. de procur.* & in *l. licèt*, *ff. de iudic.* cum vtrobiq; traditis per *Doctor.* collige hanc diſtinctionem, quòd aut ab initio fuit oppoſitum de illegitimatione aduersùs talem aſſertum Procuratorem, & tunc tenetur exhibere mandatum procurationis, aliàs mandato non exhibito, omnia acta per ipſum facta ſunt nulla, etiam ſi verè eſſet Procurator, vt per *Caualer. dec.*357. *num.*6. & per *Farin. dec.*31. qui videtur requirere repetitionem proteſtationis in actibus ſubſequentibus, & iterùm *deciſ.*44. *num.*2. & *dec.*54. *num.*1. & quòd in quolibet actu requiratur oppoſitio, & proteſtatio, expreſsè fuit deciſum in *dec.*76. apud eundem *Farinac.* & *dec.*80. *nu.*4. *Corcin. dec.*28. 54. & 62. Quod limitatur, vt non procedat in cauſis pupillorum, quibus ſuccurritur per reſtitutionem in integrum aduersùs negligentiam Procuratoris circà exhibitionem mandati; idem *Farinac. dec.*79. idem dicas in cauſis omnium perſonarum miſerabilium, quibus de iure datur reſtitutio in integrum in iudicijs

ex

ex identitate rationis. Aut verò ab initio non fuit oppositum, sed fuit processum in causa cũ tali Procuratore, nullo mandato exhibito, & tunc, aut re vera is habebat mandatum, sed non curauit illud producere, fortè, quia Pars non institit, & tunc tenetur illud exhibere ad instantiam Partis, & ex tali exhibitione remanent valida acta quæcunq; etiam facta antè exhibitionem mandati, siuè dicta exhibitio fiat antè sententiam, siuè post, vel etiam in causa appellationis, *Gomes. dec.* 52. post *dec. Coccin.* quòd si re vera nullum habebat mandatum ab initio, & tunc acta per illum facta antè mandatum sunt nulla, tanquàm gesta per falsum Procuratorem. His nũc addo *Lancellott. de attent. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 7. *Grat. dec.* 105. *&* 106. *Minsynger. obseruat.* 80. *centur.* 5. vbi limitat, quandò ipsemet victus non opponit de mãdato, & prosequitur litem per se, vel per eundem Procuratorem, ac etiam si opponat, tamen eo præsente Procurator agit, præiudicatur Domino, *Coccin. dec. Rot.* 155. *Farinac. dec. cinil.* 1. post *Guid. Pap.*
26 *dec.* 173. sed quandò Procurator fuisset ab initio admissus absq; mandato, vel cum mandato minus sufficienti, & Pars non contradixerit, & postmodùm in cursu processus opponatur ei de mandato, an interim non producto mandato sit supersedendum in causa, vel sufficiat, si à Procuratore præstetur cautio de exhibendo mandatum? docet *glos. in cap.* 1. in *verb. absentia, vers. item si Procurator, de elect.* in 6. *Villadieg. in foro indic. lib.* 2. *tit.* 3. *&* 4. Hinc ex dictis in *cap.* 1. huius distinctionis introductum est in praxi, vt in ipso litis exordio opponatur exceptio illegitimationis personæ, vt non possit ad viteriora procedi, nisi præsentato mandato procurationis.

Quæ autem differentia sit inter contractum cele-
27 bratum à falso Procuratore, & contractum celebratum à falso Nuncio, docet *Bald. in l. multùm interest, num.* 7. vsq; ad *num.* 14. *C. si quis alteri, vel sibi*, quia gesta à falso Procuratore possunt ratificari, à falso Nuncio nequaquàm, quia deficit persona, voluntas, & potestas.

28 An autem Procurator constitutus in causa filij ab eius patre tanquàm legitimo Administratore absquè interuentu filij dicatur legitimus Procurator? vide *Paret. in §. pupillus, num.* 7. *Inst. de inut. stipul.* qui concludit propter opiniones tuitandas, vt vterque interueniat.

Verùm hic pulchra occurrit quæstio, vtrùm scili-
29 cèt in hoc vltimo casu, quandò acta sunt facta à falso Procuratore, qui nullum habebat mandatum, & sic sunt nulla, possint conualidari per ratificationem Domini principalis litis, cuius asseruit, se esse Procurator? In qua quidem quæstione Ego fui in opi-
30 nione, quòd sic, quia ratihabitio de iure retrotrahitur, & æquiparatur mandato. *l. fi. C. ad Macedon. cap. ratihabitionem, de reg. iur.* in 6. & est *text.* formalis de hoc in *l. licèt, §. falsus, ff. rem rat. hab.* & licèt aliqui, inter quos est *Cranett. d. cons.* 108. post *num.* 1. *vers. & præmissa intelligo*, tenuerit, *d. l. licèt* procedere, quandò ratihabitio superuenit antè sententiam, secùs si post, tamen receptior opinio est in contrarijũ, vt etiam post sententiam, siuè prò, siuè contrà ratihabitio operetur suum effectum, ac si ab initio mandatum intercessisset, iuxtà opinionem *glos. in l. si mater, §. hoc iure, in vers. deducit, ff. de except. rei iud.* & latè disputando concludit, in iudicando non esse ab hac opinione recedendum *Iacobin. in d. l. licèt, n.* 10. vsq; ad *fi. ff. de iud.* post *Bart. Bald. Angel. Anchar. Florian. & Imol.* ab ipso citatos, quos etiam sequutus fuit *Io. de Anan. cons.* 8. *num.* 49. *& Rot. Gen. dec.* 173. *num.* 14. *Guid. Pap. dec.* 320. & secundùm hanc opinionem iudicatum fuisse in Camera Imperiali attestatur *Andr. Gayll. pract. obseru. lib.* 1. *obser.* 47. *num.* 5. & cum ea pertranlit *Thesaur. dec. Pedem. 7.* propè *fin.* & pro indubitata admittit *Vant. de nullit. tit. vt. qual sint. & proces. null. defin. & repar. poss. num.* 105. *Bertach. in suo repert. in verb. ratificatio validat iudicium*, est tamen videndus *Mantic. de tacit. & ambig. conu. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 41. cum *seqq.* qui loquitur de actis factis cum Procuratore rea-
31 cato, immò quòd nedùm expressa, sed etiam tacitè ratificatio sufficeret, voluit expressè in proprijs terminis *Bellug. in Specul. Princip. rubr.* 41. *§. leges Regni, num.* 24. *in fi. &* 25. & videtur mihi *text.* punctualis in *d. l.* 3. *§. falsus, ff. rem rat. hab.* iuncta declaratione *Claper. in centur. causarum fiscalium, caus.* 12. *quæst.* 2. *num.* 10. sed pro contraria opinione est videndus *Fachin. lib.* 8. *controu. iur. cap.* 61. *Peregr. cons.* 97. *volum.* 3. *Minsynger. obseruat.* 43. *centur.* 1. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *c. fi. par.* 3. *§.* 2. *num.* 9. cum *seqq. Laurent. de Iudice suspecto, cap.* 6. *num.* 15. *& seqq.* tu vide *Bilocc.* optimè distinguentem in sua *allegat.* 4. post *tract. de absolut. iuram.* vt antè sententiam procedat ratificatio, secùs postea in causa appellationis antè oppositionem Partis.

Quicquid tamen sit de hoc, certum est, quòd si ex
32 actis constat, quòd Dominus litis videns, suam causam agi per illum falsum Procuratorem, non contradixit, creditur, de eius voluntate interuenisse, licèt in actis non appareat mandatum, ità notabiliter tradit *Innoc. in cap. ex parte Decani, num.* 2. *extrà de rescrip.* quem sequuti sunt *Affl. dec.* 308. *num.* 6. *vers. secundò*, ad idem *Ludou. dec. Perus.* 110. *num.* 11. *Muta in cap.* 22. *Sicil. num.* 59. *tom.* 1. *& Menoch. præsumpt.*
33 *num.* 7. *lib.* 2. aliàs regulariter mandatum non præsumitur, etiam post spatium mille annorum, vt tenet *Bald. in l.* 2. *C. si ex fals. instr. &* in *l.* 1. *num.* 3. *C. de reb. alien. non alien. Alex. in l. qui in aliena, in princ. num.* 1. *ff. de acqu. hæred. & cons.* 1. *volum.* 4. quos sequitur *Gramm. dec.* 103. *num.* 83. *Mastrill. dec.* 101. *num.* 30. *Boer. dec.* 274. *Loffred. cons.* 20 *num.* 8. *Affl. dec.* 345. *num.* 7. *& dec.* 368. *num.* 8. *in fi. Rot. Genuæ dec.* 92. *num.* 6. de cuius dicti veritate consulàs *Tiraquell. de præscript. glos.* 4. *vers.* 31. vsq; ad *vers.* 32. *Camer. Imper. dec.* 17. *num.* 136. cum *seqq.* sed pro limitatione videndus est *Curt. sen. cons.* 76. *Dec. consil.* 36. *num.* 8. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 13. qui distinguit duos casus. Primus, quandò nullius extat temporis cursus, sed de recenti est disputatio, & omnes tenent, mandatum, vel ad lites, vel ad alia negotia non præsumi, nisi in actibus, qui fieri non solent absquè mandato, vel quandò interuenit scientia, & patientia Principalis, vel tractatur de modico præiudicio, & damno, vel quandò enunciatur mandatum certi Notarij, in eo, qui soluit tanquàm Procurator alterius, vt reperat ab eo, vel si enuncietur in sententia Iudicis, vel quandò reperitur ad alterius vtilitatem scriptum ab eo, qui officium publicum gerit, aut si adsit præsumptio pro persona procuratoris, vel quandò comparens consueuit causas tractare, & constat, fuisse consignatas scripturas. Secundus est, quandò adest diuturnus temporis cursus, & tunc nec etiam præsumitur, etiam si sit facta Iudici, vel Exequutori, vel ad inducendam bonam fidem, nisi in instrumento antiquo, vel concurreret alia coniectura, vel in Vicario Episcopi, vel in ratificatione, vel in mandato, quod pro sui qualitate præsumitur, nec in sententia antiqua, nec in mandato de custodiendo, vel quandò concurreret quasi

pos-

poſſeſſio,vel quandò tractaretur de commodo allegantis,vel in mandato iudicis, vel Syndici,quandò negotium ſortitum fuit effectum ſuum ſciente Vniuerſitate, vel eſſet elapſum tempus opponendi, acta verò geſta cũ Procuratore,qui re vera ſit Procurator,ſed ipſe ignorat mandatum, erunt valida, vt decium per Rotam Romanam retert *Gomez. dec.* 51.ſic etiam acta facta per Procuratorem ſubſtitutum ab eo, qui habebat poteſtatem ſubſtituendi, non autem cum clauſula,*etiam antè litem conteſtatam*,erunt valida,etiam facta ante litem conteſtatam,*Caranit. Rit.* 107.in *ſecunda quæſtione*, poteſtas verò ſubſtituendi,ſi non ſit expreſsè conceſſa, non includitur ſub illa promiſſione habendi ratum quicquid fuerit geſtum ab eo, aut à ſubſtituendo ab eo,*Ann.ſingul.* 411. *Viſcont.* in *concl. Procurator conſtitutus*,circà *medium*,& de reuocatione Procuratoris tacita,vel expreſſa,quandò fieri poſſit, *Farinac.dec.poſthum.* 410. vbi dicit,quòd licèt Procurator dominus litis effectus non poſſit ſine cauſa expreſsè reuocari,ſecùs tacitè,etiam ſi ſecũdus Procurator nõ acceptaſſet mandatum,ſufficit tamen,ſi de mãdato Procuratoris conſtet, exhibendo illud,etiã poſt ſententiam, idem *Farin.dec.poſth.* 674.

Cœterùm,an Procurator ſemel in cauſa conſtitu-
34 tus poſſit ad nutum reuocari,& dicendum eſt,quòd non,poſtquam cœptum eſt tractari de meritis cauſæ,ità *Gemin.& Franch.* poſt alios in *cap. quamuis, de procur.* in 6.*Boer. dec.* 285. in *fi.* & eſt *text.* cum *gloſ.*aurea in *l. vnica*,in *verb.noluerit*, C.*de ſatisdat.*
35 & quòd non poſſit reuocari poſt litem conteſtatã, eſt *text.* in *l.antè litem conteſtatam*, cum *ſeqq. ff.de procurator.l.ſi pater tuus.C.mandat.* niſi cum cauſa, *Maſcard.de probat.concluſ.* 1014 *num.* 29. iuxtà *text.* in *cap.quamuis,de procurator.*in 6.*& l.filius, §. final.* cum *ll.ſeqq.* vſq; ad *l.ſed ex his,& l.poſt litem*, vſquè ad *l.quæ omnia,§.1.ff.cod.l.apertiſſimi*, C.*de iud.* niſi ipſe Procurator,& Pars aduerſa conſenſerint,*Paul. de Caſtr.* in *l.quæ omnia,num.*2.in *fi.ff.de procurat.Seraph.dec.* 195.in *princ.* qui etiam ſubdit, quòd de conſenſu Procuratoris non multùm curatur, nam eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, ſed operatur tantùm,vt pro conſeruatione ſuæ famæ cognoſcatur, an ſit iuſtè reuocatus,ſed iuſta cauſa reuocandi quæ dicatur,& an non obſtante reuocatione ſine cauſa ſalarium ei debeatur? *Coccin.dec.Ros.*288. dicit, vt relinquatur arbitrio Iudicis, & quandò reuocatio eſt iuſta,ſalarium non debetur. Procurator ſubſti-
36 tutus ab habente poteſtatem ſubſtituendi, ab eodem reuocari poſſet, ſi eſſet reuocans Procurator generalis,*Præſ.de Franch. dec.* 465. An ſubſtituens teneatur de culpis,& defectibus ſubſtituti? *Seraph. dec.* 759 *num.* 2.admittit deciſionem, ſeù diſtinctionem *Salyc.*in *l.quod quis,num.*13.C.*de procurator.* vt ſi poteſtas ſit indefinita,teneatur,ſecùs ſi ſit ſpecialis .ſ. ſubſtituendi Titium,& ideò erit optima cautela,ſi in inſtrumento exprimatur,cuius riſico ſit fa-
37 cienda ſubſtitutio,ſed Procurator conſtitutus à tutore,finita tutela remanet Procurator, vide eundem *Præſ.de Franch.dec.*466.*Muta* in *cap. Sicil.* 11. *num.* 54 *tom.*1.qui concludunt,quòad cepta tãtùm.
38 Quid verò in Procuratore conſtituto ab Adminiſtratoribus Vniuerſitatis, an finito illorum officio expiret mandatum ab eis factum?*Corn.in l.eius, qui in Prouincia.num.*8.*ff.ſi cert.pet.* dicit,quòd non,ſed ſe-
39 cùs in Procuratore conſtituto à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ,quia morte Prælati, etiam poſt litem conteſtatam deſinit eſſe Procurator,vt in *clem. fin. de procuratoribus*,latè *Roder.Suarez conſ.*10.*à num.* 12. *Gratian.diſceptat.*§ 12.*num.*11.*Mantic.dec.*213.*nu.*5.
40 ſed vt legitimè conſtitui poſſit Procurator ab Vniuerſitate,non ſufficit,quod ſit conſtitutus Procurator à ſolis Adminiſtratoribus,verùm requiritur ſolemnis congregatio,& exploratio voluntatis totius Vniuerſitatis,vt late explicat *Fant.de nullit. tit.de nullit.ex defect.inhabil. ſeu mand. num.*51. & 127. quod eſt de directo contrà doctrinam *Bart.* in *l.2. num.*8.*C.de decurion.lib.*10. vbi expreſsè ait, quòd ad conſilium Ciuitatis ſpectat facere electionem Officialium,& Syndicorum, & ſic non erit opus arenga,vel adunantia generali, & ſecundùm hanc *Bart.*opinionem plures iudicauimus in Sacro Conſili.Procurator verò conſtitutus à ſolo Priore Monaſterij eſt legitima perſona ad agendum, *Gomez. deciſ.*24.*lib.*1.

Et Procurator conſtitutus ad agendum, tenetur
41 etiam defendere ſuum Principalem, qui eſſet reconuentus in eodem iudicio, in quo ipſe eſt actor, vt eſt *text.*iuncta *gloſ.*in *verb. ad agendum*,in *cap.qui ad agendum*,eod.*tit.*in *ſexto*,*Muta* in *cap.*1.*Regn.Sicil.num.*15 *tom.*1.& ſi quis præſens, & tacens fuerit ab aliquo conſtitutus Procurator, non propterea cenſetur acceptaſſe mandatum,idem *Mut. ibid. cap.* 22.*num.*53.& Procurator conſtitutus ad negotia,
42 etiam nulla facta mẽtione de iudicijs poteſt agere & defendere in iudicijs,*cap.qui generaliter*, eod.*tit. lib.*6. Quid in Procuratore conſtituto ad exigendum,an poſſit conueniri ad lites? *Præſ.de Franch.*
43 *deciſ.*177.*num.*5.affirmat in actione reali.Et è conuerſo, ſi Procurator acceptat mandatum ſimpliciter,non poteſt amplius illud renunciare, vt in *clem. 1.de procurator.*Sed ſi Procurator conſtitutus ſufici-
44 piat gradum Doctoratus,etiam poſtquàm cœptum eſt agi de meritis cauſæ, non cogitur interuenire amplius vt Procurator,propter ſuperuenientem dignitatem,vt in *l.filiusfam.§.fin.*in *fi.ff.de procur.* Plu-
45 res autem coniecturas,ex quibus Procurator cenſetur reuocatus vide apud *Menoch. præſumpt.* 36. *lib.*2.*Maſcard.de probat. concluſ.* 1014. *volum.* 2. ſ.2. quandò Dominus aufert ſcripturas, quandò ob ſolam abſentiam conſtituitur,& Dominus reuertitur, vel ſi Dominus cauſam reaſſumpſit,vel orta eſt inimicitia inter eos,vel Procurator effectus eſt facinoroſus,vel per inſtrumentum reuocationis, ſeù literas,vel per teſtes, morte conſtituentis, te integra, morte mandatarij, vel ſi eſſet effectus monachus, aut in exilium miſſus,item ceſſante cauſa,ſi ſecundo loco conſtituatur idem Procurator cum aliqua ad-
46 ditione,etiam ſi non acceptauerit, & ſi poſt conſtitutum vnum Procuratorem in vna cauſa, conſtituatur alius,vt in *l.ſi quis.§.fi ff.cod.* & in *cap.ſi duo procuratores*,eod.*tit.*in *ſexto*,in *verbo ſimul*, ſed ſi eſſet ſub eadem data,vtrumquè mandatum vitiaretur, *Maſcard.loco* cit.*num.*25.niſi exprimat, ſe nolle primum reuocare,eadem *gloſ.*per *l.ſi pluribus*, *ff.de leg.* 1.quod limita,vt non procedat in re fiſcali, ſecundùm *Ann.allegat.*27.*num.*11.cum *ſeqq.*& vt procedat in eadem cauſa,non autem in diuerſis, vt per *Archid* in *c.licèt,de procur.* in 6.

Ampliabis tamen,vt procedat etiam poſt litem
47 conteſtatam,niſi primus Procurator contradicat,vt per *Sylueſtr.Aldobr.*ad *Dec.*in *cap.cæterùm, num.*16. in *verb.ſit,extrà de reſcript.*vbi habes alias declarationes in hac materia,& declara,vt dixi ſuprà *n.* 35.
48 in *fin.*Item amplia, etiam ſi ſecundus Procurator potuit acceptare,ſecundùm *gloſ.* in *d.cap.ſi duo procuratores*,in *verb.ſimul*,eod.*tit.lib.*6. & probatur

in

in *l.planè*,in *princ.ff.de legat.1.& Inſt.quib.mod. toll. obligat.§ præterea*,& admittunt *ibi*, licèt in *d.cap. ſi duo Procuratores* omnes *Canoniſtæ*, quod intelligas,dummodò talis,& quælibet alia reuocatio perueniat ad notitiam Partis, & Iudicis, aliàs nullius effectus eſt reuocatio, proùt declarat *gloſ.in cap.2. in verb.reuocari*,eodem *tit.in ſexto*, & in *clement.1. verb teneat,de renunciat.*quod tu latiùs proſequere diſtinguendo inter Procuratorem ad lites, & ad negotia,ſecundùm *Ioſeph.Seſe dec.Aragon.*81.vt .l. ad negotia ſufficiat generalis,ad certum locum publicè debet reuocari,ſimplicitèr generalis ad negotia debet certiorati de reuocatione, ſi eſt ſpecialis cum certa perſona, debet notificari etiam illi perſonæ, ad iudicia verò debet eſſe nota Iudici, Aduerſario, & Procuratori,vt valeat,ſi ſoli Iudici, vel Aduerſario fuit nota, valet, ſi ſoli Procuratori fuit nota, non valet in damnum Aduerſarij, ſi eſſet Procurator generalis ad lites, re integra ſufficit, vt notificetur ipſi,aliàs etiam perſonæ,cum qua fuit cœpta lis reuocatio debet notificari, & non ſufficit ſcientia aliundè, quandò reuocatio non tendit in præiudicium alterius poteſt fieri etiam re non integra,nec requiritur notificatio,latiſſimè,& pulcherrimè *Saguranus de Nigris* in *addit.ad Bal.in l.ſi mandaſſem,num.*1.cum *ſeqq.ff.mand.* vbi optimè totam hanc materiam enucleat,*Coccin dec.*364.

Viteriùs in hac materia aduertas, quòd licèt
49 morte mandantis mandatum procurationis re integra expiret,*l.mandatum,C.mandat.*id tamen limitatur multis modis congeſtis per *Bald.& Salyc.ibidem num.*16.& per *Zaſ.in l.eius,qui prouincia.n.4. ff. ſi cert.pet.* .l. niſi ſit proceſſum ad aliam oblationem vltrà mandatum,vel niſi tranſactum in obligationē vltrò,citroq; obligatoriam,vel mandatum eſſet vniuerſale, vel ſit conſequutiuum ex neceſſitate præcedentis actus,vel eſſet collatum poſt mortem, vel in actu participante duas naturas, vitæ, & mortis, vel viuente mandatore, licèt dominator moriatur,vel in Procuratore in rem propriam, fauore libertatis, vel piæ cauſæ,vel doris,vel mandans de neceſſitate teneretur,& ex eodem *Bald.* qui nihil ignorauit in *l.vinum.nu.*mihi 16.in *fin.ff.ſi cert.pet.*notabis, quòd
50 Procurator poteſt conſtitui ad vnum tantùm articulum,& eſt doctrina aureis literis ſcribenda: quia quandòq; fecit mihi magnum honorem in Collegio Aduocatorum,proùt poteſt etiam conſtitui vſq; ad certum actum,cum expreſſa tamen prohibitione,nè ad vlteriores actus procedat, aliàs abſq; prohibitione expreſſa non impediretur,etiam ſi ſit conſtitutus vſq; ad certum actum, vt per *gloſ.* in *cap.1. §.1.in verb.procurator,verſ.& hoc verum,de procur.* in 6.*Bart.in l.1.§.vlt ff.de procurat.Caſtrenſ.conſ.*104. *colum.1.lib.1.Tiraq.de retract.conuent.gloſ.2.nu.*45.
51 *verſ.& facit etiam*,quæ quidèm Procuratoris conſtitutio poteſt fieri etiam per literas priuatas, ſeù per epiſtolam,vt per *gloſ.*in *clem.1. in verb. vel literis,de procuratorib.*& quia multotiès vidi procurationes factas in perſonam alicuius Religioſi cum poteſtate ſubſtituendi, aduertas, quòd huiuſmodi Religioſus non poterit ſubſtituere ſine licentia ſui Prælati, vt in *clem.3.de procuratorib.* Et in quibus caſibus Procurator per ſe inhabilis poſſit ſubſtituere habilem,*Maſtrill.dec.*164.declarat,& dicit, quòd Nuncius,vel Procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi habilem cum clauſula *ex nunc,prout ex tunc*,vel cum poteſtate ſubſtituendi habilem,& certum,vel quandò fit inhabilis poſt conſtitutionē, vel quandò eſt conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi
52 ſimplicitèr,poſſit ſubſtituere, facta tamen ſubſtitutione,etiam ſi ſequatur mors ſubſtituentis, mandatum non expirat,*Gratian.diſceptat.*737.in *fin.*nec refert,quòd in actu ſubſtitutionis vſus fuerit verbo, *conſtituo*,& non *ſubſtituo*,*Coccin.dec.Rot.*62.*num.*4. & quælibet perſona Eccleſiaſtica non poſſet eſſe Procurator in Tribunalibus Laicorum, latè *Carol. de Graſſ.effect.cler.*11. nec Procuratores generales magni Viri,niſi in vno negotio,vel in cauſis proprijs, vel cauſa neceſſitatis,vel miſerabilium, vel amicorum ſtricta amicitia coniunctorum, Eccleſiarum, & coniunctorum,dummodò non ſint Clerici minores abſque beneficio, *Bellet.diſquiſ.cler. part.1.tit.de diſciplin.cler.*§.28.& de clerico exercente in vno negotio coniuncti officium Procuratoris *Caſtill.dec. Sicil.*113. poterit tamen ſubſtituere, dùm non eſt perſona omninò incapax,*Cald.de iur.emphyteut. lib. 2.quæſt.*5.*num.*50.cum *ſeqq.* Quid autem ſi in man-
53 dato procuratorio non ſit deſcriptum nomen Procuratoris,ſed ſit relictum vacuum, ſeù album, in quo nomen Procuratoris deſcribi poſſit,aut dicatur legitimè conſtitutus?explicat *Boer.dec.*274. decidēdo valere.

Nec etiam hic pigebit vnum dictum ſatis lepi-
54 dum,& curioſum adnotare, quòd ſi vnus eſt Procurator,ſeù Aduocatus duorum,tempore, quo nullam litem habent inter ſe,ſed litigant cum alijs tertijs perſonis,tractu verò temporis contingat, quòd hi litigant inter ſe ipſos,proùt multotiès contingit, tunc maximum dubium erit in Procuratore, ſeù Aduocato,quomodò ſe gerere debeat in hac noua cauſa cum vtroq; Cliente,dùm non poteſt vtriquè ſuam operam præſtare, ſed vni tantùm adhærere, valeat?in quo dubio aliqui fuerunt in opinione, quòd teneatur patrocinari pro Cliente antiquiori, vt refert *Cancer.lib.2.variet.ſol.*c.14.*qu.*9. alij dixerunt, quòd debeat patrocinari pro eo, qui fouet meliorem,& iuſtiorem cauſam, vt probat *Roman. conſ.* 47.*n.*2. Ac Ego tutiùs eſſe cenſeo, ab vtriuſquè cauſa abſtinere,ità vt vterquè prouideat ſibi de alio Aduocato,ſeù Procuratore in illa cauſa, & ità Ego ſæpe obſeruaui,dùm ſæpè ſæpiùs hic caſus mihi accidiſſet,ex ſimili tradito per *Bellet.diſquiſ. cler. part.*1. *tit.de diſciplin.cler.*§.27.*num.*22. Tu vt pleniùs valeas deliberare,vide quàmplurimos citatos per *Ceued.*in ſuis *collectaneis ſuper Decretal.* in *cap. intellecto*,in *fin.extrà de iureiur.* & tradita per *Moditium* in §.*Plebiſcitum,dubit.*170. *Otter.*nouiſſimè *diuerſ. qq.par.2.diſput.*31.

Et Procurator, vel Aduocatus, qui efficiatur
55 Principalis, putà quia remanſerit hæres Aduerſarij,poteſt impunè defendere contrarium eius, quod defendebat tanquàm Procurator, vel Aduocatus, *gloſ.*in *cap.2.*in *verb.eius,eod.tit.lib* 6.per *tex.* in *can. infamis,*§.*tria,q.*7.& in *l.vlt.ff.de poſtul.*dixi *ſuprà de poſtuland.*in *rubr.n.*14.

Quæ autem actio acquiratur Domino per Pro-
56 curatorem ſtipulantem,tàm in iudicijs, quàm in contractibus,vide *gloſ.*in *verb.poſſint acquirere* in *c.2. de vſur.*in *ſexto.*

Et quia *ſuprà* dixi *num.*35.& 47. quòd Procurator poſt litem cum eo conteſtatam non poteſt reuocari inuitus,eſt notandus alius effectus, valdè notabilis,qui inſurgit ex lite conteſtata cum Procura-
57 tore,nàm ſi Principalis, qui conſtituit Procuratorem antè litem conteſtatam,decedat poſt litem cōteſtatam cum Procuratore, non propterea expirat mandatum, ſed idem Procurator poteſt proſequi iudicium, tàm agendo, quàm defendendo, ſiuè

pro actore,siuè pro reo interueniat,vt est text.particularis in *Inulla dubitatio*,C. *de procurator.* & licèt Zas.in *l.in summa,num.7.& 8. ff.de re ind.* fuerit in
58 opinione,quòd adhuc sit citandus hæres de nouo, non quòd sit formandus cum eo nouus processus, sed vno verbo reperendo omnia acta , & actitata præhabiti iudicij, ponendo etiam formam prædictæ repetitionis,tamen eius opinio expressè reprobatur per *Frecc.lib.3.subfeud.tit.de differ. inter feuda ex pacto,& hæredit. differ.15.* dubitatio solum est inter *Doctores*,quomodo sint concipienda verba sē-
59 tentiæ,quæ posteà veniet proferenda cum eodem Procuratore,nam aliqui fuerunt in opinione, quòd condemnetur,vel absoluatur Procurator,vt Procurator defuncti,& hi sunt *Bart.in d.l. nulla dubitatio*, in *fin*qui reliquit cogitandum, *Bald.in l.1. C.de sent. & inter.omn.Iud.nu.9. Paul.* in *d.l. nulla dubitatio*, quam legit cum *l.procuratoribus,n.5. in fin. Siebard.* in *d.l.nulla dubitatio,in fin.*

Alij,quòd condemnetur,vel absoluatur Procurator vt Procurator hæredis,& hi sunt *Bal.in d.l.nulla dubitatio,in fin.Corn.ibid.in fin.*

Alij,vt Procurator hæreditatis, & hi sunt idem *Bald.ibid.& Corn.in fin.*

Alij,vt Procurator defuncti,& cuiuscunq; hæredis,vt *Salyc.ibid.in fin.*qui dicit,hoc esse tutius.

Alij demiquè,quòd condemnetur, vel absoluatur Procurator simpliciter,nulla mentione facta defuncti,neque hæredis,nec etiam hæreditatis, *Iason d.l. nulla dubitatio,in fin. Alexan.ibidem in fine* residet in hac opinione,& deniq; *Fulgos.in d.l nulla dubitatio*,quam legit cum *l.procuratoribus,in fin. verb.* dicit,quòd ipse non dubitat, possit concipi verba sententiæ in ipsum Procuratorem, non dico procuratorio nomine,sed in ipsum Titium,& tutiùs nō dubitat,posse ferri sententiam contrà ipsum Procuratorem nomine hæredis mortui, *Iacobin.* verò in *d.l. nulla dubitatio.num.4.& 5.*disputat articulum,& tādem distinguit,aut hereditas est adita,& potest cōdemnari procuratorio nomine hæredis, aut non est adita,& condemnetur simpliciter.

Nos autem in S.C.obseruamus,quòd condemnatur Procurator,cum quo est lis contestata, in damnum hæredum,teste *Præs.de Franch.dec.245.* & sic est approbata opinio *Bal.& Corn.in d.l.nulla, in fin.* dùm dicunt,quòd debet condemnari vt Procurator hæreditatis.

Est benè verum,quòd adita hæreditate per hære-
60 dem,est in electione actoris, siuè rei,vel procedere ad vlteriora in causa cum Procuratore,cum quo est lis contestata, vel citare hæredem in terminis , in quibus causa repetitur,& quandò citat hæredem, non est opus citare Procuratorem , cum quo fuit lis contestata in vita defuncti , nisi confirmetur Procurator ab hærede , & si hæres citatus constituit alium Procuratorem, cum hoc nouo Procuratore est procedendum,sin autem potest procedi cum eo in contumaciam accusatis contumacijs,& ità practicatur,sed si nullus appareat hæres, tunc non est procedendum cum Procuratore defuncti, etiam lite contestata cum eo,vt probat *Minad.dec.35.* sed est dandus Curator hæreditati iacenti, iuxtà tradita per *Capyc.dec.872.* Id autem, quod dic
de Procuratore, cum quo est lis co
dicas de Procuratore constituto
stata cum Principali, nam
in iudicio celebratus cum
vim litis contestationi
statione facta cum P

*Cyn.Bal.Salyc.Iason,& Iacobin. in l.Nihil, C. de procurat.*nisi talis Procurator esset constitutus facta conclusione in causa, & nullus alius actus esset posteà cum eo celebratus, nàm tunc non inducitur litis contestatio cum hoc Procuratore,ità *Bald. in d.l. nihil,post nu.5.*

Si post litem contestatam Procurator non reperiatur,& Principalis sit absens,an possit citari Procurator dom tantùm? *Bart.in l.furioso,ff.de re ind.* quem alij *ibid* sequuntur air,quòd sic. Addo *Caldas de iur.emphyt.lib.1 quæst.6.num.9.* Finita verò instantia per sententiam latam post mortem Principalis an cesset mandatum procurationis? *Seraph. dec.824.fundat*,quòd sic,nisi in mandato adsit clausula generalis *ad omnes causas,& instantias*. Item nisi adsit clausula *reuelantes*,idem *Seraph. dec.1180.* faciunt tradita per *Gabed.dec. Lusit. 197. num. 6.& 7.par.1.*& per *Coccin.dec.319. Postium de manutenend.obseru.86.n.13.*

Demùm est adnotandū,quòd Procurator simsi-
61 citèr constitutus ad alicuius causas in aliquo Tribunali existentes indefinitè,intelligitur constitutus tàm ad causas tunc pendentes,quàm ad futuras. *Puteus decis. 37. lib. 3. Mantic. de tac. & ambigu conuent.lib.7. tit.16.* in *fin.num.46. Gratian. discept. forens.274.nu.22.*

Idem si fuerit constitutus ad causas deuolutas in
62 aliquo Tribunali,nàm censetur constitutus etiam ad deuoluendas.*Rot.Roman.dec.2.num.3. de procurat.in nouis,Mant.eod.tit.16.num.45. Grat.d. discept. forens.274.n.19.*

Et quod prēterea cæteris notandum est, si fuerit con-
63 stitutus Procurator generaliter cum clausula, *quòd possit extendi à quocunque Notario cum aliis facultatibus eidem Procuratori benè visis*, tunc mandatum censetur generalissimum, & perindè est, ac si esset apposita clausula, *quòd habeantur pro expressis*, ità *Rot.Rom.dec.252.par.2.inter nouiss diuer. Mantic.d. tit.16.nu.28.Grat.d.discept.forens.274.n.18.*qua practica maximè frequentatur in hac Ciuitate Neapolis ab his,qui recedunt ab ipsa Ciuitate, relicto Procuratore generali,& Notario , qui stipulatur huiusmodi mandatum,appellat illud *mandatum generalissimum ad omnia,et cætera*, & sub illa dictione, *& cætera* , comprehenduntur omnes potestates. Aliqui vocant procurationem in albis, vt etiam in Regno Aragoniæ,teste *Sese dec.Arag.81.* Et ità iudicauimus in S.C.adhibita maxima discussione in causa Hospitalis Sancti Angeli ad Nidum cum Heredibus Ioannis Francisci Piscicelli , referente Domino Alderitio die 27. Maij 1619. Actuarius Hieronymus de Amico.

Item pone,quòd quis constituit aliquem Procu-
64 ratorem specialem in aliqua causa,aut negotio particulari, posteà verò constituit sibi alium Procuratorem generalem,an hic Procurator generalis poterit prohibere Procuratorem illum specialem , vt amplius non se intromittat in illa lite , sed negotio speciali,*text.in l.si hominem,ff.mandat.* probat,quòd sic,concurrente tamen causa optima,& non aliter,
Panorm.in cap. sinduxisti,nū.2. extra de
nam,quòd Procurator ūi lites potest
non obsta premissione de
uocando *Bar* p.r.
posse Procura specialis mandato non
te appellat uciare, *Gerius Spin.*
us67.nu.25.

AD-

ADDITIO.

AHAnc eandem ſententiam elegantiſſimo ſtylo defendit peritiſſimus *Franc.de Petr. feſtiuar. lection.lib.1.c.8.*

B Et nouiſſimè *Gabriel Berart* in *ſpecul.viſitat. cap. 12.tit.de Fiſci Aduoc.& Procur.Fiſcal.num.5.* dicit, quòd Procuratores procurantes in Curijs Regum, Principum, Epiſcoporum, & Illuſtrium perſonarum dicuntur habere honorem, & eorum officium non eſt vile, & ratio eſt, quia in Curijs talium perſonarum non poſſunt verſari, nec in eas ingredi, & procurare perſonæ infames, & pro hoc allegat *Canal. ſen.dec.41.n.30.31.& 32.*

Io.Laganarius.

De Procuratoribus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pœnæ iſtius pragmaticæ antè ſententiam non exactæ, ſententia poſtmodùm lata in fauorem eius, qui calumniosè dilationes oppoſuit, an poſſint poſt ſententiam exigi.*
2 *Pœnæ hic appoſitæ ſunt ſoluendæ à Procuratoribus de propria ſubſtantia, nec repetuntur à Principalibus, niſi habeant ſpeciale mandatum, et quid hoc mandatum debeat continere.*
3 *Pragmaticæ iſtius ratio quæ fuerit.*
4 *Nominationes facientes, eiſq; non vtentes puniuntur pœna ducatorum duodecim, niſi antè lapſum terminum renunciauerint.*
5 *Procuratorem vnum quibus in caſibus plures conuenti conſtituere teneantur.*

QVotidiè, &c.

Procuratores calumniosè opponentes introſcriptas dilationes, introſcriptis pœnis mulctantur. H.D.

Hæc pragmatica fuit confirmata per Comitem Mirandæ in anno 1587.vt in *pragm.44.* in *fin. verb. ſuprà de Offic.Magiſtr.Iuſtitiarij.*

Sed ſi hæ pœnæ non fuerint exactæ antè ſententiam, & ſententia poſteà lata ſit in fauorem eius, qui
1 has dilationes oppoſuit, an poſſint exigi poſt ſententiam? vide *Anchar.conſ.145.* qui negat.

Et dùm ſtatuitur hic, vt pœnæ hic appoſitæ ſoluantur ab ipſis Procuratoribus de propria ſubſtantia, nullatènus repetendæ à Principalibus, niſi habeant ſpeciale mandatum, vt ſcias, quid continere
2 debeat hoc mandatum ſpeciale, vide *Benintend.dec. Bonon.94.* dicentem, ſufficere, ſi dicat ad petendum talem rem, abſq; eo, quòd dicat in ſpecie, quòd poſſit facere cadere Dominum in pœnam.

Ratio decidendi ea fuit, nè eſſet in poteſtate Pro-
3 curatoris, Domino præiudicare, quod ei de iure non licet, niſi in omittendo, vt per *gloſ.* in *extranag. Suſcepti regiminis*, in *verb.voluerit*, propè *fin. nè ſede vacant.* in *extranag.comm.*

...in *verſ.facientes autem nominationes*, ſta-
...na ducatorum duodecim contrà non
...ione facta, ſcias, quòd ad euitan-
...poteſt renunciari nominationi
...nciatio fiat antè lapſum ter-
...*inc.Ann.* in *cap.1.de vaſal. de-*

...in quibus plures conuenti te-
...vnum Procuratorem, docet *Maſtrill. dec.108.* declarando *dec.Vinc. de Franch.* 309 quòd procedat, quandò cauſa habuit initium ab vna perſona, ſecùs à pluribus, quia tunc poſſunt conſtitui plures Procuratores.

De Prohibita venditione ſuppellectilium vſu conſumptorum, ſeù de Circuitoribus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ iſtius materia, remiſſiuè.*
2 *Princeps ſtatim, quòd facit delictum id, quod priùs nō erat delictum, cognitio dicti delicti ſpectat ad habẽtem iuriſdictionem in eo genere.*
De contrabandis, remiſſiuè.
3 *Circuitores appellantur illi in iure, quibus veſtes circumferendæ, & diſtrahendæ dantur, quod exercitium eſt antiquum, & non nouum.*

ESſendo peruenuto, &c.

Veſtes, & ſuppellectiles vſu conſumptæ, & inuecteratæ non poſſunt emi per acclamantes intus Ciuitatem, & Suburbia. H.D.

1 Ad materiam huius pragmaticæ vide *Præſ. de Franch.dec.434.* vbi determinat illum articulum,
2 quòd eò ipsò, quòd Princeps facit delictum id, quod per priùs non erat delictum, cognitio etiam huius delicti ſpectat ad illum, qui habet iuriſdictionem in eo genere, pro qua *deciſione* ſatis conferunt adducta per *Foller.* in ſua *pract.crim.* in *verb. audiãtur excuſatores, num.132.* ſed in facti contingentia eſt omninò videndus *Pancirol. conſ.185. num.27. Menoch.conſil.604. Surd.conſ.152. volum.1. Theſaur. dec.132.& Gaſpar Theſaur.* eius *filius* in *duobus conſilijs* impreſſis poſt eius *Additiones* ad dictam *deciſionem 132.* vbi latiſſimè, *Capibl.* in *pragmat.8. num. 114.* aliàs *num.126. par.1.* ſecundùm nouiſſimam impreſſionem *ſuprà de Baron.* nouiſſimè *Peregr. conſil.25. volum.5.* & pro limitatione videas *Præſ. de Franch.* in ſuis *additionibus ad d. dec.434. .l.* in cauſis contrauentionum Regiorum Bannorum, & præſertim ſuper reuelationibus frumentorum, & pretij per pragmaticas taxati.

Et hi, quibus dantur huiuſmodi veſtes circum-
3 ferendæ, & diſtrahendæ, Circuitores appellantur à *Iureconſ.* in *l. quicunque*, *verſ. ſed etiam inſtitores*, *ff.de inſtitor. actio.* Ex quo *text.* conſtat, quòd hoc exercitium eſt ſatis antiquum, & non eſt de nouo introductum.

De Quæſtionibus. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex quandò dicatur committere exceſſum in tortura, & quandò excuſetur.*
2 *Torqueri qui non poſſint in caput alterius.*
3 *Seruus poteſt torqueri contrà Dominum, ſi interrogatur de facto proprio.*
4 *Filiusfamilias in eiſdem caſibus, in quibus ſeruus in caput Domini torquetur, reſpectu Patris torqueri poteſt.*

MAndamus quoquè, quòd decreta de torquendo, &c.

Decreta de torquendo ſubſcribantur per omnes Iudices votantes, & per duos ad minus exequantur. H. D.

Hoc idem decretum eſt inſertum in *pragmat. 3. §. mandamus quoquè, uprà de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar.*

1 vbi aliqua annotaui, & quandò Iudex dicatur committere exeſſum in tortura, explicat *Hector Felic. allegat. 3.* qui ſcripſit pro defenſione Iudicis, qui dedit torturam inquiſito de aſſaſsinio, non datis defenſionibus, quia non conſtabat, eas adeſſe. Secundò non præcedentibus indicijs, quia in delicto atrocisſimo licet iura trãsgredi, & ſufficiũt leuiora indicia, & inquiſitus erat perſona vilis, & robuſta. Tertiò ex poteſtate ſibi conceſſa, *che ve ne diamo ogni autorità neceſſaria, & anco quella iſteſſa, che habbiamo noi*, & Princeps hoc poſſet, aliàs eſſet Mũdum reuangare. Alia practicabilia, remiſsiuè tamen tradit *Ricc. collect. 129. & 133.* vbi declarat indicia.

2 Non tamen omittas, quòd regula eſt, vt quemadmodùm ſeruus non poteſt torqueri in caput Domini, & libertus in caput Patroni, ità nec filius in caput Patris, nec frater in caput fratris, *l. 1. §. Dinus Antoninus, §. ſed nec libertum ff. de quæſtion. l. parentes, C. de teſtib. l. pridèm, C. de quæſt.* ſed habet multas fallentias, inter quas illa eſt ſatis trita, & omnibus obuia, nempè quandò ſeruus torqueretur de facto proprio, quia tunc poteſt torqueri etiam in caput Domini, ità eſt *text. & ibi gloſ. in l. interrogari, C. de quæſtion. l. ſeruos, C. de teſtib.* & vtrobiq; *DD.* & ſignantèr *Fulg. in d. l. interrogari*, vbi ait hæc verba. *Nota, ſeruos interrogari pro dominis, vel contrà dominos pro facto ſuo proprio, Angel. ibidem* expreſsè ait hæc formalia verba. *Cùm agitur de facto proprio ipſius ſerui, etiam in ciuili poteſt torqueri in caput domini*, illud idem expreſsè admittit *Alber. in l. cùm probatio num. 1. ff. de probat. & ibid. Fulgoſ. num. 2. verſ. Vos autem colligetis, & Paul. de Caſtr. in lectura nona ſuper ſecunda ff. veter.* impreſſa in anno 1596. in *d. l. cùm probatio* in ſpecie infert ad filiumfamil. inquiens, quòd ſi filiusfam. confiteatur maleficium, hæc confeſsio nocet patri, & non eundo per mendicata ſuffragia, quòd ſeruus poſsit torqueri in caput domini in ſpecie ad ſciendum, an delictum cõmiſerit de mandato domini, *text.* eſt in terminis in *l. quicunquè fugitiuum*, circà *fin. verſ. ſanè mancipium, C. de ſern. fugit.* per quem *text. Alber. in rubr. C. de quæſtion. num. 6. verſ. ſi contrà dominum* ait, quòd ſi

3 ſeruus interrogatur de facto communi domini, & ſerui, tunc torqueri poteſt, ergò quotieſcunquè agitur de homicidio, quod præiendítur commiſſum à ſeruo de mandato domini, poteſt torqueri ſeruus in caput domini, & quicquid dicitur de ſeruo reſpectu domini, procedit in filio reſpectu patris, nàm

4 non eſt lex, quæ diſponat regulam negatiuam in filio, ſed DD. arguunt ab his, quæ ſtatuta ſunt in ſeruo reſpectu domini, & liberti reſpectu patroni, ad filium reſpectu patris & propterea in omnibus caſibus, in quibus limitatur regula reſpectu ſerui, limitatur etiam reſpectu filij, argumento ab æquiparatis, de quo per *Euerard.* in ſua *topic. legal. loco 43. & loco 74.*

Quòd Regnicolæ poſsint armare Lembos piraticos & alia nauigia contrà inimicos.
Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Licentia armandi quæcunq; nauigia contrà Infideles, quæ comprehendit vſum omnium armorum, cuiuſq; generis offenſibilium, & defenſibilium, ſuit neceſſaria, & quare.*

2 *Clauſula, inſcio Principe, non importat ſimplicem ſcientiam, ſed exquirit expreſſam licentiam.*

3 *Pragmatica iſta quòad licentiam capiendi, & depredandi Infideles impunè, videtur ſuperflua, & quare, & n. 5. & 7.*

4 *Infideles ſunt hoſtes Religionis, & fidei, cum quibus Principes Chriſtiani pacem inire non poſſunt, hinc ex perpetuo bello eis indicto dicuntur hoſtes publici, & quicunq; licet eos capere, & depredari.*

6 *Commiſſio facta à Principe Iudici ordinario circà ea, in quibus verſatur eius ordinaria iuriſdictio, non habet vim delegationis, ſed excitationis ſuæ iuriſdictionis ordinariæ.*

8 *Bona capta ab hoſtibus an, & quandò efficiantur capientium, remiſsiuè.*

9 *Bona recuperata ab hoſtibus an ſint reſtituenda prioribus Dominis, remiſsiuè.*

Hoſtium præda quomodò dividenda, & nùm ſemper, & vbiq; licitum ſit hoſtes depredari.

LImperator noſtro Signore, &c.

Regnicolis datur facultas inſtruendi nauigia quæcunq; armata ad debellandum, & deprædandum Infideles, præſtita cautione de non offendendo Fideles, & omnia, & ſingula capta per ipſos ſint ipſorum capientium. H. D.

Tria continet diſpoſitiuè hæc pragmatica. Primũ eſt licentia armandi quæcunq; nauigia contrà Infideles, quæ comprehendit vſum omnium armorum cuiuſcunq; generis offenſibilium, & defenſibilium. Secundum eſt licentia capiendi, & deprędandi Infideles impunè. Tertium eſt declaratio, quòd bona quæcunq; cum dictis nauigijs ab Infidelibus capta efficiuntur integra capientium.

Quòad primum hæc licentia fuit neceſſaria, quia

1 armorum vſus etiam de iure communi eſt prohibitus inicio Principe, vt in *rubr. & l. 1. C. vt armor.*

2 *vſus inſcio Principe, &c.* Quæ quidèm clauſula, *inſcio Principe*, non importat ſimplicem ſcientiam, ſed requirit expreſſam licentiam, vt tradit *Andr.* in *c. 1. num. 7. hic finit. lex.* & de iure Regni eſt *text.* expreſſus in *Conſt. Caſtellanis, in fine*, quem Ego notaui in *pragm. 1. n. 3. ſuprà de armis.*

Quòverò ad ſecundum hæc licentia videtur ſu-

5 perflua, nàm Noſtri Inuictiſsimi Reges Catholici, & fidei Propagatores indixerũt bellum perpetuũ

4 omnibus Infidelibus, cùm ſint hoſtes Religionis, & fidei, *item. 1. §. porrò, de iureiur.* vbi eſt etiã diſpoſitum, nè liceat Principibus Chriſtianis inire pacem cum Infidelibus, adeò quòd dicti Infideles ex perpetuo bello ſic publicè illis indicto dicuntur hoſtes publici, & tanquàm hoſtes publicos cuicunquè licet eos capere, & deprædari, proùt belli fortuna plus vni, quàm alij ſe propitiam exhibuerit, *l. in bello, in princ. & l. hoſtes ſunt, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. ſi quis pro redemptione, C. de*

do-

donat.can.ius militare.dist.1.can.quo iure 8.dist. c. 1. in fin.de vasall.milit.contum in usib. feud. & sic non est opus alia licentia,nam pro licentia sufficit illa prima belli indictio.

Verùm licèt hæc licentia non fuerit necessaria, 5 tamen deseruiet ad excitandum animos Fidelium ad viriliter inuadendum hostes tàm infestos, quemadmodùm in simili dicimus de commissione facta 6 à Principe Iudici ordinario circà ea, in quibus versatur eius ordinaria iurisdictio, vt.s. talis commissio non habeat vim delegationis, sed excitationis tantùm suæ iurisdictionis ordinariæ, ad *text.in cap. licèt in corrigendis, extrà de offic. Iud. ordin. Franc. Marc.dec.291.vol.2.in fin.*

Et etiam,quia ea, quæ particularitèr iniungun- 7 tur,strictius,& magis tenacitèr exequuntur, *l.item apud Labeonem,§.hoc edictum, ff. de iniur.* vbi *glos.* alias quotas adducit. Immò *Reg de Pont.* in *tract. de potest.Proreg.tit.11.de trirem.n.2.*dicit,sine licentia hoc esse prohibitum.

Tertium verò,& vltimum concernit illam arduã quæstionem longè, latèq; disputatam per *Doctores* vtriusq; Iuris,ac etiam Theologos,an.s. & quandò 8 bona capta ab hostibus efficiantur capientium, de qua diffusissimè agunt infrascripti,videlicèt *Conarr.* in *reg.peccatum,par.2.§.11.num.7.& 8. Præs.de Franch.dec.268. Reg.Lanar. cons.84. Reg. de Pont. dec.21.in 1.artic.Gamm.dec 335. Alexand.*& reliqui, præsertim *Modern.Repetentes,*& signantèr *Bolognet.* in *l.1.ff.de acquir.possess. Aiala de iure belli.lib.1.c.5. per tot.Coter.de iur.milit.lib.2.cap.24. Petr.Bellin.*in consimili *tract.part.2.tit.12.& 18.Petr.Caball.resolut.crim.casu* 120.& 140.vbi etiam agit de recuperatis ab hostibus,an sint restituenda prioribus Do- 9 minis, de quo etiam agit *Luc.de Penn.* in *l.si quis barbaris,colum.1.C.de re milit.lib.12.Gaspar Thesaur. quæst.forens.98.lib.2.*& ornatissimè *Mastrill.* in scribendi,& iudicandi munere versatissimus *dec.* 181. sed non est omittendus *Bald.*in *cap.sicut, num.7. extrà de iureiur.Muta* in *cap.*46.Reg.*Iacob.tom.*1. notissimè *Gabed.dec. Lusit.*88. *par.2. Reg. de Pont. d. tract.de potest.Proreg.tit.*11.*de triremibus,nu.*3. cum *seqq.Castill.dec.Sicil.*106.& 131. *Gratian.discept.for.* 801.*lib.*1.*Reg.Constant.*in *l.vnica,num.*97. cum *seqq. C.de classicis,*vbi agit de prædæ diuisione inter Principem,Nautas,& Milites,& concludit, vt Generalissimo præsenti debeatur decima, absenti aliquid in signum superioritatis,reliquum in quinq; partes diuiditur,si verò Castellum expugnatur tres fiunt portiones,*& ibi num.*107.cum *seqq.* agit, an liceat prædari hostes existentes in locis amicorum, & distinguit,aut Princeps est hostis prædantis, aut neq; pacem,neq; bellũ habet,& affirmat, aut est amicus, & tunc si non est amicus prædati, affirmat, aliàs teneretur actione iniuriarum.

De Receptatoribus delinquentium, seù malefactorum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Receptatores delinquentium qua pœna puniantur de iure communi,remissiuè.*
2 *Receptatores delinquentium an, & quandò puniatur eadem pœna,qua & ipsi delinquentes,remissiuè.*
3 *Receptans Regis proditorem deportationis pœna plectitur,& non reuelans simpliciter relegatur.*
4 *Receptator latronum punitur sicut receptatus.*
5 *Receptatorum delinquentium materia,remissiuè.*
6 *Compositio in receptatoribus nùnquid admittatur inconsulto Prorege.*
7 *Bannitis,& delinquentibus circà pœnam opẽ præstantium plura,& quot modis quis opem præstare dicatur,n.8.& 10.*
9 *Ecclesia in nemore existens potest dirui, si in ea recipiantur latrones.*

1 REceptatores delinquentiũ qua pœna puniantur de iure communi,vide *text.in l.fi.C.ad l.Iul.de vi pub.* latè *Menoch. de arbitr.iud.lib.2.casu* 348.& an,& quandò 2 puniantur eadem pœna, qua ipsi delinquentes, vide *Foller.* distinguentem plures casus in *Cons.Patarenorum,num* 20.cum *seq. & num.*51. *& seq.Alberic.de Statutis,lib.4.quæst.*33.is verò, qui 3 Regis proditorem receptauerit,deportatur, *l. metrodorum.ff.de pœn.Andr.*in *cap.1.num.19.de statut. & consuet.contr.libert.Eccles.*sed qui non reuelauerit simpliciter,relegabitur, iuxtà eandem *l.metrodorum*,at receptator latronum punietur,sicut receptatus, *Andr.ibidem num.*19. in *fin.* & plura ad hanc 5 materiam receptatorum delinquentiũ habes apud A *Luc.de Pen.*in *l.1.C.de desertoribus,lib.*12. & an in 6 hoc crimine admittatur compositio inconsulto Prorege,vide *pragm.4.supra de compositionibus,* & plu- 7 ra de pœna præstantium opem bannitis, & delinquentibus vide per *Bertazzol.cons.crim.*494. *vol.2. Aldouin.cons.*23.& 24.*Farinac.q.*130.in *pract.crim.* qui antè delictum dicit, comprehendi accomodantem arma, equum,pecuniam,familiam,scalam, domum, item associantem, vel ostendentem latitantem inimicum,vel detinentem verbis,vel custodiẽtem sarcinas delinquentium, vel transmittentem literas procedunt,quandò dedit causam proximam delicto consummato. In delicto omnes delinquentes,consulentes,& auxilium re, vel verbis præstantes,vel astantem.Post delictum verò non eadem pœna tenetur,nisi dolus intercesserit, vel in crimine hæresis,vel præcedente tractatu, circà bannitos,in receptante,vel præstante alimenta, vel mutuante pecuniam,vel loquente, nisi esset toleratus,vel sine dolo,vel esset nullitèr bannitus, vel extrà territorium, vel post receptationem receptans denunciauerit,*Farin.ibid.quæst.*133.*cap.*1.circà fures, idẽ in receptante fures simul, & res furatas animo occultandi,& aliquid lucrandi,vt *ibid.cap.*2.ignorans non punitur,nisi esset publica vox in loco, vel esset famosus,& tunc pœna extraordinaria,*ibid.c.*3.

8 Et quot modis dicatur quis opem præstare, habetur in *l.cuiuscunq;*in *princ.ff.ad l Iul. Maiest. cap. sicut,lo primo,extrà de hæret.cap.felicis*, in *princ. de pœn.*in *sexto*,explicat *Bart.*in *l.qui post legatum*, §.*is verò,& §.sunt,ff.de his,quibus,vt indign.*& in *l.infanti,§.opem.ff.de furtis Hippol.Marsil.*in *l.1.§.præterea, ff.de quæst. Alberic.de statut.par.4. quæst.*32. *&* 95. *Peguer.pract.crim.cap.*20.*Villad.*in *prolog.fori iudic. l.*10 *num.*7.cum *seqq.*vsq; ad *fin.* & nota perpetuò, 9 quòd si in Ecclesia sita in nemore latrones recipiantur,est iusta causa,vt possit dirui,*Andr.*in *cap.1.§ fi. de cap.Corrad.*quod tamen intellige de authoritate Superiorũ Ecclesiasticorũ,& nota, quòd receptans 10 inquisitũ de crimine,quod postèa sit exceptũ ab indultu generali,ipse quoq; censetur excluſus, *Gizzar.dec.*78.Alia ad hanc rubricam pertinentia habes apud *Borrell.de Magistr.edict.lib.3.c.*5.vbi *n.*44. probat,hanc prohibitionem comprehendere etiam delinquentes mortuos,& eorum cadauera.

ADDITIO.

A ADde *Baiard.ad Clar.quæſt.90.Capiblanc.de Baron.pragm.8.part.2.a nu.130. Aliſeum Danza de pugna Doctor.tom.1.tit.de receptat.Carter.in practi crim.§.homicidium, 2 num.32. & Dom. Regent.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de diuerſ.promiſ. ſcr.ſolit. §.3.*

Ioannes Laganarius.

De Receptatoribus delinquentium,&c. Pragm. 1.

RERVM SVMMA.

1 *Barones de iure communi non tenebantur capere ſuos vaſallos,etiã ſi eſſent cõtumaces,et banniti M.C.V. & quarè, vndè pragmatica iſta corrigit ius commune quòad Barones.*

2 *Baro receptans delinquentes in ſua iuriſdictione poteſt per Regem ea priuari.*

3 *Vaſallus non excuſatur ſi receptauerit ſuum Baronem delinquentem,quòd non procedit, ſi talis receptatio non potuit euitari.*

4 *Receptans delinquentem ignoranter, vel tolerantia Superioris non punitur hac pœna,& quid facere debeat,vt per hanc ignorantiam excuſetur.*

Dominus debet etiam iniuſtè adiuuare vaſallum ſuũ.

5 *Pœna iſtius pragmaticæ obtinet locum etiam in Baronibus habentibus caſas ſeù tugutia in feudo,vbi receptant malefactores.*

6 *Pœna iſtius pragmaticæ habet locum etiam in eo, qui receptauerit bannitum per Procuratorem.*

7 *Bannitus ſi publicè tranſiuerit per aliquam villam,& ibi publicè biberit in caupona, nàm erit huic pœnæ locus.*

8 *Barones receptantes delinquentes non poſſunt ad ſe excuſandum allegare culpam aliquam in ſuis Officialibus,& quarè.*

9 *Baro requiſitus à Superiore,vt traderet ſibi delinquẽtem ab eo ſcienter receptatum in Caſtro ſuo, ſi id exequi non curaret,amittit feudum.*

10 *Pœna iræ,& indignationis Regiæ quatènus ſe extendat,remiſſiuè.*

11 *Ira Regis nuncius eſt mortis.*

12 *Regium mandatum cum clauſula, pro quanto quis Regiam gratiam charam habet, importat officij priuationem.*

13 *Guidare in quo caſu Baro non poſſit.*

14 *Baro non cognoſcit de vaſallis ſuis, qui etiam in proprio territorio receptauerunt cõtumaces M.Cur. vel Regiæ Audientiæ,aut cum eis conuerſati fuerunt,ſeù aliter illis opem præſiterint,cùm illorum cognitio ſpectet ad Regia Tribunalia.*

PRætereà, &c.

Nec Barones, nec Priuati malefactores recipiãt,aut illis guidatica concedãt.H. D.

1 Hæc pragmatica corrigit ius commune in Baronibus,qui non tenebantur de iure communi capere ſuos vaſallos,etiam ſi eſſent contumaces, & banniti Mag.Cur.Vic.quia nullus Baro debet eſſe Beccarius ſui vaſalli,*Affl.*in *Conſt. Panam eorum, vit.notab.*authoritate *Bald.* in *cap. 1. §. ſi Iudex, de pac.tenend.*pulchrè per *Caſſan.* in *Conſuet. Burgund. rubr.12.§.vnico,num.3.*cum *ſeqq.Iacobin. de Rod.* in *fin.verbis,*& aduertas,quòd licèt per hanc pragmaticam Baronibus receptantibus delinquentes imposita ſit pœna pecuniaria, ſcilicèt ducatorum ſex
2 mille,tamen ſi Baro receptauerit delinquentes in ſua iuriſdictione, poſſet ea per Regem priuari, vt optimè fundat *Peguer. dec. crim.36. & practi. crim.*
3 *cap.20.in fin.*poſt inſertam ſententiam proceſſus, nec vaſallus excuſatur,ſi receptauerit ſuum Baronem, vt probat *text.in cap.1.in fin.hinc ſunt leges*, ſed limita, quandò talis receptatio non potuiſſet euitari, quia tunc non reputatur pro delicto, vt per *Simon.de*
4 *Præt.conſ.50.*Item limita,data ignorantia, vel tolerantia Superioris,vt per *Bertaz. conſ. crim.459. vol.2.Simon.de Præt.conſ.81. Fab. Turrett. conſ.8.l.b.3. Intrigl.ſing.241.lib.1.*poſt *Bart.in l.omnes, la 2.C.de agric.& cenſit.lib.11.Bal.conſ.150.lib.1.*

Sed ad euitandum affectatam ignorantiam quilibet debet explorare alienos, cuius innocentiæ ſit receptatus, alàs non excuſatur, *l ſi. §.ſeruorum, ff. naut.caupon.ſtabul.* & ex quibus præſumatur ignorantia,vide *Bertaz. conſ.440. volum.2.* inter *conſil. crim.& Laderch.conſ.204.* ſcilicèt ſi bannitus per quinquennium moram traxiſſet in territorio, vel habitaret ruri aliquis,& publicatio banni non induceret notorium,& idem *Affl.*in *Conſt.In locis domanij.lib.3.num.2.*ait,quòd Dominus debet adiuuare vaſallum ſuum iniuſtè,hoc eſt, quòd non debet eum tradere inimico ſuo,ét ſi feciſſet mille delicta.

Amplia tamen,vt hæc pœna habeat locum etiam
5 in Baronibus,qui in caſis,ſeù tugurijs, quæ habent in feudo,receptant malefactores,ſecundùm *Minad.* in *Conſt.In aliquibus*, in *rubr.* in *verb.Comitum, & Baronum,num.2.*conferunt tradita per *Alberic. de ſtatut lib.4.q.102.*

6 Item amplia etiam in eo,qui receptauerit bannitum per Procuratorem,iuxtà tradita per *Bartol.*in *l. 3.§.1.ff.de legat præſtand.*de contrahente cum bannito per Procuratorem.

Quòd ſi bannitus publicè tranſiuerit per aliquam
7 villam,& ibi publicè biberit in caupona, non erit locus huic pœnæ,*Alber.de ſtatut lib.4.q.9.*

Et aduertas,quòd Barones non poſſunt ad ſe ex-
8 cuſandum allegare culpam aliquam in ſuis Officialibus,nàm in *pragm.ſeq.*eſt expreſsè ſtatutum, vt in hoc caſu Barones teneantur de culpa, & defectu ſuorum Officialium.

Et ſi Baro requiſitus à Superiore, vt traderet ſibi
9 delinquentem ab eo ſcienter receptatum in Caſtro ſuo, id exequi non curaret, amittit feudum, ità *Capyc.*in ſua *inueſt.*in *verb.feuda amittuntur, verſic. §3.f.*mihi *57.col.2.*tu vide *Bald.* in *c. conuenticulas, nu.1.de pac.iur.firm.in vſib. feud. Affl.*in *Conſt. In locis domanij,*poſt *princ.Campeg.*in *cap. Regni Miſericordiam,n.17.*

Et quia in hac pragmatica imponitur etiam pœ-
10 na iræ,& indignationis Regiæ, vt ſcias quatènus talis pœna ſe extendat,adeas *Bartol.*in *extrauag.qui ſint rebell.*in *verb.indignationem, Angel.*in *repet. l. ſi vacantia, C.de bon. vacant.lib.10. Io.Staphil.de liter. grat.tit.de var.mod.vacat.* in *c.poſt hac, num.28. Iacobin.*in ſua *inueſtit.*in *verb.dicitque vaſalli,1o primo, verſ.decimatertia cauſa,*& in *verb.Marchio, verſic. quæritur etiam,colum.1.* & in *verb.Princeps, verſ.ſed an Princeps,*ubi,*nona ſpecialitas,*ſed non omittas *Gu-*
11 *liel.de Pern.*qui in *ſecundis notab.*in *fin.*inquit,quòd ira Regis nuncius eſt mortis,& *Gramm.*in *dec.40.*in
12 *fin.*ait,quòd Regium mandatum cum clauſula, *pro quanto quis Regiam gratiam charam habet*, importat officij priuationem, & dùm in *verſ. Abdicantes*
13 auferrur poteſtàs Baronibus guidandi delinquentes,intellige in terminis huius pragmaticæ tantùm, ſecùs

ſecùs in alijs,vt explicat *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de proniſ ſieri ſolit.§ 42.57.& 58.*

Stras tamen pro practica, quòd licèt Barones
14 poſſint cognoſcere de cauſis ſuorũ vaſallorum, tamen reſpectu illorum, qui etiam in proprio territorio receptauerunt contumaces Mag.Cur. vel Regiarum Audientiarum,aut cum eis conuerſati fuerint,ſeù aliter illis opem præſtiterint, non poſſunt aliquo modo cognoſcere,ſed illorum cognitio ſpectat ad Regia Tribunalia, vt per *Præſ.de Franch. dec.*470.poſt *Foller.in pract.crim.in verb. audiantur*
A *excuſatores*,paulò antè *num.*135. plura alia tàm de Baronibus,quàm de Officialibus receptantibus malefactores explicat *Maſtrill.dec.*216.& 219.

ADDITIO.

ACOntrariam ſententiam acutiſſimè ſubſtinet Dom.*Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit. de proniſ.fier.ſolit.*§.3.*n.*17.*cum ſeq.*hoc eſt,quod cauſa receptationis bannitorum Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ contrà vaſallum Baronis,ſpectat ad eũdem Baronem, & proindè debeat ad eius Baronalem Curiam remitti,confutata hac *D.de Frãch.dec.*470. quæ tantummodò fundata eſt in conſuetudine ſic iudicandi,& in ratione,quòd contempta videatur iuriſdictio iſtorum Tribunalium, quæ in ſententijs foriudicationis,& banni faciunt prohibitiones, vt Bannitum nemo alloquatur, nec ei conſilium, vel auxilium præſtet, & ſic ad ipſa Tribunalia ſpectet iuriſdictio,& vindicta huius contemptus,per *text.in l.ſi quis id,quod*,& in *l.ſi familia.ff.de iuriſd.omn.Iud.* non autem in veris iuris regulis, & terminis, prout ipſe *D.de Pont.*ſuam fundat cõtrariam opinionem, & eundem *D.de Pont.*ſequuti ſunt *D.Æliſeus Danza.*nunc in Magn.Cur.pauperum Aduocatus ſolertiſſimus *de pugna Doct.*in *tit.de receptat.num.*& cum *ſeq.Capibl.*& *Viſcont.*ab ipſo relati; qui teſtantur de contrarijs deciſionibus eiuſdem S.C. & alios citat *D.de Thoro in 1.par.Comp.dec.*in *ver. vaſalli Baronum receptantes forbannitos.*

Et ideò dùm contrarium iudicatum reperitur,nõ poterit dici,adeſſe conſuetudinem iudicandi, idem *de Pont.*in *d.*§.3.*num.*50. per *text.& gloſ.in l. quod non ratione,ff.de legib.*& in *auth.Vt nulli Iudic.*

Proùt nec etiam facienda eſt vis in contemptu iuriſdictionis M.C.vel Reg.Aud.quæ prohibuerũt, receptationem, ac cibum,vel potum bannito dari, nàm etiam Baro iuriſdictionem exercet vti Regis Miniſter,& eius perſonam repræſentans in loco ſibi infeudato,& conceſſo, & Baro dicitur procurator Domini,ſed in rem propriam,& ſic vanum eſſe hoc argumentum,dicit idem *D.de Pont. ibidem nu.* 42.& clarius hoc oſtendit *D.Reg.in pragm.*5.ſub *nu.* 50.*de admin.Vniuer.* dùm dixit,quòd Rex in iuriſdictione repreſentatur per Baronem, & ipſe Baro dicitur Iudex ordinarius à Rege deputatus ſuorum vaſallorum,& quicquid iudicat quilibet Iudex Regni, ipſe Rex iudicare videtur, ex *Andr.* in *cap.*1. §.*hereditatem, de pace tenend.* & in *cap.*1.*num.*48. *quæ ſint Regal.*

Et his poſtremò addi poſſunt ea, quæ non ineptè tradidimus ſuprà in *rubr.de extract.ſeù export. animal.nu.*5.ex *Theſaur.D.Reg.De Franch.* & *Conſtant.* quòd ſcilicèt cauſæ contrauentionum Regiarum Pragmaticarum,& ipſarum pœnarum exactio contrà vaſallos ſpectant ad Baronem, non autem ad Regia Tribunalia,& ad Regium Fiſcum, quod etiã inſinuat idem *D.de Ponte* in ſupradicto *loco* citato ſub *num.*19.referens de eo,qui contrauenerat banno emanato per Magnam Curiam,vt nemo incederet per hanc Ciuitatem, vendendo bona veterea., ſub pœna ttiremis,nàm fuit remiſſus ad Curiam Artis Lanæ, cui ſubditus erat ille inquiſitus, & carceratus pro cõtrauentione prædicta,facta banno M.C.

Vides ergò,ſupradictam *D.de Franch.* deciſionẽ non eſſe vndiq; tutam,& ideò eſſe receptationum, bannitorum,& malefactorum cauſas (etiam quòd fuerint per M. C. vel Reg. Aud. banno ſuppoſiti) ad eorum malefactorum, & bannitorum Barones remittendas.

Fateor tamen,quòd ſupradicta *D.de Franch.deciſio* poſſet procedere,atq;deberet admitti,quoties ũquè in diſcuſſione cauſæ receptationis prætenderet inquiſitus M.C. vel Reg. Aud. foriudicationis ſententiam,pro ipſius defenſione impugnare, aut annullari,vel quouis modo reuocari facere, nàm hoc caſu minimè poſſet Iudex inferior manum apponere,iuxtà tradita per *D. Reg.* in *dec.*44. *num.*4. & in propria quæſtione per *D.de Thoro* in 2.*part. Compend.dec.*in *ver.Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli*, qui refert,S.C.ad hoc euitandum ſolere remittere tantùm exequutiua ſententiæ, non autẽm,vt illa poſſit reuideri,vel quouis modo immutari, & ideò in ſimilibus remiſſionibus erit caute aduertendum, vt remittatur tantummodò cognitio cauſæ receptationis banniti,ſeù foriudicati M. C. vel Reg. Aud. non autem recognitio ſententiæ foriudicationis, & ipſius immutationis, & ità declaranda ſunt omnia ſupradicta,quæ in hac quæſtione tàm per *D. Præſ. de Franch.*quàm per *D.de Pont.*ſunt tradita.

Ex hac quæſtione ea altera occurrit quæſtio reſoluenda.An ſi duo ſint alicuius terræ Barones,quorum vnus ciuilem,alter verò criminalem habeat iuriſdictionem,eueniatq; eorum vaſallum inquiri de receptatione banniti M.C.vel Regiæ Audientiæ,ad quem eorum ſit remittendus,vel quis eorum poſſit in cauſa prædictę receptationis procedere,ciuilis .ſ. an criminalis?

Pro criminali ea facit ratio,quia hæc receptatio tã iure communi attento,quàm hac pragmatica inſpecta ſapit delictum,& graue ſuè atrox delictum, *De Pont d.*§.3.*num.*48. ex *Foller.* in *ver. audiantur excuſatores,num.*135. peſſimumq; genus eſt receptatorum,& perindè puniri debent,ac latrones, *l.*1. *ff.de recept.*& grauius,quàm ipſi principales delinquentes,& malefactores. *Carrer.*in §.*homicidium.*, ſub *num* 23.ergò debet per eius Curiam cognoſci, idem *De Ponte ibidem* ſub *nu.*51. Quinimmò etiam ſi de iure communi receptatio non eſſet delictum, ſed tantùm per hanc Pragmaticam eſſet effectum delictum,de ea Baro cognoſcet, vti de cęteris delictis,quæ committuntur in ſua iuriſdictione ex Regis priuilegio,idem *De Pont.ibidem*,ſub *n.*40. *in fin.*

Ciuilem nihilominùs Baronem ea conſideratio adiuuat,quòd & ſi variè fuerũt *DD.*opiniones circà declarationẽ cauſarũ ciuiliũ,& criminaliũ, & quãdò cauſa ſit criminalis,& quandò ciuilis,de quo latè per *Clar.*in §.*final.queſt.*1.*in prine.* & per *Capibl.* in *pragm.*8.*par.*2.*num.*253.poſt *Menoch.de arbitr.caſu* 265. In Regno tamen noſtro abſoluta res eſt, quòd omnes caſus,culpæ,& crimina,p quibus pœna mortis naturalis,ſeù ciuilis,vel membri abſciſſionis principaliter venit infligenda,dicuntur cauſæ criminales,& ad criminalem Curiam ſpectant. Caſus verò,culpæ,& crimina,pro quibus non venit imponenda pœna mortis naturalis,ſeù ciuilis, ſeù membri mutilationis; ſunt cauſæ ciuiles,& ad ciuilem

Cu-

Curiam pertinent, vt in *pragm.1.de iurisd. inuicem non turb.* & tradit *Capibl.d pragm.8.part.2.num.253.* At quicquid sit de iure communi circà pœnam contrà receptatores constituram, de quo per *DD.in d l. 1.ff.de receptat.* Clarissimum tamen est, quòd in hoc Regno pœna iuris communis contrà receptatores ordinata non est in vsu, sed exigitur tantùm pœna ducatorum sex mille à Regia pragmatica constituta, vt in *pragm.2.& 4. de recept. delinq.* Ergò dùm pro hoc delicto non est imposita aliqua ex dictis tribus pœnis, mortis scilicet naturalis, aut ciuilis, quę est deportatio in Insulam, vel condemnatio ad triremes in perpetuum, seù vita durante, *Capibl.dict. pragm.8.part.3.* sub *num.7.* vel membri alicuius abscissionis, sed pecuniaria ducatorum sex mille, quæ ciuilis dicitur. *Menoch.de arbitr.iud.d. casu 265.n.8.* minimè poterit criminalis Curia de istis causis cognoscere, sed earum cognitio ad ciuilem Curiã pertinebit, & ad eam fieri debet remissio.

Nec refragabitur illa considetatio, quòd in *prag. 2.& 4.* hoc *tit. de recept.* vltrà pœnam ducatorum sex mille comminantur etiam aliæ pœnæ S.E. arbitrio reseruatæ, nàm donec non declarentur, iurisdictioni criminali ius aliquod non tribuitur, & poterit esse, q Prorex aliã pœnã nõ declaret, vel aliã declaret infrà relegationẽ, & sic extrà mottẽ naturalẽ, vel ciuilem, & pœna remigationis à Prorege inflicta, de qua testatur *Caranit.* in *pragm.1. de exulib. num.83.* & de ea meminit *D.Reg.* in *pragm.4. num.2.* hoc *tit.* fuit arbitrata propter paupertatem inquisiti, & absq; aliqua pœna pecuniaria, ac etiam quia noluerat inquisitus extrà stare, seù demigrare. Præterea relata *Pragm.2.de iurisd. inuicem non turb.* ad hoc vt causa sit criminalis, & ad criminalem Curiam spectet, requirit, vt pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilationis principalitèr infligatur, non autem secundariò, & in consequentiam. At si contrà receptantes bannitos principaliter. est imposita pœna pecuniaria ducatorum sex mille, secundariò verò, alia arbitrio Proregis reseruata, duo sequentur verissima, alterum, quòd pœna alia à Prorege deindè declaranda non erit principalitèr pro delicto receptationis inducta, alterum, quòd cùm pœna pecuniaria sit principalitèr imposita, non potent alia secundariò à Protege arbitranda, esse grauior, & sic criminalis, sed similis pecuniariæ *glos.* in *l.si fugitiui* in *ver.alia pœna, C.de seru.fugitiu.* & *text.* in *l.quid ergò, 6.pœna grauior, ff.de his, qui not. infam.* & latissimè *Addent. ad Bart.* in *l.si fugitiui, C. de seru. fugitiu.*

Patet ergò, quòd receptationum bannitorum, & malefactorum causæ, (quicquid circà earum pœnam disposuerit ius commune, cùm tamen in hoc Regno pecuniaria tantùm sex mille ducatorum attendatur) ad ciuilem Baronem, eiusq; Curiam pertinent, ac proindè ad ejus Officiales erunt remittendæ, non autem ad criminalem, qui talium causarum non habet notionem.

Io. Laganarius.

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna corporalis, & pecuniaria pro vna, eademq; receptatione an possit imponi.*
2 .... *corporalis arbitraria de qua hic, et alijs pragmaticis sequentibus, aliàs fuit declarata, vt s.t remigatio per quinquennium.*
3 .... *pecuniaria ratione paupertatis an possit minui.*
4 .... *minorata per Iudicem Regium, cui applicabitur, Baroni, vel Regi.*
5 *Receptans bannitos extrà Regnum non punitur pœna istius pragmaticæ.*
Receptator non dicitur, qui vnicum potum, vel cibum dedit bannito.
6 *Bannitum aliquem esse, vti probetur.*
7 *Receptans bannitos tempore inimicitiæ pro defensione sui corporis non punitur pœna istius edicti.*
8 *Bannito escam, & potum dare non est receptare de iure communi, dicit contrarium sit de iure Regni.*
9 *Receptans bannitum si pœnitentia ductus illum Curiæ præsentauerit, non punitur pœna huius pragmaticæ, sed mitiori.*
10 *Pragmatica ista non procedit quãdò est dubium, nisi receptati sint malefactores.*
11 *Conuersatio sola cum bannitis, vel etiam comedere cum eis an sit punibile, remissiuè.*

PER quanto, &c.

Malefactores licèt adhùc non contumaces non receptentur, etiam per patres, & alios consanguineos sub pœnã ducatorum sex mille, & alia corporali arbitrio Proregis. H.D.

1 Sed an possit imponi vtraquè pœna, corporalis scilicèt, & pecuniaria, pro vna, eademq; receptatione, vide *Ann.alleg.40.* qui concludit, vnicam deberi
2 à relegato capto infrà fines contrà formam fideiussionis præstitæ, aduerte tamen, quòd pœna corporalis arbitraria, de qua in hac *pragmatica 4.& duabus sequentibus* aliàs fuit declarata, vt sit remigatio per quinquennium, vt refert *Caranit. ad pragm.1. suprà de exulibus, not.17.num.83.* & ità quotidiè practicatur in Magna Curia, an autem hæc pœna pecuniaria
3 possit minui propter paupertatem? quòd sic, *Tiraq. de pœn.temper.caus.32.* quem sequitur *Ioseph Ludou. dec.Lucens, 15.num.70.* & si primus Iudex, & sic Baronis condemnauit ad pœnam pecuniariam hic expressam, secundus verò Iudex Regius minorauerit
4 ex causa, hæc pœna minorata, cui applicabitur, Baroni, an Regi? dic Regi, scilicèt secundo Iudici, vt per *Nauarr.tract.de vsur.not.13.num.31.* & pulchrè *Claper.in cent.caus.fiscal.caus.11.q.1.* sed si confirmat simpliciter, tota pœna erit primi Iudicis, *Molin. de primogen.lib.4.num.24. Reg.Constant.* in *l.1. num. 28.& 29. G.pœnis fiscal.credit. præfer.* quàmuis contrarium velit *Bouadill.* ex particulari lege Hispaniarum, *lib.2.cap.16.nu.113.& Paul.Straib.* qui hæc non gustauit *cons.74.*

Limitabis tamen, vt hæc pœna non habeat locum
5 contrà receptantes bannitos extrà Regnum, vt per *Bertaz.cons.crim.57.num.11.vers. quòad secundum, volum.1.* & pulchram distinctionem in hac materia receptationis vide per *Addentes ad Bertaz. consil. crim.98.* scilicèt, vt non dicatur receptator, qui senèl porum, aut cibum præstitit, nisi qui geminatè animo occultandi, & protegendi à Iudice, & ipsum *Bertaz.cons.crim.99.100.125. & 126.* vbi optima
6 *Additio*, siuè *Apostilla* pro modo probãdi, aliquem esse bannitum, scilicèt tortura, si adsint scientiæ indicia, vel denunciatione, nisi esset extrà territoriũ, vel esset forensis, aut iuraret, ignorare, vel esset toleratus.

Item limita, si quis recepteret bannitos tempo-
7 re inimicitiæ pro tutela sui corporis, vt per *Decian. cons.140.volum.5.* & plura pro alijs excusationibus

ab

ab hac pœna vide apud *Burſat.conſ.351.volum.3.Simon.de Prat.conſ.50.& 82.*& iterùm *Burſat. conſil. 274.318.& Decian.d.conſ.140. Florian.*in *l. in omnibus,ff.de noxal.action.Bart.*in *l.1.§.quod autem, ff.de*
8 *ſera corrupt.*vbi ait,quòd dare eſcam, & potum bãnito,non eſt receptare,quod intelligas de iure communi , nàm de iure Regni etiam hoc eſt expreſsè prohibitum per hanc pragmaticam.

Item limita in eo , qui poſt receptatum bannitum pœnitentia ductus illum Curiæ præſentauerit, quia non punietur hac pœna,ſed mitiori , *Alber. de ſtatut.p.4.q.69.*

10 Et etiam limita,quandò eſſet dubium,nùm receptati ſint maleſactores,quia tunc non habet locum hæc pragmatica,*Bald.*in *l.hac conſultiſſima, C.qui teſtam.fac poſſ.*

Et demùm limita in receptante nullitèr bannitum,*Farin.conſ.205. vol.3.*

An autem ſola conuerſatio cum bannitis,vel etiã
11 ſedere , aut comedere cum eis ſit punibile? conſtat ex *Abb.*in *c.ad hac,extrà de Iud.Signor.cõſ.125.*

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Sanguinis fauore multa permittuntur, quæ alioquin eſſent prohibita.*
2 *Conſanguinei receptantes bannitos vti excuſentur.*
3 *Conſanguineus excuſatur, ſi receptauerit conſanguineum etiam rebellem,ſecùs in vaſallo receptante Dominum.*
4 *Conſanguinei ſi captum conſanguineum delinquentem eriperent à manibus Curiæ,non ſunt mitiùs puniendi,ſed vt quilibet extraneus.*
5 *Pragmatica iſta procedit etiam in compatribus, & commatribus,& filiolis.*

ALli giorni paſſati, &c.

Corrigitur pragmatica præcedens quòad patres, fratres, & alios conſanguineos receptantes bannitos, in quibus ſeruentur iura communia, Conſtitutiones, & Capitula Regni.H D.

De iure communi vide *text.* in *l.ſi.C.ad l.Iul.de vi publ.* & de iure Regni vide *Conſt. Patres pro filijs,& Conſt.Pœna carere volentes,* & nota,quòd ſa-
1 uore ſanguinis multa permittuntur, quæ alioquin eſſent prohibita, *Laurent.dec.Auenion.1.numer.4.*
2 & pro excuſatione conſanguineorum receptantiũ bannitos *Andr.*in *§.Receptatoribus, de pac. iuram. firm.*qui dicit,mitiùs puniri , *Aſſl.* in *rubr. de iure*
3 *prothomiſæos,num.16.*vbi ait,conſanguineum excuſari , ſi receptauerit conſanguineum etiam rebellem,ſed vaſallus non excuſatur, ſi receptat Dominum , *cap.1.* in *princ. hic finis lex,*& dixi *ſuprà* eod. *pragm.1.num.3.*

Aduertas tamen, quòd ſi poſt captum delinquẽtem eius conſanguinei illum eriperent à manibus
4 Curiæ,non deberent mitiùs puniri , ſed vt quilibet extraneus,ità *Andr.*in *d.cap.1.§.Receptatoribus,nu.30.& 31.de pac.iur.firm.*quem ſequitur *Luc. de Pen.* in *l.3.*in *princ.C.de exact.tribut.* ad quod eſt videndus *Tiber.Declan.tract.crim.to.2.lib.7. c.11.n.9.& n.12.verſ.cuius quidèm.*

Ampliabis autem hanc pragmaticam, vt procedat nedùm in conſanguineis, ſeù affinibus carnalibus,ſed etiam ſpiritualibus,proùt ſunt compatres, & commatres,& filioli,ex traditis per *Tiraquell. de pœn.temp.cauſ.21.Nizol.alleg.43.*

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. VI.

RERVM SVMMA.

1 *Socius criminis quandò probet contrà ſocium.*
2 *Socius criminis an,& quandò poſſit licitè interrogari de ſocijs per Iudicem.*
3 *Socij criminis depoſitio debet eſſe iurata, aliàs nihil probaret.*
4 *Interrogatio permiſſa in ſocio criminis contrà latrones,an poſſit fieri etiam contrà ſimplices fures.*
5 *Confeſſio eius,qui eſt morti traditus,eõtrà ſocium nullum facit indicium.*
6 *Princeps,vel Imperator poteſt ſtatuere, vt vni teſti credatur,vel propter qualitatem cauſæ, vel perſonæ,& in quibus caſibus de iure communi vni teſti credatur,remiſſiuè.*
7 *Pragmatica iſta intelligitur de ſocijs criminis, non autem de ſocijs in crimine, inter quos eſt maxima differentia.*
8 *Confeſſio trium ſociorum criminis quo caſu de iure Regni ſufficiat ad faciendam plenam probationem, remiſſiuè.*
9 *Socius criminis vt faciat indicium contrà ſocium nominatum,quæ requirantur.*

ESſendo tanto, &c.

Contrà receptantes puniendos ſtetur confeſsioni duorum proſcriptorum, etiã deponentium de actibus diuerſis in tor-
5 tura. H.D.

Intellige, dummodò poſteà hi confitentes ſint repetiti,citato eo,contrà quem depoſuerunt, vt in *pragm.1.*in *fin. ſuprà de perſequend. malefactor.* vbi latè dixi,& voluit *Carau.* in *pragmat.1. num.73. ſu-*
1 *prà de exul.* & generalitèr, quandò ſocius criminis probet contrà ſocium, vide *Menoch. de arbitr.Iud. lib.2.caſu 474.& de præſumpt.lib.1.quæſt.89. nu.78.* cum *ſeqq.*qui *num.*18.concludit , non poſſe interrogari,& *num.26.*non facere indicium , poſſe tamen interrogari in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ,conſpirationis contrà Principem, ſacrilegij,ſimoniæ,aſſaſſinij,maleficij,falſæ monetæ, in crimine occulto,in ſeruo pro nece Domini, in crimine lenocinij,teſtis corrupti , & vt faciat indicium requiruntur alia indicia non remota Iudicis arbitrio, ipſa verò debet fieri in tortura ab interrogato à Iudice,non in ſpecie,ſed in genere , & ſit bonæ famæ, nec ſit ſpontanea,& contineat veriſimilia , & ſit iurata,*Boſſ.tit.de indic.ante tortur. num.143. Iul.Clar. pract.crim.quæſt.21.verſ.dictum ſocij,& ſeq. Foller. pract.crim.1.part.3.part.*in *verb.& ſi confitebuntur, lo primo,nu.*102.plura *Petr.Rebuff.*in *repet. l. Dinus, num.*138.in *apparatu gloſ.* cum pluribus *ſeqq. ff.ad*
2 *Syllan.*& an,& quando poſsit licitè interrogari de ſocijs per Iudicem , vide latè *Peguer.dec.5. per tot.* qui diſtinguit,ſi per inquiſitionem non poſſunt interrogari,niſi præcedat infamia in genere de ſocijs, vel in ſpecie per accuſationem tenetur , maximè in caſibus numeratis ex *Menoch.ſuprà num.1. & num.* 28.& 34.notabilitèr declarat, vt talis depoſitio ſo-
3 cij criminis debeat eſſe iurata,aliàs nihil probaret.

addu-

proùt magistraliter declarat *Abb.* in *cap.* i. *extrà de non. oper. nunc.* & prosequitur *Venusin.* in 3. *par.* sui *spec.n.*73. cum *seqq.*

Nec obstat *text.* in §. *fi. Inst. de except.* qui videtur
17 probare contrarium, liquidèm ille *text.* procedet in eo, qui non est notoriè vilis, & infamis, secùs autem si esset notoriè infamis, vt declarat *Ioa. Faber ibi*, & cæteri sequuntur, & ratio est expressa in *text.* nè teratur tempus in probanda hac exceptione infamiæ, infrà quod posset expediri causa principalis.

Quod vltimum quatènus pateretur aliquam difficultatem, quòad rem meam attinet, sufficit, quòd
18 primum assumptum sit verum, quòd scilicèt non ex hoc, quòd quis exerceat officium Procuratoris, sit vilis, & infamis, vt suprà probatum est, quo assumpto vero existente, erit etiam verissimum, quòd non per hoc Doctor, vel aliàs Nobilis efficiatur vilis, & infamis per simplex exercitium Procuratoris, quia contrà *Guid. Pap.* determinauit expressè *Cassan.* in *cons.* 64. *num.* 34. *vers. sed tantùm est quæst.* in *fi.* vbi post relatas decisiones *Guid. Pap. vt suprà*, subdit, *quæ tamen intelligenda sunt, quandò vilis persona ea exercet, quoniam talibus etiam permittuntur, sed quòd faciant personas ea exercentes viles, & ignobiles, nequaquā*, idè clarissimis verbis declarauit *Couarr. pract. quæst. cap.* 19 *num.* 7. *vers. sed & idem respondendum est*; & validissimè fulcitur ex traditis per *Gutierrez* in beneficium nobilitatis Tabellionū, *lib.* 1. *pract. quæst.* 137.

Concludo igitur, quòd licèt de iure ciuili vilis, & infamis possit esse Procurator, tamen officium ipsum Procuratoris in se non est vile, & infame, ità vt nullo modo reddat vilem, & infamem illud exercentem, & propterea etiam Doctor, aut aliàs Nobi-
19 lis potest illud exercere absquè aliquo præiudicio Doctoratus, & nobilitatis, quam opinionem in individuo probat mihi (ni fallor) *text.* in *l. si quis aliquid*, circà *fi. vers. si quis instrumentum*, *ff. de pœn.* vbi disponitur, quòd si Procurator ad lites proderit Aduersario instrumentum litis, conuictus de hoc delicto, si humilior sit, damnatur in metallum, si honestior, relegatur in perpetuum, quod idem est, ac si dixisset *Iurecons.* si ignobilis sit, in metallum, si nobilis in insulam relegatur, cùm indubitatum sit in iu-
20 re, has distinctiones pœnarum non cadere, nisi inter nobiles, & ignobiles, ex latè cumulatis per *Tiraqu. de nobil. cap.* 20. *num.* 108. cum *seq.* ergò ex hoc *text.* clarè patet, quòd officium, seù exercitium Procuratoris non derogat nobilitati, & hæc opinio videtur, iudicio meo, passim vsu recepta, tàm in Almo Collegio huius Fidelissimæ Ciuitatis, quàm etiam in his
21 Supremis Tribunalibus, siquidèm Almum Collegium passim ad Doctoratus gradum admittit Procuratores, qui si essent per hoc viles, & infames, de iure non possent admitti ad Doctoratum, vt declarat *Bart.* in *prima Const. Codicis*, *num.* 11. *vers. & ideò dico*, & est expressè prohibitum in priuilegio erectionis dicti Collegij per *Reginam Ioannam II.* concesso.

Et in Regijs Tribunalibus Aduocati etiam graniores, & seniores non dedignantur Procuratoris munus exercere, & sic vtroq; munere, Aduocati. s. & Procuratoris in eadem causa fungi, immò vix est,
22 vt experientia docet, quòd quis possit esse bonus Aduocatus, ni priùs in primis annis versatus fuerit in officio Procuratoris, saltim pro habenda cognitione praxis forensis, & hæc sufficiant pro confutāda tàm praua opinione, quam aliquandò conspexi in ore quorundam, qui licèt sint doctorati, eos tamen pudet me Doctores appellare, quia nec vernacula lingua loqui sciunt.

Addo, quòd pro hac mea opinione consuluit
23 *Borgn. Cauale.* proùt *ipse* nupèr à me visus refert in *tract. de vsufruct. mulier. relict. num.* 232. & idemmet *Borgn.* latè prosequitur in sua *dec.* 41. *num.* 23. in *fin. vers. tertiò minus obstat*, cum *seqq.* in *prima parte*, & post harum primam editionem prodit in lucem *Tractatus Io. Bapt. Magonij* in anno 1602. cui nomen inscripsit *Lucerna Iuris Moralis*, vbi *part.* 1. *tit. de nobil. Causidic. exercit.* longè, latèq; defendit hanc meam opinionem per quinque capita, me tamen prorsùs tacito, & suppresso, & vtcunquè sit summoperè gauisus fui, quòd eundem zelum detegendæ huius veritatis habuerim cum tanto Viro, & nouissimè dùm hæc prælo darentur peruenit ad manus meas liber editus in anno 1573. per *Cæsarem Costam* Maceratensem, cui titulum inscripsit, *Variarum ambiguitatum Iuris*, in *tres libros* diuisus, in quorum *primo cap.* 41. latè differit hāc quæstionem, & defendit hanc opinionem, quam Ego defendendam suscepi, & tantò fortiùs illi adhærendum esse
A censui. Addo nunc *Andream* in *proœm. feud. num.* 7. qui indefinitè dixit, quòd Causidici sunt nobilissimi per *text.* in *l. prouidendum*, *C. de postul.* & sic comprehendit etiam Procuratores, eandem opinionem diffusè defendit *Mancin. de iuram. part.* 3. *art.* 1. *num.* 15. cum *seqq.*

Sed quicquid sit in alijs Procuratoribus, certum
24 est tamen, quòd huiusmodi vilitas omninò abest à Procuratoribus Tribunaliū inclitæ Ciuitatis Neapolis, qui non aliter admittuntur ad tale munus exercendum, nisi facto examine præcedat approbatio Sacri Consilij, eiusq; Spectabilis Præsidis, vt in *pragm.* 22. §. *Procuratorem*, *supra de offic. Sacr. Consil.* proùt in similibus de Procuratoribus Supremorum Galliæ Tribunalium tradidit *Greg. Syntag. iur. vniu. lib.* 49. *c.* 4. *n.* 5. & eiusdem opinionis est *Paz* in sua
B *prax. titul.* 1. in 4. *annot. n.* 46.

An autem quilibet possit comparere vt Procu-
25 rator alterius in iudicio, etiam non exhibito mandato procurationis, vel acta per eum, & cum eo facta sint nulla? in hac quæstione ex dictis per *Angel.* in *cons.* 292. in *fi. Paul. de Castr.* in *cons.* 290. *colum. penult. volum.* 1. *Bald cons.* 122. *colum.* 1. *volum.* 3. *Specul. tit. de Procuratoribus*, §. 1. *vers. sed quid si receptum*, *Alex. cons.* 78. *colum.* 2. *volum.* 5. *Crauett. cons.* 108. *Marcabr. ab Anguillis cons.* 22. *num.* 78. cum *seqq. Schrader. de feud. tom.* 2. *part.* 10. *sect.* 18. *nu.* 149. cum plurib. *seqq.* & ex *text.* in *l. licèt*, *C. de procur.* & in *l. licèt*, *ff. de iudic.* cum vtrobiq; traditis per *Doctor.* collige hanc distinctionem, quòd aut ab initio fuit oppositum de illegitimatione aduersùs talem assertum Procuratorem, & tunc tenetur exhibere mandatum procurationis, aliàs mandato non exhibito, omnia acta per ipsum facta sunt nulla, etiam si verè esset Procurator, vt per *Caualer. dec.* 337. *num.* 6. & per *Farin. dec.* 31. qui videtur requirere repetitionem protestationis in actibus subsequentibus, & iterùm *decis.* 44. *num.* 2. & *dec.* 54. *num.* 1. & quòd in quolibet actu requiratur oppositio, & protestatio, expressè fuit decisum in *dec.* 76. apud eundem *Farinac.* & *dec.* 80. *nu.* 4. *Coccin. dec.* 28. §. 4. & 62. Quod limitatur, vt non procedat in causis pupillorum, quibus succurritur per restitutionem in integrum aduersùs negligentiam Procuratoris circà exhibitionem mandati, ideò vt *Farinac. dec.* 79. idem dicas in causis omnium personarum miserabilium, quibus de iure datur restitutio in integrum in iudicijs

ex

ex identitate rationis. Aut verò ab initio non fuit oppositam, sed fuit processum in causa cũ tali Procuratore, nullo mandato exhibito, & tunc, aut re-
vera is habebat mandatum, sed non curauit illud producere, fortè, quia Pars non institit, & tunc tenetur illud exhibere ad instantiam Partis, & ex tali exhibitione remanent valida acta quæcunq; etiam facta antè exhibitionem mandati, siuè dicta exhibitio fiat antè sententiam, siuè post, vel etiam in causa appellationis, *Gomes. dec.* 52. post *dec. Coccin.* quòd si re vera nullum habebat mandatum ab initio, & tunc acta per illum facta antè mandatum sunt nulla, tanquàm gesta per falsum Procuratorem. His nũc addo *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 6. num. 7. Grat. dec.* 105. *&* 106. *Minsynger. obseruat.* 80. *centur.* 5. vbi limitat, quandò ipsemet victus non opponit de mãdato, & prosequitur litem per se, vel per eundem Procuratorem, ac etiam si opponat, si tamen eo præsente Procurator agit, præjudicatur Domino, *Coccin. dec. Rot.* 255. *Farinac. dec. cinil.* 1. post *Guid. Pap.*
26 *dec.* 173. sed quandò Procurator fuisset ab initio admissus absq; mandato, vel cum mandato minus sufficienti, & Pars non contradixerit, & postmodùm in cursu processus opponatur ei de mandato, an interim non producto mandato sit supersedendum in causa, vel sufficiat, si à Procuratore præstetur cautio de exhibendo mandatum? docet *glos. in cap.* 1. in *verb. absentia, versic. item si Procurator, de elect.* in 6. *Villadieg. in foro indic. lib.* 2. *tit.* 3. *&* 4. Hinc ex dictis in *cap.* 1. huius distinctionis introductum est in praxi, vt in ipso litis exordio opponatur exceptio illegitimationis personæ, vt non possit ad viteriora procedi, nisi præsentato mandato procurationis.

Quæ autem differentia sit inter contractum cele-
27 bratum à falso Procuratore, & contractum celebratum à falso Nuncio, docet *Bald.* in *l. multùm interest, num.* 7. vsq; ad *num.* 14. *C. si quis alteri, vel sibi*, quia gesta à falso Procuratore possunt ratificari, à falso Nuncio nequaquàm, quia deficit persona, voluntas, & potestas.

28 An autem Procurator constitutus in causa filij ab eius patre tanquàm legitimo Administratore absquè intertuentu filij dicatur legitimus Procurator? vide *Alvet.* in *§. pupillus, num.* 7. *Inst. de inut. stipul.* qui concludit propter opiniones cuitandas, vt vterque intertueniat.

Verùm hic pulchra occurrit quæstio, vtrùm scili-
29 cèt in hoc vltimo casu, quando acta sunt facta à falso Procuratore, qui nullum habebat mandatum, & sic sunt nulla, possint conualidari per ratificationem Domini principalis litis, cuius asserũt, se esse Procuratore? In qua quidem quæstione Ego fui in opi-
30 nione, quòd sic, quia ratihabitio de iure retrotrahitur, & æquiparatur mandato. *l. fi. C. ad Macedon. cap. ratihabitionem, de reg. iur. in* 6. & est *text.* formalis de hoc in *l. licèt, §. falsus, ff. rem rat. hab.* & licèt aliqui, inter quos est *Cranett. d. cons.* 108. post *num.* 1. *versic. & præmissa intelligo*, teneriit; *d. l. licèt* procedere, quandò ratihabitio superuenit antè sententiam, secùs si post, tamen receptior opinio est in contrariũ, vt etiam post sententiam, siuè prò, siuè contrà ratihabitio operetur suum effectum, ac si ab initio mandatum intercessisset, iuxtà opinionem *glos. in l. si mater, §. hoc iure, in vers. deducit, ff. de except. rei iud.* & latè disputando concludit, in iudicando non esse ab hac opinione recedendum *Iacobin. in d. l. licèt, n.* 10. vsq; ad *fi. ff. de ind.* post *Bart. Bald. Angel. Anchar. Florian. & Imol.* ab ipso citatos, quos etiam sequutus fuit *Io. de Amir. cons.* 8. *num.* 49. *& Rot. Gen. dec.* 173. *num.* 14. *Guid. Pap. dec.* 320. & secundùm hanc opinionem iudicatum fuisse in Camera Imperiali attestatur *Andr. Gayll. pract. obseru. lib.* 1. *obseru.* 47. *num.* 5. & cum ea pertransit *Thesaur. dec. Pedem.* 7. propè *fin.* & pro indubitata admittit *Vant. de nullit. tit. vt. qual sint. & process. null. defin. & repar. poss. num.* 105. *Bertach.* in suo *repert.* in *verb. ratificatio validat iudicium*, est tamen videndus *Mantic. de tacit. & ambig. conu. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 41. cum *seqq.* qui loquitur de actis factis cum Procuratore reuo-
31 cato, immò quòd nedùm expressa, sed etiam tacitè ratificatio sufficiat, voluit expresse in propriis terminis *Bellug.* in *Specul. Princip. rubr.* 41. *§. leges Regni, num.* 24. in *fi. &* 25. & videtur mihi *text.* punctualis in *d. l.* 3. *§. falsus, ff. rem rat. hab.* iuncta declaratione *Claper.* in *centur. causarum fiscalium, caus.* 12. *quæst.* 2. *num.* 10. sed pro contraria opinione est videndus *Fachin. lib.* 8. *controu. iur. cap.* 61. *Peregr. cons.* 97. *volum.* 3. *Minsynger. obseruat.* 43. *centur.* 1. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *c. fi. par.* 3. *§.* 2. *num.* 9. cum *seqq. Laurent. de Iudice suspecto. cap.* 6. *num.* 15. *& seqq.* tu vide *Bilocc.* optimè distinguentem in sua *allegat.* 4. post *tract. de absolute iuram.* vt antè sententiam procedat ratificatio, secùs posteà in causa appellationis antè oppositionem Partis.

Quicquid tamen sit de hoc, certum est, quòd si ex
32 actis constat, quòd Dominus litis videns, suam causam agi per illum falsum Procuratorem, non contradixit, creditur, de eius voluntate interuenisse, licèt in actis non appareat mandatum, ità notabiliter tradit *Innoc.* in *cap. ex parte Decani, num.* 2. *extra de rescrip.* quem sequuti sunt *Affl. dec.* 308. *num.* 6. *vers. secundò*, ad idem *Ludou. dec. Perus.* 110. *num.* 11. *Muta* in *cap.* 22. *Sicil. num.* 59. *tom.* 1. *& Menoch. præsumpt.* 33. *num.* 7. *lib.* 2. aliàs regulariter mandatum non
33 præsumitur, etiam post spatium mille annorum, vt tenet *Bald.* in *l.* 2. *C. si ex fals. instr.* & in *l.* 1. *num.* 3. *C. de reb. alien. non alien. Alex.* in *l. qui in alienã*, in *princ. num.* 1. *ff. de acqu. hæred.* & *cons.* 1. *volum.* 4. quos sequitur *Gramm. dec.* 103. *num.* 83. *Mastrill. dec.* 101. *num.* 30. *Boer. dec.* 274. *Loffred. cons.* 20 *num.* 8. *Affl. dec.* 345. *num.* 7. *& dec.* 368. *num.* 8. in *fi. Rot. Genuæ dec.* 92. *num.* 6. de cuius dicti veritate consulàs *Tiraquell. de præscript. glos.* 4. *vers.* 31. vsq; ad *vers.* 32. *Camer. Impet. dec.* 17. *num.* 136. cum *seqq.* sed pro limitatione videndus est *Curt. sen. cons.* 76. *Dec. consil.* 36. *num.* 8. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 13. qui distinguit duos casus. Primus, quandò nullus extat temporis cursus, sed de recenti est disputatio, & omnes tenent, mandatum, vel ad lites, vel ad alia negotia non præsumi, nisi in actibus, qui fieri non solent absquè mandato, vel quandò intervenit scientia, & patientia Principalis, vel tractatur de modico præiudicio, & damno, vel quandò enunciatur mandatum certi Notarij, in eo, qui soluit tanquàm Procurator alterius, vt reperat ab eo, vel si enuncietur in sententia Iudicis, vel quandò reperitur ad alterius vtilitatem scriptum ab eo, qui officium publicum gerit, aut si adsit præsumptio pro persona procuratoris, vel quandò comparens consueuit causas tractare, & constat, fuisse consignatas scripturas. Secundus est, quandò adest diuturnus temporis cursus, & tunc nec etiam præsumitur, etiam si sit factũ Iudici, vel Exequutori, vel ad inducendam bonam fidem, nisi in instrumento antiquo, vel concurreret alia coniectura, vel in Vicario Episcopi, vel in ratificatione, vel in mandato, quod pro sui qualitate præsumitur, nec in sententia antiqua, nec in mandato de custodiendo, vel quandò concurreret quasi

pos-

poſſeſſio,vel quandò tractaretur de commodo allegantis,vel in mandato iudicis, vel Syndici,quandò negotium ſortitum fuit effectum ſuum ſciente Vniuerſitate, vel eſſet elapſum tempus opponendi, acta verò geſta cũ Procuratore,qui re vera ſit Procurator,ſed ipſe ignorat mandatum, erunt valida, vt decium per Rotam Romanam refert *Gomez dec.* 51.ſic etiam acta facta per Procuratorem ſubſtitutum ab eo, qui habebat poteſtatem ſubſtituendi, non autem cum clauſula,*etiam antè litem conteſtatam*,erunt valida,etiam facta antè litem conteſtatam,*Caranz. Rit.*107.in *ſecunda queſtione*, poteſtas verò ſubſtituendi,ſi non ſit expreſsè conceſſa, non includitur ſub illa promiſſione habendi ratum quicquid fuerit geſtum ab eo, aut à ſubſtituendo ab eo,*Ann.ſingul.*411. *Viſcont.* in *concl. Procurator conſtitutus*,circà *medium*,& de reuocatione Procuratoris tacita,vel expreſſa,quandò fieri poſſit, *Farinac.dec.poſthum.*410.vbi dicit,quòd licèt Procurator dominus litis effectus non poſſit ſine cauſa expreſsè reuocari,ſecùs tacitè,etiam ſi ſecũdus Procurator nõ acceptaſſet mandatum,ſufficit tamen,ſi de mãdato Procuratoris conſtet, exhibendo illud,etiã poſt ſententiam, idem *Farin.dec.poſth.*674.

Cœterùm,an Procurator ſemel in cauſa conſtitu-
34 tus poſſit ad nutum reuocari,& dicendum eſt,quòd non,poſtquam cœptum eſt tractari de meritis cauſæ,ità *Gemin.& Franch.* poſt alios in *cap. quàmuis, de procur.*in 6.*Boer. dec.*285.in *fi.* & eſt *text.* cum *gloſ.*aurea in *l.vnica*,in *verb.noluerit*, *C.de ſatisdat.*
35 & quòd non poſſit reuocari poſt litem conteſtatã, eſt *text.*in *l.antè litem conteſtatam*, cum *ſeqq. ff.de procurator.l.ſi pater tuus.C.mandat.* niſi cum cauſa, *Maſcard.de probat.concluſ.*1014 *num.*29. iuxtà *text.* in *cap.quàmuis,de procurator.*in 6.*& l.filius, §.final.* cum *ll.ſeqq.*vſq; ad *l.ſed ex his,& l.poſt litem*, vſquè ad *l.quæ omnia,§.1.ff.eod.l.apertiſſimi*, *C. de iud.* niſi ipſe Procurator,& Pars aduerſa conſenſerint,*Paul. de Caſtr.*in *l.quæ omnia,num.*2.in *fi.ff.de procurat.Seraph.dec.*195.in *princ.* qui etiam ſubdit, quòd de conſenſu Procuratoris non multùm curatur, nam eius contradictio non impedit effectum reuocationis in præiudicium reuocantis, ſed operatur tantùm,vt pro conſeruatione ſuæ famæ cognoſcatur, an ſit iuſtè reuocatus,ſed iuſta cauſa reuocandi quę dicatur,& an non obſtante reuocatione ſine cauſa ſalarium ei debeatur? *Coccin.dec.Rot.*288. dicit, vt relinquatur arbitrio Iudicis; & quandò reuocatio eſt iuſta,ſalarium non debetur. Procurator ſubſti-
36 tutus ab habente poteſtatem ſubſtituendi, ab eodem reuocari poſſet, ſi eſſet reuocans Procurator generalis,*Præſ.de Franch. dec.*465. An ſubſtituens teneatur de culpis,& defectibus ſubſtituti? *Seraph. dec.*759.*num.*2.admittit deciſionem, ſeù diſtinctionem *Saiyc.*in *l.quod quis,num.*13.*C.de procurator.* vt ſi poteſtas ſit indefinita,teneatur,ſecùs ſi ſit ſpecialis .ſ. ſubſtituendi Titium,& ideò erit optima cautela,ſi in inſtrumento exprimatur,cuius riſico ſit fa-
37 cienda ſubſtitutio,ſed Procurator conſtitutus à tutore,finita tutela remanet Procurator, vide eundem *Præſ.de Franch dec.*466.*Muta in cap. Sicil.* 32. *num.*54 *tom.*1.qui concludunt,quòad cepta tãtùm.
38 Quid verò in Procuratore conſtituto ab Adminiſtratoribus Vniuerſitatis, an finito illorum officio expiret mandatum ab eis factum? *Corn.in l.eius, qui in Prouincia,num.*8.*ff.ſi cert.pet.*dicit,quòd non,ſed ſe-
39 cùs in Procuratore conſtituto à Prælato in lite ſuæ Eccleſiæ,quia morte Prælati etiam poſt litem conteſtatam deſinit eſſe Procurator,vt in *clem. fin. de procuratoribus*,latè *Roder.Suarez conſ.*10.à num.19. *Gratian.diſceptat.*§22.*num.*31.*Mantic.dec.*215.*nu.*5.
40 ſed vt legitimè conſtitui poſſit Procurator ab Vniuerſitate,non ſufficit,quod ſit conſtitutus Procurator à ſolis Adminiſtratoribus,verùm requiritur ſolemnis congregatio,& exploratio voluntatis totius Vniuerſitatis,vt late explicat *Farr.de nullit. tit.de nullit.ex defect.inhabil. ſeù mand. num.*51. & 127. quod eſt de directo contrà doctrinam *Bart.* in *l.2. num.*8.*C.de decurion.lib.*10. vbi expreſsè ait, quòd ad conſilium Ciuitatis ſpectat facere electionem Officialium,& Syndicorum, & ſic non erit opus arenga,vel adunantia generali, & ſecundùm hanc *Bart.*opinionem plures iudicauimus in Sacro Conſil.Procurator verò conſtitutus à ſolo Priore Monaſterij eſt legitima perſona ad agendum, *Gomez. deciſ.*24.*lib.*2.

Et Procurator conſtitutus ad agendum, tenetur
41 etiam defendere ſuum Principalem, qui eſſet reconuentus in eodem iudicio, in quo ipſe eſt actor, vt eſt *text.*iuncta *gloſ.*in *verb.ad agendum*,in *cap.qui ad agendum*,eod.*tit.*in *ſexto*,*Muta* in *cap.*2.*Regn.Sicil.num.*25 *tom.*1.& ſi quis præſens, & tacens fuerit ab aliquo conſtitutus Procurator, non propterea cenſetur acceptaſſe mandatum,idem *Mut. ibid. cap.* 22.*num.*53.& Procurator conſtitutus ad negotia,
42 etiam nulla facta mẽtione de iudicijs poteſt agere, & defendere in iudicijs,*cap.qui generaliter*, eod. *tit. lib.*6. Quid in Procuratore conſtituto ad exigendum,an poſſit conueniri ad lites? *Præſ.de Franch.*
43 *deciſ.*177.*num.*5.affirmat in actione reali. Et è conuerſo, ſi Procurator acceptat mandatum ſimpliciter,non poteſt amplius illud renunciare, vt in *clem.* 1.*de procurator.*Sed ſi Procurator conſtitutus ſuſci-
44 piat gradum Doctoratus,etiam poſtquam cœptum eſt agi de meritis cauſæ, non cogitur interuenire amplius vt Procurator,propter ſuperuenientem dignitatem,vt in *l.filiusfam.§.fin.in fi.ff.de procur.* Plu-
45 res autem coniecturas,ex quibus Procurator cenſetur reuocatus vide apud *Menoch. præſumpt.* 36. *lib.*2.*Maſcard.de probat. concluſ.*1014. *volum.* 2. .ſ. quandò Dominus aufert ſcripturas, quandò ob ſolam abſentiam conſtituitur,& Dominus reuertitur, vel ſi Dominus cauſam reaſſumpſit,vel orta eſt inimicitia inter eos,vel Procurator effectus eſt facinoroſus,vel per inſtrumentum reuocationis, ſeù literas,vel per teſtes, morte conſtituentis, re integra, morte mandatarij, vel ſi eſſet effectus monachus, aut in exilium miſſus,item ceſſante cauſa,ſi ſecundo loco conſtituatur idem Procurator cum aliqua ad-
46 ditione,etiam ſi non acceptauerit,& ſi poſt conſtitutum vnum Procuratorem in vna cauſa, conſtituatur alius,vt in *l.ſi quis,§.ſi ff.eod.* & in *cap.ſi duo procuratores*,*eod.tit.in ſexto*,in *verbo ſimul*, ſed ſi eſſet ſub eadem data,vtrumquè mandatum vitiaretur, *Maſcard.loco* cit.*num.*25.niſi exprimat, ſe nolle primum reuocare,eadem *gloſ.*per *l.ſi pluribus*,*ff.de leg.* 1.quod limita,vt non procedat in re fiſcali, ſecundùm *Ann.allegat.*27.*num.*11.cum *ſeqq.*& vt procedat in eadem cauſa,non autem in diuerſis, vt per *Archid* in *c.licèt.de procur.* in 6.

Ampliabis tamen,vt procedat etiam poſt litem
47 conteſtatam,niſi primus Procurator contradicat,vt per *Sylueſtr.Aldobr.*ad *Dec.*in *cap.caterùm*,*num.*16. in *verb.ſit extrà de reſcript.*vbi habes alias declarationes in hac materia,& declara,vt dixi ſuprà *n.* 35.
48 in *fin.*Item amplia, etiam ſi ſecundus Procurator nolit acceptare,ſecundùm *gloſ.* in *d. cap.ſi duo procuratores*,in *verb.ſimul*,eod. *tit. lib.*6. & probatur

in

in *l.planè,in princ.ff.de legat.1.& Inſt.quib.mod. toll. obligat.§ præterea*,& admittunt *tibi*, licet in *d.cap. ſi duo Procuratores* omnes *Canoniſtæ*, quod intelligas,dummodò talis,& quælibet alia reuocatio perueniat ad notitiam Partis, & Iudicis, aliàs nullius effectus eſt reuocatio, proùt declarat *gloſ.in cap.2. in verb.reuocari*,eodem *tit.in ſexto*, & *in clement.1. verb.teneat,de renunciat.*quod tu latiùs proſequere diſtinguendo inter Procuratorem ad lites, & ad negotia,ſecundùm *Ioſeph.Seſe dec.Aragon.81.*vt *ſ.* ad negotia ſufficiat generalis,ad certum locum, publicè debet reuocari,ſimplicitèr generalis ad negotia debet certiorari de reuocatione, ſi eſt ſpecialis cum certa perſona, debet notificari etiam illi perſonæ, ad iudicia verò debet eſſe nota Iudici, Aduerſario, & Procuratori,vt valeat,ſi ſoli Iudici, vel Aduerſario fuit nota, valet, ſi ſoli Procuratori fuit nota, non valet in damnum Aduerſarij, ſi eſſet Procurator generalis ad lites, re integra ſufficit, vt notificetur ipſi,aliàs etiam perſonæ,cum qua fuit cœpta lis reuocatio debet notificari, & non ſufficit ſcientia aliundè, quandò reuocatio non tendit in præiudicium alterius poteſt fieri etiam re non integra,nec requiritur notificatio,latiſſimè,& pulcherrimè *Saguramus de Nigris in addit.ad Bal.in l.ſi mandaſſem,num.*1.cum *ſeqq.ff.mand.* vbi optimè totam hanc materiam enucleat,*Coccin.dec.*364.

Viteriùs in hac materia aduertas, quòd licèt
49 morte mandantis mandatum procurationis re integra expiret,*l.mandatum,C.mandat.*id tamen limitatur multis modis congeſtis per *Bald.& Salyc.ibidem num.*16.& per *Zaſ.in l.eius,qui pronuncia.n.4. ff. ſi cert.pet.* ſ. niſi ſit proceſſum ad aliam oblationem, vltrà mandatum,vel niſi tranſactum in obligationē vltrò,citroq; obligatoriam,vel mandatum eſſet vniuerſale, vel ſit conſequutiuum ex neceſſitate præcedentis actus,vel eſſet collatum poſt mortem, vel in actu participante duas naturas, vitæ, & mortis, vel viuente mandatore, licèt donator moriatur,vel in Procuratore in rem propriam, fauore libertatis, vel piæ cauſæ,vel dotis,vel mandans de neceſſitate teneretur,& ex eodem *Bald.* qui nihil ignorauit in *l.vnum,nu.*mihi 16.in *fin.ff.ſi cert.pet.*notabis, quòd
50 Procurator poteſt conſtitui ad vnum tantùm articulum,& eſt doctrina aureis literis ſcribenda; quia quandòq; fecit mihi magnum honorem in Collegio Aduocatorum,proùt poteſt etiam conſtitui vſq; ad certum actum,cum expreſſa tamen prohibitione,nè ad vlteriores actus procedat, aliàs abſq; prohibitione expreſſa non impediretur,etiam ſi ſit conſtitutus vſq; ad certum actum, vt per *gloſ.* in *cap.1. §.1.in verb.procurator,verſ.& hoc verum,de procur.* in 6.*Bart.in l.1.§.vlt ff.de procurat.Caſtrenſ.conſ.*104. *colum.1.lib.1.Tiraq.de retract.conuent.gloſ.2.nu.*45.
51 *verſ.& facit etiam*,quæ quidèm Procuratoris conſtitutio poteſt fieri etiam per literas priuatas, ſeù per epiſtolam,vt per *gloſ.in clem.1. in verb.vel li-*
52 *teris,de procuratorib.*& quia multotiès vidi procurationes factas in perſonam alicuius Religioſi cum poteſtate ſubſtituendi, aduertas, quòd huiuſmodi Religioſus non poterit ſubſtituere ſine licentia ſui Prælati, vt in *clem.3.de procuratorib.* Et in quibus caſibus Procurator per ſe inhabilis poſſit ſubſtituere habilem,*Maſtrill.dec.*264.declarat,& dicit, quòd Nuncius,vel Procurator inhabilis cum poteſtate ſubſtituendi habilem cum clauſula *ex nunc,prout ex tunc*,vel cum poteſtate ſubſtituendi habilem,& certum,vel quandò fit inhabilis poſt conſtitutionē, vel quandò eſt conſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi ſimplicitèr,poſſit ſubſtituere, facta tamen ſubſtitutione,etiam ſi ſequatur mors ſubſtituentis, mandatum non expirat,*Gratian.diſceptat.*737.*in fin.*nec refert,quòd in actu ſubſtitutionis vſus fuerit verbo, *conſtituo*,& non *ſubſtituo*,*Coccin.dec.Rot.*62.*num.*4. & quælibet perſona Eccleſiaſtica non poſſet eſſe Procurator in Tribunalibus Laicorum, latè *Carol. de Graſſ.effect.cler.*11. nec Procuratores generales magni Viri,niſi in vno negotio,vel in cauſis propriis, vel cauſa neceſſitatis,vel miſerabilium, vel amicorum ſtricta amicitia coniunctorum, Eccleſiarum, & coniunctorum,dummodò non ſint Clerici minores abſquè beneficio, *Bellet.diſquiſ.cler.part.1.tit.de diſciplin.cler.*§.28.& de clerico exercente in vno negotio coniuncti officium Procuratoris *Caſtill.dec. Sicil.*113. poterit tamen ſubſtituere, dùm non eſt perſona omninò incapax,*Cald.de iur.emphyteot.lib. 2.quæſt.*5.*num.*50.cum *ſeqq.* Quid autem ſi in man-
53 dato procuratorio non ſit deſcriptum nomen Procuratoris,ſed ſit relictum vacuum, ſeù album, in quo nomen Procuratoris deſcribi poſſit,an dicatur legitimè conſtitutus,explicat *Boer.dec.*274. decidēdo valere.

Nec etiam hic pigebit vnum dictum ſatis lepi-
54 dum,& curioſum adnotare, quòd ſi vnus eſt Procurator,ſeù Aduocatus duorum,tempore, quo nullam litem habent inter ſe,ſed litigant cum alijs tertijs perſonis,tractu verò temporis contingat, quòd hi litigant inter ſe ipſos,proùt multoties contingit, tunc maximum dubium erit in Procuratore, ſeù Aduocato,quomodò ſe gerere debeat in hac noua cauſa cum vtroq; Cliente,dùm non poteſt vtriquè ſuam operam præſtare, ſed vni tantùm adhærere, valeat,in quo dubio aliqui fuerunt in opinione, quòd teneatur patrocinari pro Cliente antiquiori, vt refert *Cancer.lib.2.variaſol.c.*14.*qu.*9. alij dixerunt, quòd debeat patrocinari pro eo, qui fouet meliorem,& iuſtiorem cauſam, vt probat *Roman. conſ.* 47.*n.*2. At Ego tutiùs eſſe cenſeo, ab vtriuſquè cauſa abſtinere, ità vt vterquè prouideat ſibi de alio Aduocato,ſeù Procuratore in illa cauſa, & ità Ego ſæpe obſeruaui,dùm ſæpè ſæpiùs hic caſus mihi accidiſſet,ex ſimili tradito per *Bellet.diſquiſ. cler.part.*1. *tit.de diſciplin.cler.*§.17.*num.*22. Tu vt pleniùs valeas deliberare,vide quàmplurimos citatos per *Ceued.*in ſuis *collectaneis ſuper Decretal.in cap. intellecto,in fin.extrà de iureiur.* & tradita per *Moditiume* in §.*Plebiſcitum,dubit.*170. *Otter.*nouiſsimè *diuerſ. qq.par.2.diſput.*31.

Et Procurator, vel Aduocatus, qui efficiatur
55 Principalis, putà quia remanſerit hæres Aduerſarij,poteſt impunè defendere contrarium eius, quod defendebat tanquàm Procurator, vel Aduocatus, *gloſ.*in *cap.2.in verb.eius,eod.tit.lib 6.*per *tex. in can. infamis,*§.*tria,q.*7.& in *l.vlt.ff.de poſtul.*dixi *ſuprà de poſtuland.*in *rubr.n.*14.

Quæ autem actio acquiratur Domino per Pro-
56 ratorem ſtipulantem,tàm in iudicijs, quàm in contractibus,vide *gloſ.*in *verb.poſſint acquirere* in *c.2. de vſu,in ſexto.*

Et quia *ſuprà* dixi *num.*35.& 47. quòd Procurator poſt litem cum eo conteſtatam non poteſt reuocari inuitus,eſt notandus alius effectus, valdè notabilis,qui inſurgit ex lite conteſtata cum Procura-
57 tore,nàm ſi Principalis, qui conſtituit Procuratorem antè litem conteſtatam,decedat poſt litem cōteſtatam cum Procuratore, non propterea expirat mandatum, ſed idem Procurator poteſt proſequi iudicium, tàm agendo, quàm defendendo, ſuè

pro actore,siuè pro reo interueniat,vt est *text.*particularis in *l.nulla dubitatio*,C. *de procurator.* & licèt *Zas.*in *l.in summa,num.7.& 8. ff.de re ind.* fuerit in
58 opinione,quòd adhuc sit citandus hæres de nouo, non quòd sit formandus cum eo nouus processus, sed vno verbo reperendo omnia acta , & actitata præhabiti iudicij, ponendo etiam formam prædictæ repetitionis,tamen eius opinio expressè reprobatur per *Frecc.lib.3.subfeud.tit.de differ. inter feuda ex pacto,& hæredit. differ.*15. dubitatio solum est inter *Doctores*,quomodo sint concipienda verba sé-
59 tentiæ,quæ posteà veniet proferenda cum eodem Procuratore,nam aliqui fuerunt in opinione , quòd condemnetur,vel absoluatur Procurator,vt Procurator defuncti,& hi sunt *Bart.*in *d.l. nulla dubitatio*, in *fin*qui reliquit cogitandum, *Bald.*in *l.1.C.de sent. & inter.omn.Iud.nu.9. Paul.* in *d.l. nulla dubitatio*, quam legit cum *l.procuratoribus,n.5.* in *fin. Siebard.* in *d.l.nulla dubitatio*,in *fin.*

Alij,quòd condemnetur,vel absoluatur Procurator vt Procurator hæredis,& hi sunt *Bal.*in *d.l.nulla dubitatio*,in *fin.Corn.ibid.*in *fin.*

Alij,vt Procurator hæreditatis , & hi sunt idem *Bald.ibid.& Corn.*in *fin.*

Alij,vt Procurator defuncti,& cuiuscunq; hæredis,vt *Salyc.ibid.*in *fin.*qui dicit,hoc esse tutius.

Alij denique,quòd condemnetur , vel absoluatur Procurator simpliciter,nulla mentione facta defuncti,nequè hæredis,nec etiam hæreditatis, *Ias.*in *d.l. nulla dubitatio*,in *fin. Alex.*in *ibidem* in *fine* residet in hac opinione,& deniq; *Fulgos.*in *d.l nulla dubitatio*,quam legit cum *l.procuratoribus*,in *fin. verb.* dicit,quòd ipse non dubitat , posse concipi verba sententiæ in ipsum Procuratorem , non dico procuratorio nomine,sed in ipsum Titium,& rursùs nõ dubitat,posse ferri sententiam contrà ipsum Procuratorem nomine hæredis mortui, *Iacobin.* verò in *d.l. nulla dubitatio.num.4.& 5.*disputat articulum & tãdem distinguit,aut hæreditas est adita,& potest cõdemnari procuratorio nomine hæredis, aut non est adita,& condemnetur simpliciter.

Nos autem in S.C.obseruamus,quòd condemnatur Procurator,cum quo est lis contestata, in damnum hæredum,teste *Præs.de Franch.dec.*245. & sic est approbata opinio *Bal.& Corn.*in *d.l.nulla*, in *fin.* dùm dicunt,quòd debet condemnari vt Procurator hæreditatis.

Est benè verum,quòd adita hæreditate per hære-
60 dem,est in electione actoris, siuè rei,vel procedere ad vlteriora in causa cum Procuratore,cum quo est lis contestata, vel citare hæredem in terminis , in quibus causa reperitur,& quandò citat hæredem, non est opus citare Procuratorem , cum quo fuit lis contestata in vita defuncti , nisi confirmetur Procurator ab hærede , & si hæres citatus constituit alium Procuratorem, cum hoc nouo Procuratore, est procedendum, sin autem potest procedi cum eo in contumaciam accusatis contumacijs , & ità practicatur,sed si nullus appareat hæres , tunc non est procedendum cum Procuratore defuncti , etiam lite contestata cum eo,vt probat *Minad.dec.*35. sed est dandus Curator hæreditati iacenti, iuxtà tradita per *Capyc.dec.*87. Id autem,quod dictum est de Procuratore, cum quo est lis contestata, idem dicas de Procuratore constituto post litem contestatam cum Principali, nàm primus actus sequens in iudicio celebratus cum ipso Procuratore habet vim litis contestationis,non obstante prima contestatione facta cum Principali , ità *Petr.Bellapert. Cyn.Bal.Salyc.Iason.& Iacobin.* in *l.Nihil, C.de procurat.*nisi talis Procurator esset constitutus facta conclusione in causa, & nullus alius actus esset posteà cum eo celebratus, nàm tunc non inducitur litis contestatio cum hoc Procuratore,ità *Bald.* in *d.l. nihil.*post *nu.*5.

Si post litem contestatam Procurator non reperiatur,& Principalis sit absens, an possit citari Procurator dom tantùm? *Bart.*in *l.furioso,ff.de re iud.* quem alij *ibid* sequuntur,vt,quòd sic. Addo *Caldas de iur.emphyt.lib.1.quæst.6.num.9.* Finita verò instantia per sententiam latam post mortem Principalis an cesset mandatum procurationis? *Seraph. dec.*824.fundat,quòd sic,nisi in mandato adsit clausula generalis *ad omnes causas,& instantias*. Item nisi adsit clausula,*reuelantes*,idem *Seraph. dec.*1180. faciunt tradita per *Gabel.dec. Lusit.*197.*num.6.& 7.par.*2.& per *Coccin.dec.*319. *Postium de manutenend.obseru.*86.*n.*13.

Demum est aduocandũ,quòd Procurator simpli-
61 citèr constitutus ad aliquas causas, in aliquo Tribunali existentes indefinitè,intelligitur constitutus tàm ad causas tunc pendentes,quàm ad futuras. *Petens decis.*57.*lib.*3. *Mantic. de tac. & ambigu conuent.lib.*7.*tit.*16. in *fin.num.*46. *Grat.an. discept. forens.*274.*nu.*22.

Idem si fuerit constitutus ad causas deuolutas in
62 aliquo Tribunali,nàm censetur constitutus etiam ad deuoluendas. *Rot.Roman.dec.*3.*num.*3. *de procurat.in nouis*; *Mant.eod.tit.*16.*num.*45. *Grat.d. discept. forens.*274.*n.*19.

Et quod præ ceteris notandum est, si fuerit con-
63 stitutus Procurator generaliter cum clausula, *quòd possit extendi à quocunque Notario cum alijs facultatibus eidem Procuratori bene visis*, tunc mandatum censetur generalissimum, & perindè est , ac si esset apposita clausula, *quòd habeantur pro expressis*, ità *Rot.Rom.dec.*257.*par.*2.*inter nouiss diuer. Mantic.d. tit.*16.*nu.*28. *Grat.d.discept forens.*274.*n.*18. quæ practica maximè frequentatur in hac Ciuitate Neapolis ab his,qui recedunt ab ipsa Ciuitate , relicto Procuratore generali,& Notarius , qui stipulatur huiusmodi mandatum,appellat illud *mandatum generalissimum ad omnia,et cætera*, & sub illa dictione, *& cætera* , comprehenduntur omnes potestates. Aliqui vocant procurationem in albo, vt etiam in Regno Aragoniæ,teste *Sese dec.Arag.*81. Et ità iudicauimus in S.C.adhibita maxima discussione in causa Hospitalis Sancti Angeli ad Nidum cum Hæredibus Ioannis Francisci Piscicelli , referente Domino Alderisio die 27. Maij 1619. Actuarius Hieronymus de Amico.

Item pone,quòd quis constituit aliquem Procu-
64 ratorem specialem in aliqua causa,aut negotio particulari, posteà verò constituit sibi alium Procuratorem generalem,an hic Procurator generalis poterit prohibere Procuratorem illum specialem , vt amplùs non se intromittat in illa lite , seù negotio speciali,*text.in l.si hominem,ff.mandat.* probat,quòd sic,concurrente tamen causa legitima,& non aliter, ità declarat *Panorm.*in *cap.fraternitatem.2. extrà de*
65 *offic.legat.*& nota,quòd Procurator ad lites potest reuocari non obstante quacunq; prohibitione de non reuocando *Farin.dec.posit.*47.*p.*1.

66 Et ipse Procurator ablq; speciali mandato non potest appellationi expressè renũciare, *Gerius Spin. cons.*67.*n.*15. *& cons.*68.*n.*9.

AD-

ADDITIO.

A HAnc eandem sententiam elegantissimo stylo defendit pentissimus *Franc. de Petr. festinar. lection. lib. 1. c. 8.*

B Et nouissimè *Gabriel Berart* in *specul. visitat. cap. 12. tit. de Fisci Aduoc. & Procur. Fiscal. num. 5.* dicit, quòd Procuratores procurantes in Curijs Regum, Principum, Episcoporum, & Illustrium personarum dicuntur habere honorem, & eorum officium non est vile, & ratio est, quia in Curijs talium personarum non possunt versari, nec in eas ingredi, & procurare personæ infames, & pro hoc allegat *Caualcan. dec. 41. n. 30. 31. & 32.*

Io. Laganarius.

De Procuratoribus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pœnæ istius pragmaticæ antè sententiam non exactæ, sententia postmodùm lata in fauorem eius, qui calumniosè dilationes opposuit, an possint post sententiam exigi.*
2 *Pœnæ hìc appositæ sunt soluendæ à Procuratoribus de propria substantia, nec repetuntur à Principalibus, nisi habeant speciale mandatum, et quid hoc mandatum debeat continere.*
3 *Pragmaticæ istius ratio quæ fuerit.*
4 *Nominationes facientes, eisq; non vtentes puniuntur pœna ducatorum duodecim, nisi antè lapsum terminum renunciauerint.*
5 *Procuratorem vnum quibus in casibus plures concursi constituere teneantur.*

QVotidiè, &c.

Procuratores calumniosè opponentes introscriptas dilationes, introscriptis pœnis mulctantur. H. D.

Hæc pragmatica fuit confirmata per Comitem Mirandæ in anno 1587. vt in *pragm. 44.* in *fin. verb. suprà de Offic. Magistr. Iustitiarij.*

Sed si hæ pœnæ non fuerint exactæ antè sententiam, & sententia postea lata sit in fauorem eius, qui
1 has dilationes opposuit, an possint exigi post sententiam? vide *Anchar. cons. 145.* qui negat.

Et dùm statuitur hìc, vt pœnæ hic appositæ soluantur ab ipsis Procuratoribus de propria substantia, nullatènus repetendæ à Principalibus, nisi ha-
2 beant speciale mandatum, vt scias, quid continere debet hoc mandatum speciale, vide *Benintend. dec. Bonon. 94.* dicentem, sufficere, si dicat ad petendum talem rem, absq; eo, quòd dicat in specie, quòd possit facere cadere Dominum in pœnam.

Ratio decidendi ea fuit, nè esset in potestate Pro-
3 curatoris, Domino præiudicare, quod ei de iure non licet, nisi in omittendo, vt per *glos. in extrauag. Suscepti regiminis*, in *verb. voluerit*, propè *fin. nè sede vacant.* in *extrauag. comm.*

Et dùm in *vers. facientes autem nominationes*, sta-
4 tuitur pœna ducatorum duodecim contrà non vtentes nominatione facta, scias, quòd ad euitandum hanc pœnam potest renunciari nominationi factæ, dummodò renunciatio fiat antè lapsum termini, secundùm *Ioa. Vinc. Ann. in cap. 1. de vasal. decrep. ætat. nu. 149.*

Et qui sint casus, in quibus plures conuenti te-
5 nentur constituere vnum Procuratorem, docet *Mastrill. dec. 108.* declarando *dec. Vinc. de Franch.* 309 quòd procedat, quandò causa habuit initium ab vna persona, secùs à pluribus, quia tunc possunt constitui plures Procuratores.

De Prohibita venditione suppellectilium vsu consumptorum, seù de Circuitoribus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ istius materia, remissiuè.*
2 *Princeps statim, quòd facit delictum id, quod priùs non erat delictum, cognitio dicti delicti spectat ad habẽtem iurisdictionem in eo genere.*
De contrabandis, remissiuè.
3 *Circuitores appellantur illi in iure, quibus vestes circumferendæ, & distrahendæ dantur, quod exercitium est antiquum, & non nouum.*

ESsendo peruenuto, &c.

Vestes, & suppellectiles vsu consumptæ, & inueteratæ non possunt emi per acclamantes intus Ciuitatem, & Suburbia. H. D.

1 Ad materiam huius pragmaticæ vide *Præs. de Franch. dec. 434.* vbi determinat illum articulum,
2 quòd eò ipsò, quòd Princeps facit delictum id, quod per priùs non erat delictum, cognitio etiam huius delicti spectat ad illum, qui habet iurisdictionem in eo genere, pro qua *decisione* satis conferunt adducta per *Follerin.* in sua *pract. crim. in verb. audiãtur excusatores, num. 132.* sed in facti contingentia est omninò videndus *Pancirol. cons. 185. num. 27. Menoch. consil. 604. Surd. cons. 152. volum. 1. Thesaur. dec. 132. & Gaspar Thesaur.* eius *filius* in *duobus consilijs* impressis post eius *Additiones* ad dictam *decisionem 132.* vbi latissimè, *Capibl. in pragmat. 8. num. 114.* aliàs *num. 126. par. 1.* secundùm nouissimam impressionem *suprà de Baron.* nouissimè *Peregr. consil. 25. volum. 5.* & pro limitatione videas *Præs. de Franch.* in suis *additionibus ad d. dec. 434. .l.* in causis contrauentionum Regiorum Bannorum, & præsertim super reuelationibus frumentorum, & pretij per pragmaticas taxati.

Et hi, quibus dantur huiusmodi vestes circum-
3 ferendæ, & distrahendæ, Circuitores appellantur à *Iurecons. in l. quicunquè, vers. sed etiam institores, ff. de institor. actio.* Ex quo *text.* constat, quòd hoc exercitium est satis antiquum, & non est de nouo introductum.

De Quæstionibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Iudex quandò dicatur committere excessum in tortura, & quandò excusetur.*
2 *Torqueri qui non possint in caput alterius.*
3 *Seruus potest torqueri contrà Dominum, si interrogatur de facto proprio.*
4 *Filiusfamilias in eisdem casibus, in quibus seruus in caput Domini torquetur, respectu Patris torqueri potest.*

MAndamus quoquè, quòd decreta de torquendo, &c.

Decreta de torquendo subscribantur per omnes Iudices votantes, & per duos ad minus exequantur. H. D.

Hoc idem decretum est insertum in *pragmat. 3. §. mandamus quoquè, suprà de Offic. Magistr. Iustitiar.* vbi aliqua annotauit, & quandò Iudex dicatur committere excessum in tortura, explicat *Hector Felic. allegat. 3.* qui scripsit pro defensione Iudicis, qui dedit torturam inquisito de assassinio, non datis defensionibus, quia non constabat, eas adesse. Secundò non præcedentibus indicijs, quia in delicto atrocissimo licet iura trãsgredi, & sufficiũt leuiora indicia, & inquisitus erat persona vilis, & robusta. Tertiò ex potestate sibi concessa, *che ve ne diamo ogni autorità necessaria, & anco quella istessa, che habbiamo noi*, & Princeps hoc posset, alias esset Mũdum reuangare. Alia practicabilia, remissiuè tamen tradit *Ricc. collect. 129. & 133.* vbi declarat indicia.

2 Non tamen omittas, quòd regula est, vt quemadmodum seruus non potest torqueri in caput Domini, & libertus in caput Patroni, ità nec filius in caput Patris, nec frater in caput fratris, *l. 1. §. Dinus Antoninus, §. sed nec libertum, ff. de quæstion. l. parentes, C. de testib. l. pridèm, C. de quæst.* sed habet multas fallentias, inter quas illa est satis trita, & omnibus obuia, nempè quandò seruus torqueretur de facto proprio, quia tunc potest torqueri etiam in caput Domini, ità est *text. & ibi glos.* in *l. interrogari, C. de quæstion. l. seruos, C. de testib.* & vtrobiq; *DD.* & signanter *Fulg.* in *d. l. interrogari*, vbi ait hæc verba. *Nota, seruos interrogari pro dominis, vel contrà dominos pro facto suo proprio, Angel. ibidem* expressè ait hæc formalia verba. *Cùm agitur de facto proprio ipsius serui, etiam in ciuili potest torqueri in caput domini*, illud idem expressè admittit *Alber.* in *l. cùm probatio, num. 1. ff. de probat. & ibid. Fulgos. num. 2. vers. Vos autem colligetis, & Paul. de Castr.* in *lectura noua super secunda ff. veter.* impressa in anno 1596. in *d. l. cùm probatio* in specie infert ad filiumfamil. inquiens, quòd si filiusfam. confiteatur maleficium, hæc confessio nocet patri, & non eundo per mendicata suffragia, quòd seruus possit torqueri in caput domini in specie ad sciendum, an delictum cõmiserit de mandato domini, *text.* est in terminis in *l. quicunque fugitiuum*, circà *fin. vers. sanè mancipium, C. de seru. fugit.* per quem *text. Alber.* in *rubr. C. de quæstion. num. 6. vers. si contrà dominum* ait, quòd si

3 seruus interrogatur de facto communi domini, & serui, tunc torqueri potest, ergò quotiescunquè agitur de homicidio, quod prætenditur commissum à seruo de mandato domini, potest torqueri seruus in caput domini, & quicquid dicitur de seruo re-

4 spectu domini, procedit in filio respectu patris, nàm non est lex, quæ disponat regulam negatiuam in filio, sed DD. arguunt ab his, quæ statuta sunt in seruo respectu domini, & liberti respectu patroni, ad filium respectu patris, & propterea in omnibus casibus, in quibus limitatur regula respectu serui, limitatur etiam respectu filij, argumento ab æquiparatis, de quo per *Everard.* in sua *topic. legal. loco 43. & loco 74.*

Quòd Regnicolæ possint armare Lembos piraticos & alia nauigia contrà inimicos. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Licentia armandi quæcunq; nauigia contrà Infideles, quæ comprehendit vsum omnium armorum, cuiusq; generis offensibilium, & defensibilium, suis necessaria, & quare.*

2 *Clausula, inscio Principe, non importat simplicem scientiam, sed exquirit expressam licentiam.*

3 *Pragmatica ista quòad licentiam capiendi, & deprædandi Infideles impunè, videtur superflua, & quare, & n. 5. & 7.*

4 *Infideles sunt hostes Religionis, & fidei, cum quibus Principes Christiani pacem inire non possunt, hinc ex perpetuo bello eis indicto dicuntur hostes publici, & cuicunq; licet eos capere, & deprædari.*

6 *Commissio facta à Principe Iudici ordinario circà ea, in quibus versatur eius ordinaria iurisdictio, non habet vim delegationis, sed excitationis suæ iurisdictionis ordinariæ.*

8 *Bona capta ab hostibus an, & quandò efficiantur capientium, remissiuè.*

9 *Bona recuperata ab hostibus an sint restituenda prioribus Dominis, remissiuè.*

Hostium præda quomodò dividenda, & vbi & vbiq; licitum sit hostes deprædari.

LImperator nostro Signore, &c.

Regnicolis datur facultas instruendi nauigia quæcunq; armata ad debellandum, & deprædandum Infideles, præstita cautione de non offendendo Fideles, & omnia, & singula capta per ipsos sint ipsorum capientium. H. D.

Tria continet dispositiuè hæc pragmatica. Primũ est licentia armandi quæcunq; nauigia contrà Infideles, quæ comprehendit vsum omnium armorum cuiuscunq; generis offensibilium, & defensibilium. Secundum est licentia capiendi, & deprędandi Infideles impunè. Tertium est declaratio, quòd bona quæcunq; cum dictis nauigijs ab Infidelibus capta efficiuntur integra capientium.

Quòad primum hæc licentia fuit necessaria, quia

1 armorum vsus etiam de iure communi est prohibitus *inscio* Principe, vt in *rubr. & l. 1. C. vt armor.*

2 *vsus inscio Principe, &c.* Quæ quidèm clausula, *inscio Principe*, non importat simplicem scientiam, sed requirit expressam licentiam, vt tradit *Andr.* in *c. 1. num. 7. hic finit. lex.* & de iure Regni est *text.* expressus in *Const. Castellanis, in fine*, quem Ego notaui in *pragm. 1. n. 3. suprà de armis.*

Quòd verò ad secundum hæc licentia videtur su-

3 perflua, nàm Nostri Inuictissimi Reges Catholici, & fidei Propagatores indixerũt bellum perpetuũ

4 omnibus Infidelibus, cùm sint hostes Religionis, & fidei, *clem. 1. §. porrò, de iureiur.* vbi est etiã dispositum, nè liceat Principibus Christianis inire pacem cum Infidelibus, adeò quòd dicti Infideles ex perpetuo bello sic publicè illis indicto dicuntur hostes publici, & tanquàm hostes publicos cuicunquè licet eos capere, & deprædari, proùt belli fortuna plus vni, quàm alij se propitiam exhibuerit, *l. in bello, in princ. & l. hostes sunt, ff. de captiu. & postlim. reuers. l. si quis pro redemptione, C. de*

do-

donat can.ius militare dist.1.can.quo iure 8.dist. c.1. in fin.de vasall.milit.contum in vsib.feud. & sic non est opus alia licentia,nam pro licentia sufficit illa prima belli indictio.

Verùm licèt hæc licentia non fuerit necessaria, 5 tamen deseruiet ad excitandum animos Fidelium ad viriliter inuadendum hostes tàm infestos, quem- admodùm in simili dicimus de commissione facta 6 à Principe Iudici ordinario circà ea, in quibus versatur eius ordinaria iurisdictio, vt .s. talis commissio non habeat vim delegationis, sed excitationis tantùm suæ iurisdictionis ordinariæ, ad *text.in cap. licèt in corrigendis, extrà de offic. Iud. ordin. Franc. Marc.dec.291.vol.2.in fin.*

Et etiam,quia ea, quæ particulariter iniungun- 7 tur,strictius,& magis tenaciter exequuntur, *l.item apud Labeonem,§.hoc edictum, ff. de iniur.* vbi *glos.* alias quotas adducit. Immò *Reg de Pont.* in *tract.de potest.Proreg.tit.11.de trirem.n.2.*dicit,sine licentia hoc esse prohibitum.

Tertium verò,& vltimum concernit illam arduã quæstionem longè, latèq; disputatam per *Doctores* vtriusq; Iuris,ac etiam Theologos,an .s. & quandò 8 bona capta ab hostibus efficiantur capientium, de qua diffusissimè agunt infrascripti,videlicèt *Conarr.* in *reg.peccatum,par.2.§.11.num.7.& 8. Præs.de Franch.dec.268. Reg.Lanar.cons.84. Reg. de Pont. dec.21.*in *1.artic.Gamm.dec 335. Alexand.*& reliqui, præsertim *Modern.Repetentes,*& signantèr *Bolognet.* in *l.1.ff.de acquir.possess. Aiala de iure belli.lib.1.c.5. per tot.Coter.de iur.milit.lib.2.cap.24. Petr.Bellin.*in consimili *tract.part.2.tit.12.& 18.Petr.Caball.resolut.crim.casu* 120.& 140.vbi etiam agit de recupe- 9 ratis ab hostibus,an sint restituenda prioribus Dominis, de quo etiam agit *Luc.de Penn.* in *l.si quis barbaris,colum.1.C.de re milit.lib.12.Gaspar Thesaur. quæst.forens.98.lib.2.*& ornatissimè *Mastrill.* in scribendi,& iudicandi munere vetsatissimus *dec.* 181. sed non est omittendus *Bald.*in *cap.sicut, num.7. extrà de iureiur.Muta* in *cap.*46.*Reg.Iacob.tom.*1. nouissimè *Gabed.dec. Lusit.*88. *par.*2. *Reg. de Pont. d. tract.de potest.Proreg.tit.*11.*de tiremibus,nu.*3. cum *seqq.Castill.dec.Sicil.*106.& 131. *Gratian.discept.for.* 801.*lib.*5.*Reg.Constant.*in *l.vnica.num.*97. cum *seqq. C.de classicis,*vbi agit de prædæ diuisione inter Principem,Nautas,& Milites,& concludit, vt Generalissimo præsenti debeatur decima, absenti aliquid in signum superioritatis,reliquum in quinq; partes diuiditur,si verò Castellum expugnatur tres fiunt portiones,& *ibi num.*107.cum *seqq.* agit, an liceat prædari hostes existentes in locis amicorum, & distinguit,aut Princeps est hostis prædantis, aut neq; pacem,neq; bellũ habet,& affirmat, aut est amicus, & tunc si non est amicus prædati, affirmat, aliàs teneretur actione iniuriarum.

De Receptatoribus delinquentium, seù malefactorum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Receptatores delinquentium qua pœna puniantur de iure communi.remissiuè.*
2 *Receptatores delinquentium an, & quandò puniatur eadem pœna,qua & ipsi delinquentes.remissiuè.*
3 *Receptans Regis proditorem deportationis pœna plectitur,& non reuelans simpliciter relegatur.*
4 *Receptator latronum punitur sicut receptatus.*
5 *Receptatorum delinquentium materia.remissiuè.*
6 *Compositio in receptatoribus nùnquid admittatur inconsulto Prorege.*
7 *Bannitis,& delinquentibus circà pœnam opẽ præstantium plura,& quot modis quis opem præstare dicatur,n.*8.*&* 10.
9 *Ecclesia in nemore existens potest dirui, si in ea recipiantur latrones.*

1 REceptatores delinquentiũ qua pœna puniantur de iure communi,vide *text.*in *l.fi.C.ad l.Iul.de vi pub.* latè *Menoch. de arbitr.iud.lib.2.casu* 348.& an,& quandò 2 puniantur eadem pœna, qua ipsi delinquentes, vide *Foller.* distinguentem plures casus in *Const.Patarenorum,num* 20.cum *seq. & num.*51. *& seq.Alberic.de statutis,lib.4.quæst.*33.is verò, qui 3 Regis proditorem receptauerit,deportatur, *l. metrodorum,ff.de pœn.Andr.*in *cap.1.num.19. de statut. & consuet.contr.libert.Eccles.*sed qui non reuelauerit simpliciter,relegabitur, iuxtà eandem *l.metrodorum,*at receptator latronum punietur,sicut receptatus, *Andr.ibidem num.*19. in *fin.* & plura ad hanc 5 materiam receptatorum delinquentiũ habes apud A *Luc.de Pen.*in *l.1.C.de desertoribus,lib.*12. & an in 6 hoc crimine admittatur compositio inconsulto Prorege,vide *pragm.4.supra de compositionibus,* & plura de pœna præstantium opem bannitis, & delin- 7 quentibus vide per *Bertazzol.cons.crim.*494. *vol.*2. *Aldouin.cons.*23.& 24.*Farinac.q.*130.in *pract.crim.* qui antè delictum dicit, comprehendi accomodantem arma, equum,pecuniam,familiam,scalam, domum, item associantem, vel ostendentem latitantem inimicum,vel detinentem verbis,vel custodiẽtem sarcinas delinquentium, vel transmittentem literas procedunt,quandò dedit causam proximam delicto consummato. In delicto omnes delinquentes,consulentes,& auxilium re, vel verbis præstantes,vel astantem.Post delictum verò non eadem pœna tenetur,nisi dolus interceserit, vel in crimine hæresis,vel præcedente tractatu, circà bannitos,in receptante,vel præstante alimenta, vel mutuante pecuniam,vel loquente, nisi esset toleratus,vel sine dolo,vel esset nullitèr bannitus, vel extrà territorium, vel post receptationem receptans denunciauerit,*Farin.ibid.quæst.*133.*cap.*1.circà fures, idẽ in receptante fures simul, & res furatas animo occultandi,& aliquid lucrandi,vt *ibid.cap.*2.ignorans non punitur,nisi esset publica vox in loco, vel esset famosus,& tunc pœna extraordinaria,*ibid.c.*3.

8 Et quot modis dicatur quis opem præstare, habetur in *l.cuiuscunq;*in *princ.ff.ad l Iul. Maiest. cap. sicut,lo primo,extrà de hæret.cap.felicis,* in *princ. de pœn.*in *sexto,*explicat *Bart.*in *l.qui post legatum, §.is verò,& §.sunt,ff.de his,quibus,vt indign.*& in *l.infanti,§.opem.ff.de furtis Hippol.Marsil.*in *l.1.§.præterea, ff.de quæst. Alberic.de statut.par.4. quæst.*32. *&* 95. *Peguer.pract.crim.cap.*10.*Villad.*in *prolog.fori iudic. l.*10.*num.*7.cum *seqq.*vsq; ad *fin.* & nota perpetuò, 9 quòd si in Ecclesia sita in nemore latrones recipiantur,est iusta causa,vt possit dirui,*Andr.*in *cap.1.§.fi. de cap.Corrad.*quod tamen intellige de authoritate Superiorũ Ecclesiasticorũ,& nota, quòd receptans 10 inquisitũ de crimine,quod postea sit exceptũ ab indultu generali,ipse quoq; censetur excluſus, *Gizzar.dec.*78.Alia ad hanc rubricam pertinentia habes apud *Borrell.de Magistr.edict.lib.*3.*c.*5.vbi *n.*44. probat,hanc prohibitionem comprehendere etiam delinquentes mortuos,& eorum cadaueta,

ADDITIO.

A ADde *Baiard.* ad *Clar. quæſt. 90. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. part. 2. a nu. 130. Aliſeum Danza de pugna Doctor. tom. 1. tit. de receptat. Carter.* in *pract. crim. §. homicidium, à num. 32.* & *Dom. Regent. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. promiſ. ſcr. ſolit. §. 3.*

Ioannes Laganarius.

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Barones de iure communi non tenebantur capere ſuos vaſallos, etiã ſi eſſent cõtumaces, et banniti M.C.V. & quarè, vndè pragmatica iſta corrigit ius commune quòad Barones.*

2 *Baro receptans delinquentes in ſua iuriſdictione poteſt per Regem ea priuari.*

3 *Vaſallus non excuſatur ſi receptauerit ſuum Baronem delinquentem, quod non procedit, ſi talis receptatio non potuit euitari.*

4 *Receptans delinquentem ignoranter, vel tolerantia Superioris non punitur hac pœna, & quid facere debeat, vt per hanc ignorantiam excuſetur.*
Dominus debet etiam iniuſtè adiuuare vaſallum ſuũ.

5 *Pœna iſtius pragmaticæ obtinet locum etiam in Baronibus habentibus caſas ſeù tuguria in feudo, vbi receptant malefactores.*

6 *Pœna iſtius pragmaticæ habet locum etiam in eo, qui receptauerit bannitum per Procuratorem.*

7 *Bannitus ſi publicè tranſiuerit per aliquam villam, & ibi publicè biberit in caupona, nùm erit huic pœnæ locus.*

8 *Barones receptantes delinquentes non poſſunt ad ſe excuſandum allegare culpam aliquam in ſuis Officialibus, & quarè.*

9 *Baro requiſitus à Superiore, vt traderet ſibi delinquẽtem ab eo ſcienter receptatum in Caſtro ſuo, ſi id exequi non curaret, amittit feudum.*

10 *Pœna iræ, & indignationis Regiæ quatènus ſe extendat, remiſſiuè.*

11 *Ira Regis nuncius eſt mortis.*

12 *Regium mandatum cum clauſula, pro quanto quis Regiam gratiam charam habet, importat officij priuationem.*

13 *Guidare in quo caſu Baro non poſſit.*

14 *Baro non cognoſcit de vaſallis ſuis, qui etiam in proprio territorio receptauerunt cõtumaces Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ, aut cum eis converſati ſunt, ſeù aliter illis opem præſtiterunt, cùm illorum cognitio ſpectet ad Regia Tribunalia.*

PRætereà, &c.

Nec Barones, nec Priuati malefactores recipiãt, aut illis guidatica concedãt. H. D.

1 Hæc pragmatica corrigit ius commune in Baronibus, qui non tenebantur de iure communi capere ſuos vaſallos, etiam ſi eſſent contumaces, & banniti Mag. Cur. Vic. quia nullus Baro debet eſſe Beccarius ſui vaſalli, *Affl.* in *Conſt. Pœnam eorum, vlt. notab.* authoritate *Bald.* in *cap. 1. §. ſi Iudex, de pac. tenend.* pulchrè per *Caſſan.* in *Conſuet. Burgund. rubr. 12. §. vnico, num. 3.* cum *ſeqq. Iacobin. de Rod.* in *fin. verbis,* & aduertas, quòd licèt per hanc pragmaticam Baronibus receptantibus delinquentes imposita ſit pœna pecuniaria, ſcilicèt ducatorum ſex
2 mille, tamen ſi Baro receptauerit delinquentes in ſua iuriſdictione, poſſet ea per Regem priuari, vt optimè fundat *Peguer. dec. crim. 36.* & *pract. crim.*
3 *cap. 20. in fin.* poſt inſertam fontiam procellus, nec vaſallus excuſatur, ſi receptauerit ſuum Baronem, vt probat *text.* in *cap. 1. in fin. hic ſimt lex*, ſed limita, quandò talis receptatio non potuiſſet euitari, quia tunc non reputatur pro delicto, vt per *Simon. de*
4 *Præt. conſ. 50.* Item limita, data ignorantia, vel tolerantia Superioris, vt per *Bertaz. conſ. crim. 459. vol. 2. Simon. de Præt. conſ. 81. Fab. Turrett. conſ. 8. lib. 3. Intrigl. ſing. 241. lib. 1.* poſt *Bart.* in *l. omnes, li 2. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Bal. conſ. 150. lib. 1.*

Sed ad euitandum affectatam ignorantiam quilibet debet explorare alienos, cuius innocentiæ ſit receptatus, aliàs non excuſatur, *l. ſi. §. ſeruorum, ff. naut. caupon. ſtabul.* & ex quibus præſumatur ignorantia, vide *Bertaz. conſ 440. volum. 2.* inter *conſil. crim. & Laderch. conſ. 204.* ſcilicèt ſi bannitus per quinquennium moram traxiſſet in territorio, vel habitaret ruri aliquis, & publicatio banni non induceret notorium, & idem *Affl.* in *Conſt. In locis domanij. lib. 3. num. 2.* air, quòd Dominus debet adiuuare vaſallum ſuum iniuſtè, hoc eſt, quòd non debet eum tradere inimico ſuo, & ſi feciſſet mille delicta.

Amplia tamen, vt hæc pœna habeat locum etiam
5 in Baronibus, qui in caſis, ſeù tugurijs, quæ habent in feudo, receptant malefactores, ſecundùm *Minad.* in *Conſt. In aliquibus*, in *rubr.* in *verb. Comitum, & Baronum, num. 1.* conferunt tradita per *Alberic. de ſtatut. lib. 4. q. 102.*

6 Item amplia etiam in eo, qui receptauerit bannitum per Procuratorem, iuxtà tradita per *Bartol.* in *l. 3. §. 1. ff. de legat. præſtand.* de contrahente cum bannito per Procuratorem.

Quòd ſi bannitus publicè tranſiuerit per aliquam
7 villam, & ibi publicè biberit in caupona, non erit locus huic pœnæ, *Alber. de ſtatut. lib. 4. q. 9.*

Et aduertas, quòd Barones non poſſunt ad ſe ex-
8 cuſandum allegare culpam aliquam in ſuis Officialibus, nàm in *pragm. ſeq.* eſt expreſsè ſtatutum, vt in hoc caſu Barones teneantur de culpa, & defectu ſuorum Officialium.

Et ſi Baro requiſitus à Superiore, vt traderet ſibi
9 delinquentem ab eo ſcienter receptatum in Caſtro ſuo, id exequi non curaret, amittit feudum, ità *Capyc.* in ſua *innoſt.* in *verb. feuda amittuntur, verſic. §. 3. f.* mihi *§7. col. 2.* tu vide *Bald.* in *c. conuenticulas, nu. 2. de pac. iur. firm. in vſib. feud. Affl.* in *Conſt. In locis domanij*, poſt *princ. Campeg.* in *cap. Regni Miſericordiam, n. 27.*

Et quia in hac pragmatica imponitur etiam pœ-
10 na iræ, & indignationis Regiæ, vt ſcias quatenus talis pœna ſe extendat, adeas *Bartol.* in *extrauag. qui ſint rebell.* in *verb. indignationem, Angel.* in *repet. l. ſi vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. Io. Staphil. de liter. grat. tit. de var. mod. vacat.* in *c. poſt hæc, num. 28. Iacobin.* in ſua *innoſt.* in *verb. dictique vaſalli, 10 primo, verſ. decimatertia cauſa,* & in *verb. Marcho, verſic. quæritur etiam, colum. 1.* & in *verb. Princeps, verſ. ſed an Princeps, ibi, nona ſpecialitas,* ſed non omittas *Gu-*
11 *liel. de Pern.* qui in *ſecundis notab.* in *fin.* inquit, quòd ira Regis nuncius eſt mortis, & *Gramm.* in *dec. 40.* in
12 *fin.* ait, quòd Regium mandatum cum clauſula, *pro quanto quis Regiam gratiam charam habet*, importat officij priuationem, & dùm in *verſ. Abdicantes*
13 auferrur poteſtas Baronibus guidandi delinquentes, intellige in terminis huius pragmaticæ tantùm,

ſecùs

ſecùs in alijs,vt explicat *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.de prouiſ fieri ſolit.§ 4.n.57.& 58.*

Scias tamen pro practica, quòd licèt Barones
14 poſſint cognoſcere de cauſis ſuorũ vaſallorum, tamen reſpectu illorum, qui etiam in proprio territorio receptauerunt contumaces Mag.Cur. vel Regiarum Audientiarum,aut cum eis conuerſati fuerint,ſeù aliter illis opem præſtiterint, non poſſunt aliquo modo cognoſcere,ſed illorum cognitio ſpectat ad Regia Tribunalia, vt per *Præſ.de Franch. dec.470.poſt Foller.in pract.crim.in verb. audiantur*
A *excuſatores*,paulò antè *num.135.* plura alia tàm de Baronibus,quàm de Officialibus receptantibus malefactores explicat *Maſtrill.dec.216.& 219.*

ADDITIO.

A COntrariam ſententiam acutiſſimè ſubſtinet Dom.*Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit. de prouiſ.fier.ſolit.§.3.n.27.cum ſeq.*hoc eſt,quod cauſa receptationis bannitorum Mag. Cur. vel Regiæ Audientiæ contrà vaſallum Baronis,ſpectat ad eũdem Baronem, & proindè debeat ad eius Baronalem Curiam remitti,confutata hac *D.de Frãch. dec.470.* quæ tantummodò fundata eſt in conſuetudine ſic iudicandi,& in ratione,quòd contempta videatur iuriſdictio iſtorum Tribunalium, quæ in ſententijs foriudicationis,& banni faciunt prohibitiones, vt Bannitum nemo alloquatur, nec ei conſilium, vel auxilium præſtet, & ſic ad ipſa Tribunalia ſpectet iuriſdictio,& vindicta huius contemptus,per *text.in l.ſi quis id,quod*,& in *l.ſi familia.ff.de iuriſd.omn.Iud.* non autem in veris iuris regulis, & terminis, proùt ipſe *D.de Pont.*ſuam fundat cõtrariam opinionem, & eundem *D.de Pont.*ſequuti ſunt *D.Æliſeus Danza*,nunc in Magn.Cur.pauperum Aduocatus ſolertiſſimus *de pugna Doct.in tit.de receptat.num.*& cum *ſeq.Capibl.& Viſcont.*ab ipſo relatu; qui teſtantur de contrarijs deciſionibus eiuſdem S.C. & alios citat *D.de Thoro in 1.par.Comp.dec.in ver. vaſalli Baronum receptantes forbannitos.*

Et ideò dùm contrarium iudicatum reperitur,nõ poterit dici,adeſſe conſuetudinem iudicandi, idem *de Pont.in d.§.3.num.50.* per *text.& gloſ. in l. quod non ratione,ff.de legib.*& in *auth.Vt nulli Iudic.*

Proùt nec etiam faciendum eſt vis in contemptu iuriſdictionis M.C.vel Reg.Aud.quæ prohibuerũt, receptationem, ac cibum,vel potum bannito dari, nàm etiam Baro iuriſdictionem exercet vti Regis Miniſter,& eius perſonam repræſentans in loco ſibi infeudato,& conceſſo, & Baro dicitur procurator Domini,ſed in rem propriam,& ſic vanum eſſe hoc argumentum,dicit idem *D.de Pont. ibidem nu.* 42.& clarius hoc oſtendit *D.Reg.in pragm.5.ſub nu.* 50.*de admin.Vniuer.* dùm dixit,quòd Rex in iuriſdictione repreſentatur per Baronem, & ipſe Baro dicitur Iudex ordinarius à Rege deputatus ſuorum vaſallorum,& quicquid iudicat quilibet Iudex Regni, ipſe Rex iudicare videtur, ex *Andr.* in *cap.1.* §.*hereditatem*, *de pace tenend.* & in *cap.1.num.48.* *quæ ſint Regal.*

Et his poſtremò addi poſſunt ea, quæ non ineptè tradidimus ſuprà in *rubr.de extract.ſeù export. animal.nu.5.ex Theſaur.D.Reg.De Franch.* & *Conſtant.* quòd ſcilicèt cauſæ contrauentionum Regiarum Pragmaticarum,& ipſarum pœnarum exactio contrà vaſallos ſpectant ad Baronem, non autem ad Regia Tribunalia,& ad Regium Fiſcum, quod etiã inſinuat idem *D.de Ponte* in ſupradicto *loco* citato ſub *num.19.*referens de eo,qui contrauenerat banno emanato per Magnam Curiam,vt nemo incederet per hanc Ciuitatem, vendendo bona vetera, ſub pœna triremis,nàm fuit remiſſus ad Curiam Artis Lanæ, cui ſubditus erat ille inquiſitus, & carceratus pro cõtrauentione prædicta,facta banno M.C.

Vides ergò,ſupradictam *D.de Franch.* deciſionẽ non eſſe vndiq; tutam,& ideò eſſe receptationum, bannitorum,& malefactorum cauſas (etiam quòd fuerint per M. C. vel Reg. Aud. banno ſuppoſiti) ad eorum malefactorum, & bannitorum Barones remittendas.

Fateor tamen,quòd ſupradicta *D.de Franch.deciſio* poſſet procedere,atq;deberet admitti,quotieſcũque in diſcuſſione cauſæ receptationis prætenderet inquiſitus M.C. vel Reg. Aud. foriudicationis ſententiam,pro ipſius defenſione impugnare, aut annullari,vel quouis modo reuocari facere; nàm hoc caſu minimè poſſet Iudex inferior manum apponere,iuxtà tradita per *D. Reg.* in *dec.44. num.4.* & in propria quæſtione per *D.de Thoro* in *2.part. Compend.dec.*in *ver.Remiſſio cauſæ alicuius vaſalli*, qui refert,S.C.ad hoc euitandum ſolere remittere tantùm exequutiua ſententiæ, non autẽm,vt illa poſſit reuideri,vel quouis modo immutari, & ideò in ſimilibus remiſſionibus erit caute aduertendum, vt remittatur tantummodò cognitio cauſæ receptationis banniti,ſeù foriudicati M. C. vel Reg. Aud. non autem recognitio ſententiæ foriudicationis, & ipſius immutationis, & ità declaranda ſunt omnia ſupradicta,quæ in hac quæſtione tàm per *D. Præſ. de Franch.*quàm per *D.de Pont.*ſunt tradita.

Ex hac quæſtione ea altera occurrit quæſtio reſoluenda.An ſi duo ſint alicuius terræ Barones,quorum vnus ciuilem,alter verò criminalem habeat iuriſdictionem,eueniatq; eorum vaſallum inquiſiti de receptatione banniti M.C.vel Regiæ Audientiæ,ad quem eorum ſit remittendus,vel quis eorum poſſit in cauſa prædictę receptationis procedere,ciuilis ſ. an criminalis?

Pro criminali ea facit ratio,quia hæc receptatio tã iure communi attento,quàm hac pragmatica inſpecta ſapit delictum,& graue ſiuè atrox delictum, *De Pont d.§.3.num.48.* ex *Foller.* in *ver. audiantur excuſatores,num.135.* peſſimumq; genus eſt receptatorum,& perindè puniri debent,ac latrones, *l.1. ff.de recept.*& grauius,quàm ipſi principales delinquentes,& malefactores, *Carrer.*in §.*homicidium.*, ſub *num* 23.ergò debet per eius Curiam cognoſci, idem *De Ponte ibidem* ſub *nu.51.* Quinimmò etiam ſi de iure communi receptatio non eſſet delictum, ſed tantùm per hanc Pragmaticam eſſet effectum delictum,de ea Baro cognoſcet, vti de cæteris delictis,quæ committuntur in ſua iuriſdictione ex Regis priuilegio,idem *De Pont.ibidem*,ſub *n.40.* in *fin.*

Ciuilem nihilominùs Baronem ea conſideratio adiuuat,quòd & fr variç fuerũt *DD.*opiniones circà declarationẽ cauſarũ ciuiliũ,& criminaliũ, & quãdò cauſa fit criminalis,& quandò ciuilis,de quo latè per *Clar.*in §.*final.quæſt.1.in princ.* & per *Capibl.* in *pragm.8.par.2.num.253.poſt Menoch.de arbitr.caſu 165.* In Regno tamen noſtro abſoluta res eſt, quòd omnes caſus,culpæ,& crimina, p quibus pœna mortis naturalis,ſeù ciuilis,vel membri abſciſſionis principaliter venit infligenda, dicuntur cauſæ criminales,& ad criminalem Curiam ſpectant. Caſus verò,culpæ,& crimina,pro quibus non venit imponenda pœna mortis naturalis,ſeù ciuilis, ſeù membri mutilationis; ſunt cauſæ ciuiles, & ad ciuilem

Cu-

Curiam pertinent, vt in *pragm.2.de iurisd. inuicem non turb.* & tradit *Capibl.d pragm.8.part.2.num.253.* At quicquid sit de iure communi circà pœnam contrà receptatores constituram, de quo per *DD.in d l. 1.ff.de receptat.* Clarissimum tamen est, quòd in hoc Regno pœna iuris communis contrà receptatores ordinata non est in vsu, sed exigitur tantùm pœna ducatorum sex mille à Regia pragmatica constituta, vt in *pragm.2,& 4. de recept. delinq.* Ergò dùm pro hoc delicto non est impolita aliqua ex dictis tribus pœnis, mortis scilicet naturalis, aut ciuilis, quę est deportatio in Insulam, vel condemnatio ad triremes in perpetuum, seù vita durante, *Capibl.dict. pragm.8.part.3.* sub *num.7.* vel membri alicuius absciſſionis, sed pecuniaria ducatorum sex mille, quæ ciuilis dicitur, *Menoch.de arbitr.ind.d. casu 265.n.8.* minimè poterit criminalis Curia de istis causis cognoscere, sed earum cognitio ad ciuilem Curiã pertinebit, & ad eam fieri debet remissio.

Nec refragabitur illa consideratio, quòd in *prag. 2.& 4.* hoc *tit. de recept.* vltrà pœnam ducatorum sex mille comminantur etiam aliæ pœnæ S.E. arbitrio reseruatæ, nàm donec non declarentur, iurisdictioni criminali ius aliquod non tribuitur, & poterit esse, q Prorex aliã pœnã nõ declaret, vel aliã declaret infrà relegationẽ, & sic extrà mortẽ naturalẽ, vel ciuilem, & pœna remigationis à Prorege inflicta, de qua testatur *Caranit.* in *pragm.1. de exulib. num.83.* & de ea meminit *D.Reg.* in *pragm.4. num.2.* hoc *tit.* fuit arbitrata propter paupertatem inquisiti, & absq; aliqua pœna pecuniaria, ac etiam quia noluerat inquisitus extrahere, seù demigrare. Præterea relata *Pragm.2.de iurisd. inuicem non turb.* ad hoc vt causa sit criminalis, & ad criminalem Curiam spectet, requirit, vt pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri mutilationis principaliter infligatur, non autem secundariò, & in consequentiam. At si contrà receptantes bannitos principaliter. est imposita pœna pecuniaria ducatorum sex mille, secundariò verò, alia arbitrio Proregis reseruata, duo sequentur veriſſima, alterum, quòd pœna alia à Prorege deindè declaranda non erit principaliter pro delicto receptationis inducta, alterum, quòd cùm pœna pecuniaria sit principaliter imposita, non poterit alia secundariò à Prorege arbitranda, esse grauior, & sic criminalis, sed similis pecuniariæ, *glos.* in *l.si fugitiui*, in *ver. alia pœna, C.de seru.fugitiu.* & *text.* in *l.quid ergò, §.pœna grauior, ff.de his, qui not. infam.* & latissimè *Addent. ad Bart.* in *l.si fugitiui, C. de seru. fugitiu.*

Patet ergò, quòd receptationum bannitorum, & malefactorum causæ, (quicquid circà earum pœnam dispoſuerit ius commune, cùm tamen in hoc Regno pecuniaria tantùm sex mille ducatorum attendatur) ad ciuilem Baronem, eiusq; Curiam pertinent, ac proindè ad eius Officiales erunt remittendæ, non autem ad criminalem, qui talium causarum non habet notionem.

Io. Laganarius,

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna corporalis, & pecuniaria pro vna, eademq; receptatione an possit imponi.*
2 .... *corporalis arbitraria de qua hic, et alijs pragmaticis sequentibus, aliàs fuit declarata, vt sit remigatio per quinquennium.*
3 .... *pecuniaria ratione paupertatis an possit minui.*
4 .... *minorata per Iudicem Regium, cui applicabitur, Baroni, vel Regi.*
5 *Receptans bannitos extrà Regnum non punitur pœna istius pragmaticæ.*
Receptator non dicitur, qui vnicum potum, vel cibum dedit bannito.
6 *Bannitum aliquem esse, vti probetur.*
7 *Receptans bannitos tempore inimicitiæ pro defensione sui corporis non punitur pœna istius edicti.*
8 *Bannito escam, & potum dare non est receptare de iure communi, licèt contrarium sit de iure Regni.*
9 *Receptans bannitum si pœnitentia ductus illum Curiæ præsentauerit, non punitur pœna huius pragmaticæ, sed mitiori.*
10 *Pragmatica ista non procedit quãdò est dubium, nùm receptati sint malefactores.*
11 *Conuersatio sola cum bannitis, vel etiam comedere cum eis an sit punibile, remissiuè.*

PER quanto, &c.

Malefactores licèt adhùc non contumaces non receptentur, etiam per patres, & alios consanguineos sub pœna ducatorum sex mille, & alia corporali arbitrio Proregis. H.D.

1 Sed an possit imponi vtraquè pœna, corporalis scilicèt, & pecuniaria, pro vna, eademq; receptatione, vide *Ann.alleg.40.* qui concludit, vnicam deberi
2 à relegato capto intrà fines contrà formam fideiussionis præstitæ, aduerte tamen, quòd pœna corporalis arbitraria, de qua in hac *pragmatica 4.& duabus sequentibus* aliàs fuit declarata, vt sit remigatio per quinquennium, vt refert *Caranit. ad pragm.1. suprà de exulibus, not.17.num.83.* & ità quotidiè practicatur in Magna Curia, an autem hæc pœna pecuniaria
3 possit minui propter paupertatem? quòd sic, *Tiraq. de pœn.temper.caus.32.* quem sequitur *Ioseph Ludou. dec.Lucens, 15.num.70.* & si primus Iudex, & sic Baronis condemnauit ad pœnam pecuniariam hic expressam, secundus verò Iudex Regius minorauerit
4 ex causa, hæc pœna minorata, cui applicabitur, Baroni, an Regi? dic Regi, scilicèt secundo Iudici, vt per *Nauarr.tract.de vsur.not.13.num.31.* & pulchrè *Claper.in cent.caus.fiscal.caus.11.q.1.* sed si confirmat simplicitèr, tota pœna erit primi Iudicis, *Molin. de primogen.lib.4.num.24. Reg.Constant.* in *l.1. num. 28.& 29. G.pœnis fiscal.credit. præfer.* quàmuis contrarium velit *Bouadill.* ex particulari lege Hispaniarum, *lib.2.cap.16.nu.113.& Paul.Staib.* qui hæc non gustauit *cons.74.*

Limitabis tamen, vt hæc pœna non habeat locum
5 contrà receptantes bannitos extrà Regnum, vt per *Bertaz.conf.crim.57.num.11. vers. quòad secundum, volum.1.* & pulchram distinctionem in hac materia receptationis vide per *Addentes ad Bertaz. consil. crim.98.* scilicèt, vt non dicatur receptator, qui semèl potum, aut cibum præstitit, nisi qui geminatè animo occultandi, & protegendi à Iudice, & ipsum *Bertaz.conf.crim.99.100.125. & 126.* vbi optima
6 *Additio*, siuè *Apostilla* pro modo probãdi, aliquem esse bannitum, scilicèt tortura, si adsint scientiæ indicia, vel denunciatione, nisi esset extrà territoriũ, vel esset forensis, aut iuraret, ignorare, vel esset toleratus.

Item limita, si quis recepterat bannitos tempo-
7 re inimicitiæ pro tutela sui corporis, vt per *Decian. cons.140.volum.5.* & plura pro alijs excusationibus

ab

ab hac pœna vide apud *Burſat.conſ.351.volum.3.Simon.de Præt.conſ.50.& 82.*& iterùm *Burſat. conſil.* 274.318.*& Decian.d.conſ.*140. *Florian.*in *l. in omnibus,ff.de noxal.action.Bart.*in *l.1.§.quod autem, ff.de*
8 *feru corrupt.*vbi ait,quòd dare eſcam, & potum bãnito,non eſt receptare,quod intelligas de iure communi, nàm de iure Regni etiam hoc eſt expreſsè prohibitum per hanc pragmaticam.

Item limita in eo, qui poſt receptatum bannitum pœnitentia ductus illum Curiæ præſentauerit,
9 quia non punietur hac pœna,ſed mitiori, *Alber. de ſtatut.p.4.q.69.*

10 Et etiam limita,quandò eſſet dubium,nùm receptari ſint malefactores,quia tunc non habet locum hæc pragmatica,*Bald.*in *l.hac conſultiſſima, C.qui teſtam.fac poſſ.*

Et demùm limita in receptante nullitèr bannitum,*Farin.conſ.*205. *vol.*3.

An autem ſola conuerſatio cum bannitis,vel etiã
11 ſedere, aut comedere cum eis ſit punibile? conſtat ex *Abb.*in *c.ad hæc,extrà de Iud.Signor.cõſ.*125.

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. V.

R E R V M S V M M A.

1 *Sanguinis fauore multa permittuntur, quæ alioquin eſſent prohibita.*
2 *Conſanguinei receptantes bannitos vti excuſentur.*
3 *Conſanguineus excuſatur, ſi receptauerit conſanguineum etiam rebellem,ſecùs in vaſallo receptante Dominum.*
4 *Conſanguinei ſi captum conſanguineum delinquentem eriperent à manibus Curiæ,non ſunt mitiùs puniendi,ſed vt quilibet extraneus.*
5 *Pragmatica iſta procedit etiam in compatribus, & commatribus,& filiolis.*

ALli giorni paſſati, &c.

Corrigitur pragmatica præcedens quòad patres, fratres, & alios conſanguineos receptantes bannitos, in quibus ſeruentur iura communia, Conſtitutiones, & Capitula Regni.H D.

De iure communi vide *text. in l.ſi.C.ad l.Iul.de vi publ.* & de iure Regni vide *Conſt. Patres pro filijs,& Conſt.Pœna carere volentes,* & nota,quòd fa-
1 uore ſanguinis multa permittuntur, quæ alioquin eſſent prohibita, *Laurent.dec.Auenion.1.numer.4.*
2 & pro excuſatione conſanguineorum receptantiũ bannitos *Andr.*in *§.Receptatoribus, de pac. iuram. firm.*qui dicit,mitiùs puniri, *Aſſl.* in *rubr. de iure*
3 *prothomiſeos,num.*16.vbi ait,conſanguineum excuſari, ſi receptauerit conſanguineum etiam rebellem,ſed vaſallus non excuſatur, ſi receptat Dominum, *cap.*1. in *princ. hic finit lex*, & dixi *ſuprà* eod. *pragm.*1.*num.*3.

Aduertas tamen, quòd ſi poſt captum delinquẽ-
4 tem eius conſanguinei illum eriperent à manibus Curiæ,non deberent mitiùs puniri, ſed vt quilibet extraneus,ità *Andr.*in *d.cap.*1.§.*Receptatoribus, nu.* 30.*&* 31.*de pac.iur.firm.*quem ſequitur *Luc. de Pen.* in *l.*3.in *princ.C.de exact.tribut.* ad quod eſt videndus *Tiber.Decian.tract.crim.to.*2.*lib.*7. *c.*11.*n.*9. *&* n.12.*verſ.cuius quidem.*

Ampliabis autem hanc pragmaticam, vt proce-
5 dat nedùm in conſanguineis, ſeù affinibus carnalibus,ſed etiam ſpiritualibus,proùt ſunt compatres, & commatres,& filioli,ex traditis per *Tiraquell. de pœn.temp.cauſ.*21.*Nizol.alleg.*43.

De Receptatoribus delinquentium, &c. Pragm. VI.

R E R V M S V M M A.

1 *Socius criminis quandò probet contrà ſocium.*
2 *Socius criminis an,& quandò poſſit licitè interrogari de ſocijs per Iudicem.*
3 *Socij criminis depoſitio debet eſſe iurata, aliàs nihil probaret.*
4 *Interrogatio permiſſa in ſocio criminis contrà latrones,an poſſit fieri etiam contrà ſimplices fures.*
5 *Confeſſio eius,qui eſt morti traditus,eõtrà ſocium nullum facit indicium.*
6 *Princeps,vel Imperator poteſt ſtatuere, vt vni teſti credatur,vel propter qualitatem cauſæ, vel perſonæ,& in quibus caſibus de iure communi vni teſti credatur,remiſſiuè.*
7 *Pragmatica iſta intelligitur de ſocijs criminis, non autem de ſocijs in crimine, inter quos eſt maxima differentia.*
8 *Confeſſio trium ſociorum criminis quo caſu de iure Regni ſufficiat ad faciendam plenam probationem, remiſſiuè.*
9 *Socius criminis vt faciat indicium contrà ſocium nominatum,quæ requirantur.*

EStendo tanto, &c.

Contrà receptantes puniendos ſtetur
1 confeſsioni duorum proſcriptorum, etiã deponentium de actibus diuerſis in tortura. H.D.

Intellige, dummodò poſteà hi confitentes ſint repetiti,citato eo,contrà quem depoſuerunt, vt in *pragm.*1.in *fin. ſuprà de perſequend. malefactor.* vbi latè dixi,& voluit *Carau.* in *pragmat.*1. *num.* 73. *ſu-*
2 *prà de exul.* & generalitèr, quandò ſocius criminis probet contrà ſocium, vide *Menoch. de arbitr.Iud. lib.*2.*caſu* 474.*& de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*89. *nu.*78. cum *ſeqq.*qui *num.*18.concludit, non poſſe interrogari,& *num.*26.non facere indicium, poſſe tamen interrogari in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ,conſpirationis contrà Principem, ſacrilegij,ſimoniæ,aſſaſſinij,maleficij,falſæ monetæ, in crimine occulto,in ſeruo pro nece Domini, in crimine lenocinij,teſtis corrupti, & vt faciat indicium requirũtur alia indicia non remota Iudicis arbitrio, ipſa verò debet fieri in tortura ab interrogato à Iudice,non in ſpecie,ſed in genere, & ſit bonæ famæ, nec ſit ſpontanea,& contineat verisimilia, & ſit iurata,*Boſſ tit.de indic.antè tortur. num.*143. *Iul. Clar. pract.crim.quæſt.*21.*verſ.dictum facit & ſeq. Foller. pract.crim.*1.*part.*3.*part.*in *verb.& ſi confitebuntur, lo primo,nu.*102.plura *Petr.Rebuff.*in *repet. l. Diuus, num.*138.in *apparatu gloſ.* cum pluribus *ſeqq. ff.ad*
2 *Syllan.*& an,& quando poſsit licitè interrogari de ſocijs per Iudicem, vide latè *Peguer.dec.*5. *per tot.* qui diſtinguit,ſi per inquiſitionem non poſſunt interrogari,niſi præcedat infamia in genere de ſocijs, vel in ſpecie per accuſationem tenetur, maximè in caſibus numeratis ex *Menoch.ſuprà num.*1. *& num.* 28.*&* 34.notabilitèr declarat, vt talis depoſitio ſo-
3 cij criminis debeat eſſe iurata,aliàs nihil probaret,

addu-

adducit *Hippolyt.de Marsil.pract.crim. §.diligenter, nu.62.Clar.pract.crim.quæst.21.vers. quæro, nunquid,* & adde eundem *Peguer.dec.37.* vbi declarat, quòd
4 interrogatio permissa in socio criminis contrà latrones, possit fieri etiam contrà simplices fures, quãdò essent delicta, quæ regulariter non solent committi sine socijs.

Item intellige, dummodò hic socius confessus
5 non sit morti traditus, nam tunc nullum faceret indicium eius confessio contrà socium, ità *Bertaz. cons.crim.234.* Alia de socijs criminis plenissimè tradit *Farin.q.43.*

Quòd autem Princeps possit ex causa statuere,
6 vt etiam vni tantùm testi credatur, *Conrad.in templ. Iud.lib.1.cap.1.§.4.vers.5.propè princ. & Aret.* in *cap.super eodem,lo terzo,num.*mihi *1.extrà de testib.* notat ex eo *text.* quòd Imperator potest ex causa statuere, quòd credatur vni testi, aut propter qualitatem causæ, aut propter qualitatem personæ, & multos casus de iure communi, in quibus creditur vni soli testi, connumerat *glos.in d. cap. super eodem,* in *verb.iuratus,* & latiùs *Specul.in tit.de teste, §. Restat, vers.licèt autem.*

Et aduertas, quòd hæc pragmatica loquitur de
7 socijs criminis, non autem de socijs in crimine, quia inter hos est maxima differentia, de qua per *Canale. dec.Pisiz.13.n.5.p.5.* nàm socius in crimine est, qui non participauit de delicto, nec voluit assentire, & probat sine tortura.

Et alium casum, in quo de iure Regni sufficit cõ-
8 fessio trium sociorum criminis ad plenam probationem, refert *Præs.de Franch.dec.*170. vt *pragm. 3. suprà de furtis,* & est *text.in cap.Regn. Frequens, & ineffrenata,* vbi *Campag.* quod est intelligendũ iuxtà aliud *Cap.Regn.Constitutionem diuæ memoriæ.*

Sed quæ requirantur, vt socius criminis faciat
9 indicium contrà socium nominatum, explicat *Petr. Caball.resol.crim.casu 33.*concludens, quòd aut confessio fuit sponte, & requiritur ratificatio in tortura contrà nominatum absq; alia ratificatione extrà torturam, aut fuit in tortura, & requiritur ratificatio extrà torturam quòad ipsum, & alia in tortura quòad nominatum absq; alia ratificatione extrà torturam, de necessitate præcipuum tamen est, vt eius depositio ratificetur in tormentis, præsertim si deposuerit spe indultus promissi, idẽ *Cabal.resol.79.*

De Relegatis. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 Textus in l.aut damnum, §.quisquis autem, & in l. capitalium, §.incendiarij, vers.in exulibus, ff.de pœnis *declaratio, remissiuè.*

2 *Pragmatica ista extenditur ad condemnatos per omnia Tribunalia, & Officiales Regni, etiam ad condemnatos ad remigandum.*

X 3 *Relegatus durante tempore ad colligendum sarcinulas an possit liberè discurrere per Ciuitatem.*

X 4 *Terminus ad colligendum sarcinulas qualiter fuerit introductus, & an debeat expressè concedi, vel insit tacitè à iure.*

5 *Relegatus nolens in Insulam accedere an dicatur rebellis.*

6 *Exulatus an possit morari in villa exempta à Ciuitate, an in eius Territorio.*
Et quid si factus clericus frangat exilium, ibid.

7 ... *si post condemnationem fuerit detentus in carceribus, totum illud tempus computatur in exilium, quod procedit etiam in relegatis, & condemnatis ad remigandum.*
Sed an pro debitis possit detineri.

8 *Relegatus in Insulam potest ab ea recedere per viginti, aut triginta milliaria causa peregrinationis, vel recreationis, aut alia similia faciendi animo statim redeundi, & quarè.*

9 *Commissarij destinati ad visitandum per Insulas relegatos, illos per diem, & biduum post bannum emanatum expectant, & qui se præsentat antè Commissarij discessum euitat pœnam.*

10 *Vxor non dicitur à Viro diuertisse, quæ breui ad eum redijt.*

11 *Relegatus, seù exulatus ad tempus si durante exilio aliud committat delictum, per quod pariter in exilium mittatur per aliud tempus, hoc secundum tempus an statim incipiet, vel non nisi finito tempore, remissiuè.*

12 *Relegatio etiam temporalis continet status diminutionem, ideòq; Iudex non debet esse facilis ad illam infligendam.*

13 *Exilij pœna non nisi dolo tantùm delinquenti imponẽda venit.*

14 *Relegatio potest assignari non tãtùm in Insula habitata, & hominum commercio frequentata, sed etiam, quæ careat hominibus, eorumq; conuersatione.*

CRescente, &c.

In decretis relegatorum, & deportatorum apponatur comminatio pœnæ triennium, si fregerint limites, nisi qualitas personæ repugnet. H.D.

Dùm hæc pragmatica remittit se ad tempus,
1 quod à lege statuitur non seruantibus terminos, vide *tex.in l.aut damnum, §.quisquis autem,* & in *l.capitalium, §.incendiarij, vers.in exulibus, ff. de pœn.* ad quorum iurium declarationem vide *Præs. de Franch.decis.140.Peguer.decis.41.Menoch.de arbitr.indic. lib.2.cent.6.casu 530.* sed duplicatio, de qua in dictis iuribus fuit postea remissa per *prag.5.infrà eod.*

Et quia hæc pragmatica loquitur solùm de con-
2 demnatis per M.C.V. ideò emanauit *prag. 3. infrà eodem,* quæ ampliat ad condemnatos per omnia Tribunalia, & Officiales Regni, item quia dicta pragmatica loquitur de condemnatis ad exilium, vel relegationem tantùm, ideò fuit facta alia pragmatica, quæ ampliauit etiam ad condemnatos ad remigandũ, vt in *prag.7.suprà de condem.pro delictis.*

Sed relegatus durante tempore ad colligendum
3 sarcinulas potest liberè discurrere per Ciuitatem, Reg. *Lanar.cons.38.*dummodò non adlit clausula, vt
4 *domi se contineat,* qui quidem terminus ad colligendum sarcinulas fuit introductus ex iuris communis dispositione, & debet expressè concedi, & non inest tacitè à iure, vt docet elegantèr *Præs.de Franch.dec.* 487. Quòd si relegatus noluerit accedere ad Insu-
5 lam sibi assignatam, non propterea dicetur rebellis, vt ex *Bald.cons.136.lib.1.* & alijs affirmat *Mata in c.* 18. *Regn.Sicil.in fi.tom.1.* exulatus verò à Ciuitate
6 non potest morari in Villa exempta à iurisdictione Ciuitatis, vt explicat *Bonad. lib.5.cap.10.num.31.* exulatus verò à propria patria, censetur exulatus etiam à toto territorio, *Gizzar.dec.24.* & si exulatus, vel relegatus efficiatur clericus, & frangat fines exilij, erit adeundus Iudex competens huius fractionis, *Præs.de Franch.dec.395. Valasc.consult.* 48. *Gemens.in Prax.Archiep.cap.9. Gratian. discept.*

for.

for. 226. num. 35. Marta de iurisd. p. 4. cas. 176. num. 12. Idem è contra, vt idem de Franch. sed Genuens. loco præcitato dicit, contrarium seruari.

Quòd si post condemnationem fuerit exulatus
7 detentus in carceribus, totum illud tempus computatur in exilio, iuxtà text. in Lomnes, C. de pœn. qui procedit etiam in relegatis, vt per Præs. de Franch. dec. 317. & etiam in condemnatis ad remigandum, vt arbitratur Villadieg. in for. Ind. lib. 2. tit. 5. l. 9. n. 9. in fin. nisi fuerit detentus pro debitis, quo casu seruatur practica per Præs. de Franch. ead. dec. 317. Peguer. dec. 22. n. 5. vt Fisco instante transmittatur carceratus, etiam contradicentibus creditoribus, aliàs detinebitur donec soluerit; sed Sese dec. Aragon. 348. vol. 3. contrarium tenet.

Postquam verò peruenit ad Insulam declaratam,
8 poterit ab ea recedere per viginti, aut triginta miliaria, seù circà, causa peregrinationis, vel recreationis, aut alia similia faciendi, animo statim redeundi, quia recessisse non dicitur statim reuersurus, vt voluit glos. notabilis exemplificando causas prædictas in cap. si postquam, in verb. mente, in fin. de elect. in sexto.

Hinc in practica seruatur, vt Commissarij, qui
9 destinantur ad visitandum per Insulas relegatos, illos expectant per diem, & biduum post bannum emanatum, quòd se præsentent antè ipsos, & qui se præsentant antè discessum Commissarij, euitant pœnam, facit etiam text. in l. 3. ff. de diuort. vbi non vi-
10 detur vxor à marito diuertisse, quæ breui ad eum redijt, alia cumulat Io. Ant. Bellon. cons. 24. qui ait, vt recedere non videatur, qui animum habet redeundi, & ibi esse dicitur, qui redeundi animum habet, vt videas Mastrill. dec. 259. n. 59 qui concludit, committi pœnam, non apparente iusta causa recessus, maximè si fuit geminatus, vel triplicatus.

Quòd si exulatus, aut relegatus ad tempus du-
11 rante exilio commutat aliud delictum, per quod condemnetur similiter in exilium per aliud tempus, hoc secundum tempus an statim incipiat, vel non, nisi finito primo tempore? colligo ex glos. in element. 2. in verb. sequentes, in princip. de magistr. prudentiùs tamen faciet Iudex, si id exprimat in sententia.

Qui quidèm Iudex non debet esse facilis ad infli-
12 gendam pœnam relegationis, quantùmuis temporalis, quia etiam temporalis relegatio continet status diminutionem, vt voluit glos. in clem. 2. in verb. electi, propè fin. de procurator. per text. in l. quidam,
13 ff. de pœn. & non nisi dolo tantùm delinquenti exilij pœna est imponenda, secundùm glos. in authent. de nuptijs. & nephar. nupt. in verb. licentiato in prine. sed relegatio, aut exilium non erit pœna corporalis, vt latè deducit Io. Ant. Bellon. cons. 99. & Ego tetigi supr. prag. 1. n. 57. de iurisd. inuic. non turb.

Et nota, quòd relegatio potest assignari, non so-
14 lùm in Insula habitata, & hominum commercio frequentata, sed etiam quæ careat hominibus, & hominum conuersatione, vt constat ex text. in l. exilium, iuncta glos. fin. quam Bologn. in suis notis ibi dicit, esse notabilem, ff. de interd. & releg. & sequitur alia gl. in extrauag. Ioannis ad nostri Apostolatus, in verb. bannitis, & fuisse practicatum in quadam muliere refert Martin. del Rio disquis. magic. lib. 2. q. 14. col. 2. lit. C. & per Ant. Pium in quodam Senatore, parricida, teste Iulio Capitolino relato per Menoch. de arbitrar. lib. 6. q. 518. in fin.

Do Relegatis. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Exilij fines frangenti si remigatio non conueniat, eius pœna est arbitranda per Proregem.*
Et quid si is talis dim in exilium damnatur, expressè se obligauerit ad pœnam triremium, num. 2.
3 *Nobilitas simplex renunciatio non præiudicat.*

NEll' anno 1543. &c.

Dispositio pragmaticæ præcedentis circà pœnam relegationis transfundendam in pœnam remigationis contrà frangentes fines relegationis seruari mandatur per omnia Regni Tribunalia. H.D.

1 Nota in *verſ. Verùm ſe la perſona, &c.* quòd quandò persona frangens fines exilij non esset conditionis talis, vt ei conueniat pœna remigationis, tunc pœna esset arbitranda per Proregem. Hic tamen
2 cadit pulchra dubitatio, quid si huiusmodi persona sic qualificata tempore suæ condemnationis in exilium, dùm se obligauit seruare fines exilij, expressè se obligauit ad pœnam triremium, an adhùc erit expectandum arbitrium Proregis? & ni fallor decisio pendet ab alia quæstione, an. s. nobilis possit ità suæ nobilitati renunciare, vt perdat priuilegia illius? quam quæstionem latissimè examinat adducendo authoritates pro vtraq; parte Escobar de ratiocin. cap. 35. num. 16. & tandèm post nu. 17. verſ. inter has,
3 residet in ea opinione, vt simplex renunciatio non præiudicet, secus si fit iurata.

De Relegatis. Pragm. IV.

RERVM SVMMA.

1 *Exulatorum in perpetuum exilij fines non seruantium de iure communi non erat certa pœna, ideòq; poterant extraordinariè puniri.*
Sed quid de condemnatis ad remigandum.

IN tempo, &c.

Extenditur *pragm. 1. suprà eodem* etiam contrà exulatos frangentes limites exilij. H.D.

1 Hæc extensio contrà exulatos fuit necessaria, nã de iure communi respectu exulatorum in perpetuum non obseruantium fines exilij nulla reperitur certa, & determinata pœna, & propterea extrà ordinem puniri posse, voluit Peguer. dec. crim. 41. nu. 10. quò verò ad remiges, seù condemnatos ad remigandum, docet Reg. Constant. in l. vnica, num. 45. C. de Classicis, vt si damnatio est ad tempus, duplicetur, si duplicatio excedit decennium, adijcitur pœna in perpetuum, si perpetuò redibit in causam sibi, nisi in condemnatione fuisset pœna mortis comminata, Præs. de Franch. dec. 140. in 2. dub.

De Relegatis. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Exilij duplicatio de iure communi quoties est excessus decennium, pœna non debet tempore coartari, sed est perpetuanda.*

Come

COme ſapete, &c.

Exilium fractis limitibus non duplicétur in pœna remigationis vltrà decennium. H. D.

1 Corrigitur in hoc ius commune, per quod eſt ſtatutum, vt quotiès duplicatio eſt exceſſura decennium, pœna non ſit temperè capiẽda, ex quo eſt perpetuanda, ità eſt *text. in l. qui damnum, §. quiſquis, verſ. & magis eſt. ff. de pœn.*

ADDITIO.

De Remiſſionibus Cauſarum. Prag. 1

RERVM SVMMA.

1 *Remiſſio carceratorum ad Curiam Baronalem eius ſumptibus fieri debet.*
2 *Viduis, Pupillis, Virginibus, aliiſq; miſerabilibus perſonis ius competit eligendi, ac etiam variandi forum in earum cauſis.*
3 *Variatio fori an pluries, quàm ſemel Viduis, Pupillis, Virginibus, aliiſq; miſerabilibus perſonis competat.*
4 *Virgo, quæ patrem habet an habeat priuilegium eligẽdi, ac variandi forum. & n. 9.*
5 *Virgo viduæ appellatione contineatur.*
6 *Pupillus vt fori eligendi priuilegio gaudeat, debet patre carere.*
7 *Aequiparatorum eadem debet eſſe iuris diſpoſitio.*
8 D. Francifci Capiblanci *diſtinctio circà priuilegium eligendi forum Virginibus competens refertur, & notatur.*
10 *Orphanus quis dicatur.*
11 *Fori eligendi priuilegium miſerabilibus perſonis fortunæ iniuria oppreſſis competit, & n. 13.*
12 *Virginitas miſeraudã conditionem non inducit, multaq; ſunt virginitatis commoda.*
14 *Priuilegium eligendi forum virginibus competens exorbitans eſt à iure communi.*
15 *Aureola quid ſit, & quibus tribuatur.*
16 *Virgines prudentes, & fatuæ quæ ſint.*
17 Domini Marcellus Calà, & D. Carolus *eius nepos laudibus commemorantur.*

CIrca le remiſſioni, &c.

In decretis remiſſionum carceratorum, qui remittuntur Baronibus à Regia Audientia præfigatur competens terminus, infrà quem Barones procurare habeant tranſmiſſionem carceratorum, quo termino elapſo procedatur in Regia Audientia, vt iuris erit. H. D.

Loquitur hæc Pragmatica de remiſſionibus carceratorum, quę fiunt ad inſtantiam Baronum ad eorum Curias Baronales, quorum ſumptibus fieri debent, prout notauimus ſuprà in *prag. 19. verſ. Quòd carceris conſtructio, ſub num. 3. de Baron.* & in *pragm. 43. verſ. Hæc doctrina declaranda eſt, ſub n. 3. de offic. Procur. Cæſar.*

Huius Pragmaticæ diſpoſitio ampliari etiam poteſt in remiſſionibus, quæ fiunt ad inſtantiam eorundem carceratorum vaſallorum, ac etiam ad
2 inſtantiam Viduarum, Virginum, Pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quibus competit pro earum cauſis ius eligendi Principis forum, iuxtà *text. in l. vnica C. quando Imper. inter viduam, & pupill. & Cap. Regn Statuimus. vt Magnæ*, ac etiã variandi à Curia Principis ad Curiam Baronalem Iudicem competentem ratione domicilij, vel deſignati, *l. eum qui certarum*, vbi communiter *DD. ff. de verbor. obligat.* & an pluries, quàm ſemel, ſeu an etiã reuariatio concedenda ſit, tradit *De Thoro in 1. p. ar. Compend. dec. in ver. Variatio an pluries.* Hutus itaq; Pragmaticæ diſpoſitio admittenda quoquè erit in remiſſionibus, quæ conceduntur ad inſtantiam ipſorum carceratorum, *Auend.* & ceteri, quos adduximus ſuprà in *d. pragm. 43. ver. Hæc doctrina declaranda, ſub num. 3.* vel etiam prædictarum aliarum perſonarum contentarum in *d. l. vnica, C. quando Imper. inter viduam, & Cap. Statuimus, vt Magnæ*, quibus ex interpretatione, & extenſione Prudentum adiungitur etiam Virgo in capillis, vt eodem etiam eligendi, ac variandi, & reuariandi priuilegio potiatur, de qua per *D. de Franch. dec. 100.* & alios *DD.* infrà citandos.

Difficultatis tamen non modicæ eſt. An hæc virgo in capillis, quæ Principis forum pro eius cauſis eligit, vel interdùm à Principis Curia ad Baronalem
4 variat, vel reuariat, ſi patrem habeat, poſſit hoc eligendi, ac variandi, ſeu reuariandi priuilegio potiri, vel patre debeat eſſe orbata?

Qua in re doctiſſimus vir *Præſ. de Franch. d. dec. 100.* duas refert opiniones, affirmatiuam ſcilicet, &
5 negatiuam. Affirmatiuam fundat ex diſpoſitione iuris communis, quia appellatione viduæ virgo cõtinetur *l. malum, §. viduam*, vbi *gloſ. ff. de verb. ſignif.* & ex aliis ab ipſo relatis ſub *num. 12. 13. & 14.* ergò ſufficit, vt ſit virgo, nihilq; refert, quòd patrem habeat, nam poterit eligere, & variare ad libitum. Et hanc affirmatiuam ſententiam pro virgine fuiſſe amplexum S. C. in cauſa inter Baronem Terrę Centulæ, & quendam eius vaſallum refert ſub *d. nu. 12. ver. ſed dubium remanebat.*

Negatiuam verò ſententiam probare conatur idem *D. Præſ.* ex eo præſertim argumento, nàm in *text. d. l. vnica, C. quandò Imperator* virgo non continetur, æquiparatur tamen pupillo, dùm vtriquè
6 idem priuilegium tribuitur, ſed ad hoc vt pupillus gaudeat prædicto priuilegio, debet eſſe ſine patre, prout declarat *ibi gloſ.* & benè probat idem *Præſ. d. dec. 100. num. 16. & dec. 671.* ergò ad hoc vt virgo gaudeat priuilegio *d. l. vnicæ*, debet patre carere,
7 cũ æquiparatorum eadem debeat eſſe iuris diſpoſitio, *DD. in l. 2. C. de curat. furioſ.* alioquin pupillus in *dd.* expreſſus, & nominatus peioris eſſet conditionis, quàm virgo, quę non nominatur in *d. l. vnica*, ſed cõprehenditur tantùm ex propria ſignificatione viduæ, per doctrinam *Andr. in d. Conſt. Statuimus*, aſſert etiam *Præſes* alias rationes pro hac opinione negatiua, quas tranſcribere non curo. Dùm ergò patrem habet, eligendi forum priuilegio nõ gaudet.

His duabus opinionibus relatis, articuli deciſionem non indicat, quia cauſa non fuit deciſa, & ideò illam relinquit ſub dubio. Verum tamen eſt, quòd *Viſcont. in addit. ad dec.* prædict. 100. refert, deindè fuiſſe per Sacrum Conſilium pro negatiua opinione iudicatum in eadem aula, vbi reſidebat *D. Præſ. de Franch.* & fuiſſe in cauſa Horatij Curialis de Surrento, refert *D. Reg. Marchio Torelli*, qui hanc partem ſequitur in *dec. 54. num. 5.* Et ſic vtraq; opinio habet exemplum rei iudicatæ, & remanet adhùc ſub dubio, prout dubiam etiam poſt *Præſidem* eſſe dixit *D. Capibl. in prag. 3. p. n. n. 327.*

Et ſic idem *D. Capiblanc. tom. 2. cap. 44. nu. 13.* reaſſumit eandem quæſtionem, & relata prædicta *dec. 100. D. de Franch.* vtramquè opinionem diſtinctionis fœdere conciliare conatur, vt ſcilicèt prædicta opi-

8 opinio affirmatiua in cauſis criminalibus procedat, in cauſis verò ciuilibus negatiua vindicet ſibi locum,eaq; mouetur ratione, quia in ciuilibus cauſis certum eſt,quòd tàm reſpectu profectitiorum, quã aduentitiorum,ſemper pater eſt legitimus adminiſtrator,& vſufructuarius, *l.1.& 2.C.de bon. matern.* & ſiuè filia agat,ſiuè conueniatur, patris intereſſe verſatur,& pater eſt conueniendus, vel agere debet,quo ſanè caſu ceſſant partes,& priuilegium filiæ.Quam quoq; diſtinctionem comprobat *Dauza de pugn. Doct. tit. de remiſſ. cauſ. cap.6.* à *num.3.* ad 22.& præſertim 11.

Hæc *Dom. Capibl.* diſtinctio quàmuis ſubtilis, mihi tamen non ſatis arridet, quoniam tàm in ciuilibus,quàm in criminalibus,poſito,quòd filia Virgo agat,vel conueniatur,ſiq; in iudicio, ſemper ipſius filiæ intereſſe conſideratur,& ſi non poteſt filiæ intereſſe conſiderari,quia pater agit, vel conuenitur nomine proprio,& pro ſuo intereſſe, ſumus extrà quæſtionem,quæ eſt,quando filia habet intereſſe, & pro eo eſt in iudicio.

Quamobrem *Aluar Velaſq.* in *tract.de priuil. miſerab.perſon tom.3.quæſt.6. num.* præſertim 6. ponit concluſionem,Virginem,quæ viduæ appellatione continetur,ad inſtar viduæ fori electionem habere, eamq; amplect aliquorum authoritate,etiam in virgine patrem habente,vt *num.5.* Verùmtamen *num.* deindè 6. contrariam ſententiam veriorem putat,
9 eamquè elegantiſſimè defendit, vt ſcilicèt Virgo ſuũ eligẽdi priuilegio nõ gaudeat, niſi orphana ſit ſimul,& virgo,ex *Grato,Mart.Trentacinq.Gabed.* & alijs,quos allegat,& ſuprà eodem *tract. quæſt.4.* be-
10 nè fundat,orphanum dici,qui patre,præſidioq; paterno careat, eumquè ſimilem eſſe pupillo, & à pari cum eo procedere, quod etiam comprobat *Conſil.Carleual.de Iudic tom.1. tit.1. diſput.2.quæſt. 6.ſect. 7. num.* 565. & 568. Ità vt non virginitati, ſed orbitati priuilegium hoc ſit conceſſum,quod etiam antè eum dixerat *Dom. Carauit.* in *ritu* 19. ſub *num.* 25.

Huic concluſioni eam *Velaſq.* tribuit rationem, 11 quia vt ſit locus prædicto priuilegio miſerabilis exiſtat conditio, neceſſe eſt, idquè fortunæ iniuria eueniat,prout contingit viduis, atq; pupillis, qui fortunæ iniuria dicuntur miſerabiles, cùm illa virum,hi verò patrem amiſerint, vel propter tria illa quæ conſiderat *Foller.* in *pract.crim.* in *verb. Audiantur excuſatores,num.85. & Carleual. d. quæſt.6. ſect.7.num.*544.& 545. Virginitatem autem miſerandam inducere conditionem, affirmabit nemo,
12 immò verò inuidendam magis,multaquè virginitatis commoda,ac fœlicitates recenſet ex Sacris,Profaniſq; Authoribus ſub *num.*18.19. & 20. & quòd fortunæ miſeria,& infœlicitas pro hoc priuilegio fruendo ſit neceſſaria,planè deſumitur ex *context.*
13 *d. l. vnica*, ibi, *Aliq; fortunæ iniuria miſerabiles*, quod etiam patet ex eo, nàm Legislatoris intentio fuit,tantummodò fortuna oppreſſis ſubuenire, pupillis ſcilicèt,viduis,debilibus,ac diuturno morbo fatigaris,vt in *prin. text.*

Quòd ſi miſeræ conditionis intuitu vidua priuilegium hoc conſequitur, quomodò poterit virgo, quæ impropriè ſub viduę appellatione continetur, nullamquè fortunæ paſſa eſt iniuriam, illud ſibi arrogare,ceſſante enim legis ratione,deficiat quoquè eiuſdem legis diſpoſitio,neceſſe eſt,*l.adigere.§.quãuis.ff.de iure patron.* cum ſimilibus. Turpitèrquè virgo, quæ ex impropria, ac lata tantùm ſignificatione ſub viduæ appellatione continetur, priui-
14 legium hoc ſibi aſſumit, quod cùm ſit exorbitans à iure communi,dupliciquè modo illud infringat, *Carleual dict.quæſt.6. num.*576. non debet ad virgines extendi ex eo ſolo, quòd impropriè viduæ appellatione continetur,*Couarr.pract.quæſt.c.7.n.2.*

Hæc,& ſimilia *Velaſq.* ratio innatur per totam dictam *quæſtionem 6.* in qua multa alia ſatis doctè, & ingeniosè adducit pro hac opinione fundanda, reiecta contraria nullo iure,nullaquè ratione ſuffulta prætèr *Andr.* doctrinam, qui ſine lege loquitur, nec Doctoris alicuius habet authoritatem.

Et *Affict.* qui in *d Conſt.Statuimus*, ſub *num.29. Andreæ* dictum fundare conatur, ex eo, quia vir-
15 go habet Aureolam, quæ eſt ſpiritualis quidam ſplendor præcipuus, qui Sanctis Virginibus confertur,quo ab alijs Sanctis diſtinguuntur,prout declarat *Abbas* in *cap.cauſam*,ſub *num. 2. de probat.* non loquitur(pace ſua)ad propoſitum, eo quoniam Aureola tribuitur Sanctis Virginibus in Cœlo, iàm gaudentibus,Diuinaquè præſentia fruentibus, & hę ſunt Virgines Prudentes,de quibus in *Euangelio,*
16 quæ virginitatem carne, & ſpiritu ſeruauerunt, noſtræ verò Virgines, de quibus tractamus, fatuæ ſunt,ex quo virginitatem carne, & non ſpiritu ſeruant,prout dicit *Addens* ad *Abbat. ibi.* Ideò ſatis diſpar eſt ratio,& magna eſt diſparitas. Et proindè maxima cum ratione *Affict.* in hoc,quod dicit de Aureola refellitur à *Carauit.* in *d. ritu* 19. ſub *num.* 25.& longè meliùs à *Foller.* in *d. verb. Audiantur excuſatores*,ſub *num.*85.86.& *ſeq.* vbi latiſſimè, & theologicè de iſta Aureola diſſerit.

Propter quod nec ſimilitèr adduci poteſt doctri-
17 na *Dom.Marcelli Cala* celebertimi ſanè Iureconſulti,& Aduocati doctiſſimi, & Aui Domini *D.Caroli* Aduocati ſimiliter diſertiſſimi in *tract. de modo articul.& proband.glo.*1.§.1.*num.*111. qui *Affict.*aura *Andream* ſequitur,propter Aureolæ priuilegium,non enim virginitatis aureola pro huius priuilegij fruitione conſideratur, prout dicit *ibi D. Carau.*& verè miror de *Afflicto*, eiuſq, ſequacibus, quòd iſtud de Aureola in medium adduxerit.

Nec minùs obſtabit *Carleual.* ſententia in *tract. de Iudic. lib.1. tit.1. diſp.2. quæſt.6. ſect.7.n.*536. & 537.nàm mouetur per doctrinas *Dom.Præſid. de Franch. Marcelli Calà*, & *Capiblanc.* quibus eſt ſatis reſponſum.

Concludimus ergò, Virginem, quæ patrem habet, minimè poſſe pro eius cauſis Principis forum eligere, nec ab eo variare, ſolamquè virginitatem cauſam non eſſe ſufficientem,vt virgo hoc eligendi,variandiq; forum priuilegio potiatur.

Ioannes Laganarius.

De Repræſalijs, ſeù retentionibus. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Repræſaliæ quibus in caſibus, & per quos concedi poſſint,& quæ forma ſit ſeruanda in eis concedendis,remiſſiuè.*

AD audientiam noſtram, &c.

Repræſaliæ pro iuſtitia denegata non fiant, ſed ad Superiores confugiatur.H.D.

Etiam antè hanc pragmaticam fuerant prohi-
1 bitæ repræſaliæ per *Conſtitut. Regni Pacis cultum*, ſed in quibus caſibus poſſint concedi, & per quos ſint concedendæ, & quæ forma ſit ſeruanda in illarum conceſſione, docet *Peguer. deciſ. crim.* 11. vbi *num.* 4. declarat, vndè ſint dictæ repræſaliæ, & ad materiam vide *Ioann. Iacob. à Canibus* in *tract. de repræſaliis*, & *Martin. Laudenſ.* in conſimili *tractatu*, quos habeo impreſſos in volumine *tract. de aſſecurationibus fol.* mihi 361. & 371. omninò *Conarr.* in *regul. peccatum, part.* 2. §. 9. *numer.* 4. *verſic. hinc denique*, alios cumulat *Caball. reſolut. crim. caſu* 291. *num.* 14. *Coter. de iure*, & *priuileg. milit. lib.* 3. *cap.* 22. *Ayal. de iure belli lib.* 1. *cap.* 4. *Erneſt. Cothm. reſponſ.* 2. aliàs 52. *num.* 341. cum *ſeqq. lib.* 2. & *reſponſ.* 33. *num.* 120. *vſq;* ad *fin. lib.* 3. *Manſon. de canſ. exeq. ampl.* 33.

De Reuocatione, & ſuſpenſione gratiarum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Reuocatio gratiarum an, & quandò ſit Principi de iure permiſſa.*
2 *Priuilegia ex cauſa onerosa an poſſint reuocari à Principe.*
3 *Gratia conceſſa ab inferiore, & à Principe confirmata an poſſit reuocari per eundem concedentem, remiſſiuè.*
4 *Reuocatio an ſit Principi permiſſa re non integra, quandò iàm gratia fuit ſortita effectum.*
5 *Gratia gratis data licèt poſſit per Principem ad libitum reuocari, tamen intelligitur, modò res, ſuper qua gratia fundatur, ſit integra, ità vt non habuerit effectum ſuum.*
6 *Deceptio in priuato illicita, multò minùs licebit Principi, nè ſubditus principali authoritate circumuentus dicatur.*
7 *Gratiam facere, & ſi à gratia procedat, tamen facta de iuſtitia debet conſequi effectum.*
8 *Iniuſtitia à Principe debet abeſſe, nè indè naſcatur iniuria, vndè ius & iuſtitia oriuntur.*
9 *Actus gratioſi in Principe debēt eſſe ſtabiles, & perpetuò manſuri.*
10 *Principi nihil magis conuenit, quàm conſtantem, ac perpetuam voluntatem habere, & debet ſemper perſiſtere in liberalitate conceſſorum, cui conuenit illud*, ſemel loquutus eſt Deus, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.
11 *Maieſtatis Imperialis non eſt proprium auferre conceſſa.*
12 *Circumuentio potiùs præſumitur in Principe, quàm variatio, etiam ſi ſecundæ literæ motu proprio Principis emanauerint, quæ præſumptio non admittit probationem in contrarium.*
13 *Gratiam à prædeceſſore perfectam ſucceſſor obſeruare tenetur.*
14 *Mandatum ad negotia, vel ad lites licèt ad libitum mandantis poſſit reuocari, attamen illud intelligitur, re integra.*
15 *Iudex datus ad libitum dantis reuocari poteſt, re integra, ſcilicèt priùs, quàm Iudex de cauſa cognoſcere incipiat, non poſtea.*
16 *Decretum interlocutorium licèt ad libitum Iudicis poſſit reuocari, tamen intelligitur, modò non ſit executioni demandatum.*
17 *Reuocatio alienationis bonorum feudalium facta ſine aſſenſu Regio, eò vſquè permittitur, donec non ſit impetratus aſſenſus; quòd ſi antè reuocationem ſubſequatur aſſenſus, non eſt amplius reuocationi locus.*
18 *Conceſſio facta per viam reſcripti, ſi moriatur concedens, re integra morte concedentis expirat, ſecùs ſi re non integra.*
19 *Reuocatio tacita inducitur à iure per mortem concedentis.*
20 *Priuilegium conceſſum à prædeceſſore an ſucceſſor reuocare poſſit.*
21 *Priuilegium conceſſum ſubdito habens tractum ſucceſſiuum poteſt reuocari quòad actus futuros, habens autem momentaneum actum, ſi iàm fuerit ſortitum effectum, reuocari nequit.*
22 *Priuilegium conceſſum an, & quandò poſſit reuocari.*
23 *Gratia conceſſa ex certa cauſa, ceſſante cauſa ceſſat, niſi iàm ſortita ſit effectum ſuum.*
24 *Beneficia, quæ tranſierunt in ſuum perfectum effectum à Principe reſcindi non poſſunt.*
25 *Gratiæ iàm perfectæ, & conſummatæ alia gratia addi non poteſt.*
26 *Teſtamentum factum ab habilitato ad teſtandum per priuilegium, reuocato priuilegio an ipſum reuocari poſſit.*
27 *Teſtamentum ſuſcipit vires à morte teſtatoris, non antè.*
28 *Hæreditas non adita efficit, vt quamuis fuerit teſtatus aliquis, inteſtatus tamen deceſſiſſe dicatur.*
29 *Doctores numero ſeptem, & eximiæ authoritatis faciunt communem opinionem.*
30 *Princeps quamuis poſſit reuocare facultatem à ſe conceſſam ſuper inſtitutione maioratus, tamen intelligitur, re integra, antequàm maioratus inſtitutus ſit.*
31 *Priuilegium, & gratia confunduntur, vt quælibet gratia Principis priuilegium appelletur, & in eo differūt tantùm, quòd priuilegium eſt contrà ius, & gratia etiam, quæ non ſit contraria iuri.*
32 *Priuilegium dici poteſt largo modo quicquid emanat à Principe.*
33 *Principes quæ iniuſtè agunt, ſuis Miniſtris imputantur.*
34 *Conſilium non digeſtum, commodum priuatum, & latens odium deſtruunt Regna.*
35 *Exceptio rei iudicatæ in vim peremptoriæ oppoſita poſt litem conteſtatam non admittitur, quandò eſt detecta iniquitas ſententiæ, & ideò Iudex debet reuocare iniquam ſententiam.*

1 PRO hac reuocatione, quòd de iure ſit Principi permiſſa, vide *Mart. Ant. Peregr. de iure Fiſci lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 19. latiùs *Conrad.* in *templ. iudic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verſ.* 8. *è conuerſo*, vbi inter alia dicit, poſſe reuocari, ſi naſceretur ex contractu ſimulato, vel ex eiſdem cauſis, quibus poſſet reuocari donatio, vel quandò adeſſet conſenſus, vel adhùc non fuiſſet acceptatum, vel Princeps vellet interpretari, vel ſi cauſa nouitèr emergat. Veràm non paſſim hæc reuocatio eſt permiſſa, vt conſtat ex *Muta ſupercapit. Reg Sicil. tom.* 1. in *proœm. nu.* 27. cum plurib. *ſeqq. ſ.* quandò priuilegium tranſit in vim conuentionis, ſeù contractus, niſi cum cauſæ ſubſiſtentia, etiã ſi eſſet ius quæſitum tertio, & ille ſit ſubditus, vel in priuilegijs ſimpliciter iuriſdictionalibus, niſi eſſent conceſſa in præmium, vel pro ſeruitijs, vel eſſent cõceſſa ad vitam, vel ad beneplacitum, & licèt

priuilegia conceſſa ex cauſa onerosa, pròut in re-
1 munerationem ſeruitiorum, non poſſint abſq; iniu-
ria reuocari, hoc eſt verum iuxta menſuram debiti
tantùm, ſecùs in exceſſu, in quo eſſet mera gratia,
quia in hoc exceſſu Princeps poteſt derogare, *Se-
raph. dec.* 518. plura etiam de huiuſmodi reuocatio-
nibus Principi permiſſis agit *Gabod. dec.* 19. *p.* 2. di-
cens, poſſe reuocari, quandò incipit eſſe damnoſum,
vel propter bonum publicum in totum, vel in parte
limitare; ſed quòd gratia conceſſa ab inferiore, & à
3 Principe confirmata, pròut in gratijs conceſſis à Ba-
ronibus in Regno cum Regio aſſenſu, non poſſit
reuocari per eundem concedentem, explicat *Io.Ba-
ptiſt. Coſta conſ.* 3. *n.* 7.

Sed pulcherrimum eſt quærere, an huiuſmodi reuo-
4 cario ſit Principi permiſſa, etiã ſe non integra, puta
quandò iam ſortita eſt effectum ſuum? Dum hæc
quæſtio accidiſſet in cauſa magni Domini, magnique
ponderis, & momenti, & res ageretur apud ſuam
Catholicam Maieſtatem, conſultus Ego, quid de
iure reſpondendum eſſet, commulia adduxi pro opi-
nione negatiua, quæ hic deſcribentur.

Quæritur in Supremo Italiæ Conſilio apud po-
tentiſſimum Regem noſtrum Philippum, an gratia
ſemel gratuitò, & non in vim contractus ſubdito cõ-
ceſſa, quæ iam habuit effectum ſuum, ità quòd res,
ſuper qua fundebatur, non eſt integra, poſſit per
Principem ad ſui libitum reuocari, & deciſiuè pro-
cedendo, pròut grauitas negotij, & authoritas Cli-
entis poſcit, & temporis angultia requirit, reſpon-
deo indubitanter, quòd non.

Quia licèt vera ſit illa concluſio, quòd gratia gra-
5 tis data poſſit ad libitum per Principem reuocari,
vt tenet *glo. ſi. in cap. decet, de reg. iur. in* 6. *C. moniſſa in
cap. noua, extrà de Iud. Bald. in l. qui ſe patris, n.* 3.
verſ. et adde, C. vnde liber. vbi dixit, quòd hoc eſt ſpe-
ciale in Principe, & alij, quos cumulat *Tiber. De-
cian. conſ.* 25. *num.* 3. *volum.* 1. Tamen hæc ipſa con-
cluſio intelligitur, cum res, ſuper qua gratia fundatur,
eſt integra, ità vt gratia non habuerit effectum
ſuum, quòd ſi ſemel fuerit ſortita effectum, amplius
reuocari non poterit. Moueor ad id pluribus, & in-
concuſſis, vt opinor, rationibus.

Primò ab abſurdo vitando, ſiquidem ſi talis re-
6 uocatio permitteretur, etiamſi ſe non integra poſt
effectum conſummatum, eſſet potius decipere ſub-
ditum, quàm ei beneficium conferre, quod non licet
in priuata perſona, *l. in cõmodato, §. ſicut, ff. commod.*
& multò minùs in Principe, nè ſubditus dicatur cir-
cumuentus principali authoritate, vt eſt *text. notabilis*
in *l.* 1. *C. de his qui vim ætatis impetr.* Hinc dixit
Rota dec. 13 *num.* 17. *tit. de præbend. in antiq.* quòd
7 licèt gratiam facere, & gratia procedat, tamen poſt-
quàm gratia facta eſt, de iuſtitia eſt, quòd ſuum con-
ſequatur effectum, ergò faceret iniuſtitiã Princeps,
8 qui impediret, vt effectus gratiæ duraret perpetuò,
quæ iniuſtitia à Principe omninò abeſſe debet, nè
indè naſcatur iniuria, vndè ius, & iuſtitia originem
habent, contrà *l. meminerint, C. vnde vi*, quæ quidem
iniuſtitia vbiq; debet Principi eſſe exoſa, ſed tùm
9 maximè in actibus pretioſis, quia eius actus debent
eſſe ſtabiles, & perpetuò manſuri, *cap. decet, de reg.
iur. in* 6. & ideircò dixit *Baldus in conſ.* 327. *num.* 5.
10 *vol.* 1. quòd bonus, & verus Princeps debet perſi-
ſtere in liberalitate conceſſionum, ſicut Polus in Cę-
lo, & debet dicere, quod ſcripſi, ipſi, & eius verba
debent eſſe immobilia, ſicut lapis angularis, & ſi
conuenit præcipuè illud ſeruare, *ſemel locutus eſt
Deus, & Pſalm.* 88. *qua proceſſerunt de labijs meis nõ
faciam irrita*, quia Principi nihil magis conuenit,
quàm conſtantem, ac perpetuam habere voluntа-
tem, quæ eſt propria ipſius iuſtitia *d. iuſtitia. ff. de iuſt.
& iur.* idem vult *Dec. conſ.* 197. *col. vlt.* circa *fin. verſ.
& qua dicitur*, & pulchrè tenuit *Tiber. Decian.
conſ.* 22. *nu.* 93. *& ſeqq. vol.* 4 *& conſ.* 76. *in fin.* eodem
vol. Lodulph. Schrader. de feud. tom. 2. *p.* 10. *ſect.* 1. *nu.*
60. *Peguer. dec. crim.* 30. *n.* 40. *& Io. Guillen. à Ceruant.
in l.* 1. *Taurinum.* 22. qui inde infert infraſcripta no-
tabilia, & iocoſa verba, videlicèt. *Nè aliàs de Regi-
bus dicamus id, quod ſcrutarijs de Guadalajara vul-
gus imponit, quorum promiſſis nullam adhibent fidem,
vtpotè qui mane reuocent, quod veſperi antè conceſſe-
rant*, & ad Principem propriè ſpectat illud *Horatij
dictum, nàm ſemel emiſſum volat irreuocabile verbũ*,
quod eſt relatum à *glo. penult. in §. fi. diſt.* 43. His ad-
do ea, quæ latè cumulat *Molin. de Hiſpan. primog. lib.*
4. *c.* 3. *nu.* 19. cum *ſeqq.* omninò videndus, & *Andr. in
c.* 1. *nu.* 26. cum *ſeqq. de Capit. qui cur. vend. & c.* 1. *nu.*
13. propè *fi. qui ſucceſſ. teneant.* vbi ait, quòd non eſt
11 proprium Imperialis Maieſtatis auferre conceſſa,
per *text. in §.* 1. *in authent. de Referendar.*

Immò hæc conſtans, & perpetua voluntas eſt
12 adeò proprium ac peculiare Principis attributum,
vt in Principe potiùs præſumatur circumuentio,
quàm variatio, vt eſt *text.* ad literam in *cap. cũ olim.,
extrà de ſent. & re iud.* vbi latè *Felin.* poſt *num.* 5. *Ro-
der. Suarez alleg.* 9. *nu.* 9. etiam ſi ſecundæ literæ mo-
tu proprio Principis emanauerint. *Abb. in d. c. cùm
olim, Rubin. conſ.* 21. *num.* 12. *vol.* 5. *Cranett. conſ.* 412.
nu. 6. *vol.* 3. *Tiber. Decian. conſ.* 25. *nu.* 55. *lib.* 1. vbi di-
cit, quòd eſt tam violenta hæc præſumptio in Prin-
cipe, vt potiùs præſumatur circumuentus quàm va-
rius, vt contrarium probari non poſſit. Nè igitur tot
abſurda in Principe ſequantur, eſt omninò conclu-
dendum, vt talis reuocatio gratiæ perfectæ ei nullo
13 modo concedatur. Hinc eſt, quòd gratiam à prædi-
ceſſore profectam teneatur ſucceſſor obſeruare, *Bal.
in l. humanum, C. de legib.* & in *l.* 1. *ff. de conſtit. Prin-
cip. Intregl. de feud. cent.* 2. *art.* 6. *n.* 122.

Secũdò à ſimili, nàm videmus, quòd cęteri actus,
qui de iure ſunt reuocabiles, habent hanc interpre-
tationem, vt in eis eatènus reuocatio permittatur,
quatènus ſit res integra, ſic videmus in mandato ad
14 negotia, quòd licèt reuocari poſſit ad libitum man-
dantis, tamen intelligitur, re integra, *l. ſi verò non re-
munerandi, §. ſi mandatum exigendum, ff. mandat. §.
Reſtè, Inſt. mandat.* Simiiitèr Procurator ad iudicia
poteſt ad libitum reuocari, ſed re integra, ſcilicèt
antè litem conteſtatam, non poſteà, *d. antè litem con-
teſtatam, cum ſeqq. ff. de procurat. l. ſi pater tuus*, C.
15 *mand.* Itidem licèt Iudex datus poſſit ad libitum
dantis reuocari, *l. iudicium ſoluitur, ff. de iud.* Tamen
hoc eſt verum, re integra, ſcilicèt priùs, quàm
Iudex incipiat cognoſcere de cauſa, non poſteà, *Do-
ctor. omnes in d. l. Iudicium ſoluitur* & præſertim *Ia-
ſon de S. Georg.* idem in Delegato ſubdelegante,
qui licèt pro libito ſuæ voluntatis poſſit reuocare
ſubdelegationem à ſe factam, tamen id procedit, re
integra, antequàm ſubdelegatus ille iuriſdictione
vſus fuerit, *c. quamuis, de offic. deleg. in* 6. & eodem
16 modo decretum Iudicis interloquutorium, licèt
poſſit ad libitum Iudicis reuocari, *l. quod iuſſit, ff. de
re iud.* tamen intelligitur, re integra, ſ. antequàm ſit
executioni demandatum, non poſteà, *Bal. in l. poſt
ſententiam, in fin. mihi* 14. *C. de ſent. & interloq. omn.
iud.* quem ſequitur *Sebaſt. Medic. in tract. de nouat.
par.* 2. *in ſecundo alphabeto, num.* 14. *verb. interloqua-
17 toria*, & denique reuocatio alienationis bonorum

feudalium factæ sine assensu Regio, quantumuis
17 sit concessa ipsimet alienanti per *Constitut. Constitutionem Diæ memoriæ*, adeòusque permittitur, quousque super alienatione iàm facta non sit impetratus assensus, at si antè ipsam reuocationem subsequatur assẽsus, res nõ est amplius integra, & successerit: nè non est amplius permissa reuocatio, vt per *DD.* omnes in *d. Const.* & facit *tex.* in *l. 1. ff. de rescind. vend.* & hc de singulis huiusmodi generis, quæ, nè tædiosus sim plusquàm oportet, consultò omitto, ergò idem dicendum est in ipsa gratia, vt re non integra reuocari nõ possit, quia cùm sit actus reuocabilis similis præcedentibus, de similibus idem debet esse iudicium, *c. inter cæteras, extrà de rescript. cap. translato de constitut. l. de quibus, ff. de legib. l. 1. C. quæ sit long. consuet.*

18 Tertiò alio simili comprobatur, quia concessio facta per viam rescripti, si moriatur concedens, re integra morte concedentis expirat, secùs si re non integra, *cap. quoniam, & dicèt vndiq; extrà de offic. deleg.* vbi *Felin. col. 1. vers. & in ista materia*, sequitur *Hier. Gabr. cons. 83. num. 17. volum. 1. Tiber. Decian. cons. 8. num. 246. vol. 1.* & tamen per mortem con-
19 cedentis inducitur à iure tacita reuocatio, *Alber. in l more maiorum, num. 11, in fi. vers. vel posses dicere, ff. de iurisd. omn. iud.* ergò idem est dicendum in reuocatione expressa, quia tacita, & expressa eadem est virtus, *l. cùm quid. ff. si cert. pet. l. si sponsus, §. 1. ff. de don. inter vir. & vxor.*

Quartò, & vltimò ab authoritate infrascriptorũ *Doctorum*, qui videntur eam quæstionem in individuo determinare, prout sunt

20 *Alber. in l digna vox, num. 5. C. de legib.* ponit quæstionem in successore Principis, an possit reuocare priuilegium concessum à prædecessore, & distinguendo dicit, quòd priuilegia gratiæ indistinctè possunt reuocari, verùm subdit, quòd hoc putat verum, nisi iã priuilegiũ suum esset effectum cõsequutum, & ponit exemplum in priuilegio legitimationis, vel Tabellionis, & paulò interiùs subnectit, quòd nec ipse, qui fecit cõcessionem, posset reuocare, & eum sequitur *Affl. dec. 392. n. 16.*

21 *Abb. Panorm. in cap. nouit, num. 26. de iud.* dicit, quòd priuilegium concessum subdito, si habet tractum successiuum, potest reuocari quoad actus futuros, & ità dicit, procedere dictum *Innoc. in cap. in nostra, extr. de iniur. et dam. dat.* sed si habet actũ momentaneum, ità quòd priuilegium iàm sortitum est suum effectum, non potest amplius reuocari.

22 *Paul. Castr. cons. 239. col. fin. vol. 1.* dicit illud idem, & plenioribus verbis distinguens, quòd aut priuilegium concessum est non subdito, & nõ potest reuocari post ius quæsitum, aut fuit concessum subdito, & tunc aut fuit translatum in eum aliquod ius formatum, putà dominium, vel vsusfructus, & non potest reuocari sine iusta, & publica causa, quòd si non fuit translatum ius formatum, vt contingit in priuilegijs negatiuis, putà, quòd quis non cogatur ad onera, vel quòd non conueniatur, nisi sub tali iudice, tũc talia priuilegia possunt reuocari, & subdit rationem, quia talia priuilegia non consumunt effectum suum, nisi de die in diem, cùm habeant causã successiuam in omnibus, argumento *ff. de vsufruct. accresc. l. 1. §. interdùm*, ante *fi.* & ideò inquit ipse, *pro tempore quo nõ sunt sortita effectum, res censetur integra*, ecce igitur, quòd apertè sentit *Castrens.* quòd quandò res non est integra priuilegium etiam subdito concessum non potest reuocari.

Philipp. Franch. in cap decret, num. 3. in fin. de regul.
23 *iur.* in 6. dicit notabiliter, quòd gratia concessa ex certa causa, cessat, cessante causa, limitat tamen, nisi gratia iam sortita sit effectum suum, adducit *text. in l. qui libertinus, ff. de oper. libert.* & *in l. pensiones* volunt allegare *Lanzep. C. de instit. & substit.* facit *text. in l. si. ff. vnde liber.*

Bald. in cons. 326. Rex Romanorum, num. 5. vol. 1.
24 expressè determinat, *quòd Princeps non potest rescindere sine causa cognita, quæ transierunt in suum perfectum effectum*, hæc sunt eius verba formalia.

Curt sen. in cons. 74. ante num. 14. vers. colligitur contrarium, & post *Eundem num. 14.* prope *fin. vers. fortiùs prædicta confirmantur*, dùm vult fundare
25 quòd gratiæ iam perfectæ, & consummatæ alia gratia addi non potest, arguit à contrarijs, inquiens, quòd quemadmodùm gratia semel perfecta, & consummata reuocari non potest, etiam ex superuenienti casu, eodem modo alia gratia superaddi nequit.

Ruin. cons. 130. num. 10. volum. 5. dùm in casu intestabilis per statutum, & habilitati ad testandum
26 per priuilegium, quod post testamentum factum fuit reuocatum, quærit, an potuerit reuocari post factum testamentum? ab initio arguit, quòd non, quia res non est integra, & licèt postea concludat contrarium in casu suo, quo fuit facta reuocatio viuente testatore, tamen *num. 15. vers. quamuis incontinenti* subdit, quòd post mortem testatoris reuocatio non procederet, quia acquisitum est ius hæredi instituto, dicit ipse, sed vera ratio est, quia, vt priuilegium illud dicatur consummatum, & sic res non sit integra, non sufficit, quòd sit factum testamentum, sed ne-
27 cesse est, quòd sequatur etiam mors testatoris, quãdòquidem testamentum suscipit vires à morte testatoris, non antea, *D. Paul. in epist. ad Hæbr. cap. 9.* citatus à *Summo Pontifice in decr. cùm Martha, §. cæterùm, de celebr. Miss.* immò de iure est necesse, quòd
28 etiam vigore illius testamenti sit adita hæreditas, alias quantumuis testatus dicitur decessisse, intestatus, *Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. in princ.* Ergò non mirum est, si antè mortem testatoris, quo tempore res erat integra, poterit reuocari priuilegium in casu *Ruin.*, sed post mortem non potest, quia res non est integra, & priuilegium habuit effectum suũ consummatum.

29 Qui quidem *Doctores*, cùm sint numero septem, & omnes eximiæ authoritatis, non est dubitandum, quin faciant communem opinionem, prout non minus ingeniosè, quàm eruditè docet *Ant. Maria Corrad. in tract. de communi opinione, lib. 1. tit. 3. num. 19. & seqq.* his nunc addo *Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. num. 15.* qui dicit, quòd quamuis Prin-
30 ceps possit reuocare facultatem à se concessam super institutione maioratus, id intelligitur, re integra, scilicèt antequàm maiocatus instituatur sit, nàm post illum institutum, & sic ius acquisitum primo vocato, & sequentibus non potest reuocare, idem voluit *Rex. Tapia in repet. l. final. ff. de const. Princ. cap. fin. n. 72.*

31 Nec dicatur, quòd aliquæ ex prædictis authoritatibus loquuntur in priuilegio, & non in gratia, in qua nostra vertitur quæstio, nàm priuilegium, & gratia confunduntur, & quælibet gratia Principis appellatur priuilegium, *Bald. in cap. inuestituræ, n. 4. in fin. de non. form. fidel.* & omnis gratia resoluitur in vim priuilegij, Idem *Bald. in prælud. feud.* post *Ioa. Andr. in c. olim extrà de verb. signif. Camer. in cap. Imperialem, cart. 44 lit. I.* sed in eo tantùm differunt, quòd priuilegium est semper contrà ius commune, & dicitur quasi privans legem, *can. priuilegia, dist. 3.*

l. si

Ll. quandò, vbi *Bald. C. de inoffic. testam. Dart. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* Gratia verò dicitur etiam, quòd non sit contrà ius, *Loffred.* in *paraphr. feud. c. 1. de Capit. qui cur. vend.* in §. *ceterùm quæsitum est*, *fol. mihi* 52. *colum.* 2. in *princ. Gregor. Lopez* in *legibus partit. 3. par. tit. 18. l. 27.* in *verb. gratia*, in *fine*, &
32 quicquid emanat à Principe largo modo potest dici priuilegium, *Ant. Padill.* in *rubr. C. de diuers. rescript. num. 3.* Sed videndus est *Pariad. differ. 13.* cum tribus §§. *seqq.* vbi declarat, quid differãt beneficiũ Principis, priuilegium, rescriptum, & dispensatio.

Hæc sunt, quæ pro veritate huius conclusionis, quam mihi pro viribus tuendam assumpsi, breuiter occurrunt, cætera suppleant eminentissimi Sena-
33 tores, quos meminisse velim, quòd omnia, quæ iniustè aguntur à Principe, eius Ministris imputantur, & ideò pro posse curare debent, vt omnia iustè, ac sinè alicuius iniuria procedant, vt inquit *Io. And.* in *cap. quanto, de iureiur. Decretal. 197.* in *fin. & Alber.* in *l. 1. C. de Iustin. C. compon.* monet, quòd menti teneãt
34 Consiliarij Principis, quòd tria destruunt Regna, f. consilium non digestum, commodum priuatum, & latens odium, quod vltimum, vt audio, in reuocatione huius gratiæ non defuit.

Nec omittam, quòd si prædicta vendicant sibi locum in quolibet negotio in genere, multò fortiùs illum sibi vendicabunt in facti specie, de qua quæstio ipsa vertitur, siquidèm per huiusmodi gratię reuocationem agitur de exequendo sententiam, quæ dùm fuit suspensa per gratiam, & causa reclamationis commissa, in progressu reclamationis, & illius determinatione iàm fuit detecta notoriè iniqua, adeò quòd vota, vt fertur, emanarunt contrà primam sententiam, quo casu etiam circumscripta gratia, nec de rigore iuris potest illa prima sententia, quantùmuis transacta in rem iudicatam ampliùs exequationi demandari, siquidèm indubitata est communis *Doctorum* sententia, quòd exceptio
35 rei iudicatæ in vim peremptoriæ opposita, post litem contestatam non admittitur, quandò est detecta iniquitas illius sententiæ, quæ fecit transitum in rem iudicatam, & propterea non obstante dicta sententia debet Iudex reuocare illam sententiam, quæ fuit detecta iniqua, ità in specie tradidit *Innoc.* in *cap. cùm dilecta, num.* mihi 3. propè *fin. versi. si tamen contrà aliquem, extrà de rescript.* clariùs in *cap. fraternitatis, num.* 5. in *princ. extrà de frig. & malef.* melius in *cap. cùm Bertoldus*, post *num.* 4. *vers. vel dic, extrà de sent. & re ind.* cuius traditionẽ reassumit, & infinitis authoritatibus comprobat *Felin.* in *cap. inter monasterium, num.* mihi 23. in 8. *limit. extrà de sent. & re ind.* & tanquàm famosum, & aureum dictum extollit *Io. de Anic. cons.* 26. *n.* 3. & plenius *cõs.* 33. *n.* 35. vbi plures quotas cumulat pro hac opinione, *Caccia. dec. Rot.* 234. *num.* 4. & nullum, quem viderim, habet contradictorem, si ergò quandò est detecta iniquitas sententiæ, debet reuocari, quantò minus debet exequi, quæ propter detectam iniquitatem iàm fuit reuocata.

1 Et ex his Regia Catholica Maiestas, eiusque Supremum Italicum Consilium mandauit, quòd sententia publicetur, non obstante primo ordine suspensiuo, vt ex literis expeditis in Oppido Vallis Oleti die octaua Octobris 1601. quæ sic fuerunt exequutoriatæ per Regiam Cameram. Actuar. est
2 N. in causa Marchionis Grottolæ cum Regio Fisco super Terzarijs ferri, & azzarij.

De Reuocatione, & suspensione gratiarum. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius pro intelligentia, & ornatu plura.*
2 *Principis reuocantis soli dicto de importunitate an sit standum.*
3 *Priuilegia à Principe concessa circumscriptis metu, & importunitate regulariter reuocari, vel moderari possunt.*
4 *Priuilegio reuocato quòad certa principalia censetur reuocatum quòad alia ex eis dependentia.*

MVlta quidèm temporis conditione, &c.

Priuilegia, & scripturæ quarumuis concessionũ factarum à Rege Federico post diem 25. mensis Iulij 1501. reuocantur. H.D.

1 Circà hanc pragmaticam videnda sunt ea, quæ latè differit *Gramm. dec. 65.* quæ sufficient pro eius intelligentia, & ornatu, concludens, non habere locum in gestis per Regem Federicum priuatum à Regno per sententiam Summi Pontificis, & corroborantur ex traditis per *Andr.* in *cap. 1. num. 13.* in *fin. qui succeff. teneant.* vbi agit de reuocatione gratiarum, quæ sunt concessæ per metum, & importunitatem, & concludit, posse reuocari, & *ibidem n. 14.*
2 *& seqq.* declarat, an de importunitate standum sit soli dicto Principis reuocantis, & distinguit, esse credendum, si dicat, habita deliberatione cum suo consilio, aliàs secùs, nisi constaret, circumscriptis tamen metu, & importunitate potest Princeps re-
3 gulariter reuocare priuilegia à se concessa, vel illa moderare, vt in *cap. 3. §. fin. & ibi glos. vlt. de immun. Eccles. in 6.* & dixi in *rubrica, sup. cod. num. 1.* & re-
4 uocato priuilegio quòad certa principalia, censetur reuocatum quòad alia ex eis dependentia, *glos.* in *extrauag. Ad conditorem, §. quod autem*, in *glos. fin.* in *verb. & ista tangentia*, inter *extrauag. Ioa. XXII.*

De Rhedarijs, seù Aurigis, vulgò Cocchierijs. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Rhedarij huic pragmaticæ contrauenientes præter pœnam hic statutam, tenentur etiam ad emendam damni illati.*

ALli anni passati fù d'ordine nostro, &c.

Equos domari cum Rhedis, & Carrucis intus Ciuitatem Neapolis prohibetur, prout Rhedarij prohibentur relinquere intus Ciuitatem Carrucam cum equis absq; Custode. H.D.

Huic pragmaticæ facilè quotidiè contraueniunt
1 Rhedarij ex modicitate pœnæ in ea appositæ, sed vltrà pœnam est notandum, quòd tenentur etiam ad emendam damni, quod alteri inferrent ex contrauentione, iuxtà *text.* in *l. item quæritur, ff. locat.* in *princ.*

De Salario eorum, qui mittuntur pro negotio, seù seruitio Regio. Rubrica.

R E R V M S V M M A.

1 *Vasalli ad quæ teneantur, remissiuè.*
2 . . . . *an teneantur hospitari Capitaneũ, seù Iudicẽ.*
3 . . . . *nùm teneantur coquere panem Domino.*

1 PRO generali cognitione seruitiorum, ad
2 quæ vasalli tenentur, vide *text.* in *l. maximarum, C. de excusat. mun. lib.* 10. & an vasalli teneantur hospitari Capitaneum, seù Iudicem: quòd sic, probat *text.* in *l. fin.* circà *finem, C. de profess. & medic. lib.* 10. & an teneantur coquere panem Domino, quòd sic, probat *text.*
3 in *l.* 1. *&* 2. *C. de excoction. & transl. milit. am. lib.* 12.

De Salario eorum, &c. Pragm. I.

R E R V M S V M M A.

1 *Seruitia cum animalibus ij tantùm præstare tenẽtur, qui animalia locare solent accepta mercede.*
2 *Seruitus pro præstãdis inter animalia magna, & parua quòad salarium taxatum nulla est differentia.*
3 *Milliare intelligitur pro accessu, & recessu animaliũ, & si redirent onusta pro accessu integrum salarium solueretur.*
4 *Baro habens propria animalia non potest vti animalibus vasallorum.*
5 *Pragmaticæ huius dispositio, cùm sit redacta ad iniquitatem, an sit seruanda.*
6 *Pragmatica ista non procedit in seruitijs, quæ inuẽguntur infrà dictam, quia tunc debet solui salarium, prout inter Cives.*
7 *Mensuratio itineris fieri debet per viam terrestrem, communem, & vsitatam.*
8 *Baro pro seruitijs intus territorium tenetur soluere salarium, prout inter Cives, idemq; respectu conductionis molarum prout iolendinus.*
9 *Seruitia debent imponi vasallis vicissim, seù per circulum.*
10 *Salarium hic taxatum an debeat solui antè, vel post seruitium, remissiuè.*
11 *Vasalli an teneãtur seruire Domino extrà territoriũ.*
12 *Rex possidens Castrum, ad cuius reparationem Castra vicina tenentur, si illud vendat, an in emptorem transferatur ius illud compellendi vicinos ad contribuendum.*
13 *Vniuersitates hodiè non tenentur etiam ad reparationem veterum ædificiorum, nisi in casibus, in quibus tenentur de iure.*
14 *Refectio, vel noua constructio quandò dicatur.*
15 *Reficere quid sit, vel significet.*
16 *Ædificia vetustate collapsa, vel imperfecta potiùs sunt reparanda, quàm noua inchoanda.*
17 *Vniuersitates, vel Ciues laici an possint cogi ad reparationem, seù constructionem Ecclesiarum.*
18 *Defensæ absq; Regia concessione non sunt instituendæ, & quatẽus procedat etiam contrà Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas.*
19 *Forestæ nouiter institutæ ab omnibus cuiuscuis conditionis, dignitatis, gradus, & prærogatiuæ omninò sunt dimittendæ, & quarè.*
20 *Populi ab initio antea fuerunt, quàm Reges.*
21 *Regem iuri tertio competenti præindicare non præsumitur.*
22 *Iusque ità intelligitur per priuilegium concessum, quod ea, quæ alijs de iure naturæ competunt, ex ipsa aqua non videntur sublata.*
23 *Rex concedendo Terram cum montibus, & planis, & pascuis, non intelligitur concessisse, & abstulisse commoditatem vasallorum, & quarè.*
24 *Vsus de iure potest importare quandoquè seruitutem, & aliquandò commoditatem, quam quis habet gratia sui victus.*
25 *Verbum, liberè, non includit onus naturale, quod inest rei.*
26 *Priuilegium in quantum tangit ius concedentis latissimè est interpretandum, vt autem tangit ius tertij, restringendum venit.*
27 *Dominus iurisdictionis cum consensu populi pro conseruatione, & æquali distributione pascuorum communium potest prohibere, nè quis vtatur certa parte territorij vltrà certum numerum animalium, per quam prohibitionem ligantur etiam exteri habentes ius, vel communitatem pascendi.*
28 *Particulares de iure communi non prohibentur proprios fundos claudere, & muris, vel sepe circumdare, immò etiam de iure isto quòad mezzanas tantùm, num.* 32.
29 *Vniuersitates possunt facere defensas absquè assensu consentientibus singulis Ciuibus, etiam in præiudicium Vniuersitatum vicinarum habentium communionem pascendi, & aquandi, aut pernoctandi, num.* 30.
31 . . . . *non possunt dissoluere communionem pascendi legitimè constitutam cum Vniuersitatibus vicinis, nisi ex causa.*
32 *Barones grauando vasallos contrà formã huius pragmaticæ priuantur iurisdictione.*

AD perpetuam, &c.

Vasalli nè mittantur ad seruitia personalia, etiam cum animalibus, nisi cum salario hic taxato. H.D.

Vide *Constitutionem Omnes Officiales nostros*, & *Constitut. Sic nostra*, & aduertas, quòd ad præstandum seruitia cum animalibus tenentur ij tantùm,
1 qui ea solent locare accepta mercede; vt est *text.* apertus in *l. pen. C. de curs. publ. lib.* 12. & circà salarium hìc taxatum nulla debet fieri differentia inter animalia magna, & parua, putà asinina, secundùm *Præsid. de Franch. dec.* 152. vbi etiam subdit,
2 milliare intelligi pro accessu, & recessu, nisi in recessu redirent similiter onusta, quo casu soluitur integrum salarium pro accessu tantùm, & aliud pro recessu, & *num.* 4. dicit, quòd hæc pragmatica hodiè est redacta ad iniquitatem, licet tamen hanc pragmaticam, si Baro haberet propria animalia, quia
3 tunc non posset vti animalibus vasallorum, & ita fuit decisum per Sacrum Consilium, teste *Præs. de*
4 *Franch. dec.* 211. & cùm hæc pragmatica hodiè sit redacta ad iniquitatem, credo, quòd non esset ponere os in Cœlum, si quispiam præcenderet, huius pragmaticæ dispositionem non esse seruandam, per *text.* ad hoc satis aptum in *l. ex facto, in prine. versic. etenim iniquum ff. de vulgar. & pupillar.* & in *l. cùm quidam, in princ. ff. de vsur.* & hanc opinionem in propriis terminis affirmat inconcussè *Enchiridion Ecclesiast.* post hæc scripta impressum *tit. de salar. vasall. fol.* mihi 130. cum *seqq.* & propterea in annis 1600. & 1603. secuta fuit aliqualis reformatio, vt
5 in *prag.* 2. *infrà eod.*
6 Nota tamen, quòd die .... Iunij 1590. per Sacrum

crum Conſilium iunctis duabus Aulis in Collaterali Conſilio referente Regio Conſiliario Gizzarello in cauſa Vniuerſitatis Mariliani cum Marchione illius fuit declaratum, hanc pragmaticam non procedere in ſeruitijs, quæ iniunguntur infrà dictam, ſed quòd tunc debeat ſolui ſalarium, proùt inter Ciues, & iterùm fuit iudicatum inter Vniuerſitatem Sarni, & Comitem Sarni, teſte *Præſ. de Franch.*
7 *dec.* 526. *num.* 3. & in eadem cauſa fuit iudicatum, quòd menſuratio diſtantiæ itineris fieret per viam terreſtrem, vſitatam, & communem, non autem per aerem, iuxtà opinionem *Maluat. conſ.* 75. *num.* 7. cum *ſeqq. Auiles* in *cap.* 4. *Prætor. gloſ.* 1. *num.* 11. *&* 12. *Argentr.* in *Conſuet. Brittan. tit.* 17. *art.* 362. *lit. E. fol.* 2543. *Bouadill. lib.* 4 *cap.* 5. *num.* 53. *per tot.* poſt *Azeued. ad ll. recoll.* de nouo additas *tib.* 5. *tit.* 25. *l.* 8. *f.* 66. *a ter.* tu videas *Peregr. conſ.* 103. *volum.* 1. qui firmat idem pro acceſſu, & receſſu, ſecùs reſpectu diſtantiæ vnius loci ad alium, ſed quandò ſunt plures viæ, tũc erit facienda menſuratio per magis vſitatam, ſecundùm *Graff. conſ.* 5. in 2. *difficul. de reg. & tranſ. ad relig. tom.* 2. vide nunc *Phœbum dec. Luſit.* 155. *nu.* 11. *volum.* 2. & idem *Præſ.* in eadem *dec.* atteſtatur, in-
8 diſtinctè pro ſeruitijs intus territorium iudicari, vt Baro ſoluat ſalarium, proùt inter Ciues, & idem reſpectu conductionis molarum pro molendinis, & plura alia in actu practico in materia huius pragmaticæ vide apud *Eundem* per totam prædictam
9 *deciſionem.* Eſt benè notandum, quòd hæc ſeruitia debent imponi vaſallis viciſſim, ſeù per circulum, vt probat mihi *text.* in *l. Ciuitas, C. de offic. Rector.*
10 *Prouinc.* ſed ſalarium debet ſolui antè ſeruitium, ſi ſunt pauperes, vt optimè diſtinguit *Auiles* in *c.* 17. *Prætorum*, in *gl. meneſtrales, n.* 3.

11 Vtrum autem vaſalli teneantur ſeruire Domino extrà territorium, explicat *Ioſeph. de Seſe de inhibition. cap.* 5. §. 4. *num.* 10. *& ſeqq.* negatiuè concludendo.

§. 5. Item nè in reparatione.

Vniuerſitates non moleſtentur pro noua cõſtructione, niſi pro reparatione veterum ædificiorum, quatènus ad id de iure tenentur. H. D.

12 Quid ſi Rex poſſidet aliquod Caſtrum, ad cuius reparationem Caſtra vicina tenentur, & illud vendit, an in emptorem tranferatur hoc ius compellendi vicinos ad contribuendum in eius reparationem? Sacr. Conſil. iudicauit, quòd non, teſte *Præſ. de Franch. dec.* 78. quemadmodùm ſi Baro locauerit fructus ſuæ Baroniæ, non veniet illud, quod ſolitum eſt præſtari à vaſallis Baroni in eius iucundo aduentu, ex his, quæ determinauit *Rayn.* relatus à *Bald.* in *l. defuncta, in additione*, ſiuè in *ſecunda lectura, ff. de vſufruct.* cui adde, quòd hęc pragmatica in hoc conformat ſe cum diſpoſitione iuris communis, per ea, quæ in alia quæſtione voluit *Caran. de Sen. conſ. Maced.* §. 7. *nu.* 1. cum *ſeqq.* vide tamen omninò *Bertaz. conſ. crim.* 284. *num.* 1. *volum.* 2. qui concludit, teneri ex diſpoſitione iuris communis, & aduerte, quòd per *cap. Regn. Item ſtatuimus, quòd ab Vniuerſitati-*
13 *bus*, Vniuerſitates indifferenter, tenebantur ad reparationem veterum ædificiorum, vt per *Campag. ibi*, & in *cap. Grauamina, num.* 73. ſed per hanc pragmaticam non tenentur etiam ad reparationem veterum, niſi in caſibus, in quibus de iure tenentur, &
14 quandò propriè dicatur refectio, vel noua conſtructio, declarat *Affl. dec.* 392. *num.* 12. cum *ſeqq.* ſcilicèt quandò domus eſt funditùs deſtructa, ſi ædificetur, dicitur noua habitatio, ſecùs ſi remanent pedamenta, *Auiles* in *cap.* 22. *Prætorum*, in *gloſ. Torres*, *num.* 30. poſt *Anchar. in cap. conſuluit, extrà de Iudæis, & Alex.* in *l.* 1. §. *ſi quis ædificium ff. de nou. oper.*
15 *nunc.* & reficere propriè ſignificat, ad priſtinam formam reducere, hoc eſt, nè quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exageret, vt eſt *text.* in *l.* 3. §. *hoc autem, verſ. reficere, ff. de itiner. actuq; priuat.* &
16 regularitèr potiùs ſunt reparanda ædificia vetuſtate collapſa, aut imperfecta, quam noua inchoanda, vt voluit *gloſ.* per illum *text.* in *extrauag. Execrabilis Ioa. XXII.* in *verb. ædificia.* Adde *Villad.* in *Politica c.* 5. §. 23. idem confirmantem.

17 Quid autem in Eccleſijs, an Vniuerſitates, vel Ciues laici poſſint aliquo caſu cogi ad illarum reparationem, ſeù conſtructionem? latè affirmant *Valaſc. conſult.* 179. *tom.* 2. *num.* 1. *Villadieg. vbi ſuprà, num.* 14. *&* 27.

§. 9. Et cùm nec Comitibus.

18 Defenſæ abſquè Regia conceſſione non inſtituantur. H. D.

Vide ad idem *pragmat.* 11. *ſuprà de Baronibus*, & *cap. Regn. Item boues ſine campanis, in fin.* vbi *Campag.* aliqua tangit, *Azeued. lib.* 7. *recompil. l.* 8. aliàs *l.* 13. *tit.* 7.

Idem procedit etiam contrà Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, potiſsimùm reſpectu eorum territoriorum, in quibus Vniuerſitas haberet vſum, vt bis fuit me patrocinante iudicatum pro Vniuerſitate Styli contrà Monaſterium S. Stephani de Nęmore, licèt per priùs contrarium fuiſſet prouiſum. Monua verò, quibus obtinui ſunt infraſcripta.

Quòd decretum, per quod permittitur Monaſterio S. Stephani de Nęmore claudere, & defendere territoria eiuſdem Monaſterij, nullo iure ſubſiſtere poſſit in præiudicium Vniuerſitatis Terræ Styli habentis vſum in dictis territorijs, clariſſimè apparet ex hoc vnico fundamento, quod nihil aliud eſt, quã permittere, quòd poſſint fieri nouæ defenſæ, quæ in Regno prorsùs ſunt prohibitę, tàm per *cap. Regn.* incip. *Item boues ſine campanis*, in *fin.* quàm per Regiam Pragmaticam Regis Ferdinandi I. in anno 1483. quæ eſt *vnica*, ſub *tit. de ſalar. eorum, qui mittum. pro ſeruit. Reg.* in §. *& cùm*, vbi expreſsè ſtatui-
19 tur, quòd foreſtæ nouiter inſtitutæ ab omnibus cuiuſuis conditionis, dignitatis, gradus, & prærogatiuæ prorsùs, & omninò dimittantur, ità vt liber ſit in illis vſus, quibus anteà competebat, & in *final. verb.* ſubdit traditionem, *cùm noſtræ intentionis non ſit, nec ſit id concedere, quòminùs ſuo iure vterentur bi, quibus in illis ius anteà competebat.* Hoc idem fuit confirmatum, & de nouo ſtatutum in anno 1536. per Cæſaream Maieſtatem, vt in *pragm.* 11. ſub *tit. de Baronibus.*

Monaſterium fortaſsè prætendet, eius territoria non poſſe comprehendi ſub diſpoſitione prædictorum iurium, ſtante eorum conceſſione facta per Comitem Rogerium in anno 1094. & ſic longè antequàm ederentur prædicta iura, & in conceſsione extant verba tàm ampla, ex quibus excludatur omne ius ſeruitutis, ità vt dicta territoria ſint pęnitùs libera dicti Monaſterij, & in eis poſsit facere quicquid velit, tanquàm in re propria, *l. in re mandata, C. mand.*

At Ego demonſtrabo, tempore prædictæ conceſſionis Comitis Rogerij, Vniuerſitatẽ Styli habuiſſe liberum vſum in montaneis, & territorijs dicto Monaſterio conceſsis, cui quidèm vſui, nec ex verbis conceſsionis, nec ex mente cõcedentis fuit præiudicatum, & derogatum, & eundem vſum competiſſe eidem Vniuerſitati tempore, quo fuerũt edita

ſupra-

ſuprafcripta *Capitula,& Pragmatica Regni*,& proindè dicta territoria comprehendi ſub illarum diſpoſitione.

20 Quòad primum vtor tali inconcuſſo fundamento,ſiquidèm non eſt dubium, quòd ab initio antea fuerunt Populi,quàm Reges,*L.2.in princ. ff. de orig. iur.*& de iure naturali,quod eſt ius primæuum, omnia erant communia,nàm de iure gentium fuerunt gentes diſcretæ,Regna condita, dominia diſtincta, & agris limites poſiti, *l.ex hoc iure,ff.de iuſt. & iur.* & in individuo caſus noſtri non poteſt difficultari, quin Populus,& Vniuerſitas Styli fuerit antequàm Comes Rogerius occupaſſet hoc Regnum, & ſucceſsiuè antequàm feciſſet conceſsionem illam dicto Monaſterio, cùm in priuilegio conceſsionis fiat expreſſa mentio de Terra Styli. Ergò non poteſt difficultari, quòd Vniuerſitas Styli in his territorijs ſaltèm ſibi contiguis non habeat antiquius ius, quàm habuerit Comes Rogerius, qui Regnum acquiſiuit,eſt igitur videndum, ex tali acquiſitione facta per Comitem Rogerium,quod ius fuerit tràslatum in ipſum Regem,& quod ius remanſerit pènès Populum,& Vniuerſitatem Styli, & in hoc concedo,quòd pènès Regem ſit translatum dominium iure belli,quod eſt de iure gentium, per eandem *l.ex hoc iure*,ſed tamen negari non poteſt, quin pènès Populos remanſerit ille vſus pro victu in montaneis,territorijs,& aquis ex illo primæuo iure naturali,quod quidèm nullo iure eueli poteſt, & ius incolatus appellat hunc vſum *Auend. de cenſibus cap.68.*poſt *num.13.* adeò quòd hic vſus Ciuium non poterit alienari per Vniuerſitatem, nec pro debito Vniuerſitatis,*Idem ibidem* poſt *num.56.* Addo *Affict.& Andr.*in *Conſtitut.Dubitationem*, *Anna all.*g.48.*num.45.*

Vndè quantùmuis Comes Rogerius poſteà conceſſerit has aquas,territoria, & montaneas dicto Monaſterio,non tamen in ea conceſsione eſt comprehenſus hic vſus de iure naturali competens Vniuerſitati,& Hominibus Terræ Styli, tùm quia
21 in conceſsione prædicta huic iuri tertio competenti non fuit expreſsè præiudicatum, nec præſumitur,ſanctiſsimum Regem voluiſſe præiudicare, *cap.dudum.cap.paſtoralis,& cap.in his, extrà de priuileg.*tùm etiam quia non poterat præiudicare,quia Rex non poterat plus iuris in Monaſterium transferre,quàm ipſe habebat,ex regula *Nemo plus iuris.* Hinc voluit expreſsè *Luc. de Penn.in l.vſum aquæ, colum.*mihi 2.*verſ.ſicut enim prætor*, *C.de aquæduct.*
22 *lib.*11. quòd ità ius aquæ intelligitur per priuilegium eſſe conceſſum,quòd ea,quæ alijs de iure naturæ competunt ex ipſa aqua,non videantur ſublata,& magis in ſpecie,immò in individuo caſus noſtri *Frecc.de ſubfeud.lib.2.author.46.num.4.* ex hac
23 *Luc.de Penn.*doctrina infert,quòd Rex concedendo Terram cum montibus,& planis,& paſcuis,non intelligitur conceſsiſſe, & abſtuliſſe commoditatem vaſallorum, ſubdens, quòd vſus intelligitur exceptus inter ipſos,vt poſsint in Oppido habitare, & in Domini territorio commoditatem habere, & ſicut ſi Terra eſſet in manu Regis cum territorio, Rex ipſos non deberet expellere,eo iure intelligitur conceſsiſſe,quòd vſus alterius non diminuatur, *l.in concedendo,ff.de aqu pluu. arcend.* Nàm vaſalli debent habere elementa naturalia, nè ipſi inermè vitam ducant,& in eo loco,in quo habitant æqualitèr cum exteris comparètur:hæc ſunt verba *Frecc.* in *loco* ſuprà cit.qui omninò videatur,facit *Harthm. Pſtor.lib.4.q.17.n.10.*

Hinc Rex *Ferdinandus I.* in anno 1483. non per viam nouæ diſpoſitionis, ſed potiùs veteris rubis declarationis,ſtatuit,vt hominibus Ciuitatũ, Terrarum,& locorum huius Regni eum eorum animalibus,vel ſinè,liberè vti liceat paſcuis, nemoribus, atq; paſcèdis ſpicis,aquis,& alijs,quæ hactenus antiquitùs cõſueuerunt,& quæcunq; fuerunt innouata,ad priſtinum reduci iuſsit,vt in *ead. prag.1.de ſalar.eor.&c.§.item ſtatuimus,quòd hominibus,&c.*

Nec dicatur,quod in priuilegio conceſsionis ſũt verba ampliſsima,quæ excludunt omnem ſeruitutem,& quòd ſtante munificentia illius Regis ergà Deum,& Religionem S.Bruni debeat fieri largiſsima interpretatio,etiam ad excludendum hanc ſeruitutem vaſallorum,& ciuium Terræ Styli, nàm vltrà ea,quæ ſuperiùs dicta ſunt,quòd priuilegij verba non includunt ius tertij, nec præſumitur Rex voluiſſe includere,aduerto,quòd id, quod prætendit Vniuerſitas Styli non eſt per modum,& ius ſeruitutis, ſed ſimplicis commoditatis tantùm gratia
24 ſui victus, & tuorum Ciuium; de iure enim vſus poteſt importare quandòque ſeruitutem, *iuxtà text.*in *l.1.ff.de vſufruct.legat.*iuncta *gloſ.*in *l.1.ff. de vſu,& habit.*quandòq; verò commoditatem, quam quis habet gratia ſui victus, *l.plenum, §.equitium,ff. de vſu,& habit. l.cùm in teſtamento,ff.de aur. et arg. leg.4.in lege cenſoria,ff.de verb.ſignific.* & hoc vltimo caſu vſus non eſt ſeruitus,ſed commoditas, & ſic quantùmuis in priuilegio fiat aſſertio per Regem, quòd territoria conceſſa ſint libera, & exempta ab omni ſeruitute, non propterea includitur hic vſus Ciuibus Terræ Styli de iure naturæ competens,
25 quia non eſt ſeruitus,ſed commoditas, & illud verbum,*liberè*,non includit onus naturale, quod ineſt rei,*Ias.*in *l.1.num.12. C.de Sacroſanct. Eccleſ. Gozad. conſ.58.num.22.et conſ.91.num.7.* Alios citat *Pelaez de maiorat.par.1.quæſt.1.num.38.in fin.* & probatur apertè in *l.ſi quandò*,*C.de inoff.teſtam.*vbi *DD.* & in proprijs terminis probat *Ann.all.*g.48.*num.50.* vltrà quòd nec de tali aſſertione Regi concedenti etiam in eius commodum eſt credendum, etiam in diſpoſitiuis,ſecundùm *Andr.in cap.1.in fin.num.13. de controu.feud apud Par tertium.*&*in cap.1.nu.14. qui ſucceſſ.teneant.in 1. rubr.* & licèt priuilegium
26 Principis,in quantum tangit ius concedentis, latiſsimè ſit interpretandum,tamen in quantum tangit ius tertij eſt reſtringendum, prout optimè declarat *Oldrad conſ.268.num.2.ex Innoc.in cap.cùm dilectus,extrà de donat.*& voluit *Andr.*in *tit. quæ ſint regalia*, in *verb.et bona committentium crimen læſæ Maieſtatis,nu.78.*

Quare dùm ex prædictis (vt credo) faris,ſuperq; fundatum ſit, quòd tempore conceſsionis priuilegij hic vſus competebat Vniuerſitati, & quòd ei per priuilegium non fuit præiudicatum, nec poterat præiudicari,neceſſariò reſultat,quòd idem vſus permanſit ei intactus,& illæſus tempore editorum Capitulorum,& Pragmaticarum Regni,& ſucceſsiuè dùm per dicta Capitula,& Pragmaticas prohibentur nouæ defenſæ in præiudicium habentium vſum in eis,includuntur territoria Monaſterij, in quibus eo tempore habebat vſum Vniuerſitas Styli,maximè poderando illa verba generàlia, & prægnantia in *prag.1.§.et cùm,de ſalar.eor.qui mitt.* ibi, *cuiuſuis dignitatis,et conditionis gradus, et prærogatiuæ*,& proindè etiam vigore dictorum iurium Regni non licebit Monaſterio facere nouas defenſas.

Hæc ex abundanti volui breuitèr annotare, non quòd hodiè ſint neceſſariò diſcutienda, cùm non

agatur

agatur de petitorio, sed de simplici possessorio ite-
2 randi, & inmanutentionis, in quo non est du-
3 bium, quod Vniuersitas debet obtinere, attento
præsenti statu, quo prædicta territoria sunt aperta,
& campestria, & Monasterium, si prætendit vigore
priuilegij posse claudere territoria, debet dirigere
gressus suos ordinariè in petitorio; sed vt cognos-
catur, quod etiam in petitorio Monasterium ex
nunc pro tunc debet succumbere.

37 Et quamuis ex dispositione huius pragmaticæ
non possint fieri nouæ defensæ, tamen Dominus
iurisdictionis cum consensu populi pro conserua-
tione, & æquali distributione pascuorum commu-
nium potest prohibere, nè quis vtatur certa parte
territorij vltrà certum numerum animalium, quæ
prohibitio ligabit non solùm ciues, sed etiam exte-
cos habentes ius, vel communitatem pascendi, se-
cundùm *Auend. lib. 1. de exequend. mand. Princip.*
cap. 13. num. 10. quem sequitur *Mexia de taxa panis,*
concl. 5. num. 80. quod latiùs est prosequendum, vt
per *Koppen dec. Germ. 12. & 57. n. 60.* cù *seqq.* qui cò-
cludit, communionè pascuorũ posse quandòcunq;
dissolui, sed *Rouad. lib. 2. c. 16. n. 194.* negat in præiu-
diciũ aliorũ Ciuiũ, non hæredũ aliorũ Ciuiũ, vel de
nouo veniẽtiũ, *Seseé dec. 74.* refert decisũ cõtrariũ, li-
cèt vnus dixerit, priorem opinionem esse iustiorẽ.

28 Sed de iure communi non prohibentur Particu-
lares proprios fundos claudere, & muris, vel sepe
circumdare, vt probat *tex. in l. per Prouincias, C. de*
ædific. priuat. probat *Auend. de exequ. mandat. lib. 1.*
t. 12. num. 30. qui loquitur respectu Vniuersitatis,
29 non autem Particularium, vt scilicèt possit Vniuer-
sitas cum consensu singulorum Ciuium facere has
defensas, & tunc fortassè non requiritur assensus
Regius, stante consensu singulorum, quibus ius cõ-
30 petit; Quid autem si Vniuersitas habeat commu-
nitatem pascendi, aquandi, & pernoctandi cum vi-
cinis, an in præiudicium vicinorum habentium cõ-
munionem poterit facere huiusmodi defensas? di-
xi suprà ex *Auend. lib. 1. c. 13 concl. 9. num. 10.* quòd
Vniuersitas in proprio territorio potest restringe-
re vsum illius in præiudiciũ forensium, seù exte-
rorum habentium ius, vel communitatem pascẽdi,
idem admittit *Mexia de taxa panis, concl. 5. num. 80.*
cui non contradicit idem *Auend. ibid. c. 4. num. 22.*
vers. quod facit, quatènus *ibi* ait, non posse fieri de-
fensas per homines, vulgò dictos, *pecheros,* in præiu-
dicium vicinorum habentium ius pascendi in suo
territorio, nàm appellatione vicinorum Hispano
idiomate intelliguntur Ciues eiusdẽm populi, pro-
ut idem *Auend.* ità se ipsum declarat *lib. 2. c. 10. nu.*
12. & sensus est, quòd si in vnò loco, Oppido, vel
Ciuitate sunt aliqui Ciues tributarij, Hispanè dicti,
pecheros, & aliqui Hidalghi, qui non solùnt tribu-
ta, non possunt facere defensas in præiudicium Ci-
uium habentium ius pascendi, qui sunt immunes à
tributis, & propterea cum mysterio dixit *Auend.*
ius pasturandi in suo territorio, ad differentiam il-
lorum, qui habent ius pasturandi in alieno territo-
rio, & quòd vicini dicantur propriè conciues eius-
dem loci, idem *Auend.* explicat *ibidem lib. 1. cap. 3.*
num. 5. vers. dicitur autem vicinus.

31 Nec omittam in hac materia communitatum,
quæ solent, vt plurimùm intercedere in pascuis, &
aquis, Vniuersitatum conuicinarum, quòd Vniuer-
sitates non coguntur permanere in huiusmodi cõ-
munione, etiam si esset immemorialis, & possunt
ad libitum ab ea discedere, si credendum est *Corn.*
cons. 48. vol. 3. Auend. d. lib. 1. cap. 4. num. 20. vers. in
qua communione, cui Koppen dec. Germ. 12. n. 9.
& 10. Quod apud me habet maximum dubium ex
Affl. dec. 254. qui dicit, istas communiones inter
Vniuersitates posse firmari assensu Regio vero,
vel præsumpto ex cursu centum annorum, licèt mi-
noris temporis non sufficiat, & quamquàm *Vrsill.*
ad Affl. ibi impugnet eam decisionem ex regula,
quod nemo inuitus cogitur manere perpetuò in
communione, tamen opinio *Affl.* redditur veriot
ex *Cap. Regn. Pondus æquum,* vbi statuitur, has cõ-
muniones initas inter Vniuersitates conuicinas cũ
assensu Regio posse dissolui, quandò vna esset post
communionem dishabitata, quia tunc ob inæquali-
tatem ponderis reciproci, ea, quę est diruta, non te-
neretur permanere in communione cum alia, quæ
habet omnes suos habitatores; ergò dissolutio hu-
iusmodi communionis non est ad libitum, sed re-
quiritur iusta causa, ideò, quando casus accidenti,
A est diutiùs cogitandum. Plura alia ad hanc mate-
riã pertinentia tractat *Camp.* in *d.c. Pondus æquũ.*

32 Aduerto tamen, quòd etiam in hoc iure inspecto
quòad mezzanas tãtùm possunt Particulares clau-
dere eorum territoria, iuxta necessariũ vsum mez-
zanæ, quæ deseruit pascuo animalium desetuen-
tium pro cultura illius territorij, *Capibl. in prag. 11.*
num. 23. suprà de Barombus. Quicquid tamen sit
quòad dissolutionem harum communitatum, certũ
est in casu contrario, nempè quòd ad inducendum
has communitates nulla requiritur sollemnitas, sed
sufficit sola voluntas Vniuersitatum contrahentiũ,
Soc. cons. 127. vol. 1. Greg. in verb. los exidos, l. 15. tit.
14. p. 5. Villadieg. Polit. c. 5. §. 30. & 32. num. 13.

In *§. fin. in fin.* ibi, *contrauentione priuari,* nota ex-
33 his verbis, quòd Barones grauando vasallos contrà
formam huius pragmaticę priuantur iurisdictione,
tu vide *Gramm. cons. 10. & in dec. 104. Boer. dec. 304.*
num. 7. Campag. latè in *cap. grauamina, nu. 33.* per tot.
declarantes, procedere respectu vasallorum graua-
torum tantùm, & non aliorum, nisi indistinctè om-
nes grauarentur.

ADDITIO.

A DOminus *Regens* suprà in *Rubr. de Pascuis,*
num. 18. absolutè firmauit conclusionem,
quod etiam nulla data necessitate possint Vniuer-
sitates ad earum libitum recedere ab huiusmodi
communitate, etiam si esset immemorialis, & vltrà
centum annos contracta, ex *Corn. Auend. & Kop-*
pen. Germ. eandemquè conclusionem confirmaui-
mus authoritate Domini *Vinc. Siccodi,* qui scripsit
in causa Principis Venusij, & Vniuersitatis Conse
cum Vniuersitate Thoręe, ac etiam Dom. *Capibl.* qui
satis benè loquuntur, & illam fundant. Hic verò
idem *D. Reg.* declarat, suprædictam conclusionem
procedere, ac esse tantummodò admittendam con-
currente legitima causa, ac iuxtà terminos, & ca-
sum *Cap. Pondus æquum,* per doctrinam *Affl. dec.*
254. recedendo à *Corn. Auend. & Koppen.* conclu-
ditque esse super hoc diutiùs cogitandum.

Ego verò, si meam in hac re possim dare senten-
tiam, licetq; Genero in causa Soceri (qui Parentis
locum obtinet, *l. quia parẽtis, ff. soluto matrim.*) iudi-
care, contrà *tex.* in *l. qui iurisdictionis, ff. de iurisdict.*
omn. Iudic. & pragm. 23. de offic. S. R. C. non rece-
derem à suprædicta conclusione per ipsum *D. Regent.*
suprà in *d. rubr. de pasc.* firmatam, facilèq; concur-
rerem cum voto suprædicti Dominorum *Siccodi*
mei soceri fœlicis semper recordationis, & *Capibl.*

cum

eam comprobantium in locis ſuprà citatis, poſſe ſcilicet vnum ex Vniuerſitatibus inter ſe compa-
8 triotam communitatem habentibus, altera etiam inuita, a communione recedere, quotieſcunquè libuerit, idquè facili, claroquè hoc dilemmate mihi probatur. Aut enim communio prædicta minus legitimè, & ſine Principis aſſenſu, qui in ea eſt neceſſarius, cùm alienationis ſpeciem ſapiat, facta fuerit, & nullius roboris erit, & inanis, *d. cap. Pondus æquum*. Aut verò legitimè facta fuerit, cum ex certa ſcilicèt Principis aſſenſu, vel præſumpto in legitima præſcriptione, immemorabili ſcilicet, vel centenaria fundato, quæ habet vim aſſenſus, & priuilegij conceſſi à Principe, *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 27. nu. 17. Gabriel. commun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 1. num. 1.* infinitos allegans, & *Camill. Borrell. conſ. 86. num. 1.* poſt *Annam allegat. 68. num. 5.* & in propria quæſtione *D. Capiblanc. tom. 2. cap. 80. n. 10.* & in hoc caſu concedo, quòd ſit inducta communio, ab ea tamen poterit ad libitum recèdi, cùm de iure ſit reſolutum, quem cogi non poſſe ad perſeuerandum in communione, & ſocietate, *L. in hoc iudicium, §. ſi conueniat, ff. commun. diuid.* quem allegant *D. Capiblanc.* in *d. cap. 80. & Vrſill.* ad *Aſſlict. deciſ. 254. num. 2.* qui ſatis bene in hac quæſtione loquitur contrà *Aſſlict.* & alios citat *Eſcobar de ratioc. & comput. cap.* ſeù *comput. 7. num. 1.* etiam ſi immemorabili tempore durauerit, nec eius initij ſit hominum memoria, vel ſit facta etiam publico mediante inſtrumento iurato, ſollemnis promiſſio, & conuentio de non diſſoluendo, nam poterit ſemper contrauenirj, & diſſolui, ita ſcripſit *Auendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 4. num. 20. in fin. & 21.* per *text.* in *d. l. in hoc iudicium, §. ſi conueniat. ff. commun. diuid.* & in *l. nulla ſocietatis 71. ff. pro ſocio*, & alios allegat *Crauett. conſ. 60. num. 1.* præſertim ſi diſcordiæ, aut ſcandala exorirentur, nam tunc & ad tempus contracta ſocietas, & communio diſſolui poſſet infrà tempus conuentum, prout dicit idem *Crauett. ibidem, & Vrſill.* in *d. deciſ. Aſſlict. 254*

Nec curandum eſt de aſſenſu expreſſo à Rege interpoſito, vel de tacito, ſeù præſumpto per immemorabilem, aut centenariam præſcriptionem inducto, nam aſſenſus Domini regulatur ab actu, ſuper quo interponitur, nec facit actum irreuocabilem, *Frece, de ſubfeud. lib. 2. in 10. quæſt. num. 6.* & in *2. quæſt. num. 14.* & intelligitur præſtitus, vt ius diſponit, & ciuili modo, *Andr. in cap. 1.* ſub *num. 8. qui ſucceſſ. teneat.* Cotruitquè ex hoc *Aſſlict. deciſ. 254.* ſumoatr in aſſenſu, quando quidem aſſenſus fuit interpolitus ſuper contractu reuocabili, quo reuocato reuocatur etiam aſſenſus ſuper eo præſtitus.

Io. Laganarius.

De Sale vendendo per Vniuerſitates.
Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Salinæ, earumquè reditus ſunt de Regalibus, intelligendo de illis, quæ ſunt in prædijs publicis, ſeù Fiſcalibus, nam quæ ſunt in prædijs Priuatorum de iure communi ſunt Dominorum prædiorum, de iure verò Regni ſunt ipſorum Regum, ſicut omnia metalla, & datur Dominis certum pretium.*

2 *Salis appellatione non venit ſalmonia.*

3 *Salis præſtatio, quæ fiebat per Regiam Curiam Vniuerſitatibus ex conuentione inita cum Rege Alphonſo, eidem Curiæ eſt remiſſa.*
Vectigalis huius origo, remiſſiuè.

4 *Sal duplicis eſt ſpeciei, quidam lapideus, et alter conficitur ex aqua maris.*

5 *Salinarum appellatione vtraquè ſalis ſpecies comprehenditur.*

6 *Sal intellectualis duplex eſt, ſcientiæ, & bonæ conſcientiæ, & vtercquè requiritur in Iudice.*

7 *Reipublicæ quid ſit magis damnoſum an potiùs habere Iudicem abundantem ſale ſcientiæ, ſed egentem ſale bonæ conſcientiæ, vel potiùs habere Iudicem abundantem ſale bonæ conſcientiæ, ſed egentem ſale ſcientiæ, & num. 9.*

8 *Iudex bonæ conſcientiæ, & imprudens videtur eſſe quædam beſtia inſipiens.*

10 *Iudices ex ſe debent ſcire, quod iudicandum eſt, & non quærere alios, à quibus diſcant, quod iudicaturi ſunt, et quarè.*

11 *Imperitus, et imprudens non permittat ſe Iudicem fieri.*

12 *Indoctus et ignarus, ſi motu proprio Principis electus fuerit in Iudicem non obſtante ſua repugnantia excuſatur apud Deum, ſi ex parte ſua adhibeat omnem diligentiam pro inuenienda veritate, adhibendo etiam conſilium peritioris.*

13 *Iudex, qui malè iudicat, non peccat, iudicando contrà conſcientiam, ſed peccat non adhibendo diligentiam, quam in inueniendo veritatem adhibere tenetur.*

14 *Aduocati ſtudere debent conſtituere Iudices in mala fide.*

15 *Sal materialis ſi reponatur in locis humidis euaneſcit, ſic ſal intellectualis, et quæ dicantur loca humida in ſale intellectuali.*

16 *Iudices, qui vt iuſti videantur, contrà ſuos, potiùs quàm contrà exteros iudicat, hypocritæ appellatur.*

PRO huius rubricę intelligentia eſt prænotandum, quòd ſalinę, reditusquè ſalinarum ſunt de Regalibus, vt in *titulo quæ ſint regal.* ibi, *reditus piſcationum et ſalinarum*, illę ſcilicet, quæ ſunt in prędijs publicis, ſeù Fiſcalibus, illę verò, quæ ſunt in prędijs Priuatorũ de iure communi ſunt Dominorum prędiorum, vt explicitè tradit *And.* in *rubr. quæ ſint regal.* in *verbo flamina nauigabilia, num. 8. verſ. quædam ſunt, Gabet do deciſ. Luſit. 53. par. 2.* ſed in hoc Regno noſtro fuit vſurpatum, vt etiam ea, quę ſunt in prędijs Priuatorum ſint Regis, ſicut etiam omnia metalla, & datur Dominis prędiorum certum prętium, tcſtquum eorum eſt Regis, vtà idem *Andr.* declarat *ibid. num. 72*, quod poteſt excuſari per *text.* in *l. 1. C. de metallar. lib. 11.* vbi id nuncupatim aduertit *Luc. de Penn.* & malè ſubſtinetur ex traditis per *Ripam in tract. de peſte, par. 3. tit. de remed. ad conſeruat. vbert. num. 177.*

Ad materiam vide *Dec. conſ. 291. in princ. Iacobin. in verb. cum argenti fodinis. Capyc.* in *inueſt. in verbo ſalinis, Benuenut. Stracc. de mercat. par. 4. n. 30.*
2 cum *ſeqq.* vbi etiam agit, quòd ſalimonia non venit appellatione ſalis, latiſſimè *Farinac. pract. crim. par. 2. tom. 1. q. 104. inſpect.* 2. poſt *Aſſlict. deciſ. 321.* latè *Barboſ. in l. diuortio, §. ſi vir, num. 29. verſ. adeò quidem, cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Azeued. in l. 31. fin. tit. 8 lib. 6. nouæ recompil. li H. p. n.* & iterùm in *commentar. ad ll. recompil.* de nouo additas in *l. 25. tit.*

tit. 11. *lib.* 5. *fol.* mihi 42. *à terg.*

3 Hic sal ex conuentione inita cum *Rege Alphonso I.* in Parlamento generali celebrato in anno 1442. tempore, quo ipse cœpit regnare, distribuitur per Regiam Curiam Vniuersitatibus Regni ad rationẽ vnius modij pro quolibet foculari, receptis ab Vniuersitatibus carolenis decem pro quolibet foculari, in quibus taxabatur pretium salis ad rationem carolenorum quinque, & granorum duorum pro quolibet modio, vt in *cap. 1. & 6. f. 4. à ter.* inter *Pritil. & Cap. Ciuis. Neap.*

Sed nuperrimè in alio Parlamento generali celebrato in mense Aprilis 1607. fuit remissa Regiæ Curiæ hæc prestatio salis, & ex tali remissione emanauit *Pragmatica* sub die 26. Ianuarij 1608. quę est *prima infrà hoc tit.* prohibens inter cætera, nè possit emi, aut vendi sal ab alio, quàm à Regia Curia, quę non comprehendet contractum permutationis, nisi legi fraus excogitata fuerit, *Parlad. differ.* 30. *nu.* 10. de origine huius vectigalis salis plura tradit *Greg. Synt. g. iur. vnin. par.* 11. *lib.* 3. *c.* 10. sed an liceat Principi augere pretium salis; ità vt ab hoc augmento non sint exempti Ecclesiastici, negatiuè respondet *Megal. resol.* 125. sed frivolis rationibus.

4 Huiusmodi sal duplicis est speciei, quidam enim est sal lapideus, qui producitur, & effoditur in venis Terræ, prout lapidicinæ, & fodinæ minerales, & hic non est tantæ salsedinis, & albedinis, prout alter, quidam verò conficitur ex aqua maris retenta in littore maris, & in æstiuo calore solaribus radijs exiccata intus foueas ad id aptatas, qui est perfecti saporis, & candoris, & magis aptus, quàm præcedens ad condimentum epularum, & appellatione
5 salinarum comprehenditur vtraquè species salis, & quæ nascitur producente natura, & quæ conficitur arte operante, de cuius effectibus, & significatibus plura notatu digna congerit *Grat. tom.* 2. *discep. for.* c. 117. *nu.* 19. cum *seqq.* post *Gomes. in tract. de sale, & Rodig. lect. antiq. lib.* 6. *cap.* 1. quos adducit, & *tom.* 1. *discept. for.* 179. *num.* 51. cum multis *seqq.* hæc de sale materiali.

6 Restat nunc alius sal, qui dicitur intellectualis, & hic similitèr duplex est, nam alter est sal scientiæ, alter verò est sal bonæ conscientiæ, & vterquè requiritur in Iudice, vt tradit *Bald. in l.* 2. *nu.* 10. *vers. scias tamen C. de sentent. ex breuil. recitand. Barbas. in cap. quoniam, §. in aliis, n.* 2. *extrà vt lit. non contest. Sylu. nupt. lib.* 5. *num.* 90. sal scientiæ, scilicèt nè sit insipidus, sal bonæ conscientiæ, nè sit diabolicus, *Boer. decis.* 153. *num.* 31.

O quàm felix illa Prouincia, cui contigerit tales Iudices sortiri, sed non cuiuis homini contingit adire Corinthũ, nã *rara Auis in terris, nigroq; simillima Cigno, rara Auis in terris, alboq; simillima Cornu.*

Et quia tàm rara, & difficilis est vtriusquè salis
7 cumulatio, aut mãuis aspersio in Iudice, idcircò fuit quandoquè in contentionem disputabilem deductum, quid sit magis damnosum Reipublicæ, an potiùs habere Iudicem, qui abundet sale scientiæ, verùm egeat sale bonæ conscientiæ, vèl potiùs illũ habere Iudicem, qui abunder sale bonæ conscientiæ; verùm egeat sale scientiæ? & aliqui erant in opinione, esse minus damnosum, quòd Iudex habeat salem bonæ conscientiæ, licèt careat sale scientiæ, eò quòd huiusmodi Iudex non corrumpetur prece, odio, vel amore, aut pecunia, & defectum scientiæ supplebit, adhibendo consilium amici peritioris, prout de iure tenetur, iuxtà synodalem doctrinam *Andr. in cap.* 1. *n.* 46. *in prin. quæ sit prima. caus. benefic. amitt. in cap.* 1. *§. quicunq; Aduocat. in fin. de pac. tenend.* & in *c.* 1. *nu.* 4. *§. & 6. de contr. inter masc. & fœmin.* & propter probitatem conscientiæ in eo operabitur virtus Spiritus sancti, istud tamen non caret difficultate, nam experientia docet, huiusmodi Iudices conscientiatos, sed illiteratos, et indoctos, nescientes iudicare inter lepram, & leprã multotiès in genere æqui, & boni sub authoritate iuris scientiæ perniciosè errare, *l. si seruum, §. sequitur*, propè *fin. ff. de verb. oblig.*

Hinc dixit *Barbat. in d. cap. quoniam, §. in aliis, n.*
8 2. *extrà vt lit. non contest.* quòd Iudex bonæ conscientiæ, & imprudens videtur esse quædam bestia insipiens.

9 Applicant enim terminos falsos decisioni causarum per quasdam primas regulas, quæ illi casui nullo pacto conueniunt, prout fertur de illo Iudice, qui absoluit hæredem debitoris ab omni ære alieno per defunctum contracto, sub prætextu, quòd illud ęs alienum contractum per mortem debitoris esset solutum ex illà iuris regula, quòd scilicèt mors omnia soluit. Tales enim Iudices indocti, illiterati, & ignari imitantur Medicos ignaros, qui vnico collirio omnium oculos mederi volunt.

Nec remedium adhibendi consilium amici peritioris est sufficiens ad supplendum defectum scientiæ in eo, nam hoc est de directo contrà statutum ab *Imper. in auth. de Iudicib. in princ.* propè *finem*,
10 & *ibi glos. in verb. qui ex se*, vbi ait, quòd Iudices ex se debent scire, quod iudicandum est, & non quærere alios, à quibus discant, quid iudicaturi sint, nàm id, quod non capit ex doctrina peritioris mortui, & nó interessati, multò minus capit ex doctrina peritioris viuentis, & multotiès interessati, nàm *quis custodit custodem?* iuxtà illud Poeticum dictũ *Iuuenalis satyra* 6. relatum ab *Andr. in c.* 1. *§. iniuria, n.* 16. *de pac. iur. firm.*

Et doctrina *Andr.* citata pro dicto remedio non tẽdit ad cõsulendũ Reipublicę, sed ad cõsulendũ ipsi Iudici, vt excusetur apud Tribunal ęterni Iudicis, qui quidèm *Andr.* cognoscens hanc perniciẽ Reipublicę contingentem ex ignorantia Iudicum dat
11 consilium salutare, vt is, qui est imperitus, & imprudens, non permittat se Iudicem fieri, adducens illum dictum *Sapientiæ cap.* 7. *Noli appetere fieri Iudex, si non potes virtute*, hoc est scientia *disrumpere iniquitatem*, vt *ipse* tradit, tàm in omnibus prędictis *tribus locis* superiùs adductis, quàm etiam *in tit. quæ sint regal. in verb. & bona committentium*, per *num.* 76. *vers. sed in Iudice & num.* 84. *in fin.* & ille, qui practicaret hoc *Andr.* consilium, quantùmuis indoctus, & ignarus apud homines, esset sapientiõr sapientissimo quoquè apud Deum, sed quis est hic,
12 & laudabimus eum? est benè verum, quòd si quis indoctus, & ignarus fuerit motu proprio Principis electus Iudex, non obstante sua repugnantia, tunc sufficit ei ad se excusandum apud Deum, si ex parte sua adhibeat omnem diligentiam pro inuenienda veritate in decisione causarum, adhibendo etiam consilium peritioris, & id est, quod dicit *Andr.* in *locis* prædictis, & *tit. quæ sint regal. num.* 85. de consilio peritioris, vt scilicèt excusetur Iudex apud Deum, non autem vt fateatur, ex tali consilio peritioris esse consultum Reipublicæ.

At quando Iudex est doctus, & literatus, multò facilius capiet veritatem facti, & iuris ex eius dòctrina, & illa cognita, impossibile, vt credo, vel saltèm valdè difficile est, vt velit quis scienter, & appensatè, ac dolosè contrà propriam conscientiam iu-

di-

iudicare contrà veritatem ab ipſomet cognitam.

13 Nam Iudex, qui malè iudicat, non peccat iudicando contrà conſcientiam, ſed peccat non adhibendo diligentiam, quam tenetur adhibere in perſcrutando, & inueniendo veritatem, immò multotiès ſtudendo illam obumbrare, nè cognita veritate cogatur inuitus recedere ab opinione, in quam inclinabat prece, odio, vel amore, aut pecunia corruptus, & dùm veritas non apparet in contrarium, reputat ſe eſſè in bona fide conſtitutum, iudicando pro ſua opinione, pro qua credit, adeſſe veritatem.

14 Studeant ergò Aduocati conſtituere Iudices in mala fide, taliter in informationibus iuris, & facti cùm eis ſe gerendo, vt veritas non remaneat obumbrata, ea namquè detecta nunquàm mihi perſuadere potui, vt reperiatur Iudex tam diabolicus, vt conſultò, & deliberatè velit iudicare cõtrà apertam, & manifeſtam veritatem.

15 Sed heù mihi, naui ſal ille ſcientiæ, prout ſal materiabus, ſi reponatur in locis humidis, terrenis, & aquoſis, ſtatim euaneſcit, & tunc reponitur ſal ſcientiæ in locis humidis, terrenis, & aquoſis, quando reponitur in affectibus mundanis, & terrenus, ſal verò bonæ conſcientiæ tunc reponitur in locis humidis, & aquoſis, quando eſt repoſitus in cerebro ex nimia humiditate craſſæ ignorantiæ madefacto, & ideò vterq; ſtatim euaneſcit, & liquefit, nec remanet alius, in quo ſaliatur, & id eſt, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus prædicans duodecim Apoſtolis ſuis, quos conſtituit Iudices in toto terrarum Orbe, exclamauit, *Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & conculcetur hominibus. Matth. c. ap. 5.* & experientia id veriſsimum eſſe demonſtrauit: nam videmus in talibus Iudicibus vileſcere iudiciariam authoritatem, & maieſtatem, & ab hominibus floccipendi, conculcari, & pro nihilo reputari, veh igitur miſeris illis populis, quibus tales Iudices in ſortem dati ſunt, & Deus Optimus Maximus iaxit, quòd abſint à Regno, & ſæculo noſtro.

16 Quid autem dicemus de illis Iudicibus, qui non prece, non pretio, non odio, non amore flectuntur, ſed vt videantur iuſti, & quòd non mouet eos carnalitas, facillimè pronũnciant contrà ſuos potiùs, quàm contrà extraneos? certè neſcio, ſi hac noſtra ætate aliqui refulgeant in ſubſellijs huius conditionis vtcumq; tamen ſit, de his aliud dicere non poſſumus, niſi id, quod dicit *Glo. pen. in verb. nouimus, de conceſſ. prabend. in 6.* quæ hos tales Iudices appellat hypocritas, & *Hoſtien.* refert quendam ſcholarem Pariſienſem, qui reuerſus ad patriam pronunciabat contrà ſuos iuſtas cauſas fouentes, pro extraneis fouentibus iniuſtas, vt iuſtiſſimus videretur.

De Salubritate aëris. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Paglianinutæ officium in quo verſetur.*

2 *Paglianinutæ officij authoritas an ſit magna, & qui hodiè ad tale officium eligantur.*

3 *Res ſumit conditionem à perſona, non autem perſona ab ipſa re.*

4 *Epaminundæ laus effertur circà hoc officium.*

5 *Officia, & munera parua in Republica non ſunt contemnenda, & quare.*

6 *Aeris ſalubritas adeò eſt priuilegiata, vt edicta Principũ ſæcularium tempore peſtis, vel eius ſuſpitionis de aliquo faciendo, vel non faciendo, comprehendant laicos, Conductores Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, & ipſos Clericos.*

LA Cattolica Maeſtà, &c.

1 Hæc pragmatica continet inſtructiones, quæ dantur officio Paglianinutæ, quod quidem officium in eo verſatur, vt habeat curam detinendi expurgatam Ciuitatem ab immunditijs, quæ deijciuntur, & effunduntur per vicos, & plateas, & adhùc hodiè eius nomen viget in Ciuitate, ſed adeò conculcatum, & contemptum, vt in iniuria quidem potiùs, quàm in qualibet iaceat honeſtate, ſiquidem ad id officium deputantur viri quidam exigui, & obſcuri, quaſi eleemoſynaliter potiùs quadam miſericordia, quam electione, qui non habentes victum, & vitam ſufficientem, talem ordinationem mendicantes ad hãc accedunt curam, & ideò tale officium omninò vilescit, & nullius eſt authoritatis, quod nullo pacto ferendum eſt, cùm authoritas officij in ſe magna ſit, quippè quòd ex eo dependet ſalubritas aeris, & decor Ciuitatis, & propterea adhibendum eſſet illud remedium, quod adhibuit *Imper. Iuſtinian.* ad reuocandum authoritatem Defenſorum Ciuitatum in *§. Interim illud, in auth. de defenſoribus Ciuit.* nempè, vt nobiliores Ciuitatis inuicem, & per circulum illud adimpleant, ità vt perſona adimplentis det authoritatem officio, non autem officium perſonæ, quia res ſumit conditionem à perſona, non perſona ab ipſa re, vt tradit *Andr. in cap. 1. num. 3. verſ. pro quo eſt, qualit. vaſal. qui deb. fidel.* per text. in *l. 1. in fin. C. de imponend. deſcript. lib. 11.*

2

3

4 Hinc laudandus nimirùm eſt *Epaminundas* Thebanus, qui cùm contemptu quodam, ac inuidia ad huiuſmodi officium, quod *Telearchi* munus appellabant, eſſet à ſuis conciuibus electus, & in eo propriè verſabatur, vt ſordes ex angiportis ejicerentur, aquæ rectè deriuarentur, plateæ eſſent mundæ, & viæ ſternerentur, libenter illud ſuſcepit, inquiens quòd non ſolùm Magiſtratus virum, ſed etiam vir Magiſtratum oſtendit, teſte *Plutarc. in præceptis gerendæ Reipublicæ, & Melchior Inuius quæſt. politic. quæſt 9. verſ. vndè Cato*, qui propterea *ibi* concludit, officia, & munera parua in Republica non eſſe contemnenda, ſubdens rationem, quòd minoribus quoq; officijs, quæ contemni ſolent, aliquid dignitatis, & ſplendoris ab ijs adijcitur, qui illa ſuſcipiunt. Addo *Bonad. lib. 1. Politic. cap. 15. num. 93.*

5

6 Nec omittam, quòd aeris ſalubritas eſt adeò priuilegiata, vt edicta Principum ſæcularium tempore peſtis, vel eius ſuſpitionis de aliquo faciendo, vel non faciendo, vt conſulatur aeris ſalubritati, comprehendit omnes laicos, etiam ſi ſint coloni, vel conductores Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum, ſecundùm opinionem *Petr. Caball. reſol. crim. caſu 12.* & ipſoſmet clericos, ſecundùm *Carol. de Graſſ. effect. 2. nu. 420. de effect. cleric. et 423.* in *fin.* faciunt tradita per *Bouadill. lib. 2. cap. 18. num. 250. & 306.* & latè congeſta per *Villad.* in *Politic. cap. 5. num. 124. et 141. §. 20.*

Hæc aeris ſalubritas eſt adeò priuilegiata, vt per *Conſtitut Salubritatem aeris* introductum ſit in hoc Regno, vt nullo modo liceat in aquis cuiuſuis loci habitati vicinis infrà vnum milliare linum, vel canapum ad maturandum ponere, quam procedere, etiam ſi territorium alicuius loci habitati non habeat tantam longitudinem, aut amplitudinem, quæ attin-

attingat vnum milliare, iudicatum fuit me patrocinante pro Vniuersitate Castri S. Georgij propè Terram S. Seuerini contra eius Baronem die 21. Iunij 1603. penès Borrellum Actuar. Sacr. Consil. Ratio est, quia ex his fusarijs generatur prauus odor, aptus ad producendum corruptionem aeris, ex qua morbi, & pestes descendunt, prout ex multorum authoritatibus demonstrat *Pet. Gregor. Syntagm. iur. vniuers. p. 1. lib. 1. cap. 5.* & propterea etiam de iure communi est introductum, quòd quotiescunq; ex malo odore soli aliquis locus quantùmuis publicus pestilentiosus fieri potest ex aliqua re immitta, vicini possint vti interdicto, *nè quid in loco publico fiat*, vt est *text.* ad literam in *L. 2. §. idem Labeo scribit, ver. sidem ait, si odore soli, ff. nè quid in loco publico fiat*, & idem procedit, si fieret in loco Priuati, vt multis comprobat *Franc. Marc. q. 23. p. 1. Quintil. Mandos. de inhib. q. 79.* Hinc eadem naturali ratione procedit, vt dicta *Constitutionis* dispositio seruetur, nedùm in toto præsenti Regno, sed etiam vbiq; locorum, teste eodem *Gregorio loco* superiùs citato, & eadem ratione comprehenduntur etiam canapa cleticorum, secundùm opinionem *Vulpell. de libert. Eccles. par. 3. num. 17.* Alia ad hanc rem pertinentia explicat *Borrellus de Magistrat. edict. lib. 3. cap. 12.*

De Scalarum prohibitione nostris temporibus. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, & quid de iure communi sit dicendum, remissiuè.*

PErche intendemo, &c.

Nostris tempore nemo incedat cum scalis per Ciuitatem Neapolis sub pœna mortis naturalis. H. D.

1 Ad materiam huius pragmaticæ vide *Gram. dec. 36.* & omninò *Præs. de Franch. dec. 333.* sed quid sit dicendum de iure communi, vide *Bald. in l. fin. in princ. num. 2. ff. de ver. diuis. Peguer. dec. crim. 26. Menoch. de arbitr. iud. cent. 6. casu 575. nu. 2. Farin. pract. crim. q. 20. n. 145. Petr. Caball. resol. crim. casu 97.*

De Scholaribus doctorandis, seù Scholasticis in Doctores cooptandis, & in quo loco. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Scholares durante studio, eiusq; fauore pluribus priuilegijs gaudent tàm de iure communi, quàm Regni.*

2 *... exteri Neapoli nullo priuilegio gaudent, immò prohibentur in locis honestis habitare, & illis dùtaxàt permittitur habitatio inter mulieres inhonestas.*

3 *Studentes, qui habitant in domibus Neapolitanorum, vel aliarum personarum honestarum simul cum eis, etiamsi soluerent pensionem expelli non possunt, cum alijs limitationibus, tàm respectu Studentium, quàm mulierum.*

4 *Studentes Casalium Neapolis non prohibeantur habitare in locis honestis.*

5 *Studentes de rigore edicti coguntur infrà annum à conductis domibus exire, & pensio residui temporis cedit damno locatoris.*

Locans domos personis prohibitis peccat.

7 *Meretricibus habitationem locans perdit pensionem, ut quatur de iure communi.*

8 *Scholares doctorati gaudent diuersis honoribus, & prærogatiuis, de quibus remissiuè.*

9 *Licentiatus in vno Collegio an possit suscipere insignia doctoratus ab alio Collegio.*

10 *Studij tempus in doctorandis in legali scientia in primo priuilegio taxatum, licèt fuerit sublatum per secundum priuilegium, tamen per pragmaticam nonam mitis eodem est quinque annorum, diuinodò constet per fidem matriculæ, licèt olim sufficiebat testimonium Præceptoris.*

11 *Ætas quæ in doctorando de iure communi sufficiebat, & quæ de iure Regni, & vti de ætate cõstabit.*

12 *Doctorandus ad examen admissus, si habet aliquem de Collegio suspectum, potest illum recusare.*

13 *Vicecancellarius ex officio interrogat doctorandum, num habeat aliquem de Collegio suspectum.*

14 *... si in actu doctorandi videt aliquas voces dolo datas contrà scholares, potest de æquitate, & secùndùm conscientiam illas reprobare.*

15 *Archiepiscopus Capuanus, qui erat Magnus Cancellarius in hoc Regno tempore Bartoli iterùm examinabat Doctores per Collegium doctoratos, & multotiès reprobabat non obstante, quòd fuerant approbati à Collegio.*

16 *Scholares doctorandus quo ordine sit examinandus, remissiuè.*

17 *Doctorem ad creandum quæ requirantur, & n. 18. Doctoratus non præsumitur, & multis probatur modis.*

18 *Depositum factum à doctorando an possit interim, antè doctoratum sequestrari ad instantiam creditoris, remissiuè.*

19 *Doctoratus dignitate per aliquod delictum priuatus, non potest, sicut is, qui per insufficientiam reprobatur, iterùm doctorari.*

20 *Doctoratus insignia quæ sint, remissiuè.*

21 *Birretum, quod est inter insignia doctoratus, vidè procedat.*

22 *Precedentia inter eosdem doctoratos, remissiuè.*

81 SCholares durante studio, & fauore studij sunt muniti diuersis priuilegijs, & immunitatis, & electionis fori, tàm de iure communi, per *authent. habita. C. nè fil. pro. pat.* quàm de iure Regni, per *cap. Inter virtutem*, & *cap. Grande*, quæ ambo fuerunt promulgata à *Rege Roberto*, dictaque priuilegia longa serie recensent *Rebuff. de priuileg. schol.* Sed in Ciuitate Neapoli, scholares exteri nullo prorsus gaudent priuilegio, immò prohibentur habitare in locis honestis, & solùm permittitur illis habitatio inter mulieres inhonestas, vt in *cap. 59. de capitul.* concessis per Regem Catholicum in anno 1505. inter *Capitul. & Priuileg. Neapol. fol.* mihi 46. *dicti priuileg.* Pro cuius ratione decidendi vide *Ludou. & Peguer.* in *quæst. criminal. cap. 12.* Limitatur tamen, vt non procedat in illis Studentibus, qui habitant in domibus Neapolitanorum, seù aliarum personarum honestarum simùl cum eis, etiam si pro ipsorum habitatione soluerent pensionem Domino, seù principali conductori domus, vt probat mihi *text. in l. 2. sed an, & l. seq. in princ. ff. de vsu, & habit.* & pro alijs limitationibus, tàm respectu Studentium, quàm etiam Mulierum, vide *Ann. singul. 338.* qui respectu Licentiati dicit, fuisse prouisum, quòd supersederetur per decem dies, donec gradum doctoratus susciperet, &

respectu mulieris limitat in ea, quæ ob amorem sui
4 copiam faceret Amanti, sed an procedat in Studentibus Casalium Neapol. vide *Præs. de Franch. dec.* 317. *Paul. de Castr. cons.* 307. *vol.* 2. qui concludunt, gaudere priuilegio, etiam si fuissent alienata, & non subirent onera.

5 Pro Studentibus tamen est notandum, quòd dùm vigore dict. *cap.* coguntur extractare infrà annum à domibus conductis, pensio, siue merces restantis, tèporis cedit damno locatoris, & non conductoris, ex sapienter traditis per *Nauarr.* in *manual. confess. cap.* 17. *num.* 194. qui *num. seq. vers. tertiò*, subdit, quod
6 transgrediens dispositionem *d. cap.* in locando do-
7 mos personis ibi prohibitis, peccaret, & de iure cõmuni locans habitationem meretricibus perdit pẽsionem, & punitur, vt est *text.* in *auth. de lenonibus, vers. si quis autem patiatur, & ibi glos.* in *verb. habitationem, Riccius resol.* 133. alias dixi in *pragm.* 4. *supra de meretr.*

8 Verùm postquàm Scholares ad doctoratus gradum peruenerunt, gaudent diuersis honoribus, & prærogatiuis, de quibus per *Marant. cons.* 15. à *num.* 19. vsq; ad *num.* 41. *& Cassan.* in *cathal. glor. mund. part.* 10. *consider.* 24. & doctoratus gradus confertur in hac Ciuitate ab Almo Collegio Neapol. vigore priuilegij eidem concessi per *Reginam Ioannam II.* in anno 1428. in quo licèt sint descriptæ nonnullæ conditiones, & sollemnitates requisitæ in personam doctorandi, tamen postea fuerũt remissæ ab eadem *Regina* in eodem anno 1428. concedendo omnimodam potestatem Collegio doctorandi omnes, qui aliàs digni, & idonei reperirentur per aliud priuile-
9 gium particulare. Non tamen Scholaris licentiatus in vno Collegio poterit suscipere insignia doctoratus ab alio Collegio, per illam regulam iuris, nè scilicèt continentia causæ diuidatur coràm diuersis Iudicibus, ità *Bal.* in *l. qui indignus, ff. de Senatoribus*, alios citat *Menoch. de arbitr. iud. casu* 371. *num.* 16. *& seq. Modit.* in *§. Plebiscitum, dubit.* 200.

10 Est tamen aduertendum, quòd licèt in illo primo priuilegio fundationis Collegij esset taxatum tempus studij septem annorum in doctorandis in legali scientia, quæ taxatio temporis postea fuerat sublata per secundum priuilegium, tamen per *pragm. 9. infrà eodem* est taxatum tempus quinque annorum cum adiecta qualitate, vt de hoc tempore debeat constare per fidem matriculæ, quanquàm per prius sufficeret testimonium Præceptoris, siue Magistri, vt in *Const. Quia unquam*.

11 Ætas verò in doctorando de iure communi sufficiebat annor. 17. per *text.* in *l. 1. §. puertiam*, vbi *Bal. ff. de postul. Rest. Castald.* in *tract. de Imper. quæst.* 73. verùm in anno 1591. per Comitem Mirandæ fuit prohibitum Collegio, nè admittant ad Doctoratus gradum, tàm in legali, quàm in quauis alia scientia aliquem, qui non perfecerit integrum annum 21. & de tali ætate constiterit per fidem libri baptismatis, vt in literis directis eidem Collegio, sed de iure communi aliter potest probari ætas, prout refert *Borrell. de Magistr. edict. lib.* 1 *cap.* 6. *num.* 86. *&* dixi *supra de paroch. pragm.* 1. *num.* 1. Et hi, qui ad-
12 mittuntur ad examen pro susceptione gradus, si habent aliquem de Collegio suspectum, possunt illum recusare, vt tradit *Abb.* in *cap. causam, extrà de offic. deleg. Felin.* in *cap. ex literis, num.* 30. *extrà de Constit. Rebuff. de priuileg. scholar. priuil.* 37. *Didac. Perez lib.* 3 *ordin. Castell. tit.* 5. *q.* 10. *vers. item recusari*,
13 Quod adeò verum est, vt Vicecancellarius tempore, quo accedit doctorandus ad præstandum juramentum coràm eo, ex officio interrogat illum, nùm habeat aliquem de Collegio suspectum.

Immò dico, num. quod est tertius, quòd si in
14 actu doctorandi Vicecancellarius videt aliquas voces dolo datas contrà Scholarem, potest de equitate, & secundùm conscientiam illis parumpendere, & reprobare, ità *Bald.* in *auth. habita, num.* 19. *C. ad fil. pro patr.* quem sequitur *Alexand. ad Bart.* in *l. quod maior* in *Apostill. magna*, in *princ. ff. ad municipal. Salyc.* in *l. nemini, num.* 3. *C. de Aduoc. diuers. iud.* quem sequitur *Frecc. lib.* 1. *subfeud. tit. de offic. Magn. Cancellar. num.* 7. post *Ioa. de Plat.* in *l. magistros. num.* 1. in *fi. vers. quid si ex odio, C. de profess. & medic. lib.* 10. *Salon de pace Burg. cons.* 47. *nu.* 13. *Moditus* in *§. Plebiscitum, dubit.* 200. *num.* 6. in *fi.* & per totam *dubitationem* plura congerit ad materiam huius rubr. *Purpur.* in *l.* 1. *num.* 157. ad 165. *ff. de offic.*
15 *eius.* Immò Archiepiscopus Capuanus, qui erat magnus Cancellarius in hoc Regno tempore *Bartoli* iterùm examinabat Doctores per Collegium doctoratos, & multotiès reprobabat, non obstante, quòd fuerant approbati à Collegio, prout dicit *Capyc. decis.* 178. *num.* 2. qui ad hoc allegat *Bart.* & idem attestatur *Frecc.* in *d. tit. de offic. Magni Cancellar. num.* 9. in *fi. & Io. de Plat.* in *l.* 2. *C. de profess. & medic. lib.* 10. sed *Bart.* hoc non dicit in *l.* allegata per *Capyc.* sed *Nicolaus de Neap.* in *l. sed & reprobari* in *princ. ff. de excusat. tut.* qui scripsit super hoc tit. & lectura est impressa post illam *Bart.* & hinc procedit æquiuocatio à *Nicol. de Neap.* ad *Bart.*

16 Ex quo ordine sit examinandus Scholaris doctorandus, explicat *Francisc. Marc. decis. Delphin.* 812. *part.* 1. *Moditus* eodem *numer.* 6. *Io. de Plat.* in *d. l. magistros*, propè *princip. versic. & hinc*
17 *sumitur forma.* Sed quot requirantur ad creandum Doctorem, vide *Bombin. de doctor. dignit. numer.* 12. illud tamen est præcipuum, vt faciat depositum certæ pecuniarum quantitatis, distribuendæ inter
18 Doctores de Collegio, quod depositum non potest interim antè doctoratum sequi tradi ad instantiam creditoris doctorandi, vt est decisum apud *Canale. dec. Fiuiz.* 12. *p.* 5.

Alia plura ad materiam doctoratus exposuit *Fulu. Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 41. asserens, primò doctoratum non præsumi, nisi probetur, vel per scripturam, vel per testes, vel per possessionem per decennium, quandò non agitur de præiudicio alterius, affert duodecim requisita, vt quis possit promoueri ad gradum doctoratus, & recenset decem priuilegia doctorum, & nota, quòd
19 licèt semel reprobatus in examine ob insufficientiam possit iterùm examinari, & approbari, tamen si post doctoratum fuerit priuatus propter delictum, non potest amplius iterando examen doctorari, secundùm *Bald.* in *l.* 2. in *fin. C. de libert. & eor. libert.*

Insignia verò doctoratus sunt nonnulla, de
20 quibus lucidiùs agit *Cassan.* in *cathal. glor. mundi. part.* 10. *consider.* 36. *vers. hinc sumpta oc-*
21 *casione*, inter quæ est Biretum, quod undè procedat, vide *Luc. de Penn.* in *l. mariti legati. colum.* 1. *versic. & talis, C. de mariti leg. lib.* 10. *Borrell. de Magistr. edict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 410. scilicèt vt coronam quandam præsignet, siuè vt consilia non passim cuiquè tractanda.

22 De præcedentia verò inter eosdem doctores vide latissimè eundem *Cassan. dict. part.* 10. *consider.* 26. vsquè ad *consider.* 36. inclusiuè, & quia inter cæteras agit de præcedentia inter primò licentiatũ, & po-

postea doctoratum, & cum, qui est primò doctoratus, & postea licentiatus, pro veritate huius quæstionis volui hic describere, quæ alias in contingentia facti latissimè deduxi, vt infrà.

RERVM SVMMA.

23 *Licentiatus primò, & post longum tempus doctoratus an præferatur alteri medio tempore licentiato, & doctorato.*

24 *Licentiatus de proximo doctorandus non habetur pro doctorato, sed inter scholares reputatur, & quare, & num. 34. vbi recensentur Doctores hanc opinionem sectantes.*

25 *Via concessa non est concessus terminus.*

26 Text. in l. 1. C. de consulibus, lib. 12. *intellectus, & num. 38.*

27 *Verbum*, meruit, *non importat simplex meritum, sed realem consequutionem, & dignitatis adeptionem, cùm quis tunc meruisse dignitatem dicatur, cùm illam realiter, & cum effectu consequutus est, & num. 39.*

28 *Licētia est benè præambulum necessarium ad consequendam dignitatem doctoratus, sed doctoratus ipse nō habet necessariam consequentiam à licentia.*

29 *Licentiatus in Gallia dicitur habere dignitatem, & ibi ità admittuntur licentiati ad consulendum, ad dignitates & officia, sicut doctorati.*

30 Io. Monach. *reprobauit semetipsum in eo, quod dixerat in fauorem dignitatis Cardinalis.*

31 *Doctores ij tantùm faciunt opinionem, & numerum in communi opinione, qui disputandæ tantùm sētentiam aliquam affirmant, non qui simpliciter, & perfunctorie loquuntur.*

32 *Doctor varius, & contrarius non facit opinionem, & numerum in communi.*

33 *Licentiatus senior si fuerit pronunciatus doctor per interuallum temporis post iuniorem, tunc iunior ipse præcedet seniorem licentiatum in Regentia doctorali.*

35 *Doctoratus primò posteriori præfertur, & primò receptus alteri postea recepto præferendus venit.*

36 *Prior in dependentibus à tempore potior est in iure.*

37 *Exceptio nisi benè probetur, à regula non est recedendum.*

40 *Promotionis tempus in anteriori tate attenditur, & verbum*, prouehere, *idem est quod* promouere.

41 *Promotio fit per susceptionem gradus, & codicilli adipiscuntur per adeptionem priuilegij doctoratus.*

42 *Doctor vt consequatur dignitatem doctoratus non sufficit priuatum examen coràm vnico Doctore de Collegio tempore licētiæ, sed requiritur nouum examen publicè coràm toto Collegio.*

43 *Insignia inæ dignitatis qui prior adeptus est, is inter pares dignitate præfertur.*

44 *Prior qui est in Canonicatu, etiam si sit posterior in licentia, siuè in gratia, præfertur in prabenda vacante.*

45 *Licentia doctorandis semper intelligitur data sub cōditione si accesserit consensus totius Collegij in promotione ad gradum doctoratus.*

46 *Doctoris in subingressionem loci numerarij vacantis in Almo Collegio Salernitano præfertur qui est anterior in gradu, & sic non sufficit, quòd sit antiquior in licentia.*

47 *Licentiatus antè scientiam, & meritum non præfertur alteri medio tempore licentiato, & doctorato.*

48 *Licentiati publicè per totum Collegium facto rigoroso examine per hanc licentiam declarantur doctores, & consequuntur dignitatem, secùs in licentiatis ab vno tantùm Doctore de Collegio, vt fit in Italia, & num. 50.*

49 *Opinio distinguentis de iure fouenda est.*

51 *Publicatio à Pontifice si fiat de aliqua persona in Cardinalem promota, in primato tamen Consistorio nihil iuris, vel tituli in Cardinalatus dignitate tribuisse censetur, donec publicatus Cardinalis insignia fuerit actualiter assequutus.*

52 *Prærogatiuam, vel immunitatem aliquam ad Collegium non admissus prætendere nequit de iure.*

53 *Scholaris, in quo est maior scientia, an præferatur Doctori.*

54 *Scholaris scientia de per se nulla confert priuilegia, de iis, quæ conferuntur per dignitatem doctoratus.*

55 *Iuris ciuilis scientia circà excellentiam plura, remissiùs.*

56 *Scholarium ad scientiam tendentium quinque sunt genera, & quæ approbentur, vel reprobentur.*

LOngè, latèq; patet controuersia ista iuris quæstio inter Doctores, an scilicèt primò licentiatus, & post longum tempus doctoratus præferatur, nec nè, alteri medio tempore licentiato, & doctorato, in qua licèt communis opinio *Doctorum* vulgò afferatur pro parte affirmatiua, & propterea Magnificus Martius Ferrera hac communi opinione frętus prętendat, tanquàm primò licentiatus, debere præferri Magnifico Aloysio de Martia secundo loco licentiato, & si primò doctorato in Almo Collegio Salernitano ad locum ordinarij vacantem, tamen Ego tuendo partes Magnifici Aloysij intrepidè demonstrabo, illam opinionem affirmatiuam, nec veram, neq; communem esse, vt prædicatur, & casui nostro nullo quidèm pacto applicari posse.

Dixi primò, non esse veram, nàm *Doctores* illam approbantes, quos infrà recensebo, duabus principalioribus rationibus mouentur. Prima scilicèt, quia licentiatus vti de proximo doctorandus habetur pro doctorato. Secunda per *text. in l. 1. C. de consulibus, lib.* 12. vbi probatur, quòd prior Consuli præfertur posteriori Consuli, & Patritio, si ipse deindè Patritiatum consequatur, quæ quidèm rationes ex infrà dicendis apertè falsæ sunt.

Et quòad primam attinet, tantùm abest, vt Licen-
24 tiatus habeatur pro Doctore, quod contrarium passim *Doctores* affirmant, & præsertim *Bald. & Angel. in l. penult. ff. de milit. test.* idem *Bal. in l. Athletæ, in princ. ff. de excusat. Dec. in l. cùm quid 2. ampl. ff. si cert. petat. Zabarell. in clem. 2. quæst. 2. de magistris*, quos omnes refert, & sequitur *Præs. de Franch. dec. 111.* & vltrà ipsum *Collectar. in cap. Monachi, num. 2. extrà de magistris*, qui dicit expressè, Licentiatos inter Scholares reputari, subdens rationem, quia antè receptionem insigniorum non habent
25 statum, nequè nomen Doctorum, non enim, inquit, concessa via est concessus terminus: *l. ad rem, ff. de procurat.* eandemq; opinionem expressè affirmarunt *Ioa. Faber in l. 2. num. 7. C. de veter. iur. enucl. Bald. in auth. habita, C. nè fil. pro patr. Andr. Sicul. in proœmio clementinarum, Anchar. in proœm. Sexti, Bonifac. in clem. & si, num. 4. de sepult. Felin. in cap. eam tenin princ. de rescript. Steph. de liter. gratiæ, in 5. part. 5. circà tertiam partem reg. num. 19. & sequ. Ripa in l. ex facto, num. 8 ff. de vulg. Ascanius Clemen. in tract. de patr. potest. cap. vlt. n. 57.* & alij multi, quos nè longior sim, consultò omitto.

26 *Text.* verò in *l. 1. de consul.* necùm non probat hāc

opinionem affirmatiuam,ſed potiùs contraria opinio ex eodem *text.*fundatur expreſsè, nàm ideò in eo *text.*prior Conſul, & poſtea Patritius præfertur medio tempore Conſuli,& Patritio, quia per Conſulatum fuit adeptus dignitatem, quam quidèm dignitatem Licentiatus non acquirit per licentiaturam,nec dicatur, quod negari non poteſt, quin ſaltim Licentiatus mereat dignitatem, & propterea,quia prior meruit dignitatem debet præferri, ponderando illa verba in *text. qui prior meruit di-*
27 *gnitatem*,nàm verbum,*meruit*, non importat ſimplex meritum,ſed realem conſequutionem, & adeptionem dignitatis,tunc enim dicitur quis meruiſſe dignitatem,quandò illam eſt realitèr, & cum effectu conſequutus,prout optimè aduertit *Alciat. de præſumpt.reg.*1.*præſumpt.*45.poſt *num.*3. *& Cagnol.*in *d.l.cùm quid,num.*58.*verſ præcipuum*, in *fin.* & ſic ille *text.*mentò retorquetur in contrariũ, quia cùm primò doctoratus priùs meruit, & conſequutus ſit dignitatem,debet præferri illi, qui poſtea eſt eam conſequutus.

Patet igitur ex prædictis, quòd hæc opinio affirmatiua caret *text.* & ratione,& propterea non eſt vera.

Dixi ſecundò, non eſſe communem, nàm licèt hanc opinionem amplecti viſi ſint infraſcripti *Doctores*, quos Ego ex mea non ſatis angusta librorum copia coaceruare plurium dierum ſpatio nixus ſum,videlicèt

1 *Rayner.*in *l.*1.*C.de conſul.lib.*12.
2 *Nicol.de Neapol.ibidem.*
3 *Arret.*in *§.quædam,nu.*10.*Inſtit.de act.* quem ſequitur *Staphil.de lit grat.*5.*par.*§.*circà tertiã partem regul.n.*41.
4 *Io.Montaignes* in *tract.de auth. magni conſilij, nu.*98.*& ſeq.*
5 *Boer.*in *addit.*ad dictum *tractatum* in *verb.ſed primam.*
6 *Soc.*in *l.cùm quid,num.*19.*& ſeq. ff.ſi cert.pet.* & in *conſ.*70.*vol.*4.
7 *Alexan. ad Bart.* in *l.*1. *ff. de obſequ.à libert. patr.præſt.*
8 *Felin.*in *rubr. de maior & obed.n.*2.& in *c.clerici,*poſt *n.*3.*verſ licentiatus primò,extrà de iud.*
9 *Dec.*in *d.l.cùm quid*.in 1.*dect.n.*7. *verſ. ſecundò ampliatur*,& in *d.cap.clerici,num.*12.*verſ.moderniores tamen.*
10 *Sylueſt.Aldobr.*in *addit.ad Dec.in d.c.clerici,*in *verb.ſcilicèt Barth. Soc.*
11 *Aret.*in *l.nec quis ex corpore,*in *fin. C. de adm.c.diuerſ.iud.*
12 *Lopez* in *rubr.de donat.inter vir. & vxorem,* §.38.*nu.*12.
13 *Curt.iun.*in *l.filiæ licèt,*in *fin.verb.C.de collat.*
14 *Iacob de S.Georg.*in *d.l.cùm quid,n.*3.
15 *Niconit.*in *repet. cap.quoniàm contrà,p.*2.*nu.*392.*de probat.*
16 *Cephal.conſ.*591.*n.*18.*vol.*4.
17 *Rol.à Valle conſ.*11.*n.*23.*vol.*2.
18 *Tiraq.de ll.connub.gloſ.*2.*n.*2.circà *med.*
19 *Caſſan.*in *cathal.glor.mund.p.*10.*conſid.*34.
20 *Hippolyt.Riminal.* in *addit.ad Riminal. ſen. conſ.*95.*lib.*1.
21 *Ant.Gabr.lib.*6.*comm.opin. tit. de maior. & obed.cõcl.*1.vbi dicit,hanc eſſe communẽ opinionẽ.
22 *Viu.*in ſua *ſylua comm.opin.* in *verb. Licentiatus,opin.*463.qui eandem communem teſtatur,& pro ea adducit infraſcriptos alios,ſcilicèt
23 *Calder.*in *c.capitulum S.Crucis, de reſcript.*
24 *Mar.Soc.*in *c.quantò,de magiſtr.*
25 *Petr.de Leſnaudier* in *tract.de doctor.* 3.*par. quæſt.*12.
26 *Purpur.*in *tract.de offic.aſſeſſ. nn.*112. & in *l. cùm quid,ſi cert.pet.*
27 *Cagnol.* in *d.l.cùm quid,nu.*58.
28 *Tiraq de ll.connub.l.*15.*n.*5.

Tamen ex horum numero nonnulli detrahendi ſunt, qui aut illam opinionem non affirmant, aut potiùs contrariæ opinioni ſe ſubſcripſerunt, vt indè etiam obitèr notandum ſit, quanta fides ſit adhibenda Doctori alios cumulanti pro ſua opinione, ſi eos in proprio fonte inſpicere non eſt permiſſum.

In primis igitur eſt detrahendus *Nicol. de Neap.* in *l.*1.*C.de conſul.lib.*12.qui eam opinionem non affirmat,ſed dicit tantùm,quòd ille *text.* eſt in argumentum pro ea opinione,& ſic procedit ſimplicitèr arguendo,nihil tamen affirmat.

Lopez in rubr.de donat.inter vir.& vxor. §.38.*nu.*12.qui licèt ab initio arguat pro hac opinione, tamen in fine concluſionis recedit ab ea, dùm dicit, *niſi forſan dixeris,cũ ad eſſe Doctoris requiratur aliud examen,*vt *ſuprà dictum eſt*, & ſic potiùs inclinat in contrariam opinionem,vltrà quòd etiam ſi ab ea nò recederet,ipſe non eſt integer teſtis, cùm eſſet Iudex in cauſa propria,vt patet ex ſuis dictis *ibi.*

*Alex.ad Bart.in l.*1.*ff de obſeq. à libert. patr.præſt.* qui nedùm hanc opinionem non affirmat, ſed dicit tantummodò,quòd ille *text.in l.*1. *de conſul.* allegatur pro hac opinione, & poſtmodùm in continenti ſubdit hæc verba,*ſed Bald.in auth.habita,in 8.colum. dicit,quòd Licentiatus pro ſcholare habetur*, ergò potiùs videtur concludere contrarium, etiam ex hac *Baldi* authoritate vltimo loco adducta, iuxtà *gloſ. fin.in l.qui filium,*§.*fin.& Bart ibi nu.*3. *ff.ad trebel.* cum aliis infinitis congeſtis per *Neuiz. in ſylua nuptiali,lib.*5.*n.*32.*in fin.*

*Cagnol.in l.cùm quid,nu.*58.*ſi cert petat.* qui tantùm abeſt ab hac opinione, pro qua adducitur, vt potiùs alteri ſe ſubſcribat,adeò claris verbis,vt clarioribus vti non potuiſſet. Siquidem poſt diſputatum articulum confutatis rationibus pro hac opinione.*num.*61.concludit,quòd opinio contraria eſt
28 verior,ſubdens rationem,quia ſ. licentia eſt benè præambulum neceſſarium ad conſequendum dignitatem doctoratus, ſed doctoratus ipſe non habet neceſſariam conſequentiam à licentia.

*Caſſan.in cathal glor.mund.conſider.*34. qui licèt concludat, opinionem *Angel. Aret.*eſſe veram, hoc tamen non dicit ità ſimpliciter quòad omnes Prouincias,ſed quòad ipſos Gallos,& in Gallia tantùm,
29 & ſubdit rationem,quia in Gallia Licentiatus dicitur habere dignitatem,cùm ſit gradus tenus,& reputatus pro gradu,& ità admittuntur ibi Licentiati ad conſulendum,& ad dignitates, & officia, ſicut Doctorati,ità expreſſiſſimè *ipſe* concludit *ibi in verſ. crederem,quòd quòad nos,*& iterùm in *verſ. vel etiã, ibi,ex quo eſt clarum, quòd illa deciſio Angeli eſſet vera quòad nos,*& ſic in alijs Regionibus, in quibus non extat illa pragmatica Sancho, vt Licentiatus habeat dignitatem,potiùs ſentit contrarium.

*Niconit.in d.c.quoniàm contrà.p.*2.*n.*392. qui hanc opinionem non affirmat,ſed dicit,cogitat,quaſi vellet dicere potiùs ſe dubitare de illa opinione, & ſic non eſt verum,quòd illam affirmet.

*Dec.*in *l.cùm quid.*& in *cap.clerici*, qui licèt vtrobiq; diſputando hanc opinionem veriorem eſſe affirmet,tamen ipſe non eſt integer teſtis pro hac opinione,

nione, cùm esset Iudex in causa propria, ex quo est quæstio, quæ accidit de facto inter ipsum Decium, & Franciscum Pepium, vt testatur *Socin.* in *d. l. cùm quid. num.* 19.

Prout per hanc rationem *Io. Monac.* in *glos. super extravag. excommunicamus*, in *extravag. communibus*, in *verb. clericos*, reprobauit semetipsum in eo, quòd dixerat in fauorem dignitatis Cardinalis in *c. 1. n. 1. de schism.* in 6. quod aduertit *Prob.* ad *eum* in *d. c. 1. lit. S. & Felin.* in *c. cũ in iure, n. 6.* circà *fi. vers. facit pro hoc, extrà de offic. deleg.*

Hippol. Rimin. in *add. ad Rimuald. sen cõs. 95. lib. 1.* qui dũ attestatur, se ità obtinuisse in facto proprio, cùm esset licentiatus contrà tres Doctores, qui eum præcedere nitebantur, ex hoc solo redditur suspectus, & non est integer testis pro hac opinione.

Tiraq. allegatus per *Vinium* in *tract. de ll. connubial. l. 15. num. 5.* hoc non dicit, licèt nedùm illum *numerum quintum*, sed totam illam *legem* diligenter inspicere non piguerit, vndè ingnoscendum est *Vinio*, si volitando tantùm cum aliis quibus eam opinionem tanquàm communem affirmauit, sed non degustauit.

Idem *Tiraq.* in eod. *tract. gl. 2. n. 2.* circà *med.* benè verum est, quòd refert *DD.* tenẽtes hanc opinionem, sed ipse nihil affirmat, & perfunctoriè tãtùm aliud disputando illud verbum euomit, sed non propterea adduci potest pro illa opinione, nàm vera est iu-
31 ris conclusio, quòd ij tantùm *DD.* faciunt opinionem, & numerum in communi opinione, qui disputando tantùm sententiam aliquam affirmant, non etiam, qui simpliciter, & perfunctoriè loquuntur, vt voluit *Abb.* huius sententiæ auriga in *cap. bona, il 2. col. fi. nu. 3. vers. sed mihi plus placet, de postul. Prælat. Alciat. reg. 1. præsumpt. 51. num. 4. & lib. 4. Parergon cap. 17. Rimin. iun. in l. vt vim, num. 398. de inst. & iur. Roland. à Vall. cons. 44. in fin. volum. 4. Nauarr.* in *manual. confess. cap. 27. nu. 289. Menoch. præsumpt. 71. n. 39. 40. & 41. lib. 2. Corbul. de iure emphy. de causa privat. ob canonem nõ solutum, ampliat. 12. nº 33.* remissiuè *Consiliar. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 3. num. 20.* cum sexcentis aliis, quò fit, vt ex hac ratione ab hoc numero deducendi sint infrascripti alij *Doctores*, qui similiter cursim, & perfunctoriè loquuti sunt, vtputà

Ciphal. cons. 91. num. 18. volum. 4. qui adeò perfunctoriè loquutus est, vt pro hac opinione adducat *Ias.* in *l. cùm quid si cert. pet.* qui totum oppositum asserauit.

Roland à Valle cons. 11. num. 23. volum. 2. qui refert tantùm opinionem aliorum perfunctoriè, non tamen aliquid affirmat.

Felin. qui licèt in *rubr. de maior. & obed.* & in *cap. clerici, de iud.* simpliciter transeat cum prædicta opinione, tamen in *Proœmio Decretalium nu. 18.* inclinat in contrariam opinionem, & pro ea allegat *text. in cap. quàmuis, de rescript.* in *sexto*, & in *l. 1.* in *fin. C. de consul. lib. 12.* & sic, vel est detrahendus à
32 numero prædictorum *Doctorum*, quia tanquàm varius, & contrarius non facit opinionem, & numerum in communi, vt per *Zannee.* in *repet. leg. vt vim*, in *prima part.* sub *num. 106. de inst. & iur. Præsid. de Franch. decis. 240. num. 16.* vel erit etiam numerandus inter *Doctores* tenentes contrariam opinionem.

Purpur. qui licèt in *d. l. cùm quid* concurrat cum *Decio* in ea opinione, tamen in *tract. de offic. assessor.* falsò allegatur pro ea opinione, nàm sub *num. 212.* post relatam opinionem *Angel. Ariet.* in *d. §. quæ-dam* expressè recedit ab ea, dùm subdit hæc formalia verba, *& ideò, quod dictum est, quòd ex licentia, quis consequitur dignitatem, non est verum*, & sic vel tanquàm contrarius non faciet numerum in hac opinione, vel saltim poterit adduci pro vtraquè opinione.

Marian. Socin. in *cap. quantò, de magistr.* qui *num. 42.* licèt referat opinionem sui Præceptoris allegantis *Calderin.* in *cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescript.* pro dicta opinione, & subdit, quòd ille *text.* satis benè probat, tamen postea dicit, quòd ille *text.* potest in contrarium adduci, sed non insistit, & sic eam opinionem non affirmat, immò potiùs ab ea recedit.

Petr. de Lesnaudier. qui licèt in suo *tract. de doctor.* siuè *de priuileg. Doctorum, part. 3. quæst. 12. num. 27.* præcipitet se cum hac opinione, tamen allegat *Doctores*, scilicèt *Ias. & Roman.* qui expressè firmant contrarium, & ipse idem *Petr.* in *final. verb.* expressim recedit ab ea, dùm subdit hæc formalia verba,
33 videlicèt *sed si senior licentiatus fuerit pronunciatus Doctor per interuallum temporis post iuniorem*, scilicèt *die sequenti, vel altera die post, in illo casu iunior præcedet ipsum seniorem licentiatum in regẽtia doctorali*, subdens, quòd hæc est veritas, & ità quotidiè obseruatur, ecce igitur, quòd *Petrus hic* nedùm non potest connumerari pro hac opinione, sed potiùs contrariæ est adscribendus inter primos.

Quòd si modò velimus numerare *Doctores* pro hac opinione affirmatiua cumulatos, patet, quòd ij sunt num. 28. à quibus detractis proximè citatis ex causis superiùs examinatis, qui sunt nu. 16. remanet numerus illorum in duodecim tantùm.

Quibus si è contrà ponantur infrascripti, qui ex-
34 pressis verbis contrariam opinionem amplexi sũt, non est hæsitandum, quin contraria opinio sit magis communis, hi sunt

1 *Simon Brix.* in *proœm. Decretal.*
2 *Iacob. Rebuff.* in *l. 1. C. de consul. lib. 12.*
3 *Signorol. cons. 51.*
4 *Petr. de Lesnaudier.* in *tract de doctor.* seù *de priuileg. Doctor. p. 3. q. 12. num. 27. in fin.* qui pro aduersa opinione citabatur.
5 *Alexand. ad Bart.* in *l. 1. ff. de obsequ. à libert. patr. præst.* similiter pro cõtraria opinione adductus.
6 *Ias.* in *l. filiæ licèt, n. 9. C. de collat.* in *l. cũ quid, n. 16. ff. si cert. pet.* & in *cons. 192. vol. 2.*
7 *Cagnol.* in *l. cùm quid, num. 58. & 61. si cert. pet.* quem *Vin.* pro precedenti attulerat.
8 *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 45. nu. 2.* in *2. limit.* & in *cons. 40. lib. 2.*
9 *Rimin. sen. cons. 95. num. 65. lib. 1.* reprobando expressè opinionem contrariam.
10 *Grat. cons. 116. per tot. lib. 2.*
11 *Ruin. cons. 19. n. 5. lib. 1.* respondens ad *text.* in *l. 1. de consul.* & adducens pro hac opinione *text.* in *cap. si pro te, de rescript.* in 6.
12 *Roman.* in *cons. 333. n. 10.*
13 *Quintil. Mandos.* in *addit. ad Roman.* in *dict. cons. 333.*
14 *Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux, num. 18.*
15 *Annibal Troyssius Cauens.* in *rit. Mag. Cur. 101. nu. 7. & seq.*
16 *Vrsill. ad Afflict.* in *dec. 1. n. 18. & seq.*
17 *Lopez* in *rubr. de donat. inter virum, & vxorem* ponderatus, vt suprà, dùm illum à præcedentis opinionis sectatorum numero detraximus, & denique vltrà eos

18. *Cassan.* in *cathal. glor. mund. part.* 10. *consider.* 34 dùm præcedentem opinionem intelligit, esse veram in Gallia, vbi Licentiatus ex sola licentia acquirit dignitatem, ex municipali lege illius Regni, & sic in alijs locis, in quibus ea lex non viget, præsupponit, esse falsam, *Gonzalez var. qq. c.* 14. *nu.* 25. *vers. nec obest.*

Hi quidem si numerentur, patet, quòd sunt numero 18. qui positi contrà numerum Aduersariorum reductum ad 12. tantùm, illos superant in sex, & sic non est verum, quòd illa præcedens opinio sit communis, his addo *Sfort. Odd.* post hæc scripta editum *cons.* 14. *vol.* 1. *Marcabr.* nuper à me visum in *cons.* 16. *num.* 149. vsq; ad *num.* 177. qui pro hac opinione ponderat solidissimè *text.* in *l. ex eo ff. de milit. test.* nouissimè *Ioseph. Gonzalez var. qq. cap.* 2. *num.* 12. vsq; ad *fin.* vbi disputat articulum ad partes, *Iacob. Benium*, qui nuper ad manus meas peruenit in *tract. de priuil. Iurisconf. p.* 3. in *princ. nu.* 8. *& seqq. Io. de Plat.* in *l.* 1 *n.* 6. *C. de consul. lib.* 12.

Quod eò libentius concedendum erit, quò hæc posterior opinio præponderat præcedenti, nedùm numero, sed etiam iuribus, & rationibus.

Et pro ratione illa vna tantùm sufficiat, quòd re- 35 gula est, vt primò doctoratus posteriori præferatur, vt notant omnes *Canonistæ in cap. clerici, de iud.* & omnes *Ciuilistæ* in *l. cùm quid, si cert. pet. Hippol. Rim.* in *rubr. ff de offic. eius, num.* 39. *Marant.* in *proœm.* sui *specul. nu.* 9. & latissimè *Cassan.* in *cathal. glor. mund. par.* 10. *consider.* 29. *per tot.* & primò receptus alteri postea recepto præferendus est, *cap. duobus, et c. tibi,* 36 *qui, de rescript.* in *sexto*, & generaliter in dependentibus à tempore, prior potior est in iure, *Bal.* in *cap. capitulum S. Crucis, nu.* 18. *de rescript.* à qua quidem 37 regula nõ est recedendum, nisi exceptio benè probetur, iuxtà notata in *rubr. de regul. iur.* in 6. quò fit, vt dùm præcedens illa opinio affirmatiua, quæ limitaret hanc regulam, non benè probatur, vt suprà clarissimè demonstrauj, sequitur, quòd per eam ab ipsa regula non sit recedendum.

Neque desunt iura pro hac postrema opinione, 38 siquidem *text.* in *l.* 1. *de consul.* pro contraria parte adductus per me ponderatus, vt suprà dixi, simùl cum *Ruin. Alciat. & Cagnol.* est adeò clarus, vt tergineri fari nullo modo possit, siquidem dùm *text. ibi* in *vers. quis enim*, vlt. illum esse priorem, qui prior meruit dignitatem, intelligitur de eo, qui dignitatem ipsam est cum effectu consequutus, vnde cùm licentiatus nullam conlequatur dignitatem ex licentia, nulla prioritas in eo considerari potest, quòd 39 autem verbum, *meruit*, importet non simplex meritum, sed effectualem consequutionem, sunt iura clarissima in *l. sancimus*, C. *eod. tit. de consul. lib.* 12. ibi, *ità vt præfata, quam meruerint processione*, & in *l.* 1. C. *de Præpos. sac. cubic. eod. lib.* 12. ibi, *vrbanam meruerint præfecturam.*

Secundò est *text.* clarus in *d. l. sancimus*, C. *de consulib. lib.* 12. dùm iubet *ibi*, inter Consulares eos præferri, qui ex anteriori tempore prouectionis, ideſt promotionis nouerint sibi ordinem ven- 40 dicandum, ecce igitur, quòd in anteriotitate attenditur tempus promotionis, quòd autem verbum *prouehere*, idem sit, quòd *promouere*, est *text.* in *l.* 2. C. *de cohortal. lib.* 12. sed in Licentiato nulla promotio consideratur, ergò non poterit considerari anteriorius.

Tertiò adduco *text.* in *l.* 1. C. *de Præfect. Præt. lib.* 12. vbi expressim cauetur, inter officio æquales eum esse præferendum, qui alios promotionis tempore, & codicillorum adeptione præcesserit, sed Licentiatus nullam promotionem, aut codicillorum adeptionem vnquàm assequutus fuit, ergò 41 non video, in quo eius præcedentia fundari debeat, cùm promotio fiat per susceptionem gradus, & codicilli adipiscantur per adeptionem priuilegij doctoratus.

Quartò adduco *text.* à nemine, quem viderim, hùcusq; ponderatum, & est clarior omnibus præcedentibus, nempè *text.* in *l.* 1. C. *de præposit. sacr. cubic. lib.* 12. in *fin. lib. verb.* in quo statuitur, inter pares dignitate in sedibus, & consessu eum esse præferendum, quem ordo prouectionis ostenderit, cùm manifestè decretum sit, eum esse potiorem, qui præcesserit, vel illum subsequi, quem recentius probauerit examen. Ecce igitur, quòd circa prædecentiam consideratur prioritas, vel posterioritas examinis, quandò pro aliqua dignitate consequenda requiri- 42 tur examen, sed sic est, quòd Doctor vt consequatur dignitatem doctoratus, non sufficit priuatum examen coràm vnico Doctore de Collegio tempore licentiæ, sed requiritur nouum examen publicè coràm toto Collegio, vt per *Bald. & Angel.* in *l. penult. de milit. testament.* Ergò secundum dispositionem huius *text.* primò doctoratus, & sic, qui prius per examen publicum probatus est, præferri debet. Posit hæc impressa inueni, quòd *Ioa. de Plat.* in hoc *text. nu.* 2. in *fin.* illum notauit ad hanc quæstionem in indiuiduo, quòd per prius adnotauerat *And. de Barulo ibid.* in *fin.*

Quintò nunc addo alium *text.* à nemine adductum in *l. vnic.* in *fin.* C. *de comit. & archarijs, lib.* 12. 43 vbi inter pares dignitate is præfertur, qui prior suæ dignitatis insigni, adeptus est, & inter Doctores clarum est, quòd insignia doctoratus non conferuntur, nisi tempore doctoratus, ergò, &c.

Sextò, & vltimò probatur optimè hæc opinio in *cap. si pro te, de rescript. in sexto*, in quo statuitur, vt si Papa prouideat alicui de Canonicatu, & præbenda in Ecclesia, putà Neapolitana, sub conditione tamen, si ad id accesserit illius Episcopi, & Capituli consensus, & alter postea in eadem Ecclesia impetrauerit similiter à Sede Apostolica prouisionem Canonicatus, & præbendæ, & hic posterior obtineat Canonicatum antequàm primus obtineat assensum Episcopi, & Capituli, etiam si postea accedente consensu Capituli, & Episcopi primus obtinet Canonicatum in eadem Ecclesia, tamen in præbenda vacante antefertur secundus impetrans, qui prior obtinuit Canonicatum, & non prior in impetratione, qui fuit posterior in assequutione, ecce igitur, quòd vt quis præferatur in præbenda vacante in Ecclesia, non sufficit, quòd habeat priùs licentiam consequendi Canonicatum, sed necesse est, vt obtineat Canonicatum cum 44 effectu, & qui prior est in Canonicatu, etiam si sit posterior in licentia, siue in gratia, præfertur in præbenda vacante, eodem modo dicendum est in casu nostro, vt scilicèt is præferatur in præbenda, vt ità dicam, vacante in Collegio, qui priùs assequutus fuit gradum doctoratus cum effectu, etiam si sit 45 posterior in licentia doctorandi, quæ quidem licentia semper intelligitur data sub conditione, si accesserit consensus totius Collegij in promotione ad gradum doctoratus, & donec prædictus consensus cum effectu non subsequatur, interim est aperta ianua alteri ingredienti, ità vt qui prior doctoratus fuerit, præferatur, & sic iudicio meo, hic *textus* adductus per *Ruin.* in *consil.* 19. *num.* 15. *lib.* 1.

*lib.*1.ponit gladium ad radicem in hac quæstione.

Ex omnibus igitur supradictis satis, superq; demonstratum est, primam opinionem affirmatiuam, nec veram, nec communem esse, vt vulgò asserebatur, & hanc posteriorem illi contrariam maioribus iuribus, rationibus, & grauissimorum *Doctorum* authoritatibus fulciri.

Remanet modò, vt demonstremus id, quod tertio, & vltimo loco præmisimus, scilicèt illam priorē opinionem, quantùmuis veram, & communem casui nostro minimè adaptari posse.

Ad hoc igitur demonstrandum aduerto, quòd in Almo Collegio Salernitano adest particulare statu-
46 tutum in actis productum, vt in subingressionem loci Numerarij vacantis is Doctor præferatur, qui est anterior in gradu, quo fit, vt non opus sit disputare articulum illum de iure communi, sed nostra
47 quæstio restringenda est ad verba huius statuti, quæ adeò clara sunt, vt nullam admittant disputationem, inquiunt enim, vt debeat esse antiquior in gradu, & sic non sufficit, quòd sit antiquior in licentia, & nè hoc meum dictum careat authoritate, addo *Alciat.* in præalleg. *cons.*40.*lib.*2. qui loquitur in proprijs terminis consimilis statuti, in quodam Collegio DD. consistente in Numerarijs, & Supranumerarijs, & propterea rogo Ill. Senatores, vt dignētur illum in fonte videre, & de præcedentia in Collegio, quod tempus attenditur, susceptionis gradus, vel petitionis, an potiùs admissionis? clarè explicat *Felin cons.*1. *Alciat. de præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*45.propè *fin. vers. & propterea infertur.*

Viterius vltrà verba statuti, vt suprà ponderata, illa opinio non potest applicari casui nostro, quia
47 nos non contendimus cum eo, qui sit licentiatus propter scientiam, & meritum (pace Aduersarij id dixerim) sed cum eo licentiato, qui licentiam redemit antè scientiam, & meritum, & per æmulationē Magnifici Aloysij, dùm accessit in hoc Almum Collegium Neapolitanum pro consequenda licentia, & suscipiendo gradum, vt in actis constat (quod intelligo attento tempore licentiæ, nàm hodiè benè fateor, quòd in persona Aduersarij, & scientia, & meritum concurrit) quo casu illa precedens opinio etiam si esset vera, & communis, non procedit, vt in proprijs terminis illam limitat *Syluest. Aldobrand. in addit. ad Dec.* in d.*cap.clerici, de iud. in* 2. *col.lib.*6. in *verb. Senenses.*

Et deniq; non applicatur casui nostro, nàm illa præcedens opinio procedit in illis tantùm locis, &
48 Regionibus in quibus Licentiati licentiantur publicè per totum Collegium facto rigoroso examine, & per licentiam declarantur Doctores, & sic consequuntur dignitatem, prout seruatur in Gallia, teste *Cassan.* in sæpiùs citato *cathalog. glor. mund.* p.10.*consid.*34. & seruari quoquè scimus in Hispanijs, teste *Gomes. in reg. de anual. poss. q.*36. *& Benin. de priuil. Iureconsl. par.*3. in *princ. num.*12. non autem in Licentiatis in Italia, in qua Licentiati licentiantur ab vno tantùm Doctore de Collegio, recitato puncto tentatiuo tantùm, & per licentiam nullam consequuntur dignitatem, nec declarantur Doctores, sed datur Licentiatis simplex licentia assequendi gradum doctoratus, ità sub hoc distinctionis fœdere distinguendo duplicem speciem Licentiatorum vtramquè opinionem conciliat expressè *Alciat. in d. cons.*40.*num.*10.*lib.*2. & eandem conciliationem sentit *Cassan.* in prędicta *consid.*34. cui quidèm distinctioni
49 standum est, nam de iure fouenda est opinio distinguentis, teste *Neviz. in syln. nupt. lib.* 5. *num.*32. *Canale. de vsufr. mulier. relict. nu.*2. *Cumia in Rit. Sicil. vltrà Pharum cap.*77.*n.*22. *Manen. Costa in cons.* impressō in *tract. Mozzij de contract. tit. de socict. vers. veniō ad septimam, & vltimam columnā, num.*3. & alias passim per *DD.*

Nec videatur contemnenda hæc differentia in-
50 ter licentiam datam præcedente examine publico, vel priuato, nam *Eugen. IV.* Pontif. Max. in sua *extrauag.* incip. *In eminenti,* non tamen inserta inter *extrauagantes communes,* sed relata ab *Alexand. cons.*3.*vol.*6. à *Coru.* in *cons.* 278. *vol.*3. & à *Conrad.* in *templ. iud. lib.*2.*c.*2.§.1. *num.*11. statuit non sinè
51 maxima ratione, vt per publicationem ab aliquo Pontifice faciendam de aliqua persona in Cardinalem promota, in priuato tamen Consistorio, nihil iuris, vel tituli in ea Cardinalatus dignitate, aut nomine acquisitum censeatur, donec Cardinalis insignia fuerit actualitèr assequutus, sed solùm ad Cardinalatus initium dispositus videatur, per quam *extrauag.* videtur in proprijs terminis, aut saltim simillimis determinari casū nostrū, vt scilicèt per licentiam datam in priuato examine nihil iuris, vel tituli in doctoratus dignitate, aut nomine acquisitum censeatur Licentiato, donec Doctoris insignia fuerit actualitèr consequutus, sed solùm dispositus censeatur ad initium doctoratus, faciunt ad hanc quæstionem tradita per *Gabed. dec. Lusitan.*4. *par.*1. *& decis. seq.*

Quocunq; igitur se vertat Magnificus Martius Ferrera, eius causa in procliuo est, & omni iure debet cedere Magnifico Aloysio, præsertim quia (nè id omisisse videar) ex deductis in processu non apparet, adhùc ipsum Martium admissum fuisse ad Collegium, neque adscriptum inter Supranumera-
52 rios, & propterea in eo Collegio nullam immunitatem, & prærogatiuam de iure prætendere potest, prout est *tex.* formalis in *l. si duas,* §. *excedere quidam, in fin.* ibi, *& vtriquè non aliter, ff. de excus. tut.* cætera suppleant Amplissimi, & Doctissimi Senatores. Hæc lis non fuit determinata per S.C. nàm Aduersarius fuit tàm duræ ceruicis, vt maluerit
2 per mortem loco cedere, quàm per sententiam liti, non tamen omittam, quòd *Ioan. de Plat.* in *l.*1. *C. de annon. ciuil. lib.*11. colligebat ex *prima glos. ibi,* quòd
53 Scholaris, in quo est maior scientia præfertur Doctori, & eum sequitur *Alex.* in *l. cùm quid, ff. si cert. pet. Tiraq.* qui alios refert *de primogen. in præfat. nu.*
210. in *fin.* sed contrarium voluit *Boer. ad tract. de author. magn. cons. num.*99. *Felin.* in *rubr. de maiorit. & obedient. col.*2. *vers. optimi Scholaris,* siquidèm
54 scientia de per se nulla confert priuilegia de ijs, quæ conferuntur per dignitatem doctoratus, vt explicat *Zabar.* in *clem.*2.*q.*2. *de Magist.* & quàm malè *Platea* intellexerit sensum *glos. ibi,* docet *Mendez* in *l.*1. *notab.*2.*n.*8. *C. de annon. ciuilib. lib.*11. Illud tamen est indubitatum, quòd doctorati per saltū absquè examine ex priuilegio Cæsareo non gaudent priuilegio Doctoris, nisi aliud dicatur in priuilegio. *Rom.* in *l. si verò,* §. *de viro, n.*31. *ff. sol. mat.*

Tu interim videas *Albam cons.*553.cū *seqq.* vsquè ad *cons.*558. *vol.*3. qui scripsit pro se ipso conducto ad interpretandum ius ciuile in horis pomeridianis Pisis pro præcedentia contrà D. Guicciardinum interpretantem horis antemeridianis, sed seniorem, & hoc vigore legis contractus.

De excellentia verò scientiæ iuris ciuilis videas
55 *Tractatum Rogler. Comitis* insertum inter *consilia matrimonialia diuersorum,* post *cons.*87. *f.* mihi 341.
56 Et aduertas, quòd Scholarium, seù Sciolorum ad scien-

15 *Filiusfamilias in beneficium si contractus cederet an pragmatica ista procedat.*
Et quid si se obliget ad seruiendum alicui.
Plures alij casus ab hac pragmatica excepti recensentur.
16 *Filiusfamilias externus in hoc Regno contrahens an comprehendatur in hoc edicto.*
17 *Locus contractus inspicitur, quandò constitutio non inhabilitat personam simpliciter, sed solemnitatem, aut formam in contractu apponit.*
18 *Lex municipalis in voluntarijs comprehendit etiam exteros contrahentes.*
19 *Filiusfamilias Regnicola cõtrahens extrà Regnum, & sinè patris consensu, à pragmatica non dicitur cõprehensus, cùm obligetur ratione loci contractus.*
20 *Locus contractus attenditur in concernentibus solemnitatem actus.*
21 *Subdito non licet contrahere contrà formam statuti, etiam cum non subdito, & contrahendo peccat.*
22 *Statuto resistente est nullus contractus, & obligatio nulla.*
23 *Pragmaticæ huius plures ampliationes, & limitationes, remissiuè.*
24 *Filiusfamilias simul cum patre obligatus tertio pro debito cedenti ad commodum patris, postea emancipatus an gaudebit beneficio l.2. ff. & C. quod cũ eo, qui in alien. potest.*
25 *Beneficium* l.2.ff.& C. quod cum eo, qui in alien. potest. *potest opponi etiam post sententiam ad impediendam executionem sententiæ.*
26 *Beneficium* d. l. *potest opponi etiam ad impediendam liquidationem instrumenti, & executionem instrumenti liquidati, non obstante iuramento, & quarè.*
27 *Filiusfamilias sui iuris effectus ratificans instrumẽtum à se factum cum patre pro debito spectante ad patrem, nùm poterit uti beneficio* d.l.2.
28 *Initium, & causa semper in contractibus spectari debet.*
29 *Initium, & origo cuiusquè entis inspicitur tanquàm radix futuri.*
30 *Decisum ab aliquo sapit naturam illius.*
31 *Obligationis origo potiùs inspicitur, quàm titulus actionis considerandus.*
32 *Minor si paternæ hæreditati se immiscuit, & maior factus à debitoribus exegerit, licèt maior videatur approbare, quod sibi minori placuerat, est tamen restituendus, inspecto initio.*
33 *Filiusfamilias si negotia aliena gerere inceperit, & interim durante administratione paterfamilias effectus sit, pro tali administratione licèt continuata post finitam patriam potestatem non dabitur actio contrà eum, nisi in quantum facere potest, & quarè.*
34 . . . *pro his, quæ in societate contraxit, sui iuris effectus non tenetur, nisi in quantum facere potest, inspecto initio societatis cœptæ tempore, quo erat filiusfamilias, cum declaratione tamen, quæ hic subijcitur.*
35 *Beneficio, nè quis teneatur vltrà quàm facere possit renunciari non potest, cùm sit beneficium personale, immò nec etiam cum iuramento, & num.36.*
37 *Beneficio suprà relato quatènus possit renunciari, renunciatio requiritur specialissimis verbis, & deratione, num.38.*
39 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis.*
40 *Differentia magna est, an quis non certioratus de beneficio sibi competente illi renunciet, an verò renunciat indiuidualitèr priùs certior factus de renũciationis effectu.*
41 *Indebiti conditio an tollatur per renunciationem, quæ hodiè communitèr apponitur in contractibus, videlicèt, renunciant conditioni indebiti sinè causa, actioni in factum, & omni legum auxilio.*
42 *Renunciationis specialissima forma, & n.44.*
43 *Mulier licèt possit Velleiani beneficio renunciare, tamen vt renunciatio valeat, requiritur, quòd priùs sit certiorata de illo beneficio.*
45 *Princeps facultaris quibus in casibus possit dispensare super iuramento.*
46 Beneficio d.l.2. *si is, qui renunciat, sit legum Doctor, per simplicem renunciationem sibi præiudicat, nec in integrum restituitur.*
47 *Contractus gestus à filiofamilias in beneficium patris, etiam cum præsentia patris est ipso iure nullus, & n.48. quod procedit, etiam si filiusfamilias esset clericus tempore obligationis, n.49. & 52.*
50 *Filiusfamilias quarè non possit contrahere absq; cõsensu patris, & n.52. & 53.*
51 *Pragmatica ista nùm procedat in bonis castrensibus, & quasi castrensibus, ac etiam in Clericis, num.54. 56. & 57.*
55 *Filiusfamilias habens bona castrensia, vel quasi sẽper præsumitur contrahere in eorum causa, ideòq; non requiritur præsentia, neq; consensus patris.*
58 *Consensus, & præsentia patris ab ista pragmatica requisita sunt necessaria ad integrandum personam filij, & ad solemnitatem actus, ideòque non potest pater tacitum consensum præstare ad sui beneficium.*
Decisio Rot.Rom. per Farin. *compilata, & hic cõmemorata carpitur in duobus.*
Pater non semper potitur vsufructu respectu peculij aduentitij, quod spectat ad ipsius filium, & nihilominus contractus super huiusmodi bonis factus per filiumfamilias absq; præsentia, & consensu patris viribus nequaquàm subsistit.
59 *Metus reuerentialis saltem in omni contractu per filiumfamilias gesto in beneficium patris intercenire dicitur.*
60 *Minor eò ipsò, quòd fideiubet, dicitur læsus.*
61 *Læsio si concurrit cum metu reuerentiali, tunc solus metus reuerẽtialis sufficit ad annullandum contractum, absquè alia coniectura, etiam nullis probatis minis, vel verberibus.*

PER Excellentem, &c.

Non recipiantur obligationes à filijsfamilias, nisi in præsentia patrum, vel sint emancipati, vel habitent seorsum cum familia, & Notarij excusentur, si filijfamilias in actu obligationis asserant, se emancipatos, vel seorsum habitare. H.D.

Ad materiam huius pragmaticæ præcipua quæ-
1 stio examinanda se offert, an contrahens, qui asserit, se habere patrem, præsumatur in potestate patris, vel potiùs emancipatus? hanc quæstionem latè examinauit *Fulu. Pacian. de probat. lib.2. cap.23.* qui distinguendo concludit, quòd si non constat de legitimo initio filij, ei, qui dicit, quem filiumfamilias esse, incumbit onus probandi, nisi pater esset in quasi possessione, & esset dubium de matrimonio, secus si clarè constaret, non adesse matrimonium, si verò constat de matrimonio, tunc ei, qui dicit, sui iuris esse incumbit probatio, etiam si esset in possessione sui iuris, nisi fuisset longa possessio per decennium, excepto actu testamenti.

Pro

Pro ampliatione aduertes, quòd hodiè filijfamilias falsò asserentes, se viuere seorsum à patre, neq; criminalem pœnam incurrunt, vt est particulariter prouisum per pragmaticam editam sub die 13. Ianuarij 88. quæ modò est *pragm.63. sub rubr. de offic. Procur. Cæsar. in §. fin.* secundùm nouissimam compilationem, immò dicta clausula, *quòd viuant seorsum à patre*, est pœnitùs reiecta, ita vt Notarij non possunt illam apponere in contractibus, vt in *c. 10.* de gratijs concessis per Ducem Offunæ insertis in *Volumine Capitulorum, & Priuilegiorum Neapol. fol.* mihi 173. *à ter.*

2 Vt autem filiusfamilias dicatur habitare cum familia seorsum à patre, sufficit, quòd viuat propijs expensis nec obstat, quòd habitet in vna, eademque domo cum patre, dummodò non viuat expensis patris, vt per *Cepoll. cons. crim. 26. nu. 11. vers. nec obstat. Surd. cons. 459. nu. 22. vol. 4. Rot. Rom.* in *dec. 527. num. 6. tom. 2. par. 1.* de collectis per *Farin.* & in *dec. 182.* inter recollectas per *Ludouis.* quæ videntur contradicere assumpto *Cepollæ*, sed idem dicendum est, si pater transferat se ad habitandum cum filio, vt explicat *Polydor. Ripa obseru. 227.* & si

3 filiusfamilias asserat, se patremfamilias in vno, non præiudicat sibi in alio, vt per *Aug. in l. de ætate*, in *glos. prim. in fin. ff. de minor.*

4 Amplia, vt hæc pragmatica procedat etiam in filiofamilias spurio legitimato per rescriptũ Principis, vt latè per *Augustinum Beroum cons. 40. nu. 8. et 11. vol. 3.* Item ampliatur etiam in filiofamilias clerico, vt per *Crot. cons. 135. num. 8. lib. 1.* Itidem ampliatur etiam si adhibit iuramentum, *Gram. dec. 16. Præs. de Franch. dec. 71. in princip.* Quid in filio arrogato? examinat, sed indecisũ reliquit *Seraph. dec. 1286.*

5 Et pro perfecta cognitione huius materiæ vide *Couarr. in cap quamuis par. 2. §. 3. num. 4. de pact.* in *sexto*, *Bernard. Pand. de præsentat. instrum. par. 2. declarat. 17. et Anton. Canar. de exequut. instrument. quæst. 18. et 23.*

6 Limita, vt non procedat in filiofamilias mercatore, secundùm *Foller. ad Marant.* in suo *Specul. p. 6. memb. 9. num. 61.* & decisum fuit per Sac. C. die 27. Octobris 1613. in causa Annibalis de Leone cũm Luca de Fęlice patre Michaelis de Fęlico. Actuario Sarro, & nouissimè confirmatur per *Cãcer. var. resol. lib. 2. cap. 1 num. 164.* Item limita, si filiusfamilias obligatus effectus posteà sui iuris fuerit à suo creditore alteri delegatus, quia contrà hunc tertium creditorem non poterit opponere hanc exceptionem, vt probat *tex.* optimus in *l. doli mali*, in

7 *princ. ff. de nouat.* Item limita, vt non procedat in filiabusfamilias fœminini generis, prout consuluit *Alex.* in consimili statuto *cons. 29. nu. 10. vol. 3.* quẽ sequitur *Vrsill. ad Affl. dec. 308. num. 22.* pro quo præsertim in hoc Regno facit doctrina *Gramm.* in *dec. 63. num. 17.* sed *Apostillator* in suis *scholijs ad Alex.* in *d. cons. 29.* falsam reputat eius opinionẽ, & rationem affert in *scholijs* ad eundem *Alex.* in *cõs. 153. num. 3. lib. 7. et Gram.* doctrina facilè diluitur ex his, quæ subtilitèr considerauit *Marant.* in *Spec. par. 3. num. 95. et seqq.* & hanc vltimam opinionem simpliciter admittit *Caran.* in suis *comment.* ad hãc *pragmaticam, §. 9. num. 18.* nulla tamen de prædictis

8 facta mentione. Item limita, si fuisset cum iuramẽto renunciatum huic pragmaticæ, prout optimis rationibus probat *Zas.* in suis sing. *respons. cap. 28. lib. 2.* sed contrarium demonstrat *Caran.* in *§. 10.*

9 huius *pragm. num. 6.* cum *seqq.* Item limita, si post contractum superueniat consensus patris, secũdùm *Bald.* in *l. fin. C. ad Senatusc. Maced.* & illum sequitur *Crot.* in *c. cùm cessante, num. 12. extrà de appell.* sed prædictis valdè obstat, quæ non sufficit consensus patris, si præcedat contractum, siuè consensus illefit generalis, siuè specificus, vt declarat *Caran. hic §. 10. num. 14. et num. 20.* & fuit decisum in causa Io. Angeli Baccarij cum Carolo Baccario, referente Magn. Cur. in Sac. Cons. Actuar. Magn. Cur. est Caiffanus, nunc Anastasius, ergò si consensus non potest præcedere, nec potest subsequi, & ratio est, quia per hanc pragmaticam requiritur præsentia patris, & ità expressim concluxit *Caran. hic §. 17. num. 14.* cui addo *Tiraq. de legib. connub glos. 6 nu. 3.* cum *seqq. et num. 31.* cum *seqq.* sequitur, & comprobat *Paschal. de virib. patr pot. par. 1. cap. 6. nu. 27.* & ità fuit iudicatum per Sacr. Cons. cum magna discussione in causa Octauij Caraccioli Principis Foreni cum Mutio Viraldo sub die 5. Martij 1625. referente Domino Angulo, Actuario de Mõdeliis.

10 Item limita, vt non procedat, si filiusfamilias contraheret cum patre, ex dictis per *Caran. hic §. 11. nu. 7. vers. quæro quid si filiusfamilias*, qui licèt *num. 11.* superfluam reputet cautelam *Tiraq.* volentis, vt pater loco sui consensus faciat interponere decretum Iudicis, Ego aduerto, quòd prædicta cautela non est superflua, sed est necessaria, stante hoc statuto, ex traditis per *Florian. cons. 8. num. 5. vers. hoc etiam*, cui se subscripsere *Imol. et Anton. de Roselis.*

11 limitabis etiam, si filiusfamilias contraheret in casibus permissis, vt per *Caran. hic §. 11. num. 32.* cui est addendus *Laurent. decis. Auenion. 135. in fin.* & signantèr si se obligaret pro excarcerando patre, fratre, vel pro euitando, nè carceraretur, latè *Pasch. de virib. patr. pot. p. 1. c. 6. num. 123.* & *ibidem* aliam limitationem subnectit, si pater accepisset mutuo pecuniam, quam conuertit in alimenta filiorum, poterit creditor agere contrà filios, existente patre impe, *Ferrer. in Const. Cathal. hac nostra 1. tempor. 8. declar. num. 46. et 47. D. Merlin. controu. for. cap. 39.*

12 Item limita in contractu facto per filiumfamilias extrà Regnum, vt fuit decisum per Sacr. Cons. teste *Præs. de Franch. dec. 72.* non obstante opinione *Caran. in contrarium hic in §. 11. num. 49.* sed pro opinione *Caran.* est videndus *Laur. d. dec. Auenion. 135.* Item limita in filiofamilias communiter

13 tractato, & reputato sui iuris, vt in *l. 3. ff. eodem*, & voluit *Caran. hic §. 12. n. 24. et Laur. dec. Auenion. 139. num. 5.* sed est videndus *Ias.* in *l. si emancipati, nu. 2. vers. tu limita. C. de collat.* qui admittit, si habitauerit seorsum per decem annos. Item limita, si con-

14 tractus cederet in beneficium filijfamilias, vt per *Laur. dec. 124. num. 1.* quæ limitatio benè procedit de iure communi, sed de hoc iure Regni secus est, quia contractus est nullus, etiam si cederet in beneficium ipsius filijfamilias, iuxtà tradita per *Caran. hic §. 17. post num. 26.* vsquè ad *nu. 29.* Pro quo vide *Parlad. differ. 12. §. 1. num. 7.* vbi *num. 8.* limitat in foro poli in hoc casu. Item limita, si se obligat ad seruitia cum cerdone, *Vrsill. ad Affl. dec. 307. n. 4.* Item limita, si frater mutuaret fratri, *Marant.* in *2. par. sing.* in *verb. duo*, alias declarationes adducit *Grat. discept. 820. et 831.* vbi *num. 16.* dicit, quandò pater fideiubet pro filio contrahente non habere locum statutum. Item limita in mutuo in charitatem, & necessitatem filij, & non in necem patris, vel si esset dubium, quia in foro conscientiæ tenetur restituere filius, *Graff. par. 1. dec. lib. 2. cap. 10. nu. 33. versic. sed si.*

Sed an procedat in filiofamilias forense, siuè extero

16 tero contrahente in hoc Regno ? & ex dictis per *Laurent. dec. Auenion.* 124.*num.*2.*& seqq.* quæstio videtur dubia,sed *Carau. hic §.*9. in *princ.* voluit, quòd etiam in forense procedat, cuius opinionem
17 Ego confirmo, quoniam cùm hæc pragmatica non inhabilitet simpliciter personam, sed sollemnitatẽ, aut formam in contractu tradit,& apponit, locus contractus inspicitur, *l. si fundus,ff.de euict. Cyn.* in *l.*1.in *fin.C.quæ sit longa consuetudo,Ias.in rubr. de consuet.*circà *finem*, & in his, quæ sunt voluntaria,
18 vt in contractibus, & promissionibus, & obligationibus,lex municipalis Regni exteros contrahẽtes comprehendit, *l.*1.cum similibus, *C.de emancip. lib.* tradidit in his terminis *Bart.* in *d. l. cunctos populos,num.*24.*& seq.Aret.*benè in *cons.* 54. *col.*2. & in terminis eiusdem Regni pragmaticæ, de qua suprà, & in propriis terminis idem *Aret. cons.* 73. *col.*4.*num.*5.*vers.his ergò præmissis*, *Anch.in repet. cap.*1.*de constit.num.*210.*vers.quid dices*, *Bald.in l.fin. ff.de iurisd. omn.iudic.*& idem *Bart.*in *repet. l. de quibus,num.*29.*col.penult.ff.de legib.*;& dicta *Bar.* communiter à *Doctoribus* approbari affirmat *Ias.* in d.*l.cunctos populos,num.* 46. Hinc est, quòd fi-
19 liusfamilias Regnicola contrahens extrà Regnum, & sine consensu patris,quia contractus locus attẽditur,à pragmatica non dicitur comprehensus, & astigatus, eamquè pœnitùs cessare, fuit iudicatum, & declaratum per Sacrum Regium Consilium in causa Magnifici Fabij Caturij filijfamilias,& in Hispania se obligantis,vt refert *Præs.de Franch.*in sua *dec.*72. & cùm sollemnitates prædictæ concernant contractum,& ea, quæ tempore contractus emer-
20 gunt,locus contractus attenditur in concernentibus sollemnitatem actus cuiusquè, iuxtà dicta per *Bart.*in d.*cunctos populos*, & confirmatur per ea, quæ tradit *Abb.*in *cap Ecclesia S.Mariæ,num.*43.*de constit.*& in *cap.quod clericis,num.*26.*de for. compet.* vbi defectum sollemnitatis ex statuto introductæ comprehendere clericum,& non subditum, ex pluribus iuribus,& rationibus concludit, & idem tradit *Felin.*in d.*cap.Ecclesia,num.* 91. *vers.*495. *casus*,
21 etiam ex defectu subditi,cui non licuit contrahere contrà formam statuti, etiam cum non subdito, spreta lege sui Superioris, cùm contrahendo peccauerit,*cap.*1.*de maiorit. & obedient.* & propter
22 statuti resistentiam nullus est contractus, nulla obligatio *l.cùm lege,ff.de fideiuss.*

Plures alias ampliationes, & limitationes satis
23 applicabiles ad hanc pragmaticam congessit *Iacob.Cancer.var.resolut.lib.*2.*cap.*1.per tot. vbi agit de consimili statuto in Principatu Cathaloniæ, & *Grimell. dec. Dolana* 14. in consimili statuto in Comitatu Burgundiæ, *Tressacinq. var. resolut. lib.* 3. *resolut.*19.*num.*10.

Et quia *Carau.hic* in §.12. post *num.*63. tractat
24 quæstionem de filiofamilias,qui simul cum patre seruata forma huius pragmaticæ se obligauit in beneficium tertij pro debito, quod totum cessit ad commodum patris,concludit, quòd idem filiusfamilias,postquàm fuerit emancipatus à patre, pote-
25 rit gaudere beneficio *legis* 2. *ff. & C. quod cum eo, qui in alien.potest.* est sciendum,quòd dictum beneficium potest opponi etiam post sententiam ad impediendum executionem sententiæ,vt est *tex.* in terminis in *l. si filiusfam.ff.quod cũ eo,*& latè consuluit *Minad.cons.*17.qui ità obtinuit,ipsomet teste in
26 *Cons.In aliquibus,not.*2.*n.*34.in *fi.* Immò potest opponi ẽt ad impediẽdũ liquidationẽ instrumẽti,ac executionẽ instrumẽti liquidati,non obstante iuramento,cùm sit exceptio proueniens ex eodem fonte,iuxtà tradita per doctissimum *Præs. de Franch. dec.* 181. quicquid in contrarium decisum tempore suo referat *Vrsill.ad Afflict.decis.*308.*num.*22.nisi dicas,quòd ille concordat potiùs, quàm contradicat, dùm loquitur de renunciatione in specie tãcta huic beneficio,sed esset videnda forma renunciationum,quæ ibi enunciantur,reassumit 23. conclusiones *Grat. discept.*799. sicut exceptio Macedoniani impedit executionem, quando constat ex instrumento,*Carau.rit.*166. *nu.*76. *Innomin.* in *addit. Iudicis de Roberto*, *par.* 4. post *num.* 79. in *fine*, *Galter. de liquidat. mstrum.* in 2. 2. *par.num.* 47. cum *seq.*

Sed quid si filiusfamilias postquàm effectus sui-
27 rit sui iuris ratificauerit instrumentum alias à se factum simul cum patre pro debito spectante ad patrem, an per huiusmodi ratificationem perdat beneficiũ *d.l.*2.*C.quod cũ eo?* & prima facie videtur dicendum,quòd sic,argumento *text.*in *l.*2. ibi, *vel suæ potestatis constitutus,C.ad Senatusc.Maced.* & in *l.fin. ff.eod.* & in *l. filiusfamilias tutelam,ff.de tutel. & ratio. distrab.*

Sed contrarium est verius,nam regula est, quòd
28 in contractibus semper initium spectandum est, & causa,vt sunt expressa iura in *l.si Procuratorem.* in *princ. primo responso,ff.mandati,*in *l.*1. §.*non solùm*, propè *fin. ff. depos.* in *l.Pomponius, la seconda*, *ff. de neg. gest.* quam declara secundùm *Cald. de Pereir. de iure emphyt.par.*3.*cap.*10.*num.*41.*et Bald.*in *cap. quæ in Ecclesiarum,num.*89.*de constitut.* hanc re-
29 gulam sectando,inquit,quòd inspicitur initium, & origo cuiusquè entis,tãquàm radix futuri, & propterea dicit,semper inspicias ad radicem,quia quic-
30 quid sequitur,indè deciditur,& omne, quod deciditur ab aliquo,sapit naturam illius, his addo *tex.* fere in proprijs terminis in *l.*3. *C. ad Macedon.* vbi
31 dicitur,quòd origo potiùs obligationis, quàm titulus actionis considerandus est,& bonum *tex.*in *l. si uxor.C.ad Velleian.*ibi,*initio contractus*, & optimum *text.*in *l.si tamen sciente*,ibi,*quoniam initium contractus spectandum est,ff.ad Maced.*plura cumulat *Napod.et Addent.*ad eum in *Consuet.Si quis, vel si qua*,in *verb.materna,num.*740.benè facit *tex.*in *l. vnic.*circà *fin.*cum *glos.*in *verb.primordium.C.de impon. lucr. descript. lib.* 10. & in *l. cùm filius,§. hæres meus*,ibi,*quod primordio veritatis,ff.de leg.*2.

Ex qua regula in casu valdè simili *Vlpianus* re-
32 spondit,quòd si minor immiscuit se paternæ hæreditati,& maior factus exigit aliquid à debitoribus paternis, licèt ex hoc videatur factus maior comprobare, quod minori sibi placuerit, tamen in integrum restituendus est, initio inspecto, vt apertissimè legitur in *l.*3.*§.si quis cum minore*, *vers.minor* 25.*annis ff.de minor.* voluit *glos.*satis ad propositum in *l.minoribus*,in *verb.respondere*,*vers.sed si eo tempore*,*C.de his,quibus*, *vt indign.* sed hæc regula est declaranda secundùm *Caldas de Pereira de iure emphyt.par.*3.*cap.* 10.*num.*41. vt superiùs dixi, vt procedat in actu momentaneo, non sic, quandò actus,de cuius nullitate agitur suam perfectionem habet ad certum tempus determinatum.

Sed nè desint iura magis specialia in casu nostro,
33 ex eadem regula constitutum est, quòd si quis filijfamilias negotia gerere incœperit, & interim durante administratione patrisfamilias effectus sit, pro tali administratione,licèt continuata post finitam patriam potestatem non dabitur actio huic negotiorum gestori contrà filiumfamilias effectum

sui

sui iuris, nisi in quantum facere potest, quia in negotijs gestis initio cuiuslibet temporis conditio spectanda est, vt expresse statuit *Paul.* & *Pomponius* in *d. l. Pomponius, la, secunda ff. de neg. gest.*

Nè tamen ex variis intellectibus, quos *glos.* & *Doctores* fecerunt ad *d. l. Pomponius* hæc nostra conclusio aliquo pacto dubia reddatur, videatur, rogo, *text.* in propriis terminis, qui loquitur in contractu societatis in *l. si id, quod, §. si filius fam. ff. pro socio*, vbi ad literam respondit *Vipianus Iurisconsultus* authoritate *Iuliani*, quòd si filiusfamil. societatem coierit, & post emancipationem in eadem societate duraverit, duabus actionibus alteri socio agendum est, vna aduersùs patrem, altera aduersus filium, cum patre, & de eo, cuius dies antè emancipationem cessit, nam eius temporis, quo post emancipationem contractus duravit, nihil patrem præstare oportet, cum filio autem de vtroq; tempore, ea. s. ratione, quia initium in his contractibus inspiciendum est, quæ ratio affertur in ipso *text.* qui videtur mihi hanc quæstionem decidere.

Et quia in *text.* non apparebat, si cum filio de vtroquè tempore agendum est in solidum, vel in quãtum facere potest, ideò *glo. ibi* in *verb. de vtroq; tempore* ex prædicta ratione adducta in *text.* declarando subdit, quòd de vtroque tempore vna tantum actione agendum sit, in qua imputatur initium,
34 & sic aperte sentit *glos.* quòd etiam pro his, quæ in societate contraxit filiusfamilias effectus sui iuris, non teneatur, nisi in quantum facere potest, inspecto initio societatis capta; tempore, quo erat filiusfamilias.

Et ex his Ego obtinui in Sacro Consilio in causa Philippi Satachi de Guitare Sanctæ Agathæ contrà Franciscum Mangeri sub die 11. Ianuarij 1591. referente Regio Consiliario Orzigyano cum interuentu Præsid. de Franch. & Regiorum Consiliariorum Antonij Parræ, & Horatij Machetis, decernendo, quod non molesterur, nisi in quantum facere potest. Actinatus est Alexius Longus, socius si filiusfamilias effectus sui iuris non per simplicem ratificationem, sed per nouam principalem obligationem se obligaret, vt probat *Bor. vol. 44. num. 101. cum seqq.*

35 Sed vt ad huic beneficio *l. 2. C. quod cum eo*, possit renunciari, regula est, quòd quando quis de iure gaudet huiusmodi beneficio, nè teneatur vltrà quã facere possit, non potest illi renunciare, cùm sit beneficium personale, *glos. in l. qua tale*, aliàs *l. alia, §. eleganter, in fin. ff. solut. matrim.* quam sequitur *Specul. tit. de renunciat. §. 1. vers. item, quòd beneficium, quod quis cedere tenetur*, *Io. Andr. in cap. Odoardus extrà de solut. Alex. ad d. §. eleganter, num. 16.* per totum, amplius dictum *glos.* in omni priuilegio personæ concesso.

Imò, quòd nec etiam cum iuramento possit
36 huic beneficio renunciari, voluit *Capell. Tholos. dec. 248. Zal. in l. maritum, in fin. §. ff. solut. matrim. Alciat. in cap. cùm contingat, nu. 72. extrà de iureiur. Couarr. in cap. quamuis part. 2. in princ. num. 4. vers. postremò, & nu. 8. vers. 5. de pact. in 6.* & in propria materia, filiusfamilias renunciantis tradidit *Aut. Canar. de execut. iustrum q. 28. in fin. verb.*

Et quatenus posset renunciari, prout ità pro hac parte affirmatiua iudicauit Consistorium Sacræ Conscientiæ Regni Siciliæ vltrà Pharum, teste *Mario Ciarba dec. 42. num. 3.* vsq; ad 14. non sufficit,
37 renunciatio generalis, vtputà *omni legum auxilio*, prout non sufficere iudicauit idem Consistorium, etiam si cum iuramento facta fuerit, teste eodem *Ciarb. cod. dec. 42. num. seqq.* nec etiam si fit specialis, vtputà beneficio *l. 2. et tit. quod cum eo*, ideò requiritur specialissima renunciatio, hoc est, vt post priuilegii, seu beneficij certioratorem specialis horum verborum illi renuncietur sub hac forma, videlicet *dicens ipse talis sit bene certioratus*, quòd propter beneficium *l. 2. ff. & C. quod cum eo* non possit adstringi ad solutionem prædicti debiti vltrà quàm facere possit, tamen renunciando prædicto beneficio, contentatur, quòd eo non obstante teneatur in solidum, ità pulchrè dicit *Baldus l. 1. ante finem, vers. tunc, quòd interdum, ff. si quis in ius vocatus non iverit. Rip. in l. si vnquàm, quæst. 12. num. 118. vers. contrarium. Cæ. renunciation. & quatus Mandos ad Roman. in cons. 260. verb. pendassieve*, & ita tenet *Romanus ibi nu. 3.* & alij congesti per *Tiraquellum in præfatione ad d. l. si*
38 *vnquam, num. 24.* & ratio est, quia hoc beneficium est concessum filiofamilias gratia, secundùm *Præsid. de Franch. d. dec. 181. num. 7.* cui non intelligitur renunciatum, nisi mihi inuidus illi renuncietur, *l. 1. vbi Cyn. C. quandò Imper. interpel.* quem allegat ipse met *Præs. vbi supra num. 8.* adeò non minus est *si Alber in rubr. ff. quod cum eo*, dùm quærit, an huic beneficio renuncietur, etiam plenissima ipsius beneficij specialissima renunciatione, *ibi, & renunciauit ipse.* Vide nunc *Rot. Rom. dec. 485. num. 1. part. 1. inter recentiores* concludentem per *Farin.* quæ cõclusio non posse renunciari, imò nec tum renunciatio.

Nequaquam dicatur, quòd adsint in contrarium decisiones dicti *Præsidis*, siquidem in *d. dec. 181. in fin.* dicit, hunc articulum non fuisse determinatum, & in *dec. 164. num. 7.* potiùs inclinat pro hac mea opinione, dum adducit *Alber in d. rubr. ff. quod cum eo*, qui explicando formam huius specialissimæ renunciationis nihil determinat, sed innuere videtur, quòd quatenus posset renunciari, requiratur specialissima renunciatio, seruata forma ab ipso explicata.

Quòd si quis instaret, quòd specialis renunciatio, scilicet *l. 2. & tot. tit. ff. quod cum eo*, debet sufficere, ex quo dùm refert se ad illam *legem*, quæ concedit
39 hoc beneficium, censetur illud specialissimis verbis exprimere, ex quo relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis, vulgata *la fin. toto. ff. de hæ-*
40 *red. instit.* hoc motiuum nihil obstat, nam est magna differentia, an quis sub inuolucro verborum renuncies alicui beneficio, aut iuri sibi competenti, nulla præcedente certioratione sibi facta de commodo, quod beneficium illud sibi confert, vel certioratus priùs individualitèr de effectu illius renunciationis postea renunciauit: nam primo casu renunciatio non valet, quia censetur facta eadem facultate, qua fit contractus principalis: secundo verò casu est maioris efficaciæ, quia per illam præcedentem certificationem dicitur scienter, & consultò facta renunciatio, in punctualitèr docet *Bart.* per illum *text. in l. fin. idem quæritur, ff. de cond. indeb.* vbi *nu. 2.* ait, quòd per illam renunciationem, quæ communitèr hodiè apponitur in contractibus, videlicet *& renunciauit conditioni indebiti sine causa, actioni in factum, & omni legum auxilio, &c.* non propterea
41 tollitur conditio indebiti, licèt illi fit in specie renunciatum, quia idem error, qui est in principali promissione, est in hac renunciatione, & sicut indebitè promisit, ità indebitè renunciauit, sed vt prædicta cessent, subdit *Bart.* quòd periti Notarij in principio contractus dicunt, *Titius sciens se ad infrascripta non teneri promisit, &c.* Ecce igitur formam spe-
42 cialis-

cialissimæ renunciationis, quę requirit expressam certiorationem,& scientiam iuris, cui renunciatur, idem voluit *Bar.in l.sed & si quis,§.si.in fin.verb.ff.si quis caut.*& in *l si dari,ff.de verb.oblig.* quem sequitur *Ias.in l.1.col.2.*post *num.12.ff.de cond.indeb.* vide *Mauson.de caus.exequ.c.10.n.44.*qui *num.seq.*videtur affirmare,non esse necessariam certiorationem, & cum ea sufficere,si renunciatum fuerit beneficio prædicto.

His adstipulatur id,quod tradidit *glos.in l.fin.§.*
43 *penult.in verb.non usuram.ff.ad Velleian.*quòd licèt possit mulier renunciare beneficio Velleiani, requiritur tamen,quòd prius sit certiorata de eo beneficio,aliàs non valet, quæ *glos.* opinio communitèr approbatur,vt per *Dyn.cons.5.vers.quod autem.Soc. cons.163.col.fin.lib.1.Padill.in l.fin.num.10. C. de iuris,& facti.ignor.Andr.Gayl.pract.observ. lib.2. observat.77.num.3.*& denique *Thesaur.* qui alios cumulat in *dec.221.num.3.*vbi in *fin.*ampliat,hoc procedere, etiam si interueniat iuramentum in illa renunciatione facta absquè certioratione,nunc recolor *Scaglion.in prag.1.num.9.infrà de Senatusc.Vell.*
44 vbi ponit formam huius specialissimæ renunciationis,& nouissimè sequitur *Grimel.dec.Dolana 132.*

Post hæc scripta reperi, quòd secundùm hanc meam opinionem fuit iudicatum per Sacr. Consil. iunctis Aulis,referente illo doctissimo, & oculatissimo viro Io. Andr. de Curte in beneficium Marci Antonij de Azzia,quod decretum simul cum aliis est productum in processu Francisci Mangeri contrà Philippum Sarachum. Actuarius est Ascanius Longus,& nouissimè sequitur *Marius Giurba dec. Sicil.45.num.16.Molfes.cons.41.num.1.*cum pluribus *seqq.* vbi alias quamplurimas decisiones cumulat,
45 sed in quibus casibus possit Princeps sęcularis dispensare super iuramento? vide latè *Ant. Corn.* in *tract.de absol.iuramenti,par.3.q.5.per tot. & Maxim.*in *tract.de iuram.par.4.primo effect.q.4. fol.* mihi 169. scilicèt quandò lex tendit ad excludendum peccatum, vel disponeret in materia spectante ad suam authoritatem,cùm Inferior,non possit in præiudicium obedientiæ iurare, dummodò subditus iustè non possit se subtrahere,vel Superior præciperet iniustè,requiritur etiam, vt præcipiens sciat de iuramento. Limitatur tamen,quandò filiusfami-
46 lias esset legum Doctor, quia tunc sufficeret illa simplex specialis renunciatio,*l.2.*& *tot.tit.quod cum eo*,quia cùm sit legum Doctor, præsumitur habere notitiam virium,& effectuum dicti beneficij,& propterea eidem denegatur beneficium restitutionis in integrum,vt tradit pulchra *glos.in l.professio, C.de munerpatr.lib.*10.per quam *glos.* ità iudicauit S.C. me referente contrà Alexandrum Petrarolum Ciuitatis Hostuni sub die 26.Aprilis 1616. Actuario Scacciauento.Nunc pro eadem *gl.*addo *Sforz. Odd. de rest.in integr.q.25.num.24.*

Hæc,quæ dicta sunt de beneficio *l.2.ff.*& C.*quod cum eo,qui in alien.potest.gestum est*, procedunt attenta mera dispositione iuris communis, sed at-
47 tenta dispositione huius pragmaticæ, videtur, quòd contractus quilibet gestus à filiofamilias in beneficium patris, etiam cum præsentia patris sit ipso iure nullus, quia illa præsentia patris in hoc casu nihil operatur.

Nam de iure stante statuto,nè filiusfamilias pos-
48 sit contrahere absquè consensu patris, pater non poterit præstare consensum in contractu gesto per filium ad ipsius patris beneficium,ità in specie de statuto requirente consensum patris tradiderunt *Soc.sen.cons.23.n.16.vol.4.Corn.cons.194.nu.3.lib.1.* qui citat *Bal.Nouell.Ias.cons.69. nu.4. & seq. vol.1. Cauale.dec.Finiz.31.n.32.par.1. Horat. Carpan. ad statut.Mediol.c.416.p.1.Bal.cons.213. nu.1. vol.1.*

Et quandò statutum requirit præsentiam, prout in dicta pragmatica idem tradidit *Bologn. cons.44.*

Et in proprijs terminis nostræ pragmaticæ idem voluit *Vrsill.ad Afflict.dec.308.n.23.* vbi citat *Soc.* sed corruptè,*Galter.de liquid.instrum. p.2.* in *verb. Aduertat insuper ad debitorem,num.53.*licèt contrà *Thor.part.1. verbo filiusfamilias*, *Peregrin. decis. Patau.51.*

Ergò in casu nostro præsentia patris nihil prodest ad conualidandum contractum, & sic remanet contractus nullus.

49 Quod procedit etiam si filiusfamilias esset clericus tempore obligationis, quicquid in contrarium velit *Carauit.*in hac eadem *pragmatica*,in *verb. à filijsfamil.§.9.q.3.num.21.* cum *seq.* nàm contrarium expressè voluit,nedùm *Bernard. Pand. Grauin.* super *tit.de præsent.instrum. par.3. declar.17. num.38.* quem ipse *Carauita* allegat post *Bal. Castr. & Caccialup.*citatos per *Graumens.*sed etiam *Crot. cons. 135. volum.1.* quorum opinio tantò magis vera apparebit, cùm primùm demonstrabimus, rationem à *Carauita* adductam falsam esse, quod in promptu est.

Mouetur enim *Carauita* ea ratione,quòd scilicèt ratio,in qua est fundata Regia Pragmatica, licèt
50 non sit expressa,illa sola consideratur ad euitandũ interesse patrisfamilias, qui dùm habet filios in potestate, habet vsumfructum in omnibus bonis aduentitijs suorum filiorum, & nè priuetur pater hoc vsufructu ob obligationes, & alienationes filiorum,introductum est,nè possint contrahere absquè consensu patris,ità apertè tradit ipse tàm in d. §.9.n.16.quà in §.5.n. 15.vbi propterea inferẽdo ex
51 hac ratione limitat, nõ procedere pragmaticam in bonis castrẽsibus,& quasi castrẽsibus,in quibus pater non habet vsumfructum, & sic non habet in eis interesse,& ex eadem ratione in d. *§.9. num.22. & seq.* limitat,vt nec etiam procedat in clericis, quia pater nullum ius habet super bonis filijsfamilias clerici,vt *num.24.*

52 Hæc quidèm ratio à *Carauita* considerata omninò falsa est, nàm si esset vera, vtiquè pragmatica non inualidaret omninò contractus celebratos à filijsfamilias, ità vt nec etiam post mortem patris possent conueniri,sed aut restrinxisset illius dispositionem durante vita patris,aut dixisset,quòd ex illorum contractibus nullum fieret pręiudicium vsufructui,& alijs iuribus patri debitis,& tamen pragmatica prohibendo, Notarios stipulari contractus filiorumfamilias absquè præsentia,& expresso consensu patris reddit contractus nullos, nedùm patre viuente,sed etiam eo defuncto, & in perpetuum. falsa est ergò ratio à *Carauita* ponderata.

Ratio igitur alia vera exquirenda est,& hęc qui-
53 dèm communi omnium *Doctorum* consensu illa est ex verisimili mente statuentium,nè filijsfamilias, vt plurimùm in adolescentia,& iuuenili ætate constituti, cupiditate explendi omnes luxus, & voluptates,facilè dissipent eorũ bona,ità in simili statuto vigente in Principatu Cathaloniæ considerat *Iacob.Cancer.lib.2.var.resol.c.1.nu.7.*& est de mente *Scribentium*,videlicèt *Bal.*& *Castr.in l. sacrosanctæ,nu.5.C.de sacros.Eccles.Caccialup.in l.1.nu.160.* et *172.C.eodem,et Crot.in d.cons. 135. vol.1.* & in

ſpecie huius pragmaticæ,quòd fuerit inducta fauore filiorum principaliter,volut *Gramm.dec.12.n.16. verſ item dicebam,Frece.de præſent.inſtrum p.9.q.8. num.37.*ibi,*ratio prohibitiua ſtatuti,quæ potuit haberi pro expreſſa,fuit deceptio ipſorum filiorum.*

Et in pragmatica non habet locum in bonis ca-
54 ſtrenſibus,& quaſi caſtrenſibus,nó eſt ea ratio,quia pater non habet in illis vſumfructum,ſed quia in eis filijfamilias reputantur patresfamilias ex iuris diſpoſitione,*l.1.§.fin.l.2.ff ad Senatuſc.Maced.l.2.et 3. C.de caſtrenſ.pecul.l.6.12.Inſt.quib.non eſt permiſſ.facere teſtam.in princ.verſ.ex hoc*, & ipſe idem *Caranita* id admittit in d.§.*nu.*20.cui addo, quòd adeò potens eſt hæc ratio in bonis caſtrenſibus, & quaſi caſtrẽſibus,vt reſultet ex ea iuris præſumptio,quòd
55 filiusfamilias habẽs bona caſtrenſia, & quaſi caſtrenſia ſemper præſumitur contrahere in cauſam caſtrenſem,& quaſi caſtrenſem,& ſucceſſiuè nõ requiritur præſentia,neq; conſenſus patris,*text.*eſt in *l.ſin.in fin.C.ad Senatuſc.Macedon.*

Et adſtipulatur alia ratio ſatis concinna conſi-
56 derata a *Iacob.Cancer.d.cap.1.num.165.in fine*,quòd ſcilicèt non eſt verilimile,filium,qui fuit diligens in acquirendo peculium caſtrenſe,ſeù quaſi,adeò euadere negligentem,& facilem, vt aliorum illecebris, & falſis perſuaſionibus inducatur ad perdendum, & dilapidandum, ſi ergò filiusfamilias habens peculium caſtrenſe,vel quaſi reputatur à iure paterfamilias,& habet eius præſumptionem pro ſe,vt ſemper contrahat in cauſam caſtrenſem, ſeù quaſi, & in eo ceſſat metus diſſipationis, & dilapidationis, non eſt miruin , ſi in eo non habet locum Regia pragmatica,quę excludit patresfamilias,& vult euitare præſumptam dilapidationem, quæ omnia ceſſant in clerico.

Et ſi vera eſt ratio, nè filijfamilias ſint faciles ad
57 diſſipandum, prout veriſimam eſſe demonſtraui, tunc non poteſt negari,quòd habeat locum etiam in clerico,quia hæc ratio etiam clericos includet , vt fatetur ipſemet *Caranit.d.§.9.*poſt *num.26. verſ.de Bald.& Paul.de Caſtr.* & ex eadem ratione ſequi-
58 tur,quòd præſentia,& conſenſus patris à pragmatica requiſiti ſunt neceſſarij ad integrandum perſonam filij,& ſic ad ſollemnitatem actus, & ſucceſſiuè non poteſt pater talem conſenſum præſtare ad ſui beneficium prout in ſpecie admittit *Cancer.d.cap.1. num.62.* in terminis conſimilis ſtatuti illius Principatus Cathaloniæ. Addo nunc *Criſtof.Martium dec. Rot.Senenſ.24.nu.63.Gratian.diſcept.forenſ.781.num. 28.*& appoſitiſſimè *Paul.Caſtrenſ.conſ.339.in princ. verſ.quandò verò.p.2.*

Si enim non reſpiceret inhabilitatem perſonæ filijfamilias, & eius facilitatem, ad quid requireret patris præſentiam in ipſo actu , dùm ad euitandum intereſſe patris ſolus eius conſenſus ſufficeret , qui poteſt præcedere,& ſubſequi contractum. Nec dicat,acuti non minùs , quàm adæquati ingenij Iureconſultus *D.Merlin.controu. forenſ. cap.19. num.36.* quòd non minus integri iudicij ſunt filijfamilias maiores,quàm qui ſui iuris ſunt.Nàm filijfamilias dùm retineatur ſub patria poteſtate,habent præſumptionem contrà ſe in actibus dilapidationis, confiſi, quòd pater non permittit , eos vexari pro debitis contractis abſquè eius conſenſu,ſecùs eſt in iſs,qui ſunt ſui iuris,qui nulla ſpe ſuffulti cautiores reddũtur ad contrahendum de rebus ad proprium patrimonium ſpectantibus.Nec ei adſtipulatur authoritas *Rot.Rom.dec.*490.*inter nouiſſ.*collectas per *Farin.to.2 p.2.*Nã illa *deciſio* æquiuocatur in duobus, in vno dùm *num.*2.dixit,quòd hæc pragmatica non annullat contractus aliter factos, & tamen in ipſa pragmatica expreſsè dicitur,ꝙ acta ſint nulla , ergò annullat contractus.Equiuocauit in altero, quia iecit fundamẽtum in eo,de quo principaliter dubitatur,& diſputatur,quòd .ſ. conſenſus patris requiſitus á pragmatica eſt ratione prejudicij ipſius patris, nõ autem ad integrandam perſonam filijfamilias, & id eſt,de quo quæritur,quod Ego admitterem, ſi cõſenſus tantùm patris , non autem eius præſentia in actu requireretur,vt ſuprà pondetaui , & vt veluti digito faſitatem talis rationis inuentæ à *Caranita* oſtendam,conſidero,quòd hæc pragmatica dũ omnes contractus geſtos per filiumfamilias abſq; conſenſu patris annullat,non poteſt negari,quin cõprehendat omnes cõtractus taliter factos,etiam reſpectu peculij aduentitij , in quo patri nullus daretur vſusfructus,neq; commoditas , prout ſunt multi caſus enumerati per *gloſ.*in *auth.idem eſt,C.de bon. quæ liber.*& dùm in his pater nullum habet vſumfructũ, neq; commoditatem,ceſſat eius intereſſe, & ſic ceſſare deberet eius diſpoſitio,ergò dùm adhùc pragmatica procedit in huiuſmodi aduentitijs , ſequitur perneceſſe,quòd non eſt fundata in intereſſe patris, ſed potiùs ad refrenandum iuuenilem calorem filiorumfamilias deditum ad diſſipandum,quod ferè in proprijs terminis conſiderat *Imp.in l fin.§.filijs autem,verſ.melius enim eſt,C.de bon qua liber.*qui quidem iuuenilis calor frigeſcit,poſtquam filiusfamilias efficitur ſui iuris,videns,quòd deficit ſibi ſubſidiũ paternum,cui confidebat ; Non tamen nego,quòd etiam inter filiosfamilias reperiuntur non parui,qui ſciunt ſe moderare ab huiuſmodi iuuenili calore, ſed iura adaptantur ad ea,quæ frequentiùs accidũt, *l.nam ad ea.ff.de legib.*

Coadiuuantur hæc omnia , quia in omni contra-
59 ctu geſto per filiumfamilias in beneficium patris intercedit metus,qui ſaltem reuerentialis non poteſt negari,cùm ſit à iure præſumptus, ex regula *l.1. §.qua onerandæ.ff.quar.rer.actio non detur*, prout nec etiam poteſt negari læſio, quæ reſultat ex fideiuſſione,& obligatione contracta pro ſoluenda pecunia,non ad ipſum,ſed ad ſolum patrem peruenta,
60 præſertim eo tempore,quo erat minor, qui eò ipſò,quòfideiubet,dicitur læſus,vt conſtat ex *Afflict. deciſ.222.*fiũ *num.8.Socin.iun.conſ.47.num.7.* cum *ſeq.lib.4.Sfort.de reſtitut.in integr.quæſt.64.art.2. & 3.Surd.conſ.226.num.19.lib.1.Pedroch.* latè *conſ.26.*per totum.

Et quandò cum metu reuerentiali concurrit læ-
61 ſio, tunc ſolus metus reuerentialis ſufficit ad annullandum contractum,abſq; alia coniectura,etiam nullis probatis minis,aut verberibus,vt eſt communis reſolutio,de qua per *Deo.in c.cauſam matrimonij,num.22.& ſeq.extrà de offic.deleg. Aret.conſ.14. num.9.verſ.in contrarium , Socin.ſen.conſ.176.num. 17.lib.1.Curt.iun.conſ.141.num.11. Cephal.conſ.62. num.30.lib.1. Hond.conſ.39.num.42.& ſeq.lib.1. Surd.conſ.195.num.29.lib.3.& conſ.513.num.38.lib. 4.Couarr.de ſponſal.part.2.cap.30.§6.num.4. verſ. ſed intelligendum.Gramm.dec.103.nu.49.& ſeq. Cacher.dec.Pedem.179.num.4.& 6. Rot.Roman.dec. nouiſſima 102.num.5.part.2. Boeri dec.100.num.10.* latiſſimè *Tiraquell.de legibus connub. gloſ.1.part.1. num.25.& gloſ.5.num.16.Camill.Saler. ad Napod.in proœm.Conſuet.Neapol.in apoſtill.incip.vis , metus f.mihi* 59. vide nunc latiſſimè *Mauſon.de cauſ.exeq. q.6.ampl.10.n.78.*vſq; ad *finem.*

De

De Senatuſconſulto Velleiano. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Velleiani beneficio mulieres certiorate de hoc cõmuni renunciare an poſſint.*
2 *Iramentum contrà beneficium Velleiani præſtitum, an ſit contrà bonos mores, remiſſiuè.*
3 *Pragmaticæ huius materia, & declaratio, remiſſiuè, & limitationes, n. 5.*
4 *Velleiano nùm iuuetur mulier, quæ interceſſit pro alio mediante pecunia, & quid ſi recepiſſet modicum pro fideiubendo.*
6 *Velleiani beneficio an gaudeat mulier, celebrando cõtractum cum viro conſtante matrimonio in præiudicium dotium, vel antephati.*
7 *Velleiano an iuuetur vxor obligans ſe, vel alium contractum celebrans pro excarcerando virum.*
Velleiano an iuuetur omnis mulier indiſtinctè.
8 *Mulier & ſi millies conſentiat inſtrumento debiti contracti per virum, non tenetur, niſi probetur, pecuniam fuiſſe verſam in ſuam vtilitatem.*
9 *Mulier ſi eſſet minor vltrà diſpẽſationem iſtius edicti, requiritur etiam decretum, proùt in alienatione rerum minoris.*
10 *Vxor, & vir ſi inſimul confitentur cum iuramento pretium alicuius rei recepiſſe, & dubitetur, pęnès quem cum effectu peruenerit, an propter iuramentum præſumatur pro rata pænès quemlibet peruenisſe.*
11 *Renunciatio nulla à muliere facta operatur, vt inſpecto tempore reſtitutionis dotium remaneat indotata.*

COnſiderantes, &c.

Mulieres non poſſunt fideiubere, nec alitèr contrahere, renunciando Senatuſconſulto Velleiano, etiam cum iuramento. H. D.

1 Per hanc pragmaticam videtur correcta *l. iubemus*, C. *ad Velleian Vrſill.* ad *Afflict. dec.* 311. *num.* 2. ſuper quo eſt cogitandum. De iure communi erat difficilis altercatio inter *Doctores*, an mulieres certioratæ huius beneficij potuiſſent illi renunciare, vt latè per *Theſaur. dec.* 222. *n.* 1. & 3. Item an iuramentum contrà illud præſtitum eſſet contrà bonos mo-
2 res, vt copioſiſſimè per eundem *Theſaur. ibidem, nu.* 11. quæ omnia per hanc pragmaticam fuerunt ſub-
3 lata, vt in *text.* Pro eius tamen declaratione eſt videndus *Præſ. de Franch dec.* 279. & 578. *Theſaur. d. dec.* 222. & 223. *Ann. allegat.* 114. qui fundat, idem eſſe diſpoſitum de iure communi, & quòd potuerit Princeps ſæcularis hoc declarare reſpectu iuramenti, habes ex latè deductis per *Fort. Garz. de vtim. fitie* à *n.* 315. ad *n.* 387.

Et quia *Scaglion. hic num.* 24. limitat, non procedere hanc pragmaticam, quandò mulier mediante
4 pecunia pro alio interceſſit, & *num.* 25. cum opinione *Salyc.* concludit, hanc limitationem procedere, etiam ſi recepiſſet modicum pro fideiubendo, aduertas, quòd contrarium fuit deciſum per Senatum Lufitanum, teſte *Ant. Gamm. dec.* 121. vt non ſufficiat modicum. Alias limitationes reperies apud
5 *Surd. conſ.* 367. *volum.* 3. qui *nu.* 10. limitat in cauſa, quę pietatem cõcernit. *Grittell. dec. Dolan.* 20. limitat, ſi in rem propriam, vel communem ſe obligauit. *Canall. qq. conſtr. com.* 717. limitat, quandò ad commodũ ipſorum, vel ipſius mulieris contraheret, *Ferrer.* in *Conſtitut. Cathol. hac noſtra* 1. *tempore* 8. *declarat. nu.* 44. cum *ſeq.* & inter alias non omittas illam, quandò mulier intercedit pro cauſa pia, ſeù pro exoneratione ſuæ, aut alterius conſcientiæ, vt fundat idem *Præſ. de Franch. d. dec.* 237. *Gratian.* qui alios cumulat *diſcept.* 85. 1. *in princ.* vide etiam citatos à *Borrell. de Magiſtr. edict. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 51. Sed quid dicendũ
6 ſit de contractu celebrato cum viro conſtante matrimonio in præiudicium dotium, vel antephatiè negat abſq; iuramento *Scharph. conſ.* 99. *cent.* 2. vide *Napodan. in Conſuetud. Et ſi mulier, de contract. inter vir. & vxor. celeb. n.* 8. qui de iure conſuetudinario dicit, poſſe fieri tàm pro neceſſitate rei, pro expenſis neceſſarijs, quàm pro neceſſitate perſonæ, vt viuat, vt ſana viuat, vt libera viuat, vt nupta viuat, &
7 quid de obligatione, ſeù alio contractu pro excarcerando virum? adeas *Crot. conſ.* 74. *volum.* 1. *Ant. Gamm. dec. Luſit.* 318. *Tiraq. de legib. connub. l.* 16. *glo.* 8. *num.* 285. *Ioſeph. Ludon. conſ.* 2. *fall.* 11. *nu.* 41. *Bal. conſ.* 5. *lib.* 5. *Surd. conſ.* 367. *num.* 15. *lib.* 3. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *c.* 108 qui concludunt, poſſe, *Vincentius de Franch. dec.* 279. iuncta *dec.* 578. referri deciſum, iuuari Velleiano, de fideiuſſione verò, vel alia obligatione facta pro excarcerando filio, *Præſ. de Franch.* eadem *dec.* 279. & *dec.* 578. dicit, iuuari Velleiano, quem impugnat *Reg. de Pont. de poteſtat. Proreg.* ſub *rubr. de diuerſ. promiſſionib. tit. de decretis Collateralis Conſilij, num.* 31. *fol.* mihi 494. qui etiam *conſ.* 40. *num.* 5. & 6. *vol.* 2. aduertit, quòd hæc pragmatica comprehendit mulieres nuptas tantùm, non etiam viduas, & in capillo exiſtentes, quod apud me habet maximam difficultatem, nàm hæc pragmatica loquitur de mulieribus indefinitè, & quatenus in ea fit mentio de maritis, eſt adiecta dictio, *vt plurimùm*, & proindè reſpicit ad metum violentum, & perſuaſionem, quæ infertur à quolibet, & ſi non ſit maritus, puta fratre, patruo, aut ab alio propinquo, vel extraneo, qui habet authoritatem cum muliere contrahente, & omnes comprehendi, dicit *Præſ. de Franch. dec.* 623. *n.* 8.

7 Et nota pro ampliatione huius pragmaticæ,
8 quòd mulier licèt millies conſentiat inſtrumento debiti contracti per virum, non tenetur, niſi probetur pecunia verſa in ſuam vtilitatem, *§. & illud verò*, in *auth. vt nulli ind. lic. hab. loci ſeruat. Farin. dec. poſth.* 731.

Et quia, vt plurimùm ad euitandum diſpoſitio-
9 nem huius pragmaticæ Partes procurant diſpenſationem à Prorege per memoriale cum Regia decretatione, quòd liceat pro quantitate, & cauſa in memoriali expreſſa, eſt aduertendum, quòd ſi mulier eſſet minor, vltrà diſpenſationem huius pragmaticæ requiritur etiam decretum, proùt in alienatione rerum minoris, *Simon de Prætis conſ.* 100. *n.* 27. *Rimin. iun. conſ.* 247. ſub *n.* 39. *lib.* 4. & clauſulam apponendã in diſpenſatione, *D. de Franch. dec.* 477. *n.* 9. & 15. dicit eſſe, *ſit dummodò non remaneant indotatæ, nec fraudatæ iuribus dotalibus.*

Et inſuper, quia idem *Scaglion. num.* 24. *verſ. inci-*
10 *dentèr quæro*, concludit, quòd quandò vxor, & vir inſimul confitentur cum iuramento, pretium alicuius rei recepiſſe, & dubitatur, pęnès quem cum effectu peruenerit, propter iuramentum præſumitur pro rata pęnès quemlibet peruenisſe, ſcias, quòd contrarium fuit iudicatum per Senat. Pedemont. teſte *Theſaur. dec.* 222. *n.* 14. *verſ. & idem*, vbi teſtatur, Senatum iudicaſſe, per huiuſmodi confeſſionem mulierem in nihilo teneri, idem voluit *Ann. ſingul.* 190. *Menoch. præſumpt.* 22. *lib.* 3. latiùs *Roderic.* omninò

ninò videndus pro explicatione omnium casuum, in quibus mulier interuenit in *tract. de am. reddit. lib. 2. q. 5.* dicens *num. 24.* quòd si mulier nullum ferat commodum, nisi limitatim ad partem, quæ ad eam peruenit, locus sit Vellemano, pro reliqua parte, quæ nullam affert vtilitatem mulieri, si verò mulieris interfuit etiam reliquam partem correi solui, tũc cessat Velleianum, idem si dolosè affirmauerit creditori ignoranti totum ad se pertinere, vel se sotram esse, vel sui in totum interesse *ibid. nu. 27.* idem si vir, & vxor simul cum Titio, qui fideiubebat insolidum vendiderũt annuum reditum, mortuo viro nõ iuuabitur Velleiano contrà Titium agẽtem pro indemnitate, quæ promissa fuit à viro, & vxore, secùs si vir, & vxor è contrà fideiussissent pro Titio, & tunc sine creditor tribus illis simul, vel singulis illis simul, vel singulis æqualitèr pecuniam numerauit, sine soh Titio totum numerauit, quia non gauderet beneficio Velleiani. Adde *D. Merlin. controu. foren. c. 55.* vbi dicit, constitutionẽ census absq; certi corporis suppositione specialitèr suis finibus designati non te-
11 nere. Præ cæteris tamen illud non excidat ab vngue, quòd quæuis renunciatio facta à muliere etiam cum iuramento, & decreto Iudicis nunquàm operabitur, talitèr, quòd ipsa remanerat indotata, inspectò tempore restitutionis dotium, non autem renũciationis, vt post *Affict. dec. 113. & Prat. de Franch. dec. 477. nu. 14. & 15.* fundat *Gratian. discept. 723. nu. 15.* cum *seqq. & discept. 952.* omninò *Manson. de caus. exeq. limit. 10.*

De Sententia foriudicationis, seù proscriptionis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Foriudicationis per sententiam quæ pœna sint constitutæ in Regno, remissiuè.*

2 *Foriudicationis sententia proferri nequit, nisi post annum citetur inquisitus ad foriudicandum, & hic annus currit à die forbanni, vel annotationis facta, num. 4.*

3 *Foriudicandi citatio qualitèr fieri debet, & si in citatione exprimatur qualitas, quæ non sit vera, an propterea sit nulla.*

5 *Bona annotata poterit Fiscus post annum capere propria authoritate, non reperto cõtradictore, qui alioquin esset audiendus.*

6 *Annus ad foriudicandum in aliquibus criminibus exceptuatis non expectatur, & quæ sint illa crimina.*

7 *Foriudicationis sententia lata, etiam si postea ex veris probationibus foriudicatus innocens apparebit, aduersus sententiam non auditur, quod procedit, etiam si exceptiones opponat, quæ si antè foriudicationem essent oppositæ, ille condemnari non potuisset, num. 8* secùs tamen erit, *si antè sententiam latam, & lectam compareat Principalis, quia tunc potest opponere omnes exceptiones, & quascunque defensiones facere, etiam si sit latum decretum, quòd foriudicetur, vt n. 33.*

9 *Foriudicatus aduersus sententiam auditur si esset foriudicatus pro homicidio certi hominis, qui sit viuus, & non est verum delictum in genere.*

10 *Foriudicatus in crimine, pro quo non venit imponẽda pœna mortis, an post sententiam audiatur.*

11 *Foriudicationis sententia impediri an possit per agnatos opponentes exceptionem clericatus.*

12 *Foriudicatus si post foriudicationem fuerit effectus clericus, vel alio modo Religionem ingressus, an adhùc poterit impunè occidi.*

13 *Annotatio bonorum delinquentium de iure antè sententiam condemnatoriam fieri non poterat.*

14 *Annotatio bonorum quomodò, & sub qua forma sit facienda, remissiuè.*

15 *Bona à delinquente alienata, sine antè, sine post commissum delictum, an Fiscus possit reuocare tanquàm in fraudem alienata, remissiuè.*

16 *Confiscatio non futura, sed præsentia tantùm bona comprehendit.*

17 *Publicatis bonis propter delictum an includãtur feudalia, & si includantur, cui applicentur, Fisco, seù Domino iurisdictionis, vel potius directo Domino feudi, & latè distinguitur, n. 18. 19. & 21.*

20 *Filius habens castrense peculium si deportatur, eius peculium non Fisco, sed Patri acquiritur, & quarè.*

22 *Publicatio in illis casibus, in quibus comprehendit bona feudalia, non procedit in successionibus Regnorum.*

23 *Publicationis bonorum pœna licèt à iure sit imposita foriudicatis, tamen necessariò est in sententia exprimenda, aliàs non includeretur.*

24 *Foriudicatus à Principe restitutus an recuperet bona deuoluta ad Baronem.*

25 *Foriudicatus si prætendat declarari fuisse nullam sẽtentiam suæ foriudicationis; an Baro pro suo interesse poterit admitti ad ei oppugnandum.*

26 *Foriudicati habẽtis bona in diuersis territoriis diuersorum Dominorum creditoribus existentibus, distributio æris alieni inter hos Dominos confiscantes vti erit faciendo.*

27 *Minor an possit foriudicari.*

28 *Foriudicatus si sit sub potestate patris, quid seruãdum erit circà publicationem bonorum, & quid si restituatur à Principe.*

29 *Foriudicati circà successionem in bonis quid, & quæ dicta sunt de foriudicato intelliguntur, siue sit foriudicatus per sententiam Regiam, siue Baronalem, si Baro habet merum imperium.*

30 *Foriudicationis sententia si lata fuerit per Curiam Regiam, bona burgensatica, qua foriudicatus habet in Terra Baronis, cui applicẽtur, Baroni, vel Fisco Regio.*

31 *Foriudicato foriudicationis sentẽtiam absq; Partis remissione firmo remanente processu quòad ipsum delictum Princeps remittere an possit.*

32 *Nullitas foriudicationis si appareat ex eisdem actis, poterit opponi à cõsanguineis etiam post sentẽtiam.*

34 *Consanguineus, vel amicus inquisiti, siue sit de citatis, siue non citatis in citatione ad foriudicandum antè sententiam latam, & lectam formulationis potest comparere, & appellare à decreto, quòd foriudicetur, qua pendente non potest ferri sententia, & qua differẽtia sit, quãdò cõparet ipse Principalis foriudicatus, vel Aquati, n. 45.*

36 *Foriudicatio & si ex dispositione capit. Regni Sueæ quis, possit procedere ex omni delicto, pro quo ueniret imponenda pœna mortis naturalis, abscissionis membri, vel perpetui carceris, tamen præfata dispositio non seruatur, nisi quandò iuxta in delicto, cuius pœna est mortis naturalis tantùm, et ex informatione cõstarent tot probationes ex quibus resultarẽt indicia ad torturam, reiecta opinione Alb. in Consil. Pœnam eorum, num. 20.*

37 *Inquisitus si post latam sententiam foriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali sedente compareat, auditur.*

38 *Agnatus si post lectam, et publicatam sententiam foriudicationis adhùc Iudice pro Tribunali sedente com-*

compareat, & præsentet supplicationem cum decretatione, si non fuit publicata sententia, verbũ facias, *an talis supplicatio sit admittenda, & suspendatur sententia foriudicationis, quantùmuis publicata, latè disceptatur in facti contingentia, & num. 46. 47. 48. 50. & 53. & num. 51. ponitur optima cautela.*

39 *Præconis vox an requiratur in actu probationis sententiæ foriudicationis.*

40 *Cessante ratione legis, cessat illius dispositio.*

41 Textus in l. Diuus Antoninus, ff. de in integrum restitutione, *habet locum etiam post incusatam contumaciam ad vocem Præconis, non solùm si Principalis compareat, Curia pro Tribunali sedẽte, sed etiam si statim post rectam Curiam & Iudex discessit à Tribunali tam attento iure communi, quàm iure Regni.*

42 Textus in l. Diuus Antoninus *procedit respectu euocationis in foro tantùm, quæ fit per Tubicinam Curiæ pro Tribunali sedente, non autem respectu actus citationis, per quam quis vocatur in iudicium.*

43 Text. in l. Diuus Antoninus, *non dat remedium appellationis, sed restitutionis in integrum, num. 49. & qui petit dictam restitutionem, duo probare debet, se lasum, & se comparuisse, Iudice pro Tribunali sedente, & n. 52.*

44 Textus in l. Diuus Antoninus *procedit, quandò sententia est lata in vltima die termini dati ad comparendum.*

45 *Contumax in probatione sententiæ de benignitate est expectandus vsq; ad illum punctum, quo sententia fertur, cùm postea via sit præclusa, quia Iudex non arctatur in expectatione.*

46 *Restitutio ad appellandum de qua in* l. Diuus Antoninus, ff. de in integr. restitut. *debet peti infrà decem dies.*

47 *Restitutio, de qua in* d. l. Diuus *competit foriudicato, qui propter iustum impedimentum non potuit comparere infrà annum, non obstante, quòd sit lata sententia foriudicationis.*

1 PER sententiam foriudicationis quæ pœnæ irrogentur in Regno, vide *Constitutionem Grandis vtilitas, & Const. Pœnam eorum, Const. Foriudicatorum, & Const. Si quando aliquem*, scias tamen, quòd non potest deue-
2 niri ad sententiam foriudicationis, nisi post anni circulum citetur inquisitus ad foriudicãdum, quod licèt per priùs fuisset arbitrarium Iudici, ex deductis per *glos.* in *Const. Pœnam eorum*, in *verf. foriudicari debebit, circà finem, verf. non quòd necesse*, tamen hodiè est necessarium ex communi stylo forensi in hoc Regno, per quem nullus vnquàm foriudicatur, nisi priùs citetur ad foriudicandum, teste *Andr.* in *d. Const. Pœnam eorum*, circà *princ. verf. nunquid autem, & Præs. de Franch. dec. 515. num. 4. & 5.* & si in citatione exprimatur qualitas aggrauans delictum, quæ non sit vera, non propterea erit nulla citatio,
3 *Gizzar. dec. 16.* & vltrà citationem ipsius foriudicandi, quæ necessariò est facienda in ea domo, in qua habitat familia ipsius foriudicandi, vt ex *Præs. de Frãch. dec. 514. Guid. Pap dec. 445.* requiritur etiã citatio consanguineorum, & affinium, qui omnes debent specialitèr, & singuli citari, nec sufficeret generalis citatio facta per edictum, vel proclama, vt
4 per eũdẽ *Præs. de Franch. dec. 516.* & hic annus currit à die forbanni & annotationis factæ, vt in *Const. Grandis vtilitas, verf. quæ anni circulo*, vcũ etiã nulla facta annotatione annus curtit à die forbãni, vt probatur in *d. Const. Pœnã eorũ, in princ.* ibi, *à die bãni editi*, & expressè determinauit *Præs. de Frãch. dec. 515.*

5 Bona verò annotata potest Fiscus post annum capere propria authoritate, non repetto contradictore, alias contradictor est audiendus, iuxtà *text. in l. defensionis*, & *ibi* notata per *glos. C. de iur. fisc. lib. 10.* pro cuius *text.* intellectu est videndus *Pinell. in l. 1. p. 2. n. 24. C. de bon. matern. Peregr. de priuil. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 196.* & ad idem est optima *glo. in l fi. in verb. copia, C. de bon. vacant. lib. 10.*

6 Verùm hic anni circulus ad foriudicandum in aliquibus criminibus exceptuatis nõ expectatur, & hæc sunt crimen osculi violenti, in quo expectatur trimestre tempus tantùm, vt in *pragmatica vnica, suprà de osculantibus mulieres*, & crimen prouocantis ad duellum, in quo expectatur tantùm terminus trium dierum, immò ipso iure elapsis tribus diebus post citationem etiam domi factam, prouocans ad duellum est foriudicatus, vt in *pragm. vnica, suprà de duello*, item crimen recepti, in quo irati, & nõ comparentes post quatuor dies reputantur vt veri foriudicati per sententiam, vt in *pragmat. 10. §. 1. suprà de exulibus*, & alia crimina arbitrio Proregis, vt
A docet *Andr. in d. Constit. Pœnam eorum, verf. vtrum autem Rex*, & in omnibus delictis arduis indistinctè seruatur abbreuiatio anni, teste *Præsid. de Franch. dec. 213.* & tunc sufficit, quòd sententia feratur post lapsum termini abbreuiati, *Regens Tapia dec. S. C. 53.*

7 Lata verò sententia foriudicationis, etiam si postea ex veris probationibus foriudicatus apparebit innocens, non propterea audietur aduersùs sententiam, ità censuit *Aret. cons. 146.* quem sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 95. nu. 9.* & idem est dicen-
8 dum, si post sententiam opponat tales exceptiones, quæ si antè foriudicationem fuissent oppositæ, non potuisset condemnari, vt per *Bertaz. cons. crim. 119. volum. 1. n. 1.* Quibus contradicere videtur *Luc. de Pen. in l. 6. C. de cohortal. lib. 12. Alexan.* post *Arg. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 23. verf. & subdit, ff. de verb. oblig. Dec. cons. 458. n. 11. & seq. Præs. de Franch. dec. 674.* item nisi quis esset foriudicatus pro homi-
9 cidio certi hominis, qui existat viuus, & sic in casu, quo non est verum delictum in genere, ità constat ex *Ioseph. de Sese de inhib. c. 5. §. 2. num. 21. & seqq.* &
10 vbi esset foriudicatus pro crimine, pro quo non veniret imponenda pœna mortis naturalis, vt per *Cãpag. in c. Siuè quis, nu. 25.* Alios plures casus refert *Cartar. de exeq. sent. capt. ban. cap. 4. & fin. num. 41.* cum *seqq.* veluti, si constaret de innocentia, quia qui mortuus dicebatur reperitur viuus, vel domus, quę dicebatur combusta apparet illæsa, vel quia apparet impossibilis res, quia eunuchus reperitur inquisitus de stupro, & signanter *num. 58.* vbi agit, quòd sunt discutienda etiã indicia. Aduerto tamen, quòd licèt per huiusmodi sententiam foriudicatus sit ad mortem condemnatus, non tamen efficietur seruus pœnæ, dùm absens extrà carceres est condemnatus, ità constat ex *Caldas de iur. emph. lib. 2. quæst. 5. nu. 21.* cum *seqq.* sed contrà *Aquilin. in §. & quid si tantum, verf. quid enim si aquæ, & ignis, num. 63. et 64. in l. gallus. ff. de liber. & posth.* videas eundem *Caldas nu. 45.* cum *seqq.* nàm valdè conferunt ad materiam
11 nostræ *Constitutionis*, Sed ad impediendam sententiam foriudicationis an possit per agnatos opponi exceptio clericatus, vide *Præsid. de Franch. dec. 329.* Vbi ait, quòd sic, & in *fine* refert Praxim, quòd scripturæ clericatus ponantur extrà prõcessum, &

supersedetur in foriudicatione, & licèt casus facti contingentis illius *decisionis* fuisset in clericatu vltimi beneficio probato in promptu per scripturas, tamè idem esse obseruandum in simplici clericatu, etiam primæ tonsuræ, exhibita Bulla clericatus, & fide seruitij, pluries iudicauimus, tàm in Sacr. Cons. quà in lancea iurisdictionis Regiæ, audito Regio Fisco sub die 25. Septemb. 1617. ponderata etiam Practica allegata per eundem *Præs. de Franch. dec.* 688. propè *finem, vers. Immò allegato*, vbi ait, attendi solùm validitatem Bullarum, nulla requisita fide seruitij. Quæ practica est apprimè necessaria ad cuitandum inconueniens irreparabile, nàm si procederetur ad sententiam foriudicationis contrà clericum, posset postea impunè offendi, & occidi ab eo, qui nesciret, illum esse clericum, vt probat *Bal.* in *l. 2. nu. 11. vers. Modò iuxtà hoc quæro. ff. si quis in ius voc. nō ierit, Zas.* in *rub.* eiusdem *tit. n. 4* in *fi.* Sed si clericatus fuerit susceptus post foriudicationem, seù alio modo Religionem fuerit ingressus foriudicatus, an adhùc poterit impunè occidi? disputat *Canalc. dec. Finiz. 114. p. 5.* & decidit, quod non.

12

13 Et quia inter cæteras pœnas foriudicati est publicatio bonorum, vt in *Const. Grandis vtilitas*, nè Fiscus respectu horum bonorum publicandorum fraudaretur, per eandem *Constitut.* fuit introducta, seù potiùs confirmata antiqua obseruantia annotandi bona delinquentium, quæ annotatio aliàs de iure fieri non potuisset antè sententiam condemnatoriam, prout declarat *Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. n. 196.* quomodò autem, & sub qua forma sit faci-

14 enda hęc annotatio, vide *tex.* in *l. si quis intrà Prouinciam, C. de bon. proscript.*

15 Quòd si hæc bona reperiantur ab ipso delinquente alienata, siuè antè, siuè post commissum delictum, an poterit Fiscus illa reuocare tanquàm in fraudem alienata? de iure communi est *text.* in *l post contractum. ff. de don.* ad cuius materiam est videndus *Iul. Clar. pract. crim. quæst. 78. vers. solet etiam* cum *seq. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 146.* cum pluribus *seqq. & dec. 50. Bertaz. cons. crim. 295. 446. 457. 477. & 497. vol.* sed in terminis *Const. Regni* est dicendum, quòd non, per tradita à *Menoch. præsumpt. 124. n. 58.* vsq; ad *n. 66. lib. 3.*

16 Verùm in hac confiscatione non venient bona futura, sed præsentia tàtùm, vt per *Bertaz. cons. crim. 510. volum. 2.* & est *text.* in *l. si mandauero, §. is cuius bona, ff. mand.* vbi *glos.* declarat, *Cremens. singul. 148. Arnon. problem. 14.*

17 Sed an publicatis bonis propter delictum includantur bona feudalia, & si includantur, an applicētur Fisco, seù Domino iurisdictionis, vel potiùs directo Domino feudi? de hac quæstione pluribus agunt *Aufrer.* ad *Capell. Tholos. quæst. 395. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 106.* cum *seqq. Bertaz. cons. 368. 369. & 514. volum. 2.* post *Præpositum* in *cap. 1. §. fin. num. 3. vers. quæstio bona, Episcopum*, vel *Abbatem, in vsibus feudor.* Ego autem ex mente omnium *Doctorum* sic distinguo, aut publicatio prouenit ex delicto immediatè, vtputà, quia pœna ipsius delicti sit publicatio bonorū, aut mediatè, vtputà, quia pœna publicationis imponatur propter contumaciam causa delicti. Primo casu subdistingue, nàm aut delictum continet in se culpam, propter quam perditur feudum, vt toto *tit. ex quibus caus. feud. amitt.* cum simil. & tunc iterùm subdistingue, si enim culpa est directè contrà Regem, vt in crimine læsæ Maiestatis in primo capite, & feudum est quaternatum, deuoluitur ad Regem, etiam si sit quaternatum, secundum quid, quia tenetur à Comite, vel Baro-

18 *Andr.* in *cap. 1. num. 16. vers. ex his videmus, quæ sit prima causa benef. amitt.* si verò est planum, & de tabula, ad Dominum directum, vt per *glos.* in *vers. concessionem*, in *Const. Post mortem*, vbi *Afflict. nu. 1.* & in solenni *dec. 282. 1. dub. nu. 22.* quem sequitur *Vrsill. ibi num. 15.* idem *Afflict.* in *cap. 1. § si quis hominem 10. not nu. 8. de pac. ten.* & in *cap. 1. § fin. num. 21.* vsq; ad *fin per quos fiat inuest.* post *Ysern.* in *cap. 1. § si verò violator, nu. 4. de pac. tenen. & eius violat.* & in *cap. Domino committente felonian*, propè *fin.* ibi, *tunc si vasallus erit proditor Regis, feudum reddit ad Dominum, si de feud. defunct. contr. fuer.* & in *cap. 1. num. 7.* in *princ. si vasall. feud. priuet.* & in *cap. 1. num. 2. qualit. Domin propr. priuet.* licèt contrarium pro absoluto tradiderit *Renat. Choppin. de Domanio Franc. lib. 1. tit. 7.* in *princ.* & iterùm *num. 17.* sed præcedèrem opinionem pro indubitata habet *Reg. Lanar. cons. 45. num. 5.* Si autem culpa non est directò contrà Regem, tunc aut feudum est quaternarum, & illud aplicatur Fisco, siuè Domino iurisdictionis, detinendum, donec viuit feudatarius, iuxtà terminos *l. Statius Florus, §. Cornelio fœlici, ff. de iur. fisc.* aut est planum, & de tabula, & deuoluetur ei, à quo tenet, & sic Domino directo, ità *Frecc. lib. 2. subfeud. auth. 29.* & clariùs *lib. 3. subfeud. de differ. inter feud. quatern. & de tabul. differ. 20. num. 26.* quæ omnia intelligas in feudo nouo, vel in antiquo, non extantibus agnatis ad illud vocatis, iuxtà distinctionem traditam per *Iul. Clar.* in *§. feudum, q. 66.*

19 Aut verò delictum in se non continet culpam, propter quam amittatur feudum, sed est delictum commune, & tunc nullo modo includuntur feudalia, per notata per *Doctor.* in *l. si finita, §. si de vestigalibus. ff. de damn. infect.* & est communis opinio, teste *Arimin. nf.* ad *Aug. de malefic. vers. & eius bona publicantur*, in *fi.* & *Boer. dec. 271. n. 78.* sed si hoc casu feudum debeat remanere penès ipsum feudatarium, *Doctor.* sunt varij, nàm *Salyc.* in *l. 2. C. de libert. & eor. liber.* voluit, quòd etiam hoc casu reuertatur ad Dominum directum, nisi feudum procederet à genere, quia tunc succederet filius, *Imol.* verò in *c. si. num. 23. vers. sed certè malè, de feud.* tenet, quòd semper deuoluatur ad agnatos, exclusis Domino, & filio, per iura *ibi* per ipsum adducta, at *Alexan.* in *d. §. si de vectigalibus, num. 26.* distinguebat, quòd si propter sententiam, quæ fertur contrà vasallum pro huiusmodi delicto, non posset inseruire Domino, vt quia sit positus in banno territorij, vbi est feudum, & transibit ad agnatos, si est paternum, si verò est nouum, reuertetur ad Dominum, sed si non impedietur seruire, remanebit penès ipsum feudatarium, ex mente *Imol.* in *d. §. si de vectigalibus*, sed *Capyc.* in *inuest. c. feuda amittuntur, vers. 62.* ex mente *Aluarot.* simpliciter distinguit, quòd si feudum est nouum, deuoluetur ad Dominum, exclusis omnibus, si verò est paternum, deuoluetur ad agnatos, exclusis Domino, & descendentibus.

20 Secundo verò casu similitèr distingue, nàm aut propter contumaciam est deuentum ad forbannum tantùm, nulla sequuta sententia foriudicationis, & hoc casu feudum transit ad Fiscum, seù Dominum iurisdictionis, detinendum, donec viuat bannitus, vel eo durante in contumacia, secundùm *Andr.* in *cap. 1. hic finit. lex*, à *numer. 3.* vsq; ad *nu. 4.* iunctis his quæ scripsit in *cap. 1. de mil. vas. qui cont. num. 11. vers. quod de bannito*, quem sic intelligit *Frecc.* in prædicta *authorit. 29. num.* mihi 2. *vers. dubitauit Andr.*, ibi, *sed quandò propter delictum*, licet enim non subsequa-

sequatur sententia foriudicationis,si quis per annũ steterit in banno,post annum eius bona confiscantur,secundùm *Andr.d.vers.quod de bannito*, *Regens Lanar.cons.*45. & est *text.* expressus in Regno in *c. Sine quis*,sub *tit.de foriudicatione*, cum quo concordat de iure communi *text.*in *l.*2.C.*de requir.reis,& glòs.fin.* in *l.fin.C.eod.& pragm.*30.*§.item,che il Percettore,supra de offic.Magistr. Iustit.* Aut verò deuẽtum est iam ad foriudicationem ipsam,& tunc quia foriudicatus per sententiam condemnatur ad mortem naturalem,ità vt vbicunquè,& per quemcunquè inueniatur, impunè occidi possit, & sic efficitur seruus pœnæ, si quærimus de iure communi, feudum statim deuoluitur ad Dominum directum, non extantibus liberis, per rationes adductas per *Boer.decis.*178.per *tot.*& præsertim *nu.*12. pro quo satis optimè facit *tex.*in *l.*3.C.*de bon.proscript.* vbi
20 si filius habens peculium castrense deportatur,eius peculium non Fisco,sed patri acquiritur. Ratio est, quia per deportationem filius censetur mortuus,& sic castrense peculium sumpsit naturam profectitij, quia illud patet occupat iure peculij, cùm filius moritur intestatus, ità subtilitèr ponderauit eum *tex.*in simili quæstione *Iacob.de Aren.*in *l. si quis in tantam.nu.*5.*C.vndè vi*,quem *Cyn.*sequitur *ibidem*, *num.*7.& huiusmet opinionis fuit *Alex.* in *d.§.si de vectigalibus,num.*26. & quòd idem sit, si vasallus monatur naturalitèr,vel ciuilitèr, voluit expressè in proprijs terminis *Andr.*in *d.cap.*1.*§.si verò,nu.*4. *vers.idem videtur, quandò ciuiliter, de pac. ten. & eius violat.* Addo nunc *Paul.Staib.cons.*61.

Nec his contradicunt dicta ab eodem *Andr.ibidem num.*5.in *fin.& num.*6. vbi videtur approbare, quòd viuo delinquente,cuius bona sunt publicata, sint eius,qui publicauit, etiam si sint feuda, nàm *Andr.*non firmat hanc opinionem, & quatenus illã firmaret, loquitur *ibi Andr.* quando delictum est tale, quòd delinquens non habeatur pro mortuo ex pœna,quæ venit imponenda, vt expressè ipse se declarat,ibi, *si non fit etiam mortuus ex pœna*, ergò quando habetur pro mortuo, & sic est mortuus ciuilitèr,non discedit à sua prima opinione, & quòd verè *Andr.*hanc opinionem semper habuerit,illud idem repetit in eodem *§.si verò violator*,in *vers.hereditatem*,in *princ.*& ità etiam intelligitur *Andr.*in *cap.*1.*num.*3.in *fin.hic finit lex*, vbi loquitur in bannito,& non in foriudicato,vt *ipsemet ibi vers. non posset loqui*,dicit,quòd ille *text.* non procedit in bãnitis huius Regni,qui non perdunt bona, nisi post annum,& tunc foriudicantur, si verò quæritur de iure Regni,est seruanda dispositio *Const.Si quandò*, quæ procedit generalitèr, tàm in feudis quaternatis,quàm in planis,secundùm *Camer.*in *l. Imperialem,tit.*68.*col.*3.*lit.P.*

21 Et in omnibus illis casibus,in quibus suprà dixi, feuda quaternata deuolui ad Regem, intelligas, vt si sint feuda quaternata simpliciter, illa deuoluantur ad Regem in totum, si verò sint quaternata secundùm quid,illa deuoluantur Regi ratione solius collationis tantùm, non vt omninò Regi aperiantur, ità declarat idem *Camer.vbi suprà,tit.*70.*col.*2.*lit.K.*quicquid dicat *Ann.*in *cap.*1.*num.*103.*cum. seqq. de vasall. decrep. etat.* idem expressè voluit *Andr.*in *cap.*1.*num.*8.in *fin. de his, qui feud. dar. poss.* vbi *Liparul.*in *verb.post mortem*, iterùm *Andr.* in *cap. Iancinus,num.*12.in *fin.vers.die,quòd sicut quaternatum,quo temp.mil.*& in *cap.*1.*num.*7. *vers.Iustitiarij Prouincię, de controu. feud. apud Pares termin.*& clarius *ibidem num.*10.propè *fin.vers. Item*

in Terra Baronis,& *in cap.si verò violator pacis,n.*4. *de pac.tenen.& eius violat.*& in *cap.*1.*num.*12.in *fin. de capit.Corrad.*& in *l.Imperialem*, in *princ. num.*10. & in *§.illud quoq;præcipimus*, *num.*61. *de prob. feud. alien.per Feuer.*seu ad positio *Const.Post mortem*,super qua est fundata hæc conclusio fuit correcta per *c.Papæ Honory*,quod est in viridi obseruantia,licèt *Andr.ibi*,in *princ.*neget,vt latè demonstrat *Reg.de Pons.de potest.Proreg.tit.de assensibus* Reg.§.1.*n.*15.

22 In illis tamen casibus,in quibus suprà dixi, bona feudalia publicari est tradenda limitatio, vt huiusmodi publicatio non procedat in successionibus Regnorum,secundùm *Conrad.*in *templ. iudic. lib.*1. *cap.*2.*§.*1.*q.*2.*num.*1.in *fin.*

23 Sed licet hæc pœna publicationis bonorum sit à iure imposita foriudicatis per *Const.Foriudicatorum bona*, tamen est necessariò exprimenda in sententia foriudicationis,alias non includeretur,secundùm *Peregr.de iur.fisc.lib.*5.*tit.*1.*n.*23.

24 An autem per restitutionem Principis foriudicatus recuperet bona deuoluta ad Baronem, distingue vt per *Choppin.de Doman.Franc.lib.*1.*tit* 8.*n.*13. vt si procedat ex gratia gratuita, bona non comprehendantur,si cum causæ cognitione,& pro publica pace,etiam veniant bona in tertium trãslata, *Mantua* inter *Consil.Port.Imol.cons.*149. *num.*8. *D. de Franch. decision.*213. *num.*52. vbi tradit vnum
25 perpetuò menti tenendum in hoc Regno, quòd si foriudicatus prætendat,declarari facere nullam sententiam suæ foriudicationis,Baro pro suo interesse non potest admitti ad ei oppugnandum.

26 Quid autem,si foriudicatus habeat bona in diuersis territorijs diuersorum Dominorum, quo casu bona vnius territorij applicantur Domino illius territorij,& sic quilibet Dominus capiet bona, quæ sunt in sua iurisdictione, si modò adsint creditores huius foriudicati,distributio æris alieni inter hos Dominos confiscantes an erit facienda pro rata bonorum,vel omnes tenebuntur insolidum? secundũ eundem *Choppin.ibidem nu.*19. procùldubio tenebuntur pro rata bonorum.

27 Sed an minor possit foriudicari, negat *Bertaz. cons.crim.*380.*vol.*2.*Follet.pract.crim.*in *verb.foriudicentur,num.*7.*Cartar.de exequut.sent.capt. bannit. c.fin.nu.*224.admittunt,vt pollet ferri sententia, & capto foriudicato habetur ratio ætatis, quæ practi-
28 ca displicet *Mastrill.dec.*161. & si foriudicatus sit sub potestate patris,quid seruandum sit circà publicationẽ bonorum? vide *Const.Ob filiorum culpas*, & si filiusfamilias foriudicatus postea restituatur à Principe,quid erit seruãdũ? vide *Port.Imol.cons.*23. *n.*18.qui dicit,effici capacẽ cuiuscunq;successionis,
29 *Reg.Tap.dec.S.C.*50.circà successionem verò in bonis foriudicati vide *Pres.de Franch.dec.*102.qui statè gratia Neapolitanis concessa dicit,bona peruenire ad filios natos,vel conceptos antè sententiam, vel ad agnatos,& quæcunquè dicta sunt de foriudicato, intelligas, tàm si sit foriudicatus per sententiam Regiam, quàm per sententiam Baronalem, si Baro habet merum Imperium, *Andr.* in *cap.*1.*num.*3.*vers.nunquid,hic finit lex*, *Afflict.*in
30 *Const.Poenam eorum,num.*15.& sententia foriudicationis si lata fuerit per Curiam Regiam, bona burgensatica,quæ foriudicatus habet in Terra Baronis, applicantur Baroni,in cuius territorio sita sunt,non Fisco Regio propter sententiam Regiam, vide *Peregr de iure fisc.lib.*5.*tit.*1.*num.*139. sed plenius *Natt.cons.*580.in 2. *dub. tom.*2. qui excipit crimen læsæ Maiestatis,& resistentiam præcepti Principis,

&

31 & an Princeps possit foriudicato remittere sentẽtiam foriudicationis absque Partis remissione, firmo remanẽte processu quòad ipsum delictum, *Luc. de Penn. in l. si apparitor, col. 8. vers. sed quid in quæstione vetusta, C. de cohortalib. lib. 11.* arguit ad partes, & concludit, quòd sic existente legitima causa, & ità vt plurimùm practicamus in Collaterali Consilio.

Et dùm superiùs *num. 7. &* 8. dixi, quòd post latam sententiam foriudicationis non auditur formcatus, etiam si appareret de eius innocentia, vel etiam si opponeret aliquas exceptiones, quæ si fuissent oppositæ in tempore, sententia foriudicationis non potuisset proferri. Aduerto, quòd hoc
32 non procedit, quando quis esset nullitèr foriudicatus ex nullitatibus ex eisdem actis apparentibus, quia tunc tàm Principalis, quàm Agnati, & Cognati etiam post latam sententiam possent opponere nullitates aduersus sententiam, vt attestatur decisũ in S.C. *Præs. de Franch. dec. 688.* Verùm enimuero illa *decisio* tanquàm lata contrà iuris regulas, nec tunc fuit admissa, immò instante Fisco fuit supersessum in exequutione, teste eodem *Præsid. ibid. in final. verbis*, nec posteà fuit admissa in aliis casibus, etiam facta relatione in Collaterali Consilio, vbi Ego aliquandò interueni vt Adiunctus, prout nec etiam fuit recepta in Tribunalibus Viceregnis Siciliæ, teste *Mastrill. dec. 161. n. 18. & seq.* Secus est, si
33 antè sententiam, ipsam latam, & lectam ipse Principalis compareret, nàm tunc poterit opponere omnes, & quascunquè suas exceptiones, & facere quaslibet defensiones, etiam si per Iudicem fuisset prolatum decretum, quòd foriudicetur. Immò
34 id licebit non solùm ipsi Principali inquisito, sed etiam cuilibet ex consanguineis, & amicis, siuè sit de citatis, siuè non citatis in citatione ad foriudicandum, qui antè latam sententiam foriudicationis poterit comparere, & appellare à decreto, quòd foriudicetur, & pendente appellatione non potest proferri sententia, & propterea quando agnati appellant à decreto, quòd inquisitus aliquis foriudicetur, porrigendo supplicationem circumspecto Præsidi S.C. forma decretationis hæc est, videlicèt, *si sententia foriudicationis non est publicata ad. C. V.* de supplicatis verbum faciat in S.C. teste *Pres. de*
35 *Franch. dec. 688.* ante *num. 3.* sed alter casus ab altero in hoc differt, nàm in primo casu, quando cõparet ipse Principalis, non opus est vlteriùs prosequi foriudicationem, sed Fiscus prosequitur meritа causæ principalis tantùm, quia cessat contumacia inquisiti, propter quam contumaciam deueniebatur ad foriudicationem, in secundo verò casu, quãdo perstitente inquisito in contumacia comparent agnati, tunc non agitur de meritis causæ principalis, nisi quatènus spectat ad discutiendam qualitatẽ delicti, & qualitatẽ indiciorum, ità vt ex eis possit deueniri ad foriudicationem, nec nè.

36 Quæ quidèm foriudicatio licèt ex dispositione *cap. Regn. Siue quis*, potuisset procedere in omni delicto, cuius pœna est mors naturalis, aut abscissio membri, aut carcer perpetuus, tamen illius *Capituli* dispositio non seruatur, nisi quando agitur de delicto, in quo venit imponenda pœna mortis naturalis tantùm, *Gizzar. dec. 13. Reg. Tap. dec. S.C. 49.* & ex informatione appareant tot indicia, seù probationes, ex quibus resultent indicia ad torturam contrà foriudicandum, reiecta opinione *Affl. fl.* in *d. Const. Panam eorum. num. 10.* vbi voluit, quòd ex sola contumacia circumscriptis probationibus potuisset deueniri ad sententiam foriudicationis, quæ opinio fundatur authoritate *Bal.* in *fin. num. 2. in fin. C. de crim. sacrileg.* vbi ait, quòd nulla lex dicit, quòd sola contumacia sit actus, & idem *Bal. in l. si mulier col. 1. in fin. ff. soluto matrim.* inquit, quòd ex sola cõtumacia nemo debet iudicari,
37 Præterea, quòd supra dictum est, vt saltem post lectam sententiam foriudicationis inquisitus nullo modo audiatur, vltra limitationem traditam *ibidem num. 9 glos. in Const. Panam eorum* innatat, quando post prolatam sententiam termini eius adhùc Iudice sedente pro Tribunali reus comparet, quia tunc audiretur, ita *ibi gl. magna*, in *verbo foriudicari in fin.* per *text.* pulcherrimum in *l. Diuus Antonin. ff. de in integr. restit.* hæc limitatio respectu ipsius Principalis nullam apud me habuit probabilem dubitationem.

38 Quid autem, si non ipse Principalis compareat, sed vnus ex agnatis, aut cognatis superueniat post lectam, & publicatam sententiam, Iudice tamen adhùc pro Tribunali sedente, & præsentet supplicationem cum decretatione in forma superiùs annotata, scilicèt, *si non fuit publicata sententia verbum faciat.* An talis supplicatio erit admittenda, ità vt per eam suspendatur sententia foriudicationis quãtumuis publicata? Hic casus semel accidit de facto in M.C.V. & articulus fuit propositus in S.C. iunctis Consiliarijs duarum Aularum per nostrum eminentissimum Presidem Marcum Antonium de Ponte Marchionem S. Angeli, vt in sequenti die Iouis decideretur solemniter, sed non fuit decisus, quia neque Fiscus, neque Partes insiterũt, sed quia vnus ex Dominis mortuatur, quòd idem *text. in d. l. Diuus ff. de in integr. restit.* poterat huic etiam casui applicari, libuit hic annectere ea, quæ hinc indè cõsiderari poterant pro articuli decisione, qui præclarus est, & de facili contingere potest in dies.

Pro parte igitur Fisci contrà dictum *text. in l. Di-*
39 *uus Antoninus* Primò ponderatur, quòd ratio expressa in eo *text.* quòd scilicèt vox Præconis de facili exaudita non est, non potest huic casui applicari, in quo tempore prolationis sententiæ, & pro actu ipsius sententiæ proferendæ, nulla vox Præconis interuenit, nec requiritur, licèt interueniat in actu incusationis vltimæ contumaciæ, quæ est contracta
40 per plures dies, & menses antè, & sic cessante ratione legis, cessabit quoquè illius dispositio *l. ad gere. §. quamuis ff. de iur. patr.*

41 De actu verò incusationis contumaciæ in vltima Curia, non est dubium, quòd *d. l. Diuus Antoninus* habet locum etiam post incusatam contumaciam ad vocem Præconis, non solùm si ipse Principalis compareat, Curia adhùc pro Tribunali sedente, sed etiam si compareat statim post lectam Curiam, & postquàm Iudex discessit à Tribunali, tam attenta
42 dispositione iuris communis, vt post *Guid. de Suzaria* tradit *Imol. in l. ex consensu. § fin. num. 31.* prope *fin. vers. sed hic occurrit, & num. 32. vers. & pro eo, quod supra dixi ff. de appellat.* quàm etiam attenta dispositione iuris municipalis huius Regni, iuxtà *Rit. M. C. V. 93. in fin. & ibi Carau. 3. not. ab. rit. 204. 206. 215. & 306.*

42 Quòd autèm illa *lex* procedat respectu euocationis in foro tantùm, quæ fit per Præconem, siuè Tubicinã, Curia p Tribunali sedente, non autem respectu actus citationis, per quam quis vocatur in iudicium, optimè explicat *Duaren. lib. 1. disput. annuers. c. 7.* & arridet etiam declarationi *Bart. ibidem* in *d. l. Diuus*, dùm declarando illa verba, *vox Præ-*

conis

cois parùm exaudita est, ait, ideſt circà horam comparitionis, & idem vult *Bal. ibidem in 1. lect. n. 5. in fi.*

Secundò dato, quòd ille *text.* procedat etiam reſpectu actus citationis, quæ fit per Nuntium, aliquè in ius vocando, illa ratio non militabat in facto noſtro, in quo agnati citati iàm comparuerunt antè ſententiam prolatam, & oppoſuerunt omnia, quæ libuit opponere, & ſic non poſſunt opponere, quòd vox Præconis parùm eſt exaudita.

43 Tertiò, per *d. l. Diuus* non datur remedium appellationis, ſed in integrum reſtitutionis tantùm, ſecùndùm *Bald. ibidem in 3. lect. n. 6.* dùm ait, quòd is, qui petit reſtitui aduerſus ſententiam, debet probare, ſcilicèt ſe læſum, & ſe comparuiſſe Iudice pro Tribunali ſedente, ergò ſoli Principali competit illud remedium, de cuius læſione agitur, non autèm agnatis, qui nullum proprium intereſſe, & ſucceſſiuè nullam læſionem valent allegare.

44 Quartò, quia illius *tex.* diſpoſitio procedit, quandò ſententia fuit lata in vltima die termini dati ad comparendum, ſecus ſi poſt illam diem, quia tunc eſt plenè contumax, & dato, quòd eſſet expectãdus
45 de benignitate in prolatione ſententiæ, tamen id eſt vſq; ad illum punctum, quo ſententia fertur, poſteà verò omnis via eſt præcluſa, nàm Iudex non arctatur in expeditione, licèt de benignitate poſſit expectare, ità *Bald.* in eadem *3. lect.* poſt *nu. 8. verſ. item oppono contrà vtrumq;* per *cap. conſuluit, extrà de*
46 *offic. deleg.* Quò fit, vt cùm in hoc caſu ſententia foriudicationis non ſit lata in vltimo die termini, ſed longè poſt, ſiquidèm in vltima die termini appoſiti in citatione ad foriudicandum fuit incuſata contumacia contrà Principalem inquiſitum elapſo peréptorio, & poſteà comparuerunt agnati, & ipſis auditis fuit per plures dies poſtea interpoſitum decretum, quòd foriudicetur, à quo decreto non appellauerunt, neq; curauerũt præſentare ſupplicationem de verbo faciendo, niſi poſt latam ſententiam, ergò non poſſunt conquæri de nimia feſtinantia Iudicis in proferendo ſententiam.

Quintò, & vltimò, quia verba decretationis ſunt clara, ſcilicèt, *ſi non fuit lecta, ſeù publicata ſententia*; ergò cùm iàm reperiatur lecta ſententia, non eſt vllus dubitationi locus.

47 Sed contrà Fiſcum infraſcripta ponderabantur, & Primò, quòd licèt in *dict. l. Diuus* vna tantùm ratio ſit expreſſa, non tamen excluduntur aliæ rationes, inter quas vna eſt illa, nempè, quia quæ incõtinenti fiunt, cenſentur ineſſe, *l. lecta, ff. ſi certum petat.* Item alia, quia ſcilicèt non eſt æquum, quòd quis propter momẽtum temporis perdat ius ſuum, abſq; vllo remedio, vt notatur in *l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.* ità *Bald. in l. aquæ*, poſt *nu. 5.* propè *fin. verſ. idem dicas C. quom. & quand. Iudex.*

48 Secundò, quia licèt ſententia non ſit nimis feſtinanter prolata à Iudice, vt poſſimus dicere, eſſe in caſu conſiderato per *gloſ. in l. ex conſenſu, § fin. in gl. magna, in fin. ff. de appell.* non propterea poteſt conſiderari mora in agnato, qui non præſumitur defuiſſe ex animo, ſed potiùs ex inaduertentia horæ, vel puncti, ità *Bald.* in ead. *l. Diuus Antoninus 1. lect. 1. not. in fin.*

49 Tertiò, quia licèt *text.* loquatur ſolùm de reſtitutione, tamen in ratione ſui habet locum etiam in appellatione, *Bald. ibid. in 3. lect. nu. 5.*

50 Quartò, & vltimò, quia eſtò, quòd detur ſolùm reſtitutio in integrum ex illo *text.* hæc eadem reſtitutio competit agnato, reſpectu cuius etiam læſio conſideratur, nàm dùm vti agnatus fuit admiſſus ad opponendum omnes exceptiones ſeorſum à delicto, habebat ius appellandi a decreto, quòd inquiſitus foriudicetur, iuxtà tradita per *Præſ. de Franch. dec. 329.* quod ius ex modica mora non debet amittere, & in hoc conſiſtit læſio: Ex his redditur articulus valdè dubius pro vtraq; parte.

51 Vt igitur cuitetur omnis difficultas, optima cautela erit, vt cùm ſimilis caſus acciderit, agnatus petat, admitti per reſtitutionem in integrum ad appellandum à decreto, quòd foriudicetur, non obſtãte ſententia foriudicationis prolata nimis feſtinanter, exprimendo in ſupplicatione, quòd comparuit Curia adhùc pro Tribunali ſedẽte, licèt tardiuſculè ob inaduertentiam horæ, & feſtinantiam Iudicũ in regẽdo Curiam, & facta decretatione, quòd Magna Curia verbum faciat in Sacro Conſilio ad finẽ videndi, ſi eſt defectũ petitæ reſtitutioni in integrum, factoquè verbo, ſi ex proceſſu apparet, quòd ſententia foriudicationis eſt iuſta, adeò quòd ſi non eſſet lata, adhùc eſſet taliter proferenda, tunc ceſſat læſio, & ſucceſſiuè non eſt deferendum petitæ reſtitutioni in integrum, ſin autèm apparebit ex proceſſu, non eſſe locum foriudicationi, & per conſequens ſententiam foriudicationis eſſe iniuſtam, quæ ſi firma remaneret, pararet damnum irreparabile, ex tàm modica mora, tunc adeſſet manifeſta læſio, & propter læſionem eſſet deferendum petitæ reſtitutioni ad appellandum à decreto, quòd foriudicetur, non autèm à ſententia foriudicationis, quæ propter reſtitutionem iàm conceſſam remanet ſuſpenſa, cuius reſtitutionis vigore agnatus porrecta noua ſupplicatione cum expreſſione reſtitutionis in integrum petitæ, & obtentæ appellabit principaliter à decreto, quòd foriudicetur, & impetrabit aliã decretationem, quòd Magna Curia verbum faciat in Sacro Conſilio, cuius vigore tempore verbi faciendi, Fiſco, & Partibus auditis, ſi Iudices perſtiterint in eodem voto, quòd non poſſit eſſe locus foriudicationi ex diſcuſſis tempore conceſſæ reſtitutionis, interponetur decretum, quòd ſuperſedeatur in ſententia foriudicationis, ſi verò ex alijs de nouo in facto, aut in iure animaduerſis fuerint in voto contrario, ſcilicèt, eſſe locum foriudicationi, tunc remittenda eſt cauſa ſupplicitèr ad Magnam Curiam, confirmando eius decretum, quòd inquiſitus foriudicetur, & hoc caſu eſt proferenda noua ſententia foriudicationis, quia prima fuit ſoſpenſa, & hæc praxis, ſi rectè perpendantur omnia hinc indè
52 põderata, optimè fulcitur ex rationibus pro vtraq; parte adductis, & preſertim ex doctrina *Bal. in dict. l. Diuus 3. lect. nu. 6.* vbi ait, quòd ille, qui petit reſtitui aduerſus ſententiam, duo debet probare, ſcilicèt ſe læſum, & ſe comparuiſſe Iudice pro Tribunali ſedente, & ceſſante læſione non reſtituitur, quia non debet reſcindi ſententia, ſi iterùm idem eſſet pronunciandum, & ſi ex actis apparet, abſentem damnari debuiſſe, reſciſſa ſententia iterũ eſſet damnandus, ergò reſcindi non debet, ità *Bald.* in cuius theorica conſiſtit ſubſtantia huius Praxis.

53 Et ideò dixi, quòd reſtitutio in integrum eſt petenda ad finem, vt admittatur agnatus ad appellandum à decreto, quòd reus foriudicetur, non autem à ſententia foriudicationis, quia reſtitutio, de qua in *d. l. Diuus Antoninus* non reſtituit litem, nec totam cauſam, ſed parat viam tantùm ad poſſendum appellare, hæc ſunt formalia verba *Bald. ibi in 3. lect.* poſt *nnm. 2. verſ. reſtantio*, & ſequitur *Imol. in l. ex conſenſu, § fin. nu. 34. ff. de appell.* ſed à ſententia foriudicationis non datur appellatio, neq; Principali,

neq;

neq; Agnatis,sed benè datur appellatio à decreto, quòd forıudicetur,ergò ad hanc appellationem debet petere,vt admittatur.

54 Est benè verum,quòd hæc restitutio ad appellãdum,de qua in *d.l. Duus Antonius*,debet peti intrà decem dies,qui dantur ad appellandum, vt tradit *Bart.ibi num.8.*

55 Nec omittam, quòd eadem restitutio competit forıudicato,qui propter iustum impedimentum nó potuit comparere intrà annum,non obstante,quod fit lata sententia forıudicationis,si credimus *Campag.* qui ità concludit in *Cap.Regn.Siue quis,nu.24.* post *Innoc.Bal.Felin.& Alber.Brun.* quos adducit, sed nondum mihi compertum est, si hæc theorica fuit vnquam vsu recepta.

ADDITIO.

A PRæter hos casus, quos recenset Dominus *Regens*, in quibus non expectato anni circulo, iuxtà *Regni Consl.Pœnam eorum*,deueniri potest ad forıudicationem contra inquisitos,& contumaces,pro delictis tamen, pro quibus morte tantũ naturali venirent plectendi, ac existentibus legitimis indicijs ad torturam sufficientibus, prout docet hic *D.Reg.*sub *num.36.* ex *Cons. Gizzar. dec.13.* & dummodò non concurrat aliqua qualitas, & circumstantia, quæ minoraret pœnam ordinariam mortis naturalis,& esset imponenda pœna extraordinaria infrà mortem naturalem, nam hoc casu minimè posset sequi forıudicatio, sicuti probatur ex *dec.*eiusdem *D.Consil.Gizzarelli.*18.sub *nu.1.* in *fine, & num.2.verſ.Secundò dicebat Fiscus*. Præterea, inquam, hos casus a D.*Reg.* relatos,notandi sunt infrascripti alij,in quibus inquisiti in forıudicatione incurrunt antè anni decursum.

Primus est,cùm agitur contrà Nummularios decoctos,non se exhibentes, sed se absentantes per sex dies,nàm citati in domibus, in quibus solebant habitare,si per alios sex dies non comparuerint, & suis creditoribus non satisfecerint, in pœnam mortis naturalis incurrunt,& prædictis sex diebus elapsis proceditur contrà eos ad forıudicationem,nullo alio tempore expectato, & pro forıudicatis publicantur per solita loca,sunt verba *Prag.1. de Nãmular.*& multa de his tradit idem *Gizzarel.dec.80.* quam nos citauimus suprà in *prag.2. verſ. Adde D. Præsid.Anellum.*sub *num.4 de Baron.*

Secundus,quando sumus in casu contrà appensatè emittentes ictum scopi parui,vel longè, vt in *prag.2.& 3. de ictu scopelle*, pro quo est videnda *dec.Consil.Gizzarel.* 25.in qua multa etiam adducit Dominus Iudex,ac Fisci patronus M.C. V. *de Angelis* circà harum *pragmaticarũ* materiam, & nouissimè eam exornat *D.Ioan.Maria Campana M.C.V.* olim criminum Iudex integerrimus, nunc in Aprutio Regij Fisci Aduocatus acerrimus in *resol.select. de forıudic.resol.*præsertim 1.5.27.*&* 28. in quibus multas practicabiles quæstiones,& scitu dignas ad harum *pragmaticarum* tractatum conferentes resoluit,& inter alias tractat. An in terminis huius *Prag.*necessaria sit probatio delicti in genere,, &. quod sit delictum in genere in hoc casu, an scilicèt probatio, quòd in scopio inerat pila plumbea apta ad occidendum. An necesse sit, quòd ictus sit emissus, in quo declarat doctrinam *D.Reg.* in *prag. 1. de ictu scop.num.1.* An sit necesse,quòd appensatè sit ictus emissus,an persona,quæ delictum committere attentauerit,debeat esse facinorosa,vt in *resol.1.* & an in casu harum *pragmaticarum* Iudex procedere possit cum termino ordinario, & ordinario modo,absque abbreuiatione ei permissa, in qua concludit,veriorem esse opinionem,quòd possit ordinariè procedi,nec acta hoc modo facta nullitatis vitio subiacere,vt in *resol.5. num.1.* cum *seq.* Verùmtamen subdit idem *D.Campan.*quòd si Iudex inaudito Fisco processerit absque abbreuiatione, poterit Fiscus,non tamen inquisitus conquarti, & decretum de citando reuocari facere,nisi citatio sit sortita effectum,& reus sit contumax reputatus Fisco audito,vt in d. *resol.5.verſ.plura equidem*,quem vide,quia alia etiam practicabilia adducit, & eam etiam resoluit quæstionem,an Iudex possit minuere pœnam ordinariam,quando delictum non est consummatum,stante tamen statuto puniente affectum non sequuto effectu,vt in *resol.16.num.31.*

Tertius est,cùm tractatur contra incedentes per campaneam,& delinquentes in ea in comitiua delinquentium,& malefactorum, nam forıudicantur anni lapsu non expectato,vt in *prag.1.5.6.9. 10. & 11. de exulibus*. Pro qua materia videndus est *D. Elis.Danza* in M.C.V. solertissimus Regius Pauperum Aduocatus in *tract.de pugna Doct. in tit. de Armat per campaneam*,quo fatè loci multa practicabilia,& à Regio Collaterali Consilio ac Dominis Proregibus demandata congerit, nonnullas etiam tractat quæstiones ad hanc materiam apprimè pertinentes,& necessarias,easque præsertim. Quomodò cõmittatur armatio per campaneam, & quæ requirãtur,vt armatio per Campaneam sit punibilis, vt in *cap.1.& 5.* An armantes per Campaneam remittantur ad Barones,vel eorum cognitio sit priuatiuè ad Curias Baronales,vt in *c.2.*& ponit *D.Campana de forıud.resol.8.& 27.*

Quartus est casus in recaptis contrà recaptantes, vel sequestrantes personam pro recaptu, nam ipso facto in veram contumaciam, & forıudicationem incurrunt,vt in *prag.8. 10. & 12. de exulib.* & per D.*Reg.hic*. Quòd etiam procedit,nedùm in vero recapto sequuto,vel sequestratione personæ pro recaptu,sed etiam in comburentibus fruges, fructus, & similia,vt in *prag.12. & 13 de exulib.*Ac etiam in occidentibus animalia,extorquendi causa pecuniã, ac faciendi recaptum,vt in *prag.14. eod. tit.* quibus etiam domus desolatio,ac possessionum, arborumque incisio indicitur, ac consanguineorum exiractus,seù desgratio,de quo vide per *Danz.in d. tit. de armat per campan cap.6.* Id, quod etiam procedet in nuntijs,& mediatoribus,qui literas,bollectinos,vel nunuaturam attulerint,vt in d. *prag.13. & 14.de exulib.*& ad alios quoscunquè quouis modo in prædictis consentientes,vt in d.*prag.*& per *Danza cap.6.*& per *Campan.resol.8. n.12.*

Ampliari quoq; potest harum *pragmaticarum* dispositio circà recaptum,vt procedat,etiam si quis non per nuncium, vel interpositam personam metum incutiat pro recaptu,seù pecunia habenda,sed ipse personaliter accedat ad metum inferendum,& pecuniam,seù recaptum extorqueat,prout resolvit D.*Campan.*in *d.tract.de forıud.resol.28.num.2.* propter atrocitatem criminis,& ex vi comprehensiua Regiæ *Pragmaticæ*. Quod tamen limitat, quando quis pecuniam præ manibus,& paratam præ oculis delinquentis,& receptantis,seù metum incutientis haberet,quia tunc non recapti,sed furti cum violentia crimen committeret,& si metum patiris metu,

& nunis pecuniam traderet, per tex. *in L.3. verſ. qui armati.ff. de vi,& vi armat.* qui tamen neſcio, an id probet, dùm dicit *Qui armati venerunt, & ſi non armis vſi ſunt ad deijciendum, ſi dejecerint, armata vis facta eſſe videtur, ſufficit enim terror armorum, vt videatur armis dejeciſſe*, & ſic vides, quòd hic non eſt caſus quæſtionis propoſitæ, ſi metum paſſus, & pro recapto requiſitus, pecuniam habens in manibus, illam tradat; ſed decidit tantùm *Vlpian.* in hoc *text.* vt vis armata facta fuerit, & ſi armis aggreſſor vſus non fuerit, ſufficit enim terror armorum potiùs, ergò ſi *text.* iſte poſſet pro hac quæſtione decidenda adduci, probaret, quòd recaptus factus dici poſſet, etſi pecunia requiſita eſſet in manibus metũ paſſi, & præ oculis recaptantis, & delinquẽtis, quia ſufficit terror, & metus, nihilq; curatur de promptitudine pecuniæ, & ideò hoc cogitandum puto, prout cogitandum etiam relinquit idem *Campana* ibidem ſub *nu.3. in fin.*

Quintus caſus eſt, dùm offenditur innoxius pro noxio, vt putà pater, filius, aut conſanguineus quilibet principalis inimici, à quibus nullam offentionẽ offendens receperit, nam hic talitèr delinquens vltrà infamiæ, ac proditionis pœnam per ſolam contumaciam incurrendam, ſi offentio, & delictum ſit tale, vt ex eo procedi poſſet ad foriudicationem contra inquiſitum, poterit procedi ad foriudicationem ipſam infrà triginta dies, non expectato anni curſu, vt in *pragm. vnica, de offen.innox. pro noxio*, eſt ſanè crimen hoc immane, & ideò hac rigoroſitate coercendum cenſuit iuſtiſſimus Prorex.

Quod etiam amplia, vt ex hoc delicto dicatur pax rupta, & ſtipulatio de non offendendo commiſſa, ſi offentio commiſſa fuerit in eas perſonas, pro quibus poſſet is, qui pacem fecerat de ipſa offentione, vti ſuorum iniuriam proſequens, accuſare, ità probat *Luc.de Penna in L.vnica. nu.50. C.public.letitiæ, vel conſul. nunciat.lib.12.* quem ſequitur *Baiard. ad Clar.q.47.§8.*

Et Sextò tandèm declarandus eſt caſus prouocãtis ad duellum, quem enumerat *hic* D.*Regẽs*, vt procedat in ſecunda vice, vt in *pragm.1.de duello*, etiam quòd in prima vice contrauenies fuiſſet punitus, vel gratiam habuiſſet, prout dicit *Campana de foriud.reſol.8.nu.13.in fin.* ex *Io.Ant.de Nigris, & Farinac.* quos allegat.

Ioannes Laganarius.

De Sententia foriudicationis, &c. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius cauſa quis fuerit, remiſſiuè.*

AD euitandum, quæ per diuerſas, &c.

Sententiæ foriudicationum ſeruentur in Arca duabus clauibus incluſa. H.D.

1 Quis dederit cauſam huic edicto reperies apud *Gramm.dec.24.* vbi refert caſum Andreæ de Maxo.

De Seruis manumiſſis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Serui manumiſſi dicuntur libertini ad differentiam ingenuorum.*
2 *Seruorum manumiſſio quot modis fiat, ac quibus liceat manumittere, & n.8.*
3 *Serui manumiſſi dùm ſunt in Regno, ſortiuntur forum ſui manumiſſoris.*
4 *Vaſalli feudatarij quatènus æquiparentur libertinis.*
5 *Seruis manumiſſis Rex non poteſt concedere ingenuitatem, & quare, niſi ex cauſa publica, ſoluto pretio operarum Domino.*
6 *Serui reſtituti natalibus à Principe non poſſunt reuocari in ſeruitutẽ à Dominis propter ingratitudinem.*
7 *Serui præter manumiſſionem efficiuntur liberi ipſo iure duobus caſibus, remiſſiuè.*

1 SErui manumiſſi in iure ciuili appellantur libertini ad differentiam ingenuorum, qui naſcuntur liberi, vt in *rubr.C.de libert.lib.10.* &
2 *Inſtit.eodem titulo libert.* quot autem modis fiat hæc manumiſſio ſeruorum, & quibus non liceat manumittere, declarat *Imperat. Inſtitut. de libert. & quibus ex cauſ.manum.non liceat.*
3 Notabis tamen, quòd in ſerui manumiſſi, dùm ſunt in Regno, ſortiuntur forũ ſui manumiſſoris, iuxtà *l.a.C.de municip. & orig.lib.10.*
4 Vaſalli autem feudatarij, quatènus æquiparentur his libertis, docet *Andrian c.1. in princ. nu.5. quibus mod.feud.amitt.* vbi *in fin.* concludit, quòd habent ſe tanquàm excedentia, & exceſſa. & his ſeruis manu-
5 miſſis non poſſet Rex concedere ingenuitatem inuito patrono, *l. final. ff. de natal. reſtitut.* niſi ex cauſa publica, & tunc ſoluto pretio operarum Domino, *Andr.in cap.1. nu.29 in fin. de Capit.qui eur.*
6 *vend.* Ratio eſt, quia ſerui reſtituti natalibus à Principe non poſſent reuocari in ſeruitutem à Dominis propter ingratitudinem, *gloſ.in §.1. in verb. regenerationis, in auth. vt libert. de vetero aureo non indig.anulo.*
7 Et præter manumiſſionem ſerui efficiuntur liberi ipſo iure duobus caſibus notatis per *gloſ. in auth. Conſtitut. Qua de dignit. in princip. in verb. liberetur, & in §.ſi verò decretum, in fin. in verb. contempſiſſe, in auth. de nuptiis, & in §. ſi verò ab initio*, in eodem *auth.* & alios quamplures colliges ex *l.vnic. C. de latin. libert. tollend.* Quibus addes, ſi ſeruus ſacris ordinibus initiatus per annum non fuerit à Domino reuocatus, *§. ſi ſeruus, in auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* & ſi per triennium Monachalem habitum eum geſtare permiſerit, *§. ſi verò intrà triennium, in auth. de monach.* Item ſi necem Domini vindicauerit, nàm poſt ſententiam liber fit, *l.1. C. quibus ex cauſ. ſerui pro præmio libert. accip.* ſi falſam monetam fabricantem deregerit, *l.2. C. eodem*, ſi virginis raptum denunciauerit, *l.3. C. eodem*, ſi militiæ defertorem prodierit, *l.4. C. eodem*, alios multos conſultò omitto, quia vſu non frequentantur,
8 & fauore libertatis introductum eſt, vt non ſolùm à vero Domino, ſed etiam ab eo, qui tantùm ius pignoris in eo haberet, manumitteretur, vt putà, ſi ab aliquo fuiſſet redemptus ab hoſtibus, ad quod vide *Gabed.deciſ.Luſit.194.par.1.*

De

De Sindicatu Officialium, seù causa dicenda per eos. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 Sindicatus Officialium materia, remissiuè.
2 Acta in sindicatu Officialium gratis fieri debent ab Actuarijs sindicantium.
3 Sindicatus in causis modus procedendi, remissiuè, & eius sententia exequutio non est retardanda.
4 Præsidum Prouinciarum in sindicatu quid sit obseruandum, remissiuè.
5 Sindicatus terminus in Auditoribus Prouinciarum, est dierum quinquaginta.
6 Sindicatores licèt eligantur per Vniuersitatem, tamen respectu Præsidum, & Auditorum Prouincialium est destinandus Commissarius à Prorege.
7 Sindicandi Officiales iurisdictio an possit præscribi, & quomodò, remissiuè.
8 Sindicatus terminus ità est priuilegiatus, vt non dùm currat de momento ad momentum, sed nec etiam feriæ ad honorem Dei in eo seruantur.
9 Testis falsum deponens coràm Sindicatoribus an possit ab illis puniri.
10 Sindicatores nim habeant merum imperium.
11 ... an dicantur Iudices ordinarij, vel delegati.
12 ... vtrùm possint citare testes coràm ipsis, & non cõparentes mulctare, remissiuè.
13 Officialium in sindicatu an debeat interuenire successor, n. 14. 19 & 21.
15 Legum correctio est euitanda.
16 Text. in l. cùm prætor, ff. de iud. vti intelligatur.
17 Confirmatio tria operatur.
18 Successor in officio de iure communi de malè gestis per Prædecessorem potest inquirere, & punire.
20 Statutum, vbi duos habet intellectus, sumitur ille, qui excludit correctionem legis antiquæ.
21 Lex municipalis si dat formam, vt Officialis sindicetur per aliquos benè visos, nullus alius potest se intromittere in sindicatu, præter illos deputatos.
25 Regentis & Iudicum M.C.V. ac Præsidum & Auditorum Prouinciarum in sindicatu quid obseruetur, remissiuè.
24 Officiales an possint inquiri, & contrà eos per inquisitionem procedi etiam non præcedente infamia.
25 Sindicatores si processerunt per inquisitionem generalem, & Officialis fuerit absolutus, non poterit amplius inquiri per Reg. Cur. etiam ex officio.
26 Inquisitio contrà Officiales vtrum facienda per Sindicatores, an verò per Successorem.
27 Inquisitio contrà Officialem per successorem facienda non respicit sindicatum Officialis, vt ex inquisitione puniatur in sindicatu, sed respicit dùmtaxat meritum illius, vel demeritum ad promouendum, vel non ad alia officia.
28 Forma quæ seruari debeat in generali inquisitione contrà sindicandum.
29 Officialis in officio confirmatus non nisi in fine integri officij sindicatur.
30 Officiali sindicando quod tempus dandum sit per Sindicatores, quando officium per duos, vel tres annos exercuit, & n. 31.
32 Cautio præstita de non offendendo durante officio illius Prætoris, si postcà idem Prætor confirmetur, nõ durat, sic etiam cautio de standō sindicatui, ibid.
33 Officia duo duobus dari solita si vni tantummodò Officiali detur vnita, vtrum ille per duplicatum tẽpus teneatur stare sindicatui.
34 Potestas extraordinaria Officiali vltrà ordinariam concessa, vtrum si post annum fit prorogata ordinaria, prorogetur etiam extraordinaria ipsa.
35 Officiales omnes de iure Regni debent esse annales.
36 ... non possunt discedere ab officio vsq; ad aduentum successoris, etiam finito tempore.
37 Vicarius Regis, qui est temporalis, & habet potestatẽ infrendandi, elapso tempore antè aduentum successoris an possit vti illa potestate.
38 Officialis non potest sindicari de sententia iniusta per ipsum lata, si eam non fuit exequutus.
39 Iudices ex communi consuetudine non sindicantur, nisi de dolo, & baraptaria, aliúsue extorsionibus.
40 Officialis aliquid recipiens præsumitur facere baraptariam, etiam si esset aliquis coloratus titulus, putè mutui.
41 Officiales prohibentur aliquid mutuatum, vel commodatum recipere ab illis, qui coràm ipsis litigant, vel ab eorum parentibus, filijs, vxoribus, & coniunctis.
42 Officialis poterit sindicari in fine officij de sententia, vel decreto per ipsum lato, etiã si appellauerit gratiosus, & etiam si appellauerit, & sententia fuerit confirmata, vel appellans renunciauerit appellationi, num. 43.
44 Condemnatus si non appellauit, & sententia fuit confirmata in causa appellationis, non tenetur amplius primus Iudex.
45 Index iniustè iudicans potest ex nouitèr deductis iustificare suam sententiam, & sic non tenebitur in sindicatu.
46 Iudex excusatur in sindicatu, quantùmuis contrà legem iudicauerit, si ità erat consuetudo, vel stylus iudicandi in illa Curia.
47 Sindicandus si fecit aliquem carcerari iniustè, & carceratus postea obtinuerit, vt excarceretur cum cautione de se præsentando totiès, quotiès, &c. per talẽ cautionem ab eo præstitam censetur approbasse suã carcerationem, & pro ea non poterit sindicari.
48 Sententia exequuta in causa sindicatus, vt possit procedi in causa appellationis, quis deputabit Iudicem appellationis, eadem Vniuersitas, vel potiùs Rex.
49 Officialis si exigat plus, quàm sit taxatum in pãdecta pro suis sportulis, ex quibus excusetur.
50 Officiales condemnati in sindicatu licèt non habeant in ære tamen de consuetudine non puniuntur in corpore.
51 Condemnatus in sindicatu non poterit amplius redire ad idem officium, seù aliud in eodem loco.
52 Sindicandus de eo de quo non fuit sindicatus, poterit sindicari, vel conueniri in propria patria.
53 Officiales sindicantur non solùm de gestis per ipsos, sed etiam per eorum Locatenentes, si sunt electi ab ipsis de eorum libera voluntate.
54 Officialis in casu absentiæ potest deputare suum Locũtenentem per dies quindecim tãtùm, alioquin si absentia erit vltrà dies quindecim duratura, tunc cõstituitur Locumtenens à Barone, qui tenetur præstare cautionem de standō sindicatui, n. 56.
55 ... tenetur de culpis, & defectibus Locumtenentis, qui tenetur stare sindicatui eodem tempore cum Capitaneo à quo fuit deputatus,
57 ... in casu, quo teneatur de culpis, & defectibus sui Locumtenentis, an illum exhibendo liberetur.
58 Accusator exponens querelam sindicando de baraptaria, asserens, se illum p. cuniã corrupisse, si ob defectum probationis Officialis negans fuerit absolutus, an possit puniri ex sua confessione, quòd Officialem corruperit.
59 Officialis antè latam sententiam, illam si propalauerit, tenetur pœna falsi, & de iure Regni vltrà pœ-

nas,

nas arbitrarias priuatur officio.

60 *Sindicatores vti se gerere debeant contrà sindicandũ remissiuè.*

61 *Sindicatus est de iure diuino, & non potest à Principe remitti sinè expressa legis derogatione.*

62 *Officialis, si sententia est nulla, an pro ea teneatur in sindicatu.*

63 *Sindicatum qui præstare teneantur.*

64 *Officialis durante sindicatu non potest recedere à loco, in quo administrauit, etiam si fuerit euocatus à Principe.*

65 *Exequutio sententiæ absoluto Sindicando, quo casu quærelantes condemnantur ad expensas, & interesse, an debeat fieri contrà quærelantes pro ratione cuiusq; vel potiùs insolidum.*

66 Text. in l. 1. C. si plur. vna sentent. *quandò non procedat.*
Soluenti solidum quandò non sit facienda cessio contrà consocium.

67 *Sententia condemnationis expensarum est fundata in præsumpta calumnia & num* 69.

68 *Calumnia est delictum de per se.*

70 *Condemnatio expensarum respectu soluentis mera pœna censetur.*

71 *Condemnatus ad expensas non habens in æreduet in corpus, quod non procedit, nisi in pœnis pecuniarijs descendentibus ex delicto.*

72 *Condemnatio expensarum ab alijs pœnis pecuniarijs in quo differat.*

REgiæ dignitati,&c.

Officiales deposito officio stent sindicatui, contrà quos procedatur etiam per inquisitionem. H.D.

1 Ad materiam sindicatus Officialium vide *Bellug. in spec. Princip. tit de grauam. ciuit. rubr.* 35. *§. post militaris, Campagn. in cap. Regn. Item statuimus, quòd tàm Iustitiarij, Caran.* super *rit.* 295. *Bonadill.* latissimè *lib.* 5. per *tot.* nonnulla *Mauson. de cauſ. exequ. ampl.* 18. *num.* 17. *& seqq.* & aduertas, quòd acta, quę
2 fiunt in sindicatu Officialium, debent fieri gratis ab Actuarijs sindicantium, vt affirmat *Amod. de sindicatu, num.* 219. *Aviles in cap.* 11. *Iudic. sindic. in gloſ. derechos*, vbi declarat, quod tu intelligas tàm de actis, quæ fiunt ad instantiam ipsius Officialis, qui sindicatur, quàm ad instantiam quærelantium, prout optimè probat *tex. in l. in sacris*, propè *fin.* ibi, *& quoniàm, C. de proxim. sacr. scrin.* & circà modum
3 procedendi in huiusmodi causis sindicatus vide *Bellug.* vbi suprà, *rub.* 44 *§. quia multitudo, nu.* 3. *verſ. dubitari*, concludentem, quòd procedatur summariè, & feriæ non seruantur, probationes tamen debent esse euidentes. Officiales verò temporales possunt in aliquibus casibus negligentiæ inquiri, & puniri durante officio antè tempus sindicatus, vt docet *Platea in l. Iudices, num.* 3. *C. de am. et trib. lib.* 10. & dũ in fine huius pragmaticæ statuitur, quòd non retardetur exequutio sententiæ proferendæ per Sindicatores, aduertas, quòd hoc priuilegium paratæ exequutionis habebit sententia sindicatorum, siuè proferatur contrà sindicandum, siuè contrà quærelantes ratione correlatiuorum, vt optimè fundat *Bonad. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 105. & quòd hic sindicatus non possit remitti etiam à Principe, voluit *Afflict. in Const. Volumus, num.* 5.

4 Quid autem seruandum sit in Sindicatu Præsidũ Prouinciarum, tradit *tex. in l.* 1. C. *vt omn. Iudic. &*
5 *pragmat.* 3. *suprà de offic. Iustitiar.* quæ loquitur etiam respectu Auditorum Prouincialium, & in eis statuit terminum sindicatus dierum 50. prout erat de iure communi, per *d. l.* 1. C. *vt omn. Iudic.*

6 Et aduertas, quòd licèt Sindicatores secundùm hanc pragmaticam eligantur per Vniuersitates, tamen respectu Præsidum, & Auditorum Prouincialium est destinandus Commissarius a Prorege, vt in eadem *pragm.* 3. *suprà de offic. Iustit.*

7 Iurisdictio sindicandi Officiales posset præscribi, alio non possidente, vt defendit *Auendan. resp.* 30.

8 Terminus verò sindicatus est adeò priuilegiatus, vt nedùm currat de momento ad momentum, sed nec etiam feriæ ad honorem Dei in eo seruantur, nè per eas impediatur curius causæ, ità explicat *Aviles in cap.* 2. *Iudic. sindic. n.* 14.

9 Quid si testis deposuerit falsum coràm Sindicatoribus, an ab eis puniri possit? veritas dependet ab illa quæstione, an scilicèt hi Sindicatores habeãt merum imperium, nec ne, prout in simili de teste deponente falsum coràm Arbitris voluit *Hippol. in l.* 1. *§. præterea. num.* 35. *ff. ad leg. Cornel. de sicarijs*, in
10 qua quæstione licèt *Paris de sind. cap. Iudic. ad sindicatum, num.* 9. voluerit, quòd habeant merum imperium, tñ *Marcell. Bonus* in suis *comment.* ad hanc *pragmaticam, verſ. quæro hic* ex mente *Ioan. Andr.* contrarium affirmauit, sed Ego credo, quòd quàmuis opinio *Marcelli* fortè procedat de iure communi, tamen in Regno per hanc pragmaticam, quæ dat potestatem Sindicatoribus de omnibus quærelis etiam criminalibus, & sic habẽt merum imperium, poterunt Sindicatores in Regno punire testes committentes falsum coràm ipsis. Tu nunc videas *Borrell. conſ.* 78. *num.* 9. cum *seqq.* confirmantem, Iudicem delegatum posse procedere in causa fallitatis coràm eo commissæ.

11 Sed Sindicatores an dicantur Iudices delegati, vel ordinarij? dic, quòd sunt delegati, secundum *Innoc. in c. vt debitus, de appellat. Bart. in l. fin. C. vbi,*
12 *& apud quem*, vtrum autem possint citare testes coràm ipsis, & non comparentes mulctare? *Caranit. rit.* 295. *num.* 26. dicit, seruari, quòd non possint, nisi citare tantùm, at in cõtrarium vide *Borrell. conſ.* 85. stante dispositione Regiæ pragmaticæ.

13 An autem in Sindicatu Officialium debeat interuenire successor? *Afflict. in Constit. Regn. Volumus* ex verbis illius *tex.* notat, quòd sic, at in sindicatu Melchioris Mexiæ Capitanei Ciuitatis Turſi, dùm per Sindicatores fuerat prouisum, quòd non interueniret successor, & propterea Capitaneus appellauit ad Magnam Curiam, licèt per Magnam Curiam sub prætextu grauaminis ex hoc illati fuisset causa auocata ad ipsam Mag. Cur. tamen facto verbo in Sacr. Consi. in Aula D. Vitelli, me patrocinante fuit reuocatum decretum Magn. Cur. & remissa causa ad Sindicatores sub die 1. Iulij 86. Act. M. C. Domitius Apicella. Verùm nupèr ad manus meas peruenerunt quędam Allegationes *Petri Follerij* cum subscriptione primorum Aduocatorum illius tempestatis, qui concludunt, etiam de iure Regni requiri interuentum successoris, & testantur, consuetudinem ità interpretatam fuisse Regias Pragmaticas, & sunt tenoris sequentis.

14 *Patet manifestè ex* Constitutione Volumus, *fuisse ordinatum, Officiales sindicari debere coràm Successoribus, & licèt superueniſſet* Regia Prag. *incip.* Regię dignitati, *quæ voluit, sindicari debere Officiales per Sindicos eligendos per Vniuersitatem, & idem fuisset confirmatum per aliam* pragmat. *nouissimam* Volumus, *non puto esse correctam dispositionem d.* Constit.

pro quo facit Ritus 295. *incip.* Item quòd quilibet Officialis, *vbi mandatur, sindicari Officiales secundùm* Const. Regni, & Capitula, *& sic non dero-*
15 *gat*, Constitutio *enim*, *&* Capitulum *concordat in hoc legum enim correctio est euitanda*, l. præcipimus, in fin. C. de appellat. *&* licèt Niger *dixerit in cap.* Item statuimus, quod tàm Iustitiarij, *quòd interuentus successoris non requiritur per ius pragmaticarum*, argumento l. cùm Prætor, in princ. ff. de iudic. *vbi probatur, quòd vbi aliquibus prohibetur, cæteris permittitur, nihilominùs facilis est responsio, quia ibi expressè præsupponitur, fuisse vni de tribus inhibitum, ergò non mirum, si alijs duobus censeatur permissum, & sic eodem Themate debet præsupponi in casu contrario, vt si vni tantùm concedatur aliquid, alijs censeatur inhibitum, at in casu nostro simpliciter statutum est, sindicari Officiales per* Const. *apud successores, quatenus verò per ius pragmaticarum sit dispositum, fieri debere sindicatum per Sindicatores electos per Vniuersitates, non videtur sublata dispositio* Const. *quia non taxatiuè disponit de Sindicatoribus electis ab Vniuersitatibus, item si rectè perpendatur* pragmatica Regiæ dignitati, *ad quam se refert* pragmatica Volumus, *non videtur, voluisse corrigere dispositionem* Const. & Cap. Regni, *Ibi* infrà terminum à Const. & Capitulis statutum, *item dispo-*
16 *sitio* l. cùm prætor *procedit, quandò pluribus insimul à principio erat concessum, vnde minùs, si postea vni vetat, cæteris duobus videatur permittere, at in casu nostro vni erat permissum solùm, & simpliciter, quod tamen sequens ius alijs permittat, non sequitur, ergò à primo tollere videatur*, argumento l. fin. C. de nouat. *ratio enim illius dispositionis* legis cùm prætor *non procedit in casu nostro, scilicèt si vni permittatur, alijs censeatur inhibitum, quia nō apparet, quòd voluerit ab alijs adimere, sicut apparet in casu proprio suo, vetando vni, quia manifestè videtur alijs concedere, ergò cessante ratione, cessat dispositio, nec militat dicere, quòd si non intelligeremus* pragmaticam Volumus, *quòd aliquid adderet*, pragmatica Regiæ *dignitati esset frustratoria, quia cùm per* pragmaticam Regiæ dignitati *esset statutum, quòd sindicatus fieret coràm Sindicatoribus eligendis per Vniuersitatem, si non intelligeremus* pragmaticam Volumus, *quòd excluderet successores, nihil adderet, & sic esset frustratoria, quia dico, quòd satis constat*, pragmaticam Volumus *noluisse addere, sed tantùm confirmare, ibi* iuxtà formam Regiæ pragmaticæ, *& sic non debemus præsupponere additionem, postquàm constat, noluisse addere, nec parùm operatur confirmatio, post-*
17 *quàm tria operatur, quia maiorem authoritatem tribuit, & supplet, quod est inualidum, & reuocari nō potest sinè licentia confirmantis*, glo. 18. q. 4. can frater.

Item pro prædictis optimè facit, quia quòd ad sindicandum Officialem, prædecessorem debeat interuenire successor, optimè cōgruit dispositioni iuris cōmu-
18 *nis, quæ se habet, quòd successor in officio de malè gestis per prædecessorem potest inquirere, & punire*, l. quamuis ff. de rebus eorum, *ergò istæ* pragmaticæ *debent intelligi, vt reddātur conformes iuri communi, & vt quantò minus fieri poterit ladant ius commune, non enim præsumendum est, obluisse corrigere iura.*

19 *Item facit, quia cùm in sindicatu Officialium potest tractari de interesse tàm Vniuersitatis, & Particularium, quàm etiam Baronis, ut malefacta tantùm puniantur, & iura ipsius non offendantur, conuenit, ut sicut pro Vniuersitate, & Particularibus interueniunt eligendi per Vniuersitatem, paritèr & successor in officio interueniat pro iuribus Baronis, & debito insti-*
tiæ ut cognoscat, quæ sint reuocanda, & quæ confirmanda, & instruatur de his, quæ fieri debent.

Et ita iuris esse arbitror Ego Petrus Follerius.

In eandē sententiam, tū rationibus prædictis, tùm etiā à communi interpretata consuetudine, & tanti temporis, cuius contrarij memoria non extat, concurro Ego Marcus Antonius Fioccarus.

Clarum est, quòd quantùm possumus debemus euitare correctionem legis generalis, & vbi statutum ultimum potest habere duos intellectus, ille sumitur, qui excludit correctionem legis antiquæ, ut sic intrepidè dicamus, pragmaticam Regiæ dignitati, *& si dicat*, per Sindicos in locis, vbi administrauit, *non tamen procedit ulteriùs, & non per alios, quo casu prima leg. dispositio remanet, quæ habetur in* l. 1. C. vt omnes Iudic. *& in* Const. Volumus *quod firmiter, & sine scrupulo teneo ex communi, & antiqua interpretatione totius Regni, ad quam recurrimus in his casibus, regalis uniuersitatis.* Ioannes Baptista Francus.

In eandem opinionem concurro ex iuris dispositione Ego Fabius Marchetius.

In eandem sententiam concurro Ego Petrus Paulus Theodorus, *tùm quia videtur mihi iuri consona, tùm quia secundùm eam vidi plurièς in contradictorio iudicio in Regijs Tribunalibus iudicari.*

Et vltra prædictos de hac eadem obseruantia per decisiones Sacr. Consil. attestatur *Vrsill. ad Affluit. dec. 1. nu. 6.*

21 Verùm Ego adhùc persisto in mea opinione, vt s. nullo modo requiratur interuentus successoris, stante dispositione huius *pragmaticæ*, & alterius *pragmaticæ*, incip. *Volumus etiam*, quæ est *pragmat. 5. supra de Baronibus*, nec obstant motiua adducta in præinsertis Allegationibus, quòd scilicèt per has *pragmaticas* non sit derogatum Constitutioni, & Cap. Regni requirentibus interuentum successoris, quia contrarium est verius ex doctrina *Bal.* in *l. obseruare, ff. prosiciscium 1. quæst. in fin. vers. hoc verum, ff. de offic. Proconsul.* vbi inquit in propria materia,
22 quòd si lex municipalis dat formam, vt Officialis sindicetur per aliquos bonos viros, nullus alius potest se intromittere in sindicatu, præterì illos deputatos, & argumēto de interesse Baronis retorqueatur contrà ipsum, siquidèm, vt experientia docet, vt plurimùm grauamina Officialiū, præsertim in Terris Baronalibus, dependent ab interesse Baronum, vndè si Officialis successor interuenerit in sindicatu, vasalli paruam, aut nullam spem habere possent alicuius releuaminis in Sindicatu, & ideò ex hoc solo interesse Baronis inconueniens est interuētus successoris, & de allegata obseruantia in contrarium nō est curandum, cùm *Carau.* qui in *rit. 295. nu. 15. & seq.* post *Campag. in cap. Item statuimus, quòd tàm Iustitiarij, nu. 68. et seq.* referatur hinc meam opinionem, & attestatur contrarium, quòd scilicet hæc opinio exclusiua interuentus successoris communiter obseruetur, & *Vinc. Maxill. in Consuet. Barens.* incip. *Neque à Comitibus* sub *tit. de immunit. nostræ Ciuit.* post *num. 34. nisi set primò non obstat*, in hac propria quæstione tenet, quòd per dictam pragmaticam sit derogatum *d. Consil. Volumus*, & tota cognitio est data Sindicatoribus, & post *num. 35. vers. & pro certo* attestatur, quòd in multis locis vidit, solos Sindicatores procedere.

23 Quid autè seruetur in hac Ciuitate in Sindicatu Regentis, & Iudicum M. Cur. Vic. ac Præsidium, & Auditorum Prouinciarum, vide *Surgent. de Neap. illustr. c. 17. n. 10. & 31.* post *prag. 2. infrà eodem, & prag. 3. supra de offic. Iustit.*

24 An

24 An autem procedi possit per inquisitionem, etiã non præcedente infamia contrà Officialem? vide *Marant.* in 6. *part.* sui *Specul. verb. & peruenitur aliquandò per viam inquisitionis*, *num.* mihi 28. & expresse determinatur in hac *pragmatica*, & in *pragmat.* 5. §. *Item, vt Officiales, suprà de offic. Iudic.* quod sic, & sta indubitanter affirmat *Bombin. cons.* 9. *Paris de sindic.* in *verb. Officialis, cap* 7. in *princ. & cap.* 8. *num.* 7. in *fin. Campagn.* in *cap. Generales inquisitiones, num.* 7. & 8. & in *cap. Item statuimus, quòd tàm Iustitiarij*, antè *nu.* 44. *vers. tertiò superuenit*, propè *fi. Bonadill. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 122.

25 Et quandò Sindicatores processerunt per viam inquisitionis generalis, si Officialis fuerit absolutus, non poterit amplius inquiri per Regiam Curiam, etiam ex officio, proùt potuisset, si Sindicatores non processissent per inquisitionem generalem, vt latè per *Reg. de Ponte dec.* 16. *per tot.* & signanter *num.* 21. Nota tamen, quòd in sindicatu Alphonsi Bernardi de Caso Capitanei Terræ Stylo licèt per Magnam Curiam fuisset prouisum, quòd causa remaneret in ipsa Magna Curia, sub prætextu grauaminis, ex quo Sindicatores decreuerant, quòd contrà eum procederetur etiam per generalem inquisitionem, tamen me patrocinante pro Vniuersitate, Sacr. Cons. in Aula D. Vitelli reuocauit decretum M.C. & remisit causam ad Sindicatores, à quo decreto cùm fuisset reclamatum per Sindicandum, iterùm facta relatione per D. Fuluium Constantium, tunc Iudicem d. Mag. Cur. nunquàm satis laudatum, modò verò meritissimum Regentem in supremo Consilio Italiæ apud Catholicam Maiestatem, in eadem Aula cum interuentu Dominorum Antonij Orificij Præsidis Sacr. Cons. circumspectissimi, Petri Pauli Theodori Domini mei, ac Aulæ Decani, Francisci de Curte, Camilli Sanfelicij, ac Roderici de Niuesa Regior. Consiliariorum post longam discussionem fuit confirmatum decretum eiusdem S.C. sub die 14. Iulij 1588. Actuarius M.C. Donatus Indellus.

26 Sed hæc inquisitio an erit facienda per ipsos Sindicatores, vel potiùs debeat fieri per successorem, & prima facie videbatur dicendum, quòd debeat fieri per successorem in officio, proùt est particulariter dispositum in *prag.* 7. §. *en el tomar, suprà de composition.* quæ est posterior supradictis alijs pragmaticis, in quibus disponitur, quòd fiat per Sindicatores, & propterea est potiùs dicendum, quòd hæc corrigat illas, quàm quòd sint contrariæ.

His tamen non obstantibus contrarium est dicendum, vt scilicèt hæc inquisitio fiat per Sindicatores, vt suprà latè probaui, nec obstat supradicta pragmatica in contrarium allegata, quia inquisitio,
27 quæ est facienda per successorem in officio virtute prædictæ pragmaticæ non respicit sindicatum Officialis, vt scilicèt ex illa inquisitione puniri possit in sindicatu, sed respicit tantùm meritum, vel demeritum Officialis, ad effectum illum promouendi, vel non promouendi ad alia officia, proùt est expressa ratio in ipsa *pragmatica*, ibi *à effecto, que se tengan entendidas las ationes de cadauno prohibendo, que esta que este echo no puedan los tales ser proueidos de otro officio.* Quæ est conformis iuri communi, vt probat *Bonadill. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 158.

28 Quæ autem forma sit obseruanda in hac generali inquisitione contrà sindicandum, explicat *Anilles in c.* 4. *Iudic. sindic. per tot. Bonad. lib.* 5. *c.* 1. *nu.* 122. ad 123. ità vt recipiantur testes absq; citatione, ratificatione, & appositione certi temporis, & tempore breui præfixo dantur capita cum dictis nominibus testium simul, vt valeat se defendere infrà breuem terminum absq; contestatione.

Ex finalibus verbis huius *pragmaticæ* nota, quòd
29 Officialis confirmatus in eodem officio non sindicatur, nisi in fine integri officij, in quo corrigitur *text.* de iure communi in *l. neminem*, *C. de suscept.*
30 *lib.* 10. Hic quæro, quod tempus dari debeat per Sindicatores Officiali sindicando, qui per duos, vel tres annos officium exercuit? in qua quæstione licèt *Carau.* in præfato *ritu* 295. *quæst.* 9. concludat, quòd si Officialis habuit plures commissiones, debeat sindicari, ac si plura habuerit officia, si verò habuit vnam commissionem, & durante primo anno fuit confirmatus, vel sine noua confirmatione toleratus vltrà annum, debeat sindicari pro vnico anno, cùm vnicum dicatur officium prorogatum, per doctrinam *Bald. in Lob seruare, §. proficisci, quæst.* 19 *num.* 12. *de offic. Proconsul.* cui addi potest *Bart. in l.* 4 *in princ. num.* 3. *ff. de damn. infect et ibidem Bald. num.* 2. *Paul. num.* 2. *Alexan. num.* 7. *ff. de damn. infect. Bonad. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 46. *et* 90. & iterùm *num.* 169. *et* 189. Ego tamen aduerto, quòd doctrina *Bald. in d.* § *proficisci* est intelligenda, proùt declarat ipse idem *Bald. in repet. l. Aemilius* 5. *notab num.* 19. *ff. de minor.* vbi & si in *vers. quid de sindicatu* videatur simpliciter pertransire cum sua opinione in *d.* §. *proficisci*, tamen rectiùs intuendo ex præcedentibus, & subsequentibus, hæc est sententia *Baldi*, quòd licèt tempus prorogatum infrà fines primi termini censeatur vnum, & idem tempus, non autem diuersum, tamen id est verum respectu prorogantis, non autem respectu tertij, quod multis comprobat *Tiraquell. de retr. conu.* §. 1. *glos.* 7. *nu.* 32. cum *seqq. Ant. Gabr. de dilat. concl.* 2. *num.* 24. Vnde inferendo modò ad quæstionem nostram, quia tempus Sindicatus non consideratur respectu Baronis confirmantis, sed respectu Vniuersitatis, & Ciuium, & sic respectu tertij non potest dici vnum, & idem, sed diuersum omninò, & proindè terminus sindicatus debet etiam prorogari pro rata temporis, & ex ratione, quam allegat *Bald.* dùm dicit, quia inter prorogantes est vnum, & idem, patet, quòd quando *Bald.* est, quandò Officialis confirmatur ab ipsa Vniuersitate, & sic non agitur de interesse tertij, secùs autem si confirmaretur à Barone, seù ab alio iurisdictionem habente, quia tunc cùm agatur de interesse Vniuersitatis, in cuius beneficium præstatur sindicatus, secùs est, & propterea subdit *Bald.* quòd si Potestas
31 Asisij debeat alibi sindicari, & fuerit confirmatus, debet bis sindicari. Pro hac opinione adduco eundã *Bal. in l. si constante*, post *nu.* 3. *vers. ibi præcipimus, C. de donat. antè nupt.* vbi dicit, quòd si Potestas debet esse in officio per sex menses, & disponeretur, quòd duret officium per alios duos menses, assumitur illud officium sub noua lege, vel pacto, & dicitur nouum officium pro illis duobus mẽsibus, & hæc mihi videtur veritas, præsertim cùm verba *cap. Regni Item statuimus, quòd tàm Iustitiarij*, sint satis clara, quicquid dicat *Carauit. vbi suprà*, qui structuram verborum destruit, dùm vult mentem *Capituli* interpretari, & pro hac mea opinione de nouo pondero quæstionem definitam per *Farinac. præt. crim. q.* 107 *par.* 1. *art.* 5. *nu.* 55. vbi concludit, quòd si præ-
32 stita sit cautio de non offendendo durante officio illius Prætoris, & postea idem Prætor confirmetur, cautio non durat pro tempore confirmato, sed expirat, quia est aliud officium, & tradita per *Catald. de Boncomp. de sind. n.* 30.

Et facit satis ad propositum quæstio tradita per *Camer.* in materia assentus præstiti super pacto de retrouendendo ad certum tempus, & postea prorogato in *l. Imperialem, cart. 55. lit. M. vers. aut volunt,* ad idem optimè congruunt dicta per *Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. num. 32.* & præsertim *nu. 35,* Adeò quòd fideiussor, qui satisfecit pro eo de standō sindicatui, non tenebitur de gestis in tempore prorogato, seù confirmato, secundùm *Borrell. de Magistr. edict. lib. 1. cap. 15. n. 34.*

Huic quæstioni non incongruit infrascripta, quid
33 si in aliquo loco solitum sit deputari duos Officiales, vtputà Capitaneum, & Iudicem, & postea contingat, quòd vtrumq; officium vnatur pœnès vnū, qui sit Capitaneus, & Iudex, an in sindicatu debebit stare sindicatui per tempus duplicatum, hoc est viginti diebus pro officio Capitanei, & alijs viginti pro officio Iudicis? *Ang. in §. illud, lo primo, num. 1. vers. vndè si Capitaneus,* in *auth. vt iud. fin. quoquo iuffr.* dicit, quod habit sindicatui per tempus duplicatum, per illum tex. Sed tu accuratiùs cogita,

34 Et postquam incidimus in materiam officij prorogati, cadit hic pulchra dubitatio, quid si Officialis fuerit deputatus per annum à Barone, cùm etiā
35 de iure Regni Officiales debeant esse annales per *Constit. Occupatis nobis,* & *Constit. Iudices vbique locorum, & prag 5. tit. de Baronibus,* & hic Baro vltrà cōmissionem cum potestate exercendi iurisdictionem in forma contenta per aliam cōmissionem seperatam dederit potestatem huic suo Officiali faciendi gratias de quibuscunq; delictis, ac si esset propria persona ipsius Baronis, prout obseruatum vidi per Marchionem Diani Vicarium generalem Principis Salerni sui patris, qui dùm deputasset Annibalem Spinam Equitem Neapolitanum ad officiū Straticoti prædictæ Ciuitatis Salerni, dedit eidem potestatē etiam aggratiandi quæcunq; delicta per literas separatas, concurrentibus eximijs meritis in eius personā, quæro, inquam, si hic Officialis annalis exercuit officium per annum integrum, & post annum adhùc continuat idem officium, tùm vi tacitæ prorogationis, tùm etiam ex dispositione *Pragm. 2. & 10. supra de offic. iudic.* quæ prohibent,
36 Officiales, nè discedant ab officio vsq; ad aduentū successoris, etiam finito tēpore, prout dispositū est de iure communi, per tex. in *l. meminisse, ff. de offic. Proconf.* an poterit vti post annum etiam illa potestate extraordinaria aggratiandi delinquentes, non comprehensa in potestate, & commissione ordinaria? *Alber. in d. l. meminisse, ff. de offic. Proconf.* mouet hanc quæstionē & determinat, quòd non, vide *ibi in princ. col. 2.* post *n. 3.* & facit quæstio disputata per *Affl. in cap. Imperialem, in princ. q. 23. de prohib.*
37 *feud. alien. per Feder.* An scilicet Vicarius Regis, qui est temporalis, & habet potestatem infeudandi elapso tempore antè aduētum successoris possit vti illa potestate. Et aduerte in hac materia ad vnum
38 maximè notandum, quòd Officialis non potest sindicari de sententia iniusta per ipsum lata, si eam non fuit exequutus, vt per *Ioseph. Ludou. in decis. Lucens. 9. numer. 28.* qui etiam in *decis. Lucens. 3.*
39 *num 39.* attestatur, quòd hodiè ex communi consuetudine Iudices non sindicantur, nisi de dolo, & baraptaria, & alijs extorsionibus, idem latè confirmat *Bertaz. cons. crim. 71. 81. & 91. Bouadill. lib. 5. cap. 1. num. 134. in fin. & cap. 3. num. 114,* agit de sententia non exequuta, & concludit, non teneri.

Quicquid tamen sit, tu Iudex esto cautus, quia in
40 Officiali recipiente præsumitur baraptaria, etiam si esset aliquis coloratus titulus, vtputà mutui, *l. quisquis,* vbi *Bal. & Salyc. C. si cert. per. Paseth. cons. 181.* qui est omnium videndus in hac materia, & in eo *Aules in cap. 1. Prætorum, in glos. donacion,* per
41 *tot.* quod est maximè notandum in Regno, vbi expresse prohibentur Officiales, nè aliquid etiā mutuatum, aut commodatum recipiant ab illis, qui coram ipsis litigant, vel ab eorum parentibus, filijs, vxoribus, & coniunctis, vt in *prag. 2. supra de muner. offic.* & quòad crimen baraptariæ adeas *Farin. pract. crim. par. 2. q. 111.* per *tot. Moditum in §. Magistratus,* seu *Prætorum edicta, dubit. 18.*

42 Item nota, quod Officialis poterit sindicari in fine officij de sententia, siue decreto per ipsum lato, etiam si grauatus non appellauerit, secundùm *glos. Panorm.* & alios in *cap. pastoralis, in §. qua verò, extrà de offic. deleg.* & etiam si appellauerit, & sententia fuerit confirmata, secundùm *Innoc. in cap. sæpè, de appell.* & vtrumq; sequitur *Rip. in l. quod iussit, n. 32. in fin. vers. istam conclusionem, ff. de re iudic. Moditus d. §. Magistratus,* seù *Prætorum edicta, dub. 7. num. 8. & 9.*

43 Imò etiam si appellans renunciauerit appellationi, *Bal. in l. fin. §. fin autem, C. de temp. appell.* & in *cap. sæpè, col. penult. de appell. Socin. sen. cons. 24. nu. 9. lib. 1. Ioan Grat. reg. 41. num. 8. Barbos. de iudic. l. si filius familias, num. 33.* sed huius vltimi dicti contrariū tenet *Aules in cap. 1. Prætor. in glos. à las partes, n. 9.* per *tot.* vbi idem tenet, si condemnatus non appellauit, & *num. 13.* habet pro absoluto, quòd si appel-
44 lauit, & sententia fuit confirmata in causa appellationis, non tenetur amplius primus Iudex, qui condemnauit, cuius contrarium notaui ex *Innoc. & Rip.* vtrà *num. 42.* sed *Bouad. lib. 5. cap. 3. num. 73.* ad *99.* eundem sequitur, & propriè *num. 92.* declarata opinione *Innocentij.*

Vnum tamen verbum profert idem *Aules ibid.*
45 *num. 34.* quod est summè notandum, vt. s. Iudex, qui iniustè iudicauit, possit ex nouitèr deductis iustificare suam sententiam, & sic non tenebitur in
46 sindicatu. Prout excusabitur etiam, quantūmuis contrà legem iudicauerit, si ità erat consuetudo, seù stylus iudicandi in illa Curia, vt voluit *Bart. in l. 1. in fin principij, ff. quod quisq; iur.* sequitur *Tiraq. de pœn.*
47 *temp. cauſ. 42. num. 10. in fin.* Et est similitèr notandū pro sindicando, quòd si fecit aliquem carcerari iniustè, & hic carceratus postea obtinuerit, vt excarceretur cum cautione de se præsentando totiès, quotiès, &c. per talem cautionem ab eo præstitam censetur approbasse suam carcerationem, & pro ea non poterit sindicari, ità *Cels. Hug. cons. 71. num. 10. & cons. 121. num. 2.* quem sequitur, subdubius tamē aliqualitèr *Caxcer. lib. 2. var. resol. cap. 2. num. 154.* Sed impugnat *Bouadill. lib. 5. cap. 3. num. 8. vers. y no se escusare,* & in eo, quòd hæc pragmatica dat executionem sententiæ latæ in causa sindicatus, habet concordem tex. de iure communi in *l. 3. C. quor. appell. non recipiant.* ad quod vide *Aules in cap. 10. Iudic sind.* qui dicit, sic seruari in omnibus delictis, etiam extrà officium, *Gutierrez lib. 1. pract. q. 39.* dicit, priuatum ab officio temporali in sindicatu, ad appellationem non esse admittendum.

48 Exequuta verò sententia, vt possit procedi in causa appellationis, quis deputabit Iudicem appellationis, eadē Vniuersitas, vel potiùs Rex? & videbatur, quòd eadē Vniuersitas, quæ elegit primū Iudicem, debeat etiam eligere secundum, per tex. ibi malè in *l. fin. ff. quis, & à quo appell.* cuius non meminit *Carau. in rit. 295. num. 13,* sed contrarium

erit

erit dicendum ex dispositione particulari huius pragmaticæ in vers. qui Consultor, cuius nequaquàm amicior fuit Carau. vbi supra. Quid autem si Officialis exigat plusquàm sit taxatũ in pandecta pro suis sportulis, ex quibus exculetur? vide Bertaz. cons. crim. 180. qui nu. 12. loquitur de exigente vltrà solitũ pretium libri conficiendi à Notario, quod aucto labore solitum erit excrescere, & proindè eum defendit ab indebita exactione.

50 Officiales tamen, qui condemnantur in sindicatu, licèt non habeant in arte, tamen de consuetudine non puniuntur in corpore, teste Iul. Clar. pract. crim. quæst. 94. vers. & scias. Sed condemnatus in sindica-
51 tu non poterit amplius redire ad idem officium, seù aliud in eodem loco, Bal. in l. mancipia, post num. 5. C. de seru. fugit. & de eo, de quo non fuit sindica-
52 tus, poterit sindicari, seu. vt rectius loquar, conueniri in propria patria perpetuò, vt declarat Gutierrez lib. 1. pract. qu. 41. Surd. cons. 161. num. 22. & seqq. & num. 29. volum. 4. & est redactum in pragmaticam, vt in pragm. 6. infrà eodem, post Reg. de Ponte dec. 126. vide Bonad. lib. 5. Polit. c. 3. n. 134. ad 142. qui regulã negatiuam constituit cum quinque fallentijs.

53 Item aduertas, quòd Officiales sindicantur nedũ de gestis per ipsos, sed etiam per eorum Locumtenentes, quandò sunt electi ab ipsis de eorum libera voluntate, non autem subordinata voluntati alienæ, vt per Cancer. lib. 2. var. resol. c. 2. num. 37. & ideò in hoc Regno, in quo per decisiones grauaminum est
54 receptum, vt Officialis in casu absentiæ possit ipse deputare suum Locumtenentem per dies quindecim tantùm, vt tradit Præs. de Franc. dec. 98. in fi. meminit Reg. Constãt. in Inullus 60. n. 48. C. de decur. & ibid. n. 58. & sequitur hanc meam opinionem cir-
55 cà culpas à Locumtenente commissas, item tenebitur de culpis, & defectibus huius Locumtenentis, l. ad similitudinem, C. de Episc. & cler. Paris de Put. de sindic. c. an substituens, qui & ipse etiam tenetur stare sindicatui eodem tempore cum Capitaneo, à quo fuit deputatus, vt in prag. 5. infrà eod. sed quandò ab-
56 sentia Officialis est duratura vltrà dies quindecim, tunc Locumtenens deputatur à Barone, & tenetur præstare cautionem de stando sindicatui, vt constat ex Boer. dec. 152. & sic Officialis non tenetur de eius culpis, & defectibus.

57 Sed in casu, quo Officialis tenetur de culpis, & defectibus sui Locumtenẽtis, illum exhibendo liberatur, nisi forma cõmissionis diceret, quòd ipse teneatur soluere, vt explicat Aules in c. 4. Prætor. in verb. entregare, Bouad. lib. 1. c. 12. n. 43. & quòad alios de sua familia idem Bouad. lib. 5. c. 1. num. 78. cum seqq. pro pœnis pecuniarijs, pro rebus spectantibus ad officium, & non alitèr, Reg. Constant. in d. l. 60. num. 70. C. de decurion.

58 Nec obliuiscaris, quòd si quis exposuerit quærelam sindicando de baraptaria, asserendo, quòd ipse illum corruperit, dando ei pecuniam, & ob defectũ probationum Officialis, qui negauit factum, fuerit ab ali quærela absolutus, accusator non poterit puniri ex sua confessione, seù assertione, quòd Officialem corruperit, vt pulchrè probat Bal. in auth. nouo iure, C. de pœn. Iudic. qui malè iudic. in fi. Felin. in cap. capitulum S. Crucis, nu. 18. vers. eodem modo, extrà de rescript. Sed contrarium verius de iure fundat Bonad. lib. 5. c. 2. n. 101.

59 Item est similitèr menti tenendum, quòd si Officialis antè latam sententiam, illam propalauerit, tenetur pœna falsi, vt explicat Aules in cap. 4. Prætor. in glos. extregare, num. 19. & de iure Regni priua-
60 tur officio, vltrà alias pœnas arbitrarias, de quibus in pragm. 4. supra de offic. Iudic. & idem Aules in cap. 1. & 2. Iuatic. fin. docet, qualiter Sindicatores gerere se debent contra sindicandum, non enim debent inquirere de culpa leui, sed de proxima dolo, & baraptaria, & terræ in honorem Dei non impe-
61 diunt. & cap. 22. glos. 1. nu. 4. probat, quòd sindicatus est de iure Diuino, & non potest à Principe remitti sine expressa legis derogatione.

62 Sed hæc omnia procedunt, quandò sententia lata per Officialem est rectè lata, sed non rectè, quid autem si sententia, nec rite, nec rectè sit lata, & sic sententia est nulla, an etiam pro ea tenebitur in sindicatu? resolutio patet ex glos. in l. si Iudex, ff. de var. & extraord. cognit. Auene resp. 28. num. 8. seq. Bonad. lib. 1. Polit. c. 6. num. 34. ad 37. & lib. 5. cap. 3. per tot. præsertim num. 27. loquitur etiam in foro politi, distinguendo, quòd si Iudex indoctus procurauit sibi officium, tenetur etiam adhibita omni diligentia in iudicando, doctus verò nequaquàm, nisi sententia esset contrà casum legis, vel ex crasso errore lata tuisset.

63 Hunc autem sindicatum præstare tenentur quicunque administrant iurisdictionem, & sic etiam Commissarij Prothomedici, vt in pragm. 3. infrà eodem, Commissarij redemptionum Vniuersitatum, qui prius deputabantur à Prorege, vt in pragmatica sub die 31. Octobris 1588. in pragm. 1. fol. 92. & Baiuli, & Magistri Iurati, ac Locumtenentes, etiam si breuissimo tempore dierum quindecim tantùm officium exercuerint, vt in pragmatica 5. infrà eodem, quæ in eo, quod includit Locumtenentem, qui administrauit per dies quindecim tantùm in nihilo contradicit his, quæ nos superiùs tradidimus, nempè, quòd huiusmodi Locumtenens per dies quindecim elegitur ab Officiali, qui tenetur de eius culpis, & defectibus, nàm tunc Officialis tenetur de culpis, & defectibus sui Locumtenentis ab ipso electi, quandò illum non eximit, vel is non est soluendò, sed non properet à cuitabit, quin teneatur stare sindicatui ipsemet Locumtenens.

64 Nec est silentio prætereundum, quòd Officialis durante sindicatu non potest recedere à loco, in quo administrauit, etiam si fuerit euocatus à Principe, vt in auth. de administr. in princ. ibi, vt nec per occasionem hinc euocationis.

65 Demùm, quia propè finem huius pragmaticæ statuitur, vt sententia lata ex causa sindicatus non obstante appellatione mandetur executioni, præstita cautione in casu retractationis, & vt plurimùm in sindicatu comparent plures querelantes, qui absoluto Sindicando omnes condemnantur ad expensas, & interesse, fuit quandòq; dubitatum, an hæc executio debeat fieri contrà querelantes pro rata cuiusq; vel potiùs in solidum? & prima facie videbatur dicendum, executionem esse faciendam pro rata, & non in solidum, ex regula text. in l. 1. & 2. C. si plur. vna sent.

Ego tamen licèt non inuenerim quæstionem ab aliquo Doctore in proprijs terminis tactam, quantùmuis plurib⁹ diebus super ea insudauerim, tamen obtinui, esse faciendam in solidum contrà quemlibet ex condemnatis, non autem pro rata.

66 Ratio, quæ ad hanc sententiam me impulit, est fundata in limitatione communitèr per Doctor. tradita ad textum d. l. 1. C. si plur. vna sent. vt scilicèt non procedat in ea sententia, quæ fuerit lata in actione ciuili, attamen dependeat ex delicto, nàm tunc licèt sint plures simpliciter condemnati, tamen si in exe-

quitione aliqui repetiantur non soluendo, ij, qui repetiuntur soluendo, tenentur pro cæteris non soluendo existentibus in subsidium, ità voluit *Bal.* in d. *l.1.C.si plur. vna sent. num.4. ver. quæro quid si plures*, cuius authoritate ità pluriès decisum fuisse in Senatu Burdegal. attestatur *Boer. dec.310.* qui omninò videatur, rogo, nàm paulò antè *num.9. vers. & plura*, agit in specie de condemnatione expensarum, cum sequitur *Ronchegal.* in *Leandem. num.313. ff. de duobus reis*, & eandem sententiam approbauit Senatus Pedemont. teste *Thesaur. dec.254. num.3. Bonadill. lib.2. cap.21. num.251.* vbi *num. sequent.* affirmat, soluenti solidum non esse faciendam cessionem, neque competere actionem contra socios in delicto: & tàm de condemnatione insolidum, quàm de liquidatione interesse latè *Grimell. dec. Dolana 25.* scilicet vt respectu damnum passi omnes teneantur insolidum, inter ipsos verò pro rata, prout quisque deliquerit, interesse verò dicit esse æstimandum, ac si esset vitalitius reditus.

67 At sententia condemnationis expensarum fundata est in præsumpta calumnia, quam querelantes adhibuerunt in propositione querelarum, quæ fuerunt declaratæ impertinentes, & calumnioſæ
68 per sententiam absolutoriam latam in beneficium accusati, quæ calumnia delictum est de per se, vt in *l.fin. ff. de calumn.* & in *l.1. in princip. ff. ad Turpill.* ergò pro his expensis, quæ ex delicto calumniæ dependent, executio est facienda insolidum, non autem pro rata.

69 Quòd autèm sententia condemnationis expensarum fundata sit in præsumpta calumnia condemnati, probant iura aperta in *§. item actoris, & §. hæc autem, Instit. de pœn. temer litig.* & in *l. non ignoret, C. de fructibus & litium expens. cap. calumniam, extrà de pœn. & cap. finem litibus, extrà de dol. & contum.*

70 Et hoc adeò verum est, vt propter hoc condemnatio expensarum respectu soluentis mera pœna censeatur, *glos.* in *cap.1. § qui verò, verb. defecerit, in fin. de elect. in sexto*, vbi *Ioann. Andr. & Gemin. num.9. vers. secundò nota*, *Franc. ibidem num.4.* post *Ioa. Andr. in cap. fin. in fin. de rescript. in sexto*, & in *cap.1. extrà vt lit. nō contest. in glos. magna, vers. sed & tunc videtur num 8.* circà *finem*, *Rimin. sen. cons.394. num. 7. volum.2.* licet nihil alleget, sequitur *Asin. pract. Iudic. §.12. cap 17.* & in tantùm est mera pœna, &
71 descendit ex delicto, vt si condemnatus ad expensas non habeat in ære, luet in corpus, & sic illa pœna pecuniaria commutabitur in corporalem, vt est *text.* ad literam in *d. cap. finem litibus*, in *fine*, *extrà de dolo, & contum.* & de iure ciuili probat *text.* in *l. fin.* in *fin.* vbi *inofficiosus litigator ff. de in ius voc.* quod non procedit, nisi in pœnis pecuniarijs descendentibus ex delicto, vt probat *textus* apertus in *l.1. in fi. ff. de pœnis*, vbi *Bartol.* & reliqui. *Aret. & Ias. num. 43.* in *§. pœnales*, *Iustitut. de action.* reassumit *Couarr. lib.2. variar. cap 1. num.* & vbi in specie infert ad hanc condemnationem pro emenda expensarum, & damni.

72 In vno tamen differt condemnatio expensarum ab aliis pœnis pecuniarijs, nàm condemnati ad expensas admittuntur ad cessionem bonorū, & per cessionē bonorum euitāt luitionem in corpus, quod secus est in alijs pœnis pecuniarijs, prout animaduerterunt *Io. Andr. & Abb.* in *cap. Odoardus col.2. de solut. Boer. dec.349. Io. Rupell. forens. instit. lib.4. c.6. Couarr. d.c.1. nu.1.* circà *fi. Nauarr.* in *manual. confess. c.17. n. 86.* Ergò tantò facilius in hoc casu hi, qui soluendò sunt, debent insolidum supplere portionem correorum, qui non sunt soluendo, & ità obtinuit contrà querelantes Ciuitatis Pennæ in causa sindicatus V.I.D Alexandri Vastini ad relationem M.C.V. in Aula Regij Consilij Nicolai Antonij Grizzetti die 15. Septembris 1605. Actuar. M.C.V. est Octauius Anastasius.

ADDITIO.

A QVinimmò non solùm de dolo, barataria, & extorsionibus Officiales sindicari, seù (vt Hispani loquuntur) visitari debent, sed etiam de fraudibus, corruptionibus, quæ latam culpam continent, de furtis, malè ablatis, concussionibus, subornationibus, negligentijs dissolutis, quæ dolo proximæ sunt, de negata, retardata & malè administrata iustitia, de mala obseruatione, & violatione legum patriæ, siuè capitulorum, vt nos dicimus Vniuersitatis, per dolum, vel malitiam commissa, & denùm de omnibus, & quibuscunq; alijs cum dolo, & fraude in officio malè gestis, & administratis, sicut nouissimè satis bene infinitorum iurium, ac *DD.* authoritatibus probat *Gabriel: Berart. in specul. visitat. cap.3. num.72.* post *Paridem de Puteo, Caualcan. Amodeum*, & alios in *tract. de sindic.* Quod tamen puto verum, ac obseruandum esse in Officialibus interioribus, & Ministris, non à Domino Rege immediatè constitutis, vt sunt Officiales Municipales, vel Capitanei terratum, etiam domanialium à Domino Protege deputati, qui singulis annis in fine officij sindicantur per Sindicatores ab Vniuersitate eligendos, prout disponitur in *prag. 1.* & alijs huius tituli, & tradunt *Capiblanc.* in *prag. 5. num.141.* cum *seq.* & *Berart. d. cap.2. nu.28.* In Magistratibus autem maioribus, qui Regij sunt, & perpetui, quoniàm ij visitantur à Visitatore, qui per Regem destinatur cum amplissima potestate, & iurisdictione, etiam cum mero, & mixto imperio, *Berart. d. cap.2. num.2.* & *cap.3. num.2.* priuatiuè ad quoscūque alios, etiam ad Dominum Proregem, cum quo æqualem iurisdictionem habere sæpè contendit, vt docet *De Ponte de potest. Proreg. tit. de electione. Officiali. §.7.* sub *num.1.* In ijs, inquam, Regijs, perpetuisq; Magistratibus, & Ministris visitandis obseruandum est Regis mandatum, & commissio.

At quoniam dùm hæc cogito, memini de quibusdam *Allegationibus*, quas edidit celeberrimus ille vir, ac acutissimus Iureconsultus *D. Ioannes Laurentius Rogerius* Salernitanus Patritius in publico, Regioq; hoc Neapolitano Gymnasio vespertinis horis antecessor subtilissimus, meusq; Præceptor, in quadam causa coràm Domino Visitatore generali tractata, quæ tùm ad supradicta, tùm etiam ad alia, quæ in sindicatus materia occurrere solent, multùm conferunt; ideò imprimendas duxi.

MVlta facilè ostendunt, ab omni iustitiæ & æquitatis ratione longè distare seu etiam Generalis Visitationis pœnam irrogatam inhabilitationis ad quodlibet *iustitiæ officium* administrandum D. N. genere, peritia, integritate, in iudicādi munere, communi omnium opinione conspicuo: Etenim, vel obiecta crimina, eorumq; potrecta capita, eiusmodi sunt, de quibus nō potuit sindicari, vel si talia essent, omnium (vno excepto) legitima probatio deficit, vel si plena intercederet; Postremum, ob quod potissimùm præfata inhabilitationis pena est damnatus; Pro fustiū scilicet, ictibus ipsius decreto irrogatis Philippo

Ma-

Matera ; non eſt delictum ; vel tandèm ſi nihil omnino in ſingulis occiſſet ; ad fundandam Fiſci intentionem, hæc ipſa priuationis pœna eſt iniuſta: Singula quæ indicati capita, ſigillatim deducam, & confirmabo.

Conſtat in primis, ex capitibus exhibitis, non imputari D.N. crimen baraptariæ, corruptelæ, vel concuſſionis. Nihil enim obijcitur, quod contineat per ſordes, mediante pecunia, aliquid admiſiſſe. Abſolutum verò eſt, Officialem ex generali conſuetudine ſindicari, ac viſitari non poſſe, niſi de furtis, malè ablatis, baraptaria, aliſque dolo admiſſis, vel lata culpa, quæ eſt dolo proxima. De ſententijs verò iniquis, & malè latis culpis, ac negligentijs ſeuibus ſindicari non poſſe. Id primus omnium teſtatur *Franciſc. Accurſ. in tract. de ſindic. verſ. item quid ſi eſt infirmata*, cum commemorat, & ſequuntur *Amodeus eod. tract. num.* 136. qui monet, eſſe notabile verbum *Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, q.* 15. *& 28. ff. de offic. proconſul. Paris de ſindic. tit. de officio ſindic. num.* 1. *& 6. Iaſ. in l. vnic. num.* 11. *C. vt omn. iud. Clar, §. fin. q.* 73. *verſ. item Iudex, in fin. Boſſius in tit. de official. pecun. corrupt. num.* 6. *Gramm. conſ.* 54. *num.* 11. *Ioſeph Ludou. dec. Lucenſ.* 1. *num.* 50. *& dec.* 3. *num.* 39. *Bertazzol. conſ. crim.* 71. *num.* 3. *& ſeqq. vol.* 1. alijque plures, quos colligit *D. Garz. Maſtrill. de magiſtr. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. *et ſeqq. Farinac. conſ. crim.* 64. *num.* 10. *verſ. & hinc communiter*, idq; ſæpè iudicatum teſtatur *Bertazzol. num.* 5. *et Farinac. num.* 11. Committitur autem baraptaria, cùm Iudex aliquid receipit à priuato, vt faciat non facienda, vel facienda omittat, *Gloſ. in l.* 1. *in verbo acceperit, ff. ad l. Iul. repetun.* atq; adeò cùm pecunia, alioquè modo Iudex corrũpitur, qui baraptarius appellatur, vt ex *Bal. Anchar. Caſtrenſ. Amodeo, et Claro* tradit *Bertazzol.* eodem *conſ.* 71. *num.* 6. *et ſeqq.* proſequitur *Decian. in tract. crim. lib.* 8. *cap.* 31. *Menoch. de arbitr. caſu* 342. *nu.* 18. *et ſeqq. Maſcard. de probat. lib.* 1. *concl.* 164.

Doli quoquè crimine, vt Iudex teneatur, ſatis nõ eſt probare, eum malè pronunciaſſe, vel contrà iura, aut conſuetudinem, ſed probandum eſt, dolo, ac malo animo eum pronunciaſſe; malo autem animo, vel dolo pronunciaſſe non dicitur, niſi probetur, precę, odio, vel pecunia corruptum pronunciaſſe, ex inſigni ad literam contextu *in l. ſi filiusfamilias, §. Iudex, ff. de iudic.* confirmat vtrumque *Farinac.* relato *conſ.* 64. *num.* 10. qui affirmat, id omnem tollere difficultatem; eiuſmodi verò crimina non imputari D.N. inquiſitionis capita demonſtrant, idquè ad indebitam ſindicatus vexationem ſufficere reſoluit *Farin. vbi ſupra nu.* 11.

Licèt autem commiſſio Domini Generalis Viſitatoris contrà Officiales huius Regni ſit amplisſima inquirendi, ac ſumendi informationem contrà Officiales, etiam de negligentijs, omiſsis, remiſſionibus, obliuionibus, & alijs illicitis, tamen Regis mens fuit ſolùm prouidere baraptarijs, & dolis, nó autèm quòd indebitè vexentur eius Officiales, ac Miniſtri, quia præſumitur, ſe confirmaſſe cum generali conſuetudine, iuxtà quam Officiales non ſindicantur, niſi de dolo, & baraptaria, ità in conſimili conſtitutione Reipublicæ Lucenſis nominatim reſoluit *Ioſeph Ludou. dec. Lucenſ.* 1. *num.* 49. *et ſeq.* antè ipſum in delegatione ſindicatus plenioribus verbis concepta à Duce Ferrariæ conſimili in cauſa *Barbat. conſ.* 47. *Capio primum, num.* 15. *col.* 8. *verſ. ſi dicatur*. Poſt vtrumquè in proprijs terminis cõmiſſionis amplisſimæ Generalis Viſitatoris *Alexand. Raudenſ. conſ.* 49. *num.* 87. *verſ. tametſi autem*, vſquè ad *num.* 90. *vol.* 1. *D. Garz. Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 2. *et ſeqq.* Itaquè cum crimina D.N. obiecta neque baraptariam, neque dolum contineant, iure non debuit de ijs inquiri, multòquè minus cõdemnari, quod diſerte reſoluit *Farinac. vbi ſupra*, qui eo *conſ.* 64. *num.* 21. ſcribit; *Quarè cùm in præſuppoſitis datis* (appellat præſuppoſita, quę nos dicimus capita grauaminum) *Nihil videatur expoſitum, quod Iudicantis ſordes reſpiciat, habueritquè Dominus Peregrinus manus mundas, negari non poteſt, quin indebitè fuerit in ſuo ſindicatu vexatus, ſubijcit, et ità ijs omnibus in Sacra Congregatione benè diſcuſſis, fuit de eius ordine, ac mandato idem D. Peregrinus liberatus, et abſolutus.*

Secundò, non ſolùm poteſtas deficit D. Viſitatoris, verùm etiam legitima capitum correctorum probatio; vel propter deficientem in teſtibus productis legalitatis qualitatem; vel ob eorundem numerum. Etenim probatio contrà Officiales ſindicandos debet eſſe clara, euidens, liquida, legitima, ac diſertiſſima, cùm pro ijs multum præſumatur, *l. ſi quis, C. de offic. ciuil. iudic.* tà *Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, q.* 10. *num.* 14. *de offic. proconſ. Iaſ. in l. vnic. num.* 12. *C. vt omnes Iudices, Puteus de ſindic. in verb. probatio cap. contra Officiales, num.* 1. 3. 6. *et* 7. *Amodeus de ſindic. num.* 168. *Gramm d. conſ.* 35. *num.* 36. *et* 44. *Boſſius in tit. de official. compet. num.* 14. *et* 19. *Cumia de ſindic. cap.* 9. *num.* 17. *Bertaz. d. conſ.* 21. *num.* 11. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *cap.* 85. *nu.* 1. cum *ſeqq. et num.* 7. *Raudenſ. eod. conſ.* 49. *num.* 25. vſq; ad *num.* 30. Cum autem legitima delicti requiritur probatio. Teſtes, quibus ea inducitur, debent eſſe omni exceptione maiores, *gloſ. in cap. at ſi clerici*, in *verſ. legitima probatione, de iudic. Panorm. num.* 31. *Rot. dec.* 7. *ſi quis dicat, beneficium, tit. de prob. in antiq. Gramm.* relato *conſ.* 35. *num.* 39. *et* 40. Idq; in teſtibus contra Officialem ſindicandum, vt debeant eſſe omni exceptione maiores, nominatim tradit *Gramm. num.* 34. *et Bertaz. num.* 12. iſdem in *locis Maſcard.* quem refert, & ſequitur *Raudeu. vbi ſupra, num.* 35.

Præſertim cùm Officialis eſt bonæ famæ, & conſueuit habere manus mundas, idem *Raudens.* poſt *Seraphin.* quem citat *num.* 36. Porrò hæc teſtium qualitas, vel quòd ſint omni exceptione maiores, ſiuè bonæ opinionis, exiſtimationis, ac famæ, debet articulari, ac probari, vt notabiliter docuit *Ang. in l.* 2. *§. diem autem num.* 4. *vers. et notandum eſt diligẽter, ff. quemad. teſtam. aper.* conſentiunt *Alex. Corn. Iaſ. Dec. Roland. Crau.* alijq; plures, quos colligunt *Gabr. com. opin. lib.* 1. *tit. de prob. concl.* 11. *num.* 6. qui poſt *Alciat.* de communi teſtatur, *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 1. *num.* 35. *in fin. et ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ.* 1022. *num.* 16. *et ſeqq. Farin. tract. crim. q.* 47. *num.* 211. qui poſt alios communè, ac magis communem profitetur. *Idem in tract. de teſtib. q.* 62. *num.* 12. *et ſeq.* vbi multò plures allegat, & *num.* 14. de magis communi paritèr teſtatur, ijs addo *Bertaz. vbi ſupra num.* 12. *Raudẽſ. cod. conſ.* 49. *num.* 37. præſertim cùm ex teſtium depoſitionibus, vel plena inducitur probatio, vel indicium ad torturam, vt diſtinguendo reſoluit *Boſſ. tit. de inquiſit.* poſt *num.* 38. 39. *et* 40. cuius diſtinctionem ſatis rationabilem profitetur *Farinac.* qui eam confirmat eadem *q.* 47. *num.* 214. Idq; in Officiali viſitando applicat *Raudẽſ.* qui *num.* 38. refert, ità fuiſſe pronunciatum ad fauorem D. Antonij Barna Officialis in Regno Siciliæ.

Huius autem generis minimè ſunt teſtes recepti

in

in processu informatiuo contrà D.N. tùm quia nõnullos, vt (mihi narratur) patiuntur defectus, ij vero testes censentur omni exceptione maiores, quibus nulla legitima exceptio opponi potest, *Glos.* in *§. Item verborum, in verb idoneus, Instit. de inutil. stipulat. in capitulo, in verbo minores, de consanguin. & affin.* cui enim minima etiam debilis, ac pene nullius momenti exceptio potest opponi, non dicitur testis omni exceptione maior. *Bal. in l. optimam, n. 8. C. de contrab. stipul.* cuius traditionem communem esse, ex aliorum voto scribit *Mascard. de probat. in proœmio q. 6. num. 70. Farin. de testib. q. 61. num. 1.* qui hac de re latè agit. Porrò defectus, qui testibus obiici possunt permulti sunt, quorum capita indicare satis: Quia mulier. Quia iniuriam à Reo recepert. Quia periurus. Quia inuerisimilia deponat; Quia emulus, & inimicus; Quia fallitus. Quia ære alieno oppressus; Quia de aliquo crimine notatus; Quia in propria causa, vel ad se exonerandum deposuerit; Quia ex conspiratoribus. Quia querelam porrexerunt; Quia à Reo quandoquè grauatus. Quia aliquod interesse haberet; Quia ex euidentia facti de facto conuincitur; Quia infamis. Hæ sigillatim indicant, atque confirmant *Crauett. cons. 99. num. 5.* vsquè ad 11. *Rauden.* qui insequitur in causa visitationis *cod. cons. 49. num. 18.* vsquè ad *num. 69. Farin. de testib. de oppos. contrà personas testium, q. 53.* cum plur. *seqq.*

Cùm igitur non fuerit, vel ab accusatore, vel à Fisco articulatum, ac probatum, testes productos cõtra visitandum esse omni exceptione maiores, consequens est, eorum depositiones minimè probare, nullumque posse in eis Fiscum fundamentum constituere, vt in simili causa concludit *Cephal. cons. 65. num. 53. vol. 1.*

Rursus, vel si hæc qualitas concurreret, est diligẽtèr obseruandum, an legitimus testium numerus intercedat ad probationem in causa visitationis contra Officiales inducendam, eumquè condemnandũ, quàmuis enim ex regula Diuini, & Humani Iuris, in ore duorum, vel trium stet omne verbum, *cap. in omni negotio, & cap. licèt vniuersis, extrà de testib.* Ea tamen non obtinet, cùm integra legitimæ defensionis facultas, eiusdemquè ordo, reis diminuitur, ac truncatur, veluti, cùm testium tantùm dicta, non etiam nomina publicantur.

Tùm enim ad condemnandum hominem bonæ opinionis, ac famæ duo testes non sufficiunt, sed tres saltèm requiruntur, id in crimine hæresis, in quo reis diminuitur defensionis facultas, cùm testium tantùm dicta, non eorum nomina ijs publicentur, *cap. vlt. de hæret. in 6.* docuerunt *Io. Andr.* in *cap. vt officium, num. 1.* in *verbo testium, de hæret. in 6.* in quo scribit.

Item dùm videtur, quòd homo bonæ famæ per Inquisitores, vel Ordinarium de tanto crimine damnari debeat, ad dicta duorum testium potissimùm, cùm truncatur ordo defensionis in notitia testium, cap. vlt. in fin. & interrogatorijs, quæ fiunt in alijs iudicijs super eod. tit. de testibus, cap. præsentium Hæc ille.

Archidiac. in eodem *cap. vt officium, §. verùm, num. 8. Guido Falconius in consultationib. ad Inquisitores hæreticæ prauitatis, quæst. 15.* qui scribit. *Cùm autem legitimæ defensionis facultas diminuitur, ac truncatur, tutum non est ad vocem duorum testium hominum bonæ opinionis damnare, licèt videar contrà ius dicere, quia vbi numerus testium non exigitur, duo sufficiunt; sed hoc dico, quòd duos, vix duos iudico, cò, quòd vrgente necessitate legitimæ defensionis ordo truncatur.*

Albertinus *de assertion. catholic. q. 54. num. 13. Quia* (inquit) *speciabus statutis officij Inquisitionis contrà Hæreticos, & Apostatas denunciari videtur defensio ob indiciorum suppressionem; nominum testiũ, non seruata forma, seù distinctione cap. vlt. de hæret. in 6. non seruatur illa optimo DD. quòd duo testes sufficiant, sed tres requirantur, & hoc iure primæ; nè quis de tanto crimine truncata defensione sodem duobus testibus damnetur.*

Nicolaus Eymericus in *Director. Inquisit. 3. part. quæst. 71. num. 5. Pegna* ad eandem *quæst. liter. E. vers. quàmuis.*

Io. Royas *de hæret. par. 2. assert. 2. num. 105.* qui affirmat, non audere in tàm graui crimine truncata, atquè dimmuta rei defensione, duobus tantùm legitimis testibus quempiam condemnare, sed opinionem *Hostiensis* tanquàm æquiorem eum sequi, nisi delatus esset malæ opinionis, ac famæ, vel alia adminicula contra eum concurrerent.

Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 855. num. 11.* qui relatis contrarijs inuicem sententijs, eorumquè authoritatibus in articulo proposito *num. 2.* quot scilicèt testes requirantur ad probandum crimen hæresis, resolut, negantium opinionem duos testes non sufficere, obtinere in viro bono de hæresi accusato his verbis.

Etenim tutissimũ esset, vt si homo videatur spectatæ virtutis, & probitatis, non condemnetur ad vocem duorum testium, nisi alia adsint adminicula, & malicia, tunc enim condemnari poterit; Idem dicendum est de homine malæ famæ, qui duobus legitimis testibus conuictus, poterit damnari, iuxtà sententiam eiusdem Pegnæ.

Nouissimè *Farinac. de hæresi q. 188. §. 3. num. 60.* qui post eundem *Mascard.* ita limitat communem affirmatiuam sententiam, cuius Authores cumulatè recenset *num. 51.* Hæresim, scilicèt, probari per duos testes, vt non obtineat in homine bonæ famæ; Hac ergò adhibita distinctione, inter reum de tali crimine delatum bonæ, vel malæ famæ repugnãtes inuicem DD. sententiæ conciliantur, vt proximè cõmemorati resoluunt.

Eademq; ratione, quia diminuta, ac detruncata est Officiali visitando legitimæ defensionis facultas; durum, nec tutum esse hominem bonæ opinionis, ac famæ damnare ad vocem duorum testium, respondit *Rauden.* in eodem *cons. 49. num. 15. & 16.* qui relatam paritèr distinctionem, atquè concordiam, in crimine hæresis approbat. Quamobrèm cùm in iudicio visitationis non publicentur reis nomina testium, sed eorum dùmtaxat dicta, legitima defensionis facultas est diminuta, ac detruncata, ex DD. suprà relatis, præsertim *Io. Royas n. 96. & seqq.* Ideòq; duo tantùm testes, etiam omni exceptione maiores, minimè sufficiunt ad condemnandum virum, non modò bonæ, ac integræ, verùm etiam optimæ, ac spectatissimæ opinionis, & famæ; qualis (communi omnium existimatione) reputatur D.N.

Demùm testes fuerunt examinati à Doctore Baldassare Proagna, cui D. Visitator informationem commisit, Is verò erat maleuolus, & inimicus D.N. cùm plures, atquè graues excessus (vt mihi præsupponitur) eum in Ciuitate Catanzarij commisisse, D. N. Regni Proregi denunciauerit, eiusdemquè mandato de ijs fuerit inquisitus, flariniquè reuocatus à commissionis munere, nondùm explero, quod idem Prorex ei delegauerat; Ex hac verò criminum delatione nemo prudens hæsitabit, eum male-

uo

uplum,ac inimicum præſumi D. N. illius crimina deferentis, quemadmodum inimicus præſumitur ex eo,quòd quis alterum de crimine accuſauit, *gloſ. in l. licèt,in verbo capitales, ff. de arbitris, in §. inimicitiæ, in verbo capitales,Inſtitut. de excuſat. tutor. Bart.in l.3.num.2 ff.de teſtib.* aliqué apud *Maſcard. de probat.concluſ.898.num.16.vol.2.* vel ex eo,quòd quis aduerſus alterum depoſuerit, *gloſ. in dict. l.3. in verbo inimicus,ff.de teſtib. Bart. ibidem nu.2.idem in auth. ſi dicatur, num.10. C. eod.* conſentiunt alij, quos refert *Maſcard.num.17.* vel(quod propriùs caſui accedit) qui de altero malam famam ſeminat, *l.ſi inimicitiæ, ff.de his quib.vt indig. Petr.de Rauê.in alphabeto,in verbo iniuria,pag.70. col.2.* eoquè relato *Maſcard.num.41.* Talem verò reſultare contra Officialem delatum apud Principem,eiuſquè mandato inquiſitum ratione officij, nemmem negaturum exiſtimo.Sed nè in denunciante ſingularis delideretur deciſio, quòd ex denunciatione ſoleant oriri graues inimicitiæ inter denunciatum, & denunciatorem, docet, & confirmat *Panorm.in cap. olim, num. 7. de accuſatio.* At verò informationes ſumptæ a perſonis maleuolis & inimicis rei accuſati,ſunt ſuſpectæ,vt iſdem verbis tradit *Cranett.conſ. 6.num.30. verſ.conſidero,* & iterùm *num. 35. in fine, verſ.in quæ re confirmantur,* quòd ſi inimicitiæ præſumptio ceſſaret,ſuſpitio ſaltè inimicitiæ nó deeſt,

Et verò ſufficeret ad teſtem repellendum, hunc enim ſuſpatio inimicitiæ repelli,ſi ut ipſa inimicitia,ità notabilitèr *Innoc.in cap.cùm P. Manconella, num.7.de accuſatio.*& ex eo *Bald. in auth. ſi dicatur, num.10.C. de teſtib.Grammat.conſ.46.num.6.* ſatis eſt enim,vt ſubijcit *num.7.* ex *Innoc. Bald. & Panorm.* apparere de cauſa inimicitiæ,licèt inimicitia ex animo non probetur, quod autem teſtem repellit,iudicem multò magis recuſat,*gloſ. ordinaria in cap.inſinuante,in verbo familiarem, & in cap. cùm* R. *Canonicus,in verbo ſocij,de off.deleg* Quippè faciliùs recuſatur iudex,quam teſtis ; proindè ſicut præfatus Doctor Proagna cenſendus eſt inimicus D. N. ſiuè ſuſpectus de inimicitia, ità hæc informatio ab eo capta,ſuſpecta pariter iudicanda eſt,ideoquè minimè probat. Cùm probationes contra Officialem ſindicandum,ac viſitandum eſſe debeant legitimæ, euidentes,ac diſertiſſimę,vt ſuprà *loco* indicauit,deficiente igitur legitima criminum obiectorum probatione,iure non potuit D. N. condemnari.

Tertiò principaliter,vndecimum, ac poſtremum criminis caput, ob quod potiſſimum fuit grauiſſima D. N. hæc irrogata pœna inhabilitationis ad quodlibet iuſtitiæ officium adminiſtrãdum, non eſt iuxtà ea,quæ narrantur,delictum. Proponitur,contra Magiſtrum Philippũ de Matera textorem ſericarium condemnatum ex voto eiuſdem D. N. & alterius Auditoris Collegæ, cum interuentu Regij Fiſci,vt in camera tormentorum aliquot percuteretur fuſtium ictibus pro truffa, & furto certæ quãtitatis ſerici,quod receperat à D. N. pro cubiculi ornamento contexendo.Non ſolùm conſtare ex proceſſu informatiuo de truffa, & furto prædicto.Verùm etiam,eundem Philippum crimen fuiſſe confeſſum in iudicio, ſua ſponte, abſquè meru tormentorum,hoc cùm ità ſit, truffæ, ac furti delictum redditur notorium,quia confeſſio ſpontanea,ac iudicialis facit rem notoriam, *cap.veſtra,cap. tua nos, & cap. vlt.de cohabit.cleric.& mulier.* cumulãt *Maſcard de probation. concluſ.1102. num.2. lib.2. Farinac.de delict.& pœn.quæſt.21.num.31.* Indè delictum confeſſatum dicitur notorium, vt multorum authoritate reſoluit *Farinacius,* modò contra confeſſionem nihil opponatur, vt permulti declarãt apud *Eundem loq. num.32.* Ità crimen hoc truffæ,ac furti confeſſatum,cuius confeſſio non fuit à confitente aliquo ex capite impugnata, eſt proculdubio notorium;eius autem pœna in Regno eſt certa ſpeciali lege diffinita,quam Iudici excedere non licet, ex *cap. ad hoc,de furt.* Quo ſtatutum eſt, vt pro furto commiſſo in ſę valente infra vnum auguſtalem, quilibet fuſtigetur,& fignetur,ſeù mercetur in frõte ; ac nihilominùs de tota Prouincia banniatur, cuius diſpoſitione correcta eſt pœna furti,iure communi ſtatuta,vt notat ibi *Niger num.4.* valor autem auguſtalis eſt quindecim carolenorum, *Afflict.in Conſtit. Quicunquè mulierem, col.2.num.2. & Niger* in eodem *cap.num.130.* Hunc planè valorem multũ excedere pretium ſerici,de quo truffam, ac furtum cõmiſiſſe reus damnatus faſſus eſt, pro indubitato præſupponitur : Quoties autem delictum eſt notorium,eiuſquè pœna certa,ac determinata, non irrogãda Iudicis arbitrio, poteſt quis eſſe Iudex in cauſa propria,de quo crimine cognoſcere, illudq; punire.Quoniam tunc executor potiùs iuris eſt,quàm Iudex,cùm in facto notorio non feratur ſententia, vel ſi feratur,non fit cum ſolemnitate; ſed executioni demandatur iuris diſpoſitio : Cumquè pœna ſit certa,ac in iure expreſſa, nequit Iudex excedere ; quòd ſi Iudicis committeretur arbitrio, poſſet is in arbitrando modum excedere; Ità diſertè concludit *Panor. in cap. cùm veniſſent, num. 8. verſ. inferiori verò prælato, de iudic. in capit. propoſuit, num.8. verſ.ex prædictis, in cap.dilectus, num.3. de pœn.in cap.1.num.5 de maledict.in cap.olim,num.6.* circa *finem,de accuſatio. Iacob in l. qui iuriſdictioni 1.lectura,num.10.ff.de iuriſd.omn.iudic. Dec.num.11. Iaſon num.3.Zaſius num.9.* idem *Dec.in d.cap cùm veniſſent,num.48. Felin num.4.*

Propterea, iure potuit D. N. in propria cauſa ius ſibi dicere, ac certam reo notorio pœnam irrogare,Regni lege diffinitam : Conſequentèr nullum hoc nomine delictum ei poterit imputari. Multò igitur magis erlicuiſſe,fatendum eſt, pœnam mitiorem extraordinariam indicere;qualis fuit ictus fuſtium priuatiua irrogata.

Reſtat non appareat, præfatum Philippum allegaſſe ſuſpectum D. N. tanquam de propria cauſa cognoſcentem, vel ſaltem oppoſuiſſe in ſua cauſa iudicare,hac autem allegatione,ſiuè oppoſitione ceſſante,legis prohibitio, nè quis in ſua cauſa iudicet,vel ius ſibi dicat,minimè obtinet ; debet enim Iudex recuſari,vel ei opponi, *gloſ.in can.1. in verbo parentes, verſ.Dominus Hug. 3. quæſt.5* eiuſquè authoritate *Ioan Andr.in cap cùm contingat, num.22. de foro competenti, Alber.c. in dict.l.qui iuriſdictioni,num.1.Caſtrenſ.num 2, & 3. Dec.* eodem *num.4. & 5.* idem *Dec.in dict cap.cùm veniſſent,num.59.& 60. & in cap, cauſam, quæ, num.18. de offic.deleg.* qui *num.præcedenti* de communi tẽſtatur, poſt *Iaſonem* in eadem *l. num.6.* qui eiuſdem ſententiæ recenſet *Archidiac.& Zabarellam*: Cùm enim(vt *Caſtrenſis* primus omnium obſeruat)lex ſtatuat,non debere quempiam in ſua,ſuorumquè cauſa iudicare, relata *l.qui iuriſdictioni.* Idq; iniquum reputat *l.1.C.ne quis in ſua cauſa,* non autem non poſſe iudicare;prohibitio non prouenit ex perſonæ inhabilitate, ſed ex honeſtate. Proindè in propria cauſa non deſinit quis eſſe Iudex ipſo iure, ſed manet ipſo iure Iudex, & acta contra legis prohibitionem valida ſunt, quod multorum authoritate confirmat *Dec.*

vbi

vbi supra. Propterea oppositio necessaria est; cùmq; pars, quæ non opponit, censeatur tacitè consentire, ac prorogare iurisdictionem Iudicis alieni, *l.1.ff.de iudic.* cum similib. Multò magis tacendo præsumitur consentire, ac prorogare iurisdictionem Iudicis sui, vt rectè aduertunt *Dec. in cap.cùm venissent, nu.* 19. *vers. sed tamen aduertẽdum, & Iaſ. in l. qui iurisdictioni, nu.*6. Propterea reo tacente, nec exceptionem opponente de Iudicis suspitione, potuit D. N. in propria causa iudicare, quamuis de crimine non notorio ageretur, facilius autem, eum potuisse, fatendum est; cùm non solus, sed accedente alterius Collegæ voto, ac Fisci interuentu, in propria causa iudicauerit, quod verò lege permittente fit, non est delictum, atque adeò nullam pœnã meretur, *l. Græcus, C. ad l. Iuliam de adult.* cum simil.

Cæterùm, vel si aliquod delictum hoc nomine ei adscribi posset, illud nullo planè modo negari nequit. Quicquid hac in re D. N. egit, officij ratione eum egisse. Condemnauit enim tanquàm Audit. or Prouinciæ Præpositus; atque iure putasse, id sibi licuisse, ex authoritate officij. Tùm ob delicti notorietatem; certamq; pœnam in Regno definitam. Tùm ob tacitum rei consensum, qui nihil opposuit, ex proximè deductis. Cùm autèm Officialis prætendit, id, quod egit, sibi licuisse ex authoritate officij, in dubio magis tenetur ob imperitiam, quàm ob dolum, ideoque est absoluendus; ità ijsdem fere verbis *Bertazzol.* fere relato *cons. 71. num. 53. vers. de relatione, &c.* qui, rogo, reuideatur.

Itaquè, vel ex potestatis defectu, quia crimina obiecta eiusmodi sunt, de quibus D. N. sindicari non potuit, vel ex defectu probationis, quia legitima non sunt probata; multiplici ex capite, vel ex defectu criminis, quia vltimum, quod ei imputatur, non est delictum, debuit omni iure cum laude absolui.

Tandèm (si hæc deficerent, quæ tamẽ solidè consistunt) & Fiscus, vel accusator in capitibus delictorum exhibitis esset in probatis. Adhùc pœna hæc perpetuæ inhabilitationis ad omnia officia iustitiæ exercendæ D. N. imposita, est perquàm grauis, admodùm dura, summè rigorosa, vtque pro necessaria rei defensione, liberè dicam, iniusta, ac planè iniqua; equidèm sicut administrare honor est, ità remoueri ab officio dedecus est, *glos. in l. testimonia centurio, §. 1. in verbo negotio, ff. de manumiss. testam.* imò maximum dedecus esse, scribit *Platea in l. iudices, num. 3. vers. ad prædicta, C. de anno. & tribut. lib.* 10. Adeò vt ab officio, vel à Senatu remotus propter delictum infamis efficiatur *Odofred. Bart. Bald. Fulgos. & Io. Coras. num. 7. in l. 2. ff. de senator. Azened. lib. 3. nouæ recopilation. tit. 7 leg. 7. num.* 6. *Bonadill. lib. 1. polit. cap. 16. num. 16. in fine, & nu.* 18. *Mastrill. de magistrat. lib. 2. cap. 9. nu.* 15. Idemque in milite, à militia ignominiosè remoto, propter delictũ, vt infamis efficiatur, tradit idem *Platea in l. 1. nu. 1, C. de his, qui non implet. stipend. lib.* 10. Probat egregius *I.C.* locus, quem pauci obseruant in *l. cognitionem, §. minuitur, ff. de var. & extraordin. cognition. Minuitur*, inquit *existimatio, quotiès manente libertate circa statum dignitatis pœna plectitur, sicuti cùm relegatur quis, vel cùm ordine mouetur, &c.* Confirmat ratio, quam indicat *Azened.* quia Officialis damnatus ob delictum in officio admissum, damnatur publico iudicio, quo damnatus efficitur infamis, *l. infamem, ff. de public. iudic.* Hæc autèm infamiæ pœna, viro nobili, honesto, atque graui, grauis quoque, ac magna reputatur, cùm grauis censeatur negotium, in quo de famæ nominis agitur, *can. merito, & can. deterioris 6. quæst. 1. Guido Pap. decis. 429. num. 4. Cranett. cons. 168. num* 2. qui multis exornat, deperdit enim nobilitatem, eiusque priuilegia, vt iusè confirmat *Tiraquell. de nobilit. cap.* 33. Adeò autèm grauis, ac rigorosa censetur infamiæ pœna, atque honoris amissio, vt morti comparetur, eique similis dicatur, *l. iusta, ff. de manumiss. vindicta*; ex quo *glos. in verbo infamiæ* notat, periculum infamiæ simile esse periculo vitæ, eandemque æquiparationem adhibet *Bart.* authoritate *Hugolin. l. transigere, n. 4 & 5. C. de transactionib. Gulicin. Beneditius in cap. Raynutius, in verbo marito itaque testatore, il* 1. *num.* 514. *Follerius de contractib. conjugal. num.* 193. *Cranetta* relato *cons.* 168. *num.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 80. *num.* 41. *Petr. Caball. resolut. criminal. centuria* 2. *casu* 166. *n.* 9. qui agit de Officiali, cui imposita est pœna priuationis officij, in quo reperitur, & inhabilitationis ad omnia alia officia publica; infames enim mortuorum loco haberi, cõstat ex *l.* 1. *§. quidam filium, ff. de bonor. possessor. contra tabul.* quinimmò vir bonus, ac nobilis grauius punitur infamiæ nota, quàm vitæ amissione, quippè nominis famam, cunctis rebus, etiam vitæ anteponere debet, eique maior metus honoris esse, quàm mortis, *l. isti quidem, §. quod si dedecet, ff. quod met. caus.* fatuique mori, quàm dulcissimum famæ nomen perdere, quod grauissimorum Authorum testimonio confirmat *Gigliem. de Benedict. vbi supra, num.* 312. repetit ex eo *Follerius* eodem in *loco, num.* 493. Proindè qui famam suam negligit, crudelis appellatur, *can. nolo* 12. *quæ.* 1. quòd si pœna priuationis officij, ac perpetuæ inhabilitationis ad futura, tanquã famosa, honorem, ac existimationem perpetuò ledens, in viro nobili, optimæ opinionis, ac integerrimo, qualis omnium (etiam inimicorum) consensu semper habitus fuit dictus D. N. grauis, magna, immò grauissima, ac maxima censetur, ac morti, vitæque amissioni comparatur; quis erit tàm durus, ac ferreus, tàm immitis, ac ferus, qui non fatetur, sententiam hanc, de qua agitur, eiusmodi pœna eum plectentem, ab omni æquitatis, ac iustitiæ ratione abhorrere, omnique ex capite iniquam, ac iniustam decerni debere?

Vt autem dissertis *DD.* testimonijs id euincam, pœnam priuationis, seù inhabilitationis ad officia irrogandam esse pro magno delicto, ab Officiali commisso, veluti propter fraudem, corruptionem, baraptariam, atque adeò dolum, vel magnam culpam, quæ dolo æquiparatur, expressè tradit *Iacobus de Bellouis. in practica iudiciaria, in criminalibus, titul. de fuga reorum, nu.* 57. *vers. & circa hoc*, in quo scribit, *& circa hoc sic distingue, quia aut quis commisit dolum, vel magnam culpam, quæ dolo æquiparatur in administratione, & tunc debet remoueri, & nunquàm vlteriùs ad illud officium restitui, vt in auth. de armis, §. penult. cum ibi not. collat. 6. & C. de iuscept. & archiar. h si aliquid, lib.* 10. *cum ibi not. in medio glos. quæ est notabilis; aut commisit culpam, &c.* Eoque non citato id ipsum in Officiali à Sindicatoribus condemnando nominatim resoluũt *Mierez ad leges municipales Barcinonæ*, eiusque authoritate *Iacob. Cancer. variar. resolut. par.* 3. *cap.* 12. *nu.* 90. *cum seqq.* qui formalibus fere verbis scribit. Constitutiones municipales Barcinonæ; quibus cautum est, vt Officiales per Iudices rabulæ, ideſt Sindicatores condemnatus non possit amplius Regia officia obtinere, locum habere, cùm *Officiales* sindicantur propter fraudem, corruptionẽ, baraptariam

riam, aut aliam magnam culpam, ab eo commissam, quæ dolo æquiparatur, hoc enim casu (inquit) cùm fiunt condemnati, loquuntur prædictæ Constitutiones. Quibus statuitur, vt Officialis condemnatus, amplius ad officia redire nequeat, secus si condemnatio esset facta pro aliqua leui culpa, & pro damno alicui parti culpose dato, vt in terminis notat *Mierez* sub *dict. titul. de tabula, cap. 2. num. 3. & 4. & in cap. 7. titul. de tabula, col. 2. 4. in curia 3. Barcinonæ. n. 85. fol.* mihi 85. *& in tit. de officiali in tabula condemnato, num. 2. fol. 43.* subijcit *num. 95. & ità visum fuit Senatui die 16. Martij 1599. Ad relationem eminentissimi I. C. Equissimique Senatoris Don Ioannis Gallego, in causa Iacobi Reuentos termini de subirats, cõtra aliquos singulares dict. termini. Actuario Bioscæ*: eandem *Mierez* resolutionem probat, ac Senatus decisione confirmat *Ioan. Petr. Fontanella de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4 glos. 10 part. 1. num. 57.* vsquè ad 59. cuius verba adscribere libuit. *Item inter alia etiam impedimenta, quæ non permittunt, quem admitti ad officia iurisdict. nalia, maximè Regia, veluti Vicarij, Subuicarij, Baiuli, & similia regenda, illud vnum est, quod singulariter practicatur in nostra Cathalonia, vt nullo modo ad ea admittatur, qui cùm aliàs, de alio simili officio extitisset prouisus, fuit postmodùm in sindicatu ad aliquid condemnatus, ratione gestorum in officio, ità di posuit expresse Constit. 3. titul. de person. prohib. reg. offic. Quod tamen intelligitur, quoties Officialis fuisset condemnatus pro aliquo magno delicto, propter fraudem scilicèt, & corruptionem, aut propter magnam culpam, secus verò, quando pro paruo, & minimo delicto, Mier in cur. Ilerd. Iacob. 2. cap. 2. col. 4. num. 2 cum sequent per illum text. qui in vol. constit. & const. 6. sub tit. de offic. ind. tab. dicens, iuxtà dictam constitutionem, & in illius terminis esse intelligendas omnes constitutiones, quæ disponunt, Officialem condemnatum, non posse tenere officium Regium, cùm is casus contingisset disputari in Senatu, fuit ità decisus ad relationem egregij Senatoris Ioannis Gallego die 16. Martij 1599. Actuario N. Mallol. in causa Iuratorum de subirats, contra Iacobum Reuentos.*

Quòd verò in re presenti dicatur delictum magnum, & graue, vel paruum, Iudicis arbitrio statuendum esse concludit *seq. num.* 59. Qui eiusmodi esse iudicabit, ex qualitate, & circumstantia facti, personæ delinquentis, & personæ, cõtra quam delinquitur, iuxtà *glos.* traditionem in *l. 1. in verbo parte ff. de custod. reorum*, à cæteris receptam apud *Menoch lib. 3 casu 166. num. 1. Farinac. in titul. de delict. & pœn. quæst. 18. num. 6.* Aliosque ab ijs, ac *Fontanella* commemoratos; confirmant manifestè Imperatorum rescripta in *l. si aliquid*, C. *de suscepto. & Archad. lib. 10. in l. iudices*, C. *de dignit. lib. 12. in l. nullos*, C. *de palatin. sacra largitio. eod lib.* in quibus pœnam priuationis officij iniungunt ei, qui fraudem, & crimen dolosè in officio admisit. *Si aliquid*, (rescribunt *Archadius*, & *Honorius*) *à susceptore, vel à tabulario, fraudis commissum esse, possessor deprehendatur, nemo eorum semel de interuersione conuictus, id rursus officium gerat, in quo antè decoxit.* Constitutionis verba manifestè ostendunt Imperatores agere de admittente fraudem, atque adeò dolum in administratione, idque docuit *Iacobus de Bellouisu loco* suprà relato, cuius formalia verba. In altera, *Iudices* (inquiunt) *Gratia. Valent. & Theod.* qui se furtis, ac sceleribus fuerint maculasse conuicti. Ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti; inter pessimos quoque; ac plebeos habeantur, Hæc sibi post hac de eo honore blandiantur, quo se ipsos indignos iudicauerunt, nullus (scribunt *Imperatores Valen. Gratian. & Val.*) Thesaurientis, vel Officialis Comitis thesaurorum, semel deprehensus, euersor, quocunque pacto, aut repetat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum, dignitatem, vel se transferat ad aliam quamcunq; militiam.

Est autèm euersor prodigus, dissolutus, qui patrimonium suum profundit. Authore *Caio lib. 1. instit. tit. 8.* Nàm euertere patrimoniu.n, a quo euersor deriuatur, idem est, quod disperdere, *l. 1. ff. fam. ercisc.* quibus adducti vtrunque docuerunt *Hot. de verb. iur. in verbo euertere, & euersor*, *Parduphus Prateius lib. 5. Thes. iur. ciuil. Io. Caluin. in lexico iuridico*, in eodem *verb. euersor, & euertere*, eandemque constitutionem in admittente fraudem in officio intelligit *Bart.* cùm scribit, nota hic casum contra conseruatores monetæ, quòd si reperti sunt fraudè commisisse, ad aliud officium, nec ad aliam dignitatem aspirare debent, *Iacob. Rebuff.* per eadem verba, *Platea*, & hanc, inquit, not. pro thesaurarijs, cõseruatoribus monetæ, seu defensoribus aeris communis, quia si reperti fuerint aliquam fraudem commisisse in officio, & illo omni alio officio, & dignitate priuari, *And. de Barulo*, qui ita summat, Thesaurien sis, qui male, fraudulenter se gessit in officio suo, ad illud officium, nec ad aliud nunquàm redibit, ità fraudulenter officium gerentibus, furtis, ac sceleribus in eo sese maculantibus, priuationis pœna irrogatur, tàm eiusdem, quàm alterius officij. Quod idem *Platea* significat eodem in *loco*, cùm post relata verba subijcit vt hic, & in *l. si aliquid*, supra *de suscepto. & Archar. in l. iudices* 5. *de dignit.* & alijs concordantibus *glos.* allegatis, quia semel malus semper præsumitur esse malus.

Eum verò, qui fraudem, dolum, vel aliquid aliud magnũ, siuè graue delictum minimè admiserit, sed culpam, vel negligentiam dùmtaxat, quæ non sit magna, ac dolo proxima, hâc ipsam priuationis pœnam non meretur, constat ex communi *DD.* interpretatione, qui eãdem priuationis pœnam lege indictã, pro culpa, ac negligentia magna, quæ dolus præsumitur, vel proxima censetur. Extitit huius sententiæ *glosa in cap. ad monasterium*, §. *Abbas verò, in verbo negligens, de statu monach.* Imposuit *Innocen. Tertius* priuationis pœnam Abbati negligenti in officio suo. Addit relata *glos.* concordantes, in quibus pro negligentia posse quis remoueri, statimque addit, quod verum est, si est magna negligentia. *ff. de verb. signific.* magna cuius hæc sunt verba, *magna negligentia culpa est; magna culpa dolus est*; consentiunt *Ioan. Andr. num.* 26. circa *finem*, *Hostiens.* eodem *num.* 26. qui scribit. Quod verum est, si sit magna negligentia, crassa, & supina, *Panorm. num.* 20. qui monet, *glos.* esse benè notandam, quòd pro qualibet negligentia non debet remoueri; Prælatus etiam Regularis idq; (vt ipse aduertit) cautum est in *cap. vlt. vers. quòd si Abbas*, eod. *titul. de stat. monachor.* cùm in eo decernat, quòd si Abbas fuerit nimis negligens, & remissus, ei adiungatur fidelis, ac prouidus coadiutor vsq; ad capitulum generale. Quarè nõ omnis negligẽtia, sed nimia requiritur, vt coadiutor dari possit; multò igitur magis eadẽ negligentia necessaria est, vt Abbas ab officio remoueatur.

In Officiali verò tradit idem *Iacobus de Bellouisu* vbi suprà, qui scribit, *Aut commisit culpam, vel negligentiam, & tunc si pluriès fuerit negligens, vel in culpa, remouetur, vt* C. *de seru. fugit. l. mancipia. cum ibi not. & ff. de custod. reor. l. carcer, cum ibi not. in fin. glos. & l. non facili, eod. tit. cum ibi not. super vers. ei com-*

commiserit,& C.de offic.Præfect.Prætor.l.si quos: si semel fuit negligens,tunc non remouetur, nisi esset magnum delictum,&c. His manifestè decidit,negligentiam,vel culpam non pluriès, sed semel ab Officiali admissam,nisi magna sit, vel magnum continet delictum,ab administratione eum minimè remouere, indicat id ipsum *Io. de Platea in l.quicunque*, C.*de diuers.officijs,& app.iudic.lib.* 12. notat ex ea *num.* 1. propter culpam, vt negligentiam Officialem posse condemnari, & ab officio remoueri,sicut propter fraudem,& dolum,subdit,& priuatur salario, *l.Iudices* §.*de anno.& tribut.* & dic, vt *ibi* dixi,de ista remotione,& punitione,propter negligentiam, in ea verò *l.num* 2. *vers.& de hoc resoluit*, post *glos. Bald. et Salyc.* in *l.mancipia*, C.*de seru.fugit.* propter negligentiam, vel culpam minores Officiales de facili posse remoueri, maiores autem,propter enormia delicta in officio commissa, non propter leuia,& minores culpas, sed expectandum esse tempus sindicatus, de quibus autem debeant sindicari,quæritur *num.* 14. *vers.sed quæro*, in quo statuit,consuetudinem obseruare, vt non sindicétur de negligentia, per quam fiat scrupulosa inquisitio contra eos; Sed de negligentia tantum dissoluta,ac dolo proxima, quamuis (subdit) de mero iuris rigore, ità debent sindicari de negligentia, sicut de culpa in faciendo commissa per hanc legem, &c.

His constat.*Plateam* intelligere priuationis pœnam in *l.quicunque* statutam contra Officiales, culpam,vel negligentiam committentes, ex communi saltèm consuetudine,non obtinere in omni culpa, vel negligentia,sed in ea tantùm, quæ est magna, ac dolo proxima, de qua duntaxàt sindicari possunt, iuxtà receptissimam omnium traditionem principio commemoratam, cui in visitatione quoq; generali locum esse, atquè ab ea interpretationem recipere amplissimam D. Visitatoris commissionem, multorum authoritate demonstrauimus: Quòd si nequit Officialis sindicari de negligentia, vel culpa,quæ non sit dissoluta, lata, & dolo proxima; consequens est, multò minus, posse ipsius nomine condemnari.

Portò qualis debeat esse Iudicis negligentia, quæ latæ culpæ adscribitur, atquè adeò pœnam mereatur,elucidant *Bald.num.*1.*& Salyc.num.*6.*in dict.l.mancipia*,C.*de seru.fugit.* Qui hęc proponunt exempla, si Iudex noluit recipere libellum querimoniarum,vel si recipit,sed super eo non procedit, nec voluit examinare testes productos: si non fecit restitui furtum, vel damnum passo: subijcit, itaquè & talis negligentia est lata culpa, seù dolus præsumptus; si aliud omiserit,ad quod faciendum ex officio tenetur, si negligens fuerit in puniendo delinquentem, *Cravett. cons.* 112. *num.*4. Horum autem aliquid D. N. nec obijcitur, nec obiectum probatur. Nè autem punctualis desit decisio,cùm capita obiecta non respiciunt dolum, vel baraptariam, non posse Officialem in visitatione generali pati aliquid detrimenti respectu officij, vel honoris,resoluit *Rauden.* eodem *cons.*49. *num.*59. *in fin.* Itaquè multiplici ex capite manifestè apparet, sententiæ huius iniquitas. Quamobrèm D. N. iustissimè vos appellat supremi Italici Consilij (Iudices Amplissimi) quos sibi & debere,& posse intelligit opitulari,vestram omnium obtestatur fidem, æquitatem, Religionem, ac suppliex exorat, vt proprio honori, familiæ, ac posteritatis suæ perpetuæ consultatis existimationi.

Io.Laurentius Rogerius.

Hoc idem fuit tractatum in quadam causa sindicatus Magnifici Francisci Antonij Rocca olim Iudicis Mag.Cur.Vic.ad quærelam Hieronymi Porrata.Cum enim fuisset carceratus Ghibertus Duquer Belga hic Neapoli vti suspectus de fuga pro assecuratione iudicij ad instantiam prædicti Hieronymi Porrata creditoris fuit per Magnam Curiam post nonnullos dies prouisum, quòd excarceretur,à quo decreto cùm Hieronymus appellasset die sequenti, non obstante appellatione prædictus Iudex Rocca pro exequutione prædicti decreti Mag.Cur.illum excarcerari fecit,post quam excarcerationem Ghibertus fugam arripuit, & sic fuit dubitatum,an prædictus Iudex Rocca in sindicatu conueniri potuisset pro prædicta indebita excarceratione,quam non constabat,nec per dolum,nec baraptariam factam fuisse? Et quia decretum M.Cur. quòd excarceretur fuit confirmatum per Sacrum Consilium,& etiam per Collaterale Consilium facta relatione per Magnam Curiam iunctis Consiliarijs duarum aularum ordine S. C. ideò fuit decisũ pro sindicando, non aliter discusso articulo, si ex sola baraptaria,& dolo Officialis in sindicatu teneretur,& quoniam huius causæ discussio prædictum, aliosquè varios sindicatus articulos complectitur, ideò referre volui infrascripta, quæ in causa prædicta tractata fuere.

Contendebat itaq; Hieronymus Porrata Ghiberti creditor,quòd dùm Iudex Rocca non obstante appellatione interposita à decreto Magn. Curiæ, quòd excarceraretur Ghibertus, illum excarcerari fecit,nullitèr,& perperàm id fuit exequutus,ac proindè fecit litem suam,& in Sindicatu tenetur, condemnariq; debebat per Sindicatores ad totale interesse,plusquàm duc.duodecim mille in beneficiũ ipsius Hieronymi creditoris. Suamq; fundabat intentionem ex eo,quia ea omnia deduxerat, & probauerat,quę ad capturam fugitiui debitoris necesse erat,concurrere.

Siquidèm constare primò fecit de eius credito non solùm summariè,vt sufficiebat,sed etiam plenè per instrumentum confectum Bruxellis sub die 21. Aprilis 1613. in quo prædictus debitor promiserat molendina nouæ inuentionis erigere Neapoli, quibus non erectis teneri voluit ad omnia damna,& interesse, & creditor promisit ei mutuare ducatos mille, produxitq; duos testes probantes eius creditum,vnum de visu,& alterum de auditu,nec non recognitionem scripturarum, & debiti confessionem à debitore coràm Iudice factam.

Secundò deducebat deteriorationem conditionis prædicti debitoris post contractum, ex eo, nam is se ingeniosum Artificem in huiusmodi molendinis construendis asserit,& postmodùm ea non cõstruxit, nec crediti satisfactionem procurauit, ex quibus satis eius conditionem deterioratam esse affirmabat.

Tertiò,quòd forensis erat debitor, & nihil Neapoli loco iudicij possidebat.

Quartò per duos testes probauit, debitorem suspectum esse de fuga,& ad eam se accingisse, quamobrèm stantibus prædictis,legitimè,ac iustè fuisse Ghibertum debitorem carceratum pro iudicij assecuratione,fortiter contendebat.

Nàm etiam indebitè captus detinetur, si post capturam superueniat probatio debiti, *Farin.* qui de communi, & magis communi testatur *quæst.* 17. *num.*111. refert, & sequitur *Giurb. decis.*17.*num.*7. *Ofasc.decis.*34.*num.*3.*Franc.Marc.decis.*1061.*Morat. cons.*

cons.80.num.11. & 12. Alexan.cons.81.num.5. lib.7. Parisius cons.99. num.35. lib. 3. Socin. cons. 113. volum.3. circà *finem, Cravett.cons.140.num.9.* & hanc etiam communem ex pluribus dixit *Burſatus cons. 74.num.167.lib.1.*

Nec maior probatio ſuperuenire poteſt, quàm vbi ex confeſſione debitoris de debito conſtat, vt in hoc caſu, nàm tunc captus non debet relaxari, ex quo prætenditur, capturam ab initio nullam fuiſſe, quia ſtante confeſſione debet confirmari, proùt magiſtraliter docuit *Paulus Caſtrenſ. conſil.* 472. in *fine, lib.* 1. quem referunt *Caccialup.* in *tractat. de debitor. ſuſpect. quæſt.* 14. *princip. num.* 4. *Paris de Puteo de ſindicat.* in *ver. An ſi poteſtas*, in *fine*, *ver. Attamen Paulus de Caſtro*, *Decius conſil.* 449. *num.* 19. *&* 20. *Romanus conſ.* 224. *&* 241. quicquid aliter dixerit *Decius conſil.* 75. nàm contrarium deciſum fuiſſe teſtatur *Magon. dec.Florent.*126.

Confeſſus enim in iure pro iudicato habetur, *l. vnica*, C. *de confeſſ.* & contrà confitentem in ciuili non ſequitur ſententia, ſed executio, & præceptum de ſoluendo, *l. ſi debitori*, vbi *Bartol. ff. de iudic.* & dict. *l. vnica*, C. *de confeſſ.* & dixit *Butrius* in *cap.* 1. *de confeſſ. num.* 14. *ver. Communiter dicitur, quòd in ciuili*. Confeſſio enim habet vim inſtrumenti, & alias probationes excedit, *Decius* in *l. cùm te*, C. *de tranſact. num.*7. *Pariſ. dict. conſil.*99. *num.*12. *& ſequent. & Socin. Iunior conſil.*8. *num.*19. *&* 20. *lib* 2. Et quandò eſt facta coram Iudice, & apud acta, vti iudicij calore veſtita, eſt tantæ efficaciæ, quòd habetur pro notorio, *cap. finali, & cap. veſtra*, vbi *gloſ. de cohabitat. clericor.* & dixit *Affict. deciſ.* 372. *num.* 8. & dicitur pleniſſima probatio, *Cornens conſil.* 161. *volum.* 3. cæteriſquè probationibus præſtat, *Cranetta conſ.*61. *numer.*3. *Magon. deciſ.Florent.*77. *num.*13. *&* 14. eſtquè tanti roboris, vt via nullitatis minimè poſſit impugnari, *Cacheran. deciſ.*109. *num.*13. *& Magon.deciſ.Lucenſ.*25. *num.* 44.

Nec vim facit partis obiectio, quòd confeſſio hęc non ſit facta coràm Iudice pro Tribunali ſedente, ac proindè nullius ſit virtutis, nàm ſiuè domi, ſiuè in itinere ſit Iudex, ſemper actus dicitur iudicialis, *textus* eſt in *l. voluit, § finali, ff. de interrogat. action. gloſ.* in *leg.* 1. *C. de confeſſ.* in *ver. ſoluere, verſ. & intellige*, *Paulus de Caſtro conſil.*473. *lib.*1. Et quandò Iudex examinat ſuper captura debitoris fugitiui poteſt id facere in eius camera, proùt dixit *Caccialup. quæſtion.*6. *principal. num.*23. *de debitor. ſuſpect. & fugitiu.* Et quòd confeſſio plenè probet, etiam quòd ſit facta extrà bancam, & ſic extrà locum iudicij, ſcripſit *Innocent.* in *cap. per inquiſitionem*, vbi etiam *Butr. de elect.* accedente præſertim atteſtatione Actuarij Magnæ Curiæ Vicariæ, de Indicis mandato ſcribentis, nàm ei in ciuilibus creditur, *Capyc. deciſ.* 61. *num.*5. vbi *Petra. Addens, Magon deciſ.Lucenſ.*48. *num.*37. *& Caraut. titu* 174 *num.*3.

Nec minus oberit eiuſdem partis ponderatio, quòd debitor ipſe, ſcripturam eius manu confectam fuiſſe, non autèm debitum coràm Iudice, fit confeſſus. Nàm qui confitetur ſcripturam, videtur fateri omnia contenta in ea, vt per *Bart.* in *l. poſt legatum, ff. de his quib. vt indig. et Pariſ. conſ.*79. *num.*2. *et* 3. *lib.*3.

Præterea ſatis probatur debitum, dùm quis recognoſcit ſcripturam à ſe factam eius propria confeſſione, etſi debitum neget, proùt docuit *Cravett. de antiquitat. tempor. part.*4. *ſection.* 1. incipiente *Quæritur etiam num.*82. Debetquè quis condemnari eo ipſo, quòd confitetur ſcripturam, eſſe ab ipſo, & eius manu conſcripram, licèt neget, contenta in ea eſſe vera, *l. publia*, in *fine*, *ff. depoſiti*, & dixit *Paulus de Caſtro* in *l. admonendi*, *num.* 42. *ff. de iur. iurand.* poſt *Bartolum* in *l. ſcripturas*, *num.* 4. *C. qui potior. in pignor. habeant.* & quòd confeſſio ſcripturæ non ſolùm manu debitoris, ſed etiam alterius de eius voluntate, & mandato factæ, probat debitum, quàmuis debitum negaretur, conſuluit *Burſ.conſ.*39. *n.*21. *et* 22. *lib.*1.

Et quandò debitor de fuga ſuſpectus capitur, & confitetur debitum, tunc non relaxatur, niſi ſoluat, *Alexand.* in *l. ſi ab arbitro*, in *ſecunda lectura*, *ff. qui ſatisdar. cogant. num.* 2. *Paulus de Caſtro* in *l. neque, § finali, ff. de in ius voc. Franciſc. Marc. dec.* 449. *num.*2. & diſpoſitionem *text.* in *l nemo carcerem*, *C. de exact. public. lib.*10. non obſeruari de conſuetudine, teſtatur *Imola* in *cap. nullus, num.* 5. *ver. Hodiè, de pignor.*

Et ſollemnitates omnes ceſſare in debitore fugitiuo, tradit *Ancharan. conſil.*192. *numer.*3. nàm beneficijs legalibus non gaudet, *Caccialup. quæſt.*8. *Morat. conſil.*80. *num.*4. *Petr. Peck. de iure ſiſtend. cap.*8. in *fine*, *Ancharan. conſil.*123. *num.*8. *Doctor.* in *l. quæſitum*, *ff. de pignorib.* maximè quandò quis contraxit cum aduena. *Iaſon* in dict. *l. ſi ab arbitro*, *n.* 5. *verſ. quartò limita, ff. qui ſatisdar. cog.* & *Bald.* in *rubr. C. quæ in fraud. credit.*

Ideòque poſſe vbiquè conueniri, dixit *Franciſc. Marc. deciſ.* 157. & antequàm cedat dies debiti poſſe capi, voluit *Bald.* in *l.* 1. *C. de condit. ex leg.* in *fine*, etiam die feriata ad honorem Dei, *gloſ.* in *l. finali*, in *ver. fideiuſſionis*, *C. de feriis*, nec contrà capturam de apicibus iuris eſt diſputandum, *Ancharan. conſ.*85. *nu.*3.

Quarè *Doctor.* ad limitationem regulæ *text.* in *l. plerique, ff. de in ius voc.* ex mente *Butrigarij & Cyni* tradiderunt, in cauſa ciuili poſſe quem capi perſonaliter, ſi tamen fuerit contumax, vel ſuſpectus de fuga, *Bart.* in *l. conſentaneum*, vbi etiam *Bald. C. quomodò, et quand. Iudex.* Tunc enim Iudex tenetur præſtare familiam, vt quis capiatur, & ſi denegauerit, tenebitur in ſindicatu, *Bart. ibid. et Caccialup.* in proprijs terminis debitoris ſuſpecti de fuga *quæſt.*6. *princip. num.*8. *de debitor. ſuſpect. Paul. de Caſtro d. conſ.*473. *et Paris de Puteo de ſindic.* in *ver. captura, num.*12.

Et tandèm conſtito priùs ſummariè de ſuſpitione fugæ, capi poſſe debitorem ſuſpectum de fuga, probauit *Antonius de Butrio* in *cap.* 2. *num.* 5. *verſic. fallit in caſibus, de pignoribus*, *Gloſ. et Doctor.* in dict. *l. quæſitum, ff. de pignoribus*. Immò ſi ſolùm de fuga ex indicijs, & ſuſpitionibus timeretur, licèt aliter non probaretur, *Iaſon* in *l. vinum*, *ff. ſi cert. pet. n.* 6. *verſ. Immò fortiùs*. Nec refert, eſſe actu fugientem, & in fuga, vel ſe præparare ad fugam, *Bald. et gloſ.* in *l. pignoris, ff. de pignor. action. et Caccialup. quæſt.* 4. in *princip. num.* 15. *et* 16. Et etiam quòd multa ſubſtantialia aduersùs capturam fuiſſent oppoſita, & præſertim, quòd ſuſpitio fugæ poſt contractum non interueniſſet, fuit nihilominùs pro captura iudicatum, ſicut refert *Theſaur. deciſ.*210.

Nec minus debere creditù liquidari antè capturam dicebat Hieronymi Aduocatus, nàm ſufficit, de eo ſemiplena probatio, quæ reſultat etiam ex priuata ſcriptura, *Anchar. conſ.*192. nàm ad capturam

deuenitur per ſemiplenam probationem, cùm ſit modici præiudicij, quia per ſatisdationem ſolam de iudicio ſiſti liberatur captus debitor, *Paul. de Caſtr. d. conſ.* 473. per totum, *Bald.* in *tract. de carcere, num.* 8.

His addebat Hieronymus creditor ad confirmandam eius inſtantiam, & ad conuincendam ipſius Rocca condemnationem, omnia prædicta Rocca dolo malo feciſſe, ac proinde ad integram litis æſtimationem teneri, *l. ſi filiusfam. ff. de iud.*

Qui fiat Iudicis dolus arguitur, præſertim ex infraſcriptis.

Primò, quia de ordine ipſius Iudicis Rocca fuit facta citatio ad dicendum in eius domo, pro craſtina die, & ſine clauſula, *cùm continuatione dierum ſequentium*, & negotium deinde fuit tractatum in Magna Curia, non ſequenti die, ſed poſt quinque dies. Secundò, quia fuit intimatum decretum Mag. Cur. quòd excarceretur ſub die 5. Decembris, à quo fuit appellatum, & Magnificus Rocca non admittendo appellationem, & non expectato biduo, præcipitantèr die ſequenti ſub feſto Diui Nicolai mandauit, prædictum debitorem excarcerari, proùt fuit excarceratus, &c. & ſic dicitur fuiſſe in dolo, *gloſ.* in *l. 1. C. de fid. inſtrum. lib.* 10. in *ver. mala fide.*

Ex quibus ſequitur, quòd cùm citatio ſit principium, & fundamentum iudicij, ideòque fiat, vt citatus poſſit comparere, & ſe defendere, *l. nàm ſtd Diuus, ff. de adopt. clem. paſtoralis. de re indic.* omninò continere debet certum locum proferendæ ſententiæ, ac certus dies, & terminus exprimi debet in ipſa citatione, *And. Gay obſer.* 12. & 53. *lib.* 1. & *Rebuff.* in *tract. de citat. to.* 3. *fol.* 659. & citatio pro vna die, vel hora decreta, ſi actus fiat altera die, vel hora eſt nullius, *Vant. de nullit. fol.* 200. *num.* 73. *Alex. conſil.* 79. *num.* 3. *lib.* 7. & Iudex, qui ſententiam tulit antè, vel poſt horam partibus aſſignatam ad audiendam ſententiam, tenetur in ſindicatu, quia eſt nulla, *gloſ.* in *§. illud autem, Inſtitut. de verb. obligat. cap. conſulnit, de offic. delegat.* & cùm ſententiam à ſe nullitèr latam exequitur, facit litem ſuam, dixit *Bald. de ſindicat. num.* 12. *verſ. vigeſimo-primò quæritur.*

Tertiò, quia decretum prædictum excarcerationis fuit ſubſcriptum ab ipſo ſolo Iudice Rocca, & in libro Votorum non reperitur ſubſcriptum ab aliis, quo fit, vt non exiſtentibus ſubſcriptionibus aliorum Iudicum, minimè credatur Iudici ſubſcribenti, *Præſ. de Franch. deciſ.* 185. quem refert *Fabius de Anna conſil.* 61. *numer.* 69. & ſubſcriptioni vnius Iudicis non eſt ſtandum, *Grammat. deciſ.* 56. *num.* 28.

Nec officiet replicatio, quòd præſumitur pro Iudice, & ijs, quæ à Iudice facta ſunt, *cap. poſt ceſſionem, de probat. & cap. ſicut, de ſentent. & re. iudic.* nàm id non procedit, vbi reuocatur in dubium de proceſſu Iudicis, & non eſt præſumendum pro iuſto ordine, niſi probetur per acta, *gloſ.* in *cap. quoniam contrà falſam, in ver. præſumatur, verſ. dicit Ioannes de probat.*

Rursùs quandò fuit dictum, quòd dictus debitor excarceraretur, à decreto prædicto fuit appellatum, & Iudex non admittendo appellationem prædictam tenetur in ſindicatu, *l. quoniam, C. de appellat.* vbi etiam *Bartol.* & late *Berart.* in *ſpecul. viſitat. cap.* 17. *num* 54. *tit. de Iudicib. & alijs Officiatib. Innoc.* in *cap. ſepè, de appellat.* in *fine*, quod etiam in interloquutoria procedere dixit *Roman. conſil.* 501. cùm etiam ab ea habente vim diffinitiui detur appellatio, *gloſ.* in *l. antè ſententiam, C. quomodò ſentent. recip. ſap. ſignificauerunt, de reſt.* & ſeruentur in ea appellationum tempora, iuxtà diſpoſitionem *Conſtitution. Regni, Afflict.* in *dict. Conſtitut. Appellationum tempora, & Marant.* in *p. 6. num.* 243. *actu* 2.

Præterea vbicunquè damnum illatum non poteſt reparari per ſententiam in cauſa appellationis, tunc ſemper ſententiæ executio impeditur, *Cacheran. deciſ.* 25. ex *Iaſ. Alexand.* & alijs, & punctualiter quòd ab interloquutoria, vt quis excarceretur pendente appellatione non poſſit excarcerari, notabiliter dixit *Guid. Papadee.* 235. & 436. *num.* 39. circà *finem, & deciſ.* 237. Quinimò etiam ſi appellatio non ſit interpoſita, durante tamen biduo dato ad appellandum, nihil eſt innouandum, *gloſ.* magiſtralis, & communitèr recepta in *l. 1. ff. nihil nouar. appellat. pendent. in ver. Nouari.*

Nec obſtabit doctrina *Carrab. de ſindic. ſingul.* 93. quòd Iudices Magnæ Curiæ non ſindicantur, ex quo præſumuntur boni, & eſt data poteſtas infolidum iudicandi, & *Grammat conſil. criminal.* 54. *num.* 11. quòd Officiales non ſindicantur, niſi de furtis, pecunia accepta, malè ablatis, & ceteris baraptarijs, non autem de iniquis decretis; aut ſententijs malè latis, nàm adhùc tenebitur, *l. ſi tu, & collega. C. de magiſtr. conuen. Bald.* in *l. noſſimè, §. ſi plures, ff. quod falsò tutor.* & in *ſub. num.* 11. & in *l. finali, num.* 8. *C. de pœn. Iudic. qui malè iudic.* & punctualitèr, quòd Iudices Magnæ Curiæ teneantur etiam de eo, quòd fecerunt cum interuentu aliorum Iudicum, docet *Carauit.* in *ritu* 98. *num.* 2. circà *finem*.

Ex his ergò, & alijs ad nauſeam vſquè adductis fundabat Hieronymus creditor, iniuſtiſſimam fuiſſe Ghiberti carcerationem, ac proindè iniuſtum fuiſſe decretum Magnæ Curiæ, quòd excarceraretur, ac iniuſtiſſimè pro illius executione proceſſiſſe Magnificum Rocca ad illius excarcerationem, ideòque feciſſe litem ſuam, & ad intereſſe teneri.

E contrà Magnificus Rocca fundare conatus fuit, iniuſtam fuiſſe carcerationem Ghiberti, ac iuſtum decretum Magnæ Curiæ, quòd excarceraretur, nàm ijs poſitis potuit decretum prædictum exequi, & debitorem excarcerare, etiam in die feſto, & non expectato biduo ad appellandum.

Ad demonſtrandum itaque iniuſtitiam carcerationis, & iuſtitiam decreti, quòd excarceretur, adducebat, quòd vt quis poſſit capi tanquàm ſuſpectus de fuga ſex copulatiuè requiruntur, aliàs captura non tenet, & captus debet relaxari. Primum eſt, quòd debitor tempore contractus erat idoneus, & ſoluendo. Secundum, quòd poſt contractum mutauerit conditionem, ideſt, quòd ex diuite factus ſit pauper. Tertium, quòd debitori ſuperuenerit deterioratio, & calamitas magna. Quartum, quòd vltrà creditum conſter per informationem de ſuſpitione fugæ, Quintum, quòd iuret creditor, debitorem eſſe ſuſpectum de fuga, ità *Grammat.* in *conſil. ciuili* 17. ex *Angelo* in *l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib.* 10. *Imola* in *l. 2. in princip. ff. ſolut. matrimon.* & quòd ſuperuenire debeat noua cauſa ſuſpitionis, eſt *text. in l. qui bona. §. de illo, & ibi Bartol. ff. de damn. infect.* & dixit *Bartol. in l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. quæ in fraud. creditor. Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 170. *num.* 4.

Ca-

Caran. ritu 170. *num.* 8. *Menoch. de arbitr. Iud. caſu* 87. *num.* 14. *& 15. Ioſeph Ludou. dec. Peruſ.* 41. *num.* 1. *Maſcard. concluſ.* 823. *num.* 9. *Natt. conſil.* 40. *num.* 11. *& 12. volum.* 2. *Curt. in tract. de ſequeſt. quæſt.* 7. *num.* 41. *Theſaur. dec.* 120. *num.* 4. *Aluar. Valaſc. conſult.* 66. *num.* 34. *& Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 69. *num.* 63. *volum.* 2. & ſextum, vt probetur etiam, quòd debitor non poſſidet bona immobilia, ſecundùm *gloſ. in l. ſi fideiuſſor, §. final. in verb. officium*, vbi etiam *Iaſ. num.* 26 *ff. qui ſatisd. cogant. Menoch. de arbitrar. d. caſu* 87. *num.* 10. *& ſeq. Paris de Puteo de ſindic. in ver. captura cap.* 1. *nu.* 11. & communem teſtatur *Seacc. de ind. cauſ. ciuil. & crimin. part.* 1. *cap.* 37. *num.* 12.

Hìc autem omiſſa debiti probatione, de quo non liquidò conſtat, non eſt probatum, quòd Ghibertus tempore contractus erat idoneus, & ſoluendo, nec quòd poſt mutauerat conditionem ſuam, & quòd ipſi ſuperuenerit magna calamitas, & deterioratio.

Non obſtante illa vana partis conſideratione, quòd deterioratio ſit probata ex eo, quòd ſe ingenioſum artificem in molendinis conficiendis aſſeruit, & poſteà non conſtruxerit, vt promiſerat, & ſic dicatur mutata conditio, ſiquidem hæc eſſet deterioratio reſpectu perſonæ, non autem bonorum, contrà tradita per *DD.* qui deteriorationem conſiderant reſpectu bonorum, vt quandò ex diuite fit pauper. Creditori enim ex bonis, non ex perſona ſatisfieri poteſt.

Hinc ſequitur, quòd cùm non interuenerint omnia prædicta requiſita neceſſaria, captura fuit nulla, & carceratus relaxari debebat, ità *Caccialup. de debit. ſuſp. quæſt.* 6. *num.* 25. *Angel. in l. ſi ab arbitro, §. qui in cauſa, num.* 2. *ff. qui ſatisd. cogant. & D. de Franch. dec.* 415. *in fine.* Sicut enim Iudex fuit facilis ad concedendum capturam, ità facilis debet eſſe ad reuocandam, *Iaſ. in l. quod iuſſit, num.* 32. *in fine, ff. de re iudic. Vant. de nullit. tit. quid ſit nullitas, & vndè dicatur, num.* 17. *Roman. conſ.* 320. *num.* 4. *Roland. conſ.* 5. *num.* 18. *lib.* 1. *& Paris. conſ.* 100. *num.* 50. *lib.* 1. Et ſtatim abſq; aliqua, vel etiam parua mora tenetur relaxare, ad *text. in l. final. §. nullo, ff. de liber. homin. exhiben.* & abſq; citatione, *Bald. in l. ſi pactò, quo panam, C. de pact. De Puteo in verb. captura, cap.* 3. *num.* 1. *& ſeqq. & cap.* 5. incipiente *captus illicitè, num.* 1. & in *ver. carcer, cap.* 2. *num.* 8. *Farinac. quæſt.* 27. *num.* 146. *& ſeq.* qui dicit, puniendum eſſe Iudicem, qui detinet, & non relaxat, non detinendum, & tenetur ad damna, & intereſſe, & hanc eſſe communem, affirmat *Peregr. Ioannin. de citat. reali, lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 223.

Nec vim faciet replicatio Hieronymi, quòd ob confeſſionem debiti factam per Ghibertum, etiam quòd fuiſſet indebitè carceratus, non debebat relaxari, ſed detineri, & confirmari captura, per ea, quæ tradit *Magon. dec. Florent.* 126. Quoniam confeſſio debiti ſuperueniens probat debitum, & ſufficit ad probandum vnum requiſitum circà debiti probationem neceſſarium, ſi tamen alia requiſita non probentur, captura non conualidatur, ità dicit *Sola in Conſtitut. Sabaud. tit. de captura pro cauſ. ciuil. in gloſ.* 3. *part.* ſub *num.* 5. *fol.* 218. *& Peck. de iure ſiſtend. cap.* 12. *num.* 9. eſt *text. in l. final. §. final. ff. quod met. cauſa, & text. in dict. l. final. §. nullo, ff. de liber. homin. exhiben.* & dixit *Peregr. Ioan. in d. tract. de cit. reali, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 25. *& Roman. d. conſ.* 320. *n.* 5.

Spoliatur enim quis iure propriæ libertatis, dùm iuris ordine non ſeruato capitur, & propterea eſt ante omnia reſtituendus, *Cepoll. conſil.* 19. *numer.* 2. quod tamen ſecus eſt, quandò debitor carcerationi conſentit, & ſic procedet caſus, & *deciſio* 126. *Magon. Rot. Florent.* vel quandò fuit omiſſa citatio, vel probatio crediti, prout dixit *Peregr. Ioann. dict. tract. de citat. real. d. cap.* 1. *num.* 225. quia tunc conualidaretur captura, *Bartol.* magiſtraliter in *quæſt.* 6. incipiente *Lapus, Peregr. Ioan. de citat. real. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 34. cum *ſeq. & Rol. à Vall. conſ.* 65. *n.* 31. *lib.* 3.

Præterea dicebatur, quòd ex inſtrumento producto per partem aduerſam apparebat, Ghibertum in loco contractus poſſidere bona immobilia, quo ſanè caſu debitor non poteſt allegari ſuſpectus, quandoquidèm iura, quæ conſiderant ſuſpectum de fuga, loquuntur, quandò periculum eſt, nè perdatur creditum, ſi debitor recedat, *l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. de his, quæ in fraudem creditor.* Et in his bonis immobilibus Hieronymus habuit ſpecialem hypothecam ex dicto contractu, & inſtrumento, ob quæ præſumitur ſatis eſſe cautum, & tenetur bona ſpecialiter hypothecata diſcutere, ad *textum in l. quàmuis, C. de pignor. & hypothec.* & interim non poteſt iurare debitorem ſuſpectum, nec procedere ad illius capturam, *Bald. in l. creditor, qui non idoneum, ff. ſi cert. petat. Alexan. Iaſ. & Ripa in l. priuilegia, ff. de priuileg. creditor. Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſt.* 4. *num.* 17. *Iaſ. in §. ſupereſt, num.* 94. *Inſtit. de action.*

Conſiderabatur etiam, quòd Hieronymus debuit ab initio inueſtigare debitoris conditionem, & ſi illam non inueſtigauit, eſt in culpa, *l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* & in *l.* 2. in *fine, ff. de fideiuſſ.* vel ſi ſciuit, debitorem habere bona ſufficientia ad ſolutionem, non poterat procedere ad capturam, vel ſciuit, non eſſe idoneum, & ſibi imputet, nàm videtur debitoris perſonam approbaſſe, *l. qui bona, §. de illo, ff. de damno infect.* nec vlla producitur cauſa deteriorationis bonorum poſt contractum, *Peregr. Ioann. de citat. real. cap.* 1. *num.* 343. *& Maſcard. concluſ.* 823. *num.* 9. *Valaſc. conſult.* 66. *num.* 35. *& Roland. conſ.* 65. *num.* 8. *lib.* 2.

Ex quibus, & alijs concludebatur pro parte Magnifici Rocca, nullam habendam eſſe rationem de querela contrà ipſum expoſita, quia potuit decretum prædictum exequi abſque aliqua mora, etiam quòd fuerit in die feſto, per ea, quæ dicit *Iaſon in l.* 1. *§.* 2. *num.* 11. & in *l. penultimæ, num.* 4. *ff. de feriis*, & in *l. ſi fideiuſſor. §. ſi latisdatum, numer.* 20. *verſic. ſimiliter relaxato, ff. qui ſatisdar. cogant. Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſt. vltim. princip. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap.* 257. *volum.* 1. quia liberare carceratum à carceribus opus eſt pium, *De Franch. deciſ.* 578. *num.* 9. & non expectatur biduum, quia Iudex tenetur de facto reuocare capturam, quam de facto mandauit fieri, non ſeruato iuris ordine, *Marſil. in l.* 1. *num.* 18. *ff. de quæſt.* Cùm ordo ſit ſine ordine reuocare, id, quod inordinatè, & ſine cognitione factum eſt, *Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, numer.* 86. *ff. de acquirend. poſſeſſ.* Et ità inoleuit ſtylus in Magna Curia, & Sacro Conſilio, de quo teſtari ſunt Actuarij, quòd in caſu excarcerationis fit ſtatim excarceratio, cùm iudicatur, quòd fuit iniuſtè captus, & ſic ſtatim eſt relaxandus.

Ex quibus cùm fuiſſet per S. C. ad relationem M.C, confirmatum decretum ipſius M.C., quòd excarceretur debitor, & reclamaſſet Hieronymus ab hoc decreto S. C. & etiam dixiſſet de nullitate, de ordine S. E. acceſſerunt omnes Iudices ciuiles M.C. ad Collaterale Conſilium, & Regij Conſiliarij duarũ aularum, ſcilicèt D. Ianuarij, & Frecciæ, abſq; tamen interuẽtu ipſius D. Frecciæ, itàq; vota fuerũt numero treſdecim.

Et ſic die 18. Ianuarij 1618. facto verbo per Iudicem Paſchalem in Collaterali Conſilio cum interuentu S. C. iunctis Conſiliarijs prædictarum duarum aularum fuit declaratum, benè fuiſſe prouiſum per Sac. Conſ.

Habuit enim Sacr. Conſil. pro vero, quòd non concurrebant omnia ſupradicta requiſita neceſſaria ad capturam.

An autem iuriſdictio hæc, qua Sindicatores, ſeù Viſitatores vtuntur delegata ſit, vel ordinaria, non modicæ eſt difficultatis, quoniam *Bert.* in *l. final. num.* 12. in *fine, C. vbi, & apud quem* expreſsè tenet, delegatam eſſe, & idem etiam dicit *Innoc.* in *c. vt debitus, de appellat.* quos citat *hic Dom. Regens* ſub *num.* 11. *& Ias.* in *l. more maiorum, num.* 50. *ff. de iuriſd. omn. Iud.* Nihilominùs contrarium putat verius *Berart* in *d. cap.* 3. *num.* 5. 6. 7. *&* 8. quòd ſcilicèt ſit ordinaria, & bene id probat, & dicit, quòd effectus, qui ex hoc reſultant ſunt multi. Præſertim, quia ſi eſt ordinaria, & dicuntur Sindicatores Iudices ordinarij, poſſunt teſtes citare, eoſq; cogere, pœnas imponere, & exigere, idem *Berart d. cap.* 3. *num.* 14. & nos fundauimus ſuprà in *pragm.* 9. *uerſ. aduertendum tamen*, ſub *num.* 9. *de ord. iudic.* ex *Borrell. conſil.* 85. Poſſunt etiam teſtes coràm ipſis falſum deponentes punire, ad *text.* in *l. nullum, C. de teſtib.* & dixit *hic Dom. Regens* ſub *num.* 10. *Berart d. cap.* 3 ſub *num.* 14. *& Capibl.* in *pragm.* 8, *part.* 1. *num.* 244. Nec non eos guidare, ſeù ſaluum conductum concedere, ſi fuerint inquiſiti, vt veniant ſecuri ad deponendum, *Berart d. c.* 3. *n.* 11.

Et denique quid ſit Baraptaria, quid Concuſſio, quid Extorſio, & quid Subornatio, & in quibus caſibus committantur, latiſſimè declarat *Gabr. Berart.* in *ſpecul. viſitat. cap.* 17. *tit. de Iudic. & alijs infer. Official.*

Et an captus pro cauſa criminali recommendari, ſeù emparari poſſit pro ciuili, vide *Dom. de Franch. deciſ.* 415. *& Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſ.* 18. *part* 4. ſub *num.* 31. *verſ. Notamus ſecundò*, quo loci illud etiam notat, quòd huiuſmodi excarceratio, & relaxatio debet talitèr fieri, vt non poſſit iterùm capi, veluti reſtituendo eum in eundem locum, in quo captus fuerat, vel in alium æquè ſecurum, ità vt re vera dici poſsit ſuæ priſtinæ libertati reſtitutus. Refert nàmque pulchrum caſum, in quo quidam pro aſſecuratione iudicij nullitèr captus, relaxatus fuerat è carceribus, antè quorum ianuas extabat Virgarius, ſeù Alguzerius Regius, vt ipſum caperet, ſtatim cùm exiret à carceribus prædictis, in quibus detinebatur, huiuſmodi nàmque captura fuit nulla declarata, quia captus non fuerat in omnimoda libertate repoſitus, in qua reponi debebat.

Ioannes Laganarius.

De Sindicam. Officialium. Pragm. V.

R E R V M S V M M A.

1 *Locumtenens antè hanc pragmaticam nullum præſtabat ſindicatum in fine ſui officij.*

2 *aliquandò eligitur à Barone, & aliquandò ab ipſomet Capitaneo.*

3 *à Capitaneo eligi nequit, niſi quandò eius abſentia eſt modico tempore duratura, putà infrà quindecim dies, & tunc poteſt eligi etiam de Ciuibus.*

4 *ſi eligitur à Barone, poteſt etiam ad longum tempus deputari, quo caſu non poteſt eſſe Ciuis, ſed debet eſſe aduena.*

5 *conſtitutus à Capitaneo non habet cognitionem cauſarum meri imperij, ſecùs in Locumtenente conſtituto à Barone, qui præfertur conſtituto à Capitaneo.*

6 *Locumtenens Capitanei ſi aliquid gerat poſt eius regreſſum an ſit nullum.*

7 *Capitaneus an conſtituere ſolùm ſibi poſſit Locumtenẽtem, & cum clauſula, quouiecumq; abeſſe contigerit, vel, nó niſi in caſu abſentiæ contingentis.*

HAuendoſi di continuo reclamore, &c.

Locumtenentes, Baiuli, & Magiſtri Iurati ſleot ſindicatari peracto officio, etiam ſi per quindecim dies tantùm exercuerint. H. D.

Licèt in qualibet Ciuitate, Oppido, vel Caſtro debeat eſſe Capitaneus annalis, qui iuriſdictionem ibi exerceat, miniſtrando iuſtitiam inter conciues, & etiam alienigenas ibi contrahentes, aut delinquentes, quia tamen aliquandò contingit, eos abeſſe, vel ad longum, vel ad modicum tempus, fuit introductum, vt durante illorum abſentia deputaretur alius, qui durante abſentia locum dicti Capitanei teneret, & eius vices ſuppleret, qui communitèr appellatur Locumtenens, & hic Locumtenens antè
1 hanc pragmaticam nullum præſtabat ſindicatum in fine ſui officij, propterea neceſſaria fuit prouiſio huius pragmaticæ, vt ſit conſultum ſubditis, qui ab his Locumtenentibus ſenſerint ſe grauaros. Pro cuius intelligentia quatènus ad huiuſmodi Locumtenentes attinet, eſt ſciendum, quòd Locumtenens
2 quandòq; eligitur à Barone, quandòque verò ab ipſomet Capitaneo, ſed hæc eſt differentia, nàm quãdò eligitur à Capitaneo, non poteſt eligi, niſi ad modicum tempus, quandò ſcilicèt eius abſentia eſt modico tempore duratura, vtputà infrà quindecim dies, prout ſic communitèr interpretatum fuit illud modicum tempus in prouiſionibus, quæ quotidiè fiunt per Sacr. Conſ. in grauaminibus vaſallorum, cui poteſt eligi etiam de Ciuibus, vt cõſtat ex *Præſid. de Franch dec.* 98. in *fine*, cuius determinatio optimè fulcitur authoritate *Bal.* in *l. certæ formæ, num.* 4. *C. de iur. fiſc. lib.* 10. *Io. de Platea* in *l. nullus apparitor num.* 2. *C. de diuerſ. offic. & apparit. iudic. lib.* 12. *Afflict.* in *Conſt. Magiſtri Camerarij, num.* 10. *Parid. de Puteo de ſindic. cap. an ſubſtitutus, numer.* 4. *Auend. de exeqn. mand. p.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. *verſ. vicinus. Aviles cap.* 4. *Prætor. glo.* 1. *num.* 2. *& 4. Gutierrez pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 34. *Bonad. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 17. *cum ſeqq.* vbi dat alias limitationes. Quan-
4 dò verò eligitur à Barone poteſt etiam ad longum tempus deputari, verùm hoc caſu non poteſt eſſe Ciuis, ſed debet eſſe aduena, vt conſtat ex deciſis

per

per *Præsid. d. dec. 98.* cui adstipulatur *Thesaur. dec. 268.* Item est alia differentia, quia Locumtenens constituitur à Capitaneo non habet cognitionem causarum meri imperij, secundùm *Bald. & alios sed nouo iure in princ. C. de ferijs fugit. Cassan. in gloria glor. num. 4 par. 7 consid. 15. prope prin.* secus autem in Locumtenente constituto à Barone, qui præficitur Locumtenenti constituto à Capitaneo, vt per *Boer. & dec. 112.* & est notandum, quòd si hic Locumtenens gerat aliquos actus post regressum Capitanei, non propterea erunt nulli, vt post *Castr. Dec. Boer. & Anil.* monet *Bouad. lib. 1. Polit. c. 12. num. 18. in fine, & lib. 2. c. 9. num. 31.* verùm idem *Bouad. lib. 2. c. 16. num. 202.* citat in opinione, quòd non possit Baro substituere Locumtenentem tum Capitaneo, sed quòd Capitaneus possit sibi eligere Locumtenentē generaliter, quotiescunque eum abesse contingent, admittit *Purpura in l. 1. num. 603. ff. de offic. eius*, post *Dec. in d. l. 1. num. 68. ff. de offic. eius vbi notant, est iurisd.* Immò etiam ipsimet Vniuersitas in aliquibus casibus potest sibi eligere Locumtenentē, quos refert *Bouad. lib. 1. c. 2. n. 14.* cum *seqq.* & absentium partes longinquas. Aliī de Locūtenēte tradit *Borrell. de Magistr. edict. lib. 1. cap. 1. nu. 221. & num. 233.* cum *seqq.* cæterum illam differentiam traditam à mē supra nu. 5. vt scilicet Locumtenens constitutus à Barone possit exercere etiam merum imperium vsq; ad mortem inclusiuè, secus autem si sit cōstitutus à Capitaneo, qui non pōt infligere pœnam vltimi supplicij, nec etiam abscissionis membri.

De Sodomia. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Sodomiæ materia, ac sodomitarum multiplex pœna remissiue.*
2 *Sodomiæ peccatum quàm sit graue.*
3 *Sodomia in crimine an sit locus fori remissionis.*
4 *Sodomiæ pœna an feminæ exercentes actus obscenos, & libidinosos tendentes ad hoc vitium sodomiticum etiam cum seminis emissione, sed extra vas.*
5 *Sodomia vitium est pessimum omnium actuum carnalium.*
6 *Sodomia si totus mundus vteretur, talis communis vsus non excusaret.*
7 *Sodomia ob crimen confiscantur bona, & etiā immunitatis priuilegium amittitur.*
8 *Sodomiæ sit testabilis actiuè, & passiuè.*
9 *Sodomia committi potest cum vtroque sexu, idem actiuè quàm passiuè.*

AD materiam huius damnati criminis, & de multiplici sodomitarum pœna vide *Couarr. in clem. si furiosus p. 1. §. 1. n. 6. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 286.* & quàm graue sit hoc peccatum vide *Sebast. Med. in summa peccatorum p. 2. tit. 8. q. 14.* asserens, violari ordinem naturæ, & societatem, *Franc. Marc. dec. 687.* cum *seq. p. 2. Greg. syntag. iur. minor. lib. 9. c. 3.* Vtrum autem in hoc crimine sit locus fori remissioni, affirmat *Intrigl. dec. 49.* & de pluribus actibus obscenis, & libidinosis tendentibus ad hoc vitium sodomiticum, etiam cum feminis emissione, sed extra vas, non puniri pœna huius criminis, docet *Peguer. dec. 72. & 75.* *Petr. Caball. resol. crim. casu 16.* vbi pluta habes de huius vitij detestatione. *Ioseph Sese dec. Arag. 478. vol. 4.* & quòd hoc sit pessimum omnium carnalium, est *text. in can. adulterij 27. quæst. 2.* & si totus mundus eo vteretur, talis communis vsus non excusaret, *l. cum flagitia 17. q. 1.* & quòd bona sodomitę debeant confiscari, contulit *Schenard. cons. 61. lib. 1.* & ita iudicatum per Senatum Pedem. refert *Gasp. Thess. qq. foren. 17. lib. 3.* vbi etiam agit de pœna huius criminis, & quòd non debeat gaudere immunitate Ecclesiæ, decisum refert *Castill. dec. Sicil. 155. Bouadill. lib. 2. c. 14. n. 19. in fi.* sed loquūtur de iure communi, & vide *infr. prag. 1. in fi.* & quòd sodomita sit intestabilis actiuè, & passiuè, probat *Reuisner. de testam. tom. 7. par. 2. c. §. 1.* & quot modis, & cum quibus hoc crimen committatur, docet *Graff. cons. 3. de adult. tom. 1.* qui *num. 9.* generaliter tradit, quòd vt vitium sodomiticum committatur, oportet, vt concubitus fiat cū persona indebita, & cum sexu indebito, latissimè *Muta in pragm. Regn. Sicil. tit. 19.* dicens, crimen prædictum posse committi tàm cum masculis, quàm cum fœminis actiuè, & passiuè.

De Sodomia. Prag. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pœna de qua hic erat etiam imposita de iure antiquo.*
2 *Sodomiæ in crimine an puniatur conatus non sequuto effectu remissiuè.*
3 *Sodomiæ in crimine quæ probationes, & indicia sint sufficientia.*
4 *Sodomitæ dictum an faciat indicium.*
5 *Sodomiæ in delicto potestas Officialibus quidandi, assecurandi, aut componendi ablata, intelligitur etiam in Baronibus, & eorum Officialibus, quod fallit si guidaticum fieret fauore boni publici, vel pro directione iustitiæ.*
6 *Sodomita occultus gaudet immunitate ecclesiastica.*

HAc nostra lege, &c.

Committentes hoc nefandum crimen comburantur, sublata potestate etiam Viceregi guidandi, aut assecurandi quoquo modo? H.D.

1 Hæc eadem pœna reperitur imposita etiam de iure antiquo in *C. Theodosiano lib. 9 tit. 2. l. omnes.*
2 Sed in hoc crimine non punitur conatus, non sequuto effectu, *Afflict. in Constitut. Legum asperitate num. 15.* Sed quæ probationes, & indicia sint sufficientia in hoc crimine, vide omninò *Menald. consil. 1. Canals. dec. Fluzan. 13. part. §. Gomez an. l. 80. Tauri, num. 18. Jul. Clar. in §. sodomia, ite. num. Menald. consil. 65. volum. 1. Thom. Truiss. dec. 13. & 14. lib. 1. Calcan. cons. 110. Amendan. resp. 31.* tradit quinque regulas. Prima, ratione delicti occulti sufficiunt indicia probabilia, & præsumptiones violentæ. Secunda, vbi veritas aliter sciri non potest, recenditur à regulis iuris, & admittuntur testes, qui aliter non admitterentur. Tertia, adminicula, & præparamenta cū soleant habere tractatū successiuum, & pluribus vicibus possunt probari per testes singulares. Quarta, vt testes inhabiles admittantur absque tortura. Quinta, vt socius criminis possit interrogari de socijs, & facit indicium ad torturam cum iuramento, & tortura, si nō patiatur alias exceptiones, sequitur *Villadieg. in for. ind. lib. 3. tit. 5. l. 5. & 6.* vbi plura agit de hac materia, & dicit, quòd hoc crimen probatur etiam per testē de visu criminis, si concurrat fama, & probatio super adminiculis, confessio delinquentis non sufficeret absque alijs adminiculis, & an sodomitati dictū faciat indicium? differit *Peguer. dec. 76. &*

concludit affirmatiuè, etiam sine rottura cum alijs adminiculis, *Caball.resol.crim. casu* 84. quamplurima tradit *Cened.collect.*130. *Ricc.collect.* 525. *Mastrill.dec.*295.

Et dum auferetur potestas Officialibus guidandi,
¶ assecurandi, aut componẽdi in hoc delicto, ampliatur, vt procedat etiam in Baronibus, & eorum Officialibus, vt in *pragm.3. infrà eodem*, sed limita, quando guidaticum fieret fauore boni publici, vel pro directione iustitiæ, vt benè explicat *Peguer dec.*39.*num.* 11.& 14. Plures autem casus, in quibus de iure cõmuni flammarum pœna inflicta est, habes apud *Gregor.syntag.iur. vniuers.lib.*31. *cap.*15. & alia ad hanc materiam pertinentia non negligenda vide apud *Affl.* in *Const. Repudium*, & in *Const. Legum asperitate*, *num.*13. cum *seqq.* latissimè *Farinac.q.*148. *per tot.* Adhùc tamen sodomita gaudebit immunitate ecclesiastica, *Sanchez cons.moral.tom.*2. *lib.*6. *c.* 1. *dubit.*10. tu vide *Elisæum Danzam de pugna Doct. tom.*1. *tit. de immun. Ecclesiast. cap.*4. & *tom.* 2. *tit. de stupro*, *cap.*1. *num.*23. qui cum *Sayr.* in *Claui reg. c.* 5. *num.*15. concludit, quòd sodomita publicus non gaudet, secus si sit occultus.

De Sodomia. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Priuilegium concessum circà iurisdictionem potest Princeps pro suo arbitrio moderare, et ex causa superare per supremam authoritatem, quæ censetur semper in concessionibus reseruata.*
2 *Pragmaticæ huius pro decidendi ratione aliqua, remissiuè.*

CON grandissima ragione, &c.

Quod vetitum est Protegi in componendo delicto vitij nefandi, prohibetur etiam Baronibus, & eorum Officialibus, & idem respectu blasphemiæ. H.D.

Videbatur dicendum, quòd hæc pragmatica nõ posset subsistere in præiudicium Baronum, qui habent eorum amplissima priuilegia ex contractu, sed
1 contrarium est dicendum, nàm Princeps potest priuilegium concessum circà iurisdictionem pro suo arbitrio moderari, & ex causa superare per supremam authoritatem, quæ censetur semper in concessionibus reseruata, vt per *Peregr.de iure Fisci*, *lib.*1. *tit.*3. *n.*31. & 75. cum *seqq.*

Pro ratione tamen decidendi ad hanc pragmaticam
2 est videndus *Anules* in *cap.*25. *Prætor.in glos.*1. *num.*13. & 14.

De Sponsionibus mercatorum. Prag.I.

RERVM SVMMA.

1 *Sponsiones, vulgò scommissæ super partu puerorum, & creatione Summi Pontificis Sede vacante sunt prohibitæ.*
2 *Sponsiones huiusmodi quando sint licitæ.*
De iudicio sortis, remissiuè.

ANotizia nostra, &c.

Mercatores inuicem faciunt sponsiones, vulgò dictas, *le scommesse*, super valore, iumenti declarando in retto S. Ioannis. H.D.

1 Hæc eadem prohibitio emanauit super partu puerorum matribus prægnantibus, vt in *prag.*3. *infrà eodem*, & similiter alia super creatione Summi Pontificis Sede vacante, vt in *prag.*1. *et* 4. *infrà eodẽ*
2 Quando autem huiusmodi sponsiones fiant licitæ, vide *Nauarr.in manual confessar.cap.*10. *num.*18. latissimè *Ludouic.Lopez de contractibus lib.*2. *cap.*5. *Grinell. dec. Bolana* 57. scilicet quando sine dolo fiunt, etiam si alterseiat, certè illud euenisse, de cuius euentu fit pactum, etiam si periculum sit inæquale, dummodò non fiant super re, & conditione inhonesta, licèt sponsiones non valere dixerit *Bertazz cons.* 379. *vol.*2. & de iudicio sortis vide *Marquez de Gubernat.Christian.lib.*2. *c.*3. *col.*8. *lit.B.C.et D.*

De Suspitionibus Officialium. Prag.I.

RERVM SVMMA.

1 *Suspitionis Officialium materia remissiuè.*
2 *Suspitionum causæ plures, remissiuè.*
3 *Suspitionis causæ non est Iudicis indignatio in actu iurisdicendi.*
4 *Recusatio non admittitur in materia delicta.*
Nec in causa vili, & modica.
5 *Suspitio sub qua forma sit proponenda, tàm de iure communi, quàm Regni.*
6 *Officialium Baronalium in suspitionibus quid obseruetur.*
7 *Baro si est suspectus, erit etiam suspectus eius Officialis, sit & in Episcopo, et illius Officiali.*
8 *Prorex Regni an possit vti suspectus recusari, et successiuè omnia Tribunalia vti membra capitis suspecti.*
9 *Officialis allegatus suspectus si sit Commissarius causæ, non prohibetur interuenire.*
10 *Aduocati consanguinei Commissarij prohibentur cõsulere in causa publicè, vel secretè, neque ad tertium gradum consanguinitatis.*
11 *Officialis si non sit Commissarius causæ, sed vnus de Votantibus tantùm. Aduocati eius consanguinei nõ prohibentur publicè patrocinari, & consulere, sed Officialis ipse interuenire non debet.*
12 *Suspitio hodiè est ampliata, etiam si Aduocatus sit coniunctus in eodem gradu affinitatis, & etiam si patrocinaretur in diuersa causa pro eodem Cliente.*
13 *Iudex an possit suspectus allegari, si Aduocatus sit nimium familiaris ipsius, & quandòq; cõmensalis.*
14 *Suspitio etiam de iure communi cessabit, quando Officialis vtrique Litigatori sit in pari gradu coniunctus, vel Aduocatus vtriusque, secus quando esset pariter inimicus vtriq. parti, & quare.*
15 *Officialis præsens an possit allegari suspectus sine libello, remissiuè.*
16 *Officialis vt possit allegari suspectus plura requisita sunt necessaria, & signanter, quòd proponantur antè conclusionem causæ principalis, licèt persona priuilegiata restitui possint.*
17 *Restitutio in integrum competens personis priuilegiatis, an excludatur à statuto, verba quæ requiruntur in eo, remissiuè.*
18 *Pragmat.*9 *hoc eodem tit. non obseruatur in eo, quòd per viam abdicationis iurisdictionis non possint Iudices determinare, quòd depositæ restituantur quan-*

quandò determinatur, ſuſpitionem non ſubſiſtere.

2 Recuſationem ſi ſubsequatur renunciatio, adhùc recuſans non euitat pœnam, niſi in casu hic relato.

19 Suſpitio in Actuario ſufficit probari per ſolum iuramentum, & quid ſeruetur in Actuarijs S. C.

20 Suspitionis in materia circà caput inimicitia, & affinitatis plura remiſſiuè.

21 Suspitio an ceſſet diſſoluta affinitate cum filijs, vel ſine filijs.

22 Suspitio quando eſt fundata in causa inimicitiæ, extenditur vsquè in infinitum in linea deſcendenti, & aſcendenti, in linea verò collaterali vsquè ad quartum gradum, quod extenditur ad omnes de domo.

23 Suſpitionis iuſta cauſa erit inimicitia, etiam ſi ipſi Litigantes dederint cauſam inimicitiæ.

24 Suſpitio in Iudice inducitur ex qualibet inimicitia, etiam ſi non ſit capitalis, vel grauis, cùm ſufficiat, quòd ſit probabilis, & non inſpicitur, ſi habuit initium à falſo, vel à vero, ab ipſis partibus, vel à tertio.

Cauſa affectatæ ad Iudicis, vel teſtis recuſationem, non ſuffragatur.

25 Suſpitio ſi eſt fundata in cauſa conſanguinitatis, extenditur vsquè ad decimum gradum agnationis, vel cognationis.

26 Suſpitio ex capite inimicitiæ extenditur vsquè ad quartum gradum affinitatis.

27 Suſpitio vſq; ad quod genus affinitatis cadat, & etiã vſq; ad ſecundum fuit deciſum, n. 15.

28 Affinitas in ſecundo genere non præbet impedimẽtum in contrahendo matrimonio, & n. 32.

29 Officiale committente ſtuprum cum vidua iniuriãtur etiam conſanguinei viri defuncti, & propterea eſt iuſta cauſa inimicitiæ, & ſuſpitionis, idq; intelligitur durante viduitate.

30 Affinitas an ſit diſſoluta per mortem vnius coniugis.

31 Iudex vt ſit ſuſpectus, ſufficit, quòd remaneat dilectio, quam omnis affinitas ipſa ceſſaret.

34 Vxore mortua quæ eſt cauſa affinitatis, deficit omnis præſumpta affectio in ſecundo genere, licèt duret in primo, ſuperſtitibus liberis.

35 Suſpitionis in materia quod dicitur de coniunctis conſanguinitate carnali, procedit etiam in coniunctis conſanguinitate ſpirituali.

36 Officialis interueniens in concluſione facta per Plateam ſui Sedilis, ſi ad eius poſteà Tribunal appellatio deferatur, poterit intervenire in cauſa appellationis.

37 Recuſato vno ex Iudicibus vt ſuſpecto, ſi ceteri remanſerint pauciores tribus, ſolent aggregari alij ex alijs Aulis, quod procedit etiam de iure communi.

38 Suſpitionum in cauſis non datur appellatio, vel reclamatio, quod procedit tàm in decretis diffinitiuis, quàm in incidentibus.

39 Officialis declaratus ſuſpectus an poſſit appellare, remiſſiuè.

40 Iudex afficitur iniuria, dùm allegatur ſuſpectus.

41 Officialis in cauſa ſuæ ſuſpitionis poteſt vti Principalis examinari abſq; iuramento, ſecùs in aduerſario in cauſa principali, qui vt Principalis in cauſa ſuſpitionis examinari non debet.

41 Exceptio recuſationis Iudicis ſuſpecti nullo modo tolli poteſt per ſtatutum.

Secùs ex Principis reſcripto.

43 Acta facta coràm Iudice pendente ſuſpitione allegata, verum erunt ipſo iure nulla, remiſſiuè.

44 Iudex ſi pendente ſuſpitione ingerat ſe in eadem cauſa, ex hoc ſolo redditur ſuſpectus, licèt cauſa allegata ſit falſa.

45 Iudex poſt ſubſcriptam ſententiam, modò non publicatam, poteſt allegari ſuſpectus.

46 Iudex ſi ab initio pertinaciter aſſumeret ſibi cauſam, ingerendo ſe animoſè ad iudicandum, ex hoc redditur ſuſpectus.

47 Iudex declaratus ſuſpectus intervenire non poteſt in cauſa, nedùm quandò proferuntur vota, ſed neq; cũ fit relatio cauſæ, etiam ſi ceſſet cauſa, propter quam fuit ſemel declaratus ſuſpectus, & n. 48.

Excipe caſum, ſi ceſſet cauſa, antequàm ſit ſuſpectus declaratus.

49 Aduocatus in cauſa intervenire non poteſt vt Iudex, & ideò acta coràm ipſo tanquàm Iudice facta in eadem cauſa ſunt nulla, etiam ſi à Parte non fuerit propoſita ſuſpitio.

50 Iudex, qui fuit Aduocatus in vna cauſa, an poſſit intervenire in alia cauſa ſimili, vbi controuertitur idem iuris articulus.

51 Aduocatus, cui fuerunt reuelata ſecreta cauſæ per Clientem, ſed tamen cauſam ipſam non defendit, vtrum Iudex effectus poſſit recuſari.

52 Officialis, qui intervenit pro Fiſci patrono in cauſa criminali inquiſitionis poſſit ex hoc capite allegare ſuſpectum Officialem conſanguineum inquiſiti, contrà quem functus eſt officio Fiſci patroni.

53 Aduocatus incurrit inimicitiam Partis aduerſæ.

54 Teſtes deponentes in cauſa criminali contrà aliquem cenſentur inimici.

55 Suſpitio fundata in odio contracto ex cauſa aduocationis eſt iuſta cauſa.

56 Officij neceſſitas excuſat.

57 Aduocatus Fiſci eſt inquiſitor, qui accuſat vt quilibet de populo.

58 Exceptiones eædem opponuntur contrà Iudicem inquirentem, quæ contra accuſatorem.

59 Inquiſitus præſumitur in animo gerere inimicitiam contrà inquirentem, & ideò velut inimicus præſumptus poteſt recuſari vt ſuſpectus ab illo Iudice inquirente, quæ inimicitia extenditur vſq; ad quartũ gradum affinitatis, & ità deciſum per Collaterale Conſilium, n. 60.

61 Suſpitionis iuſta cauſa erit, ſi Iudex non expectet, ſibi proceſſum aſportari, ſed illum ſua ſponte quærat, & aſportari procuret.

62 Iudex amicus inimici mei poteſt ſuſpectus allegari.

63 Suſpitionis iuſta cauſa erit, ſi Iudex, & Pars ho pitẽtur, & comedant ſimul in accenſu pro viſura loci differentiæ.

64 Iudex ſi in vna cauſa iudicauit pro vna opinione, an in alia ſimili poterit allegari ſuſpectus.

... quomodò motiuare debeat ad euitandum ſuſpitionem.

65 ... poterit allegari ſuſpectus in vno tantùm articulo, licèt non in tota cauſa.

66 ... ſuſpectus in cauſa poſſeſſorij, poteſt eſſe Iudex in cauſa petitorij eiuſdem rei.

67 Procurator poteſt conſtitui ad vnum tantùm articulum, & ad certum actum.

68 Reſcriptum continens plura capita, ſi in vno tantùm ſit ſubreptitium in illo tantùm erit inualidum.

69 Magiſter an poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Diſcipuli.

70 Iudex habens aduerſarium meum Iudicem in cauſa ſua, vel ſi eſſet vaſallus, aut aliter ſubditus iuriſdictioni mei aduerſarij, non prohibetur intervenire, ſi ego non proponam cauſam ſuſpitionis.

71 Iudex nedùm, ſed quinis alius, qui quoquo modo poteſt ledere Partem, poterit recuſari, ideòq; etiam Doctores de Collegio poſſint recuſari.

72 *Iudex habens malam gratiam an possit vti suspectus recusari.*

73 *Monasterium an possit allegare suspectum Iudicem ex persona Monachi, ex cuius persona agit, vel e contra.*

74 *Monachus ex cuius persona agit Monasterium, tenetur deponere vt principalis si agatur de eo quod per ipsum factum est.*

75 *Suspitiones possunt allegari tàm per Principales litigantes, seu eorum Procuratores, quàm per aliquem tertium qui fuerit admissus in causa pro suo interesse, licèt Procurator non admittatur, nisi cum speciali mandato, quod fallit, si sit Procurator generalis.*

76 *Iudex poterit recusari, si duo haberent eandem actionem conueniendi aliquem in iudicium, sed ex persona vnius tantùm Iudex posset recusari, & vt euitetur hæc Iudicis recusatio, is moueretur per alium, tacito illo, ex cuius persona cadit recusatio.*

77 *Nominatio testium extrà locum iudicij in causis suspitionum an admittatur, remissiuè.*

78 *Iudex etiam non recusatus potest se abstinere si conscientia suadet.*

79 *Contumax nullo modo potest recusare Iudicem suspectum, etiam post purgatam contumaciam.*

80 *Denunciatus delictum an possit recusari, remissiuè.*

81 *Iudex qui iudicauit contrà Titium in vna causa, qui ab eo appellauit, poterit vti suspectus allegari in alia causa de iure canonico, secus de iure ciuili.*

82 *Iudicis recusati in defensionem publicè, vel secretè aduersario Partis recusantis comparere olim non licebat, hodiè verò licet absq; metu nouæ suspitionis ex capite affectationis, & n. 83.*

84 *Iudicem nouum & non informatum loco Iudicis informati mutare graue est Parti.*

85 *Iudicis affectatio quando sit auribus exosa.*

86 *Suspitio Iudicis procedens ex affinitate v. q; ad quem gradum extendatur, & num. 95.*

87 *Suspitio regulatur à successione ab intestato.*

88 *Successio ab intestato etiam à lege duodecim tabularum extenditur vsq; ad decimum gradum.*

89 *Agnationis & Cognationis discrimen est sublatum de iure Authenticorum.*

90 *Consanguinitatis nomen licèt in specie comprehendat descendentes ex eodem patre, tamen in genere comprehendit omnes eodem sanguine coniunctos, siue ex patre, siue ex matre.*

91 *Affinitas est proximitas personarum ex coitu deducta hinc affines dicuntur inuicem viri, & vxoris consanguinei.*

92 *Vir, & vxor non sunt affines, sed affinitatis principium.*

93 *Affinitas non habet gradus peculiares, sed eos sibi mutuatur à consanguinitate cui adhæret.*

94 *Affinitas quæ tangit aliquem existentem in infrà gradu succedendi, est sufficiens ad repellendum Iudicem existentem in eodem gradu affinitatis.*

96 Text. in l. lex Cornelia, ff. de iniur. *intellectus, & num. 97.*

STatuimus, &c.

Causa suspitionis allegata debet decidi per Collegas absente ipso recusato. H.D.

1 Ad totius materiæ intelligentiam videas omninò *Conarr. pract. quæst. c. 26. Rebuff.* super *Const. Gall. t. m. 3. tit. de recusation. art. 6. Campeg.* in c. *Regn. Prolixitatem, Caran.* in *ritu 265. Gregor. Syntag. iur. vniu. lib. 49. c. 3. Graff. de except. 24. except. Pacian. de probat. lib. 2. c. 45. Canale. de brach. reg. p. 3. num. 312.* cum *seqq. Reg. de Pont. dec. 20. Starr. Mastr. dec. Sicil. 151.* & plures causas suspitionum ut practico docet *Franc. Marc. dec. 732. p. 1. Menoch. de arbitr. ind. casu 152. Steph. de Aufer. in tract. de recusat. & Lanfranch. de Oriano* in consilio *tract. de recus. Marsil. in Specul. p. Gall. 2. num. 14.* cum plurib. *seqq. Trinif. dec. 64. lib. 2. Burgund. dec. Imuz. 28. nu. 96.* cum *seqq. lib. 1. Scaccia Iudic. crim. c. 66. Graff. de except. 24. except. num. 17. & seqq. Syluest. Audobr. cons. 85. Io. de Monte, perell. cons. 26. Polydor. Ripa. obseru. 197.* qui infinitas congerunt suspitionum causas, *Maynar. dec. Tholos. 78.* cum *seqq.* vsquè ad *100. lib. 1. Annuo.* & plures aliæ colligi possunt ex his, quæ in materia testium congerit *Bouad. tit. 5. c. 2. num. 59. ad 65.* latè *Intr. ad sing. 79. lib. 1.* latissimè *Farin.* vt intus, *Sese dec. Arag. 416. vol. 3.* sed si Iudex non vult audire Aduocatos, & eorum Allegationes non propterea dicitur grauare Partes, quia præsumitur Iudex sapiens in iure, *Baldus margar. ad Innocentium in verb. Iudex si non vult*, & per conse-
3 quens non erit iusta causa suspitionis, quemadmodum nec erit iusta causa recusandi Officialem ob iniuriam fortè ei illatam in actu exercendæ iurisdictionis, & administrandæ iustitiæ, *Bellet. disq. cler. p. 1. tit. de fauor. cler. reali, §. 5. num. 17.* Alia colligit *Rice.*
4 *collect. 85.* Præterea quando delictum est notorium, vtique Iudex competens non potest recusari, & si aliundè esset iusta causa recusandi, vt probat *Alex. in l. Magistratibus, in fin. ff. de iurisd. om. iud.* post *Iacob. de Aren. & Cyn. in l. 1. C. nè quis in sua causa*, quos *ibi* citat, seu declara, vt per *Farin. in 2. p. fragm. in verb. Iudicis, num. 699. & 700.* Item in causa vilis vel modicæ non potest Iudex recusari, secundùm *Ang. Dec. & Gothofred.* quos citat *Mauson. de causis exeq. 1. in prælud. num. 29.* sed nè erres aduertas, quòd vna tantùm est causa recusandi Iudicem, scilicet suspitio, & hæc suspitio insurgit ex plurib.
5 causis, quæ enumerantur à dictis *Doctoribus*, ita gl. in *c. si contrà vnum in verb. causa legitima de offic. deleg. in 6. Nauarr. in cuius contingat, in decima causa nullitatis, extra de rescr.* qui similiter enumerat aliquas suspitionis causas, & nonnullas *Farin. frag. p. 2. lit. I. num. 777.* usquè ad *num. 881.* & sub qua forma debeat proponi suspitio de iure communi, docet *Auend. de exequ. mand. p. 2. c. 23. post num. 7. vers. & adhuc extenderem. Sacca resp. 71.* de iure verò Regni sunt editæ *prag. 7. 9. & 11. infrà eodem.*

6 Et quid seruetur in suspitionibus Officialiũ Baronalium, tradit *Frecc. de subfeud. lib. 3. tit. de differ. inter feud. quatern. & plan. & de tabul. num. 36.* cum *seqq.* cui in aliquo contradicit *Caran. d. rit. 265. post num. 2.* tu. vide *Ant. Sola ad nona decret. Sabaud. p. 3. tit. 28 glos. 9. & tit. 30 glos. 1. num. 4.* qui dicit, quod, omisso medio potest adiri Superior super suspitione allegata, sed vide dicta per me *infrà eod. prag. 2. nu. 3.*

Illud tamen certissimum est, quòd quando Pater
7 est suspectus, erit etiam suspectus eius Officialis, sicut in Episcopo & illius Officiali, vt est tex. in *c. informatæ extrà de offic. deleg.* quod declara, vt per *Marsill. dec. 234.* vt deputetur alium pro exactione eius iurium.

An autem Prorex Regni possit vt suspectus re-
8 cusari, & successiuè omnia Tribunalia tanquam membra capitis suspecti: *Pont. Imol. cons. 91.* consuluit, quòd sic, sequitur *Canale de brach. reg. p. 3. nu. 315.* & quòdam Regno Siciliæ vltra Pharum Prorex fuerit pluriès allegatus suspectus, attestatur *Ant. de Ballis lib. 5. tit. de recus. Ind. num. 26. fol. mihi 205. Lancell. de attent. p. 2. c. 6. num. 41.* cum *seqq.* latè *Ra-*

mon.

mon.conſ.3.ac etiam *Gurb.dec.27.* dicit, procedere, quandò Præſidi ſubſunt Conſiliarij, vt in Prorege, *Maſtrill.dec.151.num.76.* dicit, per Regales literas ſimile reſcriptum recuſato Prorege, Conſiliarios nõ eſſe ſuſpectos, ſed deleget cauſam, in qua procedatur abſque eius interuentu.

Aduertas tamen vnum, quod in hac materia hucuſque non vidi obſeruatum, vt ſi is Officialis, qui
9 allegatur ſuſpectus, ſit Commiſſarius cauſæ, non
10 prohibetur ipſe interuenire, ſed bene Aduocati illius conſanguinei prohibentur patrocinari, ſeù cõſulere in illa cauſa publicè, vel ſecretè, vſq; tamen
11 ad tertium gradum conſanguinitatis inclusiuè, ſi verò Officialis non ſit Commiſſarius cauſæ, ſed vnus de votantibus tantùm in illa cauſa, tunc Aduocati eius conſanguinei non prohibentur publicè patrocinari, & conſulere, ſed ipſe Officialis non debet interuenire in cauſa, ità ſunt apta verba *prag.23.in princ.& in §.item ſtatuimus.1.& 2. ſuprà de offic.* S. C. quæ poſt horum primam editionem fuit renouata, & extenſa ad omnes votantes ſub die 31. Maij 1616. vt in *prag.16.infrà eod.*

Hodiè tamen ſuſpitio eſt ampliata, etiam ſi Ad-
12 uocatus ſit coniunctus in eodem gradu affinitatis, & etiam ſi patrocinaretur in diuerſa cauſa, pro eodem tamen Cliente, vt in *c.4.* de gratijs conceſſis per Ducem Oſſunæ in anno 1584. impreſſis inter *priuil.& cap.Neapol.fol.* mihi 173. *à terg.* Vltrà expreſſos in *prag.23.ſuprà de offic.* S.C. quid autem ſi
13 Aduocatus non ſit coniunctus, ſed nimiùm familiaris, & quandòq; commenſalis Iudicis? declarat *Zaſ. in l.Prætor, in fin. ff. de iuriſd.omn.iud.* vt non poſſit recuſari, ſecus ſi ipſa Pars ſit familiaris.

Et ſcias, quòd hęc ſuſpitio in perſonis coniunctis fuit conſiderata etiam de iure communi, vt in *l. humanitatis, C. de excuſ.tutor.* & propterea etiam ex di-
14 ſpoſitione iuris communis ceſſabit ſuſpitio, quandò Officialis eſſet in pari gradu coniunctus vtriq; Litigatori, vel Aduocatis vtriuſq; vt in *l.penult.§.de uno, ff. de rit.nupt. Alex. in l. qui iuriſdictioni, num.1. limit.4.& ibi Iaſ. num.9. limit.7. Dec.num.17. ff. de iuriſd.omn.iudic.glo.& Doctor. in c.poſtremo, extrà de appell. Roland.conſ.16.num.10. cum ſeq. lib.2. Felin. in cap.cauſam quæ, num.3. limit.1. de off.deleg. facit text. in Extraneus, §. de quæſtione, & ibi Bur. & Hippol. de Marſil. ff. de quæſtion. Farin. 2. par. fragment. num.842.& ſeq.*

Secus ſi eſſet paritèr inimicus vtriq; Parti, nam licèt par affectio faciat ceſſare ſuſpitionem, non tamen eſt idem, quando adſit par odium, & vna Pars poterit illum recuſare, altera Parte inuita, ità *Ioan. Andr. ad Speculat. de Iudice deleg. §. ſupereſt, verſ. itẽ ſi eſt canonicus, Rebuff. lib.3. Conſtit. Gall. tit. de recuſ. art.6 gl.vnic.n.18.* quicquid ſit in teſte, de quo agit *Farin. de teſtib.q.57.n.66.*

15 An autem Officialis præſens poſſit allegari ſuſpectus ſine libello? vide *gl. in l.ſi gl.3. C. de iudicijs.*

Sed vt Officialis poſſit allegari ſuſpectus, plura
16 ſunt requiſita neceſſaria, & ſignanter, quòd proponatur ſuſpitio antè concluſionem cauſæ principalis, vt in *prag.8.infr.eodem*. Quæ licèt comprehendat etiam perſonas priuilegiatas, non tamen propterea huiuſmodi perſonæ priuilegiatæ excludentur à reſtitutione in integrum eis competente aduerſus lapſum termini, in dicta pragmatica præfixi, prout fuit determinatum per S.C. teſte *Præſid. de Franch. dec.431.* & iterùm die 20 Decembr. 89. referente, Regio Conſiliario Maſtrillo in cauſa ſuſpitionis allegatæ per Ducissam Nuceriæ in perſonam ipſius *Præſid. de Franch.* antè tamẽ, quàm promoueretur ad officium Præſidis, vt patet ex decreto pẽnes Cęſarium Secretarium, *Reg. Tap. dec. S.C.19.*

Quæ autem verba requirantur in ſtatuto ad ex-
17 cludendum etiam reſtitutionem in integrum competentem perſonis priuilegiatis, vide *Ang. Aret. in conſ.10. per tot.* qui refert ea verba, quod aliquo modo non liceat ſententiæ contrairi.

Requiruntur etiam quædam alia introducta per pragmaticam editam ſub die 31. Octobris 1594.
18 quę eſt *prag.10.infr.* hoc eod. *tit.* Circa quam eſt obiter aduertendum, quòd licèt *ibi* ſtatuatur, etiam per viam abdicationis iuriſdictionis, nè poſſint Iudices determinare, quòd depoſita reſtituantur, quando determinatur ſuſpitionem non ſubſiſtere, circà hoc dicta pragmatica non ſeruatur, & pluriès vidi deciſum contrarium, tam per S.C. iunctis Aulis in ſuſpitionibus propoſitis per Fraaciſcum Caminum Baronem Cacchum in perſonas Regiorum Conſiliariorum Nicolai Antonij Gizzarelli, & Scipionis de Curte pẽnes Cęſarium Secretarium, quàm per Regium Collaterale Conſilium in ſuſpitione propoſita per Ducem Andriæ in perſonam Regentis Caſtellet in cauſa Ducis Neritonis cum Regio Fiſco, pẽnes Dominicum Barrilem Regium à mandatis Scribam, ſed poſt has declarationes emanauit alia pragmatica ſub die 3. Nouembr. 1611. quæ eſt 15. *infr. eod.* vbi inter cętera in *§. volemo* fuit denuò ſtatutum, vt hæ pẽnæ vllo modo poſſint remitti, etiam ſi Pars proponens recuſationem, ab ea recedat, aut expreſsè renũciet, quæ tamen hodiè 2. Octob. 1626. recepit declarationem à Collaterali Conſilio, vt nõ procedat, ſi Iudex recuſatus antè deciſam recuſationem recedat à præſenti Regno per translationẽ ad aliud officium extrà Regnum, quaſi quòd tunc deciſio ſuſpitionis eſſet fruſtratoria, & ſic nulla ſit imputanda culpa Parti recuſanti, præſertim quãdo eſſet neceſſaria depoſitio recuſati, quæ in hoc caſu eſſet impoſſibilis, dùm eius perſona non ſubeſt ampliùs noſtræ iuriſdictioni, ità iudicauimus in Collaterali cum tribus Conſiliarijs adiunctis in cauſa ſuſpitionis propoſitę in perſonam D. Regentis Io. Baptiſtæ Valenzuela per D. Elenam . . . qui poſt recuſationem propoſitam fuit translatus ad Supremũ Italiæ Conſilium.

In ſuſpitione tamen in perſonam Actuarij ſuffi-
19 cier probatio per ſolum iuramentum, vt per *Ann. ſing.489. Lancell. de attent. p.1.c.6.num.17. Anile in c.35. Prætor. in gl. remitta, num.5. et 6.* quod intellige, ſi res ſit integra, aliàs ſecus, vt probat *Pacian. de probat. lib.2.c.45.num.85.* & ità ſeruatur in Actuarijs S.C. reſpectu quorum fuit ad eorum ſupplicationem facta ſequens prouiſio in anno 1545. vz.

Illuſtr. et Eccell. Sig. Li Maſtri d'Atti del S. Reg. Ç. fedeliſſimi di S.M. Ceſarea, et affettionati ſeruitori di V.E. fanno intendere à quella, che eſſi eſercitano, et miniſtrano detto loro officio di Maſtro d'Atti fedelmente, et legalmente, come conuiene, et è notorio, oſſeruando li ordini ſoliti oſſeruare in detto S.C. per quanto ſpettano ad eſſi eſponenti, quali per oſſeruanza di detti ordini non ſoleno preſtare li proceſſi originali, et quãdo alcuni litiganti domandano termine, ò dilatione; e poi conceſſa non ſe ne ſerueno, eſſi eſponenti per oſſeruanza di detti ordini ne danno notizia all'Eccellente Preſidẽte, e ſe ne fanno le debite proniſioni, perloche alle volte accade, che le parti litiganti pigliano à male, che eſſi eſponenti oſſeruano al modo predetto detti buoni ordini, e ſenza cauſa allegano ſoſpetti eſſi eſponenti, et acciò che eſſi eſponenti poſſano continuare la loro buona

am-

amministratione, & essercitio di detto officio, & osservare detti buoni ordini supplicano V.E. se degni provedere, che non se debbia allegare tale suspitione indebitamente, e senza causa, lo che oltre sia cosa conforme à giustitia, essi supplicanti lo reputerranno à gratia da V.E. vt Deus, &c.

Magnificus Præses S.R.C. prouidear, quòd seruetur ordo aliàs seruari solitus, de non dãdis processibus originalibus, neq; Partibus, neq; Aduocatis, aut Procuratoribus, nisi facultas legendi in præsentia Magistri actorum dictorum processuum, & si dicti Magistri actorum contigerit allegari suspecti, non remoueantur, nisi discussis capitibus suspitionis in Rota, in qua agitabatur causa. *Martialis Reg.*

Prouisum per Illustris. Dominum Viceregem Putcolis 6. Martij 1545. Io. Tho. Calcidius.

Die 9. mensis Martij 1545. Neapol. exhibito rescripto memoriali cum supradicta decretatione Illust. & Excellent. Domini Viceregis prædicto Excellenti Domino Hieronymo Seuerino Præsidenti S.R.C. &c. fuit per eundem Dominum Præsidentem prouisum, quòd seruetur ordinatio dicti Ill. & Excel. Domini Viceregis, & exequatur dicta Regia decretatio. Hieronymus Seuerinus Præses. Nicolaus Vincentius Cæsareus Secretarius, concordat cum originali, salua, &c. Actuar. Cæsareus Secretarius.

Et in materia suspitionis circà caput inimicitiæ,
20 & affinitatis vide *Milanens. Secul. dec. 15. lib. 1.* vbi defendit, & decisum refert, affinitate dissoluta cessare suspitionem ex capite affinitatis, etiam si su-
21 perstint filij, sed licèt illam decisionem multoties allegauerim ad excludendas suspitiones tanquàm Aduocatus, tamen vt verum fatear, non possum nõ animaduertere, dictam decisionem apud me esse satis dubiam, etiam si nulli filij superstint, ex his, quæ tradit *Tiraq. in tract. cessante causa cessat effectus, p. 1. n. 27.* cum *seqq.* & signanter *n. 29. Ledesma de matrim. q. 55. art. 2.* cui illud addam, quòd si sola amicitia est sufficiens causa recusationis in Iudice, quantò sufficientior debebit esse illa amicitia, quæ habuit ortum ex affinitate, qua durante nonnulli actus reciproci verisimiliter interceserunt mutui amoris, quorum non est facilis obliuio, quod in propria materia suspitionis nouissimè põderat *Farinac.* in *2. p. fragm.* in *verb. Iudex regulariter n. 83.* & & propterea diutiùs est super hoc articulo cogitãdum in contingentia facti, quanquàm *Præs. de Franch. dec. 719.* videtur habere pro absoluto, quòd dissoluta affinitate sine filijs cesset suspitio, *Graff. cons. 1. in 4 diffinit. de cognat. spirit. tom. 2.* & quatènus hæc opinio esset admittenda, intelige, vt procedat antequàm suspitio allegata fortita fuerit effectum suum, quia si semel fuerit allegata durante affinitate, eaquè admissa, tunc etiam cessante, & dissoluta affinitate non cessabit suspitio, ex eadem *dec. 719. Præs. de Franch.* suprà allegata, & per priùs obtinueram in suspitione Regentis Castellet, vt dixi *cõs. 10. num. 7.* & idem dicas, etiam si suspitio fortita fuerit effectum suum absquè decreto, sed verbo tantùm ex consensu Iudicis, & Partium, vt iudicauimus die 15. Nouembr. 1627. in causa successionis Marchionis Pinelli iunctis duabus Aulis. Actuario Verrusio, & fundatur etiam ex verbis *Reg. Prag. 40.* in *§. Carolus, sup. de off. S.C.* in illis verbis, ibi, *e prouisto verbo, ò in scriptis.*

Verùm, vt in hoc sit certa regula constituta, est sciendum, quòd inimicitia contrahitur ex iniuria iliata siuè circà corpus, siuè circà famam, siuè circà bona, siuè circà nobis adhærentia, iuxtà exempla latissimè tradita per *Tiber. Decian. tom. 1. lib. 3. c. 6. num. 39.* vsquè ad *num. 85.* etiam si oriatur ex lite, ex causa dignitatis, *Reg. de Pont. dec. 30.* vbi adiecit etiam arbitrium Iudicis ex qualitate Iudicum, &
22 quandò suspitio est fundata in causa inimicitiæ, hæc suspitio extenditur vsquè ad infinitum in linea descendenti, & ascendenti, in linea verò collaterali vsquè ad quartum gradum inclusiuè, vt constat ex *Bal. in cap. vasallus lo primo, post num. 1. ver. & potest esse vtilis, si de feud. defunct. fuer. contron. Felin. in cap. repellantur, num. 4. extrà de accusat. Aut. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 12. num. 14.* prope *fin.* sed videtur velle idem *Felin. in cap. cùm P. Manconella, in princ. eod. tit. de accusat.* quod extendatur ad omnes de domo, per doctrinam *Bal. in l. 1. C. si quæc. præd. potest.* ad quod est omninò videndus *Milanens. d. decis. 15. num. 9.* qui dicit, extendi ad totam familiam eius, & domus, *Castill. decis. 231. lib. 1. num. 3.* & erit iusta
23 causa suspitionis inimicitiæ, etiam si ipsi Litigantes dederint causam inimicitiæ, *Andr. in l. Imperatorem, §. præterea si inter duos, num. 85.* circa *fin. de prohib. feud. alien. per Feder.* & probatur in *l. si merces culpa, ff. locat.* glos. in *Luthlet. c. ff. de excusation.* & in *c. quia diuersitatis, extra de concess. præbend.* & latissimè deducit *Capyc. dec. 138.* vbi *num. 3.* dicit, quòd
24 qualibet inimicitia in Iudice inducit suspitionem, etiam si non sit capitalis, vel grauis, nam sufficit, quòd sit probabilis, & non inspicitur, si habuit initium, seù fomitem à falso, vel à vero, ab ipsis Partibus, an à tertio, quod est contra *Bal. in Mangar. ad Innoc. in verb. Iudex non expellitur*, qui requirit in Iudice inimicitiam grauem, non autem in teste, in
25 tali causa esset à Parte affectata, quia tunc tanquã in fraudem procurata non obstaret, vt post *Bart. in l. 1. §. si seruus, & in §. cùm quis, ff. de quæst. & Præpos. in c. accusatores, vers. ex his dictis 3. q. 5.* tradit *Gigas de crim. læs. Maiest. in rubr. quando, et per quos crim. læs. Maiest. probetur, q. 3. n. 74.* qui etiam *ibidem num. 8. et seq.* cumulat 15. capita inimicitiæ capi-
25 talis, sed quando suspitio est fundata in causa consanguinitatis, tunc suspitio extenditur vsquè ad decimum gradum agnationis, vel cognationis, vt docet *Bertrand. cons. 93. vol. 3. p. 1.* vbi etiam agit de affinitate; verum vsquè ad quod genus affinitatis cadat recusatio, hoc non inuenio tactum à *Doctoribus*, præterquàm à *Io. Botta*, qui in *cons. 1. n. 18.*
26 ait, quòd suspitio ex capite inimicitiæ extenditur vsquè ad quartum gradum affinitatis, de quo dicam
27 inferiùs *num. 86.* sed non loquitur vsquè ad quod genus affinitatis extendatur. At in causa D. Ferdinandi Sanseuerini Comitis Saponariæ cum D. Iulia Vrsina, & Marchione Vallis Siculæ, super inuestitura bonorum feudalium remansorum post mortẽ Principis Bisiniani Nicolai Bernardini Sanseuerini iunctis Tribunalibus Sacr. Reg. Cons. & Reg. Cam. Summ. in Collaterali Consilio obtinui pro Comite, quòd Præsidens Io. Aloysius Mormilis, qui erat affinis Marchionis Vallis Siculæ in secundo genere affinitatis, ex quo Marchio erat maritus D. Camillæ Cossæ, q̃ erat cõsanguinea in quinto gradu de iure ciuili D. Antonę Carocciolę olim vxoris dicti Præsidentis Mormilis, & sic D. Camilla Cossa vxor Marchionis erat coniuncta Præsidenti Mormili in primo genere affinitatis, & per consequens Marchio eius vir addendo eius personam dictæ D. Camillæ Cossæ eius vxori per matrimonium contractum, effectus fuit affinis Præsidentis in secundo genere affinitatis, iuxtà tradita per *glos. in verb. in 2. et 3.* circà *med. vers. in prædictis quandòque ex vtraque par-*

parte,in c.non debet,extrà de conſangum. & affinit. & in Abb.n.10.et Præpoſ.n.13.obtinui, unquam, vt no interueniret in dicta cauſa, non obſtante, quòd affinitas dicta allegaretur diſſoluta ex parte dicti Prænuêtis per mortẽ vxoris,quantumuis ſuperſtitibus liberis, iuxta prædictam *deciſ. Franc. Milan.*15. 28 *num.*15.et 16.*lib.*1.& quòd affinitas in ſecundo genere non præbebat impedimentum in contrahendo matrimonio iuxtà eandem *gloſ.*in d.*cap.non debet*,nàm *deciſio Franc. Milanenſ.* non eſt tuta, quia, vt ſuprà dixi,habet in contrarium authoritatem, *Tiraq.*in *tract.ceſſante cauſa*,in *verb.affinitatis cauſa*,*num.*29. necnon & authoritatem *Bal.* in *l.ſi mulier*,*C.de adult.*qui per illum *text.*ait, quòd ſi Offi-29 cialis ſtuprum commiſerit cum vidua, iniuriantur etiam conſanguinei viri defuncti, & propterea infert,quòd eſt iuſta cauſa inimicitiæ, & conſequentèr ſuſpitionis,ergò affinitas non eſt diſſoluta,quod omnes admittunt durante viduitate, nàm vir, & vxor manentes in viduitate, dicuntur manere in eodem matrimonio,quod affinitatem produxit, iuxtà tradita per *Tiraq.de nobil.c.*18.*n.*9.*verſ.nàm interim dùm eſt vidua*,*text.*autem in *can fraternitatis* 35.*quæſt.*10. expreſsè reſoluit,quòd etiam morte 30 vnius coniugis affinitas nunquàm ſit diſſoluta, etiã ſi ſuperſtes coniugio copuletur, idem probatur in *l.fin.C.de verb.ſignif.*vbi *Fulgoſ.num.*2.*in fin.*notabiliter dixit,quòd licèt aliqui dicant, quòd mortua vxore affinitas eſt finita, tamen finita eſt in veritate,ſed non eſt finita dilectio, quod in hac materia 31 eſt notandum,nàm vt Iudex ſit ſuſpectus, ſufficit, quòd remaneat dilectio, quãtumuis affinitas ipſa ceſſaret,idem vult *Corn.ibid.n.*7.

32 Et in ſecundo genere affinitatis eatenus ceſſat prohibitio contrahendi matrimonium, quatenus ceſſat cauſa affinitatis,vtputà, quia perſona, quæ eſt cauſa affinitatis in ſecundo genere, eſſet defuncta,ſecus autèm ea viuente, quia tunc conſtante matrimonio vir,& vxor ſunt vna,& eadem caro, & durat eadem affectio, exemplum in caſu meo 33 erat,quòd Præſidens Mormilis ex perſona vxoris erat coniunctus in quinto gradu de iure ciuile cum D.Camilla Coſſa vxore Marchionis; ſed in primo genere affinitatis,quia omnes conſanguinei vxoris ſunt coniuncti viro in primo genere affinitatis,& è contrà, & dùm poſtea dicta D.Camilla Coſsa contraxit matrimonium cum Marchione, perſona Marchionis addita perſonæ Marchioniſſæ conſtituit ſecundum genus affinitatis inter ipſum Marchionẽ virum,& omnes affines ſuæ vxoris in primo genere,& ſucceſſiuè Præſidens Mormilis, qui erat affinis Marchioniſſę in primo genere,euaſit affinis Marchionis eius viri,ſed in ſecundo genere affinitatis,& cauſa huius affinitatis inter Marchionem, & Præſidentem Mormilem eſt Marchioniſſa vxor, quia vir,& vxor non contrahunt affinitatem inter ſe,ſed ſunt cauſa affinitatis inter eorum conſanguineos,& viuente Marchioniſſa, quæ eſt cauſa huius affinitatis inter Marchionem,& Præſidentem, licèt ſit differẽtia inter ipſos circà genus affinitatis, quia Marchioniſſa eſt in primo genere,Marchio verò in ſecundo,non tamen eſt differentia in effectu,quia præſumitur eadem affectio cum viro,quę cum vxo-34 re,ſecus autẽ ſi vxor,quæ eſt cauſa affinitatis, eſſet mortua,quia ex defectu cauſæ deficit omnis præſumpta affectio in ſecundo genere, quanquàm in primo durat ſuperſtitibus liberis, ità in ſpecie intelligit *gloſ.*in d.*c.non debet*,*Caccialup.*in *repet.l.omnes populi*,*n.*140. *ff.de iuſt.& iur.* quem ſequitur *Sebaſt.Gnazin.de pacep.*1.*q*66.*n*19.*verſ.quam ſame*, vbi etiam paulò ante ait,quòd licèt hodie vinculũ in ſecundo genere affinitatis de iure Pontificio ſit ſublatum reſpectu matrimonij, ſecus eſt quòad alios effectus ciuiles,ergò reſpectu recuſationis iudicis, qui eſt effectus ciuilis, prouenies ex ipſo ſecundo genere affinitatis, non eſt ſublatum. Hæc omnia fuerunt bis ſollemniter diſcuſſa, Anno prima vice ſub die 9. Iunij 1607. quandò fuerunt diſcuſſa capita ſuſpitionis,vtrum debuiſſent admitti,quàm etiam ſecunda vice, quando admiſſo hoc capite affinitatis, & ſuper eo habita depoſitione dicti Præſidentis,qui acceptauit hanc affinitatem, fuit diſceptatum,ſi poterat,nec ne interuenire, & fuit dictum,quòd non interueniat ſub die 16. eiuſdem menſis Iunij 1607. Actuar.Reg.Cam. eſt Ioan. Andr. de Miro.

Et id,quod dicitur de coniunctis conſanguinita-35 te carnali in materia ſuſpitionis, procedit etiam in coniunctis conſanguinitate ſpirituali,vt declarat *Auend.de exequ.mandat.p.*2.*cap.*23.poſt *nu.*7.*verſ. & adhùc extenderem*, & *ibi* recenſet plures cauſas ſuſpitionum,& *Syneſ.Aldobr.conſ.*85.qui loquitur in compaternitate.

Sed vtrum Officialis,qui ſit de aliquo Sedili hu-36 ius Ciuitatis Neapolis, & interuenerit in concluſione facta per Plateam ſui Sedilis,a qua poſtea cõtingat appellari per aliquem intereſſatum, & appellatio ipſa deferatur ad Tribunal, in quo ſedet dictus Officialis de eodem Sedili,vtrum,inquã,poterit ipſe interuenire in cauſa huius appellationis? eſt *text.*particularis,qui determinat,quòd ſic in *l.*1. *§.ſolent.in fin. ff.quandò appellandum ſit*, & videtur mihi admiranda decilio,concordat *text.* in *c.*1.*de colluſione,de appellat.in* 6.vbi *gloſ. fin.*omninò videnda, per quem *text.* contrarium determinat *Præpoſ.*in *c.poſtremo,cauſa* 63.*de appellat.* ſed *Bruder.de appellat. tit.*20. in *verb. ab electione*, *verſ. in conſilio publico*, *fol.*mihi 340.intelligit illum *text.*in *§.ſolent*, ſi Præſes interuerit ſimpliciter vt Conſiliarius,non certam ſi vocem,ſeù votum dederit, qui intellectus facit ceſſare admirationem meam.

Et dùm in *finalibus verbis* huius *pragmaticæ* dici-37 tur,quòd recuſato vno ex Iudicibus vt ſuſpecto, ſi certori remanſerint pauciores tribus,aggregati debent alij ex alijs *Auſis*, nota, quòd idem videbatur dicendum de iure communi, per *text.* in *c.ſi contrà de offic.deleg.in* 6.

Aduertas tamen,quòd in cauſis ſuſpitionum non 38 datur appellatio,aut reclamatio,vt per *Præſid. de Franch.dec.*408.qui *ibidem* declarat, quòd id procedit tàm in decretis diffinitiuis, quàm in incidentibus,quæ à diffinitiuo poſſunt reparari,aliàs ſecùs, & hæc eſt prouiſio, quam ſummopere optabat *Io. Andr.in c.legitima,in fin.de appell.in* 6. nàm de iure communi poſſet appellari, vt declarat *Vuameſ.in c.præterea,num.*1.*de appellationibus*,*Cabed. dec. Luſit.*207.*par.*1.

Pragmatica verò, cuius meminit *Præſes de Frãch.d.deciſ.*408.*in fin.* nunc eſt ſub *tit. de appell. prag.* 9.quæ fuit confirmata in anno 1598.vt in *prag.* 11. eod. *tit.* quæ poſſunt iuſtificari ex doctrina *Bart.*in *l.ſolent.num.*16. *ff.de alim. & cib.legat. Syneſ. Aldobr.conſ.*78.*num.*29. *& ſeq.Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.*4.*q.*99.*Auiles* in *cap.Prætor.*6.in *gloſ.ſententias,num.*6. *Surd. dec.* 36.& ad materiam eſt videndus idem *Præſ. de Franch. dec.*659. Sed ſi Officia-39 lis ipſe,qui eſt declaratus ſuſpectus, veliet appellare,poſſet,vide *Albam conſ.*92.*vol.*3.non tamen poteſt

40 est negari, quin Iudex, dùm allegatur suspectus, afficiatur iniuria, vt probat *text. in l. litigatores, in princip. ff. de recept. arbitr. et in c. suspitionis, extrà de offic. deleg.* vbi gl. tenent contrarium, quam sequitur *Campag. in c. Regni Prolixitatem num. 64. vers. an autem*, tu vide *Farin. de testib. q. 60. num. 133.* qui indubitatè tenet, contrahi inimicitiam.

41 Au autem ipse Officialis in causa suæ suspitionis possit examinari vt Principalis? dic, quòd sic, vt per *Thes. dec. Pedemont. 6.* & ità quotidiè practicatur, absq; tamen iuramento, secundùm stylum Collateral. & Sacr. Conf. & ità etiam seruatur in Principatu Cathaloniæ, teste *Ferrer. in obseru. Cathal. c. 91. num. 5.* verùm si recusaretur ob crimen, non debet deponere, quia non tenetur propalare se ipsum, *Rebuff. tom. 3. Const. Gall. tit. de recus. art. 1. gl. 5. nu. 5.* secus autem in aduersario in causa principali, qui non debet examinari vt Principalis in causa suspitionis, prout fuit determinatum in suspitione proposita per Ducem Nuceriæ in personam Regij Cõsiliarij Marci Antonij de Ponte in causa vertente inter Marchionẽ Fuscaldi, & dictũ Ducem vti creditores Comitis S. Seuerinę, pẽnès Cæsariũ Secret.

42 Et notabis, quòd hæc exceptio recusationis Iudicis suspecti nullo modo per illarum tolli potest, vt patet ex cumulatis per *Schrader. de feud. tom. 2. p. 10. sect. 3. num. 9.* secus per rescriptum Principis, vt fundat *Phab. dec. Lusit. 77. n. 7.* cum *seqq. Scacc. de appell. c. 2. q. 16. lim. 1. num. 118.* cum *seqq. Farinac. in fragm. part. 2. liter. I. num. 954.* cum *seqq.* sed contrà *Luc. de Penn. in l. fin. in princ. C. de decurion.*

43 Verùm acta facta coràm Iudice pendente suspitione allegata erunt ipso iure nulla, vide *Sebast. Napod. in c. Regni Prolixitatem num. 16. & Campag. ibid. nu. 65. Caran. rit. 265. nu. 30. Rebuff. super Const. Gall. tom. 3. tit. de recus. art. 6. Lancell. de attent. c. ap. 6. p. 2. Hier. Cauall. pract. quæst. comm. contrà comm. lib. 2. q. 680. Greg. l. 22. tit. 4. p. 3. in glos. magna, in med. Villadieg. for. Iud. lib. 2. tit. 1. l. 22. nu. 21. Grat. discept. for. 701. nu. 16.* cum *seqq.* limitat *Seraphin. dec. 897. Gratian. ibid. n. 21. & 22.* quandò suspitio fuit merè calumniosa proposita, faciunt adducta per *Phæb. in d. dec. 77. in princ.* latè *Farin. in 2. p. fragm. in verb. Iudice n. 930.* cum *seqq.*

44 Hoc autem est certissimum, quòd si Iudex pendẽte suspitione ingerat se in eadem causa, ex hoc solo redditur suspectus, licèt causa allegata sit falsa, prout affirmat *Paris. cons. 98. nu. 9. vol. 3. Bertaz. cons. crim. 8. n. 8. vol. 1.* & probat mihi in casu valdè simili *text. in l. quæ omnia. §. 1. vers. nec ferendus est, ff. de procur.* quem *tex.* nupèr post scripta inueni ad id allegatum per *Gargiar. Patrocin. 40. num. 6.* facit *gl.* loquens in procuratore in *l. 2. in verb. suspectum, de procur. in 6.*

45 Quod adeò verum est, vt si Iudex post subscriptam sententiam, & traditam Actuario, sed antè illius publicationem fuerit allegatus suspectus, adhùc est superedendum in publicatione, *Bouad. lib. 2. c. 15. n. 83.* propè *fin. vers. Aduierta.* Immò

46 etiam, si ab initio Iudex pertinaciter assumeret sibi causam, ingerendo se animosè ad iudicandum, ex hoc redditur suspectus, nam videtur constituere se aduersarium, & erit tunc illa causa sua propria, ità per hunc eundem *tex.* tradit explicitè *Andr. in c. scio §. habita, post num. 16. vers. item si Iudex pertinaciter, de statut. & consuet. contrà libert. Eccl.* Sed postquàm

47 fuit declaratus suspectus, nullo modo potest intereuenire in illa causa, nedùm tempore, quo proferuntur vota, sed neq; tempore, quo fit relatio illius causæ, vt *pra. 40. supra de offic. S. C.*

Quod amplia, etiam si cesset postea causa, propter

48 quam fuit semel declaratus suspectus, ita docet Didac. Perez *lib. 3. ordinam. tit. 5. rubr. de las recusaciones, de los Iuezes, q. 15. fol.* mihi 961. & Ego obtinui in Collaterali Consilio pro creditoribus Comitis Loreti in suspitione Regétis D. Petri de Castellet, & ponderaui *text. in cap. Iudex ab Apostolica Sede datus, in fin. de offic. deleg. in 6.* nunc audio *Præsid. de Franch. dec. 719.* qui affert eandem authoritatem *Didaci Perez* suprà per me adductam. Secus si antequam sit declaratus suspectus cesset causa suspitionis, nam tunc cessabit suspitio. *Ferrer. in obseruat. Cathal. c. 93.* per tot. nisi remanerent adhùc reliquiæ suspitionis, idem *Ferrer. ibid. c. 119.*

49 Vnum tamen nunquam tibi excidat è memoria, quòd is, qui fuit Aduocatus in vna causa, non potest vllo modo in ea intereuenire vt Iudex, & proindè acta forte facta coràm ipso in eadem causa tanquà Iudice, sunt nulla, etiam si nulla fuerit proposita suspitio à Parte aduersa, vt pulchrè docet *Bertaz. cons. crim. 550. vol. 2.* & est *text.* apertus in *c. postremo, extrà de appell. & in l. quisquis, C. de postul.* declarat *Antes in c. 3. Pratorum, in verb. Abogados*, quod est expressè prouisum per legem particularem apud Hispanos, *l. 10. vers. otro si, tit. 5. p. 3.* sed est videndus *Zas. in l. Prætor nu. 13. in fin. ff. de iurisd. omn. iud. Aym. Cravet. cons. 199. num. 14. Lancell. de attent. p. 2. cap 6. num. 10. in fin.* & ità nuperrimè est specialiter prouisũ in *prag. 15. infr. tod. c. 18. vers. il Giudice*, vbi alia dixi, quæ quid in contrarium decisum referat ex foris illius Regni *Iosephi Sese dec. Arag. 416. vol. 4.* adde nunc *Farinac. in 2. p. fragm. in verb. Iudex nu. 848. & seq. Sanch. conf. moral. lib. 2. c. 1. dubit. 26.*

50 Sed an possit intereuenire in alia causa simili, scilicèt vbi controuertitur idem iuris articulus, sed inter diuersas personas, & vtiquè si illa causa, vbi fuit Aduocatus est finita, vel ipse non intereuenit amplius vt Aduocatus, poterit intereuenire, secus autem si ipse adhùc intereueniat vt Aduocatus, siuè in prima, siuè in secunda instantia, vt vtrumquè casum decisum refert *Præs. de Franch. dec. 87. nu. 18.* propè *fin.* & illud idem fuit decisum per S. C. iunctis Aulis post longam disputationem in suspitione proposita aduersùm me per Marchionem Lareni in causa contrà eum mota per Ioannem Vincentium Branciam, sub pretextu, quòd in ea veniat disputandus idem articulus, in quo Ego scripsi consulendo vt Aduocatus, pro Ioanne Vincentio Penna in *Allegationibus* insertis *in prag. 11. nu. 3.* cum *seqq. supra de feud.* sub die 16. Aprilis 1622. & iterùm sub die 21. Aprilis 1623. iunctis Consiliarijs quatuor Aularũ in suspitione proposita aduersùs me per Ill. Ducem Nuceriæ in causa vertente cum D. Hieronyma Pignatella super successione Status Montis Leonis, ex his, quæ Ego scripseram pro Comite Saponariæ *in tribus primis consiliis* meis *vol. 1.*

51 Quid autem in Aduocato, cui fuerunt reuelata secreta causæ per Clientem, sed tamen causam ipsam non defendit? *Post Rebuff. in l. Prætor, §. 1. vers. & quandò, ff. de iurisd. omn. iud.* dicit, quòd non potest recusari, per *glos. in c. dilecto, extrà de testibus*, sed hoc est intelligendum, dummodò consultus à Cliente votum suum non propalauerit, vt declarat *Iacobin. de S. Georg. in d. l. Prætor in fin.* post *Imol. in c. irrefragabilis, de offic. ordin.* sequitur *Zas. in d. l. Prætor, n. 17.*

52 Et an is Officialis, qui intereuenit pro Fisci Patrono in causa criminali alicuius inquisiti, possit ex hoc capite allegare suspectum Officialem consanguineum illius inquisiti, cõtrà quem functus est officio

53 ficio Fiſci patroni, & procùl dubio, ni fallor, videtur, quòd ſic, quia Aduocatus incurrit inimicitiam Partis aduerſæ, contrà quam patrocinium præſtat, vt eſt *gloſ.* notabilis in *l. ſi pecuniam, in prin. in verbo repetetur, ff. de cond. cauſ. dat.* iuncto *text.* in *l. qui operas*, poſt *prin. ff. locat.* quam *gloſ.* ſequitur *Paris de Put. de ſindic. in verb. ſuſpitio, nu.* 5. Idem voluit *Luc. de Penn. l. 1. col. 2. in verb. inimicus verſ. item Aduocatus, C. de his, qui ſe deferunt, lib.* 10. cuius opinio tãtò magis procedet in Aduocato ad offenſam in cau-
54 ſa capitali, quemadmodùm dicitur de teſtibus deponentibus in cauſa criminali contrà aliquem, nàm ex hoc habentur inimici eius, contrà quem depoſuerunt, per notata in *c. cùm P. Manconella, extrà de accuſ.* vbi *Innoc.* & omnes *Canoniſtæ*, & quòd ſuſpi-
55 tio non data in odio contracto ex cauſa Aduocationis ſit iuſta cauſa, voluerunt indubitantèr *Blanc. de indic. et tort. nu.* 142. *Morend. conſ.* 87. inter *conſ. crim. diuerſ. tom.* 2. *Farin. q.* 49. in *prax. mag.*

Nec dicatur, quòd id procedit in Aduocato priuato, qui ſua ſponte ſuſcipit patrocinium contrà aliquem, & per hoc videtur declarare ſe inimicũ Aduerſarij, ſecus autem in Aduocato Fiſci, qui ratione
56 officij cogitur illud munus ſubire iuris exequutione, quæ nemini facit iniuriam, neceſſitas enim officij excuſat, *l.* 2. *C. de delator. lib.* 10. nàm cùm ei fuerit ab initio liberum tale munus non ſuſcipere, videtur ei non prodeſſe tanquàm neceſſitas affectata, vt nuncupatim tradit *Corſ. lib.* 1. *indagat. iur. c.* 23. per *text.* in *l.* 2. *§. penult. ſi quis caut.* & non poteſt ne-
57 gari, quin Aduocatus Fiſci ſit inquiſitor, qui accuſat vt quilibet de populo, *l. ait lex, ff. de iurisd. l. qui iuriſdictioni, ff. de iuriſd. omn. iud. Bald.* in *repet. l. cùm mulier, ff. ſolut. matrim.* & in *l. ea quidem*, C. *de accuſ.* & propterea inquiſitor dicitur accuſator, adeò quòd dixit *Bart.* in *l.* 2. *§. ſi publico, ff. de aduis. nu.* 13.
58 quòd eædem exceptiones poſſunt opponi contrà Iudicem inquirentem, quæ contrà accuſatorem.

Et hoc adeò verum eſt, vt procedat etiam in Iu-
59 dice inquirente, quia præſumitur, quòd inquiſitus gerat in animo inimicitiam contrà Iudicem inquirentem, ità vt ex hoc ſolo capite tanquàm inimicus præſumptus poterit hic inquiſitus recuſari vt ſuſpectus à Iudice inquirente tempore ſui ſindicatus, ità concludit *Paris de ſind.* in d. *verſ. ſuſpitio, nu.* 5. & videtur mihi particularis deciſio ad caſum noſtrum.

Nunc addo in indiuiduo *Io. Bott. conſ.* 1. *num.* 18.
60 qui loquitur in Aduocato Fiſcali generali, & aſſerit, talem inimicitiam extendi vſquè ad quartum gradum affinitatis, *Garz. Maſtrill. dec. Sicil.* 151. *n.* 49. *et ſeq.* vbi de his meminit, & ità iudicatum per Collaterale Conſilium in cauſa ſuſpitionis propoſitæ per Principem Conchæ in mei perſonam, ex quo interueniebam vti Fiſcus in aliquibus ſuis cauſis die 9. Octobris 1630. penès Stephanum de Giorno Cancellarium, quicquid in cõtrarium ſcripſerit *Maſtrill. dec.* 214. *n.* 31. citans me pro contraria opinione.

Et vltrà ſupradictas cauſas ſpecificatas eſt ad-
61 uertendum, quòd ſi Iudex non expectat ſibi proceſſum aſportari, ſed illum ſua ſponte quærat, & aſportari procuret, hæc erit iuſta cauſa ſuſpitionis, vt notat *Cravet. conſ.* 170. *n.* 2. *Ant. Sol. ad antiq. decret. Saband. rubr. de proſeq. appell. gl.* 10. *n.* 7.

62 Item Iudex amicus inimici mei poteſt ſuſpectus allegari, *Fulu. Pacian. de prob. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 26.

Item ſi Iudex, & Pars hoſpitentur, & comedant
63 ſimul in acceſſu pro viſura loci differentiæ de iure Regni erit iuſta cauſa ſuſpitionis, vt notaui in *prag.* 64. *ſupr. de offic. S. C.*

Sed ſi Iudex in vna cauſa iudicauit pro vna opi-
64 nione, an alia ſimili poterit allegari ſuſpectus, ex quo in illa prima declarauit opinionẽ ſuam, *Intrigl. dec.* 47. *num.* 19. & quid ſi in eadem cauſa detexit votum ſuum, *Gurb. dec.* 54. diſtinguit, poſſe, ſi ad mutuendam alterius Partis iuſtitiam propalaſſe probetur, & quomodò mouere debeat Iudex ad euitandum ſuſpitionem, *Bonad. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 56. dicit, deberi dari dubia Aduocatis, vt reſpondeant ſine diſputatione, nè videantur oſtentare ſcientiam, & ingenij acumen.

Eſt benè verum, quòd Iudex poterit allegari ſu-
65 ſpectus in vno tantùm articulo, licèt non in tota cauſa, quod pro abſoluto habet *Rebuff. tom.* 3. *Conſt. Gallic. de recuſ. art.* 8. *gloſ. vn.* facit, quia Iudex ſuſpe-
66 ctus in cauſa poſſeſſorij poteſt eſſe Iudex in cauſa petitorij eiuſdem rei, *Fulu. Pacian. de prob. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 2. quemadmodùm vnus, & idem Iudex in vna, eademquè cauſa poteſt quòad vnum articulum procedere vt delegatus, quò verò ad alia vt ordinarius, *c. miſi eſſent, extrà de præbend.* vbi *Imol.* in 3. *not. Claper. cauſ.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 22. & Procurator ad vnũ
67 tantùm articulum conſtitui poteſt, vt dixi ſuprà in *rubr. de procurator. num.* 50. ex *Bald.* in *l. vinum, num.* mihi 16. in *fin. ff. ſi cert. petat.* & vſquè ad certum actum tantùm, *gloſ.* in *c.* 1. *§.* 1. in *verb. Procurator, verſ. et hoc verum, de procur.* in 6. quemadmodùm re-
68 ſcriptum continens plura capita, ſinè plures articulos, ſi in vno tantùm ſit ſubreptitium, in illo tantùm erit inualidum, ſed in alijs erit validum, vt in *c. ſi eo tempore, de reſcript.* in *ſexto*, tradit *Philipp. Franc.* in *c.* 1. *num.* 18. *verſ. quomodò poteſt eſſe*, eodem *tit. de reſcript.* in 6. vbi reliqui omnes.

69 An autem Magiſter poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Diſcipuli? *Bald.* in *auth. habita, colum.* 6. *in.* mihi 60. *verſ. vltimò oppono*, C. *nè fil. pro patre* ait, quòd paternitas doctoralis non reddit Doctorem ſuſpectum in cauſa Diſcipuli ſui, ſed *Andr. Barb. ibi* in *apoſtill.* declarat, hoc eſſe verum, quandò lis eſt inter ſuos Cõdiſcipulos, alitèr ſecus.

Et aduertas, quòd licèt inter cauſas à prædictis *Doctoribus* cumulatas ſit illa ſatis præcipua, quandò
70 Iudex haberet Aduerſarium meum Iudicem in cauſa ſua, vt per *Rebuff. d. tit. de recuſat. art.* 6. *num.* 54. tamen ſi non proponam ego cauſam ſuſpitionis, non prohibetur talis Iudex interuenire, vt per *gloſ.* in *cap. ſi. in verb. conſeruator, de offic. deleg.* in 6. & eodem modo ſi Iudex eſſet vaſallus, aut alitèr ſubditus iuriſdictioni mei Aduerſarij, vt per aliam *gloſ.* in d. *c. ſi.* in *verb. vel temporali.*

Et non ſolùm Iudex, ſed quiuis alius, qui quoquo
71 modo poteſt lædere Partem, poterit recuſari, *Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 93. *Bonad. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 47. in *fine, gloſ. Argum.* & ideò etiam Doctores de Collegio poſſunt recuſari per Scholares, qui admittuntur ad examen pro ſuſceptione gradus; vt probat *Abbas* in *cap. cauſam, de offic. deleg. Felin.* in *cap. ex literis, num.* 30. *extrà de conſtitut. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuileg.* 87. *Didac. Perez lib.* 3. *ordin. tit.* 5. *rubr. de las recuſaciones de los Iuezes, quæſt.* 10. *verſ. item recuſare*, & dicit, ità fuiſſe Salmanticæ practicatum, addo *Gregor. Syntagm. iur. vniu. lib.* 49. *cap.* 3. *num.* 23. & dixi ſuprà *de ſcholar. doctor.* in *rubr. num.* 12. & etiam illi, qui in actibus voluntariæ iuriſdictionis tantùm haberent ſolùm votum conſultiuum, *Gabed. dec. Luſit.* 64. *p.* 1.

Immò Iudex eſt allegandus ſuſpectus nedùm
72 quãdò de eo ſuſpicatur aliquid mali, ex eius qualitate, ſed etiam quandò eſt ſimpliciter ingratus, hoc

est de mala gratia, prout est text. in eis literis scribendus in §. *Illud quoq; vers. sancimus*, ibi *sub Iudice constituti forsan suspecto, & forsan ingrato in auth. de exhib reis*, quod Ego intelligo cum grano salis, scilicèt, vt non sufficiat sola illa mala gratia ad iustam causam recusandi Iudicem, nã si hoc esset, satis pauci Iudices remanerẽt ad iudicandũ, sed vt Para, quæ habet Iudicẽ sibi ingratum, & de mala gratia procuret inuestigare aliquà iustã causam illum recusandi, & sic erit consilium, vt Iudex ingratus recusetur, nõ autem est causa recusationis legitima de per se.

Verùm, an Monasterium possit allegare suspectũ
73 Iudicem ex persona Monachi, ex cuius persona agit, vel excipit? per Sacrum Consilium iunctis Cõsiliarijs duarum Aularum in causa vertente inter Monasterium Sanctæ Mariæ Reginæ Cœlorum, & Cæsarem, & fratres Pignatellos super successione Ioan. Andr. Pignatelli fuit admissum Monasterium, quod concurrebat ad successionem ex persona sororis Clementiæ Pignatellæ sororis defuncti, & monialis in eodem Monasterio, ad allegandum suspectum D. Io. Sanchez de Luna Regium Consiliarium, & S.C. Proptæsidentem, sumendo causam suspitionis in persona dictæ sororis Clementiæ, die .... Actuarius est de Mondellis.

Quæ quidem decisio optimè fulcitur authoritate *glos. in auth. causa, quæ in verb. debeat, in fine*,
74 C. *de Episcop. & cleric.* dùm ait, quòd Monachus, ex cuius persona egit Monasterium, tenetur deponere vt Principalis, si agatur de eo, quod per ipsum factum est.

Et nota, quòd huiusmodi suspitiones possunt
75 allegari tàm per Principales litigantes, seù eorum Procuratores, quàm per alium tertium, qui fuerit admissus in causa pro suo interesse, *Afflict. decis. 235. in fine, Andr. Gayll. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 71. num. 7.* cum *seqq.* verùm Procutator non admittitur, nisi cum speciali mandato, *Simon de Præt. conf. 17. centur. 3.* præterquàm si sit Procurator generalis, qui pro Principali absente de rato promittat, vel petat terminum ad obtinendum speciale mandatum, *Rebuff tom. 3. Constit. Gall. tit. de recusat. art. 1. glos. 1. in fine.*

Illud tamen diligentèr memoriæ tradas, quòd si
76 duo, aut plures haberent eandem actionem conueniendi aliquem in iudicio, verùm ex persona vnius tantùm Iudex posset recusari, & ad euitandum hãc Iudicis recusationem lis moueretur per alios, tacito illo, ex cuius persona cadit recusatio, adhùc tamen poterit recusari: ex traditis per *glos. in clement. 1. in verb. coràm quibus, de rescript.* Prout si Aduersarius meus habeat iustam causam recusandi Iudicem, & non recuset, potero ego illum ex hoc solo capite recusare, vt latè probat *Marius Ginrb. dec. 99.* optimè *Bald. in cap. insinuante, in fin. extrà de offic. deleg.* vbi est *text.* formalis.

Vtrùm verò in causis suspitionũ admittatur no-
77 minatio testium extrà locum iudicij, dixi in *pragm. 7.* suprà *de ord. iudic.*

Plura alia notabilia circà hanc materiam deducit *Marchesanus* in *pract. Commiss. par. 2. cap. 5.* vbi
78 *num. 36.* ait, quòd Iudex etiam non recusatus potest se abstinere, si conscientia suadet, quod declara secundùm *Mascard. de probat. conclus. 949. num. 23.* quòad proprium præiudicium, non tertij, sed vide *pragm. 15. num. 12. inf.* eod. Et nonnulla introducta per leges Hispaniarum in hac eadem materia habentia symbolum cum iure nostro trahuntur in *nouæ recompil.* illarum *legem, tit. 10. lib. 2.* ex quibus legibus *Suarez de Paz* in sua *pract. tom. 1. p. 6. c. 1.* desumpsit practicam obseruandam huius materiæ.

Illud vnum superest pro nunc animaduertendũ,
79 quòd contumax non potest vllo modo recusare Iudicem suspectum, nec etiam post purgatam contumaciam, vt probat *Io. Bapt. Costa cons. 46.* quod videtur magnum dictum, si intelligatur ita simpliciter, & ideò in facti contingentia est accuratiùs indaganda veritas.

80 Sed denuò occurrit dubitare, an denuncians delictum possit recusari, *Reusner. dec. 11. lib. 2.* quẽ adeas affirmatiuè, *Alfar. de offic. Fiscal. glos. 17.* per *tot. & glo. 20. n. 325. & 326.* dicit, denunciantẽ esse legitimum testem.

Aduertas tamen, nè erres, prout erravit quidam Aduocatus, quem nolo nominare, quòd dùm inter causas recusationum à *Doctoribus* superiùs à me ci-
81 tatis enumeratas reperies, illam recensuerit, quandò scilicèt Iudex in vna causa iudicauit contrà Titium, qui ab eius sententia appellauit, nàm ex hoc solo poterit eum suspectum allegare in alia causa, hoc est verum de iure canonico, vt est *text. in cap. ad hæc, si in vna causa, extrà de appell.* non autem de iure ciuili, per quod est dispositum expressè contrarium, vt in *l. vn. ff. apud eum, à quo appell.* & hanc differentiam inter leges, & canones notauit *glos. in d. cap. ad hæc, in verb. tanquàm suspectum*, & ideò cùm id non concernat materiam peccati in foro seculari seruabimus leges ciuiles, in foro verò Ecclesiastico seruabimus Canones, & ità practicatum vidi contrà dictum Aduocatum, qui dùm obstinatè, & pertinaciter prosequeretur suspitionem ex hoc capite à se propositam, mulctatus fuit pœna Regiæ pragmaticæ. Non tamen potest negari, quin Iudex incurrat odium illius, quem condemnauit, teste *Andr. in tit. quæ sint regal.* post *num. 84.* ex quo videtur rationabilior dispositio iuris canonici, quàm iuris ciuilis, ad quod est videndus *Capyc. dec. 147.*

Et est sciendum, quòd antè hæc nouissima tem-
82 pora non licebat Aduersario Partis recusantis aliquẽ Iudicem, comparere publicè, vel secretò in defensionem Iudicis recusati, & pro excludenda suspitione allegata, nàm ex eo solo Iudex ille efficiebatur suspectus tanquàm à Parte affectatus, licèt prima suspitio non militaret, vel non esset probata, ex dispositione *text. in Obseruandum, ff. de iud.* postea verò nouissimis temporibus fuit introductum, vt liceret Partibus ad inuicem defendere, & oppugnare suspitiones propositas in facto, & in iure absq; metu nouæ suspitionis ex capite affectationis, cùi nouo stylo causã dedit decretũ antiquũ, sed de nouo repertũ, latum referẽte qu. Repente Reuerterio, ex quo apparet, fuisse reuocatũ decretũ, per quod fuerat declaratus suspectus Præses S.C. ad instantiam vnius Partis, stantibus scripturis de nouo præsentatis per alteram Partem, ex quibus excludebatur causa suspitionis proposita, & per decretum admissa: Verba decreti sunt hæc

In causa suspitionis allegatæ per Magnificũ Io. Baptistam de Abenabulo in personam Magnifici, & Circspecti Præsidis S.C.

Die 1. mensis Decembris 1571. facta relatione Illustrissimo, & Excellentissimo Domino Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali in Regio Collaterali Consilio per Magnificum, & Circumspectum D. Franciscum Rextorterium Regium Collateralem Consiliarium, Regiamque Cancellariam Regentem, et causæ Commissarium, Partibus auditis cum eorum Magnificis Aduocatis.

Pra-

Præfatus Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Prorex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandat, prouidet, atquè decernit, quòd ſtantibus notatèr deductis poſt decretum, quòd dictus Magnificus, & Circumſpectus Præſes Sacri Conſilij non interuenat in dicta cauſa ex quibus deductis conſtat, cauſam ſuſpitionis allegata per dictum Ioannem Baptiſtam de Abenalmo, per quam fuit amotus dictus Magnificus, & Circumſpectus Præſes à munere iudicandi in cauſa prædicta non fuiſſe veram, interueniat, non obſtante ſuſpitione prædicta allegata, & decreto prædicto interpoſito, hoc ſunm, &c. Reuerterius Regens, Salazar Regens, Io. Vincentius de Iuljs Regius à mandatis Scriba.

Quæ quidèm notiſſima practica omni iure fulci-
83 tur, meo quidèm iudicio, nedùm quia Partes poſſunt animaduertere Iudices nonnullarum circumſtantiarum pro veritate, & falſitate cauſæ ſuſpitionis allegatę, ad quas Iudices non informati non poſſunt aduertere, prout accidit in caſu prædicti decre-
84 ti, ſed etiam quia graue eſt vni Parti mutare Iudicem nouum, & non informatum loco Iudicis informati, quod conſiderat *text. in l. prætor, §. vltim. ff. de vacat. muner.* & experientia docuit, quòd cauſæ iàm relatæ, & appuntatæ pro illarum expeditione, mutato Iudice non informato, effectæ ſunt immortales, nec illa præſumpta affectatio, quam antiquitas conſiderabat, eſt illius ponderis. Nàm tunc affectatio
85 Iudicis eſt iuribus exoſa, & exprobanda, quandò Pars antè cauſam commiſſam procurat, vt illa certo Iudici committatur, & hoc eſt affectare Iudicem, & in his terminis procedit *text. in d. Lobſeruandum*, ſed quandò abſq; affectatione cauſa eſt iàm commiſſa, tunc non eſt affectare illum Iudicem iàm datum, ſed potiùs eſt euitare grauamẽ, quod Parti infertur per mutationẽ Iudicis, & propterea in nouiſſima pragmatica edita circà capita, & formam in ſuſpitionibus proponendis in §. 20. *dichiarano ancora*, quæ eſt 15. hoc *tit.* hoc eſt expreſsè permiſſum.

Dubitatum fuit in materia recuſationis Iudicis
86 ſuſpitio procedens ex affinitate, quorum gradum affinitatis attingat, & aliqui motiuant, quòd non extendatur vltrà ſeptimum gradum adducti authoritate *Iuriſc. in l. lex Cornelia in princ. verſ. qua lege cauetur, ff. de iniur.* qui loquens expreſsè de Iudice ſuſpecto in cauſis propinquorum enumerat perſonas vſq; ad ſobrinos, qui ſunt in ſexto gradu, & poſtea ſubnectit, ſiuè proprius eorum, quem intelligũt pro nato ex ſobrino, qui eſt in ſeptimo gradu, iuxtà declarationem factam à *Iuſtiniano in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat.* & addit vlteriùs *Iureconſ.* quòd erit etiam ſuſpectus, qui quemquam eorum cognatione, vel affinitate attinget.

Ecce igitur, quòd illa tantùm affinitas in materia ſuſpitionis conſideratur, quæ attingit gradus ibi enumeratos, qui non ſunt vltrà ſeptimum, ergò non vltrà ſeptimum gradum affinitatis extenditur ſuſpitio ex affinitate procedens.

Ego vero in ea fui opinione, vt ſuſpitio ex cauſa affinitatis comprehendat omnem gradum, quem comprehendit conſanguinitas, etiam vltrà ſeptimum, & dixi, quòd ille *text. in l. lex Cornelia* nedùm non probat contrariam opinionem, ſed potiùs corroborat hanc opinionem meam, & ex eo ſolidiſsimè fulcitur, & ſubſtinetur. Pro cuius opinionis fundamento facio mihi priùs infraſcripta aſſumpta de iure indubitata.

Primum aſſumptum eſt, quòd ſuſpitio regula-
87 tur à ſucceſſione ab inteſtato, ità vt quicunquè eſt in gradu ſuccedendi ab inteſtato, is etiam erit ſuſpectus in iudicando, ità tradunt *gloſ. in c. poſtremo, extrà de appell.* quam ſequuntur *ibi Hoſtienſ. Bald. Imol.* & paſſim reliqui *Canoniſtæ*, *Bertraud. conſ. 93. lib. 3. p. 1.*

Secundum aſſumptum eſt, quòd ſucceſsio ab in-
88 teſtato etiam à lege 12. tabularum, quæ agnatos tãtùm, non etiam cognatos cognouit, extenditur vſq; ad decimum gradum de iure ciuili, cognati verò fuerunt poſteà admiſsi ex edicto Prætorum vſquè ad ſeptimum gradum tantùm & non vltrà, *§. fin. Inſt. de ſucceſſ. cognat.*

Tertium aſſumptum eſt, quòd hæc differentia in-
89 ter agnationem, & cognationem fuit ſublata de iure *authenticorum*, vt in *auth. de hared. ab inteſt. venient. §. 1.* qua quidèm differentia ſublata inductum, eſt, vt quemadmodùm agnati, & ſic cognati ſuccedant vſquè ad decimum gradum, ità vt agnati trahant ad ſe cognatos, non autem cognati agnatos, ità *gloſ. in d. §. fin. Inſt. de ſucceſſ. cognat.* ab omnibus recepta, vt conſtat ex *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 23.*

Quartum aſſumptum eſt, quòd licèt nomen con-
90 ſanguinitatis in ſpecie comprehendat deſcendẽtes ex eodem patre, nàm duo fratres ex eodem patre geniti dicuntur conſanguinei, *l. 2. reſp. 1. ff. de ſuis, & legitimis*, tamen in genere ſumpta conſanguinitas comprehendit omnes eodem ſanguine coniunctos, ſiuè ex patre, & ſic agnatos, ſiuè ex matre, & ſic cognatos, *l. 2. ff. vndè cognat. vel ſi ſanguine. ff. de manum. vind. c. tua nos, c. non debet, extrà de conſanguin. & affin. can. ad ſedem 35. q. 5. Conarr. de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 6. n. 2. verſ. qua ratione*, & ità communis vſus loquendi intelligit, prout atteſtantur innumeri relati à *Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 9. n. 5.*

Quintum aſſumptum eſt, quòd affinitas eſt proxi-
91 mitas perſonarum à coitu deducta, eò quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ ſunt, per nuptias copulantur, *l. non facilè, §. affines, ff. de grad. affin.* vndè affines dicuntur inuicem viri, & vxoris conſanguinei, *Conarr.* poſt cæteros *de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 7. num. 2.* ipſi au-
92 tem vir, & vxor inter ſe non ſunt affines, ſed principium affinitatis, & de eis producitur vinculum affinitatis, *l. non facilè, §. affines, ff. de grad. affin. gloſ. in l. affinitatis, C. comm. de ſucceſſ. Couar. d. §. 7. n. 7.*

Quæ quidèm affinitas nullos de per ſe habet gra-
93 dus ſibi peculiares, ſed eos ſibi mutuatur à conſanguinitate, cui adhæret, ſumpta conſanguinitate in genere, vt in præcedenti aſſumpto, is enim, cui Semproniæ copulatur, affinis erit propinquis Semproniæ eo gradu, quo illa eis eſt conſanguinea, idem *Conarr.* eod. §. 7. *num. 6.* appoſitisſimè *Socin. ſen. conſ. 58. num. 7. & 8. vol. 1.*

Sextum, & vltimum aſſumptum eſt, quòd illa affi-
94 mitas, quæ tangit quemquam exiſtentem intrà gradum ſuccedendi, eſt ſufficiens ad repellendum Iudicem exiſtentem in eodem gradu affinitatis, id, quod reaſſumpſi, non ex theorica Scribẽtium, nàm fateor, hùcuſq; me non reperiſſe Doctorem diſtinguentẽ, vſq; ad quem gradum affinitatis extendatur ſuſpitio, præter *Bottam conſ. 24.* qui ait, ſuſpitionem ex capite inimicitiæ extendi vſq; ad quartum gradum affinitatis, ſed ex viſceribus *text.* in ead. *l. lex Cornelia*, quæ pro contraria opinione adducitur.

Hoc indè patet, nàm *Iuriſconſultus* poſt enu-
95 meratas certas perſonas prohibitas iudicare, quæ conſtituunt certum gradum conſanguinitatis, ſubdit hæc formalia verba, videlicèt, *qui quemquè ea cognatione, vel affinitate attingit.* Ecce igitur, quòd

quemcunq; gradum attingit affinitas, is remanet excluſus à iudicando, nec mirum, nàm ratio in promptu eſt, ſi enim conſanguineus, qui eſt intrà decimum gradum, eſt ſuſpectus propter intereſſe ſucceſſionis, quod eſt in cauſa, vt ſuſpitio extendatur vſquè ad decimum gradum, ad quem extenditur ſucceſſio, ex his, quæ dixi in primo, & ſecundo aſſumpto, cur non idem intereſſe conſiderabitur in Iudice, qui licèt ipſe ex propria perſona non habeat intereſſe, quia non eſt conſanguineus, eſt tamen maritus cõſanguineæ in eo gradu, & ſic habet intereſſe in ſucceſſione ex perſona vxoris, cùm vir, & vxor omni iure diuino, & humano dicantur duo in carne vna, *cap. Martinus, extrà de cognat. ſpirit. can. fraternitatis* 35. *quæſt.* 10. vbi ſubdit Summus Pontifex, quòd ſi vna caro ſunt, quomodò poteſt aliquis eorũ propinquus vni pertinere, quin & alteri pertineat è certè, non video, cur diuerſum in vno plus, quàm in alio iudicandum ſit.

Nec obſtat *text. in d. l. lex Cornelia* iuxtà ponderationem ex aduerſo factam, nàm duplex emergit facilis reſponſio. 96

Prima, quòd ille *tex.* conſiderat gradus cognationis tantùm, quæ antè ius *Authenticorum* non ſe extendebat in ſucceſſione vltra ſeptimum gradum, & ideò non eſt mirum, ſi ex eodem iure ſuſpitio iudicis non ſe extendebat vltrà ſeptimum gradum affinitatis, poſtquàm de iure nouiſſimo *Authenticorum* ſucceſſio etiam cognationis eſt ampliata vſquè ad decimum gradum, per ea, quæ dixi in tertio aſſumpto, & ſic etiam ſuſpitio, quæ à ſucceſſione regulatur, vt in primo aſſumpto, conſequens eſt, vt etiam affinitas producat eundem effectum in ipſomet decimo gradu, quem attingit, iuxtà regulam traditam in cod. *text.*

Quòd autem ille *text.* conſideret gradus cognationis tantùm, non autem etiam agnationis, dignoſcitur ex perſonis *ibi* enumeratis, quæ coniunguntur ex parte mulieris tantùm, præſertim dùm enumerat ſobrinum, & eum, qui eſt proprior ſobrino, nàm ſobrini dicuntur filij conſobrinorum, qui conſobrini dicuntur nati ex duabus ſororibus, quaſi conſororini, vt ſigillatim tradit *Iureconſ. in l. 1. verſ. item conſobrini ff. de grad. gloſ. in verſ. conſobrini*, in *can. de inceſtis coniunctionibus* 35. *quæſt.* 3. idque pretiſsimùm ſuadent ex verbis ſubſequentibus, ibi, *qui quemq; ex ea cognatione, &c.* Ecce igitur, quòd cognationem tantùm, non etiam agnationem conſiderauit *Iureconſultus*. 97

Secunda reſponſio eſt, nàm dato, quòd ille *text.* loquatur de cognatione, non in ſpecie, quæ reſpicit eos, qui per fœmini ſexus perſonas iunguntur, vt tradit *Inſtit. Inſt. de legit. agnat. tut. & Iureconſ. in l. vlt. §. 2. ff. de grad. affin.* ideò in genere, quæ comprehendit omnes, ſiue per patrem, aut matrem iungantur, vt *inſt. ff. vnde cognat.* quaſi vnà communiter nati, vel ab eodem nati, & progeniti, *l. 4. §. 1. ff. de grad.* & ſi ſobrinum, de quo in cod. *tex.* velimus comprehendi pro eo, qui de duobus patruelibus, vel amitinis natus ſit, iuxtà *l. 2. ff. de grad.* adhùc ille *tex.* non probat opinionem ex aduerſo, nàm ſi velimus admittere, quòd ille *tex.* non conſideret affinitatem, nili quatenus tãgat gradum, *ibi* quinquies, tum ſequitur, quòd etiam is, qui agnatus, & cognatus eſt vltrà ſeptimum gradum non prohiberetur iudicare in cauſa ſui conſanguinei vltrà ſeptimum gradum, ex quo ille *text.* priùs enumerat perſonas principales, ipſorum conſanguineorum, & poſtea ſubdit de illis, qui eos attingunt affinitate, ſeu conſequens eſt falſum, quia ipſi Principales, qui ſunt agnati, ſiue cognati, abſq; vllo dubio prohibentur eſſe Iudices vſq; ad decimum gradum inclusiuè, vt in primo, & ſecundo aſſumpto, ergò & antecedens ipſum falſum eſt, *l. 2. §. mutui datio, et ibi gl. ff. ſi cert. pet. l. apud antiquos, C. de furtis, c. & ſi Chriſtus, extr. de iureiur. c. ſolita, extr. de maior. et obed.* cum ſimilibus.

Veritas igitur eſt, quod ille *tex.* verè loquebatur in cognatione tantùm, quæ cùm hodiè ſit ampliata, remanet etiam ampliata affinitas ipſa, quæ ei adhæret, ex his, quæ deduxi in prima reſponſione, aut ille *tex.* non excludit vlteriorem gradum, licèt non enumerauerit perſonas vltrà ſeptimum, & propterea id, quòd *ibi* non eſt expreſſum, eſt ſupplendum aliis iuribus, & rationibus, quæ ex ſuperiùs annotatis ſatis perſpicua ſunt ad includendum etiam decimum gradum.

Hodiè verò ceſſat hæc diſputatio per pragmaticam editam ab Excellentiſſimo Lemenſium Comite, quæ eſt 15 *infrà hoc cod. tit. de ſuſpic.* in cuius c. 1 ſancip. *Allegãdaſi* diſponitur, quòd ſi inimicitia, ſuper qua fundatur ſuſpitio, oritur ex cauſa, ex qua offendatur tota cognatio, ſeù parentela, tunc inimicitia comprehendat totum quartũ gradum conſanguinitatis, & tertium affinitatis, ſi verò oriatur ex cauſa, quæ non offendat totam familiam, ſed inducat inimicitiam capitalem, tũc comprehendat tertium tantùm gradum conſanguinitatis, & ſecundum affinitatis, facta in omnibus cõputatione graduum, ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, verumq; tamẽ ſit de iure, cauſa ſuſpitionis ſemper eſt arbitraria ex qualitate parentelæ, & qualitate Iudicum, *Reg. de Pont. decan. cit.* 15 & quãdò eſt affectata non eſt admittenda, *Reg. Valenz. conſ.* 70. de quo eſt edita nouiſſima pragmatica.

De Suſpitionibus Officialium. Prag. II. & III.

RERVM SVMMA.

1 *Suſpitiones Officialium degentium in Ciuitate Neap. de iure antiquo proponebantur coram Logotheta, & Protonotario Regni, in alijs verò Ciuitatibus, & locis Regni coram loci Diœceſano, vel eius Vicario, quod nunquam fuit obſeruatum, &* n. 9.

2 *Suſpitionum cognitio ſpectat ad Regiam iuriſdictionẽ Regiæ Maieſtatis.*

3 *Barones an poſſint ſe intromittere cognitioni ſuſpitionum, quæ alleguntur in perſonis eorum Officialium.*

4 *Diuerſitatis ratio inter Epiſcopum, & Baronem allegata per Caſanatam reijcitur.*

5 *Princeps eſt lex animata in terris.*

6 *Iuriſdictio Baronalis dicitur Regia.*

7 *Iudex quilibet quicquid iudicat, ipſe Rex iudicare dicitur.*

8 *Barones dicuntur Regij Officiales.*

9 *Iudex Eccleſiaſticus à Diœceſano debet communi ſuſpitionum forma eſſe audiendus in cauſis ſuſpitionum.*

10 *Baro de iure communi ad ſui libitum poteſt auocare cauſam ab eo, qui eſt conſtitutus citrà ſuorum & Iudicis iniuriam, & tam antè, quàm poſt litem conteſtatam, & abſq; cauſæ.*

11 *Correctores ſecundùm leges Hiſpaniarum poteſt iudicare per ſe ipſum, & per eius locumtenentem, & proſperà poterit auocare ad ſe cauſas à ſuo Locumtenente.*

12 *Baro an poſſit auocare cauſas vniuerſaliter, vel ſingulariter.*

13 *Fontanella dicit de pact. nupt. claus. 4. gloſ. 10. par. 1. n. 146 explanatur.*

14 Ba-

14 *Barones in Regno non poſſunt exercere iuriſdictionem in vaſallos per ſe ipſos; ſed per ſuos Officiales tantùm.*

15 Couarr. *locus* pract. qq. c. 9. nu. 4. *declaratur, & quæ ſit diuerſitatis ratio, affertur.*

16 *Iuriſdictionem mandans poteſt auocare cauſas ad ſe ab eo, cui mandauerat, vt ipſe iudicet, non vt alteri deleget.*

17 *Cauſæ auocatio ab eo, cui eſt commiſſa, non poteſt fieri, vt alteri committatur, ſed vt auocans ſolùm cognoſcat.*

18 *Dominus vaſallorum an poſſit auocare cauſas vertentes coràm ſuo Officiali.*

19 Tex. in l. iudicium ſoluitur *quandò procedat, ſecundùm* Frecciam.

20 *Baro poteſt auocare cauſas à ſuo Officiali, ſoluendo ei intereſſe, quod patietur ex auocatione.*

21 *Deciſio S. R. C. in hac quæſtione affertur.*

22 Author *diſtinguendo tenet, quòd quandòq; Baro poteſt auocare cauſas à ſuo Officiali, quandòque verò nequaquàm.*

23 *Officiales Baronales debent eſſe annales, & infrà annum non mutantur, etiam ſi Baro, & Officialis eſſet concordes.*

24 *Acta facta coràm Iudice, cui Baro commiſit cauſas auocatas antè inhibitionem Superiorũ, ſunt valida.*

PEr parte delli magnifici, &c. Semo auiſati, &c.

Dioceſani non ſe intromittant in cauſis ſuſpitionum Officialium ſecularium, ſed allegantes ſuſpicionem Officialium adeant Regios Superiores, & non Dioceſanos. H. D. cum ſeq.

Pro vtriuſquè *pragmat.* 1. & 3. intelligentia eſt
1 ſciendum, quòd in hac materia ſuſpitionum de iure antiquo erat diſpoſitum, quòd ſuſpitiones Officialium degentium in Ciuitate Neapolis proponerentur coràm Logotheta, & Prothonotario Regni; in aliis verò Ciuitatibus, & locis Regni, coràm loci Dioceſano, vel eius Vicario, vt in *Ritu Mag. Curiæ Vicar.* 165. in quo eſt inſerta *pragmatica* edita per Reginam *Ioannam Secundam* in anno 1457. & licèt prædicta pragmatica quòad loca extrà Ciuitatem Neapolis non fuiſſet obſeruata, quia nunquàm de huiuſmodi ſuſpitionibus cognouerunt Iudices Eccleſiaſtici locorum Dioceſani. tamen tempore Gubernij Ducis Alcalanorum in hoc Regno Archiepiſcopus Acheruntinus cœpit ſe ingerere in his ſuſpitionibus authoritate dictæ *pragmaticæ*, ſeù *ritus*, de quo habita notitia per Proregem, & eius Collaterale Conſilium emanauerant literæ hortatoriales contentæ in hac *pragm.* 1. quòd Dioceſanus non ſe
2 intromittat, cum expreſſa ratione, quòd cognitio ſuſpitionum ſpectat ad Regiam Iuriſdictionem Regiæ Maieſtatis, & illa pragmatica non fuit vnquàm obſeruata, ex qua quidem ratione *Caran. d. ritu* 165. *num.* 23. concluſiuè tenet, quòd Barones non poſ-
3 ſunt vllo modo ſe intromittere in cognitione ſuſpitionum, quæ allegarentur in perſonas eorum Officialium, ſed ſolùm Regij Superiores de cauſis ſuſpitionum cognoſcent, ponderando verba huius pragmaticæ, cum ratione, quòd cognoſcere de ſuſpitionibus ſpectat ad Regiam Iuriſdictionem, & audacter contradicit *Frecc.* qui *lib. 2. ſubfeud. tit. de differ. feud. quatern. num.* 37. expreſsè tenet contrarium per *cap. ſi contrà, de offic. deleg. in ſexto.* Vſus tamen approbauit opinionem *Frecciæ*, & iudicio meo, non ſine palpabili ratione, fundata in deciſione *d. cap. ſi contrà*, quæ eſt ſatis particularis, vt de ſuſpitionibus Vicarij, ſeù alterius Officialis Epiſcopi cognoſcat ipſemet Epiſcopus, non alius Superior, & proindè idem dicendum eſt in Barone. Nec ratio conſi-
4 derata per *Caranitam* diuerſitatis inter Epiſcopum, & Baronem, quòd ſcilicèt Epiſcopus habeat iuriſdictionem à iure, ſed Baro ab homine, quatènus eſt expreſſum in priuilegio, videtur mihi ſufficiens, nã dùm Baro habet iuriſdictionem omnimodam in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, cum mero, & mixto imperio infrà fines ſui territorij, exceptis aliquibus caſibus tantùm expreſſis, dùm caſus hic non eſt excepturatus tranſit cum regula vniuerſalitatis in omnibus non exceptuatis, & ſic vigore ſui priuilegij poteſt ritè, & rectè de his etiam cauſis cognoſcere, habet enim iuriſdictionem etiã à lege,
5 dùm habet iuriſdictionẽ à Principe, qui eſt lex animata in terris, vt in *auth. de conſulib. in fine*, & ratio expreſſa in hac pragmatica, quòd .ſ. hæc cognitio ſpectat ad Regiam Iuriſdictionem, non benè ponderatur pro ſe, immò retorquetur contrà ipſum, quia intentio Conditoris huius pragmaticæ non fuit inducere differentiam inter iuriſdictionem Baronalem, & Regiam, & ſic ponderare iuriſdictionem Regiam ad differentiam iuriſdictionis Baronum; ſed benè illam inducere, & ponderare ad differentiam
6 iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, nàm adhùc iuriſdictio Baronalis dicitur Regia, à qua ipſa dependet, nàm in Regno noſtro, quod ſubeſt vni tantùm Regi,
7 quicquid iudicat quilibet Iudex, ipſe Rex iudicare dicitur, *Andr. in cap. 1. numer. 48. quæ ſint regal.*
8 & etiam Barones dicuntur Regij Officiales, vt poſt *Afflict.* tradit *Præſes de Franch. deciſ.* 211 *num.* 7. Fortiùs pro opinione *Caranitæ* ſtringit litera *pragmaticæ ſequent.* vbi ad literam dicitur, quòd adeatur Regia Audientia in cauſis ſuſpitionum, ergò ſunt excluſi Barones, ſed illam non ponderauit *Caran.* quia benè ſciebat, quòd inclusio Regiæ Audientiæ in hoc caſu non importabat excluſionem Baronum, nàm Regia Audientia fuit *ibi* contemplata, & nominata in ſpecie, tanquàm Tribunal ordinarium in Prouincia, non autem, vt derogaretur authoritati Baronum, qui habẽt eorum iuriſdictionem ordinariam ex priuilegio.

Illud verò, quod ponderat *Caranita* de obſeruatione illius *Ritus*, ſeù *pragmaticæ* antè hanc pragmaticam, etiam quòad Officiales Baronum, vanum eſt, pace ſua, quia in hac *pragmatica* 2. expreſsè declaratur contrarium, quòd ſcilicèt nunquàm fuit ob-
9 ſeruata, & quòd in cauſis ſuſpitionum aditetur Iudex Eccleſiaſticus Dioceſanus, & non ſolùm erat introductum per ſupradictum *Ritum* in hoc Regno, ſed etiam in Regnis Hiſpaniarum, vt in *for. ind. lib. 2. tit. 1. d. 22. & ibi Villad. n. 8.*

Tantò magis, quia etiam abſquè propoſitione
10 alicuius ſuſpitionis poteſt Baro de iure communi ad ſui libitum auocare cauſam ab eo Iudice, quem ipſe conſtituit abſquè vlla ſubditorum, & Iudicis iniuria, per *text. in l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic.* vbi *Alberic. num.* 2. dicit, id communiter teneri, tàm antè, quàm poſt litem conteſtatam, etiam ſine cauſa, & *ibidem Bald. in 1. lect. in fine* infert in ſpecie ad Marchiones, & iterùm idem affirmat in *l. 1. in fine*, C. *quomodò, & quandò Iudex*, prout & *Couarr. pract. quæſt. cap. 9. num. 4. verſ. quòd ſi Dux* tenet eandem opinionem, inferens ſimiliter ad Duces, Marchiones, & Comites, & citans *Montaig. & Boer. de auth. Mag. Conſ. Angel. in d. l. Iudicium ſoluitur.*

Rebuff. in *tract. de euocationibus*; huiusq; etiam opinionis indubitatæ est *Sola ad antiq. Constit. Sabaud.* in *rubr. de conclusione*, in *glos.* 1. *part. num.* 2. *Villadiego politica, cap.* 5. §. 24. post *num.* 10. post *Bellug.* & *Azeued.* quos citat, illamque pro absoluta nouissimè admittit doctissimus, & laboriosissimus *Mastrill.* in suo eleganti *tract. de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 17. *nn.* 15. alios etiam cumulans, & inter cæteros *Anil.* in *cap.* 1. *Prator.* in *glos. fiel. num.* 42. qui in *vers. ex quo infero* non loquitur in Barone, qui non potest iudicare per se, sed per suum Officialem tantùm,
11 prout est quæstio nostra, sed in Correctore, qui secundùm leges Hispaniarum potest iudicare per se ipsum, & per eius Locumtenentem, & in hoc Correctore concludit, quòd is, qui habet potestatem constituendi sibi Locumtenentem, & remouendi ad beneplacitum, poterit auocare ad se causas à suo Locumtenente, inquiens, quia potest vti iurisdictione per se, & per suum Locumtenentem, item affert *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *num.* 159. qui in hac quæstione certo modo stare loco nescit, nàm *num.* 156. dixit, se existimare, Baronos
12 posse auocare causas singulariter, non autem vniuersaliter, hoc est, non omnes causas simul, & semel auocare ab Officiali, sed singulariter, hoc est, hodiè vnam, crás aliam, postridiè aliam, & sic de singulis, prout vnus, aut alter vasallus exposcit, sed posteà eodem *num. vers. idem tamen*, Palinodiam canendo, subdit immediatè, se nihilominùs censere, non posse Baronem etiam singulariter omnes causas, vel maiorem partem ipsarum auocare, quia ex huiusmodi auocatione posset eijcere Iudicem ordinarium, & sic tacitè videtur admittere, quòd posset Baro aliquas causas particulares singulariter auocare, dummodò non omnes, aut maiorem partem.

Quicquid tamen dicat *Fontanella* de huiusmodi
13 auocatione causarum singulariter, siuè vniuersaliter permissa Baroni, aduerto, quòd ipse non loquitur in nostra quæstione, scilicèt quandò Baro auocat causas à suo Officiali, & easdem alteri committit, sed in casu, quo Baro vellet per se ipsũ iudicare, & in hoc casu loquitur *decisio* illius Senatus Principatus Cathaloniæ, quam ipse adducit antè *num.* 156. *vers. nostri Senatus*, vt in illis verbis ibi, *poterit in dicto loco iurisdictionem omnimodam exercere, & causas ciuiles, & criminales coram dicto Officiali pendentes assumere, & nouas inchoare*, quod in
14 hoc Neapolitano Regno est omninò prohibitum, nàm Barones nullam possunt exercere iurisdictionem in vasallos per se ipsos, sed per suos Officiales tantùm, & in causis grauaminum quotidiè expediũtur prouisiones à Regijs Tribunalibus, quòd Barones nullo modo se intromittant in exercitio iurisdictionis, siuè ciuilis, siuè criminalis, sed liberè permittant, illam exerceri per Officiales ab ipsis deputatos, teste *Præsde Franch. dec.* 511. *n.* 1.

Couarr. quoquè in *loco* superiùs *citato* videtur
15 sibimet contradicere, nàm *numer.* 4. *vers. quintò deducitur* asserit satis explicitè, non posse Duces, Comites, & Marchiones, aut alios iurisdictionem habentes, qui sunt inferiores, nec iura Principis habeant, causas pendentes apud Iudices ordinarios, quos Alcaldes ordinarios appellant, auocare. Adeò quòd nonnulli eum citant pro hac opinione negatiua, & posteà paulò inferiùs affirmat totum contrariũm in *vers. quòd si Dux*, inquiens, quòd si is, qui habet iurisdictionem in Oppido, causam auocare velit ab eo Iudice, quem ipse solus, & liberè constituit, cuique iurisdictionem propriè commisit in eo exercendam Oppido, id potest facere libentèr absquè vlla Subditorum, & Iudicis iniuria, & sic *Couarr.* modò ait, modò verò negat. Sed recte intuẽti doctissimus ille vir non contradicit vllo modo sibi ipsi, sed potiùs diuersificat casus, nàm in primo loco *vers. quintò deducitur* loquitur de illis Baronibus, qui non ipsi soli de per se liberè, prout libet, cõstituunt Iudices Ordinarios suorum vasallorum, sed habent ius confirmandi tantùm Iudices electos per Vniuersitates, prout sunt fere omnes Alcaldes in Oppidis Baronalibus Regni Castellæ, vt constat ex illis verbis, ibi, *quòd etiam si ad plebis electionem per ipsum Dominum confirmentur, & constituantur, nihilominùs liberum ei non est, eorum iurisdictionem impedire, aut tollere.* Secundo verò loco in *vers. quòd si Dux* loquitur de illis Baronibus, qui soli de per se, & liberè constituunt Officiales ad exercendam iurisdictionem, vt sunt aperta eius verba in dicto *vers.* Ratio differentiæ videtur ea esse, quia in primo casu Officiales potiùs dependent ab Vniuersitatibus, qui eos eligunt, quàm à Barone confirmante. qui propterea non potest illos vetare, nè vtantur iurisdictione. Secundo verò secus, nàm omninò dependent à Barone, qui principaliter de per se illos eligit, & constituit, & sic non mirum, si in hoc secundo casu militat regula *text.* in dict. *l. iudicium soluitur*, ibi *vetante eo, qui iudicare iussit*, quæ cessat in primo casu, quod in specie ponderat *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 16. *nn.* 155. & 156.

Sed *Gulielm. de Cuneo* in *l.* 1. *C. de pedan. iudicib.* relatus ab *Alber.* & alijs in dict. *l. iudicium soluitur*
16 fuit opinionis, quòd mandans iurisdictionem potest auocare causas ad se ab eo, cui mãdauerat, vt tamen ipse iudicet, non autem, vt alteri deleget, quia fieret iniuria primo delegato, & sequitur *Roman.* in *l. more maiorum, num.* 11. *vers. sed dubito, ff. de iurisd. omn. indic.* qui etiam addit, vt possit etiam alteri committere ex iusta causa, secùs si ex iniusta, quod non dixit *Gulielm. de Cun.* eundemq; sequitur *Paul.* in d. *l. iudicium soluitur, num.* 4. *vers. item Guliel.* simplicitèr referendo *Guliel. de Cun.* & eiusdem *Guliel.* opinionem, reiecta opinione *Alber.* tenet *Gregor. Lop. par.* 3. *l.* 11. *tit.* 4. Ex quorum opinione resultat,
17 quòd auocatio causæ ab eo, cui est commissa, non possit fieri, vt alteri committatur, sed solùm, vt ipsemet, qui auocat, cognoscat, ergò in casu nostræ quæstionis, in quo Baro non potest ipse cognoscere de per se, videtur indubitatum, q̃ non possit auocare.

Alij fuerunt in opinione, quòd Dominus vasallo-
18 rum nullo modo possit auocare causas, quæ pendẽt coràm suo Officiali, prout sunt *Auend. de exeq. mãd. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 2. propè *princ.* qui vnico verbo hãc quæstionem resolvit, ibi *sed neq; ipse Dominus vasallorũ*, & allegat *Paul.* tàm in d. *l. iudicium soluitur*, quã in *l. nemo, C. de iurisd. omn. iud.* & in *l. nulli*, C. *de ind.* qui tamẽ nihil dicit in duobus vltimis locis de hac quæstione. Similitèr & *Schrader. cons.* 16. inter *cons. Borcholt. p.* 2. *col. antep. vers. decimoquartò*, qui latiùs hãc opinionem tuetur satis explicitè.

Freccia verò noster iamdiù versatus in decidendis
19 grauaminibus vasallorum, contrà Barones vnum verbum euomit in *lib.* 2. *subfeud. authoritat.* 9. inquiens, quòd *lex iudicium soluitur* procedit, quãdò Officialis tenet iurisdictionem in officium ad nutum reuocabilem, secùs si ad certum tempus determinatum, nàm tunc tenetur ad interesse, hæc sunt verba *Freccia*. Ex quibus prima facie videtur
20 resultare opinio negatiua, vt scilicet non possit Ba-

re auocare cauſam à ſuo Officiali,& alteri committere,quia iuriſdictio Officialium Baronalium in Regno non eſt amouibilis,nec reuocabilis ad nutũ Baronis,ſed ad certum tempus, nempè per annum integrum,iuxtà *prag.8.ſuprà de offic.Iudic.* & ſic in his Officialibus Baronalibus huius Regni non procedit *tex.in d.l.iudicium ſoluitur.*

E' contra verò ſubtilius intuenti ponderando illa verba vltima, quòd tenetur ad intereſſe, videtur *Frecc.* reſidere in opinione affirmatiua,quòd poſſit Baro auocare, ſoluendo eius Officiali intereſſe, quod patietur ex dicta auocatione, ſportularum ſcilicèt,aut aliorum dirictuum.

Et demùm,vt ad *Maſtrillum* redeamus, ipſe licèt ab initio admittat ſimpliciter,poſſe Barones prohibere ſuos Officiales,nè in aliqua cauſa, & etiam in omnibus iuriſdictione vtantur,vt ſuprà retuli,tamẽ *ibid.* poſtea *num.17.* concludit, vt opinio affirmatiua pro Barone procedat, quando ageretur de auocanda aliqua cauſa particulari tantum, non autem de omnibus,quia eſſet per indirectum priuare Officialem iuriſdictione.Quid igitur concludendum in tanta varietate opinionum?

Sed antequàm meam ſententiam declarem, non
21 omittam indicare, quòd hic caſus ſemel mihi occurrit diſputandus coràm eruditiſſimo illo D.Franciſco Bernaldo Quiros Regio Conſiliario,exquiſiti iudicij Commiſſario grauaminum Vniuerſitatis Terræ Poſtilioni cum Baroniſſa, cuius partes tunc Ego tuebar vt Aduocatus,& ex doctrina *Couar.& Frecc.in locis* per me ſuperiùs citatis,quos ſolos tũc adduxi pro Baroniſſa,declarauit,ſe habere veriſimam opinionem pro Baronibus, ſed quia in perſona illius Capitanei,de quo tunc agebatur, ſubrebat aliquis liuor,ſeù malus animus Baroniſſæ,in eo caſu tantùm iudicauit, non licuiſſe Baroniſſæ auocare
4 cauſas ab ipſo Capitaneo, apponendo conſultò in decreto dictionem, *tantùm*, vt etiam ex verbis decreti innoteſceret, quòd ſemota perſona illius Officialis,cum quo militabat illa cauſa præſumpti liuoris,poſſet Baroniſſa ad ſui libitum auocare cauſas ab alijs Officialibus ſucceſſoribus, verba decreti ſunt huiuſmodi. *Quòd Angelus Angriſſanus Capitaneus confirmatus per decretum S.C. valeat terminare omnes,& quaſcunq; cauſas non deciſas, prout nunc ſunt,durante tempore ſui officij non obſtante quacunque delegatione facta, vel faciendo per d.Dam Baroniſſam,qua durante tempore commiſſionis dicti Angeli tantùm non valeat delegare cauſas pendentes in conſulto Magnifico cauſæ Commiſſario*, Actuarius S.C.eſt Io.Baptiſta Figliola. Et ſic doctiſſimus ille vir viſus eſt ſe conformare cum opinione *Romani in d.l.iuncti maiorum num.11. verſ. ſed dubita*, dùm addendo opinioni *Guilelm.de Cun* ſuprà relatæ, expreſsè deduxit,vt is,qui auocat cauſam ex diſpoſitione *Iudicium ſoluitur*, poſſit eam alteri committere ex iuſta cauſa,non autem ex iniuſta, ipſe enim habuit, auocationem illam cauſarum factam per Baroniſſam proceſſiſſe ex liuore, non autem ex iuſta cauſa, & propterea illam prohibuit; item habuit pro vero, hanc cauſam militare in cauſis pendentibus tantùm, non autem in cauſis de nouo inchoandis,quas reliquit in arbitrio Baroniſſæ committendi, vel non committendi alteri, quæ ponderatio valdè confert ad diſtinctionem, quam infrà ſubijciam.

Ego verò,vt ingenuè fatear,quod ſentio, pro nũc
22 in ea ſumopinione,ſaluo iudicio rectiùs ſentientis, cui ex nunc me ſubijcio,vt diſtinctionis fœdere hæc quæſtio terminetur,amplectendo, immò conglutinando ſimul omnes opiniones ſuprà relatas, nam ſi Baro vult auocare cauſas re non integra,ſcilicèt tẽpore, quo ſuus Officialis cœpit iam de illis cognoſcere,& ſuam iuriſdictionem in eis exercere,id nullo modo ei permittendum cenſeo, nam eſſet ſe ingerere in exercitio iuriſdictionis, quod in hoc Regno omninò Baronibus prohibetur, prout prohibitum eſt etiam Baronibus Tranſiluaniæ ex ſtatuto illius Prouinciæ,teſte *Paul.Buſſ.in Pandectas ad d.l. iudicium ſoluitur*, & in hoc caſu militat ratio conſiderata à *Paul.de Caſtr.* quòd ſcilicèt fieret iniuria Iudici,qui cœpit cognoſcere,*l.litigatores, ff.de recept.arbitr.Boc.ad lib.5.cap.10.n.23.in fin.* & fieret iniuſtitia Parti,cui auferretur Iudex,quem ſortita eſt, *l.pen.§.fin. ff.de vacat.& excuſat.muner.*

Re verò integra, ſcilicèt antequàm Officialis incipiat cognoſcere, puto, poſſe Baronem omni iure cauſas auocare à ſuo Officiali, tàm pendentes, & incœptas coram ſuo prædeceſſore,quàm nondùm incœptas,ſed de nouo inchoandas,cum moderamine tamen inculpatæ affectationis dependentis ex liuore aliquo cum Officiali ordinatio,nempè vt talis auocatio fiat quòad aliquas certas cauſas particulares ex probabili cauſa, ad ſubleuamen potiùs, quàm ad grauamen vaſallorum,prout decet quemlibet conſcientiatum virum, qui tenetur fouere vaſallos,& protegere ab iniuria, ita tamen, quòd talis cauſa ſufficiat, ſi ſit motiua tantùm, non autem, quòd ſit probanda, aut deducenda in iudicium. Quòd ſi Baro velleret omnes cauſas, ſeù maiorem partem illarum ab Officiali auocare etiam re integra, hoc non puto ei permittendum vllo modo,nam eſſet interuertere omninò iuriſdictionẽ ſui Officialis,& poſſeſſionem,in qua reperietur,illã exercẽdi,& eluderetur diſpoſitio *Reg.Prag.* ſuprà
23 relatæ,quæ iubet,Officiales Baronales eſſe annales, & infrà annum non poſſunt mutari,etiam ſi Baro,& Officialis eſſent concordes,*Præſ.de Franch.dec.419.* amplectendo in hoc caſu opinionem *Fontanellæ,& Maſtrilli* ſecundo loco relatam,& ideò quotieſcunq; aliqua ex Partibus cõqueretur coram Iudicibus ſuperioribus de huiuſmodi auocatione cauſarum,aut ipſe Vniuerſitas porrigeret caput de hoc grauamine in Regia Tribunalibus contrà Baronem, Superiores debent inhibere hanc vniuerſalem auocationem cauſarum, ſeù maiorem partem illarum, præſertim in fauore aliarum litium cum
24 Barone. Sed acta, quæ interim reperientur facta coràm alio Iudice, cui Baro commiſerit cauſas auocatas antè inhibitionem Superiorum,non puto eſſe nulla, verùm ipſe Baro tenebitur reficere ſuo Officiali intereſſe paſſum ex cauſa dictæ auocationis cauſarum circà ſportulas, ſeù alios dirictus, vt ſuperiùs deduxi ex *author. Frecc. nona*, cui valdè deferendum cenſeo. Et ſecundùm hanc diſtinctionem intrant omnes, & ſingulæ opiniones ſuprà ponderatæ, prout diuerſitas caſus acciderit,ſaluo iterùm, & ſemper ſaniori, & perſpicaciori iudicio, cui paratus ſum ſemper adhærere, facium ad hanc quæſtionem latè tradita per *Bouadill.lib.1. cap.16. per tot.* & ex profeſſo idem *Bouadill.* tractat hanc quæſtionem *lib.2.cap.16. num.106. cum ſeqq. & num.155.& 156.*

De

De Suſpitionibus Officialium. Prag. V.

RERVM SVMMA.

1 *Suſpitionis Officialium pœna hic ſtatuta fuit aucta cum certa forma obſeruãda in his ſuſpitionibus proponendis tàm antè, quàm poſt propoſitionem.*
2 *Aduocati Fiſcales an poſſint recuſari.*
3 *Fiſci Aduocati indebitè in cauſis Fiſcalibus aliquos vexantes nedùm tenentur expenſas de proprio vexatis reſarcire, ſed etiam debent viui comburi.*
4 *Fiſci Procurator an recuſari poſſit.*

VOlendomo noi prouedere, &c.

Statuitur certa pœna in ſuſpitionibus Officialiũ non militantibus, vel non probatis. H.D.

1 Hæc eſt prima pragmatica, per quam fuit introducta pœna in materia ſuſpitionis Officialium, quæ poſtea fuit aucta cum certa forma obſeruanda in his ſuſpitionibus proponendis, tàm antè, quàm poſt propoſitionem, vt in *prag. 10. 15. infrà eod.* Hæc tamen pœna ceſſat in Conſultore Curiæ Regij Capellani Maioris, *Gizzar. dec. 69.*

Verùm ex hac pragmatica eſt notandum, quòd
2 poſſunt recuſari, nedùm Iudices, ſed etiam Aduocati Fiſcales, de quibus fit expreſſa mentio in hac pragmatica: quamuis non ità de facili, prout Iudices, nàm *Boer. dec. 278. nu. 8.* admittit has recuſationes in Aduocato Fiſci, quando eſſet de conſilio Partis aduerſæ, cui poſſet ſecreta pandere, & reuelare, & hoc voluit adnotare, nàm aliàs fuit magnoperè diſceptatum in Collaterali Conſilio, inuctis Supremis huius Regni Tribunalibus in cauſa ſucceſſionis Principis Siciliani, an D. Ferdinandus Sanſeuerinus Comes Saponariæ potuiſſet recuſare Aduocatum Regij Patrimonij, eò quòd per literas priuatas transmiſſas à Magno Comeſtabulo Caſtellæ Præſidente Supremi Conſilij Italiæ apud Catholicam Maieſtatem huic Regni Protegi prætendebatur, Aduocatos Regij Fiſci non poſſe recuſari in cauſis ciuilibus vllomodo, ſed exhibitis per Comitem literis Catholicæ Maieſtatis, per quas contrarium ordinatum apparebat, & ſuſe admiſſa ſuſpitione, & in actis huius ſuſpitionis ſint præſentatæ copiæ literarum penes Cancellarium Gifelmum, vide *Matrill. dec. 214.*

3 Mouerunt tamen Fiſci Aduocatos, ne authoritatem ſuo officij verent aliquos indebitè in cauſis Fiſcalibus, nàm nedùm tenentur expenſas de proprio vexatis reſarcire, ſed etiam debent viui comburi, prouocauit *Gramm. deciſ. Gemin. 11. per text. in c. nouerit C. vbi cauſ. fiſc. &* ſi hanc pœnam euitare poterunt in hoc ſeculo propter autam Principis, neſcio, ſi illam euitare poterunt in alio ſeculo, vbi non eſt
4 acceptio perſonarum. Procurator autem Fiſcalis nullo caſu poteſt recuſari, etiam ex capite inimicitiæ, *Gabed. dec. Luſit. 114. nu. 9. par. 1.*

Literæ autem Magni Comeſtabuli Caſtellæ, & Catholicæ Maieſtatis circà ſuſpitiones proponendas in perſonam Fiſci patroni ſunt tenoris ſequentis, videlicèt.

Copia de carta del Señor Cõdeſtable de Caſtilla, para el Cõde de Benauẽte mi Señor de 12. de Iulio 1603.

POr cartas que de ay ſe han eſcrito ſe ha entendido que Don Franciſco de Caſtro ordenò por villete ſuyo, que el Adbogado Fiſcal de la Camera de la Summaria Iacobo Saturzonè interueniesſe, como ſuſpechoſo en las cauſas de Porzia Caracciola, muger, que fue del Theſaurero Diomedes Carrafa, y que vltimamente ſe hauia eſtendido eſta ſuſpecion à D. Baldaſſar Acquauiua ſegundo marido de la dicha Porcia, ſin hauer para ello otra cauſa, ni razon que hauer procurado el dicho Adbogado Fiſcal cumplir con las obligaciones de ſu officio, en razon de las deſordenes, que ha auido en la adminiſtracion del dicho Theſaurero General, coſa que hà parecido muy nueua en el Conſejo, pues por cauſas ciuiles no ſe vee razon para recuſar al Adbogado Fiſcal, y en las criminales no ſe admiten ſemejantes recuſaciones, ſino en casos muy graues, y por cauſas euidentemente claras, y legitimas, y eſto por terminos juridicos, y aſſi hà parecido que yo lo aduierta à V. E para que mande tener la mano, en no permitir, que ſe quite por eſte camino la defensa à las cauſas Fiſcales, aunque ſe tiene por cierto el amparo, y fauor, que tendran en V. E. y que en ſu tiempo no ſe darà lugar à cosas, que le perjudique.

Copia de carta de ſu Mageſtad à ſu Excellentia. de Majo 1606.

ENcarta de 21. de Noniembre de año paſado 1604. y de Junio proximo paſado deſte año os mandè eſcriuir dos copias del tenor ſeguiente.

He entendido, que en el Tribunal de la Summaria eſtà introducido, que en los pleytos Fiſcales, que en el ſe tratan ſiempre, que la Parte quiere, puede recuſar al Fiſcal, y que quitado eſte, que tiene entendidas las razones, ſe nombra en ſu lugar vn Preſidente del mismo Tribunal, el qual de mas de non eſtar inſtruido en ellos, dexa de ſer Iuez, con que muchas veces ſe vien à perder el mejor voto, y porque ſiendo eſte del inconueniente, que ſe dexa conſiderar, conuiene dar orden, y remedio en lo he querido aduertir, y encargar por eſta, que aunque en las causas criminales ſe pueda recusar al Fiſcal indiſtintamente, hauiendo legitimas prouanças, tengays muy de veras la mano, paraque en las ciuiles, en las quales mi Fiſco tuuiere intereſſe, y fuere actor, ò reo conuenta, no ſe permita en ninguna manera, que ſea recusado, ſin que haya para ello justas, y legitimas causas, que obliguen à no poderlo escusar, pues lo contrario seria con euidente peligro del derecho del Fiſco, y por conſiguiente en dallo, y prejuicio de mi Real hazienda, y patrimonio. Y porque la orden que por dichas cartas mandè dar cerca de la recusacion del Adbogado Fiſcal de mi Real patrimonio era tan juſtificada, que por ningun caſo conuiene alterarla, ni deſpensar contra ella, os he querido aduertir en eſta, y encargaros, y mandaros, que vos en vueſtro tiempo, y los Virreyes, que por tiempo fueren, y os ſuccedieren en eſte cargo, no deſpendeyes por ninguna cauſa, ni reſpecto à la dicha orden por villetes particulares, ni por otra via, ſino que las obſerueys, y hagays obſeruar, y guardar inuiolablemente, como tan juſtas, y conuenientes à mi Real ſeruicio, y à la buena adminiſtracion de la juſticia.

De Suſpitionibus Officialium. Prag. VIII.

RERVM SVMMA.

1 *Minores, & perſonæ priuilegiatæ remedio reſtitutionis in integrum, etiã poſt concluſionem admittuntur ad allegãdam Iudicem ſuſpectum, licèt hodiè hæc reſti-*

reſtitutio in integrum ſit reiecta.

2 *Tertius veniens in iudicium poteſt ex ſua perſona recuſare Iudices.*

3 *Votum non eſt antè ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio ſecretè, & ſigillatim tantùm exprimendum, & ſi antè exprimatur, non valet de iure communi.*

4 *Schedula inclusa aperienda tempore ſcrutinij mitti nō poteſt, & quarè.*

5 *Pragmatica huic vt ſit locus tria requiſita neceſſaria concurrere debent, & quæ ſint, narrantur.*

6 *Pragmatica iſta habet oculos ad illos Officiales, qui licèt ſint abſentes, aut aliter impediti, ſunt tamē intrà Regnum, et ſic retinent iuriſdictionem in Regno.*

7 *Officium Regentis in Hiſpanijs eſt diuerſum ab officio Regentis in Regno.*

8 *Fiſcus vti debet illis iuribus, quibus vtuntur Priuati, niſi in caſibus, in quibus reperitur in iure expreſsè priuilegiatus, immò in dubijs quæſtionibus potiùs contrà Fiſcū, quàm contrà Priuatum eſt iudicandū.*

9 *Voti transmiſſio non habet locum, niſi in illis Iudicibus, qui licèt ſint abſentes à loco iudicij, ſunt tamen præſentes in Regno.*

VNiuerſis, & ſingulis, &c.

Hæc pragmatica diuiditur in duas partes. In prima prohibet, ſuſpitiones allegari poſt concluſionem in cauſa. In ſecunda introducit nouum modum tranſmittendi votum in ſcriptis à Iudice impedito, quando eſt aſſignata dies pro cauſæ expeditione, & numerus Iudicum præſentium non eſt ſufficiens ad cauſæ expeditionem, prima ibi, *ſemper intentio Legiſlatoris fuit*, ſecunda ibi, *ex eadem etiam radice*. H. D. in ſumma.

Suſpitiones Iudicum poſt concluſionem non admittantur, & aſſignata certa die pro cauſæ expeditione, expeditio non retardetur, nec etiam ob abſentiam, vel infirmitatem vnius, aut plurium, ſed abſentes tranſmittant votum in ſcriptis, vbi numerus præſentium non eſt ſufficiens.

1 Quòad primam partem limitatur, vt non procedat in minoribus, & perſonis priuilegiatis, quæ ex remedio reſtitutionis in integrum admittuntur etiā poſt concluſionem, vt per *Preſidē de Franch. dec. 41.* & dixi *ſupr. eod. prag. 1.* ſed hodiè ex nouiſſima *prag. quæ eſt 22. vt in §. 9. incip. et claſſi. termini infr. eod.* hæc reſtitutio in integrum eſt reiecta, ſed de iure communi vide *Sefe dec. Arag. 246. vol. 3.*

2 Item limita in tertio veniente ad cauſam vertentem inter alios, etiam poſt concluſionem factam, & etiam poſt elapſos terminos præfixos in *prag. 1. §. 9.* quia hic tertius poterit recuſare Iudices ex ſua propria perſona, vt in *capitem ſuper, extrà de offic. deleg.* vbi *Panorm. Angel. in l. ſi ſuſpecta. num. 1. ff. de moſſ. teſtam. Affli. dec. 215. in fin.* optimè *Andr. Gayl. obſerv. 71. num. 7. & 8. lib. 2.* vbi alios citat, & dicit, eſſe ſingulare in tertio interueniente.

Quòd verò ad ſecundam partem circà tranſmiſſionem voti in ſcriptis eſt ſciēdum, quòd in cauſa ſucceſſionis Principis Philiniani, de qua in præcedentibus mentionem feci, Aduocatus Regij Patrimonij obtinuit, quòd Regens D. Bernardinus à Bationo nuncupatus Marchio Cuſani, qui erat diſceſſurus ab hoc Regno ad exercendum officium Regentis in ſupremo Conſilio Italiæ apud Catholicam Maieſtatem, relinqueret, prout reliquit votum ſuum in ſcriptis circà diſcuſſionem nullitatum propoſitarum per Comitē Saponarie, & poſt illius diſceſſum defendebat, id fieri licito iure potuiſſe authoritate huius pragmatica, ſed quia Excellentiſſimus Prorex declarauit, nunquàm ſuæ intentionis fuiſſe, velle in hoc derogare iuris diſpoſitioni, ſed potiùs ſe conformare cum ea, Ego obtinui, quòd de prædicto voto nulla haberetur ratio, tanquam non ritè tranſmiſſo, & extra caſum huius pragmaticæ. Rationes, quas adduxi in eo principaliter conſiſtebant, quòd ſi inſpiciēdum erat ius commune, vtiq; eo iure inſpecto hoc eſt expreſsè prohibitum, vt eſt *text.* particularis in *c. pen. §. fin.* & *ibi* optima *gloſ. de electi. in 6.* vbi aſſignatur ratio, quòd votum non eſt antè ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio ſecretè, & ſigillatim tantum modò exprimendum, & ſic nedùm publicatio voti, ſed etiam expreſſio illius eſt facienda in ſcrutinio, & ſi antè exprimatur, non valet, vt notat *gloſ. ibi in verbo votum ſuum*, vbi *Io. Monach.* & *Io. Andr.* expreſsè dicunt, quòd non poteſt mitti ſchedula inclusa aperienda tempore ſcrutinij, concordat *Anchar. ibid. in princ. num. 6.* & *Philipp. Franch. in §. fin. num. 6.* & ratio rationis eſt, quia & antè votī expreſſionem, & poſt pōt alios trahere in votum ſuum, & ipſe ab alijs trahi in votum illorum *l. ſi in tres fuerit, ff. de recept. arbitr. cap. prudentiam, extrà de offic. delegat.* quod non poteſt ſortiri effectum, quandò votum transferretur per ſchedulam in ſcriptis, aliqua ratione *Azened. in addit. ad Licent. de Piſa in Decuria Piſanæ lib. 2. c. 7. Card. Paleot. de Sac. Conſiſt. Conſult. p. 5. q. 3.* & pleniùs *q. 7. Bouad. lib. 3. c. 8. num. 63.*

Excipitur tamen vnus caſus, in quo de iure communi poteſt transferri votum per literas, de quo in *eadem. l. §. nam fin. de haret.*

Aut erat inſpiciendum ius Regni, & tunc certum eſt, quòd hoc eſt permiſſum ſolùm per hanc pragmaticā, & in caſu huius prag. & ſic extrà casū pragmaticæ erat decidendus articulus ſecundùm ius cōmune, per quod id expreſsè prohibetur, vt ſuprà.

Quòd autem caſus meus non includeretur in pragmatica, in promptu conſtabat, quia tria ſunt requiſita neceſſaria, vt ſit locus pragmaticæ. Primū ſcilicèt, quòd ſit deſtinata dies pro expeditione cauſæ. Secundum, quòd propter abſentes, & impeditos non remaneat numerus ſufficiens ad expeditionem cauſæ abſq; abſentibus. Tertium & vltimum, quòd is, qui tranſmittere debet votum in ſcriptis, interfuerit in Tribunali, donec cauſa, & factum ipſius fuerit per cauſæ Commiſſarium relatum, quæ ſingula requiſita in eo caſu deficiebant: nàm non erat deſtinata certa dies, illa enim, quæ prima vice fuerat deſtinata, erat elapſa per multōs dies ex incidentibus de nouo propoſitis, & deciſis, & erat deſtinanda alia dies. Item remanebant alij Iudices numero quatuordecim, & ſic ſatis, ſuperq; ſufficiēs ad deciſionem cauſæ. & denique non poterat dici, quòd ipſe Regens interfuiſſet relationi, nàm prima relatio fuit ſatis ſuccincta, & potiùs propoſitio cauſæ, quia nec fuit lecta aliqua ſcriptura pro elucidatione facti, nec ex Partium aſſertione erant patefacta merita cauſarum, & ſic deficiebant ſingula requiſita huius pragmaticæ, & in ſecunda ipſe non interfuit.

Præterea etiam ſi concurriſſent ſingula prædicta requiſita, adhùc dicebam, non poſſe practicari hanc pragmaticam, quia pragmatica habet oculos ad illos Officiales, qui licèt ſint abſentes, aut aliter impediti, ſunt tamen intrà Regnum, & ſic retinent iuriſdictionem in Regno, quæ quidem iuriſdictio ceſſabat in perſona prædicti Regentis, quia licèt tempore, quo ſcripſerat votum, erat in Regno, & habebat iuriſdictionem, tamen tempore, quo votum erat legen-

gendum in expeditione cauſæ, quod tempus erat attendẽdum,iam non habebat amplius iuriſdictionem in Regno ob diſceſſum ab ipſo Regno, & paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili,vel tempore habili,& conferri ad tempus inhabile.

7 Nec poterat dici,quòd prædictus Regens, dùm accedebat ad ſupremum Conſilium Italiæ, dicebatur retinere eandem iuriſdictionem, quia tàm in Regno,quàm in Hiſpanijs retinebat idem officium Regentis,nam vnum officium ab altero eſt ſatis diuersũ, ità vt nihil commune habeant inter ſe,vt cõſtat ex *Frecc.lib.2.ſubfeud.tit.quis dicatur Dux,n.*48. cum *ſeqq.*vbi inſeruit Allegationes ſuper differẽtia præcedentiæ inter Regentem Albertinum, & alios Regentes huius Regni,& *ibi* latè de hoc,& ſignantèr *n.*52.*vers.& primò præſuppono.*

8 Nequè per Fiſci Patronum poterat circà hoc cõſiderari aliquod Fiſci priuilegium, cùm Fiſcus debeat vti illiſinet iuribus,quibus vtuntur Priuati,niſi in caſibus, in quibus reperitur in iure expreſsè priuilegiatus,*l.1.C.de conduct.dom.Aug.lib.*11.*Omnes*,C.*de delator.*cod.*lib.1.Fiscus, ff.de iur.fisc.Andr. in rubr.de consuet.rect.feud.*poſt *num.*2.Immò in dubijs quęſtionibus potiùs eſt contrà Fiſcum,quàm cõtrà Priuatum iudicandum.*l.non puto, ff.de iure fisci.*

Et ex his votum relictum per dictum Marchionẽ Cuſani non fuit lectum,nec apertum,immò fuit cõbuſtum coràm ſua Excellentia incontinenti in eodem conſeſſu,& hæc deciſio fuit cauſa, vt in *pragm.* edita 11. Maij 1612. quæ eſt *4.ſuprà de dilat. in* 13. 9 *cap.*ſtatueretur, vt hæc tranſmiſſio voti nõ haberet locum,niſi in illis Iudicibus, qui licèt ſint abſentes à loco iudicij,ſunt tamen præſentes in Regno.

Illud tamen omittendum non eſt,quòd die 30.Iunij 1615. iunctis Aulis Dominorum Felicis de Ianuario,& Cæſaris Frecciæ,cùm eſſet votanda cauſa Fidelisſimæ Ciuitatis Neapolis cum Hæredibus Caroli Brancatij ſuper quodam partito molitutæ farinæ fuit præſentatus ordo Excellentiſſ. Proregis, in quo ad ſupplicationẽ Ciuitatis ordinabat, quòd Conſiliarij,cum quibus cauſa fuit introducta,deberent perſonalitèr vota ferre, & non in ſcriptis. Actuar.Cioffo,& hæc practica transmittendi votũ in ſcriptis erat in vſu etiam tempore *Afflicti*, vt *ipse* teſtatur *dec.*182.*in princ.& in fin.*

De Suſpitionibus Officialium. Pragm.IX.

R E R V M S V M M A.

1 *Pragmaticæ huius ampliationes,& limitationes remiſſiuè.*

2 *Officialis ſuſpectus ipſo iure debet de per ſe abſtinere à votando abſq; Partis recuſatione, alioquin ſi votaret,etiam non recuſatus, ſententia non valeret, & num.*4.

3 *Officiales Baronis quandò ſint ſuſpecti pro intereſſe Baronis.*

4 *Officialis regularitèr,qui poteſt ex aliqua cauſa recuſari,donec recuſatur,poteſt eſſe Iudex,& antè recuſationem omnia acta ab ipſo facta ſunt valida.*

5 *Fideiuſſor poteſt eſſe Iudex in cauſa ſui Principalis, quouſq; non fuerit allegatus ſuſpectus.*

COnuiene alla retta amministrazione,&c.

Officiales non votent in cauſis illorum, à quibus eorum filij ſint præſentati,vel inſtituti in beneficijs Eccleſiaſticis.H.D.

1 Pro ampliatione,& limitatione huius pragmaticæ eſt videndus *Rebuff.tom.*3.*Conſt.Gall.tit. de recuſat.art.*2.*glos.*1.

2 Et aduertas, quòd dùm hæc pragmatica facit ſuſpectum Officialem ipſo iure, in his caſibus debet Officialis de per ſe abſtinere a votando abiq; Partis recuſatione,alias ſi votaret, etiam nõ recuſatus, ſententia non valeret, vt poſt *Bart.Caſtr.Alex.* & alios in *l.qui iuriſdictioni,ff.de iuriſd.omn. iud.* tradit *Cancer.var.reſol.p.*3.*c.*13.*nu.*197.*& ibidem à n.* 187.

3 dicit,quòd Officiales Baronis ſunt ſuſpecti pro intereſſe Baronis,quia ſunt Iudices ordinarij,&

4 cant inter Dominum,& ſubditum, ſed in caſu huius pragmaticæ contrarium tradit *Rebuff.tit.de recuſat. art.*2.*glos.*1.*in fin.*vt .ſ. procedat,Parte illum recuſãte,& non alitèr.Regularitèr .n. Officialis,qui poſſet ex aliqua cauſa recuſari,donec recuſatur, poteſt eſſe Iudex, & antè recuſationem omnia acta ab ipſo facta ſunt valida,& ità intelligo dictum *Dyn. in l.ſi cui legatur,§.vlt.ff.de leg.*1. prout illum refert *Tiraq. in tit.res inter alias actas,*circà *princ. vers.& idem*

5

6 *quoquè de Iudice,*qui ſi ſit fideiuſſor, poteſt eſſe Iudex in cauſa ſui Principalis, nàm hoc eſt verum, quoùſq, non fuerit allegatus ſuſpectus,verùm ſi recuſabitur propter ſuum intereſſe,erit iuſta cauſa ſuſpitionis,*Ferrer.in obſerv.Cathal.p.*1.*c.*513.

De Suſpitionibus Officialium. Prag. X.

R E R V M S V M M A.

1 *Suſpitionem ineptè proponens non ſeruata forma huius pragmaticæ,licèt renũciatur talis ſuſpitio,tamen non prohibetur eandẽ ritè,& rectè poſteà proponere.*

2 *Suſpitionum in cauſis olim inſtantia durabat per dies quindecim tantùm, hodiè eſt prorogata vſq; ad triginta dies,qui incipiunt currere à die propoſitæ ſuſpitionis formitèr,& nu.*3.

4 *Inſtantia in cauſis ſuſpitionum non currit, ſi proponens ſuspitionem facto Aduerſarij impeditur facere probationes, vel ſi teſtes examinandi ad probandam illam ſuſpitionem eſſent abſentes in partibus remotis.*

5 *Nominatio teſtium etiam in cauſis ſuſpitionum admittitur.*

6 *Suſpitionis in cauſa probationes faciendæ debent eſſe claræ,& quæ ſint probationes claræ.*

7 *Suſpitionum plura capita,vbi proponuntur,quorum quodlibet de per ſe ſufficeret, eſt incipiendum ab eo, quod facilius probari poteſt.*

8 *Suſpitionum capita ſi eſſent inueriſimilia,licèt proponens habeat ex hoc iuris præſumptionem contrà ſe, non tamen ei denegatur terminus ad probandum.*

9 *Recuſans Iudicem, ſi coràm eodem compareat, dicitur recedere ab eius recuſatione.*

10 *Pragmatica iſta dùm aufert poteſtatem Iudicibus, ne ex quauis cauſa reſtituant depoſita pro pœna his, qui ſuccumbunt in ſuſpitionibus, nunquàm fuit obſeruata.*

11 *Suſpitionũ plura capita ſi proponantur,ſufficit,ſi vnũ tantùm probetur ad euitandam hanc pœnam.*

12 *Officiales Sacerdotes, vel Clerici an teneantur præſtare iuramentum in principio cuiuslibet anni de ſilentio tenendo,& ſecreto ſeruando.*
Secreti deſcriptio,cauſq;aliquot exempla.

13 *Clerici feuda tenentes tenẽtur præſtare iuramentum fidelitatis.*

14 Ar-

14 *Argumentum validum eſt ab officio ad beneficium, & è contrà.*

15 *Iuramẽti renouatio quolibet anno cur ſit introducta.*

ANcorche le pragmatiche, &c.

Suſpitionibus Officialium proponendis noua forma, & ſua inſtantia ſtatuitur. H. D.

1 Si quis proponat ſuſpitionem inepte, non ſeruata hac forma, licèt talis ſuſpitio ob formam non ſeruatam reijciatur, non propterea poſtea prohiberur eãdem ſuſpitionem ritè, & rectè proponere, vt voluit *Caſtrenſ. conſ.* 313. *lib.* 2. quem ſequitur *Tiraquel. in l. Boues, §. hoc ſermone, lim.* 1. *num.* 17. *in fin.* infrà tamen legitima tempora.

2 Nota, quòd in cauſis ſuſpitionum inſtantia durat per dies quindecim tantùm, eaquè incipit currere a datione termini ad probandum, ſed hodiè inſtantia eſt prorogata vſquè ad triginta dies, qui inciplũt currere à die propoſitæ ſuſpitionis formitèr, vt in *prag.* 15. *cap.* 22. *incip. ordiniamo di più, infrà* eod. *tit.* & procedit de iure, ſecundum *Gabed. deciſ. Luſit.* 45. *num.* 8. *par.* 1.

3 Nec mireris de tàm breui termino à Legislatore introducto, nàm hoc eſt iuridicum, quotièſcunq; agitur de exceptione, quæ ſæpiùs malitiosè opponi ſolet, vt experientia demõſtrauit in his ſuſpitionibus, ità conſtat ex *cap.* 1 *in princ. & ibi glo. in verb. quindecim dierum, de reſtit. ſpoliat. in* 6. vbi Summus Pontifex conſtituit conſimilem terminum ad probandũ exceptionem ſpolij.

4 Quod limita, ſi proponens ſuſpitionem facto Aduerſarij impediretur facere probationes, vel ſi teſtes examinandi ad probandam ſuſpitionem allegatam eſſent abſentes in partibus remotis; nàm tunc hæc breuis inſtantia non currit, *Azened. ad Decur. Piſan. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 87. *&* 88. ex cuius dicto confirmatur opinio mea, quòd etiam in cauſis ſuſpitionum admittatur nominatio teſtium, de qua dixi in

5 *prag.* 7. ſuprà *de ord. iud.*

6 Probationes autem faciendæ in hac materia debent eſſe claræ, vt in *prag.* 40. *ſuprà de offic. Sac. Conſ.* nec admittitur iuramentum ſuppletorium, *Gabed. dec. Luſit.* 45. *p.* 4. & quæ dicantur probationes claræ, explicat *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 38. vt ſit præſũptio iuris, & de iure, vel iuris tantùm, quandò ex natura aliæ probationes haberi non poſſunt, vel poſſunt haberi, ſed non repugnat legis præſumptio, &

7 vbi plura ſuſpitionum capita proponuntur, quorum quodlibet de per ſe ſufficeret, eſt incipiendum ab eo, quod facilìs probari poteſt, ex traditis per *glo. in cap. ſi fortè, in verb. antè omnia*, per illum *text. de*

8 *elect. in* 6. & quandò omnia capita eſſent inueriſimilia, licèt proponens ſuſpitionem habeat ex hoc iuris præſumptionem contrà ſe, nõ tamen eſt ei denegandus terminus ad probandum, iuxtà diſpoſitionem huius pragmaticæ, ex traditis per *gl. in c. cupientes, §. quòd ſi per viginti, in verbo veriſimilia*, eodem *tit. de elect. in ſexto.*

Illud tamen eſt certiſſimum, quòd ſi proponens

9 recuſationem poſteà compareat coràm eodem Iudice, inſtando, prouideri ſibi in aliquo incidenti, & actus fuerit perfectus, cenſetur receſſiſſe à ſuſpitione, etiam ſi comparuerit cum proteſtatione, *Rota Roman.* apud *Ludouiſ. deciſ.* 292. *& ibi Beltram. n.* 4.

10 Et quatènus in hac eadem pragmatica auferatur poteſtas Iudicibus, nè ex quauis cauſa reſtituãt depoſita facta pro pœna his, qui ſuccumbunt in ſuſpitionibus, iampridem à primo die non fuit obſeruatum, vt animaduerti in *prag.* 1. *ſuprà* eodem, & ſi plu-

11 ra proponantur capita ſuſpitionum, ſufficit, quòd vnum tantùm probetur, vt pœna hæc euitetur, ex his, quæ in ſimili tradit *glo. in cap.* 1. *§. adijcientes, in verbo deficit, de electi. in* 6. *& in cap. is, qui contrà, in glo. fin.* eod. *tit.*

12 Et demùm dùm in fine huius pragmaticæ de nouo ſtatuitur, in principio cuiuslibet anni eſſe præſtãdum iuramentum de ſilentio tenendo, & ſecreto ſeruando ab omnibus Officialibus Regiorum Tribunalium in Ciuitate exiſtentium, poſſet dubitari, quod, & quale dicatur ſecretum, quod pro obſeruãtia huius edicti eſt ſeruandum, ad quod eſt vidẽdus *Menoch. de arbitr. caſu* 537. *num.* 2. vbi plura tangit ad hanc materiam, & enumerat omnia genera perſonarum, quæ ad huiuſmodi ſecretum ſeruandum tenentur, dicens, ſecretum eſſe illud, quod alteri notum non eſt, quàm illis, quibus, nè detegant mandatum eſt, & quandòquè eſt illud, quod tractatum eſt inter Principem, & Secretarium, vel inter multos eſt expreſsè, vel tacitè actum, quòd non reueletur negotium concluſum, vel concludendum, vel ſi quis fatetur, vulneraſſe, & rogat aliquem, nè eum detegat, & hoc aliundè non conſtat, *Gigas de crim. laſ.*

13 *Maieſt. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 25. *&* 26. An includantur etiam illi Officiales, qui ſunt Sacerdotes, ſeù Clerici? & dicendum eſt, quòd ſic, nàm clerici, qui tenent feuda non ſunt exempti à præſtatione iuramenti fidelitatis, *cap. nimis, extrà de iureiur. Andr. in cap.* 1. *num.* 6. *qual. vaſal. deb. iur. fidel.* ergò nec erunt

14 exempti à iuramento, quod præſtatur ratione officij, cùm ab officio ad beneficium, & è contrà validum ſit argumentum, *Frecc. lib.* 2. *ſubfeud. author.* 1. *q.* 14. *num.* 1. & ità ſeruatur.

15 Hæc autem renouatio iuramenti quolibet anno, credo, quòd non ſit inducta ad alium finem, niſi vt magis reminiſcantur, iuxtà *glo. in cap.* 1. *in princ. in verb. quinquennij, de pace iuram. firm.* ſed etiam ſi non renouaretur, tenentur ex primo iuramento, ſecundùm *Andr. ibid. n.* 2. *in fin.*

Et ſi quis contrauenerit huic iuramento, erit periurus, & infamis, & officio priuabitur, vt tradit *Bal. in cap.* 1. *de pac. conſtant. §. credentias, num.* 2. *Didac. Perez in l.* 21. *tit.* 3. *lib.* 2. *ordinam. col.* 364. & etiam pœna mortis puniri poterit, vt probat *Menoch.* & practicatum refert d. *caſu* §37. *n.* 12. poſt *Boſſ.* quem citat, quos ſequitur *Farin. q.* 113. *nu.* 206. & tetigi in *prag.* 3. *ſuprà de offic. Magiſt. Iuſtit.* Addo nunc *Conrad. Lancellot. in tract. de Decurion. nu.* 57. *&* 68. impreſſo poſt eius *tract. de offic. Prætor. Bouadill. lib.* 2. *Polit. c.* 1. *n.* 19. cum *ſeqq. Muta in c.* 63. *Regn. Sicil. n.* 5. vſq; ad 15. *tom.* 1. limitatur tamen, iuſta cauſa cõtraueniendi accedente, *Imoc. in c. qualitèr, il primo, n.* 4. *extrà de accuſat. Bald. in margar. in verbo iuramentum, verſ.* 3.

De Suſpitionibus Officialium. Prag. XV.

RERVM SVMMA.

1 *Præſes S. C. declaratus ſuſpectus alicuius, à votando tãtùm debet abſtinere, non à commiſſione cauſarum illius, vel à recipiendis ſupplicationibus, & in eis, quod ſibi iuſtum videbitur decernere, quod fallit, ſi eſſet ſuſpectus ex capitale inimicitiæ, vbi quid ſit faciendum, remiſſiuè, num.* 18.

Non

NOn è cosa alcuna,&c.

Hæc pragmatica continet vigintiquatuor capita, per quæ datur nouus modus,& noua forma proponendi,& decidendi suspitiones, quas proponi contigerit in personas Officialium Regiorum Tribunalium huius Regni,& per quam fuerunt restrictæ, & declaratæ pragmaticæ præcedentes in multis, in quibus egebant restrictione,& declaratione, & licèt ab initio, quo fuit promulgata in nonnullis capitibus fuisset nimis dura reputata,tamen euentus demonstrauit, fuisse satis proficuam pro celeri litium expeditione.

1 Quatènus in 3.cap incip. *quale alteratione*, fit expressa mentio de persona Præsidis S.C. est aduertèdum,quòd licèt Præs. S. C. sit declaratus suspectus alicuius, non propterèà debet se abstinere à commissione causarum illius, vel à recipiendis supplicationibus,quæ porrigi cõtigerit in causis eiusdem continentibus grauamina, quæ afferuntur fieri per causæ Commissarium,& in eis decernere, quod sibi iustum videbitur, sed debet abstinere à votando tantùm in causis, in quibus èst declaratus suspectus, præterquàm si esset suspectus ex capite inimicitiæ, nàm in hoc casu tantùm abstinere debet ab omnibus omninò,& sic etiam à delegandò, ità fuit declaratum per Regium Collatèrale Consilium in persona Præsidis Antonij Orificij in anno 1581. vt ex sequenti decreto apparet.

Die 11. mensis Iulij 1581. Neap.

Super articulo relato per Magnificum, & Circumspectum Regentem Thomam Salernitanum Regium Collateralem Consiliarium suæ Excellentiæ in Regio Collaterali Consilio,scilicèt an Magnificus, & Circumspectus Præses S.R.C. possit decretare supplicationes, quæ coràm Præside legi solent,causasq; in eis contentas committere, & distribuere inter Magnificos Regios Consiliarios eiusdem Sacr.Reg.Cons. in causis, in quibus ipse Magnificus, & Circumspectus Præses est suspectus in votando.

Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex,Locumtenens, et Capitaneus Generalis prouidet, mandat,atq; decernit,quòd dictus Magnificus,& Circumspectus Præses non obstante,quòd sit suspectus in decisione causarum,possit,et valeat causas ipsas iuxtà solitum committere, et distribuere inter eiusdem Sacri Reg.Cons. Magnificos Regios Consiliarios, supplicationesque porrigendas à grauaminibus prætensis per Partes prætendentes esse grauatas à Magnificis Consiliariis eiusdem S.C.decretare, et super eis prouidere, quòd causæ Commissarius verbum faciat in Sac. Cõs. exceptis causis,in quibus contigerit, dictum Magnificum, et Circumspectum Præsidem fore suspectum ex capite inimicitiæ,vel ex eo, quia ageretur de suo interesse proprio,hoc suum,etc. Salernitanus Regens, Salazar Regens,Daroca Regens,concordat cum originali, Hastida de Magnatones. Ex quinterno intitulato. Acta S.C.cum quo concordat præsens copia, salua,etc. Annibal Cæsarens Secretarius S.C.

RERVM SVMMA.

2 *Præses S.C.declaratus suspectus, vt suprà,si causam commisit,et disputetur de Commissarii electione, an possit super tali controuersia prouidere, articulus disputatur ad partes, et concluditur negatiuè,et num. seqq.*

3 *Aliud est cognoscere de causa principali, et aliud de Commissario in causa dato,et num.5.et 7.*

4 *Iudex suspectus in decidendo non est suspectus in delegando,et n.15.vbi ponitur declaratio.*

5 *Cognoscere de causa principali,quid proprie sit,et n. 14. et 16.*

6 *Ponderatur decretum S.C. pro eadem opinione affirmatiua.*
Supplicationis decretatio de verbo faciendo requirere videtur aliqualem causæ cognitionem.
Sed contrarium vide nu. 10. vbi etiam subijcitur declaratio,et num.17.

7 *Commissio,vel distributio causarum nullam, etiam minimam causæ cognitionem videtur requirere, et num.9.*

8 *Cognitio plena,nedum qualis qualis requiritur,dicta, post causæ commissionem insurgit controuersia de Commissary electione,et num.9 et 14.*
Decretu quandò dicatur interpositum causa cognita. . . . in quo versetur.
. . . et quomòdò dicatur allo modo.

9 *Causæ cognitionem expostulantia per simplicem libellum nequeunt explicari.*
Libelli descriptio.
Libellus appellatur supplicatio.
Iudicem dare,et delegare idem est.
Hinc Iudex datus appellatur delegatus.

10 *Contraria eiusdem decreti S.C. ponderatio pro opinione negatiua.*
Recursus quandò sit habendus ad Aulam S.C. in qua residet Consiliarius Decanus.

11 *Præsidi S.C, suspecto in votando non est permissa omnis delegatio.*
Hinc silet facultas de dandis Adiunctis, et n. 12.
Inclusio vnius est alterius exclusio, secundùm vulgarem iuris regulam.
Verbum delegare,longè differt à verbo, committere,et distribuere causas.
Potestas, siue facultas alicui limitatè concessa non est producenda vltrà sonum,et virtutem verborum.
Verba sunt inspicienda ad causæ decisionem. . . . taxatiuè concepta omnem respuunt extensionè.

12 *Laudes Regentis Salernitani.*
Verba semper apposita intelliguntur cum effectu aliquid operandi.
Actori magis, quàm reo est in litis exordio fauendu, et n.16.vbi latiùs hoc declaratur.

13 *Decretum, siue prouisio super Adiarum vnione requirit causæ cognitionem.*

2 ET nota verba mysteriosè apposita in hoc decreto,quia non sunt generalia, aut indefinita,sed specifica duorum casuum tàntùm,nempè distributionis, & commissionis causarum, & decretationis de verbo faciendo,& propterèà omnia alia incidentia censèntur ei prohibita, Hinc resultat,quòd quotiescunq; post commissam causam insurgeret difficultas proposita à Partibus, quòd Commissarius electus debeat reuocari,& causa alteri committi, Præses, vt suprà suspectus non poterit super tali controuersia prouidere,& licèt aliqui prima facie indigesti differerent contrarium,fundati in illo vulgari axiomate, tamen si dispungantur rationes hinc indè,statim insurget veritas.

Pro opinione igitur affirmatiua potest ponderari,
3 quòd aliud est cognoscere de causa principali,aliud de Commissario in dicta causa dato,& quemadmodùm est permissum Præsidi talitèr suspecto ab initio Iudicem delegare,non obstante suspitione,ita ex post facto eodem iure erit eidem permissum cognoscere,

ſcere, & prouidere circà validitatem, & inualiditatem Iudicis ſemel delegati, cùm nulla videatur ratio differentiæ conſiderabilis inter vnum, & alterum caſum.

Secundò ponderatur, quòd aſſeuerare contrariũ eſſet deſtruere illud axioma communitèr receptũ,
4 quòd Iudex ſuſpectus in decidendo, non ſit ſuſpectus in delegando, facilè enim eſſet cuicunq; verſuto Litigatori etiam abſq; ratione opponere aliquid aduersùs commiſſionem, ſeù delegationem factam, & proindè ceſſaret ipſa delegatio, & propterea nũquàm poſſet habere locum præfata concluſio, quod non eſt permittendum.

Tertiò pro confirmatione primi motiui conſideratur, quòd licèt in hoc caſu ſit neceſſaria aliqualis
6 cauſæ cognitio, tamen non eſt cognoſcere de ipſa cauſa principali, cùm in eo non agatur de diffinitione cauſæ generalis, quod propriè eſt cognoſcere de cauſa, ſecundùm *Iaſ. in l. quæcunquè, num. 7. ff. de offic. eius*; & non quandò agitur de Iudice dando, vel non dando.

Quartò, & vltimò conſideratur, quòd ex eodem
6 decreto videtur præſens difficultas reſoluta, dùm huic Præſidi hoc modo ſuſpecto permittitur non ſolùm committere, & diſtribuere cauſas inter Conſiliarios, ſed etiam decretare ſupplicationes de verbo facjendo à grauaminibus ipſorum Conſiliariorum, quæ requirunt aliqualem cauſæ cognitionem, ſi decretum Conſiliarij, à quo Pars grauatur, contineat tale grauamen, quod impediat illius exequutionem.

Ex aduerſo pro opinione negatiua conſideratur,
7 quòd commiſſio cauſarum, quæ in primo capite dicti decreti permittitur Præſidi, non obſtante quòd ſit ſuſpectus, nullam requirit, vel minimam cauſæ cognitionem, nàm expeditur ad ſimplicem libelli porrectionem, cùm authoritas Præſidis in eo principalitèr conſiſtat, vt diuidat, & diſtribuat cauſas contentas in ſupplicationibus, quæ in dies ei porriguntur æqualitèr inter Conſiliarios omnium Aularum, iuxtà *pragm. 41. §. 6. verſ. adijcientes etiam, de offic. S.C.* & ſic nulla in tali commiſſione, ſeù diſtributione poteſt adhiberi cauſæ cognitio, & ſucceſſiuè ex hoc primo capite nulla reſultat conſequentia, quòd per talem diſtributionem cenſeatur permiſſa Præſidi aliqualis cognitio cauſæ, ità vt hæc authoritas ei permiſſa per illud decretum eſt reſtringenda ad ſuos limites, vt ſcilicèt non excedat fines illius ſimplicis diſtributionis, & per conſequens quotieſcunq; contingit dubitari de validitate, vel inualiditate commiſſionis, vel de mutatione Commiſſarij, in qua requiritur cauſæ cognitio. Partibus auditis, & pro eius reſolutione eſt neceſſaria interpoſitio decreti, vtiquè quemadmodùm non poteſt iudicare in cauſa principali, ità neq; in hoc incidenti, quod vt plurimùm abſorbet deciſionem cauſæ principalis.

Quòd autem deciſio controuerſiæ, quæ poſt cau-
8 ſæ commuſſionem inſurgit de Commiſſario contineat cauſæ cognitionem, nedùm qualem qualem, ſed etiam plenam, indè patet, quia non poteſt fieri, niſi Partibus auditis, vel in contumaciam vnius, fit enim parte citata cum decreratione Præſidis, quòd intimetur Parti, & tunc dicitur fieri decretum cauſa cognita, quandò fit vtraq; Parte præſente, vel in cõtumaciam vnius, *l. in cauſæ, la prima, § cauſa cognita, ff. de minor. l. 1. C. de præd. minor. l. poſt legatum, in princ. in final. verb. verſ. prohibendo, ff. de his, quib. vt indig. l. vn. in fin. C. ſi aduerſus dotem l. 1. C. de ord. cognit.* & verſatur in diſcutiendis hinc indè rationibus, quę ab vtraq; Parte adducuntur *l. ſed ſi hac, § liberos autem, verſ. prætor ait, ibi, & totum hoc cauſa cognita debet facere, ff. de in ius voc. l. 2. § des. ff. quis ordo in bonor. poſſ. ſeruet.* Quod alio modo dicitur cognitionaliter audire in iudicio, *l. 3. C. de quæſt. & tot. tit. C. de ordin. cogn.* & vtraq; Parte præſente *l. fin. § illud, in princ. de tempor. & repar.*

Et quæcunq; cauſæ cognitionem deſiderant, per
9 ſimplicem libellum expediri non poſſunt, *l. nè quicquam, § 1. ff. de offic. proconſ. l. non omnia 73. ff. de reg. iur.* libellus enim eſt illa prima, & ſimplex petitio, quę offertur Iudici per Partem pro iuſtitia obtinenda. vt docet *Budæus in adnotationibus* ad *d. l. nè quicquam*, inquiens, quòd libellus eſt ſchedula ſupplex, qua poſtulata Populares Principi porrigere ſolent, & cum *Budæo* concordat *Apoſtillator* ad *Dec.* in *d. l. omnia*, qui quidèm libellus appellatur apud Noſtrates ſupplicatio, & tales ſunt omnes ſupplicationes, quæ porriguntur Sac. Conſ. & pro eo Præſidi, ſeù Viceprothonotario ſub nomine Sacræ, & Catholicæ Maieſtatis, quæ quandò porriguntur in vim primæ petitionis pro obtinendo Commiſſario, nullam, herclè, requirunt cauſæ cognitionem, quę conſiſtit in citatione Partis, & diſcuſſione rationum vtriuſq; ſed abſq; vlla Partis citatione cõmittuntur Regijs Conſiliarijs, & ideò non mirum, ſi hoc permittitur Præſidi ſuſpecto, non tamen ex capite inimicitiæ. At quandò agitur de reuocanda, moderanda, vel confirmanda cõmiſſione iàm facta, tunc quia in hoc actu verſatur cauſæ cognitio cũ diſcuſſione rationũ vtriuſq; præuia citatione, vtraq; Parte præſente, vel abſente per contumaciam, tunc ſecùs eſt, quia egreditur fines ſimplicis delegationis, & ingreditur fines cauſæ cognitionis, quæ eſt prohibita Iudici quomodòlibet ſuſpecto. Nàm delegare idem eſt, q. Iudicẽ dare, & Iudex datus delegatus appellatur, *l. à Iudice, l. properandum, in princ.* propè *finem*, ibi, *vel à noſtris proceribus delegati, & l. apertiſſimè, in princ.* ibi, *Iudices delegatos, C. de indic.* & facta ſemel delegatione iunctus eſt Præſes officio ſuo, quod ſolùm *ibi* permiſſum eſt à prædicto decreto in prima ſui parte.

Idem eſt in ſecunda parte eiuſdem decreti, qua-
10 tènus permittitur Præſidi quantùmuis ſuſpecto, nõ tamen ex cauſa inimicitiæ, vt poſſit decretare ſupplicationes, quę ei porriguntur per partes appellantes à decretis domi latis per Conſiliarios vti Commiſſarios in cauſis eis commiſſis, & prouidere, quòd Commiſſarius verbum faciat in S.C. nàm ſimilitèr hę expediuntur abſq; vlla cauſę cognitione, ſed ſolùm ad ſimplicem lectuã expreſſorum in ipſa ſupplicatione continentium aliquod, vel minimum grauamen, ità vt nulla ſit neceſſaria Partis citatio, quòd ſi Pars aduerſa poſt expeditã decretationem, quòd Commiſſarius verbum faciat, prætendat, illam eſſe ſubrepticiè, vel obreptitiè impetratam, aut ex alia ratione non poſſe impediri exequutionem decreti lati per cauſę Commiſſarium, tunc quia hoc non poteſt, nec debet fieri, niſi Parte citata, & cauſa cognita, non poteſt in ſupplicatione porrecta prò reuocatione illius decretationis ampliùs prouidere ipſe Præſes ſuſpectus, ſed eſt recurrendum ad Aulam S.C. in qua reſidet Conſiliarius Decanus, ſeruata forma *Reg. Prag. 72. de offic. S.C.*

Quatènus verò agitur de dandis Adiunctis, quæ
11 eſt ſecunda dubitatio, quæ inſurgit ex prędicto decreto, non videtur in hoc eſſe aliquis dubitandi locus, dùm per dictum decretum nõ permittitur Præſidi, vt ſuprà ſuſpecto omnis delegatio, nec vniuerſa-

litèr, nec generalitèr, nec indefinitè, sed solùm nulla mentione facta verbi *delegare*, permittitur simplex commissio, & distributio causarum inter Consiliarios, ergò reliquæ omnes species delegationis censentur prohibitæ, per regulam, inclusio vnius est alterius ex Iulio *l. cùm prætor, ff. de Iudic. cap. nouæ, extrà de præsumpt. l. summa, §. qui filias, in fin. ff. de admend. lega.* faciunt notata in *clem. attendentes, §. illud, de stat. monac.* & longè ponderata per *Ioseph. Seje dec. 248.* per tot. & præcipuè *num. 6. vol. 3.* quicquid igitur potuisset dici de dandis Adiunctis, data potestate delegandi fal è in indefinitè, attenta etiam propria significatione verbi *delegare*, tamen cùm in decreto non sit facta mentio huiusmodi verbi, sed solùm de potestate committendi, & distribuendi causas, hæc potestas taliter restricta non est viterius extendenda, quam verba ipsa sonant, *l. 2. ff. de stipulat. seru. l. 1. §. quæ in perpetuum, ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. l. 1. ff. de loc. pub fruend. l. hoc legatum, & ibi Bar. ff. de leg 3.* iterùm *Bar. in l. 1. in princ ff. de ædend. Curt. sen. cons. 43. col 6. in fin. Bal. in l. vxor, n. 1. in fin. C. de his, qui accusare non poss.* verba enim sunt inspicienda ad causæ decisionem, *l. fideiussores magistratuum, §. 1. ff. de fideiussor. l. intuitu, C. de solut. l. ad probationem, ita secundò, C. de probat.* optimè statuit *Anton. Gamm. dec. Lusit. 41. num. 6. in fin.* præsertim quia si verba appositam decreto rectè introspiciantur, sunt taxatiuè concepta, quæ tanquàm taxatiua sunt omnis extensionis excludiua, *l. qui aliena, & libertas, ff. de negot. gest. l. qui solla, §. qui actum, l. inter actum, l. certo genere, & l. Lucius, in verbo digitum vnum, ff. de ferut. rustic. prædior. l. si fic, l. si quis alia, ff. quemadmodùm seru. amitt. l. 9. § cum Titio, ff. de adim. legatis, l. 3. C. de patrib. qui filios distrax. Instit. de vsucap. in princ. cap si duo, de procur. in 6.*

Et non sine iuris ministerio verba decreti fuerùt 12 ab illo Eminentissimo Iur. Cons. Salernitano authore illius apposita sic limitata ad illos duos casus, nam in datione Adiunctorum consideratur satis diuersa ratio ab illis duobus casibus in eo expressis, siquidèm in duobus casibus tantùm potest tractari de dandis Adiunctis, aut in casu, quo numerus Iudicum votantiũ non est sufficiens pro decisione causæ, siuè attento numero taxato per *Regiam Pragmaticam* in vna, vel duabus Aulis, siuè attenta qualitate ipsius causæ, veluti quia agitur de magno patrimonio, vel valore rei in iudicium deductæ, siuè etiã attenta qualitate personarum, quibus quandòque indulgendum est, etiam omisso rigore, aut in casu, quo res deuenit iam ad decisionem; sed propter æqualia vota Votantiũ non potuit proferri sententia, siuè decretum, & in vtroq; casu maxima cõsideratur repugnantia, nè Præses taliter suspectus se ingerere valeat in dandis Adiunctis, quia de facili nominabit illos Adiunctos, quos verisimiliter existimabit debere esse fauorabiles Parti, ex cuius persona ipse est suspectus, magis quã alteri Parti, pro qua ipse non inclinaret, si interueniret in votando, & in casibus, in quibus potest esse locus indulgentiæ, indulgeret potiùs pro suo beneuolo, quàm pro eius Aduersario minùs beneuolo. Ad euitandam igitur hanc inæqualitatem in iudicio voluit doctissimus ille vir restringere illam facultatem ad illos duos casus, in quibus cessat prorsus omnis inæqualitas, rectè igitur dixi, quòd illa verba decreti sic restricta fuerunt apposita cũ ministerio, quia cùm verba sẽper intelligi debeãt apposita cũ ministerio alicuius operationis, *l. si quandò, in princ.* vbi *gl. ff. de leg. 1. l. 1. in princ ff. quod met causa, l. 1. in fi. ff. ad municip.* nunc apparet ex eis resultare hanc operationem, vt non extendantur vltrà, quàm verba sonant, & licèt hæc eadẽ ratio videretur militare ab initio, quandò fit commissio per viam distributionis causarum, cum tunc possit eligere Iudicem magis fauorabilẽ suo beneuolo, quàm Aduersario, tamen hoc nẽdum non est prohibitum, immò expressè permissum de iure, per illam regulam, vt in principio litis magis sit fauendum Actori, quàm Reo, de qua infrà dicam, & eam procedere etiam in electione Iudicis, voluit expressè *Soc. sen. cons. 94. num. 6. vers. vndè ex prædictis, lib. 3.* post *Io. Andr.* quem citat, & eum sequitur *Purpurat. ad Iason. in l. de die, in verb. de ord cogn. ff. qui iurisd. cogant.*

Illud idem dicendum est, quandò agitur de vnio- 13 ne Aularum, circà quam nulla potest fieri prouisio à Præside sine Partis citatione, & discussione requisitorum à *Regijs Pragmaticis*, & sic omninò est necessaria causæ cognitio, & hæc est tertia dubitatio, quæ insurgit ad obseruantiam dicti decreti.

In contrarium ponderata non videntur obstare.

Non primùm, quia licèt sit diuersum cognoscere 14 de causa principali, & cognoscere de persona Iudicis dati, tamen non propterea non est adhibere causæ cognitionem circà controuersiam subortam de Iudice dato, & siuè cognoscatur de causa principali, siuè de quouis incidenti, aut emergenti in eadem causa, totum est cognoscere de ipsa causa, quod omninò ei prohibitum est, nec potest dici, q̃ nulla sit differentia inter primum actum, qui versatur in simplici commissione causæ, dando in ea Iudicem, & hunc secundum, in quo disputatur de validitatè commissionis factæ, & Iudicis dati, nam ille primus actus explicatur sine causæ cognitione, hic verò secũdus, non nisi cũ maxima causæ cognitione.

Non secundùm, quia illud axioma, vt Iudex su- 15 spectus in cognoscendo non sit suspectus in delegando, nedùm non destruitur per hanc secundam opinionem, sed immò potiùs conseruatur, nàm non qualibet oppugnatio Partis aduersæ facit cessare Iudicem datum, nisi solùm, quando est rationabilis, alias remanet firma commissio, seù delegatio iam ab ipsomet Præside facta.

Non tertiùm, quia ex deductis aduersus primum 16 contrarium remanet etiam hoc tertium resolutũ, cùm cognoscere de causa sit cognoscere de quolibet alio articulo contingente in causa, tam in principio, quàm in medio, quàm etiã in fine, & propterea tradita est illa vniuersalis regula, vt in principio litis sit magis fauẽdũ actori, quàm reo, in fine sit magis fauendũ reo, quàm actori, in medio verò sit indifferens vtrumq; actorem s. & rei seruanda æqualitas, de qua plùs *Bar. Arg. & Paul. de Castr.* late agit *l. illin l. de die, in princ. n. 2. ff. qui iurisd. cogant.*

Non obstat quartùm, & vltimum, quia, vt supe- 17 riùs latè probatum est, illa decretatio de verbo faciendo non fit cum aliqua, vel minima discussione Partium, quæ in illo actu non citantur, & sic non applicantur in eo termini causæ cognitionis, sed ex simplici lectura ipsiusmet supplicationis explicatur, & remanet ius Parti aduersæ, quæ si senserit se grauatam de illa decretatione, poterit supplicare Principi pro illius reuocatione, in qua quia est necessaria causæ cognitio, non potest Præses, vt supra suspectus amplius se intromittere.

Quid autem sit faciendum in hoc vltimo casu, 18 quando s. est suspectus ex capite inimicitiæ, & sic etiam in delegando, recurras ad *pragm. 72. supra de offic. s. C.*

RE-

RERVM SVMMA.

19 *Suspitioni allegatæ siuè antè, siuè post terminum datũ in causa suspitionis si quis renunciauerit, depositum factum pro pœna est integrè exigendum, secùs si suspitio fuerit proposita post terminum hic præfixum ad proponendum suspitionem, quia tunc non sit locus pœnæ, & depositum restituitur.*

Graduum computatio quomodò sit facienda.

20 *Aduocatus in vna causa nùm postea possis esse Iudex in eadem, etiam de consensu vtriusq; Partis, & quid in Aduocato Fisci, n. 21. & 23.*

22 *Aduocatus si quis fuisset vnius Partis cõtrà Fiscum, si postea vellet esse Aduocatus Fisci, committeret crimen præuaricationis.*

24 *Inimitia capitalis quæ nàm dicatur.*

19 QVatenus in 5. *cap.* incip. *Volemo, che dette pene* statuitur, quòd pœnæ auctæ per hanc pragmaticam, non possint remitti in totum, nec pro parte, quauis de causa, etiam si Pars, quæ proposuit suspitionem, siuè antè, siuè post terminum renunciauerit suspitioni allegatæ, id, quod dicitur de termino, intelligas de termino dato in causa suspitionis, iuxtà formam traditam in *cap.* 2. *vers. e perche*, nàm siuè renunciatio fiat antè terminum ad probandum capita allegata, siuè post terminum, depositum factum pro pœna est integrum exigendum, secus autem si suspitio fuerit proposita post terminum præfixum in hac eadem pragmatica ad proponendum suspitionem .s. triginta dierum, vel quadraginta, iuxtà formam traditam in *cap. seq.* incip. *che le parti tengano.* Nàm, quandò suspitio proponitur post illum terminum, & ideò non admittitur, quia non fuit proposita in termino, tunc non est locus pœnæ, & si fuerit factum depositum pro pœna, restituitur, & ità multotiès iudicauimus in S. C. & iudicatum vidi in Reg. Cam. Summ. tempore, quo ibi exercui munus Fisci patroni, & sic etiam obseruatur in Reg. Coll. Cons. sed nouissimè per aliam pragmaticam editam sub die 31. Maij 1616. quæ est 16. *infrà eod. in* 2. *cap.* etiam hic vltimus casus est comprehensus eadem pœna.

Item quatènus in 15. *cap.* incip. *allegandosi*, dispositur, vt computatio graduum consanguinitatis, vel affinitatis fiat secundùm ius canonicum potest accidere casus, quòd personæ, de quibus agitur non sunt in pari, sed in dispari gradu, tunc quomodò sit facienda computatio, colliges ex *Dec. cons.* 333. *et* 444. *Zanch. cons.* 169. *vol.* 1. *vltim. voluntatum*, *Robles de repræsentat. lib.* 2. *c.* 24. *num.* 5. *in fine*, *Graff. cons.* 2. *de consang. & affin. tom.* 2.

Et quatènus in *cap.* 18. incip. *Il Giudice*, *&c.* sta-
20 tuitur, vt is, qui fuit Aduocatus in vna causa, non possit postea esse Iudex in eadem etiam de consensu vtriusquè Partis, est notandum, quòd aliàs hic articulus fuit valdè controuersus, & disputatus in his supremis Tribunalibus, & quandòq; determinatum contrarium, vt constat ex traditis, & relatis per olim Consiliarium *Carolum Tapiam*, nunc dignissimum Regentem in Supremo Consilio Italico apud Catholicam Maiestatem, & ab eodem Marchionatus titulo decoratum in 3. *lib. Iuris Regni super pragm.* 23. *de offic. Sacr. Consil.* quam inseruit sub *titulo de suspitionib. Official. fol.* mihi 189. vbi imprimi curauit Allegationes eximij Regentis Ioannis Montoyæ de Cardona, qui nunc similitèr refulget in eodem supremo Consilio Italico, & scripsit pro contraria opinione, cuius opinio nunc apparet amplexa per hanc nouissimam pragmaticam, quippè, quæ fuit iudicata verior, iustior, & æquior, & eandem opinionem Ego quoquè per priùs pro absoluta reputaueram, vt in meis primis scriptis ad *pragmat.* 1. *suprà eod. tit. num.* 49. & post edita doctissima commentaria prædicti *Regentis Tapiæ*, & antè editam hanc pragmaticam, aliud idem iudicari obtinui pro Philippo Spinola contrà Ioannem Baptistam Cataneum, qui præstiterat consensum pro interuentu Regij Consiliarij Cæsaris Alderisij Domini mei, qui vnà mecum fuerat Aduocatus dicti Philippi Spinolæ, nouissimè Idem *Reg. Tap.* edidit suam *dec. S. C.* 40. in illamet causa, & hoc adeò verum est, vt hæc suspitio in personam Iudicis, qui fuit Aduocatus non coarctetur termino ad proponendum suspitiones in hac Pragmatica, & alijs præfixo, etiam si millies idem Aduocatus patientibus partibus interueniisset in decretis interpositis in eadem causa, iudicando vti Iudex, quia ex tali patientia Partis non resultat aliud, quã consensus tacitus, & dùm per hanc Pragmaticam excluditur consensus expressus vtriusq; Partis, multò fortius excluditur tacitus, & ità quotidiè practicamus in Sacro Consilio, remouendo Iudices, qui apparent fuisse Aduocatos, etiam si sint Commissarij causarum, & vti Commissarij processerint per
21 annos, & annos in eisdẽ causis, sed quod hic disponitur in Iudice, non procedit in Fisci patrono, qui licèt fuerit Aduocatus pro vna Parte, poterit postea in eadem causa interuenire vti Aduocatus Fisci, si tamen vti Aduocatus Priuati defendit illam Partẽ,
22 cui adhæret Fiscus, aliàs si fuisset Aduocatus alterius Partis contrà Fiscum, si postea vellet esse Aduocatus Fisci, committeret crimen præuaricationis,
23 & ità fuit iudicatum per Regiam Cameram in mei personam, vt scilicèt potuissem interuenire tãquàm Fisci Aduocatus in causa inter Villas Portici, & Resinæ ex vna, & Magistrum Portulanum Ioannem Simonem Mocciam ex altera circà exercitium iurisdictionis Portulaniæ in illis Villis, non obstante, quòd fuissem Aduocatus dicti Magistri Portulani in eadem causa, dùm eiusdem Partes debebam defendere etiam vti Aduocatus Fisci. Quatènus in *cap.* 15. & 16. fit mentio de inimicitia capitali, pro legi-
24 tima causa inimicitiæ, vt sciatur quæ sit inimicitia capitalis, vide *Caldas de iur. emph. lib.* 1. *quæst.* 7. *n.* 21. & 22. qui dicit, si quis consanguineum aduersarij interemit, vel in causa criminali accusauit, vel mortem illaturam comminatus est, vel iniurias verbales intulit, inimicitia capitalis insurgit, grauissima, verò dicitur ex ciuilibus quæstionibus omnium bonorum, vel atrox iniuria infertur.

Aduertas deniquè, quòd hæc pragmatica imponens pœnam friuolis suspitionibus non habeat locum in illis Officialibus Regijs, etiam supremis, in eis nominatis, qui exercent officium Consultoris Regij Capellani Maioris vertentibus in illo Tribunali, *Gizzarell. dec.* 69.

De Suspitionibus eadem Pragm. XV. §. 19.

RERVM SVMMA.

1 *Suspitionis iusta causa est, si Officialis prætermittem vidit, & omisit salutare, vel resalutare, & num.* 8. *&* 10.

2 *Salutationem denegans præsumitur inimicus.*

3 *Iudices quandòq; debent esse primi in salutando, & salutati tenentur resalutare, & n.* 5.

4 .... *debent reuerenter salutare viros honoratos,*

admittendo etiam illos ad ſedendum cum ipſis, præterquàm in loco iudicij, & horis iuridicis.

6 *Iudices, & Magiſtratus repreſentant Principem, & in eorum perſona Principis maieſtas honoratur.*

7 *Iudex, vel Magiſtratus quandò debeat ipſe primò ſalutare, vel potiùs ab alijs ſalutari, vt teneatur reſalutare, & num. 9.*

11 *Verbum, maiores, & inferiores, in hac materia vti intelligatur.*

12 *Senectus ſemper eſt veneranda.*

13 *Salutationem denegans Officiali poteſt coerceri.*

14 *Magiſtratus inter Collegas, & pares dignitate quiſq; nitatur alium præuenire, & ſalutare.*

NOn è coſa alcuna, &c. §. 19. volemo, che non ſia cauſa baſtante, &c.

Salutatio, aut reſalutatio omiſſa à Iudice Parti ſibi obuianti, aut prætereunti non eſt ſufficiens ad illum recuſandum, ſi proprio iuramento affirmauerit, obuiantem, aut prætereuntem non vidiſſe. H D.

1 Ergò ſi vidit, & omiſit ſalutare, ſeù reſalutare, erit iuſta cauſa ſuſpitionis, & ità ſemper fuit obſeruarum ratio eſt, quia denegans ſalutationem

2 præſumitur inimicus, *can. Hadrianus 63. diſt. gloſ. in l. ad hoc, C. de appellat. Guid. Pap. de præſumpt. num. 40. Ialin l. apertiſſimi, colum. 2. C. de Iudic. Maſtrill. dec. 151. num. 46. part. 2.* maximè ſi erat ſolitus ſalutare. *Iacobin. in l. 1. m 1. lectura, num. 10. ff. de pact. Plagius de conſuetud. quæſt. 8. num. 121.* & notanda ſunt illa verba ibi, *di hauer ſalutato, ò riſalutato.* Nàm

3 ex eis infertur, quòd Iudices quandòque debent eſſe ipſi primi in ſalutando, & hoc important illa verba, *di hauer ſalutato*, quandòque verò cùm ſalutantur, debent ſalutantes reſalutare, & hoc important illa verba, *ò riſalutato.* Quòd autem quandòq; debeant ipſi primò ſalutare, probatur in *l. fin. C. de*

4 *Aduoc. diuerſ. Iudic.* vbi diſponitur, quòd Iudices debent reuerentèr ſalutare viros honoratos, admittendo etiam illos ad ſedendum cum ipſis, *Felin. in rubr. extrà de maior. & obed. colum.* mihi 7. poſt *med. verſ. & adde quòd Iudex, num. 9.* præterquàm in loco iudicij, & in horis iuridicis. *l. quiſquis, in fine, C. de poſtul. l. 1. & ibi gloſ. in verb. pandiantur*, C. *de offic. ciuil. Iudic. l. potioris*, §. 1. *C. de offic. Rector. Prou. can. eſto 95. diſtinct.* & quòd quandòque ipſi debeant

5 priùs ſalutari, vt ſalutati teneantur reſalutare, probatur expreſsè in *l. 1. verſ. noſtra ſerenitate, & ibi gloſ. in fin. in verb. adoranda, ibidemquè Platea* poſt *medium, verſ. Comites, C. de ſilentiar. lib. 12. L. 1. C. de domeſt. & protect.* eodem *lib. 1. 2. in fin. verſic. aut reuerentia, C. de prox. ſacror. ſcrin. lib.* eod. *Platea* in *l. Primicerium, in fin. verſ. nàm adorantur, C. de fabricenſ. lib. 10. Nicol. Boer. de ord. grad. vtriuſquè for. §. prætereà etiam, & fortiùs, num. 48. Caſſan. in cathal glor. mund. conſider. 26. in princ. par. 1. Mar. Muta* in *Conſuet. Panorm. c. 8. n. 13.*

6 Ratio eſt, quia Iudices, & Magiſtratus repræſentant Principem, & in eorum perſona Principis maieſtas honoratur, *l. item eorum, §. ſi Decuriones, ff. quod cuiuſquè vniu. nom. l. municipibus, ff. ad municip. l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iud. Socrol. conſ. 108. colum. 1. in princ. verſ. quartò ex iuriſm. num. 1. gloſ. in can. de cauſa, in verb. quicquid 2. q. 4. Abb. in cap. mãdata, colum. 1. ad med. extrà de præſumpt. Anchar. in cap grandi, not. 5. de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* cum alijs congeſtis per *Gratian. tom. 2. diſcept. forenſ. cap. 184.* late *Caſſan. in cathal. glor. mund. part. 7. conſid. 24. colum. 34. Caranz. rit. 5. num. 12. Bonad. lib. 3. cap. 1. num. 45. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 3. num. 17.* ad *44. Reg. Valenz. conſ. 91. num. 50. Heming. Arniſæus de iure Maieſt. lib. 1. cap. 2. num. 7.*

7 Difficultas eſt, quando Iudex, ſeù Magiſtratus debeat ipſe primò ſalutare, vel potiùs ab alijs ſalutari, vt teneatur reſalutare, in qua difficultate repe-

8 rio, quòd *Felin. in cap. cùm ſuper, num. 5. de offic. deleg.* ait, quòd eſt iuſta cauſa ſuſpitionis, quando Iudex nõ ſalutat, ſi priùs ipſe ſit ſolitus ſalutare, vel ſi fuerit ſalutatus, nolit reſpõdere, ergò Iudex, qui ſolitus eſt priùs ſalutare, tenetur hoc ſolitum obſeruare, ſalutando priùs, verùm in hoc puto, quòd ſufficiat re-

9 gula generalis, nempe vt reſpectu maiorum teneatur ipſe priùs ſalutare, reſpectu verò inferiorum debeat priùs ſalutari, & aliter non teneatur ſalutare,

10 & ſic omittendo ſalutare inferiorem, qui non ſalutauit, etiam ſi illum viderit, non ſit iuſta cauſa ſuſpi-

11 rionis, & cùm dicimus *maiores, & inferiores*, intelligo de maioritate, ſiuè in officio, ſiuè in dignitate, ſiuè in adminiſtratione, ſiuè in tempore adminiſtrationis, & data omnimoda æqualitate quòad omnia,

12 tunc eſſet attendenda maior ætas, quia ſemper veneranda ſenectus. *l. ſemper, ff. de iure immunit.* Nec omittam, quòd circumcirca illa maieſtate, & grauitate, quâ tenentur Magiſtratus conſeruare in eorum inceſſu, & cõceſſu cũ ſubditis, ſeù inferioribus, reſpectu quorum licitum eſt eis appetere huiuſmo-

13 di ſalutationes, tanquàm ei debitas, & contrà denegantes eſt eis licita animaduerſio, vt aliquibus exẽplis probat *Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 3. cap. 4. n. 40.* ad 49. & eſt pœna arbitraria ſecundùm *Caran.* dicto

14 *rit. 5. in fin.* cum alijs verò, & præſertim inter Collegas, & pares dignitate quiſquè nitatur alium præuenire in ſalutando, ſuxtà conſilium *Apoſtoli ad Roman. cap. 12.* ibi, *honore vos inuicem præuenientes*, honor enim eſt honorantis potiùs, quàm honorati.

De Teſtium refrænatione, & repulſa. Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Factum antiquum quod dicatur in hac materia.*

2 *Teſtes vltrà numerum hic taxatum recepti vtrum reijciantur omninò, vel potiùs producens eligat, quos velit.*

3 *Teſtium vltrà numerum receptorum in cauſis Vniuerſitatum, pupillorum, et aliorum, quibus competit reſtitutio in integrum, datur electio producenti.*

4 *Teſtium numerum hic taxatum ex cauſa poterit Iudex augere, et in hoc vti moderabitur eius arbitriũ.*

5 *Pragmatica iſta dùm prohibet, dicta teſtium ſcribi per verbum, vera eſſe, vel dixit vt proximus dixit, non procedit in teſtibus bonæ opinionis, et famæ.*

6 *Interrogationis teſti faciendæ de cauſa ſcientiæ, et aliis circumſtantijs omiſſio non viciat teſtis dictum, ſi aliàs ſit clarum et legitimè receptum.*

7 *Teſtibus pluribus contrarijs, ſiuè ab eadem Parte, ſiuè à diuerſis productis, quibus magis credatur, remiſſiuè.*

8 *Teſtes regulariter præferuntur ex dignitate, militia, diuitijs, et officio.*

9 *Inimici teſtimonium non valet, etiam ſi poſteà ſubſequatur reconciliatio.*

10 *Teſtium ſingularitas quandò non ſit reijcienda.*

11 *Teſtis ſuper articulis recipiendus, verum probet deponens vltrà articulum.*

11 Te-

11 *Testis qui non iurauit de veritate dicenda super tota causa, nihil probabit in eo, quod extrà articulum deposuerit, quod procedit etiam respectu producentis, vt nihil probet etiam contrà ipsum producẽtem, & n. 12. 18. & 23.*

13 *Testis quandò dicatur deponere extrà articulum.*

14 *Testis non dicitur deponere extrà articulum, deponendo super dependentibus, connexis, vel concomitantibus.*

15 *Testis etiam nõ iuratus verum dicere super tota causa, si deponat facientia ad causam, valebit illius dictum, etiam extrà articulum.*

16 *Testis super tota causa non iuratus, sed super articulis tantùm de appenditijs, & connexis interrogari potest, & quare, n. 17.*

19 *Connexa, & dependentia necessaria, sine quibus iuramentum non operatur, quæ sint.*

20 *Testis, quòd deponens super dependentibus, & connexis non deponat extrà articulum, vti sic intelligendum, & quæ dicantur circumstantiæ, quæ faciunt ad causam.*

21 *Circumstantiæ in testibus de loco, & tẽpore sunt omninò necessariæ, aliàs eorum dictum non valebit.*

22 *Facere ad causam quod dicatur.*

24 *Testis dictum simplex intelligitur secundùm contenta in articulo, & recipit declarationem ab articulis, super quibus deponit.*

25 *Testibus examinatis etiam clarè deponentibus potest Iudex fidem non adhibere ex causa.*

STatuimus, &c.

Pro quolibet articulo recipiantur septem testes, & non vltrà, nisi in materia confinium, & factis antiquis, in quibus recipiantur decem tantùm. H.D.

1 Factum antiquum quod dicatur in hac materia, vide *Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. casu 3.* residentem in opinione, vt centum annorum dicatur tempus antiquum.

2 Quid autem, si testes recipiantur vltrà numerum hic taxatum, an postremi examinati vltrà numerum reijcientur omninò, vel potiùs eliget producens, quos voluerit? *Rebuff.* super *Const. Gallic. tom. 3. tit. de testibus art. vnic. glos. 8. num. 3.* tenet, quòd postremi reijciuntur, etiam si meliùs probarent, quàm pri-
3 mi, sed veritas est, quòd in causis Vniuersitatum, pupillorum, & aliorum, quibus de iure competit restitutio, datur electio producenti per remedium restitutionis in integrum, prout fuit determinatum in causa Vniuersitatis Turturellæ meæ Patriæ cũ Comite Policastri. Actuarius Sacr. Consil. est Galterius, in causis verò priuatorum seruanda est opinio *Rebuff.* in præcit. *loco.*

4 Poterit tamen hunc numerum Iudex ex causa augere, vt in *final. verb.* huius *pragmat.* circà quem numerum augendum quomodò moderabit Iudex suum arbitrium, vide *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu* 249. qui de iure communi Iudicis arbitrio remittit, iuxtà personarum, & negotiorum qualitatem, vt aliquandò sit effrenatus vltrà tres, & aliquandò vltrà quadraginta, & *pragm.* 51. *suprà de offic. S. Const.* vbi aliqua dixi.

5 In eo tamen, quod hæc pragmatica prohibet, dicta testium scribi per verbum, *vera esse*, vel *dixit*, vt *proximus*, limita, si testes sint bonæ opinionis, & famæ, vt per *Arnon. epith.* 13. Et quatènus hìc agitur
6 de interrogatione facienda testi de causa scientiæ, & alijs circumstantijs, aduertas, quòd illius omissio non vitiaret dictum testis, si aliàs sit clarum, & legitimè receptum, vt expressè tradit *And. in c. quoniam inter Dominum, in fin. de prob. feud. alien. per Lothar.*

7 Testibus autem pluribus contrarijs, siue ab eadem Parte, siue à diuersis productis, quibus magis est credendum? docet *glos.* in §. *neque igitur*, in *verb. contraria, in auth. de testibus.* Regulariter verò
8 testes præferuntur ex dignitate, militia, diuitijs, & alijs: o, §. *sancimus autem, eodem tit. auth. de testibus.*

9 Inimici tamen testimonium non valet, etiam si post testimonium sequatur reconciliatio, *glos. in* §. *si verò quis dicat odiosum, in verb. non adsit*, eadem *auth.* Sed quid dicendum est de testibus singularibus, & quotuplex sit in eis consideranda singularitas, quæ sit admittenda, aut reijcienda: docet *Ludou. dec. Perus. 9. num. 9.* cum *seqq.* dicens, testes singulares non ideò reijciendos, quandò dictum vnius testis cum alterius coadiuuatur, & quandò tendunt ad eundem finem in eorum dictis non possunt vt singulares reprobari in singularitate adminiculatiua.

10 Dùm verò hæc pragmatica vult, testes recipi super articulis, quæro, si testis deponat extrà articulum, an probabit? & in iure est maxima indubitata,
11 quòd quandò testis deponit aliquid extrà articulũ, & non præstitit iuramentum de veritate dicenda super tota causa, tunc id, quod est extrà articulum, nihil valet, ità voluit *Specul. in 1. part. tit. de testib.* §. *sequitur, nu. 3. Pract. Papiens. in forma iuram. testium, in vers. super tota. Alber. in l. si duo*, §. *idem Iulianus, num. 9. ff. de iureiur. & ibi Bart. num. 8. Aret. num. 7. Cassr. num. 14. Alex.* similitèr *num. 14. Ias. nu. 26. Salyc. in l. momentanea, in fin. C. qui legit. person. hab. &* in *auth. sed Iudex, C. de Episcop. & cler.* & inter Canonistas *Innoc. in cap. per tuas, num. 3. extra de testib.* vbi *Io. Andr. num. 9. Card. Zabarell. in fin. & ibi Abb. in fin. Ant. de Butr. num. 7.* & latè *Felin. in cap. de testibus, num. 2.* cum pluribus *seqq. extrà eod. tit. de testibus*, qui omnes adducti sunt ex *text. in d. cap. de testibus, extrà de testibus*, qui oppinio probat hanc conclusionem, *Marant const. 140. num. 20.* & hoc adeò
12 verum est, vt procedat nedùm respectu eius, contrà quem producitur, sed etiam respectu ipsius producentis, vt nihil probet contrà producentem, quod nedùm colligo ex dictis supradictorum *Doctorum*, dùm dicunt simpliciter, quòd talis depositio extrà articulata nihil valet, & sic nec prò, nec contrà, sed hoc in specie voluit *Alber. in auth. sed Index, num. 5. vers. & ideò dicitur, C. de Epis. & cler.* & *Ant. Cioff.* Florent. modernus Doctor non leuis, authoritatis in *const. 96. nu. 52. vers. hæc iunatur lib. 1.* vbi ad id citat plura *consil. Bertrand.* & *Mar. mi.* in *d. const. 140. n. 22. vers. nec obstat.*

Huic motiuo fortassè aliquis obijciet declarationem traditam à *Bart.* in *d. l. si duo, §. idem Iulianus, ff.*
13 *de iureur.* vt scilicèt tunc dicatur testis deponere extrà articulum, quandò id, quod dicit, non confert ad declarationem eorum, quæ in articulo continẽtur, quam declarationem sequitur *Felin.* in *d. c. de testibus, n. 3. in fin. in 4. declar.*

Et propterea voluit *Bald.* in eod. §. *idem Iulianus,*
14 *num. 3.* quòd testis non dicitur deponere extrà articulum, si deponat super dependentibus, & connexis, vel super concomitantijs, & *Hippol. in d. l. §. Diuus Hadrianus, num. 3. in fin. ff. de quæst.* reprobando distinctionem *Bart. in d. §. idem Iulianus* voluit, quòd
15 etiam si testis non iurauit dicere veritatem super tota causa, sed deponit facientia ad causam, valeat, etiam si sint extrà articulum, nàm negari non potest,
16 quin sint connexa, & quòd testis, qui non iurauit

ſuper tota cauſa,ſed ſuper articulis tantùm, poſſit interrogari de appenditijs,& connexis, voluit *Alber.*in d.§.*idem Iulianus*,in fi.faciunt tradita per *Cagnol.*poſt alios in *l.1.n.71.ff.ſi cert.pet.*

17 Ratio eſt,quia qui iurauit ſuper principali, ſuper omnibus contingentibus iurare intelligitur, vt per *Innoc.*in *cap.2.num.2.in fin. extrà de confeſſ.* quem *ibidem* ſequitur *Io.Andr.num.6. verſ.ſed hæc ratio, & Bal num.3.in fin.*& alij, quos refert *Vinc.Carroc.* in *reg.cùm quid*,in 6.*limit.princ.*in 5.*quæſito*, *num.4. de reg.iur.*in 6.

18 Sed hæc obiectio facillimè diluitur,ſiquidèm (vt ab ipſa ratione exordium faciam)dictum *Innoc.*in d. *cap.2.de confeſſis* nè ſit contrarium ipſimet *Innoc.* in eo,quod dixit in *c.per tuas,de teſtibus*, declaratur, vt procedat,quandò iuramentum non releuaret, nec ſi porrigeretur ad dependentia, & connexa, & ità declarat *Angel.*in *l.2.in princ.ff.de iuriſd.omn.iud.* &

19 ſuſiùs *Alex.ibidem,num.2.* qui declarando prædicta connexa,& dependentia neceſſaria, ſinè quibus iuramentũ non operaretur,dicit, quòd ſunt illæ circumſtantiæ,de quibus in *cap. cùm cauſam, quæ inter Archiep.*in *gloſ.magn.de teſtib.*ſcilicèt quandò interrogatur teſtis de cauſa ſcientiæ, vel an ſit inimicus Partis aduerſæ,& ſic de ſingulis, de quibus tenetur neceſſariò reſpondere,quem ſequitur *Felin.*in d.*c.de teſtibus,num.3.verſ.& poſſunt, extrà de teſtib.* Applicando modò hanc rationem ſic declaratam ipſi dicto,eſt dicendum,quòd dùm prædicti *DD.* volunt,

20 quòd ſi teſtis deponit ſuper dependentibus,& connexis,non dicitur deponere extrà articulum, eorum dictum eſt intelligendum de prædictis circumſtantijs,quæ reſpiciunt cauſam ſcientiæ, & alia,de quibus tenetur neceſſariò reſpondere,iuxtà *gloſ. magn.* in d.*c.cùm cauſam,quæ*,& hæc ſunt propriè circumſtantiæ,quæ faciunt ad cauſam,& quæ conferunt ad declarationem eorum,quæ in articulo continentur.

21 Hinc *Bal.*in d.*l.ſi duo patroni*,§.*idem Iulianus*, *n.3. ff.de iureiur.*dùm voluit declarare dependentia, cõnexa,& concomitantia,ſubdit,*vt ſuper loco, & tempore,&c.* Quæ circumſtantiæ ſunt omninò neceſſariæ in teſte,aliàs eius dictum non valeret.

22 Hinc etiam *Caſtrenſ.*dùm voluit declarare,quod dicatur facere ad cauſam,dixit,pone quòd articulus eſt *de* veritate,ſed teſtes dicunt de publica fama, & ſic de circumſtantia, quæ reſpicit cauſam ſcientiæ, certè dicit ipſe,hoc facit ad cauſam,quia per famam deuenitur ad veritatem,ità *Caſtrenſ.* in d. §. *idem Iulianus,num.14.*in *fin.*adducens *Bal.*in *l.non nudis,C.de probat.* cum quibus concordat ſecunda declaratio *Felin.*in d.*c.de teſtibus,extrà de teſtib.*

23 Et ex his credo,ſatis, ſuperquè fundatum fuiſſe, quòd teſtis,qui non iurauit ſuper tota cauſa, quicquid deponit vltrà articulum,nullitèr deponit. Pro ampliatione tamen,& limitatione huius concluſionis eſt ad ſaturitatem videndus *Farinac. de teſtib. q.71.oppoſ.24.*

24 Confert tamen hic vlteriùs adnotare, quòd teſtis dictum ſimplex debet intelligi ſecundùm contenta in articulo,& recipit declarationem ab articulis, ſuper quibus deponit,*Bart.in l.Labeo,n 8.ff. de ſupell. leg.Bal.in l.ſed & ſi poſſeſſori §.item ſi iurauero,ff.de iureiur.Ant.Gamma dec.Luſit.*291.*n.4.* Et ſi deponit aſſertiuè,præſumitur fuiſſe præſens, vbi non interrogatur de præſentia,*Bal.in c.ſertio loco*, per illum *text.n.6.extrà de probat.*

25 Quorquot autem ſint teſtes examinati,etiã ſi clarè deponant,poteſt tamen Iudex illis fidem non adhibere, ſi ſibi videbitur,ex cauſa,*Gram.dec.*92.*n.24.*

De Teſtium refrænatione. Pragm.III.

RERVM SVMMA.

1 *Teſtes poſt publicationem recipi poſſunt, ſi culpa, vel malitia Examinatoris, vel Iudicis recepti minimè fuerint.*

2 ... *militèr recepti poterunt etiam poſt publicationẽ de nouo recipi legitimè,modò non miſceantur alij teſtes de nouo.*

3 ... *in criminalibus ad rei defenſionem, etiam poſt publicationem in cauſa admittuntur.*

4 *Pragmaticæ huius plures limitationes,et nu.6.*

Teſtium receptio in quibus caſibus ſit licita poſt dicta teſtificata.

5 *Teſtium productio an valeat,ſi quis fuerit admiſſus ad producendum teſtes poſt publicationem, quia iurauerit de nouo notitiam habuiſſe, ſi poſteà appareat, quòd antè habuerat notitiam.*

QVandò ſolent, &c.

Poſt publicationem teſtes non recipiantur, niſi fuerint anteà nominati, H. D.

1 Limita, quandò culpa,vel malitia Examinatoris, vel Iudicis non fuerunt recepti, vt per *Præſ.de Frãchis dec.*371.Item limita,quandò teſtes fuiſſent militèr recepti,quia poterunt poſteà legitimè de nouo recipi,etiam poſt publicationem, dummodò nõ miſceantur alij teſtes de nouo, vt per *Theſaur.dec.*2ſſ. quod latius proſequitur *Farinac.in tract. de teſtibꝰ. 66.par.3.num.*303.304.*et num.ſeq.*addit aliam limitationem,& iterùm *q.*75.*cap.*10.*et* 11.ſcilicèt quandò teſtes ſunt ritè examinati, & publicatio non eſt ritè facta, & nullitas publicationis influat in recep-

3 tionem teſtium.Item limita in cauſis criminalibus, in quibus admittuntur teſtes ad defenſam rei,etiam poſt publicationem in cauſa factam, vt per eundem

4 *Theſaur.dec.*262.& denio; limita pluribus aliis modis relatis per *Ann.ſing.*332.423.cum aliis *trib.ſeqq.* .ſ. quandò Magiſter actorum omiſit examinare ſuper aliquo articulo ſecundùm tabulam, vel ſi Pars probauit contrarium eius, quod fuit probatum ad inſtantiam actoris per duos teſtes, poſſunt produci alij teſtes,vel ad probandum,teſtes falſum dixiſſe, latiſſimè per *Farinac. de teſtib. q.*75. *cap.* 4. per *tot.* vnà cũ *capitib.ſeqq.*& declara,vt per *Menoch. de arbitr.Iud.lib.*1.*q.*34.nõ licere poſt dicta teſtificata, niſi quandò Iudex conſequutus fuiſſet liberum arbitrium,vel natura ipſius cauſæ concedit,vel fauore ſpeciali perſonarum per viam reſtitutionis in integrum,vel ceſſet timor ſubornationis,vel ratione noui iudicij, vel quandò producenti nihil imputari poſſit,vel produceretur inſtrumentum, quod indiget concomitari,vel Iudex ex officio vellet interrogare teſtes.

5 Quid autem ſi fuerit quis admiſſus ad producendum teſtes poſt publicationem factam, putà quia iurauerit ſe de nouo habuiſſe notitiam, & poſteà appareat,quòd antè habuerat notitiã, an talis productio teſtium valeat? vide *Paul. Caſtr.* in *l.ſi cum patruo.C.comm.vtriuſq; iudic.* vbi dicit, quòd non.

6 Aliam limitationem tradit *Simon de Pret. conſ.*15. *cent.*3.declarando doctrinam *Innocentij*, vt procedat,quandò ex capitulis implicitis,& incertis de loco,& tempore non potuit ſe inſtrui.

AD-

ADDITIO.

De Titulorum, ſeù Inſcriptionum abuſu in ſcribendo ſublato. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Titulus varios habet ſignificatus, & præſertim denotat dignitatem.*
2 *Titulati quibus prærogatiuis, & dignitatibus potiãtur, remiſſiuè.*
3 *Tituli duobus modis à Rege conferuntur.*
4 *Titularis dignitas quando ſit perſonalis, & quando realis, & quis oriatur effectus.*
5 *Titulus ſi non eſt conceſſus terræ, ſed perſonæ, an in caſu alienationis terræ aſsẽſus poſſit præſtari à Prorege, vel debeat obtineri à Sua Maieſtate, ſed vide num. 7.*
6 Pragm. 4. *ſeù* nouem capitum de feud. *circa alienationem feudorum Titulatorum in quo caſu loquitur.*
8 *Tituli meritis cõceduntur à* Rege, *& pecunia etiam poſſunt acquiri, ſicuti feuda, & militia.*
9 *Titulus eſt tranſmiſſibilis ad filium, non tamen filia imputatur in legitimam, & n. 14.*
10 *Expenſæ factæ per patrem in ſtudio, aut doctorata filij, vel pro aliqua Eccleſiaſtica dignitate, vel Prælatura conſequenda, non imputantur filio in legitimam.*
11 *Pecunia expenſa per patrem in acquiſitione tituli peruẽcti ad filium, an debeat per filium ſolui, & cõpenſari cum eius credito, quod conſequi debet ab hæreditate paterna.*
12 Creditor, *& debitor ſui ipſius nemo poteſt remanere.*
13 *Pretium quis non poteſt conſequi, & rem retinere.*
14 *Pecunia expenſa pro acquiſitione Tituli an imputari debeat filio in legitimam.*
15 *Titulus tranſit ad filium vel filium, & iure ſanguinis, non vti hæredem.*
16 *Titulus an dicatur venditus vendita terra, & quando.*
17 *Dignitas, quæ principaliter non reſpicit commodum pecuniarium, non confertur.*

TItulus varios habet ſignificatus, prout declarat *gl. in rubr. in auth. de eccleſiaſt. titul.* & docet *Luc. de Penna in l. abſit, C. de priuil. domus Auguſt. lib. 11. & in l. quæcunque, num. 1. C. de fide inſtrum. lib. 10.*

1 Præſertim verò denotat dignitatem, idem *Luc. de Penn. in d. l. abſit,* ſub *num. 2.* & hinc illi, qui à Domino Rege Principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus dignitate ſunt decorati, vocantur Titulati, *Dominus Regens de Ponte in tract. de poteſtate Proreg. tit. de elect. officiali. §. 8. num. 19. Lanar. in repet. feud. c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. num. 36. & Frec. de ſubfeud. in tit. de differen. inter feud. Regal. Titulata, &c.* vbi etiã tradit quamplurimas differentias inter feuda titulata, & alia feuda non titulata, ac

2 prærogatiuas, quibus potiuntur Domini Titulati huius Regni, vt per totum *titul.* prædictum. Conferuntur autem hæ Dignitates, ſeù Tituli à Domino

3 Rege altero de duobus modis. Primo, quando datur alicui Titulus ſuper feudo, dicendo, *Inueſtio te de tali feudo cum Titulo* Principatus, Ducatus, Marchionatus, *vel Comitatus,* & tũc datur Titulus perſonæ, & perſona dicitur Titulo decorata, & dignitas, ſeù titulus eſt perſonalis. Secundo modo, quãdo Rex eligit in aliqua Ciuitate, vel Terra dignitatem Principalem, Ducalem, Marchionalem, vel Comitalem, ità quòd primò Dignitas, & Titulus loco tribuatur, & Ciuitas, vel Terra priùs decoretur, & deindè de Principatu, Ducatu, Marchionatu, ſeù Comitatu prædicto inueſtiat aliquem, denominando ipſum Principem, ſeù Ducem, aut Comitem Ciuitatis, vel Terræ prædictæ erectæ in Titulum, & tunc hæ Dignitates, & Tituli ſunt reales, prout declarat *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in tit. Quis dicatur Comes,* ſub *num. §3.* quem citat, & ſequitur *Regens de Pont. in lect. feud. de his, qui feud. dar. poſſ. lect. 6. num. 46. & 47.* cuius diſtinctionis maximam dicit vtilitatem idem *de Ponte ibid.* ſub *num. 49.* Nàm quandò dignitas eſt realis, deuoluto Principatu, vel Ducatu, aut Comitatu ad Regem, titulus, ſeù dignitas non extinguitur. Secus verò ſi fuit Perſonalis, nàm extincta perſona, cui fuit Titulus conceſſus, extinguitur, & euaneſcit Titulus, ſi non fuit conceſſus pro ſe, & hæredibus. *Andr. in c. 1. de feud. March.*

Per quam doctrinam Dominorum *Frecc. & de Pont.* in puncto dicebam annis elapſis, quòd vanaetat prætẽſio quondam Illuſtris Domini Caroli Caraccioli Marchionis Torrecuſij, Magni ſanè Militis, & Equitis clariſſimi prætendentis reuocationem alienationis terræ Bonatorum Marchionali Titulo, & dignitate inſignitæ per ipſum factę quondã Didaco Simoni Perinet ex defectu Regij aſſenſus, à D. Regni Prorege præſtiti, contrà diſpoſitionem *Prag. 4.* ſeù *nouem capitum* dictæ *de feud.* prohibentis, Proreges poſſe aſſentire alienationibus feudo-

5 rum Titulo decoratõrum, nàm Titulus, ſeù Marchionalis dignitas non fuerat feudo, & ſic terræ Bonatorũ conceſſa, ità ꝙ fuerit terra Bonatorum erecta in Titulũ Marchionalem, ſed fuit Titulus conceſſus quondam Illuſtri Lælio Caracciolo patri ipſius Caroli ſuper terra Bonatorum, à quo deuenit in ipſum Carolum filium primogenitum, & hæredem, & ſic dici nõ poterat, ꝙ terra Bonatorum fuerat priùs Titulo decorata, ſed perſona Lælij, & eius hæredũ ſuper terra prædicta, prout in terminis prædictis loquitur *D. de Pont.*

Pro confirmatione cuius concluſionis conſiderabam ampliùs, quòd ſupradicta *Prag. 4.* ſeù *nouem capitum* loquitur in rem, ſeù titulum, non autem perſonam contemplatur, ibi, *Vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, ſeù quodvis aliud magni momenti feudum alienatur.* & ſic lo-

6 quitur in caſu, quo Titulus ipſe, ſeù Titulus cum feudo alienatur, non autem cùm abſolutè feudum venditur, Titulus verò, vel extinguitur, vel remanet pẽnès vendentem, prout erat caſus noſter, & idem diſponitur in *Pragm. 17. de feud.* ibi, *Cùm contingat, Terram, Ciuitatem, Caſtrum, Oppidum, vel Locum vendi, quæ Tituli dignitate decorata ſint.* Cùm ergò non terra Bonatorum, ſed Lęlij perſona fuerit Titulo ſuper terra decorata, nec per alienationem tranſiuit Marchionalis Titulus in Didacum Simonem emptorem, non poterat dici, quòd eramus in caſu prædictæ *4 prag.* vel 17. Statutũ enim & ſi generaliter loquatur, ſtrictam nihilominùs recipit interpretationem, *Corn. conſ. 17. num. 13. vol. 1. & conſ. 94. num. 9. vol. 2.*

His addebam vnum, quod erat fortius, omnemq; tollebat difficultatem, nàm Dominus Rex ad ſupplicationem eiuſdem Caroli per aliquos dies antè venditionem tranſtulerat Marchionalem Titulum

terræ

terræ Bonatorum in terram Torrecuſij, mediante priuilegio expedito Madriti ſub die... ità vt non amplius denominabatur Marchio Bonatorum, ſed Torrecuſij, prout ad præſens denominatur eius filius, non ſolùm prædicto, ſed aliis etiam Titulis, & dignitatibus dignissimè cohonestatus. His rationibus auditis prædictus Illustris Marchio litem non instituit, & à supradicta pretensione recessit....

Verum tamen est, quòd *Regens Camil. de Curte in diuers. feud. in vers. sed vndè digressi, fol.* 11. sub *nu.* 20. nominat de supradicta doctrina *Reg. de Pont.* & il-
7 lam dicit esse veram, attamen testatur, quòd Inuictissimus Rex noster declarauit postea eius intentionem, quòd in feudis Titulatis, etiam quòd terræ nõ fuerint Titulo decoratæ, haberi debeat assensus à sua Catholica Maiestate.

Rursus dantur supradicti Tituli, & dignitates à Domino nostro Rege Personis nobilibus, & benemeritis, propter seruitia, & merita, idem *de Pont. in*
8 *d. §. 8. num.* 20. Quanquàm verum sit, quòd etiam pecunia, & sine meritis quandòq; acquirantur, *Anna. sing.* 166. quem citat idem *De Ponte* sub *nu.* 21. Militiæ exemplo, quæ emi, & vendi potest, *l. finali* vbi *glos. C. de pignor.* & *Bal.* cuius verba transcribit *Dom. Reg. Capyc. Galcot. in respons. fiscal.* 12. *num.* 97. & feudi, quod etiam pecunia possit acquiri, *Andr. in cap.*
9 *1. de feud. dato in vicem leg. commiss. & in c. 1. de natur. feudi*, vbi *Liparin vers. nisi*, eique transmissibilis ad hæredes, siue filios, *And. in cap. 1. de feudo March.* & si non imputetur filio in legitimam, *Bart. Bald.* & cæteri in *l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor.* idem *Bal. in l. omnimodò §. imputari, C. de inoffic. testam.* & *Merlin. de legitima lib. 2. tit. 2. q.* 21. sicuti etiam filio
10 non imputantur expensæ per patrem factæ in studio, vel doctoratu filij, aut etiam pro aliqua Ecclesiastica dignitate, & Prælatura consequenda, *Bar. in d. l. 1. §. nec castrense*, sub *num.* 4. *ff. de collat. bonor.*

11 Quàmuis dubitatum fuerit annis elapsis in S. C. an pretium erogatum per N. patrem in consecutione Tituli Ducatus super quadam eius terra, qui Titulus deinde peruenerat ad filium patris hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, an scilicèt vendita terra ad instantiam creditorum patris, deberet filius Titulo possessor, ac creditor in summa duc. 14. mil. pro dotibus maternis compensare duc. 10. mil. expensos per patrem pro consecutione Tituli cũ dicto eius credito dotium maternarum pro concurrenti quantitate.

Fundabant se Primò Patris Creditores, quòd Titulus erat emptus pecunia materna, & sic quòd mater, & successiuè ipse filius matris hæres, habebat Titulum, & omnia bona patris pro pecunia prædicta hypothecata, ad *text.* punctualem (qui loquitur in militia) in *l. finali, C. de pignor. & hypot.*

12 Cùmq; Titulus obligatus peruenerit ad filium, non potuit filius remanere sui ipsius creditor, & debitor, ad *text. in l. debitori, C. de pactis, & l. Stichum. §. aditio, ff. de solut.* cum similibus, sed inducta fuit cõpensatio, *l. si constat, C. de compensat. l. posteà quàm,*
13 *ff. cod.* Nec conueniens erat, vt filius Dux Titulum, & illius pretiũ consequeretur, ex regula *l. bona fides, ff. de reg. iur.* maximè quia per dignitatẽ augetur vtilitas, *l. si longius, §. finali, in finalibus verbis, ff. de iud.*

Dicebant secundò Creditores, quòd pecunia ex-
14 pensa pro emendo Titulo, seù militia prædicta imputari debebat eidem filio in legitimam, seù portionem sibi competentem in bonis maternis, iuxtà *text. in d. l. omnimodò, §. imputari, C. de inoffic. testam.* & *ibi Glos. Bar.* & cæteri, & in *d. l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor.* & sic non poterat illam filius præcipuã habere. Quibus tamen vnico verbo respondebatur, nam Titulus prædictus non potuit obligari nec vendi, & sic non poterat imputari, prout dicit *text. in d. §. imputari*, à contrario sensu, ibi, *eò, quòd talis sit militia, vt vendatur, vel mortuo militante certa pecunia ad eius hæredes perueniat.* Præterea isti, qui hoc opponebant, non erant creditores matris, quæ erat creditrix pro dotibus in pecunia, nec ipsa acquisierat Titulũ, & sic impertinès erat creditorũ allegatio.

Pro filio verò dicebatur, quòd nulla facio erat creditoribus quæsita super Titulo, qui nullo modo obligari potuit, *d. l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor.*
15 nec etiam contra ipsum filium, qui non contraxit, sed in Titulo successit vti filius, & non vti hæres patris, qui erat obligatus, *Frecc. de subfeud. in d. tit. de differ. inter feud. Regal. titul. & alia feud. nobil. 18. & 23.* & iure sanguinis, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 8. num. 9.* & sic si attendimus Titulum ipsum, de per se consideratum, non aliud est, nisi dignitas, siue officium cohærens personæ, vt dixit *Andr. in d. cap. 1. de feud. March. & Camer. in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, in princ. lit. L. de prohib. feud. alien. per Federic.*

Si verò consideratur Titulus, ratione rei, super qua interpositus fuit, & tunc aut est res, siue status, aut Ciuitas erecta in Titulum, vt suprà diximus, & ad vitam, una statuta, quòd iudicatur de eo, prout de statu, siue re, super qua interpositus fuit, &
16 vendito statu, Titulus etiam venditus censetur, & hic non erat casus, de quo agebatur, nato terra prædicta non fuerat erecta in Titulum, nec in Regno nostro ità concedutur, prout dicunt *Frecc. in d. tit. quis dicatur Comes, & Reg. de Cur. in diuer. iur. feud. fol.* 11. *num.* 16. Aut considerabatur Titulus concessus, persona, feudatarij sub nomine feudi, quod ab eo possidetur, prout communiter omnes Tituli cõcessuntur, & sunt concessus prædictus, & tunc Titulus non dicitur concessus rei, sed personæ ratione rei, non tamen vendibilis de per se, nec producens fructum aliquem, sed tantùm honorem, & dignitatem. Hinc dixit *Bar. in d. l. 1. §. nec castrense*, post
nu. 4. *vers. Præterea istæ dignitates, ff. de collat. bonor.* quòd istæ dignitates, quæ principaliter non respi-
17 ciunt commodum pecuniarum, non conferuntur, nec imputantur, *DD. in d. l. omnimodò §. imputari, & in d. l. 1. §. nec castrense.*

Et ex his die 11. Martij 1614. per S. C. iunctis aulis DD. Valdeuiessi, & Frecciæ, referente D. Consiliario de Geòrgio causæ Commissario cũ interuentu Domini Præsidis S. C. D. Valdeuiessi, Pagani, Io: Andreæ de Georgio, Scipionis Rouiti, & Io. Baptistæ Valenzuela fuit prouisum, partitam duc. 14. m. esse admittendam in beneficium moderni Ducis, vti hæredis suæ matris in satisfactionem pretij terræ N. ipsi remanſæ sub hasta, nulla facta compensatione pretij soluti in acquisitione Tituli Ducatus eiusdem terræ ei oppositi pro parte Creditorum, In Banca Sarri.

Et demùm vt hãc Titulorũ materiã absoluamus, recurrendum est ad *D. Frecc. in d. tit. de diffe. inter feud. Regal. Titul. et alia feud. nobil.* vbi quãplurimas scribit horũ Titulorum, & Titulatorum prærogatiuas, & dignitates.

Significat etiã Titulus superscriptionẽ, prout probat *Luc. de Pen. in d. l. absit*, sub *n.* 2. & tàm de primo significatu .s. dignitatis, quàm de hoc secundo loquitur *Prag.* sub hac *rubr.* constituta, quæ deberet renouari, nam multum excreuit ambitio, & in desuetudinem abijt. *Ioannes Laganarius.*

De

De Titulorum, ſeù Inſcriptionum abuſu in ſcribendo ſublato. Prag. 1.

RERVM SVMMA.

1 *Titulatorum, & ſeptem officiorum Regni habentiũ dignitates, in quibus conſiſtant prærogatiuæ, præheminentiæ, & de præcedentia inter eos, remiſſiuè.*
2 *Iuriſdictioni M.C.V. an ſubſint habentes vnum ex ſeptem officijs Regni.*
3 *Tribunal Magni Admirati an ſit æquale Tribunali Mag. Cur. Vic. & ſic an Magnus Admiratus habeat parem iuriſdictionem cum Magiſtro Iuſtitiario, & num. 7.*
4 *Exceptio nulla poteſt opponi per debitorem aduerſus liquidationem factam, vel pendentem, niſi in vinculis, vel facto depoſito, etiam ſi eſſet exceptio incompetentiæ Iudicis.*
5 *Mag. Cur. Vic. eſt Iudex ordinarius totius Regni, nulla perſona exceptain quantumuis dignitatis culmine conſtituta.*
6 *Magiſter Iuſtitiarius poteſt cognoſcere de omnibus cauſis de quibus cognoſcit Regia Maieſtas, vel eius Primogenitus, qui erat Vicarius.*
8 *Delegatus Principis licèt habeat eandem præheminentiam, quam habet ipſe Princeps, tamen hoc procedit quòad illam cauſam ſibi delegatam, & ad cõnexa, aliàs erit vt Priuatus.*
9 *Dignitatis, vel officij qualitas ſuperueniens non liberat aliquem à iuriſdictione Ordinarij.*
10 *Dignitas, domicilij potiùs adiectionem dediſſe quàm permutaſſe videtur.*
11 *Dignitas collata per Papam non eximit aliquem ab obedientia, & iuriſdictione ſui Ordinarij, & idem in honorato à Principe.*
12 *Iudex ordinarius an delinquentem conſtitutum in dignitate collata à Papa, vel à Principe poſſit ab ea deponere, non data notitia Papæ, vel Principi.*
13 *Maior minor, & æqualis quis dici poteſt diuerſis reſpectibus.*
14 *Rector Studij licèt ſit maior Epiſcopo, qui eſt ſcholaris in ſtudio, tamen in alio loco extrà Studium, eſt minor.*
15 *Filius Epiſcopus & ſi in domo teneatur facere reuerentiam patri, tamen in Eccleſia præeſt patri.*
16 Petrus Apoſtolus *fuit maior alijs Apoſtolis in adminiſtratione.*
17 *Par in parem non habet imperium, quandò paritas eſt in adminiſtratione, ſecus ſi eſt in dignitate tantùm, quia tunc æqualis punit ſibi æqualem in propria iuriſdictione.*
18 *Magnus Admiratus dignitate tantùm eſt æqualis cũ Magiſtro Iuſtitiario, non autem adminiſtratione, & num. 19.*
20 *Iuriſdictio Magiſtri Iuſtitiarij eſt ordinaria in toto Regno quòad omnes in vniuerſo, ſed iuriſdictio Admirati eſt reſtricta ad certum genus perſonarum, quę viuunt ex arte maris.*
21 *Magiſter Iuſtitiarius etiã in dignitate præcedit Magnum Admiratum.*
22 *Iuriſdictio inhabilis inter habentes æqualem iuriſdictionem deuolnitur ad alterum habilem, ſi venerit caſus in quo alter eorum eſſet inhabilis.*
23 *Iuriſdictioni ſui æqualis, vel etiam minoris, nedùm æqualis, ſed etiam maior ſe ſubmittere poteſt.*

ESſendo ſtato più volte ſupplicato, &c.

Titulorum abuſus in ſcribendo tollitur, & datur certa forma in ſcribendo. H. D.

Circà obſeruantiam conſimilis Pragmaticæ editę in Hiſpanijs cum Magiſtratibus vide *Bouadill. lib. 3. cap. 1. num. 46.* Quatenus in *primo §. huius pragmat. incip. Primieramente, &c.* diſponitur, vt nemo cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis poſſit nuncupari verbo, vel in ſcriptis per illam dictionem, *V. S. Illuſtriſſima*, exceptis tamen Septem officijs Regni, &
1 Titulatis, ſeù titulo decoratis, pro cognitione tamhorum ſeptem officiorum, quam Titulatorum, & in quibus conſiſtant eorum dignitates, prærogatiuæ, præheminentiæ, & de præcedentia inter eos, eſt videndus *Frec. lib. 1. ſubfeud. tit. de Septem offic. Regn.* cum 7. *capitibus ſeqq. Bouadill. lib. 2. c. 16. num. 25.* vſquè ad 40. aliqua per *Parl. ad. differ. 10. n. 27. Reg. de Pont. conſ. 134. vol. 2. Præſ. de Franch. deciſ. 365.*

Sed reſpectu ſeptem Officiorum alias fuit dubi-
2 tatum, an ij, qui aliquo ex dictis officijs ſunt inſigniti, ſublint iuriſdictioni Mag. Cur. Vic. & Ego pro Marchione Illiceti contrà Principem Conchæ fundaui partem affirmatiuam, adeò vt contrà ipſum, & vnumquenquè ipſorum poſſint preſentari, & liquidari inſtrumenta via ritus in ipſa M.C.V. per infraſcriptas rationes, vt ex infraſcriptis Allegationibus, quæ inſeruntur.

Princeps Conchæ prætendit, ſe tanquàm Magnũ Admiratum non eſſe ſubditum iuriſdictioni Magni Iuſtitiarij, & ſic M.C.V. & proindè liquidationem inſtrumenti contrà ipſum factam in dicta M.C. ad inſtantiam Alexandri Raymundi Balij Marchionis Illiceti nullitèr proceſſiſſe, ea ſcilicèt ratione, quia
3 Tribunal ipſius Admirati non eſt ſubiectum, aut ſubordinatum Tribunali M.C.V. ſed eſt ei æquale, & decoratur eodem titulo Magni, nàm appellatur M. C. Admiratiæ, quemadmodùm M.C.V. & ſi eſt Tribunal æquale ſuccedit regula iuris vulgata, quòd par in parem non habet imperium.

Sed ritutudinem, & iuſtitiam liquidationis iam factæ pro creditore tuendo, cenſeo, hanc prætenſionem tanquàm exorbitantiſſimam in hoc Regno eſſe penitùs refellendam.

Dixi, ritutudinem, quia ordo iudicij repugnat, vt
4 debitor aduerſus liquidationem nedùm iam factã, prout eſt in caſu noſtro, ſed adhùc pendentem opponere poſſit aliquam exceptionem, niſi in vinculis, vel facto depoſito, etiam ſi eſſet exceptio incompetentiæ Iudicis, vt in ſpecie tradidit *Caraut. rit. 166. num. 74. verſ. tu autem*, quę ſi rectè procedunt in alijs debitoribus, multò fortiùs procedunt in Principe Conchę, qui cùm affluat rot opibus, & ſit potens opere, & ſermone, poteſt facilimè depoſitare quantitatem debiti, & ſic adimplere formam tàm tenacitèr à iure requiſitam.

Dixi, iuſtitiam, quia M.C.V. eſt Iudex ordinarius
5 totius Regni, nulla quauis perſona excepta, in quantùmuis dignitatis culmine conſtituta, vt eſt præcisè ſtatutũ tàm in *Conſt. Statuimus, vt Magnæ*, & in *Cõſt. Mag. Cur. noſtræ*, quàm in *Rit. 46.* incip. *In primis et ibi Caraut. n. 16.* vbi expreſsè in *tex.* includũtur Comites, Marchiones, Duces, & Principes, & ẽt ſi eſſet vnus dè ſeptẽ officijs Regni, prout eſt ipſe Magnus Admiratus, ità in ſpecie tradit *Affl. in d. Conſt. Statuimus, n. 3.* vbi in ſpecie infert ad Magnum Admiratũ & ad alia ſeptem officia, & in *cap. Regni* incip. *Inuĩ-*

xit nobis, verſ. in primis, ſtatuitur expreſsè, quòd
6 Magiſter Iuſtitiarius poſsit cognoſcere de omnibus cauſis, de quibus cognoſcit Regia Maieſtas, vel eius Primogenitus, qui erat Vicarius.

Nec obſtat, quòd ipſe tanquàm Magnus Admiratus habeat parem iuriſdictionem cum Magiſtro Iuſtitiario, & ſic cum M.C.V. Nàm hoc verum eſt in
7 his, quæ concernunt officium Magni Admirati; in alijs verò, in quibus agitur, non de iuriſdictione, & officio, ſed de perſona, & bonis ipſius Principis, vtiq; non poteſt negari, quin vti Princeps Conchæ ſit omninò ſubditus iuriſdictioni M. C. V. quæ (vt dixi) eſt Iudex ordinarius omnium in Regno, ex dictis per *Ancharan. in cap. ſanè, lo ſecondo, extrà de offic. deleg.*
8 vbi ait, quòd licèt Delegatus Principis habeat eandem præheminentiam, quam habet ipſemet Princeps, tamen hoc eſt verum quòad cauſam ſibi delegatam, & ad connexa, ſecus ſi extrà illam cauſam vocaretur in iudicio, & delinqueret, ſeù alius ſibi iniuriam irrogaret, quia non cenſebitur in hoc maior, ſed vt Priuatus, & *Ancharan.* ſequitur *Corſet. in repet. cap. grandi, num. 163. de ſuppl. neglig. Prælat. in ſexto*, per *text. in l. ſed ſi hac, §. ſi. ff. de in ius voc.* Nec
9 illa ſuperueniẽs qualitas dignitatis, ſiuè officij illum liberat à iuriſdictione Ordinarij, prout ſunt iura ſatis aperta de iure communi in *l. 2. C. vbi Senat. vel Clariſſ. & in l. Curiales, qui honorariam*, C. *de Decur. lib. 10.* vbi *Ioan. de Plat. num. 1.* in ſpecie colligit notabile, quòd licèt aliquis cõſequatur aliquam dignitatem, nõ propterea liberatur à iuriſdictione ſui Iudicis, & illud idem notat *ibid. Iac. Rebuf. n. 1.* inquiens ſecundùm *Dyn.* quòd dignitas ſuperueniens nõ eximit quem à iuriſdictione ſui Iudicis ordinarij.

Facit *tex. in l. Senatores ff. de Senatorib.* vbi dicitur,
10 quòd dignitas, domicilij potiùs adiectionem dediſſe, quàm permutaſſe videtur.

Id ipſum probatur in *cap. per tuas, extrà de maior.*
11 *& obed.* vbi dignitas collata per Papam Subdiacono, non eximit eum ab obedientia, & iuriſdictione ſui Ordinarij, & *Bald. ibi in princ.* notat, quòd licèt quis honoretur à Principe, nõ tamen eximitur à ſui Ordinarij poteſtate, & licèt *gloſſ. ibi* dubitet, nùm ſi hic delinquat, poſſit eum deponere Ordinarius à dignitate collata per Papam, & communis opinio ſit, quòd non, niſi data notitia Papæ, *Abbas* verò, & *Felin.* tenent contrarium, quos ſequitur *Aufrer. ad Capell. Tholoſ. q. 292. Bellemer. in d. cap. per tuas, nu. 1.* hoc in caſu noſtro nihil obſtat, etiam attenta communi opinione. Nàm hæc quæſtio tunc eſt admit-
12 tenda, quando ageretur de priuando Magnum Admiratum eius officio, & dignitate propter delictum, & tunc fateor, quòd M.C.V. non poſſet illum priuare, non data notitia Regi, ſed quoticſcunquè non tangitur officium, & dignitas, tunc non poteſt dubitari, quin remaneat ſubditus in omnibus extrà officiũ Iudici ordinario, qui eſt M.C. per iura prædicta.

Non eſt enim nouum in iure, vt quis poſſit dici
13 maior, & æqualis diuerſis reſpectibus, iuxtà *gloſſ. in canon. quæritur 2. q. 7.* quæ allegat *cap. quanquàm, eadem cauſa, & quæſt. & canon. perlectis 25. diſtinct.*
14 Quo fit, vt licèt Rector ſtudij ſit maior Epiſcopo, qui eſt Scholaris in ſtudio, tamen in alio loco extrà ſtudium eſt minor, *Panorm. in cap. auditis, col. 3. de elect. Felin. in rubr. de maior. & obed.* & eodem modo
15 licèt filius, qui ſit Epiſcopus teneatur in domo facere reuerentiam patri, tamen in Eccleſia præeſt patri. *Hoſtienſ. in cap. indecorum, de etat. & qualit.* immò eſt *tex. in can. in nouo teſtamento 21. diſt.* vbi expreſsè dicitur, quòd licèt *Petrus*, & cæteri Apoſtoli pari
16 conſortio honorem, & poteſtatem à Domino receperunt, tamen *Petrus*, quem ipſorum Principem eſſe voluerunt, fuit maior alijs in adminiſtratione, vt *gloſ. ibi in verb. pari*, optimè declarat, & tradunt plures relati à *Domino Ioan. Baptiſta Valenzuela* olim Regio Conſiliario, deindè Regente Regiam Cancellariam Neapol. & Supremi Senatus Italiæ apud Catholicam Maieſtatem, poſtmodùm promoto ad Regium Conſilium Regnorum Caſtellæ, & Legionis, nouiſſimè Gubernatore, ſeù Præſide Conuentus Iuridici Regiæ Cancellariæ Granatenſis, viro integerrimo, & eximiæ eruditionis in *defenſione monitorij Romani Pontificis contra Venetos. par. 6. n. 132.*

Hinc fit, vt Regula prædicta, quòd par in parem
17 non habet imperium, procedat quandò paritas eſt in adminiſtratione, nõ autem quandò paritas eſt in dignitate tantùm, nàm tunc etiam æqualis punit ſibi æqualem in propria iuriſdictione, vt eſt particularis *tex. in l. 2. in fin. C. ne liceat poteſt.* per quem *text.* ità in indubitato declarat hanc regulam *Bart. in l. fin. in fi. ff. de rer. diuiſ.* poſt *Gulielm. de Cun. ibi*, quem refert, & ſequitur *Bal. in cap. 1. in fi. qualit. debeat iurar. vaſall. fidel. domin. vſib. feud.*

Vndè cùm in caſu noſtro Magnus Admiratus di-
18 gnitate tantùm ſit æqualis cum Magiſtro Iuſtitiario, & M.C.V. non autem adminiſtratione, ceſſat prædicta regula, quòd par in parem non habet imperiũ, & ſucceſſiuè Magiſter Iuſtitiarius, & M.C.V. poterunt cognoſcere de omnibus cauſis ipſius Principis tangentibus eius perſonam, & bona, non autem officium.

Quòd autem Magnus Admiratus non ſit æqualis
19 adminiſtratione cũ Magiſtro Iuſtitiario, in promptu eſt, quia iuriſdictio Magiſtri Iuſtitiarij eſt ordina-
20 ria in toto Regno reſpectu omnium in vniuerſo. Iuriſdictio verò Admirati eſt reſtricta ad certum genus perſonarum, dempè illorum, qui viuunt ex arte maris, teſte *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. titul. de offic. Admirati, num. 1.* & propterea etiam in dignitate il-
21 lum præcedit Magiſter Iuſtitiarius, teſte eodem *Frecc.* eod. *lib. 1.* vbi in ſecundo ordine ponit Magiſtrum Iuſtitiarium, & in tertio Admiratum.

Item ex alia ratione prædicta regula nõ procedit in caſu noſtro, etiam ſi Magnus Admiratus haberet æqualem, & parem iuriſdictionem, & adminiſtrationem cũ Magiſtro Iuſtitiario, quia ipſe non poſſet cognoſcere de hac cauſa contrà ſe ipſum, quia obſtat
22 regula, nè quis iudicet in cauſa propria, & de iure, etiam in habentibus æqualem iuriſdictionem, ſi venit caſus, in quo alter eorum eſſet inhabilis, tota iuriſdictio deuoluitur ad alterum habilem per ius accreſcendi, ità *Bal. in l. 1. in fin. nu. 42. verſ. duodecimo*, C. *quand. non petent. par.* quem ſequitur in terminis *Capyc. dec. 27. nu. 21.*

Et demùm ceſſat omninò regula prædicta in caſu noſtro, in quo Princeps Conchæ poſt adeptum officium Magni Admirati contraxit per inſtrumẽtum liquidum ad inſtantiam dicti Alexandri, ſubmittendo ſe expreſsè iuriſdictioni M.C.V. & liquidationi
23 per eandem faciendæ, & de iure eſt indubitatum, quòd nedùm æqualis, ſed etiam maior poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni ſui æqualis, & etiam minoris, ità vt poſsit in eum ius dici, vt eſt *text.* ad literam in *l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ibi Bart. Bald. Angel. Caſtrenſ. Alexan. Iaſ. Dec. & in l. Ille, à quo, §. tempeſtiuum. ff. ad Senatuſcõſ. Treb.* & alij, quos refert, & ſequitur *Schrad. de feu. to. 2. p. 10. ſect. 1. n. 42.* vbi ampliat etiam in ſubmiſſione tacita. Hæc reſpectu ſeptem officiorum dixiſſe ſufficiat.

RE-

RERVM MEMORABILIVM.

23 *Titulati refutantes feuda eorum filijs primogenitis an retineant eorum dignitatem, & prærogatiuam Tituli,quem refutauerunt.*

25 *Monachus promotus in Abbatē alicuius Monaſterij, ſi renuncies adminiſtrationi ex cauſa honeſta, adhuc habebit primum locum in Choro,& in Capitulo poſt Abbatem in memoriam priſtinæ dignitatis.*

26 *Seruus nō poteſt torqueri in caput eius, qui olim fuit ſuus Dominus.*

27 *Decurio non poteſt torqueri in memoriam prioris dignitatis.*

28 *Titulatus refutans feudum cum titulo,habebit primū locum,& vocem poſt Titulatos inter non Titulatos, & quare.*

29 *Epiſcopus licèt renunciando loco, & dignitate priuetur, tamen retinet aliquid priſtinæ dignitatis cùm poſſit Ordines etiam maiores conferre.*

30 *Epiſcopus, qui antè promotionem erat de Religione Mendicantium, à qua ob Epiſcopalem dignitatem fuit liberatus,ſi renunciat, non reuiuiſcit ſub Religione Mendicantium.*

31 *Mulier ingrediens Monaſterium cum conſenſu viri,licèt ſit omninò ſeparata à viro, & matrimonio cum viro contracto renūciauerit, tamen retinet titulum, & denominationem viri.*

32 *Comes,vel Dux licèt ſit Comitatu, vel Ducatu priuatus,durante tamen vita retinet nomen, & vocatur Comes,& Dux.*

33 *Dignitatem deponēs & ad priuatum ſeceſſit vitam, retinet dignitatis effectum,& præfertur cæteris paribus.*

34 *Præcedentia ordo in ſedibus, & conſeſſu inter Præfectos Pratorio,& Vrbi etiam poſt depoſitam Præfecturam ſeruatur.*

35 *Prælatio in ordine,& conſeſſu omnibus,qui dignitate aliqua decorati poſteà meruerint miſſionem ab illa, conceditur,ac etiam inſignium retentio.*

36 *Præcedentiæ ordo ſeruatur inter actu habentes exercitium dignitatis, & illos, qui eam depoſuerunt, & quomodò.*

37 *Dignitatem ſi quis mutauerit, abdicauerit, depoſuerit, vel cū alia dignitate poſteà vſus ſit,non perdit prioris militiæ nomen.*

38 *Dignitate finita durat priuilegium ipſius.*

39 *Dignitate finita remanent reliquæ ipſius vitæ durante, & in quibus conſiſtant dictæ reliquiæ.*

40 *Dignitate finita remanet effectus illius, nempè honor, & prælatio honoris & n.41.*

42 *Titulum,& ſplendorem dignitatis,etiam depoſita dignitate volens retinere poteſt.*

43 *Dignitatem deponentes,adhuc illam retinent,propter cuius retentionem competit prælatio.*

44 *Comites poſt depoſitam adminiſtrationem, etiam dignitatem retinent.*

45 *Dignitatem illuſtrem qui ſemel adeptus eſt, poſt illam depoſitam adhuc illuſtris dicitur.*

46 *Aduocationis officium deponens adhuc Clariſſimus appellatur.*

47 *Refutantes feudum cum titulo,vt ſupra, nam poſſunt ſe ſubſcribere per nomen dignitatis depoſitæ, vel ab aliis ſic nominari,vel eidem inſcribi, et n.50.51.*

48 *Retinere,verbum, priſtinam poſſeſſionem continuare præfert,eum retentio propriè ſit ipſa naturalis, et actualis poſſeſſio.*

49 *Subſcriptio eſt cuiuſque nominis per ſcripturam facta expreſſio.*

51 *Titulatos duos eiuſdem tituli admittere non licet à principio,licet ſit ſecus ex poſt facto.*

54 *Conſuetudine aliquid introductum,etiam ſi eſſet vſurpatum,debet obſeruari.*

55 *Legis immemorem vim non obtinent ea, quæ de antiquitatis more, aut maiorum traditione ex non ſcripto recepta ſunt, quàm quæ ex iure ſcripto proueniunt.*

56 *Clerici non comprehēdantur appellatione vaſallorum, & ſubditorum Regis,remiſſiuè.*

24 REſpectu verò Titulatorum aliàs incidit controuerſia ſatis illuſtris in hac materia,& non contemnenda, quia commota fuit vniuerſa Ciuitas, ſiquidem nonnulli Titulati in hoc Regno ſolēt in vita ipſorum refutare feuda,quæ poſſident,vnà cum Titulis, quibus decorantur, eorum filijs primogenitis, non titulo donationis, quæ dicitur ex nunc pro tunc ſequuta morte,ſed ea refutatione,quæ dicitur pura,& ſimplex, ità vt facta refutatione, eorum filij refutatarij efficiuntur veri Domini, & poſſeſſores feudorum refutatorum,& gaudēt omnibus honoribus, & prærogatiuis, quibus gaudent cæteri conſimili Titulo, & dignitate decorati, & tali refutatione nō obſtante etiam refutantes ipſi retinēt eorum dignitatem,& prærogatiuam Tituli, quem refutauerunt, ità vt & ipſi eodem dignitatis Titulo ſe ſubſcribāt, & nominant,& ab aliis nominentur voce,& in ſcriptis,& præcedant quoſcunquè alios Barones nō Titulatos,& ità ſempēr fuit obſeruatum in hoc Regno abſquè controuerſia. Non defuit tamen, qui ſibilaret auribus Potentiſſimi Regis noſtri,quòd hæc eſſet maxima corruptela,& praua conſuetudo,& propterea extirpanda. Quò factum eſt, vt Sacra Maieſtas dederit in commiſſis Excellentiſſimo D. Ferdinando de Caſtro Comiti Lemenſium tunc in Regno Protegi, quòd de prædictis ſe informaret, & adhibito voto Circumſpecti D. Petri de Vera ab Aragonia tunc S.R.C. Præſidis,conſuleret Suam Maieſtatem,quid in hoc negotio expediret;propter quod requiſitus Ego ab his refutantibus, ex infrascriptis fundaui,hanc conſuetudinem fuiſſe,& eſſe iuri conſonam,& propterea perpetuò obſeruādam.

Primò id mihi probat ad viuum concluſio firmata apud *Canoniſtas* omnes à nēmine, quem viderim, 25 oppugnata,quòd ſi Monachus promotus in Abbatē alicuius Monaſterij, renunciet adminiſtrationi ex cauſa honeſta, licèt remaneat priuatus Monachus, prout erat antè aſſumptam dignitatem, tamen quòd ad locum,& vocem in Capitulo non reuocetur in cauſam ſuam, ſed habebit primum locum in Choro, & in Capitulo poſt Abbatem in memoriam priſtinæ dignitatis. Ità poſt diſputatum articulum ad partes reſoluit *Feder.de Sen conſ.5.col.3.in fin. verſ.in quarto quæſtionis*, & iterùm *conſ.19.num.6.verſ.ſed poſito*, & *verſ.ſed videtur,quòd neutrum*, vbi teſtatur, quòd ità ſeruat conſuetudo, & idem atteſtatur in *finalib. verbis* eiuſdem *conſilij*, hunc ſequuti ſunt *Ioan.de Lignamine clem.1.de ſtat.monach. & in clem.1.de regulár.* inſerēdo formalia verba *Federici*, eius tamen nomine penitus ſuppreſſo,ſequitur *Imol.in d.clem.1. de ſtatu monach.num.46.in fin.* vbi atteſtatur, quòd ità ſeruat conſuetudo,& iterùm in *d.clem.1.in fin. de regular.* & poſt eum *Felin.in cap. quæ in Eccleſiarum*, & *l.extrà de conſtitu.Purpur.in l.1.n.67 ff.de off eius*, cui mand.eſt iur.*Caſſan.in Catalog. glor.mund. par.4. conſid.34. Iacobat.de Frāchis in prælud.ad vſus feu.n.17.* Mouentur diuerſis iuribus, ſed ptæ cęteris inſtā-

ſcrip-

ſcriptis ad hanc materiam notabilibus, videlicèt *Lvnus.§.ſeruus.ff.de quæſtion.* vbi ſeruus non poteſt
26 torqueri in caput eius, qui olim fuit ſuus Dominus in memoriam prioris domini, *l.fin. ff.de decurion.* vbi
27 is, qui deſijt eſſe decurio, nó poteſt torqueri in memoriam prioris dignitatis.

Ergò eodem modo Baro effectus Titulatus poſt
28 refutatum feudum cum Titulo, licèt redeat in cauſam ſuam exeundo de cœtu Titulatorum, ſamen inter non Titulatos habebit primum locum, & vocem poſt Titulatos in memoriam priſtinæ dignitatis.

Ratio eſt, quia illa dignitas ſemel acquiſita quantùmuis renuncietur non poteſt talitèr adimi, quin aliquæ reliquiæ refulgeant ſuprà alios, qui dignitatem illam nunquàm adepti fuerunt.

Hinc eſt, quòd Epiſcopus licèt renunciando loco,
29 & dignitati, remaneat priuatus, retinet tamen aliquid priſtinæ dignitatis, quia poterit ordines etiam maiores cõferre, & ordinando caracterem imprimit, licèt ſine exequutione, *text.* eſt ad literam in *cap.1. extrà de ordin.ab Epiſcop qui Epiſcop. renunc.* vbi id expreſſim notant *Innocent.in verb. exequutionem.*, *Ioann.Andr.num.2.in verb.in ipſis. Hoſtienſ.num.3. in verb.exequutionem*, & *Abb.notab 3. verſ.& nota argumentum.*

Et licèt Epiſcopus antè promotionem ad Epi-
30 ſcopatum eſſet de Religione Mendicantium, à qua fuit liberatus per Epiſcopalem dignitatem, tamen poſt illam renunciatam non dicitur remanere ſub Religione Mendicantium, proùt erat anteà, ſed remanet liber, & conſecratus, proùt erat tempore retentæ dignitatis, ità pulchrè docet *Bonif. in clem.1. n.83.& 84.de regular.*

Hinc etiam fit, quòd licèt mulier ingrediens Mo-
31 naſterium cum conſenſu viri ſit omninò ſeparata à viro, & matrimonio cum viro cõtracto renunciauerit, tamen retinet titulum, & denominationem viri, *Lap.alleg.129 num.6.19.& 26.* ſequitur *Pariſ. de reſignat.benef.lib.6.quæſt.1.num.64.* Et in ſpecie, quòd
32 Cõmes, vel Dux, qui habuit Comitatum, vel Ducatum, & illo fuit priuatus, durante vita retineat nomen, & vocetur Dux, vel Comes, voluit *Andr. in cap.1.num.2.in fin.de feud.Marchiæ*, dùm ait, hos deposita adminiſtratione poſt tempus officij vocari Marchiones, Duces, & Comites, eò quòd remaneat vocabulum finita dignitate quòad adminiſtrationẽ, & clariùs *Affl.ibid.num.13.* vbi inquit, id facere pro Comitibus noſtri temporis, qui non habent Comitatum, & vocantur Comites, & adducit *text.in l.2. C.de primic.lib.12.* & in *l.3.C.de dignit.* eod.*lib.* ad idẽ confert dictum *Andr. in rubr. quæ ſint regal. num. 69. Hippolyt. de Marſil. ſingul.107. Boer. de author. magn.conſ.num.110. Gratian.diſcept.934.num.17.* & *18.* cum *ſeqq.*

Secundò ſi hæ authoritates deficerent, non, hercle, deficient iura quæ ad hanc dirimẽdam quęſtionem videntur mihi particularitèr condita.

Videatur ergò in primis *text.in l.1.* & *2. C.de*
33 *Præf. Prætor. lib.12.* vbi ad literam diſponitur, quòd hi, qui poſt depoſitam dignitatem ad priuatam ſeceſſerint vitam, retinent effectum dignitatis, vt prę ferantur cæteris paribus.

34 Secundò *text.in l.1. C de Præp.ſac.cub.* eodem *lib.* vbi ſtatuitur, ſeruari ordinem præcedentiæ in ſedibus, & conſeſſu inter Præfectos Prætorio, & Vrbi etiam poſt depoſitam Præfecturam.

Tertiò *text.in l.fin.C.de priuileg.eor.qui in ſac. pa-*
35 *lat.* eodem *lib.* vbi conceditur prælatio in ordine, & conſeſſu omnibus, qui dignitate aliqua inſigniti poſteà meruerunt miſſionem ab illa, & eſt notabilis hic *text.* quia conceditur etiam inſignium retentio, & idem probat *text.in l.eam legem, C.de excuſat.mu-ner.lib.10.*

Quartò *text.in l.2.C.vt dignit.ordo ſeruet.* eod.*lib.*
36 vbi ex profeſſo ſtatuit *Imper.* ordinem præcedentiæ ſeruandum inter actu habentes exercitium dignitatis, ac illos, qui eam depoſuerunt, quos vacantes vocat, & alios, qui ex priuilegio honorati ſunt dignitate, ſed eam non actu exercuerunt, quos honorarios appellat, & primum locum concedit actu exercitium dignitatis habentibus. Secundum verò immediatè vacantibus, ecce igitur, quòd *text.* hic non ad alium finem conditus eſt, quàm ad ſedandam hanc præcedentiæ controuerſiam.

Quintò *text.in l.1.C.de primic.lib.12.* vbi in ſpecie
37 dicitur, quòd ſi poſitus in dignitate aliqua, illam mutauerit, vel abiecerit, aut depoſuerit, ſeù cùm alia dignitate poſteà vſus ſit, nó amittit vocabulum prioris militiæ.

Ex quibus iuribus colligunt *DD.* hæc notabilia in hac materia, ſ. licèt

38 Quòd finita dignitate durat priuilegium dignitatis. *Andr.de Barul.in l.2.C. de Præfect. Prætor. lib. 12.num.1. Iacob. Rebuff.ibidem, num.1.* & iterùm in *l.1. num.1. verſ. item nota, C.de Præpoſ. ſacr. ſcrin.* eodem *lib.*

Quòd finita dignitate remanent reliquię dignita-
39 tis vita durante, quæ conſiſtunt, vt debeatur reuerentia, & prælatio in incedendo, & ſedendo, loquendo, decernendo, & ſimilibus, *Io.de Plat.in l.1. num.1. C.de Præpoſ. ſac.cubic.* eod.*lib.*

Quòd finita dignitate remanet effectus dignita-
40 tis .i. honor, & prælatio honoris, idem *Io. de Plat. in d.l.2.n.2.C.de Præfect.Prætor.*

Nec dicatur, quòd hæc rectè procedunt quòad
41 præcedentiam tantùm, non autem quòad retentionem nominis dignitatis, cùm de his ſuprà relatis nullus faciat mentionem de retentione nominis, nè vt ceſſent omnes latratus, videantur, quæſo, *Io.de Plat.in d.l.1 num.2. verſ.retinent enim, C de Præpoſ. ſacr.cubic.& ibidem Iacob.Rebuff.* antè *fin.* Nam hi ambo ad literam dicunt, quòd retinent nomen, honorem, & priuilegia dignitatis, & iterùm *Io.de Plat. in l.1.n.4.C.de primic.lib.12.*

Sed non eundo per mendicata ſuffragia, videa-
42 tur, quæſo *text.in terminis terminantibus*, loquitur enim in ſpecie de Titulo dignitatis retinendo poſt depoſitam dignitatem in *l.bis quidẽm*, alias *eos quidẽm*, quæ eſt *lex quinta, §.ſciturus, C.qui militar. poſſ. lib.12.* iuncta *gloſ.in verb.quem*, diſponitur namquè ibi, quòd ſi aliquis in dignitatis gradu conſtitutus aſſecutus fuerit dignitatem maiorem, quam poſteà depoſuerit, licentiam habeat, vel redire ad priſtinã dignitatem, derelicto pẽnitùs Titulo nouæ dignitatis, vel retinere ſplendorem, & Titulum nouæ dignitatis quantùmuis depoſitæ, prima dignitate in potum amiſſa. Ecce igitur, quòd per hunc *text.* expreſsè ſtatuitur, vt is, qui vult retinere Titulum, & ſplendorem dignitatis, etiam depoſita dignitate, poſſit retinere, & ſic eſt *text.* decidens quæſtionem in terminis.

Tertiò, & vltimò, ſi & authoritates, & iura deeſſent, non tamen deficiunt rationes palpabiles, quibus id ipſum concludentiſſimè probatur.

Prima igitur ratio eſt, qui hi licèt depoſuerint di-
43 gnitatem, illam tamen adhùc retinent, & propter illius retentionem competit prælatio, ità *Odoffred.in*

l.1.

l.1.& 2.Cod Præfect.Prætor.lib.12.& Io.de Plat. in *fin.l.2.* aterùm *Odoffred.in l.1.C.de Præpoſ.ſacr.cubic.* eodem *lib.*& quòd retineatur dignitas, aperte probatur in *l.1.C.de Conſulibus,lib.12.*qui loquitur de Conſularibus,& ſunt 13 Conſules, qui depoſuerunt adminiſtrationem,vt *Ioa.de Plat.ibi num.2.in fi.* vbi declarat,& præſupponit, quòd adhùc habeant dignitatem,ibi *vno,eodemque genere dignitatis*. Item probatur in *l.1.C.de Comitibus*, *qui Prouincias re-*
44 *gunt*,eodem *lib.* vbi Comites poſt depoſitam adminiſtrationem,etiam dignitatem retinent.

Secunda ratio eſt,quia is, qui ſemel illuſtrem di-
45 gnitatem adeptus eſt, etiam vacans poſt illam depoſitam adhùc illuſtris dicitur, vt pro indubitato præſuppoſuit *Odoffred.in Omnes priuilegia,num.5.C. vt dignit.ord.ſeruet.lib.12.* & probatur manifeſtè in *d.Ihis quidem,§.ſcituris*,vbi dicitur, quòd retinetur ſplendor dignitatis,& ab hoc ſplendore deriuantur omnes gradus enumerati per *Doct.*in d.*l.1.ff.de offic.*
46 *eius*,& qui depoſuit officium Aduocationis adhùc Clariſſimus appellatur,vt tradidit *Purpur.* in d.*l.1. nu.66.ff.de offic.eius*,& probatur expreſsè in *l.1.C.de Aduoc.diuerſ. Iud.*

Ergò ſi etiam depoſita dignitate dicuntur Illuſtres,perneceſſe ſequitur,quòd debent præferri cæteris,qui nullùm dignitatis gradum habent, aut habuerunt,ex traditis per *DD.*in *l.1.ff.de offic.eius.*

Concludo itàq; ex prædictis, hanc præcedentiam cum retentione nominis dignitatis omni iure deberi prædictis Titulatis,etiam poſt refutationem feudi cum ipſo Titulo.

Nequaquàm dicatur,quòd licèt ex his propetur,
47 retinere nomen dignitatis depoſitæ cum prælatione in locis,& conſeſſu,vt ſuprà, non tamen ex his infertur,quòd in actibus tàm publicis, quàm priuatis poſſit is ſe ſubſcribere per nomen dignitatis depoſitæ,& quòd à Regijs Miniſtris,vel ab ipſomet Rege ſit iure ei debita inſcriptio, ſeù nominatio ſub eodem nomine dignitatis,quaſi quòd ex hoc ſequeretur,quòd eiuſdē feudi vno,& eodem tempore eſſent duo Titulati eodem Titulo, & ſic vnum corpus haberet duo capita,quod tàquàm monſtruoſum eſt à iure reprobatum,vt in *c.quoniàm in pleriſq; extr.de offic.Iud.ord.gloſ.*in *l.1.C.de metropol Berit.lib.11.*

Nàm ſi verum eſt,proùt ſuprà verisſimum eſſe demonſtraui,quòd huiuſmodi Titulatus adhùc refutato feudo cum Titulo retinet nomen, & inſignia eiuſdem Tituli ſua vita durante, vtiq; neceſſariò ſequitur,quòd talis retentio operetur, vt poſſit ſe appellare,& ſubſcribere eodem nomine, & Titulo dignitatis,& quòd ab alijs ità debeat appellari, & nominari voce,& in ſcriptis,ſiquidèm illud verbum
48 *retinere*,idem importat, quòd priſtinam poſſeſſionem continuare,vt probatur in *l.licèt.& l.nec ex vero,C.de acquir.& ret.poſſ.l.1.§.taceat,C.de rei vxor. actt.*immò retētio proprie eſt ipſa naturalis,& actualis poſſeſsio,*l.apud antiquos*,per *totam*, & ſignanter in *fin.ſi autem deſinat*, *C.de furt.et ſeru.corrupt.*
49 & ſubſcriptio nil aliud eſt, quàm ſui cuiuſquè nominis per ſcripturam facta expreſsio,vt eſt *text.* in *l. iubemus,§.quod ſi non fuerit,in fi.C.de teſtam.*tradunt *Doctores* in *l.ſi ità ſtipulatus*, *§.Chryſogonus, ff.de verb.obligat.* & propterea ſi huiuſmodi Titulatus
50 non poſſet in eius ſubſcriptione nomen ſui Tituli, ſiuè dignitatis exprimere, proùt faciebat antè depoſitam dignitatem,non eſſet,in quo operari poſſet illa Tituli, & dignitatis retentio de iure ſibi conceſſa,& propterea aut eſſet omninò prohibenda retentio huiuſmodi nominis, ſiuè Tituli dignitatis, aut dùm hæc prohiberi non poteſt, quia à lege conceditur, in neceſſariam conſequentiam eſt eidem concedenda ſubſcriptio per nomen Tituli,& dignitatis depoſitæ, tanquàm effectus conſequutiuus illius retentionis,immò ſine quo ille actus poſſeſſiuus retentionis explicari non poteſt,*l.2.ff.de iuriſd. omn. Iud.l.qui Procuratorem,ff.de procurat.* cum ſexcentis concordantibus.

Ad cuius dicti confirmationem ponderètur, quæ-
51 ſo,denuò ille *text.*in d.*Ihis quidèm,§.ſcituris*, C.*qui milit.poſſ.lib.*12.qui ni fallor,ponit gladium ad radicem in hac materia,nàm dùm *tibi Imperat.*dat facultatem retinendi ſplendorem, & Titulum dignitatis maioris depoſitæ, non dat huiuſmodi retentionem ſimplicem abſquè fructu,& effectu,ſed comparatiuè,ſiuè electiuè ad aliam priorem dignitatem minorē,vt ſcilicèt ſit in eius electione,vel redire ad priorem dignitatem minorem, quā omiſerat per acquiſitionem maioris ſuperuenientis,poſthabita nedùm adminiſtratione,ſed etiam Titulo maioris de nouo quæſitæ,vel retinere Titulum tantùm, & ſplendorē nouæ dignitatis abſq;adminiſtratione,& priori omninò cedere,at in caſu,quo vellet redire ad priorem dignitatem, non eſt dubium,quòd illam recuperaret cum eius totali effectu, tàm nominis retentionis,quàm etiam adminiſtrationis, vt in eodem *text.* probatur,ibi,*aut in priori cingulo protinùs perſiſtendi*, ergò ſimilitèr in caſu,quo elegerit ſecundam,ſi retinet tantùm Titulum,& ſplendorem ſecundæ dignitatis maioris abſq; adminiſtratione, talis retentio debebit operari ſuum effectum,qui in eo tātùm,vt à ſemetipſo,& ab alijs illo Titulo denominari poſſit, & debeat,conſiſtit, aliàs enim hæc retentio Tituli, & nominis dignitatis cum ſplendore coniuncta tàm ſolertèr ab *Imperatore* introducta remaneret inanis,& vacua,& prorsùs infructuoſa, quod non eſt permittendum,iuxtà *text.*in *l. Dominus.& ſtamento, ff.de cond.indeb.l.1.§.dixerit aliquis, ff.de publican. l. hæ ſtipulatio,§.Dinus,ff.vt legat.nom.caueat.*

Et eadem ratione non poterit ei talis inſcriptio
52 ab ipſo Rege,& alijs Miniſtris in illius denominatione denegari,nā ſi ei debetur,vt ſuprà oſtenſū eſt, fieret ſibi iniuria,ſi ei denegaretur,ex his,quæ dixit *Bart.in l.1.§.permittitur ff.de aqu.quot.et æſtiu.*

Neq;obſtat,quòd admittere duos Titulatos eiuſ-
53 dem Tituli eſſet monſtruoſum ad inſtar animalis habentis duo capita, nàm hoc eſt verum à principio,vt ſcilicèt à principio non poſſit dari vna,& eadem dignitas duobus,ſecùs tamen ex poſt facto, nā ex poſt facto toleratur,vt eadem dignitas vni conceſſa deueniat ad plures, vt declarat *Aluar.in cap. 1.§.fin.num.2.* propè *fin. de feud.alien. Soc.conſ.68. num.22.vol.1.*repetito in *conſ.165.lib.2.* quod tanto magis tolerari debet in hoc caſu,vbi caput hoc cōſiſtit in nomine tantùm abſq; officio capitis.

Immò dico vnum, quod eſt fortius, vt ſcilicèt
54 etiam ſi hoc de iure non procederet, proùt legitimè procedit,tamen cùm hoc ſit conſuetudine introductum,etiam ſi eſſet vſurpatum,debebit obſeruari, proùt probat *text.*ad literam in d. *cap. 1. §.fin.de alien.feud.*qui propriè loquitur de conſuetudine introducta circà huiuſmodi dignitates, quæ quidèm conſuetudo etiam immemorialis in caſu noſtro non deficit,proùt in promptu conſtat ex fide Regij Magiſtri Cęremoniarum,& plenius ſuo tempore offertur probanda.

Nec minorem vim legis obtinent ea,quę de anti-
55 quitatis more,aut maiorum traditione ex non ſcripto recepta ſunt,quàm quæ ex iure ſcripto prodire

noſcuntur, *I pergit*, C. *de ſepulchr. violat. l.* 1. C. *de nili ageribus non rump. lib.* 11. Ex his prætenſio aduerſariorum euanuit, *Regens Conſtantius in l.* 1. *num.* 40. C. *de conſulibus.*

Hodie tamen numerus Titulatorum adeò creuit, & in dies creſcit in hoc Regno, vt valdè verear, nè de illorum authoritate contingat id, quod deplorat de dignitate Comitali ſua tempeſtate *Luc. de Pen. in rubr.* C. *de Comitibus Conſiſtor. lib.* 12. & nos de pluribus deplorari videmus hac noſtra tempeſtate.

Quatènus in *§. item, che queſto, &c.* diſponitur, hanc formam eſſe obſeruandam, etiam in literis, quę ſcriberentur perſonis degentibus extrà Regnum, quatènus tamen ſint vaſalli ſuæ Maieſtatis, poſſet
§6 dubitari, an Clerici comprehendantur appellatione vaſallorum, & ſubditorum Regis? & *Aluar. Valaſc. conſult.* 100. probat, quòd ſic, ſed vide *Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.* 44. *num.* 5 *part.* 1. dicentem, non eſſe ſubditos, ſed obligari litigantes ad ordinem iudiciorum. *Caſſan. in Conſuetud. Burgund. rubr.* 13. §. 5. *in princ.* dicit, appellatione Nationis venire Clericos, & pro bono publico in ſtatuto appellatione habitantium Clericos contineri.

RERVM SVMMA.

§7 *Titulum Comitis, Marchionis, vel alium maiorem filius ſi à Rege impetrauerit ſuper feudo ſibi à patre in vita refutato, & deceſſit abſq; filijs, ſuperſtite ſibi eodem patre, & alio fratre, vel ſorore, quis ſuccedet in dicto feudo, frater, vel ſoror, vel idem pater, qui refutauit, & ſi ſuccedat pater, an etiam cum Titulo ſuccedere dicatur, & n.* 59. & 61.

§8 *Stylus, & conſuetudo in iudicando attenditur, à quibus non eſt recedendum, quia conſuetudo eſt optima legum interpres, & ſtylus in iudicando vim legis obtinet.*

60 *Succeſſio feudi à patre refutati an potiùs fiat iure reuerſionis, quàm ſucceſſionis, & n.* 62.

63 *Pater ſuccedens in feudo refutato tenetur ad omnia onera per filium contracta, cùm in eo ſuccedat vti hæres filij.*

64 *Dignitas Comitalis, vel alia quandò non eſt conceſſa perſonæ, ſed rei, non extinguitur cum perſona, ſed trāſit cum ipſa re ad quemcunq; ſucceſſorem, etiam ſi deuoluatur ad Regem, & n.* 65.

66 *Comitatus in feudum aliud eſt, ſi concedatur, & aliud ſi in feudum Comitatus.*

67 *Dignitatem Regalem non omnis collatio à Rege facta tribuit, ſed ſolùm vbi confertur feudum habens annexam dignitatem Regalem.*

68 *Mulier ſecundò nubens licèt de iure ciuili efficiatur infamis, & per hoc non poſſet obtinere dignitatem Comitatus, tamen ſi ſuccederet patri, qui haberet Comitatum, non perdet illam dignitatem, & quarè.*

69 *Patris, vel patriæ poteſtatis ſub commemoratione, ſi aliquid filio ſit datum, non filij, ſed patris contemplatione datum videtur, & conſequenter non filio, ſed patri acquiritur.*

70 *Conceſſio contemplatione patris facta filio, cenſetur ab ipſo patre prouenuiſſe, & pater ipſe videtur donaſſe, vno actu occultato.*

71 *Feudum datum filio à Rege contemplatione patris dicitur profectitium, non autem aduentitium, præcipuè ſi filius ſit infans, in quo non poſſunt cadere merita propria.*

§7 QVid autem ſi filius, cui pater refutauit feudū in vita, impetrauerit à Rege Titulum Comitis, ſeù Marchionis, aut alium maiorem ſuper feudo ſibi refutato, & poſteà decedat abſq; filijs, ſuperſtite ſibi eodem patre, & alio fratre, aut ſorore, quis ſuccedet in feudo, frater, ſiuè ſoror ſuperſtes, vel potiùs idem pater, qui refutationem fecit? & ſi ſuccedit pater, an ſuccedet in ſolo feudo illo à ſe refutato abſque Titulo de nouo per filium acquiſito, an etiam cum Titulo? Pulchra eſt quæſtio, in qua cùm de facto accidiſſet in perſonam Don Franciſci à Barrionouo Marchionis Cellæ Vinariæ, qui deceſſit abſq; filijs, ſuperſtite ſibi Donna Maria eius ſorore vtrinq; coniuncta, & Don Bernardino à Barrionouo Regente Regiam Cancellariam eius patre, Ego ſcripſi pro patre, pro quo poſteà fuit obtentum, infraſcriptas Allegationes, quas per extenſum inſerui.

ALLEGATIONES.

MOrtuo D. Franciſco à Barrionouo Marchione Cellæ Vinariæ ſine filijs, ſuperſtitibus ſibi Don Bernardino à Barrionouo in ſupremo Italiæ Conſilio apud Catholicam Maieſtatem meritiſſimo Regente eius patre, ac Donna Maria à Barrionouo eius ſorore vtrinq; coniuncta, cōtingit modò extrà iudicium hæſitari de duobus. Primò, quis in ſucceſſione prædicti Marchionis, ſcilicèt in prædicta Terra Cellæ Vinariæ cum Titulo Marchionatus præferatur, pater, an ſoror? Secundò, ſi præferatur pater, vtrum ſuccedet pater tàm in ipſo feudo, quàm etiam in Titulo Marchionatus, quem defunctus acquiſiuit poſt feudum ſibi ab eodem patre refutatum?

Et quia de indaganda pura, mera, & ſimplici tantùm veritate agitur, omiſſis ſuperfluis argumentationibus hinc indè, & deciſiuè tantùm procedendo.

Quòad primum reſpondeo, patrem ſorori præferendum eſſe ex his, quæ ordinatè, neruosè, & ſubſtantialitèr more ſuo in propriis terminis copioſè, & magiſtraliter tradidit *Ioa. Vincent. Ann. in rubr. de vaſall. decrep. ſtat. à num.* 367. vſquè ad *num.* 405. qui diſputat articulum ad partes, & ex medulla *Andr.* concludit pro patre, referēs, ità fuiſſe bis iudicatum per Sac. Conſ. in facti contingentia, vt *num.* 403. & *ſeqq.* aduertens etiam *num.* 405. quòd ea, quæ dicta ſunt reſpectu fratris, procedunt etiam reſpectu ſororis, qui eſt propriè caſus noſter.

Quò fit, vt dùm bis fuit pro hac opinione iudica-
§8 tum, ſaltem inoleuit ſtylus, ſeù conſuetudo ità iudicandi in hoc Regno Neapolitano, à quibus recedi non poteſt, tùm quia eſt optima legum interpres cōſuetudo *l. ſi de interpretatione, ff. de legibus*, tùm etiā quia ſtylus in iudicando vim legis obtinet, *Cyn. & Bald. in l. ſi. C. quæ ſit long. conſ. Afflict. dec.* 135. *num.* 1. & propterea ità perneceſſe iudicandum eſt in futurum in ſimilibus, proùt docet *Dec. in cap. at ſi clerici, num.* mihi 166. ſecundùm nouiſſimam Romanam impreſſionem, *extrà de iudic. Præſ. de Franch. deciſ.* 238. *num.* 5. & *deciſ.* 470. per totam, *Theſaur. in proœm.* ſuarum *deciſionum*, antè *num.* 33. *verſ. quòd ſi ter, Ant. Gamma deciſ. Luſit.* 228. & probatur manifeſtè in *l.* 1. §. *hoc autem Senatuſconſultum, ff. ad Syll. l. ndum Imperator, ff. de legibus, §.* 1. *in auth. de veſtit. & ea, quæ parit, l. an in totum, C. de ædific. priu.* cum ſexcentis ſimilibus.

Quò verò ad ſecundum, difficultas in eo conſi-
§9 ſtere videbatur, quòd Titulus, & dignitas Marchio-

natus

natus non inerat huic feudo tempore refutationis factæ ab ipso patre, sed fuit concessa huic filio defuncto post refutationem, quo defuncto, licèt in eodem feudo refutato succedat pater, & præferatur
60 sorori, vt supra, tamen eius successio fit potiùs iure reuersionis, quàm successionis, vt patet ex verbis *Ardiz.* in *Summ. de success. feud. colum. 2. vers. ascendentes verò*, *Andr.* in *cap. 1. in fin. vers. sed contrà, de capit Corrad.* & in *cap. 1. colum. 3. vers. sed in feudo antiquo, de natur. success. feud.* & alibi, & si fit iure reuersionis, ergò solum feudum reuertetur absq; Titulo, prout ab ipso patre processit, & Titulus extinguetur cum persona, vt in *c. 1. de feud. March.*

Verùm enimuerò his non obstantibus etiam in
61 hoc secundò dubio indubitanter respondeo pro patre, vt scilicet succedat tàm in feudo refutato, quam in Titulo acquisito post refutationem, ad quod respondendum mouetur tribus potissimis rationibus, vna alia potiore.

Prima ratio est, quia non est verum, quòd pater
62 succedat in feudo filio refutato iure reuersionis, sed potiùs veræ, & realis successionis, ac titulo hæreditario, vt sunt aperta verba *Andr.* in *cap. 1. vers. illud, titul. quid iuris sit*, & voluit *Curt. de feud. par. 2. 3. par. princ. num. 45. Zas. de feud par. 8. nu. 2. Schrader.* qui alios citat *de feud. par. 7. cap. 6. num. 4. vers. quartò hæc conclusio*, & per veras rationes demonstrat *Io. Vinc. Aun.* in *d. rubr. de vasall. decrep. ætat.* à *num.* 350. vsq; ad *num. 366. & Præs. de Franch.* optimus veritatis indagator, & scrutator *decis. 3.* vbi propte-
63 rea refert, fuisse decisum, patrem teneri ad omnia onera contracta per filium, quia ei succedit in feudo refutato vti hæres, & iure veræ successionis, non autem iure reuersionis, & id ipsum refert *Ann.* vbi *suprà, d. num. 366.* sed titulus hic fuit concessus prædicto D. Francisco pro se, & hæredibus, & successoribus ordine successiuo, vt sunt aperta verba priuilegij, ergò etiam in eo succedet pater, quemadmodum est successor in feudo.

Secunda ratio est, quia casus hic non versatur in eo Titulo, qui sit concessus principaliter personæ, & in consequentiam rei, sed in eo, qui est concessus principaliter rei, & in consequentiam personæ, vt sunt verba priuilegij, ibi *Tenore igitur præsentium, &c. prædictam Terram Cellæ Vinariæ in Marchionatus Titulum erigimus, extollimus, & decoramus, ac præfatum Illustr. fidelem nobis dilectum Don Franciscum de Barrionouo Marchionem Cellæ Vinariæ, &c.* prout est forma erectionis Comitatus Salutiorum facta per Marchionem Montisferrati in personam Francisci de Monsilijs, vt ex inuestitura inserta per *Paul. de Castr.* antè *consil. 333. volum. 1.* Ergò non est ambigendum, quin Titulus prædictus transeat cum ipsa re ad quemcunquè transit res, iuxtà distinctionem traditam à *Frecc. lib. 2. subfeud. tit. quis dicatur Comes, num. 53.* per *totum*, vbi con-
64 cludit, quòd quandò dignitas Comitalis non est concessa personæ, sed rei, vt quia Rex erigit in aliqua Ciuitate, vel Terra nobili dignitatem Comitalem, ità vt dignitas primò adscribatur loco, & iubeat, esse Comitatum, & posteà de eodem Comitatu inuestiat aliquem in Comitem, cum nominando Comitem, illa dignitas non extinguitur cum persona, sed transit cum ipsa re ad quemcunquè successorem, etiam si deuoluatur ad Regem, per doctrinam *Bald.* in *tit. de pac. constant.* in *verb. inuestitura*, alias in *§. hoc, quod nos, nu. 12. & Frecciam* sequuntur passim recentiores omnes, vt patet ex *Regente de Pont. cons. 1. num. 58. & seqq. lib. 1. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 8. num. 93. & 94.* vide *Reuert. dec. 112. tom. 3. in manuscript.*

Quod antè eos voluit *Roder. Suarez* in *l. quoniàm*
65 *in prioribus*, in *declar. l. Regn. limit. 11. num. 3.* per *totum, fol.* mihi 348. & in Allegationibus sui Genitoris de Comitatu Valentiæ, insertis post dictam 11. *limit.* incip. *Hæc digniras. num. 2. fol.* mihi 353. dum ait, quòd licèt Titulus Comitis cohærens personæ, cum ipsa persona extinguatur, tamen quandò cohæret rei, transit etiam Titulus, seù dignitas cum ipsa re ad hæredes, non quia hæredes, sed quia est annexus cum ipsa re.

Id ipsum est, quod voluit dicere *Soc. sen.* in *cons.*
68. num. 15. volum. [illegible] *est cons.* 165. *volum. 2.* dum
66 constituit differentiam inter verba concessionis Comitatus, inquiens, quòd aliud est, si concedatur Comitatus in feudum, aliud, si in feudum Comitatus, quia primo casu non habet naturam Comitatus, secundo verò sic, quia est verè Comitatus.

Et hoc idem videtur mihi ad vnum voluisse *Andr.* in *cap. 1. num. 4. de feud. March.* & iterùm in *cap. 1. in princ. num. 1. quis dicat. Dux*, dùm ait, quòd eo ipsò, quòd datur Comitatus, aut Marchionatus in feudum, acquirens efficitur Comes, & Marchio, & *Aluar.* in *d. cap. 1. num. 1. vers. non intelligas, quis*
67 *dicatur Dux*, inquiens, quòd non omnis collatio facta per Regem tribuit dignitatem Regalem, sed solùm quando conteritur feudum habens annexam dignitatem Regalem, sicut est Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. Addo nunc latissimè *Molin. de Primog. lib. 1. c. 11. nu. 12.* cum *seqq.* & signanter *n. 20. & 21. Bonad. lib. 2. c. 16. n. 6.*

Confirmantur hæc solidissimè ex pulcherrima decisione *Bal.* in *l. 1. in 1 dect. n. 4. C. de secund. nupt.* vbi
68 ait, quòd licèt mulier secundò nubens sit infamis de iure ciuili, & propterea non posset obtinere dignitatem Comitatus, vt in *l. 3. C. de dignit. lib. 12.* tamen si succederet patri, qui haberet Comitatum, nõ perderet illam dignitatẽ, & inter alias rationes affert illã, quia scilicèt venit in consequentiam, & est annexa territorio, & de iure aliquid retinetur in consequẽtiam, quod non retineretur principaliter, *l. si 15, qui duos, ff. de liber. leg.* quam *Baldi* doctrinam vti notabilissimam sequuti sunt *Io. à Garronib. inter Repet. in d. l. 1. nu. 19. Tiraq. de nobil. c. 14. n. 6. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. c. 13. nu. 13.*

Ex quibus omnibus resultat, quòd cùm ex resolutis in primo dubio negari non possit, quin pater succedat in feudo Cellæ Vinariæ, & quòd ad eum transeat dicta Terra, nec etiam poterit negari, quin ad eum transeat Titulus Marchionatus, adhærens ipsi Terræ, saltim in consequentiam ipsius Terræ, cui Titulus Marchionatus est annexus.

Tertia ratio est, quia Titulus prædictus licèt fuerit concessus filio, tamen concessio est facta contemplatione ipsius patris, vt ex priuilegio constat apertissimè, tùm quia fit ad preces, & suppli. ationem patris, vt ibi *Proindè cùm nomine D. Bernardini de Barrionouo*, tùm etiam, quia cedit in remunerationem seruitiorum ipsiusmet patris, vt ibi, *vt maiorum suorum, ac propria sua obsequia, &c.* & inferiùs ibi, *tùm potissimùm ipse Don Bernardinus elaborauerit, &c.* nam quandò est datum sub commemora-
69 tione patris, & patriæ potestatis, tunc patris contemplatione, non filij datum videtur, *l. filiofam. ff. de condit. & demonstr. Bart.* in *l. filiofamil. la seconda, num. 2. ff. de donat. caus. mort. Bart. Bal. & Castrens.* in *l. cùm aliquis, C. de iur. deliber. Soc. sen. cons. 72. num. 20. volum. 3.* & propterea succedit illa iuris conclusio

ab omnibus approbata, vt donata filio contemplatione patris, ipsi patri, non filio acquirantur, *Bartol. Imol. & Alex. and.* in *l. sed si plures, §. an rogato, ff. de vulg. & pup. Ruin. conf.* 196. *num.* 6. *volum.* 2. *Cephal. conf.* 105. *nu.* 33. *Natta conf.* 14. *num.* 1. *Menoch.* latè *præsumpt.* 28. *n.* 9. *lib.* 3.

Vel saltim, quia est facta concessio contempla-
70 tione patris, censebitur Titulus hic ab ipso patre prouenisse, quasi quòd Rex concesserit filio pro ipso patre, & pater ipse videtur filio donasse, & refutasse, vno actu occultato, *l.* 3. *§. sed si debitorem, ff. de donat. inter vir. & vxor.* ità constat ex *Bal.* in *l. generaliter, C. de secund. nupt. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 8. *tit.* 16. *num.* 1. *Sim. de Præt. de interpret. vlt. vol. lib.* 1. *interpr.* 2. *dub.* 2. *fol.* 6. *num.* 2. *& 3. fol.* 64. *Lopez in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 45. in *princ. Natt. d. conf.* 14. *n.* 1.

Idq; procedere etiam in materia feudali, vr. f. feu-
71 dum datum filio à Rege contemplatione patris, dicatur profectitium, non autèm aduentitium, voluit expressè *Andr.* in *c.* 1. *n.* 9. *& seq. & num.* 14. *de alien. feud.* sequitur *Afflict. dec.* 393. *num.* 4. præsertim quando filius, cui est facta donatio, est infans, in quo non possunt cadere merita propria, prout est casus noster, & considerat *Andr.* in *loco* præcit.

Ex qua ratione cõsequitur necessariò, quòd si hic Titulus tanquàm donatus filio contemplatione patris reputabitur profectitius, & ab ipso patre donatus, quemadmodùm patet huic filio defuncto succederet in feudo, quod ipse ei per refutationem donauerat, ità etiam succedet in hoc Titulo Marchionatus, qui ab ipsomet patre profectus reputatur ex Regia concessione sui contemplatione facta.

Scipio Rouitus.

RERVM SVMMA.

72 *Primogenitus licèt teneatur secundogenitis dare partem pretij feudi noui empti à patre communi, tamẽ respectu pretij soluti per eundem patrem in consequendo Titulo cuiuslibet dignitatis super illo feudo, secus erit, cùm illud pretium sit totum primogeniti propter onera dignitatis.*

73 *Feudum titulatum, & Regalis dignitatis diuidi non potest de iure communi.*

74 *Assensus Proregis non sufficit in feudi titulati diuisione, scù separatione, atq; dismembratione.*

75 *Res pupilli absq; solemnitatibus alienari nõ possunt.*

76 *Actori incumbit onus probandi, etiam si negatiua esset fundamentum intentionis ipsius.*

78 *Vnio est facti, & quid sit, subijcitur.*

79 *Vnio non præsumitur, nisi probetur, ità vt quanticũq; temporis diuturnitas non valeat illam inducere.*

80 *Dictio, cum, nullam probat vnionem, & incorporationem, sed potiùs separationem, cùm de iure ponatur augmentatiuè, & ampliatiuè, & disponit principaliter, non accessoriè.*

81 *Dictio, & ponitur inter diuersa.*

82 *Verba enunciatiua à Rege prolata nõ inducũt nouam dispositionem, sed veterem tantùm enunciant, quæ vetus dispositio, non ideò dicetur probata, nisi alibi de ea doceatur.*

83 *Verba à Principe prolata quandò inducãt nouam dispositionem, vel probationem veteris dispositionis, & qualitatis enunciatæ.*

84 *Princeps si concedat alicui feudum existens in terra aliena ad suam collationem spectãs, per talem assertionem in priuilegio cõcessionis factam an probetur, tale feudum spectare ad collationem ipsius.*

85 *Clericum aliquem esse an probetur, si Papa in collatione beneficij alicui viri clerico facta, illum tãquàm clericum nominet.*

86 *Verba priuilegij eximẽtis, & enumerantis loca subiecta sunt narratiua, & ideò nõ probant subiectionem, nisi alibi de ea probetur, quod exemplis illustratur.*

87 *Verbum, Comitatus consistens, est participium, et denotat cõditionem, quæ resoluitur, si cõsistat, vel quatènus consistat, vndè si per priùs erat diuisum, non inducitur vnio.*

88 *Verba sunt referenda ad proximè, & immediatè præcedentia.*

89 *Vnio facta principaliter nõ inducit incorporationem, nam singula corpora stãt de per se principaliter, secus si sit facta accessoriè cum illis verbis, ità vt fiat vnum corpus.*

90 *Intellectus ad §.* præterea Ducatus, *à Bartolo traditus.*

91 *Marchioni, vel Duci si noua Castra concedãtur, non ex hoc erunt de Marchionatu, vel Ducatu, neq; erit totum maioria.*

92 *Cõcessiones factæ duarum Ecclesiarum vti vnitarum nõ probant ipsarum vnionem, nec præsumitur mutatus status primæuus.*

93 *Forma quæ verborum, vt vnio per viam incorporationis dicatur facta, fit à iure inducta.*

94 *Inuestitura vnica plurium locorum inducit vnicum feudum, quandò constat, quòd est vnicum feudum, aliàs tot sũt feuda, quot sunt prædia.*

95 *Comes si sit inuestitus de pluribus Castris, nõ potest dici illa omnia habere in feudum Comitatus, nisi fuerit expressè inuestitus sub nomine vnius Comitatus comprehẽdentis singula Castra in vnum.*

96 *Prælatus habẽs plures Ecclesias unitas, quibus solus ipse præest, ille Ecclesiæ nõ per hoc sũt unitæ, nisi unio sit facta per viam incorporationis.*

97 *Intellectus ad dictum §.* præterea Ducatus.

98 *Castrum habẽs de per se regimen, & si in aliquo seruat Ciuitati, nõ tamen dicitur esse membrum illius Ciuitatis, nec de eius Comitatu.*

99 *Castrum ut dicatur esse de Comitatu quid requiratur.*

100 *Comitatus appellatio nõ spectat ad eos, qui immediatè nõ subsunt iurisdictioni dicti Comitatus, sed proprium habent Magistratum.*

101 *Decisio Sac. Conf. refertur.*

102 *Castri, uel Terræ diuisione semel facta, Castrum ipsum remanet diuisibile, & in sequentibus alienationibus non est necessarius alius assensus super diuisione.*

103 *Subhastationes, an sit necesse, ut fiãt in loco rei sitæ, nec sufficiat, si fiãt in loco iudicij, vbi duorum iurium intellectus affertur.*

104 *Subhastatio an sit de solemnitate venditionis rei stabilis ipsius pupilli, & sic sit requisitum necessarium, & n.* 106.

105 *Requisita quæ concurrere debent in alienatione rei pupillaris.*

107 *Intellectus ad* text. *in l. & si fine, §. quæsitum, ff. de minoribus.*

108 *Subhastatio an requiratur in alienatione rei Ecclesiasticæ.*

109 *Subhastatio quatènus sit necessaria in alienatione rei stabilis pupilli, tamen eius defectus non inducit nullitatem, si ex causa licita, palàm, & bona fide venditio facta sit.*

110 *Informatio, quæ est capienda in alienatione rei stabilis ipsius pupilli, est necessaria Iudici, & quid debet constare per hanc informationem, quæ non tãtùm*

tùm per teſtes, ſed etiam per ſcripturas poteſt capi, an omiſſio talis informationis vitiet decretum.

111 *Decretum,quod requiritur in alienatione rei ſtabilis pupilli,eſt voluntariæ iuriſdictionis,ac propterea poteſt Iudex extrà iudicium ſe informare.*

112 *Notorium probatione non indiget, & alia faciunt notorium.*

113 *Contractus factus cum pupillo,minore, vel alijs priuilegiatis perſonis,quoties cedit in pupilli,&c. vtilitatem,etiam non adhibita ſolemnitate, contractus tenet,& valet,& qua ratione,& n.* 115.

114 *Ratificatio pupilli,poſtquam venerit ad perfectam, & legitimam ætatem,duplex eſt,tacita, & expreſſa,& quæ vnaquæq; ſit,& quandò inducatur.*

116 *Deciſio Sacr.Conſ.circà propoſitam quæſtionem.*

71 NEC omittam, quòd huiuſmodi dignitates Titulares habent plus oneris, quàm emolumenti, & ideò licet filijs ſecundogenitis teneatur primogenitus,qui ſuccedit in feudo nouo empto à patre communi, dare partem pretij, iuxtà tradita per me in *pragmat.24. num.16. ſuprà de feud.* tamen reſpectu pretij forte ſoluti per eundem communem patrem, in aſſequendo Titulo cuiuſuis dignitatis ſuper illo feudo,fortaſſe ſecus erit, quia illud pretium erit totum præcipuum primogeniti, propter onera illius dignitatis,in quibus non participant ſecundogeniti,ità probat *text.*pulchertimus in *l.1. §.nec caſtrenſe,verſ.ſed an hic,ff.de collat.bonor.* faciunt tradita per *Mierez de maiorat.p.4.q.40.c.36.*

Et quia calamus impigit in materia Comitatus, & Marchionatus,qui vt plurimùm ſolent conſiſtere in pluribus Terris, quæ vnitæ repræſentant vnicum Comitatum,ſiuè Marchionatum,& ſic vnum corpus,quandòque verò ſingulæ Terræ ſunt per ſe diſtinctæ, & quælibet repræſentat corpus ſeparatum de per ſe, & circà formam conſtituendi hanc vnionem feudorum in vnum Comitatum, ſeù Marchionatum,non plenè conueniunt *Doctores*, quorum diſſenſio præbuit cauſam grauiſſimarum litiũ in hoc Regno, in qua per *pragmaticam nouem capitum* eſt prohibita diſmembratio feudorum abſq; aſſenſu immediato Catholicæ Maieſtatis, & ſenel hanc quæſtionem diſputaui pro Franciſco Cimino Barone Terræ Caccuri contrà Ducem Seminariæ, pro quo ſtrenuè patrocinatus fuit Dominus *Ioannes Andreas Georgius* ſua tempeſtate Aduocatus facundiſſimus, nunc verò Regius Conſiliarius ampliſſimus, vt ex eius *allegatione quinta* pleniſſimè conſtat,ideò illas meas allegationes hic imprimendas curaui, vt hæc materia in futuris cauſis appareat omnibus dilucidata.

ALLEGATIONES.

DVæ ſunt tantummodò nullitates propoſitæ per Ducem Seminariæ aduersùs contractum alienationis Terræ Caccuri factæ in anno 1559.Bernardino Cimino per Baliam Ducissæ eius vxoris, altera, quæ conſiſtit in defectu aſſenſus Catholicæ Maieſtatis,quem prætendit omninò fuiſſe neceſſarium, 73 eò quòd Terra Caccuri eſſet de Comitatu Cariati, & proindè tanquàm feudum titulatum, & Regalis dignitatis diuidi non poterat de iure communi, per *text.*in *l.Imperialem.§.præterea Ducatus,de prælib.feud.alien.per Feder.*vbi *Camerar.* decidendi rationem aſſignat *car.*mihi 98 *col.3.lit.O.*& in diuiſione,ſeù ſeparatione,aut diſmembratione dictæ Terræ,tanquàm membri à capite,non ſufficiebat aſſenſus Regni huius Proregis, ſed perneceſſe requirebatur aſſenſus ipſiuſmet Catholicæ Maieſtatis,cùm ſit vnum de nouem capitibus prohibitis huius Regni Proregibus circà præſtationem aſſenſuum per *pragmaticam* editam in anno 1531.quæ eſt *quarta*, ſub *tit.de feud.*

Altera verò conſiſtit in defectu ſubhaſtationum, & informationis per teſtes,quas prætendit, fuiſſe neceſſarias tempore celebratæ venditionis, & interpoſiti decreti per Sac.Conſ. dùm agebatur de re 75 pupilli,quam ſine huiuſmodi ſollemnitatibus alienari non eſt permiſſum,*tot.tit.ff.de rebus eorum, qui ſub tut.& C.de prædijs,& alijs rebus minor.*

At Ego partes Franciſci Cimini,moderni poſſeſſoris,& Baronis Terræ Caccuri fouendo, aperrè,vt ſpero,demonſtrabo,neutram ex prædictis nullitatibus in caſu noſtro ſubſiſtere,aut aliquo modo militare,& proindè eſſe omni iure abſoluendum ab impetitione Ducis.

Aggredior igitur primam nullitatem,& dùm ipſe Dux præſupponit, quòd Terra Caccuri fuerit de Comitatu Cariati,& quòd tanquàm membrum vnitum,& incorporatum ipſi Ciuitati Cariati, quæ eſt caput Comitatus,non potuiſſet à dicta Ciuitate ſeparari,& diſmembrari,procùldubio onus Ducis eſt pro fundamento ſuæ intentionis probare, quòd Terra Caccuri fuerit vnum corpus cum Comitatu, & Ciuitate Cariati,cùm Dux ipſe ſit actor, & acto- 76 ri incumbat onus probandi, *l.qui accuſare, C.de edend.*cum concord.etiam ſi negatiua eſſet fundamentum intentionis ipſius actoris,per *text.in Leiim de lege,ff.de probat.*iuxtà tradita per *Couarr.lib.2.variar.cap.6.nu.3.& ſeq. Ant.Gabr.lib.1.tit. de probat. concluſ.7. Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumpt. 26. num.2.4.& 5.Rota Genuenſ.dec.173.nu.9. & ſequ.* & tamen Ego non video,vnde poſſit Dux deprouere hanc eius probationem,ex his,quæ deducta ſunt in omnibus his proceſſibus,ſiquidem

Aut prætendit Dux,hunc Comitatum fuiſſe vnicum corpus cum ſingulis Terris in priuilegijs men- 77 tionatis ab initio pœnès ipſam Regiam Maieſtatem,etiam antè conceſſionem factam per *Regem Ferdinandum I.*Hieronymo Ryario in anno 1479. & ſucceſſiuè ſic vnitum fuiſſe translatum in dictum Ryarium per ſupradictam conceſſionem, & hoc erroneum eſt,tùm quia ex reſcripto *Regis Ladislai* in anno 1398.& ex priuilegio conceſſo Vniuerſitati Terræ Caccuri ab eodem prædicto *Rege Ferdinando I.* in anno 1464. & ſic antè conceſſionem factam Ryario apparet, dictam Terram Caccuri eſſe corpus de per ſe,& penitùs ſeparatum à dicta Ciuitate Cariati,tanquàm habentem Territorium ſeparatum, & Officiales proprios, & particulares,vt in nota facti demonſtratum eſt, tùm etiam, 78 quia vnio eſt facti,ſcilicèt ex duobus, vel pluribus vnum facere,& conſolidare,ſiuè ad vnam ſubſtantiam reducere,*d.in rem actio.§.item quæcunquè*, vbi *Bald.ff.de rei vend.l.ſed ſi plures,§.filio,ibique Angel. & Imol.ff.de vulg.ſubſtit.l.excuſantur,§.fin.* vbi *Bald. ff.de excuſat.tut.can.vnio* 10.*quæſt.3. can.in ſumma* 11.*quæſt.1.cap.vt ſuprà*, vbi *Innoc. de reb.Eccleſ. non alien.cap.ſuper eo,*vbi *Gemin.* & alij *de præbend. in ſexto*, *Cranett.conſil.701.num.43.* & propterea 79 non præſumitur,niſi probetur,*Alex.conſil.70.num. 1.2.& 3.volum.5. Boer.deciſ.45.* per *totam, Matth. Vneſembec.conſil.4.num.87.verſ.nàm hæc, volum.1. Rip.lib.1.reſponſ.tit.de iure gent. & ciuil. reſponſ.3.*

ſecundùm nouam impreſſionem, & ſecundùm veterem eſt in *lib.1.reſponſ.cit.de leg. & conſuet. cap.1.* per *tex.in l.ſi vacantia*, ibi, *ſide conſiterit, C.de bon. vacant.lib.10.Guid.Pap.in tract. de præſumpt.* antè *num.78. verſ.non præſumitur vnio, Quintil. Mandoſ.in Regu.Cancellar.reg.12.q.7.n.5.Ann.alleg.19.nu.19. lib.1*, Adeo vt quanticunq; temporis diuturnitas nó valeat inducere talem vnionem, *Hoſtienſ.in cap.nõ multi, extrà de vit.& honeſt.cler.& in ſumma de ſuppl. neglig.prælat.col.1.* præſertim in feudis, quæ non vſu conſtituuntur, ſed conceſſione, & inueſtitura, *cap.1. §.vlt.de feud.cognit.*

Aut verò prætendit Dux, hanc vnionem eſſe inductam per conceſſiones factas per retrò Reges cum clauſulis in eis appoſitis, iuxtà ſcripturas ab ipſo præſentatas, & in hoc longè fallitur, quandoquidèm (vltrà clauſulas in eiſdem ſcripturis adiectas inducentes apertam diuiſionem, & ſeparationem, prout in facto animaduerſum eſt) licèt Aduocati Ducis quòad conceſſionem factam Ryario in anno 1479. ponderent illa verba, videlicèt, *Comitatus Cariati cum infraſcriptis Terris*, & alibi dicitur, *cum ſuis Terris ſupradictis*, & in conceſſione facta Io.Baptiſtæ Spinello in anno 1505. ponderent illa verba, *Comitatus conſiſtẽs in infraſcriptis Terris, &c.*

Nulla quidèm facienda eſt vis in verbis illis, nàm quatènus agamus de illis verbis, videlicèt, *Comitatus Cariati cum infraſcriptis Terris*, dictio *cum*, nullam probat vnionem, aut incorporationem, ſed potiùs ſeparationem, ex quo de iure ponitur augmentatiuè, & ampliatiuè, vt eſt *tex.in l.ſi cui ſeruu, ff. de leg.1. et l.cùm vinum, ff.de trit.vin.et oleo leg.* & prædicta dictio *cum*, diſponit æquè principaliter, & nó acceſſoriè, *l.ſi is, qui ducenta, in princ.ff.de reb. dub. l. illi cum illo, ff.de vſufruct. leg. l.Titiæ Textores, §. nihil, l.ſi quis inquilinos, §.ſi ità legatum fuerit, l.ſi quis legauerit Titiæ cum Menio, ff de leg.1. l.ſi quis Titio, in fin. ff de vſufruct.accreſ. l.ſi ità, in fin.ff.de manum eſt. l.ſi ſeruo, ff.de ſtatulib.* optimus *text.in l.3. ff.de pecul. leg.* Præterim, quia in eadem ſcriptura fit pluries mentio de iſdem Comitatu, & Terris, cum dictione, & quæ ponitur inter diuerſa, *gl.in rubr. ff. de aur.et farr.ignor.*

Quatènus verò agamus de illis verbis, videlicèt, *Comitatus cum infraſcriptis Terris ſuis*, & alibi, *Comitatus conſiſtens in Terris infraſcriptis*. Ponderando illud verbum, *ſuis*, & aliud, *conſiſtens*, illa ſunt verba enunciatiua, quæ etiam à Rege prolata non inducunt nouam diſpoſitionem, ſed veterem tãtùm enunciant, ſi adeſt, & illa vetus diſpoſitio non propterea dicetur probata, niſi aliundè de ipſa veteri diſpoſitione circà allegatam vnionem doceatur, *cap.ſi Papa, in princ.de priuileg.in 6. clem. fin. verſic. ſimiliter de ſentent.excomm. l.ex hac ſcriptura*, cum ibi notatis per *Doctor. ff.de probat.* Tunc enim verba prolata à Principe inducunt nouam diſpoſitionem, aut ſaltim probationem illius veteris diſpoſitionis, & qualitatis enunciatæ, quando ſunt prolata principaliter propter illud, quod enunciatur, atteſtaturquè de facto proprio, ac ſuper illis Regis intentio fundatur, & non aliter, vt eſt *text.* ad literam *in clem. 1. de probat. Oldrad. conſ.258.* quaſi per totum *Caldenn.conſ.1.de priuileg.et Aret.conſ.23.* poſt *num.7.* cum *ſeq.* At quando Princeps nullo modo fundaret ſe in talibus verbis aſſertuis, nec atteſtaretur de facto proprio, tunc eius verba enunciatiua, nec nouam diſpoſitionem inducunt, nec veterem probant, vt habetur in locis prædictis per ſuprà dicta iura in *cap.ſi Papa, de priuileg.in ſexto*, et *clem.fin.de ſent. excomm.* Nàm vbi in aliqua diſpoſitione præſupponitur aliquid diſponendo ſuper illo præſuppoſito, non dicitur de eo præſuppoſito poni id, quod præſupponitur, niſi de ipſo præſuppoſito principaliter, & de per ſe conſtet, aliàs illa diſpoſitio præſupponens nihil operatur, ita pulchrè *Dec. conſ.501.num.3.et 291.nu.3. Berous conſ.170.num.9. lib.3. Cephal.conſ.170.num.603. Magon. dec.Lucenſ. 75.num.55 Leonin.conſ.30.num.7. Seraph. dec.280. num.3.8.* His optimè adſtipulatur dictum *Andr.in cap.1.num.13.de conſtr.feud.apud Par.term.* dùm ait quòd ſi Rex concedat feudum exiſtens in Terra aliena ad ſuam collationem ſpectans, per hanc eius aſſertionem factam in priuilegio conceſſionis non probatur, quòd tale feudum ſpectet ad collationem Regis, tùm quia hæc eſt aſſertio enunciatiuè, non diſpoſitiuè facta, tùm etiam quia licèt eſſet diſpoſitiuè facta, eſſet atteſtatio facta in cauſa propria, cui non ſtatur, maximè quando tenetur de euictione, niſi tamen talis aſſertio fieret de certa ſcientia cum ſubſcriptione Quæſtoris.

Hinc receptum eſt, quòd ſi Papa in collatione beneficij alicui facta tanquàm Clerico nominet illum tanquàm clericum, non propterea probat illum eſſe clericum, quia non ſe fundat in clericatu principaliter, vt per *Io.Andr.in reg.nec licet*, in *1.quæſt. de reg.iur.in ſexto, in nouel. Alexand.in l.ſi prius nu. 38.verſ.ſed adde.ff.de non oper.nunciat.* vbi aſſerit de communi, *Boer.dec.171. num.12. Gramm. dec.81. num.3.* & magis in ſpecie pro caſu noſtro in indiuiduo *Innoc.in cap.inter dilectos*, circa *finem*, *extrà de fid.inſtrum.* voluit, quòd verba priuilegij eximentis omnes Eccleſias Regulæ B.Auguſtini, & illas enumerantis, non probant, illas Eccleſias enumeratas eſſe de Regula B.Auguſtini, & ſic illi ſubiectas, niſi aliundè probetur, ex cuius doctrina *Io.Andr.in c.ſi Papa, de priuileg.in ſexto, in nouell. Anchar.ibid. colum.1.verſ.ſubdit hic, in nouel. Roman conſ.180. in princ.verſ.primò ex deciſione*, faciunt regulam, quòd verba priuilegij eximentis, & enumerantis loca ſubiecta, ſunt narratiua, & conſequentèr non probant ſubiectionem, niſi aliundè ſubiectio probetur, quæ doctrina procùl dubio determinat caſum noſtrum in indiuiduo, & fuit originalis eiuſdem *Innoc.in cap. dudùm, num.mihi 3. in fin.verſ. & hac ratione, de priuileg.* vbi inquit, quòd ſi in Papæ priuilegio dicatur, quòd eximimus tale Monaſterium cum talibus Eccleſijs ſuis, intelligendum eſt, ſi ſunt ſuæ, quia per hæc verba non intelligitur dare, & eum ſequuti ſunt *Anton.Gabr.lib.1.tit.de probat. concluſ.2. num. 5.6. Rebuff.conſ.148.num.5. Maſcard concluſ.139.nu. 24.* & eſt *text.* ſatis particularis *in can. hæc quippè 3. quæſt.6.* vbi adſunt hæc verba, videlicèt, *Ipſe enim eſt Metropolitanus tuus, & omnes Epiſcopi Regni ſuffraganei eius ſunt, etc.* & tamen non probant, illum eſſe Metropolitanum, prout in *tex.et gloſ.ibid.*

Quòd autem in caſu noſtro talia verba fuerint enunciata propter aliud, & quòd Rex non fuerit quicquam atteſtatus de facto proprio, nec aliquid fundamenti fecerit ſuper illis verbis, eſt indubitatũ, ſiquidèm intentio principalis illius Regis Catholici in conceſſione facta Io.Baptiſtæ Spinello in anno 1505. (nam de duabus alijs præcedentibus non loquor, quia ex illis nulla pœnitùs reſultat enũciatio vnionis, ſed potiùs apertiſſimæ ſeparationis) non erat diſponendi circà vnionem, vel erigendi omnes Terras enumeratas in Comitatum, ſed ſolùm remunerandi ſeruitia Io.Baptiſtæ Spinelli cum annuo reditu ducatorum 1500. prout expreſsim ipſemet

met Rex fatetur in eadem cõcessione propè *finem*, ibi,*mens,& intentio nostra*,&c. Quæ quidèm intentio fatis, ſuperque fuit perfecta per concessionem Comitatus Cariati cum illis Terris enumeratis, & cum dicto annuo reditu ducatorum 1500.ſed quòd Terræ enumeratæ eſſent annexæ,& vnitæ Comitatui,ita vt facerent vnicum corpus, nec nè, nec imaginariè quidem Rex cogitauit,parum enim, vel nihil interetat circa id,quod agebatur, nunquid Terræ enunciatæ eſſent vnicum corpus cum Comitatu, vel non,hoc non curabat Rex, illud vnum tantùm deliderabat,videlicèt,vt Comitatus, & Terræ non excederét dictum annuum reditum ducatorũ 1500. Ideòq; in eadem concesſione mandauit, quòd ſi capta informatione per Regiam Cameram reperirentur maioris introitus,illud plus remaneret, & eſſet ipſius Regis ſuper aliqua ex dictis Terris, vt *ibid.* legitur propè *fin.*

Quæ quidem declaratio eſt admittenda nedùm ex mente,& intentione Regis concedentis, verùm etiam de proprietate ipſorum verborum, ſiquidèm
87 illud verbum,*Comitatus conſiſtens*, eſt participium, quod denotat conditionem,& reſoluitur, ideſt, ſi conſiſtat,vel quatènus conſiſtat,iuxtà expoſitionem *gloſ.in clem.1.in verb.ſi dignitatibus,de prabend.in ſexto*, quam ſequitur *Prætl. Pap. in forma ſententiæ diffinitiuæ,in verb.abſolutur,num.2.* & probat mihi *ex.expreſſus*, iuncta *gloſ.in cap.1.ibi,ad tuam collationem ſpectantia,de rer.permut.in 6.* Tantò fortiùs, quia Rex Catholicus non fuit quicquàm atteſtatus de facto proprio,quod neceſſariò requirebatur, vt optimè concludit *Aret. in d.conſ.23.num.9.* & 10. nec poterat atteſtari aliquid de erectione prædictarum Terrarum in Comitatum pro præterea, quia ipſe erat nouus Rex in Regno, & adhùc erat primus annus, quo totale Regni dominium adeptus fuerat,vt notum eſt apud Hiſtoricos,& propterea nullam ſcientiam habebat,etiam vniuerſalis ſtatus Regni,nè dicam,rerum particularium, & ſi ex ſcripturis etiam per Ducem præſentatas perquiramus ſtatum dicti Comitatus tempore dictæ conceſſionis factæ per Regem Catholicum, procùldubio inueniemus,quòd omnes Terræ in conceſſione enumeratæ erant ſinguia corpora de per ſe pœnitùs ſeparata,& ſegregata à Comitatu Cariati, & quòd Comitatus conſiſtebat ſolùm in ipſa Ciuitate Cariati,eiuſque Caſali,dicto,Terra Veteri,quod apertiſſimè dignoſcitur ex conceſſione facta Goffredo Borgiæ in anno 1497. per Regem Federicum, in qua,vt in facto demonſtraui,conſpicitur omnimoda diuiſio,& ſeparatio, ergò ſi verba enunciatiua Regis Catholici referantur ad hoc tempus conceſſio-
88 nis factæ Borgiæ in anno 1497.prout neceſſariò referri debent, tanquàm ad proximè, & immediatè præcedens,ex regula *l.ſi ſeruus plurium,§.fin.& Italis ſcripturæ,ff.de leg.1.* procùldubio apparet, quòd nulla exiſtebat annexio,aut vnio,nec incorporatio, & ſucceſſiuè ex prædictis verbis enunciatiuis nulla poteſt reſultare diſpoſitio circà ipſam vnionem de nouo,nec vlla probatio veteris vnionis.

Vltrà quòd etiam ſi eſſemus in verbis merè diſpoſitiuis,ità quòd Rex expreſsè dixiſſet, *quòd Comitatus conſiſtat in infraſcriptis Terris*(quod hìc pœnitùs deficit) tamen ex prædictis verbis illud vnum tantùm reſultaret,quòd Terræ in eodem priuilegio deſcriptæ ſint ſubiectæ Ciuitati, & Comitatui Cariati quòad protectionem tantùm,& iuriſdictionem ſub vno Domino,non autem per modum incorporationis,iuxtà vulgatiſſimam doctrinam *Bart. in l.ſi*
89 *conuenerit,§.ſuadaſſi de pignor.action.* dùm diſtinguit inter vnionem factam principaliter, vel acceſſoriè, & concludit, quòd ex illa facta principaliter nulla reſultet incorporatio,nàm ſingula corpora ſtant de per ſe principaliter, ex hac verò facta acceſſoriè cũ illis verbis,*ità vt fiat vnum corpus*, reſultet incorporatio, & *Bartolum* in his proprijs terminis ſequi-
90 tur *Ang.conſ.247.* qui in *fine* infert ad intellectum *text.in d.§.præterea Ducatus*,vt ille procedat,quandò vnio eſt facta per viam incorporationis,& *Angelum* ſequitur *Felin.in cap.translato,num.6.verſ.ſed adde notata extrà de conſtit.*& latè comprobat *Collegium Papienſe* inter *conſ.Cur.ſen.conſ.56.nu.8. verſ.quartò benè facit.Io.Bapt. Ferret.conſ.242.num.5.Crauett. conſ.454.num.3.verſ.vniuerſa difficultas,lib.3.* licèt in caſu *Crauettæ* fuiſſet expreſsè declaratum, quòd vnio eſſet facta ad idem corpus,idem imperium, & eandem ſuperioritatem,*Rip.conſ.3.num.6.verſ.item reſpondetur,lib.1.* poſt *Io.de Plat.in l.vnic.nu.4.verſ. item quid ſi Regnum,C.de Metrop.Berith.lib.11.* addo nunc *Honded.conſ.23.num.44.* cum *ſeqq.*& 50.*vol.1.* facit doctrina *Greg.Lopez in l.2.tit.15.par.2.in verb. ſino el hijo maior*,circà *fin.verſ.nota tamen*, vbi ait,
91 quòd ſi Marchioni,vel Duci noua Caſtra concedãtur,non ex hoc erunt de Marchionatu, vel Ducatu, neque erit totum maioria, licèt per Dominum totum appelletur Marchia, nàm per hoc non videntur vnita.

Hinc *Alex.* ferè in ſpecie in *conſ.70. nu.13. verſ. nec obſtant nonnulla*, *lib.3.* in materia vnionis con-
92 cludit,quòd per conceſſiones factas duarum Eccleſiarum tanquàm vnitarum non probatur vnio ipſarum, nec præſumitur mutatus ſtatus primæuus, ideòque dicendum erit,quòd per aſſertionem factã in priuilegio Regis,*quòd Comitatus conſiſtat in Terris præditis,&c.* quia verè non conſiſtebat, cùm per priùs eſſent diuiſæ,non per hoc inducatur vnio,quę aliundè non probatur,ſed omninò probandum erit, factam fuiſſe,& non ſolùm factam ſimpliciter, ſed etiam factã per viã incorporationis, per ſupradicta.

Vt autem hæc vnio dicatur facta per viam incor-
93 porationis, eſt inducta à iure certa forma verborũ, videlicèt, *vt non dicantur duo, ſiuè plura feuda, ſed vnum,& quòd non poſſint pœnitùs diuidi*, de quibus in *§.illud tamen decernimus, in auth.vt Iud.ſin.quoquo ſuffrag.* ibi,*non autem duobus officijs vti, ſed permixtum,& Iudicis,& Vicarij vnum eſſe Comitianum exiſtens,&* iterùm ibi,*vtpotè vno officio conſtituto,nõ diuidendo pœnitùs*, qui *text.* loquitur de Comitatu Phrigiæ Pagatianæ,vel miſcendo vnum cum alio,& ad vnam coniunctionem reducendo,ſub qua forma loquitur de Comitatu Galatiæ *text. in §. hoc autem ipſum,&* in alterutro in eadem *auth. vt Iudic. ſinequoquo ſuffrag.* vel ſi dicatur,*vnum feudum, ſeù corpus vtrumquè facimus,habens vnius Comitis nomen*, ſub qua forma verborum loquitur in Comitatu Orientis *text.in §.hoc autem ipſum dicimus*,in eadem *auth.vt Iudic.ſin.quoq.ſuffrag.* vel ſi adſint illa verba,*vnimus,annectimus,& incorporamus*, de quibus per *Io.Bap.Ferrett. d.conſ.242.n.5.* quæ verba ſunt termini quotidiani in materia vnionis, ſecundùm *Andr.Gambar.in tract.de offic.& poteſt.legat.d latere,lib.5.cap.1. de poteſt. leg. d lat. in vniendo, nu.11.* quibus verbis vſi ſunt retrò Reges huius Regni, quandò voluerunt erigere plura Caſtra in vnum Comitatum,vt patet in priuilegijs per Conuentum exhibitis de Comitatu Matturani, Montellæ, & Mariliani,aut ſi adiecta ſit clauſula,quòd ſit inſeparabilitas perpetua inter dignitatem Comitatus, &

feu-

feuda,vt in casu *Alc.conf.3.num.30.lib.3.* vel si adsit expressa prohibitio diuisionis feudorum cũ decreto annullatiuo,& irritatiuo,& cũ expressa erectione in vnum Comitatum,prout in casu *Cephal. conf. 12. vol. 1.* antè *num. 1. vers. postremò præsupponitur*, quare dùm in nullia ex dictis concessionibus sunt apposita hæc,aut similia verba denotatia huiusmodi annexionem,& incorporationem,nõ potest dici, quòd ex illis resultet vnio prętensa per Ducem,nisi quòad simplicem subiectionem,& protectionem tantum, quantumuis vnica tantùm fuerit inuestitura, & cõ-
94 cessio, tunc enim ex vnica inuestitura plurium locorum resultat vnicum feudum,quando constat, ꝙ est vnum feudum,aliàs tot sunt feuda, quot sũt prędia,secundum *Affitt.* sic declarantem *Bald. ibi* in *cap. vnico, §. ex eadem lege, de leg. Corradi num. 23. &* 24. per *tex.* in *l. leire debemus, ff. de verb. oblig.* & ideò optimè consuluit *Alex. conf. 7. num. 4. volum. 5.* quòd
95 Comes inuestitus de pluribus Castris non potest dici,illa omnia habere in feudum Comitatus, nisi fuerit expressè inuestitus sub nomine vnius Comitatus comprehendentis singula Castra in vnum.

Hinc etiam voluit *Soc. sen.* in illo celebratissimo *cons. 68. num. 15. vers. nec obstat, vol. 1.* quòd stant ista simul, scilicèt,quod Comitatus sit concessus in feudum,& tamen non concedatur in feudum Comitatus,& *Paris. conf. 10. num. 13. vol. 1.* sequendo *Soc.* inquit,quòd quando Comitatus plurium feudorum conceditur in feudum, sed non in feudum Comitatus, talia feuda etiam continentia Comitatum dicentur concessa in feudum iurisdictionis, & non in feudum Comitatus,& propterea subdit, quòd possunt diuidi,at in casu nostro Comitatus , & Terræ fuerunt concessæ in feudum,non autem in feudum Comitatus,vt suprà,ergò,&c.

Hinc etiam videmus , quòd si Prælatus habet
96 plures Ecclesias vnitas,quibus solus ipse præest,nõ propterea sequitur , quòd illæ Ecclesiæ sint vnitæ eius mensæ Episcopali, nisi vnio sit facta per viam incorporationis,vt pulchrè docet *glos.* in *clem. vnic.* in *verb. ad mensam, vers. sed quæritur*, ibi, *nec putes, extrà de excessib. Prælat.* vbi expressè dicit , quòd non, quia Ecclesia pleno iure subiectionis spectans ad Prælatum alterius Ecclesiæ dicitur de mensa illius Ecclesiæ.

Huic conclusioni, à qua nemo, quem viderim, post multam reuolutionem librorum,dissentit,optimè adstipulatur opinio illa communi omnium calculo recepta,nempè vt dispositio *text.* in *§. prætereà*
97 *Ducatus*,procedat,quando vna sola res, veluti vnũ tantùm Castrum est concessum in feudum sub vnico territorio,& vnica iurisdictione, secus quando essent plura Castra habẽtia separatas iurisdictiones, ità *Soc. Jun. d. cons. 68. num. 41. vers. 4. lib. 1.* repetito in *cons. 278. vol. 2. num. 2. vers. quartò*, quem sequuti sũt *Paris.* in præcit. *cons. 10. num. 18. vol. 1. Cassan.* in *Consuet. Burgund. rubr. 2. §. 6. num. 14.* in *3. limit. Tiraq. de iure primogen. q. 4. num. 48. limit. 8.* vbi allegat alios, *Roland. cons. 80. num. 14. vol. 1.* vbi plures cumulat, *Menoch. cons. 163. num. 21. vol. 2.*

Quòd autem Terra Caccuri tàm antè, quàm post concessiones ex aduerso præsentatas habuerit separatam,& discretam iurisdictionem, etiam spiritualem à Ciuitate Cariati, in nota facti plenissimè deductum est per testes,& scripturas,per quas constat,Terram Caccuri habuisse semper regimen de-
98 per se,quò fit , vt indè resultet alia iuris conclusio, quòd quando Castrum habet de per se regimen,licèt in aliquo seruiat Ciuitati,non tamen dicitur esse membrum illius Ciuitatis,nec de eius Comitatu, vt perbellè docet *Bald.* per illum *tex. in l. scapham, ff. de euiction. Gabed. decis. Lusit. 16. num. 4. par. 2.* vt n.
99 dicatur esse de Comitatu,necesse est, quòd nullam habeat apud se iurisdictionem,sed omnis iurisdictio sit apud Ciuitatem,cui subest, *l. qui ex vico , ff. ad municipal. l. nulli, §. quod si in vico, C. de sacros. Eccles. Bart. in l. 2. ff. de damn. infect. Alex.* in *l. si pupillus, §. territorium, ff. de verb. signific. Castrens. cons. 85. nu. 7. lib. 1. Run. cons. 18. num. 8. volum. 5.* Comitatus enim
100 appellatio ad eos non pertinet, qui eiusdem Comitatus iurisdictioni immediatè subiecti non sunt, sed proprium Magistratum habent, secundùm *Bal. cons. 357. num. 2. lib. 2. Cranett. cons. 672. n. 10. lib. 4.*

Ex quibus omnibus concludendum est, quòd dũ ex verbis appositis in inuestituris per Ducem præsentatis nulla resultet vnio , annexio, aut incorporatio singulorum Castrorum cum Comitatu Cariati,nec aliunde Dux probauerit assertam vnionẽ, & incorporationem,in qua se fundat, necessariò sequitur, quòd Terra Caccuri nunquàm fuit de Comitatu Cariati,nec vti eius membrum reputata, & iure licito potuit separari à dicta Ciuitate tanquàm corpus de per se pœnitùs diuisum,& segregatũ, habens proprium,& separatum territorium cum separata iurisdictione,& regimine.

Quod tantò facilius admittendum est in casu no-
101 stro , quia versamur in articulo aliàs decisо cum maxima solemnitate , & causæ cognitione per S. C. secundum hanc meam opinionem in venditione Terræ Mottæ Boualinæ,quæ fuit vendita ad instantiam creditorum Comitis Condeianni cum assensu Proregis tantùm,non obstante, quòd Comes se opposuisset,prætendendo,non posse vendi absq; assensu Catholicæ Maiestatis,tanquàm esset de Baronia Blanci, & exhibuisset priuilegium cum illis verbis, videlicèt , *Baronia Blanci consistens in infrascriptis Terris, &c.* inter quas erat descripta Motta Boualina,& oppositio Comitis fuit reiecta per bina decreta Sacri Cons. vt in memoria facti particulariter est adnotatum.

Hæc autem omnia ex abundanti quidèm dicere volui,non autem quòd ad casum præsentem necessaria forent,siquidèm. Quatenus aliqua vnio quoquo modo figurari possit , ea tamen prorsus cessare debet quòad Terram Caccuri,quæ semel fuit separata,& alienata à Comitatu per venditionem factã à Io. Baptista Spinellò in anno 1549. præcedente assensu Cæsareæ Maiestatis concesso Isabellæ Caracciolæ,quę postmodùm refutauit illam Troiano Spi-
102 nello eius filio,vt in facto est deductum, qua quidèm diuisione semel facta , eadem Terra Caccuri semper,& perpetuò remansit diuisibilis, & in alienationibus subsequentibus non est necessarius alius assensus super diuisione , prout in propriis terminis firmat *Capyc. in inuestitur. in vers. feudorum diuisio 11. sublimit. fol.* mihi 167. *Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 6. num. 19. limit. 11. Tiraquell. de iure primogen. quæst. 4. num. 58. limit. 14. Schrader. de feud. par. 8. cap. 2. num. 42. Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 39. num. 116. Menoch. cons. 104. num. 10. vol. 1. Socin. sen.* in præcito *cons. 68. num. 23. vol. 1.* ex regula *text. in l. pater, §. quindecim, ff. de leg. 3.* & aliis cumulatis per *Surd. cons. 105. num. 12.* cum *seq. vol. 1.* & sic cessat prima nullitas fundata in *§. prætereà Ducatus*, & in *præg. nouem capitum.*

Secunda nullitas facilius eluitur , nàm in eo, quod respicit defectum subhastationum, prompta est responsio in facto,& in iure , responsio in facto est,

eſt,quòd ſubhaſtationes interuenerunt,vt in memoria facti particulariter enunciatu,nec dicatur,quòd
103 ſubhaſtationes illæ fuerunt factæ in hac Ciuitate Neapolis,& ſic in loco iudicij tantùm,non autem in loco rei ſitæ,prout videbatur neceſſarium,ex doctrina *Caldermi conſ.1.tit.de empt.& vend.* nam *Calder.* loquitur per modum conſilij tantùm, vt patet tam in *princip.* ibi, *conſilium eſt bonum*, quam in *fin.* ibi, *conſulo tamen*, & dùm mouetur ad dandum huiuſmodi conſilium,allegat *text.in l.ſi prædium*, C. *de præd.minor.* in quo licèt *Imper.* ponderet defectum decreti Præſidis Prouinciæ, in qua prædium ſitum eſt,non propterea infert, quòd ſit neceſſarium decretum Iudicis loci rei ſitæ, adeò vt ſi non interueniat,venditio ſit nulla,nam eſſet contrà *tex.in l.magis puto,§.illud quæri poteſt,ff.de rebus eorum*, vbi eſt expreſsè diſpoſitum, quòd Prætor Romæ poteſt interponere decretum ſuper venditione prædij Prouincialis,ſed quia, vt plurimùm huiuſmodi decreta ſolent interponi à Iudicibus loci rei ſitæ, *Imperator* voluit attendere ea,quę frequentiùs accidunt,*l.nàm ad ea.ff.de legibus*, vel potiùs voluit ponderare Iudicem competentem, ità vt quotieſcunquè Iudex, qui interponit decretum,eſt competens ſiuè ratione rei ſitæ,ſiuè alio iure,ſufficiat decretum illius, & ſecundùm hunc intellectum optimè congruit cum diſpoſitione d.*§.illud quæri poteſt*, vbi *Alber.* in terminis id declarat,& alij ſequuntur, latè *Gomez tom.2. var.reſol.cap.14.num.17.* & ſic non probatur in eo *tex.* quòd ſubhaſtationes debeant fieri in loco rei ſitæ,ſed potiùs,quòd ſufficiat, ſi fiant in loco iudicij, quando Iudex eſt competens, vide *Greg.Lopez l.32. tit.26.par.2.in verb.do puedan*, qui cõcludit,non ſufficere ſi fiant in loco iudicij,ſed debent fieri in loco rei ſitæ.

Reſponſio verò in iure eſt,nàm licèt *Affl.dec.249.*
104 inter requiſita pro validitate venditionis rei ſtabilis pupilli vltimo loco enumeret ſubhaſtationem, per *tex.in l.& ſi ſine,§.quæſitum,ff. de minor.* tamen hoc non reperitur iure cautum, vt benè aduertit *Bald.* in d.*§.quæſitum*, qui propterea *ibi*, tàm in *prima* quàm in *ſecunda lectura* tenet, quòd hæc ſubhaſtatio non ſit de ſollemnitate,illud idem voluit expreſsè ipſemet *Bal.in auth.hoc ius porrectum,nu.* mihi 13. *verſ.ſed hic quæritur,C.de ſacroſ.eccleſ.* & propterea *gloſ.in l.1.in princ.in verb.alienum,ff.de rebus eorum*,
105 inquit,quòd tria tantùm ſunt neceſſaria in venditione rei pupilli,ſcilicèt decretum,cauſa, vt æs alienum,& præſentia tutoris,& *Imper.in l.lex, qua tutores*, in *princ.* C. *de admin.tut.* tria ſolummodò enumerat .S. inquiſitionem Iudicis,probationem cauſæ, & decreti interpoſitionem, *Gramm.conſ.137.num.14.* dicit,tria requiri in venditione bonorum pupilli .S. authoritatem tutoris,cauſæ examinationem, & Iudicis decretum,& non loquuntur de ſubhaſtatione,
106 ergò non eſt neceſſaria, prout nec illam neceſſariam reputat *Corn.conſ.19.num.3.col.2.verſ.& Bart. vol.4.* eadem ratione,quia non reperitur iure cautũ, illudmet colligitur apertè ex doctrina *Innoc.* in *cap. dudùm,extrà de reb.eccleſ.non alien.in 6.* nu. mihi 21. *verſ.tractatus*, qui dicit, in venditione rerum pretioſarum pupilli tria tantùm requiri, ſcilicèt cauſæ cognitionem,decreti interpoſitionem, & iuſtã cauſam alienandi, & tamen de ſubhaſtatione nullam pœnitùs facit mentionem, nec ab hac opinione diſſenſit *Luc.de Penn.in l.ſi tempora,col.fin.* in *fin.* C. *de fid.inſtr.& iur.haſt.fiſc.lib.*10. qui poſt argumenta ad partes,tandèm remittit ſe ad *Innoc.d.cap.dudùm.*
107 & ſucceſſiuè ſequitur illius opinionem, *tex.* verò in d.§. *quæſitum* pro contraria opinione adductus nedùm illam non probat, ſed potiùs ex eo fulcitur hæc opinio negatiua, ſiquidem, vt benè aduertit *Bald.ibid.* contractus in eo *tex.* non annullatur, ſed reſcinditur, & proindè præſupponitur contractus validus,non obſtante defectu licitationis,& ſubhaſtationis,verùm minor reſtitutus in integrum obtinuit reſciſſionem,qua de re dùm opinio contraria nullo *text.* fulcitur, mea verò opinio habet pro ſe *Doctores* tàm grauis authoritatis, prout ſũt *Accurſ. Innoc.Bald.Corn.& Luc.de Penn.* non dubitabit quilibet circumſpectus Iudex pro hac opinione iudicare, & procùldubio non eſt leuis ponderis illa ratio à *Doctoribus* ponderata,quòd ſcilicèt de tali ſubhaſtatione non reperiatur iure cautum,dùm videmus, quòd & *Iuriſconſulti,& Imperat.* tàm accuratè, & diligentèr quaslibet minutias obſeruandas in huiuſmodi pupillarium rerum alienatione adnotarunt in *l.magis puto*,& toto *tit. ff. de rebus eorum*, & tot. *tit.C.de præd.minor.* ac tot.*tit.ff.& C. de admin.tut.* & tamen de huiuſmodi ſubhaſtatione nullibi fit mentio,quam vtiquè veriſimilitèr non omiſiſſent, ſi
108 viſa fuiſſet neceſſaria, prout illam non omiſit *Imper.* circà alienationem rerum Eccleſiæ in *auth. hoc ius porrectum,C.de ſacroſ.eccleſ.*& ſic,vbi voluit, dixit,vbi non dixit,cenſetur noluiſſe, immò & ſi *Imper.* illam reputauerit neceſſariam in rebus Eccleſiæ,tamen ius canonicum non admiſit, & in alienatione rei Eccleſiaſticæ nulla requiritur ſubhaſtatio, vt per *Guid.Pap. dec.* 149. quod non aliundè obtinuit,niſi quia non eſt neceſſaria.

Præterea quatènus contraria opinio eſſet attendenda,vt ſcilicèt ſubhaſtationes ſint omninò neceſſariæ,quod nullatènus admitto,aduerto, quòd *Guliel.de Cun.* qui huius opinionis affirmatiuæ author fuit in *l.ſi prætor,ff.de minor.* & ſi tenuerit, requiri
109 ſubhaſtationem,tamen dicit, quòd eius defectus non cauſat nullitatem, quãdò ex cauſa licita palàm, & bona fide venditio facta fuerit,& ad hoc eum allegat,& ſequitur *Bal.* in d. *auth. hoc ius porrectum*, *num.* mihi 12. *verſ.ſed hic quæritur*,& hic propriè eſt caſus noſter, qui verſatur in alienatione facta ex cauſa licita,nempè pro ſoluendo æs alienum, quod vrgebat, & pretium fuit eum effectu conuerſum in ſatisfactionem creditorum,nec non fuit celebrata palàm cum interuentu Iudicis,Notarij, & teſtium in numero opportuno,& inſtrumentum præſentatũ apud acta S. C. intimato alio licitatore antè interpoſitionem decreti, & bona fides ità, & talitèr ſuperabundauit,vt aduerſarius nec allegare quidèm vllam malam fidem,dolum,aut læſionem auſus fuerit, & propterea ceſſabit omnis prætenſio Partis quòad hunc defectum ſubhaſtationis.

Quatènus verò hæc eadem ſecunda nullitas reſpicit defectum informationis capiendæ per teſtes, vltrà ea,quæ in facto deducta ſunt,ad demonſtrandum etiam,hanc informationem adfuiſſe,in alio tamen proceſſu, ſed coràm eodem cauſæ Commiſſario,aduerto,quòd dùm Pars præſupponit, talem informationem per teſtes eſſe omninò neceſſariam, & eius omiſſionem vitiare alienationem rei pupillaris,aut ipſa decipitur,aut alios decipere intendit,nã
110 hæc informatio eſt neceſſaria Iudici pro ſcienda qualitate,& quantitate bonorum, & fortunarum pupilli,an ſcilicèt adſint pecuniæ,nomina debitorũ, vel aliæ res,quæ diſtrahi poſſint prætèr ſtabilia,& ſi æs alienum non poteſt aliundè exolui, quàm per diſtractionem ſtabilium, an ſit magis expediens illa vendere,vel potiùs obligare,ità vt res magna propter

tur modicum æs alienum non diſtrahatur,vt eſt *text.* ad literam in d.*l.magis puto,§.non paſſim,* vſquè ad *verſ.Imperatores igitur,* vbi *Iuriſconſult.* dat formam Iudici, quomodo verſari debeat circa hanc informationem habendam,& ſubdit, quòd aut requirat neceſſarios pupilli,vel parẽtes,vel libertos,vel aliũ, qui rerum pupillarium notitiam habeat, & hæc eſt informatio per teſtes,aut ſi nemo inueniatur,vel qui inuenmuntur,ſuſpecti ſint,debet edi facere rationes, & compendium,quod eſt propriè bilancium pupillarium bonorum,ità formaliter inſtruit Iudicem *Iuriſconſ.*in d.*l.magis puto* , à prædicto *verſ. Imperatores igitur,* vſquè ad *verſ.illud quæri poteſt,* ex qua inſtructione patet,quòd hæc informatio fieri poteſt tã per teſtes,quàm per ſcripturas, & quotieſcunque Iudici conſtat de ſupradictis requiſitis, poteſt procedere ad interpoſitionem decreti ſuper alienatione rerum pupilli , etiam ſi nullam cœperit informationem per teſtes,& omiſſio talis informationis nõ vitiat decretum , & propterea non ſine cauſa alia iura de his loquentia requirunt ſimpliciter cauſæ cognitionem in hac alienatione , prout eſt *text.in l.ſi prædia,*ibi,*cauſa cognita,ff.eod.in l.minor,*ibi,*apud acta cauſis probatis,*C.*de præd.minor.l.ob æs,*ibi,*cauſa cognita.*C.*eod.in l.fin.*C.*eod.*ibi,*probatis, examinatiſq; cauſis,* quæ cauſæ cognitio poteſt adhiberi tã per teſtes,quàm per ſcripturas,& ideò non eſt verũ, quòd informatio per teſtes requiratur præcisè , immò Iudex poteſt ſe extrà iudicium informare, cùm hoc decretum ſit voluntariæ iuriſdictionis , vt per *Corn.conſ.pen.lib.*1.

Modò in caſu noſtro quantùmuis defuiſſet informatio per teſtes,quod negatur,non tamen defuit informatio per ſcripturas,& præſertim per editionem compendij,ſiuè bilancij bonorum pupillarium , ſiquidèm apud acta S.C.in eadem Banca , & coram eodem Commiſſario erat facta graduatio creditorum,quorum credita tranſcendebant ducatos 111. mille,erat etiam præſentatum bilancium bonorum pupillarium,& introituum,qui aſcendebant ſolùm ad annuos ducatos 4789. qui non ſufficiebant ad tertiam partem tertiarum debitarum dictis creditoribus,vt meritò S.C. decreuerit,procedendum eſſe ad venditionem omnium bonorum burgenſaticorũ, & feudalium, exceptа Terra Caſtrouillarum , ad quid ergò erat neceſſaria informatio capienda per teſtes? certè ad nil aliud, quàm ad cumulandum maiores ſumptus,& expenſas in damnum pupillæ, tantò magis,quia S.C. antequàm interpoſuiſſet decretum venditionis omnium bonorum , adhibuit planiſſimam cauſæ cognitionem, ſiquidèm cognouit,quia vrgebat magna moles æris alieni , ſcilicèt ducatorum 150.mille,& creditores omnes inſtabãt, quod patet per graduationem in proceſſu exiſtentem, & præſertim Troianus Spinelius creditor prò ſumma ducatorum 47.mille in circà,qui obtinuerat ſententiam,& fortiter inſtabat pro venditione, item cognouit,quòd introitus , qui perueniebant ex bonis pupilli,erant ſatis minoris quantitatis , quàm tertiæ ſoluendæ dictis creditoribus quotannis,erant enim introitus annuorum ducatorum 4789: tertiæ verò aſcendebant ad ducatos 15.mille annuos , fuit dictum,quòd venderentur res minus damnoſæ, nẽpè burgenſaticæ, & feuda non titulata, reſeruata Terra Caſtrouillarum,tãquàm decorata titulo Ducatus,debitum nõ erat paruum,ſed magnum, & ſuperabat valorem omnium bonorum , vt exitus demonſtrauit , & poſt interpoſitionem decreti ſubſequutæ fuerunt ſubhaſtationes in facti memoria annotatæ,ità vt nun video , quid vlteriùs deſiderari potuiſſet,erat enim notorium Iudici,& toti S.C.per prædictos proceſſus,& acta,alia bona mobilia , vel ſtabilia pupillæ non extare , ex quibus poſſet creditoribus omnibus,qui inſtabant ſatisfieri,& propterea nulla alia requirebatur bonorum excuſſio, nec cauſæ cognitio,vt habetur in *l.decem, ff.de verbor.*
112 *oblig.* quia quod notorium eſt,probatione non indiget , *Salyc.*in *l.eam quidem,num.*18.*C.de accuſ.* & quòd acta faciant notorium,ità vt res in actis redacta dicatur notoria,*Tiraq.*qui more ſolito innumeros congerit de *utroque retr.tit.*1.*§.*36.*gloſ.*2. *nu.*44. & alios modos inducendi notorium refert *Bonadil. lib.*5.*cap.*3.*num.*85.

Nec dicatur,quòd Ciminus non emit ſub haſta, nec licitatus fuit in ſubhaſtationibus factis pro exequutione huius decreti,quòd vendantur omnia bona,ſed per contractum emptionis voluntariæ, ſuper quo fuit interpoſitum nouum decretum , & quòd propterea cauſæ cognitio adhibita ſuper interpoſitione decreti,quòd bona vendantur, ante venditionem non poteſt operari reſpectu huius decreti interpoſiti pro conualidatione alienationis,& venditionis iam factæ , nam emptio facta per Ciminum fuit pro exequutione prædicti decreti, quòd bona vendantur,& ſubhaſtationum exindè ſubſequutarum,vt expreſsè dicitur in verbis aſſertiuis contractus,ſed quia ipſe noluit offerre ſub haſta , ſed potiùs voluit emere per contractum voluntarium pro pretio conuento,benè fuit neceſſarium nouum decretum ſuper conualidatione cautelarum, prout cũ effectu fuit interpoſitum,quod vtiq; non fuiſſet neceſſarium,ſi emiſſet offerendo ſub haſta , ſed non propterea erat neceſſaria noua cauſæ cognitio,nec nouæ ſubhaſtationes,vt probat *text.*expreſsius in *l. tutor rerum,ff.de admin.tutor.* & explicat *Dec. conſ.* 158.*num.*8.*verſ.ſed alia inſurgit difficultas,* præſertim quia eadem cauſa ſuberat,& idem vrgebant creditores, & à die interpoſiti decreti, quòd bona vendantur vſquè ad diem contractus non intercedebat longum temporis interuallum , ſed menſes modici tantùm,adeò quòd adhùc erat recens atramentum illius primi decreti.

Tantò fortius,quia per hanc emptionem factam per contractum voluntarium nedùm non fuit deteriorata conditio pupillæ,ſed illa ceſſit in maximum illius beneficium,& euidentem vtilitatem,ſiquidèm ſub haſta non fuit repertus emptor pro maiori pretio quàm pro duc.11.mille reſpectu Terræ Caccuri, & ducat.4.mil. reſpectu Ciuitatis Cerentiæ , vt in oblatione facta per Valerium Teleſium *fol.* 334. *& ibi tex.in proceſſ.graduationis,* at Ciminus voluntarè emit Terram Caccuri pro duc.16.mil.& Ciuitatem Cerentiæ pro duc.10500.adeò quòd meliorauit cõditionem pupillæ in duc.11500. Item meliorauit in alio , quia dicta venditio calculato pretio cum introitibus dictarum Terrarum remanet facta ad rationem duorum pro centenario, aut parum pluris, pretium verò aliarum Terrarum poſteà venditarũ fuit taxatum ad rationem quatuor pro centenario, prout in facto annotaui : tertiò meliorauit in alio, quia ex introitibus Terræ Caccuri percipiebantur annui duc.340.tantùm , & tamen ex pretio ſoluto per Ciminum,quod fuit ducatorum 16.mil. fuerunt dimiſſi creditores,qui tenebãt emptos annuos ducat.1600. ad rationem decem pro centenario,& ſic abſorbebant nedũ introitus Caccuri, ſed alios duc. 1260.quolibet anno,adeò q̃ non poteſt negari, quin dicta vẽditio ceſſerit in euidẽtem vtilitatẽ pupillæ.

113 Hinc

113 Hinc alia succedit iuris dispositio, quòd quocunque contractus factus cum pupillo, minore, aut alijs priuilegiatis personis cedit in vtilitatem pupilli, etiam nulla adhibita sollemnitate contractus tenet, & substinetur, secundùm opinionem *glo. in l. cùm hi, §. eam transactionem, in vers. alimentarius, ff. de transact.* & licèt opinio *glos.* sit disputata, tamẽ, ni fallor, ea est magis communis, prout illam sequũtur *Odoffred. Bal. Ang. & Iacobin.* in *l. fest.* licèt in *l. fest.* eam non sequatur quòad alienationem rei Ecclesiæ, *Io. Fab. in §. nè huius. Instit. de eo, cui liber. caus. bona adiciunt.* circà *fin. Rom. cons. 216. circà propositam, num. 2.* cum *seq.* vsquè in *fin. & cons. 453. num. 1. Dec.* in *cap. quæ in Ecclesiarum, n. 9.* in antiq. *& n. 28.* in nouissimè impressis, *extrà de const. & in cons. 124. num. 3. Corset.* in suis *sing.* in *verb. pupillus, Zuccar.* in *apostill. ad Panor.* in *cap. quæ in Ecclesiarum, num. 4. vers. à iure concesso, extrà de const. Cepoll.* in *l. fin. num. 26.* cum *seq. C. de vsucap. pro empt. Alber.* in *auth. hoc ius porrectum, col. fin. num. 19. in fin. vers. item si alienando, C. de sacros. Eccles. Ias.* in *§. actionum, num. 43.* in *fin. de actionib. Tiraq.* qui alios congerit de *legib. connub. glos. 8. nu. 62.* cum plur. *seq.* vbi *nu. 65.* resoluit, quòd quicquid sit in Ecclesia, certè in minore prospicuum est, quòd potest contrahere ad suum commodum, & vtilitatem, per *tex. in l. nequè, C. de cõtrah. & comm. stipul.* & idem voluit procedere, nedùm in adulto, sed etiam in pupillo, prout est casus noster, per *tex. in l. contrà iuris, in princ. ff. de pact. l. 2. C. de author. præst. §. 1. Instit. de author. tut.* facit etiam *l. si pupilli, ff. de neg. gest.* quod ex pluribus similibus cõprobat idem *Tiraq. ibid. num. 66. & seq.* Quòd hæc opinio sit magis communis, quàm contraria, patet ex cumulatis per *Ant. Gabr. lib. 3. comm. concluf. tit. de rer. alien. concluf. 1.* quibus Ego addo *Rebuff. in tract. seu compend. alienat. rer. Eccl. in 9. casu, num. 34. Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alien. rubr. de casibus, in quibus fit alien. rer. Eccles. sinè sollemnit. cap. incip. videtur etiam, fol. mihi 249.* per *tot. Surd. cons. 9. num. 14. & seq. vol. 1.* & etiam *cons. 74. num. 40. vol. 2.* adiungi; incuitabili ratione, quia quandò venditio cedit in vtilitatem pupilli, cessat causa finalis, quæ introduxit huiusmodi sollemnitates, nempè ad euitandum fraudem, & læsionem pupilli, *l. lex, quæ tutores, C. de admin. tut.* & propterea cessare debet etiam eius effectus, iuribus vulgatibus.

Quæ quidem iuris dispositio in casu nostro nullã habere potest difficultatem, quia non solùm con-
114 currit eundem vtilitas in beneficium pupillæ, verùm etiam adest illius ratificatio, postquàm peruenit ad perfectam, & legitimam ætatem, nedùm tacita per cursum quinquennij, inducta ex *l. fin. C. si maior factus alien. fact. sine decreto*, de quo per *Dec. cons. 212. num. 5. & cons. 209. col. 2. vers. præterea, Aym. cons. 19. col. 1. vers. secundò respondeo*, & alios cumulatos per *Gabr. lib. 2. comm. concl. tit. de minor. cõcl. 4.* sed etiam expressa per receptionem pretij, quæ sola pretij receptio inducit expressam ratificationem de iure, vt est *text. in l. quidam, ff. de euiction.* quem procedere etiam in maiore voluit *Aret. cons. 128. nu. 6.* & confirmat *Menoch. lib. 3. præsumpt. 75. Alex. Randens. cons. 8. num. 14. in fin. vol. 1.* Item est expressa ratificatio, quia pupilla iam adulta petijt rationes administrationis factæ per Marchionem Mesuracę, in quibus aggregauit pretiũ ad Marchionẽ peruẽtũ ex dicta venditione Caccuri, & hoc solùm sufficit ad inducendam ratificationem alienationis factę sine sollemnitatibus, prout in his terminis in iudiduo decisum fuit per Rot. *Auen.* teste *Hieronymo Laurentio decis. 97.* & est *tex.* satis particularis, ni fallor, in *l. illicitè, ff. de reb. eor.* cum quibus concordat *glos. in l. 1. C. si maior fact. ratum hab. lib. 2.* quæ voluit, ratificationem induci in his casibus, siue expressis verbis, siuè aliquid faciendo, per *tex. in l. non solùm, ff. rem rat. hab.* & ex hoc tertia proficiscitur ratificatio, quia prædicta Ducissa in prædicto processu cõtrà Marchionem Mesuracæ produxit etiam cautelas de dicta venditione Caccuti, & solutione pretij facta creditoribus per Cuminum, prout in facto habetur, ex qua scripturarum productione inducta est alia expressa ratificatio, *Dec. cons. 558. nu. 7. Gozzad. cons. 42. num. 9.*

115 Quòd autèm in hoc casu contractus cedens in vtilitatem pupilli, etiam nullis adhibitis sollemnitatibus sit validus, tam post ratificationem sequutam expressè, vel tacitè, vt supra, quàm antè propter spẽ conualidationis, per iura prædicta voluit apertissimè *Præs. de Franch. decis. 35. num. 5. & 6.* licèt in Ecclesia concludat contrarium.

Quòcunque igitur se vertat Dux aduersarius, in promptu est notoria iustitia pro Francisco Cimino conuento, quam benignissimè tueri æquissimi, & religiosissimi Senatores non indignabuntur.

Scipio Rouitus.

116 Die 27 Maij 1600. referente Regio Consiliario Nicolao Antonio Gizzarello, iunctis Magnificis Consiliarijs duarum Aularum, qui tunc faciebant numerum nouem vororum, fuit prolata sententia absolutoria in fauorem Francisci Cimini mei Clientis. Actuar. S.C. est Figliola.

RERVM SVMMA.

117 *Refutationes si fiunt secundogenitis, vel illis, qui non immediatè succedunt, si habent consensum primogeniti, vel immediati successoris, tunc assensus Regius non requiritur, neq; pro validitate refutationis, neq; consensus præstiti.*

118 *Consensus proximioris, & immediati successoris an debeat intervenire in ipso actu refutationis, vel sufficiat, si subsequatur post refutationem, & alia plura circà consensum præstandum afferuntur.*

119 *Primogenitus, vel alius immediatus successor si noluerit præstare consensum super refutatione, datur cautela.*

120 *Feus in materia feudali duplici modo cõsideratur, s. respectu Domini, & successoris.*

121 *Feudi ex pacto, & prouidentia antiqui possessor, illud etiam directo Domino refutare non potest.*

122 *Successores si sunt filij, potest pater in vltima voluntate de feudo hereditario gravare filios heredes in tota æstimatione feudi, deductis legitima, si sunt collaterales, possunt gravari vsq; ad integrum feudi valorem.*

123 *Feudum hereditarium inter viros potest pater alienare cum assensu, sinè successores sint descendentes, sinè collaterales, & quarè.*

124 *Assensus præstitus super donatione feudi facta secundogenito, non facta mentione primogeniti an sit subreptitius.*

125 *Feudum hereditarium iudicatur vt res allodialis, quãdò in dispositione accõmodatur Domini voluntas.*

126 *Feudum ex pacto, & prouidentia si est nouum in persona acquirentis, potest illud alienare etiam inuito filio, vel nepote.*

127 *Vasallus sicut feudum nouum cum consensu Domini potest alienare in præiudicium filiorum, ita eum consensu Domini potest vni ex filijs assigna-*

re

re in præiudicium aliorum.

128 Decisio Collateralis Consuij recenſetur.

129 Feudo legato quemadmodum aebetur æſtimatio, ità si ſit illud donatum, quod eo magis procedit in donatione facta contemplatione matrimonij, & quarè, & an hoc ſit verum, n. 136. 143.

130 Donatio facta in capitulis matrimonialibus dicitur corrispectiua ad ipſum matrimonium.

131 Actio de dolo, vel præscriptis verbis dicitur alicui competere, quandò ipſe adimpleuit promiſſa contrà non adimplentem.

132 Conditio ob causam datur in facto repetibili, in facto verò irrepetibili datur actio de dolo, in qua venit totum illud intereſſe, quatènus mea interſit fuiſſe factum, quod eſt promiſſum fieri.

133 Clauſulæ feudorum naturam alterantes ſunt de apicibus iuris.

134 Bona fides operatur, vt debeatur intereſſe ab aduerſario.

135 Promittens factum alienum non excuſatur ob difficultatem adimplendi, quæ fuit cognita ab initio, & num. 158. vbi locus Andreæ explanatur.

137 Alienans feudum ſi promittat expreſsè euictionem, non tenetur de ea, ſi contractus principalis non tenet propter defectum aſſenſus.

138 Euictionem promittens ad quid teneatur, & quid ſit de euictione teneri.

139 Conſtitutio Regni incipiens Conſtitutionem diuæ memoriæ, quid determinet.

140 Obligatio ad intereſſe inter contrahentes ex non adimplemento promiſſorum ex iuris diſpoſitione ſequebatur, quod quidem intereſſe, quia erat incertũ, fuit introductum, quòd ſtipularetur certa pœna ſoluenda per non adimplentem.

141 Pœna in ſtipulationem deducta Parti applicanda nõ debetur, niſi quatènus eum intereſſe concurrat.

142 Conſtitutio Regni Conſtitutionem diuæ memoriæ, comprehendit tàm alienationem factam per contractum, quàm per vltimam voluntatem.

144 Legatum, & donatio inter viuos differunt inter ſe, & quæ ſit ratio differentiæ remiſſiuè.

145 Interpretatio latior fit in teſtamentis, quàm in contractibus.

146 Coniectura voluntatis attenditur in vltima voluntate, quæ non habet locum in contractibus, in quibus non cogitur quis aliud ſoluere, quàm quod promiſit, immò in eis potiùs fit interpretatio, vt non valeant, quàm vt pro re pretium præſtetur.

147 Deciſio tàm Collateralis, quàm S.C. in propoſitas quæſtione.

148 Feudo donato deberi æſtimationem, qua ratione Doctores id affirmant, & n. 150.

149 Clauſulæ in donatione feudi ſi ſunt appoſitæ, quæ tollunt primæuam naturam ipſius, & etiam ſubſtantiam contractus feudalis, quæ eſt fidelitas, quæ remitti non poteſt, impoſſibile eſt, quòd ſuper ea præſtetur aſſenſus.

151 Obligatio nulla reſultare poteſt ex contractu ab initio nullo, neque quòad æſtimationem, & quarè, & vide n. 157.

152 Clauſula, non aliter, nec alio modo, inducit, quòd donatio eatenus intelligitur facta, quatènus ſubſequatur aſſenſus.

153 Clauſula, non aliter, nec alio modo, inducit conditionem, & formam præfatam.

154 Feudi legati æſtimatio nõ debetur, ſi ſit legatum cũ clauſula, ſaluo aſſenſu Regio, & non aliter, nec alio modo, & quarè.

155 Feudo legato deberi æſtimationem, qua ratione ſit introductum.

156 Feudi donatio pro dote alicuius mulieris, vel prò dotario non ſubſtinetur, & eſt ipſo iure nulla.

158 Andr. in c. 1. in fin. de inueſt. de re alien. fact. dictã recenſetur, & declaratur.

159 Quarta, & donatio propter nuptias, antefatum, vel dotarium ſunt ſinonyma, & in idem recidunt.

160 Maritus promittẽs quartam vxori ſuper feudo, vel feudum ei aſſignãs pro quarta, ſi nõ impetratur aſſenſus, tenetur ad æſtimationem, & quarè.

161 Feudo donato in remunerationem ſeruitiorum, licèt nõ valeat donatio quòad feudum, valebit tamen, quòad æſtimationem, inſpecto valore mercedis ſeruitiorum.

162 Pater tenetur dotare filiam, & cõſtituere donationẽ propter nuptias pro filia, & filio.

163 Extraneus, qui dedit pro dote, vel dotario feudum ſine aſſenſu, nõ tenebitur nec ad feudum, nec ad æſtimationem.

164 Donatio cõtemplatione matrimonij dicitur facta viro, non eius vxori, licèt ſecundariò vxori vtilitas acquiratur.

165 Cauſa propria dicitur, cuius emolumentum, vel dãnum ad aliquem ſuo nomine ſpectat.

166 Vxor etiam inuito viro poteſt agere contrà ſocerum actione perſonali ad obſeruantiam donationis promiſſæ.

167 Donatio contemplatione matrimonij non poteſt reuocari à viro in præiudicium vxoris.

168 Donatio cõtemplatione matrimonij finito matrimonio remanet vt ſimplex donatio facta filio, & nullius vxoris intereſſe cõſideratur.

169 Vxor ſi remanet defraudata ſuis iuribus dotalibus in donatione cõtemplatione matrimonij, poterit cõtrà donatorem agere.

170 Stipulans rem, quæ nõ eſt in noſtro commercio, etiam ex cauſa oneroſa, nõ tenetur promittens ad intereſſe, neque ad æſtimationem rei promiſſæ. ſed tãtum ad quod à ſtipulatore recepit, etiam ſi ſtipulator ſit externus, ſinè peregrinus, & n. 176. vbi affertur ratio.

171 Bona fides in muliere in contractu rei feudalis nõ reſultat ex ignorãtia iuris, ſed benè ex ignorantia facti, & n. 173. et 174.

173 Emens ignorãtèr rem feudalem ſine aſſenſu poteſt pro intereſſe vẽditorem conuenire.

175 Bona fide quandò de feudo dicatur diſpoſitum.

177 Feudum ſine aſſenſu alienãs quantùmuis ſe obligauerit ad illum impetrandũ, talis obligatio nihil operatur.

178 Aſſenſus Regis impoſſibilis reputatur in caſibus, in quibus nõ ſolet præſtari, & meritò ex eo nulla oritur obligatio.

179 Promittens factum alienum, faciendo quicquid poteſt, excuſatur etiam ſi ab initio promiſſori erat cognita difficultas.

180 Promittẽs remanet excuſatus ob difficultatem reſultantem ex prohibitione iuris omnibus cõtrahentibus communis, nõ obſtante, quòd ab initio illam cognouerit, et tunc ſe ipſum ſtipulator decipit.

ET quia incidit ſermo in materia refutationis feudorum Titulatorum, quas faciunt Barones Titulari eorum filijs primogenitis, ſeù alijs, qui ſunt legitimi, & immediati ſucceſſores, ideò vltrà ea, quæ adnotauimus in *pragm. 20. ſuprà de feud.* Eſt aduertendum, quòd
117 quandoquè huiuſmodi refutationes fiunt etiam ſecundogenitis, ſeù alijs, qui non ſuccedunt immediatè, ſed hoc caſu requiritur per neceſſe, conſenſus primogeniti, ſeù illius, qui eſt immediatus ſucceſ-

ſor,

ſor,& tunc accedente tali conſenſu nullus requiritur aſſenſus Regius, nec pro validitate refutationis factę ſecundogenito,ſeù alteri vlteriori in gradu,neque pro validitate conſenſus præſtiti per primogenitum,ſeù alium in gradu proximiorem, & ſucceſſorem immediatum,ſecundùm *Loſſred.conſ.1.& 11. nu.46.Io.de Lign.* cum alijs *Doctoribus* Bononienſib. *conſ.77.* inter *conſilia Alber.Brun.* & eſt de mente *Camerar.* in *l.Imperialem,cart.33.colum.3.* in *fine*, & ita poſt diſputatum articulum ad partes deciſum per Regiam Cameram refert *Ioa.Vinc.Anna* in *rubr.de vaſall.decrep.ætat.num.57. verſ.ſed quid in illo*, cum *ſeqq.* vſquè ad *num.* 291. & conſtat ex *deciſ.* Regentis Reuerterij 134. *verſ.immò fortiùs*, & *deciſ.* 156. & iterùm fuit deciſum per eandem Regiam Cameram in cauſa illorum de Breſegna penès Squillantem.

118 Dubitatum quandòque fuit, nùm hic conſenſus proximioris,& immediati ſucceſſoris debeat interuenire in ipſo actu refutationis, vel ſufficiat, ſi interueniat,& ſubſequatur etiam poſt factam refutationem,& dubium oriebatur ex illa regula, quòd in feudalibus ius ſuperueniens non opitulatur, ad *text.in cap.ſi quis fecerit,quo temp.nil.* & in *cap.1.qui ſucceſſ.teneant.tit.2.* vbi hoc notat *Andr. Præſ.de Franch.dec.540.num.14.* ſed prævaluit opinio contraria,vt talis cõſenſus proximioris poſſit præcedere,& ſubſequi ipſam refutationem,ex regula *text.in l.per fundum*,vbi notat *Angel.in princ.ff de ſeru.ruſt. præd.* & in *l fin.ff.comm.prædior.* & voluit in ſpecie *Andr.* etiam in conſenſu Domini in *cap.Imperialem, col.6.in fin.nu.* mihi 14.ibi. *Item quæritur,an conſenſus valeat,ſi præcedit,vel ſubſequatur*, & idem in cõſenſu vtriuſquè admiſit *Camer. ibidem, fol.* mihi 90. *col.1.in 2.concl.* per totam,per *tex.in l.licèt, ff.de Iud.* & quòd hoc procedat etiam in agnato, voluere *And.Bal.* & alij in *c.1.de alien feud.patern.* & procedit ſecũdùm omnem regulam in omni conſenſu, qui debet præſtari à pluribus,vt ſingulis, vt tradiderunt omnes *Ciuiliſtæ* in *l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqu.hæred.* & præſertim *Aret.col.6. verſ.ibi aliquandò lex requirit conſenſum*,& argumentum in contrarium procedit in prima inueſtitura facta à Domino feudi,qui prohibetur facere inueſtituram de feudo viuentis,adeò vt ſi per mortem illius feudum deuolnatur ad Dominum,hoc ius ſuperueniẽs non opitulatur inueſtito ad cõualidandum eius inueſtituram, niſi facta fuerit ſub conditione,vt in alleg.*cap.1. qui ſucceſſ.teneant* & in *§.moribus,ſi de feud.defunct. mil. fuer.contr.* Idquè adeò verum eſt, vt etiam ſi huiuſmodi conſenſus agnati proximioris fuerit pretio redemptus poſt refutationem factam, adhùc validus, & ſollemnis cenſendus eſt,vt admiſit indubitatè *Camer.in l.Imperialem.car.33.lit.K.& ſeq.*

119 Quòd ſi primogenitus,ſeù alius immediatus ſucceſſor noluerit præſtare ſuum conſenſum in tali refutatione,tunc cautela erit, vt feudatarius donet illud feudum ſecundogenito, ſeù alteri remotiori in gradu cum aſſenſu Regis,& primogenitus,ſeù alius immediatus ſucceſſor, ad quem ſpectaret futura ſucceſſio,non poterit conquæri, talem donationem fieri in fraudem ſuæ futuræ ſucceſſionis, ſiquidem

120 in materia feudali duplici tantùm modo fraus eſt cõſiderata,reſpectu Domini ſcilicèt,& reſpectu ſucceſſoris;Reſpectu Domini, quandò fieret fraus de contractu ad contractum,vtputà ſi quis ſub ſpecie contractus refutationis, ſeù infeudationis realitèr venderet,prout loquitur *text.in cap.beneficium, & ibi And.ſi de feud.defunct.mil.controu.fuer.* & melius *in cap.1.§.commercium.de prohib.feud.alien.per Loth.* Reſpectu verò ſucceſſoris, quandò ſumus in feudo ex pacto,& prouidentia antiquo, quod debetur filio,vel agnato,ſiuè velit,ſiuè nolit feudi poſſeſſor,nõ eſſet permiſſa alienatio,quia per alienationem priuaretur ſucceſſione ille ſucceſſor,cuius iura non dependent à perſona defuncti,ſed à pacto maiorum,& prouidentia legis,quibus non poteſt derogare poſſeſſor,& per conſequens in tali feudo ex pacto, & prouidentia fraus eſt conſiderabilis, ità vt non de-

121 beat permitti alienatio, per quam talis ſucceſſor fraudaretur feudo ſibi debito,etiam ſi poſſeſſor vellet refutare directo Domino,*Andr.in cap.1.§.& ſi libellum,num.7.verſ.ſed nunquid ergò exiſtente filio, de alien.feud.patern.*& in *c.1.§.ſed et res,per quos fiat inueſt.Am.* in *rubr.de vaſall.decrep.ætat.nu.13. & ſeq.* At quandò ſumus in feudo hæreditario, tunc eſt diſtinguendum inter contractum inter viues,& inter

122 vltimam voluntatem,nàm in vltima voluntate, ſi ſucceſſores ſunt filij,poteſt pater grauare filium hæredem in tota æſtimatione feudi,deducta tamen legitima,ſed ſi ſunt collaterales,poterit grauare vſquè ad integrum valorem feudi,*Loſſred.conſ.46.nu.24.& ſeq.Præſ.de Franch.dec.1.num.39.* per totum, *Reg.de*

123 *Pont.conſ.88.nu.49.& ſeq.lib.1* Per contractum verò inter viuos poterit alienare ipſum corpus feudi cum aſſenſu, ſiuè ſucceſſores ſint deſcendentes, ſiuè collaterales,nec poſſunt contradicere, *Andr.* in d.§. *& ſi libellum*,poſt *num.9. verſ.ſed quid ſi acquiſiuit*, cùm enim ipſis filijs, ſiuè collateralibus nullum ius ſit acquiſitum in feudis,nec in eis acquiri poſſit,niſi quatènus remanſerint in hæreditate defuncti, certè in vita nullum habent intereſſe conſiderabile, per quod impugnare poſſint diſpoſitionem feudatarij, cùm ius illorum non poſſit metiri,niſi mediãte perſona defuncti,vt pluribus probat ſpecificè *Frecc. de ſubfeud.lib.3.de differ.inter feuda ex pacto, & hæred. differ.2.fol.* mihi 439.aſſignans rationem, quia illa formula inueſtituræ in his feudis hæreditarijs non prouidet poſteris,vt poſteris,ſed recipienti tantùm, & ſuis hæredibus,ſi recipiẽs vult,& ſi non vult,quia in vita diſtrahit,non læditur hæres de ſuo, ergò ſi abeſt læſio,non poteſt conſiderari fraus ſucceſſoris, & ipſemet *Frecc.* in *1.quæſt.* in materia *Conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ*,incip.*ſupereſt,fol.* mihi 171.

124 longè,latèq; diſputat ad partes illam quęſtionem, an aſſenſus præſtitus ſuper donatione feudi facta ſecundogenito,non facta mentione primogeniti ſit ſubreptitius?& cõcludit,quòd nõ,& ait,ſic fuiſſe deciſum,quia nulla lege feudorũ id prohibetur, quicquid in contrarium voluerit *Camerar.* in *l.Imperialem,car.56.col.4.lit.V.* cum *ſeq.* quia *Camer.* nõ dicit, aſſenſum non debere præſtari,ſed aſſerit, quòd ſuo tempore Regentes Regiam Cancellariam non paſſim,& indiſtinctè præſtabant aſſenſum, quandò pater excluſo filio primogenito donaret feudum ſecũdogenito,& vix ſolebant conſentire, quandò pater habet tria feuda,& donat vnum ſecũdogenito,& ſic non facta mentione primogeniti putabat *Camer.* aſſẽſum eſſe ſubreptitium:at noſtris temporibus, quibus conſtat ex deciſionibus pluriès in ſimilibus factis,aſſenſum in hoc caſu nõ debere denegari, vtiq; ceſſat aſſumptum *Camer.*& remanet firmiſsima opinio *Frecc.* tot deciſionibus approbata,& antiquis,& modernis temporibus,& ſignantèr in anno 1568.in cauſa inter Bartholomæum Caraſam fratrem primogenitum,& Franciſcum Caraſam ſecundogenitum ſuper Caſtro Rionigri,quod fuerat donatum à communi patre dicto Franciſco ſecũdogenito, abſq;

illius conſenſu,& fuerat impetratus aſſenſus , non facta mentione primogeniti , & propterea mota lite per Bartholomæum primogenitum, qui prætendebat donationem nullam,& aſſenſum ſubreptitium,fuerant latæ ſententiæ difformes per diuerſa Tribunalia, Sac. Conſ. & Regiæ Cameræ Summariæ,nàm Sacr.Conſ.habuit donationem,& aſſenſum pro validis,& ſic iudicauerat in fauorem Franciſci ſecundogeniti,at Regia Camera habuit donationẽ inualidam,& aſſenſus ſubreptitium,& ſic iudicauit in fauorem Bartholomei primogeniti,propter quod interpoſita reclamatione ab vtraquè ſententia,& in deciſione reclamationis vnitis Tribunalibus Sacr. Conſil.& Regiæ Camerę,fuit ab vtriſquè Tribunalibus iudicatum in fauorem ſecundogeniti pro validitate donationis,& aſſenſus , & ſic fuit confirmata ſententia lata per Sacrum Conſilium in fauorem Franciſci,& reuocata ſententia lata per Reg. Cam. in fauorem Bartholomæi ſub die 14. Octob. 1568. in qua deciſione ex Tribunali S. C. interuenere Thomas Salernitanus Præſes,Ioan. Andr.de Curte, Thomas de Altomare,Antonius Orificius,Vincentius de Franchis,Cæſar Vitellus, & Cæſar Aldana, tunc Regij Conſiliarij,& ex Tribunali Regiæ Cameræ interuenere Ferdinandus de Aualos Locumtenens, Bernardinus de Sancta Cruce, Alphonſus de Salazar , & Annibal Moles Præſidentes Regiæ Cameræ. Actuarius S.C.Iulius Angriſanus. Actuarius Regiæ Cameræ Cæſar Raparius.Nec eſt mirũ, quòd aliquibus temporibus huiuſmodi aſſenſus fuerint denegati,nunc verò paſſim concedantur,nã id in pluribus caſibus ſolitum eſt contingere ex ſagacitate Officialium,vt ait *Reg.de Ponte conſ.3. nu. 90.lib.1.*& idem *Frecc.ibidem 33.differ.in princ.* fir-
125 mat regulam,quòd feudũ hęreditariũ iudicatur res allodialis,quandò in diſpoſitione accommodatur Domini voluntas,quia nemo tunc lædituꝛ , cùm diſpoſitio fiat ab eo,qui poteſt libere diſponere accedente licentia Domini,aliàs enim ſi hæc ſperata ſucceſſio eſſet conſiderabilis in feudis hęreditarijs, vtiquè nunquàm eſſet locus præſtandi aſſenſum in illorum alienatione,& tamen videmus,quòd in dies paſſim præſtantur aſſenſus, nullo requiſito conſenſu,nec ſcientia ipſorum ſucceſſorum , & quatenus in ſupplicatione pro aſſenſu fit mentio ſucceſſorum, hæc expreſſio fit ad reddendum faciliorem aſſenſũ, nempè,vt ſciat Rex,quòd per ſuperexiſtentiam ſucceſſoris ceſſat aliqua ſpes deuolutionis ad Regiam Curiam , vndè cùm in caſu noſtro non poſſit conſiderari fraus reſpectu Domini , nec reſpectu ſucceſſoris,cùm verſetur in feudo hæreditario, rectè dixi ab initio,quòd hæc prætenſio eſt contrà expreſſam diſpoſitionem iuris feudorũ , addo nouiſſimè *Frãc. de Amic.*in ſua *repet.ſit.de his,qui feud. dar. poſſ.fol. 160.verſ.ſed in præmiſſis*,vbi fundat,quòd nec etiam opus ſit in aſſenſu impetrato ſuper donatione facta ſecundogenitò facere aliquam mentionem de primogenito, quod ipſum fuit etiam iudicatum in dicta cauſa Caſtri Rionigri vnitis Tribunalibus.

126 Quæ tantò magis procedent irrefragabilitèr, ſi feudum donatum eſſet feudum nouum in perſona donantis,nàm tunc etiam ſi eſſet feudum ex pacto, & prouidentia , poſſet illud alienare inuito filio, ſeù nepote ex filio ſucceſſore , vt tradidit *Andr. in cap. 1. §. & ſi libellum , de alien. feud. pater. num. 9. 10. & 11.* ſequitur *Loffred. conſ. 8.num.23. conſ. 14. num. 53. & conſ. 52. num.1.* vbi atteſtatur, neminem ab hac concluſione diſcrepare, Ego addo eundem *Andr. in cap. 1. verſ.quid Titius, in fin. ſi de feud. fuer. contr. & in cap.1. §. quid ergò*, poſt *num. 8. verſ. dic , quòd loquitur in feudo nouo , de inueſt. de re alien. facti. Camer. in l. imperialem fol.95.lit.A.verſ.vnde,& illud. Clar.in §.feudum,q.41.& in §.emphyteuſis,q.16. verſ.ſed his præmiſſis,Petr.de Greg.de conceſſ.feud.p.3.q.7. Intrig.de feud.cent.1.q.10.num.75.Gamm.dec.Luſit.84. in fine, Cornaz.in dec.Rot.Lucenſ.deciſ.40.& 150. eadem Rot.Lucenſ.deciſ.47.in princip. & 117.* inter *diuerſ.* ergò ceſſat omnis prætenſio fundata in futura ſucceſſione immediati ſucceſſoris,addo nunc iterùm ipſummet *And. in cap.1.de alienat. feud. patern.* vbi
127 concludit,quòd quemadmodùm vaſallus feudum nouũ cum conſenſu Domini poteſt alienare in præiudicium filiorum,eadem ratione cum cõſenſu Domini poteſt vni ex filijs aſſignare in præiudicium aliorum,& ſequitur *Cur.iun.conſ.119.num.11. vol.3.*
128 Quæ omnia fuerunt longè,latèque diſcuſſa, & iuxtà prędicta determinata in Collaterali Conſilio inter D.Alonſum Sãchez nepotem Marchionis Gruttulæ ex filio primogenito ex vna , & Don Ioannem Sanchez de Luna filium ſecundogenitum eiuſdem Marchionis ex altera , cui dictus Marchio pater donauit feudum S.Arpini,ſeù S.Elpidij, & in expeditione,& ſigillatione aſſenſus dictus D.Alonſus ſe oppoſuit mediante empara facta Regio ſigillo,allegando inter cætera,quòd aſſenſus non poterat præſtari , quia donatio tendebat in præiudicium ipſius D.Alonſi,qui debebat eſſe legitimus ſucceſſor omnium feudorum vti nepos ex filio primogenito, & fuit latum decretum in fauorem D. Ioannis cum interuentu DD.Iulij Palermi,& D.Didaci de Vera,& Prato Regiorum Conſiliariorum,qui fuerunt adiũcti dati Regio Collaterali Conſilio vltrà tres Regẽtes ordinarios die 7.Septemb. 1605. pœnès Dominicum Barrilem Regium à mandatis Scribam.

Et quia idem Don Alonſus vltrà prædicta allegabat,quòd dicta donatio facta D.Ioanni ſecundogenito tendebat in fraudem donationis omnium bonorum feudalium,& ſignantèr dicti Caſtri S.Arpini olim factę per eundem Marchionem in beneficium D.Alonſi ſui patris filij primogeniti dicti Marchionis contemplatione matrimonij contracti cum D. Beatrice de Marinis in Regno Sicilię vlterioris,quę licèt non fuiſſet vallata legitimo aſſenſu , attamen non poterat negari , quin deberetur æſtimatio , & propterea intererat ſua , nè dictum Caſtrum tranſiret pœnès tertium poſſeſſorem, ideò rogo Lectorẽ beneuolum,nè dedignetur oculos, & animum dirigere ad ea,quæ in hoc articulo diſcuſſa fuere coràm eiſdem ſummis Iudicibus.

Fundabat igitur D.Alonſus hanc ſuam prætẽſio-
129 nem tribus aſſumptis.Primò , quia quẽadmodùm legato feudo debetur æſtimatio ſecundùm frequentiores in Regno deciſiones , ſic etiam donato feudo debetur æſtimatio,iuxtà deciſiones in ſimilibus etiã donationibus.

Secundò , quia ſi hæc opinio pateretur controuerſiam in legato,& donatione ſimplici,nullàm tamen dubitationem admittit in donatione facta cõtemplatione matrimonij, tùm quia propter matrimonium dicitur fauorabilis,ex regula *tex.et ibi Doctores in l.1.ff.ſolut.matrimon.l.vnica , C.de rei vxor. act.l.aſſiduis,C.qui pot.in pign. habeant.* cum ſimili-
130 bus. Tùm quia,dùm fuit facta in capitulis matrimonialibus,dicitur correſpectiua ad ipſum matrimonium,quod quidèm matrimonio D. Beatrix coniux non contraxiſſet,niſi intuitu huius donationis, & dùm D. Beatrix adimpleuit iam ex parte ſua

Mar-

Marchio verò non adimpleuit, quia ſuper donatione facta non impetrauit aſſenſum, proùt promiſit,
131 immò illam reuocauit, non poteſt negari, quin ipſi D. Beatrici competat actio de dolo ad adimplendum promiſſa,& ſucceſſiuè ad conſequendum quanti ſua intereſt, Marchionem non feciſſe donationem validam,vel ſaltem actio præſcriptis verbis, vt concludit *Curt.iun.* in *l.naturalis*, §.*quod ſi faciam*, in *verb.etenim*, antè *verſ.non obſtat*, *ff.de præſcript. verb.* Præſertim,quia id,quod adimpleuit D.Beatrix
132 ex parte ſua,eſt factum irrepetibile, nempè matrimonium iàm contractum,quod non poteſt fieri,non eſſe contractum,& conſummatum, quo caſu in locũ conditionis ob cauſam, quæ daretur in facto repetibili,datur actio de dolo,*Bart.* in d.*l.naturalis*,§.*quod ſi faciam*,*nu.* 3. in qua actione de dolo venit totum illud intereſſe,quatènus mea interſit,fuiſſe factum, quod conuentum eſt fieri,ſecundùm *Bartol.& Curt. iun.ibidem*,& ideò concludit,quòd quemadmodùm vir, & filij ipſius D.Beatricis potirentur ipſis bonis feudalibus,ſi donatio fuiſſet vallata Regio aſſenſu, ità in compenſationem huius intereſſe debent habere æſtimationem integram ipſorum feudorum.

Tertiò,& vltimò,quia quatènus hoc totale intereſſe ad integram feudi æſtimationem non deberetur, tamen hæc donatio in capitulis matrimonialibus facta,operari debet, vt Marchio donans remaneat adſtrictus,vt hæc feuda quantùmuis hæreditaria grauare non poſſit vſquè ad eum modum, per quem facultates,quæ ſupereſſent,non correſponderent proportionabilitèr,& de cõdigno dotiſ receptæ, attenta maximè ſexus, & ætatis imbecillitate in ipſa muliere contrahente cum ſocero Regis Conſiliario,& præſumptam iuris ignorantiam præſeferen-
133 te,præſertim circà clauſulas feudoru n naturam alterantes,quæ ſunt de apicibus iuris,ex traditis per *Andr.* in *cap.*1.in *addit.num.*5.in *fin. qual. olim feud. poſſ.*
134 *poter.alien.* quæ omnia faciunt præſumere bonam fidem in ipſa muliere, & ex hac bona fide reſultat, vt debeatur hoc intereſſe ab Aduerſario,vt hoc caſu deberi voluit *Andr.* in *cap.*1.§.*fin.* in *fin.de inueſt. de re alien. fact.*

135 Nec,ſubdit, poſſe excuſare Marchionem, qui promiſit impetrare aſſenſum, quòd ſit promiſſio facti alieni,& impetratio eſſet difficilis,quia dùm ipſe erat,& eſt Regis ſupremus Conſiliarius,vendicat ſibi locum limitatio *Andr.* in *cap.*1. §.*commercium*, *num.*9.in *fin.de prohib.feud.alien.per Lothar.* & difficultas adimplendi,quæ fuit cognita ab initio, non excuſat promittentem factum alienum,*Rip.* in *l.quod ſe*,*num.*46.*ff.ſi cert.petat. Soc.conſ.*288.*num.*3.*lib.*2. *Dec.conſ.*312.*num.*5.

Verùm enimuerò hæc omnia, & ſi colorata ſunt, nunquàm tamen peritum virum, & in iure feudali verſatum perſuadere poterunt,quòd hæc prætenſio ſubſiſtere poſſit,neque quòad æſtimationem, ſeù totale intereſſe,neque quòad quoduis,vel minimum intereſſe,quod indè palàm fiet, ſi demonſtrabimus, ſingula Partis aſſumpta nullam pẽnitus habere iuris ſubſiſtẽtiam,id,quod in promptu ex infraſcriptis demonſtratur,ſiquidèm

136 Primum illud aſſumptum,quòd donato feudo ſine aſſenſu debetur æſtimatio,quemadmodùm & legato feudo debetur æſtimatio,non eſt ſic indubitatum,proùt Pars aſſeuerat, habet enim multos Authores grauiſſimos,qui contrariam opinionem demonſtrant,eſſe veriorem,non per tranſennam, ſed diſputando articulum ad partes,proùt (omiſſis antiquioribus,& exteris,reſtringẽdo me ad Regnicolas tantùm)ſunt *Anna pater* in *repet.Conſt.Conſtitutionẽ diuæ memoriæ*,*nu.*139.*verſ.& primò,quòd non valeat*, cum pluribus *ſequentibus*,in *allegat.*125. & in *alleg.* 127.qui confutat omnes rationes a *Camerario* ſtrenuiſſimo contrariæ opinionis pugnatore põderatas, *Anna filius conſ.* 87. *Regens Camillus de Curte* in *prima parte* ſui *Diuerſory feudalis*, *cap.*incip.*multotiès*, *nu* 83.cum *ſeqq.fol.*mihi 51.*à terg. Octauius Bambacarius* in *cap.omnes filij*,*num.*66.*ſi de feud.content.ſit*, vbi poſt *num.* 69.inſeruit Allegationes, quas edidit ſuper hoc articulo in cauſa D. Martini de Leyua cum Principe Aſculi,& latè hanc opinionem defendit,& antè inſertas Allegationes *num.*67.*& ſeqq.* atteſtatur,in illa cauſa votaſſe Tribunalia Suprema huius Regni vnita de ordine ſuæ Maieſtatis, videlicèt Regium Collaterale Conſilij,& Regia Camera Summariæ, votaq; tranſmiſſa ad Sacram Regiam Maieſtatem fuiſſe reperta æqualia,de quibus nupèr edita eſt *deciſio Gizzar.*36. & *Reg. de Curte ibidem* poſt *num.*101.inſeruit literas Catholicæ Maieſtatis directas Excellentiſſimo Comiti Oliuares, tunc in hoc Regno Protegi,quòd tàm ſuper hoc articulo legati rei feudalis, quàm ſuper alijs concernentibus fraudulentas diſpoſitiones factas à Feudatarijs in grauamen ſucceſſorum,conſuleret Sacram Maieſtatem,adhibito voto Collateralis Conſilij,cum interuentu Præſidis Sacr.Conſil.& Locumtenentis Reg. Cameræ,ac Fiſci patroni, adeò quòd quicquid alias in hoc articulo legati fuerit iudicatum pro præterito,ſit eſt,quòd modò in hoc vltimo actu per æqualitatem votorum fuit redactum negotium ad ius, & iuſtitiam,ità vt in cauſis in futurum iudicandis non ſufficiat ſimplex authoritas rerum iudicatarum, ſed erit decidendus articulus per tramites iuris, & regulas artis. Quo caſu non poſſumus non fateri, hanc opinionem,vt legato feudo neq; corpus, neq; æſtimatio debeatur,eſſe veriſſimam de iure, ad quod probandum vltrà rationes ab alijs conſideratas, licèt nobis duas tãtùm afferre rationes,alteram,quæ conſiſtit in authoritate *Andreæ* nõ hùcuſq; ponderata,cuius authoritas ſufficit pro reatu in Regno in hac materia feudali, alteram verò, quæ emanat ex verbis expreſſis *Conſt.Regni.*

Andreas igitur in *cap.*1.§.*commercium*,*in fine*, *de prohib.feud.alien.per Lothar.* ait expreſsè quòd ſi
137 alienans feudum promittat expreſsè euictionem, non tenetur de euictione, ſi contractus principalis non tenet propter defectum aſſenſus, hæc doctrina *Andreæ* manifeſtè probat,quòd diſponens de feudo ſine aſſenſu, quemadmodùm non tenetur pro ipſo corpore feudi,nec etiam pro æſtimatione, nàm tenentes opinionem contrariam ideò admittunt, deberi æſtimationem,quia æſtimatio cedit loco eius,
138 immò eſt id,quod intereſt legatarij, habere ipſum corpus feudi,ſed teneri de euictione nil aliud eſt,quã teneri ad id,quod intereſt,non habere rem, vel eſſe euictam.*l.venditor hominis*,*ff.de euictionibus*, & conſequentèr etiam teneri ad litis æſtimationem,proùt de æſtimatione in ſpecie loquitur *Iuriſconſult.* in *l.ſi ſeruus venditus*,*ff.eod.* Ergò dùm *Andreas* decidit, alienãtem ſine aſſenſu non teneri de euictione, manifeſtè vult,quòd non teneatur ad intereſſe, & conſequentèr nec etiam ad æſtimationem.

Quòd ſi non tenetur ad æſtimationem diſponens de feudo ſine aſſenſu, quandò expreſsè diſponens per promiſſionem euictionis ſe obligauit ad æſtimationem, & ſic conſtat de expreſſa eius ſecundaria intentione, vt ſi is, in quem fit alienatio, non poſſit habere feudum,habeat ſaltem æſtimationem,

quantò minus deberi poterit hæc æstimano, quando non constat expresse de hac secundaria intentione disponentis, sed tacitè, & per coniecturas, quod est totius argumentum, quod adducat pro se *Camerar. in l. Imperialem, cart. 27. lit. A. & D. Q. R.* certe multo minus, & dic hæc doctrina *Andreæ* nedùm decidit articulum æstimationis in individuo pro nobis, sed etiam destruit fortissimum fundamẽtum Aduersariorum.

139 Quod si ponderemus verba *Constitutionis Regni*, hæc veritas magis in aperto est, quandoquidem per *Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ* declarantur nullius momenti omnes alienationes, & omnes contractus, qui fierent super feudis, & bonis feudalibus, ac etiam iuriurandum, & stipulationes pœnales, quæ super illorum firmitate stipularentur, & adhiberentur, dicant, quæso, Aduersarij, non nè per hæc verba, dùm sunt declaratæ nullius momenti, etiam stipulationes pœnales, expresse comprehenditur etiam promissio interesse, seù æstimationis? certè

140 sic, quia negari non potest, quòd ex dispositione iuris inter contrahentes ex non adimplemento promissorum sequebatur obligatio ad interesse, *l. quotiès, ff. de verbor. obligat.* quod quia erat incertum, & erat difficilis probationis ad euitandum hãc dubietatem fuit introductum, quòd loco interesse incerti stipularetur certa pœna soluenda per non adimplẽtem, seù contrauenientem, iuxtà *text.* expressum in *l. fin. ff. de pactis stipul.* & hinc est, quòd in omnibus cõtractibus, assim est adiecta hæc pœna dupli quãtitatis in contractu deductæ pro medietate applicanda Parti, & pro alia medietate Fisco, iuxtà *glo.* in *l. stipulatio ista, in prin. in verb. ea res, ff. de verbor. ob-*

141 *lig.* sed in Regno quòd pœnam Parti applicandam est declaratum, non deberi, nisi quatènus cum interesse concurrit, iuxtà *dec. Afflict. 135.* & hinc est, quòd in sententijs antiquis non condemnabantur Partes ad interesse, sed ad pœnam in contractu appositam, quatènus cum interesse concurrit, ergò certum est, quòd pœnales stipulationes, quæ deducũtur in contractibus nil aliud important, quàm interesse, & certum est, etiam ex his, quæ suprà dicta sunt, quòd in hac materia contractationis, & dispositionis feudalis interesse nil aliud est, quàm ipsa feudi æstimatio, quò fit, vt certissimum quoq; erit, vt dùm per illam *Constitutionem* declarantur nullius momẽti huiusmodi stipulationes pœnales adiectæ in contractibus alienationum bonorum feudalium, expressè annullatur quælibet promissio, seù obligatio ad æstimationem, nedùm tacita, sed expressa, & etiam cum iuramento facta.

142 Nec dicatur, quòd *Constitutio Regni* procedit in contractibus, & sic in actibus inter viuos, non autem in vltima voluntate, cùm *Constitutio* loquitur per verbum generale, *alienationes*, & sic comprehendit tàm alienationem factam per contractum, quàm per vltimam voluntatem, ad *text.* cum sua materia in *l. filius fam. §. diui, lo 2. ff. de leg. 1.* & quandò loqueretur solùm de contractibus, multò fortiùs ex maiori ratione rationis idem dicendum est in vltima voluntate, nàm si non subsistetur actus factus cum iuramẽto, quomodò poterit subsistere actus factus absq; iuramento? certè nullo modo. Vltrà quòd quatènus deesset dispositio prohibitiua, & annullatiua de iure Regni, non deficit dispositio prohibitiua, & annulatiua de iure communi feudorum, etiam in vltima voluntate, vt in *cap. 1. in fin. prin. de succes. feud.* ibi *nulla dispositione defuncti valente, vel manente*.

143 Hæc eadem opinio tot solidissimis rationibus circumuallata non caret etiam *Doctorum* authoritate, nam, vt constat ex *Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 51. num. 122. & seqq.* hæc opinio est magis communis, & communem attestatur *Schrader. de feud. p. 7. cap. 2. num. 9.* quibus addendus est *Caldas Pereira de iure emphyt. par. 3. cap. 12. num. 13.* qui licèt loquatur in materia emphyteutica, tamen eius rationes militant etiam in feudis, & nouissimè *Regens de Ponte cons. 73. volum. 2.* post hæc scripta edito, & in *tract. de potest. Proreg. tit. 6. de assensu Reg. super dotibus, §. 2. num. 9.* vbi affirmat, hanc opinionem esse de iure veriorem, licèt aliàs cõsulendo tenuerit contrarium, *Mierez de maiorat. p. 4. q. 40. nu. 5. Bardellon. cons. 73. n. 31.* cum *seqq.*

Quòd si quis esset tàm delicatus, quòd non auderet discedere à rebus aliàs iudicatis pro æstimatione, aduertat, necesse est, quòd sententiæ pro ea opinione latæ sunt in terminis legati tantùm, non autẽ in terminis donationis factæ rei feudalis sine assensu, quicquid se iactent Aduersarij de sententijs latis in causa illorum de Rota cum Ascanio Columna, & Io. Antonij de Tufo cum Marchione Lauelli, nàm in nostra exitus causis fuit iudicatus hic articulus, vt bene aduertit *Regens de Curte* in *loco* prædicto

144 *num. 103. vers. dico vlteriùs*, & inter legatum, & donationem, quæ est contractus inter viuos est maxima differentia, siquidèm in confectione legati, seù testamenti, vt plurimùm non interuenit legatarius, & ideò nihil potest imputari legatario, cur permiserit, vt sibi legaretur feudum, cuius dispositio est prohibita sine assensu, cùm legati dispositio non pendeat ab eius voluntate, *l. cùm pater, §. surdo. ff. de legat. 2.* quod secus est in donatione, & sic in cõtractu, qui celebratur cum ipsomet donatario, & imputandum est donatario, qui cùm sit præsens stipulationi, permittit, id stipulari, cuius est prohibita stipulatio, sicè in propijs terminis diuersitatis rationem assignat *Rom. in l. multùm interest, nu. 8. ff. de verb. oblig.* quem sequitur *Iwol. ibid. Ias. nu. 5. & Alciat. n. 14.*

145 Item est alia differentia, quia in testamentis, & sic in legato fit latior interpretatio, quàm in contractibus, proùt considerat *Cuman.* in d. *l. multùm interest*, paulò antè *num. 5.* quem sequitur *ibid. Ias. nu. 1. & Alciat. nu. 4. & 6.*

146 Item in vltima voluntate admittitur, & attenditur coniectura voluntatis, *l. cùm proponeretur, ff. de legat. 2.* secus in contractibus, in quibus non habet locum coniectura, & quicquid est omissum, habetur pro omisso, *l. quicquid adstringendæ, in prin. ff. de verbor. obligat.* quam diuersitatem in specie considerat *Cuman.* in *l. apud Iulianum, §. constat*, in fi. *ff. de leg. 1.* sequitur *Alexand.* in d. *l. multùm interest, nu. 2. & Ias.* in d. *§. constat, num. 26.* tacitis tamen *Cuman. & Alex.*

Item in contractu adeò verum est, quòd non admittitur coniectura voluntatis, proùt in legato, vt in contractu regula sit, quòd non cogatur quis aliud soluere, quàm quod promisit, *§. plus, Instit. de actionibus*, & æstimatio satis distat à re ipsa, *l. venditores, ff. de verb. oblig.* ità considerat in specie *Alciat.* in d. *l. multùm, nu. 4. 6. & 14.* vbi ex hac ratione infert, quòd propterea in contractibus potiùs fit interpretatio, vt non valeat, quàm vt pro re pretium præstetur *l. nemo rem suam vtiliter, ff. de verb. oblig.* hæc *Alciat.* qui non potuit clariùs loqui in hac quæstione.

Quibus diuersitatis rationibus attentis non est mirum, si omnes præcitati *Doctores* concludũt, quòd & si pro legato rei, quæ non est in commercio, debeatur æstimatio, tamen secus est in contractu, quia

facta

facta alienatione per contractum rei , quæ non eſt in commercio,nec res ipſa, nec æſtimatio debetur, & vltrà præcitatos *Doctores* illud idem expreſſiſſimè admittunt in eadem *l.multùm intereſt Irner.* relatus per *gloſ.in verb.placet,Iacob.de Aren.* in *finalib. verb.Alber.*ſimiliter in *fine*, *Bart.in princ.* adeò, vt nullum habeat contradictorem hæc opinio , niſi ſolùm *Petrum*,relatum à *Bart.*& vltrà præcitatos *Doctores* , qui loquuntur in alienatione cuiuslibet rei, quæ non eſt in commercio,affero *Liparul.*qui in ſpecie ait,quòd quilibet contractus factus rei feudalis ſine aſſenſu,etiam donationis,in individuo non obligat contrahentem ad euictionem,etiam promiſſam, *Liparul.*inquam,ad *Odoffred.in ſumma*,in *rub. vtrum Dominus teneatur vaſallo re euicta*, in *verb.aget Dominus,verſ.circà materiam euictionis*, *fol.* mihi 172. & nè pro hac noſtra opinione deficiat authoritas, etiam rerum iudicatarum,vltrà rationes , & *Doctorum* authoritates ſuperiùs adductas affero deciſio-
147 nem Collateralis Conſilij ad relationem quondam Præſidis de Franchis in cauſa Camilli della Magna cum Creditoribus Marchioniſſę Paduę,vbi erat facta donatio feudi dicto Camillo per dictam Marchioniſſam,reſeruato aſſenſu , & non obtento, & tamen fuit excluſus tàm à feudo , quàm ab æſtimatione,cuius exemplo illud idem fuit ſecundo loco iudicatum per Sac.Conſ.ſimul cum Regio Collaterali Conſilio in cauſa Troiani, & Fabritij de Acciapaccia cum Principe Biſiniani , qui donauerat quoddam feudum eorum patri , & tamen fuit abſolutus etiam ab æſtimatione,licèt Reg.Lanarius tunc promotus ad officium Regij Conſiliarij ex Regia diſpenſatione continuaſſet ſuum patrocinium pro fratribus de Acciapaccia. Actuar.eſt Cioffus.

Sed quatènus idem eſſet iudicatum in donatione feudi ſine aſſenſu , quod in legato,adhùc caſus noſter remanet ſine vlla dubitatione,ex pluribus.

148 Primò , quia *Doctores* tenentes opinionem pro æſtimatione,ea præcipua ratione mouentur, quia ſcilicèt feudum non poteſt dici,non eſſe in communi commercio,dùm de facili ſuper diſpoſitione facta de feudo poteſt præſtari aſſenſus, alàs ſi non poſſet de facili impetrari aſſenſus , non eſſet in communi commercio, & tunc fatentur omnes, etiam æſtimationem non deberi,& exemplificant caſum,quandò aſſenſus non poſſet de facili præſtari,nempè quandò Rex non conſueuit vnquàm aſſentiri , vel cum magna difficultate,ità reſoluit *Camerar.*contrariæ opinionis acerrimus defenſor in d.*l.Imperialem,car.26.* cum pluribus *ſeqq.Menoch.præſumpt.*119.*lib.4.* at in caſu noſtro certum eſt , quòd nunquàm conſueuit præſtari aſſenſus in ſimilibus,ergò ſumus in caſu , in quo aſſenſus Principis erat impoſſibilis , & ſic res donata non erat in cõmuni commercio, ergò etiã ſecundùm opinionem aduerſantium in caſu noſtro certum eſt,æſtimationem non deberi.

Quòd autem in caſu noſtro non conſueuerit, nec debuerit aſſenſus præſtari , dignoſcitur ex illis pactis in donatione adiectis,quòd ſcilicèt in his feudis ſuccederent maſculi tantùm de familia Sanchez,fœminis excluſis,& de maſculis illis, quos voluiſſet vocare teſtator,nõ ſeruata ætatis prærogatiua,& quòd feuda ipſa nunquàm potuiſſent deuolui ad Regiam Curiam per quoduis delictum,etiam ſi eſſet crimen læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, quæ clauſulæ
149 nedùm tollebant primæuam naturam horum feudorum,quæ eſt pro ſe, & hæredibus ex corpore, ſed tollebant ſubſtantiam ipſius contractus feudalis,quæ eſt fidelitas, cùm à fide dicatur feudum, *cap.1.§.fin.per quos fiat inueſt.*Præpoſ.in *prælud.feud.* 4.*diuis.*& fidelitas remitti non poteſt, *Aluar.*in *cap.* 1.*§.eſt & alia,quæ ſit prima cauſ.beneſ.amitt. Capyc.* in *inueſtit.*in *verb.feudatariorum fidelitas, verſ.neceſſitas,fol.*198.*Curt.de feud.par.*1. *verſ.ſeptimò principaliter quæro,*licèt iuramentum ipſum fidelitatis,ſeù præſtatio iuramenti poſſit remitti,vt *cap.*1.*§.fin.per quos fiat inueſt.cap.*1.*qual.dom.propr.feud.pinet.cap.* 1.in *princ.de cap.*Corrad.latiſſimè *Camer.* in *l.Imperialem,car.*35.*colum.*3.in *fin.verſ.quò verò ad ſecundum caput*,cum tribus *colum.ſeqq.* Non igitur erat poſſibile,vt ſuper hac donatione cum his clauſulis,& pactis alterantibus naturam , & tollentibus ſubſtantiam contractus feudalis præſtaretur aſſenſus Regis,& propterea ſtante impoſſibilitate , nedùm difficultate in impetratione aſſenſus , res nullo modo erat in commercio , & ſucceſſiuè prætenſio Partis ſuper eſtimatione cadit omninò, & ſumus in caſu indubitato.

150 Secundò,caſus noſter eſt ſine difficultate, quia *Camerarius* ad ſubſtinendum obligationem pro eſtimatione vtitur illo principali fundamento , quòd .ſ. diſpoſitio facta de feudo ſine aſſenſu non eſt omninò nulla,ſed ſtat in ſuſpenſo , & dependet à futuro euentu,dùm aſſenſus poteſt præcedere, & ſubſequi, & ſi aſſenſus ſequitur,diſpoſitio conualidatur,ſi verò denegatur,remanet nulla ab initio,& ſi diſpoſitio nõ eſt omninò nulla,poteſt operari illum effectum, vt ſaltèm debeatur æſtimatio.

Hoc fundamentum deficit omninò in caſu noſtro, quia hic contractus fuit ab initio omninò nullus , dùm non poterat adeſſe ſpes conualidationis per impetrationem aſſenſus inſoliti, & impoſſibilis ad concedendum,per ſupradicta, & propterea nedũ
151 deficit concluſio ſuper hoc fundamento firmata, ſed etiam expreſsè conuincitur,quòd ex tali contractu omninò nullo ab initio nulla poſſit reſultare obligatio,nec etiam quòad æſtimationem, quia cùm principalis actus ſit nullus,paritèr & eius acceſſorium, *l.cùm principalis,ff.de reg.iur.*præſertim cùm ſit nullus tanquam factus contrà legem,& ius publicum, quo caſu ceſſat regula,ſi nõ valet,quod ago, vt ago, valet,vt valere poteſt , vt ait *Bald.* in *l. quæcunquè, colum.*1.*C.de bon.quæ liber.Iaſ.*in *l.ſi quis ità,num.*23. *ff.de verb.oblig.*

152 Tertiò,caſus noſter eſt indubitatus ex illa clauſula adiecta,& repetita in donatione.ſ.*& non alitèr, nec alio modo*,ex qua quidèm clauſula reſultat, quòd donatio catènus intelligitur facta, quatènus ſubſequatur aſſenſus,& ſi aſſenſus non ſequatur, donatio eſt,ac ſi non eſſet facta, vt in terminis noſtris dixit *Bal.*in *c.1.§.deniq; col.fin.quæ ſint prima cauſ. beneſ. amitt.*vbi ait,quòd nihil videtur actum, quia per illam clauſulam cõſtat,alienantem noluiſſe alienare, niſi obtento aſſenſu,ad quod plura iura allegat , &
153 corroboratur eius dictum,quia illa clauſula, *non alitèr,nec alio modo* inducit conditionem,& formam præciſam.*l.fin.*vbi *gl.& Bar. C.de vend.reb.Ciuit.lib.* 11.latè *Cacher.dec.Pedem.*165.*n.*13. Ergò ſi donatio non eſt facta,non poteſt operari,nec ad corpus feudi,nec ad æſtimationem , quod in ſpecie admiſit *Ca-*
154 *mer.*etiam in legato,quandò legatum factum eſſet cum clauſula,*ſaluo aſſenſu Regio,& nõ alitèr,nec alio modo*,vt .ſ.hoc caſu non debeatur æſtimatio,quia ex illa clauſula pater voluntas diſponentis, quòd alitèr non legaſſet,ità in ſpecie concludit *Camer.*in d.*l.Imperialem,fol.*28.*col.*4.*lit.T.verſ.quid autem dicendum eſſet*, & propterea etiam ſecundùm opinionem *Camer.*caſus noſter eſt indubitatus.

Quartò & vltimò pondero illam ſecundariam intentionem diſponentis, in qua totam vim conſtituit *Camer.* ad ſibi perſuadẽdum, quòd legato feudo de-
155 beatur æſtimatio, ait enim, quòd teſtator legando feudum confidit de eius hærede, quòd pro obſeruantia voluntatis teſtatoris tradere debuiſſet feudum legatum, ergò ex coniecturata mente teſtatoris reſultat, quòd quatènus hæres noluerit tradere feudum legatum, ſuæ intentionis ſit, vt ſoluat æſtimationem, & ſic primaria intentio teſtatoris eſt, vt tradatur ipſum corpus feudi ab hærede, ſecundaria verò eſt, vt ſi non tradatur feudum, ſaltim debeatur æſtimatio, & ſic *Camerarius* dùm fundat ſe in hac ſecundaria intentione diſponentis, neceſſariò præſupponit, quòd diſponens ſemper perſeueret in eadem voluntate, quòd eius diſpoſitio ſortiatur effectum ſuum, & ex hoc eius præſuppoſito neceſſariò infertur, quòd quotieſcunq; conſtaret, quòd diſponens non perſeueraret in eadem voluntate, ceſſabit etiam illa conſideratio ſecundariæ intentionis, quæ mutata voluntate non poteſt vllo modo ſubſiſtere, ergò cùm in caſu noſtro certum ſit, quòd Marchio donans non perſeuerauit in eius voluntate donandi, ex quo illam reuocauit, erit quoq; certum, quòd nulla adeſt, nec primaria, nec ſecundaria donantis intẽtio, vt ex tali donatione debeatur æſtimatio.

Quapropter ex his omnibus concludo, quòd primum aſſumptum D. Alonſi fundatum in illa concluſione, quòd legato, vel donato feudo debeatur æſtimatio, de iure non procedit, aut quia concluſio non ſit vera, ſed potiùs noſtra contraria verior, etiam in legato, vel quia ſi procedit in legato, non procedit in contractu, vel ſaltim, quia caſus noſter continet aliquas circumſtantias, quæ reddunt cauſam indubitatam pro excludendo etiam æſtimationem.

Secundum verò aſſumptum fundatum in fauore donationis contemplatione matrimonij, & intereſſe, quod patitur D. Beatrix de Marinis coniux D. Alonſi donatarij, quæ non alitèr contraxiſſet matrimonium, niſi habito reſpectu ad hanc donationem, & iàm ex parte ſua adimpleuit eo facto, quod repeti non poteſt, meo quidèm iudicio, breuioribus verbis refellitur, nàm quatènus reſpicit, & extollit fauorem donationis contemplatione matrimonij, nulla conſideratione dignum eſt, ſiquidèm donatio cõtemplatione matrimonij non poteſt eſſe fauorabilior, quàm ſit ipſa dos, & donatio propter nuptias,
156 & tamen certi iuris eſt, & indubitati, quòd ſi fuerit facta donatio feudi pro dote alicuius mulieris, vel pro dotario, fauore dotis, vel donationis propter nuptias contractus non ſubſtinetur, & eſt ipſo iure nullus, ſicut omnes alij contractus, proùt de dote eſt *text.* expreſſus in *cap.* 1. *§. donare, qual. ol. feud. poter. alien.* & de dotario eſt doctrina *Andr.* in eodem *§. donare, num.* 8. *lo primo*, *verſ. item ſi in teſtamento*, ergò eodem modo erit nullus contractus donationis contemplatione matrimonij, quę eſt minus fauorabilis, nec dicatur, quòd in dictis caſibus dotis, & dotarij contractus eſt nullus reſpectu corporis feudi, non autem reſpectu æſtimationis, nàm hæc declaratio non reperitur tradita ab aliquo *Doctore* in eo
157 *text.* nec alibi, & propterea remanet ſub regula, vt ex contractu nullo nulla reſultet obligatio, nec ciuilis, nec naturalis ad regulam *text.* in *l. ſi non ſortem*, in *princ. ff. de cond. indeb.* l. cùm lex, *ff. de fideiuſſ.* l. 1. *§.*
158 *ſi quis ità, ff. de verb. oblig.* Cui concluſioni non obſtat dictum *Andr.* in *cap.* 1. in *fin. de immeſt. de re alien. facti.* vbi videtur concludere, quòd donato feudo vxori pro quarta ſibi competente, ſi non valet quòad feudum ob defectum aſſenſus, debebitur eſtimatio, nam antiquiores noſtri duobus modis replicabant, vno modo, quòd *Andr. ibi* non decidit proferendo ſuam opinionem, ſed refert tantùm opinionem Modernorum, vt patet ibi, *Moderni dicunt*, & per relationem opinionis Modernorum non dicitur recedere ab opinione ſua alibi expreſsè declarata, quòd non debeatur æſtimatio, alio modo dicũt, quòd *ibi Andr.* non loquitur in re feudali, ſed in re emphyteotica, ponderando, quòd *Andr. ibi n.* 10. dixerat, quòd in feudis nõ habet locum quarta, & poſteà ſubdit, quòd in re emphyteotica habet locum quarta, & vtraq; reſponſio vera eſt. Nos autem ſubdimus aliam reſponſionem, quæ tollit omnem dubi-
159 tationem, nàm *Andr.* ponit quæſtionem in quarta, quæ eſt eiuſdem naturæ cum donatione propter nuptias, ſeù antefato, vel dotario, immò ſunt ſimonyma, & in idem recidunt, vt probat *Napodan.* in *rubr. de iure quartæ*, quam quidèm quartam vir tenetur conſtituere vxori contemplatione doris, tàm de iure communi, vt in *auth. dos data, C. de donat. antè nupt.* quàm de iure Regni, vt in *Conſtit. Mulier dotarium*, vbi *Affl. & &* in *cap. Regni Mulier, quæ dotarium*,
160 vbi *Campagn.* quandò igitur maritus pro adimpiendo id, quod de iure debet, promittit vxori quartam ſuper feudo, vel ei aſſignat feudum pro quarta, & non impetratur aſſenſus, quid dubij eſt, quòd debebitur mulieri æſtimatio, & ſic quarta in pecunia? certè nihil, ſed hoc non ex obligatione reſultante ex contractu feudali ſine aſſenſu, ſed ex diſpoſitio-
161 ne iuris, quemadmodùm enim donato feudo in remunerationem ſeruitiorum, ſi non tenet quòad feudum, tenet tamen quòad æſtimationem, habito reſpectu ad valorem mercedis ſeruitiorum, quia illa merces cenſetur ſoluta per donantem donatario, & breui manu data à donatario pro pretio feudi, iuxtà tradita per *Franc. de Amic.* in *repet. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. cap. ex hac igitur*, *fol.* mihi 97. irà & dato feudo pro quarta, ſi non valet datio quòad feudum, valebit quòad æſtimationem, habito reſpectu ad quartam vxori debitam de iure, quia eadem quãtitas in pecunia cenſetur tradita vxori à viro, & breui manu reſtituta viro per vxorem in pretium feudi, quod ſecus eſt in caſu noſtro, in quo pater non tenebatur ex diſpoſitione iuris facere donationem aliquam filio contemplatione matrimonij, & idem eſt in qualibet donatione merè lucratiua.

Hìnc fit, vt non diffitear, quòd ſi is, qui dedit feudum in dotem, vel in dotarium, eſt de illis, qui de iure tenentur ad dotandum, vel conſtituẽdum donationem propter nuptias, dùm nõ tenet donatio feudi ex defectu aſſenſus, tenebitur ad tradendum dotem, & donationem propter nuptias in pecunia, ſed hoc non ex obligatione reſultante ex illa donatione feudi facta pro dote, ſeù pro dotario ſine aſſenſu, quia nulla eſt, vt ſuprà dixi, ſed ex dicta diſpoſitione
162 iuris, quæ obligat patrem ad dotandam filiam, & conſtituendum donationem propter nuptias pro filia, & filio *l. fin. C. de dot. promiſſ.* Sed ſi eſſet extra-
163 neus, qui dedit feudum pro dote, vel pro dotario, tunc quia is non tenetur ad dotem, & dotarium ex iuris diſpoſitione, ex illa donatione facta feudi ſine aſſenſu non tenebitur, nec ad feudum, nec ad æſtimationem, quia quòad extraneum eſt mera, & ſimplex donatio, vt cuilibet facta, *l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act.*

Quatènus verò reſpicit intereſſe D. Beatricis vxoris D. Alonſi donatarij, Ego ingenuè fateor, non percipio hoc intereſſe dictæ vxoris reſpectu

huius

huius donationis,& quòd propterea debeat operari pinguiorem effectum, attento intereſſe ipſius D. Beatricis,quàm operari poteſt attento ſolo intereſ-
164 ſe donatarij, nam donatio hæc facta cõtemplatione matrimonij contracti per donatarium cũ D.Beatrice nõ eſt facta ipſi D.Beatrici, ſed D.Alonſo eius viro,quantùmuis in hac donatione habet etiam intereſſe D.Beatrix eius vxor,ſed in conſequentiam, quia contractus dicitur factus gratia illius, cuius gratia principaliter,licèt in conſequentiam etiam alteri vtilitas acquiratur,vt ait *Aret. in l.qui Romæ, §.Flauius,col.*mihi 3.*in princ uerſ.contractus autem, ff.de verb.oblig.*facit *text.in l.*1. §. *dies autem,* propè *fin.verſ.propriam,ff.quandò appell.ſit,* vbi propria
165 cauſa dicitur,cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine ſpectat, & quòd donatio facta filio contemplatione matrimonij non acquiratur nurui,ſed ipſi filio,& eius hæredibus, probat manifeſtè *Reg.de Pont.conſ.*80.*num.*10.*& ſeqq.lib.*1. & diffuſiùs *Alciat.conſ.*7.*num.*22.*verſ.circà ſecundũ,* vſquè ad *finem* ſui *conſilij,lib.*8. *Mantic.de tacit. & embig.conuent.par.*2.*lib.*13.*tit.*4.*num.*12. & ideò ſi non poteſt operari effectum quòad æſtimationem in beneficium donatarij,cui eſt directa,nequaquàm poterit operari in beneficiũ ipſius D. Beatricis,cui non eſt directa,ſiquidèm intereſſe conſideratum in beneficium vxoris,vt ſcilicèt habeat virum diuitem potiùs,quàm egenum,non eſt intereſſe principale, ſed acceſſorium,ex quo intereſſe acceſſorio illud re-
166 ſultat,quòd vxor etiam inuito viro poſſet agere contrà ſocerum actione perſonali ad obſeruantiam donationis promiſſæ pro ſuo intereſſe,iuxtà *tex. in l.ſtipulatio iſta,*§.*ſi ſtipuler,* cum *gloſ. in verb. fieri poteſt.ff de verb.oblig.& in* §.*ſed & ſi quis,* cum *gloſ. in verb. valet.Inſtit.de inutil.ſtipul.*Reg *de Pont.conſ.*80.
167 *num.*15.*lib.*1. & vt non poſſit reuocari à viro in præiudicium ipſius vxoris, multis argumentis probat *Tell.Fernand.in l.*17.*Tauri,n.*76.77.quem ſequitur *Matienz.lib.*5.*recompil. ll.Hiſp.tit.*6.*lib.*1.*gloſ.*8.*num.*9.*Præſ.de Franch.dec.*205. *Angulo de meliorat. l.*6.*gloſ.*4.*num.*9. Quod nec habet locum perpetuò, ſed conſtante matrimonio tãtùm, nàm finito matrimonio,remanet vt ſimplex donatio facta filio,& nõ conſideratur ampliùs intereſſe vxoris,vt conſiderat *Oldr.conſ.*151.quem ſequutus eſt *Additio ad Guid. Pap.dec.*145.in *verb.valida,Pancirol conſ.*59.*n.*101. poſt *verſ.hæc autem,*ibi, *ſed videtur valuiſſe tantùm durante matrimonio,*& ſatis apertè indicat *Mozz.de contractibus,tit.de donat.col.*1.poſt *num.* 19. *verſ. infertur,* ibi, *reſidet in perſona filij conſtante matrimonio,*citans etiam *Oldrad.d.conſ.*151. Sed non prop-
168 rèa ſequitur,vt ſi Marchio donans non eſt obligatus donatario,& eius filijs,nec ad feudum, nec ad æſtimationem,debeat eſſe obligatus modò, ex quo in tali donatione habet intereſſe vxor, quæ contraxit matrimonium contemplatione huius donationis,poterit igitur D.Beatrix ſuo marte agere ad obſeruantiam huius donationis contrà donantẽm pro ſuo intereſſe, nàm ex actione ſibi competente nil aliud vnquàm reſultare poterit in æternum, niſi vt Marchio teneatur ad donandum feuda, prout donauit contemplatione matrimonij in beneficium viri,& filiorum,ſed dùm ſuper tali donatione non poteſt impetrari aſſenſus,& ſic donatio non poteſt habere effectum quòad ipſa feuda donata, exindè debeatur æſtimatio,ſi verum eſt, quòd talis æſtimatio, non debetur de iure donatario,non video, quomodò deberi poſſit propter intereſſe, quod habet in conſequentiam ipſa D.Beatrix.

169 Concedo tamen,quòd ſi ob defectum huius nationis ipſa D. Beatrix remaneret intereſſata in ſua dote, vel in antefato, vt putà quia tradidit magnam dotem ſuo viro,fręta,quòd ſibi eſſet cautum pro dote,& antefato ſuper bonis donatis,& ſoluto matrimonio propter inopiam viri non potuiſſet recuperare integram dotem,vel antetatum, tali caſu haberet intereſſe formatum ipſa vxor, & ratione huius intereſſe,quicquid ſibi deficeret in antefato, & dote,poſſet repetere à ſocero, qui donationem fecit,cui ipſa confidit, & ſimilitèr ſi remaneret defraudata de alimentis ſibi in eiſdem capitulis matrimonialibus conſtitutis,prout hoc ſolum intereſſe in muliere,vt ſcilicèt non conſiſtat in alio, niſi quatènus remaneret defraudata ſuis iuribus doralibus in ſpecie huiuſmodi donationis contemplatione matrimonij confiderat *Angul.de meliorat.* ſiuè ad *l.* 6.*gloſ.*4.*num.*8.*tit.*6.*lib.*5.*recomp ll.Hiſpaniæ.* Quod adeò verum eſt,vt hæc bona donata contemplatione matrimonij contrahendi ſunt hypothecata mulieri,cum qua eſt contractum matrimonium, licèt de hac hypotheca non ſit facta mentio in donatione,ſecundùm *Theſaur.dec.*32.poſt *num.*10. *verſ. quo caſu plus dico,*ſed hoc intereſſe ceſſat prorſus in facto noſtro,in quo D.Beatrici fuit integrè de omnibus à ſocero ſatisfactum,ergò ceſſat omne intereſſe ipſius D.Beatricis.

Tertium denique,& vltimum aſſumptum, quod conſiſtit in reſtringenda facultate, quam habet donans grauandi ſuum hæredem in eiſdem feudis,eũdenquè donatarium, vt ſcilicèt illum grauare non poſſit vltrà modum condecentem, habita conſideratione ad facultates requiſitas in eodem donatario proportionabiles,& condignas dotì receptæ, nullius quippè videtur eſſe conſiderationis, tanquàm fallax in iure,quia præſupponit,quòd D. Beatrix in tradendo tantam dotem, habito reſpectu ad tàm amplum patrimonium,quod nanciſcebatur D. Alõſus vir ex hac donatione, videtur in hoc contractu habere cauſam oneroſam, & quòd licèt reſpectu donatarij,qui habet cauſam lucratiuam, donans nõ teneatur ad feudum, nec ad æſtimationem, tamen reſpectu ſui,quæ ex traditione tàm amplæ dotis habet cauſam oneroſam, diuerſa iuris diſpoſitio re-
170 ſultare debeat; quòd omninò falſum eſt, quia quando quis ſtipulatur rem, quæ non eſt in commercio,vt in caſu noſtro,etiam ſi ſtipuletur ex cauſa onerosa, non propterea promittens tenetur ad intereſſe,ex quo licèt ſtipulator ex cauſa oneroſa de iure debeat indemnis præſtari, hoc eatènus procedit,vt promittens reſtituat id,quod à ſtipulatore recipit,non autem, vt teneatur ad æſtimationem rei, quæ non eſt in commercio, & quam non recepit à ſtipulatore, ità notabilitèr tradidit *Alciat. in d.l. multùm intereſt,num.*8.*ff.de verb.oblig.*per *tex.in l.in ſumma,*§.*pen.ff.de condit.indeb* quæ eſt doctrina ſatis punctualis in caſu noſtro,nam cùm in caſu noſtro Marchio donans nihil receperit contemplatione huius contractus donationis,niſi dotem filio traditam,vel ſibi pro filio,ex hoc cõtractu pro indemnitate ipſius mulieris,quæ dotem tradidit, non poteſt teneri, niſi ad reſtitutionem dotis traditæ, quod iam exequutum fuit, & non ad aliud intereſſe de proprio.

Item eſt fallax in iure,quia præſupponit, quòd
171 bona fides in ipſa muliere reſultat ex ignorantia huius iuris feudalis,quæ præſumitur in muliere, & quòd hæc bona fides in muliere producit actionem ad intereſſe in contractu rei feudalis ſine aſſenſu,

quod

quod similitèr falsum est, quia bona fides in contractu non feudalis non resultat ex ignorantia iuris, prout est hæc, sed ex ignorantia facti, nempè quando quis ignorans, rem esse feudalem, contrahit super re feudali sine assensu, putans, esse burgensaticam, vt in individuo tradidit *Andr. in cap. Imperialem, vers. Imperator Lotharius*, ibi, *sed an emptor bonæ fidei, de prohib. feud. alien. per Feder.* vbi ait, quod emens
172 ignoranter rem feudalem sine assensu, potest pro interesse venditorem conuenire, sequitur *Bald. ibid. in vlt. quæst. Aluarot. col. 5. vers. quæro cum dicta glos. Alex. cons. 109. num. 9. vol. 4. Curt. iun. de feud. par. 4. q. 29.* & est *text.* apertus, quem prædicti nou allegant in §. *si vasallus, si de feud. fuer. controu.* At quando
173 ignorantia constitit in iure, & in eo iure, quod prohibet venditionem, & alienationem rei feudalis sine assensu, procùldubio talis ignorantia, cùm sit iuris, nullam producit bonam fidem, sed potiùs malam, etiam in muliere, quæ potuit peritiores consulere, prout consuluit, vt traditur in *l. iuris*, C. *qui admitt.* & per *Alex. in Linsté, ff. de acquir. possess.* & eundem *Alex. in d. l. iuris, nu. 2. Dec. nu. 16. Tiraqu. de retract. conuent. §. 3. num. 20.*

Immò est adeò verum, vt in hac materia ignorantia iuris non excuset, vt etiam si esset ignorantia iuris statutaria, quæ regulariter excusat contrahentem extrum in loco statuti, non tamen illum adiuuabit in hoc casu, & propterea dixit *Alciat. in d. l.*
174 *multùm interest, num* 9. quòd etiam si stipulator sit extrus, siuè peregrinus, qui nesciat, eo loci eius rei commercium non esse, adhùc promissor non tenebitur ad æstimationem, subdens rationem, quia ità ignoranti succurritur, vt alteri non fiat iniuria, *l. planè, §. sciendum, ff. ex quib. caus. maior.* quod dictum antè *Alciat.* fuit *Aret. in d. l. multùm interest*, post *n. 4. vers. sed ista ratio*, & licèt *Ann pater in d. Const. Con-*
175 *stitutionem, num. 166.* dùm limitat suam opinionè, quando bona fide esset dispositum de feudo, considerat bonam fidem, quando esset dictum, *saluo assẽsu*, tamen in hoc reprehenditur ab *Anna filio in addit num* 184. per doctrinam *Camer. in l. Imperialem, fol. 28. col. 4. lit. T.* quem superiùs citaui, vbi *Camer.* per hanc clausulam, *saluo assensu*, excludit obligationem ab æstimatione, & sic operatur effectum cõtrarium eius à bona fide.

176 Nec iuuat allegare, quòd saltem Marchio teneretur ad hoc interesse ex promissione propria, quam voluit subire, de impetrando assensum à Catholica Maiestate, quia & si esset promissio facti alieni, difficultas non excusat, dùm ipse erat, prout est Regis Consiliarius, & fuit cognita difficultas ab initio ipsi promittenti, nam illa promissio de impetrando assẽsum non respicit factum, nempè impetrationem ipsius assensus à Rege, sed tantùm submin istrationem expensarum, necessariò in expeditione erogandarũ, quod est satis diuersum à gratia, & impetratione gratiæ, vt sunt aperta verba promissionis, & quatènùs respicerent ipsum factum, scilicèt impetrationẽ gratiæ, non per hoc remanet in aliquo obligatus Marchio propter impetrationem non sequutam, etiam ex doctrina *Andr.* quam Pars adducit pro se in *d. §. commercium*, nàm *Andr.* non loquitur in quolibet Consiliario Regis, sed in eo adeò familiari, cuius preces Rex consueuit admittere in maioribus, quod non potest dici de Marchione donante, cùm nec ipse, nec alius quiuis vnquàm consueuerit obtinere, nedùm maiora, sed nec similem assensum, ergò cessante limitatione *Andr.* ex ipsiusmet declaratione casus noster remanet sub regula ab ipso *Andr.* tradita in eodem §. *commercium*, vt alienans feudũ
177 sine assensu, quantùmuis se obligauerit ad impetrandum assensum, talis obligatio nihil operetur, idem resoluit *Reg de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. super dote*, §. 2. *num.* 8. *fol.* 271. vbi affirmat, illam limitationem *Andr.* de Magno Consiliario nunquàm fuisse practicatam.

Nec dicatur, quòd hæc difficultas erat ab initio cognita ipsi Marchioni promittenti assensum, & per hoc non debeat illum excusare, ex deductis ex aduerso in fine huius tertij assumpti, nam huic motiuo diuersimodè respondetur.

Primò, quòd casus noster versatur sub termino impossibili, non sub termino difficili, quia impossi-
178 bilis reputatur assensus Regis in casibus, in quibus non solet præstari, vt probat *Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 3. num. 8. & in cap. filius, num. 5. vers. nec oberit, de testament.* post *Cum. Castrens. Alex. Aret. Loffred. & Soc. iun.* quos citat, quibus addo *Matienz.* in suo *dialog. Relat. & Aduoc. par. 4. cap. 11. num. 7.* per tot. vbi innumeros congerit, & si assensus erat impossibilis, necessariò sequitur, vt nulla ex eo insurgat obligatio, *l. impossibilium, ff. de reg. iur. cap. nemo potest*, cod. *tit. lib. 6.* maximè quia iam Marchio fecit quicquid potuit ex parte sua pro obtinendo assensum, & non potuit obtinere, quod considerat *Melchior Pelacz de maior. lib. 4. q. vlt. num.* 20. vt patet in sequenti motiuo.

Secundò, quòd etiam si casus noster versaretur sub termino difficili, & non impossibili, adhùc
179 Marchio excusaretur, dùm fecit quicquid potuit, promisit enim factum alienum, & faciẽdo quicquid potest promissor, excusatur, *l. si vehendæ, § idem in-ris, ff. ad l. Rhod. de iactu, Bart. in l. quod te, num.* 13. *ff. si cert. pet.* vbi *Purpur. num.* 64. *Couarr. in cap. quamuis 2. par. §. 5. num. 4. de pact. in 6. Dec. in l. fin. num.* 19. *ff. si cert. pet.* & alibi passim *Doctor.* & hæc opinio fuit apud nos recepta, teste *Afflict. decis.* 295. & procedit etiam si ab initio erat promissori cognita difficultas, vt contrà *Rip. Soc. & Dec.* ex aduerso adductos resoluit *Crot in l. 4. §. Cato 2. lect. num.* 50. *vers. adde, ff. de verb. oblig. Paris. cons.* 110. *n.* 28. *vol.* 1.

Tertiò, quòd hæc difficultas erat non minus cognita Marchioni donanti, quàm D. Alonso donatario, & ipsi D. Beatrici, dùm agebatur de difficultate resultante ex prohibitione iuris omnibus contra-
180 hentibus communis, quo casu promissor remanet excusatus, non obstante, quòd ab initio illam cognouerit, ità declarat *Rip. in d. l. quod te, num.* 51. *ff. si cert. pet. vers. vltimò declaratur*, tunc enim stipulator non decipitur à promissore, sed ipsemet se decepit, *l.* 1. *§. vlt. l. quæritur, §.* 1. *ff. de edil. edict.* & propterea sibi, non promissori est imputandum.

Remanent igitur ex prædictis sublata omnia assumpta Partis aduersæ super hac prætensa æstimatione, & propterea concludendum est, Marchionem esse liberum, nedùm à traditione corporum, sed etiã à præstatione æstimationis, aut cuiuslibet alterius interesse. *Scipio Rouitus.*

Causa non fuit decisa, sed transactione, & amicabili compositione sopita inter successores. Nunc vide *Gizzar. dec.* 22. qui licèt taceat nomina Partium, refert eandem transactionem, & *Reg. de Pont.* in hac propria causa in *tract. de potest. Proreg. tit.* 6. *de assensu Regio super dote, §. 2. num.* 20.

De Vagabundis, seù Etronibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Vagabundus quis propriè dicatur.*
2 *... an possit vbique puniri, vel potiùs sit remittendus ad Iudicem suum competentem.*
3 *Vagabundi sunt venenum Ciuitatis, proni ad libidines, seditiones, turbas, & inuidiam, & pœna mortis puniebantur apud Athenienses.*

1 VAgabundus quis propriè dicatur, vltrà *pragmat. primam, infrà hoc titulo* vide *pragmat. tertiam, infra eod. tit.* nec non *Iul. Clar. pract. crim. q. 39. vers. cæterùm*, cum *seqq. Marchisell. q. 152. glos. in extrauag. execrabilis, in verb. vagabundi materia, in fin. de præb. & dignit. in extauag. Ioannis*, quæ dicit, quòd vagabundus dicitur, qui à loco, in quo assiduus esse debet, aberrat, per *tex. in l. si quis domesticorum, C. de domest. & protect. lib. 12. & l. 1. C. de desert. & occul. lib. 12.* alios congerit *Carol. de Grass. effect. clericat. 3. num. 291.*

2 Sed an vagabundus possit vbiq; puniri, vel debeat remitti ad Iudicem suum competentem, vide *Follerin pract. crimin. in verb. audiãtur excusatores, num. 126 & in Const. Capitaneorum, num. 56. Couarr. pract. quæst cap. 11. num. 7. & num. 10. vers. attamen est animaduertendum*, Tart. gl. qui multos cumulat in *pract. crimin. par. 1. cap. 8.* & ad materiam latissimè est videndus *Ludou. Peguer. dec. 3. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 6 cas. 531. Auend. resp. 40. nu. 8. in fine, Bouad lib. 2. cap. 13. num. 34.* vbi a *num. 27* latè declarat hanc materiam, distinguens, non debere remitti, secundùm communem opinionem pro solo delicto vti vagabundus, sed si esset inquisitus alijs de delicto graui, esset remittendus, Iudice delicti petente, nisi adesset, consuetudo non remittendi.

Nec putes, pœnam remigationis per quinquennium impositam per pragmaticas huius Regni contrà vagabundos esse satis rigorosam, nàm huiusmodi vagabundi, & otiosi sunt venenum Ciuitatis, & 3 sunt pronti ad libidines, inuidiam, seditiones, & turbas, & propterea apud Athenienses afficiebantur pœna mortis, & diligentissimè inuestigabant, qua, quisquè ratione victum sibi pararet, ac se, suosquè aleret, teste *Melchiore Iun. quæst. polit. p. 3. q. 87.* alia congerit *Borrell. de Magistr. edict. lib. 3. c. 16. num. 19.*

ADDITIO.

Vbi de delicto quis conueniri debet. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Iudices, qui possunt cognoscere de delictis.*
2 D. Franciscus Merlinus *Marchio Ramontis Reg. & S.C. Præses commemoratur.*
3 *Clericus sortitur forum loci, in quo habet beneficium, & dicitur Ciuis loci illius.*
4 *Clericus potest ordinari ab Episcopo, in cuius Diœcesi habet beneficium, & ab eo potest dimissorias literas obtinere, vt ab alio ordinari possit.*
5 *Iudex loci delicti fortior est cæteris alijs, & præferri debet in delinquentis, & delicti cognitione, nisi domicilij, & originis Iudices præuenerint, & quid in delictis leuibus, num. 6.*
7 *Præuentio duplex est, verbalis, & personalis, & quæ sit potentior, & quandò, num. 8.*
9 *Captura personalis in quibus casibus, & quando dicatur illegitimè facta, & non inducat præuentionẽ.*
10 *Citatio legitimè decreta, & intimata inducit præuẽtionem, non autem sola informationis captura.*
11 *Iudice loci delicti non præueniente, vel nolente remissionem petere, succedunt in delicti cognitione Iudices domicilij, & originis.*
12 *Iudex domicilij, & originis an possint etiam per viã inquisitionis, & accusationis cognoscere de delictis commissis extrà territorium. Et quid si Baro non habeat priuilegium pro delictis commissis extrà territorium.*
13 *Iudex domicilij, & originis si concurrant in delicti cognitione, quis eorum præferri debet.*
14 *Ciuis sit quis per originem propriam, vel paternam.*
15 *Origo est immutabilis. Domicilium verò mutari potest, & in quibus procedat.*
16 *Domicilium quomodò constitui debeat, vt illius Iudex præferatur in delicti cognitione Iudici originis.*
17 *Ciuis quot modis quis efficiatur.*
18 *Originarius, & oriundus quis dicatur.*
19 *Allectio Ciuium quo tempore in Neapolitano Regno fuerit in vsu.*
20 *Ciuitate donare quid sit.*

1 AD ornatum huius Rubricæ, quam exornatam, & inculcatam pertransijt *D. Reg.* notandum est, quòd tres Iudices habet delicti notionem, scilicèt loci delicti, domicilij, & originis delinquentis, pront
2 docet *D. Reg. D. Franciscus Merlinus* Marchio Ramontis, & S.C. Præses dignissimus *controu for. cent. 1. cap. 95. num. 2. D. Capiblanc. in prag. 8 par. 2. nu. 106. & tom. 2. cap. 60. Peguer. dec. 87 num. 1.* post multos, quos citat, & *Cons. Carleu. de indic. tom. 1. disput. 2. q. 7. sect. 1. num. 747.* post *D. de Franch. dec. 37. num. 1.* qui addit quartum, scilicèt loci, in quo quis plurimùm versatur, ex *tex. in l. 1. & 2. C. vbi de crim. agi oport.* si tamen intercessit decennium, iuxtà declarationem *Bossij in tit. de for. compet. nu. 72.* & ex *Soc.*
3 ponit quintum in Clerico, qui de iure canonico forum sortitur loci, in quo habet beneficium, *Roman. cons. 361. num. 4. & Decian. in tract. crim. lib. 4. tit. de loco origin. cap. 16. nu. 14. Felin.* tractat *in cap. dilectus, il 2. de rescript.* cùm dicatur ciuis loci illius, & gaudet omnibus prærogatiuis, & commoditatibus ciuibus concessis, *Grass. de effect. cleric. in prælud.*
4 *num. 369. & 371.* & potest ordinari ab Episcopo, in cuius Diœcesi beneficium habet, & ab eo potest dimissorias literas obtinere, vt ab alio Episcopo ordinetur, *cap. cùm nullus 3. de tempor. ordinat. in 6.* & de supradicta *D. de Franch. decis.* meminit *Guazzin. defens. 1. cap. 25. num. 1.*

Horum autem Iudicum quis fortior sit, atq; debeat præferri in delicti cognitione, contrariæ fuerũt DD. sententiæ, communior tamen est opinio, quòd
5 Iudex loci delicti potentior est, & præferri debet, ità quamplurimis relatis resoluit *Cons. Carleual. de Iud. tom. 1. disp. 2. q. 7. sect. 1. num. 782. & 783. Guazz. d. defens. 1. cap. 15. num. 10. & cap. 25 num. 2. D. Reg. Merlin. d. cap. 95. De Franch. d. dec. 37. & decis. 505.* Si tamen Iudex domicilij, vel originis non præuenerint, & delinquens sit carceratus pœnès tertium Iudicẽ, vel Superiorem, vt putà M.C.R. Aud. vel aliud Regium Tribunal, sicuti reassumit *D. Capibl. in d. c. 60. tom. 2. num. 1. & in d. prag. 8. par. 2. num. 206.* cum *seq. D. Carleual.* latissimè *disput. 2. q. 7. sect. 2. num. 805.* cum *seq. Guazzin. d. defens. 1. cap. 17. num. 34. Decian.*

*in tract.crim.lib.4.tit.de remiss. reor.cap.*19. *num.*14. *& D.Reg.Sanfelic.dec.*68. *nu.*3. quamuis sub *n.*6. *et* 7.
6 contrarium referat tenere nonnullos in delictis tamen grauibus, non autem leuibus, quia in leuibus delictis non est necessaria remissio, *Peguera dec.*66. *num.*16. Præuentio namquè legitimè facta ius tribuit, *Giurb.conf.*59. *num.*94. & præueniens præferri debet in delicti cognitione, ex regula *text. l. si quis posted quam* 7. *in fin. ff. de iudic.* licèt præuentionem Iudicis originis, vel domicilij non officere iurisdictioni Iudicis loci delicti, latissimè fudet *D.Reg.* siuè *D. Ferdin.* eius filius in *prag.*1. hoc *tit.* à *n.*66. cũ *seq.*

7 Cæterùm cùm duplex sit præuentio, Verbalis .i. quæ fit per citationem legitimè expeditam, & intimatam, & Personalis, quæ fit per capturam personæ legitimè factam, & in casibus à Iure, & Regni *Constitutionibus* permissis, & ordinatis, *Carleu. d. disp.*2. *q.*7. *sect.*3. *num.*871. Difficultas est scire, quæ istarũ præuentionum sit potior, dato, quòd vnus præuenerit in citatione, & alter in captura personæ, & sine difficultate dicendum est, Personalem præuentionem potentiorem esse, ac præferendam, dummodò sit legitimè facta, vt prædiximus, *D. Capiblanc.d.prag.*8. *par.*2. *num.*214. & 215. *D. Carleual. disput.*3. *q.*7. à *num.*836. cum *seq.* post multos, quos allegat, *De Franch. d. dec.*505. *num.*14. & dixit *Guazzin. d. defens.*1. *cap.*9. *num.*14. Quàmuis *Decian. lib.*4. *tit. quando, et per quos actus, &c. c.*25. *n.*9. hoc intelli-
8 gat, si vno, eodẽq; tẽpore vtraq; appareat facta præuentio, secùs verò si cõstaret, Verbalem præcessisse.

9 Porrò si captura non fuit legitimè, & iuridicè facta, vel ex eo, quia capiens non habebat in captum iurisdictionem, scilicèt ratione loci delicti, domicilij, aut orginis, prout elegantèr tradit *Peguera decis.* 2. *num.*3. *vers. His tamen non obstantibus, & num.* 8. *in addit. et dec.*66. *num*19. vel quia non præcessit citatio (nisi casus sit talis, quòd ea non præmissa procedi nihilominùs possit ad capturam, vt in *Cap. Ab illo inchoandum*) aut captura fuisset affectata, & procurata ab ipsomet delinquente, vel quia sponte se præsentasset, vt carceraretur, minimè dici poterit, quòd præuentio sit inducta, ità *D. Capibl. in d.prag.* 8. sub *num.*215. *Boss. in d. tit. de for. compet. num.*98. *et Carleu. d.q.*7. *disp.*3. *num.*888. Maximè si fieret ab inferiori Iudice post citationem maioris Iudicis intimatam, prout egregiè discurrit *D. Melis.* Dantea *de pugn. Doct. in tit. de Potest. ad mod. belli, cap.*3. *nu.*41. 42. 43. *et* 44. quia dolo præsumitur se præsentasse coràm eo Iudice, qui ipsum non citauit, *Guazzin. d. defens.*1. *cap.*9. *num.*16. *et* 21.

10 Prout ẽt in præuẽtione Verbali, quæ introducitur per citationẽ sequẽtẽ post captã informationẽ (cùm sola captura informationis secundũ magis cõmunẽ opinionẽ nõ inducat præuentionẽ, *Carleu. d. disp.*2. *q.*7. *sect.*3. *n.*878. *in fin. &* 879. *in fin.*) requiritur, vt citatio sit legitimè expedita, & delinquẽti transmissa, & intimata, *De Franch.* in cit. *dec.*505. *nu.*14. 15. *&* 16. *Capibl. d. prag.*8. *p.*2. *n.*211. *Carleu. loc.* supradicto, sub *n.*879. *& Guazz. defens.*1. *cap.*9. *num.*10.

11 Cùm autem non fuit præuentum à Iudice loci delicti, vel illo nolente remissionem petere, fiet locus Iudici domicilij, & originis, vt communitèr fatentur *Doctores* suprà citati, & fatetur D. Reg. siuè D. *Ferdinand.* eius filius in *d.prag.*1. hoc *tit. num.*66. & quanquàm *Gramm. dec.*26. fundare conatus sit,
12 quòd Iudex originis non possit cognoscere de delictis commissis extrà territorium domicilij, & originis, eius tamen opinio fuit pluriès reiecta per S. C. & iudicatum fuit, posse Iudicem domicilij, & originis de delictis commissis extrà territorium cognoscere, etiam per viam inquisitionis, prout testatur D. *de Franch. dec.*66. *et Reg. Sanfelic. d. dec.*68. *nu.*4. & comprobat *Carleu.* nisi sit iudicium coràm alio cẽptum per viam accusationis, nàm tunc etiam superueniente accusatione, quæ est remedium ordinarium cessare debet extraordinarium inquisitionis remedium, ità *Carleual. d. sect.*3. *num.*891. & antè eum dixerant *Decian. tract. crim. lib.*4. *tit. de Præsẽt. cap.*20. *num.*22. *et Guazz. defens.*1. *cap.*10. *num.*16. Quod ampliat, etiam si Baro non habeat priuilegiũ cognoscendi delicta commissa extrà territorium, vt in *d.q.*7. *sect.*2. *n.*809. post D. *de Franch. d. dec.*66.

13 Si verò vterquè Iudex, domicilij scilicèt, in quo quis incolatum facit, & Iudex originis, vndè inquisitus ex persona sua, vel patris originem ducit, pro inquisiti remistione concurrat, & inter se de prælatione ambo contendant, quis eorum prælationis victoriam obtinere debeat, inuestigandum est. Et domicilij Iudicem præferendum esse scribit D. *Capiblanc. in d. cap.*60. sub *num.*7. *et* D. *Sanfelic.* in relata *decis.*68. sub *num.*9. & sentire videtur *Decian. in tit. de loco originis, et domic. cap.*16. *num.*9. Et licèt
14 per originem propriam, vel paternam quis dicatur verè ciuis *d. origine. C. de municip. lib.*10. *l. assumptio, ff. ad municip.* & latè probat D. *Reg. Moles in decis. manuscrip.*50. *q.*15. *et Boss. d. tit. n.*28. *et* 29. sitquè originis forus immutabilis, *d. l. assumptio.* Quòd si originarius iudicatur verè ciuis, nec potest origo mutari, ergò maius ius suo Iudici tribuere dicendum
15 erit, ciuem originarium, quàm eum, qui ratione tantùm domicilij est Iudici subiectus, quod sanè domicilium mutari potest, & plura quem habere posse domicilia, notatur in *l. labeo, et l. domicilium, et l assumptio, §. filius, ff. ad municip.* & dixit *Guazzin. d. defens.*1. *cap.*26. *num.*18. Id tamen procedere quòad honores, & munera subeunda, declarat *Capiblanc. d. cap.*60. *num.*9. iuxtà *text. in l. ordine decurionum, §. final. ff. ad municipal.* Hanc tamen
16 conclusionem intelligendam puto in domicilio benè constituto, scilicèt cum habitatione per decennium, *l. nec ipsi* 2. *C. de incol. et vbi quis, lib.*10. *Boss. in d. tit. de foro competent. num.*26. *et* 31. & cum translatione bonorum, tabernæ, & familiæ, & quòd indè non sit discessurus, iuxtà *text. in l. cives, ff. ad municipal.* & notat D. *Sanfelic. d. decis.*68. *num.*9. nec sufficiet sola habitatio per aliquod tempus, D. *Regens Moles d. decis.*50. *vers. Tertiò quis dicitur,* & facit *d. l.*2. *C. de incol. et vbi quis, lib.*10.

17 Et postremò ad sciendum, quot, quibusuè modis quis efficiatur Ciuis, quisuè dicatur origina-
18 rius, & quis ortus, & quis oriundus, vide *text. in d. l. Ciues, C. de incol. et vbi, lib.*10. & apud *Decian. in d. tit. de loco origin. cap.*16. *num.*20. *et Moles d.*
19 *decis.*50. qui inter alios notat allectionem, refertquè fuisse Neapolitanæ Ciuitati per particulare priuilegium concessum à *Rege Federico* in anno 1496. vt possit exteros in ciues, & ad ciuilitatem assumere, verùm sciendum est, hanc allectionem, siuè modum faciendi ciues per allectionem vetustioribus temporibus, & longè antè *Federici* tempora in hac Ciuitate, & Regno in vsu fuisse, vt habemus ex *Cicerone in oratione pro Archia Poeta*, in hæc verba. *Itaquè hunc et Tarentini, et Rhegini, et*
20 *Neapolitani Ciuitate cæteris præmiis donarunt.* Est autem Ciuitate donare, idem, quod ciuem efficere, & iura ciuium dare, vt dicit *Calepin. in verb. Donatio*. Et sic longè antè tempora *Federici Regis* Neapolitani allectionem obseruabant. *Io. Laganar.*

Vbi

Vbi de delicto quis conueniri debet.
Pragm. I.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius plures limitationes,remissiuè.*
2 *Remissio,de qua hic ad locum delicti vti sit practicã-da,& quæ debeant concurrere.*
3 *Delictum si in vno loco sit inchoatum,& in alio consummatum,quis erit Iudex competens.*
4 *Vasallus Baronis priuilegium extrà territorium non habentis,committens delictum extrà territorium, an possit adhuc puniri ab eius Barone, & qua pœna, num. 5.*
6 *Baro si priuilegium habeat de delictis commissis in eius territorio per quoscunquè,& alius Baro priuilegium habeat in vasallos, etiam extrà territorium delinquentes, & huius vasallus in territorio illius delinquat,quis erit illius Iudex competens.*
7 *Baronibus priuilegiatis super cognoscẽdis delictis cõcurrentibus præfertur is,qui est priuilegio prior.*

LIcèt, &c.

Delinquentes remittantur puniendi in locis,vbi deliquerint. H.D.

1 Ad materiam huius *pragmaticæ*, & *l.1. C.vbi de crimin. agi opor.* vide plures limitationes per *Foller.in Const.Capitaneorum.num.31.* cum *seq. Petr.Bellug.* omninò in suo *Specul.Principum, rubr. de propositione grauaminum, §. ex quo prædiximus,* per tot.cum *additionibus ibi,& in tit.de effec. Imper. rubr.23.vers.& scias,* per tot. *Ann.alleg.44.num.4.& seq.Villadieg.Polit.cap.5.§.27.* Quomodò sit practi-
2 canda hæc remissio ad locum delicti, & quæ debeant concurrere,explicat *Auiles* omninò videndus in *cap.17.Prætorum,in verb.entreguen,* per tot. & in *verb.notifiquen,num.12.* scilicèt vt constet crimen & esse commissum in territorio requirentis, & inquisitus non sit de hæresi, & quòd non commiserit delictum pœnès Iudicem requisitum, quia pro eo debet puniri priùs,& petatur à Iudice delicti, delictum non sit minimum,petatur inter Iudices subditos eodem Imperio,& quandò Iudex recusat remittere,potest adiri Superior,vt cogat,& ad saturitatẽ totam hanc materiam habes declaratam per *Azeued.lib.8.nouæ recompil.tit.16.l.1.* per tot. & si deli-
3 ctum in vno loco est inchoatum, & in alio consummatum,hic erit Iudex competens,vide *Præsid. de Franch.dec.37.* latissimè *Molin. de brachio sæcul. lib. 3.cap.49.* distinguentẽ,cùm delicta vno in loco principium accipiunt,altero verò consummantur respectu vtriusq; offendentis,& offensi, & vterq; Iudex potest procedere,sed Iudex minoris pœnæ inferendę debet remittere ad Iudicem maioris pęnę infligendæ petentem,& non è contrà. Si inchoantur simul, & perficiuntur in alio,non respectu vtriusq; sed alterutrius, siuè agatur de pęna extraordinaria, quæ in atrocioribus infligi solet,siuè de ordinaria, vbi affectus punitur,potest cognoscere Iudex cępti delicti,nec datur remissio. Si verò incipiunt in vno loco,& finem capiunt in alio, nullius habito respectu,vel delinquentis,vel offensi, poterit procedere cępti delicti Iudex,si affectus punitur pœna ordinaria,& non debet remittere,si pęna extraordinaria,
A poterit cognoscere, donec non fuerit petita remissio à Iudice pęnę ordinariæ inferendæ,& quid si va-
4 sallus Baronis, qui nó habet priuilegium extrà territorium commisit delictum extrà territorium, an adhùc possit puniri ab eius Baroneì quæstio hęc in iure est satis dubia, & multi *Doctores* grauissimæ authoritatis tenuerunt partem negatiuam,quos refert *Hippol.Marsil.in l.fin.num.135.* cum *seq. ff.de iurisd.omn.iud.* quibus est addendus *Roland. à Vall. cons.19.vol.2.Bursat.cons.77.num 4.* cum *seq.Hieron. Cæuall.pract.quæst.comm.contr. comm. lib.2. q.678.* Sed contrariam opinionem post longam disputationem veriorem dixerunt *Alber.Brun.* in *cons.144.vol. 2.* inter *consil.feud.diuers.Bero.cons.162. vol.3. Petr. Foller.pract.crim.in verb.audiantur excusatores, nu.* mihi 108.cum *seqq.*& secundùm hanc vltimam opinionem iudicauit hoc Sacrum Consilium Neapolitanum,teste *Præsid.de Franch.dec.66.* ac Rota Lucens. teste *Magon.dec. Lucens.70.* quam etiam approbauit *Ioan.koppen German.q.43.Iacob. Cancer. var.resol.lib.2.cap.2.num.65.Peguer.dec.87.* meminit *Capiblanc.prag.8.par.2.num.207.* cum *seq. suprà de Baronibus,Moditus in §. Plebiscitum, dubit. 187. Molin.de brach.sæcular.lib.3.cap.42. Thesaur. quæst. for.55.* sed Senatus Pedemont.teste *Thesaur.dec.90.* approbauit primam negatiuam. Verùm tenendo
5 opinionem,quam noster Senatus approbauit, dico, quòd tunc si in loco delicti est diuersa pęna statuta, quàm sit in loco iudicij,est imponenda illa pœna, quæ viget in loco delicti,si credimus *Andr.in cap.1. §.si autem omnibus,* in *princ.de pac. ten. & eius viol.* At *Bardellon.cons. 40.* fundat, quòd Iudex originis potest cognoscere,& punire pœna condigna,si tamẽ à Iudice loci delicti non fuit sufficienter punitus.
6 Quid autem, si Baro habet priuilegium de delictis commissis in eius territorio per quoscunquè,& alius Baro haberet priuilegium in suos vasallos delinquentes,etiam extrà territorium,& huius vasallus commiserit delictum in territorio illius, quis erit Iudex competens,Iudex originis, & sic secundus,an Iudex loci delicti,& sic primus? vide *Foller.* in præfata sua *pract.crim.* in eodem *verbo audiantur excusatores,num.* mihi 65.cum pluribus *seqq.* vbi post
7 diffusè disputatum articulum ad partes,tandèm cõcludit,vt is cognoscat de delicto, qui habet priuilegium anterius, & dùm in anno 1588. Carolus Paganus nobilis Salernitanus,& sic vasallus Principis Salerni, qui habebat amplissima priuilegia, etiã in vasallos delinquentes extrà territorum, commisisset delictum in terra Pollæ, cuius erat vtilis Dominus [redacted]dentissimus vir Ioannes Villanus, postea ob suas eminẽtissimas virtutes decoratus Titulo Marchionis eiusdem Terræ,cuius & fortunæ,& animi dotium nunc vniuersalis hæres est eius nepos ex filio similitèr Marchio Pollæ, & in Magna Curia Vicariæ dubitaretur, quis deberet cognoscere de hoc delicto, viso priuilegio dicti Marchionis cum clausula, quòd posset cognoscere de delictis commissis per quoscunquè Ciues,Incolas, & Habitantes in præfata Terra Pollæ de anno 1558. & sic anteriori priuilegio Principis Salerni, quod erat de anno 1575. ac probata habitatione dicti Caroli in Terra Pollæ per annos octo, tandèm post longam discussionem fuit per Magnam Curiam remissa ad Officiales Terræ Pollæ, per doctrinam *Foller.* in præfato *loco*, patrocinante pro Ioanne Villano celebertimo, ac inter Aduocatos nemini secundo Horatio Theodoro meo Domino. Actuarius Magnæ Curiæ est Danielis.

RERVM SVMMA.

8 *Baro non habens priuilegium de delictis commissis per exteros, an poterit cognoscere de delicto commisso in eius territorio per vasallum Baronis habentis priuilegium, etiam de delictis commissis per suos vasallos extrà territorium.*

9 *Delictorum cognitio circumscriptis priuilegijs de iure spectat ad Iudicem loci delicti.*

10 *Delinquens si reperiatur pœnès Iudicem originis, vel domicilij, ambo hi Iudices requisiti à Iudice loci delicti tenentur illum remittere ad dictum Iudicem loci delicti.*

11 *Reus si esset nedùm præuentus, sed etiam condemnatus in loco domicilij, adhùc est remittendus ad Iudicem loci delicti.*

12 *Princeps non præsumitur velle vni auferre, & alteri dare, etiam in rescriptis, & priuilegijs, quamuis verba priuilegij essent ampla.*

13 *Priuilegia sint strictissimè interpretãda, vt minus præiudicent tertio, quam fieri possit, etiam si esset necesse impropriare verba priuilegij, & ità impropriãdo ea redderentur otiosa, & superflua.*

14 *Statuta recipiunt interpretationem, & restrictionem à iure communi, vt non fiat præiudicium tertio, etiã si verba remanerent eluderia, & sine effectu.*

15 *Princeps confirmando infeudationem iuri suo tantùm præiudicat, non alieno.*

16 *Clausula illa, iuribus alterius semper saluis, intelligitur apposita in quolibet priuilegio.*

17 *Priuilegia Principum dùm concedentium iura, latissimè sed quandò præiudicium tertij tangunt, sunt strictissimè interpretanda.*

18 *Iurisdictio ordinaria est tanta potentiæ, vt illi per nullum priuilegium derogari possit.*

19 *Priuilegium loci delicti cùm sit clausum in corpore iuris, requiritur, vt illi derogetur expressè.*

20 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius alterius quæsitum, vel deferendum absq; legitima causa.*

21 *Causa legitima intelligitur causa publica, non autem priuata.*

22 *Opinio illa est obseruanda, quã approbauit consuetudo.*

23 *Clausula in priuilegio apposita, etiam si deliquerint in alieno territorio, respicit ipsos delinquentes, non autem Iudicem loci.*

24 *Princeps nunquàm censetur tollere ius tertij, quod ei competit de iure ordinario.*

25 *Clausula in rescripto, vel priuilegio apposita operatur quòad eos, de quibus est facta mentio in priuilegio, nõ autem quòad alios.*

26 *Curia Regia si incapiendo delinquentem præuenisset, & Iudex originis peteret remissionem, denegaretur illi remissio, si non haberet in priuilegium clausulam de delictis extrà territorium.*

27 *Clausula priuilegij Baroni concessi in vasallos extrà territorium delinquentes, etiam ad summum extensa in beneficium Baronis, intelligeretur adhùc iurisdictio concessa cumulatiuè cum Iudice loci, non priuatiuè.*

28 *Iurisdictio ordinaria vni competens, non tollitur per attributionem alteri factam eiusdem iurisdictionis.*

29 *Iudex loci delicti de iure communi est Iudex ordinarius.*

30 *Iurisdictio si sit concessa Iudici loci delicti de delictis commissis in suo territorio per exteros, non tollitur priuilegium, quod habet Iudex originis, sed datur præuentio.*

31 *Iurisdictio cumulatiua præuentionem admittit.*

32 *Domicilium contrahitur, si quis facit Tabernam in aliquo loco.*

33 *Forus domicilij est principalior, quàm forus originis.*

34 *Iudex loci delicti nec volens potest delinquentem ad Iudicem domicilij remittere.*

8 SEd quid si Baro non habeat priuilegium de delictis commissis per exteros, an poterit cognoscere de delicto commisso in eius territorio per vasallum Baronis, qui habeat priuilegium etiam de delictis cõmissis per suos vasallos extrà territorium, ità vt præferatur ipse Baro loci delicti illi Baroni loci originis, non obstante dicta clausula? quæstio hæc accidit in M.C.V. inter dictum Marchionem Terræ Pollæ, ac Principem Venusij vtilem Dominum Terræ Cagiani, & per infrascripta demonstraui, illam clausulam in nihilo præiudicare Iudici loci delicti, & proindè Baronem loci prædicti esse omninò præferendum, infrascriptis Allegationibus.

ALLEGATIONES.

DElicta, de quibus inquiruntur Sempronius Casarus, & Fabius de Lauso, non est dubium,
9 quòd sunt commissa in territorio Terræ Pollæ, & successiuè circumscriptis priuilegijs non potest difficultari, quin cognitio eorundem delictorum ex dispositione iuris spectet ad Officiales Marchionis Pollæ vti Iudices loci delicti, quantùmuis inquisiti sint vasalli originarij Principis Venusij, per *text. in auth. qua in Prouincia*, vbi *Doctores* omnes, *C. vbi de crim. agi oport.* & hoc adeò verum est, vt etiam si
10 delinquens reperiatur pœnès Iudicem originis, aut domicilij, tamen ambo hi Iudices requisiti à Iudice loci delicti, tenentur illum remittere ad ipsum Iudicem loci delicti, prout est communis opinio, de qua per *Capoll. cons. crimin. 9. vers. primum est*, ad fin. *Curtium in l. hares absens. §. 1. num. 5. ff. de Iudic. Clar. in pract. crim. q. 38. vers. est autem tanta potentiæ locus delicti. Thesaur.* optimè *decis. Pedem. 90. num. 60. Præs. de Franch. dec. 37. num. 1.* latè defendit *Ioan. Koppen German. q. 43. num. 9. vers. nunc porrò*, cum *seqq.* vbi ampliat, & limitat, nec non *Bologn. cons. 8. num. 9. & 10.* & innumeris authoritatibus citatis communem, & veram esse demonstrat *Petr. Caball. resol. crim. casu 162. num. 8. 9. & 10.* quibus addo *Andr. quæstiones regal. num. 48.* vbi ait, quòd delictis commissis in proximum nemo habet se intromittere, nisi Iudex alle, sub quo deliquit, & qui punit, licèt aliud decisum fuerit, quandò Iudex originis præuenit, teste *Præs. de Franch. dec. 505.*

Quæ decisio in casus contingentia erit diligentiùs ruminanda ex prædictis, & ex adductis per *Couarr. practic. quæst. cap. 11. num. 6. vers. sextò in hoc tractatu*, vsquè ad *num. 7.* & ex *Alciat. resp. 13.*
11 *num. 2. lib. 7.* vbi ait, quòd si reus esset nedùm præuentus, sed etiam condemnatus in loco domicilij, adhùc est remittendus ad Iudicem loci delicti, & est expressè dispositum in *pragm. 5. Item, quòd Officiales, infrà eodem*, vbi statuitur, omnes delinquẽtes debere remitti ad Officialem territorij, in quo deliquerint, exceptis disrobatoribus stratarum, tantò fortiùs, vbi idem Iudex delicti præuenit in capiendo, prout est casus noster, idem *Præs. de Franch. d. decis. 505. num. 3.*

Hæc, vt dixi, non habent dubium, attenta dispositione iuris, & circumscripris priuilegijs, at Princeps dicit, in casu nostro cessare dispositionem iuris, stan-

stante eius priuilegio cum clausula cognoscendi etiam de delictis commissis extrà territorium per eius vasallos.

Cæterùm adhùc tali priuilegio non obstante causa prædictorum omninò est remittenda ad Officiales Marchionis Pollæ, vt Iudicis loci delicti, ex quo per dictam clausulam in nihilo est præiudicatum iurisdictioni ordinariæ ipsius Marchionis, tùm quia Rex in eo priuilegio noluit præiudicare iuribus tertij, & sic Marchionis, siuè eius authoris, tùm etiam, quia si voluisset, non potuisset, etiam de plenitudine potestatis, vt infrà breuiter demonstrabo.

Primum, quòd scilicèt noluerit præiudicare tertio, probatur tùm ex illa generali regula, quòd Princeps vti omnium iustus pater non præsumitur velle vni auferre, & alteri dare, etiam in rescriptis, & priuilegijs, *l.3.§.meritò, & §.si quis à Principe, ff.nè quid in loco publico, l.nec anus, C.de emancip.liber. cap.quamuis, de rescript.* in *sexto*, licèt verba priuilegij viderentur ampla, & importare concessionem cum præiudicio tertij, sicuti pulcherrimè docet *Ruin. consil.88. volum.4.* quia debent strictissimè interpretari, vt minus præiudicent tertio, quàm fieri possit, *clement.pastoralis, de priuileg.* etiam si necesse esset impropriare verba priuilegij, & talitèr impropriando ea redderentur otiosa, & superflua, vt probat *text.* expressus in *cap.super eodem, extrà de offic. delegat.* vbi id notat in terminis *Dec.* in *1.limitat. vers. & hoc intelligendum*, & faciunt tradita per *Bartol.in l.cùm à matre, C.de rei vend.* & per *Alexand.in l. final. §.in computatione, C.de iur.deliber.* dùm concludunt, statuta recipere interpretationem, & restrictionem à iure cõmuni, vt tertio non fiat præiudicium, etiam si verba statuti remanere deberent eluforia, & sine effectu, per *tex.* in *l.2.* vbi *Bart.* & cæteri, *C.de noxal.* & declarat optimè *Claper.in centur.causar.fiscal.caus.8.quæst.2.n.1.* vsq; ad *num.6.* hinc *Andr.in cap.1.col.4.* antè *num.5. vers. quin etiam.qual.vasall.iurar.deb.fidel.* ait, quòd Princeps confirmando infeudationem, iuri suo tantùm præiudicat, non alieno, & *Capyc.in sua tract.feud.in verb.ac alienis semper saluis, fol.* mihi 136. ex prædicta doctrina *Andr.* & alijs, quos citat, inquit, quòd illa clausula, *iuribus alienis semper saluis*, intelligitur apposita in quolibet priuilegio.

Tùm etiam ex inspectione singulorum verborum appositorum in priuilegio Aduersarij, quæ sunt adeò sigillatim restricta in præiudicium Regiæ tantùm iurisdictionis, vt manifesta indè resultet voluntas concedentis, noluisse præiudicare alteri tertio, ordinariam iurisdictionem habenti.

Quòd autem verba priuilegij sint restricta in præiudicium Regiæ tantùm iurisdictionis, patet in pluribus locis dicti priuilegij, & in primis, ibi, *non possint extrà illarum, & illorum Tribunalia citari, conueniri, &c. In Sacr. Consil. in Magna Cur. Vicar. aut coràm Iustitiario cuiuscunq; Prouinciæ, nec coràm Viceregi generali, aut quouis alio Regio Tribunali, Iudice ordinario, seù delegato, &c.* & iterùm ibi, *abdicando ab omnibus Regijs Officialibus omnem potestatem, &c.* & tamen alibi non apparet, quòd Rex per dictum priuilegium voluerit præiudicare tertio, & vtiquè si voluisset Rex præiudicare, de facili expressisset, prout videmus in clausulis prægnãtibus aliorum priuilegiorum, quæ circumferuntur cum expressa derogatione iurium Baronum, quod non sine maxima ratione factum est, nàm Principum priuilegia, dùm tangunt iura concedentium, debent latissimè interpretari, per regulam *l.beneficium, ff.de constitut.Princ.* sed quatènus tangunt, vel respiciunt damnum tertij, debent strictissimè interpretari, vt pulchrè declarat *Innocent.* in *c.cùm dilecti, extrà de donat.* & hoc quidèm tantò facilius est admittendum in casu nostro, vbi agitur de auferendo iurisdictionem ordinariam Iudici loci delicti, quæ est tantæ potentiæ, vt per nullum priuilegium possit ei præiudicari, prout est *text.* in terminis in *cap.1.de priuileg.* in *sexto*, qui omninò videatur, quæso, & probatur etiam in d.*auth. qua in Prouincia, in princ.* ibi, *omni priuilegio cessante*, & cùm hoc priuilegium loci delicti sit clausum in corpore iuris, vtiq; requiritur, vt ei expressè derogetur, ex traditis per *Natt.cons.576.n.13.*

Alterum verò, quòd scilicèt Rex etiam si voluisset, nec de plenitudine potestatis potuisset præiudicare iuri tertij, probatur ex illa conclusione, quam tradunt *Fulgos.Roman.Corn.Ias.* & communitèr *Scribentes* in *l.si testamentum, C.de testament.* vbi concludunt, quòd Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius mihi quæsitũ, vel deferendum, absq; legitima causa, & causa legitima intelligitur causa publica, non autem priuata, vt probat *text.in l.Lutius, ff.de euict.* & tradit *Bal.* in *l.quicunq; C.de fide instrum. lib.10. Oldrad. consil.* 224. *Crauett.de antiqu.tempor.p.ar.1.a.1.n.51. Peregr. de iure fisc.lib.5.tit.2.num.49. Regens de Pont.cons.4.* n.9. & 10. *lib.1.* sed in casu nostro nulla videtur causa legitima, nec publica, per quã Rex voluisset præiudicare iurisdictioni ordinariæ Iudicis loci delicti, ergò non video, quod ius possit meriti Aduersarius ex prædicto eius priuilegio.

Nec obstat, si dicatur, quòd ex tali interpretatione redderetur eluforia illa clausula apposita in priuilegio Principis, nàm vltrà, quòd ex his, quæ superiùs annotaui, verba priuilegij potiùs sunt impropriandа, ità vt remaneant superflua, & eluforia, quàm vt præiudicent tertio, tamen Ego do instantiam, vt dicta clausula possit operari suum effectum duplicitèr.

Primum, quia de iure est adeò perplexus, & intricatus ille articulus, an Iudex originis possit procedere contrà suum vasallum pro delicto ab eo commisso extrà territorium, quandò non concurrit Iudex loci delicti, vt *Clar.pract.crim.quæst.39. vers. sed quæro, numquid*, circà *fin.* post relatam magnam hinc indè *Doctorum* copiam, dixerit, seruandam esse eam opinionem, quam consuetudo approbauit, & Senat. Pedemont. approbauit opinionem negatiuam, quòd scilicèt Iudex originis non possit punire originarium subditum, qui in alieno territorio deliquit, teste *Thesaur.dec.*90. hęc eadem opinio negatiua fuerat etiam in hoc Regno recepta, teste *Gram.dec.*26. & temporibus *Foller.* quotidiè obseruabatur, vt ipse testatur in *pract.crim.in verb.audiãtur excusatores, n.*127. in *fin.* & licèt modernis hisce temporibus ingenio, & doctrina *Præsid. de Franch.* illustratis apparuerit verior opinio affirmatiua, quã approbauit Sacr. Cons. teste eodem *Præsid. de Frãch. dec.*66. prout etiam illam tanquàm veriorem amplexa fuit Rota Lucensis, teste *Hieron. Magon. dec. Lucens.* 70. *num.* 3. *Molin. de brach. sæcul. lib.3. cap.*42. tamen negari non potest, quin in anno 1480. quo fuit concessum priuilegium Aduersario, opinio negatiua vigeret, ex prædicta *dec. Gramm.* 26. aut saltim fuit casus valdè dubius, & intricatus, ad euitandum igitur hanc iuris perplexitatem in hoc intricato articulo, in priuilegio Principis fuit expressa illa clausula, *vt potuisset cognoscere etiam*

de delictis commissis extrà territorium, nàm vigore huius clausulæ non posset difficultari, quòd possit punire suos vasallos originarios pro delictis cõmissis extra territorium, quandò tamen non concurrit Iudex loci delicti, quod alias sine dicta clausula non potuisset, vel tollet valdè disputabile, vt expressè declarat *Foller.* in *d. verb. audiantur excusatores*, *nu.* 117. in *fine*, & hic est primus effectus, qui resultat in beneficium Principis ex dicta clausula.

Iuxtà quem effectum illa clausula, *etiam si delinquerint in alieno territorio*, respicit ipsos delinquentes tantùm, vt ipsi non possint declinare forum originis propter locum delicti, non autem respicit Iudicem loci delicti, qui de iure habet iurisdictionem ordinariam, etiam in exteros delinquentes in suo territorio, prout probatur optimè in *cap. super eo, extrà de offic. deleg.* vbi Summus Pontifex commiserat vni, vt cognosceret de causa vertente inter duos patronos de præsentatione Præsbyteri, cum expressa clausula, *quòd procederet ad ordinationem præsentati, qui melius ius foueret in Ecclesia, ad quam fuerit præsentatus, appellatione remota*, & sic ex tali commissione hic Delegatus poterat ipse ordinare, ac instituere præsentatum, & ab eius ordinatione, & institutione non dabatur appellatio, & tamen subdit Summus Pontifex, quòd non propterea censetur derogatum Archipræsbytero, vel Archidiacono, vel Episcopo, ad quem pertinet institutio in Ecclesia, & appellatio censetur remota quòad ipsos litigantes, de quibus loquitur commissio, non autem quòad alios, qui habent interesse in negotio, ecce igitur, quòd ex eo *tex.* duo resulta-
24 pta indubitata, quæ determinant casum nostrum, vnum, quòd nunquam supremus Princeps censetur tollere ius tertij, quod ei competit de iure ordina-
25 rio, alterum verò, quòd clausula in rescripto, seù priuilegio apposita operatur quòad eos, de quibus est facta mentio in priuilegio, non autem quòad alios, quare cùm in casu nostro vtilis tunc Dominus Terræ Polle haberet ius suum cognoscendi de delictis commissis etiam per exteros in suo territorio ex ordinaria iurisdictione, & in priuilegio Principis non sit facta mentio de alijs Iudicibus habentibus æqualem iurisdictionem, immò maiorem, & potentiorem, non potest dici, quòd illa clausula cognoscendi, etiam de delictis extrà territorium respiciat tertium, sed solùm eius vasalios, de quibus loquitur priuilegium.

Secundus verò effectus, qui ex dicta clausula resultat in beneficium Principis, est, nam estò millies, quòd ille articulus fuisset de iure indubitatus, & nullam habuisset difficultatem, vt scilicèt Iudex originis potuisset punire subditum originarium, non concurrente Iudice loci delicti, tamen illa opinio potuisset procedere, quandò Iudex originis præueniisset in capiendo, quòd si pre-
26 ueniisset Reg. Cur. in capiẽdo, & Iudex originis peteret remissionẽ, tunc denegaretur ei remissio, si nõ haberet in priuilegio clausulã de delictis extrà territoriũ, ità declarat specificè *Follet.* in duob. loc. primò in *Cõs. Capitaneorũ n. 49. ver. sed si carceratus*, & iterũ in *pract. crim.* in *verb. audiãtur excusatores*, *nu.* 129. circà *fin. vers. quandò enim Regia Curia præuenit.*

Vndè fit, quòd dum ex prædictis apparet, quòd prædicta clausula potest operari suos effectus absq; præiudicio tertij, omninò dicendum est, quòd ex ea nullum inferatur præiudicium Iudici loci delicti habenti suam iurisdictionem ordinariam, tùm ex iuris dispositione, tùm etiam ex præsumpta mente concedentis.

Sed si quis vellet vsquè ad summum extendere
27 hanc clausulam in beneficium Principis, adhùc aduerto, quòd ex ea non posset resultare aliud, quàm vt dicatur concessa ei iurisdictio in suos vasallos delinquentes extrà territorium cumulatiuè cum Iudice loci delicti, non autem priuatiuè, & abdicatiuè, vt probatur in *l. 1. C. de offic. Præfect. Vrb.* per quem *text.* dixit *Bald.* in *l. 1. in princ. vers. extrà quæritur*, *ff. de offic. Consul.* quod iurisdictio
28 ordinaria vni competens non tollitur per attributionem alteri factam eiusdem iurisdictionis, idem probatur in *l. final. C. de iurisd. omn. Iud.* vbi dispositum, quòd licèt Rectori militum in causis illos concernentibus detur iurisdictio de rebus militaribus, non tamen censetur adempta alteri Magistratui ordinario pro ijsdem causis, per quæ iura voluit *Roman. cons. 393.* quòd in his casibus censetur concessa iurisdictio cumulatiuè, & non priuatiuè, & hoc idem comprobat multis alijs rationibus, & *Dec.* in *cons. 3. num. 3.* ait, quòd licèt iurisdictio specialiter tribuatur Officialibus mercantiæ, non per hoc derogatur Iudici ordinario, & *Dec.* sequitur *ibi Additio* in *verb. ordinario*, & alia Addit. ad eundem *Dec.* in *cap. cæterum, de re iud. num.* mihi 28. *colum. 3.* in *addit.* in *verb. in dubio*, inquit, quòd quicquid dicant alij, in dubio vèrior est opinio *Paorm.* vt non censeatur derogatum Ordinario, sed intelligatur concessa cumulatiuè, & procùl dubio hæc est communis, & vera opinio, teste *Ias.* in *l. quod in rerum, §. fin. col. vlt. ff. de leg. 1. Horat. Mandos. ad Rom.* in *d. cons. 191.* in *prima apostilla*, & non eundo per mendicata suffragia, *Foller.* noster in sua *pract. crim.* in *verb audiantur excusatores* post *n. 66.* in pro-
29 prijs terminis inquit, quod de iure communi Iudex loci delicti est Iudex ordinarius & competens, & licèt sit concessa iurisdictio Iudici loci originis, vel domicilij, etiam pro delictis alibi commissis, non videtur tamen derogatum iurisdictioni Iudicis ordinarij de iure communi, & si Iudici loci delicti, ista sunt formalia verba *Folleri*, quæ decidunt casum nostrum, quemadmodùm in casu contrario, si fit cõ-
30 cessa iurisdictio Iudici loci delicti de delictis commissis in suo territorio per exteros, non tollitur priuilegium quod habet Iudex originis, sed datur præuentio, vt admittit *Præs. de Franch dec. 505. n. 11.* licèt contrà communem, & ideò cùm hæc clausula, quantùmuis extensa in fauorem Partis non possit
31 afferre iurisdictionem priuatiuam, sed tantùm cumulatiuam, & de iure detur præuentio, vt dicit *Angel. Aret.* in *l. 1. §. si quis in appellatione, col. pen. ff. de appellat. Franc. Aret.* in *cons. 101.* & *Gemin.* in *cap. pro hoc, de hæret.* in *sexto*, sequitur, quòd etiam Marchio, qui præuenit in capiendo, vt Iudex loci delicti est præferendus Principi, qui nec informationem cœpit de delicto.

Et hoc tantò fortiùs, quia Marchio habet duplex ius; vnum ratione loci delicti, alterum verò ratione
32 domicilij, quod contraxerunt dicti inquisiti in Terra Pollæ, vbi per plures annos tenuerunt Tabernam, ex quo solo contrahitur domicilium iuxtà *tex.* & *ibi Bart. l. hæres absens, §. proindè, ff. de Ind.* & propterea debet præferri Principi habenti tantùm ius ratione originis, vt voluit *Affl.* in *Const. Statuimus, vt Magnæ*, *num.* 14. in *fine*, & in propriis terminis confirmat *Foller.* in *pract. crim.* in *verb. au-*
33 *diantur excusatores*, *num.* 74. Immò forus soluis domicilij est principalior, quàm forus originis, vt notatur in *cap. statutum*, §. 1 in *glos. olim dicebamus, de rescript. in sexto. Bald.* in *l. fin. num.* 54. propè *fin. C.*

de

de edict. Diu. Hadrian tull. His scriptis, & per informationem Iudicum patefactis meritis causæ, Princeps destitit a prosequutione remissionis petitæ, & dùm hic idem casus accidisset inter Ducem Aeroliæ virilem Dominum Terræ Castellutij, & Principem Collis, Marchionem Cercelli super remissione Ioannis de Tocco Ciuis originarij Terræ Cercelli, qui commiserat homicidium in territorio Castellutij, licèt Magna Curia Vicariæ decreuisset, quòd causa remitteretur ad Principem Collis, qui habet priuilegium de delictis omnibus commissis per suos vasallos, etiam extrà territorium, tamen per Sacrum Consilium me referente fuit remissa causa ad Ducem Aeroliæ, in cuius territorio fuit commissum delictum, & qui habet priuilegium infeudationis Terræ Castellutij anterius priuilegio Principis, plenè discussis omnibus hìc per me adductis. Actuarius Magnæ Curiæ est de Cuntio, cuius exemplo idem fuit iudicatum pro Marchione Braciliani contrà Baronem Castri Siani in remissione causæ Vincentij de Philippo vasalli Baronis Siani inquisiti de stupro commisso in Terra Braciliani, reuocando decretum Magnæ Curiæ, quæ decreuerat pro Barone. Actuarius Magnæ Curiæ est Rummus, & cùm ab hoc decreto reclamasset Baro Siani, & obtinuisset, quòd causa reclamationis decideretur iunctis Consiliarijs duarum Aularum, fuit confirmatum decretum primo loco latum in vna Aula in fauorem Marchionis Braciliani. Actuarius Sacri Consilij est Amatruda, & est tantæ potentiæ hic forus de-
34 licti, vt nec volente ipso Iudice loci delicti possit delinquens remitti ad Iudicem domicilij, vel originis, etiam per voluntariam remissionem, si credimus *Molin. de bracb. sæcul. lib.* 3. *cap.* 45. *num.* 16. qui etiam *cap.* 46. probat, hanc remissionem ad locum delicti esse faciendam etiam in delictis leuibus.

RERVM SVMMA.

35 *Inquisitus de eodem delicto in loco originis, & in loco delicti, si deindè habuerit gratiam à Domino loci delicti, an prosit illi in loco originis.*

36 *Furatus in vno loco, & in alio captus, ibi puniendus erit.*

37 *Testis falsum deponentis coràm suo Ordinario, in causa tamen vertente coràm Superiore, qui audientiam testium commisit Ordinario loci, cognitio ad quem spectabit, remissiuè.*

38 *Scripturam falsam si quis fabricauerit in vno loco, & coràm alio Iudice eam præsentauerit, quis Iudex de hac falsitate cognoscet.*

39 *Delicti in mare commissi quis erit Iudex competens.*

40 *Delinquens habens plures foros, originis nempè, & domicilij, nec cõcurrat Iudex loci delicti, quis erit præferendus in cognitione, remissiuè.*

41 *Remissioni per Baronem petitæ non est locus, nisi constet in processu de delicto contrà eius vasallum carceratum, licèt hodiè contrarium seruetur.*

42 *Vasalli Baronis sunt remittendi ad Baronem, non obstante connexitate delicti.*

43 *Iurisdictionis priuilegia de casibus reseruatis concessa Magno Principi, transeunt etiam in inferiorem titulo particulari succedentem.*

44 *Delinquens captus extrà iurisdictionem loci delicti, originis, & domicilij, multo ipsorum concurrente, an possit puniri à capiente.*

35 QVòd si aliquis sit inquisitus de eodem delicto, & in loco originis, & in loco delicti, & deindè habuerit gratiam à Domino loci delicti, an hæc gratia ei prosit in loco originis? Senatus Mediolanensis declarauit, quòd non, teste *Iul. Clar. pract. crim. quæst.* 57. *vers. habet etiam, in fine*, & si in vno loco
36 quis commiserit furtum, & in alio fuerit captus cum re furata, ibi puniri debet, vide *Ann. singul.* 438. *Præs. de Franch. dec.* 681. Pro declaratione tamen totius materiæ vide *Iul. Clar. pract. crim. q.* 58. qui *n.* 16. dicit idem, & *Couarr. pract. qq. cap.* 11. *num.* 9. *& seq.*
11 defendit contrarium.

Quid si testis deponat falsum coràm suo Ordi-
37 nario, in causa tamen vertente coràm Superiore, qui audientiam testium commisit Ordinario loci, huius falsitatis cognitio ad quem spectabit? vide, quæ dixi in *pragmat.* 4. *de falsis*, *num.* 8. quid si quis
38 fabricauerit scripturam falsam in vno loco, & coràm alio Iudice eam præsentauerit, Iudex præsentationis cognoscet, sed commodum erit Iudicis delicti, *Thes.* eod. *dec.* 266.

39 Et de delicto commisso in mari erit Iudex competens Ciuitas, in cuius districtu est mare, *Iacob. de Belui.* in *repet.* §. *contrahentes*, *cap. Romana*, *num.* 23. *de foro compet. in* 6.

40 Si autem delinquens habeat plures foros, putà originis, & domicilij, nec concurrat Iudex loci delicti, quis erit præferendus in cognitione? docet *Capiblanc. pragmat.* 8. *part.* 2. *num.* 247. in *fine*, *supra de Baronibus.*

Pro coronide tamen huius materiæ aduertas,
41 quòd quotiescunquè agitur de remissione petita per Baronem, necesse est, vt constet in processu de delicto contrà eius vasallum carceratum, aliàs non est locus remissioni, vt aduertit *Ang.* magnus Practicus in *l.* 1. in *princ. vers. tamen Iudex*, *C. vbi de crim. agi oport.* Aniles in *cap. Prætor.* 27. *num.* 8. & antè *Angel. Bald.* in *l. fin.* in *addit.* per illum *textum ff. de noxal. act.* Quod inconcussè Ego in primis annis, quibus in foro versatus sum, obseruatum vidi etiam cum certa forma in conceptione verborum decreti, nàm quandò Magn. Cur. retinebat causam alicuius vasalli Baronis, de cuius delicto benè constabat in processu, sed aut non erat casus comprehensus in priuilegio Baronis, aut aderat grauamen à Barone illatum, decretum denegatæ remissionis concipiebatur per hæc verba, videlicèt, *Causa remanent in ipsa Magna Curia, non obstante remissione petita per Baronem*, at quandò denegabatur remissio, ex quo non constabat de delicto, tunc decretum cõcipiebatur per hæc verba, videlicèt, *Per Magnam Curiam Vicariæ declaratum est, non esse locum remissioni petitæ per Baronem*, postea verò fuit introductum, vt remittantur causæ ad Barones, etiam si non constet de delicto, quia in hoc etiam versatur interesse iurisdictionis Baronalis, scilicèt declarare per suum Iudicem, quòd non adest delictum, & sic vtroquè modo iudicatur, sed *Dom. Regens Tapia* in *pragm.* huius *tit.* quam in sua compilatione *iuris Regni* collocauit *lib.* 3. *fol.* 38. *num.* 6. attestatur, receptum esse in Sacro Consilio, vt remittatur, etiã si veniret absoluendus. Sed pro prima obseruantia vide *Illustr. Episcopum Riccium resolut.* 76. qui etiam *resolut.* 78. affirmat, pro leuibus delictis non esse locum remissioni, cuius contrarium fundat *Molin. de bract. sæcul. d. c.* 46. & pro eadem prima obseruantia adde *Luc. de Pen. in l.* 1. *col.* 4. in *princ. vers. & licèt Iudex*, *C. de primil. schol. lib.* 12.

Amplia, vt hæc pragmatica procedat etiam in casibus connexitatis delicti, vtputà, quia plures essent inquisiti de vno, eodemquè delicto, respectu quorum Magna Curia, vel Regia Audientia esset
42 Iudex competens quòad aliquos, quòad alios verò esset Iudex Baro, nam tunc etiam vasalli Baronis sunt remittendi ad Baronem, retentis alijs in ipsa Magna Curia, non obstante connexitate delicti, & regula iuris, nè continentiæ causæ diuidantur, & ità obseruatur, nulla habita ratione *decisionis Capyc.* 122. qui loquitur de præheminentia, & obseruantia Magnæ Curiæ Insulæ Siciliæ, vt patet in ea *decisione* facta in Ciuitate Panormi, aliàs enim ex rationibus per *eum* adductis de iure inclinat in hanc opinionem, quam obseruat nostra Magna Curia. Vnum tamen diligentèr nota, quòd *Præs. de Franch dec.* 125. post *num.* 1. *vers. & ad hoc probandum, & dec.* 275. *num.* 7. pro absoluto admittit, quòd priuilegia
43 iurisdictionis casuum reseruatorum, quæ concedun-tur alicui Magno Principi non transeunt in successorem titulo particulari inferiorem, etiam si in eum fit facta alienatio cum assensu, authoritate *Minad.* C in *Const. In aliquibus*, in *princ. text. num.* 39. *fol.* 46. hæc reddunt dubitabilem opinionem, dicit *Regius Consiliarius Carleual. de iudicijs, tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 6. *lect.* 7. *num.* 581. in *fin.* sed nostra tempestate fuit pluriès iudicatum contrarium, vt constat ex pluribus exemplis productis in Magna Curia Vicariæ in processu Martij de Orlando Terræ Laconigri inquisiti de homicidio in personam Capitanei Terræ Arimenti commisso intuitu officij super articulo remissionis petitæ per Principem Hostitiani vtilem
44 dominum iurisdictionis criminalis. Actuarius est Pansa. Quid autem sit dicendum, vbi delinquens capitur extra iurisdictionem, tàm loci delicti, quàm etiam originis, & domicilij, & nullus ex his tribus Iudicibus, qui sunt competentes, petat illius remissionem, an poterit puniri à capiente? communis opinio est negatiua, sed contrariam veriorem demonstrat *Molin. de brach. secular. lib.* 3. *cap.* 40. *num.* 17. *vers. Hinc illud*, cum *seqq. & cap.* 41. *&* 43. *num.* 7. cum *seqq.*

RERVM SVMMA.

45 *In delictis fit remissio delinquentis à foro originis, & domicilij ad forum loci delicti.*
46 *Iudices originis & domicilij tenentur delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti.*
47 *Iudex originis, vel domicilij si habeat reum in fortijs, tenetur eum remittere ad Iudicem loci delicti.*
48 *Indistinctè remissio fit ad Iudicem loci delicti.*
49 *Delinquens captus in alio loco, quàm in quo deliquit, remittendus est ad locum delicti.*
50 *Delinquens pro delicto alibi commisso detentus, & captus per Iudicem originis, vel domicilij, remittitur ad Iudicem loci delicti.*
51 *Delinquens captus in proprio domicilio, de necessitate remittitur ad locum delicti.*
52 *Iudex originis est incompetens in cognoscendo de delicto extrà territorium suum commisso.*
53 *Remissio ad Iudicem loci delicti fit à Iudicibus originis, & domicilij.*
54 *Is Iudex tenetur remittere delinquentem, qui alijs sit competens, ratione originis, vel domicilij.*
55 *Remissiones propriè fiunt à Iudicibus originis, & domicilij, alij sunt incompetentes.*
56 *In concursu magis tenetur remittere delinquentes Iudex originis, sinè domicilij, quàm Iudex loci delicti.*
57 *Iudex domicilij si ceperit delinquentem, & ab eo petant remissionem Iudices originis, & delicti, remissio fiet ad locum delicti, excluso loco originis.*
58 *Ex magis communi Iudex detinēs reum, sinè originis, sinè domicilij is sit, sinè cuiusq; loci, tenetur eum remittere ad Iudicem loci patrati delicti.*
59 *Etiam si Iudex remittens præuenerit per capturam personæ.*
60 *Præuentio Iudicum originis, & domicilij nil operatur aduersus Iudicem loci delicti.*
61 *Iudex originis an puniat originarium subditum, qui in alieno territorio deliquit, & quid si præuenerit.*
62 *De fortitudine fori loci delicti, & necessitate remissionis ab alijs foris ad ipsum, & quid si in alijs foris fuerit præuentum.*
63 *Iudices originis, & domicilij tenentur remittere ad Iudicē loci delicti, etiam si præuenerint, antè tamen condemnationem.*
64 *Plura de præuentione, nè operetur aduersus Iudicem loci delicti.*
65 *Remissio à Iudicibus originis, & domicilij fit omninò, & de necessitate instante Iudice loci delicti, eo verò non petente fit tantùm de vrbanitate.*
66 *Iudex loci delicti debet requirere Iudices originis, & domicilij pro remissione.*
67 *Quid si Iudices originis, domicilij, & loci delicti, omnes sint sub vna iurisdictione.*
68 *Veluti in Regno.*
69 *Declaratur* decis. S.C. *penès* Præsid. de Franch. 505.
70 *Præuentio per viam inquisitionis non est in consideratione.*
71 *Præuentio affectata per delinquētem respectu fori originis, vel domicilij nihil operatur.*
72 *Delinquens si procurauerit inquiri in Curia, in qua imponitur minor pœna, talis præuentio ei non capitulatur.*
73 *Præuentio procurata, & affectata cessat.*
74 *Iudex loci originis si procuret cognoscere de delicto ad finem absoluendi reum omni meliori via, non iuuatur præuentione.*
75 *Vbicunquè delictum remaneret impunitum penès Iudicem originis, remissio omninò fit ad Iudicem loci delicti.*
76 *Contrà Iudices loci originis affectantes cognitionem, nè puniant delinquentes, & relaxent impunitos.*
77 *An sit in consideratione pro deneganda remissione ad Iudicem loci delicti, quòd Iudex loci originis sit in possessione delinquentis, apud eum manentis.*
78 *Receptio testium ad informationem Curiæ inducit præuentionem.*

ET quia *suprà num.* 10. in *fine*, citando *decisionem Præs. de Franch.* in casu, quo Iudex originis præuenit in capiendo, dixi, quòd cùm iterùm casus occurreret, erit diligentiùs examinanda, ex deductis *ibi* per me, dùm posteà hic casus accidisset disputandus inter Marchionem Braciliani, & Baronem Casalis Siani, qui præuenerat in capiendo suum vasallum origine, qui deliquerat in territorio Braciliani, & sollemniter discusso articulo fuit iudicatum cōtrà Baronem originis, Ferdinando meo filio patrocinante pro Iudice loci delicti, vt dixi *suprà num.* 33. in *fine*, ideò volui hìc inferere eius Allegationes, quæ sunt tenoris sequentis.

ALLE-

ALLEGATIONES.

PRætendebat diebus præteritis Alphonſus Antiuorus vtilis Dominus Caſalis Siani remiſſionem cauſæ Vincentij de Philippo originarij dicti Caſalis delinquentis in Terra Braciliani à Iudice loci delicti ad debiliſſimum forum originis ſub inuolucro verborum ſui priuilegij, à qua demùm prætenſione, quam aeream Genitor meus ſcriptis Allegationibus demonſtrauit, cùm cecidiſſet, atq; deſtitueretur, iterùm ſpem poſuit in quadam prætenſa, & figurata præuentione in cognoſcendo de delicto.

At Ego iura Illuſtr. Marchionis Braciliani tuendo, demonſtrabo, ex præuentione, ſi qua eſt in facto, infirmiſſimum forum originis non effici potiùs foro loci delicti.

Deindè, quatènus in primis non benè ſentiremus, præuentionem talem, qualem in facto Pars aduerſa ſupponit, in nihilo iuuare iuriſdictionem loci originis.

Demùm ijſdem retentis terminis, præuentionem omnem conſiderari, & interfuiſſe ex latere Marchionalis Curiæ Braciliani.

Quòad primum pro indubitato inuenio apud
45 iuris Authores, & Interpretes, in delictis paſſim remiſſiones fieri delinquentium ab vtroquè foro, ſcilicèt originis, & domicilij ad potentiſſimum forum loci delicti, ad materiam latè traditam communitèr per *Doctores* in *l.1.C. vbi de crim. agi opor.* & in *auth. qua in Prouincia ibi* poſita, & in *§. ſi verò quis comprehenſorum, authent. vt nulli Iud.* Siquidèm eſt
46 tantæ potentiæ locus delicti commiſſi, vt de iure teneantur alij Iudices, putà originis, & domicilij ipſum delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti, vt ibi contrà eum procedatur; & puniatur, *Iul. Clar. in pract. crim. §. final. quæſt. 38. num. 19. verſ. eſt autem*, qui teſtatur de communi, & plures allegat, hinc *Grammat. dec. 26. num. 7.* dixit, Iudicem originis, vel domicilij, ſi habeat reum delinquentem in
47 fortijs, teneri eum remittere ad Iudicem loci delicti ex plurium teſtimonio, & *Auend. in reſponſ. 40. nu. 2.*
48 loquens de foro ratione delicti, plures ſequutus tenet indiſtinctè, ad eius loci Iudicem fieri debere remiſſionem, ex quibus emanat concluſio generalis, quòd delinquens captus in alio loco, quàm in
49 quo deliquit, remittendus eſt ad locum delicti, vt contrà eum procedatur, ex *Azeued. lib. 8. recompil. tit. 16. l. 1. num. 13.* qui nè forte putares loqui eum de capto in alio loco à locis originis, & domicilij, *nu. 24.*
50 ſubdit, quòd delinquens pro delicto alibi commiſſo detentus, & captus per Iudicem originis, vel domicilij, adhùc remitti debet ad Iudicem loci delicti, qui locus eſt adeò principalis (ſequitur idem *Author* aliorum authoritate ſuffultus *ibidem nu. 66.*)
51 vt etiam ſi in domicilio ſuo quis capiatur, vel alibi, adhùc ad locum delicti remitti debeat de neceſſitate, tractat plenè *Fachin. lib. 9 controu. iur. cap. 20.* & *Bologn. conſ. 8. num. 9. verſ. ſed poſito*, ait, quòd Iudex
52 originis eſt incompetens in cognoſcendo de delicto extrà ſuum territorium commiſſo, & tenetur eum remittere, ſi habeat in fortijs, ad Iudicem loci delicti, in quo eſt aduertendum, quòd dùm *Doctores*
53 à prædictis citati concludunt, remiſſionem faciendam ad Iudicem loci delicti, omninò intelligendi ſunt .ſ. à Iudice originis, vel domicilij, cùm de iure
54 ille Iudex ſit adſtrictus ad remittendum, qui ſit cópetens ratione domicilij, vel originis, ſecundùm
55 *Couarr. lib. pract. quæſt. cap. 11. num. 6.* Remiſſiones enim propriè fiunt à Iudicibus originis, & domicilij, alij ſunt incompetentes, *Addentes ad Belluſ. in Specul. Princ. rubr. 11. §. ex quo prædiximus, lit. A. li-*
56 *mit. 14.* & eſt maximè rationi conſonum, vt in concurſu magis teneatur remittere Iudex originis, ſiuè domicilij, quàm Iudex loci delicti, vt probat *Decian. lib. 4. tract. crim. cap. 19. num. 8.* Immò ſi Iudex domi-
57 cilij cœperit delinquentem, & ab ipſo petant remiſſionem Iudices originis, & delicti, remiſſio quidèm facienda eſt, ſed ad locum delicti, excluſo loco originis, iuxtà tradita per *Theſaur. dec. 90. num. 4.* Magis
58 communitèr igitur tenetur, atque concluditur, Iudicem detinentem malefactorem, ſiuè originis, ſiuè domicilij id ſit, ſiuè peregrini cuiuſquè loci, teneri eum remittere ad Iudicem, & locum patrati delicti, congerit plures *Io. Koppen dec. Germ. 43. nu. 12.* item *Viu. comm. opin. tom. 1. in verb. Iudex domicilij, nu. 3.*
59 Ergò præſupponitur præuentio ex latere Iudicis remittentis, immò *Doctores* citati præcipuè loquuntur de Iudicibus remittentibus, qui præuenerant realitèr per capturam perſonæ, quam tenebant in fortijs.

Sed nè progrediamur per mendicata ſuffragia, *Doctores* particularitèr meminerunt de præuentio-
60 ne ex latere Iudicum originis, & domicilij, & nihili eam fecerunt aduerſus Iudicem loci delicti, *The-*
61 *ſaur.* enim facit *dec. 90.* in qua plenè inquirit, an Iudex originis poſſit punire originarium ſubditum, qui in alieno territorio deliquit, & poſt recenſitas *Doctorum* varias ſententias, meminit de opinione eorum, qui iuris quæſtionem in caſu præuentionis definire maluerunt, & demùm concludit, in illis terminis, & noſtris non eſſe locum præuentioni contrà Iudicem loci delicti, & propriè *num. 6.* cuius *deciſionis* robori accedat authoritas *Couarr. d. cap. 11. pract.*
62 *quæſt.* in quo differit de fortitudine fori loci delicti, & de neceſſitate remiſſionis, & ab alijs foris ad ipſum, & *num. 6. verſ. his equidem ſuffragatur*, diſputat articulum, ſtante præuentione ex latere Iudicis locorum originis, & domicilij, demùm in *verſ. contraria*, præuentionem poſtponit iuriſdictioni loci delicti in proprijs terminis, quod pro abſoluto habens *Decian. d. lib. 4. cap. 19. num. 12. &* 13. tenet indiſtin-
63 ctè, Iudices originis, vel domicilij, etiam ſi præuenerint, remittere debere ad Iudicem loci delicti antè condemnationem, *Azeued.* etiam *lib. 8. recompil. tit. 16. l. 1. num.* 25. clariſſimè ex multorum authoritate
64 inquit, quòd etiam ſi Iudex originis, vel domicilij præuenerit in cognoſcendo Iudicem loci delicti, adhùc debet ad ipſum remittere, & *nu. 27.* ſubdit, omninò tenendam eſſe remiſſionis neceſſitatem per Iudices originis, & domicilij ad Iudicem loci delicti, ſiuè illi præuenerint, ſiuè non, & *Io. Kopp.* in alleg. *dec. 43.* poſt concluſum ex magis communi, Iudicem, ſiuè originis, ſiuè domicilij teneri remittere ad Iudicem loci delicti, *num. 15.* ampliat concluſionem, etiam ſi Iudices illi præuenerint, idem plenè probat *Gomez de delict. cap. 1. nu. 87.* ſequitur *Viu.* in d. *verb. Iudex domicilij, num. 4.* & *Add. Io. Gniot. ad Clar.* in d. *quæſt. 38. lit. A.* dicit, ad locum delicti Iudices originis, & domicilij remittere debere, dato, quòd in cognitione præueniſſent. Latè nouiſſimè *Molin. de iuſtit. & iure tract. 2. diſp. 42. num. 3.* cum *ſeqq. Cancer. tit. de Iudic. q. 7. num. 3. Caball. reſol. crim. caſu 162. n. 29. Reg. Conſiliar. Carleual. de iud. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. ſect. 1. & 2. num. 810.* declarat, procedere in delictis publicis tantùm.

Nec mouere nos debet, quòd aliqui fortè *Doctores* contrarium ſenſerint, nàm iuridica diſtinctione conciliantur, vt idem nobiſcum ſentiant, quotieſcũquè

què etenim remiſſio petitur à Iudicibus originis,& domicilij,inſtante Iudice loci delicti, in hoc caſu
65 omnes concludunt, remiſſionem faciendam per Iudices originis, & domicilij ad Iudicē loci delicti de neceſſitate iuris, quòd ſi nulla petitio interueniat remiſſionis,nec inſtet Iudex loci delicti,& tunc ij *Doctores*,qui contrarium ſentire videntur,innuūt, remiſſionem fieri tantùm de vrbanitate illorum, quo fit,vt idem vnà nobiſcum velint, videndi ſunt *Iul. Clar.d.quæſt.*38. *d. verſ. eſt autem*, infrà *num.* 19. ibi, *ſi fuerint ab eo requiſiti*,& in *verb. & quòd Iudex*,ubi, *ſi remiſſio petatur*, *Auend. d. reſp.*40. *num.*3. *Fachin.lib.*9.*contr.cap.*20.*Bologn.conſ.*8.*num.*9. *verſ. ſed poſito*,*Couarr.d.cap.*11. *num.*5. *verſ.*4. *Theſaur. deciſ.*90.*num.*4.*Gramm.deciſ.*16.*num.*4. *Azeued.d.l.* 1.*num.*13.*&* 113.*Gomez de delict.cap.*1.*num.*87.*Capoll.conſ.crim.*58.*Paulus Faber num.*2. *Kopp. d.deciſ.* 43.*num.*17.*verſ.*2.optimè *Marſ.in prax.crim. §. opportune,num.*32.*&* 33.& repetit in *l. vnic. num.*123. *&* 124.*C.de rapt,virg.*latè diſtinctionem comprobat *Thoming.dec.*5.*num.*9.

Hinc deſcendit practica,vt Iudex loci delicti re-
66 quirat Iudices locorum originis,& domicilij, *Decian.lib.*4.*tract.crim.cap.*18.*num.*5, aliàs remiſſione non petita Iudex domicilij,& originis procedet,idē *Author ibid. cap.*19.*nu.*1. In caſu autem noſtro Curia loci delicti non ſolùm contendit de cognitione, ſed decreuit, quòd cauſa remaneret.

Quæ ſanè opinio excludens præuentionem indu-
67 bitata eſt,quotieſcunquè Iudices originis,& domicilij,& Iudex loci delicti ſubiecti ſunt vni Præſidi, cùm aliàs ſi exiſtant ſub diuerſo Principe, præuentio verè præueniat, & conſuetudo remittendi non vigeat,*Clar.d.q.*38.*num.*20.*verſ.ſed certè*,*&* *num.*21. *verſ.hoc tamen.Azeued d.l.*1.antè *num.*11.*&* *nu.*29. *&* 30. *&ſeq. Decian.lib.*4.*cap.*19 *num.*10.*Fachin.*in alleg. *lib.*9 *cap.*21.*Capoll.d.conſ.*58.*n.*2. *Boer.dec.*29. *kopp.d.dec.*43.*num.*18.

Tùm maximè in Regno, in quo omnes Barones
68 ſubſunt Domino noſtro Regi, vt concluſio ſit indubitata,& inconcuſſa in hiſce terminis, vt habeat locum remiſſio indiſtinctè ad Iudicem loci delicti, *Auendan.* qui loquitur in Regno Caſtellæ *reſp.* 40. *num.*6.*verſ.ſexta concluſio*,*Borrell.ad Belluga.* in *Specul.Princip.rubr.* 11.*§.ex quo prædximus*,in *verb.remiſſiones* 3.*limit.verſ.quæ tamen ſanè*, qui loquitur in Regno noſtro.

Tota vis per Baronem loci originis ſit in *deciſ.* nunquàm ſatis laudati viri *Vinc.de Franch.*505.

Verùm rogo circumſpectos Iudices, conſiderēt,
69 nihil de prædictis tunc temporis fuiſſe tractatum in materia illius *deciſ.* in qua habito pro abſoluto articulo præuentionis, diſputabatur dùmtaxat de viribus præuentionis,quam vtraquè Pars ad ſui beneficium prætendebat, vtiquè ſi fuiſſet tractatum, oculatiſſimus ille Vir rationem de tantis *Doctoribus* habuiſſet.

Quòad ſecundum caput noſtræ ratiocinationis certum eſt in facto,nullam Partis offenſæ quærelam anſam dediſſe cognitioni Iudicis loci originis, aut igitur præuenit per inquiſitionem, & tunc clari iu-
70 ris eſt,præuentionem ſic inſtitutam per viam inquiſitionis non importare præuentionem, vt probat *Decian.* in *tract.crim.lib.*4.*cap.*20.*num.*22. *&* *c.* 21.
71 *num.*1. aut præuenit per ſpontaneam,& vltroneam affectatam, & procuratam præſentationem factam in foro originis per ipſummet inquiſitum, ad hoc vt concordando ſe cum Iudice illius loci, vbi non adeſt Pars offenſa,quæ inuigiler,in nihilo, aut minus puniretur,& hoc caſu clarioris iuris eſt,nullum
72 eſſe huius præuentionis effectum:nàm ſi delinquēs procurauerit inquiri in Curia,in qua imponitur minor pœna,talis præuentio ei non opitulatur, ſecundùm *Baiard.ad Clar.d.q.*38.in proprijs terminis no-
73 ſtris *num.* 84. cùm iure ceſſet præuentio procurata, & affectata,ſecundùm *Decian.d. lib.*4.*cap.*20. in hi-
74 ſce terminis *num.*24. Siquidèm quando Iudex loci originis procurat cognoſcere de delicto ad finem abſoluendi reum omni meliori via, non eſt inuadus præuentione,ſecundùm *Camill.Borrell.* ad *Specul.Princip.d.rubr.*11.*§.ex quo prædximus*,*in verbo remiſſionem limit.*11.qui loquitur in proprijs terminis altercationis inter Iudices loci originis,& loci delicti,ità dicunt mihi Homines Ill. Marchionis accidiſſe in caſu noſtro,vt inquiſitus de tam graui facinore publicè ſpatietur ad libitum in foro Siani, vt ſic non immeritò cum *Iul.Clar. d.qu.*38. in *verſ.& quòd vbicunquè*,loquente in eiſdem terminis dicere
75 poſſimus,quòd vbicunquè delictum remaneret impunitum pœnès Iudicem loci originis, ſi remiſſio nō fieret ad Iudicem loci delicti,eam de neceſſitate fieri debere,nè aliàs ex impunitate delictorum ius publicum læderetur,ſi Iudex loci originis ideò vellet cognoſcere,vt non puniret, vt exclamat *Baiard. in d.q.*38.*num.*56.quem comitatur vociferans *Azeued.d.l.*1.antè *num.*45. inuehens in Iudicem loci originis volentem cognoſcere, vt non puniat delin-
76 quentem, ſed ipſum relaxet impunitum: omninò autem in caſu noſtro ex his, quæ in facto mihi narrantur, ſuſpitio ſubeſt, vt non ſatis æquè,nec pro criminis culpa delinquens à propriæ originis Iudice puniatur,vt conſiderat in terminis terminātibus *Couarr.in d.verſ.contraria.*

Dùm igitur Iudex loci originis allegat præuen-
tionem, quaſi ſit in poſſeſſione delinquentis apud eum manentis,& ſic vincat eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent, quo argumenti genere vtitur *Præſ.*
77 *de Franch.d.deciſ.* 505 *non* benè dicit,id enim,quod de poſſeſſione dicitur,tunc procederet,quādò fortè delinquens in alieno territorio poſtmodùm in loco originis iterùm deliquiſſet,nàm eo caſu Iudex loci originis,& loci vltimi delicti,vt capiens, & ſic vtil poſſeſſor vincet,quaſi in pari crimine, vel in pœna imponenda Iudex detinens ſit præferendus, cùm poſſidentis ſit melior conditio,ſic declarat *Azeued. ibidem n.*14.*&* 15.

Quòad tertium,& vltimum noſtræ diſputationis caput,dico,præuentionem, quatènus eſſet conſideranda omnem eſſe ex latere Iudicis loci delicti, qui illicò patrato facinore proceſſit ad receptionem te-
78 ſtium pro informatione Curiæ. Receptio autem teſtium ad informationem Curiæ inducit præuentionem,ad tradita per *Decian.*eodem *lib.*4.*cap.*21.*n.*22. quod non potuit negare inſignis ille Vir *Præſ. de Franch.in d.dec.*505.dùm allegat *Soc.* licèt conetur euadere per verbum *fortè*,& tandèm apparuit, nullam fuiſſe captam informationem. Immò Pars aduerſa fatetur præuentionem in noſtri beneficium, dùm petijt à Curia Braciliani cauſæ remiſſionem, alioquin quomodò remitteret,niſi cognouiſſet?

Ex quibus omnibus, & vnoquoquè ipſorum,cauſæ huius cognitionem ſpectare affirmo ad Iudicem loci delicti,& ità cenſeo ſub die 15.Iulij 1612. & ità fuit deciſum,quicquid in contrarium nouiſſimè affirmet *Ricc.reſol.*68.*n.*2.confirmat *Carleual. de iudic. lib.*1. *nu.*782.

Ferdinandus Rouitus.

AD-

ADDITIO.

A HAnc quæstionem elegantèr, plenaquè manu disputat doctissimus,& eruditissimus *D.Reg. Merlin.contron forens.centur.*1.*cap.*80. & concludit, Iudicem loci cœpti delicti esse competentem, & ad eum causam,& inquisitum esse remittendum, non autèm ad Iudicem territorij, in quo delictum fuit consummatum,& perfectum,& sic per Regiam Audientiam primùm,& deindè per M.C.V. fuisse iudicatum refert,cuius *Domini Regentis* scripta transcripsit D.*Capibl.de Baron.tom.*2. *cap.*61. & verè ipse *D.Regens* rem hanc ità luculenter expendit,vt nihil desiderari,aut superaddi possit.

B Tractat hanc eandem quæstionem satis ingeniosè *D.Cons.Carleual.de indic.tom.*1.*tit.*1.*disput.*2.*q.*7. *sect.*1.*num.*720.*& seq.* vbi multorum authoritate affirmatiuam opinionem defendit,posse scilicèt furem captum extrà locum delicti, cùm re furata puniri per Iudicem loci,in quo captus est, essequè hùc Iudicem verè competentem, quicquid dixerint *Hipolytus de Marsil.Clar.Nell.Decian.Couar.*& cæteri.

Verùm hanc, quam tuetur affirmatiuam sententiam restringit,vt non intelligatur esse Iudicem cõpetentem respectu transitus tantùm furis per aliquem locum,ità vt possit eo absente, & post transitum,& migrationem in alium locum, de furto contra furem,qui pertransijt cognoscere. Cùm enim ob continuationem delicti,eiusquè fragantiam, & furis cum re furata apprehensionem fiat Iudex cõpetens,cessante ergò in eo loco cõtinuatione, cessare etiam credendum est,iurisdictionem, quam dat præsentia furis,& eius apprehensio cum re furata, vt per formalia verba ratiocinatur sub *num.*725. & antè eum dixerat *Capibl.de Baron.tom.*2.*cap.*54.*n.*6. Est enim necessaria apprehensio furis cum re furata,ità vt si,nõ cum re furata, sed cum eius pretio,vel fine, caperetur, non diceretur ex sola migratione de loco ad locum, seù transitu furtum committere, *Danza de pœna Doct.tom.*2.*tit.de fur cap.*2. & proindè non posset per Iudicem loci transitus tantùm puniri,prout notat *Baiard.ad Clar.q.*38.*num.*41. authoritate *Mart.de Grat.& Ang.* cum *Aug.de Arimin.in tract.de malefic.*in *ver. vestem cœlestem fœderatam*,sub *num.*16.& dixit *Boer.decis.*13.*num.*48.

Restringit item idem *D.Carleual.* eandem cõclusionem,quòd possit Iudex loci transitus,& apprehensionis cum re furata procedere contra furem, & sit verè competens, donec tamen, & quousquè fuerit requisitus à Iudice loci, vbi furtum factum est,vt illum ipsi remittat,hoc namquè casu remittere illum debet ad Iudicem loci,vbi furtum factum fuit,ad quem tanquàm potentiorem pertinet punitio. Cùm non sint incompatibilia, esse quem competentem alicuius causæ, & teneri deindè illum remittere ad petitionem alterius Iudicis similitèr cõpetentis. Hæc dicit D.*Carleu.in loco* citat. qui & si per veros iuris tramites loquatur,non potest tamen effugere,quin vel inuitus confiteatur, hanc secundã eius restrictionem minimè fuisse ab omnibus indifferentèr receptam, quinimmò bis contrà eam fuisse olim per S.C. iudicatum refert *Foller.* in *rubr. Audiantur excusatores*,*num.*64. & testatur *Capyc. decis.* 104. & id sine difficultate ad præsens pertransire,& in dies sic per S.C.iudicari fatentur *D.de Franch.decis.*681.*& D.Reg.Tap.*in hac *pragm.* & dixit *Danza* in *d.cap.*2.*de furt.*& quamplurimos huius opinionis sectatores refert *D.de Tboro* in 1.*p. compend.* in *ver. Fur delinquens*,& eã benè cõprobat *Peguer. dec.*28. per totam.

Posset tamen *Carleual.*opinio, vt remitti debeat fur cum re furata captus extrà locum,in quo factum est furtum,ad Iudicem loci, in quo factum est admitti,vt procedat in furto magno,vel etiam qualificato,non solùm ratione loci, vt putà quia in Ecclesia,vel Palatio alicuius Magnatis, & Principis sit commissum, nàm tunc ad aliorum exemplum expedit,vt remittatur ad Iudicem loci delicti, ità *Capiblanc.*in *d.cap.*54.*num.*2.*&* 3.iuxtà *tex. in l. capitalium*,*§. famosos*,*ff.de pœn.* Et similitèr si Iudex capiẽs non haberet delicti probationes, & Iudex delicti plenam haberet delicti probationem, nam tunc remittendus esset fur ad Iudicem loci,in quo factum est furtum,ità *Capiblanc.d.cap.*54.*num.*3. & *Danza* in *d.cap.*2.*de furt.*sub *num.*17. Quod tamen intelligit *Capiblanc.* in casu, quo Iudex capiens haberet priuilegium cognoscendi de delictis ab exteris in suo territorio commissis,cum clausula abdicatiua, & priuatiua ad alios,tunc enim tàm ex dispositione iuris communis, quàm etiam ratione priuilegij,non teneretur capiens ad Iudicem delicti, seù originis remittere carceratum,& in *pragm.*8.*par.*2.*num.*135. id latiùs explicat.

Ampliat postremò D. *Capiblanc.* supradictam conclusionem, etiam in raptu mulieris, nam raptor vbi capitur, ibi puniri potest, & Iudex capiens sit competens,ità *Capiblanc.in d.cap.*54. *num.*7. ex *Peguer. decis.* 43. *num.* 13. *Castrens. Fulgos. Decian.* & alijs per *text.* clarissimum in *l. raptores*, *C. de Episcop. & Cleric.* & in *l. raptores*, *C. de raptu Virg.*

Alios etiam quamplurimos casus, in quibus non datur remissio tàm à Regijs Tribunalibus ad Curias Baronales, quàm à Iudicibus Baronalibus ad alios Iudices Baronales Regni notat satis luculentèr D.*Capiblanc.* in relata *pragmat.* 8. *par.* 2. à *num.* 64. seù 67. cum pluribus *seqq.* ad quem recurri potest, quia copiosissimum de eis facit tractatum, tradens præsertim,huius *Pragmaticæ* dispositionem non procedere in latronibus, seù furibus Neapolitanis,nàm isti remittendi sunt ad Magn. Cur. per capientem,nec possunt per eum cognosci, ob particulare priuilegium eis concessum,vt *num.* 111. & quòd pro delictis patratis intus hanc Ciuitatem Neapolis non datur remissio Baronibus, nec etiam si delictum esset commissum intrà Suburbia, ex *decis.D.de Franch.*129. causæ enim Neapolitanorum non remittuntur, licèt de iure communi forum Baronum sortiti fuerint ratione delicti,contractus, vel destinatæ solutionis,& similium,vt sub *num.* 132. *d. pragm.*8. *par.*2.

Hìc tamen aduertendum est,quòd Magn. Curia, quæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* procedit vti delegata in causis furtorum commissorum intus hanc Ciuitatem,& eius Suburbia, non potest ea delegata iurisdictione vti in furto commisso extrà Ciuitatẽ, & Suburbia,contrectato tamen,& asportato in hãc Ciuitatem,& Suburbium, in quo fur fuisset captus ratione solius contrectationis, & asportationis, prout fuit iudicatum per Collaterale Consilium, Mag.Cur.Vic. referente ex infrascriptis, quæ allegauit in causa cuiusdam N. probi sanè viri, licèt falsò imputati de quodam furto commisso in Casali Planuræ,& capti cum refurata in Burgo Plagæ.

Magna Curia Vicariæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* vti delegata cognoscit de furtis commissis intus hanc Ciuitatem Neapolis, & eius Suburbia,cùmquè furtum, de quo agitur prætenditur commissum in Casali extrà Criptim,vulgò, *Fuora grotta*, sumus extrà difficultatem, quòd non potuit

què etenim remiſſio petitur à Iudicibus originis,& domicilij,inſtante Iudice loci delicti, in hoc caſu
65 omnes concludunt, remiſſionem faciendam per Iudices originis, & domicilij ad Iudicē loci delicti de neceſſitate iuris, quòd ſi nulla petitio interueniat remiſſionis,nec inſtet Iudex loci delicti,& tunc ij *Doctores*,qui contrarium ſentire videntur,innuūt, remiſſionem fieri tantum de vrbanitate illorum, quo fit,vt idem vnà nobiſcum velint, videndi ſunt *Iul. Clar.d.quæſt.38.d. verſ. eſt autem*, infrà *num.19.* ibi,*ſi fuerint ab eo requiſiti*,& in *verb. & quòd Iudex*,ibi,*ſi remiſſio petatur*.*Auend. d. reſp.40. num.3. Fachin.lib.9.contr.cap.20.Bologn.conſ.8.num.9. verſ. ſed poſito*,*Couarr.d.cap.11. num.5. verſ.4. Theſaur. deciſ.90.num.4.Gramm.deciſ.26.num.4. Azeued.d.l. 1.num.13.& 113.Gomez de delict.cap.1.num.87.Capoll.conſ.crim.58.Paulus Faber num.2. Kopp. d.deciſ. 43.num.17.verſ.2.* optimè *Marſ.in prax.crim. §. opportunè,num.32.& 33.*& repetit in *l. vnic. num.123. & 124.C.de rapt.virg.* latè diſtinctionem comprobat *Thoming.dec.5.num.9.*

Hinc deſcendit practica,vt Iudex loci delicti re-
66 quirat Iudices locorum originis,& domicilij, *Decian.lib.4.tract.crim.cap.18.num.5.* aliàs remiſſione non petita Iudex domicilij,& originis procedet,idē *Author ibid. cap.19.nu.1.* In caſu autem noſtro Curia loci delicti non ſolùm contendit de cognitione, ſed decreuit, quòd cauſa remaneret.

Quæ ſanè opinio excludens præuentionem indu-
67 bitata eſt,quotieſcunquè Iudices originis,& domicilij,& Iudex loci delicti ſubiecti ſunt vni Præſidi, cùm aliàs ſi exiſtant ſub diuerſo Principe, præuentio verè præueniat, & conſuetudo remittendi non vigeat,*Clar.d.q.38.num.20.verſ.ſed certè,& num.21. verſ.hoc tamen.Azeued d.l.1.*antè *num.11.& nu.29. & 30. & ſeq. Decian.lib.4.cap.19 num.10.Fachin.* in alleg. *lib.9 cap.21.Capoll.d.conſ.58.n.2. Boer.dec.29. Kopp.d.dec.43.num.18.*

Tùm maximè in Regno, in quo omnes Barones
68 ſubſunt Domino noſtro Regi, vt concluſio ſit indubitata,& inconcuſſa in hiſce terminis, vt habeat locum remiſſio indiſtinctè ad Iudicem loci delicti, *Auendan.* qui loquitur in Regno Caſtellæ *reſp. 40. num.6.verſ.ſexta concluſio,Borrell.ad Bellug.* in *Specul.Princip.rubr.11.§.ex quo prædximus*,in *verb.remiſſiones 3.limit.verſ.quæ tamen ſanè*, qui loquitur in Regno noſtro.

Tota vis per Baronem loci originis ſit in *deciſ.* nunquàm ſatis laudati viri *Vinc.de Franch.505.*

Verùm rogo circumſpectos Iudices, conſiderēt,
69 nihil de prædictis tunc temporis fuiſſe tractatum in materia illius *deciſ.* in qua habito pro abſoluto articulo præuentionis, diſputabatur dùmtaxat de viribus præuentionis,quam vtraquè Pars ad ſui beneficium prætendebat, vtiquè ſi fuiſſet tractatum, oculatiſſimus ille Vir rationem de tantis *Doctoribus* habuiſſet.

Quòad ſecundum caput noſtræ ratiocinationis certum eſt in facto,nullam Partis offenſæ quærelam anſam dediſſe cognitioni Iudicis loci originis, aut igitur præuenit per inquiſitionem, & tunc clari iu-
70 ris eſt,preuentionem ſic inſtitutam per viam inquiſitionis non importare præuentionem, vt probat *Decian.* in *tract.crim.lib.4.cap.20.num.22. & c.21.*
71 *num.1.* aut præuenit per ſpontaneam,& vltroneam affectatam, & procuratam præſentationem factam in foro originis per ipſummet inquiſitum, ad hoc vt concordando ſe cum Iudice illius loci, vbi non adeſt Pars offenſa,quæ inuigilet,in nihilo, aut minus puniretur,& hoc caſu clarioris iuris eſt,nullum
72 eſſe huius præuentionis effectum:nàm ſi delinquēs procurauerit inquiri in Curia,in qua imponitur minor pœna,talis præuentio ei non opitulatur, ſecundùm *Baiard.ad Clar.d.q.38.*in proprijs terminis no-
73 ſtris *num.84.* cùm iure ceſſet præuentio procurata, & affectata,ſecundùm *Decian.d. lib.4.cap.20.* in hi-
74 ſce terminis *num.24.* Siquidèm quando Iudex loci originis procurat cognoſcere de delicto ad finem abſoluendi reum omni meliori via, non eſt iuuandus præuentione,ſecundùm *Camill.Borrell.* ad *Specul.Princip.d.rubr.11.§.ex quo prædximus*, *in verbo remiſſiondimit.11.*qui loquitur in proprijs terminis altercationis inter Iudices loci originis,& loci delicti,ità dicunt mihi Homines Ill. Marchionis accidiſſe in caſu noſtro,vt inquiſitus de tam graui facinore publicè ſpatietur ad libitum in foro Siani, vt ſic non immeritò cum *Iul.Clar. d.qu.38.* in *verſ.& quòd vbicunquè*,loquente in eiſdem terminis dicerē
75 poſſimus,quòd vbicunquè delictum remaneret impunitum pœnès Iudicem loci originis, ſi remiſſio pō fieret ad Iudicem loci delicti,eam de neceſſitate fieri debere,nè aliàs ex impunitate delictorum ius publicum læderetur,ſi Iudex loci originis ideò vellet cognoſcere,vt non puniret, vt exclamat *Baiard.* in *d.q.38.num.16.*quem comitatur vociferans *Azeued.d.l.1.*antè *num.45.* inuehens in Iudicem loci ori-
76 ginis volentem cognoſcere, vt non puniat delinquentem, ſed ipſum relaxet impunitum: omninò autem in caſu noſtro ex his, quæ in facto mihi narrantur, ſuſpitio ſubeſt, vt non ſatis æquè,nec pro criminis culpa delinquens à propriæ originis Iudice puniatur,vt conſiderat in terminis terminātibus *Couarr.in d.verſ.contraria.*

Dùm igitur Iudex loci originis allegat præuentionem, quaſi ſit in poſſeſſione delinquentis apud eum manentis,& ſic vincat eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent, quo argumenti genere vtitur *Præſ.*
77 *de Franch.d.deciſ.*505.non benè dicit,id enim,quod de poſſeſſione dicitur,tunc procederet,quādò fortè delinquens in alieno territorio poſtmodùm in loco originis iterùm deliquiſſet,nàm eo caſu Iudex loci originis,& loci vltimi delicti,vt capiens, & ſic vti poſſeſſor vincet,quaſi in pari crimine, vel in pœna imponenda Iudex detinens ſit præferendus, cùm poſſidentis ſit melior conditio,ſic declarat *Azeued. ibidem n.14.&* 15.

Quòad tertium,& vltimum noſtræ diſputationis caput,dico,præuentionem, quatènus eſſet conſideranda omnem eſſe ex latere Iudicis loci delicti, qui illicò patrato facinore proceſſit ad receptionem te-
78 ſtium pro informatione Curiæ. Receptio autem teſtium ad informationem Curiæ inducit præuentionem,ad tradita per *Decian.*eodem *lib.4.cap.21.n.22.* quod non potuit negare inſignis ille Vir *Præſ. de Franch.in d.dec.*505.dùm allegat *Soc.* licèt conetur euadere per verbum *fortè*,& tandèm apparuit, nullam fuiſſe captam informationem. Immò Pars aduerſa fatetur præuentionem in noſtri beneficium, dùm petijt à Curia Braciliani cauſæ remiſſionem, alioquin quomodò remitteret,niſi cognouiſſet?

Ex quibus omnibus, & vnequoquè ipſorum,cauſæ huius cognitionem ſpectare affirmo ad Iudicem loci delicti,& ità cenſeo ſub die 15.Iulij 1612. & id fuit deciſum,quicquid in contrarium nouiſſimè affirmet *Ricc.reſol.83.n.2.*confirmat *Carleual. de indic. lib.1. nu.782.*

Ferdinandus Rouitus.

AD-

ADDITIO.

A HAnc quæſtionem elegantèr, plenaquè manu diſputat doctiſſimus,& eruditiſſimus *D.Reg. Merlin.contron forenſ.centur.*1.*cap.*80. & concludit, Iudicem loci cæpti delicti eſſe competentem, & ad eum cauſam,& inquiſitum eſſe remittendum, non autèm ad Iudicem territorij, in quo delictum fuit conſummatum,& perfectum,& ſic per Regiam Audientiam primùm,& deindè per M.C.V.fuiſſe iudicatum refert,cuius *Domini Regentis* ſcripta tranſcripſit *D.Capibl.de Baron.tom.*2. *cap.*61. & verè ipſe *D.Regens* rem hanc ità luculenter expendit,vt nihil deſiderari,aut ſuperaddi poſſit.

B Tractat hanc eandem quæſtionem ſatis ingeniosè *D.Conſ.Carleual.de indic.tom.*1.*tit.*1.*diſput.*2.*q.*7. *ſect.*1.*num.*720.*& ſeq.* vbi multorum authoritate affirmatiuam opinionem defendit,poſſe ſcilicèt furem captum extrà locum delicti, cùm re furata puniri per Iudicem loci,in quo captus eſt, eſſequè hũc Iudicem verè competentem, quicquid dixerint *Hipolytus de Marſil.Clar.Nell.Decian.Conar.*& cæteri.

Verùm hanc, quam tuetur affirmatiuam ſententiam reſtringit,vt non intelligatur eſſe Iudicem cõpetentem reſpectu tranſitus tantùm furis per aliquem locum,ità vt poſſit eo abſente, & poſt tranſitum,& migrationem in alium locum, de furto contra furem,qui pertranſijt cognoſcere. Cùm enim ob continuationem delicti,eiuſquè fragantiam, & furis cum re furata apprehenſionem fiat Iudex cõpetens,ceſſante ergò in eo loco cõtinuatione, ceſſare etiam credendum eſt,iuriſdictionem, quam dat præſentia furis,& eius apprehenſio cum re furata, vt per formalia verba ratiocinatur ſub *num.*725. & antè eum dixerat *Capibl.de Baron.tom.*2.*cap.*54.*n.*6. Eſt enim neceſſaria apprehenſio furis cum re furata,ità vt ſi,nõ cum re furata, ſed cum eius pretio,vel fine, caperetur, non diceretur ex ſola migratione de loco ad locum, ſeù tranſitu furtum committere, *Danza de pugna Doct.tom.*2.*tit.de fur cap.*2. & proindè non poſſet per Iudicem loci tranſitus tantùm puniri,prout notat *Baiard.ad Clar.q.*38.*num.*41. authoritate *Mart.de Grat.& Ang.* cum *Aug.de Arimin.in tract.de malefic.*in *ver. veſtem cæleſtem fœderatam*,ſub *num.*16.& dixit *Boer.deciſ.*13.*num.*48.

Reſtringit item idem *D.Carleual.* eandem cõcluſionem,quòd poſſit Iudex loci tranſitus,& apprehenſionis cum re furata procedere contra furem, & ſit verè competens, donec tamen, & quouſquè fuerit requiſitus à Iudice loci, vbi furtum factum eſt,vt illum ipſi remittat,hoc namquè caſu remittere illum debet ad Iudicem loci,vbi furtum factum fuit,ad quem tanquàm potentiorem pertinet punitio. Cùm non ſint incompatibilia, eſſe quem competentem alicuius cauſæ, & teneri deindè illum remittere ad petitionem alterius Iudicis ſimilitèr cõpetentis. Hæc dicit *D.Carleu.in loco* citat: qui & ſi per veros iuris tramites loquatur,non poteſt tamen effugere,quin vel inuitus confiteatur, hanc ſecundã eius reſtrictionem minimè fuiſſe ab omnibus indifferentèr receptam, quinimmò bis contrà eam fuiſſe olim per S.C. iudicatum refert *Foller. in rubr. Audiantur excuſatores,num.*64. & teſtatur *Capyc. deciſ.* 104. & id ſine difficultate ad præſens pertranſire,& in dies ſic per S.C.iudicari fatentur *D.de Franch.deciſ.*681.*& D.Reg.Tap.*in hac *pragm.* & dixit *Danza in d.cap.*2.*de furt.*& quamplurimos huius opinionis ſectatores refert *D.de Thoro in* 1.*p. compend.* in *ver. Fur delinquens*,& eã benè cõprobat *Peguer. dec.*28. per totam.

Poſſet tamen *Carleual.*opinio, vt remitti debeat fur cum re furata captus extrà locum,in quo factum eſt furtum,ad Iudicem loci, in quo factum eſt admitti,vt procedat in furto magno,vel etiam qualificato,non ſolùm ratione loci, vt putà quia in Eccleſia,vel Palatio alicuius Magnatis, & Principis ſit commiſſum, nàm tunc ad aliorum exemplum expedit,vt remittatur ad Iudicem loci delicti, ità *Capiblanc.*in *d.cap.*54.*num.*2.*&* 3.iuxtà *tex. in l. caputalium,*§.*famoſos,ff.de pœn.* Et ſimilitèr ſi Iudex capiẽs non haberet delicti probationes, & Iudex delicti plenam haberet delicti probationem, nam tunc remittendus eſſet fur ad Iudicem loci,in quo factum eſt furtum,ità *Capiblanc.d.cap.*54.*num.*3. *&* Danza in *d.cap.*2.*de furt.*ſub *num.*17. Quod tamen intelligit *Capiblanc.* in caſu, quo Iudex capiens haberet priuilegium cognoſcendi de delictis ab exteris in ſuo territorio commiſſis,cum clauſula abdicatiua, & priuatiua ad alios,tunc enim tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm etiam ratione priuilegij,non teneretur capiens ad Iudicem delicti, ſeù originis remittere carceratum,& in *pragm.*8.*par.*2.*num.*135. id latiùs explicat.

Ampliat poſtremò D. *Capiblanc.* ſupradictam concluſionem, etiam in raptu mulieris, nam raptor vbi capitur, ibi puniri poteſt, & Iudex capiens fit competens,ità *Capiblanc.in d. cap.*54. *num.*7. ex *Peguer. deciſ.* 43. *num.* 13. *Caſtrenſ. Fulgoſ.* Decian. & alijs per *text.* clariſſimum in *l. raptores, C. de Epiſcop. & Cleric.* & in *l. raptores, C. de raptu Virg.*

Alios etiam quamplurimos caſus, in quibus non datur remiſſio tàm à Regijs Tribunalibus ad Curias Baronales, quàm à Iudicibus Baronalibus ad alios Iudices Baronales Regni notat ſatis luculentèr D.*Capiblanc.* in relata *pragmat.* 8. *par.* 2. à *num.* 64. ſeù 67. cum pluribus *ſeqq.* ad quem recurri poteſt, quia copioſiſſimum de eis facit tractatum, tradens præſertim,huius *Pragmaticæ* diſpoſitionem non procedere in latronibus, ſeù furibus Neapolitanis,nàm iſti remittendi ſunt ad Magn. Cur. per capientem,nec poſſunt per eum cognoſci, ob particulare priuilegium eis conceſſum,vt *num.* 111. & quòd pro delictis patratis intus hanc Ciuitatem Neapolis non datur remiſſio Baronibus, nec etiam ſi delictum eſſet commiſſum intrà Suburbia, *ex deciſ.D.de Franch.*129. cauſæ enim Neapolitanorum non remittuntur, licèt de iure communi forum Baronum ſortiti fuerint ratione delicti,contractus, vel deſtinatæ ſolutionis,& ſimilium,vt ſub *num.* 132. *d. pragm.*8. *par.*2.

Hìc tamen aduertendum eſt,quòd Magn. Curia, quæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* procedit vti delegata in cauſis furtorum commiſſorum intus hanc Ciuitatem,& eius Suburbia, non poteſt ea delegata iuriſdictione vti in furto commiſſo extrà Ciuitatẽ, & Suburbia,contrectato tamen,& aſportato in hãc Ciuitatem,& Suburbium, in quo fur fuiſſet captus ratione ſolius contrectationis, & aſportationis, prout fuit iudicatum per Collaterale Conſilium, Mag.Cur.Vic. referente ex infraſcriptis, quæ allegauit in cauſa cuiuſdam N. probi ſanè viri, licèt falsò imputati de quodam furto commiſſo in Caſali Planuræ,& capti cum refutata in Burgo Plagæ.

Magna Curia Vicariæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* vti delegata cognoſcit de furtis commiſſis intus hanc Ciuitatem Neapolis, & eius Suburbia,cùmquè furtum, de quo agitur prætenditur commiſſum in Caſali extrà Criptim,vulgò, *Fuora grotta*, ſumus extrà difficultatem, quòd non po-

tuiſſ

mit M.C.vti delegata procedere, cùm verba *Pragmaticæ* sint clara, ibi, *dentro questa Città, & suoi Borghi*, & si Princeps voluisset Casalia comprehendere, dixisset.

Nec officit, quòd licèt furtum sit in Casali commissum, fuit tamèn res furata asportata in Suburbium Plagæ, & in eo prætensus fur fuit captus, & sic ratione contrectationis potest etiam cognosci à Mag. Cur. prout tradit *Capyc. decis.* 104. & post eum De *Franch. decis.* 681. & *Capiblanc. de Baron. tom.* 2. *cap.* 54. *num.* 1. De *Thoro* in 1. *par. compend. in verb. Fur delinquens*, et *Peguer. decis.* 28. cùm furtum contrectatione etiam committatur, *l.* 3. §. *si rem*, *ff. de acquir. possess.* Nàm facilis est responsio, eo quoniam & li posit furtum in duplici loco cognosci, in loco scilicèt commissi furti, & in loco contrectationis, & vincet iudex loci contrectationis, vt per *Doctores* suprà citatos, attamen debet hoc intelligi iure ordinario, non delegato. Cùmque delegatio sit per Principem tributa in causis furtorum intus Ciuitatem, & eius Suburbia tantùm, non potest ad furta contrectata extendi, ex regula *text.* in *l. si Præses*, *ff. de pœn. et cap. odia*, *de regul. iur. in sexto*, quòd in pœnalibus, & odiosis non fit extensio, *Marsil. cons.* 72. *num.* 15. étiam ex identitate, vel maioritate rationis, idem *Marsil. consil.* 53. *num.* 36. allegans multos, & præsertim *Alex. cons.* 113. *vol.* 2. & in terminis delegationis, quòd sit stricti iuris, & circumscribatur rebus, personis, & locis, de quibus rescriptum expressè loquitur, nullam admittendo interpretationem extensiuam, aut subauditum intellectum, tradit doctissimus *Regens Merlin.* per formalia verba in 1. *centur. controuers. forens. cap.* 67. *num.* 2. Et longè diuersa ratio consideratur in ipso furto, & actu furandi, quàm in contrectatione, quæ est minus, quod desumitur etiam ex verbis *Pragmaticæ*, & mente Legislatoris. Ergò nullo pacto potest prætendi extensio delegationis in causis furti commissi ad furtum contrectatum, tantò magis, quia non constat, nec de commissione furti, nec de contrectatione furti contra supradictum imputatum, pro cuius innocentia, & miserationis gratia hæc pauca scribere volui.

Die 13. Iulij 1633. facta relatione in Collaterali Consilio per Magnificum D. Ferdinandum Muñoz Iudicem Mag. Cur. fuit prouisum, quòd procedatur ordinariè in causa prædicta, remota delegatione, & admittatur appellatio in S.C. in Banca Pinti.

Et D. Reg. *Sanfelic. decis.* 41 *par.* 1. meminit de hac decisione.

¶ Dominus *Regens* in sua *dec.* 6. reassumit hanc quæstionem, illamq; disputat in causa Principis Ciuitatis Strongoli circà remissionem cuiusdam eius vasalli inquisiti, qui Princeps Ciuitatem prædictam emerat à Patrimonio & Curatore Principis Bisiniani *cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, priuilegijs, & alijs prærogatiuis, quibus dictus Princeps Bisiniani gauisus fuit, & eo modo, & forma, & prout melius, & plenius fuit per dictum Principem possessa.* Et licèt articulus non fuit decisus, nam ipsa decisione pendente inquisitus decessit, attamen refert fundamenta, quæ pro vtraq; parte fuerunt iacta, & meminit istorum, quæ dixerat in hac *pragm.* sub hoc *num.* 41. Et quia post *decisiones* ipsius *D. Regentis* impressas in lucem prodierunt lucubrationes doctissimi sanè viri *Horatij Montani de Regal.* qui in §. seù in *ver. bona vacantia*, sub *nu.* 4. sibi ipsi non satisfacit de assumpto, quod facit *D. Regens* pro Principe Strongoli sub *nu.* 7. & ab eo dissentit circà id, quod dicit, quòd non sit in materia feudali, & in exercitio iurisdictionum contemplanda persona possessoris feudi, si sit, vel non de Magnis Dominis, & benemeritis, sed est metiendum ius ab ipso corpore feudi, quippè quòd apud se consistat, non apud possessorem, nam si per rerum naturam posset ipsum feudum loqui, per se ipsum moueret actiones in iudicio, & exerceret omnia eius iura, feudum igitur cùm non valeat loqui, dicitur homo mutus, prout illud appellauit glos. in *Const. Consuetudinem pranam, in ver. cum his*, et *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. fol.* 3. *n.* 2. et *Frec. de subfeud. lib.* 3. *de formul. inuest. ver. quia ex formula*, *num.* 5. Cùmq; non sit contemplanda persona feudatarij possidentis feudum, an sit de Magnis Dominis, vel de inferioribus, benemeritis, vel nó, sed metiendum est ius ab ipso corpore feudi, quod apud se consistit, & non apud possessorem, non intrat doctrina *Minad. in d. Const. In aliquibus*, et ità per formalia verba loquitur *D. Regens.*

Hæc tamen *D. Regentis* ratiocinatio non placet *D. Montano*, qui propterea dicit sub *d. num.* 4. quòd *feudum non potest considerari ex se in abstracto, & distinctum à persona feudatarij, quia non est vniuersitas iuris, sed factum, quatènus homo inuestitus à Domino de tali feudo, & Castro cum alijs bonis adiacentibus, vasallis scilicèt, redditibus, & huiusmodi, dicitur ille inuestitus de quadam vniuersitate plurium rerum, non quòd illæ res constituant vnum corpus in abstracto cõsideratum, & distinctum à persona inuestiti, & proindè actiones, et obligationes non radicentur super ipso feudo, sed super persona feudatarij.* Hæc sunt verba *Montani*, qui infrà subsequitur. *Sed quæro, quando Dominus inuestit feudatarium, non ne vtitur hac forma. Inuestio Titium, & suos hæredes de tali re cum mero, et mixto imperio, etc. iurisdictio ergò illa radicatur in persona Titij, et suorum hæredum*, & paulò infrà dicit, *Non igitur iurisdictionalia consistere possunt penès feudum quod non est quid existens ex se, nisi quatènus consideretur in persona feudatarij.*

Est ergò *Montani* sensus, quòd feudum cùm non possit distinctum, & separatum à possessore considerari, & principaliter in illius concessione cõtempletur persona feudatarij, non erit ius metiendum ab ipso feudo, vt autumat *D. Regens*, sed à persona possessoris, quæ fuit principaliter cotemplata, ideòque si contingat, feudum cum aliquibus ex Regalijs alicui insigni Baroni concessum, alienari, si deindè ille Baro venderet feudum cum assensu, exprimenda sunt in assensu Regalia illa, alias non transirent in emptorem, iuxtà theoricam *Minad. in d. Const. In aliquibus, in princ. sex. num.* 19. *D. de Franch. dec.* 125. *et* 275. *D. Marchionis Torelli dec* 67. *num.* 6. *et D. Reg. Tap. in dec. S.C.* 11. *num.* 9. *in fin.* qui allegat eundem *Minad.* in ead. *Const. In aliquibus*, sub *nu.* tamen 34. *in ver. Comitum*, *et Baronum Capibl.* & aliorum, quos nos etiam adduximus suprà in *prag.* 2. *ver. cùm sit diuisa iurisdictio*, sub *num.* 15. *de iurisd. inuic. non turb.*

Sed pro istorũ DD. conciliatione considerandũ puto, quòd ista concessio Regalium est Principis beneficium, seù Priuilegium, *D. de Curte in diuers. iur. feud. in verb. Reliquum est. fol.* 81. *num.* 24. *et* 31. *et Minad. in d. Const. In aliquibus, in ver. tex. Const. In aliquibus, num.* 37. *et* 38. At certum est, quòd Priuilegium est duplex, Personale vnum, quod personæ cõceditur, Reale alterum, quod rei tribuitur, *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quotid. et æstiu. l. forma*, §. *quamquàm, ff. de censib.* & tradit egregiè subtilis *Barbos. in l. quia tale*, sub *num.* 2. *et* 3. *ff. solut. matrim.* qui optimè declarat, & docet praxim cognoscendi, an Priuile-

uilegium ſit perſonale,vel reale,& licèt tradat,communem regulam eſſe, quòd illud dicitur perſonale, cuius verba ad perſonam diriguntur,& illud reale, cuius verba ad rem referuntur , dicit tamen , non ſemper inſpicienda eſſe verba priuilegij,cui ſcilicèt dirigantur,perſonæ,an rei,ſed ſemper inſpiciendam eſſe cauſam conceſſionis, ità vt ſi conſtet, cauſam principalem, & finalem priuilegij fuiſſe perſonam, cenſebitur perſonale , ſi verò cauſa principalis conceſſionis priuilegij fuit res , ſeù locus , priuilegium erit reale,nam in qualibet diſpoſitione cauſa principalis,& immediata conſideranda eſt,non autem remota,& ſecundaria,vel impulſiua,per *tex.in l. ſociũ, qui*,§.1.vbi *Bar.ff.pro ſoc.et l.exceptionem,in princ.ff. de condit.indebit.*& ità quoq; ſentit *Menoch. de præſumpt.lib.3.præſump.*103.ſub *nu.*1.

Si autem de hac cauſa non conſtet, eo quoniam non inuenitur expreſſa in conceſſione, vel conceſſio,ſeù inueſtitura non appareat (ad cuius tenorem ſemper recurrendum eſt,*cap.1.de duob.fratr. à Cap. inueſt.*dixit D.*de Curt.in diuerſ.fol.37.num.67.*& ſatis benè *Frecc.de ſubfeud.lib.3. de form. inueſt. in princ. num.*2.)tunc recurrendum eſt ad regulam ſuprà poſitam,vt ſi verba referantur ad perſonam, præſumatur,perſonam fuiſſe cauſam præcipuam , & immediatam conceſſionis,& priuilegium erit perſonale, & procedet communis traditio , quòd priuilegium in dubio cenſetur perſonale,ex *Bar.in conſ.*189.*n.*4. *Alex.conſ.*86.*num.*2.*lib.*1.*et conſ.*102.*in fin.*eod.*lib.* 2.*Boer.dec.*227.*num.*16.& alijs, ſi verò verba conceſſionis referantur ad rem,ſeù locum, præſumetur,rẽ, ſeù locum fuiſſe cauſam principalem, immediatam, & finalem conceſſionis, perſonam verò fuiſſe causã remotam,& impulſiuam,ac proindè attenta cauſa principali,priuilegiũ cenſebitur reale, & ità diſcurrit *Barboſ.in d.l.quia tale*,ſub *num.*3.*et* 4.*ff.ſol. matr.* *Menoch.*tamen in *d.præſumpt.*103.dicu,recurrendũ eſſe ad coniecturas , & plures caſus diſtinguit , ex quibus ad cognitionem deueniri poteſt in dubio,an & quæ cauſa fuerit immediata,& proxima, ſeù finalis priuilegij,vel remota,& impulſiua.

Infert etiam vterq; *Barboſ.*ſcilicèt, & *Menoch.*ad eam quæſtionem, an Priuilegium propter benemerita conceſſum cenſendum ſit perſonale , an verò reale,de quo per DD.*in l.*1.*ff.de Conſtit. Princip.* & alios à *Barboſ.*relatos,& per *Menoch.* longè plenius diſſerentem ſub *nu.*12.13.*et* 14.*d.præſump.*103.*lib.*3. & adhærentem opinioni,quam dicit veriorem , vt cenſeatur reale, propter rationes, quas ponderat. *Barboſ.* tamen eam in tribus caſibus admittit . Primus eſt,vt quàmuis ſit perſonale,tranſeat nihilominùs ad filios,& deſcendentes,quia merita , & gloria patris debent ad filios pertranſire,cùm eadem perſona cenſeatur . Secundus,quando benemerita sũt magna,ità vt perpetuam remunerationem exigant, vt congruè videantur remunerata ; nam conceſſio tranſibit ad deſcendentes . Et tertius caſus eſt , in conceſſione Principis, quæ fauorabilem , & latam admittit interpretationem,& ſic in dubio iudicabitur realis,& *Bar.in l.fin.num.*4.*ff.de ſeruit. legat.* quã tamen *Bart.*traditionem non admittit idem *Barboſ.* qui latè ſuper hoc diſcurrit,& declarat *Bart.*doctrinam, & quomodò aliorum traditiones ſint intelligendæ,quæ nè longior ſim omittenda duxi , ſed poterit recurri ad *eum*,& ad *Menoch.dd.locis.*

His itaquè præcognitis facilè (nì fallor) patebit concordia , quoniam poteſt eſſe vtrumquè verum, quòd ſcilicèt Principis priuilegium circà conceſſionem Regalium ſit perſonale , ex eo , quia fuit perſona principalitèr contemplata , & fuit cauſa immediata conceſſionis,& in hoc caſu rectè procedet conſideratio *Montani*,quòd non poteſt conſiderari feudum in abſtracto, & vt quid ſeparatũ à perſona feudatarij , & propterea metiendum ſit ius ab ipſo feudatario,qui ius,& priuilegium hoc perſonale,eius perſonæ inhærens,non poteſt alteri cedere , vel vendere ſine aſſenſu , & ideò ſpecialitèr exprimenda ſunt in aſſenſu,nec ſufficit,ſi fiat per relationem ad aliud,vt dicit *Montan.*ex *Iaſ.in l.certum.ff.ſi certum pet.* & ex doctrina *Minad.*& aliorum. Si verò priuilegium erit reale,& realis conceſſio , ex eo, quia principalitèr res , ſeù feudum fuit contemplatum,fuitq; cauſa immediata conceſſionis, remota verò ipſa perſona feudatarij , vtputà quia voluit Princeps feudo principalitèr priuilegium Regaliũ concedere,non ſecus,ac ſuprà diximus de Tituli cõceſſione , quæ duobus modis à Principe fieri ſolet. Primò,dùm Titulus conceditur perſonæ feudatarij, & hæc dicetur dignitas perſonalis . Secundò,quando Titulus cõceditur feudo, quia Rex eligit in feudo dignitatem Principatus, Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus,aut Baroniæ, ità quòd primò Dignitas,& Titulus loco,& feudo tribuatur,& Ciuitas priùs decoretur; deindè verò de Principatu, Ducatu , Marchionatu , vel Comitatu inueſtiat aliquem, nominando ipſum Principem,Ducem,aut Marchionem,ſeù Comitem Ciuitatis jam erectę in Titulum, & tunc hæ Dignitates,& Tituli dicũtur reales,prout fundauimus ſuprà in *rub.de Titul.ſeù inſcrip.abuſ.* ſub *n.*3.*&* 4. & alios caſus declarat *Menoch. d. præſumpt.*103.& tunc verisimum erit aſſumptũ *Domini Regentis*,quòd non ſit in exercitio harum iuriſdictionum,& Regalium conſideranda perſona feudatarij,an ſit de Magnis Dominis, vel de inferioribus, ſed eſt contemplandum ipſum feudum , & ab ipſo eſt ius metiendum , quod ſanè feudum cùm dicatur homo mutus, nec valeat loqui , vtitur miniſterio feudatarij poſſeſſoris,vt tanquàm pica,& organum vice ſua petat,& exerceat iura feudalia.

Nec ab hac diſtinctione, & declaratione diſcrepare videtur D.*Montan.* dũ in diſcurſu profert hæc verba. *Idq; ad ſenſũ patet ex intẽtione Regis, qui cõceſſit hæc iuriſdictionalia inſolita Magno Duci ob inſignia ſeruitia , dũ ſpoliauit ſe Regalibus illis inſolitis concedi intuitu perſonæ,cui conceſſit,non autem vt illa cõcederet feudo inſenſibili,vt radicẽtur in eo,et trãſeãt cũ ipſo,ſicut qualitas in ſubiecto,dũ cauſa abdicãdi à ſe,et concedendi fuit perſona,cui conceſſit .*

Dicit ergò *Montanus* , quòd ex intentione Regis, qui conceſſit hæc iuriſdictionalia inſolita Magno Duci ob ſeruitia , & ſic perſonę , non autem feudo inſenſibili, dignoſcitur , quòd Priuilegium , & cõceſſio ſit perſonalis , dùm cauſa abdicandi , & concedendi fuit perſona. Igitur ſi Regis intentio fuit , ea non principalitèr perſonæ concedere,nec illius intuitu,ſed feudi, fuitq;feudum principalis cauſa conceſſionis,negare non poterit *Montanus*,quin priuilegium hoc non ſit reale , ac proindè , quòd non debeat contemplari perſona , ſed ipſum feudum,cui fuit conceſſum, & ab eo ius metiri, iuxtà D.*Regentis* doctrinam, & quòd in caſu alienationis non tranſeat cum ipſo feudo ad emptorem, etiam quòd de Regalijs prædictis feudo per Regem conceſſis non fiat expreſſa mentio, ſed tantùm ſit dictum,*cum Regalijs omnibus*, prout infinitorum authoritate docet *Peregrin. de iure fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 100. quem citat *Montan. de Regal. in princip.* ſeù *pralud.* ſub *num.*5. ibi, *Generalitèr verò conceſſis,*

fis,et Andr.in rub.quæ ſint regal.num.3.

Patet ergò clarissimè ex hac distinctione, & cognitione Priuilegij, an sit personale, vel reale, quòd vtriusquè Domini, scilicèt *Regentis*, & *Montan.* assertio rectè procedere potest, estquè vera quælibet in casu suo. *Ioannes Laganarius.*

Vbi de delicto quis conueniri debet. Prag.II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius ratio decidendi quæ nàm sit.*
2 *Pragmatica ista procedit, etiam si de iure communi potuisset quis conueniri extrà proprium domicilium.*
3 *Magna Curia, vel Prouincialis Audientia non potest aliquem in prima causa euocare extrà territorium, & domicilium suum.*
4 *Citatus extrà suum domicilium in primis causis an possit impunè non parere.*
5 *Sententia lata in prima instantia ab alio Iudice, quàm à Iudice sui domicilij an possit dici nulla, remissiuè.*
6 *Vasallus est remittendus Baroni suo, etiam post sentẽtiam Tribunalis superioris.*
7 *Vasalli an possint prorogare iurisdictionem Tribunalis superioris inuito Domino.*
8 *Barones non possunt euocare vasallos extrà districtũ de vna Terra in aliam.*
9 *Index ordinarius loci si alicui Parti suspectus existat, Baro deputabit alium Iudicem non suspectum extrà districtum, modò sit in Prouincia.*
10 *Baro in causa ardua, & vbi de carcerum fractione timetur, poterit extrahere carceratos vasallos de vna Terra ad aliam.*
11 . . . *secundas causas habens tenetur deputare Iudicem appellationis intrà Prouinciam, sed non nimis longè.*
12 *Baronibus quibus in casibus denegetur cognitio suorum vasallorum, remissiuè.*
13 *Baroni denegatur cognitio sui vasalli inquisiti de receptatione contumacis Regij Tribunalis, de conuersatione cum similibus, aut de ope præstita eisdem, vel si esset inquisitus ratione alicuius fractæ saluaguardiæ Regiæ.*
14 *Baro an possit cognoscere de iniuria, vel offensa facta sibi, vel suo Officiali.*
15 . . . . *an sit Iudex suorum vasallorum eò ipsò, quòd sint de Castro, seù Terra sua, & si non ostẽdat priuilegium de iurisdictione sibi concessa.*

QVerula expositione, &c.

1 Pro primis causis nemo extrahatur à proprio domicilio. H.D.

Ratio decidendi ad hãc pragmaticam est, vt euitentur mala, & infortunia, quæ incurrunt hi, qui litigant extrà patriam propriam, prout narratur miserabiliter in § *hac cõsiderantes*, in *authen. vt omn. vbed. Iudicib. Prouinc.* Amplia, etiam si de
2 iure communi potuisset quis conueniri extrà proprium domicilium, secundùm *Foller.* in *Const. Capitaneorum, num.* 110. cum *seq.* qui *ibidem num.* 114. in-
3 telligit etiam respectu Regiæ Curiæ hanc pragmaticam procedere, vt scilicèt non possit quis euocari in M.C. seù Prouinciali Audientia extrà domicilij, seù districtum incolatus. Immò citatus extrà suum
4 domicilium in primis causis, videtur, quòd possit impunè non parere ex verbis huius pragmaticæ, ibi, *nec teneatur pro quacunquè prima causa modo aliquo comparere*, tu vide *Carau. rit.* 230. *Syl. Aldobr. ad Dec.* in *cap. ad audientiam, num.* 8. in *verb competit extrà de appellat. Petr. Anton. Anguissol. cons.* 7. in *fin. lib.* 7. *Euerard. cons.* 1. inter *cons. Borchoit. par.* 2. qui concludunt, quòd tenetur comparere, *Corset. sing. iurisdictio* tractat de materia.

Et si fuerit lata sententia in prima instantia ab
5 alio Iudice, quàm à Iudice sui domicilij, iuxta hanc pragmaticam an possit dici nulla? videndus est *Andr.* in *l. Imperialem*, § *præterea si inter duos*, *num.* 79. *et ibi Afflict. num.* 29. sed quicquid sit circa nullitatem sententiæ, certum est, quòd Baroni est remit-
6 tendus suus vasallus, etiam post sententiam Tribunalis superioris, per quod fuerat condemnatus, ità resultat ex traditis per *Auendan. resp. vlt. nu.* 6. *vers. quinta conclusio*, accusatore non instante in primo Tribunali, & pluriès fuit decisum per S.C. teste *Reg. Tap.* in *prag.* 1 *num.* 49. *supra cod.* & lignanter in beneficium Nicolai Grimaldi tunc Principis Salerni in causa . . . . Pinti, qui fuerat condemnatus ad mortem per Mag. Cur. Vic. & sententia confirmata per S.C. Actuar. M.C. est N. & post hanc decisionẽ ità quotidiè fuit obseruatum, & obseruatur per Regia Tribunalia, vt cõstat ex quamplurimis exẽplis productis in processu Donati la Veglia in Bãca Scipionis de Rugerio, qui post sententiam Magn. Cur. fuit remissus ad Marchionem Gruttulæ, nouissimè tamen est videndus *Molin. de brach. sæcul. lib.* 3. *cap.* 42. *num.* 13. cum *seq.* qui indistinctè te-
7 net, remissionem post sententiam non dari, sed an vasalli possint huic priuilegio renunciare, & prorogare iurisdictionem Tribunalis superioris inuito Domino? *Capyc. decis.* 9. refert decisum, quòd non, idem *Præs. de Franch. decis.* 529. adde *Iacob. de Belus.* in *repetit. cap. Romana*, §. *contrahentes*, *num.* 111. *vers. & propterea*, *de foro compet.* in
8 *sexto*. Item intelligit etiam respectu Baronum, vt non possint euocare eorum vasallos extrà districtum de vna Terra ad aliam ad instantiam cuiusuis personæ, quam pragmaticam confirmauit Dux Alcalanorum in *pragm.* 3. §. *nos autem supra de offic. S.C. Vinc. de Franch. dec.* 527. *num.* 8.

Limita tamen, nisi Iudex ordinarius loci sit ali-
9 cui Parti suspectus, quo casu poterit Baro deputare alium Iudicem non suspectum extrà districtum, dummodò sit intrà Prouinciam, vt refert *Caraut.* seruasse Regiam Audientiam in *ritu* 265.
10 *num.* 43. & 55. in *fin.* Item limita, quando causa esset ardua, & timeretur de fractione carcerum, vel vrgeret alia causa necessaria, nàm tunc poterit Baro extrahere vasallos carceratos de vna Terra ad aliam, vt per *Præs. de Franch. decis.* 526. *num.* 7. & *seq.*

In causis verò appellationum id, quod statuitur in hac pragmatica respectu Regiæ Curiæ, vt possint Partes euocari extrà incolatum, sed intrà
11 Prouinciam, dicas procedere etiam respectu Baronis habentis secundas causas, vt teneatur deputare Iudicem appellationis intrà Prouinciam, sed non nimis longè, vt per eundem *Præs. de Franch. decis.* 526. in *fine*.

Multos verò casus, in quibus denegatur Baroni-
12 bus cognitio suorum vasallorum, exponit *Capiblanc. pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 102. cum *seqq.* inter quos ille est satis practicabilis, & quotidianus, quã-
13 dò scilicèt vasallus Baronis est inquisitus de receptatione contumacis Regij Tribunalis, vel de conuersatione cum similibus, aut de ope præstita eisdem, vt per *Præs. de Franch. decis.* 470. Item quandò esset inquisitus ratione alicuius fractæ sal-

saguar-

guardiæ Regiæ, vt tradit *Iacobus de Belui.* in *capit. Romana, §. contrahentes, num.* 19. post *medium, versic. & per hos faciunt, de foro compet. in sexto*, inter *Repetentes*.

An autem Baro possit cognoscere de iniuria,
14 siuè offensa facta sibi, vel suo Officiali? docet *Aules* in *cap. 3. Pratorum*, in *glos. Abogados, num.* 12. 13. *&* 14. vt in iniuria notoria, & in pœna certa à lege possit cognoscere.

Et nota, quòd ex hac pragmatica videtur ap-
15 probata opinio illorum, qui volunt, Baronem esse Iudicem suorum vasallorum eò ipsò, quòd sunt de Castro, seu Terra sua, licèt non ostendat priuilegium de iurisdictione sibi concessa, de qua latè disserit *Andr.* in *d. l. imperialem, num.* 89. *Capyc.* in *verb. feudorum accessoria*, *Couarr. cap.* 1. *practic. num.* 10. *Regens de Ponte decis.* 2. *num.* 12. & alij cumulati per *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 70.

Vbi de delicto quis conueniri debet. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista vt habeat locum, requiritur, quòd delinquentes sint verè delinquentes, & sic sint conuicti de delicto per veras probationes, non autem indiciati per coniecturas, & indicia.*

CVm fuerit, &c.

Delinquentes transfretantes ad Reghũ Siciliæ vltrà Pharum remittuntur ad suos Iudices competentes, & ità è contrà. H. D.

Nota ex primis verbis huius pragmaticæ, ibi, *delinquentes, & facinorosi homines, &c.* quod vt hæc pragmatica habeat locum, necesse est, quòd
1 delinquentes sint verè delinquentes, ita vt sint conuicti de delicto per veras probationes, nam non sufficit, quòd sint indiciati per coniecturas, & indicia, vt late probat *Hieron. Grat. respons.* 92. *num.* 24. *lib.* 2. & latiùs prosequitur *Anton. Gamm. decis. Lusit.* 363. *Gurb. cons.* 50. *num.* 38. distinguit, vt hoc procedat, quando tractatur remissio de vno Regno ad aliud, & me carpit, sed carpendo carpitur ipse.

Vbi de delicto quis conueniri debet. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Latrones publici qui dicantur.*
Pragmaticæ huius decidendi ratio, remissiuè.
2 *Pragmatica ista procedit etiam in furtis priuatis, si fur fuit captus contrectando rem furto subtractam eodem die, quo alibi furtum commisit, etiam si furtum fuisset commissum in Ciuitate Neapolis.*
3 *Cines Neapolitani etiam consentientes non possunt alibi puniri, quàm à M.C.V.*
4 *Pragmatica ista an substulerit omnes alias causas remissionis denegandæ secundùm ius commune.*
5 *Furtum si sit commissum in mare more piratico an procedat pragmatica ista.*
6 *Pragmatica ista procedit etiam in vasallis Ecclesiæ.*
7 *Latrones publici duo si capiantur, vnus per Regiam Curiam, alter verò per Ordinarium loci delicti, vtrum Regia Curia possit captum per Iudicem loci ad se auocare, nè continentia causæ diuidatur.*
8 *Disrobator si non fuerit captus ab aliquo Iudice, nec per se, neque per suos Ministros, sed ab alio, qui postmodùm eum tradidit huic Iudici, an pragmatica ista procedat.*
9 *Raptores mulierum sub hac pragmatica comprehenduntur.*
10 *Officialis in sua iurisdictione delinquentem in alieno territorio capiens tenetur suo periculo comprehendere, & transmittere ad Iudicem loci delicti, etiam suis expensis.*
Vbi pariter subijcitur declaratio Molin. *qui plenè declarat, cuius expensis sit facienda delinquentis petita remissio.*
11 *Delinquens si aufugerit extrà territorium loci delicti an possit capi à Seruientibus dictæ Curiæ.*

ITem, quòd Officiales &c.

Delinquentes remittuntur ad Officiales loci delicti, nisi sint publici latrones, qui vbi capientur, ibi puniantur. H. D.

Et qui dicantur publici latrones, explicat *Ferrer.* in *obseruat. Cathal. par.* 3. *cap.* 238. vbi *num.* 12.
1 latronem publicum dici affirmat, qui duo saltem latrocinia in itinere publico violenter cõmisit, *Merlin. controu. for. cap.* 17. pro vnico furto dicit, comprehendi in hac pragmatica.

Rationem decidendi ad hanc pragmaticam circà exceptionem publicorum latronum, qui puniun-
2 tur, vbi capiuntur, collige ex *Peguer pract. crim.* 15. & amplia, vt procedat etiam in furtis priuatis, quãdò fur fuit captus contrectando rem furto subtractam eodem die, quo alibi furtum commisit, etiã si furtũ esset commissum in Ciuitate Neapolis, vt per *Capyc. dec.* 104. *Præs de Franch. dec.* 681. sed *Bonadil. lib.* 2. *c.* 13. *nu* 72. *& seq.* admittit in furtis paruæ quãtitatis, vel vbi locus furti esset valdè longinquus, & vide *sup prag.* 1. *n.* 36. Limita, vt non procedat contrà
3 Cines Neapolitanos, qui nec etiam consentientes possunt alibi puniri, quam à M.C.V. vt per *Vrsill. ad Affl. dec.* 41. *post n.* 9. Et per hanc pragmaticam non
4 sunt sublatæ omnes aliæ causæ remissionis denegãdæ secundùm ius commune, *Foller.* in *Const. Capitaneorum. n.* 65. & circà publicos latrones intelligo, prout declarat idem *Foller.* in *pract. crim.* in *verbo audiantur excusatores, n.* mihi 169. *& seq.* vt procedat in Officialibus Regijs, non autem Baronũ, sed hodiè esset impossibile obtinere. & si furtum sit cõ-
5 missum in mare more piratico, procedit hæc pragmatica, *Præs. de Franch. dec.* 142. & amplia, vt ha-
6 beat locum etiam in vasallis Ecclesiæ, vt decisum fuisse per S.C. refert *Camill. Salern.* in *addit. ad Consuet. Neap.* in *proœmio, §. præfatis, vers. pro conclusione, fol.* mihi 17. *lit. D.* cum *seq.* & quid si ex duobus
7 publicis latronibus, qui simul, & semel deliquerũt, vnus sit captus per Regiã Audientiam, seu M.C. alter verò per Iudicem loci delicti? M.C. non posset hunc captum per Iudicem loci ad se auocare, nè continẽtia causæ diuidatur, *Præs. de Franch. dec.* 416.
8 & quid si disrobator nõ fuerit captus ab aliquo Iudice, nec per se, nequè per suos Ministros, sed ab alio, qui postmodùm eũ tradidit huic Iudici an procedet hæc pragmatica? quòd non, idẽ *Præs. de Franch. dec.* 341. Amplia tamen hanc pragmaticam, vt
9 procedat etiam in raptoribus mulierum, vt probat *text.* expressus in *l. raptores, C. de sacros. eccl.* vbi *Cast.*
10 *n.* 7. *Fulgos. n.* 1. & est aduertendum, quòd Officialis, qui in sua iurisdictione capit delinquentem in alieno territorio, tenetur suo periculo comprehendere, & tran-

RERVM SVMMA.

8 *Baro non habens priuilegium de delictis commissis per exteros, an poterit cognoscere de delicto commisso in eius territorio per vasallum Baronis habentis priuilegium, etiam de delictis commissis per suos vasallos extrà territorium.*

9 *Delictorum cognitio circumscriptis priuilegijs de iure spectat ad Iudicem loci delicti.*

10 *Delinquens si reperiatur pœnès Iudicem originis, vel domicilij, ambo hi Iudices requisiti a Iudice loci delicti tenentur illum remittere ad dictum Iudicem loci delicti.*

11 *Reus si esset nedùm præuentus, sed etiam condemnatus in loco domicilij, adhuc est remittendus ad Iudicem loci delicti.*

12 *Princeps non præsumitur velle vni auferre, & alteri dare, etiam in rescriptis, & priuilegijs, quamuis verba priuilegij essent ampla.*

13 *Priuilegia sint strictissimè interpretãda, vt minus præiudicent tertio, quam fieri possit, etiam si esset necesse impropriare verba priuilegij, & ità impropriãdo ea redderentur otiosa, & superflua.*

14 *Statuta recipiunt interpretationem, & restrictionem à iure communi, vt non fiat præiudicium tertio, etiã si verba remanerent eluctoria, & sine effectu.*

15 *Princeps confirmando infeudationem iuri suo tantùm præiudicat, non alieno.*

16 *Clausula illa, iuribus alienis semper saluis, intelligitur apposita in quolibet priuilegio.*

17 *Priuilegia Principum dum concedentium iura, latissimè sed quandò præiudicium tertij sapiunt, sunt strictissimè interpretanda.*

18 *Iurisdictio ordinaria est tanta potentiæ, vt illi per nullum priuilegium derogari possit.*

19 *Priuilegium loci delicti cùm sit clausum in corpore iuris, requiritur, vt illi derogetur expressè.*

20 *Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius mihi quæsitum, vel deferendum absq; legitima causa.*

21 *Causa legitima intelligitur causa publica, non autem priuata.*

22 *Opinio illa est obseruanda, quã approbauit consuetudo.*

23 *Clausula in priuilegio apposita, etiam si deliquerint in alieno territorio, respicit ipsos delinquentes, non autem Iudicem loci.*

24 *Princeps nunquàm censetur tollere ius tertij, quod ei competit de iure ordinario.*

25 *Clausula in rescripto, vel priuilegio apposita operatur quòad eos, de quibus est facta mentio in priuilegio, nõ autem quòad alios.*

26 *Curia Regia si in capiendo delinquentem præuenisset, & Iudex originis peteret remissionem denegaretur illi remissio, si non haberet in priuilegium clausulam de delictis extrà territorium.*

27 *Clausula priuilegij Baroni concessi in vasallos extrà territorium delinquentes, etiam ad summum extensa in beneficium Baronis, intelligeretur adhùc iurisdictio concessa cumulatiuè cum Iudice loci, non priuatiuè.*

28 *Iurisdictio ordinaria vni competens, non tollitur per attributionem alteri factam eiusdem iurisdictionis.*

29 *Iudex loci delicti de iure communi est Iudex ordinarius.*

30 *Iurisdictio si sit concessa Iudici loci delicti de delictis commissis in suo territorio per exteros, non tollitur priuilegium, quod habet Iudex originis, sed datur præuentio.*

31 *Iurisdictio cumulatiua præuentionem admittit.*

32 *Domicilium contrahitur, si quis facit Tabernam in aliquo loco.*

33 *Forus domicilij est principalior, quàm forus originis.*

34 *Iudex loci delicti nec volens potest delinquentem ad Iudicem domicilij remittere.*

8 SEd quid si Baro non habeat priuilegium de delictis commissis per exteros, an poterit cognoscere de delicto commisso in eius territorio per vasallum Baronis, qui habeat priuilegium etiam de delictis cõmissis per suos vasallos extrà territorium, ità vt præferatur ipse Baro loci delicti illi Baroni loci originis, non obstante dicta clausula? quæstio hæc accidit in M.C.V. inter dictum Marchionem Terræ Pollæ, ac Principem Venusij vtilem Dominum Terræ Cagiani, & per infrascripta demonstraui, illam clausulam in nihilo præiudicare Iudici loci delicti, & proindè Baronem loci prædicti esse omninò præferendum, infrascriptis Allegationibus.

ALLEGATIONES.

DElicta, de quibus inquiruntur Sempronius Cæsarus, & Fabius de Lauso, non est dubium,
9 quòd sunt commissa in territorio Terræ Pollæ, & successiuè circumscriptis priuilegijs non potest difficultari, quin cognitio eorundem delictorum ex dispositione iuris spectet ad Officiales Marchionis Pollæ vti Iudices loci delicti, quantùmuis inquisiti sint vasalli originarij Principis Venusij, per *text. in auth. qua in Prouincia*, vbi *Doctores* omnes, *C. vbi de crim. agi oport.* & hoc adeò verum est, vt etiam si
10 delinquens reperiatur pœnès Iudicem originis, aut domicilij, tamen ambo hi Iudices requisiti à Iudice loci delicti, tenentur illum remittere ad ipsum Iudicem loci delicti, prout est communis opinio, de qua per *Capoll. cons. crimin. 59. vers. primum est*, ad dicta *Curtius. in l. hæres absens. §. 1. num. 5. ff. de Iudic. Clar. in pract. crim. q. 38. vers. est autem tanta potentiæ locus delicti. Thesaur.* optimè *decis. Pedem. 90. num. 60. Præs. de Franch. dec. 37. num. 1.* latè defendit *Ioan. Koppen German. q. 43. num. 9. vers. nunc porrò*, cum *seqq.* vbi ampliat, & limitat, nec non *Bologn. cons. 8. num. 9. &* 10. & innumeris authoritatibus citatis communem, & veram esse demonstrat *Petr. Caball. resol. crim. casu* 162. *num.* 8. 9. *&* 10. quibus addo *Andr. quæstiones regal. num.* 48. vbi ait, quòd de delictis commissis in proximum nemo habet se intromittere, nisi Iudex ille, sub quo deliquit, & qui punit, licèt aliud decisum fuerit, quando Iudex originis præuenit, teste *Præs. de Franch. dec.* 505.

Quæ decisio in casus contingentia erit diligentiùs ruminanda ex prædictis, & ex adductis per *Couarr. practic. quæst. cap.* 11. *num.* 6. *vers. sextò in hoc tractatu*, vsquè ad *num.* 7. & ex *Alciat. resp.* 13.
11 *num.* 2. *lib.* 7. vbi ait, quòd si reus esset nedùm præuentus, sed etiam condemnatus in loco domicilij, adhùc est remittendus ad Iudicem loci delicti, & est expressè dispositum in *pragm.* 5. *Item, quòd Officiales, infrà eodem*, vbi statuitur, omnes delinquẽtes debere remitti ad Officialem territorij, in quo deliquerint, exceptis disrobatoribus stratarum, tantò fortiùs, vbi idem Iudex delicti præuenit in capiendo, prout est casus noster, idem *Præs. de Franch. d. decis.* 505. *num.* 3.

Hæc, vt dixi, non habent dubium, attenta dispositione iuris, & circumscripris priuilegijs, at Princeps dicit, in casu nostro cessare dispositionem iuris,

stan-

stante eius priuilegio cum clausula cognoscendi etiam de delictis commissis extrà territorium per eius vasallos.

Cęterùm adhùc tali priuilegio non obstante causa prędictorum omninò est remittenda ad Officiales Marchionis Pollæ,vt Iudicis loci delicti, ex quo per dictam clausulam in nihilo est præiudicatum iurisdictioni ordinariæ ipsius Marchionis,tùm quia Rex in eo priuilegio noluit præiudicare iuribus tertij, & sic Marchionis,siuè eius authoris,tùm etiam, quia si voluisset,non potuisset,etiam de plenitudine potestatis, vt infrà breuiter demonstrabo.

Primum, quòd scilicèt noluerit præiudicare tertio,probatur tùm ex illa generali regula,quòd Prin-
12 ceps vti omnium iustus pater non præsumitur velle vni auferre,& alteri dare,etiam in rescriptis, & priuilegijs,*l.3.§.meritò, & §.si quis à Principe, ff.nè quid in loco publico, l.nec anus, C.de emancip.liber. cap.quàmuis,de rescript.* in *sexto*,licèt verba priuilegij viderentur ampla, & importare concessionem cum præiudicio tertij, sicuti pulcherrimè docet
13 *Ruin. consil.88. volum.4.* quia debent strictissimè interpretari, vt minus præiudicent tertio, quàm fieri possit,*clement.pastoralis,de priuileg.* etiam si necesse esset impropriare verba priuilegij, & talitèr impropriando ea redderentur otiosa, & superflua, vt probat *text.*expressus in *cap.super eodem, extrà de offic. delegat.* vbi id notat in terminis *Dec.* in *1.limitat. vers. & hoc intelligendum*, & faciunt tradita per *Bartol.*in *l.cùm à matre, C.de rei vend.* & per *Alexand.*in *l. final. §. in computatione, C.de*
14 *iur.deliber.*dùm concludunt, statuta recipere interpretationem,& restrictionem à iure cómuni, vt tertio non fiat præiudicium, etiam si verba statuti remanere deberent eluforia,& sine effectu, per *tex.* in *l.2.*vbi *Bart.*& cæteri.*C.de noxal.*& declarat optimè *Claper.*in *centur.causar.fiscal.caus.8.quæst.2. n.1.* vsq; ad *num.6.*hinc *Andr.*in *cap.1.col.4.*antè *num.5. vers.*
15 *quin etiam.qual.vasall.iurar.deb.fidel.*ait, quòd Princeps confirmando infeudationem, iuri suo tantùm præiudicat,non alieno,& *Capyc.*in sua *tract.feud.* in *verb.ac alienis semper saluis,fol.*mihi *136.*ex prędicta
16 doctrina *Andr.*& alijs,quos citat,inquit, quòd illa clausula,*iuribus alienis semper saluis*, intelligitur apposita in quolibet priuilegio.

Tùm etiam ex inspectione singulorum verborum appositorum in priuilegio Aduersarij, quæ sunt adeò figillatim restricta in præiudicium Regiæ tantùm iurisdictionis,vt manifesta indè resultet voluntas concedentis,noluisse præiudicare alteri tertio,ordinariam iurisdictionem habenti.

Quòd autem verba priuilegij sint restricta in præiudicium Regiæ tantùm iurisdictionis, patet in pluribus locis dicti priuilegij,& in primis, ibi, *non possint extrà illarum, & illorum Tribunalia citari, conueniri, &c. In Sacr. Consil. in Magna Cur. Vicar. aut coràm Iustitiario cuiuscunq; Prouincia,nec coràm Viceregi generali, aut quouis alio Regio Tribunali, Iudice ordinario, seù delegato, &c.* & iterùm ibi, *abdicando ab omnibus Regijs Officialibus omnem potestatem, &c.* & tamen alibi non apparet, quòd Rex per dictum priuilegium voluerit præiudicare tertio,& vtiquè si voluisset Rex præiudicare, de facili expressisset,proùt videmus in clausulis prægnãtibus aliorum priuilegiorum, quæ circumferuntur cum expressa derogatione iurium Baronum, quod non sine maxima ratione factum est, nàm Prin-
17 cipum priuilegia, dùm tangunt iura concedentium,debent latissimè interpretari, per regulam *l.beneficium.ff.de constitut.Princ.* sed quatènus tangunt, vel respiciunt damnum tertij, debent strictissimè interpretari,vt pulchrè declarat *Innocent.* in *c. cùm dilecti,extrà de donat.*& hoc quidèm tantò faci-
18 liùs est admittendum in casu nostro, vbi agitur de auferendo iurisdictionem ordinariam Iudici loci delicti,quæ est tantæ potentiæ, vt per nullum priuilegium possit ei præiudicari, proùt est *text.* in terminis in *cap.1.de priuileg.in sexto*,qui omninò videatur,quæso, & probatur etiam in d.*auth. qua in Prouincia,in princ.*ibi,*omni priuilegio cessante*,& cùm
19 hoc priuilegium loci delicti sit clausum in corpore iuris,vtiq; requiritur, vt ei expresè derogetur, ex traditis per *Natt.cons.576.n.13.*

Alterum verò, quòd scilicèt Rex etiam si voluisset,nec de plenitudine potestatis potuisset præiudicare iuri tertij, probatur ex illa conclusione, quam tradunt *Fulgos.Roman.Corn.Ias.* & communitèr *Scribentes* in *l.si testamentum, C.de testament.*
20 vbi concludunt, quòd Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest tollere ius mihi quæsitũ,
21 vel deferendum,absq; legitima causa, & causa legitima intelligitur causa publica,non autem priuata,vt probat *text.*in *l.Lutius,ff.de exilt.* & tradit *Bal.* in *l.quicunq;C.de fide instrum. lib.10. Oldrad. consil.* 224.*Crauett.de antiqu.tempor par.1.q.1.n.51.Peregr. de iure fisc.lib.5.tit.2.num.49. Regens de Pont. cons.4. n.9.& 10.lib.1.*sed in casu nostro nulla videtur causa legitima,nec publica,per quã Rex voluisset præiudicare iurisdictioni ordinariæ Iudicis loci delicti, ergò non video,quod ius possit meriri Aduersarius ex prædicto eius priuilegio.

Nec obstat,si dicatur,quòd ex tali interpretatione redderetur eluforia illa clausula apposita in priuilegio Principis,nàm vltrà,quòd ex his, quæ superiùs annotaui, verba priuilegij potiùs sunt improprianda, ità vt remaneant superflua, & eluforia, quàm vt præiudicent tertio, tamen Ego do instantiam, vt dicta clausula possit operari suum effectum duplicitèr.

Primum,quia de iure est adeò perplexus,& intricatus ille articulus, an Iudex originis possit procedere contrà suum vasallum pro delicto ab eo commisso extrà territorium, quandò non concurrit Iudex loci delicti,vt *Clar.pract.crim.quæst.39.vers.sed quæro, numquid.*circà *fin.* post relatam magnam hinc
22 indè *Doctorum* copiam,dixerit,seruandam esse eam opinionem, quam consuetudo approbauit, & Senat. Pedemont. approbauit opinionem negatiuam, quòd scilicèt Iudex originis non possit punire originarium subditum, qui in alieno territorio deliquit,teste *Thesaur.dec.*90.hęc eadem opinio negatiua fuerat etiam in hoc Regno recepta, teste *Gram.dec.*26. & temporibus *Foller.* quotidiè obseruabatur,vt ipse testatur in *pract.crim.*in *verb.audiãtur excusatores,n.*127.in *fin.*& licèt modernis hisce temporibus ingenio, & doctrina *Præsid. de Franch.* illustratis apparuerit verior opinio affirmatiua,quã approbauit Sacr.Cons. teste eodem *Præsid. de Frãch. dec.66.* prout etiam illam tanquàm veriorem amplexa fuit Rota Lucensis, teste *Hieron. Magon. dec. Lucens.* 70. *num.* 3. *Molin. de iustit. iur. lib.3. cap.* 42. tamen negari non potest, quin in anno 1480. quo fuit concessum priuilegium Aduersario, opinio negatiua vigeret, ex prædicta *dec. Gramm.* 26. aut saltim fuit casus valdè dubius, & intricatus, ad euitandum igitur hanc iuris perplexitatem in hoc intricato articulo,in priuilegio Principis fuit expressa illa clausula, *vt potuisset cognoscere etiam*

de delictis commissis extrà territorium, nàm vigore huius clausulæ non posset difficultari, quòd possit punire suos vasallos originarios pro delictis cõmissis extra territorium, quandò tamen non concurrit Iudex loci delicti, quod alias sine dicta clausula non potuisset, vel iuste valdè disputabile, vt expresse declarat *Foller.* in *d. verb. audiantur excusatores*, *nu.* 127. in *fine*, & hic est primus effectus, qui resultat in beneficium Principis ex dicta clausula.

Iuxtà quem effectum illa clausula, *etiam si delinquerint in alieno territorio*, respicit ipsos delinquentes tantùm, vt ipsi non possint declinare forum originis propter locum delicti, non autem respicit Iudicem loci delicti, qui de iure habet iurisdictionem ordinariam, etiam in exteros delinquentes in suo territorio, prout probatur optimè in *cap. super eo, extrà de offic. deleg.* vbi Summus Pontifex commiserat vni, vt cognosceret de causa vertente inter duos patronos de præsentatione Præsbyteri, cum expressa clausula, *quòd procederet ad ordinationem præsentati, qui melius ius foueret in Ecclesia, ad quam fuerit præsentatus, appellatione remota*, & sic ex tali commissione hic Delegatus poterat ipse ordinare, ac instituere præsentatum, & ab eius ordinatione, & institutione non dabatur appellatio, & tamen subdit Summus Pontifex, quòd non propterea censetur derogatum Archipræsbytero, vel Archidiacono, vel Episcopo, ad quem pertinet institutio in Ecclesia, & appellatio censetur remota quòad ipsos litigantes, de quibus loquitur commissio, non autem quòad alios, qui habent interesse in negotio, ecce igitur, quòd ex eo *tex.* duo resultant assumpta indubitata, quæ determinant casum nostrum, vnum, quòd nunquàm supremus Princeps censetur tollere ius tertij, quod ei competit de iure ordinario, alterum verò, quòd clausula in rescripto, seù priuilegio apposita operatur quòad eos, de quibus est facta mentio in priuilegio, non autem quòad alios, quare cùm in casu nostro vtilis tunc Dominus Terræ Pollæ haberet ius suum cognoscendi de delictis commissis etiam per exteros in suo territorio ex ordinaria iurisdictione, & in priuilegio Principis non sit facta mentio de alijs Iudicibus habentibus æqualem iurisdictionem, immò maiorem, & potentiorem, non potest dici, quòd illa clausula cognoscendi, etiam de delictis extrà territorium respiciat tertium, sed solùm eius vasalios, de quibus loquitur priuilegium.

Secundus verò effectus, qui ex dicta clausula resultat in beneficium Principis, est, nam estò millies, quòd ille articulus fuisset de iure indubitatus, & nullam habuisset difficultatem, vt scilicèt Iudex originis potuisset punire subditum originarium, non concurrente Iudice loci delicti, tamen illa opinio potuisset procedere, quandò Iudex originis præueniisset in capiendo, quòd si præueniisset Reg. Cur. in capiẽdo, & Iudex originis peteret remissionẽ, tunc denegaretur ei remissio, si nõ haberet in priuilegio clausulã de delictis extrà territoriũ, ità declarat specificè *Foller.* in duob. loc. primò in *Cõs. Capitaneorũ, n.* 49. *ver. sed si carceratus*, & iterũ in *pract. crim.* in *verb. audiãtur excusatores*, *nu.* 129. circà *fin. vers. quandò enim Regia Curia præuenit.*

Vndè fit, quòd dùm ex prædictis apparet, quòd prædicta clausula potest operari suos effectus absq; præiudicio tertij, omninò dicendum est, quòd ex ea nullum inferatur præiudicium Iudici loci delicti habenti suam iurisdictionem ordinariam, tùm ex iuris dispositione, tùm etiam ex præsumpta mente concedentis.

Sed si quis vellet vsquè ad summum extendere
27 hanc clausulam in beneficium Principis, adhùc aduerto, quòd ex ea non posset resultare aliud, quàm vt dicatur concessa ei iurisdictio in suos vasallos delinquentes extrà territorium cumulatiuè cum Iudice loci delicti, non autem priuatiuè, & abdicatiuè, vt probatur in *l.* 1. C. *de offic. Præfect. Vrb.* per quem *text.* dixit *Bald.* in *l.* 1. in *princ. vers. ex-*
28 *trà quæritur*, *ff. de offic. Consul.* quod iurisdictio ordinaria vni competens non tollitur per attributionem alteri factam eiusdem iurisdictionis, idem probatur in *l. final. C. de iurisd. omn. Iud.* vbi dispositur, quòd licèt Rectori militum in causis illos concernentibus detur iurisdictio de rebus militaribus, non tamen censetur adempta alteri Magistratui ordinario pro ijsdem causis, per quæ iura voluit *Roman. cons.* 393. quòd in his casibus censetur concessa iurisdictio cumulatiuè, & non priuatiuè, & hoc idem comprobat multis alijs rationibus, & *Dec.* in *cons.* 3. *num.* 3. ait, quòd licèt iurisdictio specialitèr tribuatur Officialibus mercantiæ, non per hoc derogatur Iudici ordinario, & *Dec.* sequitur *ibi Additio* in *verb. ordinario*, & alia *Addit.* ad eundem *Dec.* in *cap. cæterum, de rescript. num.* mihi 28. *colum.* 3. in *addit.* in *verb. in dubio*, inquit, quòd quicquid dicant alij, in dubio verior est opinio *Panorm.* vt non censeatur derogatum Ordinario, sed intelligatur concessa cumulatiuè, & procùl dubio hæc est communis, & vera opinio, teste *Ias.* in *l. quod in rerum, §. fin. col. vlt. ff. de leg.* 1. *Horat. Mandos. ad Rom.* in *d. cons.* 191. in *prima apostilla*, & non eundo per mendicata suffragia, *Foller.* noster in sua *pract. crim.* in *verb. audiantur excusatores* post *n.* 66. in pro-
29 prijs terminis inquit, quòd de iure communi Iudex loci delicti est Iudex ordinarius & competens, & licèt sit concessa iurisdictio Iudici loci originis, vel domicilij, etiam pro delictis alibi commissis, non videtur tamen derogatum iurisdictioni Iudicis ordinarij de iure communi, & si Iudici loci delicti, ista sunt formalia verba *Folleri*, quæ decidunt casum nostrum, quemadmodùm in casu contrario, si sit cõ-
30 cessa iurisdictio Iudici loci delicti de delictis commissis in suo territorio per exteros, non tollitur priuilegium, quod habet Iudex originis, sed datur præuentio, vt admittit *Præs. de Franch dec.* 505. *n.* 11. licèt contrà commonem, & ideò cùm hæc clausula, quantùmuis extensa in fauorem Partis non possit
31 afferre iurisdictionem priuatiuam, sed tantùm cumulatiuam, & de iure detur præuentio, vt dicit *Angel. Aret.* in *l.* 1. *§. si quis in appellatione, col. pen. ff. de appellat. Franc. Aret.* in *cons.* 101. & *Gemin.* in *cap. pro hoc, de hæret.* in *sexto*, sequitur, quòd etiam Marchio, qui præuenit in capiendo, vt Iudex loci delicti est præferendus Principi, qui nec informationem cœpit de delicto.

Et hoc tantò fortiùs, quia Marchio habet duplex ius; vnum ratione loci delicti, alterum verò ratione
32 domicilij, quod contraxerunt dicti inquisiti in Terra Pollæ, vbi per plures annos tenuerunt Tabernam, ex quo solo contrahitur domicilium, iuxtà *tex. & ibi Bart. l. hæres absens, §. proindè, ff. de Iud.* & propterea debet præferri Principi habenti tantùm ius ratione originis, vt voluit *Affl.* in *Const. Statutum, vt Magnæ*, *num.* 14. in *fine*, & in propriis terminis confirmat *Foller.* in *pract. crim.* in *verb. au-*
33 *diantur excusatores*, *num.* 74. Immò forus solius domicilij est principalior, quàm forus originis, vt notatur in *cap. statutum*, §. 1. in *glos. olim dicebamus, de rescript. in sexto. Bald.* in *l. fin. num.* 54. propè *fin. C.*

de

de edict.Diu.Hadrian toll. His ſcriptis, & per informationem Iudicum patefactis meritis cauſæ, Princeps deſtitit a proſequutione remiſſionis petitæ, & dùm hic idem caſus accidiſſet inter Ducem Aeroliæ vtilem Dominum Terræ Caſtellutij, & Principem Collis, Marchionem Cercelli ſuper remiſſione Ioannis de Tocco Ciuis originarij Terræ Cercelli, qui commiſerat homicidium in territorio Caſtellutij, licèt Magna Curia Vicariæ decreuiſſet, quòd cauſa remitteretur ad Principem Collis, qui habet priuilegium de delictis omnibus commiſſis per ſuos vaſallos, etiam extrà territorium, tamen per Sacrum Conſilium me referente fuit remiſſa cauſa ad Ducem Aeroliæ, in cuius territorio fuit commiſſum delictum, & qui habet priuilegium infeudationis Terræ Caſtellutij anterius priuilegio Principis, plenè diſcuſſis omnibus hìc per me adductis. Actuarius Magnæ Curiæ eſt de Cuntio, cuius exemplo idem fuit iudicatum pro Marchione Braciliani contrà Baronem Caſtri Siani in remiſſione cauſæ Vincentij de Philippo vaſalli Baronis Siani inquiſiti de ſtupro commiſſo in Terra Braciliani, reuocando decretum Magnæ Curiæ, quæ decreuerat pro Barone. Actuarius Magnæ Curiæ eſt Rummus, & cùm ab hoc decreto reclamaſſet Baro Siani, & obtinuiſſet, quòd cauſa reclamationis decideretur iunctis Conſiliarijs duarum Aularum, fuit confirmatum decretum primo loco latum in vna Aula in fauorem Marchionis Braciliani. Actuarius Sacri Conſilij eſt Amatruda, & eſt tantæ potentiæ hic forus de-
34 licti, vt nec volente ipſo Iudice loci delicti poſſit delinquens remitti ad Iudicem domicilij, vel originis, etiam per voluntariam remiſſionem, ſi credimus *Molin.de brach.ſæcul.lib.3. cap.45.num.16.* qui etiam *cap.46.* probat, hanc remiſſionem ad locum delicti eſſe faciendam etiam in delictis leuibus.

RERVM SVMMA.

35 *Inquiſitus de eodem delicto in loco originis, & in loco delicti, ſi deindè habuerit gratiam à Domino loci delicti, an proſit illi in loco originis.*

36 *Furatus in vno loco, & in alio captus, ibi puniendus erit.*

37 *Teſtis falſum deponentis coràm ſuo Ordinario, in cauſa tamen vertente coràm Superiore, qui audientiam teſtium commiſit Ordinario loci, cognitio ad quem ſpectabit, remiſſiuè.*

38 *Scripturam falſam ſi quis fabricauerit in vno loco, & coràm alio Iudice eam præſentauerit, quis Iudex de hac falſitate cognoſcet.*

39 *Delicti in mare commiſſi quis erit Iudex competens.*

40 *Delinquens habens plures foros, originis nempè, & domicilij, nec cõcurrat Iudex loci delicti, quis erit præferendus in cognitione, remiſſiuè.*

41 *Remiſſionem per Baronem petitæ non eſt locus, niſi conſtet in proceſſu de delicto contrà eius vaſallum carceratum, licèt hodiè contrarium ſeruetur.*

42 *Vaſalli Baronis ſunt remittendi ad Baronem, non obſtante connexitate delicti.*

43 *Iuriſdictionis priuilegia de caſibus reſeruatis conceſſa Magno Principi, tranſeunt etiam in inferiorem titulo partendari ſuccedentem.*

44 *Delinquens captus extrà iuriſdictionem loci delicti, originis, & domicilij, nullo ipſorum concurrente, an poſſit puniri à capiente.*

35 QVòd ſi aliquis ſit inquiſitus de eodem delicto, & in loco originis, & in loco delicti, & deindè habuerit gratiam à Domino loci delicti, an hæc gratia ei proſit in loco originis? Senatus Mediolanenſis declarauit, quòd non, teſte *Iul.Clar.pract. crim. quæſt.57.verſ.habet etiam*, in *fine*, & ſi in vno loco
36 quis commiſerit furtum, & in alio fuerit captus cum re furtata, ibi puniri debet, vide *Ann.ſingul.438. Præſ.de Franch.dec.681.* Pro declaratione tamen totius materiæ vide *Iul.Clar.pract.crim.q.38.qui n.16.* dicit idem, & *Couarr.pract.qq.cap.11.num.9. & ſeq.* ll defendit contrarium.

Quid ſi teſtis deponat falſum coràm ſuo Ordi-
37 nario, in cauſa tamen vertente coràm Superiore, qui audientiam teſtium commiſit Ordinario loci, huius falſitatis cognitio ad quem ſpectabit? vide, quæ dixi in *pragmat.4.de falſis*, *num.8.* quid ſi quis
38 fabricauerit ſcripturam falſam in vno loco, & coràm alio Iudice eam præſentauerit, Iudex præſentationis cognoſcet, ſed commodum erit Iudicis delicti, *Theſ.ead.dec.266.*

39 Et de delicto commiſſo in mari erit Iudex competens Ciuitas, in cuius diſtrictu eſt mare, *Iacob.de Beluſ.in repet.§.contrahentes, cap.Romana, num.23. de foro compet.in 6.*

40 Si autem delinquens habeat plures foros, puta originis, & domicilij, nec concurrat Iudex loci delicti, quis erit præferendus in cognitione? docet *Capiblanc.pragmat.8.part.2.num.247.* in *fine*, *ſuprà de Baronibus.*

Pro coronide tamen huius materiæ aduertas,
41 quòd quotieſcunquè agitur de remiſſione petita per Baronem, neceſſe eſt, vt conſter in proceſſu de delicto contrà eius vaſallum carceratum, aliàs non eſt locus remiſſioni, vt aduertit *Ang.* magnus Practicus in *l.1.* in *princ. verſ.tamen Iudex*, *C.vbi de crim.agi oport.* *Aniles* in *cap. Prætor. 27. num.8.* & antè *Angel.Bald.in l.fin.in addit.* per illum *textum ff.de noxal.act.* Quod inconcuſsè Ego in primis annis, quibus in foro verſatus ſum, obſeruatum vidi etiam cum certa forma in conceptione verborum decreti, nàm quandò Magn.Cur. retinebat cauſam alicuius vaſalli Baronis, de cuius delicto benè conſtabat in proceſſu, ſed aut non erat caſus comprehenſus in priuilegio Baronis, aut aderat grauamen à Barone illatum, decretum denegatæ remiſſionis concipiebatur per hæc verba, videlicèt, *Cauſa remanent in ipſa Magna Curia, non obſtante remiſſione petita per Baronem.* at quandò denegabatur remiſſio, ex quo non conſtabat de delicto, tunc decretum cõcipiebatur per hæc verba, videlicèt, *Per Magnam Curiam Vicariæ declaratum eſt, non eſſe locum remiſſioni petitæ per Baronem*, poſtea verò fuit introductum, vt remittantur cauſæ ad Barones, etiam ſi non conſtet de delicto, quia in hoc etiam verſatur intereſſe iuriſdictionis Baronalis, ſcilicèt declarare per ſuum Iudicem, quòd non adeſt delictum, & ſic vtroquè modo iudicatur, ſed *Dom. Regens Tapia* in *pragm.* huius *tit.* quam in ſua compilatione *iuris Regni* collocauit *lib.1.fol.18.num.6.* atteſtatur, receptum eſſe in Sacro Conſilio, vt remittatur, etiã ſi veniret abſoluendus. Sed pro prima obſeruantia vide *Illuſtr.Epiſcopum Riccium reſolut.76.* qui etiam *reſolut.78.* affirmat, pro leuibus delictis non eſſe locum remiſſioni, cuius contrarium fundat *Molin. de brach.ſæcul.d.c.46.* & pro eadem prima obſeruantia adde *Luc.de Pen.in l.1.col.4. in princ. verſ. & licèt Index, C.de priuil.ſchol.lib.12.*

Amplia, vt hæc pragmatica procedat etiam in casibus connexitatis delicti, vtputà, quia plures essent inquisiti de vno, eodemquè delicto, respectu quorum Magna Curia, vel Regia Audientia esset
42 Iudex competens quòad aliquos, quòad alios verò esset Iudex Baro, nam tunc etiam vasalli Baronis sunt remittendi ad Baronem, retentis alijs in ipsa Magna Curia, non obstante connexitate delicti, & regula iuris, nè continentiæ causæ diuidantur, & ità obseruatur, nulla habita ratione *decisionis Capyc. 122.* qui loquitur de præheminentia, & obseruantia Magnæ Curiæ Insulæ Siciliæ, vt patet in ea *decisione* facta in Ciuitate Panormi, aliàs enim ex rationibus per *eum* adductis de iure inclinat in hanc opinionem, quam obseruat nostra Magna Curia. Vnum tamen diligentèr nota, quòd *Præs. de Franch dec. 225. post num. 1. vers. & ad hoc probandum, & dec. 275. num. 7.* pro absoluto admittit, quòd priuilegia
43 iurisdictionis casuum reseruatorum, quæ concedunt alicui Magno Principi non transeunt in successorem titulo particulari interiorem, etiam si in eum fit facta alienatio cum assensu, authoritate *Minad.* C in *Const. In aliquibus*, in *princ. text. num. 39. fol. 46.* hæc reddunt dubitabilem opinionem, dicit *Regius Consiliarius Carleual. de iudicijs, tit. 1. disput. 2. quæst. 6. sect. 7. num. 581.* in *fin.* sed nostra tempestate fuit pluriès iudicatum contrarium, vt constat ex pluribus exemplis productis in Magna Curia Vicariæ in processu Martij de Orlando Terræ Laconigri inquisiti de homicidio in personam Capitanei Terræ Arimenti commisso intuitu officij super articulo remissionis petitæ per Principem Hostiliani vtilem
44 dominum iurisdictionis criminalis. Actuarius est Pansa. Quid autem sit dicendum, vbi delinquens capitur extra iurisdictionem, tàm loci delicti, quàm etiam originis, & domicilij, & nullus ex his tribus Iudicibus, qui sunt competentes, petat illius remissionem, an poterit puniri à capiente? communis opinio est negatiua, sed contrariam veriorem demonstrat *Molin. de bracb. sæcular. lib. 3. cap. 40. num. 17. vers. Hinc illud*, cum *seqq. & cap. 41. & 43. num. 7.* cum *seqq.*

R E R V M S V M M A.

45 *In delictis fit remissio delinquentis à foro originis, & domicilij ad forum loci delicti.*

46 *Iudices originis, & domicilij tenentur delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti.*

47 *Iudex originis, vel domicilii si habeat reum in fortijs, tenetur eum remittere ad Iudicem loci delicti.*

48 *Indistinctè remissiò fit ad Iudicem loci delicti.*

49 *Delinquens captus in alio loco, quàm in quo deliquit, remittendus est ad locum delicti.*

50 *Delinquens pro delicto alibi commisso detentus, & captus per Iudicem originis, vel domicilij, remittitur ad Iudicem loci delicti.*

51 *Delinquens captus in proprio domicilio, de necessitate remittitur ad locum delicti.*

52 *Iudex originis est incompetens in cognoscendo de delicto extrà territorium suum commisso.*

53 *Remissio ad Iudicem loci delicti fit à Iudicibus originis, & domicilij.*

54 *Is Iudex tenetur remittere delinquentem qui aliàs sit competens, ratione originis, vel domicilij.*

55 *Remissiones propriè fiunt à Iudicibus originis, & domicilij, alij sunt incompetentes.*

56 *In concursu magis tenetur remittere delinquentes Iudex originis, siuè domicilij, quàm Iudex loci delicti.*

57 *Iudex domicilij si reperit delinquentem, & ab eo petant remissionem Iudices originis, & delicti, remissio fiet ad locum delicti, excluso loco originis.*

58 *Ex magis communi Iudex detinēs reum, siuè originis, siuè domicilij is sit, siuè cuiusq; loci, tenetur eum remittere ad Iudicem loci patrati delicti.*

59 *Etiam si Iudex remittens præuenerit per capturam personæ.*

60 *Præuentio Iudicum originis, & domicilij nil operatur aduersus Iudicem loci delicti.*

61 *Iudex originis an puniat originarium subditum, qui in alieno territorio deliquit, & quid si præuenerit.*

62 *De fortitudine fori loci delicti, & necessitate remissionis ab alijs foris ad ipsum, & quid si in alijs foris fuerit præuentum.*

63 *Iudices originis, & domicilij tenentur remittere ad Iudicē loci delicti, etiam si præuenerint, antè tamen condemnationem.*

64 *Plura de præuentione, nè operetur aduersus Iudicem loci delicti.*

65 *Remissio à Iudicibus originis, & domicilij fit omninò, & de necessitate instante Iudice loci delicti, eo verò non petente fit tantùm de vrbanitate.*

66 *Iudex loci delicti debet requirere Iudices originis, & domicilij pro remissione.*

67 *Quid si Iudices originis, domicilij, & loci delicti, omnes sint sub vna iurisdictione.*

68 *Veluti in Regno.*

69 *Declaratur* decis. S.C. *penès* Præsid. de Franch. 505.

70 *Præuentio per viam inquisitionis non est in consideratione.*

71 *Præuentio affectata per delinquētem respectu fori originis, vel domicilij nihil operatur.*

72 *Delinquens si procurauerit inquiri in Curia, in qua imponitur minor pœna, talis præuentio ei non capitulatur.*

73 *Præuentio procurata, & affectata cessat.*

74 *Iudex loci originis si procuret cognoscere de delicto ad finem absoluendi reum omni meliori via, non iuuatur præuentione.*

75 *Vbicunque delictum remaneret impunitum penès Iudicem originis, remissio omninò fit ad Iudicem loci delicti.*

76 *Contrà Iudices loci originis affectantes cognitionem, nè puniant delinquentes, & relaxent impunitos.*

77 *An sit in consideratione pro deneganda remissione ad Iudicem loci delicti, quòd Iudex loci originis sit in possessione delinquentis, apud eum manentis.*

78 *Receptio testium ad informationem Curiæ inducit præuentionem.*

ET quia *suprà num. 10. in fine*, citando *decisionem Præs. de Franch.* in casu, quo Iudex originis præuenit in capiendo, dixi, quòd cùm iterùm casus occurreret, erit diligentiùs examinanda, ex deductis *ibi* per me, dùm posteà hic casus accidisset disputandus inter Marchionem Braciliani, & Baronem Casalis Siani, qui præuenerat in capiendo suum vasallum origine, qui deliquerat in territorio Braciliani, & sollemnitèr discusso articulo fuit iudicatum cōtrà Baronem originis, Ferdinando meo filio patrocinante pro Iudice loci delicti, vt dixi *suprà num. 33. in fine*, ideò volui hìc inferere eius Allegationes, quæ sunt tenoris sequentis.

ALLE-

ALLEGATIONES.

PRætendebat diebus præteritis Alphonſus Antmorus vtilis Dominus Caſalis Siani remiſſionem cauſæ Vincentij de Philippo originarij dicti Caſalis delinquentis in Terra Braciliani à Iudice loci delicti ad debiliſſimum forum originis ſub inuolucro verborum ſui priuilegij, à qua demùm prætenſione, quam aceram Genitor meus ſcriptis Allegationibus demonſtrauit, cùm cecidiſſet, atq; deſtitueretur, iterùm ſpem poſuit in quadam prætenſa, & figurata præuentione in cognoſcendo de delicto.

At Ego iura Illuſtr. Marchionis Braciliani tuendo, demonſtrabo, ex præuentione, ſi qua eſt in facto, infirmiſſimum forum originis non effici potiùs foro loci delicti.

Deindè, quatènus in primis non benè ſentiremus, præuentionem talem, qualem in facto Pars aduerſa ſupponit, in nihilo iuuare iuriſdictionem loci originis.

Demùm iiſdem retentis terminis, præuentionem omnem conſiderari, & intertuiſſe ex latere Marchionalis Curiæ Braciliani.

Quòad primum pro indubitato inuenio apud
45 iuris Authores, & Interpretes, in delictis paſſim remiſſiones fieri delinquentium ab vtroquè foro, ſcilicèt originis, & domicilij ad potentiſſimum forum loci delicti, ad materiam latè traditam communitèr per *Doctores* in *l.1.C. vbi de crim.agi opor.* & in *auth.qua in Prouincia ibi* poſita, & in *§.ſi verò quis comprehenſorum, authent.vt nulli Iud.* Siquidèm eſt
46 tantæ potentiæ locus delicti commiſſi, vt de iure teneantur alij Iudices, putà originis, & domicilij ipſum delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti, vt ibi contrà eum procedatur; & puniatur, *Iul.Clar.in pract.crim.§.final quæſt.38.num.19. verſ. eſt autem*, qui teſtatur de communi, & plures allegat, hinc *Grammat.dec.26.num.7.* dixit, Iudicem ori-
47 ginis, vel domicilij, ſi habeat reum delinquentem in fortijs, teneri eum remittere ad Iudicem loci delicti ex plurium teſtimonio, & *Auend.in reſponſ.40.nu.2.*
48 loquens de foro ratione delicti, plures ſequutus tenet indiſtinctè, ad eius loci Iudicem fieri debere remiſſionem, ex quibus emanat concluſio generalis, quòd delinquens captus in alio loco, quàm in
49 quo deliquit, remittendus eſt ad locum delicti, vt contrà eum procedatur, ex *Azeued. lib.8. recompil. tit.16.l.1.num.13.* qui nè fortè putares, loqui eum de capto in alio loco à locis originis, & domicilij, *nu.14.*
50 ſubdit, quòd delinquens pro delicto alibi commiſſo detentus, & captus per Iudicem originis, vel domicilij, adhùc remitti debet ad Iudicem loci delicti, qui locus eſt adeò principalis (ſequitur idem *Author* aliorum authoritate ſuffultus *ibidem nu.66.*)
51 vt etiam ſi in domicilio ſuo quis capiatur, vel alibi, adhùc ad locum delicti remitti debeat de neceſſitate, tractat plenè *Facbin.lib.9.controu.iur.c.ap.20.* & *Bologn.conſ.8.num.9.verſ.ſed poſito*, ait, quòd Iudex
52 originis eſt incompetens in cognoſcendo de delicto extrà ſuum territorium commiſſo, & tenetur eum remittere, ſi habeat in fortijs, ad Iudicem loci delicti, in quo eſt aduertendum, quòd dùm *Doctores*
53 à prædictis citati concludunt, remiſſionem faciendam ad Iudicem loci delicti, omninò intelligendi ſunt ſ. à Iudice originis, vel domicilij, cùm de iure
54 ille Iudex ſit adſtrictus ad remittendum, qui ſit cópetens ratione domicilij, vel originis, ſecundùm
55 *Couarr.lib.pract.quæſt.cap.11.num.6.* Remiſſiones enim propriè fiunt à Iudicibus originis, & domicilij, alij ſunt incompetentes, *Addentes ad Bellug.* in *Specul.Princ.rubr.11.§.ex quo prædiximus, lit.A. li-*
56 *mit.14.* & eſt maximè rationi conſonum, vt in concurſu magis teneatur remittere Iudex originis, ſiuè domicilij, quàm Iudex loci delicti, vt probat *Decian. lib.4.tract.crim.cap.19.num.8.* Immò ſi Iudex domi-
57 cilij cœperit delinquentem, & ab ipſo petant remiſſionem Iudices originis, & delicti, remiſſio quidèm facienda eſt, ſed ad locum delicti, excluſo loco originis, iuxtà tradita per *Theſaur.dec.90. num.4.* Magis
58 communitèr igitur tenetur, atque concluditur, Iudicem detinentem malefactorem, ſiuè originis, ſiuè domicilij id ſit, ſiuè peregrini cuiuſquè loci, teneri eum remittere ad Iudicem, & locum patrati delicti, congerit plures *Io.Koppen dec.Germ.43.nu.12.* item *Viu.comm.opin.tom.1.in verb.Iudex domicilij, nu.3.*
59 Ergò præſupponitur præuentio ex latere Iudicis remittentis, immò *Doctores* citati præcipuè loquuntur de Iudicibus remittentibus, qui præuenerant realitèr per capturam perſonæ, quam tenebant in fortijs.

Sed nè progrediamur per mendicata ſuffragia, *Doctores* particularitèr meminerunt de præuentio-
60 ne ex latere Iudicum originis, & domicilij, & nihili eam fecerunt aduerſus Iudicem loci delicti. *The-*
61 *ſaur.* enim facit *dec.90.* in qua plenè inquirit, an Iudex originis poſſit punire originarium ſubditum, qui in alieno territorio deliquit, & poſt recenſitas *Doctorum* varias ſententias, meminit de opinione eorum, qui iuris quæſtionem in caſu præuentionis definire maluerunt, & demùm concludit, in illis terminis, & noſtris non eſſe locum præuentioni contrà Iudicem loci delicti, & propriè *num.6.* cuius *deciſionis* robori accedat authoritas *Couarr.d.cap.11.pract.*
62 *quæſt.* in quo diſſerit de fortitudine fori loci delicti, & de neceſſitate remiſſionis, & ab alijs foris ad ipſum, & *num.6.verſ.his equidem ſuffragatur*, diſputat articulum, ſtante præuentione ex latere Iudicis locorum originis, & domicilij, demùm in *verſ.contraria*, præuentionem poſtponit iuriſdictioni loci delicti in proprijs terminis, quod pro abſoluto habens *Decian.d lib.4.cap.19.num.12.* & 13. tenet indiſtin-
63 ctè, Iudices originis, vel domicilij, etiam ſi præuenerint, remittere debere ad Iudicem loci delicti antè condemnationem. *Azeued.* etiam *lib.8. recompil.tit.*
16.*l.1.num.25.* clariſſimè ex multorum authoritate
64 inquit, quòd etiam ſi Iudex originis, vel domicilij præuenerit in cognoſcendo Iudicem loci delicti, adhùc debet ad ipſum remittere, & *nu.27.* ſubdit, omninò tenendam eſſe remiſſionis neceſſitatem per Iudices originis, & domicilij ad Iudicem loci delicti, ſiuè illi præuenerint, ſiuè non, & *Io.Kopp.* in alleg.*dec.43.* poſt concluſum ex magis communi, Iudicem, ſiuè originis, ſiuè domicilij teneri remittere ad Iudicem loci delicti, *num.15.* ampliat concluſionem, etiam ſi Iudices illi præuenerint, idem plenè probat *Gomez de delict.cap.1.nu.87.* ſequitur *Viu.* in d.*verb. Iudex domicilij, num.4.* & *Add.* Io. *Gnot.ad Clar.* in d.*quæſt.38.lit.A.* dicit, ad locum delicti Iudices originis, & domicilij remittere debere, dato, quòd in cognitione præueniſſent. Latè nouiſſimè *Molin.de bract.ſæcul.lib.3.cap.42.num.3.* cum *ſeqq. Cancer.tit. de Iudic.q.7.num.3. Caball.reſol.crim.caſu 162.n.29. Reg. Conſiliar.Carleual.de iud.tit.1.diſput.2.quæſt.7. ſect.1.* & *2.num.810.* declarat, procedere in delictis publicis tantùm.

Nec mouere nos debet, quòd aliqui fortè *Doctores* contrarium ſenſerint, nàm iuridica diſtinctione conciliantur, vt idem nobiſcum ſentiant, quotieſcũ-

què etenim remiſſio petitur à Iudicibus originis,& domicilij,inſtante Iudice loci delicti, in hoc caſu
65 omnes concludunt, remiſſionem faciendam per Iudices originis, & domicilij ad Iudicē loci delicti de neceſſitate iuris, quòd ſi nulla petitio interueniat remiſſionis,nec inſtet Iudex loci delicti,& tunc ij *Doctores*,qui contrarium ſentire videntur,innuūt, remiſſionem fieri tantum de vrbanitate illorum, quo fit,vt idem vnà nobiſcum velint, videndi ſunt *Iul. Clar.d.quæſt.38.d. verſ. eſt autem*, infrà *num.* 19. ibi,*ſi fuerint ab eo requiſiti*,& in *verb. & quòd Iudex*,ibi,*ſi remiſſio petatur*.*Auend. d. reſp.40. num.3. Fachin.lib.9.contr.cap.20.Bologn.conſ.8.num.9. verſ. ſed poſito*,*Couarr.d.cap.11. num.5. verſ.4. Theſaur. deciſ.90.num.4.Gramm.deciſ.26.num.4. Azeued.d.l. 1.num.13.& 113.Gomez de delict.cap.1.num.87.Capoll.conſ.crim.*§8.*Paulus Faber num.2. Kopp. d.deciſ. 43.num.17.verſ.2.*optimè *Marſ.in prax.crim. §. opportune,num.32.& 33.*& repetit in *l. vnic. num.123. & 124.C.de rapt.virg.*latè diſtinctionem comprobat *Thoming.dec.5.num.9.*

Hinc deſcendit practica,vt Iudex loci delicti re-
66 quirat Iudices locorum originis,& domicilij, *Decian.lib.4.tract.crim.cap.18.num.5.*,aliàs remiſsione non petita Iudex domicilij,& originis procedet,idē *Author ibid. cap.19.nu.1.* In caſu autem noſtro Curia loci delicti non ſolùm contendit de cognitione, ſed decreuit, quòd cauſa remaneret.

Quæ ſanè opinio excludens præuentionem indu-
67 bitata eſt,quotieſcunquè Iudices originis,& domicilij,& Iudex loci delicti ſubiecti ſunt vni Præſidi, cùm aliàs ſi exiſtant ſub diuerſo Principe, præuentio verè præueniat, & conſuetudo remittendi non vigeat,*Clar.d.q.38.num.20.verſ.ſed certè,& num.21. verſ.hoc tamen.Azeued d.l.1.*antè *num.11.& nu.29. & 30. & ſeq. Decian.lib.4.cap.19 num.10.Fachin.*in alleg. *lib.9 cap.21.Capoll.d.conſ.*58.*n.2. Boer.dec.29. Kopp.d.dec.43.num.18.*

Tùm maximè in Regno, in quo omnes Barones
68 ſubſunt Domino noſtro Regi, vt concluſio ſit indubitata,& inconcuſſa in hiſce terminis, vt habeat locum remiſtio indiſtinctè ad Iudicem loci delicti, *Auendan.* qui loquitur in Regno Caſtellæ *reſp.40. num.6.verſ.ſexta concluſio,Borrell.ad Bellug.* in *Specul.Princip.rubr.*11,§.*ex quo prædiximus*,in *verb.remiſsiones 3.limit.verſ.quæ tamen ſanè*, qui loquitur in Regno noſtro.

Tota vis per Baronem loci originis ſit in *deciſ.* nunquàm ſatis laudati viri *Vinc.de Franch.*505.

Verùm rogo circumſpectos Iudices, conſiderēt,
69 nihil de prædictis tunc temporis fuiſſe tractatum in materia illius *deciſ.* in qua habito pro abſoluto articulo præuentionis, diſputabatur dùmtaxat de viribus præuentionis,quam vtraquè Pars ad ſui beneficium prætendebat, vtiquè ſi fuiſſet tractatum, oculatiſſimus ille Vir rationem de tantis *Doctoribus* habuiſſet.

Quòad ſecundum caput noſtræ ratiocinationis certum eſt in facto,nullam Partis offenſæ quærelam anſam dediſſe cognitioni Iudicis loci originis, aut igitur præuenit per inquiſitionem, & tunc clari iu-
70 ris eſt,præuentionem ſic inſtitutam per viam inquiſitionis non importare præuentionem, vt probat *Decian.* in *tract.crim.lib.4.cap.20.num.22. & c.21.*
71 *num.1.* aut præuenit per ſpontaneam,& vltroneam affectatam, & procuratam præſentationem factam in foro originis per ipſummet inquiſitum, ad hoc vt concordando ſe cum Iudice illius loci, vbi non adeſt Pars offenſa,quæ inuigiler,in nihilo, aut mitius puniretur,& hoc caſu clarioris iuris eſt,nullum
72 eſſe huius præuentionis effectum:nàm ſi delinquēs procurauerit inquiri in Curia,in qua imponitur minor pœna,talis præuentio ei non opitulatur, ſecundùm *Baiard.ad Clar.d.q.38.*in proprijs terminis no-
73 ſtris *num.84.* cùm iure ceſſet præuentio procurata, & affectata,ſecundùm *Decian.d. lib.4.cap.20.* in hi-
74 ſce terminis *num.24.* Siquidèm quando Iudex loci originis procurat cognoſcere de delicto ad finem abſoluendi reum omni meliori via, non eſt inuandus præuentione,ſecundùm *Camill.Borrell.* ad *Specul.Princip.d.rubr.*11,§.*ex quo prædiximus*, *in verbo remiſſion.limit.*11.qui loquitur in proprijs terminis altercationis inter Iudices loci originis,& loci delicti,ità dicunt mihi Homines Ill. Marchionis accidiſſe in caſu noſtro,vt inquiſitus de tam graui facinore publicè ſpatietur ad libitum in foro Siani, vt ſic non immeritò cum *Iul.Clar. d.qu.38.* in *verſ.& quòd vbicunquè*,loquente in eiſdem terminis dicere
75 poſſimus,quòd vbicunquè delictum remaneret impunitum pœnès Iudicem loci originis, ſi remiſſio nó fieret ad Iudicem loci delicti,eam de neceſſitate fieri debere,nè aliàs ex impunitate delictorum ius publicum læderetur,ſi Iudex loci originis ideò vellet cognoſcere,vt non puniret, vt exclamat *Baiard.* in *d.q.38.num.56.*quem comitatur vociferans *Azeued.d.l.*1.antè *num.45.* inuehens in Iudicem loci ori-
76 ginis volentem cognoſcere, vt non puniat delinquentem, ſed ipſum relaxet impunitum: omninò autem in caſu noſtro ex his, quæ in facto mihi narrantur, ſuſpitio ſubeſt, vt non ſatis æquè,nec pro criminis culpa delinquens à propriæ originis Iudice puniatur,vt conſiderat in terminis terminātibus *Couarr.*in *d.verſ.contraria.*

Dùm igitur Iudex loci originis allegat præuentionem, quaſi ſit in poſſeſſione delinquentis apud eum manentis,& ſic vincat eo iure, quo poſſeſſores vincere ſolent, quo argumenti genere vtitur *Præſ.*
77 *de Franch.d.deciſ.*505.non benè dicit,id enim,quod de poſſeſſione dicitur,tunc procederet,quādò fortè delinquens in alieno territorio poſtmodùm in loco originis iterùm deliquiſſet,nàm eo caſu Iudex loci originis,& loci vltimi delicti,vt capiens, & ſic vti poſſeſſor vincet,quaſi in pari crimine, vel in pœna imponenda Iudex detinens ſit præferendus, cùm poſſidentis ſit melior conditio,ſic declarat *Azeued. ibidem n.14.& 15.*

Quòad tertium,& vltimum noſtræ diſputationis caput,dico,præuentionem, quatēnus eſſet conſideranda omnem eſſe ex latere Iudicis loci delicti, qui illicò patrato facinore proceſsit ad receptionem te-
78 ſtium pro informatione Curiæ. Receptio autem teſtium ad informationem Curiæ inducit præuentionem,ad tradita per *Decian.*eodem *lib.4.cap.21.n.22.* quod non potuit negare inſignis ille Vir *Præſ. de Franch.in d.dec.*505.dùm allegat *Soc.* licèt conetur euadere per verbum *fortè*,& tandèm apparuit, nullam fuiſſe captam informationem. Immò Pars aduerſa fatetur præuentionem in noſtri beneficium, dùm petijt à Curia Braciliani cauſæ remiſsionem, alioquin quomodò remitteret,niſi cognouiſſet?

Ex quibus omnibus, & vnoquoquè ipſorum,cauſæ huius cognitionem ſpectare affirmo ad Iudicem loci delicti,& ità cenſeo ſub die 15.Iulij 1612. & ità fuit deciſum,quicquid in contrarium nouiſsimè affirmet *Ricc.reſol.*88.*n.2.*confirmat *Carleual.de indic. lib.1. nu.*782.

Ferdinandus Rouitus.

AD-

ADDITIO.

A HAnc quæſtionem elegantèr, plenaquè manu diſputat doctiſſimus,& eruditiſſimus *D.Reg. Merlin.contron forenſ.centur.*1.*cap.*80. & concludit, Iudicem loci cæpti delicti eſſe competentem, & ad eum cauſam,& inquiſitum eſſe remittendum, non autèm ad Iudicem territorij, in quo delictum fuit conſummatum,& perfectum,& ſic per Regiam Audientiam primùm,& deindè per M.C.V. fuiſſe iudicatum refert,cuius *Domini Regentis* ſcripta tranſcripſit D.*Capibl.de Baron.tom.*2. *cap.*61. & verè ipſe *D.Regens* rem hanc ità luculenter expendit,vt nihil deſiderari,aut ſuperaddi poſſit.

B Tractat hanc eandem quæſtionem ſatis ingeniosè *D.Conſ.Carleual.de indic.tom.*1.*tit.*1.*diſput.*2. *q.*7. *ſect.* 1.*num.*720.*& ſeq.* vbi multorum authoritate affirmatiuam opinionem defendit,poſſe ſcilicèt furem captum extrà locum delicti, cùm re furata puniri per Iudicem loci,in quo captus eſt, eſſequè hùc Iudicem verè competentem, quicquid dixerint *Hipolytus de Marſil.Clar.Nell.Decian.Couar.*& cæteri.

Verùm hanc, quam tuetur affirmatiuam ſententiam reſtringit,vt non intelligatur eſſe Iudicem cõpetentem reſpectu tranſitus tantùm furis per aliquem locum,ità vt poſſit eo abſente, & poſt tranſitum,& migrationem in alium locum, de furto contra furem,qui pertranſijt cognoſcere. Cùm enim ob continuationem delicti,eiuſquè fragantiam, & furis cum re furata apprehenſionem fiat Iudex cõpetens,ceſſante ergò in eo loco cõtinuatione, ceſſare etiam credendum eſt,iuriſdictionem, quam dat præſentia furis,& eius apprehenſio cum re furata, vt per formalia verba ratiocinatur ſub *num.*725. & antè cum dixerat *Capibl.de Baron.tom.*2.*cap.*54.*n.*6. Eſt enim neceſſaria apprehenſio furis cum re furata,ità vt ſi,nõ cum re furata, ſed cum eius pretio,vel fine, caperetur, non diceretur ex ſola migratione de loco ad locum, ſeù tranſitu furtum committere, *Danza de pugna Doct.tom.*1.*tit.de fur cap.*2. & proindè non poſſet per Iudicem loci tranſitus tantùm puniri,prout notat *Baiard.ad Clar.q.*38.*num.*41. authoritate *Mart.de Grat.& Ang.* cum *Aug.de Arimin.in tract.de malefic.in ver. veſtem cæleſtem foderatam,*ſub *num.*16.& dixit *Boer.deciſ.*13.*num.*48.

Reſtringit item idem *D.Carleual.* eandem cõcluſionem,quòd poſſit Iudex loci tranſitus,& apprehenſionis cum re furata procedere contra furem, & ſit verè competens, donec tamen, & quouſquè fuerit requiſitus à Iudice loci, vbi furtum factum eſt,vt illum ipſi remittat,hoc namquè caſu remittere illum debet ad Iudicem loci,vbi furtum factum fuit,ad quem tanquàm potentiorem pertinet punitio. Cùm non ſint incompatibilia, eſſe quem competentem alicuius cauſæ, & teneri deindè illum remittere ad petitionem alterius Iudicis ſimilitèr cõpetentis. Hæc dicit D.*Carleu.in loco* citat. qui & ſi per veros iuris tramites loquatur,non poteſt tamen effugere,quin vel inuitus confiteatur, hanc ſecundã eius reſtrictionem minimè fuiſſe ab omnibus indifferentèr receptam, quimimmò bis contrà eam fuiſſe olim per S.C. iudicatum refert *Foller.* in *rubr. Audiantur excuſatores,num.*64. & teſtatur *Capyc. deciſ.* 104. & id ſine difficultate ad præſens pertranſire,& in dies ſic per S.C.iudicari fatentur *D.de Franch.deciſ.*681.*& D.Reg.Tap.*in hac *pragm.* & dixit *Danza* in *d.cap.*2.*de furt.*& quamplurimos huius opinionis ſectatores refert *D.de Thoro* in 1.*p. compend.* in *ver. Fur delinquens,*& eã benè cõprobat *Peguer. dec.*28. per totam.

Poſſet tamen *Carleual.*opinio, vt remitti debeat fur cum re furata captus extrà locum,in quo factum eſt furtum,ad Iudicem loci, in quo factum eſt admitti,vt procedat in furto magno,vel etiam qualificato,non ſolùm ratione loci, vt putà quia in Eccleſia,vel Palatio alicuius Magnatis, & Principis ſit commiſſum, nàm tunc ad aliorum exemplum expedit,vt remittatur ad Iudicem loci delicti, ità *Capiblanc.*in *d.cap.*§.4.*num.*2.*&* 3.iuxtà *tex. in l. capitalium,*§.*famoſos,ff.de pœn.* Et ſimilitèr ſi Iudex capiẽs non haberet delicti probationes, & Iudex delicti plenam haberet delicti probationem, nam tunc remittendus eſſet fur ad Iudicem loci,in quo factum eſt furtum,ità *Capiblanc.d.cap.*§.4.*num.*3. *&* Danza in *d.cap.*2.*de furt.*ſub *num.*17. Quod tamen intelligit *Capiblanc.* in caſu, quo Iudex capiens haberet priuilegium cognoſcendi de delictis ab exteris in ſuo territorio commiſſis,cum clauſula abdicatiua, & priuatiua ad alios,tunc enim tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm etiam ratione priuilegij,non teneretur capiens ad Iudicem delicti, ſeù originis remittere carceratum,& in *pragm.*8.*par.*2.*num.*135. id latiùs explicat.

Ampliat poſtremò D. *Capiblanc.* ſupradictam concluſionem, etiam in raptu mulieris, nam raptor vbi capitur, ibi puniri poteſt, & Iudex capiens ſit competens,ità *Capiblanc.in d.cap.*§.4. *num.*7. ex *Peguer. deciſ.* 43. *num.* 13. *Caſtrenſ. Fulgoſ. Decian.* & alijs per *text.* clariſſimum in *l. raptores, C.de Epiſcop. & Cleric.* & in *l. raptores, C.de raptu Virg.*

Alios etiam quamplurimos caſus, in quibus non datur remiſſio tàm à Regijs Tribunalibus ad Curias Baronales, quàm à Iudicibus Baronalibus ad alios Iudices Baronales Regni notat ſatis luculentèr D.*Capiblanc.* in relata *pragmat.* 8. *par.* 2. à *num.* 64. ſeù 67. cum pluribus *ſeqq.* ad quem recurri poteſt, quia copioſiſſimum de eis facit tractatum, tradens præſertim,huius *Pragmaticæ* diſpoſitionem non procedere in latronibus, ſeù furibus Neapolitanis,nàm iſti remittendi ſunt ad Magn. Cur. per capientem,nec poſſunt per eum cognoſci, ob particulare priuilegium eis conceſſum,vt *num.* 111. & quòd pro delictis patratis intus hanc Ciuitatem Neapolis non datur remiſſio Baronibus, nec etiam ſi delictum eſſet commiſſum intrà Suburbia, ex *deciſ.D.de Franch.*129. cauſæ enim Neapolitanorum non remittuntur, licèt de iure communi forum Baronum ſortiti fuerint ratione delicti,contractus, vel deſtinatæ ſolutionis,& ſimilium,vt ſub *num.* 132.*d. pragm.*8. *par.*2.

Hìc tamen aduertendum eſt,quòd Magn. Curia, quæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* procedit vti delegata in cauſis furtorum commiſſorum intus hanc Ciuitatem,& eius Suburbia, non poteſt ea delegata iuriſdictione vti in furto commiſſo extrà Ciuitatẽ, & Suburbia,contrectato tamen,& aſportato in hãc Ciuitatem,& Suburbium, in quo fur fuiſſet captus ratione ſolius contrectationis, & aſportationis, prout fuit iudicatum per Collaterale Conſilium, Mag.Cur.Vic. referente ex infraſcriptis, quæ allegauit in cauſa cuiuſdam N. probi ſanè viri, licèt falsò imputati de quodam furto commiſſo in Caſali Planuræ,& capti cum refurata in Burgo Plagæ.

Magna Curia Vicariæ virtute *Regiæ Pragmaticæ* vti delegata cognoſcit de furtis commiſſis intus hanc Ciuitatem Neapolis, & eius Suburbia,cùmquè furtum, de quo agitur prætenditur commiſſum in Caſali extrà Criptim,vulgò, *Fuora grotta,* ſumus extrà difficultatem, quòd non potuit

tuit M.C.vti delegata procedere, cùm verba *Pragmatica* sint clara, ibi, *dentro questa Città, & suoi Borghi*, & si Princeps voluisset Casalia comprehendere, dixisset.

Nec officit, quòd dicèt furtum sit in Casali commissum, fuit tamèn res furata asportata in Suburbium Plagæ, & in eo prætensus fur fuit captus, & sic ratione contrectationis potest etiam cognosci à Mag. Cur. prout tradit *Capyc. decis.* 104. & post eum De *Franch. decis.* 681. & *Capiblanc. de Baron. tom.* 2. *cap.* 54. *num.* 1. De *Thoro* in 1. *par. compend. in verb. Fur delinquens*, et *Peguer. decis.* 28. cùm furtum contrectatione etiam committatur, *l.* 3. §. *si rem*, *ff. de acquir. possess.* Nàm facilis est responsio, eo quoniam & si posit furtum in duplici loco cognosci, in loco scilicèt commissi furti, & in loco contrectationis, & vincet iudex loci contrectationis, vt per *Doctores* suprà citatos, attamen debet hoc intelligi iure ordinario, non delegato. Cùmque delegatio sit per Principem tributa in causis furtorum intus Ciuitatem, & eius Suburbia tantùm, non potest ad furta contrectata extendi, ex regula *text.* in *l. si Præses*, *ff. de pœn. et cap. odia*, *de regul. iur. in sexto*, quòd in pœnalibus, & odiosis non fit extensio, *Marsil. cons.* 72. *num.* 15. etiam ex identitate, vel maioritate rationis, idem *Marsil. consil.* 53. *num.* 36. allegans multos, & præsertim *Alex. cons.* 113. *vol.* 2. & in terminis delegationis, quòd sit stricti iuris, & circumscribatur rebus, personis, & locis, de quibus rescriptum expressè loquitur, nullam admittendo interpretationem extensiuam, aut subauditum intellectum, tradit doctissimus *Regens Merlin.* per formalia verba in 1. *centur. controuers. forens. cap.* 67. *num.* 2. Et longè diuersa ratio consideratur in ipso furto, & actu furandi, quàm in contrectatione, quæ est minus, quod desumitur etiam ex verbis *Pragmaticæ*, & mente Legislatoris. Ergò nullo pacto potest prætendi extensio delegationis in causis furti commissi ad furtum contrectatum, tantò magis, quia non constat, nec de commissione furti, nec de contrectatione furti contra supradictum imputatum, pro cuius innocentia, & miserationis gratia hæc pauca scribere volui.

Die 13. Iulij 1633. facta relatione in Collaterali Consilio per Magnificum D. Ferdinandum Muñoz Iudicem Mag. Cur. fuit prouisum, quòd procedatur ordinariè in causa prædicta, remota delegatione, & admittatur appellatio in S.C. in Banca Pinti.

Et D. Reg. *Sanfelic. decis.* 41. *par.* 1. meminit de hac decisione.

C Dominus *Regens* in sua *dec.* 6. reassumit hanc quæstionem, illamq; disputat in causa Principis Ciuitatis Strongoli circà remissionem cuiusdam eius vasalli inquisiti, qui Princeps Ciuitatem prædictam emerat à Patrimonio & Curatore Principis Bisiniani *cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, priuilegijs, & alijs prærogatiuis, quibus dictus Princeps Bisiniani gauisus fuit, & eo modo, & forma, & prout melius, & plenius fuit per dictum Principem possessa.* Et licèt articulus non fuit decisus, nam ipsa decisione pendente inquisitus decessit, attamen refert fundamenta, quæ pro vtraq; parte fuerunt iacta, & meminit istorum, quæ dixerat in hac *pragm.* sub hoc *num.* 43. Et quia post *decisiones* ipsius *D. Regentis* impressas in lucem prodierunt lucubrationes doctissimi sanè viri *Horatij Montani de Regal.* qui in §. seù in *ver. bona vacantia*, sub *nu.* 4. sibi ipsi non satisfacit de assumpto, quod facit *D. Regens* pro Principe Strongoli sub *nu.* 7. & ab eo dissentit circà id, quod dicit, quòd non sit in materia feudali, & in exercitio iurisdictionum contemplanda persona possessoris feudi, si sit, vel non de Magnis Dominis, & benemeritis, sed est metiendum ius ab ipso corpore feudi, quippè quòd apud se consistat, non apud possessorem, nam si per rerum naturam posset ipsum feudum loqui, per se ipsum moueret actiones in iudicio, & exerceret omnia eius iura, feudum igitur cùm non valeat loqui, dicitur homo mutus, prout illud appellauit glos. in *Const. Consuetudinem pranam, in ver. cum his*, et *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. fol.* 3. *n.* 2. et *Frec. de subfeud. lib.* 3. *de formul. inuest. ver. quia ex formula*, *num.* 5. Cùmq; non sit contemplanda persona feudatarij possidentis feudum, an sit de Magnis Dominis, vel de inferioribus, benemeritis, vel nó, sed metiendum est ius ab ipso corpore feudi, quod apud se consistit, & non apud possessorem, non intrat doctrina *Minad. in d. Const. In aliquibus*, et ità per formalia verba loquitur *D. Regens*.

Hæc tamen *D. Regentis* ratiocinatio non placet *D. Montano*, qui propterea dicit sub *d. num.* 4. quòd *feudum non potest considerari ex se in abstracto, & distinctum à persona feudatarij, quia non est vniuersitas iuris, sed facti, quatènus homo inuestitus à Domino de tali feudo, & Castro cum alijs bonis adiacentibus, vasallis scilicet, redditibus, & huiusmodi, dicitur ille inuestitus de quadam vniuersitate plurium rerum, non quòd illæ res constituant vnum corpus in abstracto cõsideratum, & distinctum à persona inuestiti, & proindè actiones, et obligationes non radicentur super ipso feudo, sed super persona feudatarij.* Hæc sunt verba *Montani*, qui infrà subsequitur. *Sed quæro, quando Dominus inuestit feudatarium non nè vtitur hac forma. Inuestio Titium, & suos hæredes de tali re cum mero, et mixto imperio, etc. iurisdictio ergò illa radicatur in persona Titi, et suorum hæredum*, & paulò infrà dicit, *Non igitur iurisdictionalia consistere possunt penès feudū quod non est quid existens ex se, nisi quatènus consideretur in persona feudatarij.*

Est ergò *Montani* sensus, quòd feudum cùm non possit distinctum, & separatum à possessore considerari, & principalitèr in illius concessione cõtempletur persona feudatarij, non erit ius metiendum ab ipso feudo, vt autumat *D. Regens*, sed à persona possessoris, quæ fuit principaliter cotemplata, ideòque si contingat, feudum cum aliquibus ex Regalijs alicui insigni Baroni concessum, alienari, si deindè ille Baro venderet feudum cum assensu, exprimenda sunt in assensu Regalia illa, aliàs non transirent in emptorem, iuxtà theoricam *Minad. in d. Const. In aliquibus, in princ. text. num.* 39. *D. de Franch. dec.* 125. *et* 275. *D. Marchionis Torelli dec.* 67. *num.* 6. *et D. Reg. Tap. in dec. S.C.* 11. *num.* 9. *in fin.* qui allegat eundem *Minad.* in ead. *Const. In aliquibus*, sub *nu.* tamen 34. *in ver. Comitum*, *et Baronum Capibl.* & aliorum, quos nos etiam adduximus suprà in *prag.* 2. *ver. cùm sit diuisa iurisdictio*, sub *num.* 15. *de iurisd. inuic. non turb.*

Sed pro istorũ DD. conciliatione considerandũ puto, quòd ista concessio Regalium est Principis beneficium, seù Priuilegium, *D. de Curte in diuers. iur. feud. in verb. Reliquum est. fol.* 81. *num.* 24. *et* 31. *et Minad. in d. Const. In aliquibus, in ver. tex. Const. In aliquibus, num.* 37. *et* 38. At certum est, quòd Priuilegium est duplex, Personale vnum, quod personæ cõceditur, Reale alterum, quod rei tribuitur, *l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quotid. et æstiu. l. forma*, §. *quamquàm, ff. de censib.* & tradit egregiè subtilis *Barbos. in l. quia tale*, sub *num.* 2. *et* 3. *ff. solut. matrim.* qui optimè declarat, & docet praxim cognoscendi, an Priuile-

uilegium sit personale,vel reale,& licèt tradat,communem regulam esse, quòd illud dicitur personale, cuius verba ad personam diriguntur,& illud reale, cuius verba ad rem referuntur , dicit tamen , non semper inspicienda esse verba priuilegij,cui scilicèt dirigantur,personæ,an rei,sed semper inspiciendam esse causam concessionis, ità vt si constet, causam principalem, & finalem priuilegij fuisse personam, censebitur personale , si verò causa principalis concessionis priuilegij fuit res , seù locus , priuilegium erit reale,nam in qualibet dispositione causa principalis,& immediata consideranda est,non autem remota,& secundaria,vel impulsiua,per *tex.in l. sociũ, qui,§.*1.vbi *Bar.ff.pro soc.et l.exceptionem,in princ. ff. de condit.indebit.*& ità quoq; sentit *Menoch. de præsumpt.lib.*3.*præsump.*103.sub *nu.*1.

Si autem de hac causa non constet, eo quoniam non inuenitur expressa in concessione, vel concessio,seù inuestitura non appareat (ad cuius tenorem semper recurrendum est,*cap.*1.*de duob.fratr. & Cap. inuest.*dixit D.*de Curt.in diuers.fol.*37.*num.*67.& satis benè *Frecc.de subfeud.lib.*3. *de form. inuest. in princ. num.*2.)tunc recurrendum est ad regulam suprà positam,vt si verba referantur ad personam, præsumatur,personam fuisse causam præcipuam , & immediatam concessionis,& priuilegium erit personale, & procedet communis traditio , quòd priuilegium in dubio censetur personale,ex *Bar.in cons.*189.*n.*4. *Alex.cons.*86.*num.*1.*lib.*1.*et cons.*102.*in fin.*cod. *lib.*1.*Boer.dec.*227.*num.*16.& alijs, si verò verba concessionis referantur ad rem,seù locum, præsumetur,rẽ, seù locum fuisse causam principalem, immediatam, & finalem concessionis, personam verò fuisse causã remotam,& impulsiuam,ac proindè attenta causa principali,priuilegiũ censebitur reale, & ità discurrit *Barbos.in d.l.quia tale,*sub *num.*3.*et* 4.*ff.sol. matr.* *Menoch.*tamen in *d.præsumpt.*103.dicit,recurrendũ esse ad coniecturas , & plures casus distinguit , ex quibus ad cognitionem deueniri potest in dubio,an & quæ causa fuerit immediata,& proxima, seù finalis priuilegij,vel remota,& impulsiua.

Infert etiam vterq; *Barbos.*scilicèt, & *Menoch.*ad eam quæstionem, an Priuilegium propter benemerita concessum censendum sit personale , an verò reale,de quo per DD.*in l.*1.*ff.de Constit. Princip.* & alios à *Barbos.*relatos,& per *Menoch.* longè plenius differentem sub *nu.*12.13.*et* 14.*d.præsump.*103.*lib.*3. & adhærentem opinioni,quam dicit veriorem , vt censeatur reale, propter rationes, quas ponderat. *Barbos.* tamen eam in tribus casibus admittit . Primus est,vt quàmuis sit personale,transeat nihilominùs ad filios,& descendentes,quia merita , & gloria patris debent ad filios pertranfire,cùm eadem persona censeatur . Secundus,quando benemerita sũt magna,ità vt perpetuam remunerationem exigant, vt congruè videantur remunerata ; nam concessio transibit ad descendentes . Et tertius casus est , in concessione Principis, quæ fauorabilem , & latam admittit interpretationem,& sic in dubio iudicabitur realis,& *Bar.in l.fin.num.*4.*ff.de seruit. legat.* quã tamen *Bart.*traditionem non admittit idem *Barbos.* qui latè super hoc discurrit,& declarat *Bart.*doctrinam, & quomodò aliorum traditiones sint intelligendæ,quæ nè longior sim omittenda duxi , sed poterit recurri ad *eum,*& ad *Menoch.dd.locis.*

His itaquè præcognitis facilè (ni fallor) patebit concordia , quoniam potest esse vtrumquè verum, quòd scilicèt Principis priuilegium circà concessionem Regalium sit personale , ex eo , quia fuit persona principalitèr contemplata , & fuit causa immediata concessionis,& in hoc casu rectè procedet consideratio *Montani,*quòd non potest considerari feudum in abstracto, & vt quid separatũ à persona feudatarij , & propterea metiendum sit ius ab ipso feudatario,qui ius,& priuilegium hoc personale,eius personæ inhærens,non potest alteri cedere, vel vendere sine assensu , & ideò specialitèr exprimenda sunt in assensu,nec sufficit,si fiat per relationem ad aliud,vt dicit *Montan.*ex *Iaſ.in l.certum.ff.si certum pet.* & ex doctrina *Minad.*& aliorum. Si verò priuilegium erit reale,& realis concessio , ex eo, quia principalitèr res , seù feudum fuit contemplatum,fuitq; causa immediata concessionis, remota verò ipsa persona feudatarij , vtputà quia voluit Princeps feudo principalitèr priuilegium Regaliũ concedere,non secus,ac suprà diximus de Tituli cõcessione , quæ duobus modis à Principe fieri solet. Primò,dùm Titulus conceditur personæ feudatarij, & hæc dicetur dignitas personalis . Secundò,quando Titulus cõceditur feudo, quia Rex eligit in feudo dignitatem Principatus, Ducatus, Marchionatus,vel Comitatus,aut Baroniæ, ità quòd primò Dignitas,& Titulus loco,& feudo tribuatur,& Ciuitas priùs decoretur; deindè verò de Principatu, Ducatu , Marchionatu , vel Comitatu inuestiat aliquem, nominando ipsum Principem,Ducem,aut Marchionem,seù Comitem Ciuitatis iam erectę in Titulum, & tunc hæ Dignitates,& Tituli dicũtur reales,prout fundauimus suprà in *rub.de Titul.seù inscrip.abus.* sub *n.*3.*&* 4. & alios casus declarat *Menoch. d. præsumpt.*103.& tunc verissimum erit assumptũ *Domini Regentis,*quòd non sit in exercitio harum iurisdictionum,& Regalium consideranda persona feudatarij,an sit de Magnis Dominis, vel de inferioribus, sed est contemplandum ipsum feudum , & ab ipso est ius metiendum , quod sanè feudum cùm dicatur homo mutus, nec valeat loqui , vtitur ministerio feudatarij possessoris,vt tanquàm pica,& organum vice sua petat,& exerceat iura feudalia.

Nec ab hac distinctione, & declaratione discrepare videtur D.*Montan.* dũ in discursu profert hæc verba. *Idq; ad sensũ patet ex intẽtione Regis, qui cõcessit hæc iurisdictionalia insolita Magno Duci ob insignia seruitia , dũ spoliauit se Regalibus illis insolitis concedi intuitu personæ,cui concessit,non autem vt illa cõcederet feudo insensibili,vt radicẽtur in eo,et trãseãt cũ ipso,sicut qualitas in subiecto,dũ causa abdicãdi à se,et concedendi fuit persona,cui concessit .*

Dicit ergò *Montanus* , quòd ex intentione Regis, qui concessit hæc iurisdictionalia insolita Magno Duci ob seruitia , & sic personę , non autem feudo insensibili, dignoscitur , quòd Priuilegium , & cõcessio sit personalis , dùm causa abdicandi , & concedendi fuit persona. Igitur si Regis intentio fuit , ea non principalitèr personæ concedere,nec illius intuitu,sed feudi, fuitq;feudum principalis causa concessionis,negare non poterit *Montanus,*quin priuilegium hoc non sit reale , ac proindè , quòd non debeat contemplari persona , sed ipsum feudum,cui fuit concessum, & ab eo ius metiri, iuxtà D.*Regentis* doctrinam, & quòd in casu alienationis non transeat cum ipso feudo ad emptorem, etiam quòd de Regalijs prædictis feudo per Regem concessis non fiat expressa mentio, sed tantùm sit dictum, *cum Regalijs omnibus,* prout infinitorum authoritate docet *Peregrin. de iure fisc. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 100. quem citat *Montan. de Regal.* in *princip.* seù *prælud.* sub *num.*5. ibi, *Generalitèr verò concessis,*

fis.et Andr.in rub.quæ sint regal.num.3.

Patet ergò clarissimè ex hac distinctione, & cognitione Priuilegij, an sit personale, vel reale, quòd vtriusquè Domini, scilicèt *Regentis*, & *Montan.* assertio rectè procedere potest, estquè vera quælibet in casu suo. *Ioannes Laganarius.*

Vbi de delicto quis conueniri debet. Prag.II.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius ratio decidendi quæ nàm sit.*
2 *Pragmatica ista procedit, etiam si de iure communi potuisset quis cõueniri extrà proprium domicilium.*
3 *Magna Curia vel Prouincialis Audientia non potest aliquem in prima causa euocare extrà territorium, & domicilium suum.*
4 *Citatus extrà suum domicilium in primis causis an possit impunè non parere.*
5 *Sententia lata in prima instantia ab alio Iudice, quàm à Iudice sui domicilij an possit dici nulla, remissiuè.*
6 *Vasallus est remittendus Baroni suo, etiam post sentẽtiam Tribunalis superioris.*
7 *Vasalli an possint prorogare iurisdictionem Tribunalis superioris inuito Domino.*
8 *Barones non possunt euocare vasallos extrà districtũ de vna Terra in aliam.*
9 *Index ordinarius loci si alicui Parti suspectus existat, Baro deputabit alium Iudicem non suspectum extrà districtum, modò sit in Prouincia.*
10 *Baro in causa ardua, & vbi de carcerum fractione timetur, poterit extrahere carceratos vasallos de vna Terra ad aliam.*
11 . . . *secundas causas habens tenetur deputare Iudicem appellationis intrà Prouinciam, sed non nimis longè.*
12 *Baronibus quibus in casibus denegetur cognitio suorum vasallorum, remissiuè.*
13 *Baroni denegatur cognitio sui vasalli inquisiti de receptatione contumacis Regij Tribunalis, de conuersatione cum similibus, aut de ope præstita eisdem, vel si esset inquisitus ratione alicuius fractæ saluaguardiæ Regiæ.*
14 *Baro an possit cognoscere de iniuria, vel offensa facta sibi, vel suo Officiali.*
15 . . . *an sit Iudex suorum vasallorum eò ipsò, quòd sint de Castro, seù Terra sua, & si non ostẽdat priuilegium de iurisdictione sibi concessa.*

QVerula expositione, &c.

1 Pro primis causis nemo extrahatur à proprio domicilio. H.D.

Ratio decidendi ad hãc pragmaticam est, vt euitentur mala, & infortunia, quæ incurrunt hi, qui litigant extrà patriam propriam, prout narratur miserabiliter in § *hac cõsiderantes*, in *authen. vt omn. obed. Iudicib. Prouinc.* Amplia, etiam si de
2 iure communi potuisset quis conueniri extrà proprium domicilium, secundùm *Foller.* in *Const. Capitaneorum, num.* 110. cum *seq.* qui *ibidem num.* 114. in-
3 telligit etiam respectu Regiæ Curiæ hanc pragmaticam procedere, vt scilicet non possit quis euocari in M.C. seù Prouinciali Audientia extrà domiciliũ,
4 seù districtum incolatus. Immò citatus extrà suum domicilium in primis causis, videtur, quòd possit impunè non parere ex verbis huius pragmaticæ, ibi, *nec teneatur pro quacunquè prima causa modo aliquo comparere*, tu vide *Carau.rit.230. Syl. Aldobr. ad Dec. in cap. ad audientiam, num.8. in verb competit, extrà de appellat. Petr. Anton. Anguissol. cons.7. in fin. lib.7. Euerard. cons.1. inter cons. Borchoit. par.2.* qui concludunt, quòd tenetur comparere, *Corset. sing. iurisdictio* tractat de materia.

Et si fuerit lata sententia in prima instantia ab
5 alio Iudice, quàm à Iudice sui domicilij, iuxta hanc pragmaticam an possit dici nulla? videndus est *Andr. in l. Imperialem, §. præterea si inter duos, num.79. et ibi Afflict. num.* 29. sed quicquid sit circa nullitatem sententiæ, certum est, quòd Baroni est remit-
6 tendus suus vasallus, etiam post sententiam Tribunalis superioris, per quod fuerat condemnatus, ità resultat ex traditis per *Auendan. resp. vlt. nu.6. vers. quinta conclusio*, accusatore non instante in primo Tribunali, & pluriès fuit decisum per S.C. teste *Reg. Tap.* in *prag.1. num.49. suprà cod.* & signanter in beneficium Nicolai Grimaldi tunc Principis Salerni in causa . . . . Pinti, qui fuerat condemnatus ad mortem per Mag. Cur. Vic. & sententia confirmata per S.C. Actuar. M.C. est N. & post hanc decisionẽ ità quotidiè fuit obseruatum, & obseruatur per Regia Tribunalia, vt cõstat ex quamplurimis exẽplis productis in processu Donati la Veglia in Bãca Scipionis de Rugerio, qui post sententiam Magn. Cur. fuit remissus ad Marchionem Gruttulæ, nouissimè tamen est videndus *Molin. de brach. secul. lib.3. cap.42. num.* 13. cum *seq.* qui indistinctè te-
7 net, remissionem post sententiam non dari, sed an vasalli possint huic priuilegio renunciare, & prorogare iurisdictionem Tribunalis superioris inuito Domino? *Capyc. decis.* 9. refert decisum, quòd non, idem *Præs. de Franch. decis.* 529. adde *Iacob. de Belmis. in repetit. cap. Romana, §. contrahentes, num.* 111. *vers. & propterea, de foro compet. in*
8 *sexto*. Item intelligit etiam respectu Baronum, vt non possint euocare eorum vasallos extrà districtum de vna Terra ad aliam ad instantiam cuiuluis personæ, quam pragmaticam confirmauit Dux Alcalanorum in *pragm.3. §. nos autem, suprà de offic. S.C. Vinc. de Franch. dec.* 527. *num.*8.

Limita tamen, nisi Iudex ordinarius loci sit ali-
9 cui Parti suspectus, quo casu poterit Baro deputare alium Iudicem non suspectum extrà districtum, dummodò sit intrà Prouinciam, vt refert *Caranit.* seruasse Regiam Audientiam in *ritu* 265.
10 *num.* 43. & 55. in *fin.* Item limita, quando causa esset ardua, & timeretur de fractione carcerum, vel vrgeret alia causa necessaria, nàm tunc poterit Baro extrahere vasallos carceratos de vna Terra ad aliam, vt per *Præs. de Franch. decis.* 526. *num.*7. & *seq.*

In causis verò appellationum id, quod statuitur in hac pragmatica respectu Regiæ Curiæ, vt possint Partes euocari extrà incolatum, sed intrà
11 Prouinciam, dicas procedere etiam respectu Baronis habentis secundas causas, vt teneatur deputare Iudicem appellationis intrà Prouinciam, sed non nimis longè, vt per eundem *Præs. de Franch. d. decis.* 526. in *fine*.

Multos verò casus, in quibus denegatur Baroni-
12 bus cognitio suorum vasallorum, exponit *Capiblanc. pragmat.* 8. *par.* 2. *num.* 102. cum *seqq.* inter quos ille est satis practicabilis & quotidianus, quã-
13 dò scilicèt vasallus Baronis est inquisitus de receptatione contumacis Regij Tribunalis, vel de conuersatione cum similibus, aut de ope præstita eisdem, vt per *Præs. de Franch. decis.* 470. Item quandò esset inquisitus ratione alicuius fractæ saluaguar-

guardiæ Regiæ, vt tradit *Iacobus de Beluis.* in *capit. Romana, §. contrahentes, num.* 19. post *medium, versic. & per hos faciunt, de foro compet. in sexto*, inter *Repetentes*.

An autem Baro possit cognoscere de injuria,
14 siuè offensa facta sibi, vel suo Officiali? docet *Anilles* in *cap.* 3. *Prætorum*, in *glos. Abogados, num.* 12. 13. & 14. vt in injuria notoria, & in pœna certa à lege possit cognoscere.

Et nota, quòd ex hac pragmatica videtur ap-
15 probata opinio illorum, qui volunt, Baronem esse Iudicem suorum vasallorum eò ipsò, quòd sunt de Castro, seu Terra sua, licèt non ostendat priuilegium de iurisdictione sibi concessa, de qua latè disserit *Andr.* in *d. l. imperialem, num.* 89. *Capyc.* in *verb. feudorum accessoria*, *Couarr. cap.* 1. *practic. num.* 10. *Regens de Ponte decis.* 2. *num.* 12. & alij cumulati per *Bonadill. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 70.

Vbi de delicto quis conueniri debet. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmatica ista vt habeat locum, requiritur, quòd delinquentes sint verè delinquentes, & sic sint conuicti de delicto per veras probationes, non autem indiciati per coniecturas, & indicia.*

CVm fuerit, &c.

Delinquentes transfretantes ad Reghũ Siciliæ vltrà Pharum remittuntur ad suos Iudices competentes, & ità è contrà. H. D.

Nota ex primis verbis huius pragmaticæ, ibi, *delinquentes, & facinorosi homines, &c.* quod vt hæc pragmatica habeat locum, necesse est, quòd
1 delinquentes sint verè delinquentes, ita vt sint conuicti de delicto per veras probationes, nam non sufficit, quòd sint indiciati per coniecturas, & indicia, vt latè probat *Hieron. Grat. respons.* 92. *num.* 24. *lib.* 2. & latiùs prosequitur *Anton. Gamm. decis. Lusit.* 363. *Gurb. cons.* 50. *num.* 38. distinguit, vt hoc procedat, quandò tractatur remissio de vno Regno ad aliud, & me carpit, sed carpendo carpitur ipse.

Vbi de delicto quis conueniri debet. Pragm. V.

RERVM SVMMA.

1 *Latrones publici qui dicantur.*
Pragmaticæ huius decidendi ratio, remissiuè.
2 *Pragmatica ista procedit etiam in furtis priuatis, si fur fuit captus contrectando rem furto subtractam eodem die, quo alibi furtum commisit, etiam si furtum fuisset commissum in Ciuitate Neapolis.*
3 *Ciues Neapolitani etiam consentientes non possunt alibi puniri, quàm à M.C.V.*
4 *Pragmatica ista an substulerit omnes alias causas remissionis denegandæ secundùm ius commune.*
5 *Furtum si sit commissum in mare more piratico an procedat pragmatica ista.*
6 *Pragmatica ista procedit etiam in vasallis Ecclesiæ.*
7 *Latrones publici duo si capiantur, vnus per Regiam Curiam, alter verò per Ordinarium loci delicti, vtrum Regia Curia possit captum per Iudicem loci ad se auocare, nè continentia causæ diuidatur.*
8 *Disrobator si non fuerit captus ab aliquo Iudice, nec per se, neque per suos Ministros, sed ab alio, qui postmodùm eum tradidit huic Iudici, an pragmatica ista procedat.*
9 *Raptores mulierum sub hac pragmatica comprehendantur.*
10 *Officialis in sua iurisdictione delinquentem in alieno territorio capiens teneatur suo periculo comprehendere, & transmittere ad Iudicem loci delicti, etiam suis expensis.*
Vbi pariter subijcitur declaratio Molin. *qui plenè declarat, cuius expensis sit facienda delinquentis petita remissio.*
11 *Delinquens si aufugerit extrà territorium loci delicti an possit capi à Seruientibus dictæ Curiæ.*

ITem, quòd Officiales. &c.

Delinquentes remittuntur ad Officiales loci delicti, nisi sint publici latrones, qui vbi capientur, ibi puniantur. H. D.

Et qui dicantur publici latrones, explicat *Ferrer. in obseruat. Cathal. par.* 3. *cap.* 238. vbi *num.* 12.
1 latronem publicum dici affirmat, qui duo saltem latrocinia in itinere publico violenter cómisit, *Merlin. controu. for. cap.* 17. pro vnico furto dicit, comprehendi in hac pragmatica.

Rationem decidendi ad hanc pragmaticam circà
2 exceptionem publicorum latronum, qui puniuntur, vbi capiuntur, collige ex *Peguer pract. crim. c.* 15. & amplia, vt procedat etiam in furtis priuatis, quãdò fur fuit captus contrectando rem furto subtractam eodem die, quo alibi furtum commisit, etiã si furtũ esset commissum in Ciuitate Neapolis, vt per *Capyc. dec.* 104. *Præs de Franch. dec.* 681. sed *Bonadil. lib.* 2. *c.* 13. *nu* 72. & *seq.* admittit in furtis parua quãtitatis, vel vbi locus furti esset valdè longinquus, & vide *sup prag.* 1. *n.* 36. Limita, vt non procedat contrà
3 Ciues Neapolitanos, qui nec etiam consentientes possunt alibi puniri, quam à M.C.V. vt per *Vrsill. ad Affl. dec.* 41. *post n.* 9. Et per hanc pragmaticam non
4 sunt sublatæ omnes aliæ causæ remissionis denegãdæ secundùm ius commune, *Foller. in Const. Capitaneorum. n.* 65. & circà publicos latrones intelligas, prout declarat idem *Foller.* in *pract. crim.* in *verbo audiantur excusatores. n.* mihi 169. & *seq.* vt procedat in Officialibus Regijs, non autem Baronũ, sed hodiè esset impossibile obtinere. & si furtum sit cõ-
5 missum in mare more piratico, procedit hæc pragmatica, *Præs. de Franch. dec.* 142. & amplia, vt ha-
6 beat locum etiam in vasallis Ecclesiæ, vt decisum fuisse per S.C. refert *Camill. Salern.* in *addit. ad Consuet. Neap.* in *proœmio, §. prafatis, vers. pro conclusione, fol.* mihi 17. *lit. D.* cum *seq.* & quid si ex duobus
7 publicis latronibus, qui simul, & semel deliquerũt, vnus sit captus per Regiã Audientiam, seù M.C. alter verò per Iudicem loci delicti? M.C. non posset hunc captum per Iudicem loci ad se auocare, nè continẽtia causæ diuidatur, *Præs. de Franch. dec.* 416.
8 & quid si disrobator nõ fuerit captus ab aliquo Iudice, nec per se, neque per suos Ministros, sed ab alio, qui postmodùm eũ tradidit huic Iudici, an procedet hæc pragmatica? quòd non, idẽ *Præs. de Franch. dec.* 342. Amplia tamen hanc pragmaticam, vt
9 procedat etiam in raptoribus mulierum, vt probat *text.* expressus in *l. raptores, C. de sacros. eccl.* vbi *Cast.*
10 *n.* 7. *Fulgos. n.* 1. & est aduertendum, quòd Officialis, qui in sua iurisdictione capit delinquentem in alieno territorio, tenetur suo periculo comprehendere, & tran-

& transmittere ad Iudicem loci delicti,& suis expẽ-
sis,vt in §. *si verò quis comprehensorum*, *in auth.vt nullus.liceat haber.loci ieiunat.* quod nunquàm vidi obseruatum,& aliter declarat *Molin.de brach.sacul. lib.3.cap.47.*per hæc formalia verba, *remittendum*, *qui culpa non caret sui ipsius expensis*, *si caruerit bonis,accusatoris,si ex inquisitione nullo accusatore,Curiæ ministerio: quem adhuc non culpojum fore constiterit,accusatoris,& demum Iudicis,& Curiæ petẽtis.*
11 Illud tñ est notatu dignum, quòd si delinquens in vno loco aufugiat extrà territorium,non potent ibi capi,etiã à Seruientibus Curiæ loci delicti, nisi ad eius requisitionem,& aliter captus,etiã si fuerit ductus ad Iudicẽ loci delicti,est relaxandus, vt ex cõmuni probat *Caball.resol.crim.cas.*291. sed in facti contingentia est vlteriùs cogitandũ. Nonnulla alia habes apud *Ricc.collect.*48.

De Vectigalibus. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Vectigalia fraudare an liceat in foroconscientiæ.*
2 *Vectigalium fraudatores quibus pœnis afficiantur.*
3 *Vectigalium Exactor exigens plus debito qua pœna puniatur,remissiue.*
4 *Vectigalia indebita exigens qualiter teneatur Parti, & Fisco ciuiliter,& criminaliter.*
5 *Vectigalia imponendi ius est de Regalibus.*
6 *Vectigalia Princeps non debet imponere,nisi ex causa, & imposita pro vna causa non potest in aliam causam conuertere.*
7 *Vectigalis impositi immunitas quomodò, & quanto tempore præscribatur,& num.27.*
8 *Vectigalia percipiens tenetur custodire subditos ab incursibus latronum, aliàs ipse tenetur ad restitutionem.*
9 *Vectigalia imponendi causa in Principe semper præsumitur idq; vti sit intelligendum.*
10 *Rex quandò ex necessitate imminente possit imponere collectas, & quandò de tali necessitate ei sit credendum.*
11 *Subditi in tantum ad collectas etiam in casu necessitatis impositas tenentur,in quantum possunt, ità vt ipsi non egeant,& quòd commodè possint.*
12 *Vectigal semel impositum,siuè malè,siuè benè, potest Exactor exigere sine scrupulo,nisi ipse sciret, fuisse malè impositum,vel esset notorium.*
13 *Vectigal Princeps si imponit ob publicam necessitatem, ex tali impositione oritur ergà subditos naturalis obligatio.*
14 *Gratiæ huic Regno à Regibus concessæ intuitu donatiuorum non possunt reuocari.*
15 *Debitum naturaliter tantùm vti non potest peti in iudicio,ità si sponte,& voluntariè sit solutum,nullo modo peti potest.*
16 *Vectigalia post legitimè imposita dupliciter peccat Princeps in illorum exactione.*
17 *Vectigalium præstationem Fisco esse de iure Diuino, constat.*
18 *Vectigalium exactio cessat tàm in foro Diuino,quàm iudiciali,cessante causa,pro qua fuerunt imposita.*
19 *Vectigalia,& collectas imponendi priuilegiũ à Rege concessum,reuocari non potest,si priuilegium transiuit in formam pacti,vel conuentionis.*
20 *Barones possunt habere ius imponendi, & exigendi vectigalia priuilegio,aut vero,aut præsumpto,scilicèt ex possessione immemorabili.*
21 *Immunitatem ab his vectigalibus quis concedere possit,& quid in Rege, & vti obligetur successor, & in cuius præiudicium interpretetur, & an cedat damno Regiæ Curiæ concedentis, vel reliquorum non exemptorum.*
Vectigalium immunitate quę nàm gaudeant personę.
22 *Gabellæ ab Vniuersitatibus qualiter imponantur, & an maior pars præiudicet minori.*
23 *Vectigalia soluere tenentur nedum laici, sed etiam Clerici pro his,quæ negotiandi causa deferunt.*
Et propter publicam vtilitatem ad multa alia tenẽtur,quæ hic subijciuntur.
24 *Vectigal,tributum,& capitatio vti differant.*
Pedagium vnde dictum.
25 *Vectigalia an sint onera realia,personalia,uel mixta.*
26 *Vectigalia, vel gabellæ an possint licitè fraudari à Ciuibus,vel à Forensibus.*

1 VEctigalia fraudare licitum non est in foro conscientiæ,vide *Couarr.* in *regul. peccatum,par.*2.§.5.*num.*5. Fraudatores verò
2 vectigalium plectuntur pœnis pro locorũ statutis,& consuetudinibus,*Menoch.*
3 *de arbitr.Iud.lib.*2.*casu* 397.Exactor autem vectigalium exigens plus debito qua pœna feriatur, vide *Eundem ibidem casu* 443. dicentem, debere exacta restituere,& Iudicis arbitrio puniri, & circà omnia prædicta vide *Nauar.*in *Manual.confess.cap.*17. *num.* 201. cum *seq.*& eundem *Nauar.ibid.cap.*23.*num.*60. *et* 61.*et cap.*25.*num.*34. *Ioan. koppen* German. *q.* 50. *Heygium* damnatæ memoriæ *q.* 17. Exigens autem
4 vectigalia indebita qualiter teneatur Parti, & Fisco ciuiliter,& criminaliter,docet *Goffred de Caieta super Ritibus Reg.Cam.Sum.f.* 252. scilicèt si prorsus nouum,insolitum,& inconsuetum, dolo sciens, aut dolo scire debens exigit Gabellotus contrà iustitiam,quod in statutis maximè non continetur,tãquàm imponens nouum vectigal,restituat cum pœna dupli,& si per vim, cum triplo ciuiliter,& criminaliter punitur perpetuo exilio plusquàm statutum est,vt si pro Dohana exigit tarenum vnum, & sic de singulis, similiter illud plus cum dicta pœna restituat,& punitur extraordinariè criminaliter, *l.*3. in *fin.C.nouæ vectigalia,l.hereditatio,§.quod licitè, ff.eod.*
5 Et aduertas, quòd ius imponendi vectigalia est de Regalibus, *Iacob.Rebuff.*in *l.*1. C. *de exactoribus tributorum,lib.*10.& est *tex.* in *cap.*1. in *verb. vectigalia*,vbi latè omnes *Feudistæ,quæ sint regal. Ernest. Cothm.resp.*3.*n.*253.cum *seqq. vol.*4. quæ quidem
6 vectigalia Princeps non debet imponere, nisi ex causa, & impositum pro vna causa, non potest in aliam causam conuertere, *Andr.*in *d.verb.vectigalia,num.*13.in *fin.et* 15.*et num.*14.declarat, quòd 20. annis in quærendis, & centum in quæsitis præscribitur immunitas vectigalis impositi,affirmãs, quòd
8 qui hæc vectigalia percipit, tenetur custodire subditos ab incursibus latronum,aliàs ipse tenetur ad restitutionẽ,authoritate D.*Tho.*2.2.*q.*63.*q.pen.et ibi Liparul.lit.E.*alios cumulat,& quatènus *Andr.ibid.*in
9 *verb fluminia nauigabilia,n.*7.dicit,quòd in Principe semper præsumitur causa imponendi talia vectigalia, non intelligas, quòd Princeps simpliciter id faciendo intelligatur cum causa, sed quòd si tempore impositionis fuberat causa,præsumatur motus illa causa,licèt non sit expressa in impositione, aliàs si nulla est causa expressa, & in veritate nulla tunc fuberat causa imponendi, non valeret talis impositio,ità declarat *Goffred.de Caiet.super Ritib.Reg Camer.*in *rubr.de iur.fund.vers.item quæritur,vtrum illi,* propè *finem*,authoritate eiusdem *Andr.*in §.*nẽq;*

do.

dominus, quæ sit prima cauſ. benefic. amitt. & vt perſe-
10 cte percipias hanc materiam, quandò Rex ex ne-
ceſſitate imminente poſſit imponere collectas, & quandò de tali neceſſitate ſibi credi debeat, iunge dicta per *Andr.* in *tit. hic ſimt. lex*, & in *tit. qui ſucceſſ. teneant.* & in §. *nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſa benefic. amitt.* & tradita per *Goffred. de Caieta vbi ſuprà*, in *verb. de Sicla, verſ. & ideò propter prædicta, fol.* mihi 207. *à tergo*, qui *ibidem* in *verſ. item quantùm ad ſecundum, fol.* mihi 209. *à tergo* concludit, quòd in
11 tantum ſubditi tenentur ad huiuſmodi collectas, etiam in caſu neceſſitatis, in quantum poſſunt, ità quòd ipſi non egeant, & quòd commode poſſint, quod nota in actu practico, & adde *Petr. Gregor. de republ. lib. 3. cap. 2. num. 9.* per tot. *& lib. 3. cap. 3. ſyntagm. iur.* & iterùm de *Republ. lib. 3. cap. 4. & 9. num. 18. Eſcobar de ratiocin. cap. 25. num. 23.* cum *ſeqq. Gabed. dec. Luſit. 49. par. 2. Calliſtus de l. Regia, §. 23. num. 32. Molin. de Iuſt. tom. 3. tract. 2. de tributis, diſput. 667. Marquez de Gurbernator. Chriſtian. cap.* 16. per tot. *Luc. de Penn. in l. 1. colum. antepen. verſ. ſecunda quæſtio, C. nè ruſtici ad vllum obſequium, Ioſeph Seſe dec. Aragon. 337. volum. 3. Ferrer.* in *Conſt. Cathalon. Hac noſtra 3. euidentiali, num.* 30. cum *ſeqq.* nouiſsimè *Sanchez conſil. moral. lib. 2. cap.* 4. per totum. Semel au-
12 tem impoſitum vectigal, ſiuè malè, ſiuè benè, poteſt Exactor, ſeù Publicanus exigere ſine ſcrupulo, niſi ipſe ſciret, fuiſſe malè impoſitum, vel eſſet notoriũ, *Andr. ibidem, num. 16. verſ. ſed tamen.* Notabis quoquè perpetuò memorabile dictum *Bald.* in *l. ex hoc iure*, in *fin. ff. de iuſtit. & iur.* in hac materia, quòd
13 quandò Princeps imponit vectigal, ſeù collectam ob publicam neceſsitatem, ex tali impoſitione oritur ergà ſubditos naturalis obligatio, ſequitur *Iacobin. de homagijs, num.* 35. ex quo quidèm reſultat in
14 hoc Regno Neapolis maximus effectus, vt gratiæ huic Regno ab Inuictiſsimo noſtro Rege, alijſquè retrò Regibus conceſſæ intuitu donatiuorum, ſeù ſeruitiorum in pecunia eis per Regnum præſtitorũ non poſsint vllo modo reuocari, tanquàm conceſſæ ex debito naturali, dependente ex hac naturali ob-
15 ligatione, quæ quidèm naturalis obligatio hunc producit effectum, vt quemadmodùm debitum naturaliter tantùm non poteſt peti in iudicio, ità ſi ſponte, & voluntariè ſit ſolutum, repeti nullo modo poſsit, *l. 1. ff. de nouation. l. naturaliter, & l. ſi non ſortem, §. libertus, verſ. natura enim, ff. de condit. indebit.* Faciunt tradita per *Bellug.* in *Specul. Princ. rubr. 46. colum. 7. verſ. & tunc, Aldouin. conſ. 20. num. 231. ver. minus*, & per *Mutam* in *cap. Regn. Sicil. tom. 1.* in *proœm. num. 27.* cum *plurib. ſeqq. & num. 86. & 87.* addo *Bal.* in *l. qui te patris, num. 34.* vbi bona *Apoſtilla, C. vndè lib.* pulchrè *Aniæd. de Ponte de laudem.* in *tit. qui ſeud. dar. poſſunt, num. 97. & ſeqq.* Poſt autem
16 legitimè impoſita hæc vectigalia dupliciter peccant Principes in illorum exactione. Primò, ſi vtilitatem populorum non procurant, ſed ſolùm ad diripiendum eorum bona intendunt, iuxtà illud *Ezechiel. c. 35. Lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, & quod graſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis.* Secundò, ſi pro illorum exactione violenter capiunt bona ſubditorum, & ſuprà populorum facultatem exigunt, iuxtà illud *Matth. 2. Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum*, ità *Goffred. de Caieta* in *proœm. ad Rit. Regiæ Cameræ*, propè *finem*, & iterùm in *rubr. de iur. fundic. verſ. ſed quæritur cir-*
17 *cà prædicta*, vbi concludit, præſtationem horum iurium Fiſco eſſe de iure Diuino, & in *verſ. item*
18 *quæritur, ſi impoſitum*, concludit, quòd ceſſante cauſa, pro qua fuit impoſitum vectigal, ceſſat eius exa-
19 ctio, tàm in foro Diuino, quàm iudiciali, & ſi Rex concedat alicui priuilegium imponendi vectigalia, & collectas, non poteſt illud reuocare, *Bart.* in *l. hi, qui, in fine, ff. de iure immun.* ſequitur *Caſſan.* in *Conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 4. num. 11. verſ. aduerte etiam*, quod intelligas, quandò huiuſmodi priuilegium tranſiuit in formam pacti, vel conuentionis, vt *Bar-*
20 *tol. ibidem* declarat, & ſic etiam Barones poſſunt habere ius imponendi, & exigendi hæc vectigalia priuilegio, aut vero, aut præſumpto, ſcilicèt ex poſſeſſione, non minori, quàm ſit immemorialis, vt cõſtat ex *Andr. in Conſtitut. Quadragenalem*, & appoſitiſsimè *Goffred. de Caiet. ad Rit. Reg. Camer. rubr. de iur. fundic. verſ. item de eo, quod dictum eſt.* De omnibus autem ſupradictis, & alijs ad materiam vectigalium latè diſſerit *Bouad. lib. 5. c. 5.* per tot. aliqua *Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 2. c. 2. n. 33. Marquez de Gubernat. Chriſt. lib. 1. c. 299.*

Quis autem poſsit concedere immunitatem ab
21 huiuſmodi vectigalibus, & quatènus obligetur ſucceſſor, & in cuius præjudicium interpretetur, & an cedat damno Regiæ Curiæ concedentis, vel reliquorum non exemptorum, latè explicat *Goffred. de Caiet. vbi ſuprà, fol.* 56. ad *fol.* 66. concludens, quòd Rex non poteſt cõcedere immunitatem, niſi in priuilegio fieret ſpecialis mentio, & dicatur, *non obſtante lege*, ſed Ciuitas benè poſſet facere nouo Ciui in ſui præiudicium. Rex verò Siciliæ non poſſet, niſi durante eius vita in eius præiudicium, quia feudum eſt hæreditariũ, ſed aduerte, quòd ex hoc ſequitur, quòd ſucceſſor in Regno tenetur eſſe hæres in Regno, & ſic tenetur habere ratum factum defuncti, & proindè *Ipſemet* dixit, quòd immunitates cõceſſæ à prædeceſſore nõ obſeruantur à R. C. S. niſi à ſucceſſore fuerint confirmatæ, & tunc in damnum Regiæ Curiæ, & non Vniuerſitatis, *Moditius in §. plebiſcitũ, dub.* 17. dicit, immunitatem cõceſſam pro omnibus, & quibuſcunq; oneribus comprehendere etiam pro cauſa peſtis, vel belli, & *dub.* 18. affirmat, ratione focularis onera impoſita cedere in damnum concedentis, ſi aliquis gaudet ob 12. filios, & quæ perſonę ſint ab his vectigalibus immunes, agit *Greg. ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 3. c. 8.* & inter alios numerat Fiſcum, Rectores Prouinciarum, pro vſu Clericos non negotiantes, Eccleſias, Senatores ſupremarum Curiarum, domeſticos Regis, & Conſiliarios, & eorum Viduas, Secretarios Regis, Decuriones Ciuitatum, ſeù Oppidorum, iuxtà conſuetudinem. Illud tamen certum eſt, quòd pro rebus, quæ pro vſu aſportantur, gabella exigi nõ poteſt, *Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 2. c. 2. n. 26.*

22 Cum licentia Superioris imponuntur gabellæ ab Vniuerſitatibus, & maior pars præiudicat minori,
23 *Capyc. dec.* 148. & ad hæc vectigalia tenentur nedũ laici, ſed etiam clerici pro his, quæ negotiandi cauſa deferunt, *clement. fin. & ibi gl. in verb. non negotiandi, de cenſibus*, ſed de hac immunitate clericorũ vide ad ſaturitatem *Garz de Nobil. gloſ. 9. num.* 53. cum *ſeqq. Parlador. differ. 9 §. 4 Villadiego in politic. c. 5. num.* 124. vſquè ad *fin. §.* 20. qui concludunt, quòd propter bonum publicum tenentur pro reparatione viæ publicæ, fontis, putei, muri, propter bellum, famem, & peſtem, vel propter locuſtas, aut euitandos milites ab hoſpitio, ſic etiam propter contributiones, quæ fiunt pro vtilitate rerum particularium, quæ ſunt communia plurib. vt ſingulis, ſcilicèt pro cuſtodia vinearum, vel gregium.

Et licèt vectigal, tributum, & capitatio videan-
24 tur sinonyma, est tamen magna differentia, strictè illa accipiendo, nàm capitatio dicitur, quæ pro quolibet capite, siuè hominum, siuè bestiarum exigitur, tributum soluitur pro prædijs, & vectigal pro his rebus, quæ vehuntur, ità *Bald. in l. sacrosancta, C. de sacros. eccles.* proùt pedagium, sumpta nominatione à pedibus, quia soluitur à trãseuntibus, siuè pro ipsa persona, quæ transit, siuè pro rebus, quę vehũtur, *Abb. in c. innouamus, extrà de censib. Additio ad Bertacch. in verb. pedagium, Canaler. dec. 279.* Hæc autẽ
25 esse onera realia, docet *Bart. in l. 1. ff. de public. & vectig. & in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. lib. 10. Sebast. de Neap. in c. Regn. Item statuimus, quòd possessiones, Goffred. de Calet. ad Rit. Reg. Cam. in rub. de iur. fundic. vers. quia ad declarationem, f. 6.*

Et huiusmodi vectigalia noua sine cõsensu Prin-
26 cipis imposita, seù gabellæ possunt licitè fraudari à ciuibus, vel à forẽsibus, docet idẽ *Goffred. de Calet. ibidem, in vers. item videndum est*, post *Bart. in l. ve-*
27 *ctigalia, ff. de public. & vectig.* & quanto tempore præscribatur ius immunitatis ab his vectigalibus, tractant *DD. in l. cõpetit, C. de præscrip. 30. vel 40. ann. & in l. licitatio, §. earum rerum, ff. de publican.* & de vtroquè latè agit *Alfar. de offic. Fiscal. glos. 20.* per tot. concludens, respectu Fisci nullo vnquàm tempore præscribi, & *num. 49. §. 3. & num. 70.* affirmat, fraudatores iusti vectigalis teneri in foro conscientiæ ad vectigal, sed non ad pœnam antè sentẽtiam, alia ad materiam pertinentia habes apud *Manson. de cans. exequ. ampl. 30.* Coloni Ecclesiarum tenentur ad gabellas pro fructibus perceptis à bonis Ecclesiæ, dicit *Bardell. cons. 31.*

ADDITIO.

AN fraudans vectigalia Regia peccet mortaliter & teneatur ad restitutionem, *Couarr.* in 2. *part. relect. in regul. Peccatum*, §. *quinto*, sub *nn. 5. vers. hinc infertur*, plenè probat, fraudantem gabellas, seù vectigalia peccare mortaliter, & teneri ad integram vectigalium restitutionem, etiam si vectigalia non petantur. Contrariam tamen sententiam sustinent *Nauar. in manual. cap. 23. nu. 60. & 61.* & post eum *Diana resol. moral. par. 1. tract. 10. resol. 19. tit. de legib.* qui concludit, negatiuam hanc opinionem probabilem esse, atquè tenendam, ex *Ang. Baya, & Duard.* quinimmò affirmat, posse vectigalia fraudari, nedùm contrà Principem, ac in illius damnum, sed etiam in damnum & præiudicium emptorum, seù Arrendatorum, quibus imputandũ est, si fraudentur, & non inuigilant, nàm sub tali cõditione illa emunt, seù conducunt, & si cum vno amittunt, cum alio lucrantur propter pœnam contrauentionis, & intercepti (quod vocant) & refert *Reuer. Emman.* Iesuitæ sententiam in *ver. Gabella, num. 6.* quòd fraudantes vectigalia non sunt à Confessarijs vrgendi ad restitutionem, eiusdemquè opinionis fuisse *Episcop. Malder.* in 2. 2. *tract. 5. cap. 6. dub. 15.* subditque, & sequendo hanc opinionem probabilem, *possunt licitè à Confessarijs absolui.* Et idem confirmare videtur *par. 3. tract. 6. Miscel. resol. 35. ver. sextò idem*, quam opinionem teneri, & saluari posse sine scrupulo in istis nostris vectigalibus, & gabellis affirmat *Gutierr. de Gabell. cap. 3. num. 48. ver. quod etiam procedit*, & *num. 49.* addit ex *Ludou. Lopez, Dried. Cordu.* & alijs, quòd cùm tributa, & impositiones contingat, plerunquè iustitia carere, idcò non sunt tàm facilè in conscientia damnandi huiusmodi Portoria fraudantes.

Verùm *Alfar. de offic. fiscal. glos. 20. de Reg. Patrimon. à num. 55.* benè fundat, vectigalia Domino Regi omni iure per subditos deberi, Diuino scilicèt, authoritate *Diui Pauli*, relata in *cap. omnis anima, de censib.* ibi, *cui vectigal vectigal, cui tributum tributum*, & Dominus noster *Iesus Christus* quamuis ad tributum, seù vectigal non teneretur, iussit tamẽ Petro, vt piscatum iret, & staterem, seù nummum, in ore piscis inueniendum pro se, & Publicano daret, *Matthæi cap. 17.* si ergò *Christus* Dominus vectigal, & si non debitum, soluit, quis illius solutionẽ Regi recusabit, prout inquit *ibidem Alfar.* De iure, etiam naturali vectigal debetur Regi. *Dignus est enim operarius mercede sua, nec claudi debet os bouis triturantis*, vt in *Deut. cap. 21.* Cùm ergò Principes ad Dei honorem sunt instituti, & per Deum regnant, & laborant ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum, *d. cap. omnis anima, de cens. quis*, inquit *Paul. ad Corint. 1. cap. 9. plantat vineam, & de fructu eius non comedit, quis pascit gregem, & de latte gregis non manducat.* Cùm ergo tot labores Rex pro Republica, & subditis subtineat, meritò pro tot expensis, quas impendit, licet ei stipendium sumere. Et in tantum vectigalia sunt Regi naturalia, atquè ei naturali iure debentur, vt ea cum ipso Rege nasci, dixit *Auendan. de metu, cap. 23. num. 2.* id probans ex *Sacra Scriptura*, & Profanorum documentis, refert etiam, varia fuisse apud Romanos vectigalia *num. 3.* & ab initio Romani Imperij ea fuisse, nedùm in rebus, sed etiam in personis, probat *Montan. de Regal. in § extraordinaria collatio, num. 7.*

Quòd si hæc vera sunt, infert *Alfar.* fraudantem debitum vectigal, seù tributum furtum committere palàm est, nàm ei conuenit furti definitio, dùm contrectat rem alienam, eaquè vtitur, ac possidet lucri causa inuito domino, *l. 1. in fin. ff. de furt.* & sic hunc fraudantem vectigal mortaliter peccare dicit ex *Caiet. Bertach. Castr. Otalor.* & alijs, censet etiam, nedùm peccare mortaliter, sed teneri etiam ad restitutionem, nàm lex humana obligat in conscientia, dùm de voluntate Principis constat, ex *Gutierr. Felin. Couarr.* & alijs, & nos diximus suprà in *proœmio, num. 1.*

Hoc autèm declarat, procedere, & verum esse, si iusta sit vectigalium impositio, quam sanè iustam impositionem tria constituunt, Authoritas scilicèt ex parte imponentis, Necessitas ad imponendum, & Proportio ad Principis necessitatem, & ad facultatem subditorum, *Auend. de metu, d. cap. 23. nu. 43. Alfar. in d. glos. 20. num. 59. Montan. de Regal. in §. vectigalia*, sub *num. 3.* & alij, quos ipsi recensent, *semper enim*, ait *Tacit. lib. 13. annal. videndum est, vt ratio quæstuum, et necessitas erogationum inter se congruãt.*

Hæc si deficiant, iniustam esse vectigalium exactionem, ac proindè minimè peccare eos, qui illa defraudant opinatur idem *Alfarus* sub *num. 60.* authoritate supradictorum DD. *& Luc. de Penn. in l. 1. C. de superindict. lib. 10.*

Concludit tamen, hanc resolutionem esse nimis periculosam (& si vera sit) ad consulendum, potrò data Principis potestate, & sic cõcurrente verè primo requisito, cetera duo an sint vera, & concurrant, est iudicatu difficile.

Rursus non solùm in foro interiori puniuntur huiusmodi fraudatores propter lethalem culpam, quam committunt, sed etiam in exteriori, quoniam qui fraudat vectigal, seù Dohanam perdit merces, seù res, pro quibus tenebatur soluere ius Dohanæ,

seù

ſeù vectigalis,ità eſt *Ritus Regiæ Cameræ*,in *tit.de iure fiſcic.*in §.*fiſcicus flagelli*, & in *tit. de iure Dobana*,§.*qui fraudat hoc ius*,& de iure communi notãt *gloſ.&* DD.in *l.Imperatores*, *ff.de public. & vectig.* & in *l.3.C.de vectig.& commiſ.*& incidunt in commiſſum,& Arrendatori applicantur,*l.ſi quis ſinè*, C. *de vectigal.*licèt de ſtylo Regiæ Cameræ medietas tantùm Arrendatori applicetur, prout teſtatur D. *Reg.Moles* in *deciſ.manuſcript.*30.*q.*1.incipient. *Qui fraudat*,vbi ſatis benè de his omnibus, & alijs in hac materia tractat.

Huius autem commiſſi effectus is eſt, vt rei dominium,quæ incidit in commiſſum,ſtatim, ipſoquè iure Fiſco,ſeù Publicano, & Arrendatori acquiratur,& competit rei vendicatio, etiam contrà hæredes,*l.commiſſa*,vbi *gloſ.et DD.*omnes, *ff.de public.*dixit *D.Moles* in *deciſ.*prædicta,& *Alfar.* in *loco* citat. *num.*65.*et* 66.vbi aliquas ponit reſtrictiones ad hãc concluſionem,& præſertim,quòd verum ſit, quòd Fiſco dominium quæritur,ſi res,quæ in commiſſum cecidit infrà quinquennium petatur,*l.*2. C.*de vectigal.l.commiſſa*,vbi *Bar.*& alij, *ff.de public.*quod tamẽ aſſumptum quomodò procedat, declarat idem *Alfar.*ſub *num.*68.& alias limitationes ponit *gloſ.* in *d. l.commiſſa*,in *addit. ff. de public.* & *D. Moles* notat, quòd non ſufficit,quòd Publicanus non petierit vectigal, & tranſeuntem non inſtruxerit, ſed ſat eſt, quòd non deceperit profiteri volentem,*l.fin.* §. *Diui quoquè Marcus*,*ff.de public.*& nos ſuprà in *pragm.* 10.*in verb.ſed idem Mauſonius*,ſub *num.*1.*et* 2. *de extract. ſeù expor.anim.* fundauimus,quòd tranſeũtes tenentur explorare,ſi ſoluitur gabella, aliàs ſunt in culpa,*Mauſon.de cauſ.exequ.ampl.*30.*num.*26.nec excuſantur,etiam ſi ignorantiam allegarent,*Peregr. de iur.fiſc.lib.*6.*tit.*5.ſub *num.*31.*verſ.Amplia etiam, quòd ductor*, de qua tamen ignorantia ſit hoc intelligendum,declarat *D.Reg.*in *prag.*10.*de extrac.n.*24. Ille tamen,qui non fuit in dolo,ſed profeſſus eſt, & ignorantia ductus non ſoluit vectigal,vel quia iuſta cauſa motus non eſt profeſſus, eius pœna non erit commiſſi, ſed ſoluet duplicatum dirictum Publicano,*d.l.fin.*§.*Diui quoq; fratres*,*ff.de public.*& adnotauit *D.Moles d.deciſ.*30.in *fin.*& dixit *Peregr. de iure fiſc.lib.*6.*tit.*5.*num.*35.qui alias notabiles ampliationes,& limitationes ponit ad regulam commiſſi.

Illud verò pro regula adnotandum eſt, quòd duplici ex cauſa res poteſt incidere in commiſſum,prima eſt, ſi res ipſa prohibita eſt aſportari ad inimicos,ad *tex.*in *l.cotem ferro*,*ff.de public.*vel particulari lege,aut Principis,vel ſupremi Iudicis, qui eius vice fungitur,aliquid duci,vel abduci,vehiq;prohibetur,iuxtà *text.in l.*1. *et* 2. *C.quæres expor.non poſ.* & tradit *Peregr.d.lib.*6.*cap.*5.*num.*28.*et* 29.*et gloſ.*in *d.l.cotem ferro*,quo caſu nedùm res prohibita, ſed etiam nauis, equus, & cętera,quę ad conducendum eoadiuuant, ſeù quibus res conducitur Publicano applicantur, *d.l. cotem ferro*, §. *Dominus*, vbi *DD.* & ſcripſit *Peregrin.d.num.*28.qui etiam tractat, an merces licitæ propter illicitas, & prohibitas publicentur,de quibus etiam per *Boer.*in *d. deciſ.*178. *nu.* 22. *&* 24. & quamplures alias quæſtiones in hac materia habes apud *Peregrin. & Mauſon.* in *locis* prædictis.

Et demùm antiqua, & nota Publicanorum auaritia adeò frequens eſt, vt ſemper de mercedis, ſeù penſionis remiſſione contendant, fingentes, ſe damnum paſſos,ob ſterilitatem, bellum, peſtem, aliosuè caſus fortuitos, ac proindè pro rata damni ipſis mercedis remiſſionem competere, ad *tex.* in *l. ex conducto*, §. 1. & in *l. ſi vno anno*, cum §. *vbicunquè*, & in *l.ſi merces*, §. *vis maior*, *ff. locati*, & ad tradita per *Bart. & Paul. de Caſtro* in *d. l. cotem ferro*, §. *qui maximos*, *ff. de public. Claper. deciſ.* ſeù *cauſa* 43. *&* 44. *Surd. deciſ.* 326. *Boſſi.* in *tit. de remiſſ. merced. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſibus*, *par.* 2. *quæſt.* 3. *&* 10. *num.* 32. *&* 39. & alios,quos notat *Peregrin. d. cap.* 5. ſub *num.* 41. priùs namquè cogitant (inquit *D. Reg. Galeot.* in *reſponſ. fiſcal.* 17. in *princ.*)quo pacto valeant Fiſcum, & Conſignatarios fallere, & ſolutionem ſtatutis temporibus effugere, quàm oblationes pro vectigalibus conducendis offerant, ad obuiandum itàque quantum fieri poteſt Publicanorum verſutijs in caſibus prædictis aduertendum eſt, quòd non ſemper Publicanis mercedis remiſſio propter ſterilitatem, aut caſus fortuitos competit, prout notant *DD.* citati, & præſertim *Boſſius*, *& Medic.* & præcipuè, quandò periculum caſus fortuiti in ſe ſuſcepiſſet Publicanus, vel Conductor, iuxtà diſtinctionem, quam facit *Boſſius* in *tit. de remiſſ. merced. conduct. & Medic.de fortuit.caſibus d.quæſt.*10.ſub *num.*39. vel quandò damnum non ſit intolerabile, *Paul. de Caſtr.* in *d. l. cotem*, §. *qui maximos*, *& Boſſ.*in *tit.de remiſ.merced.Public.num.*30.

Quandò autem dicatur ſterilitas, & damnum intolerabile, *Claper.* in dicta *deciſ.* ſeù *cauſa* 44. *num.* 2. *& ſeq.* refert octo *DD.* opiniones inter ſe diſſidentes, inter quas ſeptimam numerat *Imolæ* in *cap. propter ſterilitatem*, *de locat. & Conduct.* vt ſi non percipiatur dimidium eius, quod conſuetum eſt colligi annuatim ex re locata, dicatur ſterilitas, & damnum intolerabile, & debet fieri remiſſio pro rata damni, ſi verò fructus percepti ſunt vſquè ad dimidium fructuum, qui percipi conſueuerunt annuatim, non dicitur ſterilitas, nec competit remiſſio, cùm non ſit damnum intolerabile, ſed tolerabile, & octauam *Bart.* in *d. l. licèt certis*, & in *l. ſi vno*, §. *vbicunquè*, *ff. locat.* vt ſit facienda remiſſio penſionis propter ſterilitatem, quandò fructus non aſcendunt ad dimidium penſionis perſoluendum, deductis expenſis. Ipſe verò concludit, coniungendo opiniones *Bart. & Imolæ*, quòd duo copulatiuè requiruntur, vt remiſſio mercedis propter ſterilitatem poſſit prætendi. Alterum eſt, vt conductor ex re locata percipiat minus dimidia fructuum, quos percipi conſuetum eſt annuatim, iuxtà opinionem *Imolæ*. Alterum, vt pretium illorum non ſufficiat ad ſolutionem dimidiæ penſionis, ſeù mercedis, iſtis duobus concurrentibus, dicit, quòd debet fieri mercedis remiſſio pro rata damni, quòd ſi vnum deficiat, non fit remiſsio, traditquè exemplum hoc, locatus eſt fundus pro 150. aureis, cuius fructus conſueuerunt eſſe, deductis expenſis quindecim modij tritici, quorum modius venditur communitèr decem aureis, contingit propter ſterilitatem, natos ex illo fundo ſolũ ſeptem modios,& ſic minus dimidia eius, quã fundus conſueuit producere,ſed in illo anno tanta fuit penuria tritici,vt modius venderetur 25.aureis, & ſic propter penuriam dicti ſeptem modij recollecti fuerint venditi duc.175.& iſto caſu ſecundùm opinionem *Imolæ* deberet fieri remiſsio penſionis pro dimidia penſionis,& plus, cùm non ſit percepta medietas fructuum,qui conſueuerant percipi, nec conſideratur valor,ſed quantitas fructuũ.Iuxtà verò opinionẽ *Bar.*hoc caſu non debet fieri remiſsio, quia valor fructuũ perceptorum non ſolùm ſufficit ad dimidiam penſionis, ſed ad totam, & iſto caſu

opinio *Imolæ* non eſſet perfecta, & opinio *Bartoli* eſſet ſequenda, putat ergo *Claper.* vtrumquè requiri, vt mercedis remiſsio fieri debeat, quòd ſcilicet non ſit recollecta medietas fructuum, qui percipi conſueuerunt, & quòd illorum valor non ſufficiat pro ſolutione dimidiæ penſionis, alioquin ſi vnum deficiat, remiſsioni locus non erit, & ità reſoluit *Claper. loco* prædicto, qui licèt loquatur in conductione fructuum pro mercede, ſeù penſione ſoluenda in pecunia, & in conductione vectigalium, & iurium fiſcalium, videatur concedere, quòd procedere poſsit vtraquè opinio, *Imolæ* ſcilicèt, & *Bartoli* ſimul, & ſemel, vt *num.*17. attamen mihi videtur, quòd ſi exactio, & ſolutio facienda ſit in pecunia, procedere tantùm poſsit opinio *Bartoli*, vt ſufficiat, quòd fructus, ſeù directus, & emolumenta vectigalis exacti, & exacta in pecunia ſufficiant pro ſoluenda dimidia penſionis, ſeù extalei, quod vocant, & hoc puto verum.

Huic congruit ea facti ſpecies, ſemel in Regia Camera tractata, conduxerat Romulus Papirius à Regia Curia Arrendamentum ſalis quatuor fundicorum pro annis quinque, inceptis à primo Octobris 1624. pro annuis ducatis centum quindecim mille, & centum, petijt (vt aſſolet) remiſsionem mercedis, & omne lucrum, quod conſequi poterat, præcedentibus pluribus proteſtationibus in tempore factis, ex cauſis infraſcriptis.

Primò, ob banna emanata à D. Prorege in anno 1625. impedientia commercium, practicam, & immiſsionem bonorum, & perſonarum in hoc Regno ex Inſula Siciliæ propter ſuſpitionē peſtis, propter quæ nauigia ſolita conducere ſalia, deſierunt nauigare.

Secundò, quia Regiæ triremes, earumq; milites immiſerant maximam ſalium quantitatem, contrà formam etiam bannorum.

Et Tertiò, ob diminutionem pecuniæ, ſeù monetarum in hoc Regno ſucceſſam.

Et ex hoc inſtabant Arrendatores, Regium Fiſcū non ſolùm condemnari ad mercedis remiſsionem pro rata damni, ſcilicèt ad id, quod perdiderunt, ſed etiam ad totale intereſſe, & ad id ſcilicèt, quod lucrari poterant, nàm impedimētum, & perditio prouenerant ex bannis emanatis à D. Prorege, & ſic facto locatoris, *cex.* eſt clarus in d. *l. ſi vno anno, §. vbicunq; ff. locat.* vbi *Bart.* & cęteri, *Surd. dec.* 326. *Anchar.* in proprijs terminis gabellæ ſalis *conſ.* 414. & *Caroc. de loc. & cond.* in *tit. de euict.* Nec ſufficit locatori, vt rem tradat conductori, ſed tenetur eam defendere, & facere vti frui toto tempore conuento, *l. ſi merces, §. 1. & l. ſi fundus, ff. locat. Bart.* & alij in *l. corruptionem, ff. de vſufruct. & Cacher. dec.* 51. Id, quod habet locum, etiam ſi culpa locatoris non ſit ordinata ad caſum, *Surd. conſ.* 12. *nn.* 64. *et* 68. *Berous conſ.* 141. *nu.* 8. *Boſſ. de remiſ. merc. conduct. num.* 64. & *Mantic. de tacit, & ambig. lib.* 5. *tit.* 8. *num.* 12. Nec dubitari poteſt, quin hoc Arrendamentum non ſit conductum, ſicut cętera omnia conducuntur à Domino Prorege. Naues quoq; impeditæ conducebāt ſalia ex Inſula Siciliæ, vbi Arrendamentum ſolebat prouiſiones facere, vndè ſalibus deficientibus videtur deficere ſubſtantia rei locatæ, *Surd.* in *loco* citato, *num.* 7. *Maſtr. dec.* 299. *n.* 120. *Caroc. de remiſſ. merc. quæſt.* 8. *num.* 5. & ſic cùm ſit diminuta cauſa præſtationis debet minui præſtatio ipſius pēſionis, *Maſtr. in d. dec. n.* 90. qui allegat *Caſtr. conſ.* 30. *nn.* 40. & in proprijs terminis ſatis egregiè dixit *Sebaſt. Medic.* in *tit. de fort. caſib. p.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 147. & 148. Nec Superior, qui vendidit, ſeù locauit data, poteſt banna, vel ſtatuta facere, quæ conductorem lędant, *Ann. alleg.* 21. *num.* 1. *Bertach. de gabell. par.* 2. *num.* 41. & in omni contractu intelligitur clauſula, *Rebus in eodem ſtatu permanentibus, gloſ. in l. quod ſernius*, vbi etiam *Iaſon num.* 8. *ff. de condit. cauſ. dat.* late *Marta clauſ.* 127.

Ideò debere fieri remiſsionem, non obſtante generaliſsima renunciatione, decidit *Maſtr. loc.* citato, *num.* 55. Nec ſolùm propter peſtem, aut bellum, ſed etiam propter ſuſpitionem belli, aut peſtis remiſsio mercedis competit, ex regula *tex.* in *l. habitatores, §.* 1. *ff. locat. Anchar. conſ.* 88. & pulchra ſunt *Cicer.* verba in *orat. pro Gneo Pompeo. In vectigalibus non ſolùm aduentus mali, ſed metus ipſe calamitatem affert, quia pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio, et itineratio conquieſcit, quarè totius anni fructus vno rumore periculi, et vno terrore belli, vel peſtis amittitur.*

Prætercà addebant Arrendatores, ipſos verſari in caſu fortuito, ſiquidèm factum Principis tendens ad damnum gabellæ, ſiuè directè, ſiuè indirectè inter caſus fortuitos numeratur, prout tradunt *DD.* in *l. Lutius, ff. de euict.* conductor autem datij de caſu fortuito non tenetur, *d. l. ex conducto, §.* 1. ideòquè ſi fit remiſsio mercedis, dùm impeditur in vſu rei, *DD.* in *cap. propter ſterilitatem, de locat. et cond.* Timor quoquè peſtis caſus fortuitus eſt, ac proindè mercedis remiſsio competere debet, *l. ſi vno anno, §. 1. vbicunq; ff. locat. l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat.* & alios allegat *Boſſ.* in *tit. de remiſſ. merced. conduct. num.* 1.

Ideòq; Regius Fiſcus non ſolùm tenetur ad remiſsionem mercedis, ſeù penſionis, ſed etiam ad intereſſe, quod cùm ſit difficilis probationis, ſufficit, vt ex vulgi opinione, vel coniecturis probetur, *Neuiz. conſ.* 90. *nu.* 9. & Iudicis arbitrio relinquit *Menoch. de arbitr. caſ.* 119. & *Maſcard. concl.* 930. *et* 935.

Fundabant etiam eorum inſtantiam Arrendatores ex ſecundo capite, ob ſalia ſcilicèt immiſſa à triremibus, & earum militibus, contrà formam etiam bannorum, dùm enim hoc impedimentū facto tertij, cui reſiſti non potuit, aduenit, *d. l. ex conducto, §.* 1. *ff. loc.* dubio procul cōpetit remiſsio, ex ſuprà adductis iuribus. Immò ſi locator potuit prohibere factū tertij, & non prohibuit, videtur ipſe impedimētum dediſſe, *l. ſi in lege, §. colonus, ff. locat.* Igitur dùm Prorex potuit dictam Salium immiſsionem permittere, & non permiſerit, immò impedierit, dicetur, impedimentum facto locatoris euenisſe.

Et deniq; addebant tertium caput ob mutationē, ſeù deteriorationem monetæ, propter quam ſimiliter dicebant, faciendam eſſe mercedis remiſsionem, ex *tex. in l. ſi fundus, in fin. ff. locat.*

Huic Arrendatorum prætenſioni, & inſtantiæ ſe opponebat Regius Fiſcus, aſſerens, eam non debere admitti triplici ratione. Primo, nam ſufficit venditori facere, quòd id, quod vendidit, ſit verum, non autem, quòd ex illo iure vendito aliquid percipiatur, ad *tex. in l. ſi nomen, ff. de hæred. vel actio. vendit.* ideòque dùm venditum eſt ius vendendi ſalia priuatiuè ad alios, curandum tantummodò eſt, ſi ius hoc venditum ſit, & potuit illud emptor exercere, de quo non poteſt dubitari, non autèm, quòd non ſit exactum, vel non tantum, cùm videatur vendita ſpes, ſeù futurus euentus, quo caſu periculum eſt emptoris, *l. ſi iactum retis, ff. de act. empt.* Secunda, nam dictum impedimentum non ſucceſsit facto locato-

Goog

eatoris,ſed Principis, cui locator reſiſtere non potuit, *d.l.ex conducto,§.1.& l.ſi fundus,in fin. ff.locat. & tex.in l.Lutius,ff.de euict.* tantò magis,quia ex iuſta cauſa, & ratione publicæ vtilitatis, & propter peſtem euitandam proceſſerunt, & Tertia eſt, nàm non conſtat de intolerabili damno,quo caſu prætẽdi non poteſt mercedis remiſsio,*d.l.ſi vno anno, §.1. ff.locat.*& eſt ſuprà latè probatum.

Quibus tamen replicabant Arrendatores, quòd reſpectu primi aſſumpti ea,quæ adducebantur,procedebant in contractu emptionis, & venditionis, non autem locationis,& conductionis,vt in hoc caſu,qui cùm ſit bonæ fidei, æquitas eſt attendenda, & in contractibus bonæ fidei non veniũt caſus fortuiti,qui præuideri non poſſunt,*l.quæ fortuitis, C.de pignor.actio.* Quòd autem hic ſit contractus locationis, & conductionis,clarè patet, dùm penſio in ſingulos annos,immò in ſingulas tertias eſt promiſſa,& diſtributa,*Bart.in d.§.qui maximos*, & in *d.§. item cùm quidam*,& in *q.4.*incip.*Publicanus*, *Boſſ.de remiſſ.merced.Public.num.29.Boer.deciſ.249.Medic. de fortuit.caſib.d.q.10.p.2.num.45. & Menoch. de præſumpt.lib.3.præſumpt.104.num.6.*

Reſpectu ſecundi ſimilitèr replicabatur,impedimenta prædicta eueniſſe facto locatoris, vt eſt ſuprà probatum. Verùm ſi euenirent facto Principis iuſto, & ob publicam vtilitatem, adhùc locus eſſe debet remiſsioni,cùm hoc impedimentum, ſeù Principis factum tertio præiudicare,& damnum affere non debet,*Cravett.conſ.95. Maſtril.d.dec.299. Bal.conſ.69.& Menoch.conſ.146.in fin.*

Et ad tertium deniq; reſpondebãt,quòd id,quod de damno intolerabile dicitur, procedit, quandò damnum prouenit ex cauſa ſterilitatis fructuum, caſu nullo extrinſeco accedente facto locatoris, vel alterius impedimento,*Surd.*in d.*dec.226.*ſub *nu.29.* & ità procedit *tex.*in d.*§.cùm quidam*, ſecus autem in caſu noſtro,vbi fuit extrinſecum impedimentum facto locatoris, & tertij, cui reſiſti non potuit, & quando damnum eſt circà rei ſubſtantiam,quia deficit ſal,ob prohibitionem nauium,fit remiſsio, nulla habita conſideratione,an damnum ſit, vel non ſit intolerabile,ſed ſolùm habetur tunc reſpectus, an rei vſus ſit impeditus, ità *Boſſ.de remiſſ.merc.Cond. n.103.& Maſtr.d.dec.299.nu.112.*

Arrendatores obtinuerunt excompotum,ſeù remiſsionem pro certa conuenienti ſumma, vt patet ex deciſione,quam notat *D.Reg.Capyc.Galeot.* poſt *30.reſponſ.fiſcal.* qui *Dom. Regens* tunc Fiſci patronus in Regia Camera vberiori apparatu, longaquè manu ſcripſit pro Regio Fiſco,vt in *17.reſponſ.*

Et cum his finem impono rudibus hiſce meis lucubrationibus, quæ tamen quales quales ſint, eas ſubmitto correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in cuius grẽmio me mori velle obteſtor, ac etiam cenſuræ Dominorũ Superiorum,quos lubens reuereor; nec non alterius cuiuſcunquè rectius ſentientis. Neap. die 11. Martij 1649.

Io.Laganarius.

De Veſtium,& famulorum prohibitione. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Veſtium luxus limitatur.*
Pragmaticæ huius decidendi ratio,remiſſiuè.
2 *Veſtium congruentia non ſolùm tangit Clericos, & Religioſos,ſed etiam Laicos.*
3 *Pœna pecuniaria tantùm,nõ autèm corporalis pro veſtium abuſu imponitur.*
4 *Veſtes prohibitas portare non eſt propriè delictum, ſed leuis quædam abuſio, ex qua non debet aliquis corporalitèr puniri.*
5 *Veſtium de amiſſione pragmatica iſta loquens,concordat cum iure communi.*
6 *Veſtium prohibitarum,vel aliorum ſplendidorum ornatuum vſus qualitèr ſit peccatum.*
7 *Pragmaticæ iſtæ certas veſtes prohibentes,ſi non fuerint vſu receptæ,non ligant.*
8 *Teſtator legando vxori ſuæ veſtes omnes, non præſumitur legaſſe veſtes prohibitas à ſtatuto.*
9 *Veſtibus prohibitis alicui legatis vtrum ſaltem illarũ æſtimatio debeatur.*
10 *Pragmatica iſta loquens de veſtibus aureis concordat cum iure communi, & loquens de ornamentis in frænis,& ſellis equeſtribus, etiam cum diſpoſitione iuris concordat.*
11 *Apprehenſio actualis an requiratur contrauenientis cum veſtibus prohibitis, vt ſit locus pœnis in hac pragmatica ſtatutis.*
12 *Pragmatica iſta dùm prohibet paramenta domorum, concordat cum iure communi.*

L'anno 1596.&c.

1 Datur certa forma veſtibus,& ſupellectilibus domorum, quæ etiam vigente luxu Romanorum fuit prodita, lata lege particulari,quæ veſtiaria appellabatur, teſte *Dion. lib.49. Sueton. in Iulio Cæſar. Senec.lib.7. de benefic. Plin. lib.5. cap.17. Liuio lib.34. Cornel.Tacit.lib.3. Melchior.ius.quæſt. polit. par.2. quæſt.52. in fin.* & primo loco depellendi frigoris cauſa veſtis reperta eſt,poſteà verò etiam ad ornatũ corporis, & dignitatem, vt probat *Villadieg.lib.8.foro iud.tit.8.l.21.* Pro ratione decidendi ad hanc pragmaticam vide *Conrad.in templ.iud.lib.1. cap.1.§.3.requiſ.22.nu.6. Rebuff.ſuper Conſt.Gallia tom.2.tit.de pannis aureis, & argenteis,num.20.21.& 22.*vbi habes conſimiles
2 ordinationes.Congruentia enim veſtium tangit,nõ ſolùm Clericos, & Religioſos, ſed etiam Laicos, *gloſ.in clem.2.in verb.congruentibus,de vitâ, & honeſt.cleric.* Nota tamen,quòd per pragmaticas huius rubricæ eſt impoſita pœna pecuniaria tantùm,
3 non autem corporalis,& ratio eſt,quia portare has
4 veſtes prohibitas non eſt propriè delictum, ſed quædam abuſio leuis, propter quam non eſt quis in corpore puniendus, ſecundùm *Cæpoll.de ſeruit. ruſt.prædior.cap.7.num.10.verſ.& adde,*& quatènus
5 in aliquibus capitibus ſtatuitur pœna amiſſionis ipſarum veſtium,concordant de iure communi cũ *text.in l.penult.C.de veſtibus olober. lib.11.* qualitèr
6 autem quis peccet vtendo his veſtibus prohibitis, vel alijs ſplendidis ornatibus, vide *Nauarr.in Manual.confeſſ.cap.23.num.17.& ſeq. Marchiſell.q.31.* qui dicunt, venialitèr, dummodò non ſit animo pelliciendi aliam ad ſui concupiſcentiam mortalem,vel eſſent vetitæ à lege, ad mortale obligante, vel eſſent cauſa non ſoluendi debita. Eſt tamen
7 animaduertendum,quòd ſi huiuſmodi pragmaticæ certas veſtes prohibentes,ac alia ornamenta,ſi non fuerunt vſu receptæ,non ligant,vt per *Soc.iun. conſ. 32.num.43.vol.3.*

Ex hac tamen prohibitione reſultat magnus
8 iuris effectus, quòd teſtator legando vxori ſuæ veſtes omnes,non præſumitur legaſſe prohibitas à ſtatuto, vt per *Menoch.præſumpt.161.num.24. lib.4.*

9 An autem legatis alicui veſtibus prohibitis, debeatur ſaltim earum æſtimatio? & dicendum eſt, quòd ſic, ex adductis per *Alex. in l. apud Iulianum, §. conſtat, num. 13. ff. de leg. 1. Alciat. in l. multùm intereſt, num. 11. & 12. ff. de verb. oblig. Reg. Conſtant. in tit. C. de veſtib. olober. lib. 11. Guid. Volater. de miner. lib. 4. tit. 13. n. 28.*

Et dum in diuerſis capitibus prohibentur veſtes
10 aureæ, concordat cum *text. in l. 1. & 2. C. de veſtib. olober. lib. 11.* vbi prohibetur etiam veſtis aurata.

Item dùm in §. 10. *item, che li guarnimenti, infrà eodem* prohibentur quælibet ornamenta in frenis, & ſellis equeſtribus, concordat cum diſpoſitione *text. in l. 1. C. nulli licere in franis, & ſellis equeſtribus, lib. 11.*

Requiritur autem actualis apprehenſio contra-
11 uenientis cum veſtibus prohibitis, vt ſit locus pœnis ſtatutis per has pragmaticas, *Bal.* in *l. item lapilli*, circà *fin. ff. de rer. diuiſ. Ripa de peſt. tit. de remed. ad conſerv. vbert. n. 104. verſ. & per text. Auguſt. Arim. ad Angel. de maleſic.* in *verb. dictus Andreas armatus, num. 9. Ripa* verò *de peſte tit. de remed. ad conſervationem vbertatis, num. 104. verſ. & per text.* tenet contrarium in *fin.*

Et dùm §. 1. prohibentur aulea, ſeù paramenta
12 domorum, concordat cum *text.* in *l. 2. C. vt nemo priuat.* iuxtà declarationem *Reuard. lib. 5. var. cap. 11.* Nec poteſt vllo modo dubitari de validitate harum pragmaticarum, quæ moderant luxus, ſpecies, & qualitates huiuſmodi veſtium, & pomparum, nàm quòd ſint validiſſimæ, conſtat ex *Panorm.* in *cap. fin. num. 6. extrà de reb. Eccleſ. non alien. Ioan. Bapt. de S. Sener.* in *rep. l. omnes populi, num. 10. ff. de iuſt. & iur. Didac. Perez lib. 1. ordinam. tit. 1. l. 7.* in *gloſ. veſtir por luxo*, circà *fin. verſ. ſtatutum. fol.* mihi 48. & circà veſtes muliebres vide *Bonad. lib. 2. cap. 17. num. 149. &* 150. qui ſatis deteſtatur vſum prædictarum veſtiũ pretioſarum vltrà vires in quolibet ſtatu.

De Veſtium, & famulorum prohibitione. Pragm. II.

RERVM SVMMA.

1 *Famulos, ſeù pueros ſi duxerit aliquis plures, quàm ſit numerus hic taxatus an teneatur ad vnam pœnam tantùm, vel ad tot, quot ſunt famuli, vel pueri ſuperſtui.*

SE bene in diuerſi tempi, &c.

Non detineantur in famulatu plures, quàm duo à pedibus, vulgò *ſtaffieri*, & quatuor pueri, vulgò *paggi*, & cum veſtibus hic deſcriptis ſub pœna ducatorum mille, & veſtium amiſſionis. H. D.

Si quis contraueniat huic pragmaticæ ducendo
1 plures famulos, ſeù pueros, quàm ſit numerus hic taxatus an tenebitur ad vnam pœnam tantùm, ſcilicèt mille ducatorum, vel ad tot pœnas, & ſic ad tot mille ducatos, quot ſunt famuli, ſeù pueri ſuperflui? hanc quæſtionem tractat *Azor. in ſumm. inſt. moral. lib. 4. cap. 4. in fin.* & concludit, quòd vnã tantùm, ſed hiſce temporibus nec vnam tantùm ſolnẽdi timor adeſt, quia non eſt in vſu.

De Viſitatione, ſeù recenſione captiuorum. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Pragmaticæ huius materia, remiſſiuè.*

1 PErtinentia ad hanc rubricam, & ad *prag. 1. diri* in *prag. 6. §. 4. item è ſtato concluſo, ſupra de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar.*

De Viſitatione, &c. Pragm. III.

RERVM SVMMA.

1 *Viſitationi Carceratorum quandò locus aperiatur.*
2 *Quo die, & qua hora hæc viſitatio fiat in M.C.V. & illius effectus.*
3 *Viſitatio Carceratorum generalis bis ſit quotannis, & quomodò.*
4 *In hac viſitatione plures Curiæ ſubditæ ſunt, quæ hic referuntur.*
Quænàm perſonæ, ſeù Deputati in ea interueniant.
Eorundem munus, & finis indè reſultans.
5 *Debitores carcerati ſi inopia laborent, vltrà beneficium viſitationis potiuntur ſuffragio eleemoſynarũ pro eorundem liberatione, & num. ſeq.*
6 *Creditor vt cogatur remittere partem crediti quid requiratur.*
7 *Magiſtratuum Supremorum munus circà viſitationem carcerum, & debitorum quandò, & quomodò explicetur.*
8 *Saluaguardiam, ſiuè moratoriam quis debitoribus concedat.*
Regiæ Audientiæ carent hac facultate.
At Reg. Aud. Calabriæ citrà illam habet cum limitatione.
9 *Viſitationis beneficium in multis conquieſcit caſibus, qui recenſentur hic, & num. ſeqq.*
Debitor ſponte ſe preſentans non gaudet huiuſmodi beneficio, et cum ratione.
10 *Nec qui per 15. dies non ſtetit carceratus, cum declaratione tamen, quæ hic ſubijcitur.*
Soluere dicitur minus is, qui tandiù ſoluit.
Creditori eſt ſauendum in exactione ſui crediti verbi, et realis.
11 *Habilitatus per ferias quandò excludatur à viſitationis beneficio.*
12 *Debitor vltrà ſummam ducatorum triginta eodem, eſt priuatus beneficio, cum declaratione, quæ hic ſubnectitur.*
Debitor, qui eſt ſoluendo non gaudet huiuſmodi beneficio, et cum ratione.
Viſitatio, de qua hic habetur ſermo, ſiuè dilatio cum diuiſione debiti differt à beneficio ceſſionis bonorum.
. . . parificatur potiùs dilationi, ſiuè moratoriæ ex gratia Principis, quàm dilationi quinquennali ex iuſtitia.
13 *Debitores Neapolitanorum pro cenſibus, pro penſionibus domorum, et territorij intrà diſtrictum eodem ſunt orbati priuilegio.*
Nec Apicell. *limitatio eſt alicuius conſiderationis, et præſertim ſtylus M.C.V. viget in contrarium.*
Nec Menoch. *traditio, quam pro ſe aduocat, illi ſuffragatur.*
14 *Excluduntur etiam debitores pro rebus comeſtibilibus, nec non pro cauſa annona, et adminiſtrationis panis.*

15 *Item*

15 *Item debitores ex causa dotis, cum declaratione tamen, quæ immediatè sublequitur.*

16 *Excluduntur præterea debitores Veneterum.*
Item pro labore personæ, seù salario. Nec non si pendente visitationis termino superuenerint diuitiæ, et num.17.et 18.

19 *Amplius excluduntur debitores ex causa depositi, ex debito minoris, Ecclesiæ, aut piæ causæ, ac etiam pro alimentis, et num.20.21.et 22.*

23 *Sub eadem censura manent debitores ex causa mercium à Mercatore extero emptarum.*
Cui adnectitur ampliatio Ant.Fabri.

24 *Idem ius viget, quandò creditor in pari existit egestate.*
Vel si debitor reperiretur adstrictus ad onus personale, et sic ad seruiendum de persona, et num.25.

26 *Emphyteota etiam extrà districtum Neapolis est eodem exclusus beneficio.*
Sed quid de septuagenario.
Sententia ex corporis aspectu lata nunquàm transit in rem iudicatam.

27 *Mentionato beneficio renunciari potest.*

28 *Regiæ Audientiæ an, quandò, et qualiter visitent carceres Regij Gubernatoris eiusdem Ciuitatis, in qua residet.*
Et quibus vestibus indutus Capitaneus obuiam ire debeat.
Regius Auditor in hac visitatione digniorem occupat locum respectu Capitanei.

29 *Si tempore huius visitationis exoriatur controuersia inter Fisci Patronum ex vna, et Regium Capitaneum, et eius Assessorem ex altera super præcedentia, quid sit seruandum, vtere distinctione hic commemorata.*

30 *Fisci Patronus Principatus citrà semper præcedit Regium Capitaneum.*
Consuetudo, siuè obseruantia adeò pollet in præcedentiæ materia, vt ex ea possit Inferior se tueri aduersus maiorem dignitatem.

SV Excelencia, &c.

1 SCarcerati pro ære alieno non visitentur, qui sponte se præsentauerint, nec qui steterunt carcerati minùs quindecim diebus, nec habilitati per ferias, & postmodùm non steterunt carcerati per quindecim dies, nec debitores pro maiori summa ducatorum triginta. H. D. Adsunt etiam *Prouisiones Collateralis Consilij* sub *die* 29. *Nouembris* 1587. *in Cur.*2.*M.C.fol.*2.*à ter.* & sub *die* 18.*Februarij* 1599.*in Cur.*3.*M.C.fol.*1.

2 Ex qua facultate solent Iudices Mag.C. & debèt in qualibet die Saturni in prima hora personaliter visitare Carceratos, qui è carceribus M. C. & ab alijs Carceribus huius Ciuitatis ducuntur per Alguzerios in Aulam, & si concurrunt requisita supradicta non remittunt aliquid de debito, sed id diuidendo concedunt annuam dilationem debitori, vt
3 mensatim pro rata soluant creditori partem debiti, ità vt per annum sit solutum integrum debitum, & antè ferias Natiuitatis, & Resurrectionis Domini Decanus Rotæ M.C. ad quam spectat visitatio mése illo accedit ad Decanum Collateralis Cons. à quo impetrat oretènus dispensationem generalem pro illa generali visitatione facienda, tàm quòad dies quindecim carcerationis, quàm quòad summam, & solet concedi vsquè ad quantitatem ducatorum centum, & visitantur tàm Carcerati Mag. Cur. in ipsa Mag.Cur. quàm omnes alij Carcerati existètes in alijs carceribus siris intus Ciuitatem per eosdem
4 Iudices M.C. cui aliæ Curiæ in hac visitatione subsunt .s. Baiulationis, Iustitiarij, Artis setici, Artis lanæ, Regij Portulani, Regiæ Siclæ, & Cur. Admiratiæ, intenienientibus Deputatis Domus Sanctissimæ Annunciationis, Montis pietatis, Oratorij Diui Pauli, Montis pauperum Nominis Dei, & Montis Misericordiæ, & alijs ad faciendum eleemosynas verè inopi, & egenti, & isti aliquandò pro qualitate personæ, & debiti offerunt solutionem pro integra summa debiti, & visitatio cessat, & Carceratus dimittitur statim, absquè solutione iuris portelli, & cum cautione, si habent, aliàs sine cautione, vt per prædictas *Prouisiones Collateral. Consil.* sub *die* 26. *Nouembris* 1587. *in Cur.* 2. *Mag.Cur.fol.*2.*à terg.* & absq; cautione seruari dicit *Capibl.de Baron.p.*2.*cap.*32.*nu.*14. aliquandò offerũt soluere partem, scilicèt medietatem, vel tertiam partem, quia debitum non dependet ex causa vrgẽti, vel esset nimis antiquũ, & tunc si creditor est præsens, & acceptat, seruatur idem, sin minus, vel sit absens, prout plurimùm euenit, scribitur in libro visitationis per Scribam Regiæ visitationis, nec non visitatur Carceratus, & dimittitur, vt suprà, & tunc si postèà creditor conscius summæ oblatæ acceptat eam, visitatio prædicta cessat, si non acceptat, Carceratus tenetur soluere menstruam ratam taxatam, aliàs mense elapso expediuntur literæ exequutoriales pro rata vigore decreti Regiæ visitationis. Est
5 verum, vt audio, quòd accedente eleemosyna, rata menstrua solet taxari minor, quàm si non esset eleemosyna, ità vt per annum non remanes integrum debitum solutum, & requiritur plus temporis forsitàn, vt creditor inducatur ad recipiẽdum summam oblatam, & dimittendum liberum debitorem, quod fortè potest subsistere, & defendi per ea, quæ dicit *Rodriquez* in *summa*, *par.*3.in *verbo Carcel*, *num.*4.
6 vbi esset consuetudo cogendi creditorem ad dimittendum partem crediti in diebus Paschalibus, debent duo cõcurrere, alterum, quòd debitor nihil habeat, & bonis cedere non possit, alterum, quòd non per vim, sed placidè persuadeat Iudex creditori ad dimittendum, vtrumq; hoc casu concurrit, illud, quia Deputati offerunt eleemosynam verè inopi, & egẽti, quia antè actum visitationis per multos dies antè adhibent diligentiam in carceribus circà personas Carceratorum, causam, qualitatem, & quantitatem debiti, quia solent fieri multæ fraudes, & facta diligentia, & conscij pauperum. faciunt eleemosynam, aliud etiam concurrit, quia ijdem Deputati, tàm antè quàm in actu visitationis, & postmodùm quandò nõ fuerunt præsentes creditores blandis verbis, & persuasionibus rogant eos, & inducũt eos faciles ad dimittendũ debitorẽ pro summa oblata, & cum nimio zelo, & summa charitate officio operam nauant.

7 Hoc idem more introductum esse Romæ, dicit *Vestrius* in *Praxi*, *lib.*2.*cap.*13.*num.*2. relatus à *Thoro* in *Addit.ad Reg.de Pont.de potest.Proreg. tit. de prouision.fier.solit.c.de donis*, *nu.*10. vt supremi Iudices vices ipsius Principis Regias gerentes singulis mẽsibus omnes carceres visitent, & debitoribus cõcedãt dilationẽ cum debiti diuisione, aliquandò cũ fideiussione, & aliquandò cum iuratoria cautione.

8 Non enim omnibus permissum est debitoribus dilationem dare, cùm ad solum Principem spectet, & ad Supremos Magistratus, vt per *Capibl.de Baronib. par.*2. *cap.*42. *num.*12. qui allegat *Menoch. cons.* 244. *num.* 15. *& de arbitr. Iudic. casu* 337. *num.* 16. *Giurb. cons.*76. *num.* 5. *&* 17. qui alios allegat,

& ideò

& ideò Regiæ Audientiæ huius Regni non habent hanc poteſtatem, niſi quatenus fuiſſet demandata, & communicata a Protege, & Regio Collaterali Conſilio. Scio tamen, quòd Regia Audientia Calabriæ Citrà habet facultatem viſitandi Carceratos infrà quindecim ducatos, ſi fuerint per quindecim dies in carcerem detruſi, nec habeant bona, nec cautionem, vigore *Prouiſionum Collateralis Conſilij ſub die* 31. *Iulij* 1592. *in Cur. Calabriæ* 2. *fol.* 134. de quibus fit mentio in margine præcedentis *pragmaticæ*, in hac vltima impreſſione, in qua fuit addita hæc *tertia* præſes *pragmatica*, vt in prætermiſſis, & idemmet *Capiblanc.* refert *loc.* cit. *nu.* 13. hanc iuriſdictionem a Rege conceſſam aliquibus Regijs Audientijs.

9 Excluditur ab hoc beneficio debitor, qui ſponte ſe præſentat, quia creditor eſt inſcius carcerationis, & non poteſt adhibere ſuas diligentias pro exactione ſui crediti.

10 Secundò, qui non ſtetit per dies quindecim carceratus, quia intrà id tempus præſumitur ſoluendo, & ideò, quandò debitores impetrata diſpenſatione à Collaterali Conſilio, quòd poſſit viſitari, non obſtante, quòd ſponte ſe præſentauerit, & quòd non ſteterit carceratus per quindecim dies, Mag. Cur. non debet procedere ad viſitationem, niſi creditore intimato, tantò magis, quia *Prouiſiones* prædictæ *Collateralis Conſilij ſub die* 18. *Februarij* 1599. *in Cur.* 3. *Mag. Cur fol.* 1. *à ter.* id non admittunt, quia multotiès, vt ad aures meas peruenit, eodem temporis momento, quo ſe præſentat cum impetrata diſpenſatione, viſitatur, & dimittitur, qui carceres non vidit, inſcio creditore, qui ſi ſciuiſſet, impedimentum attuliſſet viſitationi, producendo, debitorem eſſe ſoluendo, ex quo committitur maxima fraus legis, quæ intuitu pietatis fuit introducta ex ſuprema poteſtate. Nec paſſim debent Iudices Magnæ Curiæ domi, & per plateas viſitare Carceratos, ſed in Tribunali cum Collegis per prædictas *Prouiſiones*, die Saturni deſtinata, quia non eſt res parui momenti, ſed eſt fructus ſupremæ Iuriſdictionis, quia quodammodò tollitur ius creditori, nàm minus ſoluit, qui ſolutionem differt, *l. ſi cui ex empto* 12. *§. minus ſoluit, ff. de verb. ſignif. §. plus autem, Inſt. de action.* & creditori fauendum eſt in exactione veri debiti, vt tradit *Imperator in l. fin. C. de duobus reis.* Ideòq; pragmatica requirit, vt carceratio ſit per quindecim dies, vt ſentiat aliquid incommodi debitor, & cogitet ad ſoluendum, quemadmodùm cogitauit ad recipiendum pecuniam, vel aliud. Verùm ſi ſteterit per quindecim dies, præſumitur inopia, & viſitatio ſortitur effectum, dùm creditor fuit conſcius carcerationis, & nihil dixit in contrarium.

11 Tertiò, excluditur habilitatus per ferias, & poſtmodùm non ſteterit carceratus per quindecim dies, in quo eſt practicādum, vt proximè admonui.

12 Quartò excluditur debitor ſummæ maioris ducatorum triginta, & ſic pro ſumma integra ducatorum triginta Magn. Cur. poteſt viſitare, ſi excederet aliquid, non poſſet, per ea, quæ dixi in *Pragmatica* 5. *num.* 32. *de offic. S. R. C.* Hoc autem eſt intelligendum reſpectu omnium creditorum, non autē vnius, ità vt ſi diuerſis creditoribus deberet ducatos triginta duos, quàmuis quilibet creditor eſſet minoris ſummæ ducatorum triginta, viſitari non poſſet, & quandò plures creditores ſunt infrà ſummam, menſtrua rata ſpectat ad quemlibet proportionabiliter.

De debitore, qui eſſet ſoluendo non eſt dubitandum, quòd beneficio non gauderet, quia dilatio cum diuiſione debiti fuit introducta pro inope, per ea, quæ dicit *Bald. in l. 1. num.* 6. *de ceſſione bonor.* & licèt *Cyn. ibid. nu.* 3. teneat contrarium, procederet, quandò debitor cedendo non retinet ſibi bona, proùt faceret viſitatus, & multùm differt hoc beneficium à beneficio ceſſionis bonorum. Accedit tamen magis dilationi ex gratia Principis, ſcilicèt moratoriæ, quàm dilationi quinquennali ex iuſtitia.

13 Quintò, excluduntur debitores Neapolitanorum pro cenſibus, pro penſione domorum, & affictu territorij intrà diſtrictum, *pragmat. 1. de ceſſion. bonor. num.* 1. per ea, quæ concludit *Præſ. de Franch. dec.* 179. *in fin. Mazzia in addit. ad Franc. Ant. de Ind. Robert. de liquid. inſtrum. conſider.* 4. *num.* 66. *in fin. Ann. ſingul.* 101. *Muſcatell. de appellat. par.* 3. *num.* 105. *cum ſeqq.* dixi *ſuprà de ceſſion. bonor. pragm.* 3. *num.* 31. Declarat hoc *Maurit. Apicell. in addit. ad Lucani Matthæum Patrem de pauperum tutamine, tit. de moratoria, num.* 540. vt procedat hoc priuilegium reſpectu penſionis inſtantis anni, & non præteriti, quia tunc efficeretur debitum ordinarium, ex *Menoch. de arbitrar. caſu* 203. *num.* 19. Si eſſet vera hæc limitatio reſtringeret nimis concluſionem traditam per DD. qui loquuti ſunt generalitèr, & ſic ſeruatur in Magna Curia, proùt in ſimili ſeruari dicit *Boer. dec.* 296. *num.* 6. & contrà limitationem in ſimilibus dicit, plurìès fuiſſe iudicatum, & *Menoch.* loquitur in ſtatuto ſatis clarè, & apertè diſponente, vt priuilegium procedat reſpectu penſionum anni currentis.

14 Sextò, excluduntur debitores pro rebus comeſtibilibus, *Boer. d. dec.* 296. *num.* 6. per ea, quæ dicit *Rebuff. de liter. annal. art.* 1. *gl.* 1. *n.* 46. *Apicell. loc. cit. de morator. num.* 20. *& ibi additio, num.* 542. *Capibl. loco* cit. *num.* 15. dixi *ſuprà de ceſſione bonor. pragm.* 3. *num.* 31. *Gratian. diſceptat.* 222. *num.* 34. Nec pro cauſa annonæ, & adminiſtrationis panis, *Cuccus de morator. n.* 95. *& Surd. de alim. tit.* 9. *priuil.* 70.

15 Septimò, nec ex cauſa doris, *Io. Bapt. à Sancto Bleſio de priuileg. dotis, priuileg.* 86. *Carauit. Ritu* 287. *nu.* 19. *Præſ. de Franch. dec.* 219. *num.* 2. *Rebuff. loc. citat. n.* 34. *Reg. Tap. de morat. & ſaluaguar. lib.* 4 *Iur. Regn. n.* 7. *verſ.* 14. poſſet tamen ipſe Princeps, ſeù Collat. Conſil. dilationem dare in hac cauſa dotis, per ea, quæ dicit idem *Carau. ibid. in fi. & Apicell. loc. cit. de morat. n.* 19. *& ibi addit. Grat. diſcept.* 222. *n.* 32.

16 Octauò debitores Venetorum, *Gizzarell. dec.* 73. *& ibi Mele in addit. num.* 13. *dec.* 70. iuxtà ſecundam impreſſionem.

17 Nonò, pro labore perſonæ, ſeù ſalario, *Rebuff. loco* citat. *num.* 27. *Regens Tap. ibidem, verſ.* 8. *Capibl. loc. cit. nu.* 15.

18 Decimò, ſi pendente tempore viſitationis ſuperuenerunt diuitiæ, *Cuccus de morat. n.* 154. *Apicell. ibid. de morat. n.* 15.

19 Vndecimò, ex cauſa depoſiti, *Boer. d. dec.* 296. *n.* 4. *Cucc. ibid. num.* 78. *Surd. dec.* 323. *num.* 6. dixi *prag.* 3. *de ceſſion. bonor. num.* 31. *Apicell. ibid. num.* 38. *Capibl. loc. cit. num.* 15.

20 Duodecimò, ex debito minoris, *Boer. d. dec. nu.* 4. *Cucc. ibid. num.* 104. *Rebuff. loc. cit. num.* 33. *Reg. Tap. ibid. verſ.* 13.

21 Tertiodecimò, pro debitis Eccleſiæ, aut pro cauſa pia, *Rebuff. ibid. num.* 22. *Reg. Tap. ibid. verſ.* 12. *Apicell. filius in addit. tit. de morator. num.* 545. vbi alios cumulat, *Capibl. ibid. n.* 15.

22 Quartodecimò, pro alimentis, *Surd. d. tit.* 9. *priuil.* 70. *& dec.* 323.

23 Quin-

23 Quintodecimò, ex cauſa mercium à Mercatore extero emptarum, *Rebuff.ibid.num.35. & Reg. Tap. ibid.verſ.15.*quod ampliat *Ant.Faber diffinit.11.li b. 1.C.de precib.Imperat.offerend.*ad quemcunq; venditorem, nè debitor rem, & pretium habeat, *l. bona fides 50.ff.de actionib.empti.*

24 Decimoſextò, ſi creditor eſt in pari egeſtate, *Rebuff.ibid.num.25.Reg.Tap.ibid.verſ.7. Apicell.tit.de ceſſion.bonor. num.69. Afflict. deciſ.377. Capiblanc. ibid.num.15.*

25 Decimoſeptimò, ſi eſſet obligatus ad onus perſonale, & perſonaliter ſeruiendum, *Rebuff. ibid. num. 39. Reg.Tap.n. 29.Apicell.ibid. de ceſſ.bonor. nu.45.*

26 Decimooctauò, Emphyteuta, etiam extrà diſtrictum Neapolis, *Rebuff.ibid.num.21.Reg.Tap.verſ.7. et Apicell.ibid.de ceſſion.bon.n.50.*

Septuagenarios viſitari poſſe in carceribus, affirmat *Grat. diſcept.328. num.14.* quem refert *Paſchal. de virib.patr.poteſt.par.2.cap.9.nu.36.83.et Manſon. de cauſis exequut.limit.13.num.13.* ſed tu dic, vt dixi *ſuprà in pragm.5.de fid.memorial.* niſi nimis apparente corporis ætate Iudici conſtaret, ſed creditoribus non officeret, quin poſſent cõtrarium probare, quia ſententia ex aſpectu corporis lata nunquàm tranſit in rem iudicatam, *Maſcard.concl.667.num.37.Intrigliol.conſ.18.n.7.*cum *ſeq.*

27 Huic autem beneficio poſſet renunciari, *Rebuff. ibid.nu.28.Reg.Tap.ibid.verſ.9.Theſaur.dec.187.n.8. Apicell.ibid.de morat.*poſt *nu.18.et ibi additio, Grat. diſcept.328.num.24.*

28 Vigore *Regiæ pragmaticæ decimæ, num.9.ſuprà de offic. Iudic.* debent Regiæ Audientiæ huius Regni viſitare carceres Regij Capitanei, ibi reſidentis qualibet die Saturni, pro qua Hebdomadarius Auditor accedit, & tunc eſt animaduertendum, quòd ſi accedit ad domum, vbi regitur Curia, quæ vt plurimùm ſolet eſſe vbi idem Capitaneus inhabitat, debet obuiam ire Capitaneus, & tota Curia ad recipiendum Auditorem ingredientem, & Capitaneus ratione propriæ habitationis non excuſatur, ſi reperitur diſcinctus, & cum crepidis, & veſte domeſtica propter calorem æſtiuum, & ideò debet adeſſe eodem modo, ac ſi ſtaret pro Tribunali.

Si verò Auditor accederet ad carceres, prout faciunt Iudices Mag. Cur. Vic. vt ſuprà, tunc ſi præſens eſt Capitaneus, debet eodem modo recipere, tantò magis, quia extrà domum, prout plurimùm ſunt carceres, non debet ſi non honeſtè, & comptè indutus adeſſe, ſin minus poteſt Auditor abſquè eo procedere ad viſitationem, dummodò viſitatio fiat in die ſtatuta, & Capitaneo nota, quia tunc debet ſibi innoteſcere, aliàs deberet priùs præcedere notificatio. Sed ſiuè domi, ſiuè in carceribus, ſemper Auditor digniorem in ſedendo locum occupat.

29 Quid ſi ſimul congreditur Fiſci patronus, qui in Curia Regij Capitanei tuetur iura Fiſci, vt per *Prouiſiones Collateralis Conſil.* ſub *die 31. Iulij 1550. in Curia Calabriæ primo, fol.56.* cuius *capitulum* eſt relatum in *pragm.6.num.30.de offic.Iuſtitiar.* quomodò ſe habebit cum perſona Regij Capitanei, & Iudicis, ſeù Aſſeſſoris, qui ſupponunt anteire propter iuriſdictionem officio annexam, & Fiſci patrono deficientem? Dicas, quòd Fiſci patronus ſimùl cum Auditore debet præcedere Capitaneum, & totam Curiam, quia cenſetur vnicum corpus, & indiuiſibile, vt ponderat *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg. tit.de Elect.Official.§.8.num.36.* & ſic fuiſſe ſeruatum inter Fiſci patronum Regij patrimonij collegialiter ſeruientem cum Præſidentibus Regiæ Cameræ, & Iudices M. C. Vic. & ſunt *Prouiſiones Collateralis Conſil.* ſub *die 30. Iunij 1567. in Cur. primo Calabriæ, fol.184.a ter.* ſimiliter, quòd Fiſci patronus interueniat in actu viſitationis dictæ Curiæ in loco ſolito, ſunt *Prouiſiones* ſub *die 12.Iulij 1589.in Cur. Calabriæ primo, fol.218.* Item, quòd præcedat Curiã ſub *die 16.Septembris 1612.in Cur.ſecundo Calabriæ, fol.33.* Quandò verò incederet ſolus, tunc debet ſeruari ſolitum, vt per *Prouiſiones* ſub *die 17. Martij 1571. in Cur. primo Aprutij, fol. 190.* ſed Fiſci pa-
30 tronus Principatus Citrà præcedit ſemper Capitaneum Regium, qui vocatur Straticotus in Ciuitate Salerni, vt per *Prouiſiones* ſub *die 10. Martij 1572. in Curiæ primo Principatus citrà, fol. 17.* de quibus omnibus fit mentio in margine præcedentis *pragmaticæ.* Eſtquè ratio manifeſta, vt aliàs in cauſa propria dixi, in materia præcedentiæ ſolam obſeruantiam de per ſe ſubſiſtere, etiam ſi haberet iuris repugnantiam, vt in *deciſionibus* meis *deciſ.77.num. 7.*& nunc addo *Flamin.de Rub.conſ.64.num. 138. 2. vol.* affirmantem, conſuetudinem attendendam eſſe, etiam contrà maiorem dignitatem, ſi maiorem præcedere inferior conſueuerit. Ceſſante conſuetudine aliter eſſet dicendum, prout videtur innuere *Reg.de Pont.loc.* citato reſpectu Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ cum Regij Fiſci patrono, & Aduocato Regij Patrimonij, quandò collegialiter non intereſſet cum eius Tribunali.

De Vſurarijs. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Vſurariorum plura pro perfecta cognitione, remiſſiuè. Vſura, & fœnus in quo differant, remiſſiuè ibid. in fin*

1 PRo perfecta cognitione huius rubricæ vide *Ludou.Peguer.dec.crimin.30.* cum *deciſ. ſequent.* vſq; ad *dec.35.* incluſiuè, *Nauarr.* in *tract.de vſur.* edito ſuper *can. ſi fœnerauerit 24.q.3. Villaut* in conſimili *tract.de vſur.* & diffuſiſſimè, & nouiſſimè *Petr.Greg. Tholoſ.* in *tract.* quem edidit *de vſuris, Virgin.Boccac.de interdict.vti poſſidet.cap.18.num.213.*cum *ſeqq.* vſq; ad *fin. Morla* in *empor.p.1.tit.8.q.25.*per tot. *Intrigl.de caſibus conſcientiæ, caſu 56.*& vſura, & fœnus non differunt inter ſe, ſed eſſe ſynonima, tenet *Parlad.differ. quotid.53.*

De Vſurarijs. Pragm.I.

RERVM SVMMA.

1 *Vſuraria prauitas probatur ex tribus teſtibus, etiam ſingularibus, & in facto proprio deponentibus. Pragmaticæ huius deciſio vt procedat, plura requiruntur.*

2 *Vſura ſi eſſet probanda in ſpecie, non ſufficiunt teſtes ſingulares.*

3 *Vſura quid ſit, & quo iure prohibita.*

4 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur, et vti puniatur, et an puniri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico.*

5 *Vſura in contractu mutui quandò cõmiſſa præſumatur, remiſſiuè.*

6 *Frumentum carius vendens ad credentiam an de vſura puniatur.*

7 *Vſurarius an probetur per famam, et libros Camporum.*

8 *Vſurarius contractus an, et quandò ſit vendere frumentum antè tempus ſub pretio anticipatè ſoluto.*

*V*sura in crimine merè canonico statuta laicorum an sint de iure valida.

10 *V*surarius contractus nùm sit, si dubitetur, an Iudex laicus possit de eo cognoscere.

11 Contractus ad gaudimentum, vulgò à godere an sit permissus.

12 *V*sura qualitèr committatur in contractu locationis.

13 *V*surarius an sit contractus, ad capitale saluum.

14 *V*surarius cõtractus an erit, si quis tradat alicui merces vendendas æstimatas certo pretio, cum pacto, quòd lucrum indè prouenicus diuidatur inter ipsum, & emptorem.

15 *V*surarius contractus an erit, si in contractu mutui, vel cuiusuis alterius speciei sit promissa solutio in pluribus tandis, cum pacto, quòd si defecerit in vna tanda, contractus possit rescindi pro integra sorte.

16 *V*surarium contractum ab initio non faciens, si ex post facto in exactione crediti committat vsuram, an puniri possit pœna istius pragmaticæ, vel alia de iure communi.

*F*aciens contractum prima facie licitum, licèt in veritate vsurarium, nequaquàm subijcitur pœnæ statutariæ, vel municipali.

17 *V*suras Princeps per statutum, vel priuilegium an possit permittere saltim Iudæis.

18 *V*suram committit omens annuum censum ad rationem decem pro centenario, seruata forma Bullæ, si faciat pactum, quòd venditor teneatur soluere sportulas Tabellioni pro cautelarum confectione.

19 Publicatio bonorum est de Regalibus.

20 Concessio generalis iurisdictionis non comprehẽdit Regalia, nisi exprimantur.

21 Barones habẽtes merum imperium vtrum possint cognoscere de vsurario crimine, cùm pro illo imponatur publicatio bonorum, quæ est de Regalibus.

22 Publicatio bonorum pro vsurario crimine imposita vtrum comprehendat etiam iura, & actiones.

23 Filijs an sit aliqua portio reseruanda in publicatione bonorum pro paterno crimine vsurario, remissiuè.

24 Fiscum quæ alia onera sequantur facta publicatione bonorum.

25 Publicatis bonis, publicatur etiam res vendita à delinquente nondùm tamen tradita.

26 *V*surarius an vltrà publicationem bonorum possit criminalitèr puniri.

27 Bona prohibita alienari non veniunt in publicatione bonorum.

28 *V*suræ in crimine, Parte desistente an possit procedi ad instantiam Fisci.

29 Publicatio bonorum per priuilegium, si esset sublata, an subrogetur alia pœna extraordinaria.

30 Tortura vtrum danda in vsurario crimine.

31 Publicatio bonorum est minor modica pœna corporali.

32 Pœna corporalis à quibus Magistratibus possit imponi.

33 Testis super vsurario crimine negans veritatem quæ negotiatione sequatur absolutio rei, non tenetur restituere Fisco, quod peruenisset ad illum, si reus condemnatus fuisset.

34 *V*surarium instrumentum conficiens, si cum effectu nõ exigat, an sit puniendus.

35 *V*surarius inquisitus lite pendente est sub fideiussoribus relaxandus.

36 *V*surario crimine tenentur nedùm mutuantes ad vsuram, seù formalitèr fenerantes, sed etiam inqui quacunquè calliditate solent contrahentes circumuenire, vt iniquè lucrentur.

37 *V*sura an sit in locatione rei minimæ facta sub maxima pensione, remissiuè.

38 *V*surarum crimine an teneatur vendens fruges maiori pretio, quàm valeãt ob dilationem temporis, vel dans boues ad pedaticum.

39 Publicationis pœna, de qua hic, an et quandò incurratur ipso iure, vel per sententiam.

40 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij an faciat contractum vsurarium.

41 Coniecturæ, & probationes excludentes hanc vsurariam prauitatem sunt plures, quarum aliquot hic recensentur.

42 *V*sura est dare pecunias sub cambijs siccis, & ex tali contractu nihil potest exigi pro interesse.

43 Promissio per socerum genero facta de soluendo certum interesse, donec dos illi soluatur, an vsuraria sit.

44 *V*suram vtrum committat ab initio certum interesse pactus cum debitore pro retardata solutione.

45 Mutuum etiam pro retardata solutione certum quid recipiendum admittit, immò etiam pendente dilatione data ad soluendum pacisci potest de interesse in mutuo.

46 Contrahens nomine alieno vtrum possit teneri crimine vsurarum.

47 *V*surarius condemnatus alia pœna, quàm contenta in pragmatica ista, vtrum fiat infamis.

48 Pactum factum in societate de habendo certum quid præcipuum vltrà lucrum non est fœneratitium.

49 Pœna vsurarum an transeat ad hæredes.

50 *V*suram non committit vendens modium tritici paulò carius, quàm valet, data parua dilatione ad soluendum.

51 *V*sura an committatur accipiendo aliquid pro mutuo.

52 Mutuans frumentum, si sit oblatum, & non accipiat, licèt postea superuenerit egestas, non poterit plus exigere, quàm valebat frumentum in vberitate oblatum.

53 *V*surarij contractus qui dicantur, vti probentur, & qualiter puniantur, remissiuè.

54 *V*suram an committat vendens fruges in hyeme pro pretio, quo valebunt in mense Maij, remissiuè.

55 *V*endens fundum pro certo pretio, eumq; retinens præstando annuam pensionem, an propterea emptor incurrat vsuram.

56 *V*sura in mutuo quot modis committatur.

57 Mercatori quandò liceat certum interesse pacisci in mutuo.

58 Consuetudo fenerandi an excuset ab hac pœna temporali.

59 *V*surariam prauitatem an contineat facti species proposita, si dubitatur, an causa sit remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum.

60 Contractus societatis vti excusetur ab vsuraria prauitate.

61 Interesse lucri cessantis potest ab initio inter contrahentes taxari ad certam rationem, sine vsura.

62 *V*surarij bona pro vsurarum restitutione an sint tacitè hypothecata, ità vt is, cui facienda est restitutio, præferatur alijs creditoribus non hypothecarijs, & possit habere recursum contrà tertios possessores.

63 *V*surarij defuncti de hæreditate priùs deducũtur vsuræ, quàm soluantur legata, & alia relicta titulo lucratiuo.

1 QVia nouitèr, &c.

Aliàs incipit *Nouitèr, &c.*

Tres testes licèt singulares, & in facto proprio deponẽtes sufficiunt in causa vsurariæ prauitatis. H. D.

Vt

Vt procedat deciſio huius pragmaticæ, plura requirmntur, ſcilicèt vt præcedat fama publica, probatio, teſtes eſſe fide dignos, & renuncient repetitioni vſurarum, vt per *Foller.* poſt *pract.crim.in fragmẽtis, num.* 52. ſub *tit.de vſur.* ſed videndus eſt *Farinac.* in *tract.de teſtib.q.*64. *num.*195. cum *ſeq.* qui intelli-
2 git, ſi agatur de probando aliquem vſurarium in genere, ſecus autem ſi agatur de probando vſuram in ſpecie ab aliquo cum aliquo commiſſam, quia tunc teſtes ſingulares non ſufficiunt, vt etiam latè probat *Surd.conſ.*425. *num.*11. cum *ſeqq. vol.*3.

3 Quid autem ſit vſura, & quo iure prohibita, vide *Couar.lib.*3. *var.reſol.cap.*1. dicentem, eſſe prohibitã jure naturali, diuino, & humano, canonico, & ciuili, & eſſe voluntatem capiendi vltrà ſortem lucrum aliquod temporale vi, & cauſa mutui principaliter,
4 & quis dicatur vſurarius manifeſtus, & quomodò puniatur, vide *Florian.conſ.*22. *in* 2. *dub. Couarr.* eod. *lib.*3. *var.reſol. c.*3. *Campag.* in ſuis *commentarijs* ad hanc *pragmaticam*, quam inſeruit inter *capit. Regni* incip. *Nouitèr noſtræ, Carau.rit.*21. per tot. *Feder. de Sen.conſ.*17. *Foller.pract.crim.canon.fol.* mihi 226. *nu.* 48. *Abb.* in *cap.cum diœceſi*, circà *fin.de vſuris*, dicentes, vſurarium manifeſtum eſſe, vel per confeſſionem in iudicio, vel coràm Sacerdote, & teſtibus publicè, ità vt in plurium notitiam deuenerit, vel per ſententiam damnatum, aut palàm, & publicè fœneratitiam artem, ità vt operis euidentia nullam excuſationem habeat, exercentem, eumquè de iure ciuili pœna infamiæ puniti, & ad materiam *Iul.Clar.pract.crim. q.*53. *verſ.ſed quid ſi Epiſcopus, Bellug.* in *Specul.Princip.rubr.*11. *§.de vſurarum, num.*13. *Ant.ſing.*588. & *ſeq. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*2. *caſu* 398. *Hier. Cauall.pract.quæſt.comm. contr. comm. lib.*1. *q.*11. vbi etiam agit, an puniri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico, &
concludit *num.*9. Iudicem laicum de quæſtione facti
5 cognoſcere, de ſubſtantia verò contractus Eccleſiaſticum, & quandò in contractu mutui vſura commiſſa præſumatur, vide *Menoch.de præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*123. qui affert tres coniecturas, quandò quid vltrà ſortem mutuatam recipitur, vel promittitur, niſi alitèr conſtaret de animo non fœnerandi, quandò nulla intercedit amicitia inter mutuantem, & mutuatarium, vel quandò mutuatarius magno pretio emit rem, quam non emiſſet, niſi cauſa mutui, & nonnulla pro neceſſaria cognitione huius criminis, & ad materiam vide per *Sebaſt.Medic.* in *ſumm.peccat.par.*1. *tit.*6. *q.*48. cum pluribus *ſeqq. Curt.iun.conſil.*137. *vol.*3. *Intrigl.dec.*7.

Et is, qui vendit frumentum carius ad credentiã
6 non punitur de vſura, *Marant.conſ.*113. *Farinac. deciſ.* 30. de impreſſis poſt primum *vol.* ſuorum *conſ.* vbi multa ad neceſſariam cognitionem huius crimi-
7 nis, nec per famam, & libros Campſorum probatur
8 vſurarius, *Zuccard.conſ.*55. ſed vendere frumentum antè tempus ſub pretio anticipatè ſoluto non eſſe contractum vſurarium, *Reg. Lanar. conſ.*61. per totdefendit.

An autem huiuſmodi ſtatuta laicorum in hoc
9 crimine merè canonico ſint de iure valida, affirmat *Couarr.de ſponſ. par.*2. *cap.*6. *num.*19. & ſi eſſet du-
10 bium in facto, nùm contractus eſſet vſurarius, Iudex laicus non poſſet de hoc cognoſcere, ſecus ſuper quæſtione facti, quia erit præuentioni locus, *Iul. Clar.pract.crimin.q.*37. *verſ.quæro igitur, Marant.diſput.*1. *Andr.* in *cap.*1. in *verb. contrahentium inceſt. nupt.n.*37. *quæ ſint regal.Cacher.dec.*137. *Curt.iun.cõſil.*179. *vol.*3. *Schurph.* damnatæ memoriæ *conſ.* 50. *cent.*2. *Hieron.Cauall. vbi ſup.lib.*1. *q.*11. *Villad.* in *forò Iudic.lib.*5. *tit.*5. *l.*4. *num.*8. *Roder.* verò *de annu.reditib.lib.*3. *q.*4. & *Io.Botta conſ.*72. tenent, eſſe mixti fori, *Bellug.* in præcit. *§.de vſurarum, num.*19. tenet, ſemper laicum poſſe procedere, niſi in caſu nouo adhùc non deciſo per canones, qui *Roderic. lib.*1. *q.* 16. *num.*21. concludit, poſſe de hoc fieri compromiſſum in laicum, & ad decernendos aliquos contractus vſurarios vide *Aymon.conſ.*145. *vol.*1. qui dicit, non eſſe vſurarios contractus, quandò emptor locat boues venditori ad pedaticum, vel ad ſoccidam, etiã ſi adeſt pactum, vt habeat quædam præcipua tempore diuiſionis, item mutuo non ſoluto mutuans habeat bona inſolutum, item emptionem fructuum ad tres annos futuros, item emptionem alueolorum apium, cum pacto, quòd ſi in fine Martij non eſſent apes, teneatur venditor, item venditionem blandi, cum pacto reſtituendi in menſe Maij, *Alexan. Raudenſ.dec.Piſan.*7. *num.*12. reprobat contractus emptionis magno pretio rerum, quæ poſteà venduntur eidem vili pretio, & *num.*17. facta emptione cũ pacto ſoluendi ad tempus ducatos 50. tertius recipit ab emptore ducatos 45. mutuo, & promittit ſoluere
11 venditori ducatos 50. Quid autem de contractu ad gaudimentum, vulgò dicto, *à godere*, an ſit permiſſus, & procùl dubio infraſcripta iura probant, quòd ſic, nempè *l.ſi ſeruus, C.quod cum eo l.ſi ea pactione, l.ſi ea lege, C.de vſur. l.ſi is, qui, §.*1. *ff.de pign.* ſed *Theſ. dec.*78. dicit, hæc iura hodiè eſſe correcta de iure canonico, contrà tenet *Ioan.Koppen German. qu.* 22. *Minſyng.obſeru.*71. *centur.*6. *Farin. dec.poſthum.*572.
12 & in ipſo contractu locationis committitur vſura ex anticipata ſolutione, & iniuſta penſione excedẽte dimidiam, latè *Maſtr.dec.*106.

13 Quid de contractu ad capitale ſaluum? damnat *Borrell.conſ.*65. & ſi quis tradat alicui merces ven-
14 dendas æſtimatas certo pretio, cum pacto, quòd lucrum indè proueniens diuidatur inter ipſum, & emptorem, non erit contractus vſurarius, vt probat *Modeſt.Piſtor.q.*130. *lib.*3.

Et ſi in contractu mutui, vel cuiuſuis alterius ſpe-
15 ciei ſit promiſſa ſolutio in pluribus tandis cum pacto, quòd ſi defecerit in vna tanda, contractus poſſit reſcindi pro tota integra ſorte, non erit contractus vſurarius, ſed omni iure licitus, & validus, vt probat *Paris de Put.de reintegr.feud.cap.* incip. *ſequitur modò quotidiana quæſtio, num.*33. 34. *fol.* mihi 61. & ſubdit, quòd ſic fuit iudicatum per S.C. nec admittitur purgatio moræ, & adhùc ità quotidiè noſtris temporibus paſſim iudicatur, licèt contrarium fortaſsè eſſet de iure, ex traditis per *Ioſeph. de Seſe deciſ. Arag.* 110.

Et ſi quis ab initio non faciat contractum vſura-
16 rium, ſed ex poſt facto in exactione crediti committat vſuram, an puniri poſſit pœna huius pragmaticæ, vel alia de iure communi? differit *Sylueſt. Aldobr.conſ.* 50. & concludit pro pœna extraordinaria ſtatuti.

Verùm tamen ſit tibi pro regula, quòd hæc pragmatica, & alia iura municipalia loquentia de vſurarijs non habebunt locum in eo, qui facit contractum prima facie licitum, licèt in veritate ſit in fraudem vſurarum, ità explicat *Bart.* in *l. quid ſit fugitiuus, §.apud Labeonem. ff.de edil.edict. Dec.* in *cap.* 1. *num.*105. *extrà de probat.* maximè contrà mulieres, & ruſticos, *Ioſeph Seſe dec.Arag.*110. *nu.*18. niſi ſint ſagaces, vel ſoliti negotiari.

An Princeps per ſtatutum, aut priuilegium poſſit
17 permittere vſuras ſaltim Iudæis? quòd non, *Theſ. dec.*57. declara tamen vt per *Conrad.* in *templ. Iudic.*

lib.

lib.1.cap.1.§.3.concluſ.14.incip.14.fol.mihi 56. dicer. vt Papa poſſit diſpenſare, ſed contrarium defendit *Gregor. de vſur. lib. 2. cap.* 8. aſſerit tamen, poſſe Principem permittere vſque ad certam quantitatẽ, non vt faciat licitas vſuras quòad Dei legem, ſed quòad forum contentioſum ſæculare, vt non poſſit
18 puniri, & nota, quòd ſi emens annuum cenſum ad rationem decem pro centenario, ſeruata forma *Bullæ* faciat pactum, quòd venditor teneatur ſoluere ſportulas Tabellioni pro cautelis, dicitur committere vſuram, ſecundùm *gl. in l. eos, §. ſuper vſurarum,* in *verſ. vel ſportularum, C. de vſur.* niſi reditus emptus ſit ad mitiorem rationem, quàm decem.

19 Et quia per *Conſt. Regni Vſurariorum*, eſt impoſita pœna publicationis bonorum contrà vſurarios, quæ publicatio eſt de Regalibus, *cap. 1. quæ ſint re-*
20 *gal.* & in generali conceſſione iuriſdictionis non veniunt Regalia, niſi exprimantur, quæro, an hodiè
21 Barones habentes merum imperium poſſint cognoſcere de hoc crimine? vera reſolutio colligi poteſt ex adductis per *Andr. in cap. 1. quæ ſint regal.* in *verſ. contrahentium maieſtas nuptias, num. 42. & ſeq.* & in *cap. 1. §. ſi quis alium* in *verſ. hæreditatem*, per totum *num. 12. de pac. ten.* vbi *Lupar.* in ſuis *additionibus*, in *verb. admittuntur, lit. H.* venit in ſpecie ad hanc quæſtionem, & dùm accidiſſet quæſtio in cauſa Lucæ Marinæ vaſalli Comitis Montellæ, Sacrum Conſilium poſt longam, & maturam diſcuſſionem in pluribus ſeſſionibus, tandèm die 14. Maij 1588. iunctis tribus Aulis iudicauit pro Comite. Actuar. M. Cur. eſt Rizzetta pro Cacciuttolo, & dùm eſſet reclamatũ per Fiſcum, iterũ ſub die 19. Maij 1589. iunctis tribus Aulis cum interuentu tàm D. Mutij Surgẽtis Fiſci Patroni Mag. Cur. integerrimi, quàm D. Tiberij Coppulæ Prælid. Reg. Cam. Summ. meritiſſimi, & in hac cauſa pro Fiſci patrono deputati per Excellentiſſimum Proregem, fuit confirmatum decretum prætatum eiuſdem S. Conſ. Pro hac opinione facit quæſtio tradita per *Peregr. de iure, & priuileg. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 42. & ſeq.* vt ad emptores introituum rerum fiſcalium ſpectent pœnæ bonorum, & adde omninò *Rolan. conſ. 78. num. 9.* cum *ſeqq. lib. 2. Capyc. dec. 130. num. 40. Surgent. de Neap. illuſtr. cap. 15. num. 21. verſ. quid autem in crimine vſuriæ, Luc de Penn. in l. iuris, col. 6. in fin. verſ. ſecundò quæritur, C. de priuil ſcholar.* meminit *Reg. Cõſtant. in l. 1. num. 46. C. pœn. fiſcal. credit. præfer.*

22 Data autem hac publicatione non comprehenduntur iura, & actiones, *Marc. Ant. Peregr. de iur. & priuileg fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 47.* cum *ſeqq.* & quòd ſit
23 reſeruanda aliqua portio filijs, vide *Eundem ibidem*
24 *num. 34.* & quæ alia onera ſequantur Fiſcum facta publicatione bonorum, vide apud *Eundem ibid. nu. 74.* cum pluribus *ſeqq.* vt teneatur ſtare venditionibus, & locationibus, ad omnia onera, alere filios, & vxorem inopem, & dotare filias, & cenſetur bonæ, vel malæ fidei, vt condemnatus, *Reg. Conſtant. vbi ſuprà* à *n. 110.* vſquè ad *fin.*

Et ſcias, quòd de hac pœna publicationis bonorũ contrà vſurarios meminit *Abb. in cap. fin. num. 8. in verſ. pone exemplum, extrà de conſtit.* & publicatis
25 bonis, publicatur etiam res vendita à delinquente, non dùm tamen tradita, *l. ſi fundus. ff. locat.* quam ſingularem, & mirabilem dicit *Roman. ſin. gul. 427. & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 110.*

26 Et vltrà pœnam publicationis bonorum poſſet vſurarius criminaliter puniri pœna ſtellionatus, *Antonius Gabriel. lib. 7. commun. opinion. tit. de*
27 *maleſic. concluſ. 20.* & in hac publicatione non veniunt bona prohibita alienari, vide *Eundem ibid. cõ-*
28 *cluſ. 24.* & quid ſi Pars deſiſtat, an poſſit procedi in hoc crimine ad inſtantiam Fiſci, negat *Minad. dec. 39.* per tot. affirmat *Borrell. conſ. 12. num. 52. Peguer. dec. 35.* affirmat quòad priuatam vtilitatem, & ad pœnitentiam peragendam, & quid in caſu, quo per
29 priuilegium eſſet ſublata pœna publicationis bonorum, an ſubrogetur alia pœna extraordinaria? affirmat *Præſ. de Franch. dec. 213. num. 37. verſ. hinc idem,* pro cuius *deciſione* facit *gloſ. in c. ſi compromiſſarius, in gloſ. penult. ver. quid ſi in his caſibus, de elect. in ſexto,* quam ſequitur *ibid. Ioan. Monach.* & an in
30 hoc crimine poſſit deueniri ad torturam? *Angel. in diſput. Aſtenſis miles, num. 4. in fin. verſ. quid autem,* dicit, quòd nõ. Pro qua opinione vide *Campagn. in d. cap. Nouiter, nu. 18.* ſed contrarium tenet *Cartar. in. pract. interrog. reor. lib. 4. c. 1. num. 42.* & vltrà citatos
31 per *Cartar.* adde pro eius opinione, quòd publicatio bonorum eſt minor modica pœna corporali, *l. in ſeruorum, in fin. ff. de pœnis. Andr. in Conſt. Duram, &*
32 *Diram,* & tamen illam non poſſunt imponere principaliter, niſi Summi Magiſtratus, ſine iuſſu Principis, licèt in conſequentiam delicti patrati poſſit imponere quilibet Index habens merum, & mixtum imperium, vt per *Doctores in l. 1. C. nè ſine iuſſu Princip.* late *Capyc. dec. 130. n. 40.*

33 Et quid ſi teſtis legitimè interrogatus ſuper hoc crimine negat veritatem, & propterea reus eſt abſolutus, an teneatur reſtituere Fiſco id, quod ad illum peruenſſet, ſi reus fuiſſet damnatus? quòd non, *Nauarr. in manual. confeſſ. c. 25. num. 5.* & quid ſi quis
34 conficiat inſtrumentum vſurarium, ſed cum effectu non exigat, an ſit puniendus? quòd non, *Bertazz. cõſ. crim. 55. n. 9. & 10. vol. 1.* poſt *Ioan. Andr. & Gemin. in c. 2. de vſur. in 6. Laur. dec. Auen. 48.* vbi ſ. habes
35 etiam, quòd lite pendente inquiſitus debet ſub fideiuſſoribus relaxari.

36 Et aduerte, quòd hoc crimine tenentur nedùm mutuantes ad vſuram, ſeù formaliter fœnerantes, ſed etiam ij, qui quacunquè arte, aut calliditate tolent contrahentes circumuenire, vt iniquè ſuperlucrentur.

37 Quid autem in locatione facta rei minimæ ſub maxima penſione, an ſit vſura? quòd non, *Bertazz. conſ. crim. 297. vol. 2.*

38 Et vendens fruges maiori pretio, quàm valeant propter dilationem temporis conceſſam, vel dans boues ad fugaticam, ſeù pedaticum nõ tenetur crimine vſurarum. *Bertazz. conſ. crim. 290. num. 5. & 6. vol. 2. Phæb. dec. 201. tom. 2.* vbi etiam agit, an emens vltiori pretio, quandò veriſimiliter dubitatur, rem illam valituram tempore traditionis plus, vel minus, committat vſuram? & concludit, quòd non, &
39 an, & quandò pœna publicationis, de qua in hac pragmatica incurratur ipſo iure, vel per ſententiã, vide Eundem *Bertazzol. conſ. crim. 291. num. 27. in 2. dub. & conſ. ſequent. vol. 2.* qui concludit, ipſo iure, quandò in ſtatuto ſunt poſita illa verba, *publicẽtur,*
40 *& publicata eſſe intelligantur*, & pactum de retrouendendo cum modicitate pretij facit contractum vſurarium, vide eundem *Bertazzol. conſ. 318. & 371.*
41 cum duobus *ſequentibus*, & de pluribus coniecturis, & probationibus excludentibus hanc vſurariam prauitatem, vide *Eundem conſ. crim. 251. vol. 2.* & iterùm *conſ. 252. & 253.* qui enumerat octo præſumptiones, quia de iure præſumitur licitus, bona fama, nobilitas, mulier contrahens vt tutrix, & cum conſilio peritorum, proteſtatio antè contractum, quòd non intendit contrahere, niſi licitè, & abſente

42 con-

42 cõrahente, & quòd ſit vſura dare pecunias ſub cãbijs ſiccis, & q̃ ex tali contractu nõ poſſit quicquã exigi ratione intereſſe, vide *Eundem conſ. crim.* 254.

43 *& ſequen.* promiſſio autem facta genero per ſocerum de ſoluendo certum intereſſe, donec ei ſoluatur dos, vſuraria non eſt, *Idem conſ. crim.* 262. *vol.* 2.

44 & quid ſi creditor ab initio paciſcatur certum intereſſe cum debitore, ratione retardatæ ſolutionis in tempore non faciendæ? vide *Claud. Bertazz. in add.* ad *Barthol. Bertazz.* eius patrem in *conſ. crim.* 264. *vol.* 2. qui cõſtituit tres regulas, intereſſe in genere poſſe deduci in pretium debitum poſt moram illius, facta probatione, item poſſe taxari etiam certum poſt moram debitum, modò per creditorẽ probetur, tanti ſua intereſſe, etiam ſi nullum in fine appareat, ſi fuerit verisimile taxatum ab initio. Antè moram verò non licere paciſci, niſi ratione dãni, vel coactè fuit factum mutuum, *Surd. conſ.* 327. *n.* 54. *vol.* 3. *Rimin. conſ.* 177. *vol.* 2. & quòd etiã in mutuo poſſit recipi aliquid certũ pro intereſſe poſt retardatã

45 ſolutionem, idẽ *Bertazz.* docet *conſ. crim.* 2. *n.* 20. 21. Immò quòd etiã pendente dilatione data ad ſoluẽdum poſſit paciſci de intereſſe in mutuo, voluit *Conar. lib.* 3. *var. reſol. c.* 4. *n.* 5. *verſ. item & illud*, Mexia *de taxa panis* 2. *concl. n.* 71. *Leſſius de iuſt. & iur. lib.* 2. *c.* 20. *dubit.* 10. *&* 11. latè per *Camer. Imper. dec.* 5. per tot. *lib.* 1. *Peguer. dec.* 33. quicquid contrariũ adſtruat *Io. Bapt. Lupus de vſur. comm.* 1. *§.* 6. *n.* 121. cum *ſeqq.* & ità me referente fuit iudicatum per S.C. in cauſa Hæredum qu. Hectoris Capycij Latro cum V.I.D. Camillo de Latatha in Bãca Franc. Ant. Oſſi. Addo nunc *Grat.* de nouo impreſſum *diſcep. forenſ.* 387. declarando tamen ſecundùm *Farin. conſ.* 162. *vol.* 2. vt ſit ſuper re fructifera, & intereſſe ſit proportionabile fructibus, *Pereir. dec. Luſit.* 84. etiã ſuper pecunia negotiationi expoſita, *Maſtr. dec.* 245. *n.* 12. *cõtrib. ſeqq. & n.* 39. cum *ſeqq.* Qui *Io. Bapt. Lupus ibid.*

46 *in* 3. *comm.* §. 1. *n.* 33. etiã agit, an contrahens nomine alieno teneri poſſit hoc crimine vſurarũ, & concludit, teneri in ſubſidium, ſi inſcio domino cõtraxerit, niſi ſint Adminiſtratores Vniuerſitatis, vel Collegij, & de mutuo dato animo percipiendi liberũ à caſu, & fortuna *Megal. reſol.* 121. qui negat vſuram cõtra-

47 ctam, quòd ſi vſurarius ſit condemnatus alia pœna, quàm cõtenta in hac pragmatica, nõ eſt infamis, vide latè eundem *Bertaz. conſ. crim.* 55. & quis ſit idoneus teſtis in hoc crimine, vide latè *Eundẽ conſ.* 170. vt ſ. nõ deponat in cauſa propria, nec habeat affectũ ad cauſã, nec affectet, aliquẽ cõdemnari, nõ ſit pauper, nec lufor, nec qui primò extra iudicialiter nega-

48 uit, nec inimicus, & pactum factum in ſocietate de habẽdo certum quid præcipuum vltrà lucrũ nõ eſt

49 ſeneratitium. *Idem conſ.* 182. vbi habes etiam, pœnã vſurarũ nõ trãſire ad hæredes, maximè lapſo quinquẽnio, & quòd in ſocietate nõ committatur vſura propter vniformem annuam præſtationem, vel lucri æqualitatem, ſeù inæqualitatem, vide *Farin. dec.* 24. de impreſſis poſt 1. *vol.* eius *conſ.* & ſi quis vendat

50 modium tritici paulò carius, quã valet, datæ parua dilatione ad ſoluendum, nõ dicitur vſuram committere, ſi nõ erat tũc vẽdituras pro minori pretio, docet idem *Bertaz. conſ.* 238. *Sim. de Prat. conſ.* 82. *n.* 13.

51 *cum ſeqq.* quòd autẽ poſſit certum quid pro mutuo accipi ſine labe vſuraria, vſq; ad octo pro cẽtenario, vide eundem *Bertaz. conſ.* 242. *n.* 24. cum *ſeqq.* quid ſi

52 tempore fertili quis mutuet aliquam frumẽti quãtitatem Titio, reſtituẽdo ſibi infrà certum tempus, & durãte tempore, & vbertate Titius offerat ei reſtituere frumẽtum, ſed mutuãs renuat recipere, ſub colore, quòd eo nõ indigeat, ſtante vbertate, poſteà verò ſuperueniẽte caritia petat à Titio frumentum mutuatum, qui ſtãte renũciatione creditoris vſus eſt frumẽto, & propterea ob defectum frumẽti ſtrãgulatur à creditore, vt reddat ſibi pretium, quo valet frumẽtum tempore caritiæ, an talis mutuãs dicatur ex hoc committere vſuram? dic, quòd nõ compittit vſurã, ſed nõ propterea poteſt exigere pretiũ quantiplurimi tempore caritiæ, ſed ſolùm pretium, quo valebat tempore, quo ſibi fuit oblatum in vbertate, ità eſt *ſex. in l. nulli, C. de erog. milit. ann. lib.* 12. & ad

53 materiam, qui dicãtur cõtractus vſurarij, quomodò probẽtur, & qualitèr puniãtur, vide per *Burſat. conſ.* 320. *vol.* 3. & iterũ *conſ. ſeq. & Eundem conſ.* 134. 155. *&* 117. *& Bullæn. conſ.* 2. *f.* 161. *n.* 9. & an vendẽs frũ-

54 ges in hyeme p̃ pretio, quo valebũt in mẽſe Maij, committat vſuram, *Port. Imol. conſ.* 30. affirmat, maximè cum pacto, vt reſtituãtur fruges iuxtà æſtimationẽ in mẽſe Auguſti præteriti, & sũptibus debitorũ aſportẽtur in horrea creditoris, & quid ſi vendo

55 tibi fundũ pro certo pretio, eũq; retineo pẽnès me, præſtando tibi annuam penſionem, an propterea incides in vſurariam prauitatem? quòd non, *Ant.*

56 *Gamm. dec.* 82. *in fi.* quot autem modis committatur vſura in mutuo, vide *Peguer. dec. crim.* 2. declarãtẽ, committi tàm recipiẽdo aliquid vltrà ſortem, quàm ſtipulãdo, etiam ſi poſteà ſuperuenerit cogitatio habẽdi lucrum, vel quãdò ſola intentione, & ſpe lucri mutuauit, mutuans triticum vetus ad renouandum, ſi libertatem ſoluendi adimat debitori, vel paciſcẽs, vt habeat lucrum, quemadmodùm confimilis ſum-

57 ma pẽnès mercatorem legalem lucrabitur, vel perdet, vel mutuãdo vẽdit aliquid plus iuſto pretio ob mutuum, vel quãdò mutuauit nauigãti, recepturus aliquid vltrà ſortem, ex quo ſuſcipit periculum pecuniæ, vel quãdò ex pignore percipit fructus, & utiliratem, vel cũ pacto, vt elapſo termino, pignus ma-

58 iorẽs pretij ſit venditum, ſed an cõſuetudo ſeneũdi excuſet ab hac pœna temporali? vide *Eundem* in-

59 ganter *dec.* 34. quòd autem, quãdò dubitatur, an ſpecies facti propoſita cõtineat vſurariam prauitatem, nec nè, cauſa ſit remittenda ad Iudicem Eccleſiaſticum pro determinatione articuli tantùm, vide

60 *Ant. Gam. dec.* 194. Pro excuſando contractu ſocietatis ab hac vſuraria prauitate vide *Fab. Turrett. conſ.* 81. *vol.* 2. vbi cõcludit, poſſe fructus incertos taxari, & taxatio ſit veriſimilis, & in caſibus, vbi ex-

61 dit intereſſe, vtrum autem intereſſe lucri ceſſantis poſſit ab initio inter cõtrahentes taxari ad certam rationem abſq; labe vſuraria? quòd ſic, *Ilimins conſ.* 227. *vol.* 2.

Et quia certum eſt, vſurarios teneri ad reſtitutionem vſuratum receptarum, *c. cùm tu, & cap. Michael, extrà de vſuris*, utile erit etiam inueſtigare,

62 an pro tali reſtitutione vſurarum ſint eius bona tacitè hypothecata, ità vt is, cui faciendã eſt reſtitutio, præferatur alijs creditoribus non hypothecarijs, & poſſit habere recurſum contrà tertios poſſeſſores? tu recurras ad *Ant. Gamm. dec. Luſit.* 271.

63 qui negat, hypothecam competere. Illud tamen certum eſt, quòd de hæreditate vſurarij defuncti priùs ſoluentur? & deducentur vſuræ tanquam æs alienũ, quàm ſoluantur legata, & alia relicta titulo lucratiuo, vt voluit *gloſ. in verb. facultates, cap.* 2. *de vſur. in ſexto.*

De Vſurarijs. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Vſurarij manifeſti perquiri poſſunt ex officio,nulla præcedente querela.*
Vſurarij manifeſti qui dicantur,remiſſiuè.
2 *Vſurarius quantùmuis manifeſtus, ſi dùm vixit,nunquàm fuit declaratus talis,an poſt eius obitum poſſit contrà eum de hoc crimine cognoſci, & per ſententiam declarari,vt fiat publicatio bonorum.*

VSurarum etiã voraginem, &c.

1 Procedatur contrà vſurarios manifeſtos ex officio,etiam ſine inſtantia Partis.H.D.

Qui dicantur vſurarij manifeſti, explicant DD. per me citati *ſuprà eòd.in rubr.& gloſ.in c.ij,in verb.*
2 *manifeſti,de vſur.in 6*,ſed pulchrum eſt ſcire, ſi quis quantùmuis vſurarius manifeſtus, nũquàm tamen, dùm vixit,fuit declaratus talis,an poſt eius mortem poſſit de hoc contrà eum cognitio adhiberi, & per ſententiam declarari,ad finem confiſcandi pœnam bonorum incurſam? *Iacob. Schult.in add. ad Mod eſt. Piſtor.q.97.n.13.lib.2.* probat,quòd ſic.

De Zingaris,ſeù Aegyptiacis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Aegyptij populi qui ſint,& vbi eorum ſitus, & de eis plura afferuntur.*
2 *Aegyptij fuerunt expulſi ab hoc Regno.*
3 *Pragmaticarum huius tituli ratio vbi ſit fundata.*
4 *Natio prouocat, & deterret, & mali mores externi corrumpunt bonos mores patrios.*
5 *Aegyptij vti Cælo,& flumine ſunt ab aliis natura diuerſi,ità in cæteris omnibus habent diuerſa inſtituta,& iura,& quæ nàm illa ſint,refertur.*
6 *Affectionis eiuſdem,cuius eſt patria, quis eſſe præſumitur.*
7 *Aegyptij apud omnes ſunt infeſtiſſimi,vndè meritò fuerunt expulſi à Terra Teutonica.*
8 *Zingari,ſiuè Aegyptij ſubiacent pœnis omnibus ſtatutarijs.*

1 AEgyptij,aliàs Aegyptiaci populi ſunt ex Aegypti Regione,quæ eſt ſituata inter Africã, à qua per Oppidum Canopum in oſtio Nili diuiditur,& Aſiam,à qua per Peluſium Oppidum, vndè & Peluſium oſtium dictum,ſeiũgitur,à Geographis tamen inter Aſiæ Regiones dinumeratur, licèt aliqui inter Inſulas Aegyptum quoq; computauerint, in hac Regione nunquàm pluere viſum eſt,ſed Nili tãtùm inundatione fœcundatur, dicitur Parens terrarum,nàm Aegypti omnium populorum vetuſtiſſimi,diſciplinarumq; complurium inuentores, rerumq; diuinarum,& ſyderum peritiſſimi dicuntur, qui tamen falsò,animam humanam,dixerunt, de corpore in corpus vagari,ipſa dignata fuit Dei munere D.N.*Ieſum Chriſtum* ab Hęrodis perſequutione fugientem recipere,& vt ibi habitaret tanquàm hoſpes per annos aliquot ſimùl cum Gloriofiſſima eius Matre *Maria* ſemper Virgine, & Sanctiſſimo Patriarcha *Ioſepho* viro *Mariæ*,vbi in ſudore vultus ſui veſcebantur pane ſuo,propter cuius aduentum omnia ſimulacra Idolorum labefactata ſunt in eius ingreſſu,adeò ut ijdem Aegyptij ex tunc ædificauerunt altare Deo,qui eorum Idola diſrupit,ignorantes eius nomen,dùm nondùm omnibus gentibus ſe manifeſtauerat per Sanctiſſimam Paſſionem ſuam, & Reſurrectionem,& Glorioſiſsimam Aſcẽſionem ad Cęlos,& poſt eius Aſcenſionem hæc eadem Regio fuit nobilitata, ut efficeretur habitaculum tot Sanctorum Virorum,& Mulierum.Regio hæc ſubiacet nunc Imperio Ottomano,cuius Imperium aliqui ex eis indignantes turmatim ab ea Regione receſſerunt,& in Italiam,& præſertim in hoc noſtrum Regnum ſe contulerunt,in quo priſcis illis temporibus,qui Chriſtianam fidem intactam conſeruabant,& tanquàm Chriſticolæ religioſè ſe gerebant, grato animo recepti fuerunt,at quia poſtea facinoribus,& rapinis præſertim immerſi,etiam à vera fide declinare viſi ſunt,adeò vt uix modicę fidei ſcintilla in eis ſupereſſe dignoſceretur, ut aſſeritur in
2 *pragm.1.infr.eod.* idcircò ab hoc Regno expulſi fuerunt per omnes pragmaticas antiquas, quæ nihil aliud continent.

3 Ratio decidẽdi,credo,quòd ſit fundata in diſpoſitione *text.in l. quòd ſi nolit, §.qui aſſidua,ff.de edil.*
4 *edict.* eò quòd Natio prouocat,& deterret, & mali mores externi ſępè corrumpunt bonos mores patrios;ſiquidẽm,vt ſcriptum eſt apud *Herodotum in Euterpe*,Aegyptij quemadmodùm Cęlo, & flumine ſunt ab aliis natura diuerſi, ità in cęteris omnibus habent diuerſa Inſtituta,& Iura,apud eos namquè Fęminę negotiãtur,cauponanturq; ,ac inſtitorijs negotijs vacant,Viri autẽ domi ſe continentes texunt, & alia muliebria tractant, onera capitibus geſtant, fęminæ verò humeris,item viri ſedentes mingunt,
6 fęminæ ſtãtes,& ſemper quis eſſe præſumitur eiuſdem affectionis,cuius eſt patria, teſte *Bart. in tract. de Guelfis,& Ghibellinis,col.4.* & faciunt alia multa, quæ ad hoc propoſitum congerit *Tiraq.de legib. cõnub.q.7.gl.1.n.17.*

Nõ me latet,varios varia retuliſſe de harum gentiũ oripine,natione,& moribus, pùt *Alciat. Parerg. lib.5.c.3.* & omnes diffusè refert *Martin. del Rio diſquiſ.magic.lib.4.c.3.q.5.* ſed certò certius eſt,q; apud
7 oẽs sũt infeſtiſſimi,& propterea Inuictiſſimus Imper.*Carolus* Auguſtus in Comitijs habitis Auguſtæ Vindelicorum in ann.1549.particulari Conſtitutione eos expulit à tota Terra Teutonica,teſte *Petr.de Greg.ſyntag.iur.vniu.lib.34.c.16.n.vlt.* & eodẽ *Martin.del Rio d.c.3.q.5.* Hæc Regio in duas Prouincias diuiſa apparet inter *Edicta Iuſtiniani Imper. Edict.* 13.vbi pluriès facit mentionem de vtraq; Aegypto.
8 Hi Zingari veniũt puniẽdi omnibus pœnis,et ſtatutarijs,& à Pragmaticis huius Regni inflictis, pùt puniũtur exteri oẽs,qui nõ sũt Zingari, ità decidit *Io.Bapt.Plot.conſ.132.n.27.* inter *cõſ.crim.diuerſ.1.10.* & gaudent immunitate Eccleſiarum, proùt cæteri Chriſtiani, *Leon.in Theſaur.for.Eccleſ.cap.13.num.34.* quàmuis ipſorum genus ſit hominum peſſimum,quod latè exclamat *Azeu.lib.8.tit.11.4.11.nouæ recopil.*

FINIS.

QVAE-

QVAESTIO ILLVSTRIS
IN MATERIA
IVRIS CONSVETVDINARII
Ciuitatis Neapolis Authoris eiuſdem, licèt in lucem prodijt ſub nomine Incerti Authoris.

An ſcilicèt Auo, vel Auia, cæteriſq; Aſcendentibus vlteriorìs gradus exiſtentibus in medio, ceſſet *Conſuetudo Si qnis, vel ſi qua*, quæ in defectum deſcendentium vocat proximiores cum diſtinctione bonorum, proùt ceſſat, exiſtente in medio Patre, & Matre.

RERVM SVMMA.

1 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua, *nunquid ceſſet, Auo, vel Auia, cæteriſq. aſcendẽtibus vlterioris gradus in medio exiſtentibus, quemadmodum ceſſat, patre, aut matre exiſtente in medio, n. 2 & 14. 16. 19.*

3 Napodani *dictum in* d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua in prima gloſ. *poſt* num. 125. verſ. vnde ego dico, *explanatur.*

4 *Succedendi ordo triplex* ex Napodano *refertur.*

5 *Parentibus bonorum ſubſidium ità de hoc iure conſuetudinario, ſicut de iure communi reſeruatur.*

6 Napodani *dictum in eadem* gloſ. n. 153. verſ. ſimilitèr pone, *declaratur, & n. 7.*

8 *Gradus prærogatiua, bonorumquè diſtinctio ceſſat, vbi quæſtio eſt inter lineam, & lineam, quod ſecus, quandò controuerſia eſt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & n. 22. & 25.*

9 *Succedendi ab inteſtato ſecundus ordo aſcendentium in bonis ſubiectis* Conſuetudini *non eſt correctus, vt ex* Napodano *colligitur.*

10 *Parentum appellatione propriè non tantùm continentur pater, & mater, ſed & aſcendentes alij vſq; ad tritauum.*

11 Napodani *locus in* Conſuet. Filiusfam. gloſ. pen. in verb. ſi nolit, *exponitur.*

12 Auth. Defuncto *remanet incorrecta de iure conſuetudinario iſto, nedùm reſpectu patris, & matris, ſed etiam reſpectu lineæ aſcendentis in infinitum, & n. 17.*

13 Antonij de Alexandro in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in apoſtill. *incip.* Nota iſtam rationem, *locus adducitur, & explanatur.*

15 *Conſuetudo corrigit ius commune, & debet ſtrictè intelligi, vbi* Minad. *locus* in deciſ. 38. num. 2. *& poſt* num. 4. *adducitur, tenentis hanc opinionem, quòd ſicut non habet locum* Conſuetudo Si quis, vel ſi qua, *patre, vel matre in medio exiſtente, ità & auo, vel auia, & alia eiuſdem Authoris loca adducuntur.*

18 *Pater, & alij aſcendentes excludunt collaterales.*

20 Napodani *locus in* Conſuetud. Et ſi teſtator, in verb. proximiores, *per* Regentem Reuerterium *adductus explicatur, & contrà dictum* Regentem *retorquetur.*

21 Napodani *alia loca adducuntur, & declarantur, & num. 23.*

24 *Auo, vel auia, proauo, vel proauia paternis, & etiam auo, vel auia, proauo, vel proauia maternis ſuperſtitibus, ſi quis moritur, quis ordo ſuccedendi erit, liberis non extantibus.*

26 *Verbum*, proximiores, *in* Conſuet. Si quis, vel ſi qua *poſitum, vti intelligatur.*

27 Napodani *locus in* d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua *adducitur, & declaratur.*

28 *Frater vterinus ſuccedit in bonis defuncti ſimul cum parentibus maternis, vt frater conſanguineus cum parentibus paternis, & n. 29.*

30 *Bonorum diſtinctio datur etiam in cõcurſu lineæ aſcẽdentis cum collaterali, dummodò ſint fratres, hinc ſi quis moritur ſuperſtitibus auo paterno, & materno, & fratre vtrinq; coniuncto, relictis bonis obuentis ex lineæ paternæ, & maternæ, tunc in bonis paternis, & ex lineæ paternæ ſuccedent æqualitèr auus paternus, & frater vtrinq. coniunctus, & in bonis maternis ſuccedent æqualitèr auus maternus, & frater vtrinq; coniunctus.*

31 *Conſuetudo corrigens ius commune in vno caſu expreſſo, corrigit etiam in eo, quod dependet à caſu correcto.*

32 Napodani *alia loca adducuntur & exponuntur.*

33 *Abnepos ſi ſupereſt defuncto, & auus, & frater, quis debeat ad ſucceſſionem admitti.*

34 *Dictio*, ſimilitèr, *importat idem, ac ſi fuiſſet dictum*, in ſuperiori caſu.

35 *Prælatio aſcendentium in ſucceſſione non habet locum,*

Digitized by Google

cum, si defunctus habet fratres vtrinque coniunctos, & fratrum filios, qui subingrediuntur locum, & gradum patris.

36 *Subingressio de iure hoc consuetudinario habet locum, nedum in filijs primi gradus, sed etiam in omnibus descendentibus ex fratribus in infinitum.*

37 Napodani *alius locus adducitur, & ponderatur.*

38 *Subingressio non habet locum vltrà primum gradum, quando inter concurrentes ad successionem non adesset frater defuncti.*

39 Consuetudo Sed si morienti, *vti limitetur.*

40 *Subauditus intellectus cessat, vbi de explicito, vero, & genuino intellectu constat, & alius* Napodani *locus adductus declaratur.*

41 *Consuetudines cùm sint correctoriæ iuris communis non debent extendi vltrà casum suum, etiam si casus omissus esset eiusdem naturæ, & n. 43. & sic in eis non habet locum rationis identitas.*

42 Consuetudines *istæ Neapolitanæ non possunt recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascendentium.*

44 Cõsuetudinis *dispositio debet quãtum fieri potest reduci ad ius commune.*

45 *Actus taciti non sunt sic largè interpretandi, sicut expressi, nisi quatènus se extendant actus, ex quibus resultant.*

46 *Bona conseruandi ratio penès illos, ex quorum linea venerunt, non est generalis, & perpetua, & n. 52.*

47 *Neptis ex filio, vel fratre sola succedit cum fratre, vel patruo de familia.*

48 *Ratio si nõ est generalis, cessat argumentum ab identitate rationis, quandò vnica tantùm ratio potest assignari.*

49 *Bonorum distinctio habet locum, quotiescunq; in eadẽ linea cõcurrunt plures personæ, siue sit linea ascẽdẽs, siue collateralis.*

50 *Consuetudo etiam exorbitans extenditur in his, quæ veniũt per modum consequentis necessarij.*

51 *Vna, eademque res non debet vno iure censeri respectu ascendentium, & diuerso iure respectu fratris collateralis, vno, eodemque tempore, & in eodem actu succedendi.*

53 *Dictio*, proximiores, *ab* Authore Consuetudinum *considerata non potest applicari inter diuersas lineas, sed solùm inter plures personas eiusdem lineæ. num. 55.*

54 *Iij omnes, & descendentes ex eis succedunt æqualiter in stirpes, & non in capita.*

56 *Proximiores dicuntur omnes illi, qui sunt de linea descendenti respectu eorum, qui sunt de linea ascendenti, & collaterali, sicut etiam proximiores vocãtur ascendẽtes respectu omnium de linea collaterali, non quòd verè, & propriè sint proximiores, sed quia sunt potiores.*

57 *Proximitas si consideratur respectu vnius lineæ ad aliam est impossibile, quòd existente auia materna, quæ est de linea ascendẽti intret alius de linea collaterali, nisi sit frater defuncti, vel fratris filius.*

58 *Ratio, super qua est fundatum illud axioma, quòd existente patre, vel matre in medio non habeat locum* Consuetudo Si quis, vel si qua, *habet etiam locum, existente auo, vel auia, ac etiam alijs ascendentibus.*

59 *Vbi est eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio, & non diuersa esse debet.*

1 NON minus vetus, quàm verum, & indubitatum est in iure consuetudinario huius Ciuitatis Neapolis illud vulgatissimum axioma, quòd scilicèt Patre, aut Matre existente in medio non habet locum *Consuet. Si quis, vel si qua*, in materia successionis ab intestato, quæ ceteris ibus liberis in bonis paternis præfert proximiores ex parte patris, in bonis verò maternis præfert proximiores ex parte matris, nàm pater etiam in bonis maternis excludit successores proximiores ex parte matris, & mater etiam in bonis paternis excludit proximiores ex parte patris, ità constat ex *Napod.* in d. *Consuet. Si quis, vel si qua*, in *prima glos. nu. 132. vers. sed primum puto verius*, vbi *Addentes* omnes, & iterùm in eadẽ *Consuet.* in *verb. præterquam*, in *princ. num. 180.* & in *Consuet. Et si testator*, in *verb. Proximiores* latè explicat, *Præs. de Frãch. dec. 91. dec. §43. n. 4. & dec. 606.* vbi hoc axioma meliùs declarat.

2 Quid autem in Auo, aut Auia, seù alijs ascendentibus vlterioris gradus, an idem sit dicendum, quod in Patre, & Matre, vt scilicèt etiam Auo, aut Auia, seù alijs ascendentibus existentibus in medio non habeat locum dicta *Consuetudo*, procè est in patre, & matre? & vtiquè talis quæstio antiquis temporibus antè tempora *Regentis Reuerterij* nullam pœnitùs habuit difficultatem, erat apud omnes absolutum, quòd idem èsset in Auo, & Auia, alijsq; ascendentibus, quod in patre, & matre, at tempore *Regentis Reuerterij* accidit hæc quæstio disputãda in causa Don Camilli Pignatelli Comitis Borrelli cum Duce Montis Alti, vbi fuit iudicatum contrarium, nempè, quòd *Consuetudo* ipsa habeat locũ etiam Auo, aut Auia, siue alijs ascendentibus existentibus in medio, vt constat ex ipsa *decisione* per extensum impressa post *Consuetudines Neapolitanas, fol. 394. & sequen.* quæ *decisio* præbuit ansam plerisquè Iurisprudentibus nostræ tempestatis in totum reprobandi opinionem Iurisprudentum antiquorum, & adeò irrepsit hæc secunda opinio, vt sępè apud omnes nunc habeatur pro absoluto, vt *Consuetudo* prædicta habeat locũ etiam auo, aut auia, alijsquè ascendentibus existentibus in medio, ità quòd quemadmodùm est vera limitatio, vt patre, aut matre existente in medio non habeat locum *Consuetudo*, ità etiam sit verissima sublimitatio, vt scilicèt hoc axioma procedat in patre, & matre tantùm, non autem in auo, & auia, & alijs ascendentibus vlterioris gradus, ità colligitur ex *Vinc. de Franch.* in *apostill.* ad *Napod.* in d. *Consuet. Si quis. vel si qua*, incip. *Consuetudo non habet locum*, in *fine*, *fol.* mihi 155. & in *dec. 92. num. 6. Camill. Salern.* in *Addit.* ad *Napod.* in *Consuet. Et si testator*, incip. *Si consuetudo habet locum, fol.* mihi 182. in *fin.* vbi inseruit formalia verba decreti.

Mihi verò sępè sępiùs à negotijs forensibus, & domesticis segregato, nullius addicto in verba Magistri, nec vllius Clientis affectu, prece, aut pręmio adstricto, vel alterius spe lucri sollicitato, sed pro ipsa tantùm veritate, tranquillo, & pacato animo hæc omnia seriosiùs perscrutanti, *Decisio* prædicta (pace illius eminentissimi ingenij Viri, ac vtriusq; Senatus in ea votantis dixerim) visa est satis, atquè satis dubitabilis, quippè quæ habet omnium Iurisperitorum antiquorum, & recentium authoritates contrà se, & signantèr ipsiusmet *Napodani*, qui dicitur lucerna huius Iuris cõsuetudinarij, & omnium aliorum, quotquot post se scripserunt in hac materia,

&

& rationes in contrarium ponderatæ per *Regentem Reuerterium* retorquentur contrà ipsum,& id.quod summa summarum est,eadem ratio,quæ introduxit limitationem *Consuetudinis* in patre,& matre, militat etiam in auo,& auia,omnibusque alijs ascendẽtibus, vt igitur futuris sæculis detur aditus hanc quæstionem diligentiùs perscrutandi,& examinandi,& exindè veritatem puram eliciendi, nè sub incerto in re tàm magni ponderis in foro Litigantes versentur,volui hoc meo,quouis rudi,& inepto stylo,infrascripta in medium afferre.

3 Ponderando itàque Iurisprudentum authoritates exordium faciam à *Napodano*. Is enim in *Consuetud.Si quis,vel si qua,in prima glos.* post *num.*125. *vers.vnde ego dico,fol.*113. post relatum ordinem succedendi de iure communi, vult declarare illud verbum,*Proximiores* positum in *principio Consuetudinis*,de quibus proximioribus intelligatur,& licèt in *ver.quæro modò*,retulerit duos intellectus,vnum, quòd intelligatur de linea ascendenti, alterum, quòd intelligatur de collaterali,tamen vtrumq; dicit falsum,& volens dare verum intellectum, subdit hæc formalia verba,*vndè ego dico, quòd secundùm hoc ius municipale est triplex ordo succedendi, & aliter quàm dictum sit suprà. Primus scilicèt ordo lineæ descendentis est iure liberorum,quorum est prima causa,vt suprà proxima consuetudine. Secundus ordo est lineæ rectæ ascendentis iure parentum. & de his parẽtibus iure parentum nil noui statuitur hic, sed solùm bonorum subsidium soluetur eis. vt in Consuetud. Filiusfamilias,quod est etiam de iure communi, vt in auth.vt cùm de appell.cognoscit. § hæc autem disposuimus,in princ.Tertius verò ordo est valdè nouus,scilicèt iure proximitatis cum distinctione bonorum.* Ecce igitur,quòd *Napodan.* hic expressè tradit pro regula, quòd dicta *Consuetudo* nil noui inducit circà secundum ordinem succedendi iure parentum, qui comprehendit totam lineam ascendentem directã, ergò remanet sub dispositione iuris communis, vt post primam causam descendentium, secunda sit ascendentium,& tertia collateralium,& sic etiam de iure consuetudinario linea ascendentium præfertur collaterali.

6 Idem *Napodan.* in eadem *glos. num.*153. *versic. similiter pone,fol.* mihi 117. ponit casum nostrum in specie per hæc verba,*similiter pone, quòd sit controuersia inter lineam ascendentem,& collateralem, nàm tunc præferuntur ascendentes, quorum est secunda causa, vt in authent. cessante, & in authen. de hæredibus ab intestat.§.2.* si ergò linea ascendens præfertur collaterali, hic est casus noster decisus pro linea ascendenti contrà consanguineos de linea collaterali.

Et nè potuisset cauillari, quòd fortasse hoc dictũ *Napodani* intelligatur de his ascendentibus ex parte,vndè prouenirent bona, ipse idem paulò post *num.*155.*vers.aut ergò*,tradit pro regula,quòd quandò controuersia est inter lineam,& lineam,tunc cessat prærogatiua gradus, & bonorum distinctio,vt modò dixi, & id, quod modò dixerat,erat, quòd quandò concurrit linea descendens cum ascendenti,vndècunq; peruenerint bona, & in quocunquè gradu existant,semper præfertur linea descendens absquè distinctione bonorum,& gradus, sed quandò controuersia est inter eos, qui sunt in eadem linea,tunc attenditur distinctio bonorum, & prærogatiua gradus.

Idem *Napodan.*in eadem *Consuet. in glos. præterquàm,num.*181.*vers.item,quia secundus ordo,fol.* mihi 123.iterùm ait,quòd secundus ordo succedendi ab intestato.s.ascendentium in bonis subiectis Cõsuetudini,non est correctus.

Idem in Consuet.Filiusfamilias,in pen.glos.in finalibus verb. vtitur verbo,*parentes paternos*, & appellatione parentum certum est, quòd propriè continentur,non solùm pater,& mater, sed ascendentes alij vsquè ad tritauum, vt in *l.Iurisconsultus*,circà *princ.vers.parentes apud Romanos,ff.de gradibus*, & *l.appellatione parentis,ff.de verb.signif.*

11 Et in eadem *Consuetud.in verb.si nolit*, expressè loquitur de auo materno, & subdit pro ratione, *linea enim ascendens excludit lineam collateralem*, citans se ipsum in *d.Consuet.Si quis,vel si qua*,& dat regulam,quòd existentia parentum excludit collaterales,loquens per illud verbum, *parentum*,quod comprehendit omnes ascendentes, vt suprà, quæ verba ponderauit etiam *Præs.de Franch. dec.*91.*nu.*5.Ecce igitur,quòd *Napod.*semper,& vbiquè fuit in vna,eademq; opinione perpetua in beneficium totius lineæ ascendentis.

12 *Anton. de Alexan.* cuius authoritas quanta sit etiam in materia consuetudinaria nemo est, qui nesciat,in eadem *Consuetud.Si quis,vel si qua,in apostill.* incip.*si ergò quis moritur*, expressè ait hæc punctualia verba,*& vide,quòd auth.defuncto videtur remanere incorrecta,nedùm respectu matris, & patris, sed etiam respectu lineæ ascendentis in infinitum, ità quòd non habita distinctione bonorum, & gradus ascendens linea semper præfertur collaterali,& sic auus, seù auia etiam materna excludet patruum,& amitam in bonis paternis,& ex linea paterna obuentis defuncto.* Ecce casus noster ad literam.

13 Idem *Anton.de Alexan.*in eadem *Consuetud.in apostill.*incip.*Nota istam rationem, fol.* mihi 125. ex ratione,quam adducit *ibi Napodan.* ad probandum, quòd *Consuetudo* non habet locum patre, vel matre existente in medio,& si verba *Consuetudinis* de proprietate verborum comprehenderent patrem, & matrem,quia propter pietatem esset recedendum à proprietate verborum,notat, inquam,*Anton. de Alexand.*quòd idem sentiat *Napodan.*in auo paterno existente in medio,& subdit,quòd ipse idem diceret in auta.

14 *Capyc.in decis.*210. *num.*3. apertissimis verbis ait,quòd dicta per ipsum suprà *num.*1.vt scilicèt *Cõsuetudo* non habeat locum patre, vel matre superstite, procedunt,nedùm in patre,& matre,sed etiam in alijs ascendentibus,& super hoc est fundata illa *decisio.*

Idem *Capyc.in apostill.ad Napod. in Consuetud. Si quis,vel si qua*,incip.*ad eaqua*, *vers. sed si quæratur, fol.*mihi 127.

*Regius Consiliarius Ioannes Thomas Minadous in decis.*38.*num.*2.in specie inquit, quòd *Consuetudo* 15 corrigit ius commune, & debet strictè intelligi,& sic in casu simplici,quandò quis decedit relictis collateralibus, non autem ascendentibus simul cum collateralibus,qui est casus mixtus, & post *num.*4. *vers.illud declara*,subdit,*illud declara,quandò pater, vel mater,vel alius ascendens concurrit simul cum fratribus defuncti, secundùm terminos dictæ auth.defuncto,tunc succedunt omnes secũdùm terminos dictæ auth.sed quandò ascendens concurrit cum alijs remotioribus,qui non comprehenduntur in d.auth tunc succedit solus ascendens sine illis,quia ntq; per consuetudinem vocantur,stante ascendente,per prædicta, nequè de iure,quia secunda causa est ascendentium,& excludit collaterales præter eos, qui vocantur per d.auth.*

& est notandum, quòd specificè loquutus est de Auo, & Proauo, & agit de ordine succedendi inter lineam, & lineam. Nè tamen prælatio ascendentium in successione intelligeretur etiam ad exclusionem fratrum vtrinquè coniunctorum, statim subdit limitationem, nisi defunctus habuerit fratres vtrinquè coniunctos, aut fratrum filios, qui subingrediuntur locum, & gradum patris, vt in §. *ex diuerso*, in *auth. de hæredib. ab intestato*. At quia de iure consuetudinario subingressio habet locum, nedùm in filijs primi gradus, sed etiam in omnibus descendentibus ex fratribus in infinitum, vt in *Consuet. Sed si morienti*, & ipse loquebatur de iure consuetudinario, incontinenti addit, *vel etiam in infinitum ex fratribus secundùm hoc ius*, citans *d. Consuet. Sed si morienti*, & sic hùcusquè concludit *Napodan.* quòd Auus, vel Proauus succedent defuncto, nedùm vnà cum fratribus defuncti vtrinquè coniunctis, aut cum filijs fratrum, secundùm ius commune, sed etiã cum descendentibus omnibus ex fratre in infinitũ, secundùm hoc ius consuetudinarium.

Ecce itaquè, quòd vsquè hùc *Napod.* non excludit auum, & proauum, etiam in concursu solius lineæ collateralis, nullatenus admixta linea descendenti; immò lineam ascendentem expressè, & generaliter includit, admittendo illam in concursu fratrum cum fratribus, & fratrum filijs, & præferendo
37 alijs collateralibus viterioris gradus. Progreditur viteriùs *Napod.* in *vers. sed certè, num.* 254. & declarando id, quod proximè dixerat respectu subingressionis in infinitum, per *Consuet. Sed si morienti*, ait, quòd illa *Consuetudo* loquitur, quandò descendentes ex fratribus in infinitum volunt succedere cum fratre defuncti, non autem loquitur, quandò, volunt succedere cum patre, vel auo defuncti, quo casu dicit, habere locum iura communia. Hic Ego fateor, quòd *Napod.* remittit se ad iura communia respec-
38 tu subingressionis tantùm, vt scilicèt non haberet locum vltrà primum gradum, quandò inter concurrentes ad successionem non adesset frater defuncti, prout hanc declarationem approbauit Sacr. Conf. teste *Præs. de Franch. dec.* 266. sed non propterea sequitur, quòd hoc secundum exemplum positum per *Napod.* non sit in casu, quo concurrit sola linea ascẽdens cum collaterali, nàm *Napod.* persistendo in eius exemplo, vult, quòd licèt fratres, vtrinquè coniuncti, & filij fratrum per subingressionem possint concurrere in successione cum linea ascendenti, nõ tamen similiter possint concurrere alij descenden-
39 tes viterioris gradus ex fratre, quia dicta *Consuet. Sed si morienti*, quæ introducit subingressionem illã in infinitum, non habet locum, quandò concurrunt in successione cum patre, vel auo defuncti, & sic, *Napod.* etiam limitando *d. Consuet. Sed si morienti*, persistit in exemplo concursus aui cum collateralibus tantùm, & vult, quòd collaterales vltrà filios primi gradus excludantur ab auo.

Quò fit, vt ex his pateat, verum esse, quòd nedùm *Napod.* nullibi dicit, quòd quandò solùm est ascendens ex vna parte, & collateralis ex altera, habeat locum *Consuetudo*, vt fiat distinctio bonorum, prout fatetur *Reg. Reuerter.* contendisse Aduocatos Comitis Borrelli, immò potiùs *Napod.* in hoc casu bis expressè dicit contrariũ apertissimis verbis, vt auus solus præferatur collateralibus, vltrà fratres, & filios fratrum.

Vltimò subtilissimus ille *Regens* concludit, quòd licèt *Napod.* expressè id non dicat, vt quandò solus ascendens cõcurrit cũ fratre, separatio bonorũ fiat, tamen satis expressè hoc dicit, dùm vult, quòd si frater vtrinque coniunctus succedit cum auo paterno, & auia materna, habet locum dispositio Cõsuetudinis, quia eadem est ratio, vt semper bona intus Ciuitatem perueniant ad eos, ex quorum linea peruenerunt, & sic *Regens* ipse concludit suum uotum à subaudito intellectu *Napod.* & ab identitate
40 rationis *Consuetudinis*; Sed facilis est resolutio, nam subauditus intellectus cessat, ubi constat de explicito uero, & genuino intellectu totiès per ipsũ declarato, tot enixis, & clarissimis uerbis, ut clarioribus uti non potuerit, nàm in claris non est opus coniecturis, *l. continuus, ff. de verb. oblig.* Identitas uerò rationis non debuit à tanto Vito ponderari in ma-
41 teria *Consuetudinum*, quæ sunt correctoriæ iuris cõmunis, & proindè exorbitantes, & sic non debent extendi ultrà casum suum, *Bartol. in auth. qui rem, num.* 8. ubi etiam *Ias. num.* 21. *C. de sacrosanct. Eccl. Bal.* in *fin.* sub *num.* 9. *vers. vnum aliud quæritur, C. comm. vtriusq; iudic.* pulchrè *Crau. de antiq. tempor. par.* 4. in *princ. num.* 42. cum *seqq. & num.* 76. cum sexcentis alijs cumulatis per *Prat. de contuend. q.* 12. *nu.* 1. & in specie de his *Consuetudinibus Neapolitanis*,
42 aut non possint recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascendentium, tradit *Napod.* in *d. Consuet. Si quis, vel si qua in gl. præterquam*, post *nu.* 82. *fol.* 116. circà *med. vers. præterea constitutiones*,
43 *& Ann. alleg.* 81. *num.* 1. & etiam si casus omissus esset eiusdem naturæ cum casu expresso, *Innoc. in cap. fin. de offic. Archidiac. & in cap. dilectis. de Capell. Monac. Bart. in l. 1. ff. de tit. & lib. priu. Abb. in cap. quod translationem, de offic. legat.* facit quod in casu valdè simili docet *Everard. in loc. à ratione legis larga*, qui est locus 35. *vers. primum est, & vers.*
44 *secundum exemplum est.* Immò illarum dispositio debet, quantum fieri potest, reduci ad ius commune. *Anna.* qui loquitur de hac nostra *Consuet.* in specie in *alleg.* 70. *nu.* 17. post *Dec. cons.* 71. *col.* 2. *& cons.* 451. *col.* 2. quem citat.

Vltrà quòd non reperitur talis ratio expressa in *Consuetudinibus*, ut ponderat *Præs. de Franch. decis.* 149. *num.* 12. *vers. nec valet dicere*, & licet fortasse, quia non possent alia assignari, haberetur pro expressa, tamen hæc expressio est intelligenda in casu expresso, non autem in hoc casu non expresso, vbi agitur de exclusione ascendentium contrà ius com-
45 mune. Actus enim taciti non sunt sic largè interpretandi, sicut expressi, misi quatènus se extendunt actus, ex quibus resultant, *l. 1. §. Iulianus. ff. de itiner. act. priuat. l. fin. C. nè fil. pro patr. Crau. de antiq. temp. p.* 4. *in princ. num.* 77.

46 Tantò magis, quia prædicta ratio conseruandi bona pœnès illos, ex quorum linea uenerunt, non est generalis, & perpetua, nàm uidemus, quòd etiam secundùm opinionem *Reuerterii*, patre, uel matre existente in medio cessat *Consuetudo* respectu ipsorum, & sic bona paterna possunt transire ad matrẽ, & bona materna ad patrem, sicquè non conseruarentur pœnès illos de eadem linea, ut in specie considerat in materia *d. Consuet. Præs. de Franch. decis.* 157. *num.* 5. sic etiam neptis ex filio, uel fratre
47 sola succedit cum fratre, uel patruo de familia, ut declarat *Napodan.* in *Consuet. Si quis, vel si qua, §. sed si morienti*, in *verb. filiæ*, & in *verb. neptes*, & licèt ipsa sit de familia, tamen per mortem exit de familia, ut considerat idem *Præs. de Franch. d. de-*
48 *cis.* 149. *num.* 12. *vers. nec valet*. Ergò si ratio non est generalis, cessat argumentum ab identitate rationis, quia illud procedit, quandò vnica tantùm ra-

nio poteſt aſsignari,ut per *Euerard.* prædicto *loc.* 35. *uerſ. ſed nè erres.*

Sed uè vel dubitandi anſa ex hac prætenſa identitate rationis irrepere poſſit in animos iudicantiũ, conſiderent,quæſo,ingenia perſpicacia, quàm magna diuerſitatis ratio ſit inter vnum caſum, & aliũ, nàm in caſu *Napod.* quandò ſcilicèt frater vtrinquè coniunctus concurrit cum auo paterno, & auia materna,ratio,vt bona non diuidantur æqualitèr inter auum,& aulam, licèt ambo ſint de linea aſcendenti,& in pari gradu,ſed fiat inter ipſos diuiſio bonorum,& paterna dentur auo paterno, materna verò auiæ maternæ,non eſt concurſus fratris vtrinq; coniuncti, qui eſt de linea collaterali, ſed concurſus plurium perſonarum in eadem linea aſcendenti, nã
49 quotieſcunquè in eadem linea concurrunt plures perſonæ,ſiuè ſit linea aſcendens, ſiuè collateralis, ſtatim intrat diſtinctio bonorũ, etiã ſi ſint ſolũ aſcẽdentes ſine concurſu collateralium,vt patet ad literam in exemplo tradito per *Napod.* in *d. Conſuet. Si quis,vel ſi qua,num.* 129. per tot. & eò ipsò, quòd intrat diſtinctio bonorum in ſucceſſione pluriũ perſonarum de linea aſcendenti ex diuerſis partibus, ſequitur per neceſſariam conſequentiam,quòd ſi cũ eadem linea aſcendenti concurrat frater vtrinquè coniunctus, eadem diſtinctio bonorum habeat locum,etiam reſpectu ipſius fratris, qui cùm ſit coniunctus tàm ex parte patris, quàm ex parte matris,debet per concurſum participare de bonis paternis cum auo paterno, & maternis cum auia ma-
50 terna,quia in his, quæ veniunt per modum conſequentis neceſſarij, conſuetudo etiam exorbitans extenditur, *Crau. de antiq. tempor. par.* 4. in *princ. n.* 63. *& 66. Euerard. in loc.* 35. *à ratione legis larga, in.* 11. *fallen.* quem ſuperiùs citaui: non enim vna,ea-
51 demquè res debet vno iure cenſeri reſpectu aſcẽdentium,& diuerſo iure reſpectu fratris collateralis,vno,eodemquè tempore,& in eodem actu ſuccedendi,vulgat. *Iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* cùm enim ſemel intrauit illa diſtinctio bonorum per cõcurſum plurium perſonarum in eadem linea aſcendenti,dũrat perpetuò quòad omnes ſuccedentes,at in caſu noſtro,& *deciſionis Regentis Reuerterij*, quãdò de linea aſcendenti concurrit ſola auia materna, & ſic ſolus vnus aſcendens, tunc non poteſt intrare diſtinctio bonorum vllo modo, ceſſante concurſu plurium perſonarum in eadem linea, & propterea à concurrente linea collaterali cum aſcendente,intrat ſolùm controuerſia inter lineam,& lineam,quo caſu attenditur ſolùm potioritas lineæ abſquè vlla diſtinctione bonorum, vt ex pluribus locis *Napod.* ſuperiùs demonſtraui.

52 Quò fit, vt illa ratio conſeruandi bona intus Ciuitatem pẽnès illos,ex quorum linea peruenerunt, ſiuè expreſſa,ſiuè tacita ſit, non ſit in conſideratione ſemper,& vbiquè, ſed quandò adeſt concurſus plurium perſonarum eiuſdem lineæ, ſed ceſſante concurſu plurium eiuſdem lineæ,ceſſat ratio, & *Cõſuetudinis* diſpoſitio.

Et quòd hæc ſit ipſa veritas, conſiderent, quæſo, mecum perſpicaciſſimi veritatis indagatores illam
53 dictionem,*Proximiores*, qua vtitur Author *Conſuetudinum*,tàm in *d. Conſuet. Si quis,vel ſi qua*,quàm in *Conſuet. Et ſi teſtator*, hæc enim dictio, *Proximior*, nullo modò poteſt applicari inter diuerſas lineas, ſed ſolùm inter plures perſonas eiuſdem lineæ, vt patet ex *auth de hæredib. ab inteſt. venien.* in pluribus locis, vbi *Imper.* poſtquàm in principio conſtituit tres gradus,ſeù potiùs ordines ſuccedendi, ſcilicèt aſcendentium,deſcendentium,& collateraliũ, quas lineas appellat *Napod.* inter vnam, & alteram lineã non conſiderat proximitatem,vt ità dicam, quia nulla eſt,ſed prioritatem,aut potioritatem tantùm in ordine ſuccedendi,& ſic primum locum aſsignauit lineæ deſcendenti,vt in *§. ſi quis igitur*, ſecundũ locum tradidit lineæ aſcendenti,vt in *§. ſi igitur defunctus*,tertium, & vltimum locum dedit lineæ collaterali poſt fratres,fratrumquè filios,qui concurrũt cum linea aſcendenti, vt in *§. ſi verò nequè fratres*, verùm poſt aſsignatum locum vnicuique lineę,proceſsit ad deſignationem graduum inter plures eiuſdem lineæ,ſeu ordinis,& omiſſa linea deſcendenti,
54 in qua omnes filij, & deſcendentes ex eis ſuccedũt æqualitèr in ſtirpes,& non in capita, vt *ibi* §. 1. & in *§. cùm filius, Inſtit.* eodem *tit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* incipit à linea aſcendenti, vt in *d. §. ſi igitur defunctus deſcendentes*, & inter aſcendentes ſtatuit,vt proximiores gradu præferantur remotioribus,vt *ibidem verſ. hos præponi iubemus, qui proximi ſunt*, & iterùm in *uerſ. ſi verò cum aſcendentibus*, ibi,*cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur*, illud idem ſtatuit in linea collaterali, in *d. §. ſi verò nequè fratres*, ibi, *ſecundùm vniuſcuiuſq; gradus præ-*
55 *rogatiuam*. Ecce igitur,quòd proximitas de iure non conſideratur inter lineam,& lineam,ſed ſolùm inter plures eiuſdem lineæ. Ergò dùm *Conſuetudines* noſtræ vſæ ſunt illo verbo,*Proximiores*, non poteſt referri,& conſiderari hæc proximitas ad cõcurſum inter lineam,& lineam, ſed ſolùm ad concurſũ plurium perſonarum eiuſdem lineæ.

56 Eſt benè verum, quòd omnes illi, qui ſunt de linea deſcendenti, cuius eſt prima cauſa, dicuntur proximiores reſpectu omnium de linea aſcendenti, & collaterali,etiam ſi illi remotiores ſint, quàm iſti reſpectu gradus,& ſic etiam omnes illi,qui ſunt de linea aſcendenti,cuius eſt ſecunda cauſa, dicuntur proximiores reſpectu omnium de linea collaterali, cuius eſt tertia cauſa,non quòd verè, & propriè ſint proximiores,ſed quia ſunt potiores, ſcilicèt primo loco vocati,& hi,qui ſunt de linea ſecunda,non poſſunt venire, niſi in defectum omnium de prima linea,& ſic,qui de tertia linea non poſſunt venire, niſi in defectum omnium, qui ſunt de ſecunda, vt eſt pulcher *tex.* de iure feudorum in *c. 1.* in *fin. de natur. ſucceſſ. feud.*

Id,quod in effectu voluit dicere *Napod. in d. Cõſuet. Si quis,vel ſi qua*,in *verb. proximiores*, *nu.* 164.
57 ſecundùm quam declarationem,etiam quãdò proximitas conſideratur reſpectu vnius lineę ad aliam, eſt impoſsibile, quòd exiſtente auia materna, quæ eſt de linea aſcendenti,intret alius de linea collaterali,non dico,qui eſſet in gradu remotiori, ſed eriã in propinquiori, niſi ſit frater defuncti, vel fratris filius,vt ſuprà dictum eſt. Hæc de rationibus per *Regentem Reuerterium* ponderatis pro ſua ſentẽtia.

58 Quòd ſi modò perpendamus rationem, ſuper qua eſt fundatum axioma illud,vt ſcilicèt patre,aut matre exiſtente in medio non habeat locum *Conſuetudo*,vtiquè luce clarius apparebit, quòd æquè militat in auo,& auia,cæteriſquè aſcendentibus, ac in ipſo patre,& matre,ſiquidèm initium ſumpſit ab authoritate *Andr.* in *cap.* 1. *num.* 6. *verſ. & ſic ſi ſtatutum, de nat. ſucceſſ. feud.* qui ea ratione mouetur, quia filius non poteſt patrem exhæredare ſine cauſa,& Princeps non poteſt naturalia iura tollere, ergò nec ſtatutum,vel conſuetudo,etiam expreſsè,& ſic multò minus tacitè,quę quidèm ratio non minus procedit in auo,& auia,& deinceps aſcendentibus,

quàm

*V*sura in crimine merè canonico statuta laicorum an sint de iure valida.

10 *V*surarius contractus nùm sit, si dubitetur, an Iudex laicus possit de eo cognoscere.

11 Contractus ad gaudimentum, vulgò à godere an sit permissus.

12 *V*sura qualitèr committatur in contractu locationis.

13 *V*surarius an sit contractus, ad capitale saluum.

14 *V*surarius cõtractus an erit, si quis tradat alicui merces vendendas æstimatas certo pretio, cum pacto, quòd lucrum indè prouenicus diuidatur inter ipsum, & emptorem.

15 *V*surarius contractus an erit, si in contractu mutui, vel cuiusuis alterius speciei sit promissa solutio in pluribus tandis, cum pacto, quòd si defecerit in vna tanda, contractus possit rescindi pro integra sorte.

16 *V*surarium contractum ab initio non faciens, si ex post facto in exactione crediti committat vsuram, an puniri possit pœna istius pragmaticæ, vel alia de iure communi.

*F*aciens contractum prima facie licitum, licèt in veritate vsurarium, nequaquàm subijcitur pœnæ statutariæ, vel municipali.

17 *V*suras Princeps per statutum, vel priuilegium an possit permittere saltim Iudæis.

18 *V*suram committit emens annuum censum ad rationem decem pro centenario, seruata forma Bullæ, si faciat pactum, quòd venditor teneatur soluere sportulas Tabellioni pro cautelarum confectione.

19 Publicatio bonorum est de Regalibus.

20 Concessio generalis iurisdictionis non comprehẽdit Regalia, nisi exprimantur.

21 Barones habẽtes merum imperium vtrum possint cognoscere de vsurario crimine, cùm pro illo imponatur publicatio bonorum, quæ est de Regalibus.

22 Publicatio bonorum pro vsurario crimine imposita vtrum comprehendat etiam iura, & actiones.

23 Filius an sit aliqua portio reseruanda in publicatione bonorum pro paterno crimine vsurario, remissiuè.

24 Fiscum quæ alia onera sequantur facta publicatione bonorum.

25 Publicatis bonis, publicatur etiam res vendita à delinquente nondùm tamen tradita.

26 *V*surarius an vltrà publicationem bonorum possit criminalitèr puniri.

27 Bona prohibita alienari non veniunt in publicatione bonorum.

28 *V*suræ in crimine, Parte desistente an possit procedi ad instantiam Fisci.

29 Publicatio bonorum per priuilegium, si esset sublata, an subrogetur alia pœna extraordinaria.

30 Tortura vtrum danda in vsurario crimine.

31 Publicatio bonorum est minor modica pœna corporali.

32 Pœna corporalis à quibus Magistratibus possit imponi.

33 Testis super vsurario crimine negans veritatem quæ negotiatione sequatur absolutio rei, non tenetur restituere Fisco, quod peruenisset ad illum, si reus condemnatus fuisset.

34 *V*surarium instrumentum conficiens, si cum effectu nõ exigat, an sit puniendus.

35 *V*surarius inquisitus lite pendente est sub fideiussoribus relaxandus.

36 *V*surario crimine tenentur nedùm mutuantes ad vsuram, seù formalitèr fenerantes, sed etiam ij, qui quacunquè calliditate solent contrahentes circumuenire, vt iniquè lucrentur.

37 *V*sura an sit in locatione rei minimæ facta sub maxima pensione, remissiuè.

38 *V*surarum crimine an teneatur vendens fruges maiori pretio, quàm valeãt ob dilationem temporis, vel dans boues ad pedaticum.

39 Publicationis pœna, de qua hic, an, et quandò incurratur ipso iure, vel per sententiam.

40 Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij an faciat contractum vsurarium.

41 Coniecturæ, & probationes excludentes hanc vsurariam prauitatem sunt plures, quarum aliquot hic recensentur.

42 *V*sura est dare pecunias sub cambijs ficcis, & ex tali contractu nihil potest exigi pro interesse.

43 Promissio per socerum genero facta de soluendo certum interesse, donec dos illi soluatur, an vsuraria sit.

44 *V*suram vtrum committat ab initio certum interesse pactus cum debitore pro retardata solutione.

45 Mutuum etiam pro retardata solutione certum quid recipiendum admittit, immò etiam pendente dilatione data ad soluendum pacisci potest de interesse in mutuo.

46 Contrahens nomine alieno vtrum possit teneri crimine vsurarum.

47 *V*surarius condemnatus alia pœna, quàm contenta in pragmatica ista, vtrum fiat infamis.

48 Pactum factum in societate de habendo certum quid præcipuum vltrà lucrum non est fœneratitium.

49 Pœna vsurarum an transeat ad hæredes.

50 *V*suram non committit vendens modium tritici paulò carius, quàm valet, data parua dilatione ad soluendum.

51 *V*sura an committatur accipiendo aliquid pro mutuo.

52 Mutuans frumentum, si sit oblatum, & non accipiat, licèt postea superuenerit egestas, non poterit plus exigere, quàm valebat frumentum in vberate oblatum.

53 *V*surarij contractus qui dicantur, vti probentur, & qualitèr puniantur, remissiuè.

54 *V*suram an committat vendens fruges in hyeme pro pretio, quo valebunt in mense Maij, remissiuè.

55 *V*endens fundum pro certo pretio, eumq; retinens præstando annuam pensionem, an propterea emptor incurrat vsuram.

56 *V*sura in mutuo quot modis committatur.

57 Mercatori quandò liceat certum interesse pacisci in mutuo.

58 Consuetudo fenerandi an excuset ab hac pœna temporali.

59 *V*surariam prauitatem an contineat facti species proposita, si dubitatur, an causa sit remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum.

60 Contractus societatis vti excusetur ab vsuraria prauitate.

61 Interesse lucri cessantis potest ab initio inter contrahentes taxari ad certam rationem, sine vsura.

62 *V*surarij bona pro vsurarum restitutione an sint tacitè hypothecata, ità vt is, cui facienda est restitutio, præferatur alijs creditoribus non hypothecarijs, & possit habere recursum contrà tertios possessores.

63 *V*surarij defuncti de hæreditate priùs deducũtur vsuræ, quàm soluantur legata, & alia relicta titulo lucratiuo.

QVia nouitèr, &c.

Aliàs incipit *Nouitèr, &c.*

Tres testes licèt singulares, & in facto proprio deponẽtes sufficiunt in causa vsurariæ prauitatis. H. D.

Vt

Vt procedat deciſio huius pragmaticæ, plura requirũtur, ſcilicẽt vt præcedat fama publica, probatio, teſtes eſſe fide dignos, & renuncient repetitioni vſurarum, vt per *Foller.* poſt *pract.crim.in fragmẽtis, num.* 52. ſub *tit.de vſur.* ſed videndus eſt *Farinac.* in *tract.de teſtib.q.*64. *num.* 195. cum *ſeq.* qui intelli-
2 git, ſi agatur de probando aliquem vſurarium in genere, ſecus autem ſi agatur de probando vſuram in ſpecie ab aliquo cum aliquo commiſſam, quia tunc teſtes ſingulares non ſufficiunt, vt etiam latè probat *Surd.conſ.*425. *num.*11. cum *ſeqq. vol.*3.

3 Quid autem ſit vſura, & quo iure prohibita, vide *Couar.lib.*3. *var.reſol.cap.*1. dicentem, eſſe prohibitã iure naturali, diuino, & humano, canonico, & ciuili, & eſſe voluntatem capiendi vltrà ſortem lucrum aliquod temporale vi, & cauſa mutui principaliter,
4 & quis dicatur vſurarius manifeſtus, & quomodò puniatur, vide *Florian.conſ.*22. *in* 2. *dub. Couarr.* eod. *lib.*3. *var.reſol. c.*3. *Campag.* in ſuis *commentarijs* ad hanc *pragmaticam*, quam inſeruit inter *capit. Regni* incip. *Nouiter noſtræ, Caraū.rit.*21. per tot. *Feder. de Sen.conſ.*17. *Foller.pract.crim.canon.fol.* mihi 226. *nu.* 48. *Abb.* in *cap.cum diœceſi*, circà *fin.de vſuris*, dicentes, vſurarium manifeſtum eſſe, vel per confeſſionem in iudicio, vel coràm Sacerdote, & teſtibus publicè, ità vt in plurium notitiam deuenerit, vel per ſententiam damnatum, aut palàm, & publicè fœneratitiam artem, ità vt operis euidentia nullam excuſationem habeat, exercentem, eumquè de iure ciuili pœna infamiæ puniri, & ad materiam *Iul.Clar.pract.crim. q.*53. *verſ.ſed quid ſi Epiſcopus, Bellug.* in *Specul.Princip.rubr.*11. *§. de vſur.rium, num.*13. *Ann.ſing.*588. *& ſeq. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.*2. *caſu* 398. *Hier. Cauall.prac.quæſt.comm.contr. comm. lib.*1. *q.*11. vbi etiam agit, an puniri poſſit à Iudice Eccleſiaſtico, &
concludit *num.*9. Iudicem laicum de quæſtione facti
5 cognoſcere, de ſubſtantia verò contractus Eccleſiaſticum, & quandò in contractu mutui vſura commiſſa præſumatur, vide *Menoch.de præſumpt.lib.*3. *præſumpt.*123. qui affert tres coniecturas, quandò quid vltrà ſortem mutuatam recipitur, vel promittitur, niſi alitèr conſtaret de animo non fœnerandi, quandò nulla intercedit amicitia inter mutuantem, & mutuatarium, vel quandò mutuatarius magno precio emit rem, quam non emiſſet, niſi cauſa mutui, & nonnulla pro neceſſaria cognitione huius criminis, & ad materiam vide per *Sebaſt.Medic.* in *ſumm.peccat.par.*1. *tit.*6. *q.*48. cum pluribus *ſeqq. Curt.iun.conſil.*337. *vol.*3. *Intrigl.dec.*7.

Et is, qui vendit frumentum carius ad credentiã
6 non punitur de vſura, *Marant.conſ.*113. *Farinac. deciſ.* 30. de impreſſis poſt primum *vol.* ſuorum *conſ.* vbi multa ad neceſſariam cognitionem huius crimi-
7 nis, nec per famam, & libros Campſorum probatur
8 vſurarius, *Zuccard.conſ.*55. ſed vendere frumentum antè tempus ſub pretio anticipatè ſoluto non eſſe contractum vſurarium, *Reg. Lanar. conſ.*61. per tot. defendit.

An autem huiuſmodi ſtatuta laicorum in hoc
9 crimine merè canonico ſint de iure valida, affirmat *Couarr.de ſponſ. par.*2. *cap.*6. *num.*19. & ſi eſſet du-
10 bium in facto, nùm contractus eſſet vſurarius, Iudex laicus non poſſet de hoc cognoſcere, ſecus ſuper quæſtione facti, quia erit præuentioni locus, *Iul. Clar.pract.crimin.q.*37. *verſ.quæro igitur, Marant.diſput.*1. *Andr.* in *cap.*1. in *verb. contrahentium inceſt. nupt.n.*37. *quæ ſint regal. Cacher.dec.*137. *Curt.iun.cõſil.*279. *vol.*3. *Schurph.* damnatæ memoriæ *conſ.* 50. *cent.*2. *Hieron.Cauall.vbi ſup.lib.*1. *q.*11. *Villad.* in *forо Iudic.lib.*5. *tit.*5. *l.*4. *num.*8. *Roder.* verò *de annu.reditib.lib.*3. *q.*4. *& Io.Botta conſ.*72. tenent, eſſe mixti fori, *Bellug.* in præcit. *§. de vſurarum, num.* 19. tenet, ſemper laicum poſſe procedere, niſi in caſu nouo adhùc non deciſo per canones, qui *Roderic. lib.*1. *q.* 16. *num.*21. concludit, poſſe de hoc fieri compromiſſum in laicum, & ad decernendos aliquos contractus vſurarios vide *Aymon.conſ.*145. *vol.*1. qui dicit, non eſſe vſurarios contractus, quandò emptor locat boues venditori ad pedaticum, vel ad ſoccidam, etiã ſi adeſt pactum, vt habeat quædam præcipua tempore diuiſionis, item mutuo non ſoluto mutuans habeat bona inſolutum, item emptionem fructuum ad tres annos futuros, item emptionem alueolorum apium, cum pacto, quòd ſi in fine Martij non eſſent apes, teneatur venditor, item venditionem blandi, cum pacto reſtituendi in menſe Maij, *Alexan. Raudenſ.dec.Piſan.*7. *num.*12. reprobat contractus emptionis magno pretio rerum, quæ poſteà venduntur eidem vili pretio, & *num.*17. facta emptione cũ pacto ſoluendi ad tempus ducatos 50. tertius recipit ab emptore ducatos 45. mutuo, & promittit ſoluere
11 venditori ducatos 50. Quid autem de contractu ad gaudimentum, vulgò dicto, *à godere*, an ſit permiſſus, & procùl dubio infraſcripta iura probant, quòd ſic, nempè *l.ſi ſeruus, C. quod cum eo. l.ſi ea pactione, l.ſi ea lege, C. de vſur. l.ſi is, qui, §.*1. *ff. de pign.* ſed *Theſ. dec.*78. dicit, hæc iura hodiè eſſe correcta de iure canonico, contrà tenet *Ioan.Koppen German. qu.* 22. *Minſyng.obſeru.*71. *centur.*6. *Farin. dec.poſthum.*572.
12 & in ipſo contractu locationis committitur vſura ex anticipata ſolutione, & iniuſta penſione excedẽte dimidiam, latè *Maſtr.dec.*106.

13 Quid de contractu ad capitale ſaluum? damnat *Borrell.conſ.*65. & ſi quis tradat alicui merces ven-
14 dendas æſtimatas certo pretio, cum pacto, quòd lucrum indè proueniens diuidatur inter ipſum, & emptorem, non erit contractus vſurarius, vt probat *Modeſt.Piſtor.q.*130. *lib.*3.

Et ſi in contractu mutui, vel cuiuſuis alterius ſpe-
15 ciei ſit premiſſa ſolutio in pluribus tandis cum pacto, quòd ſi defecerit in vna tanda, contractus poſſit reſcindi pro tota integra ſorte, non erit contractus vſurarius, ſed omni iure licitus, & validus, vt probat *Paris de Put.de reintegr.feud.cap.* incip. *ſequitur modò quotidiana quæſtio, num.*33. 34. *fol.* mihi 61. & ſubdit, quòd ſic fuit iudicatum per S.C. nec admittitur purgatio moræ, & adhùc ità quotidiè noſtris temporibus paſſim iudicatur, licèt contrarium fortaſſè eſſet de iure, ex traditis per *Ioſeph. de Seſe deciſ. Arag.* 110.

Et ſi quis ab initio non faciat contractum vſura-
16 rium, ſed ex poſt facto in exactione crediti committat vſuram, an puniri poſſit pœna huius pragmaticę, vel alia de iure communi? differit *Sylueſt. Aldobr.conſ.* 50. & concludit pro pœna extraordinaria ſtatuti.

Verùm tamen ſit tibi pro regula, quòd hæc pragmatica, & alia iura municipalia loquentia de vſurarijs non habebunt locum in eo, qui facit contractum prima facie licitum, licèt in veritate ſit in fraudem vſuratum, ità explicat *Bart.* in *l. quid ſit fugitiuus, §. apud Labeonem. ff. de ædil.edict. Dec.* in *cap.* 1. *num.*105. *extrà de probat.* maximè contrà mulieres, & ruſticos, *Ioſeph Seſe dec. Arag.*110. *nu.*28. niſi ſint ſagaces, vel ſoliti negotiari.

An Princeps per ſtatutum, aut priuilegium poſſit
17 permittere vſuras ſaltim Iudæis? quòd non, *Theſ. dec.*57. declara tamen vt per *Conrad.* in *templ. Iudic. lib.*

lib.1.cap.1.§.3.concluſ.14.incip.14.fol.mihi 56. dicer. vt Papa poſſit diſpenſare, ſed contrarium defendit *Gregor. de vſur. lib. 2. cap. 8.* aſſerit tamen, poſſe Principem permittere vſque ad certam quantitatẽ, non vt faciat licitas vſuras quòad Dei legem, ſed quòad forum contentioſum ſæculare, vt non poſſit
18 puniri, & nota, quòd ſi emens annuum cenſum ad rationem decem pro centenario, ſeruata forma *Bullæ* faciat pactum, quòd venditor teneatur ſoluere ſportulas Tabellioni pro cautelis, dicitur committere vſuram, ſecundùm *gl.* in *l. eos, §. ſuper vſurarum,* in *verſ. vel ſportularum, C. de vſur.* niſi reditus emptus ſit ad minoriorem rationem, quàm decem.

19 Et quia per *Conſt. Regni Vſurariorum*, eſt impoſita pœna publicationis bonorum contrà vſurarios, quæ publicatio eſt de Regalibus, *cap. 1. quæ ſint re-*
20 *galia.* & in generali conceſſione iuriſdictionis non veniunt Regalia, niſi exprimantur, quæro, an hodiè
21 Barones habentes merum imperium poſſint cognoſcere de hoc crimine? vera reſolutio colligi poteſt ex adductis per *Andr.* in *cap. 1. quæ ſint regal.* in *verſ. contrahentium inceſtas nuptias, num. 42. & ſeq.* & in *cap. 1. §. ſi quis alium* in *verſ. hæreditatem*, per totum *num. 12. de pac. ten.* vbi *Lipar.* in ſuis *additionibus*, in *verb. admittuntur, lit. H.* venit in ſpecie ad hanc quæſtionem, & dùm accidiſſet quæſtio in cauſa Lucæ Matinæ vaſalli Comitis Montellæ, Sacrum Conſilium poſt longam, & maturam diſcuſſionem in pluribus ſeſſionibus, tandèm die 14. Maij 1588. iunctis tribus Aulis iudicauit pro Comite. Actuar. M. Cur. eſt Rizzetta pro Cacciuttolo, & dùm eſſet reclamatũ per Fiſcum, iterũ ſub die 19. Maij 1589. iunctis tribus Aulis cum interuentu tàm D. Mutij Surgẽtis Fiſci Patroni Mag. Cur. integerrimi, quàm D. Tiberij Coppulæ Prætid. Reg. Cam. Summ. mellitiſſimi, & in hac cauſa pro Fiſci patrono deputati per Excellentiſſimum Proregem, fuit confirmatum decretum prætatum eiuſdem S. Conſ. Pro hac opinione facit quæſtio tradita per *Peregr. de iure*, & *priuileg. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 42. & ſeq.* vt ad emptores introituum rerum fiſcalium ſpectent pœnæ bonorum, & adde omninò *Rolan. conſ. 78. num. 9.* cum *ſeqq. lib. 2. Capyc. dec. 130. num. 40. Surgent. de Neap. illuſtr. cap. 15. num. 21. verſ. quid autem in crimine vſurario, Luc de Penn.* in *l iuris, col. 6. in fin. verſ. ſecundò quæritur, C. de priuil. ſcholar.* meminit *Reg. Cõſtant.* in *l. 1. num. 46. C. pœn. fiſcal. credit. præfer.*

22 Data autem hac publicatione non comprehenduntur iura & actiones, *Marc. Ant. Peregr. de iur. & priuileg. fiſci, lib. 5. tit. 1. num. 47.* cum *ſeqq.* & quòd ſit
23 reſeruanda aliqua portio filijs, vide *Eundem ibidem*
24 *num. 34.* & quæ alia onera ſequantur Fiſcum facta publicatione bonorum, vide apud *Eundem ibid. nu. 74.* cum pluribus *ſeqq.* vt teneatur ſtare venditionibus, & locationibus, ad omnia onera, alere filios, & vxorem inopem, & dotare filias, & cenſetur bonæ, vel malæ fidei, vt condemnatus, *Reg. Conſtant. vbi ſuprà* à *n. 110.* vſquè ad *fin.*

Et ſcias, quòd de hac pœna publicationis bonorũ contrà vſurarios meminit *Abb.* in *cap. fin. num. 8.* in *verſ. pone exemplum, extrà de conſtit.* & publicatis
25 bonis, publicatur etiam res vendita à delinquente, non dùm tamen tradita, *l. ſi fundus. ff. locat.* quam ſingularem, & mirabilem dicit *Roman. ſingul. 427. & Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 10. num. 110.*

26 Et vltrà pœnam publicationis bonorum poſſet vſurarius criminaliter puniri pœna ſtellionatus, *Antonius Gabriel. lib. 7. commun. opinion. tit. de*
27 *malefic. concluſ. 20.* & in hac publicatione non veniunt bona prohibita alienari, vide *Eundem ibid. cõ-*
28 *cluſ. 24.* & quid ſi Pars deſiſtat, an poſſit procedi in hoc crimine ad inſtantiam Fiſci, negat *Minad. dec. 39.* per tot. affirmat *Borrell. conſ. 12. num. 52. Peguer. dec. 35.* affirmat quòad priuatam vtilitatem, & ad pœnitentiam peragendam, & quid in caſu, quo per
29 priuilegium eſſet ſublata pœna publicationis bonorum, an ſubrogetur alia pœna extraordinaria? affirmat *Præſ. de Franch. dec. 213. num. 37. verſ. hinc idem*, pro cuius *deciſione* facit *gloſ. in c. ſi compromiſſarius, in gloſ. penult. ver. quid ſi in his caſibus, ae elect. in ſexto*, quam ſequitur *ibid. Ioan. Monach.* & an in
30 hoc crimine poſſit deueniri ad torturam? *Angel. in diſput. Aſtenſis miles, num. 4. in fin. verſ. quid autem*, dicit, quòd nõ. Pro qua opinione vide *Campagn. in d. cap. Nouiter, nu. 18.* ſed contrarium tenet *Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. c. 1. num. 42.* & vltrà citatos
31 per *Cartar.* adde pro eius opinione, quòd publicatio bonorum eſt minor modica pœna corporali, *l. in ſeruorum, in fin. ff. de pœnis. Andr. in Conſt. Duram*, &
32 *Diram*, & tamen illam non poſſunt imponere principaliter, niſi Summi Magiſtratus, ſine iuſſu Principis, licèt in conſequentiam delicti patrati poſſit imponere quilibet Iudex habens merum, & mixtum imperium, vt per *Doctores in l. 1. C. nè ſinè iuſſu Princip.* late *Capyc. dec. 130. n. 40.*

33 Et quid ſi teſtis legitimè interrogatus ſuper hoc crimine negat veritatem, & propterea reus eſt abſolutus, an teneatur reſtituere Fiſco id, quod ad illum peruenijſſet, ſi reus fuiſſet damnatus? quòd non, *Nauarr. in manual. confeſſ. c. 25. num. 5.* & quid ſi quis
34 conficiat inſtrumentum vſurarium, ſed cum effectu non exigat, an ſit puniendus? quòd non, *Bertazz. cõſ. crim. 55. n. 9. & 10. vol. 1.* poſt *Ioan. Andr. & Gemin. in c. 2. de vſur. in 6. Laur. dec. Auen. 48.* vbi ſ. habes
35 etiam, quòd lite pendente inquiſitus debet ſub fideiuſſoribus relaxari.

36 Et aduerte, quòd hoc crimine tenentur nedùm mutuantes ad vſuram, ſeù formaliter fœnerantes, ſeu etiam ij, qui quacunquè arte, aut calliditate ſolent contrahentes circumuenire, vt iniquè ſuperlucrentur.

37 Quid autem in locatione facta rei minimæ ſub maxima penſione, an ſit vſura? quòd non, *Bertazz. conſ. crim. 297. vol. 2.*

38 Et vendens fruges maiori pretio, quàm valeant propter dilationem temporis conceſſam, vel dans boues ad fugaticam, ſeù pedaticum nõ tenetur crimine vſurarum. *Bertazz. conſ. crim. 290. num. 5. & 6. vol. 2. Phæb. dec. 201. tom. 2.* vbi etiam agit, an emens viliori pretio, quandò veriſimiliter dubitatur, rem illam valituram tempore traditionis plus, vel minus, committat vſuram? & concludit, quòd non, &
39 an, & quandò pœna publicationis, de qua in hac pragmatica incurratur ipſo iure, vel per ſententiã, vide Eundem *Bertazzol. conſ. crim. 291. num. 27. in 2. dub. & conſ. ſequent. vol. 2.* qui concludit, ipſo iure, quandò in ſtatuto ſunt poſita illa verba, *publicẽtur*,
40 *& publicata eſſe intelligantur*, & pactum de retrouendendo cum modicitate pretij facit contractum vſurarium, vide eundem *Bertazzol. conſ. 318. & 371.*
41 cum duobus *ſequentibus*, & de pluribus coniecturis, & probationibus excludentibus hanc vſurariam prauitatem, vide *Eundem conſ. crim. 251. vol. 2.* & iterùm *conſ. 252. & 253.* qui enumerat octo præſumptiones, quia de iure præſumitur licitus, bona fama, nobilitas, mulier contrahens vti tutrix, & cum conſilio peritorum, proteſtatio antè contractum, quòd non intendit contrahere, niſi licitè, & abſente

42 con-

42 cõtrahente, & quòd ſit vſura dare pecunias ſub cãbijs ſiccis, & q̃ ex tali contractu nõ poſſit quicquã exigi ratione intereſſe, vide *Eundem conſ.crim.* 254.
43 *& ſequen.* promiſſio autem facta genero per ſocerum de ſoluendo certum intereſſe, donec ei ſoluatur dos, vſuraria non eſt, *Idem conſ.crim.* 262. *vol.* 2.
44 & quid ſi creditor ab initio paciſcatur certum intereſſe cum debitore, ratione retardatæ ſolutionis, in tempore non faciendæ? vide *Claud.Bertazz.in add.* ad *Barthol.Bertazz.* eius patrem in *conſ.crim.* 264. *vol.* 2. qui cõſtituit tres regulas, intereſſe in genere poſſe deduci in pretium debitum poſt moram illius, facta probatione, item poſſe taxari etiam certum poſt moram debitum, modò per creditorẽ probetur, tanti ſua intereſſe, etiam ſi nullum in fine appareat, ſi fuerit veriſimile taxatum ab initio. Antè moram verò non licere paciſci, niſi ratione dãni, vel coactè fuit factum mutuum, *Surd.conſ.* 327. *n.* 54. *vol.* 3. *Rimin.conſ.* 177. *vol.* 2. & quòd etiã in mutuo poſſit recipi aliquid certũ pro intereſſe poſt retardatã
45 ſolutionem, idẽ *Bertazz.* docet *conſ.crim.* 2. *n.* 20. 21. Immò quòd etiã pendente dilatione data ad ſoluẽdum poſſit paciſci de intereſſe in mutuo, voluit *Conar.lib.* 3. *var.reſol.c.* 4. *n.* 5. *verſ.item & illud*, *Mexia de taxa panis* 2. *concl.n.* 71. *Leſſius de iuſt.& iur. lib.* 2. *c.* 20. *dubit.* 10. *&* 11. latè per *Camer.Imper.dec.* 5. per tot. *lib.* 1. *Peguer.dec.* 33. quicquid contrariũ adſtruat *Io.Bapt.Lupus de vſur.comm.* 1. §. 6. *n.* 121. cum *ſeqq.* & ità me referente fuit iudicatum per S.C. in cauſa Heredum qu. Hectoris Capycij Latro cum V.I.D. Camillo de Laratha in Bãca Franc. Ant. Gioſſi. Addo nunc *Grat.* de nouo impreſſum *diſcep.forenſ.* 387. declarando tamen ſecundùm *Farin.conſ.* 162. *vol.* 2. vt ſit ſuper re fructifera, & intereſſe ſit proportionabile fructibus, *Pereir.dec.Luſit.* 84. etiã ſuper pecunia negotiationi expoſita, *Maſtr.dec.* 245. *n.* 12. *&*
trib.ſeqq.& n. 39. cum *ſeqq.* Qui *Io.Bapt. Lupus ibidẽ*
46 *in* 3. *comm.* §. 1. *n.* 33. etiã agit, an contrahens nomine alieno teneri poſſit hoc crimine vſurarũ, & concludit, teneri in ſubſidium, ſi inſcio domino cõtraxerit, niſi ſint Adminiſtratores Vniuerſitatis, vel Collegij, & de mutuo dato animo percipiendi liberũ à caſu, & fortuna *Megal.reſol.* 121. qui negat vſuram cõtra-
47 ctam, quòd ſi vſurarius ſit condemnatus alia pœna, quàm cõtenta in hac pragmatica, nõ eſt infamis, vide latè eundem *Bertaz.conſ.crim.* 55. & quis ſit idoneus teſtis in hoc crimine, vide latè *Eundẽ conſ.* 170. vt. ſ. nõ deponat in cauſa propria, nec habeat affectũ ad cauſã, nec affectet, aliquẽ cõdemnari, nõ ſit pauper, nec luſor, nec qui primò extraiudicialitèr negaverit, nec inimicus, & pactum factum in ſocietate de
48 habẽdo certum quid præcipuum vltrà lucrũ nõ eſt
49 ſeneratitium, *Idem conſ.* 182. vbi habes etiam, pœnã vſurarũ nõ trãſire ad hæredes, maximè lapſo quinquẽnio, & quòd in ſocietate nõ committatur vſura propter vniformem annuam præſtationem, vel lucri æqualitatem, ſed inæqualitatem, vide *Farin.dec.* 24. de impreſſis poſt 1. *vol.* eius *conſ.* & ſi quis vendat
50 modium tritici paulò carius, quã valet, data parua dilatione ad ſoluendum, nõ dicitur vſuram committere, ſi nõ erat tũc vẽditurus pro minori pretio, docet idem *Bertaz.conſ.* 228. *Sim.de Præt.conſ.* 82. *n.* 13.
51 *cum ſeqq.* quòd autẽ poſſit certum quid pro mutuo accipi ſine labe vſuraria, vſq; ad octo pro cẽtenario, vide eundem *Bertaz.conſ.* 142. *n.* 24. cum *ſeqq.* quid ſi
52 tempore fertili quis mutuet aliquam frumẽti quãtitatem Titio, reſtituẽdo ſibi infrà certum tempus, & durãte tempore, & vbertate Titius offerat ei reſtituere frumẽtum, ſed mutuãs renuat recipere, ſub colore, quòd eo nõ indigeat, ſtante vbertate, poſtea verò ſuperueniẽte caritia petat à Titio frumentum mutuatum, qui ſtãte nũciatione creditoris vſus eſt frumẽto, & propterea ob defectum frumẽti ſtrãgulatur à creditore, vt reddat ſibi pretium, quo valet frumẽtum tempore caritiæ, an talis mutuãs dicatur ex hoc committere vſuram? dic, quòd nõ committit vſurã, ſed nõ propterea poteſt exigere pretiũ quatriplurimi tempore caritiæ, ſed ſolùm pretium, quo valebat tempore, quo ſibi fuit oblatum in vbertate, ità eſt *text.in l.nulli*, *C.de erog.milit.ann.lib.* 12. & ad
53 materiam, qui dicãtur cõtractus vſurarij, quomodò probẽtur, & qualitèr puniãtur, vide per *Burſat. conſ.* 320. *vol.* 3. & iterũ *conſ.ſeq.* & *Eundem conſ.* 135. 155. *&* 117. *& Bullæu.conſ.* 2. *f.* 161. *n.* 9. & an vendẽs fru-
54 ges in hyeme p̃ pretio, quo valebũt in mẽſe Maij, committat vſuram, *Port.Imol.conſ.* 30. affirmat, maximè cum pacto, vt reſtituãtur fruges iuxtà æſtimationẽ in mẽſe Auguſti præteriti, & sũptibus debitorũ aſportẽtur in horrea creditoris, & quid ſi vendo
55 tibi fundũ pro certo pretio, eũq; retineo pẽnès me, præſtando tibi annuam penſionem, an propterea tu incides in vſuratiam prauitatem? quòd non, *Ant.*
56 *Gamm.dec.* 82. *in fi.* quot autem modis committatur vſura in mutuo, vide *Peguer.dec.crim.* 12. declarãtẽ, committi tàm recipiẽdo aliquid vltrà ſortem, quàm ſtipulãdo, etiam ſi poſtea ſuperuenerit cogitatio habẽdi lucrum, vel quãdò ſola intentione, & ſpe lucri mutuauit, mẽtuans triticum vetus ad renouandum, ſi libertatem ſoluendi adimat debitori, vel paciſcẽs, vt habeat lucrum, quemadmodùm conſimilis ſum-
57 ma pẽnès mercatorem legalem lucrabitur, vel perder, vel mutuãdo vẽdit aliquid plus iuſto pretio ob mutuum, vel quãdò mutuauit nauigãti, recepturus aliquid vltrà ſortem, ex quo ſuſcipit periculum pecuniæ, vel quãdò ex pignore percipit fructus, & utiliratem, vel cũ pacto, vt elapſo termino, pignus ma-
58 ioris pretij ſit venditum, ſed an cõſuetudo fenerãdi excuſet ab hac pœna temporali? unde *Eundem* me-
59 gantem *dec.* 34. quòd autem, quãdò dubitatur, an ſpecies facti propoſita cõtineat uſurariam prauitatem, nec nè, cauſa ſit remittenda ad Iudicem Eccleſiaſticum pro determinatione articuli tantùm, uide
60 *Ant.Gam.dec.* 194. Pro excuſando contractu ſocietatis ab hac uſuraria prauitate uide *Fab. Turrett. conſ.* 81. *vol.* 2. ubi cõcludit, poſſe fructus incertos taxari, & taxatio ſit veriſimilis, & in caſibus, ubi ca-
61 dit intereſſe, utrum autem intereſſe lucri ceſſantis poſſit ab initio inter cõtrahentes taxari ad certam rationem abſq; labe uſuraria? quòd ſic, *Bimins conſ.* 127. *vol.* 2.

Et quia certum eſt, uſurarios teneri ad reſtitutionem uſurarum receptarum, *c. cùm tu. & cap. Michael, extrà de vſuris*, utile erit etiam inueſtigare, an
62 pro tali reſtitutione uſurarum ſint eius bona tacitè hypothecata, ità ut is, cui facienda eſt reſtitutio, præferatur alijs creditoribus non hypothecarijs, & poſſit habere recurſum contrà tertios poſſeſſores? tu recurras ad *Ant.Gamm. dec. Luſit.* 271.
63 qui negat, hypothecam competere. Illud tamen certum eſt, quòd de hæreditate vſurarij defuncti priùs ſoluentur, & deducentur uſuræ tanquàm æs alienũ, quàm ſoluantur legata, & alia relicta titulo lucratiuo, ut uoluit *gloſ.in verb. facultates*, *cap.* 2. *de vſur.in ſexto.*

De Vſurarijs. Pragm.IV.

RERVM SVMMA.

1 *Vſurarij manifeſti perquiri poſſunt ex officio,nulla præcedente querela.*
Vſurarij manifeſti qui dicantur,remiſſiuè.
2 *Vſurarius quantùmuis manifeſtus, ſi dùm vixit,nunquàm fuit declaratus talis,an poſt eius obitum poſſit contrà eum de hoc crimine cognoſci, & per ſententiam declarari,vt fiat publicatio bonorum.*

VSurarum etiã voraginem, &c.

1 Procedatur contrà vſurarios manifeſtos ex officio,etiam ſine inſtantia Partis,H.D.

Qui dicantur vſurarij manifeſti, explicant DD. per me citati *ſuprà eòd.in rubr.& gloſ.in c.ij, in verb.*
2 *manifeſti,de vſur.in 6.*ſed pulchrum eſt ſcire, ſi quis quantùmuis vſurarius manifeſtus, nũquàm tamen, dùm vixit,fuit declaratus talis,an poſt eius mortem poſſit de hoc contrà eum cognitio adhiberi, & per ſententiam declarari,ad finem confiſcandi pœnam bonorum incurſam? *Iacob. Schult.in add. ad Mod.eſt. Piſtor.q.97.n.13.lib.2.* probat,quòd ſic.

De Zingaris,ſeù Aegyptiacis. Rubrica.

RERVM SVMMA.

1 *Aegyptij populi qui ſint,& vbi eorum ſitus, & de eis plura afferuntur.*
2 *Aegyptij fuerunt expulſi ab hoc Regno.*
3 *Pragmaticarum huius tituli ratio vbi ſit fundata.*
4 *Natio prouocãt, & deterret, & mali mores externi corrumpunt bonos mores patrios.*
5 *Aegyptij vti Cælo,& flumine ſunt ab aliis natura diuerſi,ità in cæteris omnibus habent diuerſa inſtituta,& iura,& quæ nàm illa ſint,refertur.*
6 *Affectionis eiuſdem,cuius eſt patria, quis eſſe præſumitur.*
7 *Aegyptij apud omnes ſunt infeſtiſſimi,vndè meritò fuerunt expulſi à Terra Teutonica.*
8 *Zingari,ſiuè Aegyptij ſubiacent pœnis omnibus ſtatutarijs.*

1 AEgyptij,aliàs Aegyptiaci populi ſunt ex Aegypti Regione,quæ eſt ſituata inter Africã, à qua per Oppidum Canopum in oſtio Nili diuiditur,& Aſiam,à qua per Peluſium Oppidum, vndè & Peluſium oſtium dictum,ſeiũgitur,à Geographis tamen inter Aſiæ Regiones dinumeratur, licèt aliqui inter Inſulas Aegyptum quoq; computauerint, in hac Regione nunquàm pluere viſum eſt,ſed Nili tãtùm inundatione fœcundatur, dicitur Parens terrarum,nàm Aegypti omnium populorum vetuſtiſſimi,diſciplinarumq; complurium inuentores, rerumq; diuinarum,& ſyderum peritiſſimi dicuntur, qui tamen falsò,animam humanam,dixerunt, de corpore in corpus vagari,ipſa dignata fuit Dei munere D.N.*Ieſum Chriſtum* ab Hœrodis perſequutione fugientem recipere,& vt ibi habitaret tanquàm hoſpes per annos aliquot ſimùl cum Gloriosiſſima eius Matre *Maria* ſemper Virgine, & Sanctiſſimo Patriarcha *Ioſepho* viro *Mariæ*,vbi in ſudore vultus ſui veſcebantur pane ſuo,propter cuius aduentum omnia ſimulacra Idolorum labefactata ſunt in eius ingreſſu,adeò ut ijdem Aegyptij ex tunc ædificauerunt altare Deo,qui eorum Idola diſrupit,ignorantes eius nomen,dùm nondùm omnibus gentibus ſe manifeſtauerat per Sanctiſſimam Paſſionem ſuam, & Reſurrectionem,& Glorioſiſsimam Aſcẽſionem ad Cœlos,& poſt eius Aſcenſionem hæc eadem Regio fuit nobilitata, ut efficeretur habitaculum tot Sanctorum Virorum,& Mulierum.Regio hæc ſubiacet nunc Imperio Ottomano,cuius Imperium aliqui ex eis indignantes turmatim ab ea Regione receſſerunt,& in Italiam,& præſertim in hoc noſtrum Regnum ſe contulerunt,in quo priſcis illis temporibus,qui Chriſtianam fidem intactam conſeruabant,& tanquàm Chriſticolæ religioſè ſe gerebant, grato animo recepti fuerunt,at quia poſteà facinoribus,& rapinis præſertim immerſi,etiam à vera fide declinare viſi ſunt,adeò vt uix modicę fidei ſcintilla in eis ſupereſſe dignoſceretur, ut aſſeritur in
2 *pragm.1.infr.eod.*idcirco ab hoc Regno expulſi fuerunt per omnes pragmaticas antiquas, quæ nihil aliud continent.

3 Ratio decidẽdi,credo,quòd ſit fundata in diſpoſitione *text.in l. quòd ſi nolit, §.qui aſſidua,ff.de ædil. edict.*eò quòd Natio prouocat,& deterret, & mali
4 mores externi ſæpè corrumpunt bonos mores patrios;ſiquidem,vt ſcriptum eſt apud *Hærodotum in Euterpe*,Aegyptij quemadmodùm Cœlo, & flumine ſunt ab alijs natura diuerſi, ità in cæteris omnibus habent diuerſa Inſtituta,& Iura,apud eos namquè Fœminę negotiãtur,cauponanturq; ,ac inſtitorijs negotijs vacant,Viri autẽ domi ſe continentes texunt, & alia muliebria tractant, onera capitibus geſtant, fœminæ verò humeris,item viri ſedentes mingunt,
6 fœminæ ſtãtes,& ſemper quis eſſe præſumitur eiuſdem affectionis,cuius eſt patria, teſte *Bart. in tract. de Guelfis,& Ghibellinis,col.4.*& faciunt alia multa, quæ ad hoc propoſitum congerit *Tiraq.de legib. cõnub.p.7.gl.1.n.17.*

Nõ me latet,varios varia retuliſſe de harum gentiũ origine,natione,& moribus, pùt *Alciat. Parerg. lib.5.c.3.*& omnes diffusè refert *Martin. del Rio diſquiſ.magic.lib.4.c.3.q.5.*ſed certò certius eſt,q apud
7 oẽs sũt infeſtiſſimi,& propterea Inuictiſſimus Imper.*Carolus* Auguſtus in Comitijs habitis Auguſtæ Vindelicorum in ann.1549.particulari Conſtitutione eos expulit à tota Terra Teutonica,teſte *Petr.de Greg.ſyntag.iur.vniu.lib.34.c.16.n.vlt.*& eodẽ *Martin.del Rio d.c.3.q.5.* Hæc Regio in duas Prouincias diuiſa apparet inter *Edicta Iuſtiniani Imper. Edict.* 13.vbi pluriès facit mentionem de vtraq; Aegypto.
8 Hi Zingari veniũt puniẽdi omnibus pœnis,et ſtatutarijs,& à Pragmaticis huius Regni inflictis, pùt puniũtur exteri oẽs,qui nõ sũt Zingari, ità decidit *Io.Bapt.Plot.conſ.132.n.27.* inter *cõſ.crim.diuerſ.1.to.* & gaudent immunitate Eccleſiarum, proùt cæteri Chriſtiani, *Leon.in Theſaur.for.Eccleſ.cap.13.num. 34.* quàmuis ipſorum genus ſit hominum peſſimum,quod latè exclamat *Azeu. lib.3.tit.21.L.11.nouæ recopil.*

FINIS.

QVAE-

QVAESTIO ILLVSTRIS
IN MATERIA
IVRIS CONSVETVDINARII
Ciuitatis Neapolis Authoris eiuſdem, licèt in lucem prodijt ſub nomine Incerti Authoris.

An ſcilicèt Auo, vel Auia, cæteriſq; Aſcendentibus vlteriotis gradus exiſtentibus in medio, ceſſet *Conſuetudo Si qnis, vel ſi qua*, quæ in defectum deſcendentium vocat proximiores cum diſtinctione bonorum, proùt ceſſat, exiſtente in medio Patre, & Matre.

RERVM SVMMA.

1 Conſuetudo Si quis, vel ſi qua, *numquid ceſſet, Auo, vel Auia, cæteriſq; aſcendẽtibus vlterioris gradus in medio exiſtentibus, quemadmodum ceſſat, patre, aut matre exiſtente in medio, n. 2 & 14, 16, 19.*

3 Napodani *dictum in* d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua in prima glo. *poſt* num. 125. verſ. vndè ego dico, *explanatur.*

4 *Succedendi ordo triplex ex* Napodano *refertur.*

5 *Parentibus bonorum ſubſidium ità de hoc iure conſuetudinario, ſicut de iure communi reſeruatur.*

6 Napodani *dictum in eadem* glo. n. 153. verſ. ſimilitèr pone, *declaratur, & n. 7.*

8 *Gradus prærogatiua bonorumquè diſtinctio ceſſat, vbi quæſtio eſt inter lineam, & lineam, quod ſecus, quandò controuerſia eſt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ, & n. 22. & 25.*

9 *Succedendi ab inteſtato ſecundus ordo aſcendentium, in bonis ſubiectis* Conſuetudini *non eſt correctus, vt ex* Napodano *colligitur.*

10 *Parentum appellatione propriè non tantùm continentur pater, & mater, ſed & aſcendentes alij vſq; ad tritauum.*

11 Napodani *locus in* Conſuet. Filiusfam. glo. pen. in verb. ſi nolit, *exponitur.*

12 Auth. Defuncto *remanet incorrecta de iure conſuetudinario iſto, nedùm reſpectu patris, & matris, ſed etiam reſpectu lineæ aſcendentis in infinitum, & n. 17.*

13 Antonij de Alexandro in Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, in apoſtill. *incip.* Nota iſtam rationem, *locus adducitur, & explanatur.*

15 *Conſuetudo corrigit ius commune, & debet ſtrictè intelligi, vbi* Minad. *locus* in deciſ. 38. num. 2. *& poſt* num. 4. *adducitur, tenentis hanc opinionem, quòd ſicut non habet locum* Conſuetudo Si quis, vel ſi qua, *patre, vel matre in medio exiſtente, ità & auo, vel auia, & alia eiuſdem Authoris loca adducuntur.*

18 *Pater, & alij aſcendentes excludunt collaterales.*

20 Napodani *locus in* Conſuetud. Et ſi teſtator, in verb. proximiores, *per* Regentem Reuerterium, *adductus explicatur, & contrà dictum* Regentem *retorquetur.*

21 Napodani *alia loca adducuntur, & declarantur, & num. 23.*

24 *Auo, vel auia, proauo, vel proauia paternis, & etiam auo, vel auia, proauo, vel proauia maternis ſuperſtitibus, ſi quis moritur, quis ordo ſuccedendi erit, liberis non extantibus.*

26 *Verbum*, proximiores, *in* Conſuet. Si quis, vel ſi qua *poſitum, vti intelligatur.*

27 Napodani *locus in* d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, *adducitur, & declaratur.*

28 *Frater vterinus ſuccedit in bonis defuncti ſimul cum parentibus maternis, vt frater conſanguineus cum parentibus paternis, & n. 29.*

30 *Bonorum diſtinctio datur etiam in cõcurſu lineæ aſcẽdentis cum collaterali, dummodò ſint fratres, hinc ſi quis moritur ſuperſtitibus auo paterno, & materno, & fratre vtrinq; coniuncto, relictis bonis obuentis ex linea paterna, & materna, tunc in bonis paternis, & ex linea paterna ſuccedent æqualitèr auus paternus, & frater vtrinq; coniunctus, & in bonis maternis ſuccedent æqualitèr auus maternus, & frater vtrinq; coniunctus.*

31 *Conſuetudo corrigens ius commune in vno caſu expreſſo, corrigit etiam in eo, quod dependet à caſu correcto.*

32 Napodani *alia loca adducuntur & exponuntur.*

33 *Abnepos ſi ſupereſt defuncto, & auus, & frater, quis debeat ad ſucceſſionem admitti.*

34 *Dictio*, ſimilitèr, *importat idem, ac ſi fuiſſet dictum*, in ſuperiori caſu.

35 *Prælatio aſcendentium in ſucceſſione non habet locum,*

cum , si defunctus habet fratres vtrinquè coniunctos,& fratrum filios,qui subingrediuntur locum, & gradum patris .

36 *Subingressio de iure hoc consuetudinario habet locum, nedùm in filijs primi gradus , sed etiam in omnibus descendentibus ex fratribus in infinitum.*

37 Napodani *alius locus adducitur,& ponderatur .*

38 *Subingressio non habet locum vltrà primum gradum, quando inter concurrentes ad successionem non adesset frater defuncti.*

39 Consuetudo Sed si morienti,*vti limitetur .*

40 *Subauditus intellectus cessat, vbi de explicito , vero, & genuino intellectu constat , & alius* Napodani *locus adductus declaratur .*

41 *Consuetudines cùm sint correctoriæ iuris communis non debent extendi vltrà casum suum, etiam si casus omissus esset eiusdem naturæ,& n.43.& sic in eis non habet locum rationis identitas .*

42 Consuetudines *istæ Neapolitanæ non possunt recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascendentium.*

44 Cõsuetudinis *dispositio debet quàtum fieri potest reduci ad ius commune.*

45 *Actus taciti non sunt sic largè interpretandi , sicut expressi,nisi quatenus se extendant actus, ex quibus resultant.*

46 *Bona conseruandi ratio penès illos , ex quorum linea venerunt,non est generalis,& perpetua,& n.52.*

47 *Neptis ex filio,vel fratre sola succedit cum fratre,vel patruo de familia.*

48 *Ratio si nõ est generalis,cessat argumentum ab identitate rationis , quandò vnica tantùm ratio potest assignari.*

49 *Bonorum distinctio habet locum,quotiescunq; in eadẽ linea cõcurrunt plures personæ,siuè sit linea ascẽdẽs, siuè collateralis.*

50 *Consuetudo etiam exorbitans extenditur in bis , quæ veniũt per modum consequentis necessarij.*

51 *Vna , eademquè res non debet vno iure censeri respectu ascendentium , & diuerso iure respectu fratris collateralis,vno,eodemquè tempore , & in eodem actu succedendi.*

53 *Dictio*, proximiores , *ab* Authore Consuetudinum *considerata non potest applicari inter diuersas lineas , sed solùm inter plures personas eiusdem lineæ.nu.55.*

54 *Illi omnes,& descendentes ex eis succedunt æqualitèr in stirpes,& non in capita.*

56 *Proximiores dicuntur omnes illi , qui sunt de linea descendenti respectu eorum,qui sunt de linea ascendenti,& collaterali, sicut etiam proximiores vocãtur ascendẽtes respectu omnium de linea collaterali,non quòd verè,& propriè sint proximiores , sed quia sunt potiores.*

57 *Proximitas si consideratur respectu vnius lineæ ad aliam est impossibile,quòd existente auia materna, quæ est de linea ascendẽti intret alius de linea collaterali,nisi sit frater defuncti,vel fratris filius .*

58 *Ratio, super qua est fundatum illud axioma , quòd existente patre , vel matre in medio non habeat locum* Consuetudo Si quis,vel si qua,*habet etiam locum,existente auo,vel auia,ac etiam alijs ascendentibus.*

59 *Vbi est eadem ratio,ibi eadem iuris dispositio,& non diuersa esse debet.*

1 NON minus verus,quàm verum, & indubitatum est in Iure consuetudinario huius Ciuitatis Neapolis illud vulgatissimum axioma, quòd scilicèt Patre,aut Matre existente in medio non habet locum *Consuet.Si quis, vel si qua*,in materia successionis ab intestato,quæ cetlansibus liberis in bonis paternis præfert proximiores ex parte patris, in bonis verò maternis præfert proximiores ex parte matris,nàm pater etiam in bonis maternis excludit successores proximiores ex parte matris, & mater etiam in bonis paternis excludit proximiores ex parte patris,ità constat ex *Napod.*in d.*Consuet. Si quis,vel si qua*,in *prima glos.nu.*132.*vers.sed primum puto verius*,vbi *Addentes* omnes, & iterùm in eadẽ *Consuet.*in *verb.præterquàm*,in *princ. num.*180. & in *Consuet.Et si testator*,in *verb. Proximiores* latè explicat,*Præs.de Frãch.dec.*91.*dec.*§43.*n.*4.*&* *dec.*606. vbi hoc axioma meliùs declarat.

2 Quid autem in Auo,aut Auia,seù alijs ascendentibus vlterioris gradus,an idem sit dicendum,quod in Patre,& Matre,vt scilicèt etiam Auo, aut Auia, seù alijs ascendentibus existentibus in medio non habeat locum dicta *Consuetudo*, proùt est in patre, & matre? & vtiquè talis quæstio antiquis temporibus antè tempora *Regentis Reuerterij* nullam pœnitùs habuit difficultatem , erat apud omnes absolutum,quòd idem èsset in Auo,& Auia, alijsq; ascendentibus, quod in patre, & matre, at tempore *Regentis Reuerterij* accidit hæc quæstio disputãda in causa Don Camilli Pignatelli Comitis Bortelli cum Duce Montis Alti , vbi fuit iudicatum contrarium,nempè , quòd *Consuetudo* ipsa habeat locum etiam Auo aut Auia , siuè alijs ascendentibus existentibus in medio, vt constat ex ipsa *decisione* per extensum impressa post *Consuetudines Neapolitanas,fol.*394. *&* *sequen.*quæ *decisio* præbuit ansam plerisquè Iurisprudentibus nostræ tempestatis in totum reprobandi opinionem Iurisprudentum antiquorum,& adeò irrepsit hæc secunda opinio,vt ferè apud omnes nunc habeatur pro absoluto,vt *Consuetudo* prædicta habeat locũ etiam auo, aut auia , alijsquè ascendentibus existentibus in medio,ità quòd quemadmodùm est vera limitatio, vt patre, aut matre existente in medio non habeat locum *Consuetudo*,ità etiam sit verissima sublimitatio,vt scilicèt hoc axioma procedat in patre, & matre tantùm,non autem in auo,& auia,& alijs ascendentibus vlterioris gradus,ità colligitur ex *Vinc.de Franch.*in *apostill.*ad *Napod.*in d.*Consuet.Si quis.vel si qua* , incip. *Consuetudo non habet locum*,in *fine*, *fol.*mihi 155. & in *dec.*92. *num.*6. *Camill. Salern.*in *Addit.*ad *Napod.*in *Consuet. Et si testator*, incip. *Si consuetudo habet locum,fol.*mihi 182.in *fin.* vbi inseruit formalia verba decreti.

Mihi verò sæpè sæpiùs à negotijs forensibus , & domesticis segregato,nullius addicto in verba Magistri,nec vllius Clientis affectu,prece , aut præmio adstricto,vel alterius spe lucri sollicitato,sed pro ipsa tantùm veritate,tranquillo,& pacato animo hæc omnia seriosiùs perscrutanti,*Decisio* prædicta (pace illius eminentissimi ingenij Viri, ac vtriusq; Senatus in ea votantis dixerim)visa est satis , atquè satis dubitabilis, quippè quæ habet omnium Iurisperitorum antiquorum,& recentium authoritates contrà se,& signantèr ipsiusmet *Napodani*, qui dicitur lucerna huius Iuris cõsuetudinarij,& omnium aliorum , quotquot post se scripserunt in hac materia,

&

& rationes in contrarium ponderatæ per *Regentem Reverterium* retorquentur contrà ipsum,& id,quod summa summarum est,eadem ratio,quæ introduxit limitationem *Consuetudinis* in patre,& matre, militat etiam in auo,& auia,omnibusquè alijs ascendẽtibus , vt igitur futuris sæculis detur aditus hanc quæstionem diligentiùs perscrutandi,& examinandi,& exindè veritatem puram eliciendi , nè sub incerto in re tàm magni ponderis in foro Litigantes versentur,volui hoc meo,quouis rudi,& inepto stylo,infrascripta in medium afferre.

3 Ponderando itàque Iurisprudentum authoritates exordium faciam à *Napodano*. Is enim in *Consuetud. Si quis,vel si qua,in prima glos.* post *num.* 125. *vers. vnde ego dico,fol.* 113. post relatum ordinem succedendi de iure communi, vult declarare illud verbum,*Proximiores* positum in *principio Consuetudinis*,de quibus proximioribus intelligatur,& licèt in *ver.quaro modò*,retulerit duos intellectus,vnum, quòd intelligatur de linea ascendenti , alterum, quòd intelligatur de collaterali,tamen vtrumq; dicit falsum,& volens dare verum intellectum, subdit hæc formalia verba,*vndè ego dico, quòd secundùm hoc ius municipale est triplex ordo succedendi, & alitèr quàm dictum sit suprà. Primus scilicèt ordo lineæ descendentis est iure liberorum,quorum est prima causa,vt suprà proxima consuetudine. Secundus ordo est lineæ rectæ ascendentis iure parentum, & de his parẽtibus iure parentum nil noui statuitur hic , sed solùm bonorum subsidium soluetur eis. vt in Consuetud. Filiusfamilias,quod est etiam de iure communi , vt in auth. vt cùm de appell. cognoscit. § hæc autem dispositimus,in princ. Tertius verò ordo est valdè nouus,scilicèt iure proximitatis cum distinctione bonorum.* Ecce igitur,quòd *Napodan.* hic expressè tradit pro regula , quòd dicta *Consuetudo* nil noui inducit circà secundum ordinem succedendi iure parentum, qui comprehendit totam lineam ascendentem directã, ergò remanet sub dispositione iuris communis , vt post primam causam descendentium , secunda sit ascendentium,& tertia collateralium,& sic etiam de iure consuetudinario linea ascendentium præfertur collaterali.

6 Idem *Napodan.* in eadem *glos. num.* 155. *versic. similitèr pone,fol.* mihi 117. ponit casum nostrum in specie per hæc verba,*similitèr pone, quòd sit controuersia inter lineam ascendentem,& collateralem, nàm tunc præferuntur ascendentes , quorum est secunda causa , vt in authent. cessante, & in authen. de hæredibus ab intestat. §. 2.* si ergò linea ascendens præfertur collaterali , hic est casus noster decisus pro linea ascendenti contrà consanguineos de linea collaterali.

Et nè posuisset cauillari, quòd fortassè hoc dictũ *Napodani* intelligatur de his ascendentibus ex parte,vndè prouenirent bona , ipse idem paulò post *num.* 155. *vers. aut ergò*,tradit pro regula,quòd quandò controuersia est inter lineam,& lineam,tunc cessat prærogatiua gradus , & bonorum distinctio,vt modò dixi, & id, quod modò dixerat, erat, quòd quandò concurrit linea descendens cum ascendenti,vndècunq; pertinentia bona , & in quocunquè gradu existant,semper præfertur linea descendens absquè distinctione bonorum,& gradus, sed quandò controuersia est inter eos , qui sunt in eadem linea,tunc attenditur distinctio bonorum , & prærogatiua gradus.

Idem *Napodan.* in eadem *Consuet. in glos. præterquàm,num.* 181. *vers. item,quia secundus ordo,fol.* mihi 123. iterùm ait,quòd secundus ordo succedendi ab intestato.s. ascendentium in bonis subiectis Cõsuetudini,non est correctus.

Idem in Consuet. Filiusfamilias,in pen. glos. in finalibus verb. vtitur verbo,*parentes paternos* , & appellatione parentum certum est , quòd propriè continentur,non solùm pater,& mater , sed ascendentes alij vsquè ad tritauum , vt in *l. Iurisconsultus*,circà *princ. vers. parentes apud Romanos,ff. de gradibus* , & *l. appellatione parentis,ff. de verb. signif.*

11 Et in eadem *Consuetud. in verb. si nolit* , expressè loquitur de auo materno , & subdit pro ratione, *linea enim ascendens excludit lineam collateralem*, citans se ipsum in *d. Consuet. Si quis,vel si qua*,& dat regulam,quòd existentia parentum excludit collaterales,loquens per illud verbum , *parentum*,quod comprehendit omnes ascendentes , vt suprà , quæ verba ponderauit etiam *Præs. de Franch. dec.* 91. *nu.* 5. Ecce igitur,quòd *Napod.* semper,& vbiquè fuit in vna,eademq; opinione perpetua in beneficium totius lineæ ascendentis.

12 *Anton. de Alexan.* cuius authoritas quanta sit etiam in materia consuetudinaria nemo est, qui nescat,in eadem *Consuetud. Si quis,vel si qua,in apostill.* incip. *si ergò quis moritur*, expressè ait hæc punctualia verba,*& vide,quòd auth. defuncto videtur remanere incorrecta,nedùm respectu matris, & patris , sed etiam respectu lineæ ascendentis in infinitum, ità quòd non habita distinctione bonorum, & gradus ascendens linea semper præfertur collaterali,& sic auus, seù auia etiam materna excludet patruum,& amitam in bonis paternis,& ex linea paterna obuentis defuncto.* Ecce casus noster ad literam.

13 Idem *Anton. de Alexan.* in eadem *Consuetud. in apostill.* incip. *Notæ istam rationem*, *fol.* mihi 125. ex ratione,quam adducit *ibi Napodan.* ad probandum, quòd *Consuetudo* non habet locum patre , vel matre existente in medio,& si verba *Consuetudinis* de proprietate verborum comprehenderent patrem , & matrem,quia propter pietatem esset recedendum à proprietate verborum,notat, inquam, *Anton. de Alexand.* quòd idem sentiat *Napodan.* in auo paterno existente in medio,& subdit,quòd ipse idem diceret in auia.

14 *Capyc. in decis.* 210. *num.* 3. apertissimis verbis ait, quòd dicta per ipsum suprà *num.* 1. vt scilicèt *Cõsuetudo* non habeat locum patre , vel matre superstite, procedunt,nedùm in patre,& matre,sed etiam in alijs ascendentibus,& super hoc est fundata illa decisio.

Idem *Capyc. in apostill. ad Napod. in Consuetud. Si quis,vel si qua*,incip. *ad ea,quæ, vers. sed si quæratur, fol.* mihi 127.

Regius Consiliarius Ioannes Thomas Minadous in decis 38. *num.* 2. in specie inquit , quòd *Consuetudo* 15 corrigit ius commune, & debet strictè intelligi,& sic in casu simplici,quandò quis decedit relictis collateralibus, non autem ascendentibus simul cum collateralibus,qui est casus mixtus , & post *num.* 4. *vers. istud declara*,subdit,*istud declara,quandò pater, vel mater,vel alius ascendens concurrit simul cum fratribus defuncti, secundùm terminos dictæ auth. defuncto,tunc succedunt omnes secùndùm terminos dictæ auth. sed quandò ascendens concurrit cum alijs remotioribus,qui non comprehenduntur in d. auth tunc succedit solus ascendens sine illis,quia neq; per consuetudinem vocantur stante ascendente,per prædicta, nequè de iure,quia secunda caula est ascendentium,& excludit collaterales,præter eos. qui vocantur per d. auth.*

defuncto, & auth. cessante, C. de legit. hared. Hæc *Minadous*, qui non potuit clarioribus verbis vti, illud idem repetit Idem *Minad.* in *Consilt. In aliquibus* 2. *not. num.* 104. in *fi.* dùm ait, *Consuetudinem* cessare patre existente in medio, vel alio ascendente, & in *dec.* 26. format casum in auia, & habet pro absoluto, quòd ea existente in medio non habet locum *Consuetudo*, sed dicit, fuisse decisum contrà Auiam, quia contraxerat secundùm Consuetudinem Capuanæ, & Nidi.

16 *Ioan. Angelus Pisanellus* Iurisconsultus celeberrimus sua tempestate in *apostill. ad Consuet. Et si testator*, incip. *Nota, quòd nõ corrigitur*, pluriès hoc pro notabili aduertit ex eodem *Napod.* primò circà *principium, vers. & vide omninò*, ibi, *quæ declarat, nũquàm esse locum consuetudinibus istis, quandò pater, vel mater, seù aliquis ascendens supereſt filio descendenti*, & paulò inferiùs, ibi, *quòd ista consuetudines cessant, siuè ex testamento, siuè ab intestato, si filij moriantur superstitibus ascendentibus*, & iterùm immediatè subdit, *si ergò habet patrem, vel matrem, vel ascendentes, cessabit dispositio huius Consuetudinis*, & sic includit etiã ascendentes vltrà patrem, & matrẽ.

17 *Thomas Nauclerius* Aduocatus sua tempestate insignis in *apostillis* impressis post *Consuetudines* secundùm nouissimam impressionem de anno 88. bis id manifestè aperit, primò in *Consuet. Si quis, vel si qua*, in *prima glos.* in *vers. in gradu proximis*, vbi ait hæc verba, *& secũdùm hoc auth. defuncto non est correctum, non solùm existentibus patre, & matre cum fratribus, sed alijs ascendentibus.* Secundò in eadem Cõsuet. in *glos. præterquàm, vers. item, quia secundus ordo*, vbi ait ex mente *Napod.* quòd pater, & alij ascẽdentes excludunt collaterales.

18 *Fœlix de Rubeis* Reg. Consil. sua tempestate maximi nominis in *apostill.* ad dictam *Consuet. Si quis, vel si qua*, incip. *& quod dictum est in patre* (huius enim apostillæ omnes simul impressæ sunt post Cõsuetudines vltimo loco editas) ait indubitantèr, vt quod dictum est in patre, & matre, idem dicendum sit in auo, & auia, & alijs ascendentibus.

19 *Ioannes Vincentius Ann.* solidissimus suæ ætatis Iureconsultus latè hanc opinionem defendit pro auia in *alleg.* 70. *num.* 49. vbi ait, sic decisum fuisse per Arbitros.

Et sic patet, quòd tàm *Napod.* ipse vbiquè, quàm omnes Seniores nostri, qui fuerunt lumen Iuris consuetudinarij, semper habuerunt hanc opinionem pro indubitata in beneficium, tàm patris, & matris, quàm omnium ascendentium.

Rationes verò ponderatæ per *Regentem Reuerterium* ex infrascriptis patebit, quòd contrà ipsum retorquentur. Nàm

20 Primo loco ponderat *Regens Reuerterius Napod. in Consuet. Et si testator, in verb. Proximiores*, in illis primis verbis, ibi *intellige sursum, deorsum, & seorsũ*, inferens ex his, quòd illud verbum, *Proximior*, de sui natura comprehendit ascendentes, descendẽtes, & collatẽrales, quasi velit dicere, quòd propterea collateralis proximior ex parte patris excludat etiã ascendentem remotiorem; Quod quàm absonum sit à mẽte, & verbis ipsius *Napod.* constat, quia *Napod.* statim post prolata illa verba, *sursum, deorsum, & seorsum*, remittit se ad dicta per ipsum in *Consuet. Si quis, vel si qua*, vt igitur percipiamus mentem *Na-*

21 *pod.* videamus dicta per ipsum in *d. Consuet.* vbi inueniemus, quòd in *glos.* in *verb. ex parte patris*, *num.* 167. dùm vult declarare *Consuetudinem* in illis verbis, *Proximiores ex parte patris*, ait *intellige de linea ascendenti, descendenti, & collaterali*, vt *dixi in prima gl.* in *fi.* & sic id, quod dixerat in *d. Cõsuet. Et si testator*, in *ver. proximiores*, per illa verba, *intellige sursũ, deorsum, & seorsum*, repetit hic per illa verba magis clara, *i. intellige de linea ascendenti, descẽdenti, & collaterali.* Sed nè potuisset ex hac declaratione inferri, quòd propterea hæc proximitas deberet considerari, etiã quandò concurrerent plures de diuersis lineis, statim subdit, *nisi sit cõtrouersia inter lineam, & lineam, vt ibi dixi*, & hic videmus, quòd semper in his locis refert se ad dicta per ipsum in *prima glos. d. Consuet. Si quis, vel si qua*, in *fi.* vbi *Napod. nu.* 152. &

22 *seq.* expressè tradidit, quòd tunc attenditur proximitas gradus, quandò sunt plures eiusdem lineæ, qui concurrunt ad successionem, sed quãdò sunt plures concurrentes ex diuersis lineis, & sic est controuersia inter lineam, & lineam, tunc non attenditur proximitas gradus, sed linea magis priuilegiata de iure cõmuni, tà vt prima causa sit lineæ descendẽtis, quæ excludit ascẽdẽtẽ, & collateralẽ. Secũda lineæ ascẽdentis, quæ excludit collateralem, exceptis fratribus vterinq; coniũctis, iuxtà *auth. defuncto*, & hic est locus *Napod.* secundo loco à me superiùs citatus.

23 Secundo loco ponderat *Reuerterius*, quòd quàm-vis *d. Consuet. Si quis, vel si qua* non habeat locum, quandò pater, vel mater est in medio, tamẽ quandò Auia, vel alij ascẽdẽtes supersunt, *Consuet.* habet locũ, & ad id adducit *Napod. ibid. in tit. n.* 127. 129. vbi, ni fallor, *Napod.* fundat totum cõtrarium, nam omisso *n.* 127. vbi inquitur de linea descendenti tantùm, deuenio ad *n.* 129. vbi *Napod.* ponit hunc casum.

24 Decessit quis, superstitibus Auo, vel Auia, Proauo, vel Proauia paternis, & superstitibus etiam sibi Auo, vel Auia, Proauo, vel Proauia maternis, & sic de alijs sursum, quæritur, quis ordo erit succedendi, liberis non extantibus? & respondet, quòd Auus, vel Auia paterni præferuntur Proauo, vel Proauiæ paternis, ac Auo, & Auiæ, & Proauo, & Proauiæ maternis in bonis omnibus defuncti, præterquàm in bonis, quæ obuenerunt à matre, vel linea materna, in quibus succedunt Auus, & Auia materni, & cæteri ascendentes, secundùm gradum, & posteà faciendo conclusionem subdit, *& sic inter eos, qui sunt in eadem linea, & ex eadem parte, putà patris, vel matris, habet locum prærogatiua gradus, vt hic in verbo proximiores, sed inter eos, qui sunt in eadem linea, putà ascendente, ex diuersis tamen partibus, habet locum prærogatiua gradus, secundùm ius commune, vt in auth. defuncto, sed secundùm ius hoc municipale non habet locum prærogatiua gradus, sed bonorum distinctio.* Hùcusq; *Napod.* quoad rem præsentem. Quærerem modò Ego ab eminentissimo illo *Reuerterio*, si viueret, ex his verbis *Napod.* vbi colligitur, quòd illa *Consuetudo* habet locũ, Auia, & alijs ascendentibus supersitibus, & in quo casu? certè solùm in eo casu, in quo controuersia succedẽdi est inter plures eiusdẽ lineæ *i.* ascendentis, sed quid si esset controuersia inter lineam, & lineam, putà ascendentem, & collateralem? certè non haberet locum *Consuetudo*, quia tunc nulla est facienda distinctio bonorum, sed linea ascendens in omnibus bonis excludit collateralem, ità manifestè colligitur ex *Napod. ibid.* in formatione casus in illis verbis ibi, *& sic de alijs sursũ*, quasi dicat, secus de alijs seorsũ, & sic de linea collaterali, & clarissimis verbis hoc in indiuiduo declarauit in eadẽ *glo.* propè *fin. n.* 155. *vers. aut ego*, vbi

25 tradidit pro axiomate indubitato, & generali, quòd quandò est controuersia inter lineam, & lineam, tũc cessat prærogatiua gradus, & bonorum distinctio.

Non

Non tamen omittam, quòd hic locus *Napod.* deseruit nobis mirabilitèr ad intelligentiam verborũ, & mentis *Napod.* in locis, quæ pro sua opinione põ-
26 derat *Reg. Reuerter.* dum ad declarationem verbi, *Proximiores*, ait, esse intelligendum de linea descẽ-ti, ascendenti, & collaterali, nàm semper in qualibet linea est facienda distinctio bonorum, & prærogatiuæ gradus, sed hoc quando controuersia est inter plures eiusdem lineæ, non autem quando est inter lineam, & lineam, prout in casu nostro.

27 *Reg. Reuerter.* videns, non posse negari, quòd mẽs, & verba *Napod.* excludunt *Consuetudinem*, quandò est controuersia inter lineam, & lineam, vult demõstrare, quòd etiam ex verbis *Napod.* habet locum *Consuetudo*, etiam in concursu lineæ ascendentis cũ collaterali, & propterea

Tertio loco ponderat *Napod.* in *d. Conſ. Si quis, vel*
28 *si quarum.* 152. dùm vult, quòd frater vterinus succedit in bonis defuncti simùl cum parentibus maternis, & frater consanguineus simùl cum parentibus paternis, & tamen hi iuxtà *auth. defuncto* non possent succedere cum linea ascendenti, quia non sunt vtrinquè coniuncti. Sed si hæc ponderatio *Reuerterij* esset concludens, sequeretur, quòd etiam patre, vel matre existente in medio haberet locum *Consuetudo*, & tamen ipse *Reuerter.* vult, quòd sõlùm respectu patris, & matris non habeat locum *Consuetudo*, licèt secus sit respectu ascendentium vlterioris gradus. Vt igitur tollatur etiam hoc materiuum, & intelligentia dictorum *Napod.* non remaneat obumbrata, veritas est, quòd existentia lineæ ascendentis etiam respectu patris, & matris facit
29 cessare *Consuetudinem*, non vt ipsi ascendentes excludant fratres ex vno latere tantùm, prout illos excludunt de iure communi, sed vt ipsi non excludantur ab illis, qui sunt vocati de iure consuetudinario. Et propterea quilibet de linea ascendenti succedet, nedùm simùl cum fratribus defuncti vtrinq; coniũctis, secundùm ius commune, sed etiam cum fratribus consanguineis, & vterinis tantùm, secundùm ius consuetudinarium, prout decisum refert in patre, & matre *Præs. de Franch. dec. 92. num. 8. & 9.* Incentio igitur *Napod.* in *d. loco, num.* 154. licèt *Reuerter.* illum citet *num.* 152. est demonstrare, quòd dùm fratres ex vno latere tantùm concurrunt de iure consuetudinario cum fratribus vtrinque coniunctis ad bona prouenientia ex eodem latere, ex quo coniunguntur, similitèr concurrent etiam cum linea ascendenti, quemadmodùm cõcurrunt fratres vtrinquè coniuncti, sed non propterea infertur ex *Napodan.* quòd præferantur lineæ ascendenti ipsi fratres, siuè vtrinque coniuncti, siuè ex vno latere tantùm, & multò minus alij collaterales in gradu remotiori. Id autem quod dixit *Napodan. ibid. nu.* 130. quòd si defunctus haberet fratres vtrinquè coniunctos, hi succederent æqualitèr cum parentibus in gradu proximis, per *auth. defuncto*, & hoc casu maiorem partem haberent fratres vtrinquè coniuncti, quàm parentes paterni tantùm, vel materni tantùm in casu, in quo participarent cum parentibus paternis, & maternis in vna successione eiusdem defuncti, habentis bona paterna, & materna, ex quibus verbis tantoperè torquetur *Reg. Reuerter.* in illorũ interpretatione, certè, meo exiguo ingenio, nihil fã-
30 stidij affert. Nàm hæc est nedùm vera, sed necessaria illatio ex præcedentibus, quia si verũ est, quòd distinctio bonorum datur etiam in concursu lineæ ascendentis cum collaterali, dummodò sint fratres, & sic de secundo gradu lineæ collateralis, non autẽ vlteriori, verissimum quoq; erit, quòd quandò defũcto supersunt, putà auus paternus, & auus maternus, nec non frater vtrinquè coniunctus, relictis bonis obuentis ex linea paterna, & linea materna, certè ad eius successionem admittentur omnes, tàm ascendentes, quàm frater, sed non æqualitèr, quia in bonis paternis, & de linea paterna succedent æqualitèr auus paternus, & frater, qui tanquàm vtrinquè coniunctus attingit defunctum ex parte patris, & in bonis maternis succedet auus maternus similitèr æqualitèr cum eodem fratre, qui est etiam coniunctus ex parte matris, & sic de omnibus bonis paternis, & maternis simùl vnitis frater solus habet dimidiam, auus verò paternus vnam quartã partem, & aliam quartam auus maternus, quod non
31 est inconueniens, nàm dùm *Consuetudo* corrigit ius commune in vno casu expresso, corrigit etiam in eo, quod dependet à casu correcto per necessariam consequentiam, vt probat *Everard. loc.* 35. *d ratione legis larga, in* 11. *fall.*

32 Quartò idem *Regens* videns, quòd *Napod. d. num.* 155. *vers. aut ergò*, aperte dixerat, quòd quandò est cõtrouersia inter lineam, & lineam cessat prærogatiua gradus, & bonorum distinctio, quod est de directo contrarium suæ interpretationi, vt euitaret hunc magnum scopulum ait, quòd in hoc *Napod.* nõ dicit contrarium, quia est verum in illo exemplo posito, quandò linea descendens concurrit cum ascendente, & collaterali, non autem quandò concurrit ascendens sola cum collaterali, & quia huic interpretationi repugnant alia verba sequentia *Napodan.* & exemplum positum specificè in linea ascendenti tantùm cum collaterali, vt in *vers. similitèr pone, num.* 153. conatur dare aliam intellectum verbis *Napod.* & ait, quòd *ibi Napod.* loquitur respectu subingressionis in linea collaterali, iuxtà *Consuetud. Sed si morienti*, non autem respectu successionis, iuxtà *Consuet. Si quis, vel si qua.*

Sed parcat mihi doctissimus ille Vir, hæc sua interpretatio destruit mentem, & verba, & structuram *Napod.* qui nullibi fuit de hac materia clarioribus verbis, & exemplis locutus, quàm *ibi*, discurramus itaq; verba, & exempla *Napod.*

In primo igitur exemplo *Napod. num.* 152. ponit
33 casum, quandò defuncto supereſt abnepos, qui est in quarto gradu lineæ descendentis, & auus, qui est in secundo gradu lineæ ascendentis, & frater, qui est in secundo gradu lineæ collateralis, & in hoc primo exemplo concludit, quòd licèt abnepos sit in vlteriori gradu, tamen quia est de linea descendenti, cuius est prima causa, ipse alijs præfertur, & sic linea descendens præfertur omnibus, etiam proximioribus, tàm de linea ascendenti, quàm collaterali.

In secundo exemplo ponit casum absquè expressione personarum, & ait, *similitèr pone casum, quòd sit controuersia inter lineam ascendentem, & collateralem*, & licèt non exprimat personas, tamen illa dictio, *similitèr*, denotat expressionem earundem personarum in vtraquè linea, nempè aui, qui est in secundo gradu in linea ascendenti, proaui, qui est in tertio gradu, nec non fratris, qui est in secundo
34 gradu in linea collaterali, nàm dictio, *similitèr*, importat, ac si dixisset, *sicut in superiori casu*, vt est *text. cum glos. in l. 1. §. sed & si quis, do primo, C. de lat. lib. tollen.* & in hoc secundo exemplo concludit, quòd ascendentes præferuntur lineæ collaterali, quia ascendentium est secunda causa. Ecce igitur, quòd *Napod.* hic expresè vult, vt etiam de iure consuetudinario ascendentes præferantur collateralibus,

& est notandum, quòd specificè loquutus est de Auo, & Proauo, & agit de ordine succedendi inter lineam, & lineam. Nè tamen prælatio ascendentium in successione intelligeretur etiam ad exclusionem fratrum vtrinquè coniunctorum, statim subdit limitationem, nisi defunctus habuerit fratres vtrinquè coniunctos, aut fratrum filios, qui subingrediuntur locum, & gradum patris, vt in §. *ex diuerso*, in *auth. de haered. ab intestato*. At quia de
36 iure consuetudinario subingressio habet locum, nedùm in filijs primi gradus, sed etiam in omnibus descendentibus ex fratribus in infinitum, vt in *Consuet. Sed si morienti*, & ipse loquebatur de iure consuetudinario, incontinenti addit, *vel etiam in infinitum ex fratribus secundùm hoc ius*, citans *d. Consuet. Sed si morienti*, & sic hùcusquè concludit *Napodan.* quòd Auus, vel Proauus succedent defuncto, nedũ vnà cum fratribus defuncti vtrinquè coniunctis, aut cum filijs fratrum, secundùm ius commune, sed etiã cum descendentibus omnibus ex fratre in infinitũ, secundùm hoc ius consuetudinarium.

Ecce itaquè, quòd vsquè hùc *Napod.* non excludit auum, & proauum, etiam in concursu solius lineæ collateralis, nullatenus admixta linea descendenti; immò lineam ascendentem expressè, & generaliter includit, admittendo illam in concursu fratrum cum fratribus, & fratrum filijs, & præferendo
37 alijs collateralibus vlterioris gradus. Progreditur vlteriùs *Napod.* in *vers. sed certè, num.* 254. & declarando id, quod proximè dixerat respectu subingressionis in infinitum, per *Consuet. Sed si morienti*, ait, quòd illa *Consuetudo* loquitur, quandò descendentes ex fratribus in infinitum volunt succedere cum fratre defuncti, non autem loquitur, quandò, volunt succedere cum patre, vel auo defuncti, quo casu dicit, habere locum iura communia. Hic Ego fateor, quòd *Napod.* remittit se ad iura communia respe-
38 ctu subingressionis tantùm, vt scilicèt non haberet locum vltrà primum gradum, quandò inter concurrentes ad successionem non adesset frater defuncti, prout hanc declarationem approbauit Sacr. Consteste *Præs. de Franch. dec.* 266. sed non propterea sequitur, quòd hoc secundum exemplum positum per *Napod.* non sit in casu, quo concurrit sola linea ascendens cum collaterali, nàm *Napod.* persistendo, ut eius exemplo, vult, quòd licèt fratres, vtrinquè coniuncti, & filij fratrum per subingressionem possint concurrere in successione cum linea ascendenti, nõ tamen similiter possint concurrere alij descenden-
39 tes vlteriores gradus ex fratre, quia dicta *Consuet. Sed si morienti*, quæ introducit subingressionem illã in infinitum, non habet locum, quandò concurrunt in successione cum patre, vel auo defuncti, & sic, *Napod.* etiam limitando *d. Consuet. Sed si morienti*, persistit in exemplo concursus aut cum collateralibus tantùm, & vult, quòd collaterales vltrà filios primi gradus excludantur ab auo.

Quò fit, vt ex his pateat, verum esse, quòd nedùm *Napod.* nullibi dicit, quòd quandò solùm est ascendens ex vna parte, & collateralis ex altera, habeat locum *Consuetudo*, vt fiat distinctio bonorum, prout fatetur *Reg. Reuerter.* contendisse Aduocatos Comitis Borrelli, immò potiùs *Napod.* in hoc casu bis expressè dicit contrariũ apertissimis verbis, vt auus solus præferatur collateralibus, vltrà fratres, & filios fratrum.

Vltimò subtilissimus ille *Regens* concludit, quòd licèt *Napod.* expressè id non dicat, vt quandò solus ascendens cõcurrit cũ fratre, separatio bonorũ fiat, tamen satis expressè hoc dicit, dùm vult, quòd si frater vtrinque coniunctus succedit cum auo paterno, & auia materna, habet locum dispositio *Cõsuetudinis*, quia eadem est ratio, vt semper bona intus Ciuitatem perueniant ad eos, ex quorum linea peruenerunt, & sic *Regens* ipse concludit suum uotum à subaudito intellectu *Napod.* & ab identitate
40 rationis *Consuetudinis*; Sed facilis est resolutio, nam subauditus intellectus cessat, vbi constat de explicito uero, & genuino intellectu totiès per ipsũ declarato, tot enixis, & clarissimis uerbis, vt clarioribus uti non potuerit, nàm in claris non est opus coniecturis, *l. continuus. ff. de verb. oblig.* Identitas uerò rationis non debuit à tanto Vito ponderari in ma-
41 teria *Consuetudinum*, quæ sunt correctoriæ iuris cõmunis, & proindè exorbitantes, & sic non debent extendi ultrà casum suum, *Bartol.* in *auth. qui rem.*, *num.* 8. ubi etiam *Ias. num.* 21. *C. de sacrof. Eccl. Bal.* in *l. fin.* sub *num.* 9. *vers. vnum aliud quæritur*, *C. commu. vtrusq; iudic.* pulchrè *Crau. de antiq. tempor. par.* 4. in *princ. num.* 42. cum *seqq. & num.* 76. cum sexcentis alijs cumulatis per *Prag. de consuetud. q.* 12. *nu.* 1. & in specie de his *Consuetudinibus Neapolitanis*,
42 vt non possint recipere interpretationem odiosam ad exclusionem ascendentium, tradit *Napod.* in *d. Consuet. Si quis, vel si qua*, in *gl. præterquam*, post *nu.* 282. *fol.* 126. circà *med. vers. præterea constitutiones*,
43 *& Ann. alleg.* 81. *num.* 1. & etiam si casus omissus esset eiusdem naturæ cum casu expresso, *Innoc. in cap. fin. de offic. Archidiac.* & in *cap. dilectis. de Capell. Monac. Bart. in l.* 11. *ff. de itin. actuq; priu. Abb. in cap. quod translationem, de offic. legat.* facit quod in casu valdè simili docet *Everard. in loc. a ratione legis larga*, qui est locus 35. *vers. primum est*, & *vers.*
44 *secundum exemplum est.* Immò illarum dispositio debet, quantum fieri potest, reduci ad ius commune. *Anna.* qui loquitur de hac nostra *Consuet.* in specie in *alleg.* 70. *nu.* 17. post *Dec. cons.* 71. *col.* 2. & *cons.* 451. *col.* 2. quem citat.

Vltrà quòd non reperitur talis ratio expressa in *Consuetudinibus*, ut ponderat *Præs. de Franch. decis.* 149. *num.* 12. *vers. nec valet dicere*, & licet fortasse, quia non possent alia assignari, haberetur pro expressa, tamen hæc expressio est intelligenda in casu expresso, non autem in hoc casu non expresso, vbi agitur de exclusione ascendentium contrà ius com-
45 mune. Actus enim taciti non sunt sic largè interpretandi, sicut expressi, nisi quatènus se extendunt actus, ex quibus resultant, *l. 1. §. Iulianus. ff. de itiner. act. priuat. l. fin. C. nè fil. pro patr. Crau. de antiq. temp. p.* 4. *in princ. num.* 77.

46 Tantò magis, quia prædicta ratio conseruandi bona pœnès illos, ex quorum linea uenerunt, non est generalis, & perpetua, nàm uidemus, quòd etiam secundùm opinionem *Reuerterii*, patre, uel matre existente in medio cessat *Consuetudo* respectu ipsorum, & sic bona paterna possunt transire ad matrẽ, & bona materna ad patrem, sicquè non conseruarentur pœnès illos de eadem linea, ut in specie considerat in materia *d. Consuet. Præs. de Franch. decis.* 157. *num.* 5. sic etiam neptis ex filio, uel fratre
47 sola succedit cum fratre, uel patruo de familia, ut declarat *Napodan.* in *Consuetu. Si quis*, *vel si qua*, *§. sed si morienti*, in *verb. filiæ*, & in *verb. neptes*, & licèt ipsa sit de familia, tamen per mortem exit de familia, ut considerat idem *Præs. de Franch. d. de-*
48 *cis.* 149. *num.* 12. *vers. nec valet*. Ergò si ratio non est generalis, cessat argumentum ab identitate rationis, quia illud procedit, quandò vnica tantùm ra-

tio

tio poteſt aſsignari,ut per *Euerard.* prædicto *loc.* 35. *verſ. ſed nè erres.*

Sed uè vel dubitandi anſa ex hac prætenſa identitate rationis irrepere poſſit in animos iudicantiũ, conſiderent,quæſo,ingenia perſpicacia, quàm magna diuerſitatis ratio ſit inter vnum caſum, & aliũ, nàm in caſu *Napod.* quandò ſcilicèt frater vtrinquè coniunctus concurrit cum auo paterno, & auia materna,ratio,vt bona non diuidantur æqualitèr inter auum,& auſam ,licèt ambo ſint de linea aſcendenti,& in pari gradu,ſed fiat inter ipſos diuiſio bonorum,& paterna dentur auo paterno , materna verò auiæ maternæ,non eſt concurſus fratris vtrinq; coniuncti , qui eſt de linea collaterali , ſed concurſus plurium perſonarum in eadem linea aſcendenti, nã
49 quotieſcunquè in eadem linea concurrunt plures perſonæ,ſiuè ſit linea aſcendens , ſiuè collateralis, ſtatim intrat diſtinctio bonorũ , etiã ſi ſint ſolũ aſcẽdentes ſine concurſu collateralium,vt patet ad literam in exemplo tradito per *Napod.* in *d. Conſuet. Si quis,vel ſi qua,num.* 129 per tot. & eò ipsò, quòd intrat diſtinctio bonorum in ſucceſſione pluriũ perſonarum de linea aſcendenti ex diuerſis partibus, ſequitur per neceſſariam conſequentiam,quòd ſi cũ eadem linea aſcendenti concurrat frater vtrinquè coniunctus , eadem diſtinctio bonorum habeat locum,etiam reſpectu ipſius fratris, qui cùm ſit coniunctus tàm ex parte patris , quàm ex parte matris,debet per concurſum participare de bonis paternis cum auo paterno, & maternis cum auia ma-
50 terna,quia in his, quæ veniunt per modum conſequentis neceſſarij , conſuetudo etiam exorbitans extenditur, *Crau. de antiq. tempor. par.* 4. in *princ. n.* 63. *& 66. Euerard. in loc.* 35. *à ratione legis larga, in* 21. *fallen.* quem ſuperiùs citaui : non enim vna,ea-
51 demquè res debet vno iure cenſeri reſpectu aſcẽdentium,& diuerſo iure reſpectu fratris collateralis,vno,eodemquè tempore,& in eodem actu ſuccedendi,vulgat. *Iiam hoc iure,ff. de vulg. & pupill.* cùm enim ſemel intrauit illa diſtinctio bonorum per cõcurſum plurium perſonarum in eadem linea aſcendenti,dũrat perpetuò quòad omnes ſuccedentes,at in caſu noſtro,& *deciſionis Regentis Reuerterij*,quãdò de linea aſcendenti concurrit ſola auia materna, & ſic ſolus vnus aſcendens , tunc non poteſt intrare diſtinctio bonorum vllo modo , ceſſante concurſu plurium perſonarum in eadem linea, & propterea concurrente linea collaterali cum aſcendente,intrat ſolùm controuerſia inter lineam,& lineam,quo caſu attenditur ſolùm potioritas lineæ abſquè vlla diſtinctione bonorum , vt ex pluribus locis *Napod.* ſuperiùs demonſtraui.

52 Quò fit, vt illa ratio conſeruandi bona intus Ciuitatem pẽnès illos,ex quorum linea peruenerunt, ſiuè expreſſa,ſiuè tacita ſit , non ſit in conſideratione ſemper,& vbiquè , ſed quandò adeſt concurſus plurium perſonarum eiuſdem lineæ , ſed ceſſante concurſu plurium eiuſdem lineæ,ceſſat ratio, & *Cõſuetudinis* diſpoſitio.

Et quòd hæc ſit ipſa veritas, conſiderent, quæſo, mecum perſpicaciſſimi veritatis indagatores illam
53 dictionem,*Proximiores*, qua vtitur Author *Conſuetudinum*,tàm in *d. Conſuet. Si quis,vel ſi qua*,quàm in *Conſuet. Et ſi teſtator*, hæc enim dictio , *Proximior*, nullo modò poteſt applicari inter diuerſas lineas, ſed ſolùm inter plures perſonas eiuſdem lineæ , vt patet ex *auth de hæredib. ab inteſt. venien.* in pluribus locis, vbi *Imper.* poſtquàm in principio conſtituit tres gradus,ſeù potiùs ordines ſuccedendi, ſcilicèt aſcendentium,deſcendentium,& collateraliũ, quas lineas appellat *Napod.* inter vnam , & alteram lineã non conſiderat proximitatem,vt ità dicam, quia nulla eſt,ſed prioritatem,aut potioritatem tantùm in ordine ſuccedendi,& ſic primum locum aſsignauit lineæ deſcendenti,vt in §. *ſi quis igitur* , ſecundũ locum tradidit lineæ aſcendenti,vt in §. *ſi igitur defunctus*,tertium, & vltimum locum dedit lineæ collaterali poſt fratres,fratrumquè filios,qui concurrũt cum linea aſcendenti , vt in §. *ſi verò nequè fratres*, verùm poſt aſsignatum locum vnicuique lineę,proceſsit ad deſignationem graduum inter plures eiuſdem lineæ,ſeù ordinis,& omiſſa linea deſcendenti,
54 in qua omnes filij, & deſcendentes ex eis ſuccedũt æqualitèr in ſtirpes,& non in capita, vt *ibi* §. 1. & in §. *cùm filius, Inſtit.* eodem *tit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* incipit à linea aſcendenti , vt in d. §. *ſi igitur defunctus deſcendentes* , & inter aſcendentes ſtatuit,vt proximiores gradu præferantur remotioribus,vt *ibidem verſ. hos præponi iubemus, qui proximi ſunt* , & iterùm in *verſ. ſi verò cum aſcendentibus*, ibi,*cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur*, illud idem ſtatuit in linea collaterali , in d. §. *ſi verò nequè fratres*,ibi, *ſecundùm vniuſcuiuſq; gradus præ-*
55 *rogatiuam*. Ecce igitur,quòd proximitas de iure non conſideratur inter lineam,& lineam,ſed ſolùm inter plures eiuſdem lineæ . Ergò dùm *Conſuetudines* noſtræ vſæ ſunt illo verbo,*Proximiores*, non poteſt referri,& conſiderari hæc proximitas ad cõcurſum inter lineam,& lineam, ſed ſolùm ad concurſũ plurium perſonarum eiuſdem lineæ.

56 Eſt benè verum, quòd omnes illi, qui ſunt de linea deſcendente, cuius eſt prima cauſa , dicuntur proximiores reſpectu omnium de linea aſcendenti, & collaterali,etiam ſi illi remotiores ſint, quàm iſti reſpectu gradus,& ſic etiam omnes illi,qui ſunt de linea aſcendenti,cuius eſt ſecunda cauſa , dicuntur proximiores reſpectu omnium de linea collaterali, cuius eſt tertia cauſa,non quòd verè, & propriè ſint proximiores,ſed quia ſunt potiores , ſcilicèt primo loco vocati,& hi,qui ſunt de linea ſecunda,non poſſunt venire , niſi in defectum omnium de prima linea,& ſic,qui de tertia linea non poſſunt venire , niſi in defectum omnium, qui ſunt de ſecunda, vt eſt pulcher *tex.* de iure feudorum in *c.* 1. in *fin. de natur. ſucceſſ. feud.*

Id,quod in effectu voluit dicere *Napod. in d. Cõſuet. Si quis,vel ſi qua*,in *verb. proximiores* , *nu.* 164.
57 ſecundùm quam declarationem,etiam quãdò proximitas conſideratur reſpectu vnius lineę ad aliam, eſt impoſsibile, quòd exiſtente auia materna , quæ eſt de linea aſcendenti,intret alius de linea collaterali,non dico,qui eſſet in gradu remotiori, ſed eriã in propinquiori, niſi ſit frater defuncti , vel fratris filius,vt ſuprà dictum eſt . Hæc de rationibus per *Regentem Reuerterium* ponderatis pro ſua ſentẽtia.

58 Quòd ſi modò perpendamus rationem , ſuper qua eſt fundatum axioma illud,vt ſcilicèt patre,aut matre exiſtente in medio non habeat locum *Conſuetudo*,vtiquè luce clarius apparebit , quòd æquè militat in auo,& auia,cæteriſquè aſcendentibus, ac in ipſo patre,& matre,ſiquidèm initium ſumpſit ab authoritate *Andr.* in *cap.* 1. *num.* 6. *verſ. & ſic ſi ſtatutum, de nat. ſucceſſ. feud.* qui ea ratione mouetur, quia filius non poteſt patrem exhæredare ſine cauſa,& Princeps non poteſt naturalia iura tollere, ergò nec ſtatutum,vel conſuetudo,etiam expreſsè,& ſic multò minus tacitè,quę quidèm ratio non minus procedit in auo,& auia,& deinceps aſcendentibus,

quàm

quàm in patrè,& matre, vt in §. *aliud quoq; capitulum*, in *princ.* & in §. *iustum autem*, in *auth. vt cùm de appell. cognoscit.* & *Luc. de Penn.* qui latiori apparatu hanc quæstionem exornauit in *l.1. col.* mihi 5. in *princ. vers.* post *glos. C. de impon. lucr. descrip. lib.* 10. dùm citat iura pro fulcienda hac eadem opinione in beneficium patris,& matris, adducit hæc eadem iura in *auth. vt cùm de appell. cognoscit.* & alia, quæ includunt, non solùm patrem,& matrem, sed etiam omnes ascendentes, ergò eorum dictum amplectitur omnes de linea ascendenti, non autem solùm patrem,& matrem.

Et ipsemet *Napod.* in *Consuetud. Et si testator*, in *verb. Proximiores*, licèt loquatur specificè de patre, & matre, non nominando alios ascendentes, tamen assignat rationem generalem, quæ comprehẽdit totam lineam ascendentem, inquiens, quòd patre, & matre existente in medio habet locum ius commune, quia *auth. defuncto, C. ad Tertull.* non est correcta,& non est dubium, quòd per *d. auth. defuncto*,& vndè sumitur, non pater,& mater soli, sed omnes ascendentes præferuntur lineæ collaterali.

Si ergò eadem ratio, quæ viget in patre,& matre, 59 viget etiam in auo,& auia, ac in tota linea ascẽdenti, cur diuersa iuris dispositio est introducenda in ascendentibus vlteriores gradus, quàm in patre, & matre, contrà regulam *l.1. §. hoc interdictum. d. eãdem*, vbi *glos. ff. de fonte, l. si postulauerit*, §. *ratio*, *ff. de adult. l. illud*, vbi *gl.* in *verb. existimari*, *ff. ad l. Aquil. l. licèt*, *C. de excus. tutor.*

Hæc sunt, quæ mihi occurrunt aduersus illam sẽtentiam, rogo humanissimos Iudices, vt dignentur cuncta diligenter rimari, vt veritas eluceſcat, nè posteris diutiùs in hoc articulo in praxi satis frequenti dubitari contingat, vnum non omittam, quòd authoritas S.C. magna quippè est, & semper venerãda, & obseruanda, uerùm in illa sententia interuenerunt undecim uota, septem scilicèt contrà auiam, & quatuor pro auia, ut in *fine decisionis* asseritur, & inter Votantes fuit Consiliar. *Fœlix de Rubeis* causæ Commissarius, qui (ut suprà ponderaui in *apostill. ad d. Consuet. Si quis, vel si qua*, incip. & *quod dictum est in patre*, huius enim *apostillæ* omnes simul impressæ sunt post Consuetudines ultimo loco editas) ait indubitantèr, ut quod dictum est in patre, & matre, idem dicendum sit in auo,& auia,& alijs ascendentibus,& licèt in *fine* aduertat, quòd in prædicta causa Ducis Montis Alti fuit iudicatum cõtrarium, nescio, si ipse in uotando mutauit sententiam. Quicquid tamen sit, non potest negari, quòd uota pro exclusione auiæ trium tantùm numero superauerũt uota pro auia, & aduersus illa tria vota si opponatur authoritas *Ant. de Alex. Capyc. et Io. Thoma Minad.* in locis hìc à me adductis, numerus erit æqualis, sed authoritas forsitàn præpõderabit, q̃ si addãtur numero,& authoritati *Ioan. Angelus Pisanell. & Thom. Nauclerus* Aduocati celeberrimi, ut superiùs ponderaui, certè hæc mea opinio pro auia præualebit numero,& authoritate *Doctorum*. Deus Optimus Maximus faxit, ut ueritas ipsa tandem emergat ex profundo tàm uasti pelagi.

FINIS.

DECISIO REGENTIS REVERTERII
In præcedenti Quæstione exagitata.

IN Sacro Regio Consilio residente in Castro Capuano fuit orta lis inter Illustr. Ducem Montis Alti, & Comitem Borrelli fratres sororinos super successione quondam Illustr. D. Petri de Aragonia, tunc Ducis Montis Alti fratris carnalis dicti præsentis Ducis, cui successit Illustr. D. Susanna de Gonzaga eorum auia materna, vnà cum præsenti Duce Montis Alti, nunc dubitatur, an in bonis obuentis dicto Illustr. D. Petro ex parte sui patris, & aui paterni successit de iure dicta Illustr. D. Susanna eius auia materna in bonis existentibus intus Ciuitatem Neapolis, & eius districtum,& ex eius persona debeat succedere nunc Illustr. Comes Borrelli per *Consuet. Neapol.* incip. *Si quis, vel si qua, &c.* cùm igitur illa *Consuetudo* loquatur generalitèr, tàm in linea ascendenti, quàm collaterali, debet intelligi generalitèr, postquàm ità loquitur, videlicèt, siuè sint solùm ascendentes à patre, uel à matre sursum, siuè sint solùm collaterales, absquè ascendentibus, siuè sint ascendentes cum collateralibus, quis nàm cogit nos dicere, non habere locum hanc *Consuetudinem*, nisi quãdò est contentio inter eos, qui sunt in eadem linea, ut quandò sunt coniuncti ex eadem parte patris, uel matris, quòd tunc habet locum prærogatiua gradus, & non bonorum distinctio inter ipsos? quia auus maternus excludit proauum maternum in bonis maternis,& alijs, & sic auus paternus excludit proauum paternum in bonis paternis,& alijs, si uerò sunt in eadem linea ascendenti, non autẽ ex eadẽ parte coniuncti, putà decessit qs superstitibus ascẽdẽtibus ex patre,& matre, quia omnes sunt in linea ascendenti, certè hoc casu est è contrà, quia habet locum bonorum distinctio,& non gradus prærogatiua, nàm si defuncto superest auus paternus,& proauus maternus, & decessit relictis bonis maternis, tunc proauus maternus succedit in bonis maternis, uigore huius *Consuetud.* auus uerò paternus nõ succedit, nisi in bonorum subsidio, auxtà *Consuetud. Filiusfamilias*, hoc latè declarat *Napod. in d. Consuet. num.* 153. cum alijs *seqq.* In secundo uerò casu, quãdò cum ascendentibus sunt collaterales, utputà si defunctus haberet fratres utrinquè coniunctos, succederent æqualitèr cum parentibus in gradu proximis,

proximis, *auth. defuncto*, *C. ad Tertull.* ità dicit *Napod. in d. Consuet. n.* 131. ibi, *supra vers. aliàs si defunctus*, hæc autè declaratio, vel decisio *Napod.* videtur esse cõtra generalitatẽ *d. Cõsuet.* quę simplicitèr, & indistinctè loquitur, & cõprehẽdit, & apta est cõprehẽdere omnes proximos, tàm in linea ascendẽti sola, quàm in collaterali sola, ac ét in linea ascendenti, & collaterali iunctis, seu concurrentibus in successione defuncti. nàm *d. Consuet.* non distinguit hos casus, proùt *Napod.* & omninò videtur, quòd in omnibus istis casibus sit correcta *auth. defuncto*, & procedat *d. Consuet.* Lex enim indistinctè loquens, &c. *l. i. §. generaliter*, *ff. de leg. præst.* Ità enim vocantur proximi illi, qui veniunt ex linea collaterali, sicut illi, qui veniunt ex descendenti, vndè si nobis non obstarent *glosæ*, & declarationes *Napod.* & *Steph. de Gaet.* atquè *Ant. Capyc. dec.* 210. certè casus esset valdè dubius, & quilibet Doctor posset interpretari *d. Consuet.* generalitèr in omnibus prædictis casibus. Quandò pater, & mater est in medio casus est sinè dubio, quia nostra *Consuet.* non habet locum, sed solùm *d. auth. defuncto*, nàm ità est *text. in d. Consuet.* dùm dicit, *succedãt proximiores ex parte patris*, ergò solùm vocat proximiores ex parte patris, non includens patrem, sed potiùs excludens, vt *Napod. in d. Consuet. num.* 183. circà *fin. vers. item retedit*, & ità hoc clarè dicit *text.* & sic omnes intelligunt, vt *Napod. in d. Consuet. nu.* 133. *vers. quid ergò si decesserit*, & *n.* 155. *in verb. præterquàm*, *n.* 180. 183. *in fin. n.* 226. vt etiam in *Consuet. Et si testator*, *in verb. proximiores*, *n.* 34. Idem in *Cõsuet. Filiusfamilias in verb. si solit*, *n.* 58. Idem tenet *Andr. in c.* 1. *col.* 3. *de nat. succ. feud.* & *Luc. de Pen. in l.* 1. *C. de impon. lucr. descript.* Quandò auus, vel auia, aut alij ascendentes sunt in medio vnà cum fratre vtrinquè coniuncto, tunc idẽ tenet *Napod. in d. Consuet.* & *Steph.* & *Capyc.* quòd etiam isto casu non habeat locum *d. Consuet.* Sed solùm ius commune, quod in indiuiduo tenet *Napod. loco* suprà cit. *vers. aliàs si defunctus haberet fratres*, &c. dùm *ibi* dicit, quòd æqualitèr succederent cum parentibus, & sic cum auo, vel proauo, & tritauo, *l. Iurisconsultus. §. parentes*, *ff. de grad.* idem dicit *Napod.* alio loco suprà allegato *nu.* 153. vbi dicit, quòd quandò est controuersia inter lineam, & lineam, nõ est seruanda prærogatiua graduis, nequè bonorum separatio *ibid. num.* 156. quę tamquè pater, sine mater, aut auus, vel auia concurrant in successione defuncti sine liberis cum fratre vtrinquè coniuncto nõ habet locum *d. Consuet.* Istud clarè tenet *Steph. de Gaet. in loc.* dicto, & sic tenet *Capyc. d. dec.* Ego idem dixi per *Napod.* in locis allegatis, præsertim *fin. vers.* ibi. dùm dicit, *aliàs si defunctus haberet fratres*, &c. cèt verba, quæ postea sequuntur, dùm dicit, & hoc casu si benè aduertitur, videtur contrarium tenere, dùm dicit, quòd hoc casu si frater vtrinquè coniunctus succederet in bonis defuncti cum parentibus paternis, & maternis haberet maiorem partẽ in bonis defuncti, quàm haberent parentes ex parte patris, qui parentes ex parte patris solùm succedũt in bonis ex parte paterna obuentis, parentes verò ex parte matris solùm succedũt in bonis ex parte materna obuentis, & tamen frater vtrinq; coniunctus habet partem tàm in bonis paternis, quàm maternis, & sic plus habet, quàm sui parentes; Nõ ergò vult dicere *Napod.* quòd *Consuet.* hoc casu etiam locum habeat, quandò frater vtrinq; coniunctus concurrit cum parentibus paternis, & maternis, quia si sic diceret, videtur sibi contrarius in his, quæ supra, vbi *Consuetudinem* non habere locum cõclusit, sed tantùm ius commune, esset. n. incõueniens, maiorem prærogatiuam habere collaterales, quàm ascendentes in successione descendentium, quia in successione primò veniunt descendentes sibi, secundo loco ascendentes, tertiò collaterales, vt in *auth. de hared. ab intest. ven. §. si quis igitur*, & *§. consequẽs*, & *seq.* & *§. si igitur defunctus*, & solùm cum parentibus ex quadã specialitate sũt admissi fratres vtrinquè coniuncti, vt cum eis succedant descẽdentibus æqualitèr, *auth. defuncto*, & *d. §. si igitur defunctus*, cũ *§. seq.* Ad euitandum hoc incouueniens, scilicèt vt maiorem portionem habeat frater vtrinquè; cui minus fratris sui debetur hæreditas, quàm auo suo, vel alij ascendenti, cui priùs debetur hæreditas descendentis. ideò, vt tollatur hoc inconueniens, videtur velle *Napod.* in illis verbis supradictis, quòd in hoc hoc casu non habet locum dicta *Consuet.* Ego videò ità tenere *Steph.* & *Capyc. in d. dec.* quod etiam videbatur tenere *Napod.* in locis dictis, quòd quandò cum ascendentibus in successione defuncti concurrebant collaterales, non habebat locum dicta *Consuet.* sed solùm *auth. defuncto*, fui in opinione pluribus diebus, quòd Comes Borrelli mediante persona suæ auiæ debebat succedere vnà cum præsenti Duce Montis Alti quond. Illust. D. Petro eius fratri Duci Mõtis Alti, virtute *auth. defuncto*, etiam in bonis existentibus intus Ciuitatem Neap. cùm secundùm prędictos *Doctores Consuet.* locum non habeat in isto casu; Nunc verò melius considerans materiam, sum in opinione, quòd Dux Montis Alti succedat in his bonis, quæ sunt intus hanc Ciuitatem, & eius districtum, quæ fuerunt tempore mortis dicti Illustr. Ducis D. Petri eius fratris vtrinq; vt sunt bona iocalia, & alia, quæ obuenerũt ex patre, & auo paterno, per hanc *Consuet.* quæ expressè hunc casũ determinat, dicentem: *Si quis, vel si qua, &c.* cùm igitur in casu nostro mortuo Illustr. Don Petro, &c. proximior eius ex parte patris est Illust. D. Antonius frater Ducis Mõtis Alti, quia eius frater vtrinquè est, & nullus eum in gradu proximitatis præcedit, nisi soror sua, quæ licet sit in pari gradu, tamen est exclusa per *Consuet. Sed si morienti*, & ille est proximus, quem nemo antecedit. *l. proximus*, *ff. de verb. sign. l.* 1. *§. hæreditas*, *ff. de suis*, & *legit. glos. in auth. de defuncto*, *sutur. verb. proximus*, & dicit *Napod. in Consuet. Et si testator*, *in verb. proximiores*, quòd proximiores sunt sursum, deorsum, & seorsum, & sic hoc verbum *proximior*, comprehendit ex sua propria natura ascendentes, descendentes, & collaterales, quàmuis hæc *Consuet.* non habeat locum, quandò pater, vel mater est in medio, quandò superstes, vel auia, vel alij ascendẽtes benè habent locum *Consuet.* nostra, vt per *Napod. ibi n.* 127. & 129. & si dicatur pro parte Illust. Comitis Borrelli, quòd hæc *Cõsuet.* non habet locum, quandò concurrunt adinuicẽ hæ duæ lineæ, vt. ascendens, & collateralis, vt in casu nostro, quia cõcurrit dictus Comes Borrelli ex persona Illust. D. Susannæ de Gonzaga eius auiæ maternæ, quæ erat de linea materna ascendente cum Ill. Duce Mõtis Alti fratre carnali dicti Ill. Don Petri, de cuius hæreditate agitur, qui præsens modernus Dux non est dubium, quin sit ex linea collaterali; quia frater carnalis dicti Ducis D. Petri, de cuius bonis agitur, secundùm *Steph. de Gaet.* & *Capyc.* Dicitur, & pro parte dicti Comitis, quòd illud etiã dicit *Napod. in d. Consuet.* Tamen & benè aduertitur, *Napod.* dicit contrarium *ibi in glos. nu.* 154. dùm vult quòd frater vterinus succedat in bonis defuncti cũ parentibus maternis, & frater consanguineus cum

... privilegium,quòd præsumatur inhærere appellationibus reorum,cessat vbi adest accusator.Ib.n.10.
... procurator an recusari possit.de Sup.Offic.pragm.5. num.4. 728
... patronus Principatus Citrà semper præcedit Regiũ Capitaneum.de Visit.prag.3.n.30. 789
Fisco quando prohibetur venditio.de Baron.prag.1.n.3. fol. 89
Fiscum quæ alia onera sequantur facta publicatione bonorum.de Vsur.prag.1.n.24. 792
Fiscus in criminalibus præsumitur inhærere appellationi per condemnatum interpositæ, non existente Parte querelante,vel ea non appellante. de Appell.prag.7. num.1. 50
... ad quem Bona delinquentium, vel rebellium devoluuntur,an habeat illa vti hæres delinquentis, vel iure proprio.de Bon prod prag.1.n.14.& 16. 110
... in iudicio criminali,vbi proceditur ex officio per inquisitionem, subslinet vices actoris, qui priùs debet probare,& fundare suam intentionem,& posted reus ponit suas exceptiones,& defensiones. Ib.n.28. 112
... loco extranei hæredis habetur.Ib.n.119 121
... author laudatus petit remissionem causæ ad Regiam Cameram, etiam de iure communi.de Off. Proc. Cæs. prag.12.n.2. 531
... an possit trahere causam ad Reg.Cam.si vnus ex litigantibus sit debitor Regij Fisci Ib prag.62.n.2. 540
... si non habet interesse formatum,sed dubitat, nè ex lite inter Partes possit oriri præiudicium Regio Fisco,tunc non remittitur causa ad Reg.Cam. sed assistit tantùm Fisci patronus.Ib.n.5.
... vti debet illis iuribus,quibus vtũtur Privati,nisi in casibus, in quibus reperitur in iure expressè priuilegiatus, immo in dubijs quæstionibus potiùs contrà Fiscum, quam contrà Privatum est iudicandum.de Sup Off.prag.8.n.8. 730
FOEMINA potest esse arbitratrix,licèt non arbitra.de Arbitr.rubr.n.13. 55
FORENSES,vel bona tenentes pro quibus collectis in appretio contribuere tenentur.de Appret.rubr.n.2.51
Forensis si habitauerit per decennium cum familia in Regno,an comprehendatur in prohibitione istius edicti.de Feud.prag.16 n.2. 301
... an ligetur statuto illius loci,in quo contrahit. de Lit. camb.prag.1.sub n.16. 422
FORESTÆ quæ dicantur.de Pasc.rubr.n.1. 620
... nouiter instituta ab omnibus cuiusuis conditionis, dignitatis,gradus,& prærogatiuæ omninò sunt dimittendæ,& quarè.de Salar.prag.1.n.19. 667
FORI VIDICANDI citatio necessariò facienda, in domo habitationis familiæ foriudicandi non sufficit, nisi etiã consanguinei,& affines specialiter,& singuli citentur, non autem generaliter per edictum,vel proclama.de Sent foriud.rubr.n.3. 689
Foriudicati habentis bona in diuersis territorijs diuersorum Dominorum creditoribus existentibus,distributio eius alieni inter hos Dominos confiscantes vti erit facienda.Ib.n.26. 691
... circà successionem in bonis quid, & quæ dicta sunt de foriudicato,intelliguntur,siuè sit foriudicatus per sententiam Regiam, siuè Baronalem, si Baro habet merum imperium.Ib n.29.
Foriudicatio,& si ex dispositione cap.Regni,Siuè quis, possit procedere ex omni delicto, pro quo veniret imponenda pœna mortis naturalis, abscissionis membri, vel perpetui carceris, tamen præfata dispositio non seruatur,nisi quandò sumus in delicto, cuius pœna est mortis naturalis tantùm, & ex informatione constarent tot probationes,ex quibus resultarent indicia ad torturam,reiecta opinione Afflicti in Constit.Pœnarum,n.20 Ib.n.36. 692
... & Capitulorum datio in quibus casibus habeant locum.de Iurisd.inu.non turb.prag.2.n.70. 407
Foriudicationis sententia non profertur, nisi præcedente citatione ad foriudicandum legitimè notificata. de Appell.rubr.n.36. 44
... per sententiam quæ pœnæ sint constituta in Regno. de Sent foriud.rubr.n.1. 689
... sententia proferri nequit,nisi post annum citetur inquisitus ad foriudicandum,& hic annus currit à die forbanni,vel annotationis factæ.Ib n.2.& 4.
... lata etiam si postea ex veris probationibus foriudicatus innocens apparebit, aduersus sententiam non audietur,quod procedit etiam si exceptiones opponat, quæ si antè foriudicationem essent oppositæ, ille condemnari non potuisset,secus tamen erit, si antè sententiam latam,& lectam compareat Principalis, quia tunc potest opponere omnes exceptiones,& quascunq; defensiones facere,etiam si sit latum decretum, quòd foriudicetur.Ib.n.7.& 8.& n.33. 692
... impediri an possit per agnatos opponentes exceptionem clericatus.Ib.n.11. 689
... si lata fuerit per Curiam Regiam, bona burgensatica,quæ foriudicatus habet in Terra Baronis,cui applicentur,Baroni,vel Fisco Regio.Ib n.30. 691
Foriudicatis hodiè possunt Barones gratiam concedere. de Abol.prag.1.n.49. 10
Foriudicato foriudicationis sententiam absq; Partis remissione firmo remanente processu quòad ipsum delictum Princeps remittere an possit de Sent.foriud rubr. num.51. 692

For-

INDEX

Forindicatus verè per sententiam an differat ab eo, qui pro forindicato habetur. de Exulibus pragm. 10. num. 4. 227

... *aduersùs sententiam auditur, si esset forindicatus pro homicidio certi hominis, qui sit viuus, & non est verum delictum in genere. de Senten. forindic. rubr. num. 9.* 689

... *in crimine, pro quo non venit imponenda pœna mortis, an post sententiam audiatur. Ib n. 10.*

... *si post forindicationem fuerit effectus clericus, vel alio modo Religionem ingressus, an adhùc poterit impunè occidi. Ib. n. 12.* 690

... *à Principe restitutus an recuperet bona deuoluta ad Baronem. Ib. n. 24.* 691

... *si prætendas declarari facere nullam sententiam suæ forindicationis, an Baro pro suo interesse poterit admitti ad ei oppugnandum. Ib. n. 25.*

... *si sit sub potestate patris, quid seruandum erit circà publicationem bonorum, et quid si restituatur à Principe. Ib. n. 28.*

FORMA specificè non seruata corruit actus. de Guidat. prag. 1. n. 35. 343

... *quæ seruari debeat in generali inquisitione contrà sindicandum. de Sind. Off. prag. 1. n. 28.* 699

Forma à statuto inducta Partes renunciare nequeunt. de Perseq. malef. prag. 1. n. 20. 615

FORI militaris priuilegio an possit renunciari. de Milit. prag. 11. n. 44. 459

... *priuilegium amittitur per incursum periurium. Ibid. num. 45.*

... *priuilegio quandò gaudeant militum vxores, & filij, & quid in hoc fuerit immutatum. Ib. sub n. 58.*

Forus domicilij est principalior, quàm forus originis. Vbi de delict. prag. 1. n. 33. 770

De fortitudine fori loci delicti, & necessitate remissionis ab alijs foris ad ipsum, & quid si in alijs foris fuerit præuentum. Ib. n. 62. 773

FOSSAM facere in proprio fundo, vt aqua ibi collecta in viam decurrat, nemo potest. Nè quid in loc. publ. prag. 6. n. 6. 483

FRATER MINOR de consensu sui Generalis an possit cognoscere more Arbitri, vel esse Arbitrator, & quid in alijs Religiosis. de Arbitr. rubr. n. 6. 7. & 8. 55

... *committens delictum in personam Domini, licèt alius frater non inhabilitetur ex propria persona delinquentis, tamen sit inhabilis ad succedendum in feudis. de Bon. prod. prag. 1. n. 139.* 124

... *vterinus tantùm vtrùm succedat in feudo fraterno antiquo, quod non prouenit à matre, sed à patre. de Feud. prag. 11. n. 10.* 284

... *si decedat superstite fratre vterino tantùm natu maiore, & consanguineo tantùm natu minore in successione feudorum prouenientium à patre, in quibus vsitur iure Francorum, quis debeat admitti. Ib. n. 12.*

... *vtrinq; coniunctus in materia Consuetudinis Neapolitana non excludit fratrem consanguineum tãtùm. Ib. n. 19.* 285

... *propriè dicitur, nedùm vtrinq; coniunctus, sed etiam consanguineus. Ib. n. 35.* 288

... *consanguineus est in eodem gradu, in quo est vtrinq; coniunctus Ib. n. 36.*

... *vtrinq; coniunctus an sit proximior fratre consanguineo. Ib. n. 37.*

... *consanguineus verè dicitur vtrinq; coniunctus, cùm sit agnatus, & quilibet agnatus est etiam cognatus, sed non è conuerso. Ib. n. 40.*

vtrinq; coniunctus dato, quòd possit dici proximior fratre consanguineo, tamen non est proximior respectu lateris agnationis paternæ, ex quo prouenit feudum. Ib. n. 41.

... *consanguineus concurrit cum vtrinq; coniuncto in terminis statuti præferentis agnatos proximiores in successione ab intestato. Ib.*

... *vtrinq; coniunctus licèt sit proximior fratre consãguineo tantùm respectu sanguinis, non tamen est proximior respectu successionis, & ordinis succedendi in feudo, quod prouenit à patre. Ib. n. 43.*

... *vterinus succedit in bonis defuncti simul cum parentibus maternis, vt frater consanguineus cum parentibus paternis. Quæst. Illust. n. 28. & 29.* 799

Fratres naturales tantùm compromittere an cogantur. de Arbitr. prag. 1. n. 14. 57

FRAVDIS præsumptio quandò cessat, actio etiam reuocatoria pro paragio cessabit. de Feudis pragm. 25. num. 67. 322

Fraus in feudis quandò sit in consideratione, & quãdò sit permissa. Ib prag. 4. n. 117. 273

... *in materia feudali duplici modo consideratur, respectu Domini, & successoris. de Titul. abusu pragm. 1. num. 120.* 757

FRVCTVS pendentes feudi sunt feudales, sed separati sunt burgensatici. de Feud. prag. 4. n. 54. 265

... *feudi mortuo patre non veniunt ex feudo patris, sed ex feudo filij. Ib. n. 55.*

... *hæreditarij censentur res hæreditariæ, & de eis sicut de alijs bonis defuncti iudicatur. Ib. n. 58.*

... *maturati in vita testatoris, sed non exacti an cedant in beneficium hæredis in feudalibus, vel potiùs aliorũ hæredum in burgensaticis. Ib. n. 82.* 268

... *maturati, et percepti post Kalendas Martij dicuntur burgensatici. Ib. n. 88.*

... *etiam de futuro, siuè minuantur, siuè augeantur, veniunt in contractu, quantùnuis de re præsenti facto. de Iur. & exact. fisc. prag. 1. n. 27.* 373

FRVMENTI appellatione an veniant legumina. de Annon. prag. 16 n. 1. 40

Frumento vendito per Ciuitatem, pecunia redigitur ad annonam. Ib n. 6. 41

FVNCTIONES FISCALES præstabantur Fisco etiam de iure communi tempore Romanorum. de Iur. & exact. fisc. prag. 1. n. 1. 371

... *quandò fuerint institutæ in hoc Regno, & cuius quãtitatis. Ib. n. 65.* 379

... *an inter iura incorporalia cõputentur. Ib. n. 79.* 381

Functionum fiscalium solutionis diuisio inter Ciues, iuxtà facultates vnuscuiusq; concordat cum iure communi. Ib. n. 2. 371

... *exactio quomodò sit facienda, nè populi grauentur. Ib. n. 3.*

... *Exactoribus non possint committi executiones priuatæ. Ib. n. 4.*

... *Exactores non possunt retinere, vel exequi pecunias Vniuersitatum destinatas pro operibus, & frumentis Ciuitatum, aquæductibus, & alijs solemnitatibus, & salarijs. Ib. n. 5.*

... *pro distributione de catastis faciendis per Vniuersitates debent scribi quinque quinterniones, vt præter hanc pragmaticam disponitur per ius commune. Ib. n. 7.*

... *augmentum ad quem spectat, ad Reg. Cur. vel ad Barones concessionarios, vbi Reg. Reuerterij distinctio affertur. Ib. n. 8. & n. 40.* 375

... *iura per venditiones factas à Regia Curia diuersis Particularibus cum pacto de retrouendendo, an reputanda sint vti bona sita in districtu huius Ciuitatis Neap. vbi stipulantur cõtractus per Notarium Regis, vel potiùs vti bona sita extrà districtum, ob illorum*

INDEX

ſolutionem, & deſtinatam exactionem in Prouincijs. 378
lb.n.64.
... *cùm debeantur à Rege, & Republica, pro re immobili pœnitùs iudicari debent.* lb.n.80. 381
FVRATVS in vno loco, & in alio captus, ibi puniendus erit. Vbi de delict. prag.1.n.36. 771
Fures, latrones, falſarij, & alij habent indulgentiam, de qua in pragm.1. de Abolition. quòad pœnam, non quòad rerum furtiuarum reſtitutionem. d. pragm. 1. num.41. 9
... *& bona per ipſos furto ſubtracta* prag.11. de Empt. *& vendit. recepturi dum probibet, concordat cum* l.eos, qui, C. de furtis, *ad cuius materiam aliqua.* d. prag.11.n.2. 219
... *qui occultè, & ſine armis furantur, de iure communi non debent mori, & quid de iure Regni. de Furt.* prag. 3.num.4. 339
Furti particeps poſt illud commiſſum punitur iuxtà maiorem portionis ad ipſum peruenta. lb.n.3.
Furto opem, vel conſilium dans vti puniatur. lb.n.2.
Furtorum pœnæ quàm variè ab antiquis fuerint practicatæ. lb prag.1.n.1.
Furtum de nocte commiſſum quandò dicatur. lb.n.3.
... *ſi plures inſimul committant, omnes inſolidum tenentur vna, eademq; pœna.* lb prag.3.ſub n.1.
... *ſi ſit commiſſum in mare more piratico an procedat* prag.5. *Vbi de delict.* lb n.5. 779
Furum trium depoſitiones in tortura cum qualitatibus hic relatis plenè probant contra nominatos pro furtis. de Furt.prag.3.n.1. 339
FVRIOSVS pati non poteſt venditionem bonorum ad inſtantiam creditoris cauſa lætificationis, cùm in illa requiratur animus fraudandi, qui animus conſiderari nō poteſt in furioſo, qui ſuus non eſt. de Inſtrum.iqu. prag. 4.num.20. 365

G

GABELLA an ex pacto inter emptorem, & venditorem taxato pretio frumenti, & aliorum fructuũ poſſit reuci in alterum ipſorum, ad quem de iure non pertinet, & an ſit pretij taxati exceſſus. de Cenſ prag. 5.n.96. & 97. 149
... *an, & cui debeatur in caſu quo alter ex contrahentibus emptor, vel venditor ſit, etiam gabellarius.* lbid. num.122. 150
... *quæ exigitur in aliquo loco, qui poſt conceſſionem, vel venditionem eſt auctus, an debeat cedere in beneficium conceſſionarij, & emptoris, vel cedentis, & venditoris, & quid in conductore gabellarum. de Iur. & exact. fiſc.* prag 1.n.56. 376
... *exigenda ſub certa forma, veluti vnius ducati pro qualibet ſalma ſi ſit vendita, tunc augmentum non ſpectabit ad emptorem.* lb.n.62. 378
Gabellæ onus in Hiſpania pertinet ad venditorem. de Cenſ. prag.5.n.117. 149
... *ab Vniuerſitatibus qualitèr imponantur, & an maior pars præiudicet minori. de Veſtig.* rubr.n.22. 781
... *vel veſtigalia an poſſint licitè fraudari à Ciuibus, vel à forenſibus.* lb.n.26. 782
GEMINATIONIS magna vis eſſe ſolet. de Feud. prag. 4.nn.84. 268
GENERIS, poſterorum, & his ſimilium appellatione regulariter in omnibus diſpoſitionibus, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate veniunt etiam deſcendentes ex fœminis, quod fallit, ſi ſumus in pœnali materia, & in priuilegio immunitatis. de Feud. prag. 9.num.46. 281
GERVNDIVM reſpectu verbi, vel actus, ad quem refertur, importat neceſſitatem, & formam præciſam. de Perſeq. malef. prag.1.n.16. 625
GLANDIVM, & aliorum fructuum vſus non comprehenditur ſub promiſcua ſeruitute iuris paſcendi, & aquandi inter Vniuerſitates, quæ vulgò dicitur, acqua, & herba communis. de Paſcuis, foreſt. & nemor. rubr. num.13. 620
GRADVS prærogatiua, bonorumq; diſtinctio ceſſat, vbi quæſtio eſt inter lineam, & lineam, quod ſecus, quandò cõtrouerſia eſt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ. Quæſt. Illuſt.n.8.22. & 25. 797. & 798
Graduum computatio quomòdò ſit facienda. de Suſp. Off. prag.15.n.19. in fin. 735
GRATIA, vel indulgentia, de qua in pragm.1. de Abolit latiſſimè interpretanda venit, & quare. d. pragm.1. num.8. 7
... *à Principe conceſſa quandò poſſit reuocari.* lb.n.11.
... *conceſſa accedentibus ad Regia ſeruitia, à qua non erat exceptuata offenſio, & violentia facta Regij Officialibus, nim per huiuſmodi indulgentiam cenſeatur reuocata quòad iſtum caſum, declaratur.* Ibid.nn.26. 8
... *pro delicto per verba generalia an extendatur ad bona alteri quæſita* lb n.46. 10
... *quam continet aſſenſus, dicitur perfecta à die expeditionis memorialis per verbum fiat, modò cætera ſolemnitates circa expeditionem priuilegij ſequãtur infrà tempus hic ſtatutum. de Feud* prag 9.n.2. 277
... *eſt perfecta abſq; nouo hæredis conſenſu, ſi interim vnus ex contrahentibus aſſenſum impetrans decedat, quod intelligitur, dummodò mors ſuccedat infrà biennium ſtatutum ad faciendum prædicta adimplementa. de Fid.mem.* prag.1.n.3. 327
... *quandò dicatur perfecta per verbum fiat, abſq; priuilegij expeditione.* lb.prag.1.n.2. 336
... *conceſſa cum clauſula, dummodò non diſcederet à Ciuitate, non extinguitur, neque reſoluitur ex contrauentione. & quæret. de Guidat.* pragm.1.num. 13. & 18. 341
... *non corruit, modo non impleto, ſed datur actio ad implendum modum. at conditione non impleta corruit actus omninò, ac ſi non eſſet factus.* lbid.14.
... *Principis vno modo conceſſa, alio modo cenſetur denegata.* lb.n.30. 343
... *ſubreptitia præſtat titulum coloratum. de Poſſ. non turb.* prag.4.n.32. 614
... *conceſſa ab inferiore, & à Principe confirmata an poſſit reuocari per eundem concedentem. de Reuoc. & ſuſp.grat.* rubr.n.3. 663
... *gratis data licèt poſſit per Principem ad libitum reuocari, tamen intelligitur, modò res ſuper qua gratia fundatur ſit integra, & vt non habuerit effectum ſuũ.* Ibid.nn.5.
... *conceſſa ex certa cauſa, ceſſante cauſa ceſſat, niſi ſit iàm ſortita effectum ſuum.* lb.n.23. 664
Gratiam. de qua in prag.1. de Abol. non eſſe contrà vtilitatem publicam, principaliter diſſeritur. adcòq; latè interpretatur d prag.1.n 9. 7
... *facere, & ſi à gratia procedat, tamen facta de iuſtitia debet conſequi effectum. de Reuoc. & ſuſp. gratiar.* rubr.n.7. 663
... *à prædeceſſore perfectam ſucceſſor obſeruare tenetur* lb.n.13.
Gratiæ factæ delinquentibus de iure communi an requirant ſcripturam. de Fid.mem. prag.4.n.1. 336
... *contraueniſſe non dicitur ſi ſit in ea appoſita conditio, nè aſſiſtat in tali loco ſi moram ibi non traxerit, ſed tantùm per illum locum tranſit. de Guidat.* pragm. 1.num.17. 341

... *iàm*

INDEX

... idm perfectæ,& consummatæ alia gratia addi non potest.de reuoc.& susp.grat.rubr.n.25. 664
... huic Regno à Regibus concessæ intuitu donatiuorum, non possunt reuocari.de Vectig.rubr.n.14. 781
Vide in verb.Abolitio,Indulgentia, Indultus, & Reuocatio.
GRAVAMINA M.C.qualibet die Iouis referuntur in S.C.idq; intelligitur quòad incidentia tãtùm,et quòad decreta interloquutoria,nàm quòad sententias diffinitiuas.appellationis supplicatio committitur alicui ex Consiliarijs meliùs viso. de Offic. Mag. Iust. pragm.8. num 1. 521
GVIDARE in quo casu Baro non possit. de Recept. malefact.prag.1.n.13. 654
Guidatica num possint concedi à Baronibus in eorum feudis.de Guid.prag.1.n.4. 340
... an concessisse videantur Barones per simplicem cõuocationem.Ib.n.5.
... concessa censentur per simplicem vocationem factã à Principe.Ib.
... vtrum possint concedi in præiudicium alterius iurisdictionis.Ib.n.6.
Guidatici sub clypæo capti sunt reponendi in pristinam libertatem.Ib.n.1.
Etiam si guidaticum postea declaretur nullum secundùm aliquos, sed tu vtere Farinac. distinctione relata.Ib.
Guidaticum concessum alicui contrà omnes creditores, exceptis ciuibus,nùm officiat ei,qui per incolatum decennalẽ est effectus ciuis.de Cess.bon.prag.1.n.4. 152
... cessat incontinenti commisso alio delicto post guidaticum ipsum.de Fid mem prag.4.n.3. 336
... seù saluaguardia concessa à Principe, vel ab inferiore quandò sit obseruanda,nec nè. de Guid.pragm.1. num.52. 345
... concessum à Principe,siuè iustè,siuè iniustè est omninò seruandum Ib.n.53.
... non potest concedi ab inferiore absq; iusta causa, sed cum causæ cognitione, & hoc tenentur obseruare etiã superiores.Ib.n.54.
... concessum ab inferiore absq; causæ cognitione non tenentur obseruare superiores.Ib.n.55.
... concessum contrà formam priuilegij, seù statuti habentis clausulam decreti irritantis non est obseruandũ. Ib.n.56.
... iteratò concessum non facta mentione de primo est ab initio nullum.Ib.
... concessum à non habente potestatem an sit seruandũ. Ib.sub n.57.in fin.
Guidatus delinquens absq; guidatici clypæo, adhùc illo priuatur,quicquid de iure communi esset Ib n.1. 340
... guidatico non gaudet,quandò committit delictum vcrè punibile,secùs si esset delictum leue.Ib n.2.
... si repertus fuerit intrà loca prohibita, non animo ibi permanendi, sed potiùs statim recedendi, an licitè fuerit detemptus,& non possit gaudere guidatico. Ib.num.10.

H

HABITARE nõ dicitur qui est in transitu.de Guid. prag.1.n.47. 344
HÆREDES in extraneos quæ transeunt,in Fiscum etiã transire dicuntur.de Bon.prod.prag.1.n.89. 117
Hæredis tacitus consensus, qui resultat ex assensu impetrato post mortem patris,in hac materia non sufficit, cùm requiratur expressus per contractum. de Fidemem prag.1.n.22. 330
Hæreditas delata,& adita quid differant. de Composit. pragm.7.num.61.& 65. 184
... non adita efficit,vt quantùmuis fuerit testatus aliquis,intestatus tamen decessisse dicatur. de Reuoc.& susp grat.rubr.n.28. 664
Hæreditate adita per hæredem, est in electione actoris, siuè rei, vel procedere ad vlteriora in causa cum Procuratore constituto à defuncto, cum quo fuit lis contestata,vel citare hæredem,& quando citat hæredem non est opus citare illius Procuratorem. de Procur.rubr.n.60. 650
Hæreditatem deferri,& successionem quid propriè significat de Compos.prag.7.n.74.& 77. 185.& 186
... oneribus imparem adire alicuius interest,si in ea adsunt prædia, in quibus Maiorum sepulchra sunt. de Feud.rubr.n.28. 244
Hæres indignus nõ est incapax hæreditatis defuncti, cùm in ea succedat, licèt deindè Fiscus ab eo, tanquàm ab indigno auferat.de Bon.prod.prag.1.n.88. 117
... dicitur qui actu est hæres. de Composit. pragm.7. num.78. 186
... in feudalibus an,& quandò teneatur præstare legatum factum à defuncto de fructibus feudi. de Feud. prag.4.n.59.f.265.& n.125. 274
... institutus in rebus particularibus loco legatarij habetur,& non tenetur contribuere in oneribus hæreditarijs Ib.n.68. 267
... qui habet remedium adipiscendæ, possidens, si petis in ea possessione confirmari,potest repelli per exceptionem dominij, incontinenti probandam. Ib.pragm.11. num.115. 297
... licèt habeat trimestre tempus ad conficiendum inuentarium,quo tempore durante non potest à creditoribus hæreditarijs conueniri, tamen si compleuerit inuentarium antè lapsum trium mensium.poterit statim à creditoribus conueniri Ib prag.23.n.18. 307
... non potest repræsentare defunctum, nec actiuè, nec passiuè,nisi in iure formato in personam defuncti. de Fid.mem.prag.1.n.20. 330
... si acquirit ex propria persona,non potest acquirere ab;q; nouo contractu in persona propria ipsius,cùm ad dominij translationem requiratur titulus habilis ad illius acquisitionem.Ib.n.21.
... de quo hic celebrando contractum, statim acquirit dominium,& quarè.Ib.n.35.
... non confecto inuentario an teneatur ad adimplendũ legata pia vltrà vires hæreditatis. de Leg pijs prag.1. num.12.& 13. 419
... defuncti,qui constituit Procuratorem, cum quo fuit contestata lis in vita,non est citandus in prosequutione iudicij post mortem.de Procur. rubr.n.58. 650
HÆREMITA an sit persona Ecclesiastica,et gaudeat Ecclesiastico priuilegio. de Cler.seù Diac.saluat.prag. 1.num.8. 168
Quid de colono Ecclesiæ. Ib.
HÆRESIS crimen excepiuatur ex indulgentia,de qua in prag.1.de Abol.d.prag.1.n.24. 8
Hæretici filij excluduntur à successione patris tantùm,nõ auiqui fuit catholicus.de Bon.prod prag.1.n.33. 112
HISTRIONATVS ars an de per se sit mala, & nùm absq; peccato possit ab Histrionibus exerceri. Nè quid in loc.publ.prag.5.n.1. 481
Histriones vti à sacris canonibus appellentur, & vndè originem illud nomen traxerit.Ib.n.5.
... & alij si in eorum locis vtantur veste monachali in derisum,exilij pœna afficiuntur.Ib.n.6.
Histrionibus moderatè subuenientes non peccant, sed si quis superfluè bona sua in eos consumat, & illos totaliter substinet,peccat, id tamen recipit subdeclarationem.Ib.n.2.

Digitized by Google

INDEX

... res ſuas ſi quis donat, adeò eſt hoc vitium criminale, vt ſufficiat ad declarandum aliquem prodigum. lb.n.3.

HOMICIDII crimen punitur pœna legis Corneliæ. de Compoſ.prag.7.n.21. 182

Homicidium vt non dicatur proditorium quæ conſiderẽtur.de Abol prag.2.n.58. 17

Vide in verb. Animus.

HORA quid ſit.de Off.S.R.C.prag.14.n.2. 561

HOSTILITATIS tempore durante preſcriptio nõ curritde Pact.de retron.prag.1.n.2. 614

Hoſtium præda quomodò diuidenda,& nùm ſemper, & vbiq; licitum ſit Hoſtes deprædari. Quod Regnic.& c. prag.1.n.9.in fin. 653

HYPOTHECA pro vita,et militia ſuper feudo competit,alia plura ad vitæ,& militiæ materiam. de Feud. prag.25.n.15. 315

... non datur pro alimentis lb.ſub n.64. 322

... tacita cum prælatione etiam aduersùs anteriores creditores quandò detur Domino pro pensionibus domus,aut bypothecæ.de Locat.& conducti.pragm.1.ſub num.29. 428

Hypothecæ tacitæ vt bona remanent obnoxia qualiter debeant eſſe inuecta. Inſuper ſemel inuecta, & amota, remanent eodem onere affecta, cum declaratione, tamen,quæ hic ſubnectitur.lb.

... contractæ ſuper re empta per emptorem medio tempore,ſequuta reemptione facta per venditorem reſoluuntur.de Iur.& exact.fiſc.prag.1.n.89. 381

HYPOTHECARIA actio naſcitur, dùm obligantur omnia bona,& quandò ſit proditum Saluianum interdictum.de Aſſiſt.prag.1.n.23. 82

Hypothecariæ actionis remedium, dùm agitur contrà tertium non habentem cauſam ab eodem debitore, an requirat neceſſariò probationem dominij in perſonam debitoris, & quid in habente cauſam ab eodem, vel ſi agatur contrà ipſummet principalem debitorem.lb. n.30.& 31. 83

I

IDIOTA quis propriè dicatur,qui & à tutela excuſatur,à poſtulando,iudicando, & à clericatu reijcitur. de Off.Proc.Cæſ.prag.58.n.1. 538

... quandòq; ponitur in iure pro qualibet perſona priuata ad differentiam illorum,qui exercent munus publicum.lb.n.4.

Idiotæ Præſidentes rectè in Iudices eliguntur, cùm ſufficiat experimentum cauſarum, vt quis ſit Iudex,et ponuntur ad differentiam Doctorum.lb.n.2.

... frequentiùs eliguntur de cœtu Rationalium R.Cam. lb.n.3.

IDONEI qui magis cenſeantur inter nobiles,diuites, & literatos.de Admin.vniu.prag.2.n.6. 22

IGNORANS bannum non dicitur contemnere illud. de Extract.anim.prag.10.n.18. 229

Ignorantia vbi iuſta præſumitur,tunc nulla poteſt reſultare pœna contrauenienti.lb.n.7. 219

... ſupina eſt,neſcire,quod omnes ſciunt..lb.n.12. 220

... excuſat à culpa, & à pœna, eius ratione inducta. lb.n.17.

IMMVNES ſunt ab onere hoſpitandi Ciuitates,& Terræ in Camcras reſeruatas electæ, ſed an contribuant illis, quæ actualiter hoſpitantur.de Milit.prag.3.n.12. cum ſeq. 436

Immunitas conceſſa Vniuerſitatibus,et alijs Regni Particularibus ab onere hoſpitandi quoſcunque Officiales.deſcendit etiam de iure communi. de Commiſſar. prag.6.n.2. 174

... conceſſa generi comprehendit deſcendentes ex maſculis tantum,non autem ex fœmina:cùm illi dicãtur de genere,qui ſunt de agnatione,& coniuncti ex latere patris.de Feud.prag.9.n.12. 278

Immunitatem à vectigalibus quis concedere poſſit, & vti obligetur ſucceſſor, & in cuius præiudicium interpretetur, & an Regis damno cedet, concedentis, vel reliquorum non exemptorum. de Vectigal.rubr. num.21. 781

Immunitate vectigalium quæ nàm perſonæ gaudeant. Ibid.

Immunitates conceſſæ an obligent Regem ſucceſſorem,et cuius damno cedant,& in cuius præiudicium ſint interpretandæ.de Immun.Neap.prag.4.n.3. 349

Immunitatis ius à vectigalibus quanto tempore præſcribatur.de Vectig.rubr.n.27. 782

IMPERITVS,& imprudens non permittat ſe Iudicem fieri.de Sal.vend.rubr.n.11. 671

INCAPAX. Aliquem non extare, vel extare,& eſſe incapacem,paria ſunt.de Baron.prag.5.n.19.f.93.& de Bon.prod.prag.1.n.87. 117

INCENDIARII ipſo facto excommunicati poſſunt abſolui ab Ordinario, quod fallit, ſi fuerint publicati vti excommunicati. de Offic.Procur.Cæſar.prag.37. num.31. 538

Incendij pœna quę nàm ſit, quæ alapæ manu aperta, & vulneris in capite cum ſanguinis effuſione. de Iuriſd. inuic.non turb prag.2.n.45.& 46. 404

INCLVSIO vnius eſt alterius excluſio.de Suſp.Off.prag. 15.ſub n.11. 734

INCREMENTVM futurum etiam in contractibus ſtricti iuris venit. de Iur.& exact.fiſcal. pragm.1.num. 26. 373

... intrinſecum non facit rem cenſeri diuerſam, ſed eſt pars primæ rei, & acquiritur nobis eodem iure, quo res augmentata ad nos primùm pertinebat, nec noua apprehenſione,neque nouo titulo eſt opus. lb. num.51. 376

INDICIA reſultantia ex dictis teſtium examinatorum Parte non citata,non dicuntur legitima,cùm ſit neceſſaria repetitio Parte citata.de Bon.prod.prag.1.n.24. & 47. 112.& 113

... ad torturam quæ ſint, & quæ ad inquirendum tantùm.de Off.Mag.Iuſt.prag.37.n.2. 524

... quæ ſufficiant in delicto oſculantis mulierẽ.de Oſcul. mulier.prag.1.n.5. 614

... indubitata quandò faciunt, vt reus puniatur pœna ordinaria.de Pœn prag.1.n.36. 630

INDICTIO appoſita ſi non conueniat anno in eodem inſtrumento adſcripto,an cenſeatur error in indictione, vel potiùs in anno.de Notar prag.2.n.8. 490

... quid ſit.lb.n.10.

INDIGNITAS in feudalibus ad amiſſionem feudi non eſt in cõſideratione,ſed immanitas tãtùm delicti. de Bon. prod. prag.1.n.116. 121

Indignitatis pœna non poteſt alicui opponi à tertio, etiam ſi ſit immediatè ſucceſſurus,ſed tantùm à Fiſco. Ibid. num.123. 122

Indignus licèt de iure communi ſuccedat teſtatori, in quem commiſit offenſam,& poſtmodùm auferat ab eo Fiſcus vti indigno,tamen ſi adſit ſtatutum diſponens, vt nemo,qui alium occidcret,poſſit ad illius ſucceſſionem admitti,tàm ex teſtamento,quàm ab inteſtato,nõ aufert Fiſcus,ſed ſuccedent alij ſequentes in gradu,& quarè.lb.n.130.

INDOCTVS,& ignarus ſi motu proprio Principis electus fuerit in Iudicem, non obſtante ſua repugnantia,excuſatur apud Deum, ſi ex parte ſua adhibeat omnem diligentiam pro inuenienda veritate,adhibendo

INDEX

do etiam consilium peritioris. de Sal. venden. rubr. num. 12. 671

INDVCTA in fauorem non sunt in odium retorquenda. de Instrum. liquid. rubr. n. 33. 358

INDVLGENTIA generalis, vt est illa, de qua in prag. 1. de Abol. tollit crimina, & ad omnia delicta etiam atrocissima extenditur, nisi specialim excipiantur, vel aliter ex concedentis mente appareat. d. pragm. 1. numer. 12. 7

... etiam ad accusationes nondum propositas porrigitur. Ib. n. 13.

... extenditur, vt suprà, si motu proprio concederetur, essetque generalis. Ib. n. 14.

... quandoque est odiosa, & per consequens strictè interpretatur. Ib. n. 21.

... de qua in d. prag. 1. quas personas comprehendat, & num qui maledicit Principi, vel illum verbis offendit, læsæ Maiestatis crimen committere dicatur. Ib. num. 22.

... de qua violentia, & offensione, & de quibus offendentibus loquatur, & an comprehendantur tentantes offendere. Ib. n. 28. 30. 31. & 35. 8

... an comprehendat Officiales Baronum. Ib. n. 34.

... excludit eos de Cæsareo occidentes, & vulnerantes illos, qui sacratissimum Domini corpus exportabant. Ib. n. 38. 9

... generalis comprehendit non tantùm corporales, sed etiam pecuniarias pœnas, & bona à Fisco vigore sententiæ confiscata. Ib. n. 43. 10

... de qua in d. prag. 1. vtrum comprehendat Baronum vasallos. Ib. n. 47.

... an extendatur ad Clericos inquisitos, discutitur. Ib. num. 48.

... publicata in Ciuitate Neapolis, si eodem die delinquentes capiantur per Prouincias an sint liberandi. Ib. num. 52.

... Principis motu proprio concessa latissimam patitur interpretationem. Ib. prag. 2. n. 45. 16

... ità demùm delinquenti prodest, si Partis remissionē, vel concordiam obtinet. Ib. n. 76. 19

Indulgentiam concedens non potest ità eam interpretari, vt diminueretur eius effectus in casu, quo aliàs non valeret reuocari. Ib prag. 1. n. 10. 7

Indulgentiæ verbum latam interpretationem patitur. Ib prag. 2. n. 24. 15

INDVLTATVS debet interim carcerari, si dubitetur de viribus indulti. de Exul. rubr. n. 21. 224

Indulti nomen non esse latinum ex Grammaticis subijcitur. de Abol. prag. 1. n. 7. 7

Indultum petens pro delictis non exceptuatis facto seruitio ei iniuncto, si pro exceptuato offerat stare iuri, an sit audiendus. de Exul. rubr. n. 11. 223

Indultus, de quo in prag. 2. de Abol. quando fuerit cōcessus. d. prag. 2. n. 1. 12

... catènus suum operatur effectum, quatènus à Parte offensa fuerit facta remissio in tempore. Ib. n. 6. 13

... excludit nonnullos casus Partis remissionem non requirentes, inter quos connumeratur prouocatio, vel diffida, simplex insultus cum euaginatione armorum prohibitorum, non sequuto vulnere, vel percussione. Ib. num. 9.

... quandò fuerit concessus, & an sit similis indultui prag. 1. d. prag. 2. n 61. 17

... vt sortiatur effectum suum, necesse est, vt delicta indulta nda sint commissa antè publicationem banni. de Exul. rubr. n. 16. 224

INDVSTRIA personæ vbi est electa per alium actus exerceri, vel explicari non potest. de Admin. & quòd prag. 2. n. 3. 35

... vbi est electa, licèt officium non possit exerceri per substitutum, tamen non procedit dato impedimento necessario, vel si filius, siue hæres esset eiusdem conditionis, quia tunc potest explicari per filium, vel hæredem. Ib. n. 20. 36

... & labor æquiparantur pretio. de Feud. pragm. 25. num. 40. 319

INFAMATIO quid sit, quotuplex, & quatènus in ea peccetur. de Iniur. rubr. n. 7. 350

Infamia purgatur per minorem pœnam ea, quæ esset imponenda pro delicto. de Milit. prag. 3. n. 32. 438

... quibus ex causis alicui irrogetur. de Procur. rubr. num. 13. 645

INFIDELES sunt hostes Religionis, & fidei, cum quibus Principes Christiani pacem inire non possunt, hinc ex perpetuo bello eis indicto dicuntur hostes publici, et cuicunq; licet eos capere, & depræd ari. Quòd Regnicol. possint arm. nau. prag. 1. n. 4. 652

INFIRMITAS propter nimiam mentis, & memoriæ perturbationem, cuiuscunq; rei gerendæ impedimento est. de Admin. & quòd, prag. 2. n. 11. 35

... omnis à Deo est. Ib. n. 13.

Infirmitatis impedimentum æquiparatur necessariæ absentiæ. Ib. n. 8. Quinimmò sub ea comprehenditur. Ib. num. 9.

Infirmus largè absens appellari potest. Ib. n. 10.

... eò ipsò, quò quis est, præsumitur non sanus mente. Ib. num. 12.

INFORMATIO, quæ est capienda in alienatione rei stabilis pupilli est necessaria Iudici, & quid debeat cōstare per hanc informationem, quæ non tantùm per testes, sed etiam per scripturas potest capi, & an omissio talis informationis vitiet decretum. de Tit. abus. prag. 1. n. 110. 753

INHABILIS tempore imbussolationis, si tempore, quo extrahitur à bussula est hab.lis. an repellatur ab administratione. de Admin. vniu prag. 5. n. 31. 32

INHIBITIO quàmuis subreptitia, & Parti tantùm notificata suspendit iudicatum. de Appellat. rubr. num. 13. 42

INIMICI testimonium non valet, etiam si postea subsequatur reconciliatio. de Test. refrænat. prag. 1. num. 9. 737

Inimmicitia capitalis quæ nàm dicatur de Suspit. Offic. prag. 15. n. 24. 735

INITIVM, & causa semper in contractibus spectari debet. de Senatusc. Maced. prag. 1. n. 28. 683

... & origo cuiusq; entis inspicitur tanquàm radix futuri. Ib. n. 29.

INIVRIA quælibet, etiam verbalis dicitur offensio facta personæ. de Abol. prag. 2. n. 17. 14

... atrox respectu personæ quandò dicatur. Ib. n. 28. 15

... verbalis, & si grauissima, semper est minor iniuria reali, quæ manu fit. Ib. n. 47. 16

... si sit verbalis datur actio ciuilis ad æstimationem, tàm de iure communi, quàm de iure Regni, immò expressè est prohibitum, vt pro iniurijs verbalibus non recipiantur querelæ, si verò iniuria sit realis, tūc competit actio criminalis. Ib n. 48.

... si sit facta in re feudali, cognoscet Iudex, in cuius iurisdictione res feudalis est sita, secus si agatur de iniurijs extrà commissis, quia tūc erit Iudex ordinarius loci. de Cler. seù Diac salu. prag. 2. n. 10. 171

... hæc, tu mentitis, etiam in iudicio licitè dicitur aduersario. de Iniur. rubr. n. 3. 350

... an inferatur, vel repellatur, si dicatur, tu mentiris. Ibidem.

... quot modis inferatur, & quomodò procedatur in Regno in hoc crimine, & plura ad hāc materiam. Ib. n. 5.

... an

INDEX

... an possit improperari iniuriantì, & quid si iniuria proponatur per viam exceptionis. & de verbis iniuriosis vni directis, & alteri relatis. lb. n. 8.

... an sit appellare aliquem. Oriane. lb. n. 9.

Epigramma famosum si quis scripsit, nullius expresso nomine, illudq; appendit, vel si quis pingit hominem vilem in loco honesto in eius derisum, qua pœna puniatur. lb. prag. 2. n. 7. 351

Cornua, pudenda virilia, aut muliebria, & his similia si quis alicuius domui appendit, vti puniatur, & quomodo excusentur prædicta facientes. lb. n. 8.

... infertur ipsimet, qui facit iniuriam. lb. n. 9.

Iniuriam hãc, tumentis, an, & quandò quis inferre, vel repellere dicatur. lb. rubr. n. 4. 350

Iniuriarum materia. lb. n. 1.

... in crimine nec ad quærelam Partis procedi potest, nisi porrecto libello de Offic. Magistr. Instit. prag. 36. num. 7. 524

Iniuriæ plures in ipso actu repetitæ vnicum conuitium continent. de Abol. prag. 2. n. 46. 16

INIVSTITIA euidẽs æquiparatur nullitati, ideòq; nullæ sententiæ euidenter impeditur exequutio. de Offic. S. R. C. prag. 5. n. 20. 557

Iniustitiæ casus aliquot recensentur. de Pœnis prag. 1. sub num. 28. 629

... à Principe debet abesse, nè indè nascatur iniuria, vndè ius, & iustitia oriuntur. de Reuoc. & susp. grat. rub. num 8. 663

INQVISITI magna pars defensionis consistit in Aduocato. de Bon prod. prag. 1. n. 54 114

... & carcerati possint opponere fori declinatoriam, & reprobatur Caucalis opinio, contrarium sentientis. de Iurisd. annic. non turb. prag. 1. n. 5. 394

Inquisitio contrà Officiales vtrum facienda per Syndicatores, an verò per successorem. de Synd. Offic. pragm. 1. num. 26. 699

... contrà Officialem per successorem facienda non respicit syndicatum Officialis, vt ex inquisitione puniatur in syndicatu, sed respicit dumtaxat meritum illius, vel demeritum ad promouendum, vel non ad alia officia. lb. n. 27.

Inquisitionis titulus solus non est attendendus, sed indicia extantia, & veritas rei, & quarè. de Custod. reor. prag. 1. n. 4. 197

Inquisito restitutionem obtinente accusator partem suam an restituere teneatur. de Aleat. & lusor. prag. 6. num. 4. 38

Inquisitus an possit renunciare indultui. de Abol. prag. 2. num. 8. 13

... de vulnere illato mediante pecunia de mandato alicuius ad vulnerandum tantùm non autem ad occidendum facto habita Partis remissione an gaudeat indultu. lb. n. 62. 64. & 68. 18

... de vulnere illato mediante pecunia an gaudeat indultu, duo distinguuntur casus. lb. n. 71. 19

... criminaliter non potest eligi ad regimen Vniuersitatis. de Admin. Vniu. prag. 5. n. 35. 32

... & condemnatus si suæ renunciet appellationi poterit nihilominùs Fiscus illam prosequi. de Appell. prag. 7. sub n. 1. 50

... de crimine læsæ Maiestatis ex processu informativo, de iure communi torqueri an possit. de Bon. prod. prag. 1. num. 18. 111

... & condemnatus de parricidio feudum amittit, quod non tantùm procedit in committente homicidium in personam patris, sed etiam fratris, vel nepotis, vel si alias personas occiderit, quæ continentur sub dispositione l. 1. & ibi traditis per DD. ff. ad l. Pomp. de parricid. & in l. 1. C. de his, qui parent. occid. Ibidem num. 96. 118

... per transactionem an fateatur delictum. de Compos. rubr. n. 10. 176

... remittens se gratijs Curiæ non poterit immodicè grauari in compositione, sed est cum co misericorditèr agendum. lb. n. 11.

... habita remissione à Partibus, si tradiderit se gratijs Curiæ, & Curia eum composuerit immoderate, an potent appellare, & petere, summam moderari arbitrio Iudicis. lb. prag. 7. n. 9. 178

... an, quando, & qualiter debeat carcerari. de Custod. reor. prag. 1. n. 3. 197

Et ibi recensentur aliquot causæ impedientes eius habilitationem.

... ex delicto, pro quo imponitur pœna pecuniaria, & in defectu pœna corporalis an sit fideiussoribus relaxandus. lb. n. 8. & 10.

... de iniuria illata Doctori, vel de stupro cum sollicitatione non est iub fideiussoribus relaxandus. Ibidem num. 9.

... si post latam sententiam foriudicationis, Iudice adhùc pro Tribunali sedente compareat, auditur. de Sẽt. foriud. rubr. n. 37. 692

... præsumitur in animo gerere inimicitiam contrà inquirentem, & ideò velut inimicus præsumptus potest recusari vt suspectus ab illo Iudice inquirente, quæ inimicitia extenditur vsquè ad quartum gradum affinitatis. de Suspit. Official. pragm. 1. nu. 59. & 60. 721

..., de eodem delicto in loco originis, & in loco delicti, si deindè habuerit gratiam à Domino loci delicti, an prosit illi in loco originis. Vbi de delict. pragm. 1. num. 35. 771

INSIGNIA suæ dignitatis qui prior adeptus est, is inter pares dignitate præfertur. de Scholar. doct. rubr. num. 43. 678

INSTANTIA currit impeditis quando causa potest per Procuratorem expediri. de Appellat. prag. 1. sub num. 31. 47

... in compromissis durat spatio duorum mensium, licèt in hoc sit standum Partium conuentioni. de Arbitr. prag. 1. n. 48. 59

... reductionis laudi ad arbitrium boni viri quãto tempore duret. lb prag. 2 sub n. 31. 65

... formalis non datur in causis arbitrarijs. de Inst. caus. non restit. rubr. n. 3. 352

... an perpetuetur per citationem ad dicendum, & quid in causis criminalibus, & quid in causis feudalibus. lb. num. 4.

... an restituatur in causa appellationis, vel reuisionis. lb. num. 5.

... an præsumatur perempta facto Iudicis, vel Partis. lb. n. 7.

... aliquibus in casibus dormit, & est in suspenso. lb. num. 8.

... cæpta cum eo, qui lite pendente moriatur, qualitèr possit transferri in hæredem actoris, vel rei, ac etiam in singularem successorem. lb. n. 10.

... restituta per insufflationem spiritus vitæ, qui effectus remaneant, vel pereant lb. n. 11.

... perempta non restituitur, nisi refectis expensis. Ibid. prag. 1. n. 1. 354

... in Regno à quo actu incipiat. lb. n. 2.

... perempta an pereant quoquè omnes iuris effectus. lb. num. 3.

... restaurata quæ erat perempta an veniant fructus medio tempore percepti per conuentum. lb. n. 5.

... perempta non restauratur in iudicijs fundatis super officio Iudicis mercennario. lb. n. 6.

... 4ª

INDEX

... an poterit vlteriùs reſtaurari, ſi antè eam reſtauratam Pars adverſa oppoſuerit de peremptione inſtantiæ. lib. n. 7.
Eius peremptio poteſt opponi oretènus tantùm, & in ſcriptis iudicialiter pænè acta, & inter vtramq; oppoſitionem eſt maxima differentia. Ib. ſub nu. 8. & ſub num. 9. 355
... peremptæ reſtauratur, etiam non refectis expenſis, quandò Pars propter paupertatem eas ſoluere nequit. Ib. num. 10.
... an reſtaurata erit, ſi in ſupplicatione pro eius reſtauratione porrecta ſit facta decretatio, quòd Commiſſarius Partes audiat, & iuſtitiam faciat. Ibid. num. 13.
... in criminalibus licèt duret biennio, quandoquè tamè anno tantùm. de Officialibus, & quæ prag. 15. nu. 15. fol. 501
... in cauſis ſuſpitionum reſtringitur ad dies quindecim tantùm poſt terminum, qui terminus horum quindecim dierum currit de momento ad momẽtum. de Ord. iud. prag. 7. n. 29. 597
... licèt ſit abbreuiata, tamen ſunt aſſignandi termini competentes per teſtium examinationem, & interim inſtantia eſt in ſuſpenſo, & non currit. Ib. n. 34.
... in cauſis ſuſpitionum non currit, ſi proponens ſuſpitionem facto aduerſarij impeditur facere probationes, vel ſi teſtes examinandi ad probandam illam ſuſpitionem eſſent abſentes in partibus remotis. de Suſp. Offic. prag. 10. n. 4. 731
Inſtantiam prorogare Iudex arbitrium habens, an poſſit. de Inſtant. cauſ. non reſtit. rubr. n. 2. 352
... peremptam licèt Partes non poſſint reſtaurare, antè tamen peremptionem valent illam prorogare, etiam ſi ſit reſtricta à ſtatuto. Ib. n. 6.
Inſtantiæ materia. Ib. n. 9.
... peremptio procedit etiam de iure canonum, & Partes in contrarium paciſci nequeunt, etiam cum iuramento. Ib. prag. 1. ſub n. 1. 354
... peremptio poteſt opponi etiam poſt ſententiam. Ibid. num. 12. 355
... tempus non currit, ſi Pars habet teſtes in longinquis partibus, & opus eſt dilatione, quæ abſorbet totam inſtantiam. de Ord. iud. prag. 7. n. 36. 597
INSTITVTVS in feudis, ſi tamen is ſit qui eſt proximè ſucceſſurus, abſq; aſſenſu eſt immittendus in poſſeſſionem. de Feud prag. 11. n. 78. 293
INSTRVMENTA publica vt valeant præſentari ſeruata forma Ritus, quæ dicantur. de Inſtrum. liqu. rub. num. 13. 356
... & ſcripturæ ſi ſint originales debent exemplari, & regiſtrari in actis, & Parti reſtitui. de Ord. iud. prag. 11. n. 42. 609
Inſtrumenti in reaſſumptione per alium Notarium faciẽdi quid erit obſeruandum, & quid Notario viuo, ſi Iudex & teſtes mortui ſunt, & quid vbi Notarius, Iudex, & teſtes omnes ex hac vita diſceſſerint. de Fide inſtr. prag. 1. n. 2. 314
... in reaſſumptione à prothocollo Notarij præmortui quot, & quæ requirantur. Ib. prag. 2. n. 2. 326
... poſterior reaſſumptio ſi in aliquibus verbis diſcrepet à priori, illi præiudicium non infertur, ſi eadem ſit ſubſtantia. Ib. ſub n. 7.
Interlineaturæ ſi adſint in inſtrumento quid ſit faciendũ. Ib. ſub num. 10.
... reaſſumptionis in iudicio an ſint concedenda beneficia, & nùm illud ſit ſummarium. Ib. n. 13.
... liquidi in præſentatione, quæ vulgariter liquidatio inſtrumenti appellatur, forma quæ ſit ſeruanda, & n. 6. vbi materia. de Inſtr. liqu. rubr. n. 4. 356
... illiquiditas etiam Parte non opponente poterit à Iudice cognoſci. Ib. n. 22. 357
... liquidationem exceptio vſurariæ pranitatis in prõpriu probata nùm impediat. Ib. n. 40. 359
... liquidationem an compenſationis exceptio impediat. Ib. n. 41. & 42.
Vbi ponuntur limitationes negatiuæ opinionis.
... liquidatio facta eodem die, quo debitor ab hac vita diſceſſit, an viribus ſubſiſtat. Ib. ſub n. 47. 360
... liquidatione facta contrà principalem debitorem, illud ius exequutiuum etiam perſonale tranſit aduerſus illius hæredem ſine beneficio legis, & inuentarij. Ib. ſub n. 58. 362
... liquidationis cauſa partim eſt ciuilis, & partim criminalis. Ib. prag. 4. ſub n. 42. 367
... validitas, vel falſitas regulatur à validitate, vel falſitate prothocolli. de Notar prag. 2. n. 3. 490
Et quid ſi de prothocollo dubitetur. Ib.
... copia ſumptibus actoris eſt danda, & quæ ſit decidendi ratio. de Ord. iud. prag. 5 n. 4. 591
At petitionis copia eſt danda ſumptibus petentis.
Inſtrumento liquidato contrà prodigum licèt deueniri nõ poſſit ad exequutionem perſonalem, omninò tamen deueniendum erit ad exequutionem realem. de Inſtr. liquid. prag. 4. n. 21. 366
Inſtrumentorum in reaſſumptione plura iura in Regno conſiderantur quòad eos, qui in illis intervenire debẽt. de Fid. inſtr. prag. 1. n. 1. 314
... materia. Ib. n. 3.
Diſpoſitio iurium, de quibus in d. prag. an operetur cõtra forenſes, vel contrahentes in hoc Regno, & quid contra Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, & quid in inſtrumentis ius publicum concernentibus, in cauſis Fiſcalibus, in feudis, vel miſerabilium perſonarum, & quid in inſtrumento dotali. Ib. n. 11. 325
... loco Officialium literæ habentur, vbi Notariorum vſus non adeſt. Ib. n. 16.
... reaſſumptionis forma hìc tradita ſeruabatur etiam antè publicationem huius edicti. Ib. prag. 2. n. 14. 328
... appellatione veniunt etiam teſtes. de Locat. et cond. prag. 1. ſub n. 16. 427
... aliquot requiſita recenſentur. de Notar. pragm. 2. ſub num. 14. 490.
Inſtrumentum, & contractus an ſint vnum, & idem, vel differant inter ſe. de Contract. rubr. n. 2. 193.
... publicum quid ſit, & quid priuatum. Ibid. pragm. 2. num. 8. 194
... de falſo ſuſpectum redditur, ſi in eo locus celebrati contractus deficiat, & quid ſi locus loci. de Falſ. prag. 1. num. 16. 229
... ſolùm de per ſe probat poſſeſſionem. de Feud. prag. 11. num. 45. 289
... vti differat à contractu, & quid vnumquodq; ſit. de Fid. inſtr. rubr. n. 1. 323
... publicum triplex eſt. Ib. n. 2.
... non poteſt Notarius confecere extrà territorium Creantis ipſum Notarium. Ib. prag. 1. n. 4. 314
... licèt in publicam formam reaſſumi haud poſſit, non tamen contractus in eo contentus corruet, cùm poſſit in iudicio ordinario verificari. Ib. n. 12. 325
... ſollemnitatibus debitis carens mortuo Notario, ſemiplenam probationem facit, licèt eo viuo nihil probet. Ib. n. 13.
... cum iuramento factum die Dominica an valeat, & quid ſi fit celebratum in Eccleſia, & nùm contrahentes peccent, vel contractus teneat. Ib. n. 15.
... non ſollemne producens, vel ad illud ſe referens, videtur approbare. Ib. ſub n. 16.
... ſemel reaſſumptum Parti traditum, ac amiſſum poteſt

INDEX

teſt iterùm reaſſumi, & ſi Notarius, Index, & teſtes omnes ſint mortui, etiam circumſcripto hoc edicto. lib. prag. 2. n. 7. 326

... ſemel reaſſumptum an valeat iterùm reaſſumi abſq; Iudicis decreto. lib. n. 12.

... antiquum reaſſumptum probat, etiam ſi non reperiatur in protocollo. lib. n. 17. 329

... nullum de iure communi quantùmuis publicum, & ſollemne habet paratam executionem. de Inſtr. liqu. rubr. n. 1. 356

... in quo adſunt guarentigiæ clauſulæ, & inſtrumẽtum liquidum in Regno non conditionatum, vel pactionatũ, habet executionem paratam per Ritum M. C. V. lib. num. 3.

... quantùmuis liquidum non poteſt præſentari ad inſtãtiam Officialis habentis iuriſdictionem durante officio, remedium tamen eſt, vt cedat iura ſua alteri, ità quòd de euictione non teneatur. lib. n. 5.

... vigore Rituum filius contrà patrem, vel gener contrà ſocerum præſentare an poſſit, & an nurus contrà ſocerum, & quid in fratre contrà fratrem. lib. n. 7.

... in quo deficit iuramentum, & pœna, non poteſt liquidari, immò iuramentum eſt præſtandum de facie ad faciem inter creditorem, & debitorem. lib. n. 8.

... ſtipulatum per Procuratorem debitoris non poteſt liquidari contrà debitorem principalem, ſicut ſi ſit ſtipulatum per Procuratorem creditoris, non poteſt liquidari per ipſum creditorem principalem. lib. n. 9.

... dotale ſoluto matrimonio an poſſit præſentari ſeruata forma Ritus per hæredes mulieris pro reſtitutione dotium, & quid in inſtrumento dotis promiſſæ, & Capitulorum matrimonialium. lib. n. 14.

... venditionis fundi ad menſuram facta pro certo pretio an poſſit præſentari iuxtà Ritum, non facta menſuratione lib. n. 15.

... in quo continetur obligatio facti, liquidari an valeat. lib. n. 16. 357

... in quo non adeſt cauſa, an poſſit liquidari. lib. n. 17.

... ſi contineat certam ſummam ex cauſa affictus territorij certa menſura, adiecto pacto, vt menſurari debeat, an interim menſuratione non facta poſſit dici liquidum reſpectu menſuræ in eo expreſſæ. lib. n. 18.

... an præſentari valeat pro tacita promiſſione, quæ reſultaret ex inſtrumento liquido. lib. n. 9.

... liquidare an poſſit alter non expectato tempore prorogato, ſi quis eſſet obligatus duobus inſolidum, & ab vno fuerit ſibi prorogatum tempus ſolutionis. lib. n. 20.

... vt dicatur liquidum quæ requirantur. lib. n. 11.

... dicitur liquidum, quotieſcunque quis eſt obligatus ad certam ſummam, etiam ſi ſit appoſita clauſula, ſaluo meliori calculo, & per conſequens nulla facta calculi reuiſione poterit liquidari. lib. n. 24.

... poterit liquidari pro tota ſumma in eo expreſſa pendente calculo, ſi expreſsè dictum ſit, quòd ſi facto calculo repertum fuerit, minorem quantitatem deberi, illa minor cenſeatur promiſſa. lib. n. 25.

... ſimplicis expromiſſionis facta pro tertio an poſſit liquidari. lib. n. 26.

